A-8817

# VITA CHRISTI,

# PER LVDOLPHVM

SAXONIVM SACRI ORDINIS Carthuſienſium: ex Euangelijs, & Scriptoribus orthodoxis, excerpta: Ad vetuſtorum Exemplarium fidem, accuratiſsimè recognita.

Del Colegio de la Compª de Jesus de Granada.

No tiene, q̃ expurgar.

*Hacq; tandem poſtrema editione ſummo ſtudio caſtigata.*

Cum indice locupletiſsimo.



*LVGDVNI.*
Apud Iacobum Huguetan.
*M. D. LV.*

384787

A- 8817

# VITA CHRISTI,

# PER LUDOLPHUM

## SAXONIUM SACRI ORDINIS

Carthuſienſium: ex Euangelijs, & Scriptoribus orthodoxis, excerpta: Ad vetuſtorum Exemplarium fidem, accuratiſsimè recognita.

Del Colegio de la Compª de Jesus de Granada.

No tiene, q̃ expurgar.

*Hacq́; tandem poſtrema editione ſummo ſtudio caſtigata.*

Cum indice locupletiſsimo.



*LUGDUNI.*

Apud Iacobum Huguetan.

*M. D. LV.*

# VITA LVDOLPHI CARTHVſienſis, deſcripta in magnis chronicis collectis à doctore Hartmanno Schedel.

*LVdolphus Alemannus, ordinis Carthuſienſium, prior Argentinenſis, vir doctrina & morum ſanctitate conſpicuus, hac ipſa tempeſtate peroptimè vitam domini noſtri Ieſu Chriſti egregio volumine, & quodã cœleſti artificio, imò potius diuina reuelatione quàm ſtudio, fabricauit: in quo certè ſe oſtendit venerabilem virum, & omnium rerum tam diuinarum, quàm humanarum, & potiſſimum ipſius Ieſu Chriſti vitæ (prout potuit homini eſſe poſsibile) pleniſſimam habuiſſe notitiam: alia quoque laude digna hic deuotus atque venerandus pater edidit.*

Ex ſupplemento ſupplementi chronicarum, Iacobi Philippi Bergomatis, ordinis eremitarum ſancti Auguſtini.

*LVdolphus Carthuſienſis monachus, natione Teutonicus, patriaq; Saxonicus: vir in diuinis ſcripturis admodum ſtudioſus & eruditus, ac aliarum bonarum literarum non ignarus, per hoc tempus apud Argentinenſe cœnobium exiſtens, edidit magnæ deuotionis, ac profundæ eruditionis quædam præclara opuſcula: in quibus ad euitandum otium ingenium exercitans, nomen ſuum immortalitati condonauit. E quibus extat volumen magnũ & inſigne quidem quod prænotauit, de Vita Chriſti Ieſu, in lib. duos: quod incipit, Fundamentum aliud nemo. Item in pſalterium perpulchrè, lib. vnum: feruntur etiam alia. Regnauit autem anno domini, 1534. ſub Ioanne, 22. papa, & Ludouico Bauaro Imperatore.*

Ex chronica domini Ioannis Trittenhem, quæ inſcribitur, De ſcriptoribus eccleſiaſticis.

*LVdolphus ordinis Carthuſienſis in domo Argentinenſi, natione Teutonicus, Saxonica terra oriundus: vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſecularium literarum non ignarus, ingenio mitis, eloquio dulcis & compoſitus: vita quoque & conuerſatione inſignis. Edidit magnæ deuotionis & profundæ eruditionis quædam præclara opuſcula: quibus ingenium nobiliter exercitans, nomen ſuum immortalitati condonauit. E quibus ego vidi tantum ſubiecta: Volumen, magnum & inſigne ſuper euangelio quod prænotauit:*

| | | |
|---|---|---|
| *Vitam domini Ieſu,* | *Lib. ij.* | *Fundamentum aliud ne.* |
| *In Pſalterium quoque,* | *Lib. i.* | *Sicut olim manna ha.* |

*Feruntur eius & alia.*

**Claruit ſub Ludouico Imperatore quarto.**
**Anno domini M. CCCXXX.**



# INDEX MATERIARVM AMPLISSIMVS

à Ioanne benedicto doctore Theologo, non minus doctè quàm ſtudioſè, collectus.

AARON virga. folio 45.F
Abagarus rex. 142.G
Abba pater. 612.M
Abdicatio à tribus. 448.L
Abel eductus in agrum à fratre, Chriſtũ figurabat eductũ ad ſuſpendendum. 654.K
Per Abel laicum, & Zachariã clericum, intelliguntur omnes martyres. 537.F
Abel munera. 158.M
Abimelech panes Dauidi porrexit. 581.B
Abner à Ioab fraude occiſus. 690.H
Abraham quomodo obediebat cõtra re promiſsionem. 14.I
Abrahæ & Mariæ comparatio in obedientia. Ibidem.
Abraham principalis fuit inter patriarchas. 32.L
Abram & Sara mutata nomina. 46.K
Abraham cum multis poſſeſsiõibus fuit perfectus. 241.D
Abrahæ gaudium de Chriſto. 368.G
Abrahæ iudicium. 461.A
Abrahæ filij qui dicuntur. 485.A
Retroſpectio Abrahæ. 542.M
Abſalon in arbore lanceatus, Chriſtum figurauit in cruce lanceatũ. 683.C D
In abſcondito facere, quid eſt. 168.H
Abſcondendi occaſio. 368.L
Abſcondendi locus, & forma. Ibidem.
Abſconſio domini. 368 I
Abſconſionis domini cauſæ. 368.K
Abſconſio Chriſti à furore Iudæorum. 516.K L
Abſentia fructus habentium. 304.B
Abſentia Chriſti fomidanda. 308.I
Abſtinentia Ioannis baptiſtæ. 17.B
Abſtinẽtia ſacerdotum legalium. 17.E
Abſtinendũ eſt quandoq; à licitis. 100.L
Prima abſtinẽtia duntaxat dura. 317.A
Abſtinentia tribus modis fit. 317.D
Abſtinentiæ & crucis genera. 403.D
Abſtinentia & ieiunium Chriſti. 577.C
Acceptio perſonarũ non timenda. 126.I
Acceptio perſonarum. 478.I
Acceptio perſonarum ſummum eſt ſacerdotum peccatum. 525.D
Acceſſus ad deum facilis. 258.H
Acceſſus petendus. 438.K
Accuſatio Magdalenæ triplex. 268.H
Accuſa & iudica teipſum. 327.E
Accuſandi ſe forma. 428.E
Documentum circa accuſationem Chriſti. 638.K
Meditatio circa accuſationem Chriſti. 638.I
Accuſatores deũ falsò accuſantes. 638.K
Accuſatio Chriſti corã Herode. 638.B
Cur Chriſtus accuſatus tacuit. 642.G H
Acediæ deteſtatio. 721.C
Acetum felle mixtum domino propinãtes. 659.D
Achates. 445.E
Emendi agri Acheldemach ratio. 635.C
Situs agri Acheldemach. 635.D
Achior ad arborem ligatus, Chriſtum figurauit. 646.G
Omnis Chriſti actio, eſt noſtra inſtructio. 4.H
Principium & finis actionis noſtræ, debet eſſe deus. 8.H
Actio duplex. 269.A
Actiuorum perfectio. 33.F
Actiua vita. 268.M
Actus noſtri ad Chriſti exempla figurari debent. 4.L
Actus & mores Chriſti intuẽdi. 5.CDF
Actus exteriores, niſi inquantũ volũtarij, non habent rationẽ peccati. 159.D
Actus exterior nõ addit bonitatem, vel malitiam. 379.E
Actus boni, in genere duplici. 319.B
Acus. 446.M
Adæ plaſmatio. 10.G
Adę peccatũ quàm graue fuerit. 10.L M 11.A B
Adam quibus peccatis tentatus eſt. 112.I
Hora qua primus Adam peccauit, ſecundus expirauit. 679.B
Adam ſecundus & primus. 45.D
Adduci ad ſaluatorem. 388.K
Adductio Chriſti ad Pilatum. 634.I K
Documẽta ex adductione Chriſti ad tribunal. 653.A
Reliqua vide in, Ductio Chriſti.
Adimplere legem quid eſt. 157.B
Quæſtio admirationis. 573.F
Adoleſcentior dicitur prodigus. 425.C
Adoratoris conditiones. 52.H I
Adoratio patris. 274.G
Deus ſpirituales adoratores & veros quærit. 274.I
Adorare falsò, quid. 648.H I
Documentum circa falſam Chriſti adorationem. 648.H
Adoratur Chriſtus per debiti cultus exhibitionem. 719.B
Adoranda membra Chriſti. 765.C
Adrianus imperator montem Caluarię & domini ſepulchrum incluſit in vrbe. 658.M
Chriſti aduentus in quinq; ætatibus prænuntiatur. 10.H
Fructus aduentus filij dei. 89.F
Aduentus Chriſti ad Ioannem. 103.E
Aduentus regni dei optãdus bonis. 172.I
Aduentus Chriſti. 232.K
Aduentus domini in Chana. 280.G
Aduentus filij dei duplex. 280.G
Aduentus Chriſti ſubitus erit & coruſcus. 544.M
Aduentus Chriſti cognitio. 394.M
Aduentus Chriſti humilis. 494.L M
Signum aduentus Chriſti in Hieruſalẽ. 494.M
Aduentus Chriſti ſpecies. 495.C
Iubilatio curiæ cœleſtis in aduẽtu Chriſti. 749.B C.
Aduentus domini triplex. 549.D
Primus Chriſti aduentus, fuit in oſtenſionem infirmitatis: ſecundus, poteſtatis. 552.M
Aduentus Chriſti terribilia. 552.M. 553.A
Quatuor aduentus Chriſti ad homines. 560.L M
Quatuor Chriſti aduentus, quatuor dominicis aduentus deſignantur. 560.M
Aduentus duplicis diſcretio. 570.A
Aduerſarius reconciliandus eſt. 159.B
Aduerſarius noſter fortis eſt, ſed dominus fortior. 324.G
Aduerſarius nobis non deeſt. 763.E F
Aduerſitas multa facit. 9.A
Aduerſi vitatio. 461.B
Aduerſa pro Chriſto patiens. 473.F, & 474.G
Adulatio vitanda. 247.C. 329.B
Adulatores in facie laudant. 247.C
Contra adulatores. 248.G I
Adulantes Chriſtum. 329.A
Adulatio Iudæorum. 377.D
Adulari noluit Chriſtus. 511.C
Adulatoris perſequutio. 525.E F
Venditores laudis humanæ, ſunt adulatores. 566.H
Aduocatus noſter, Ieſus. 732.M
Aedificantium tria genera. 193.D
Aedificare ſuper fundamentum fidei. 193.D E
Adificia rationabilia. 537.B C
Qualiter deo ædificandum eſt. ibid.
Aegrotus medicum audiat. 1.B.
Aegritudo corporis, eſt ſanitas mentis. 294.M
Aegypti patres. 69.D
Figuræ de ingreſſu Mariæ cum filio in Aegyptum. 69.A B
Maria ſeptem annis manſit in Aegypto. 69.E
Aegyptij imaginem virginis puerũ geſtantis colebant. 69.A
Tranſitus Chriſti in Aegyptum, figurabat apoſtolorum tranſitum ad gentes. 69.C D
Aegyptiacæ ſepulchrum. 750.K

Aelius Hadrianus imperator. 541.F
Aemulationis mala. 322.K
Dura ſicut infernus æmulatio. 606.G
Primæ ętatis beata ſimplicitas. 316.G
Aetates hominis diuerſæ. 451.A B
Aetates ſex hominis. 451.B.& 559.A
Aetas mundi ante Chriſti natiuitatem. 10.K
Aetates mundi quot ſint. 48.M
Finis ſeculorum, eſt ætas ſexta mundi. 556.M
Chriſt⁹ quare ſexta ętate cõceptus. 18.I
Meditatio ætatum,virtutũ, ac laborum Chriſti. 4.L
Aetas Chriſti ad fugã inhabilis. 66.I
Aetas Chriſti,& duratio prædicationis. 136.I
Aetas duodenis. 73.F
Aeternitas Chriſti probatur. 368.G H
Gloria æternitatis, & meritum paſsionis iuncta ſunt. 577.E
Affectus iuſti,eſt circa cœleſtia. 172.K
Iactura magna inferiorib⁹ affigi. 176.L
Affectorum gradus. 366.K
Affectus Chriſti in prędicando. 286.H
Affectus temporalium. 441.D
Carnales affectus ſunt pro vitando ſcandalo relinquendi. 419.E F.420.G
Affectus erga deum, dignus eſt regno cœlorum. 495.D
Afflictiones Chriſti. 40.K
Agabus propheta. 250.L
Agabus amore virginis Mariæ captus. 787.C
Ager Chriſti triplex. 282.L
Ager continens theſaurum. 286.M
Deus agit per intellectum. 8.H
Agilitas quarta dos corporis. 780.M
Agios quid ſit. 449.D
Agnitio ex nomine facta. 717.C
Agnus cur dictus Chriſtus. 119.A
Agnus ab agnitione dicitur. Ibidem.
Agnus qui tollit &c. Theophilus cur tollit,non tulit dixit. 119.B
Agnus dei,cur canitur in miſſa. 119.C.
Agnus erat oblatio diuitum. 57.C
Agnus decima die primi menſis capiebatur ad immolandũ. 487.E.488.H
Agnus immolandus decima luna primi menſis in vrbem inducebatur. 503.A
Agni Paſchalis paraſceue. 492.M
Ad agnum Paſchalem neceſſaria. 582.I
Agni ſumendi conditiones. 583.B
Agni ſumendi modus. 595.A B
Chriſtus agno ſimilis. 665.D
Agonia Chriſti. 615.A
Alæ binę crucis,quid ſignificent. 669.A
Alabaſtrum quid eſt. 264.G
Alabaſtrum quid ſit. 488.L
Chriſtus alapam à Malcho accepit. 624.M
Alapa quid ſit. 625.A
Meditatio ſuper alapis Chriſti. 625.E
Documenta ex alapis Chriſto collatis. 625.D E
Chriſtus iteratò alapis cæditur. 648.I
Alba ſacerdotis,quid deſignet. 640.H
Alexandri magni auiditas. 274.M
Aliena detinentes, contra dei mandata peccant. 469.F.& 460.G
Alienigenæ reditio. 471.D
Alimenta duo pauperibus eroganda. 462.M
Allelvia, laudate dominum interpretatur. 705.F.706.G
Alpha & ω. 166.M
Alta cadunt citius. 114.I
Altiorum maius periculum. 114.I K
Altare incenſi ſiue aureum. 16.I
Altare holocauſtorum. 504.I
Altaria in paſsione denudantur. 622.G
Altaria duo in paſsione Chriſti. 668.K
Amare aliquid pręter deum,& non contra deum. 193.D
Amare,& odiſſe. 514.G
Amare inimicos,deum facit propitium 689.C
Amandi Chriſti rationes. 695.B C
Nihil deo amabilius,quàm ſe minimum reputare. 34.L
Verus amator præmium non quærit. 167.A
Mundi amatores quare gaudeant. 600.I
Amantium mos. 716.L
Amor, non clamor, ſonat in aure dei. 28.M
Amor boni. 33.C D
Amoris excellentia. 146.I
Amor eſt animæ pondus. 176.L
Amores duo. 441.F
Amoris deſcriptio. 518.I
Amoris virtus. 524.M
Amoris ſigna quatuor. 598.H
Vis amoris ad Chriſtum quantamuis moleſtiam carnis vincere debet. 737.F
Amor primus dæmon. 727.F.
Amoris cauſa. 518.I
Amoris mirabilis operatio. 716.G
Amor dei,& mundi,in eodem habitare non poſſunt. 177.F
Amor dei,& mundi,repugnant. 231.E
Amor dei. 310.H
Amor dei,& amor mundi, non ſe compatiuntur. 441.F.& 442.G
Amor dei non eſt otioſus. 599.B
Amori domini nihil omnino præponendum. 419.F
Amor ſpiritualis,& carnalis. 166.M
Amor ſpiritualis præferendus carnali. 334.L
Impedimenta amoris cœleſtium. 763.E F
Amor proximi, cauſatur ex amore dei. 529.B
Amor proximi multis modis falſus eſt. 529.C D.
Per amorem proximi, amor dei nutritur.529.B
Amor ſeculi. 310.H
Amor ſeculi effundendus eſt. 360.M
Amoris mundani cauſa. 265.E
Amor rerum temporalium duplex 180.K
Amor terrenorum. 356.G
Amor terrenus amouendus eſt. 597.B
Amor diuitiarum quantum vitandus. 461.E
Amor mercenarius. 166.M
Amor parentum excluſus. 240.K
Amor naturalis inter animam & corpus. 731.E
Amor mirabilis Marthæ & ſororis. 465.D
Amicorum dilectio. 164.M.165.A
Amicorum perſecutio cur grauior. 231.D
Amici animam auferunt. 303.E
Amicorum carnalium conſilium.357.E
Amicorum ſocietas,ſalutem impediens, relinquenda. 419.E F
Amicitiæ poëticæ. 430.K
Amicus per naturam,vocatur peccator. 523.B
Non poſſunt ſancti amici eſſe illorum, quibus deus eſt inimicus. 537.C
Amicus dei,inimicus eſt mundi.540.H
Non eſt turbandum de amicis in fide decedentibus. 596.K L
Amici triplices. 598.G
Amicus quaſi animi cuſtos dicitur. 599.A
Amicus dicitur dupliciter. 599.D
Amicitię ſignis proditores vtũtur.618.L
Amici fraudulenti. 618.M
Amici dei multi videntur, & non ſunt. 618.M.619. A
Amicitia in patria. 781.E F
Amaritudo in poculo diſplicet. 737.F
Ambitio ſeruit. 114.A
Ambitionis malum. 301.E.303.A
Ex ambitionis radice impoſsibile eſt prodire fructum charitatis. 301.F
Ambitio nec per infirmitatem, nec per ignorantiam excuſatur. 303.A
Ambitioſi clerici taxantur. 301.D
In ambitioſos. 301.F
Ambitioſi cor nunquam quieſcit.302.H
Ambitioſus inexcuſabilis. 302.M
Maledictio ambitioſorum. 303.C D
Ambitioſi neſciũt quid petãt.477.C D
Ambitioſi dei pręcepta poſtponũt.539.E
Contra ambitioſos. 554.H I
Contra ambitioſos & auaros. 581.E
Ambulare ſecundum carnem. 383.D
Ambulatio Petri ſuper mare. 309.A
Amen
Amen quid eſt. 124.G.174.L
Amen multipliciter dicitur. 174.L
Amen,& allelu ia, cur interpretata non ſunt. 174.L
Amen triplicem efficaciam habet. 174.M
Amethyſtus. 444.M
Amictus capitis quid deſignet. 640.H
Amœnitas nimia vitanda. 316.M
Quære ſuprà in dictione, Amare.
Amphora,vel lagena aquæ,quid ſignificet. 581.D
Amplexatio Chriſti. 415.F
Anaſtaſius inſtituit, Gloria in excelſis deo cantari in eccleſia. 42.L
Ancilla domini quomodo dicitur Maria. 24.I K
Ancillæ filius,dominus. 22.M
Andreas primus Chriſtianus. 120.M
Andreas dicitur virilis. 513.D
Andreas primus Chriſti diſcipulus. 513.D
Andreæ oratio ad crucem. 697.E
Angaria quid dicitur. 163.C
Angelorum officium. 111.B
Angelorum qualis ſoleat eſſe apparitio. 712.G.714.H
Angeli ad quorum cuſtodiam ſint deputati. 112.F
Angeli cuſtodes hominum. 420.K
Angelorum miniſterium. 117.F.420.M
Angelorum præſentia. 421.A
Angelis noſtris quantam gratiam debemus. 420.M.421.A B
Angeli mirabiliter creati, ſed homines mirabilius reſtaurati 423.C
Angelis coæquandi. 421.C
Dare occaſionem gaudij angelis. 423.C
Angelorum gaudium. 424.L
Angeli noſtri contriſtantur ad culpam. 433. A
Angelorum menſa eſt in religione. 521.C D
Angelus Ioannes. 248.L
Angelus cur viſibilis apparuit Mariæ. 20.I
Angelica ſalutatio cæteris eſt excellentior. 20.L
Angelica ſalutatione Maria frequenter eſt ſalutanda. 26.G
Angeli receſſus à virgine. 27.B
Cur multitudo angelorum aſtitit angelo euangelizanti paſtoribus. 42.L
Angelus aliter Mariam,aliter Ioſeph,aliter paſtores inſtruxit. 41.F
Angeli natiuitatem Chriſti curiæ cœleſti nuntiauerunt. 42.M
Angelus in piſcinam deſcendens, Chriſtum deſignabat. 342.G
Angelorum acceſſus poſt victoriam.116.I, & 117.E
Angeli cur poſt victoriam apparuerũt. 118.G
Angeli quod Chriſto miniſtrauerint. 118.H I
Chriſt⁹ ab angelo cõfortatur.614.I K M
Chriſtus non habuit angelum deputatũ. 614.K
Angelus in forma humana. 614.L.
Angelus occidiſſet percuſſores & illuſores Chriſti,ſi ipſe permiſiſſet. 649.C
Angeli in morte Chriſti flebant. 688.I
Angelus cur videtur à mulieribus.711.F
Angeli aſpectus. Ibidem.
Angeli boni diſcretio, à malo. 16.K 712.G
Angelus ad mulieres. 712.I K
Angeli ad mulieres. 714.I
Quid duo angeli in ſepulchro agebant. 715.F
Angeli ad apoſtolos aſcenſum Chriſti intuentes. 740.E F
Angeli boni & mali intererunt iudicio. 777.E
Angeli cum domino venient. 571.B C.
Anima rationalis, eſt imagine dei inſignita. 63.F
Anima creata eſt vt eſſet dei habitaculum. Ibidem.
Anima eſt à deo immediatè creata.63.E
Anima creata eſt ex nihilo. 63.E
Quatuor gradibus proficit aĩa. 33.C D
Gradus quatuor in anima pfecta.33.E F
Anima contemplatiua,& actiua,indiget purgatione. 62.H
Animæ nobilitas. 64.G
Animæ templi ornatus. 64.H
Anima ſponſa dei dicitur. 146.I
Animæ ſedes. 171.F
Ad animam loquutio,ſuper labore tolerando. 189.B C
Anima leproſa quæ dicatur. 196.M
Aĩa fidelis p nauiculã intelligitur.212.G
Animæ curatio. 143.K
De aĩę ſanatiõe magis curãdũ eſt.218.M
Anima mutuo accipit corpus. 235.D
Animæ acceptiones quæ ſint. 239.E
Anima vnde dicitur. 239.F
Anima odienda eſt dupliciter. 242.I
Anima ſenſitiua. 260.L
Animarum regimini labore,contemplationi præfertur. 269.A
Anima in nocte ablata. 339.F
Anima à ratione poſsideri debet.540.K
Animæ curuitas. 349.D
Anima peccatrix. 350.L
Anima proximi pluſquam corpus proprium eſt diligenda. 374.I
Animam pro ouibus ponere. 376.G
Morbus grauis animæ. 386.K
Anima à dæmonio vexatur,quãdo perſeuerat in peccatis. 386.M.387.A
Anima perdenda. 404.M
Animam ſuam perdere. 405.A
Animæ pditio irrecuperabilis.405.D E
Animæ apud deum pretium. 428.I
Animæ pueri puritas. 438.M
Animæ paſsio. 459.C
Animæ ſeparatæ. 461.C
Animæ mors. 466.H
Aĩa fidelis domus dei dicitur. 484.G H
Animæ abſtractio triplex. 484.H I
Aĩa ligata p ſe diſſolui nequit. 494.I K
Animæ committuntur cui non committeretur aſinus vendendus. 490.M
Animę pars eminentior,eſt templum in Hieruſalem. 506.H
Animæ ſtatus peccatricis, à Chriſto deflectur. 501.D
Quatuor ex aĩæ tẽplo pelleda. 506.I K
De immortalitate animæ. 510.L
Animas non mori,probat. 527.D
Anima incorporea corporalibus tenetur pœnis. 774.H
Anima pro ſenſualitate interdum accipitur. 514.K
Anima põt dici mulier ſepteuira. 527.C
Animæ naturaliter deſiderant ſua corpora. 527.F
Anima poteſt dici vinea. 520.H
Aĩa mortua eſt in corpe pctõris. 536.M
Nobilitatẽ per virtutes aĩa recipit.547.F
Animæ tranſitus triplex. 555.D
Animæ iuſtæ vocantur à corpore gaudentes. 560.H
Animam inquinantia. 382.H K L
Animæ illabi poteſt ſolus deus. 590.I K
Delectatione non vacat anima. 605.D
Compaſsio turbans accidit animæ tripliciter. 612.G
Liberanda anima. 643.F
Aĩæ ſanctorũ nunc cœlũ petunt. 678.L
Solus Chriſtus animam in poteſtate habuit. 681.D
Animæ deuotæ debent myſterium paſſionis ſolicitè conſiderare. 692.H
Aĩæ deũ videre volẽti neceſſaria.730.H
Aĩa inuita ſeparatur à corpore. 737.F
Poteſtas animæ in patria. 782.G
Securitas animæ in paradiſo. Ibidem.
Honor animæ in patria. 782.G
Animus curuus in corpore recto, indecens eſt. 94.H
Animus terrenorum cupiditate ſordeſcit. 177.A
Animi voluptas refrenanda. 317.A
Animus deo acceptus. 529.L
Animal immundũ non eſt deo offerendum. 61.E F
Animal rationale. 179.A
Anna filia Emerentiæ. 785.E
Annæ mariti & filiæ, & earum filij & mariti. 14.L
Anna nupſit Ioachim de ciuitate Nazareth. 785.F
Anna & Ioachim 20 annis ſine prole vi-

xiſſe ſe untur. Ibidem.
Quare eccleſia beatæ Annę recolit memoriam. 785.F
Bona Annæ tripartita. Ibidem.
Annæ deſolatio pro mariti abſentia. 786.I
Annæ precatio ad deum. 786.I K
Annę ſoboles,& eius matrimonia,& generationes. 787.E
Anna ſecundò nupſit Cleophæ. 787.E
Annæ tertiò nupſit Salome. Ibidem.
Anna dei inſtinctu ad tot nuptias tráſijt 787.E.
Confutatio erroris de pluralitate virorum beatæ Annæ. 787.F
Anna immeritò ob ſterilitatem rubore fuerat affecta. 787.F
Roſariũ ad diuæ Annæ honorẽ.788.H & ſequen.
Annæ prophetiſſæ cõmendatio. 60.I
Anna offerens Samuelẽ, Mariam Chriſtum offerentem figurauit. 57.A
Annas & Caiphas. 82.K
Chriſti ducẽdi ad Annã cauſæ.623.A B
Quare Chriſtus tacuit diſcipulos ſuos coram Anna. 624.L
Annas & Caiphas ſacerdotium viciſsim à gentibus emebant. 623.B
Annas & Caipas licèt de tribu Leui nõ eſſent,officio tamen ſacerdotis fungebantur. 623.C
Mariæ annuntiatio. 19.F,& ſeq.
Chriſtus quare virgini annũtiatur. 18.I
Annus. 288.M
Anſelmi ad Mariam pulchra deprecatio. 773.C,& ſeq.
Ante diem mori,quid ſit. 235.C
Antelucanum. 308.K
Antichriſti parentes,& malitia.774.L
Antichriſti aduentus. 541.D E,& ſeq.
Antichriſtum Iudæi ſuſcipient primi. 346.G
Antichriſtũ cur Iudæi recipient Ibid.
Antichriſtum Iudæi Chriſto præferent. 642.B.
Antichriſtus honorem diuinum vſurpabit. 541.F.542.G
Antichriſti arma quatuor. 774.K
Antichriſti cædes. 774.M
Prodigia Antichriſti, & diſcipulorum eius. 543.F
Antichriſti tortores. 543.F 544.G
Diſcipuli Antichriſti facient miracula. 544.G.
Tribulatio Antichriſti coget ſecularia deſeri negotia. 542.I
Tribulatio ſub Antichriſto. 543.B C
Maxima Antichriſti tribulatio vbi erit. 543.C
Quatuor hominũ genera auxilio erunt Antichriſto. Ibidem.
Diaboli nunc ligati, adueniente Antichriſto ſoluentur. 543.C.544.G
Duratio perſecutiõis Antichriſti.543.C
Trib⁹ annis regnabit Antichri.543.C D
Dierum Antichriſti breuiatio. 543.D
Quadraginta diebus poſt mortem Antichriſti erit iudicium. 549.F
Iudæorum conuerſio poſt mortem Antichriſti. 775.A
Antichriſti qui ſint. 234.H.524.M
Antichriſtus dici meretur, qui Chriſtũ non ſequitur. 524.L
Abominatio dicitur Antichriſt⁹. 541.F
Antiquorum deſiderium videndi Chriſtum. 10.I K
Aperire domino. 562.L.563.B C
Aperuit verbũ,ſignanter dictũ.684.G H
Apex quid ſit. 157.B
Apocalypſis compoſitio. 147.D
Apoſtata q̃do dicat loqui digito. 161.E
Apoſtatatio cordis. 209.C
Apoſtaſia cordis,& corporis. 209.C D
In apoſtaſiam cadentes. 302.K
Apoſtolorum 12.electio non ſine precibus facta. 147.E
Apoſtolorum nomina. 148.I
Apoſtoli propter ſuam humilitatẽ ſunt à deo illuminati. 370.K
Apoſtolorum error duplex. 396.G
Apoſtoli dupliciter à Chriſto arguuntur. 396.G H
Cõtẽtio inter apoſtolos Chriſti.595.B C
Timor apoſtolorum. 603.B C
Apoſtolorum fragilitas. 621.F
Quare Iudæi non cõprehenderunt apoſtolos cum Chriſto. 621.F.622.G
Cur Chriſtus fratres vocet apoſtolos. 718.G.719.C
Apoſtoli à Chriſto ante cœnam baptizati. 585.B
Apoſtoli ante paſſionem Chriſti ſpiritum ſanctum habuerunt. 759.D
Apoſtolorum ordinatio in epiſcopos. 400.L
Chriſtus in die paſchæ apoſtolos ordinauit epiſcopos. 730.H
Quid apoſtolos magnos oſtẽdit.449.D
Dubitatio apoſtolorum nobis profuit. 732.K
Miſſio apoſtolorum tanquam vicariorum. 729.E F
Eductio apoſtolorum ab vrbe Hieruſalem. 747.C D
Apoſtoli prædicauerũt quod annuntiauerunt prophetæ. 10.H
Apoſtolorum reditus à prędicatione ad Chriſtum. 254.
Promiſsio facta apoſtolis,tranſit ad ſucceſſores. 742.G.748.H I
Apoſtolorum gaudium poſt triſtitiam. 599.F 600.G H
Apoſtolorum triſtitia. 603.A
Luctus apoſtolorum. 145.E F
Confirmatio apoſtolorum in die pentecoſtes. 601.F
Apoſtoli videntur tanquã ebrij. 760.M
Apoſtoli carnales ſpiritu ſancto repleri nequibant. 761.A
Apoſtoli,12. annis poſt paſsionem Chriſti manſerunt in Iudæa. 761.F
Apoſtolorum & diſcipulorum ſignificatio. 255.B
Apoſtoli ſunt fundatores eccleſię.286.K
Apoſtoli ſunt notarij Chriſti. 288.G
Apoſtoli & ſucceſſores,per cophinos deſignantur. 297.A B
Apoſtoli prælatos & prædicatores deſignant. 315.C
Apoſtoli,& prælati,ſunt ſal terrę.156.H
Apoſtoli,& prælati ſũt lux mũdi.156.K
Apparere quid ſit. 733.E
Chriſtus apparere nobis voluit quod nõ erat. 105.G
Apparuit Chriſtus Moyſi & Heliæ. 417.F
Virgini Mariæ prima apparitio facta. 708.L M.709.B
Cur euangeliſtæ non ſcripſerint apparitionem Chriſti ad matrem. 709.A
Mulieri prima facta apparitio. 710.K
Chriſtus apparens duobus diſcipulis,nõ transformauit carnẽ ſuam. 723.F
Cur Chriſtus ſerò diſcipulis apparuit. 726.L
Apparitiões quinq; in die paſchę.726.L
Cur Chriſtus apoſtolis non apparuit ſuper aquam,ſed ſuper ſolidũ. 733.F
Tres apparitiones per tres dies. 739.E
Apparitio principalis Chriſti, in Galilæa. 740. G
Cur in monte apparuit Chriſt⁹. 740.I
Duodecim apparitiões Chriſti. 742.L
Apparitiones in vniuerſo quatuordecim. Ibidem.
Chriſtus ſolum ſuis apparuit poſt reſurrectionem. 743.F
Apparitionũ Chriſti myſteriũ. 744.G
Apparitio Chriſti in Oriente. 54.H
Modus apparitionis Chriſti in ſecundo aduentu. 543.& 545.A
Apparebit Chriſtus electis,& reprobis, ſed differenter. 552.L
Appellationes Chriſti. 106.H
Appetere primatum. 478.C D
Appetitus hominis duplex. 737.E
Appetitus intellectiuus vult martyriũ, Appetitu ſenſitiuo refugiente. Ibid.
Applauſus vitandus. 204.H
Apud præpoſitio ibi, & verbum erat apud deum:quid deſignat. 7.E
Aquæ benedictæ ratio. 63.A
Aquæ proprietates. 106.G
Aquæ inuinũ mutatio,ſine verbo.126.H
Duo notanda in Chriſto mutante aquã in vinum. 126.I





Aqua inſipida,tranſit in vinum. 127.D
Aqua frigida. 243.E
Per aquam in peluim miſſam,quid deſignetur. 585.F
Aqua ſacramẽto Euchariſtię appoſita, quid ſit. 593.B
Aquillarum pulli ad ſolis intuitũ probantur. 545.B
Aquilæ electos deſignant. 558.L
Aquilo quid deſignat. 86.H I
Conuerſio ad Aquilonem dum euangelium legitur. 748.I
Arabiæ duæ. 49.F
Arabiæ ſitus. 475.E
Arator retroſpiciens,quid. 209.B
Liberum arbitrium quibus relinquitur. 516.E
Libertas arbitrij. 575.D
Arboris exciſio,& caſus. 86.H
Circunfodere arborem. 347.E F
Arborum differentiæ. 86.K
Arbor humana. 86.H I
Arbor, homo eſt, aut genus humanum. 86.K
Arboris bonæ partes. 191.A
Arboris euangelicæ rami. 285.C
Bonæ arbores vti ſimus,monet. 326.G
Arbor iuxta viam,fructus ſuos difficile fert vſque ad maturitatem. 513.A
Arbor de fructu,non de floribus,aut folijs cognoſcitur. 513.B
Inter arborem, & fructum, ſimilitudo. 325.F.326.G
Arbor infructuoſa. 347.C D E
Arbori infructuoſæ duo debẽtur.348.K
Arbor ſine fructu. 513.A
Aromatica arbor. 488.M
Arca teſtamẽti,figurabat Mariam.56.L
Arcam Noẽ fabricare,ſignat dominum eccleſiam ædificare. 557.E F
Arca domini. 770.E
Nõ ſunt deſiderãda arcana diuina.545.E
Archangelis coæquandi. 421.C
Archelaus paternę crudelitatis hæres. 71.E
Archiſynagogus. 350.G
Architriclinus quis dicatur. 126.K
Arctæ vię facilitas. 183.A
Arena cupiditati terrenorum comparatur. 192.M
Arguentis incautè peccata. 184.L
Arguendi maioris forma. 402.H
Arguendi forma. 589.C
Chriſtus magis arguet de peccatis in proximum,quàm in deum. 574.I K
Chriſtus plus arguet de omiſsiõe,quàm de commiſsione. 574.I
Triginta argenteorum valor. 579.D
Ariditas triplex. 319.D
Arimathia olim Ramatha dicebatur. 686.H I
Ariſtippus. 248.G
Arrij hæreſis circa trinitatem. 378.H
Arma diaboli ſunt peccata nr̃a. 647.C
Arma omnia in cruce Chriſti. 697.B
Aromata vnde dicta. 700.K
Aromata ſua habet quęlibet Maria, & ſtatus. 707.B
Aromata incipientium. 707.B
Aromata proficientium. 707.B C
Aromata perfectorum. 701.E
Articulorum conditores. 755.B
Articulorum diſtinctio. 754.G
Articuli ſeptem ad humanitatem ſpectantes. 754.L M.755.A
Deus eſt omnium artifex. 8.H
Arundo non fuit Ioannes. 247.E
Arundo ne ſimus. 247.F
Arundo pro ſceptro data eſt Chriſto. 647.D E
Arundinis incuſsio. 747.L
Documentũ ex arũdine Chriſti.647.E
Quare Chriſtus arundinem tenere voluit. 647.E
Arundine caput Chriſti percutientes. 649.A B
Arundo vel calamus Chriſti,ſcripturam ſacram deſignat. 649.A
Aſcendere ad patrem,quid ſit. 717.E
Aſcenſio cur dilata fuit. 743.C
Chriſtus aſcenſurus aſſumpſit nos ex paradiſo. 745.B
Conuiuium domini vltimum in die aſcenſionis. Ibidem.B C
Contemplatio circa aſcenſionẽ domini. 747.E
Aſcenſio domini. 748.K
Myſterium & ordo aſcenſionis Chriſti. 748.M.749.A
Forma Chriſti aſcenſus. 749.C
Aſcenſum Chriſti intuentes.Ibidẽ. D E
Chriſtus aſcẽdit in cœlum empyreum. 751.C
Aſcenſionis ſolennitas eſt magna.745. A.751.F.752.G H
Aſcẽſio eſt ſolẽnitas oĩm beatorũ.752.G
Aſcenſio eſt feſtum noſtrum. 752.G
Chriſti aſcenſio, noſtra prouectio eſt. 752.H
Solennitatis aſcenſionis ratio. 752.K
Aſcenſionis figuræ. 752.L M.753.A
Aſcenſionis ſolennitas valde ſolenniseſt. 745.A
Aſinus deſignat populũ gentilem. 41.B
Aſinæ periculo nemo occurrit. 350.I
Aſinam & pullum mittit ad quęrẽdum Chriſtus. 495.B C
Aſinis ſimiles. 494.G
Aſina ligata. 494.H I
Chriſtus cur ſuper aſinam ſedit. 495.E
Aſina, & pullus, quid ſignificabant. 495.E F. 496.G
Concordia euãgeliſtarum circa aſinam & pullum. 495.F.496.G
Manſuetudo Chriſti ſedentis ſuper aſinam & pullum. 496.G H
Aſmodęus. 322.K
Aſtrologi Iudæi. 394.K
Aſſumptionis trium cauſa. 407.A
Vnius aſſumptio,& alterius derelictio. 558.I K L
Chriſtus nõ aſſumpſit perſonam,ſed hominem. 25.C D
Aſſumptio Chriſti. 471.I
Chriſtus ſecum aſſumpſit multitudinem captiuam. 749.A
Aſſumptionis Mariæ euangelium.771.I
Figura aſſumptionis Mariæ. 771.E
Aſſumptio virginis fuit olim Ioanni demonſtrata. 771.E F
Feſtiuitas aſſumptionis Marię fuit olim figurata. 771.F
Aſtutia vulpina vituperabilis eſt. 229.F
Aſtyagis filia. 12.L
Athalia vineã Naboth conuertit in hortum olerum. 112.M
Atrium quid ſit. 624.H
Atrium ſacerdotum. 504.I
Atrium ſacerdotis quid ſignat. 631.E
Atria magnorum. 631.F
Auaritia eſurit & ſitit aliena. 151.D
Auaritia quantum retardat à cœlo. 176.L M
Contra auaros mancos. 719.E F
Auaritię deteſtatio.338.L.340.K.456.L 573.B.721.B
Auaritia ſola cæteris ſeneſcentibus vitijs iuueneſcit. 349.F
Auaritia fera peſsima. 352.G
Auarus peior eſt diabolo. 405.B
Auaritia radix omnium malorum. 442.K
Auarus non poteſt intrare paradiſum. 446.L M
Auaritiæ fuga ſuadetur. 447.B
Auaritiæ origo. 518.I K
Auaritia cæca eſt. 573.B
In auaros miſeros. Ibidem.C D
Auaritia extinguit iuſtitiam. 579.D
Auaritia laqueus eſt diaboli. 634.M
Dauid leonem & vrſum occidens, auaritię tentationem figurauit. 116.I
Audientes verbum dei, nec proficientes in virtute, ſimiles ſunt ciuitatibus à deo maledictis. 253.E
Audimus ad quæ afficimur. 366.I
Auditus triplex. 256.G
Aueri prohibemur. 166.L
Auerſionis à deo pœna. 778.M
Auete mulieres primò audire meretur. 739.A
Auferri à non habente. 286.L
Auguſtini verba quibus lubricum conuertit. 348.M
Auguſtini ad Mariã precatio. 772.L M. 773.A B

Auguſtus vnde dictus. 38.H
Menſis Auguſtus vnde. Ibidem.
Aues deſignant viros ſpirituales. 177.F
Auis vocem ſimulans. 190.K
Aurea,& Aureola. 153.A
Aurea,& aureola beatorum. 781.A
Aureola quibus debetur. Ibidem.B
Aures audiendi. 286.G
Aurora media eſt inter diem & noctem. 709.D E
Auſter quid deſignat. 86.H
Auſteritas vitæ requiritur in euangelij prædicatore. 84.K
Auſteritas Chriſti,in eiectione vendentium. 505.E
Aurum Mariæ datum. 55.B
Auxilium dei ad gratiam recipiendam requiritur. 466.I

Baculus paſtoralis quid ſignificet. 639.I
Documenta duo ex baiulatione crucis. 657.A
Balaam vaticinium. 49.D
Balſamum quid deſignat. 707.F
Baptiſmus euacuauit circuncisionem. 48.I
Baptiſmus pœnitentiæ,& gratiæ. 82.M
Baptiſmus quintuplex. 83.A
Baptiſmus duplex. 96.G. Item adhuc eſt triplex. Ibidem, & 585.B
Baptiſmus multiplex. 746.G
Baptizare in aqua,& in ſpiritu. 97.K
Ad baptiſmi perfectionem, animæ & corporis lotio exigitur. 94.L
Totus homo lauatur in baptiſmo. 585.A
Baptiſmi mundatio,ſine fide & operibus non prodeſt. 741.C.
Baptizandorum conditiones. 102.B
Baptiſma Iudaicum abolctur. 105.E F
Baptiſmi in primitiua eccleſia forma 107.F
Forma baptiſmi à Chriſto inſtituta. 741.A
Baptiſmus neceſſarius. 745.F.748.G
Baptiſmi effectus triplex. 107.F.108.G
Baptiſmi virtute in cœlum aſcenditur. 132.G
Quomodo plures veteris teſtamenti ſine baptiſmo ſunt ſaluati. Ibidem.H
Baptiſmi figuræ. 108.H
Baptiſmi inſtitutio,& confirmatio. Ibidem.I
Baptizandi potentia multiplex. 120.G
Baptizandi paruuli. 386.H
Baptiſmus non iterandus. 120.I.585.A
Nullus,quantumuis ſceleratus,venit rebaptizandus. 120.I
Nullus niſi baptizatus Chriſti corpus ſumere debet. 131.E
Euangelium de baptiſmo quare legitur die trinitatis. 132.G
Baptizat Chriſtus ſemper. 132.M, & 133.A.
Sacerdos non baptizat,ſed deus. 594.L
Baptiſmus Ioannis. 133.B
Baptiſmus Ioannis vnde fuit. 517.C
Baptiſmus Ioannis non mundabat ſine pœnitentia. 82.L
Mulieres baptiſmo Ioannis non baptizabantur. 82.L
Baptiſmo Ioannis infantes non baptizabantur. 82.M
Baptiſmus Ioannis figuram gerebat catechumenorum. 83.A
Baptiſmus Ioannis præparatorius & figuratiuus. 83.A
Baptiſmus Ioannis quare factus in Iordane. 83.B
Baptizandi cauſæ in Ioanne. Ibidem.
Baptiſmus Ioannis,Chriſti prænuntiatiuus. 84.L
Ioannis baptiſmus erat proteſtatio credendi in Chriſtum. 84.M
Baptizare poterat Ioannes. 94.K
Baptiſmus Ioannis profuit. 94.M
Baptizati à Ioanne, iterum baptizandi erant. 95.A
Baptiſmus Chriſti cõfert gratiam, non Ioannis. 96.G
Baptiſmi Chriſti,& Ioannis,differentia 107.F
Baptiſmus Chriſti. 82.M.103.A.& ſeq.
Baptiſmi Chriſti locus. 103.A
Chriſti baptizandi modus. 103.D E
Chriſtus cur ad Ioannem venit baptizandus. 103.E F.104.G
Ioannes cur Chriſtũ renuit baptizare. 104.H I K
Chriſtus non vt peccator baptizatus. 105.C
Baptiſmum ſacrauit Chriſtus per ſui baptizationem. 105.E
Baptiſmo Chriſti ſanctificatæ ſunt omnes aquæ. 63.D
Baptizatus eſt Chriſtus in Iordane, & quare. 106.G
Baptiſmus Chriſti, eſt tinctura ſanguinis ſui in paſſione ſua benedicta. 238.I
Barachias interpretatur iuſtus domini. 537.F
Chriſti barbæ euulſio. 630.G
Bariona, quid interpretetur. 122.L. 400.F
Barrabas latro ſeditioſus, & populo odioſus. 642.L
Barrabas præeligitur. 643.B
Documenta duo ex præelectione Barrabę. 643.E
Meditatio circa præelectionẽ Barrabę. 643.F
Barrabam ſolui cupientes. 643.E
Barthimeus cæcus à Chriſto ſanatus. 486.H I
Beatitudo,quid ſit. 561.C
Beatitudo dupliciter dicitur. 149.E
In qualibet beatitudine ſunt duo. Ibidẽ.
Ad beatum eſſe quid requiratur. 154.M
Acceſſus ad beatitudinem, eſt cognitio infœlicitatis ſuæ. 81.A
Beatitudines octo. 149.D
Beatitudines,ſecundum Lucam. 155.B
Beatorũ & viatorũ comparatio. 249.E
Maria quomodo fuerit beata. 332.M
Beatitudinem quiſque in hoc quod diligit,reponit. 399.C
Beati vellet ire ad locum damnatorum. 461.D
Corona duplex beatorum. 561.C
Beatitudinis obiecta. 780.H
Beatitudo non copulatur cum ſcientia, ſed cum opere. 587.C
Palma beatorum. 781.A
Bel. 322.I
Beelzebub vir muſcarum interpretatur. 322.I K
Bella inteſtina. 540.G
Bellum nobis continuum eſt. 763.F
Benedictionis origo. 438.H I
Benedicere quid, & benedictus quis dicatur. 497.D E.571.F
Benedictio dei. 497.E
Sicut in antiqua lege ponuntur benedictiones ſeruantibus legem, & maledictiones tranſgredientibus:ita in noua beatitudines & væ. 534.G
Ex patre eſt benedictio, ex nobis maledictio. 572.M
Benedictionis conferendæ inſtitutio. 748.K
Benedicendi cauſæ. 748.K
Benedictus fructus Mariæ. 29.B
Benedictio Mariæ. 29.A B
Benedictio Simeonis. 59.C
Chriſti benedictio. 297.D
Benedictione dei omnia creata vigent. 297.D
Benefacere,quid ſit. 389.B
Beneficij duo genera. 164.K
Beneficia appetere,an liceat. 302. H I M
Exempla ſuper pluralitate beneficiorum. 304.M.305.A
Beneficiorum pluralitas etiam cum diſpenſatione periculoſa. 304.K L
Beneficia conferentes, & recipientes. 389.A B
Beneficium accipere, libertatem vendere eſt. 504.M
Beneficia fecit dominus quatuor ſequentibus ſe. 296.L
Beneficium diuinum recognoſcendum. 369.F.370.G
Beneficia dei per quos dentur. 417.E
Beneficiorum dei exprobratio. 552.K 777.C D
Beneficia diuina ad laudandum deum inuitant. 764.K
Beneficia Chriſti in nos collata. 777.B
Beneplacitũ dei, eſt ſufficiens ratio prædeſtinationis & reprobationis. 257. D E
Beneuolẽtia tripliciter captatur. 171.A
Benignitas,& patientia,domini. 66.K
Benignitas, & bonitas, domini. 724. I K L
Benignitas dñi erga Zacheum. 484.K
Berillus. 445.C
Bernardus vitam Chriſti frequentauit. 2.M
Bernardus de humili natiuitate Chriſti. 52.K,& ſequentibus.
Bernardus Chriſtũ inuitat vt loquatur. 107.C
Beth,domum ſonat. 50.K
Bethania duplex. 96.L
Bethaniæ vtriuſque ſitus. 96.L
Bethania qualiter interpretetur. 96.L 467.B
Bethania domus obedientiæ interpretatur. 488.I.511.D E
Chriſtus venit Bethaniam ante ſex dies Paſchæ. 487.E F.488.H I
Reuerſio Chriſti in Bethaniã. 511.C D
Contemplatio ſuper reuerſione Chriſti in Bethaniam. 511.E F
Diſtantia Bethlehem à Hieruſalẽ. 39.A
Bethlehem,domus panis. 39.B
Bethlehẽ moraliter,& anagogicè. 43.D
Bethlehẽ primò dicta eſt Effrata. 45.A
Bethlehem commendatio. 45.A B
Myſteria in Bethlehem facta. 45.B
Bethlehem ſitus. 45.C.67.E F
Bethlehem duplex. 50.L
Bethphage ſitus. 493.A
Bethſaida domus venenatorũ interpretatur. 123.A.253.B.341.D
Bethſaidæ locus, vbi ſtetit dominus. 734.M
Bias. 339.C
Cur Chriſtus bibere noluit. 659.D
Bimatus vnde dicatur. 67.D
Bini cur mitti dicantur. 255.C
Blanda facilius decipiunt. 174.I
Blaſphemia, quid. 325.L
Blaſphemiarum ſpecies. 379.F
Blaſphemia tripliciter fit. 216.I
Blaſphemia multipliciter fit. 627.D
Blaſphemantes tripliciter in tres perſonas in diuinis. 324.L
Blaſphemis, & irriſoribus, non ſunt reuelanda myſteria. 220.M
Blaſphemia grauior eſt violatione ſabbati. 345.C
Blaſphemiæ vitandę documentũ. 627.C
Blaſphemiæ nec creaturæ inferendæ, 62 D
Blaſphemia quantum ab hominibus cauenda. 627.E
Meditatio circa Chriſti blaſphemiam. Ibidem.
Blaſphemans nomen dei, reus eſt mortis. 627.F
Bonus quomodo à malo diſcernitur. 16.K L
Bonitas voluntatis, quomodo dicatur. 42.K
Diſtinctio bonorum à malis. 358.K
Bonus,etiam ſi ſeruiat,liber eſt. 364.M
Bonus malum non patitur. 431.C
Boni in faciem cadunt, ſed mali retrò. 472.L
Bonum pro melius. 419.C
Bonus ſolus deus. 439.D
Bonitas dei incomparabilis. 452.H
Bonitas Chriſti ĩeffabilis. 363.C.427.E
Bonitas Chriſti etiam in iudicio. 573.I
Bonum triplex. 101.B.180.L
Tria bona deus homini dedit. 179.F
Bona animæ beatæ ſeptem. 781.E
Bona contra peccata. 142.L
Bona ſubſtracta,quid proſint. 143.M
Bonorum ordinatio. 181.L
Minus bonum pro maiori omittendum. 28.K
Bonum nemo inuitus facit. 236.K
Bonorũ eccleſię mutilis aſſumptio. 305.F
Bona interiora quærenda. 348.L
Bonorum diuiſio. 455.E
Bona iuſtis data. 460.L
Non eſt ceſſandum à bono incœpto, propter murmur malorum. 484.L M. 485.C D
Bonum cœleſte deguſtãs, nihil amat ſuper terram. 485.F
Deus nũquam deſtitit incitare homines ad bonum. 517.F
Duplex defectus à bono proſequendo. 543.B
Bona domini. 561.C
Bonum non ſibi,ſed alijs faciẽres. 590.L
Bona ex meditatione paſſionis Chriſti. 606.K L M
Bona ante mortem per ſe agẽda. 773.K
Bos & Aſinus. 39.C
Bos deſignat populum Iudæorum. 41.B
Boues errantes qui intelligantur. 129.F
Brigidæ reuelatio. 606.H

Cecidit,non factũ eſt, ſemen. 282.K
Cadere in facies, & retrorſum. 410.H
In terram cadere. 513.F
Caſus in conſenſu, opere, & obſtinatione. 193.C
Caſus cur mentio facta. 255.F
Caſus in terram docet nos magis humiliari. 616.I
Reſupinus captiuantium caſus. 617.F
Caſus retrorſum iniquorum eſt. Ibidẽ.
Cæci qui dicantur. 246.M.390.G
Cæcus à natiuitate. 369.B,& ſequentib.
Cæcus natus à Iudæis è ſynagoga eiectus. 370.H I
Cæci illuminatio. 396.K
Cæcus cur prius imperfectè illuminatus. 396.K
Cæci curatio. 397.A
Cæci liberatio. 480.M
Cæcus illuminatus à Chriſto, genus deſignat humanum. 481.A B
Cæcorum oblatio. 486.G
Cur Matthæus & Marcus in curatione duorum cæcorum, diſcordant. 486. H I
Cæcum iuxta viam ſedere. 487.B C
Cæci duo mendicantes, Iudæum & gentilem populũ ſignant. 222.I K.487.C
Cæcitas triplex,& eius væ. 536.L
Cæcitas quadruplex. 222.K
Cæcitas mentis,myſticè quid ſit. 371.A 481.F
Cæcitatis ſpiritualis cauſæ. 371.C
Cæcitatis propriæ cognitio. 481.E
Cærei ſignificatio. 61.A
Tria ſunt in cæreo. 61.A B
Cæreorum illicita venditio in templo. 130.H
Cæſar vnde dictus. 38.H
Cur Cæſar vniuerſum voluit deſcribere mundum. 38.I
Homines tripliciter ſub Cęſare profitebantur. 38.K
Cæſaris amicus. 651.F
Cæſarea Philippi. 398.K
Cæſarea duplex. 398.K L.
Cæſarea Philippi ſitus. 398.L
Cain munera reprobata. 158.M
Cain deſperatio. 435.E
Caïphæ ſententia. 468.I
Caïphas prophetizauit. 468.K M
Caïphas bis prophetauit. 627.A
Sciſſio veſtimenti Caïphę. 627.A B
Chriſtus ad Caïpham ductus, veritatem non deſeruit. 627.C
Caïphas blaſphemus fuit, quia blaſphemiam creatori impoſuit. 627.D
Calamus. 247.E
Calamo caput Chriſti percutere. 445.A
Calciamenta. 426.L
Calciamenta ſoluere eius, qui ea non habet. 95.E
Calix,quid. 477.D.593.A
Calix domini duplex. 583.A
Calix pro mortę accipitur. 620.G
Caluaria, locus crucifixionis Chriſti. 658.I
Montis Caluariæ ſitus. 658.M
Meditatio circa geſta in monte Caluariæ. 658.M
Calumniantium mores. 343.E F
Calumnianti, & malignanti, quomodo reſpondendum. 517.B
Calũniatores noſtros,nõ odiamus. 619.B

Calumnia Iudæorum in Chriſtũ. 359.F. 634.G H
Reſponſum Chriſti ad Iudæorum calũniam. 634.I
Camelum per foramen acus tranſire. 446.L. 482.L
Camelus maiorem deſignat trãſgreſsionem. 535.F
Campanę quare triduo paſsionis nõ pulſantur. 622.G
Chana. 126.M.127.F
Cananææ deprecatio. 384.I K
Gananęæ confeſsio. 384.K
Cananęæ fides. 384.K.385.E
Cananęæ humilitas,& patientia. 385.D
Cananęæ triplex petitio. 385.D
Cananęa eccleſiam de gentibus congregatam deſignat. 386.H I
Cananęæ filia,eſt anima. 386.I
Cananęa rationẽ ſuperiorem deſignat. 386.K L.
Cananęa imitanda. 386.K L M
Candelarum extinctio. 622.G
Candelabrum in templo Mariam figurauit. 56.M
Cantuum muſicorũ excitationes. 220.K
Cantus docentium. 252.G
Cantici componendi, & canendi, mos. 29.E
Canticum in laude Mariæ. 333.L
Cantilenæ Iudæorum. 250.D
Capellę duę in monte Sion: vna, vbi cœnaculum erat: altera, vbi Chriſtus lauit pedes apoſtolorum. 584.G
Capharnaum ſitus. 135. C D. 194. L. 216.G
Capharnaum quomodo interpretetur. 200.A.279.B
Capharnaum pro incolis. 253.D
Capharnaum, ciuitas domini dicitur. 215.F
Capharnaum metropolis eſt Galilææ. 129.C.414.H
Non omnes capere. 437.D
Capi in loco manifeſto Chriſtus voluit: & quare. 603.F.604.G
Quare Chriſtus ſuos diſcipulos nõ permiſit ſecum capi. 618.H I
Chriſtus capi voluit ſe, non ſuos. Ibidẽ.
Captio Chriſti. 620.K
Meditatio ſuper Chriſti captione. 620. M.621.A
Chriſtus voluntariè captus, & paſſus. 617.D.620.H
Captiui debemus eſſe Chriſti. 620.M
Capilli numerati. 237.B
Capilli dicuntur cogitationes. 237.C
Capillis tergere Chriſtum. 489.B D
Capillum de capite non perire. 540.H I
Caput Ioannis. 585.B
Caput fit cauda. 504.I
Quid caput, manus, & pedes ſignificent. 585.C
Caput Chriſti, coronatum arũdine, percutitur. 648.L M
Caput Chriſti percutere. 649.A
Carbunculus. 444.L
Carmen triplex. 252 H
Carnium eſus. 316.G
Chriſtum raró carnes comediſſe reperitur. 582.I
Caro potius, quàm anima, factum dicitur verbum. 90.I
Chriſti caro duplex. 312.M
Caro Chriſti cæterorum paſsibilior. 609.B C
Carnem non dereliquit Chriſtus, ſed cõmutauit. 705.K L
Caro pro muliere capitur. 90.G
Caro pro homine toto. 90.H
Conſolatio carnis nõ congruit paſsioni Chriſti. 605.C
Colluctatio carnis ad ſpiritum, aliquãdo facit retroire, aliquando lentè incedere. 615.B
Carnaliũ promotio periculoſa. 303.D E
Carnalia bona,& mala. 462.K
Carnales, non ſunt ſpiritusſancti capaces. 761.A
Carnalis hominis ſigna. 761.B C D
Carolus magnus actus martyrum fecit inquiri. 223.C
Carpi viſio ſuper fornace ardente. 424. K L.610.M
Caſia fiſtula. 705.D
Caſtelli nobilitas. 207.I
Caſtellum cur Hieruſalẽ dicatur. 493.D
Caſtellum Hieroſolymorum, mundus dicitur. 493.F
Caſtellum diſcipulis domini contrariũ. 494.H
Caſtimonia ſeruientium deo in templo. 16.G
Caſtitas longa, martyrium reputatur. 54.K
Caſtitas Smaragdo comparatur. 444. K L
Gradus caſtitatis tres. 281.F
Caſtitas Chriſti. 577.B
Caſtrare ſeipſum. 437.F.438.G
Caſula ſacerdotis quid deſignet. 640.H
Catechiſmus quid ſit. 741.B
Catechizandi argumentum. 386.H
Catechumeni informãdi modus. 401.E
Catella Cananæa. 385.B
Cathedra quid. 652.H
Cathedra Moyſi. 531.B
Catholicon, ſonat vniuerſale. 754.K
Catinus quid ſit. 589.L M
Cauernæ apoſtolorum, tempore paſsionis. 622.G
Cautelis cõtra malos vtẽdum eſt. 517.E
Ceciliæ virginis laus. 2.B
Cedendum meliori. 348.K
Cedron genitiuus pluralis. 603.E
Cedron interpretatur triſtis mœror. 604.H
Cedrus quid reprę ſentet in cruce. 663.D
Quem cenſum deo debemus. 38.G
Cenſus ſoluendus. 39.A
Cenſitus capite dominus. 38.L
Centum. 449.A
Centenarius numerus. 422.L
Centenarij numeri myſterium. 606.K
Centuplum. 448.L
Centuplum recipere. 448.M.449.A B
Centurio. 197.F
Centurio non erat Iudæus, ſed gentilis. 198.G
Centurionis laudes. Ibidem.
Centurionis preces ad Chriſtũ. 198.G H
Centurionis virtutes. 198.K
Centurionis ad apoſtolos Chriſti cõparatio. 199.A B
Cur Chriſtus laudauerit Centurionem. 199.C
Centurio primiciarius. 200.H
Centurionis puer. Ibidem.
Centurionis verbi efficacia. 200.E
Centurionis & reguli cõparatio. 277.F
Cẽturio crucifixoribus Chriſti præerat. 681.B D
Centurio martyr. 681.D
Cephas, Petrus interpretatur. 122.L
Ceremoniarum ceſſatio. 274.G
Chana, Chananæa. Require, ſuprà, in Cana.
Character in non iterandis. 119.A
Character diaboli. 458.L
Feruor charitatis quomodo generatur. 81.E
Gradus charitatis. 87.A
Charitas ſpiritum ſanctũ indicat. 106.M
Charitatis præſtãtia. 159.L.440.G.597. F.529.G.529.K
Charitatis perfectio. 189.C
Sine charitate nihil nobis prodeſt. 207. A.597.F
Charitas requiritur in prædicatoribus. 225.A
Charitas ordinata quæ ſit. 238.M. 529.B
Charitas omnibus impendenda. 240.K
Charitas quid agat. 262.D
Charitas pacifica, eſt deo præcipuè offerenda. 266.L
Maiora in genere, ſępe minora fiũt charitate. 326.L
Charitatis carbunculo ſimilis. 444.E
Charitas veſtis nuptialis dicitur. 522.M
Charitas veſtis cur ſit dicta. 523.B
Charitas in duobus præceptis habetur. 522.M.523.A
Vna eſt charitas, & duo præcepta. 759.C
Charitas vera. 523.A
Charitas in hac vita incipit, & in alia conſummatur. 530.G
Charitas quadruplex. 543.A
Charitatis laus. 568.M.597.D E.& ſeq.
Charitas directè opponitur auaritiæ. 573.C
Charitatis in proximum obſequia. 585.L M
Charitas facit vnum eſſe cum deo. 602.G
Charitatis vinculum per Chriſti vincula deſignatur. 621.D
Charitatis actus triplex in primo verbo Chriſti in cruce. 709.F
Charitas expellitur, dum cupiditas ingreditur. 632.K
Charitas aliena noſtra facit. 741.D E
Charitas legẽ implet. 641.C D.& ſeq.
Sine charitate nemo ad culmen cæterarum virtutum conſcendere valet. 741.E
Charitas quantum bonum ſit. Ibidem.
Charitas oĩa bona facit acceptabilia. 741.E
Charitas Chriſti. 577.B
Cherubin coæquandi. 421.D
Chlamis coccinea. 647.L
Chriſma in die cœnæ conficitur. 591.F
Chriſtus quid ſit. 90.I
Chriſtus vnde dicitur. 41.E
Chriſtus à Chariſmate dictus. 122.I
Chriſti nomẽ, eſt nomen commune, & gratiæ. 32.K
Chriſti, reges dicebantur Iudæorum. 635.M
Chriſtus rex erat. 637.D
Chriſtus rex & ſacerdos. 122.I
Dulcedo Chriſti nominis. 783.B D & ſequentibus.
Chriſti natiuitas modus figuratus. 45.F
Chriſti demonſtratio. 118.M
Chriſtus promiſſus vt propheta. 298.G
Ille debet dici verè Chriſtus, in quem conſonant omnes prophetarũ voces. 756.G
Conditiones vigintiduæ de Chriſto prophetatæ. Ibidem.
Viginti conditiones de Chriſto prophetatæ, à Marco probatæ. 756.M
Chriſtus cur non prius, nec poſterius, venit. 10.I
Chriſti apparatus in virgine Maria. 12.L
Chriſtus quomodo in propria venit. 89.C D
Chriſtus peccator apparere voluit. 105.B
Chriſtus in primo aduẽtu occultus fuit. 544.L M
Chriſtus in ſecundo aduentu ab omnibus cognoſcetur. 544.L
Chriſtus terribilis & blandus videbitur. 712.H
Chriſtus æternaliter pręceſsit Mariam. 7.B
Chriſtus vt homo non eſt perſona. 25.C
Chriſtus perſona, ſecundum varia diuerſa fecit. 25.D
Chriſtus non compoſitus ex tribus quæ ſunt Chriſtus. Ibidem.
Chriſtus factus eſt ante Ioannem. 95.C
Chriſtus in quauis ætate fuit plenus gratia & ſapientia. 73.A B
Chriſtus quomodo dei filius. 107.B
Chriſtus non poterat inducere ad malũ. 130.M
Chriſtus interdum diuinitatis, interdũ humanitas opera exercebat. 273.B C
Chriſtus in cælo fuit. 313.B
Chriſtus nõ eſt eus diſſenſionis, ſed pacis. 340.I K
Chriſti dies Abrahæ viſa. 367.E
Chriſtus non fecit ſe deum. 379.M
Chriſtus mediator dei & hominum. 515.F
Chriſtus, ſeu Meſsias, non eſt purus homo. 530.I K
In Chriſto duplex eſt natura. 530. K L
Chriſtus deus erat & homo. 530.L
Chriſtus alius non eſt quærendus. 544.K
Chriſtus prædicendo ſuam traditionem & paſsionem, oſtendit ſe eſſe deum. 589.G
Chriſtus filium dei ſe fecit. 651.B
Chriſtus ſecundum naturam diuinam impaſsibilis & immortalis fuit. 701.E
Chriſtus quõ ſemper præſens. 742.G
Matthæus de Chriſto probat, quòd fuit Meſsias. 756.F.756.G
Conditiones decem & ſeptem, probantes Chriſtum eſſe filium dei. 757.E F
Chriſtus in primo inſtãti fuit perfectus homo. 25.A
Chriſtus cur præſentari voluerit. 56.K
Chriſtus cur in Aegyptum fugit. 65.E
Chriſti infantis officia. 72.L
Chriſtus à principio neſciebat per experientiam. 77.D
Chriſtus fabri filius erat. 290.G
Chriſtus cur, præ cæteris, filius Dauid & Abrahæ dicitur. 32.I
Chriſtus quomodo primogenitus & vnigenitus. 39.D
Chriſtus cur Dauid filius. 40.L
Chriſtus ex prole Dauid ortus. 480.I
Chriſtus ſecundum humanam naturam erat filius Dauid. 530.I
Chriſtus nec erat filius Aaron, nec pontifex ſecundum legem. 130.L
Chriſtus non creuit ſecundum animam, ſicut creuit ſecundum corpus. 72.M. 73.A
Chriſti duodẽnis zelus circa ſpiritualia. 73.F
Chriſtus cur poſt triduum inuentus. 78.K
Chriſtus inter doctores in templo. 73.L M
Stupendum ſuper diſcretione Chriſti inter doctores. 75.A
Chriſtus legens ſtabat, exponẽs ſedebat. 289.B
Chriſtus cur Mariæ & Ioſeph ſubditus. 76.I
Chriſtus mendicaſſe aſſeritur. 76.K
Chriſtus quomodo proficiebat. 77.C D
Chriſti, & morum eius, perfectio. 5.E
Chriſti diſcretio,& humilitas. 78.H 126.I.273.C
Chriſti benignitas multiplex. 296.L
Chriſtus quid à 12. vſque ferè 30. annum fecerit. 78.G
Chriſtus qualis apud homines vſq; ad 30. annum reputabatur. 78.I
Figura & effigies Chriſti. 5.E F
Chriſtus ex creatis pauperrima elegit. 39.F.40.G H. & ſequentibus.41. A, & ſequentibus.
Chriſtus potuit impugnari, ſed nõ expugnari. 39.E
Chriſtus fortior eſt Ioanne. 95.D
Chriſtus in pectore cinctus, Ioannes in lumbis. 159.D
Chriſti cum Ioanne comparatio. 249.D
Chriſtus cur annorum triginta baptizatus. 103.B
Quatuor per ordinem in chriſto facta. 119.F
Chriſtus inter Moyſen & Heliã in mõte glorioſus apparuit. 111.E
Ceſsit Chriſtus ob multa. 135.B
Chriſtus cur ad conuiuia iuerit. 143.F
Chriſtus comedendo inſtruxit. Ibidem.
Cur Chriſtus non poterat in ciuitatem introire. 197.D E
Chriſtus ad quos declinabat fatigatus. 202.K
Chriſtus in naui. 211.L M
Chriſtus quare à turbis magnificatur. 217.C
Chriſtus manducauit cum publicanis & peccatoribus. 263.F. 264.G
Chriſtus & Samaritana plures locutiones habuerunt. 273.C
Chriſtus à manibus Nazarenorum elapſus. 291.E F

Chriſtus gratias egit. 297.C
Chriſti inopia & fames. 248.H
Chriſtus neq; conuitijs, neq; blanditijs captus eſt. 329.B
Chriſtus mulieris ſententiam cõfirmat. 332.L M.333.A
Chriſtus litium iudex eſſe noluit. 338.I
Chriſtus cur fratrum hęreditatem diuidere noluit. 338.L
Chriſtus Iudæorum ſolennitates frequẽtauit. 340.A B C
Chriſtus cur à Iudæis ſe ſubtrahebat. 356.C
Chriſtus durè reprehendit, non tamẽ durè reſpondit. 367.A
Chriſtus bona pro malis reddidit Iudęis. 367.D
Locus vbi Chriſtus Chananææ locutus eſt. 386.G
Cur Chriſtus ſeorſum & in montem duxerit diſcipulos. 407.A
Chriſtus Iudæorum fugit furorem. 469.C
Chriſtus notioribus debuit paſsionem ſuam reuelare. 475.C
Chriſtus cur multoties prędixit paſsionem ſuam. 475.C D
Chriſtus cur ad domum publicani diuertit. 485.B
Chriſti abiectio à Iudæis. 580.L M
Chriſtus triſtitiam non inuitus aſſumpſit. 611.D
Nihil coactum in Chriſto conſideratur. 611.F
Chriſti partes ſibijnuicem ſubijciebantur ſecundum iuſtitiam originalem. 612.G
Quare Chriſtus Iudęis iterat queſtionẽ. 618.H
Chriſtus reus arguitur læſæ maieſtatis. 647.F
Chriſtus ad ſupplicium trahitur. 654.A
Chriſtus cur à deo derelictus dicatur. 674.H I
Documentum ex derelictione Chriſti à deo. 675.A
Chriſtus creditus eſt hortulanus. 716.K
Chriſtus in medio de ſe loquentium aſtitit. 726.M
ConuerſatioChriſti poſt reſurrectionẽ. 743.E
Chriſti vita imitanda: & propter multa deſideranda. 1.C D
Chriſti vita fauorabiles reddit, & ſanctos. 2.G
Chriſti vita, facit conſortes vitæ cœleſtis, & omnium ſanctorum. 2.G
Chriſti vita nequit ſatis laudari. 2.I
Chriſti vita, facit hic incipere vitam cœleſtem. 2.I
Chriſti vitæ totius compendium. 2.I
Chriſti vita, eſt nobis ſpeculum. 4.K
Chriſti vita tota doctrina eſt. 577.A
Chriſti aſsiſtentia, lux eſt. 2.D
Chriſtus hominem adoptat in filium. 2.K
Chriſti ad cætera comparatio. 7.D
Chriſtus comparatur flori. 13.E
Chriſtus nobis omnia. 4.H.422.H
Chriſtus ab omnibus eſt adeundus. 422.H
Chriſtus imitandus, & ſequendus. 40.L M
Chriſtus verbo & facto, ſuos excitat ad martyrium. 470.K L
Chriſtus vocat diſcipulos ad religionẽ. 476.I K
Chriſti imaginem gerere debemus. 479.F
Chriſtum non ſemper haberi. 491.B
Cum Chriſto eſſe. 570.I
Chriſtus emendus eſt. 580.K
Chriſtus tenetur per charitatem. 719.B
Chriſtus cum deſidia quæſitus, non inuenitur. 43.B C
Ad Chriſtum inueniendum, quæ requiruntur. 43.C D
Chriſtus in periculis requirendus. 110.H I
Chriſtus in turba nec cognoſcitur, nec inuenitur. 344.H
Chriſti locus. 360.I
Chriſti pręconia tria. 318.K
Chriſtus in nunc dimittis, magnificatur quatuor nominibus. 59.A
Chriſtus dicitur filius, verbum, virtus, & ſapientia. 7.C D
Chriſtus eſt pax, veritas, & iuſtitia. 379.D
Quomodo Chriſtus ſit oſtium. 373.F
Chriſtus paſtor bonus. 374.H
Chriſtus eſt ſalutis portus. 54.H
Chriſtus cibus eſt ſpiritualis. 312.G H
Chriſtus caput eſt eccleſiæ, corpus eius eccleſia. 573.A
Chriſtus interdum liber dicitur exẽplaris. 576.K
Chriſtus ſacramentum eſt. 593.D
Chriſtus dicitur triplex panis. 743.D
Chriſtiani quando ſic vocati ſunt. 72.I
Chriſtiani qui dicuntur. 524.I K
Chriſtianum totus mũdus perſequitur. 294.I
Chriſtianus bene proficiens, ſemper habet reprehenſores. 486.L
Omnes Chriſtiani fratres vocantur ſpecialiter. 533.E
Chriſtianorum tarditas ingemiſcenda. 5.B
Chriſtiani mali. 379.D
Chriſtiani malè viuentes, iniuriã Chriſto faciunt. 524.I K
Chriſtiani fruſtra dicuntur, ſi Chriſtum non imitantur. 524.K L
Chriſtum ſunt cauſa quia gentiles manent in errore. 524.A
Non ſufficit Chriſtiano Chriſtũ paſſum inſpicere. 576.K
Chryſolithus. 445.B
Cibum qui perit operari. 311.E
Cibus ſpiritualis, qui non perit. 312.G
Cibus quem deberent optare prælati. 275.C D
Cibus Chriſti. 375.C
Cibi poſt reſurrectionem à domino ſumpti, exhalauerunt. 743.A
Per cicatrices ſe manifeſtauit Chriſtus eundem. 727.D E
Cicatrices Chriſti pulchræ. 733.B
Cicatrices martyrum, ſtellis ſimiles. 733.B
Cinnamomum quid deſignet. 707.F
Circuitio Chriſti. 141.D
Circunciſio ab Abraham incepta. 46.I
Circunciſio cur inſtituta. 47.F
Circunciſio fiebat petrinis cultris. 48.G
Cur Iudæi in deſerto non circuncidebãtur. 48.G
Circunciſio vſque ad Chriſtum autoritatem habuit. 48.G
Circunciſio in die circunciſionis Chriſti ceſſauit. 48.I
Idem remedium antiquitus conferebat circunciſio, quod nunc cõfert Baptiſmus. 48.I
Circunciſio duplex nobis neceſſaria. 48.K
Circunciſio cur fiebat in præputijs. Ibidem.
Circunciſio quid deſignat. 48.K
Circunciſio octaua die fiebat. 48.L
Octo dies circunciſionis quid deſignent. 49.C
Circuncidi ab omnibus membris, & ſenſibus Beda præcipit. 48.M
Circunciſionem mentis octo illuminationes præcedentes. 49.B
Circunciſio ſpiritualis quid ſit. 49.B C
Circunciſiones triplices. 49.C
Circunciſio Ioannis Baptiſtæ. 31.B
Circunciſio domini. 46.I
Magna duo in circunciſione domini facta. 46.K
Circunciſionem Chriſti quomodo celebrare debemus. 47.D
Circuncidi voluit Chriſtus ob multa. 48.G
Circunciſus eſt Chriſtus nobis, non ſibi. 49.C



Chriſtus antè quàm induci in templum circuncidi voluit. 63.A
Ciſterna in quam ſtella cecidit. 45.C
Ciues conciuibus plerunque inuident. 290.K
Ciuitates à Chriſto ſpecialiter electæ. 43.D
Ciuitates Chriſti. 215.F
Ciuitatum exprobratio. 253.A
Clamor ad deum, quid ſit. 28.M
Clamor domini prædicantis. 286.H
Clamor ad iudicium. 565.E
Documentum circa clamorem Iudæorum. 650.M
Meditatio circa clamores Iudæorum in Chriſtum. 651.A
Clamor Chriſti, exprimit formam tentati & tribulati. 675.B C
Meditatio circa Chriſti clamorẽ. 675.C
Clamor Chriſti in morte validus. 679.A
Clamor Chriſti in morte fuit miraculoſus. 679.B. 68.C
Clarificatio Chriſti. 513.D
Clarificatio Chriſti, quid ſit. 515.A
Chriſtus non clarificatur in ſe à malis. 737.I
Quomodo clarificatus eſt Chriſtus diſcedente Iuda. 591.A B
Clarificatio corporis beati. 780.L
Claritas in corpore Chriſti poſt reſurrectionem. 728.H
Claudi qui ſint. 245.M.390.G
Clauis eccleſiæ. 337.F
Claues ſcientiæ. 373.D
Clauium promiſsio. 400.G
Clauium ſignificatio. 400.H
Clauium poteſtas duplex. 400.I. Et quibus data. Ibidem.K
Claues cur petro traditę. 490.M
Poteſtas clauium data eſt in die paſchæ. 730.H
Clauſtri fuga. 305.E
Clauos Chriſto fabricare. 660.L
Clementia domini. 349.M
Clericorum & laicorum, circa cupiditatem, comparatio. 307.A B
Clericorum ſuperfluitas. 307.D
Clerici Iudæos ſabbatizantes imitãtur. 307.E
Clerici Iudæis ſimiles. 636.K
Clericus litibus abſtineat. 336.K
Clerici à forenſibus abſtineant. 338.K
Contra Clericos & laicos ſuperbientes in equis. 496.I
Clericorum caſus eſt valde periculoſus. 505.B
Clerici ſecularibus dediti. 506.G
Clerici negotiatores. 558 M
Clerici ſeruitium dei negligentes, ſunt latrones in ſuis ſpeluncis. 506.M 507.A
Clerici & laici duos filios deſignare poſſunt. 518.L
Clericorum ad pœnitentiam difficilis conuerſio. 518.M
Difficultas corrigendi clericos. 518.M 519.A B
Clerici ſi malefecerint inemendabiles ſunt. 531.A
Clericus armis pugnare non pręſumat. 619.F
Clericorum iudicium. 638.H
Cline quid ſignificet. 126.I
Cocus, require infrà Coquus.
Cœli apertio in baptiſmo ſuper Chriſtum. 106.H
Cœlum dupliciter acquiritur. 137.D
Omnia dura pro cœlo toleranda. 188.K
Cœlum deſertum. 422.M
Turbatio cœli. 549.F
Cœli & terræ tranſitus. 555.A
Cœlum triplex. 555.A B.751.C
Cœlorum ſplendor creſcet. 555.B C
Inde ad cœlos aſcendimus, vnde vigilamus, oramus & ligamur. 604.L
Cœlum deſiderare. 763.B
Amanda cœleſtia. 763.D E
Cœlicolarum ordines. 409.D
Cœli, pro ſanctis. 171.D
Cœli animas ſanctas deſignant. 551.B
Virtutes cœli, ſunt animę vires. 551.B
Cœlum & terra, corpus & animam ſignant. 555.C D
Cœmeterium bonorum virorum poſſeſſio dictum. 584.G
Vocati ad cœnam magnam. 357.A
Cœna magna. 355.C
Cœnæ tempus. 355.D
Cœna cœleſtis conſiſtit in tribus. 355.E
Excuſantes ſe à cœna magna. 355.F 356.H
Iudæi vocantur ad cœnam, gentes compelluntur. 376.L M
Cœna honeſta in domo Simonis leproſi. 488.G I
Cœna domini. 581.B
Quinque in cœna domini notanda. 581.C
Cœna Chriſti quid ſignificet. 582.I
Cœna dominica repræſentatur. 594.L
Cœna domini olim in manna præfigurata. 595.A
Cœna domini in agno paſchali pręfigurata. Ibidem.
Quinque meditationes circa ſermonẽ Chriſti in cœna. 596.I
Cur poſt Iudæ diſceſſum, Chriſtus in cœna ſermonem habuit. 596.I
Cœnæ excellentia. 602.M
Mirabilia in cœna Chriſti. 602.M 603.A
Cœna Chriſti ex felle & aceto. 676. K
Egreſsio Chriſti loco cœnę hora cõpletorij. 603.D
Cœna nocturna multum impedit orationem & contemplationem. 605.B
Cœnaculum paſchæ. 581.C D
Cœnacula Palæſtinorum. 584.G
Cœpit improperare, ſignanter dictum. 254.G
Non cœpiſſe, ſed perſiſtere, virtutis eſt. 540.M
Cogitationis noſtrę quàm difficile ſit rationem deo reddere. 2.L
Deus omnium cogitationum, intentionum, & actionum inſpector eſt. 18.G
Cogitationes ſcire, ſolius dei eſt. 66.B 265.D.322.M
Cogitationis peccatum. 379.E
Cogitatio mali, & cogitatio mala. 383.A
Cogitationes vnde. 383.C
Cogitationibus malis reſiſtendum eſt. 383.C
Cogitationibus malis ad peccatum deuenitur. 383.E
Cogitationes malę nõ remanebunt impunitæ. 540.I
Minimę cogitationes bonæ digna mercede donabuntur. 540.I
Homo dificit à perfectione, propter affectum cognatorum. 75.F
Non cognoſco, quomodo ſumitur. 22.K
Cognoſcere, quotupliciter ſumitur. 36.G H
Cognitio dei, mundi, & ſui. 282.M
Cognitio dat ſaporem. 300.H
Quomodo cognoſcendum, an ex deo ſimus. 366.
Cognitio duplex. 372.G
Cognitio triplex. 407.E
Cognitio & viſio dei. 780. I
Cognitio dei triplex. 680.I K
Cohabitatio cum virginibus. 159.E
Colaphus quid ſit. 625.A
Chriſti colaphizatio. 629.A
Documentum circa Chriſti colaphizationem. 629.A
Meditatio circa Chriſti colaphizationẽ. 629.B
Colaphizantes Chriſtum. 629.A B
Collibia. 504.L
Colloquutio Chriſti & matris poſt reſurrectionem. 708.L M
Columba ſignat vitam actiuam. 62. K
Columbæ proprietates, ſeptem virtutes indicantes. 106.M
Columbas vendere. 129.F
Columbina ſimplicitas in tribus. 229.F
Maria pullos columbarum obtulit. 57.B C

57.B C
Columbarum pulli cur offerebantur,& non columbæ. 57.D
Beati columbani dictum notabile. 230.K
Colūnæ flagellationis pars Romæ habetur. 645.D
Comedenda Chriſto oblata. 728.H I K
ComitiuaChriſti occurrētis matri aſcēdenti. 770.K
Commiſſura vnde dicta. 146.K
Omnia communia. 172.M
Commune,pro immundo. 383.A
Communicantes indignè cui aſsimilantur. 51.F
Communionis commoda. 430.G
Communicare volentes. 469.E
Communicatio diſcipulorum per manus domini. 592.G
Cur non amplius ſub vtraque ſpecie cōmunicatur. 593.B
Communicantes euchariſtiæ ſacramento. 687.E F
Communicandi conſuetudo. 727.C
Commutatio iniqua. 671.E
Compaſsionis virtus. 503.A
Compatiendum nobis eſt Chriſto. 605.F.606.G
Compatio Chriſti,& cæterorū,ad Mariam. 635.F
Compatiendū Chriſto triplici ratione. 674.K L
Compulſi intrare. 251.I
Completorium vnde dicatur. 604.G
Completus, & expletus, quis dicatur. 441.F
Comprehenſio triplex. 9.A
Comprehenſio quid. 780.K
Compunctionis incitamenta. 151.A
Compuncto cordis. 371.D
Concilium primum Iudæorum contra Ieſum. 467.F
Concipere in vtero. 23.E
Mentalis conceptio,maxima eſt gratia. 549.E
Conceptio & natiuitas Ioānis Baptiſtę. 15.F
Conceptio præcurſoris miraculoſa. Ibidem.
Conceptus Elizabeth dies. 17.F
Conceptus Elizabeth cur Mariæ nūtiatus. 24.G
Mariæ conceptio. 11.F
Conceptionis Mariæ figurę. 12.L
Conceptio virginis Mariæ. 786.L
Conceptio ſaluatoris noſtri. 18.H
Chriſtus eodem tempore quo fuerat cōceptus,eſt paſſus. 19.K
Concipere Chriſtum volentis conditiones. 26.H
Conceptionis dominicæ figura in rubo. 26.M
Conceptionis locus, & partus Chriſti, oſtenditur congruus. 40.M
Concluſio libri, & peroratio autoris. 782.M
Concordantia euangeliſtarum. 214.M
Concordia ſtatim facienda. 156.A
Concordia creſcit,quantum augetur amor. 166.M
Concordia multos facit vnum. 178.G
Concordiæ præmium. 430.K
Concupiſcentia duplex. 159.D
Concupiſcentia per euangelium damnatur. Ibidem.
Concupiſcentiæ deteſtatio. 159.E
Concupiſcentiæ contraria. 159.F
Remedia contra concupiſcentiam. 160.G H
Concupiſceutiæ calor. 203.B
Concupiſcens viſibilia, inuiſibiles virtutes amittit. 249.B
Concupiſcentia temporalium, eſt charitatis venenum. 760.K
Concuſsio fidelium. 543.F
Chriſti condemnatio prima ad mortē. 627.E F
Documenta duo circa condemnationē Chriſti ad mortem. 627.F.654.G
Meditatio circa Chriſti condemnationem. 627.F.628.G.653.F.654.G
Iudæi ſua ſe ſententia condemnauerūt. 634.I
Condimentum facilè famenti. 316.L
Conducere operarios in vineam. 450.I
Confidentia damnatur. 595.F
Confeſsio duplex. 99.D
Confeſsio à quo inſtituta. Ibidem.
Confeſsio cur fit homini. 99.D E F
Confeſsio vocalis neceſſaria eſt. 90.E
Cur deus vult nos confiteri homini. Ibidem.
Confeſsio eſt conuenienter inſtituta. 99.F
Confeſsio frequentanda eſt. 99.F
Confeſsionis vtilitates. 100.G
Pudor,&confitentis humilitas,maxima pars eſt pœnitentiæ. 100.G H
Confeſsio eorundem iteranda. 100.H
Confeſsionis iteratio quid prodeſt. 10.H I
Confeſsio generalis quid prodeſt. 100.K
Confeſſor debet eſſe ſecretus. Ibidem.
Sigillum confeſsionis nemini eſt reuelandum. 100.K
Confeſsionis conditiones quatuor. 166.I
Verba confeſsionis ad ſalutem non ſufficiunt. 191.D
Confeſsio à medico ſuadenda eſt. 217.B
Contra erubeſcentes peccata confiteri. 254.G
Peccator, non obſtante contritione, ad confeſsionem eſt obligatus. 371.F. 372.G
Confitendi modus. 425.F.426.G
Confeſsio prima. 428.H
Confeſsio humilis. 509.E
Confeſsio non eſt differenda vſque ad mortem. 670.L.671.A B
Confeſſorum vnde lætitia. 3.E
Confeſsio triplex. 388.L
Confeſsio fidei ſine operibus. 191.D
Confeſsio exterior fidei requiritur. 221.F.222.G
Confeſsio fidei multipliciter fit. 237.D
Confeſsio fidei quando & quomodo facienda. 469.D
Confeſsio nominis Chriſti. 237.D
Confitendus Chriſtus ſine erubeſcentia. 405.F
Confeſsio dei à minoribus incipit. 503.C
Chriſtus confitetur deo patri. 257.B C
Confeſsio vera & humilis Ioannis. 93.A
Confeſsio Petri. 735.K L
Confeſsio dæmonum coacta, & ex ſuſpitione. 213.D E
Confirmationis ſacramentum. 439.B
Confortatio angeli qualis. 614.M
Congratulandum eſt de bono alterius. 30.M
Congregati in nomine domini. 424.I
Coniectura duplici noſcuntur filij lucis. 455.B
Coniecturis noſcuntur filij ſeculi. Ibidem.
Coniugium caſtorum. 35.D
Coniugium verum inter Mariam & Ioſeph. 35.D E.787.A B C
Coniugum alter religionem quandoq; ingredi poteſt. 129.A
Coniugatorum prouincia duriſsima. 437.D
Conſanguinei vitandi. 75.L
Cōſanguineorum prælatio, dominatur. 303.B
Conſanguinei, & amici, ſaluti poſthabendi. 419.F
Conſcientia malæ voluntati remurmurat. 159.B C
Conſcientiæ vermis. 200.K
Conſcientia mala puſillanimis eſt. 235.E

conſcientia



Conſcientia quadruplex. 307.G
Conſcientiā bonam faciunt duo. 376.I
Conſcientia boni & mali operis. 510. G H
Conſcientia miſera. 336.M
Conſcientia liberat. 365.C
Conſcientiæ teſtimonium. 566.L
Conſciētiam ſuam polluens,faciē Chriſti ſputis polluit. 628.I
Verba conſecrationis efficiūt quod figurant. 591.F
Poteſtas conſecrandi datur in cœna. 730.H
Conſeruatio rerum. 89.B
Conſeruat omnia deus. 345.B
Conſilium ſuper Mariæ voto. 13.D
Conſiliorum adimpletio. 33.E
Conſiliorū obſeruatio cōuenit contemplatiuis. 441.B
Conſilia ad perfectos pertinent. 442.L
Conſilia perfectæ religionis. 442.M
Conſilia duodecim. Ibidem.
Conſiliorum facilitas. 443.E
Cōſilia duodecim, comparantur duodecim lapidibus pretioſis. 444 H I,& ſequen. 445.A,& ſequen.
Conſilium paruum. 469.B
Triplex conſilium,ad triplicem hominū ſtatum. 542.K L
Meditatio circa conſilium malignantiū. 633.F.634.G
Conſilium impiorum bis factū. 634.G
Conſiliarij falſi. 343.D
Cur deus dat conſolationes. 66.H I
Diuina conſolatio delicata. 597.C
Conſolatio diuina non cōpatitur alienā. 239.B.605.D E F
Non eſt diuina conſolatio duplici quærenda affectu. 605.E F
Conſolatio diuina quomodo acquiritur. 723.B
Diuina cōſolatio excedit humanam triſtitiam. 743.C
Conſortium diabolicum. 572.L
Conſuetudo mali, quàm periculoſa ſit. 228.M
Conſuetudo mala quid efficiat. 349.B
Cōſuetudo mala plus nocet igne. 337.C
Conſuetudo domini. 361.C
Conſuetudo bona. 443.F
Conſummare quid ſit. 677.F
Conſummatio Chriſti pœnoſa. Ibidem.
Conſummationis deo dicandæ ratio. 678.G
Conſummatio ſeculi. 742.H I
Contaminari verentes prætorio. 636.H
Contemnere alios, quàm malum ſit. 420.I K L M
Contemptus,& odium. 184.M
Contemptus vitandus. 420.H
Contemptus mundi. 462.K.577.C
Contemptus diuitiarum vnde naſcitur. 149.F
Contemplatio deſertum dicitur. 255.A
Contemplandum interdum. 255.B
Contemplatiua vita manet. 268.K
Contemplationi omnia virtutum ſtudia poſtponuntur. 268.M
Contemplatiuæ vitæ officia. 269.E
Contemplatiui fidelitas. 269.F
Contemplatiuæ & actiuæ comparatio. 269.F.270.G
Contemplationi neceſſaria. 407 B
Contemplatiuus tria facit tabernacula. 409.E
Contemplationis ſex bona. 409.D
Contemplatiui officium. 589.F.590.G
Non decet contemplatiuum eſſe deſidioſum. 590.G
Contendendum non eſſe. 162.M.163.A. 327.D
Contentio licita. 163.B
Contentio bona. 188.G
Contentio mala. Ibidem.
Contentio vnde oritur. 327.D
Contentioſi à diabolo excæcati. 328.K
Contentio diſcipulorum qualis fuit. 415.E
Repetere ſua cum contentione & fraude,non licet. 443.B
Conticinium. 308.K
Continentia à deo eſt. 437.D
Continentia triplex. 437.F
Continentia glorioſa. 438.G
Continentia non eſt præceptum,ſed cōſilium. 438.G H
Continentia Ioannis. 83.F
Contradicentes Chriſto,qui ſint. 59.E
Contradictoria deus nō poteſt facere ſimul vera. 23.F
Contradictionem implicans non eſt deo poſsibile. Ibidem.
Contritio cordis,eſt prima pars pœnitētiæ. 98.M
Contritio quanta requiritur. 98.I
Contritio ſingularis requiritur in pœnitentia. 99.A
Contritio perpetua debet eſſe. Ibidem.
Contritio & deteſtatio duplex. 99.B
Contritio fructuoſa. 99.C
Contritio poteſt pœnam delere. 101.C
Intentio contritionis duplex. 101.D
Contritus tenetur confiteri,& ſatisfacere. 196.I.472.H
Contumeliam & opprobria audire docemur. 234.G
Conuentus malignantium aduerſus Ieſum. 633.F
Conuerſatio Chriſti cum Maria & Ioſeph. 80.I
Conuerſatio melior deſideranda. 479.B
Non tardandum conuerti. 451.F
Differentes conuerſionem in vltimam horam,falli poſſunt. 567.A
Conuerſi nouiter pœnitentia. 146.L
Iudęorum quorundā conuerſio ad Chriſtum. 516.H
Effectus conuerſionis ad fidem,erit circa finem mundi. 232.L
Conuerſio domini ad ſequentes. 121.C
Conuerſio domini ad Petrum. 631.B C
Conuitiorum tolerandorum facilitas. 234.H
Conuitia,exemplo Chriſti,patienter tolleranda. 359.F.360.G
Conuitia Chriſti per totam noctem. 633 B C D E.634.G
Conuitia in Chriſtum eundo ad Pilatū. 634.K
Conuictorum de peccato modus. 366.M
Conuiuium Matthæi. 143.C
Conuiuium prędicatoris. 353.M
Conuiuium dominicum diſcipulis iuxta mare. 734.M.735.A
Conuiuium iucundum. 735.A B
Conuiuium eccleſiæ, in quo Chriſtus multa pręparat. 735.B
Conuiuium vltimum domini. 735.C D
Cophinus quid ſit. 297.F.299.A
Coquus prælatus ſapienti. 303.E
Coquorum ars inutilis. 315.K
Cordis munditia. 152.H
Corda loquentur in die iudicij. 191.F
Cor impœnitens. 325.E
Cor,non ſubſtantiam, dominus penſat. 140.G
Cordis feſta ſeptem. 360.K
Cor pœnitens eſt Chriſti diuerſorium. 484 L
Cor & ſtomachus. 505.A
Idem eſt verbum cordis, & oris. 599.C
Reſolutio cordium noſtrorū in paſsione Chriſti. 610.K
Cordis clauſura. 691.B
Cor dicitur pœnitentium monumentū. 710.G
Cor dicitur contemplatiuorum monumentum. 710.H
Cor dicitur proficiētium monumētum. Ibidem.
Cor noſtrum aſcendat cum Chriſto. 712.I
Corbanæ mundities, & cordis immundities. 635.B C
Corona Pharaonis. 69.B
Corona victoriæ. 647.C
Coronatio Chriſti. 647.B
Coronæ ſpineæ cauſa. 647.C
Documenta ex coronatione Chriſti. 647.C D
Meditatio circa percuſsionem capitis Chriſti coronati. 648.M

Documentum

Documentũ ex percuſsione capitis Chriſti coronati. 649.A
Coronationis & illuſionis Chriſti figuræ. 649.B
Chriſti coronati egreſsio. 649.F.650.G
Corozain. 253.B
Corpus morale. 177.C
Corpus propriũ minus deo diligendum. 239.B
Corpus carcer eſt. 245.E
Corpus criminũ nos detinet carceratos. 763.C
Congregatio corporum. 553.C
Corporis tranſitus triplex. 555.D E
Corpora in terra quieſcunt vſq; ad octauam reſurrectionis. 691.F.692.G
Corpora electorũ leuia, reproborũ verò grauia. 553.C
Palpatio glorioſi corporis, eſt miraculoſa. 727.G
Corpora glorioſa q̃bus palpabilia erũt. Ibidem.
Corpus glorioſum obedit ad nutum animæ. 749.D
Bona corporis glorificati, ſeptẽ. 781.B
Corpus bonorum, ſecundum merita ſumet claritatis augmentum. 775.C
Chriſtus tactu corporis ſacri omnes mũdauit aquas. 105.D
Chriſtus corpus dicitur. 545.A.558.L
Corporis Chriſti formatio. 25.A
Caſtigatio corporis Chriſti. 577.C
Totius corporis Chriſti contumelia. 649.D
Corpus Chriſti nõ potuit in terra putrefieri. 708.K L
Situs corporis Chriſti in monumento. 711.C
Corporis Chriſti præſentia debet eſſe in templis. 63.D
Corpus Chriſti cõficitur tantũ grano triticeo. 513.F
Corp⁹ dominicũ de azymo factũ. 581.G
Cur corporis & ſanguinis Chriſti fit ſeparatim conſecratio. 593.A
Dedit Chriſtus poteſtatẽ corpus ſuũ conficiendi. 593.F.594.G
Corpus Chriſti in pãnis lineis conſecrãdum. 690.L
Chriſtus ſumpſit corpus ſuum. 592.G
Corpus Chriſti manducare. 314.G
Corporis Chriſti mãducandi forma. 314.G
Sumens corpus Chriſti indignè, magis elongatur à deo. 590.M
Corpus Chriſti indignè ſumentes, Iudæ ſimiles ſunt. 618.M
Chriſtianus piculo mortis imminẽte, debet ſi põt, Chriſti corp⁹ ſumere. 592.G
Corpus Chriſti myſticum. 593.C
Corrigi nolentes. 520.L
Corripere proximum. 443.E
Correptio ad quos, & quando pertinet. Ibidem.
Correptio fraterna, per Sardiũ deſignatur. 445.F.446.G
Correptionis fraternę ordo, modus, cauſa, locus, tempus, euentus. 184.K
Correptio fraterna. 428.L
Caſus quibus non tenemur corripere. 428.M
Corripiendi forma. Ibidem.
Alia via corripiendi. 429.B
Corripiendus peccator. Ibidem.
Correptionis triplices differẽtię. 429.E
Correptionis modus inimicorũ. 619.C
Propter crapulã multa mala fiũt. 292.M
Crapula nocet. 339.A
Craſtini cura prohibetur. 181.B
Craſtinus dies. 181.D
Creatio potentiam ſonat. 754.H
Chriſtus nõ tantũ laborauit in creatione mundi, quantũ in recreatione. 695.C
Creaturæ quomodo creantur à deo. 8.H
Creaturæ in via, ſunt ſpeculũ creatoris. 9.B
Quatuor ſunt genera creaturarũ. 549.F
Conuerſionis ad creaturas pœnæ plurimæ. 778.M.779.A
Credere in deum. 191.E
Credere deum, deo, & in deum. 754.G
Credendum deo vt medico. 556.G H
Credere in nomine Chriſti, qui dicũtur. 131.D
Credere in Chriſtum. 312.M
Credens manducat. Ibidem.
Credentes in Chriſtũ, euerſionis Hieruſalem pericula euaſerunt. 501.D
Nõ poteſt credere Chriſto, qui gloriam terrenam quærit. 532.I
Apoſtoli deſignant perſonas credentiũ. 539.D
Credẽda extra ſymbolũ quæ ſint. 755.B
Creſcit Chriſtus, decreſcit Ioãnes. 133.E
Cruciatur Chriſtus memoria matris. 672.H
Chriſti crura fracta non ſunt. 683.A B
Crux aſſumenda. 239.B
Crucem ſibijpſi facere. 111.E F
Crucem accipere, quid ſit. 239.B
Crucem ſuam tollere. 239.C.403.D
Crux domini quæ ſit. 239.C.657.B
Crucis Chriſti vtilitas. 581.C
Crux in frontibus fixa. 516.K
Signi crucis efficacia. 578.K
Crux Chriſti, voluptati aduerſatur, & voluptas cruci. 605.C
Crucis locatio, & ei⁹ ſignificatio. 606.G
Crux dñi nobis baiulãda. 606.H.657.A
Crucis ſupplicium à deo & à Iudæis diuerſimodè electum. 650.M
Lignum crucis. 654.H
Lignum crucis nemo Iudæorũ tangere voluit. 654.H
Crucis longitudo, latitudo, profunditas. 654.H.663.F 664.G.
Chriſtus crucem ſuam portat humeris. 654.H I
Chriſti crucem portantis ſpectaculum. 654.K L
Meditatio circa Chriſtum crucem baiulantem. 655.C D
Documẽtum ex tolerãtia crucis. 656.K
Crucem ſuam Chriſtus diu portare non poterat. 656.K
Chriſtus primus crucẽ portauit, & poſt eum gentiles. 656.L M
Crucem domini portantes. 657.B
Portantes crucẽ alienam, non ſuã. 657.B
Aliqui portant crucẽ, ſed non ſequuntur Chriſtum. 657.B C
Crucem Chriſto imponentes. 657.C
Crucem Chriſto fabricare. 657.C
Quatuor crucem portantes. 657.D E
Extenſio Chriſti in cruce. 660.G
Leuatio Chriſti cum cruce. 660.M
Contemplatio myſteriorum crucis. 661. B C D
Crux, à cruciatu dicta. 661.D
Crucis forma ad ſimilitudinẽ literæ. T. 663.C.
Crux quadripertita quadrifidam mundi partem deſignat. 663 D
Crucis beneficia quatuor. 664.G H
Crux mundi. 664.L
Crux ſpiritus. 664.L
Crux carnis. 664.L
Cur Chriſtus de cruce non deſcendit. 666.H
Deſcendẽdi de cruce, diabolica immiſſio. 666.K
Crux Chriſti, eſt muſcipula diaboli. 666.L
Stantes à longe, & iuxta crucẽ. 668.L M
Iuxta crucem ſtandum. 669.A
Crucis memoriæ vtilitas. Ibidem.
Verba ſeptem vel octo in cruce. 669.C
Cur Chriſtus in cruce non matrẽ vocauit. 671.F
Vox Chriſti in cruce nos alloquentis. 675.A
Documentũ ex clamore Chriſti in cruce. Ibidem.
Detectio crucis in paſsiõe Chriſti. 680.I
Quàm reuerenter Chriſti corpus ſuſceptum fuit ſub cruce à Maria & alijs. 687.B C
Chriſtum de cruce deponentes quotidie. 687.E
Contẽplatio ſuper depoſitione corporis Chriſti à cruce. 688.I
Crucem prima adorauit Maria. 693.B
Crucis abſconſio ad vſq; tẽpora Helenæ. 693.E F
Crucis abſconſæ locus. 693.F
Crux eſt lectus ſponſi. 696.I K
Crucis

Crucis laudes. 697.B E F G, & ſequentibus.
Crux aperit cœlum. 697.C
Crux omnia confert indigẽti. 697.C D
Crux domini fortitudo noſtra. 719.B
Crux Chriſti habet quatuor brachia. 761.E
Chriſtus cognoſci noluit, vt crucifigeretur. 364.K
Crucifixoribus ſuis Chriſtus occurrit. 368.K
Crucifixio Chriſti bona fuit. 417.M
Crucifige Iudęorum, clamor tumultuoſus. 650.L
Sexta die congruẽ crucifixus eſt Chriſtus hora ſexta. 652.I
Hora crucifixionis Chriſti. 653.E F
Chriſtus linguis Iudæorum hora tertia crucifixus. 653.E F
Chriſtus manibus Iudæorum hora ſexta crucifixus eſt. 653.E F
Documenta circa Chriſti crucifixionẽ. 657.E F
Chriſtus crucifixus eſt eo loco vbi Iſaac fuerat oblatus. 659.B
Chriſtus nudus crucifixus eſt. 659.E
Crucifixio Chriſti. 659.F.660.G
Cur Chriſtus crucifigi voluit. 660.I K. 661.E
Documẽtũ ex Chriſti crucifixiõe. 660.L
Meditatio circa Chriſti crucifixionem. 660.M
Cur Chriſtus cum peccatoribus crucifixus. 664.M
Timor crucifigentium Chriſtum. 681.B
Crucifixio quot modis fit. 403.E F
Crucifigi mundo. 403.E
Crucifigenda in mundo, tria ſunt. 403.F
Mali deum crucifigunt. 520.K
Chriſtum crucifigere quid. 660.L
Culex minorem ſignat trãſgreſsionem. 535.F
Culpæ & pœnæ gradus tres in peccato iræ. 158.G
Culpæ puniendæ. 173.F
Culpa vſitata obligat mentem. 349.B
Multiplex culpa, multiplicem meretur pœnam. 538.I K
Leuiori culpa eſt veritatẽ nõ apprehẽdere, quàm apprehenſam contẽnere. 563.F.564.G
Cupiditas in vilibus nocet. 317.A
Terrenorum cupiditas. 520.M
Curæ mundi vitandæ. 207.C
Quatuor nobis curandis ſunt neceſſaria. 109.F.110.G
Curatorum ſignificatio. 142.H
Curatio peccatoris. 196.M
Curandi in Chriſto facultas. 318.M
Curandi noſtri poteſtas. 342.L
Curandi in ſabbato cauſę. 351.E
Curio qui dicuntur. 329.E
Curioſitatis pericula, & mala. 306.K
Curioſitas religioſorum. 306.L
Curioſitas clericorum. 306.I
Curiæ magnatum. 631.E
Mendacium cuſtodum ſepulchri. 720.L
Cynei. 273.D
Cypreſſus quid deſignet in cruce. 663.D
Cyrus rex. 12.L Cyſon torrens. 204.L
Daciani imitatores. 328.H
Dæmones ſciebant Chriſtum eſſe Meſsiam. 201.E
Dæmonum confeſsio. 201.F
Dęmones cur ĩ monumẽtis habitẽt. 213.C
Dęmonũ tormentũ, & locus. 213.E F
Dæmonibus magnum eſt tormentum, à læſione hominum ceſſare. 213.F
Dæmonum infirmitas. 214.G
Cur deus in porcos miſit dæmones. 214.I G
Dæmones turpia peccata abominantur. 214.K
Dæmones nobiliores viliora deteſtantur peccata. 214.K
Dæmones de cœlo ſicut fulgur deſcenderunt. 255.E F
Dæmones eijcere. 256.I
Dæmones prælati vitijs. 322.K
Dęmon ab homine exiens, rarò reuertitur. 411.E
Dæmones inſidiantur bonis operibus, vt pereant. 445.D
Dæmonum in morte tentatio. 502.G
Dæmonia per euangelium Ioannis effugata, pręcipuè per illud, verbum caro factum eſt. 91.B
Dæmoniorum in nos malitia. 201.E
Dæmonia habent, qui dęmoniorum deſideria implent. 202.I
Dęmonia cur pdicare phibẽtur. 204.H
Dęmonium habens, multa habet ſecum incommoda. 321.C
Dęmoniũ vexans mentẽ, triplex peccatũ eſt, faciens mutũ & cęcum. 321.D
Dęmoniũ habere dicit ſaluator. 367.A
Dæmonium habentes. 364.B C
Dæmoniacus cur mortuus apparuit. 202.H I
Dæmoniaci non admittuntur ad eccleſiaſtica officia. 215.B
Dęmoniacus pędicator efficitur. 215.D
Dęmoniacus cęcus & mutus. 321.B
Dalmanatha. 393.K
Damnari nequit, pro quo Maria intercedit. 771.B C
Dãnari adhuc operatur voluntate. 192.H
Damnati vellent ire ad locum electorum. 461.D
Melius eſt non eſſe, quàm damnatum eſſe. 389.B
Damnatorum nemine de inferno Chriſtus eripuit. 702.M
Diuina natura non videbitur damnandis. 776.G
Videbunt ſe damnati. 779.B
Vis doloris damnatorum. Ibidem.
Damnatorium contraria mala. 782.H
Dãnatio futura deũ nõ cõfitẽtib⁹. 237.E
Damnatio propter omiſsionem. 573.B
Conſuetudo Iudæorum in damnatos ad mortem. 634.K
Damni temporalis vtilitas. 215. A
Daniel ſacerdotes occidens, tẽtationem gulæ figurabat. 116.H
Daniel cur vir deſideriorum dictus ſit. 317.A
Daniel ſignificat ſtatum contemplatiuorum. 558.M
Danda quatuor. 164.L
Date, & dabit vobis, ſunt duo ſocij. 183.E
Non quantum des, ſed ex quanto, attendit deus. 243.F
Danda deo reputantur inutilia. 489.F
Dati Chriſto à patre. 602.L
Dauid principalis fuit inter reges. 32.M
Dauid eximius pphetarũ. 290.G.408.K
Dauid ſedes. 22.G
Dauid quid interpretetur. 26.I
Dauid ante Abraham. 32.I
Dauid maledictũ à ſeruo ſuo paſſus eſt. 79.D
Dauid Goliam occidẽs, tentationem ſuperbię figurauit. 116.H I
Dauid venerabatur Saulem, quem ſciebat à deo reprobatum. 531.C
Dauid figura fuit victorię Chriſti. 618.G
Dauid in exequijs Abner, figurauit Mariam in exequijs Chriſti. 690.H
De, prępoſitio. 754.L
Debemus quia nõ commiſimus. 267.H
Debita noſtra. 173.C
Debitum duplex. 431.C
Debitores deo ſumus. 432.H
Debiles qui dicãtur. 390.G
Decalogi portatio. 532.K
Decapolis. 407.B
Decem millia talenta. 432.H
Decimæ horæ ſignificatio. 122.H
Denarius numerus. 471.F
Decimæ carnis. 111.F
Decimatio phariſęorum. 335.F
Decimam partẽ datorum, Chriſtus dabat pauperibus. 489.F
Decimare quid ſit. 335.H.535. D E
Qui accipit decimas, rectè decimare dicitur, & qui dat. 535.F
Declinãdi vultus in terrã cauſa. 714.I K
Decollatio Ioannis baptiſtæ. 292.M
In decollatione Ioannis baptiſtæ, crudelia quatuor. Ibidem.
Decollatiõis Ioãnis baptiſtę dies. 293.B
Feſtum decollationis Ioannis baptiſtæ, fit eo tempore quo caput eius inuentum eſt. 293.B C
Decollare Ioannem quis dicatur. 309.E

Dedicatio templi triplex. 377.B
Defenſionem ſui Chriſtus apoſtolis cur prohibuit 619.E
Non oẽs defectus noſtros accepit. 273.B
Defunctum quatuor portant. 205.B
Defunctus myſticè quid ſit. 205.B
Delectationes nociuæ. 763.F
Deliberandum in incertis. 351.C
Deliciæ nocent. 338.M
Delicias fugere licet. 303.E F
Delicioſi ſunt inimici crucis. 654.I
Laici delinquẽtes facilè emẽdant. 531.A
Tacens delictũ fratris, nõ minus offendit, q̃ ſi veniã petenti negaret. 431.A
Denarius vnde dicatur. 38.K
Denarius diurnus. 450.K
Cur dominus primò nouiſsimis reddidit denarium. 451.C D F
Denarius ſingulis operarijs datus, eſt vita æterna. 451.D
Denarij multiplicitas. Ibidem.
In denario ſimetria. 526.K
Depoſitio Chriſti de cruce. 687.B
Depoſitio corporis Chriſti à cruce, ad miſerabilitatẽ refertur. 687.D
Documenta ex depoſitione Chriſti à cruce. 687.E
Meditatio circa depoſitionẽ Chriſti à cruce. 687.F
Derelinqui ad tempus à conſolatione diuina. 76.M
Derelinquit dñs amicos ſuos. 675.C
Quilibet eſt cauſa ſuæ derelictionis à deo. 538.M
Deriſio nõ debet quem auertere à bono. 220.M
Deſcenſus Chriſti in terram. 718.G
Deſcriptio. 38.K
Deſcriptio prima. 38.L
Deſerti commendatio. 70.L
Deſerti in quo tentatus Chriſtus, congruentia. 109.D
Contemplatio ſuper ſolitudinẽ Chriſti in deſerto. 111.B C
Viſitandus Chriſtus in deſerto. 111.C
Deſertum moraliter, religio. 248.K
Deſidum & pigrorum increpatio. 559.F
Deſidia vitanda. 705.F.706.G
Deſiderare rem bonã, malum eſt. 302.M
Deſiderij moderni, & priſci, differentia. 9.K
Deſiderium Chriſti circa ſalutem animarum. 297.A
Deſiderium eſt tota vita Chriſtiani. 484.K
Deſiderium domini. 582.K L
Sancta deſideria dilatione creſcũt. 715.E
De creatore deſperat, qui in creaturis ſpem ponit. 179.E
Deſperandum non eſt. 266.M.670.L
Non eſt deſperandum prę nimia grauitate peccatorum. 633.A
Deſperatio, ſpes vana. 437.F
Deſperatio ſubditorum ex crudelitate pendet ſuperiorum. 634.M
Deſponſatio Mariæ. 13.F
Deſponſatio Mariæ per verba de præſenti. 14.H
Cauſę deſpõſatiõis Marię. 14.M.15.A B
Detentio bonorum taxatur. 339.D
Detractorum cõſuetudo. 144.G
Detractores non ſunt audiendi. 133.F. 327.D
Detractorũ auditor vituperatur. 214.L
Detractores ſunt porci. Ibidem.
Detractorum periculum. 326.M
Detractio vitanda. 327.C
Detractio quibuſdam expedit. 233.D
Detractio communis eſt. 359.D
Tranſitus deuotorum triplex, commendabilis. 555.C
Deuotio magnus clamor eſt. 27.M
Deuotio quomodo aſſumenda. 421.B C
Modus excitandę deuotionis. 607.A
Deuotionis ardor. 616.G H I
Deuotionis modus. 616.I K
De noſtra deuotiõe, mortificatione, cõpunctione: nihil Chriſto accreſcit. 676.L
Deuotio habenda inter Paſcha & Pentecoſten. 744.L
Deuotio cuiuſdam fratris ad feſta Chriſti & virginis. 73.E
Deus quid ſit. 1.A
Deum eſſe clamant omnia. 9.C
Deus tribus modis dicitur. 379.A
Deus viuus. 399.D
Deus in cœlis. 420.L
Nihil in deo eſt, quod non ſit deus. 7.F
Deum nemo vidit. 92.G
Deum videre, finis. 152.I
Deus in patria ſpeculum eſt creaturarum. 9.B
Obiectum vtriuſq; vitæ, eſt deus. 739.D
Deus ſolus altiſsimus. 22.G
Deus eſt vbique preſens. 89.A.171.E
Deus vbique adorari vult. 274.H
Deus quotidie quid in templo ſuo agatur, attendit. 505.E
Deus duplicem à nobis obſeruantiam exigit. 241.C
Deus ſolus abſque culpa gloriam ſuam quærere poteſt. 367.C
Deus eſt aduerſarius noſter. 159 C
Deus, & paſtor, & mulier, dicit. 424.H
Deus eſt rex. 521.F
Deus rex placandus nobis. 241.C
Deus à nobis concipiendus. 21.E
Deus debet eſſe principium noſtræ intentionis. 7.G
Deo citò parendum, & votum reddendum eſt. 35.F
Deum patrem habentes. 365.E
Deus parentibus præferendus. 75.F
Deus amãdus propter ſe, & gratis. 166.M
Deum nemini deſerenti bene eſt. 1.A
Deus quibus placet, vel diſplicet. 2.K L
Deo gratias, vnde ortum. 12.I
Deus vſq; ad Chriſti incarnationẽ cõtra genus humanũ indignatus erat. 27.D
Deus plus dat quàm ſperat. 31.E.670.M
Deus ſolus poteſt ſaluare à peccatis. 35.F
Deus ſolus nos conſeruat à lapſu in peccatum. 266.H
Deus omnia iuſtè & miſericorditer facit. 37.D
Deus quomodo iuſtus, & quomodo miſericors. 254.I
Dei clementia peccatores compellit agere pœnitentiam. 426.G I
Deus non negaret veniam petenti, ſi iuraſſet ſe etiam negaturum. 435.E
Deus ſuos non derelinquit. 722.K L
Deus nõ derelinq̃t ĩ neceſſarijs. 180.G H
Deus cũ pauperibus conuerſatur. 202.K
Deus omnia bona ſũa duobus dedit hominibus. 455.E F
Deus per omnes ætates voluit homines congregare. 538.H
Deus fert hominem vt benefaciat. 573.F
Deus non eſt vltor naturæ, ſed peccati. 787.H
Deus neminem cogit. 257.F
Deus rationem ponit cum ſeruis ſuis. 433.F.434.G.
Deus ſcit homines eſſe mẽdaces. 173.D
Deum offendimus tripliciter. 364.K
Deus quomodo exaltatur à nobis. Ibidẽ.
Deus deus quare geminatur. 743.E
Deum & hominem ſe oſtẽdit Chriſtus. 76.H
Deitas Chriſti in morte paſſa non fuit. 674.G
Deo attribuit Chriſtus opus ſuũ. 215.G
Dextera moraliter q̃d ſit. 169.G.419.D 711.D
Dextera, & ſiniſtra, dei. 571.D.
Seſsio Chriſti à dextris dei. 751.C
Sedere à dextris dei, quid ſit. 751.C D
Statio Chriſti à dextris dei. Ibidem.E
Dexter oculus, & manus dextra. 159.C
Diabolus nomen cõmune officij. 366.G
Diabolus inuidens. 330.L
Diaboli inuidię, in hominẽ cauſę. 9.F
Diabolus non infert vim. 114.D
Diabolica vox deorſum mitti ſuadet. 114.D
Diabolus eſt aſpis, baſiliſcus, leo, & draco. 114.F
Diabolus malè interpretatur ſcripturã. 114.F
Diaboli pollicitatio inanis. 115.M
Modus ſuperandi diabolum. 116.D E F. 117.G
Diabolus non tantum nocet, quantum vult. 116.E







Diabolus, ſicut & homo, primò bonum vinum ponit. 128.H
Diabolus vulnera procurat corporum, propter vulnera animarum. 162.I
Diaboli quotidiana tentatio. 112.M. 113.D E
Diabolicæ tentationis inſidiæ. 183.A
Diaboli fraudes in peccatorem. 371.C
Fur dicitur diabolus. 559.F
Diabolus ſolum in porcis ſimiles poteſtatem habet. 214.I K
Diabolus non tantũ habet in ſe virtutis, quantum terroris. 235.F
Diabol⁹ homini intulit duo mala. 261.D
Diabolus ſeminauit tria ſemina peſtifera. 283.C D
Diaboli propriũ eſt, ſuadere indignam electionem. 304.H
Diaboli arma, & diuitiæ. 223.F
Diaboli fortitudo. 223.F
Diaboli debilitas, & item fortitudo. 224.G H
Diabolus q̃uo pulſus ad gentes. 330.L
Diabolus q̃u pulſus eſt ad Iudęos. 330.M
Diabolo locum dantia tria. 331.A
Diaboli conditiones. 365.E F
Diaboli imitatores. 366.G
Diabolus occulta cordis neſcit, & cogitationes malas non facit. 383.A
Diabolus q̃uo cogitationes noſtras cognoſcit eſſe bonas, vel malas. 383.B
Diabolus homines perſequi non ceſſat. 477.G
Diabolus in omni peccato mortali intrat animam. 579.B
Diabolus non immittit, ſed intendit cogitationes malas. 583.E
Diabolus non poteſt hominem ſubijcere, niſi ſeipſum deijciat. 583.E
Diabol⁹ eſt princeps tenebrarũ. 620.I K
Diabolus voluntate malus, ſed ſubſtantia bonus. 627.E
Diabolus timendus. 666.L
Quomodo diabolus Chriſtum reliquit, quem non tenuit. 115.E
Diabol⁹ q̃uo eſt cõtrari⁹ Chriſto. 223.H I
Diabolus Chriſtum in paſsione cognouit. 643.A
Diabolus voluit liberare Chriſtũ. 642. M.643.A
Diabolus ſupra crucem ſtetit. 666.K
Diabolus à ſe, nõ à deo deceptus. 702.G
Diaconus dominus, & presbyter. 289.D
Dicta & facta Chriſti, nec ſcribi, nec intelligi à nobis p̃fectè poſſunt. 753.B C
Didymos Græcè, Latinè gemin⁹. 731.F
Dies tertius. 127.D
Dies exitus, impræmeditatus. 339.F
Dies feſtus. 469.F
Dies cur ſingulariter & pluraliter dicitur. 501.B
Dierum computatio. 700.M.701.A
Dierum denominatio. 709.E
Diei & noctis ordo. 701.A B
Diei dominicæ dignitas. 705.A
Diei dominicæ myſteria. 705.A
Dies dominica, ſolennitas ſolẽnitatum dicitur. 705.B
Dies dñica, dicitur dies lucis. 705.C
Diei dominicæ ad ſabbatum antiquum comparatio. 705.E
Dies paſchæ dicitur, 15. luna aliquando. 487.E
Dies paſchæ Iudæorum, quomodo celebrandus erat. 582.G H
Dietæ tres. 349.L
Diffamatio. 453.D
Creditu difficilia, autoritate probentur. 401.D E
Digito loquitur apoſtata. 101.E
Digito cõparatur ſpirituſſanctus. 322.M
Digiti quinq; auari. 319.E
Digiti Xpi, ſũt dona ſpũſſancti. 387.E F
Digitus & lingua animarum. 459.B
Dijudicare noſipſos debemus. 559.C
Cõtẽtio in eccleſia, p̃ dignitatib⁹. 57.D
Dignitas ĩdignorũ p̃latorũ, onus. 304.H
Dilatio boni operis nocet. 27.I
Dilatio pœnitentiæ. 436.G
Dilectionis generalis ſigna. 165.B
Dilectio duplex. 165.C
Diligere diligentes, eſt naturæ. 166.H
Dilectio quæ ad vitam æternã prodeſt. 166.L
Diligere multipliciter poſſumus. 166.L
Diligendi modi tres. 285.F
Dilectionis mandatum. 260.M
Diligere honorem. 302.L
Dilectionis officium. 263.B
In dilectione omnia conſummantur. 265.F.266.G
Dilectio eſt ignis contra rubiginẽ peccatorum. 266.G
Dilectio ſuggerit omne bonum. 529.E
In finem diligere. 583.D
Dilectio ſumma. 598.H
Diligenda quatuor ex charitate. 598.I
Ad dilectionem incitantia. 598.K
Dilectio ab Ioanne præcipuè præcipitur. 598.K
Opere eſt demõſtrãda dilectio. 598.L M
Dilectionis fortitudo. 741.C
Dilectio eſt ſecunda dos animæ. 779.K
Dilectio temporalium, non poſſeſsio, reprehenditur. 241.D
Dilectio terrenarum poſſeſsionum, impedit veram perfectionem. 441.D
Dilectio dei triplex. 260.L
Cur deum non diligimus. 473.B
Diligere deũ ex toto corde. 528.I K L
Nemo in peccato mortali poteſt deum diligere. 529.A
Deus vult ſolus à nobis diligi. 529.A
Dilectio dei ad tria extenditur. 529.E
Dilectio dei, cauſa eſt dilectionis noſtrę 597.F
Nullus ſine operis attestatione credat ſe deum diligere. 599.B
Deus diligẽdus eſt corde, ore, ope. 599.C
Quæ ad deum diligendum requirũtur. 599.C.
Deum diligere veraciter, quomodo poſſumus. 599.D
Diligere deum, & diuitias propter ſe, eſt impoſsibile. 178.I
Quomodo quis poteſt patrem vel matrem pluſquã deum diligere. 238.M
Dilectio dei, probatur in dilectione proximi. 736.I
Nec deus ſine proximo, nec proximus ſine deo diligitur. 187.E
Dilectio dei circa nos. 171.C
Deus cur dilectos flagellat. 463.E
Dilecti à domino. 563.D
Diligere Chriſtum, & munera, difficile. 305.G.
Dilectio Chriſti, eſt ſignum filiationis dei. 365.E
Quantum à nobis Chriſtus ſit diligendus. 679.F
Difficultas inueniendi dilectum. 716.I
Dilectio Chriſti mirabilis erga diſcipulos. 464.H
Dilexit nos Chriſtus tripliciter. 597.F. 598.G
Dilectio proximi. 164.M.165.A.& ſeq. 523.A
Dilectio vtraq; in Chriſto, qui deus eſt & proximus, implenda eſt. 262.M
Nihil diligitur tanquam deus & proximus, niſi Chriſtus. 530.H
Diligere proximum ſicut ſeipſum. 439. F.440.G
Q̃uo diligendus eſt proximus. 529.A B
Dilectio in ſe, præcedit dilectionem in proximum. 529.B C
Dilectio proximi, & cognitio dilectionis dei. 529.B
Quatuor cauſę dilectiõis p̃ximi. 529.C
Modus diligendi proximum. 529.C
Oĩa ſcripta legis & prophetarũ ad hoc ſunt, vt de⁹ & proxim⁹ diligat. 529.D
Duo ſunt erga proximi dilectionẽ ſeruanda. 529.E
Præceptum dilectionis proximi, affirmatiuum & negatiuum eſt. 529.E F
Effectus dilectionis proximi. 529.F
In dilectione proximi, includitur dilectio dei. 597.G
Per dilectionẽ proximi, peruenitur ad dilectionem dei. 759.D
Diligendi inimici. 164.M
Dilectio inimicorũ aliq̃n eſt cõſilium, aliquando verò præceptum. 443.A
Dilectio inimicorũ, à Xp̃o ĩpleta. 577.D
Diligentia Chriſti ad docendum. 121.F

Diluculum quid ſit. 710.L
Cauſa diluuij. 557.D
Penetratio dimenſionum. 78.M
Dimidium bonorum dare pauperibus. 484.L M
Dimittere debemus prius, quàm dimittetur nobis. 173.D
Dimittẽdũ etiã non petentibus. 173.E
Dimittẽdi & ignoſcendi meritũ. 775.F
Dimittendum vt dimittatur. 433.E
Dimittere docemur. 434.G
Dimiſſio vxoris ob fornicationẽ. 436.M 437.B
Diogenis dolium. 49.F
Diogenes in dolio iacens, & alexander magnus. 267.C
Diogenis dictum. 248.G
Dionyſius eclypſim vidit. 633.E
Diſcedere à deo. 192.G
Diſceſſio à deo. 572.L
Diſcenda à Chriſto tria: ſcilicet mititas humilitas, & veritas. 260.L
Diſcipuli ſpeculũ ſunt magiſtri. 314.L
Ad diſcipulatum ſupererogationis, quæ requiruntur. 242.H I K
Diſcipuli Moyſi. 370.H
Duo diſcipuli Ioãnis ſequuti ſunt Chriſtum. 122.B
Diſcipulorũ Ioannis murmuratio. 133.B
Diſcipulis Ioannis ſimiles. 133.F
Diſcipulorum Ioannis deuotio. 293.A
Diſcipulorum Chriſti vocatio. 121.B
Quatuor diſcipuli Chriſti primæ vocationis. 123.B
Diſcipuli domini vnde dicuntur. 133.A
Diſcipuli Xpi baptizabãt. 136.M. 133.A
Diſcipulorum obedientia. 139.E
Diſcipulorũ miſſio opportuna. 224.H
Diſcipulus Chriſti quid conſiderare debeat. 240.M
Diſcipulus Chriſti verus, quis dicitur. 241.E. 712.L
Diſcipulatus Chriſti duplex. 242.G
Diſcipulos ſuos Chriſtus quomodo beatos dicebat. 259.F. 260.G
Diſcipuli Chriſti cur illotis manibus manducabant. 381.A B
Diſcipulos ſuos, & ſequaces, Chriſtus tripliciter inſtruit. 383.F. 384.G
Diſcipulos alloquendi cauſæ. 390.L
Diſcipulorum ſobrietas. 390.M
Diſcipuli cur obliti ſunt panes accipere. 395.C D
Diſcipulorum inuidiam & ſuperbiam refrenat Chriſtus. 416.M
Diſcipulorum Chriſti indicia. 476.K
Diſcipulorum & Iudæ varia intentio, circa vnguenti effuſionem. 490.H
Diſcipuli cũ mulierib⁹ crediderũt corp⁹ Chriſti ſublatũ à monumẽto. 733.E
Diſcipuli Chriſti, apud Iudæos fures reputabantur. 720.M
Diſcipulorum feruor. 726.I
Diſcipuli Chriſti ſunt pacifici. 727.C
Lætitia diſcipulorum. 750.H
Diſcordiæ malum. 158.M
Sicut pax præceſſit Chriſtum, ita diſcordia præcedet antichriſtum. 541.E
Diſcretio pœnitenti perinde ac cõfeſſori neceſſaria. 85.C
Diſcretio neceſſaria eſt viam perfectionis aggredienti. 240.L
Iudicium diſcretionis. 515.C
Diſcretio Chriſti inter doctores. 54.M 75.A
Diſcretio Chriſti in iudicio. 363.B C
Diſcubitus cœleſtis. 563.AB
Diſcurſus vagi prohibentur. 227.E
Diſcus. 292.I
Diſpẽſatio quid, & quib⁹. 304.L. 437.A
Diſpenſatio papæ. 305.A
Diſpenſatio Chriſtiani. 561.D
Principibus ſecularibus etiam præcipitur iuſta diſpenſatio. 561.E
Diſpenſator fidelis. 456.L M. 457.A. 561.A B
Triplici debet paſcere cibo diſpenſator domini. 561.B
Diſpenſator domini triplex. 561.D
Diſperſores multi, cõgregatores pauci. 538.H
Diſplicendum malis. 359.E
Diſſidium, ſiue diuortium, ex qua cauſa fiat. 437.B C
Diuerſorium quid. 39.C
Diuerſorium Mariæ. 39.C
Diuerſorij natiuitatis Chriſti deſcriptio. 39.C
Diuerſoriũ natalis Chriſti, erat vndiq; animalibus plenum. 39.F
Diuites diuinũ peruertũt ordinẽ. 179.F
Domus diuitũ vitandæ. 248.G
Diuitis mali imitatores, religioſi. 305.H
Diuites impunè peccant. 397.A
Diuites omnes formidoloſi. 339.B
Diuitum deceptio. 339.D
Diuitis reprehendendi ratio. 339.E
Diues in deum. 340.H
Cõtra diuites inſatiabiles. 340.H I
Tempus diuitum eſt ſemper paratum, quia in ſua burſa eſt. 358.L
Difficile eſt ſaluari diuitem. 446.I
Diuites habẽt domos in terra, pauperes in cœlo. 454.H
Diues quiſq; aut iniquus eſt, aut hæres iniqui. 455.E
Diuites ſuperbos deus neſcit. 458.G
Diues epulo, non fabuloſus. 457.E
Diues epulo, diaboli parochian⁹. 485.K
Diues epulo cur dicebatur hõ. 457.E F
Diuitis epulonis ſuperfluitas. 457.F
Diues epulo cur in lingua cruciari dicitur. 459.B C
Diuitis epulonis accuſatio. 459.F
Diuitis epulonis vitia. 459.G
Diuitiæ dei ſunt. 164.H
Diuitiæ non amandæ. 241.D
Diuitiæ ſeptem de cauſis dicũtur mammona iniquitatis. 455.D E
Diuitiæ ſunt ſpinæ. 281.B
Diuitiæ non beant. 337.M
Diuitiæ vitam non augent. 339.A
Diuitiarum abundantia quatuor mala ingerunt. 339.D
Diuitiæ quantũ diſtrahant à perfectione. 441.C, & ſequent.
Difficile eſt diuitias ſeculi, & vitam æternam habere. 441.E
Diuitiarum amor. 446.H
Diuitiæ magis diliguntur habitæ, quã concupitæ. 446.H K
Diuitiarum cura periculoſa. 446.I
Diuitijs confidere, impedit regni cœlorum fiduciam. 446.K
Diuitias habere. 446.K
Aliud eſt, diuitias hr̃e: aliũ amare. 446.I
Diuitiæ iniquæ. 455.D
Diuitiæ à nobis alienæ. 456.M
Diuitiæ qũo fuerint in lege permiſſæ. 457.C D
Diuitijs non confidendum. 460.I
De diuinis perſonis quinq; notãda. 7.B
Diuinitas fuit obumbrata virgini. 23.B
Diuinitas, & humanitas, non vniuntur in vnitate naturæ, ſed pſonæ. 25.B C
Diuinitas non reliquit Chriſti humanitatem. 674.H
Diuinitas non dereliquit animam, neq; corpus. 700.L
Articuli ſeptem ad diuinitatem ſpectantes. 754.G H I
Diuortium ex qua cauſa fiat. 437.B C
Docere in poteſtate. 201.D
Docere, & nõ facere, dãnoſum eſt. 157.D
Doctrina ꝑ facto cõprobatur. 194.I K
Doctrina non eſt efficax, niſi aſsit probatio. 225.E
Docentes bene, & malè viuentes. 382.G
Docendi modus. 398.M
Doctrina quibus cedamus. 277.E
Doctrina eſt clauis oſtij regni cœlorũ. 534.L
Doctrina phariſæorum, dicitur fermentum. 596.H I K
Doctrina Xpi bona erat, & ſana. 624.L
Doctrina Chriſti paſſione imminente. 512.H I
Doctos cur deus nõ elegit in apoſtolos. 124.G H
Cur doctores in eccleſia inſtituuntur. 284.M. 285.A
Doctori tria ſunt neceſſaria. 288.G
Doctoris documentum. 284.F
Doctorum ignorantia. 747.A
Doctores Hebræorum virgam in manu geſtabant. 227.C
Dolor
Dolor temporaliũ, & gaudium æternorum quo ſe cõpatiuntur. 441.F
Exemplum doloris pellendi. 607.C
Dolere debemus cum Chriſtũ per peccatum amiſimus. 75.C
Dolendũ de peccatis commiſſis. 142.M
Cur non dolemus de ruina proximorũ. 263.D E
Dolere de peccato alieno. 314.L
Dolor grauis animæ, in fine villicationis. 453.F
Dolor dilectionis carnis, tertius demon. 727.F
Meditatio circa dolores Chriſti, & matris. 636.G
Chriſtus tantum doluit, quantum dolere potuit. 674.H
Chriſti dolores interi⁹, & exterius, multiplices. 674.I K M
Dolor Iudæorum. 499.E
Dolor damnatorum ex ſententia iudicis. 573.A
Dolor remanentium in inferno. 702.M
Doloſi qui ſint. 123.D
Dominis duobus ſeruire nemo poteſt. 177.F
Domini non ſumus hîc. 456.H
Dñs Dauid, factus eſt filius Dauid. 11.B
Dominus cum Maria dicitur. 20.K
Dominus quinq; ſiclis redimitur. 61.D
Dñs, & deus, in quo differunt. 731.E F
Dominationibus coæquandi. 421.D
Domum præclaram non intrauit Chriſtus. 202.K
Domus quo ornanda eſt. 202.L
Domus aĩæ tria habet ſolaria. 321.E
Domus Iudæorum quomodo mundata & ornata. 331.A B
Domus noſtræ ornatus, ad hoſpitãdum deum. 484.G
Domus obedientiæ myſteria. 488.I
Domus aliquando ſignificat corpus noſtrum. 560.G
Domus Iacob. 22.I
Domus iuſti. 193.B
Domus Petri quæ, & vbi. 202.L
Domyn quid. 109.C
Donec, dictio, quid. 36.G
Donec, pro nunquam. 159.B
Donec, interdũ ponitur incluſiuẽ. 582.M
Dona ſpiritusſancti. 393.F
Qui maiora dona, vel naturæ, vel gratiæ habent, grauius ſi peccauerint puniuntur. 564.K
Dona dei ſine charitate non proſunt. 597.E
Indignis non ſunt dona dei profundenda. 631.G
Dormit corpus noſtrum. 212.L
Dormire dicũtur mortui reſurrecturi. 220.L
Dormitio hominis, quid ſit. 219.B
Dormitare & dormire. 565.D
Dormitio apoſtolorum in horto, erat ſignum negationis, & fugæ. 613.D
Chriſtus cur apoſtolos dormire iuſſit. 616.L M
Chriſtus dormiebat corpore, ſed vigilabat diuinitate. 210.H
Dormitio domini, & eius cauſæ. 210.I
Chriſti dormitio, quid ſit. 211.B C. & ſe.
Dotes corporis & animæ. 780.I L
Dotes corporis glorioſi. 284.H I
Dotes corporis Xpi glorioſi. 704.K M
Dotes ſolis quatuor. 284.H
Drama, & drachma quid. 414.H
Dragma deperdita. 423.E
In parabola de dragma ꝑdita, ſex ſunt notanda. 424.G
Dragmæ decem. 424.H
Dragma vbiq; quæſita, tandem inuenitur. 414.I
Dubia in meliorem partem interpretãda ſunt. 182.M
Cur diſcipuli permiſſi ſunt dubitare. 727.D
Diſcipulorum dubitatio, noſtræ fidei fuit confirmatio. 740.K
Dubitante, à ſacris abſtinere præſtat. 198.K
Duci, & trahi, in quo differant. 137.B
Chriſt⁹ cur duct⁹ e extra ciuitatẽ. 654.M
Ductio Chriſti ad ſuſpendium, ignominioſiſſima. 657.E
Ducendi Chriſti forma. 623.A
Chriſtus nouies ductus eſt. 623.D
Ductio Chriſti violenta fuit. 623.E
Documenta quatuor ex ductione Chriſti. 623.
Meditatio circa ductionẽ Chriſti. 623.F
Dulcia quando. 460.L
Chriſtus cur duos miſit ad quærendum aſinam, & pullum. 493.C
Duodenarius numerus, & duodenaria multa. 148.G
Duodenari⁹ apoſtolorũ numer⁹. 224.M
Durus ſermo. 313.A
Duritia cordis, per lapidem intelligitur 186.K
Ebron ſitus. 45.D E
Ecce homo. 650.H I
Eccleſia primitiua, figurata eſt in fuga Chriſti in Aegyptum. 69.C D
Eccleſiæ primitiuæ, & præſentis, comparatio. 331.B
Eccleſiæ primitiuæ ſigna. 746.I
Eccleſia in qualibet bona perſona parit filium. 41.C
Eccleſia bonos plorat, & malos. 68.G
Deus qũo ĩ hac vita purgat eccleſiã. 96.I
Eccleſiæ fundatores. 140.L
Eccleſia omnia facit, vt fratres amici fiant. 165.D
Chriſtus eſt rector eccleſiæ. 211.B
Eccleſia non facit naufragium. 211.C
Eccleſiæ officia diuerſa. 324.G
Eccleſiæ myſteriũ, & partes duæ. 330.I
Eccleſiæ vigor. 338.L
Qui ſunt ab eccleſia pellendi. 505.F
Eccleſiæ vſus quadruplex. 507.A
Eccleſiæ ornatus non eſt in ædificijs, & redditibus: ſed humilitate, & pietate. 539.A B
Extra eccleſiam non eſt ſalus. 557.E
Eccleſia ex tribus generibus hominum conſtat. 558.L
Eccleſiæ ſoliditas nũquam valet ſcindi. 627.B
Eccleſiæ vnitatem Chriſtus cõmendauit. 729.B
Eccleſiæ ſanctæ diuiſio. 754.I K
Eccleſia per domum Petri deſignatur. 203.B
Eccleſia nauis Chriſti. 742.G
Eccleſia eſt nauicula. 211.A
Eccleſia grano ſinapis cõparatur. 285.B
Eccleſia mater eſt peccatorum. 205.B
Eccleſia militans, dicitur filia eccleſiæ triumphantis. 495.D
Eccleſia eſt hæreditas Chriſti. 519.F
Eccleſia dicitur vinea à Chriſto plantata. 520.G H
Eccleſia mulier ſepteuira dicit. 527.C
Eccleſia ſpiritualis, typum tenet Hieruſalem corporalis. 539.C
Eccleſia ſyderibus comparatur. 550.C
Præſens eccleſia regnum cœlorum dicitur. 565.A
Eccleſię bona expendantur in pios vſus. 354.I
Eccleſiæ bona ſunt pauperibus, & non meretricibus eroganda. 489.I
Eccleſiam gladius tribulationis vſq; ad animam pertranſit. 60.G H
Contra eccleſiam tribus modis pugnatur. 165.E
Eccleſia laborauit, quandiu ſynagoga viguit. 220.I
Eccleſiam ſpoliantes. 306.G H
Eccleſia ſub Antichriſto multa patietur 501.D
Eccleſiæ ſub Antichriſto figuratio. 655.A
Nemo ingrediatur eccleſiam cum conſcientia mortalis peccati. 63.A
Digni ingreſſu eccleſiæ. 63.A B
Qualiter cõuerſandũ ſit ĩ eccleſia. 129.F
Eccleſiæ ornatus exterior. 331.B
Eccleſia vbi ſtella Magis apparuit. 51.F
Eccleſia vbi Chriſtus ieiunauit. 111.C
Quæ eccleſię in memoriã occurſus Mariæ, & locutionis Chriſti ad mulieres factæ. 656.I
Eccleſiæ mõtis Caluariæ. 658.M 659.A
Eccleſia ſepulchri dominici. 691.D E
Eccleſiarum & altarium viſitandorum cauſ

causæ. 692.G
Eccleſia vnde Chriſtus aſcēdit. 750.K
Eclypſis paſsionis,nō naturalis. 673.D
Edulium animæ. 697.A B
Effeta quid ſignificet. 388.G
Egeſippus. 102.H
Egeſtas propter Chriſtum,facit martyrium. 462.I
Egeſtas Chriſti. 490.L
Egreditur de ciuitate huius mundi tribus modis. 658.L
Eijci è ſynagoga. 372.H.516.H
Eiecti de templo. 130.H
Eiectio vendentiū & ementiū de tēplo, tā prima quā ſecūda.505.B C,& ſeq.
Figura eiectionis vendentium de templo. 505.E
Factum Chriſti in electione vendentiū hactenus perſeuerat. 511.B
Eiectio principis huius mūdi. 515.C
Vnus eiectus vocat multos. 523.F
Electus,Electio: Vide infrà in dictione,Eligere.
Eleemoſynæ faciendæ præceptum.86.L.335.D E
Eleemoſynæ genus duplex. 164.K
Eleemoſyna,ieiunium,&oratio. 167.F
Eleemoſyna ad cœlos via eſt. 177.C
Eleemoſyna minima. 243.E F
Eleemoſynam facere,quid ſit. 335.F
Eleemoſyna prius animę faciēda.335.F
Eleemoſyna de quibus fiat. 455.D
Eleemoſyna de ſapientia facienda. 164.K L
Quibus pauperibus danda ſit eleemoſyna. 455.F
Eleemoſynæ acceptor. 455.F
Eleemoſynis data non minuuntur, ſed augentur. 456.G
Papæ eleemoſynæ ſabbato vnctionis Chriſti. 489.E
Eleemoſynarum efficacia. 574.L M
Eleemoſynarum à Chriſto largitio. 577.D.
Eleemoſyna,& charitate,homo à peccatis mundatur. 585.E
Eleemoſynæ Ioachim,& Annæ.785.F
Elementorum purgationes. 777.G
Electionē ſuā procurare non licet.302.I
Electione pernicioſi ſunt miſeri.417.L
Eligendus optimus in prælatum. 735.F.736.G
An ſufficiat eligere idoneum. 736.G
Electio fraudulēta,īprobāda. 736.G H
In electionibus eccleſiaſticis hodie Ieſus dimittitur,& Barrabas eligitur. 643.D
Eligendorum ſigna. 737.A
Electio duodecim apoſtolorū,non ſine precibus facta. 147.E
Electorum exilia, & eiectiones, ac fugæ vtiles. 66.K
Electorum & reproborum ratio in generali poteſt inquiri. 257.F
Electorum ſegregatio. 254.M
Electorum caſus. 435.C
Electi pauci fideles. 523.E F
Electi dicuntur aquilæ. 545.A
In quolibet ſtatu aliqui electi ſunt,& aliqui reprobati. 558.K
Gentium electio. 745.F
Elizabeth quid in nobis ſignificet.17.A
Elizabeth de licitis erubeſcebat. 17.F
Elizabeth in conceptu cur erubeſcebat. 17.F
Elizabeth vſq; ad viſitationem Mariæ erubuit. 29.C
Elizabeth cognatio. 24.G
Elizabeth quid interpretatur. 24.K
Elizabeth repleta eſt ſpiritu ſancto. 24.L M
Elizabeth vox magna. 24.M
Elizabeth incarnationem verbi cognouit. 25.C
Elizabeth ſecreta cognouit per ſpiritū prophetiæ. 25.D
Eloquentia Chriſti. 289.C
Duo diſcipuli eūtes in Emaus.723.D E
Diſcipuli euntes in Emeus quid ſignificent. 726.G
Emaus interpretatur deſiderium conſilij. 726.G
Emerentia mater Annæ matris Marię 785.C D
Emerentia nupſit Stolano. 785.E
Emerentia duas peperit filias. 785.E
Emmanuel,eſt nomen Chriſti. 89.E
Emorrhoyſſa vnde dicta. 219.A
Emorrhoyſſæ fides. 219.B
Emorrhoyſſa peccatricē animam ſignificat. 220.K
Encænia vnde dicantur. 377.A
Encæniare quid. 377.A
Endor mons Galilææ. 204.L
Engaddi floruerunt vineæ. 46.I
Enim,non omittendum in conſecratione. 591.E
Ennon,quid ſit. 133.B
Eunuchi. 437.F
Ephrem. 469.C
Epiphania,Theophania,& Bethphania eundē diem feſtum deſignant. 50.K
Epiphaniæ ſolennitas qualis. 55.E
Epiſcopi vnde dicuntur. 148.G
Epiſcopi ſunt ſucceſſores apoſtolorum. 255.C
Epiſcopi tenentur ſcire vtrunq; teſtamentum. 288.H
Epiſcopus infidelis diſpenſator, non ex dei ordinatione, ſed permiſsione promouetur. 457.A
Epitaphium vagi. 305.E
Epulones quomodo punientur. 155.D
Eradicatio triplex. 283.E
Eremitæ in deſerto dn̄i quidam exemplo ſui ducti. 111.C
Ad deum magis erigimur, cùm incumbit neceſsitas. 747.A
Errores varij de Chriſto. 399.B C
Erubeſcendum eſt de illicitis. 17.F
Erubeſcendum non eſt de vitijs parentum. 34.H
Eſaiæ martyrium. 267.B
Eſaias,per medium ſerra lignea ſectus Chriſtum figurauit. 661.E
Eſca qua in deſerto refectus eſt dominus. 118.H
Eſſe,& fieri. 368.G
Eſſe apud ſeipſam nulla res propriè dicitur. 7.E
Eſſe dei. 368.H
Eſſe ex veritate. 637.F.638.G
Eſſentia vna. 378.H
Eſſæi qui dicuntur. 526.M
Eſſuries iuſtitiæ. 151.B
Eſuries Chriſti. 512.K
Ethica febris. 279.F
Ethnici qui. 165.I.& 429.F
Ethnici conuerſi grauius,dum retrocedunt,peccant. 535.A
Cur citò Chriſtus euanuit ab oculus duorum diſcipulorum. 726.H
Euangelium quid ſit. 6.I.745.D E
Euangelium interpretatur bonus nuntius. 6.I
Euangelij commendatio. 6.F.& 250.L
Euangelia,legis impletio ſunt. 6.F
Euangelium non diſſentit à lege. 111.E
Materia euangelij,eſt myſterium trinitatis. 753.D
Euangelia ſunt ſcala Iacob. 758.G
Euangelium dæmones fugat. 6.G H
Euangelium legas, vt terrena contennas. 6.H
Per euangelium tres humanæ imperfectiones expelluntur 6.L
Euangelica lectio præſtat poſſe, ſcire, & velle bene viuere. 6.L
Euangelium ducit ad regnū, quod lex non faciebat. 540.M.541.A
Euāgelij prædicator,& eius officiū.83.I
Cur euangeliū fuerat prius Iudæis prædicandum. 425.C
Euāgelij diuulgatio in omnē terrā, ſed non in oēs homines peruenit. 541.A
Euangelium regni. 540.M
Euangelijs nihil æquale. 6.H
Euangelica perfectio circa tria. 136.G
Euangelij Ioannis ſcopus. 7.B
Euangeliū Ioannis eſt altiſsimæ intelligentiæ. 91.B
Euangelium de Martha,& Magdalena cur legitur de Maria. 30.L
Euangeliū bis in anno recitatū. 297.A
Euangelij de venditione areæ vtilitas. 571.A
Euangeliſtę non ſeruauerunt ordinem rerum geſtarum. 6.K
Euangeliſtæ ſcripſerunt ſufficientia ad fidem. 753.C
Figurę quatuor euangeliſtarū. 755.C D
Euangeliſtarum differentiæ,& intētiones. 755.C E
Euchariſtia,dicitur bona gratia. 594.H
Euchariſtia,panis eſt ſacramētalis.173.B
Euchariſtię ſuſceptionem impedientia. 198.K
Pręparatio ad Euchariſtiam. 20 .L
Euchariſtiæ ſacramentum. 312.K L
Cibus & potus Euchariſtiæ,q̄d ſit.313.F
Euchariſtiæ ſacramenti inſtitutio. 582.L M.& 591.C D
Hęreſis circa Euchariſtię formā. 589.E
Euchariſtia nō eſt danda ſub ſpecie intincta. 589.E
Euchariſtia nō eſt tradita Iudæ in buccella. 589.E
Omnes religioſi deberent in die cœnæ recipere Euchariſtiam de manu prelati ſui. 592.G
Euchariſtia cur ſub duplici ſpecie inſtituta eſt. 593.A
In Euchariſtia corpus,ſanguis, aīa, deitas,nō poſsūt realiter ſeparí. 593.A B
Tria in ſacramēto Euchariſtiæ conſideranda. 593.C
Mirabilia in Euchariſtia. 593.D
Euchariſtia , eſt memoriale dominicæ paſsionis. 594.G.& 789.K
Idē eſt in Euchariſtia Chriſt⁹.594 G H
Euchariſtię receptio , an frequentanda. 594.I
Euchariſtiā recipienti neceſſaria. 594.I
Euchariſtiam ſumpturo conſideranda. 691.A B
Sumptio Euchariſtiæ triplex. 594.I K
Sumentes Euchariſtiam ad vitam,& ad mortem. 594.K
Qui Euchariſtiam indignè recipiūt in faciem Chriſti ſpuunt. 628.I
Suſceptionis Euchariſtię vtilitas.725.D
Euchariſtię ſuſceptio , quid operetur. 725.D
Exaltatio Chriſti. 515.E
Figuræ exaltationis Chriſti in cruce. 661.B C
Exaltatio Chriſti merita. 703.E
Examinari debet ad prælaturam aſſumendus. 737.A
Meditatio circa Chriſti examinationē. 641.E
Exauditio multiplex. 185.D
Deus vario modo exaudit. 185.D E
Deus non exaudit ad voluntatem,ſed ad ſalutem. 185.E
Exaudiri volenti neceſſaria. 186.M
Excæcādi alicuius cauſa nō venit Chriſtus. 370.L
Chriſti exceſſus in multis. 408.H
Excitare,quid ſit. 626.I
Tertia excitatio apoſtolorum , quid ſignificet. 617.A
Per apoſtolorum excitationem,tria docemur. 617.B
Excommunicatio etiā iniuſta,timenda. 429.F
Excommunicandum rarò. 587.E
Excuſatio factorum alienorum. 181.M
Ceſſabit poſt hanc vitam excuſatio. 433.C
Excuſatio à cœna. 355.F
Exedræ. 16.G
Exemplum ſumi debet à bonis. 154.M
Exemplum liberalitatis. 183.D E
Exempli mali deuitatio. 419.A
Exempla Chriſti tria. 40.K
Exempla euangelij Ioannis. 91.B C D
Exempla ſanctorum paucos ad patientiam prouocant. 295.E
Exempla ſanctorū ſunt imitāda.296.F.297.G
Exempla ſpei,& pœnitentiæ,ante oculos peccantium ſunt ponenda . 435.C D
Quid per obſequia Ioſeph,& Nicodemi in exequijs Chriſti. 690.M.691.A
Exequiæ Chriſti. 690.I
Exequias Mariæ celebrauerunt angeli. 765.C D
Exhibitio operis miſericordiæ. 263.B
Exilium huius mundi. 358.I
Exilium ſempiternum Iudeorū. 644.I
Exemptus à paſsione flagellorū, eximitur à numero filiorum. 37.D E
Exitus diſcipulorum. 245.C
Expiatione opus erat peccatoribus , antequam paſcha celebrarent. 269.E
Exploratores terræ ſanctæ, figurabant gentiles Chriſtum crucifigentes. 654.M
Meditatio circa Chriſti expoliationem. 645.B C
Exprobrandi modus,& intētio domini. 253.A
Exprobratio diſcipulis facta à Chriſto. 745.C D
Extendenda manus noſtra eſt. 319.F
Documenta ex Chriſti extenſione in cruce. 660.
Contemplatio circa Chriſti extenſionem. 660.I
Exteriora ſequeſtranda. 442 H
Exultatio,quid dicitur. 17.M
Exultatio ſpiritus Mariæ. 30.G
Exultatio in paſsione Chriſti. 610.L
Exultandum in domino cum tremore. 705.C
FAcere voluntatem dei patris. 275.D E
Facere & docere decet. 288.G
Facere pro dicere , & æſtimare.325.F
Omnia ſimul ſunt facta , ſed ſex diebus diſtincta. 8.I
Factorum comparatio in parabola, non perſonarum. 283.A
Facta Chriſti media. 499.A
Facta in moralibus prius , quàm verba mouēt .415.E.479.D.586.M.587.A
Factis ſicut & verbis interdum fugiendum eſt. 725.B
Facies animi deſignat voluntatē. 480.I
Facies patris cœleſtis. 420.I
Facies Chriſti contemplanda. 5.E
Faciei & formæ Chriſti,deſcriptio. 5.F
Quare Chriſtus in faciem ſuam ſpui voluit. 623.I
Meditatio circa Chriſti, conſputam faciem. 628.K
In faciem Chriſti nullus infidelis intueri poteſt. 628.L
Velatio faciei Chriſti. 628.L
Meditatio circa velamen faciei Chriſti. 628.M.629.A
Documenta circa percuſsionem faciei Chriſti. 629.C
Percuſsio in faciem Chriſti. 629.B
Meditatio circa percuſsionē faciei Chriſti. 629.D
Fallendi modi quatuor. 117.C
Fama potius quàm innocentia amittenda.359.E
Fama noſtra nobis curanda. 399.A
Fames apoſtolorum. 314.I
Fames euerſionis Hieroſolimæ. 501.C
Familiaris qualiter quis deo efficiatur. 5.C D
Farina. 285.F
Faſces alleuiare. 337.D
Faſciculi malorum. 284.G
Faſciculus myrrhæ. 401.F
Fatigatio Chriſti,quid ſit. 233.A.276.I
Meditatio de fatigatiōe Chriſti. 641.C
Fatui conātur duobus dominis ſeruire. 178.H I
Fauus mellis quid deſignat. 728.I
Febris triplex. 203.B
Febris peccatorem ſignificat. 279.D
Febrium ſpecies. 279.E
Febricitantium natura. 202.M
Feria vnde. 709.F
Feria quarta,ieiunio & abſtinentijs celebranda. 580.K
Quare feria quarta paſsionis , & tribus ſequentibus, initia & fines horarum omittimus. 580.K
Solennitas priſca quintæ feriæ. 751.I
Sextæ feriæ myſterium. 691.E
Sexta feria pro homine Chriſtus mortuus eſt. 691.E F
Sextæ feriæ inſignia. 694.H
Fermentum quid eſt. 285.D
Fermentum triplex. 395.E

Feſtucam videre,& eijcere. 184.I
Feſta celebranda. 73.E
Feſta ſecretè agenda. 358.M
Feſta cordis ſeptem. 360.K
Feſta appetentes. 358.I
Feſtum diabolicum. 358.I
Feſtiuitates legales Iudæorum. 73.B
Feſta Iudæorum tria,ſeptem diebus durantia. 341.A.758.K
Chriſtus cur ad diem feſtum ſine fratribus aſcendit. 758.M
Feſtorũ legis celebrãdorũ modus. 360.K
Feſta & ſolennitates Iudæorum veſpere incipiebant. 581.F
Ficus. 190.G
Ficus ſterilis. 347.C
Ficulneæ parabola. 554.K
Cultores ficulneę infructuoſę. 347.D E 348.I
Ficulneę maledictio,& eius cauſę. 512.L
Ficulnea inter cæteras arbores ęſtatem propinquius denuntiat. 554.K
Ficulnea religionem deſignat. 347.F
Ficulnea ſynagogam deſignat. 511.F
Fides quid ſit. 601.A
Articulorũ fidei numerus. 753.F.754.G
Fidei argumentum 219.D
Fidei efficacia. 219.E.222.G.281.c.290.L
Fidei vigor. 486.K L
Fidei meritum. 732.G
Fides de trinitate,quid conferat. 132.I
Fides famem non timet. 179.E
Fides ĩ Chriſto oĩa pericula vincit. 235.E
Fides in tentationibus probatur. 210.K
Fides ex ſe innitit diuinę veritati. 276.H
Fides importat debitũ ordinem ad deũ. 535.D
Fides requiritur ad obtinendum dei beneficium. 277.E
Salus corporalis ſpiritualis & ęterna,ex fide impetratur. 480.M
Fides cur grano ſinapis cõparat. 411.F
Confeſsionis fidei triplex impedimentum. 404.M.405.B F
Si fides deficit,oratio perit. 549.C
Acceſſus ad Chriſtum per fidem. 719.B
Fides ſine baptiſmo interdum ſaluat. 746.G
In fide,non in carne,gloriandum. 85.E
Fidei contrarius eſt ſerpens. 186.K
Gradus in fide. 278.H
Fides ĩ corde,eſt Chriſtus ĩ corde. 312.M
Fides aliena quãtũ valet. 199.F.386.G H
Fides ſine operũ ſanctitate, nihil valet. 192.H I K
Fides ſine operibus non ſaluat. 524.M. 746.G
Fides ſine operibus mortua eſt. 725.E
Fides vera,operantis eſt. 732.H
Fides cum dilectione operatur. 544.I
Fidei centurionis excellentia. 199.A
Fides turbæ. 297.C
Fides & deuotio mulieris. 333.I
Fides cananęę impetrauit,quod petiuit. 385.F
Fides apoſtolorũ in deũ. 474.H.476.I
Fides boni latronis. 667.C D
Fides in ſola Maria remanſit. 622.G. 700.H I
Fides mulierũ ementiũ aromata. 700.K
Fides Chriſti à gentibus recipienda,deſignabatur per magos. 51.B
Fides gentium in centurione præfigurata eſt. 199.C.200.G
Nulla gens fidei opinionem poteſt ignorare. 541.A B
Aliqui manebunt in fide ſtabiles vſque ad finem mundi. 554.M
Fides non deficiet vſque ad conſummationem ſeculi. 741.F.742.G
Fidelium vera humilitas quæ. 37.D
Status tres fidelium. 281.E
Fidelis,& infidelis comparatio. 429.E
In rebus diuinis opus eſt fidelitate,& prudentia. 561.B
Fieri,& eſſe triſtem,differunt. 169.C
Fiat verbum efficaciſsimum. 174.M
Fiat voluntas,vox efficaciſsima. 614.H
Figuræ natiuitatis Chriſti. 45.E
Figuræ trium regum. 54.I
Figura data eſt per Moyſen, veritas per Chriſtum. 92.G
Filius quæ debet parentibus. 76.K
Filij patribus ſimiles. 166.H
Filiatio vera, imitatio paternæ conditionis. 365.C
Filij Abrahę qui dicũtur. 85.D E,&ſeq.
Filij Abrahę de lapidibꝰ ſuſcitati. 85.F. 86.G
Filij Iſraël per quadraginta duas mãſiones,ad terrã promiſsionis venerunt. 33.A
Filij Iſraël conuertentur ad fidem,circa finem mundi. 232.M
Filius reguli humanum genus ſignificat 278.I L
Filius prodigus. 424.M
Filij diaboli. 365.E
Filiatio diaboli,ꝑ vitiũ dicit. 366.H K L
Filius huius mundi. 454.L M
Filij lucis. 454.M
Filij ſeculi,per coniecturas. 455.B
Filij dei,à filijs diaboli diſcernuntur charitate. 597.E
Filiatio dei qũo accipienda. 367.K L
Filij dei participatiue. 379.A
Filioli dei qui dicuntur. 596.K
Filios dei fieri,quid ſit. 89.E
Filium dei ſe oſtendit, qui domum dei diligit. 74.L
Filios,& ſimiles dei fieri,ſummum prę-mium eſt. 166.G
Filij & patris æterna diſtinctio. 7.D E
Filij & patris conſubſtantialitas. 7.E
Filius dei genitus,quid. 9.C
Filij generatio. 9.D
Filius quomodo eſt à patre, & in patre. 9.D
Filius ſolus incarnatus fuit. 23.C
Filius ancillæ,dominus. 24.M
Filius dei quomodo habet hominẽ. 90.I
Filius Dauid,Chriſtus. 221.F.486.G
Filius dei,Chriſtus. 410.G
Cur Chriſtus reſpondit ſe eſſe filiũ dei. 626.M
Fimbriæ Chriſti, ſecundum Iudæorum conſuetudinem. 219.B
Fimbria veſtimenti Chriſti. 310.I.532.M
Fimbriæ legis ſunt mandata. 532.L
Fimbria ſuperſtitioſorum. 532.M
Fimbriæ in pallijs Phariſæorum & ſcribarum. 532.L
Intentio Phariſæorum in portandis fimbrijs,& phylacterijs. 532.M
Fimbriæ & phylacteria magis in corde quàm in corpore portari debebantur. 532.M
Fingendi,& ſimulandi, ratio. 725.A B
Fictio non eſt ſemper mendaciũ. 725.B
Fines duos conſtituere licet. 178.I
Finis coronat. 231.F
Flagellatio Chriſti. 644.K.695.F
Flagellãdi Chriſti intẽtio. 644 K L M. 645.A
Meditatio circa Chriſti flagellationem. 645.E F.646.H
Chriſti flagellationis figura. 646.G
Flagellantes iteratò Chriſtum. 646.I K
Flatus Chriſti, ſignum erat ſpiritusſancti. 729.F
Fletus gehennæ. 199.E
Fletus, & ſtridor, ſepties dicuntur. 524. G H
Flere debebat Hieruſalem. 51.A
Fletus Chriſti. 465.B.502.H I
Chriſtus cur fleuit ſuper Hieruſalem. 500.L
Fletus Chriſti,quid deſignent. 502.I K
Contemplatio ſuper Chriſti fletu. 502. L M
Chriſtum in fletu imitari debemus. 502.M
Fletus Petri. 631.D
Fletus Petri efficacia. 632.H
Meditatio circa fletum Petri. 633.B
Flori comparatur Chriſtus. 13.E
Floris natura. 13.E F
Flores ſuperant alios colores. 179.C
Flumen eſt ſpiritusſanctus. 361.A
Iudæi ſinguli lunationibus fluxum ſanguinis patiuntur. 644.I
Sanguinis fluxum Iudæi filijs ſuis reliquerunt. 644.I
Fœlix qui propter dei filium patitur. 36.L
Fœliciſsimus quis dicitur. 562.L
Fœmina,
Fœmina, mentem infirmam ſignificat. 657.F
Chriſtus fœmoralibus caruit in cruce. 608.L
Fœnum. 698.M
Chriſtus factus fœnum cibus iumentorum. 41.B
Folia veritatis,quę ſint. 513.A
Fons & puteus. 272.M
Fons aquę viuę. 275.A
Fons Marię. 369.E
Fores vnde. 726.L
Fornicatio idololatria interdũ dicitur. 365.D
Fortè,dictum à domino. 253.D
Fortificatio contra aduerſa. 3.D
Fortitudo animę, conſiſtit in occaſionibus peccatorum. 442.M
Franciſcus ſemper ſe dicebat incipere ſeruire deo. 412.I
Fractio panis in tres partes. 592.I
Quare Chriſtus fregit panem,in corpus ſuum mutatum. 592.I
Quare frangimus ſpeciem panis,in conſecratione. 592.I
Fractio poſt conſecrationem. 592.K
Fractionũ quatuor totidẽ ſenſus. 725.D
Frater quomodo preueniendus. 415.D
Fratres pauperũ,qui filij domini. 264.L
Fratres domini. 14.M.289.F.334.I K L. 357.E.572.I
Frons eſt ſedes pudoris. 483.A
Fructus eſt floris effectus. 14.F
Fructus eleemoſynæ auget merita. 177.C
Fructus cordis,oris,& operis. 171.C.281. E F
Fructus operis eſt, dominũ in omnibus intueri. 5.C
Fructuum caſtitatis ordo. 282.H
Fructus mundi. 554.L
Fructus quinque Mariæ. 29.B
Fruitio diuinitatis in Petro. 408.L
Fugere non eſt ſemper imperfectionis. 232.I
Fugæ ſuaſio à domino. 232.G K
Fuga paſtoris non mala. 374.K
Fugere à Chriſto. 622.I
Fuga Ioſeph, Ioannis fugam figurauit. 622.H
Fuga domini in Aegyptum. 65.C
Fuga Chriſti in Aegyptum,quid ſignificet. 66.L
Fugæ Chriſti in Aegyptum, labores,& difficultates. 65.D
Contemplatio ſuper labore fugæ domini. 66.M
Fuga Chriſti. 300.K.368.K.469.D
Contemplatio ſuper fuga domini in mõtem. 301.B C
Fuga Ioannis. 622.H
Fuga diſcipulorum. 621.E
Ex fuga apoſtolorum documenta. 622. I K L
Fuga à facie Antichriſti. 542.H
Fulgor vultus Chriſti. 143.B
Fulgoris caſus. 255.E
Fundamentum eccleſiæ. 339.F.400.G
Funebres pompæ. 690.K L
Funiculi peccatorum. 129.E
Funiculi quibus mali eijciuntur à templo. 505.F
Funiculus flagelli,triplex. 506.K
Fur quis dicitur. 373.C
Fur aliquando ſignificat mortis diem. 560.G H
Furtum quid ſit. 621.B
Furta ſuperiorum monaſterij. 490.I K
GAbata,quid. 652.H
Gabriel, quid interpretetur. 25.K. 17.K
Verba Gabrielis ad Ioachim. 786.G H
Gabriel Annã triſtem cõſolatur. 786.K
Gabriel qualiter Mariã inuenerit. 20.G
Virginis à Gabriele ſalutatio. 787.C
Galilæa q̃d deſignat. 712.L.17.M.713.A
Galilæa pauper prouincia. 141.D
Galilæa duplex. 18.L.136.D
Galilæã gẽtium dedit Salomon Hiram regi Tyri. 136.D
In Galilæa gentes ſimul & Iudæi habitabant. 136.D
Galilæi à Pilato occiſi. 346.M.347.A B
Cur Chriſtus in Galilæã præceſsit. 712. L.719.C
Quomodo in Galilæam Chriſtus præceſsit. 712.M
Galilæa vbi Chriſtus apparuit, quæ ſit. 740.G H
Galilæa apoſtolorũ patria fuit. 749.F
Gallicantus prædicationem ſignat. 632. H I
Quare Chriſtus ſeipſum gallinæ comparat. 538.H I
Gallina inter cęteras aues magis ad pullorum ſuorũ nutritionẽ afficitur. 538.I
Gallicinium. 308.K
Gaſtrimargia,id eſt,guloſitas. 411.D
Gaudere exterius non ſolum debemus, ſed & interius. 17.B
Gaudendũ vnde ſit, & vnde non. 256.M
Gaudendum eſt in Chriſto Ieſu. 767. B C D
Gaudiũ in natiuitate ſancti Ioãnis. 16 M
Gaudium in cœlo factum, ſuper Chriſto nato. 42.M
Gaudium ex transfiguratione. 408.I
Gaudium paſtoris,& Chriſti. 423.D
Gaudij Chriſti cauſæ. 424.K
Gaudium angelorum. 423.B
Gaudium ſaluandorum. 567.F.568.G
Gaudiũ ſanctorũ,vndiq; ꝓcedẽs. 780.G
Gaudij cauſæ. 729.C
Gaudium de alterius gaudio. 780.G
Gazophylacium. 507.F.508.G
Gedeonis vellus. 27.G
Repletio velleris Gedeonis, quid ſignificet. 27.A
Gemitus quadruplices. 62.H
Gemitus pœnitentiæ duplex. 99.C
Gemitus Chriſti. 387.F
Genealogia ſaluatoris. 32.I.& ſequen.
Generationes ab Adam vſque ad Chriſtum. 430.M
Aeterna generatio filij à patre. 7.B
Generationẽ Chriſti cur Matthæus deſcendendo narrat. 32.K
Cur Lucas generationem Chriſti aſcendendo texit. 32.K L
Differentia inter deſcriptionem generationis Chriſti, à Matthæo, & Luca. 32.K L
Generatio Chriſti per tres quaterdenas deſcribitur. 32.M
Generatio Chriſti ſpiritualis. 33.B
Generatio Chriſti in conſummatione pœnitentiæ. 33.C
Generatio domini ab omni ſtatu accepit teſtimonium. 59.B C
Genezar,quid dicitur. 138.L.310.K
Genua flectenda ſunt dũ dicitur, Et verbum caro factum eſt. 46.D
Genua non flectimus pro Iudęis. 64.H
Flexio genuũ,pœnitentiæ eſt indicium. 744.L
Gentium fides. 145.A
Gentium ſolicitudo. 180.G
Omnes gẽtes inexcuſabiles ſunt. 571.G
Gentium imitatores. 595.C
Gentes peregrinæ erant à lege, & prophetis. 635.E
Gentiles quomodo ſint filij Abrahæ. 85. F.86.G
Gentilium tranſgreſsio. 233.C
Gentiliũ confeſsio Iudæis mutis. 499.E
Gentiles cur lapides dicuntur. 499.F
Gentiles ante paſsionẽ reuerentiam tẽplo deferebant. 513.C
Gentiles conuerſi ad fidem, Iudęi dicuntur. 662.K
Gentilium confeſsio. 681.D
Genus humanum perpetuò mancipatur carceri. 9.F
Generis humani creandi cauſæ. 9.F
Generis humani ægritudines. 387. D E. 883.H I
Geraſa ciuitas eſt Arabiæ. 213.C
Geraſenorum fides. 310.K
Geſtus & conditiones Chriſti. 5.E
Geſta Chriſti nõ poſſunt plenè explicari aut elucidari. 753.C
Gethſemani campus. 603.F
Gethſemani,interpretatur vallis pinguedinis. 604.I
Gladium mittit dominus. 238.L
Non licet viris apoſtolicis vti gladio materiali.

terlali. 619.E
Gladius verſatilis, in morte Chriſti remotus. 679.C
Gloria vitanda. 154.L.167. C D. 222.G 346.H.509.F.510.G
Gloriæ ſuperandæ via. 346.I
Gloriæ vitandæ difficultas. 389.C
Gloria fugiẽtem ſequitur. 197.C.389.C
Gloriã non quærenti damus. 389.C
Gloriam cupere. 389.C D
Amiſsio gloriæ, multò amarior eſt gehennæ ſupplicio. 779.E F
Gloriam fugit dominus gloriæ. 359.A
Gloriam ſuam non quæſiuit Chriſtus. 367.D
Glorificatio Chriſti. 409.E
Gloria dei. 42.I.696.M
Gloria bona,& mala. 358.G
Gloria militum. 296.H
Soli comparatur gloria iuſtorũ. 284.K
Gloriam cœleſtem docet nos Chriſtus acquirere. 353.E
Gloria cœleſtis tãtò maior dabitur, quãtò opera erunt maiora. 547.F
Gloriæ cœleſtis præeminentia. 764.G
Glorioſius eſt iniuriam tacendo fugere, quàm reſpondendo ſuperare. 764.M
Gloria dei, nõ hominũ, quęrenda. 222.K
Gloriandum in cruce domini. 402.K
Gloriam deo dare. 472.I
Gloria vana. 133.D
Gloriæ inanis malũ. 168.D.346.K.389. C.532.I
Gloriam deo auferunt vanè gloriantes. 197.B
Inanis gloriæ proprium. 357.F
Vana gloria facit à deo recedere. 532.H
Vana gloria aufert mercedem,& infert pœnam. 532.L.562.B C
Quod bonum eſt, diabolus per inanem gloriam facit malum. 532.I
A cupidis vanæ gloriæ duplici ratione attendendum 533.C
Vana gloria ſcribarum. 532.H I
Gloria temporalis à Iudæis expectata. 346.I
Gloria mundi. 114.M.515.H I
Gloria mundi, perdit mercedem. 396.L
Gloria mundi, nihil eſt. 367.E
Gloriandum non eſt in virtutibus parentum, vel noſtris. 34.I K
Contra eos qui de parentibus gloriantur. 90.H
Fruſtra gloriantur filij Auguſtini, qui eius opera non imitantur. 365.D
Golgotha, locus crucifixionis, vbi fabricata fuit eccleſia. 659.A
Grabatum literaliter,& moraliter, quid ſit. 342.I
Gradus ad pacem quatuor. 162.I
Gradus nouem ad perfectionem. 165.F
Gradus perfectionis. 284.K L
Gradus in cognoſcendo. 275.B
Gradus ſunt,& in gaudijs, & in tormentis. 569.E
Cranum ſinapis. 411.F
Granum frumenti. 513.E
Gratia vnde dicta. 91.E
Gratia triplex. 407.E
Gratiam lachrymarum deus ſibi adhærentibus confert. 1.D
Gratia dei per natiuitatẽ Chriſti aucta, non cœpta. 10.I
Gratia reperitur humilitate mediante. 21.C
Inuenire gratiam,& acquirere, differũt. 21.D
Gratiam accipere,& dare. 91.E F
Gratia attribuitur ſpirituiſancto. 23.A
Deus dat gratiam pro gratia. 91.E
Per gratiã bene operando, meremur perſeuerantiam in bono. 193.C
Gratia charitatis perfecta. 223.D
Gratia dilata dulcior. 308.M
Gratia dei opus eſt nobis. 391.A
Tria tempora gratiæ. 391.B
Gratia quibus impartitur. 392.[illegible]
Ad gratiam promerendam, & retinendam, timor requiritur. 412.K
Gratia Chriſti etiam per indignos operatur. 417.E
Gratia volentibus non negatur. 437.E
Gratia dei, ſpes eſt electis. 543.D
Augetur gratia ei, qui laborat in ea. 568.L
Deus exigit à nobis gratiam cum vſura quadruplici. 569.C
Gratiam inuenit Maria. 21.C
Gratia à Maria petenda. 21.D
Gratiam nulli denegat Maria. 21.D
Gratię deo pro noſtra reparatione agendæ. 11.C D
Gratiarũ actio, pro paſsionis beneficio. 698.M.699.A B,& ſequentibus.
Menſæ principio gratiæ agendæ ſunt. 297.D
Gratiæ poſt cibum agendæ. 603.C D
Grates ſunt agendæ debitoribus. 173. D E
Gratias cur egit dominus. 256.M
Gratiam referendi conditiones. 472.M. 473.A
Gratis date, quomodo exponitur. 225.F
Grauantes ſubditos ſine magna neceſsitate, abutuntur ſua poteſtate. 532.H
Grauedinem non ſenſit Maria. 28.H
Grauitas peccati prædicatorẽ repudiantis. 228.L
Gregis cognitio, ſignum primum boni paſtoris. 375.B
Guillermi Pariſienſis quæſtio. 504.L
Gulæ mala. 110.I.316.I
Gulæ refrenatio. 103.A
Gulæ deuictæ figura. 116.H
Gulæ conſuetudo. 303.E
Gula clericorum. 307.E
Guloſi deteſtatio. 459.E
Contra guloſos. 676.K
Guſtare quid. 659.C
Guſtatio mortis. 406.I
Gutta fontis viui. 275.A
Gutta deſignat humilitatem. 705.D
HAbenti dabitur. 568.K
Habitatio Mariæ, & diſcipulorũ. 745.B
Habitatio Mariæ poſt Chriſti aſcenſionem. 767.F,& ſequentibus.
Habitationes Chriſti. 207.E F
Habitaculum Chriſti explicari non poteſt. 121.E
Habitus Iudaicus Chriſto fuit. 273.C
Habitus vitioſi inclinant ad malũ. 331.E
Vterq; Chriſti habitus, electorũ multitudinem deſignat. 649.F
Hęreditas tranſit ad hæredes cum honore,& onere. 725.A
Hæreditatis acquiſitio. 137.D
Hæreſis circa charitatem. 596.H
In vnaquaque hæreſi diabolus ſe aſſerit Chriſtum. 539.E
Hæreſes & flagitia, dicũtur abominatio deſolationis. 542.H
Hæreticorum fructus. 86.K
Hæretici, ſchiſmatici, & excõmunicati, ſunt extra brachia eccleſiæ. 63.B
Hamus in cibis, & veſtibus ſuperfluis. 306.H
Tres robuſti haurientes aquam de ciſterna pro Dauid, tres magos figurarunt. 53.I
Dies hebdomadæ, vocãtur feriæ. 709.F
Hebdomadarij honeſta cõuerſatio vnde orta. 17.E
Helias. 408.K
Helias à Iudæis pulſus. 290.K M.291.A
Heliæ oratione clauſum eſt cœlũ. 291.A
Helias zelo dei accenſus, prophetas Baal occidit. 130.K
Helias Chriſtum figurauit in vita, & tranſlatione. 753.A
Heliam vocare Chriſtũ dicentes. 675.D
Heliæ,& Enoc, cædes. 774.M
Heliæ expectatio. 93.B
Heliæ & Enoch aduentus in terram. 774.L
Helias & Enoch adhuc viuunt. 745.B
Heliæ ſpiritu vſus eſt Ioannes. 17.C
Heliæ ſimilitudo in Ioanne. 93.C.251.A
Heliopolis. 69.E
Heliſæus quomodo Eliam fuerit ſecutus. 208.H M
Heliſæi deriſio. 291.A
Fons Heliſæi iuxta Hierico. 480.H I
Heraclius Hieruſalem ingrediens. 496.K
Herbæ virtus ſub ſtatua. 220.G
Herodes
Herodes Idumæus. 16.G
Herodis timor. 51.B
Herodes quare voluit Chriſti natiuitatẽ inquirere. 51.C
Herodis falſa promiſsio. 51.E.292.K L
Herodes Tharſenſium naues combuſsit. 67. C
Herodes cogitans de occiſione puerorũ. vocatur à Cæſare. 67.C
Herodes ſæuit in pueros. 67.B C
Herodes à Roma Hieroſolymã reuerſus, iuſsit omnes pueros Bethlehem occidi. 67.C D
Herodis crudele pręceptum. 70.H. in fi.
Herodis teſtamẽtum,& filij. 71.F.72.G
Mors Herodis primi. 70.H I
Herodis imitatores, qui. 68.K
Herodes proſelitus. 134.G
Herodis ſimulatio. 134.K.292.K
Iuratio Herodis. 292.I
Herodes famam de Chriſto audiuit. 310.K L
Herodes curioſos ſignificat. 310.M
Herodes cur vulpi comparatur. 350. K L
Herodes pręedicabatur eſſe Meſsias. 395.F
Herodes Iudæus natu erat. 638.L
Chriſtus ad Herodem miſſus. 638.L
Chriſtus cur Herodis tyrannidem declinauit. 296.K
Herodis de Chriſto opinio. 639.A
Chriſtus ab Herode deſpectus. 639.C
Documentum ex deſpectione Chriſti ab Herode. 639. D
Remiſsio Chriſti ab Herode ad Pilatũ. 640.L M
Herodes in mortem Chriſti conſenſit. 640.L
Fœdus Herodis,& Pilati, quid deſignarit. 640 M.641.A B
Inimicitię Herodis, & Pilati cauſa. 640.M
Documentum ex fœdere Herodi,& Pilati. 641.C
Meditatio circa fœdus Herodis & Pilati. 641.C
Herodis exilium. 695.A
Herodiani ſuperbos ſignificant 320.K
Herodiani qui dicantur. 395. F
Herodias Ioanni inſidiabatur. 134.I K
Herodias Ioanni inuidet. 292.H
Herodias luxuriam ſignificat. 292.K
Heu quid. 302.M
Hîc,& hinc, in quo differunt. 637.E
Hieremias prophetauerat Aegyptijs ſua idola lapſura, virgine cum filio ingrediente Aegyptum. 69.A
Hieremiæ flagellatio, Chriſti flagellationis figura fuit. 646.G
Hierico vrbs. 480.H
Hierico interpretatur luna. 261.B.481.A 482. H
Hieronymus Bethlehem pręelegit. 45.C D
Hieroſolymam Ieſus bis aſcendit. 129.E
Euerſio Hieroſolymæ. 501.C
Hieroſolymitæ ruina occiſi. 347 B C
Hieruſalem ſitus. 67. E F.659.B. 729. B
Hieruſalẽ in tribu Beniamin erat. 27.F. 28.G
Hieruſalem primò dicta Salem. 133.B
Hieruſalem cur dicitur ciuitas ſancta. 721. D
Hieruſalem, capitur pro incolis eius. 538.G
Chriſti delatio in Hieruſalem, & in Aegyptum. 62.H I
Quare Chriſtus vocem Hieruſalem geminat. 538.G
Hieruſalẽ in menſe Auguſto bis deſtructa fuit. 500.L
Hieruſalem à deo, angelis, ſanctis, ſanctitate atq; virtutibus deſerta. 538.H L
Hilarius creditur perfeciſſe, Gloria in excelſis deo. 41.K
Hiſtoriæ ſcribendæ mos. 739.C
Hoc, pronomẽ, quid demõſtrat. 592. H I
Hodie, quomodo intelligitur, cũ dicitur: Ego hodie genui te. 8.G
Hœdi reprobos deſignant. 571.C D
Homicida, animarum occiſor eſt. 365. E
Homo quid ſit. 1.A.90.I
Homo quid ſit in perſona. 92.L
Homo quid ſit in natura. Ibidem.
Homo quantus ſit in ſtatura ſpirituali. 92.M
Homo qualis ſit in forma morũ. Ibidẽ.
Officium hominis. 764.M
Homo homini ſocietatem & pietatem debet. 182.I
Homini magis, quã animali, ſubueniendum eſt. 318.L
Homo deo placeat. 335.D
Homines propter tria conueniunt in vnum. 533.A B
Hominis præſtantia. 214.H
Homo quare ad ſimilitudinem dei creatus fuerit. 11. B
Homo creatus eſt ad complementũ decimi numeri cũ angelis. 423.E.424.H
Homo approximat deo, diuertendo à malo,& faciendo bonum. 543.B
Homo omnis creatura. 745.E
Homo ſimilitudinem cum deo habet,& cum brutis. 764.L
Hominis & beſtiarum figura diuerſa. 349.C D E
Hominis ſtatura cur recta eſt. 349.E F
Homo microcoſm⁹. 423.F.551.C.745.E
Homo arboribus comparatur. 754.L
Homines per ſpicas denotantur. 315.C
Ex interiori homine procedit exterior effectus. 191.A
Homines gratiæ qui ſunt. 238.H
Hominũ ſtatus varij, & varia genera. 157. E.515. E
Tres hominum ſtatus. 564.I K.542.M. 760.H
Hominum genera tria, in vtroque ſexu commendata. 60.K
Homo deo comparatus, nihil eſt niſi puluis. 95.E
Homines quãtũ deo ſint cõtrarij. 215.F
Homo malitiam habet ſerpentis, ſed nõ timorem. 230.H
Homo malus, peior eſt q̃ diabolus. 230.I
Homo malus peſsimum malum, & beſtia peior. 230.H
Homo omnia habet mala, beſtiæ vnum. 230.I
Homo malus, arma diaboli. Ibidem.
Homo horribilis grauiſsimum pondus. 230.K
Homines pauci tantam concordiam habent in bono, quantum dæmones in malo. 323.C
Homo curuus. 349.C
Homines ex Adã cæci nati ſunt. 364.H
Hominis primi, ſeu Adæ, iactura & amiſsio triplex. 403.B
Homo per ſe ruere poteſt, ſed non reſurgere poteſt. 432.I
Homo propter peccatum fletibus indiget. 465.A
Gradus ſingulos hominum Chriſtus honorare voluit. 124.K
Honorum pericula. 301.E
Honores, incendij materia. 302.G
Honor ſoli virtuti debetur. 353.C
Honores & diuitias in hominibus veneramur, non naturam. 277.F
Honor hîc in teſtimonium virtutis, in cœlo in præmiũ exhibetur virtutis. 514.I
Ad honorẽ acquirẽdum requiſita. 353.D
Honorãtur, q. p Chriſto iniuriant. 370.I
Chriſtus in ſacerdotibus honoratur, vel contemnitur. 244.I
Honoratio parentum. 381.C
Honorari debent quos deus honorat. 420.L M
Honores eccleſiæ quomodo diſpenſandi. 477.C
Omnes de ſuo honore ſoliciti ſunt, de honore autem dei nulli. 536.G
Chriſtus ante paſsionis imminentiam ſemper renuit honorem. 500.H
Honorẽ cur moriturus ſuſceperit Chriſtus. 500.H I
Honor Chriſto exhibitus, non repreſsit iuſtitiam. 507.B
Hora Chriſti. 125.D.583.D
Hora ſexta, fatigatio Chriſti. 273.A
Hora ſexta quid ſit paſſus Chriſtus. 658.I
Hora

Hora veſpertina agno paſchali apta. 581.F
Hora reſurrectionis dominicæ. 703.D
Horæ vltimæ incertitudo. 560.H
Horæ ſeptem, quid deſignent. 278.KM. 279.A
Hordeaceus panis. 298.I
Horrea dilatare volens. 339.B
Hortus concluſus, & fons ſignatus. 12.M
Hortus penſilis. 13.B
Hortulanus eſt Chriſtus. 716.K L
Hoſpes eligendus. 227.D
Hoſpitij non mutandi rationes. 228.G
Hoſpitalis in diuites, intentio attendenda. 354.I
Hoſpitalitatis conditiones. 265.F
Leuatio hoſtiæ. 594.G
Eleuatio hoſtię, ſignificat Chriſti Iudęis à Pilato oſtenſionem. 650.K
Hoſtis triplex eccleſiam dei impugnat. 154.H
Hoſtes duo. 230.K
Quare Chriſtus hoſtes ſuos proſtrauit. 618.G
Humanitas Chriſti, erat inſtrumentum diuinitatis mirabilia facientis. 221.A
Humanitas Chriſti non eſt creaturis cõparanda. 249.E
Humeri Chriſti. 423.A
Humiles vnde dicti. 353.F
Humilitas triplex. 533.F
Humilitas meritoria conſiſtit in tribus. 353.A
Humilitas ſemper familiaris eſt diuinæ gratiæ. 24.K
Humilitatis exẽplum. 30.K. 38.M. 199.F
Humilitatis laus. 34.K. 40.I. 257.B
Humilitas eſt mater bonorum. 34.L
Humilitas eſt decor animæ. 439.B
Humilitas eſt via veniendi ad nuptias. 352.K
Humilitatis virtutes. 52.M. 256. G. 420. G. & 359.A
Humilitatis indicia. 55.B. 78.L. 80.G. & 509.C
Humilitatis perfectæ ornamenta. 65.C
Humilitatis documenta. 76.I K
Humilitatis exercitium. 79.E
Humilitas vnde naſcitur. 81. D E. 362.L
Humilitatis cuſtodiẽdę doctrina. 220. G
Humilitatis præmia, & fructus. 354.G. 479.B
Humilium dignitas. 439.B
Humilitatis effectus. 707.D
Humilitatis potentia. 510. G H I
Humilitatis vtilitas ad multa. 724.L M
Humilis verus, de laudibus & honoribus erubeſcit. 21.B
Humilis verus vilis vult reputari. 78.M
Humilitas quomodo acquiritur. 79.A
Humilitati contraria. 81.A B
Humilitas acquirit, & conſeruat, gratiã. 79.F. 80.G
Humilẽ facit, ſeipſum inſpicere. 80.M
Humilem hominem duo reddunt. 81.C
Humilitas contra elationem inducitur. 95.F
Humilitas omniiuſto neceſſaria. 104.M
Humilitas cũ obedientia eſt vera. 105.D
Humilitate, non potentia, vincitur diabolus. 114.M
Humilis conſequitur facilè alias virtutes. 153.C
Humilitas prę cęteris amplexãda. 346.I
Chriſtus operibus humilitatis pauperes habuit ſocios. 359.A
Humilitatem Chriſtus docet diſcipulos. 478.L
Humilitas etiam in exterioribus habenda. 496. H
Humilior inter ſapientes, ſapientior eſt. 510.K
Humilitas poſt mortem non deficiet. 572.H
Sine humilitatis fundamento, fruſtra fit aliarum virtutum ædificium. 719.D
Nulli virtuti ſine humilitate fidendum. 719.E
Qui humiliari non poteſt, ad humilitatem peruenire non poteſt. 79.B
Humiliationis vtilitates. 79.B. 352.I
Humiliatio multiplex. 79.D
Humiliatio ſine humilitate inutilis eſt. 79.D
Humiliandi ſui cauſa. 353.F
Humilians ſevt in eccleſia exaltetur, peccat. 353.F
Humiliandi forma. 765.C D
Humilitas Chriſti. 107.C. 195. C. 215.B. 218.M. 496.K. 577. B. 616.L. 638.I K. 641.B. 702.I. 724.K
Humilitatis Chriſti incrementa. 62.L
Humilitatis Chriſti cõmendatio. 78.I
Humilitas Chriſti imitanda. 487.A B
Humilitas dei, inſtrumentum eſt redẽptionis noſtræ. 259.A
Humilitas Marię plus deo placuit, quàm eius virginitas. 24. M
Humilitas Cananææ ex tribus. 385.A B
Hyacinthus, eſt coloris cœleſtis. 532.L
Hydriæ ſex quid deſignent. 126.G. 128.I
Hydriæ dimiſsio. 274.L
Hydropiſis quid deſignat. 352.G H
Hydropici curatio. 351.D
Hydropici proprietates ſeptem, peccata totidem ſignificantes. 351.F
Hymnus dicendus. 603.C
Hypocriſis in quo conſiſtat. 169.C
Hypocritarum actus. 190.K L
Hypocritæ ſanctitatem ſimulant. 191. E
Hypocritarum fructus. 86.K
Hypocritæ, detractores. 525.D
Hypocritarum conditiones 51.E F
Hypocrytę nolunt eſſe quod volunt apparere. 169.C
Hypocryta de falſa iuſtitia prçſumit. 265.D
Hypocrita aliud eſt, aliud oſtẽdit. 561.F
Hypocritarum mores. 336.K L
Hypocritas. Phariſæos dominus appellat. 350.G H
Hypocritas cur Phariſæos Chriſtus vocauerit. 525.F
Dupliciter damnãtur hypocritę. 532.M
Hypocritarum laus. 169.D
Hypocritæ per Bel deſignãtur. 536.L M.
IAcere moraliter, quid ſit. 200.I
Iacula prçuiſa minus feriunt. 539.F. 544.G
Iacob quid interpretetur. 22.I
Iacob filij fuerunt omnes dilecti. 22.I
Iacobus quid interpretatur. 407.E. 722.M
Iacobus quare dictus ſit frater domini. 14.M.
Iacobi minoris pœnitentia, & ſanctitas 102.H
Iacobi minoris ad Chriſtum ſimilitudo. 617.D
Iacobus minor vouerat ſe non comeſturum, donec Chriſtus reſurgeret. 722.L M
Iacobo minori Chriſtus apparuit. 722.L
Iacobitę Samaritani odio habiti. 273.E
Iactantia in ſordidis. 170.G
Iactantia vitanda. 221.D. 222.H. 632. M
Ianua triplex. 566.H I
Chriſtus clauſis ianuis congruè venit. 726.L
Ianitor vigilare debet. 569.E F
Iaſpis. 445.A
Idolorum origo. 322.H
Idolorum caſus. 68.M
Idola penitus conterentur. 69.A
Ieiunium multiplex. 145.D
Ieiunandi tempus. 110.G
Ieiunij laus. 110.I
Ieiunium, eſt abſtinentia rei malę. 116.I
Ieiunia quatuor temporum, cur inſtituta. 112.G
Ieiunium aſsiduum naturaliter facit eſſe triſtem. 169.C
Non ieiunans peior eſt hypocrita ieiunante. 169.D
Ieiunij fructus. 170.G
Ieiunia diabolica. 327.I
Ieiunium perfectum. 413.A
Ieiunium Phariſæorum. 145.B
Ieiunium apoſtolorum. 145.E. 750.L
Ieiunium hypocritarum. 169.B
Ieiunium bonorum. 169.D
Ieiunauit dominus noctibus. 110.H
Chriſtus cur ieiunauit. 110.H, & ſeq.
Chriſtus cur poſt ieiuniũ eſurijt. 112.H
Ieiunij Chriſti, ad Heliæ & Moyſi comparatio. 112.H I

Chriſtus



Chriſtus in ieiunio, & tentationis victoria, eſt imitandus. 117.A B
Iepte filia. 13.B
Ieſus quid interpretetur. 21.F. 45.L. 58. K. 592.K. 583.D
Ieſu nomen, eſt nomen proprium, & gloriæ. 32.K
Impoſitio nominis Ieſu. 46.K L M
Ieſu noĩs laudes, & dignitates. 49.L M
Nominis Ieſu efficacia. 47.B C
Nominis Ieſu, & olei ſimilitudo. 783.F
Nominis Ieſu proprietates. 784.G. & ſeq. 785.A
Ieſus flos dicitur. 18.L
Ieſus venit poſt Ioannẽ quinque modis. 95.C
Ieſus quærendus eſt. 76.M
Ieſus propter ſe quęrendus. 311.D
Ieſum ſuſcipere volenti, quatuor ſunt neceſſaria. 727.A
Ieſus amãti prçſtat omnia dulcia. 783.E
Ignis multipliciter ſeruatur, ſic gratia. 80.G H
Ignis effectus. 758.M. 759.A
Ignis gehennæ. 196.E
Ignis in terra miſſus. 238.G
Ignis, ſpirituſſancti feruor dicit. 238.H
Ignis conflagrationis quatuor officia. 775.A B
Ignis præcedet, cõcomitabitur, & ſequetur iudicium. 777.E
Ignorãtia nõ excuſans. 304.G. 564.G H
Ignorantia diminuit de peccato. 564.G
Ignorantia veritatis, non eſt excuſationis damnationis. 564.H
Pauci p ignorãtiã excuſantur. 564. H I
Ignoſcendi neceſsitas oſtenditur. 175.B. 670.G
Ignoſcere libenter. 431.A
Ignoſcere prodeſt. 434.I
Deus interdum permittit homines cadere in falſas illuſiones. 545.F
Documentum non frangendi illuſionibus. 665.M. 667.A
Tres illuſiones animæ. 647.F
Illuſiones multæ in Chriſtum. 629.H I
Figura illuſionis Chriſti. 629.I K L
Tria inſtrumenta illuſionis Chriſto data. 647.F
Myſteria illuſionũ Chriſti. 749.E. 650.H I
Illudentium Chriſtum in cruce differẽtiæ quatuor. 665.F. 666.G
Illuminari nolentes. 89.A
Illuminationi neceſſaria. 371.C
Imaginem Chriſti per peccatum fœdamus. 4.K
Imago, & ſimilitudo dei in anima imprimitur. 423.F. 424.H M
Imago dei alia eſt, alia mundi. 526.H
Imago cuius ſit quo agnoſcitur. 526.K
Dignior eſt imago, q̃ ſimilitudo. 764.L
Chriſtus quomodo imitandus. 4.I
Chriſtus triplici via imitandus. 403.F. 404.G
Vitam Chriſti imitantiũ vtilitas. 4.K L
Imitatio Chriſti, hominis eſt perfectio. 233.C
Perfect⁹ Chriſti imitator quid relinquere debeat. 404.G H. 655.A
Chriſtum imitari in geſtis ſuæ paſsionis. 577.D E. 609.F. 610.G
Immiſsio quid ſit. 383.A
Impatientia fugienda. 37.F
Impatiens animam ſuam non poſsidet. 540.I K
Contra impatientiam medicina. 586.H
Impedimentũ ad ſalutẽ nullum. 473.F
Imperare ſibi. 278.L
Imperfectum quiſq; magis, quàm perfectum ſe exiſtimare debet. 412.H
Impetus aduerſarij noſtri. 235.E
Domus impij. 193.B C
Impœnitentia. 325.D
Incarnationis Chriſti dilatio. 10.H I
Incarnatio filij dei. 25.A. 89.B C
Tria mirabilia fecit dominus in incarnatione. 24.M
Incarnationis Chriſti modus. 25.E F
Incarnationis dominicæ ſolẽnitas. 27.C
Incarnationis filij opus cur ſpirituiſancto attribuitur. 23.A
Tota trinitas nouo modo Chriſti incarnationi interfuit. 24.H. 754.L
Exultatio in incarnatiõe Chriſti, magis quàm in eius diuinitate. 783.B C D
Incenſum ſoli ſummo ſacerdoti quomodo licitum erat. 16.I
Inconſutile quid ſit. 665.B
Incredulitas diſcipulorum. 411.F
Indigenti denegare. 164.H
Sanitatis mater indigentia. 316.H
Indigentes ſoli eleemoſynam recipiant. 455.F
Indignos ſe reputantes, digniores reputati ſunt. 34.K
Indignitas peccatoris. 425.F
Indignatio ſenioris. 427.B
Indignatio diſcipulorum. 478.K
Indulgentia nimia vituperanda. 262.G
Induratio noſtra. 295.E
Infantia Chriſti cæteras deteſtatĩ 40.G
Chriſtus amat infantiam. 416.H
Infantes & lactentes. 507.E
Infernus dupliciter ſumitur. 701.D
Infernus pœnarum quadruplex. 701.D
Pœna inferni diuerſa erit. 778.M
In inferno eſt redditio ſine acquiſitione. 433.D
Pœna inferni per fletum & ſtridorem dentium deſignatur. 568.M
Manſiones in inferno diuerſę. 782.I
Infernus contentioſis relinquitur. 150.L
Deſcenſus Chriſti ad inferos. 701.C
Infideles ſunt mortui. 208.I
Infideles quomodo confundendi. 260. K
Quare Chriſtus infima elegit. 40.L M. 41.A, & ſequen.
Infirmi cur ad Chriſtum veſperi adducti. 203.D
Infirmis cõuenit licentia fugiẽdi. 232.H
Cur vnicus infirmus iuxta piſcinam ſanatus eſt. 342.G. 343.C
Comparatio infirmi, ad prçdeſtinatum vel reprobum. 575.C D
Infirmitates ſæpe accidunt propter peccata. 215.M. 217.A
Infirmitates contingunt quintupliciter. 217.A
Tres ſunt cauſę infirmitatis ſpiritualis. 279.B C
Infirmitas propriá magis, quàm ſtellarum conſtellationes ſcrutanda. 395.A
Infirmitas humana diu tribulationẽ ſuſtinere non poteſt. 543.D
Infirmitas humanæ naturæ per Chriſtũ ſanata. 688.K
Infirmitas hoĩs in oĩbus mẽbris. Ibidẽ.
Infœlix eſt, cui nihil contigit aduerſi. 461.B C.
Infœlicitas hui⁹ vitę, felicẽ facit. 461.C
Infœlicitate peccantium nihil eſt vtilius. 163.F
Ingrati deo. 472.I M
Ingratitudinem grauantia tria. 253. E
Ingratitudo graue vitium eſt. 433.C. 472.M. 473.A B.
Inhæſio, & fruitio. 780.L
Diligere inimicum, nõ eſt præcepti, ſed perfectionis. 165.B
Inimici quomodo ſunt diligẽdi. 165.B C
Poſsibilitatis amandi inimici, exemplũ eſt Chriſtus. 167.B
Inimicus homo, dicitur diabolus. 283.C
Inimicus manifeſtus melior eſt, quàm amicus fictus. 619.A
Inimicitiarum radices. 158.H I
Inimicitiarũ inter Herodem, & Pilatũ cauſa. 346.M
Iniqui pontifices iniquè iudicant. 623.C
Ex abundantia iniquitatis, oritur tepiditas charitatis. 540.L
Initiatio Chriſti in triplici via. 403.F
Iniuriæ communes. 157.F. 158.G
Iniuriarum duo ſunt genera. 163.F
Iniuriæ genus nullum prætermiſſum in euangelio. 163.F
Iniuria triplex. 165.D
Remediũ cõtra triplicẽ iniuriam. 156.G
Iniuria fœlix. 230.L
Fœlix eſt iniuria, cùm deus eſt in cauſa. 540.H
Non eſt triſtandum iniuriari à malis. 233.D
Iniurioſi diabolum intraneum foras depromunt. 328.H

Iniuriæ:

Iniuriæ à diabolo procedunt. 689.C
Iniuria propria toleranda, ſed non diuina. 115.B
In omni iniuria dominus docet eſſe patientiſſimum. 163.F
Iniuriæ tolerendæ. 367.A B
Iniuriæ ſunt gratis condonãdæ. 431.B
Iniuriatus debet reconciliationem quærere. 431.C
Iniuriam patienti inferens obſequium præſtat. 432.H
Iniuria non fit magnanimo. 432.K
Iniuria ſumma. 476.G
Iniuriam facit deo, qui aliquid ei adęquat. 529.A
Iniuriæ hominum nullum faciunt damnum, ſed patientiæ lucrum. 540.L
Iniurias aliquãdo licet increpare. 625.B
Aliquando etiã iniurias facto licet repellere. 625.D
Iniuriæ non ſunt Chriſtianorum. 689.C
Iniuſtitiæ mala. 337.B C
Innocentia, & perfectio, quas quiſq; debet habere. 547.E
Innocentium mors. 67.B
Temporis occiſionis innocentium, opiniones. 67.D
Innocẽtes habẽdi ſunt martyres. 68.H
Innocentium pręconia. 68.H I K
Innocentiũ pro Chriſto occiſio. 68.L M
Innocentia Chriſti. 641.F.642.G
Innouatio dictorum. 778.H
Inobedientiæ mala. 245.A
Inſignia Xpi pręcipuè memorãda. 1.C
Inſignia regalia Chriſti. 696.M
Inſignia militum Chriſti. 597.E
Intempeſtum. 308.K
Intentio peruerſa corrumpit omnia bona. 177.D E
Intẽtio cordis, lumẽ eſt animæ. 176.E
Intentio conſideranda eſt. 176.E
Intentio debita. 275.D
Interrogatio Chriſti. 465.A
Interrogandi cauſæ in Chriſto. 480.L
Intrare per oſtium. 372.M
Intrãs per os, non coinquinat. 382.G
Triplex introductio Chriſti in mundũ. 757.B
Chriſti intuitus. 632.H I
Inuenire Chriſtum volentibus, neceſſaria. 43.D
Inuerecundi dicũtur inemẽdabiles. 18.G
Inuidiæ mos. 322.H
Inuidia cęteris peccatis deterior. 343.F. 344.G
Inuidię venena poſſunt ſuperari, ſed difficile quieſcere poſſunt. 530.M
Iudæi primò Chriſti fidẽ habuerũt, quã per inuidiam cęcati perdiderũt. 534.I
Inuidia phariſæorum in Chriſtum, excęcauit eos. 326.H
Inuitum non vult dominus. 403.A
Ioachim eleemoſynæ. 11.F
Ioachim oblatio ab Iſachar ſacerdote ſpernitur. 11.F
Oratio Ioachim ad deum. 786.G
Ioachim, & Anna in porta aurea conuenerunt. 786.L
Ioachim obitus. 787.C
Carmen de diuo Ioachim. 789.B, & ſeq.
Feſtum ſancti Ioachim eſt decimaſeptima die ſeptembris. 789.F
Ioanna quid interpretetur. 122.L
Ioannes quid interpretetur. 16.L
Ioannis Baptiſtę conceptio, & natiuitas. 16.F.17.F.30.M
Ioãnes quid in nobis ſignificet. 17.A
Ioãnis Baptiſtæ magnitudo. 17.B.249.F
Ioãnes, an maior fuerit cęteris omnib⁹. 249.C
Ioannes cur putabatur Chriſtus. 92.K
Ioannes pluſquàm propheta. 248.K
Angelus vitam Ioannis Baptiſtæ prænuntiauit. 17.B C
Ioannes Heliæ ſpiritu vſus eſt. 17.C
Ioãnes Baptiſta repletur ſpũſancto 28.K
Ioannes Baptiſta nondum natus prophetabat. 28. L
Ioannes tribus de cauſis fuit Ioanni Baptiſtæ proprium. 31.C
Ioãnes in deſertis à ſeptimo anno ætatis ſuæ habitauit. 32.G
Ioãnis Baptiſtæ pœnitentiæ locus. 70.K
Cur Ioãnes Baptiſta fugit mundum. 70. K L M. 71.A, & ſequen.
Ioãnis Baptiſtę laus. 70. M.83.D E K. 247.C.248.K M.249.B E.250.M. 251. A.293.D
Ioãnes Baptiſta mõachorũ prĩceps. 17.A
Vox Ioannis in deſerto proclamat pœnitentiam. 83.E
Ioannis Baptiſtæ veſtitus. 83.F
Cur Ioannes tam raris cibis & indumẽtis vtebatur. 84.H I
Ioannis Baptiſtæ pœnitentia. 84.I
Ioannis Baptiſtæ imitatores. Ibidem.
Ioannes Baptiſta ad phariſæos, & Sauducæos. 84.M.85.A
Ioannis Baptiſtæ doctrina parum curatur. 88.G H
Ioannes Baptiſta miſſus à deo, non à ſe baptzauit &c. 88.L
Quæſtiones quatuor de Ioanne Baptiſta vtiles. 92.K
Reſponſio Ioannis ad phariſæos. 63. M. 93.A, & ſequen.
Ioannes quõ fuerit angelus. 93.C.249.A
Ioannes quare vox dictus. 93.E
Ioannes moraliter dat triplicem formã. 96.K
Ioannes cur recuſabat Chriſtum baptizare. 104.G
Chriſtum quõ Ioannes neſciuit. 129.F
Conſtantia Ioannis Baptiſtæ, 121.A B
Ioannis pręedicatio ad Herodẽ. 134.G H
Ioannis incarcerandi occaſiones. 134.H
Ioannes Baptiſta nulla ſigna fecit. 135.F
Ioannes in vinculis. 245.E
Ioannis quæſtio quæ. 245.E
Ioannes Baptiſta mittẽs diſcipulos ſuos ad Chriſtũ, nõ dubitabat de eo. 245.F
Ioãnes quęſiuit vt ſuos doceret. 245.F
Ioãnes Baptiſta quõ diſcipulos ſuos Chriſto commendauit. 246.G
Chriſtus Ioannem turbis commendat. 247.B C
Ioãnes Baptiſta omnes diligebat. 247.E
Coæquatio Ioannis. 249.C
Ioannis vita, & conuerſatio. 249.C
Ioannis & Chriſti tempus. 250.K
Ioannes Baptiſta eſt initium euangelij, & finis prophetarum. 250.L.251.A
Ioannes omnis ſanctus. 251.A
Non manducans Ioannes. 252.H
Prædicatio Ioannis, & pœnitentia, Iudæos non mouit. 252.H
De loco necis Ioannis. 293.A
Ioannes Baptiſta quomodo minutus. 293.C D
Contemplatio circa Ioannis decolllationem. 293.D E
Ioannis innocentia. 293.E
Ioãnes erat timori etiã defunctus. 310.M
Ioannis Baptiſtę ſepultura. 473.C
Ioannes Baptiſta pro defenſione veritatis occubuit. 580.G
Ioannes euangeliſta die natiuitatis Ioãnis Baptiſtæ migrauit. 31.A
Ioannis euangeliſtæ feſtũ, cur in natali dominico celebretur. 31.A
Ioannis vocatio. 129.A
Ioannis in Chriſtum dilectio. 590.G
Ioannis fœlicitas. 590.G H
Cur Ioãnes dicitur à deo dilectus. 598.L
Chriſtus Ioanni benedixit. 603.B
Nullus ita familiariter deo adhæſit, vt Ioannes. 603.B
Ioannes ille iuuenis nudatus. 622.H
Ioannes reſumpto veſtimẽto, dominum vt prius ſequeoatur. 622.I
Quare Ioannes intrauit cum Ieſu domum pontificis, & Petrus foris remanſit. 624.H
Ioannes cur notus erat pontifici. Ibidẽ.
Ioannis dignitas. 671.D
Petri, & Ioannis ad ſepulchrum curſus. 713.C
Ioannes intrauit monumentum peſt Petrum. 713.D
Ioannes cur non intrauit ſepulchrũ ante Petrum. 713.D
Ioãnis, & Petri admiratio. 713.E.714.G
Ioannis perſpicacitas. 734.I
Cur Ioannes plus dilectus non eſt cæteris prælatus. 737.B
De morte Ioannis interrogatio, 738.L
Dilexit dominus Ioannem, ob multa. 738.M
Mors Ioannis. 739.A
Ioannes ſecundum veritatẽ mortuus eſt. 739.B
Ioannes nonaginta nouẽ annos habebat cum mortuus eſt. 739.C
Ioannes probat Chriſtum dei filiũ. 757. D E, & ſequen.
Ioannes fungitur officio notarij publici. 758.G
Iob ſignificat ſtatum actiuorum. 758.M
Ionas Niniuitis fuit ſignum dupliciter. 329.C
Chriſti & Ionæ comparatio. 329.F
Ionas in ceti ventrem miſſus, Chriſtum figurauit. 654.K
Ionas in ventre ceti triduò, ſepulturam Chriſti figurauit. 700.M
Ionas reſurrectionem Chriſti figurauit. 706.I
Iordanis fluuius. 138.M.291.C
Iordanis ortus. 398.L
Iordanis, deſcenſio interpretatur. 83.B
Chriſtus ſeceſsit trans Iordanem. 379.C
Cur trans Iordanem ſanauit dñs. 436.L
Turris Ioſaphat. 603.E
Vallis Ioſaphat, locus iudicij. 775.F
Ioſeph quid interpretetur. 19.A.26.I.75. D.722.L.
Ioſeph cum tunica talari Chriſtum figurabat. 654.K
Venditio Ioſeph à fratribus ſuis, Chriſti venditionem figurabat. 579.C
Ioſeph virga floruit. 13.D.587.C
Ioſeph virginitatem decreuerat ſeruare. 14.G
Ioſeph ſemper virgo fuit. 14.H
Ioſeph quare virum Mariæ euangeliſta nominat, & non maritum. 19.A
Ioſeph dimittere voluit ſponſam. 35.A
Ioſeph opinio de Maria. 35.A B C
Cur deus miſit angelũ ad Ioſeph turbatum. 35.C
Reuelatur Ioſeph veritas explicita incarnationis. 35.E F
Ioſeph turbatus ſuper Mariæ imprægnatione, quid deſignat. 36.G
Ioſeph quomodo cognouit Mariã. 36.G
Ioſeph voluit ſoluere cenſum. 39.A B
Ioſeph cur tacetur. 52.H
Ioſeph puerũ Ieſum tenens ſuper genua ſua, frequenter eidem arriſit. 55.E
Ioſeph à Simeone non eſt benedictione priuatus. 59.D
Ioſeph nuntiatum eſt aliquid, quod non matri. 66.I
Ioſeph labores in Aegypto cum Maria. 69.F
Ioſeph cur Chriſti pater dictus. 75.D
Ioſeph quo tẽpore adhuc ſuperſtes. 118.I
Ioſeph obitus. 124.M.787.F
Sepulchrum Ioſeph. 603.E
Ioſeph ab Arimathia decurio nobilis. 686.H
Ioſeph ab Arimathia Pilato notus. 686. I K
Ioſeph ab Arimathia magnæ dignitatis apud deum. 686.K
Ioſeph ab Arimathia fides. Ibidem.
Ioſeph ab Arimathia fortitudo. 686.L
Per Ioſeph ab Arimathia, quid deſignatur. 687.A
Ioſeph ab Arimathia captio, & liberatio. 722.K
Chriſtus Ioſeph ab Arimathia apparuit. Ibidem.
Iota quid ſit. 157.B
Ira quid ſit, & quòd non omnis ſit peccatum. 158.H
Iræ natura. 644.L
Iræ prohibitio. 158.G.444.L
Ira frenanda eſt. 175.F.367.C M
Contra iram & furorem memoria paſſionis. 689.B C
Ira dei, & vltio magna. 155.F
Ira dei iuſta. 356.I
Iracundiæ malum. 158.H
Irreuerentia Chriſtianorum ad libros vtriuſque teſtamenti. 289.A
Iſaac portans ligna, Chriſtum portãtem crucem figurabat. 654.I L M
Verba Iſachar ſummi pontificis ad Ioachim. 786.G
Iſmeria mater Eliud, & Elizabeth. 786.E
Iſraël quid interpretetur. 123.D
Exitus Iſraëlis de Aegypto. 642.K
Iſraẽlitæ à deſerto redierunt corde in Aegyptum. 209.D
Quatuor occurrunt populo Iſraëlitico. 110.G
Maiores Iudæorum ſpiritualẽ expectabant conſolationem Iſraël. 57.E
Rex Iſraël Chriſtus. 497.E F
Iter fugę Chriſti, longũ & difficile fuit. 66.L
Iubileus qualis ſit. 762.I
Iudas quid interpretatur. 28.I
Iudæ in apoſtolum electio. 148.K
Iudas deſignat iudices, prelatos, & ſacerdotes. 579.E
Iudę murmur ſuper diſpoſitione vnguẽti. 490.E F
Iudas prætextu pietatis, zelat affectum cupiditatis. 490.G
Iudæ auaritia. 490.H.579.E
Iudæ furta. 490.I
Iudæ proditionis origo. 491.E
Iudas cum Iudæis paciſcitur de pretio Chriſti. 579.C D
Iudæ pedum lotio, ſicut & cæterorum. 586.G.587.A
Iudæ ingratitudo maxima. 587.F.588.L
Audacia Iudæ. 588.M
Cur Iudas Chriſtũ vocauit rabbi, & non dominum. 589.B C
Satanas in Iudam intrauit. 590.H I L
Egreſſus Iudę à cõſortio electorũ. 591.A
Iudæ aduẽtus cum ſuo comitatu. 617.B. 618.I
Iudæ armatura. 617.C
Quare Iudas ſignum de Chriſto Iudæis dederat. 617.C D
Iudas cur amicus dictus eſt. 618.K
Iudę confeſsio. 634.L M
Iudæ reſtitutio. 634.L
Iudæ ſuſpendium. 635.A
Mortis Iudæ tres rationes. 635.A
Cur Iudas medius crepuit. 635.B
Iudas Galilæus. 346.M
Iudæa quid. 71.F.132.M.542.K
Iudæa vnde dicta. 132.M
Iudæę ſitus, reſpectu Galilęæ. 27.F
Iudęæ diuiſio. 71.F
Iudaicus populus de deo conquerens. 425.B
Iudaicus populus in ſeruitio dei non remanſit. 518.G
Iudæorum ſtatus. 32.M
Iudæi indicant Chriſtum. 53.D
Iudæi quomodo erant filij Abrahæ. 83. E F.365.D
Iudæorum expectatio. 123.E
Iudæi ſigna petunt. 130.L
Iudæi proni erant ad inferendas proximo iniurias. 162.H
Mores Iudęorum tpe Chriſti. 251.D E F
Increpantur Iudæi. 251.E
Conuitia Iudæorum in Chriſtum, & Ioannem. 252.I K
Iudæorũ & gentilium cõparatio. 253.C
Iudæorum habitus, & gentium differẽtia. 273.C D
Iudæorum duritia. 275.F. 278. G. 345. F.635.A
Iudæi peiores diabolo. 291.E
Iudęorum obſtinatio. 331. C.620. K L. 651.M
Iudæorum generatio mala, peior, peſsima. 331.D
Iudęi cur in Chriſtũ non credãt. 346.H
Iudęorũ ingratitudo. 355.C.511.B.519.D
Iudęorum vocatio. 356.I
Iudęorum fallacia. 361.E F
Iudęorum ſeruitus. 364.L.653.M
Iudęorum duritiam imitantes. 368.M
Iudęi propter ſuam ſuperbiam ſunt excęcati. 370.K L
Iudęi mali qui dicendi. 379.D
Iudaic⁹ popul⁹, ſenior frater dicit. 427.B
Iudęorum timor ineuitabilis. 468.G H
Iudæi perdiderunt quod perdere metuebant. 468.G H
Iudæi Chriſtum in feſtiuitate quærebant. 469.F

Mandatum Iudæorum de cōprehendendo Ieſu. 469.G
Curioſitas Iudæorũ videndi Chriſtum. 492.I
Iudæorum ſtulta cogitatio. 492.K
Mos Iudæorum, circa cōmunia animalia. 493.E
Iudæis cur opus erat miraculis. 497.B
Inuidia Iudæorum in Chriſtũ. 507.C D
Occaſiones Iudæorũ, ad perſequendum deum. 511.A
Ignorabant Iudæi Chriſtum eſſe deum. 530.G H
Iudæi dupliciter errabant circa Meſsiã. 530.H
Iudæi nō humanis ſubijciuntur pręſumptionibus, ſed diuinis inſtitutis. 532.H
Tolerabilior eſt cōditio Iudæorũ, quàm Chriſtianorum. Ibidem.
Iudæi ſuos parentes imitabantur, & natura, & moribus. 537.A
Iudæi cognoſcent Chriſtum in iudicio. 538.L
Iudæorum generatio non poteſt omnino deleri. 554.M
Conſilium Iudæorum. 578.M.579 A
Maiorum Iudæorum malitia. 579.B
Iudæos Chriſtus fratres vocat. 609.D
Duo imponebantur Chriſto à Iudæis. 624.L
Iudæorum contra ſe reſponſio. 636.K
Tres Iudæorum aduerſus Chriſtum accuſationes. 636.M
Iudæis ſua permanet petitio nociua. 643.C
Iudæorum genuflectio coram Chriſto. 648.G
Iudæi pœnas luunt gentilium. 648.H
Iudæi pœnã cũ ſanguine poſcunt. 650.L
Iudæorum ſæuitia in Chriſtũ. 652.K L. 683.B
Iudæi Chriſti mortem quãtum poſſunt accelerant. 653.E
Iudæi clamantes magis rei paſsionis Chriſti, quàm milites exequentes. 653.F
Iudæi diabolum imitabantur, volentes Chriſtũ deſcendere de cruce. 666.H
Iudæi fatebantur nolentes Chriſtũ alios ſaluos facere. 666.I
Iudæorum cæcitas. 681.E
Iudæos imitantes in morte. 681.F
Iudæi etiam Chriſtum perſequebantur mortuum. 683.F
Iudæorum blaſphemia. 694.H I
Iudęi nomen ſuum Chriſto attribuunt. 694.I
Iudæorum prælati ſimiles. 721.A
Iudicare alios non debemus. 81.F
In quo quis alterum iudicat, in eodem à deo tandem iudicatur. 81.F.82.G
Iudicare de alio, multipliciter fit. 162.K
Iudicium capitur diuerſimodè. 182.I
Iudicij leuis triplex gradus. 182.K L
Iudicia bonorum, & malorum, varia. 182.L
Iudicium temerarium. 182.M
Iudicat ſe, qui alios iudicat. 183.A
Temerè iudicantes, non iudicabuntur à deo temerè, ſed ſeuerè. 183.B
Deus duo cōminatur iudicãtibus temerè. Ibidem.
Iudicandi alios cautio. 184.L
Iudices iniqui, & detractores. 252.L
Iudicia hominum peruerſa. 252.L
Iudicem nec dei, nec operum eius eſſe licere. 257.E
Iudicatio vitanda. 327.E
Iudicium quomodo moderandum. 327.E F
Iudicium & charitas optimè coniungũtur. 333.H
Iudicia iniqua. 337.B
Iudicare debet quis ſeipſum, ſed an peccator alium? 362.K
Iudicaturus diſquirat duo aut tria. 362.L
Iudicij in Iudæis ſubuerſio. 468.I K
Iudicium importat debitũ ordinem ad proximum. 535.D
Mali iudicis conditio. 549.A B
Iudex tantũ exigit, quantũ dedit. 570.G
Quæ iudicem decent. 626.L
Chriſtus iudicatus eſt quaſi vſurpans Cęſaris poteſtatem. 653.C
Iudex iuſtus deus. 243.F
Iudicia dei occulta. 254.I
Iudicat intentionem deus, nō euentum. 418.M
Iudicia dei vera, & capacitatẽ hominum tranſcendentia. 427.C
Iudicia dei ſunt conſideranda. 548.H
Iudicium finale multiplex. 448.I
Quare diſcipuli Chriſti interrogabant Chriſtum de tẽpore euerſionis Hieruſalem & die iudicij. 539.C
Signa communia extremi iudicij. 539.F
Septem ſigna ſpecialia extremi iudicij. 539.F
Per ſeptẽ ſigna iudicij, intelliguntur ſeptem mala in eccleſia. 539.F.540.G
Signa mirabilia iudicium dei præcedẽt. 551.B C
Signa quindecim iudicij futuri nuntia. 551.C D
Iudicium antecedentia, concomitantia, & conſequentia. 764.G
Iudicio peracto lumen ſyderum augebitur. 550.G
Quare Chriſtus ſimilitudinem iudicij ſumpſit à ficu. 554.K L
Chriſtus ſigna tẽporis iudicij, nō ipſum docuit iudicium. 557.D
Tempus iudicij ignoratur. 544.H
Iudicij hora ignoratur. 551.F
Dies iudicij, vel mortis propriæ, ignoratur. 556.K
Filium neſcire diem iudicij. 556.K L
Quomodo ſolus pater ſciat diem iudicij. Ibidem.
Dies iudicij cur, & quomodo ignotus. 556.L M.557.A B
Quomodo Chriſtus inopinatus veniet ad iudicium. 558.G H
Vbi inueniemur, ibi iudicabimur. 560.K.567.A
Qualis quiſque moritur, talis iudicabitur. 560.K L
Chriſtus in nube ad iudicium deſcendet, ſicut in nube aſcendit. 552.L M
Crux Chriſti, & alia inſtrumenta, in iudicio apparebit. 552.G
Chriſtus in iudicio apparebit cum cicatricibus & ſtigmatibus. 552. G. 553. A.778.G
Chriſtus in forma hominis iudicabit. 552.L.571.B.749.F
Forma qua iudicatus eſt, iudicabit Chriſtus. 776.G H
Verba Chriſti in iudicio. 552.I.571.F
Planctus communis ratio in iudicio. 552. I K
Quomodo Chriſtus ſit iudex viuorum, & mortuorum. 553.A B
Differentia occurrẽtium Chriſto ad iudicium. 553.C D
Terribilitas iudicij. 553.D.775.F
Dies iudicij reprobis terribilis erit, electis conſolabilis. 554.G
Timor omnium in iudicio, vbi nec miſericordia, nec interceſsio. 566.I
Iudicij rigor ſine miſericordia. 566.I K
Iudicij recordatio in tẽtatione vtilis eſt. 553.D.556.I.776.M.777.A
Exhortatio ad diei iudicij meditationẽ. 554.M.555.A
Vitia impedientia meditationem iudicij. 556.E F.555.G
Iudicij locus. 553.D
Iudicium fiet per ignem. 557.C.775.B
Iudicij, & diluuij, comparatio. 557.C D
Iudicandorum vniuerſitas. 564.M
Quare differtur iudicium. 565.D
Media nocte ſecundum quoſdam, fiet iudicium. 565.E
Nec poſſunt in die iudicij aliorum virtutes, vel vitia ſubleuare. 566.G
In iudicio non erit patrocinium. Ibidẽ.
Poſt iudicium nō patet precum aut meritorum locus. 566.I
Iudicium an erit mentale, an vocale. 574.K
Iudicij finalis ſignificatio per Chriſtum inter duos latrones. 664.I
Aſsiſtentes Chriſto iudicanti. 775.F. 776.G
Iudicabit pater & ſpirituſſanctus, vt filius. 406.G
Ordines quatuor in iudicio. 776.H I
Iudicandi forma. 776.L
Chriſtiani reprobi quomodo iudicabuntur. 776.K L
Mali cadẽt ante Chriſtũ iudicantẽ. 556.I
Conſcientiæ cuiuſq; in iudicio patebũt. 776.L M
Diabolus videbitur in iudicio. 777.E
Iugum domini pondus gratum. 258.K
Iugum euangelij quomodo leue. 259.D
Iugum legis erat graue, propter multa. 259.C D
Iuga boum emit auarus. 355.F
Iuliani apoſtatæ ſtatua deiecta fulmine. 220.G
Iulius Cæſar primus Romanorum imperator. 38.H
Iunci marini. 647.B
Iuramentũ non recipitur ab euangelio. 160.L.161.A B
Iurare quomodo prohibetur. 443.C
Inter iuramentũ & loquelam noſtram, deus non vult eſſe differẽtiam. 160.M
Iurandum eſſe in neceſsitate. 161. A
Iuramenta apoſtoli. 161.A
Iurationis modi. Ibidem.
Iuramento recto tria neceſſaria. 161.B
Iurare, ex altera parte eſt ſemper malũ. 161.D
Iuramentum non eſt ſemper obſeruandum. 292.K
Iuramentum per tẽplum & altare, maius eſt, quàm per aurum & dona in illis oblata. 535.B C
Iuramentum per creaturas, nō erat obligatorium. 535.B
Iuramentum per creaturas licitum, eſt obligatorium. 535.C
Qui iurat per creaturam, iurat implicitè per creatorem. 535.C
Iurare per euangelium. 535.D
Grauius eſt iuramentũ per deum, quàm per euangelium. 535.D
Iuſtus eſt, qui perfectè iuſtitiam nouit & amat. 151.D
Iuſtus quantus ſit apud deum. 187.A
Iuſti cur premuntur. 211.A
Iuſto laudatio flagellum eſt. 222.H
Iuſti nomine, omnis Chriſtianus intelligitur. 243.D
Iuſti pretium. 246.H
Multi iuſti cum Noë opere, etſi non voce loquuntur. 357.E
Nemo, quantumuis iuſtus, ſe putet à diabolo ſecurum. 679.F
Iuſtorum damnationes in curijs principum iniuſtæ ſunt. 644.G
Iuſtitia multiplex. 104.M.105.A
Iuſtitia quomodo ſumitur ibi, cùm dicitur, implere omnem iuſtitiã. 104.K
Iuſtitiæ propria acceptio. 157.E
Iuſtitia ſtrictiſsima, quid ſit. 104.M
Iuſtitia vera, quæ eſt. 144 G.265.E
Iuſtitia in ſe oẽs continet virtutes. 157.D
Iuſtitia, ſine caſto & filiali timore difficilè cuſtoditur. 57.E
Opera iuſtitię infructuoſa ſunt ſine charitate. 164.M
Iuſtitiæ indicia. 105.B
Iuſtitiæ partes. 157.E
Iuſtitiæ laudes. 337.C
Iuſtitiæ exhibitio. 451.C
Vix ſibi quiſque pro ſe ſufficiet ſua iuſtitia. 566.G
Iuſtitiæ diuinæ rigor. 362.H
Iuſtificare impium. 247.A
Iuſtificatio peccatoris, in tribus cōſiſtit. 342.K
Iuſtificatio peccatoris, quàm difficilis ſit. 344.M
Iuſtificatio impij in cæco illuminatio figuratur. 371.B C
Iuſtificato' conferuntur quatuor beneficia. 321.E
LAbor huius mundi. 358.K
Labores ad viam cœleſtem requiſiti. 188.K L
Finis ad laborandum non expectandus. 256.H I
Labores Chriſti q̃ fuerint. 2.M.70.I.80.I 273.D.276.I L.512.G H.689.A B
Meditatio ſuper laboribus Chriſti à iuuentute. 80.H I, & ſequen.
Lachrymæ Chriſti in cruce. 678.M
Lachrymæ pœnitentium, ſunt vinum angelorum. 424.L
Lachrymæ ſunt ſignum triſtitiæ. 500.L
Lachrymarum commendatio. 149.L
Lachrymarum difficultas. 265.E
Lachrymarum virtus. 206.M
Lachrymandum eſt nobis. 206.M
Lætitia Chriſti. 423.A
Lætitia iuſtorum, & triſtitia reproborũ. 554.I
Lætitia mundana fletu miſcetur. 500.M
Lętitia paſchalis. 703.C
Lætificatio in aduerſis. 3.E
Laici & ſacerdotis comparatio. 518.L M
Laici ſępi⁹ ſunt clericis deuotiores. 361.B
Lampadis ornatus tria requirit. 565.F
Lampades, opera ſunt. 565.C
Languor quid ſit. 341.D
Chriſtus quomodo lapidatur. 380.K L
Lapis, vnde dicitur. 113.F.380.I
Lapis Chriſto ſub capite poſitus. 40.K
Lapidis ſuper ſepulchrũ poſitio. 690.M
Lapis monumẽti, ſignificat pœnitentiæ pondus. 711.B
Reuolutio lapidis ab oſtio monumenti. 711.B
Lapidis reuoluendi ratio. 711.E
Lapides à Ioãne Baptiſta mōſtrati. 85.F
Lapides .12. Ioſue, ex Iordane ſũpti. 85.F
Lapilli. 444.H
Largitas petenti exhibenda. 164.G
Latriæ ſeruitus deo debetur. 115.C
Latro quis dicitur. 373.C.507.A B
Latronum officiũ eſt nocere, & latitare. 620.I
Spelunca latronum. 505.LM
Latrones magni ſuſpẽdũt paruos. 337.A
Chriſtus voluit tanquam latro comprehendi, & ligari. 621.B
Chriſtus à latronibus diſcretus. 661.I
Chriſtus latronibus aſſociatus. 621. C. 655.C.& 664.H
Diſtinctio latronũ duorũ. 604.I.668.G
An duo latrones Chriſtum blaſphemauerint. 668.B C
Fractio crurũ latronum. 682.M.683.A
Quid per duos latrones deſignetur. 664. K L.667.F.668.G
Latro cũ Chriſto ſuſpẽſus, fertur inuenisse eũ cùm in Aegyptũ deferret. 67.B
Conuerſio latronis per charitatem, fidem, &c. 667.D E
Confeſsio boni latronis. 667.C
Satisfactio boni latronis. 667.E
Latronis baptiſmus. 684.H I
Latro cor & linguã deo obtulit. 670.L
Fides latronis. 670.M.671.A
Latronis meritum. 670.M
Latronis ad patriarchas, & prophetas cōparatio. 671.A
Latroni promiſsio paradiſi. Ibidem.
Latro ſiniſter. 664.K
Latrocinium quadruplex. 507.A
Lauat nos agnus in ſanguine ſuo. 119.B
Qui poſt baptiſmũ non lauat per pœnitentiã, non habet partẽ cum Chriſto. 585.C
Sabbato pedes domini lauare. 489.E
Humilitas Chriſti, in lauandis pedibus. 583.F.584.H I
Contemplatio circa pedũ lotionẽ. 585.F
Lauare faciem. 169.E
Lauare retia, quis dicatur. 137.B
Manuum lotio ante prandium. 335.A
Lotio magis ſpiritualiter, q̃ corporaliter in ſcriptura ſacra intelligitur. 382.M
Traditio lauandarum manuũ, non erat contraria legi. 381.B
Lauandarum manuũ mos. 644.H
Laus humana in oĩbus vitanda eſt. 170. H.300.M
Laus turpiũ, & malorũ, fugienda. 202.G
Laudis humanæ vitatio. 320.L
Laus quatuor de cauſis dicitur. 481.A
Laus matris ad filium refertur. 771.C
Non eſt à laude diuina ceſſandũ. 765.D
Laudes diuinæ. 756.G, & ſequen.
Laudes, & opprobria, Chriſti à Iudæis. 503.D E
Laudari in præſentia, periculoſum eſt. 233.E

Laudari in facie. 247.D
Turpe eſt laudari à turpibus. 359.E
Laudari à malis. 639.D
Laudare ſeipſum. 586.K
Mēbra ideo data, vt deū laudemus. 765.B
Humiliandus, qui deum laudat. 765.C
Oēs creaturæ deū laudare optāt. 765.E
Laudantes deum in cœlis. 767.A B
Quō laudādus eſt deus. 765.A B, & ſeq.
Deus ſemper laudandus. 763.A B
Ad deū laudandū creati ſumus. 764.M
Non ſunt ſemper audiendi laudatores noſtri. 233.D E
Lazarus pauper. 457.F
Lazarus, quid interpretetur. 463.C
Diuiſio bonorum Lazari, & ſororū eius. 492.G
Lazari infirmitas. 462.B C
Lazari monumentum. 467.C
Lazari reſuſcitatio, domino non fuit facilis. 206.H
Cur Chriſtus in ſuſcitatione Lazari fleuit. 465.B C
Chriſtus fremuit in ſuſcitatione Lazari. 465.C
Lazari ſuſcitatio omne miraculum excedit. 467.D.497.A B
Lazari de inferis reuerſio. 487.H
Lazaro non eſt creditum. 462.G
Lazarus non riſit deinceps. 467.C
Lazari ſuſcitatio, ſpes eſt peccatorum. 467.B
Lazarus cur fertur vnus ex diſcumbentibus. 488.G
Monaſterium in loco ſepulchri Lazari. 467.C
De lecto ſurgere. 218.H
Lectum tollere. 218.I
Spiritualis lectio ſanctificat. 6.H
In eccleſia non eſt legēdum, niſi ſtando. 288.K
Lector dominus. 289.C
Lectoris officium approbatum. 289.D
Require infra poſt, Lex.
Legio in dæmonibus, cur dicitur. 213.F
Lepræ curatio quintuplex. 194.M
Lex cur lepram tangi prohibuit. 195.D
Lepra, peccatum mortale deſignat. 471. E F
Lepra animæ. 194.G
Cur Chriſtus leproſum deſcendendo de monte, ſanauit. 194.K
Leproſi curandi humilitas. 194.L
Leproſi curatio. 195.C
Leproſum cur Chriſtus tactu curauerit. 195.D
Leproſus cur ad ſacerdotes miſſus. 196.G
Leproſus typicè acceptus. 196.K
Leproſus ſignificat peccatorem. 196.L
Leproſi. 246.M
Decem leproſorū curatio. 270.M.271.A
Decem leproſi quatuor ex cauſis mundati ſunt. 271.B
Leproſorum Iudæorū ingratitudo. 271. C D
Leproſi nouem mundati, peccatores ad vomitū redeuntes deſignant. 272.I
Quare Chriſtus in aëre leuari voluit, & non ſub tecto mori. 661.A
Documentum ex leuatione Chriſti in cruce. Ibidem.
Meditatio circa leuationem Chriſti in cruce. 661.B
Leui. 145.A
Leuiathan rex eſt ſuperborum. 259.A
Lex naturalis. 254.K.280.K
Legis naturæ præceptū duplex. 188.C
Lex naturæ ſcripta eſt in corde hominis. 188.C
Legis promiſſio. 457.C
Lex Moyſi neminem ad perfectum ducebat. 17.D
Lex vſque ad Ioannem. 250.L
Chriſtus non ſubeſt, ſed præeſt obſeruationi legis. 315.B
Differentia legis, & euangelij. 135.F
Lex euāgelica, dicitur lex amoris. 17.D
Lex Chriſtianorum. 415.D
Lex timoris. 17.D
Legum corruptelæ. 541.C D
Lex talionis. 162.G
Lex non damnat niſi confeſſum. 361.B
Leges principū, telis aranearū ſimiles. 337.A
In legiſperitos. 337.E F.338.G
Legalia Iudæorum. 762.I K
Legalia ad paſſionem domini vſque durauerunt. 583.A
Legalia poſt Chriſti paſſionem mortua fuerunt. Ibidem.
Libri Iudæorum in rotulis. 289.B
Liber traditus Chriſto. 288.K
Liber Chriſti. 696.M
Signatio libri vitæ Chriſti. 777.E F
Liberi arbitrij bonum. 435.A
Liberādi maleſactoris inſtitutio. 642.K
Liberalitas diuina. 31.E F
Chriſti liberalitas. 692.G
Nemo à liberalitate excuſatur. 243.F
Licitorū immoderatus vſus damnatur. 557.D.558.G
Chriſti ligatio. 621.A B.695.E
Ligandi Chriſti cauſæ tres. 621.B
Chriſtus ter ligatus fuit. 621.C
Ex Chriſti ligatiōe documēta. 621.C D
Contēplatio ſup ligatiōe Chriſti. 621.E
Lignum crucis. 341.E
Ligna crucis quadruplicia. 663.D
Crucis lignū, redēptioni aptum. 661.E F
Exclamatio in crucis lignum, & myſteria eius. 661.F.662.G
Lignum aridum, dicitur populus Iudaicus. 656.G H
Lignum viride, dicitur Chriſtus. Ibidē.
Lilia agri, caſtos deſignant. 179.E
Figuræ redemptionis animarum à limbo. 702.K L M
Peracta paſſione, exiſtentes in limbo viderunt deum per eſſentiam. 701.C
Exultatio in limbo, adueniente Chriſto. Ibidem.
Chriſtus à limbo omnes retraxit. 702.I
Sanctorum iubilatio in limbo. 702.I K
Prima lingua. 255.B
Lingua cur homini data. 321.E
Lingua verba explicat. 759.B
Linguarum trium excellentia. 663.A
Linguæ tria vnguenta. 708.H
Lingua eſt equus regalis. 327.C
Linguæ ignitæ. 758.M
Lingua peſſima. 252.K
Lingua frenata, & effrenis. 327.C
Lingua mala, ſeſſio eſt diaboli. 327.C
Litibus abſtineat clericus. 336.K
Litium iudex Chriſtus eſſe noluit. 338.I
Literas neſcit, q ſacras ignorat. 286.L M
Lithoſtrotos, quid. 652.H
Liuoris, ſeu inuidię, mala peſſima. 343.F
Loculos habuit dominus. 181.F
Loculi dominici. 490.I
Loculos cur habuerit Chriſtus. 490.K I
Loculi Chriſti, cur Iudæ traditi. 490. L M
Loculi tactus. 204.M
Loculus defuncti, eſt conſcientia. 205.D
Loci notificatio prodeſt. 5.B
Locus primus non appetendus. 353.C
Medius locus eſt dignitatis. 726.M
Locus vltimus præeligendus. 352.I
Locus nouiſſimus. 353.D
Loca parua non ſpernenda. 223.B
Loci commutatio. 459.A
Loca quinque in quæ Chriſtus delatus eſt. 62.I
Loco non circunſcribitur deus. 273.H
Locus conuiuiorum Chriſti. 276. M. 277.A
Loca tria intrauit Chriſtus. 311.D E
Locus aggrauat Chriſti paſſionē. 696.G
Loca & tempora, ſunt pabula luxuriæ. 81.H
Locuſtæ quid ſignificent. 84.G
Locutio, Vide infrà poſt, Loqui.
Longinus latus Chriſti lancea aperuit. 683.B
Longini vita. 683.C
Longini illuminatio. Ibidem.
Loqui cum muliere conſueuit dominus. 274.L
Loqui de ſecularibus, periculoſum eſt. 327.C
Loquendi Chriſtianis forma. 161.C
Loquentes de deo, confortantur ab eo. 7?4.I
Loquutam eſſe Mariam ſepties legimus. 30.H
Loquuturo quinq; attendenda. 327.F
Loquutio Mariæ cum quatuor perſonis quid ſignat. 30.I
Loquutio dei ad nos. 388.H.394.H
Loquutio cum Chriſto. 408.H
Loquela cum propheta, Zachariæ reſtituta, quid ſignificet. 31.E
Loth exitus à Sodomis. 557.F.558.G I
Loth, populum deſignat electorū. 558.H
Loth interpretatur declinans. 558.I
Lucere debemus ad laudem dei. 157.A
Lucernam abſcondi. 156.L
Lucerna accenſa. 424.H
Lucernæ ardentes, ſunt doctrinæ claræ & opera. 562.I K
Luciferi caſus. 9.F
Luciferum imitantes. 93.B.302.K
Lucifer tentator Chriſti. 116.G
Lucifer. 322.K
Lucifer princeps angelorum iudicabitur. 551.A
Lucri terreni deteſtatio. 405.A
Lucrum à clericis ſectantes. 507.B
Luctus, vide infrà poſt Lugere.
Ludouici regis Franciæ quæſtio. 302.K
Ludus vtilis. 79.B C
Ludus Iudæorum. 251.D
Lugentium conſolationes. 151.A
Lugendi ratio. 150.L
Lugendum quid eſt. 150.M
Luctus cauſæ quinq;. 150.M
Conſolatio in luctu. 150.L M
Luctus Chriſti quotidianus ſuper Chriſtianos. 253.F.254.G
Lumbi præcingendi. 562.H I
Cinctorium lumborum duplex. 562.I
Lumbi mentis, & lumbi carnis. 562.I
Luna ſtatum proficientiū ſignat. 550.H
Luna ſtabit in Occidēte poſt iudicium. 778.H
Lunaticus. 411.C
Lupus triplex. 374.M
Lux hominum. 8.L
Lux illuminans omnem hominē, ſolus deus eſt. 88.M
Lux triplex. 156.L
Lux mundi Chriſtus. 364.H
Lucis æternæ iucunditas. 364.I
Lucis Chriſti gloria apparente, omnia mundi lumina tenebris æquiparantur. 549.F.550.G
Lux in modū crucis apparebit ſole ſplēdidior. 552.G
Luxuria clericorum. 307.E
Lyncurius. 445.D
Lyſanias. 81.I
Magdalena quatuor Chriſto obtulit. 164.I.265.A
Magdalenę conuerſio. 264.G H, & ſeq. 275.B.435.C
Magdalenæ deuotio. 264.I K.489.A C
Magdalena voluptates præteritas in virtutes commutauit. 265.A
Magdalena plus diligebat Chriſtū, quā phariſæus. 265.D E
Munera in Magdalenam collata. 266.I
Magdalenæ humilitas. 267.F
Ordo factorum Magdalenæ. 488.L
Magdalenæ contemplatio. 487.F. 488.G
Magdalenæ fletus. 668.L
Magdalenæ in ſepulturam Chriſti obſequia. 689.F.690.G
Maria Magdalena, cum cæteris, ſummo mane venit ad monumentum. 706.L
Magdalena pœnitentium primiceria. 706.M
Magdalena omnes partes pœnitentiæ perfectiſſimè impleuit. 707.C
Magdalenæ feruor in quærendo domino. 714.M.715.A
Magdalena flendo obtinuit quicquid voluit. 715.A
Magdalenæ amor, & dolor. 715.B C.
Magdalena timentibus diſcipulis non timebat. 715.C
Dolor geminus in Magdalena. Ibid.
Senſus nullus in Magdalena remanſerat. 715.C D
Magdalenæ timor. 715.F
Qualis viſus eſt Chriſtus Magdalenæ. 716.H I
Magdalena Chriſtum vocat dominum. 716.L
Audacia Magdalenæ. 716.M. & 717.A
Madgalena præ gaudio elinguis ad tempus. 717.C
Lætitia Magdalenæ. 717.C D
Quare Chriſtus Magdalenæ tactum ſuum prohibuit. 717.E F
Locus vbi Chriſtus Madgalenæ apparuit. 718.H
Quærendus eſt deus cum Magdalena. 718.H I
Magdalena cur ad nunciandum viris officiū euangelizandi deligitur. 720.H
Magdalon, caſtrū Magdalenæ. 492.H
Magedan. 394.K
Magiſtri aſſimilatio. 233.C
Imitandus eſt magiſter. 480.G
Magiſter improbus vera falſis permiſcet. 204.H
Magiſtrorum quatuor vitia. 533.B
Magiſter, & dominus quomodo Chriſtus erat. 186.L
Magiſterium aliorum antequā ſit perfectus, nemo ſuſcipiat. 70.L
Magnanimitas. 568.G
Magnes, quam vim habeat. 143.B
Magnificare dominum, quid ſit. 30.G
Magnificatur deus in beneficijs ſuis tripliciter. 30.G
Magi, cur ab Oriente venerunt. 49.F
Magorum deuotio. 51.B
Magorū genus, & denominatio. 49.D
Magorum adoratio, & fides. 52.H & I
Chriſti paupertas Magos non ſcandalizat. 52.L
Magi tria in Chriſto cognouerunt. 53.B
Magi trinitatem tribus muneribus profitentur. 53.B C
Magi quomodo imitandi. 53.D
Magorum reuerſio. 54.L
Magorum, & Centurionis comparatio. 20?.H
Maioritas inter diſcipulos. 415.C
Maioritas in regno dei. 478.M
Maledictiones cōtrariæ beatitudinibus. 155.C
Maledictio non eſt imprecatiua. 253.B
Malitia quid. 181.D
Malitia ratione amplius excitatur. 320.I
Malitioſorum mos. 343.F
Deus à malis non cōprehenditur. 9.A
Mali fruſtra reſpiciunt cœlum. 176.K
Mali poſſunt malos ſpirit' arcere. 257.H
Suſtinentur mali tribus de cauſis. 283.F
Mali proſunt bonis. 283.F
Mali non debent prohiberi facere opus bonum ex genere. 417.E
Expedit malis temporaliter puniri. 418.I
Mali inſaturabiles. 425.D
Mali de laude bonorum dolent. 507.C
Mali melius vincuntur recedēdo, quàm reſpondendo. 511.C
Pars duplex malorum. 561.F
Dum mali permixti ſunt bonis, videntur eſſe cum deo. 572.M
Modus malorū, in quo conſiſtit. 638.H
Finis malorum, & reproborum. 656.H
Malum vrgens differendum. 28.I
Malorum declinatio. 33.D
Malo quatenus reſiſtendū ſit. 162.G
Reſiſtere malo quomodo liceat. 162.I K
Malum multiplex. 174.K
Malum à quo liberari petimus. 174.K
Tria capitalia mala. 307.F
Mala proximi tacenda. 367.B
Inducentes alios ad malum. 419.A
Nihil eſt difficilius, quàm memoria malorum. 434.I
Radix triplex malorum. 442.A
Quare deus mala immittit. 540.G
Malorum magnitudo præcedentium, figura eſt ſequentium. 540.G
Malorum diuiſio. 561.F
Ad declinationem mali, & operationē boni, quæ requiruntur. 583.B
Retractio à malo, quadruplex. 588.G H
Malū per ſe, non excuſat bona intentio. 644.M
Mammon, nomen eſt dæmonis. 178.G
Mammona. 322.L.455.C

Manaſſes peccatorem deſignat. 267.B
Manaſſes pœnitens. 267.A
Mancus aridam manum habens. 319.A
Mandatorũ impletio. 33.D.598.L M
Mandatorum dei catena. 153.C
Mandatum faciendum. 381.B
Mandata dei ſeruare, ſufficit ad ſalutẽ. 439.F
Mandatorum obſeruatio, eſt effectus dilectionis. 598.M.599.A
Mandatum nouum. 597.D
Mãdata dei,non verbis,ſed opere ſeruantur. 598.L
Manducandi cum peccatoribus ratio. 143.F.144.G
Mãducatio domini poſt reſurrectionẽ. 743.A B
Mane,quid ſit. 512.G
Mannæ effectus. 605.E
Duplex manna in deſerto Iudæi feria ſexta colligebant. 652.I
Manus angelorum quid dicitur. 113.E
Manum eruere. 160.G H
Sanatio manus aridæ. 318.L M
Arida manus. 319.D E
Manus Chriſti efficax eſt ad ſanandum. 387.C
Manuum impoſitio. 438.H
Manus vnguenta, ſunt opera miſericordiæ. 708.H
Manus dexteræ ſignificatio. 319.E
Manſiones electorum in cœlis diuerſæ. 595.L M.782.K
Mãſiões cœleſtes,pauperũ ſunt. 454.H
Manſiones tẽpli erant tres. 113.C
Mãſuetudo Amethiſto cõparat. 444.M
Chriſti manſuetudo.137.A.219.A.365.I. 495.B C.670.G H.636.M.620.I
Marcella ancilla beatæ Marthæ. 333.I
Mare pro ſeculo ſumitur. 211.C
Mare maledictum,quid ſit. 229.A
Mare mundus eſt. 309.F
Maris ſigna in die iudicij. 550.K L
Mare tribulationem huius mundi deſignat. 734.L.735.D
Mare Tyberiadis. 137.K
Maris mortui ſitus,& natura. 229.A
Mare Galilææ. 387.B
Margarita ſtatum deſignat eccleſiæ. 287.B C
Margarita tria ſignat imitanda. 287.C
Maria vnde dicitur. 706.M.707.A B
Mariæ nomẽ,quàm dulſce ſit.772.G H
Mariæ nomina. 19.B C,& ſeq.
Maria quotupliciter, & quod interpretetur. 19.B.20.M
Maria ſtella maris. 19.B.54.H 75.D
Maria illuminatrix, & illuminata interpretatur. 19.D.26.I
Maria,mare amarum. 19.E
Maria plena gratia dicitur. 20.I
Maria nunc flos, nunc fructus dicitur. 13.E F
Maria caſtellum dicitur. 270.I.271.A
Maria comparatur virgæ. 13.E
Maria turri Dauid comparata. 15.D
Mariæ ad turrim Barim comparatio. 15.D
Maria ab æterno prædeſtinata. 11.C
Mariæ natiuitas. 11.E
Mariæ ſtirps. Ibidem.
Maria purgata,ſed magis præſeruata aſſeritur ab originali culpa. 11.F
Maria quandoq; potuiſſet venialiter peccaſſe. 12.G
Mariæ rationis vſus acceleratus. Ibid.
Educatio virginis Marię. 786.M.787.A
Mariæ præſentatio. 12.G.
Mariæ preces,& profectus. Ibidem.H
Sermo Mariæ erat gratia plenus. 12.H
Mariæ vacatio continua. 12.G I.
Mariæ vita. 12.I
Mariæ virtutes. 12.I K
Mariæ conuerſatio. 12.K
Mariæ puritas. 12.K
Mariæ ornatus humilis,ſecundũ Chryſoſtomum. 52.M
Mariæ ad quartũdecimum annum prouectio. 13.C
Mariæ deſponſatio. 13.F
Maria cur ſuæ tribus viro nupſit. 14.G
Maria per Nathan,Ioſeph per Salomonem,ex Dauid deſcendit. Ibid.
Maria & Ioſeph reuelatione ſpiritusſancti conſenſerũt in matrimonium. 14.H
Maria quomodo cõſenſit matrimonio. 14.H I
Maria virginitatem, & fœcunditatem amauit. 14.I
Duo certabãt in animo virginis Mariæ. 14.K
Mariæ virginis ſpes. 14.K L
Maria erat prole fertilis, & virginitatis maledictio immunis. 14.L.
Maria cur fabro nupſerit. 15.C
Maria præfigurata per Saram Raguelis. 15.D
Chriſtus nouo modo,& ſingulari,cũ Maria venit. 20.K L
Maria vtrunq; mulieris maledictum vitauit. 20.L.
Maria turbata fuit, non perturbata. 21.A B
Maria de tribus in ſalutatione commendabatur. 21.B
Mariæ fides in verbis angeli nuntiantis Chriſti conceptionem. 22.L M.24.M
Mariæ aſſenſus expectatio. 24.H
Mariæ humilitas. 24.L
Mariæ concipientis animus. 25.F
Beatior fuit Maria concipiendo Chriſtum mente,quàm carne. 549.E
Maria multis ſociabatur angelis. 25.B
Maria cur Elizabeth viſitauit. 28.G
Mariæ comites ad Elizabeth. 28 G H
Maria cur prior ſalutauit Elizabeth. 28.H.
Maria virgo,cur tantum myſterium ſibi manifeſtatum, non citò reuelauerit. 29.E
Mariã locutã eſſe ſepties legimus. 30.H
Maria locuta eſt cum quatuor perſonis, & quid ſignat. 30.I
Maria cur tandiu cum Elizabeth ſtetit. 30.L
Mariæ paupertas. 31.F
Mariæ reuerſio quid moraliter indicet. 31.F
Mariæ laus per Ioſeph. 35.B
Mariæ tribulatio pro turbatiõe Ioſeph. 35.C
Maria iam grauida,imperiali ædicto obediuit. 38.M
Maria grauida non eſt grauata. 39.A
Mariæ non inuenienti hoſpitium,compaſciendum. 39.B
Maria eccleſiam deſignat. 41.C
Maria diſcipula optima fuit. 43.F
Maria quid conſeruabat conferens in corde. 43.F.44.G
Maria in die circuncisionis Ieſu plorauit. 47.D
Mariæ in filium cura,& amor. 55.C
Mariæ & Ioſeph reditus à præſentatione. 65.B
Maria & Ioſeph quomodo in latrones inciderint. 67.A
Habitatio Mariæ in Aegypto. 69.B
Maria operoſa. 69.E
Mariæ in filium ſedulitas. 71.K
Maria ſingulis annis aſcendebat Hieruſalem ad diem feſtum. 72.D
Mariæ dolores, de puero Ieſu amiſſo. 74.H
Maria Chriſtũ interrogat, non Ioſeph. 75.B
Mariæ grande priuilegiũ, quòd ei Chriſtus fuerit ſubditus. 76.I
Maria cur vocata fuerit ad nuptias. 124.L
Maria mulier appellatur. 125.B
Mariæ fides de Chriſto cõuerſuro aquã in vinum. 125.C D
Mariã nõ eſſe Chriſto extraneam. 125.E
Mariæ doctrina, vt Chriſto obediatur. 125.E
Maria, Martha fuit, & Magdalena. 270.M
Mariæ turbatio. 271.D
Maria volebat filium ſuum à tribulatione eripi. 271.E
Maria mater dei. 44.H
Maria quomodo fuit mater Chriſti. 332.L M

Maria

Maria Chriſtum quæſiuit ter. 334.G
Maria reſciuit filium ſuum captũ. 635.E
Mariæ lamẽta ex paſsione filij. 635.E F
Mariæ in preſſura eundi labor. 638.M
Maria Chriſto crucem portanti, occurrit. 655.D
Mariæ triſtitia in filij ſui expoliatione. 659.E
Maria iuxta crucem Chriſti illuſi. 668.I K
Maria filium offert. 668.K
Situs Mariæ ſub cruce. 668.M
Locus vbi Maria ante crucem ſtabat. 668.M.669.A
Situs Mariæ ſub cruce. 671.F
Mariæ obſequia. 672.
Maria & Ioannes,virgines & martyres. 672.M
Maria plus quàm martyr fuit. 60.G
Mariæ dolores. 672.I K
Maria non ſolum Ioanni,ſed & cuilibet Chriſtiano pro matre relicta. 672.M
Compaſsio Mariæ non habentis potum. 676.G
Mariæ dolor in morte Chriſti. 680.M. 682.H
Mariæ geſtus iuxta crucem. 682.K L
Maria ſenſit vulnus lateris Chriſti. 684.L
Marię miniſterium in depoſitione Chriſti à cruce. 687.B
Lachrymæ virginis Mariæ tenentis corpus filij exanime. 688.G
Planctus Mariæ rationabiles. 688.H
Mariæ dolor in exequijs Chriſti. 690.H
Mariæ & cæterarum mulierũ conſtantia. 692.I K
Mariæ abductio à ſepulchro. 693.E
Marię diſceſſus à Caluaria. 693.F.694.G
Mariæ conſolatio. 694.G H
Mariæ ſpes,& fides. 700.H
Maria cur poſt aſcenſionem in terris relicta. 44.G.748.L.
Exultatio Mariæ in die Pentecoſtes. 762.M
Mariæ vacatio poſt aſcẽſionem. 767.F
Maria virgo, cur ad monumentum non venit. 708.I K
Cella Mariæ. 768.H
Dubitatur an Maria cũ corpore aſſumpta ſit. 768.K
An corpus Mariæ virginis debuit incinerari. 768.L M
Maria debuit à putredine liberari. 768.M
Maria aſſumpta creditur cum corpore. 768.M 769.A
Probationes aſſumptionis Mariæ cum corpore. 768.M.769.A B
Maria aſſumpta eſt ſuper omnes choros angelorum. 769.C
Mariam curia cœleſtis honorat. 769.E
Prærogatiuæ Mariæ. 770.G
Occurſus Chriſti Mariæ aſcendenti. 769.D.770.I
Occurſus cœleſtium Mariæ aſcendenti. 770.H I.
Mariæ excellẽtia.15.D.219.A.770.GH
In Maria virtutes omnium ſanctorum. 91.D E
Maria Ioãni Baptiſtæ præfertur.249.B
Mariæ fœlicitas. 52.H.771.F.772.G
Mariæ laus.11.C.270.I K.& ſequẽ.332. K.770.M,& ſeq.
Laus Mariæ exuperat ſenſum, & linguam. 770.L
De laude Mariæ diuina eloquia. 772.L
Maria inuocanda eſt. 19.C.21.E
Maria domina in tentationum ſubuentione. 19.E
Maria contra dæmones potens eſt.Ibid.
Nihil nos voluit habere deus,quod per manus Mariæ non tranſiret. 21.E
Maria eſt mater miſericordiæ. 21.E 673.A B
Maria frequenter angelica ſalutatione ſalutanda. 26.C
Mariam potiſsimè delectat iſta dictio, Dominus tecum. 20.K
Maria venit ad diuerſos. 29.C
Maria mater totius eccleſiæ. 672.M. 673.A
Recommendatio Mariæ ad noſtrum auxilium fuit nobis neceſſaria.673.A
Maria in triplici ſtatu nos adiuuat. 673.B C
Maria dona dimittit de cœlo. 769.E F
Mariæ præſens auxilium. 772.I
Mariæ inuocatio interdum velocius auxiliatur,quàm Ieſu. 772.I K
Maria virgo Chriſti vitam legentibus fauet. 2.G H
Maria,ratio ſuperior:Martha, ratio inferior. 271.A
Maria optimam partem elegit. 272.G
Mariæ deuotio. 464.L
Maria Magdalena. Quære ſuprà,in, Magdalena.
Maria Iacobi, ſiue Ioſeph, & Cleophæ eadem. 706.L
Mariæ Cleophæ proles. 787.E
Maria Salome, & Zebedæi eadem. 706.L
Mariæ Salome proles. 786.E
Tres Mariæ,tres ſtatus deſignãt.706.M
Tres Marię ſignificant mentem,linguã manum. 708.H
Tres Mariæ ſunt nobis imitandæ.710.I
Tres Mariæ adorauerũt Chriſtũ.719.A
Maritus adulter dimitti poteſt. 163.K
Martha,quid interpretatur. 463.D
Martham emorrhoyſſa dubitant quidã. 219.F
Martha in miniſterio dei laborauit. 267.F 271.C
Marthæ, & Magdalenæ,ſtatus. 268.G
Martha ratio inferior: Maria,ratio ſuperior. 271.A
Martialis Lemouicẽſ. primus epiſcopus. 415.F
Martialis Lemouicenſis fertur vnus ex ſeptuaginta diſcipulis. 582.H
Martyrum vnde fortitudo. 3.D E
Martyrum genus triplex. 68.G
Martyr fit multipliciter. 68.H.294. H.649.E
Martyres Græcè,dicũtur Latinè teſtes. 68.H
Martyres ſpirituales ſunt religioſi.403. E F
Martyrij genus,eſt facta carnis mortificare. 405.A
Martyres non lętantur pecunijs,quibus pauperes egent. 537.B
Martyrum tentatio. 544.G
Voluntas martyrum. 613.A
Martyres non ſunt à deo ſine cõſolatione derelicti. 674.H
Martyres deum clarificant. 738.I
Martyrium perfectum. 294.I
In martyrio vnde debetur præmium. 295.A
Martyrium in quo conſiſtat. 478.G
Matathias zelo dei legẽ defendit. 130.K
Matrẽ noſſe diſsimulat dominus. 334.I
Mater filiorum Zebedæi,cur Chriſtum ſequebatur. 476.M
Mater filiorum Zebedæi in tribus errabat petendo. 477.A
Matrimonium verum quod eſt. 35.D E
Matrimonij bona. 127.B.351.K
Matrimonium inter Mariam & Ioſeph, quomodo fuerit verum. 14.H
Matthæi vocatio. 143.A
Matthæi vocati obedientia. 143.C
Socij Matthæi. 143.D E
Matthæi conuerſio. 275.A
Matthias in locum Iudæ,inter Aſcenſionem & Pentecoſten eſt ſuffectus. 750.K.
Maxilla altera præbenda. 162.K
Maxillam aliam,cur non præbuit Chriſtus. 625.C
Chriſtus eſt mediator dei & hominum. 258.G H.
Medici peccant curam corporalem ante ſpiritualem adhibentes. 216.B
Medici boni, eſt præcipuam curam habere de ſtomacho. 504.M.505.A
Medicorum ordinatio circa patientem. 677.D E
Medicus Chriſtus. 141.F.144.H
Medicinæ quas Chriſtus pro nobis accepit. 110.K
Medicandi ratio optima à medico cœleſti ſeruata. 108.K

Meditationes vitæ Chriſti tantò redduntur familiares, quantò frequentiores. 4.L
Meditatio vitæ Chriſti amplexanda. 783.A
Meditatio ſuijpſius. 580.I
Medium quid ſit. 95.A B
Medium locũ Chriſtus tenet. 95.B
Medium tenendum eſt. 170.G
Medium amat dominus. 430.I
Mel ſylueſtre vbi reperitur 84.H
Melchiſedech conſtruxit Hieruſalem. 133.B
Melchiſedech Euchariſtiæ ſacramentum olim figurauit. 595.B
Membrorum abſciſio & erutio. 160.G
Omnia membra, pręter os, in loquendo contineantur. 161.E
Tot ſunt humano in corpore membra, quot ſunt dies in anno. 674.L
Membrum Chriſti quis ſit. 263.E.544.K.573.E F
Membrorũ Chriſti incrementũ. 25.B
Quomodo Chriſtus in mẽbris ſit. 573.A
Chriſtus pro mẽbris dupliciter orauit. 601.D
Vnitas membrorum cum capite. 602.K
Memoria de deo triplex. 16.K
Mendacij pater, quis. 365.F
Mendaces, filij diaboli. 365.G
Mendaciũ religioſis cõmune. 366.G H
Mendacia ſi nõ habent quem decipiant, ipſa ſibi mentiuntur. 517.D
Mendacia aperta non ſunt reſponſione digna. 626.K
Mendacium apertum Iudæorum. 720.L
Mendaciũ militum carè emptũ. 721.D
Mentiendum non eſt, vt humiles videamur. 586.K
Mendicaſſe Chriſtus aſſeritur. 76.K
Mens virginalis. 26.K
Mentis poteſtas. 200.M
Mens ipſa, domus dei eſt. 506.M.559.F
Exercitium mentis in deum. 547.C D
Mentis tria vnguenta. 707.H
Menſa Solis, figura oblationis Mariæ in templo. 13.A
Menſa parua ſanitatis mater eſt. 516.H
Menſæ Chriſti digni ſedere qui. 298.M
Menſa domini erat in terra. 388.M
Menſæ domini menſura. 388.M
Vide ſuprà, in Mendacium.
Mercatores duo. 450.L
Merces ſeruatur in fine. 128.L
Merces beatorum. 153.K
Mercedem vnde petas. 167.D
Prophetiæ, & iuſtitiæ, mercedem recipere. 243.C
Merces ꝓportionabitur labori. 452.K L
Mercenarius vnde dictus. 374.L.373.B
Mercenarij merces. 375.B
Mercenarij & pſeudopaſtores, plus de ſeipſis etiã ſanis, quàm ſuis ſubditis etiã infirmis, ſoliciti ſunt: & ideo à domino diris flagellis caſtigantur. 306.H I
Mercenarius ſeruus, & filius. 426.H
Merendi tres cauſæ. 295.B
Meritis ſuis nemo confidat. 2.L.241.B C
Meritorum præſumptio. 353.A
Merita noſtra ſunt in Chriſti merito radicata. 435.F
Tempus meriti curritvſq; ad iudicium. 569.B
Secundum differentias meritorẽ, ſunt diſtinctiones præmiorum. 596.L M
Meritis ſuis ad gloriam nullus pertingere poteſt. 241.B C
Meretrices quomodo præcedũt Iudæos in regno dei. 518.H
Meſsias Hebraicè, Chriſtus Græcè, vnctus Latinè dicitur. 122.I
Meſsis allegoricè quid ſit. K.223..275.E
Metreta quid ſit. 126.H
Metus potentum. 158.I.
Meum & tuũ, non eſt in religione. 521.C
Michaëlis ſermo ad Chriſtum. 614.L
Michaël præpoſitus paradiſi. 749.B
Miles malus quis dicatur. 234.B
Milites in Chriſtos domini inſurgunt pro viribus. 87.F
Militũ cõditiões modernorũ. 87.F.88.G
Milites qui dicuntur. 648.K
Cur torquentes Chriſtum milites dicerentur. 648.I K
Quatuor milites diuidentes veſtem dominię quatuor ſunt hominũ genera. 665.B C
Militiæ ratio. 42 I
Militaris diſciplina. 87.E
Mille paſſus, iter ſabbati. 160.D
Millenarij numeri myſterium. 606.I K
Minimi qui dicantur. 157.C
Chriſti minimi. 572.I
Miniſter baptiſmi. 120.I
Miniſtri pharisæorũ ſermonibus Chriſti delectati. 361.A
Miniſtri Chriſti qui dicantur. 514.H
Miniſtri diaboli, ſunt curioſi religioſi. 306.M
Magis meritorium eſt benignè hoſpiti miniſtrare, quã cibũ præbere 505.F
Miniſtratio angelorum tripliciter ſumitur. 117.F
Miniſtratum Chriſto ab angelis. 118.G
Miniſtrandum eſt Chriſto. 514.G H
Miniſterium nobis à Chriſto exhibitũ. 479.E F
Minutio Chriſti 661.B
Minuta duo offerre deo. 508.K
Minutorum prouiſio. 661.B
Miracula, cur Chriſtus infans non fecerit. 78.G
Miraculorum operatio non iuſtificat. 192.I
Miracula in principio eccleſiæ fuerũt neceſſaria. 225.F
Cur modò non fiant miracula. 746.I
Primum Chriſti miraculum. 126.M
Miracula facere quando cõpetebat Chriſto. 125.C
Miraculum Chriſti fuit homines eijcere de templo. 131.C D
Miracula poſt doctrinam. 194.I
Miraculorum cauſæ in Chriſto tres. 216.M
Teſtes miraculorum Chriſti. 220.M. 221.A
Miracula publicari vetat Chriſtus. 221.D
Miracula Chriſti ad duo ordinata. 203.E
Miracula multa, cur paucis verbis comprehendantur. 203.F
An miracula Chriſti ſufficienter probauerint ipſum eſſe deum. 246.I
Miraculis Chriſti detractum eſt dupliciter. 329.A
Chriſtus in omnibus miraculis opus fecit perfectum. 342.K
Chriſtus alios à diſcipulis ſuis voluit facere miracula. 417.C
Miraculũ Chriſti, circa carbones accenſos. 734.L
Miraculorum quatuor genera apoſtolis conceſſa. 225.E.602.H
Miracula diſcipulorum. 224.M
Miſer fit beatus Chriſtum ſequendo. 514.H I
Miſeria amicitiæ rerum temporalium. 392.D
Miſeria triplex cõditionis peccatorum. 494.G
Miſeriæ delitijs, & delitiæ miſerijs, commutantur. 452.H.463.A
Miſereri proprium eſt deo. 480.I
Miſeratiõis Chriſti ratio duplex. 390.K
Miſerationem inducentia. 422.H
Miſericordiæ inſiſtendum. 183.D
Miſericordia quid eſt. 151.E
Miſericordiæ & iuſtitiæ diſtinctio. 263.C
Miſericordiæ & iuſtitiæ cõtentio. 10.K
Dei ſententia ſuper contentione veritatis, & miſericordiæ. 10.M
Miſericordia triplex. 151.E.182.I
Miſericordia à Ioanne Baptiſta præcepta. 88.H
Miſericordiæ laus. 88.L.151.F.182.H & 263.A
Miſericordia ſacrificijs præfert. 144.K
Miſericordiæ exhibendæ ordo. 151.E
Miſericordia temperata. 151.E
Miſericordiam facientes. 335.E F
Miſericordia, ſola comes eſt defunctorum. 339.C.340.G
Miſericordiam ſuadet dominus. 354.H
Miſericordia remanet cũ miſeria. 362.M



Miſericordia Onychino comparatur. 444.M.445.A
Miſericordia ad proximum. 512.G
Miſericordia eſt mandatis pręuenire periculum. 544.H
Miſericordię operib⁹ oẽs obligãt. 88.H I
Opera miſericordiæ. 286.H.572.G
Cur de operibus miſericordiæ in iudicio diſquiritur. 574.I
Miſericordia Chriſti. 197. A.218. I K. 390.I.427.F.428.H.431. K.451. D. 577.D.670.F
Magnitudo miſericordiæ dei. 435.D
Miſericordia dei quãtum neceſſaria ſit. 631.C D
Stultiſsimum eſt totum hominem pendere ex miſericordia dei. 671.B
Miſericordia humana, & diuina, non eſt æqualis. 152.G
Miſericordiam à deo ſperans, miſericordiam exhibeat. 174.K
Deus miſericors eſt his quos miſericordes reperit. 725.E
Miſſæ audiendæ præceptum. 201.C
Miſſas pro numo celebrantes. 311.C
Miſſæ in die cœnę ſolennitas. 591.F
In primitiua eccleſia omnes qui miſſæ intererant, ſumebant ſacramentum vnitatis. 592.M
Hora miſſæ celebrandæ. 654.G
Vltima oratio miſſæ eſt audiẽda. 603.D
Miſſa cum collecta concluditur. 678.G
Mitis & manſuetus, differunt. 150.H
Mites, non iracũdi, habent dñm ſui. 150.I
Mitem eſſe. 150.K
Mitra epiſcopi, quid ſignificet. 640.H
Mittentis virtus. 229.D
Miſſus ad Iudæos Chriſtus. 384.M
Miſſorum qualitates. 225.A
Mnæ decem. 573.B
Modeſtia religioſorum. 605.B C
Modicæ fidei, quis dicendus. 210.K
Modò bene, modò bene, diaboli dictum. 303.F
Mœrentium lachrymas deus reſpicit. 204.M
Mola aſinaria, quid. 418.H
Mola aſinaria, onus pœnitẽtiæ eſt. 418.I.
Præſentes moleſtiæ ſunt malis initium gehennæ. 37.C
Momentum, quid ſit. 114.L
Monachus, quid. 71.B
Monachorum princeps eſt Ioannes Baptiſta. 71.A
Monachorum rarus profectus. 71.D
Monachus non eſt bonus, qui melior eſſe non vult. 71.E
Monachus ad imitationem Chriſti imitatur. 141.B
Monachorũ incluſio qualis ſit. 36.K
Monachi ſint in clauſtro. 209.C
Monachi pompoſi corripiuntur. 226.H
Monachus quomodo debet eſſe in religione. 241.F
Monachorum vita. 521.A
Monachi Adæ comparati. 521.B
Monachi angelis comparari. 521.C
Vtilis alijs, an monaſticam vitam accipiet. 570.K
An monaſtica vita ſit præferenda ſeculari. 570.K L
Monachi Chriſtum repręſentant in habitu, tonſura, & ferulis. 649.I K
Monachorum eſt deum laudare. 763.B
Monialis deuotio. 605.A
Monarchia. 38.H
Monomachiæ, id eſt, ſingularis pugnæ defenſio. 114.H
Cur Chriſtus in montem duxerit diſcipulos. 407.A
Montis aſcenſio. 407.F
Chriſtus nullum inuenitur in monte ſanaſſe. 411.B
Chriſtus aliquando dicitur mons. 575.K
Cur Chriſtus aſcendit in montem paſſurus, vnde in cœlum aſcenſurus erat. 604.K L
Mons trium luminum. 750.H
Mons Garizim. 273.F
Montana petendi ratio. 148.M
Monſtruoſa res. 156.M
Monumentum, quid. 465.C
Monumenta aperta ſunt in morte Chriſti. 680.K
Monumentum domini. 690.H
Monumentum domini cur ſolidum, nouum, alienum, erat. 699.I K
Cur Chriſtus in monumento iuſti poſitus. 691.C
Monumentum myſticum eſt corpus dominicum. 709.I K
Monumentum quid deſignet. 711.B
Monumentum cũ lintheaminibus, quid ſignificet. 713.F.714.G
Morbi origo ex cibo vario. 716.H
Morbus incurabilis. 325.C
Chriſtus nullius morbũ horrebat. 203.E
Chriſtus omnium morborum medicus. 422.H
Moritur quiſq; in optimo ſtatu. 98.G
Morientium differentię. 206.K L
Moriendum pro vita cum deo habenda. 239.H
Mori pro grege dñico tripliciter poſſumus. 374.K
Mori pro Chriſto. 404.I
Homo cùm moritur, patitur phantaſias, & turbationes maximas. 551.C
Homines plerique non credunt ſe morituros. 557.F
Mori debemus pro fratribus. 598.I
Morienti ſubuenientia. 615.B
Morienti quinque ſeruanda. 680.G
Mors quomodo bona. 10.M
Mors plangẽda incredulis tãtùm. 203.M 465.B
Mortis ſigna tria. 205.D
Mors triplex. 206.I.278.I
Mors tertia. 208.L
Semp eſt obſeruãda dies mortis. 340.K. 452.M.453.A.559.B
Mortis memoria, q̃d iuuat. 340.K.452. M.453.
Incertus dies mortis. 436.G.452.M.559. A B
Mors iuſtorum. 230.M
Mors ſpiritualis perficit gradib⁹. 404.K
Mors vera, quid. 426.M
Mortem veram homines non timent. Ibidem.
Mors dicitur ſomnus. 464.G.565.E
Quilibet, ſiue ſenex, ſiue adoleſcẽs, morti vicinus eſt. 541.B
Chriſtus in morte cuiuſlibet videt. 160.L
Qui mortẽ nõ timet fœlix eſt. 562.L M
Animæ mors ſuper cætera formidanda. 556.H
Timor mortis æternæ. 613.F
Mortuos tres ſuſcitauit dominus. 206.G
Mortuus peccatorem figurat. 206.G
Mortuos ſepelire mortuos ſuos, quid ſit. 208.L
Mortui deſignant adulatores. 208.M
Mortui nunc dormiẽtes vocantur 220.L
Mortui ſibijpſis. 404.I K
Mors quatuor modis Chriſto fuit intentata. 292.G
Mors Chriſti ſignum maximum. 329.C
Chriſtus cur in aëre voluerit mori. 516.F
Chriſtus cur in cruce mori voluit. 516.G
Chriſtus poterat nõ mori natura. 611.F
Chriſtus voluntate ſenſualitatis volebat non mori. 613.A
Mortis Chriſti turpitudo ex multis. 658.K
Mortis genus turpiſsimũ paſſus eſt Chriſtus. 696.H
Cur Chriſtus crucis mortẽ elegit. 661.E
Mortis Chriſti cauſa. 663.A
Chriſtus mortuus pro nobis triplici ratione. 468.L.663.E
Cur Chriſtus mortuus ſit expanſis manibus. 663.E
Chriſtus mori voluit, quia pater mandauit. 666.K
Chriſtus mortuus eſt quando voluit. 678.M
Hora mortis Chriſti. 679.B
Diabolus in morte Chriſti ſtabat ſuper brachium crucis. 679.C
Mortui ĩ morte Chriſti ſuſcitati. 680.K
Maieſtas, & virtus, Chriſti in morte. 680.L.
Quid ſigna mortis Chriſti deſignent. 680.M.681.A B.
Mortis Chriſti diuturnitas. 696.M

Chriſtus mortuus fuit quadraginta horis. 704.H
Mors Chriſti, res quàm maximè ſalutaris. 675.C
Tota ſpes noſtra ĩ morte Chriſti. 680.F
Mercedem mortis ſuę dedit Chriſtus homini. 701.F
Mors Chriſti continuè proſpicienda eſt. 718.E
Moria mons in quo templum domini, & templi inſignia. 64.I
Montis Moriæ myſteria. 64.I K
Mons Moria. 273.F
Morſus inferni. 701.E
Morus quid deſignat. 482.M
Quibus modis nos deus moueat. 538.I
Motus cœli ceſſatio. 555.B .778.H
Moyſi ieiunium in monte. 145.E
Moyſes coronã Pharaonis cũ deo Hammone cõfringens, Chriſtũ figurauit. 69.A B
Moyſes ſaluatus eſt à nece Pharaonis. 69.B
Quid per Moyſem, & Heliã in transfiguratione deſignatur. 408.G H
Moyſi & Heliæ ab apoſtolis cognitio. 408.I
Mulier quid ſignificet. 249.B.285.E F
Mulieris manum tenens, eſt in vinculis diaboli. 159.F
Propter mulieres multa mala fiũt. 291.M
Mulieris aſpectus vitandus. 349.A
Mulieres natura ſteriles, ſed gratia fœcundæ. 786.H
Mulier in adulterio deprehenſa. 361.E
Mulier adultera quamlibet Chriſti ſponſam deſignat. 363.E
Mulier pariens, eccleſia eſt. 600.I
Deuota cõſtantia in mulieribus. 668.M
Mulieres ſeparatim cum Chriſto ambulabant. 677.A B
Mulieres aſtãtes morti Chriſti. 682.F
Plangentiũ mulierũ pectora. 682.H I K
Mulierũ circa ſepulchrũ deuotio. 692.H
Mulieres ad ſepulchrum euntes. 710.M. 711.A
Mulier cur nũtia ſalutis. 712.L.719.E F. 720.G
Relatio mulierum viſa eſt diſcipulis deliramentum. 713.B
Mulieres currunt poſt diſcipulos ad ſepulchrum. 713.C
Mulieres apoſtolæ, euangeliſtæ. 719.E
Munditiæ laus. 152.H
Plus curandum eſt de mũditia interiori, quàm exteriori. 536.I K
Munditia exterior non eſt deo accepta, niſi per interiorem. 537.K
Spiritualis munditia requiritur ad corpus Chriſti ſuſcipiendum. 585.E F
Munditia ſpirituſſancti nihil patitur immundum. 597.B
Mundus variè acceptus. 89.B
Mundi pereuntis cauſa. 223.D
Mundi caſus. 558.I
Conflagratio mundi. 775.A
Mundi innouatio. 778.G
Rerum mutabilitas mundo innouato non erit. 778.G H
Mundi innouandi rationes. 778.L
Mũdus maximè cauẽdus. 257.E.242.G 267.D
Mundum contemnẽdi exemplũ. 240.H
Mundanorum gloria. 358.G.
Mundanorum miſeria. 522.I
Nihil mundanum debet ſe gignere in nobis. 90.G
Muneris offerendi ratio. 53.B
Munera dei in nobis deo grata, & offerenda. 53.E
Munus ſine charitate nõ proficit. 158.K
Munera captãtur tripliciter. 373.E
Munera accipere. 504.L M
Munerum pretia. 508.H
Munera Magorũ, quid deſignẽt. 53. E F. 54.G
Munera Magorũ trium tria, de tribus. 54.G
Munera Magorum, tria vota religionis deſignant. 242.F
Murmur duplex. 451.E
Murmur clauſtraliũ moraliter. 452.G
Murmur Iudæorum ſupra cætera peccata deum offendit. 317.A
Murmurandũ non eſſe. 294.M.451.E F
Deus conſilium non mutat. 575.F
Deus quomodo mutat ſententiam. 31.F
Mutuandum eſt gratis. 164.I
Mutuantis merces à deo. 164.I
Muti dæmoniaci curatio. 222.K
Mutus quis dicatur. 321.C.390.G
Myrrha multiplex. 5.A
Myrrhæ virtus. 707.C E F
Myſterium virgini Mariæ manifeſtatum, cur nõ citò fuerit reuelatũ. 27.E
Myſterium veritatis à quibus abſconditur. 257.C
Myſteria Romæ ſuper ſabbato vnctionis Chriſti. 489.E
NAaman Syrus ab Heliſæo curatur. 291.A B
Naaman. 291.C
Nabuchodonoſor plurimi imitantur. 277.F
Nardus, quid. 488.M
Chriſtus cur de deſponſata naſci voluit. 14.M
Chriſtus elegit moleſtius naſcendi tempus. 40.H
Naſcentis Chriſti humilitas, ſecundum Auguſtinum. 42.M
Cur naſcituro domino, vniuerſus deſcribitur orbis. 38.G
Naſcitur, qui ad cœlum migrat. 600.K
Natum non poſterius genitore ſuo. 9.D
Vide infrà poſt, Natio.
Nathanaël frater Philippi. 123.B
Nathanaël legiſperitus. 123.C
Nathanaël donũ dei interpretatur. 123.D
Teſtimoniũ Chriſti de Nathanaël. 123. D E
Nathanaëlis confeſsio de Chriſto. 123. E F
Mathanaël cur non ſit apoſtolus. 124.G
Natio quælibet deos ſuos habebat. 322.I
Natiuitatis Chriſti figuræ. 45.E
Figurę Chriſti natiuitatis Abrahę viſę. 367.F
Natiuitatis dominicæ hora. 39.D
Natiuitas Chriſti. 39.F, & ſeq.
Myſteria in natiuitate Chriſti. 55.F. 56.G
Natalis dominici gaudium, ſecundum Caſsiodorum. 42.L
Contemplatio ſuper Chriſti natiuitate. 44.I, & ſeq. 46.G
Imitãda ex Chriſti natiuitate. 44.L M
Natiuitas Chriſti triplex. 44.M
Natiuitatem Chriſti triplicem repręſentat eccleſia ĩ die natalis eius. 45.A
Natiuitas Chriſti etiã paganis mõſtrata fuit. 45.F.46.G
Natiuitatis Chriſti magnitudo. 46.G
Mirabilia ex natiuitate Chriſti. 40. G H
Teſtimonium natiuitatis Chriſti. 59.C
Natiuitas Ioannis Baptiſtæ. 30.M
Natiuitatem Ioannis Baptiſtæ, cur celebramus potius quàm aliorum. 30.A
Natiuitas virginis. 786.L M
Natiuitas duplex. 35.E
Natura diuina non poteſt eſſe niſi vna. 7.F
Duplex natura in Chriſto. 674.M
Natura in beatitudine erit penitus ſubdita voluntati. 780.M
Natura noſtra in ſe cõſiderata, informis eſt tenebroſitas. 9.A
Natura vincit artem. 179.C
Natura non operatur in inſtanti. 201.M
Naturæ non ſeruiendum eſt. 240 K
Natura contenta eſt paucis. 316.L
Chriſtus cur in nauem aſcendit prædicaturus. 280.H
Nauis apoſtolorum, eſt eccleſia. 309.E
Nauis moraliter. 310.G
Nauis eccleſiam ſignificat. 280.H
Nauis eſt corpus humanum. 310.G
Naues duæ. 132.D
Naues Tharſenſes. 54.M
Nauicula eſt arbor crucis. 211.D
Nauicula Petri mergi non poteſt. 210.H
Nauiculam quomodo Chriſtus aſcẽdit. 211.D E F.212.H I
Nazareth flos interpretatur. 38.L.72.I. 77.E





Nazareth duas eccleſias habet. 26.M
Nazareth quantum à Hieruſalẽ diſtat. 28.G.39.A
Nazareth. 39.B
Chriſtus cur in Nazareth cõcipi, & nutriri, voluit. 72.I
Cur Chriſtus in Nazareth non fecit miracula. 290.L M
Nazaræus Chriſtus nũcupatus eſt. 72.H
Nazaræi vocabãtur, qui nunc Chriſtiani. 72 I
Nazareni ad Chriſtum. 290.H I
Nazareni cur Chriſto inuidebãt. 291.D
Nazareni Chriſtum à ſua ciuitate expulerunt. 291.D E
Neapolis. 272.L
Neceſſaria nobis. 317.C
Neceſſaria contemnenda. 317.D
Neceſſarium minus ſit priuſquã magis. 491.F
Neceſsitas rectè viuẽdi nobis indita eſt. 18.G
Neceſsitas legem non habet. 514.M
Neceſsitas duplex. 418.K.& 575.E
Neceſsitas ex verbo Chriſti. 418.L
Negatio trina Petri. 630.L 631.A
Negationum Petri locus. 631.A B
Documenta ex negatione Petri. 632.L
Chriſtum negare. 633.B
Negligentes zelare domum dei. 130.I
Contra negligentes. 559.B
Negligentia duplex. 283.B
Negligẽtia hominis circa labores. 347. C D
Negligentia corripiendi peccãtes. 428. L.429.B.431.A
Cœleſtibus negotijs nihil eſt nobis magis neceſſarium. 208.L
Negotiator bonus. 287.C D
Nemo fieri ſacerdos, aut præſul, aut prędicator, niſi ſit perfectæ ætatis. 103.C
Nemo nocere poteſt, deo nolente. 236.M
Nemo ſine cauſa quodcunque nomen ſortitur. 524.I
Aliud eſt neſcijſſe, aliud ſcire noluiſſe. 564.H
Nicodemus cur nõ fuit vocatus in apoſtolatum. 124.G H
Nicodemi ad Chriſtum acceſſus. 131.E
Nicodemi conſilium. 361.B
Nicodemus. 686.M
Niniuitarũ cum Iudęis cõparatio. 329.F
Nobiles & diuites admonentur. 171.C
Nobilitas, & generoſitas, omnibus vna data. 171.D
Nobilitas ſola, eſt voluntatem dei facere. 334.L
Nobilitas carnis non eſt vera. 365.C
Deo nolente, nemo nocere põt. 236.M
Noë admonitio tacita. 557.D E
Noë ſignificat ſtatum eccleſiæ. 558.M
Nomen dei. 172.G
Nominum Ieſu & Chriſti differentia. 47.A
Nominis Ieſu laudes & dignitates. 46. L M
Nominis Ieſu excellentiæ. 47. A. Item virtutes. Ibidem.B
Nominis ſancti Ioannis impoſitio. 31.B
Nominis imponendi ratio. 45.K
Nomen quodcunque ſortitur nemo ſine cauſa. 524.I
Nominis mutatio. 122.M
Nomine ꝓprio facta appellatio. 717.A
Nomina ſcribi in libro vitæ. 256.L
Nomina noſtra poſſumus ſcribere in cœlis. 256.L
Nomen emanat ex actu. 524.K
Nomina bonorum, & malorũ, vbi ſcribuntur. 458.G H
Nomina malorum ſcribuntur in terris, non in cœlis. 256.L
Nominationis apoſtolorũ cauſæ. 148.L
Nouenarij numeri ratio. 423.E
Noui nihil indicatur deo. 168.M
Nouiſsimum triplex. 353.D
Nouiſsimi loci appetẽdi rationes. 353.E
Nouiſsimi primi. 450.G
Nouiſsimi qui dicantur. 452.I
Nouiſsimus dies. 560.K
Nouiſsima prouidenda. 560.I
Noctibus quoque ieiunauit dñs. 110.H
Nox diei dominicæ. 705.C
Nox pericula tentationũ indicat. 42.G
Noctis quatuor partes. 308.I
Nocte videntia. 454.L
Nubes quæ apparuit. 409.F
Nubere, & nubi. 527.A B
Vide infrà, Nuptiæ.
Cur Chriſtus diſcipulis pacem, & mulieribus gaudium nuntiauit. 727.C
Nudus quis dicatur. 734.I K
Nuditas domini in cruce. 608.L M
Documẽta ex nudatione Chriſti. 659.F
Meditatio circa Chriſti nudationẽ. Ibid.
Nuditas vitanda. 645.A
Nuditas ſpiritualis. 645.B
Numerus electorum. 424.E.717.A
Numeri vulnerum Chriſti myſterium. 606.I K
Quadragenarius numerus, quid deſignet. 744.M
Quinquagenarij numeri ratio. 744.M
Numeralia pro ordinalibus interdum poſita. 709.E
Cur ſeruata à deo, numerata dicuntur. 237.B C
Numiſma cenſus. 525.F
Numularij qui dicantur. 130.G
Nuptiarum honoratio. 124.K
Nuptiæ Ioannis euangeliſtæ. 124.L
Vocatio ad nuptias. 124.M
Nuptiæ quadruplices. 127.A
Nuptiæ ad quid ordinantur. 527.B
Nuptiarum effectus. 127.B
Quid per nuptiarum conuiuas deſignetur. 127.E
Nuptiæ quid ſignificent. 127.F.128.G
Nuptias domini intrãtes ſine veſte. 353. A B
Nuptiæ cœleſtes. 352.K
Nuptiæ ſpirituales. Ibidem.
Secundæ nuptiæ ab apoſtolis conceſſæ. 437.A B
Iudæi ad nuptias inuitati venire noluerunt. 521.F
Nuptiæ triplices. 522.G
Deus dupliciter intrat ad nuptias. 522.L
Diſcumbere in nuptijs Chriſti Ibidem.
Nuptiæ domini. 562.L
Nuptialem veſtem non habens, cur obmutuit. 523.C
OBdurati, ſunt Iudæis ſimiles. 252.M
Obediẽtiæ meritum. 14.I.243.E
Poteſtati ſuperiori obediendum. 39.A
Obedientiæ forma. 137.F
Obediendum deo quantùm debemus. 77.A
Obedientia vera debet trìa habere vincula. 244.M
Obedientia in aduerſis & proſperis. 244.M
Obedientiæ perfectio. 438.H
Obedientia hominẽ perfectum in vtraque vita reddit. 467.C
Malis prælatis obediendum. 531.G
Quare medico potius, quàm deo, obedimus. 556.G H
Obedientia procedit ex amore. 598.M
Obedientiæ præceptum. 613.B C
Obedientiæ vincula. 621.D E
Obedientia religioſorum. 679.E
Obedientia Chriſti. 557.B.616.L.648.G
Obedientia Mariæ. 24.I K
Obiurgationes rarò adhibendæ ſunt. 184.L
Quære infrà in dictione, Offerre.
Obliuio virtutũ, virtutum eſt ærarium ſtabiliſsimum. 34.I
Obliuio bona ſi te ipſum neſcias, & proximo proſis. 575.F
Obolus, quid. 414.I
Obſecrare, quid. 497.C D
Obſequium triplex. 498.K
Omnes ſenſus noſtros debemus in obſequium Chriſti captiuare. 619.L M
Omnis creatura parata eſt obſequi ſuo creatori. 749.C D
Obſtetrices dominicæ. 43.A
Ab obſtinatis in malo, recedendum eſt. 320.I
Obſtinatio maiorum. 520.K
Obſtinata nequitia, nõ emollitur miſericordia. 650.L
Obumbratio, quid ſit. 23.A B

Occaſiones peccati ſunt fugiẽdę. 443.C
Occurſus dei. 426.I.428.I
Otium ambitioſum vitandum. 170.H
Otij deteſtatio. 649.A
Otioſus quis dicantur. 450. M. 451. A. 570.F
Otioſus caput Chriſti percutit. 649.B
Otioſum verbum. 326.L,& M.327.F
Otioſitas eſt debiti operis defectus. 450.M
Otium ſanctum. 269.B
Otium Chriſti, vtile fuerit necne. 77.M
Oculi ſunt deprimendi. 159.E
Oculum eruere. 160.G H
Oculos claudendi modus. 177.F
Oculi intellectus. 222.K
Oculorum leuatio. 601.B
Oculorum ſubleuandorum triplex impedimentum 298.M
Oculos habere à dextris & à ſiniſtris. 321.F
Oculus, amicus dilectus. 419.D
Oculus cordis ſanandus. 487.B
Oculos domini velare. 628.M
Oculi Chriſti. 628.I K
Oculi duorum diſcipulorum quomodo tenebantur. 723.E F
Odire parentes quomodo licet. 240.I K
Odium nullum ſit in naturã, ſed in vitia 240.I
Odiũ facere ſuggerit omne malũ. 529.E
Odia mundi toleranda. 599.E F
Odor bonus. 489.B
Oeconomus quis dicatur. 453.B
Offenſa occulta, non eſt manifeſtanda. 158.L
Tanta eſt offenſa, quãtus eſt ille qui offenditur. 431.F
Offenſa in hominem, modica eſt ad offenſam in deum. 432.L
Dimiſsio offenſarum à Chriſto. 577.D
Pretioſiſsima ſunt deo offerenda. 56.K. 489.A
Oblatio Mariæ. 61.E F
Deus quid ex oblatione noſtra attẽdat. 508.I
Officia filij dei. 152.L
Officia quatuor minorum ordinum exercuit Chriſtus. 289.D
Officium angelorum. 250.A
Officia ab apoſtolis domino exhibita. 498.H
Officia diuerſa diuerſorum in proceſsione Chriſti. 499.B
Maiorum officium. 533.E
Officium paſtorale. 736.I
Officia vitæ actiuæ. 269.E
Officium matutinum. 272.G
Officium clauſtralium. 272.I K
Officia diuina non intermittẽda. 334.G
Officium nocturnum, paſsionis prophetias deſignat. 622.G
Olei infuſio. 261.F
Oleum lampadum. 565.C D
Oleum in lampadibus, non in vaſis accipere. 265.D
Olei virtus. 783.F
Oliua ſalutifera. 10.G
Oliua quid repræſentet in cruce. 683.D
Montis Oliueti ſitus. 493.A B
Olíueti mons oliuis conſitus. 496. M. 747.D
Quid egreſsio Chriſti in montẽ Olíueti ſignificet. 604.H I K
Oliueti montis dignitas. 604.L
Omiſsio ſola damnat. 86.I
Omnis, dictio quid. 84.L.355.E.382.K. 745.E
Onus triplex. 258.H
Onus domini leue. 259.D
Onera honorum. 301.F
Duplex malitia imponentium grauia onera. 531.F
Onychinus. 444.M
Opum congeſtio. 340.G
Opinio varia de Chriſto. 359.B C D
Opinio diſcipulorum. 476.L
Opiniones diuerſę de Chriſto ingrediẽte Hieroſolymam. 5.3.C
Opprobria pro Chriſto toleranda. 3.0. M.650.G
Chriſti opprobria. 780.M
Opprobria Chriſti, gloria noſtra. 628.K
Chriſti patientia in opprobrijs. 668.I
Opus ex deo quomodo cognoſcendum. 8.G H
Opus virtutis, quid ſit. 8.L
Opus viuũ quomodo agnoſcitur. Ibidẽ.
Opus præter deum factum, non habet mouens neque finem. 8.L
Operis boni dilatio nocet. 18.I
Dilatio bonorum operum vituperatur. 559.A B
Opera exteriora non proſunt, niſi mens & lingua cohibeatur. 48.M.409.A
De bono opere nunquàm animus lętari debet. 95.F.96.G
Nulla ſunt bona opera, niſi humilitate condiantur. 96.G
Sine diſcretione opera noſtra deo accepta non erunt. 156.I
Operãdo proficimus plus quàm docendo. 155.M
Opera bona palã fiãt ad laudẽ dei. 167.E
Opera quomodo ſint occultanda. 168. G H
Difficultas operis ex parte noſtra accidit. 189.D
Homo ex operib' ſuis cognoſcitur. 109. H I, & ſequentibus.
Opus noſtrum in quot diuiditur. 197.B
Operarij in eccleſia qui ſint. 224.K
Opera ex timore facta. 236.I K
Opera bona ſunt triũ meritoria. 295.B
Opera oſtendentia & nõ facientia ſanctum, &c. 378.I
Opera determinant naturam. 379.A
Opera bona omnia facienda. 442.I
Operandum vt manduces. 454.A
Opera qbus habetur vita æterna. 454.I
Operãtibus bona ſemper reſiſtitur. 473. E F
Opera bona non conſulenda fieri. 491.F
Operari vineã eſt facere iuſtitiã. 577.E
Opera phariſæorum. 531.D E
Operans quodlibet vt videatur ab hominibus, ſcriba eſt & Phariſæus. 532.I
In omne opere cogitemus deum, & angelos nobis præſentes, adeſſe. 421.B
In omnibus operibus noſtris debemus honorem & reuerentiam dei attendere. 547.D
Operationes noſtras in deum referre debemus. 601.B
Omnia opera in conſummationem paſſionis referenda. 678.G
Operari licet ſine ſolicitudine. 179.F
Opera quibus abſtinendũ ſabbato. 351.E
Opus ſeruile. 569.F
Opera miſericordiæ quantum valeant. 87.A B C.456.G
Opera miſericordiæ in die iudicij ſuccurrent. 151 F.152.G
Magnitudo operis pietatis affectum interiorem reſpicit. 179.F.180.G
Opera miſericordiæ ſex. 271.D
Opera miſericordiæ ſpiritualia, nobiliora ſunt quàm corporalia. 334.G
Opera nunc ad corpus pertinentia. 571. K L
Sufficientia operum miſericordiæ. 573. D E
Omiſsio operum miſericordiæ in animam. 574.G
In operibus pietatis & miſericordiæ cognoſcitur deus. 725.E
Opera trinitatis indiuiſa. 8.H.22.M
Deus non loquendo, ſed volendo, cuncta operatur. 8.I
Opera Chriſti miraculoſa naturam excedunt. 126.L
Sex opa Chriſti cõtra ſex mala. 246.L
Meditatio operum Chriſti. 276.L
Diuerſa ſunt opera Chriſti & diaboli. 324.I
Opera de Chriſto teſtimonium perhibẽtia. 345.E
Opera Chriſti ipſum probauerunt eſſe deum. 379.A B
Paſſus eſt Chriſtus in opere. 695.E
Oratio, quid ſit. 485.D.510.M.601.B
Oratio cum crapula parum valet. 110.M
Oratio multiplex. 147.A
Oratio duplex, publica & ſecreta. 168. K.169.B.611.B
Orandum eſt nocte media. 147.G





Oratio hypocritarum. 168.I
Oratio ſanctorum. Ibidem.
Orandi modus. 168.K. 465. E. 481. D. 713.K
Oratio breuis commendatur. 168.L
Oratio gentilium, cur longa & vocalis erat. 168.M
Orationem cũr petat dominus. 169.A
Oratio noſtra cur vocaliter fit. Ibidem.
Orationis verba multiplicari poſſunt. 169.A
Orandum inſtãter. 183. C.184.H.223.E. 342.M. 386.G. 387. A.482. G.548. L M.556.H.616.K
Oratio eſt auicula alis freta. 170.H
Orationis alæ. 183.D
Pro quibus orãdum. 171.C.203. A.616.K
Oratio eſt exaudibilis per tria. 185.B
Orationis fiducia. 185.C
Attentio in oratione. 185.D
Oratiõis virtus inęſtimabilis. 185.E.376. G.548.L, & ſeq. 613.E
Oratio in quacunq; neceſsitate valet. 185.F
Oratio, nuntius fidelis. 185.F
Oratio frequens, ſignum eſt gratiæ dei. 186.G
Per orationẽ cum deo moramur. Ibidẽ.
Oratio ad ſalutem neceſſaria eſt. 176.G
Orari vult deus. 210.M.224.L
Oratio melior eſt lectione. 210.M
Vacans orationibus, & ieiunijs, non eſt piger dicendus. 169.D
Orandi locus. 273.F.506.L
Oratio nõ eſt melior ratiõe loci. 274.H
Orationem concomitantia. 301.A.611.B
Perſeuerantia orandi impetrat negatũ. 386.G.486.I K L
Oratio generalis. 413.C
Exaudiuntur orantes ſemper. 430.G
Orantes mendicant. 454.I
Orando quatuor prætendimus. 472.K
Oratio perſeuerans, tandem ſentit deum ſtantem. 481.D
Orationis finis, & intentio. 482.H
Qui orant, vt ab hominibus videantur, damnationem merentur. 534.L
Qui orant, vt religioſiores appareant, grauius damnantur. 534.M
Oratio ſuperborum exaudiri non meretur. 548.L
Semper orat, qui ſemper benefacit. 548.M
Non oramus fruſtra. 565.C
Orationis dulcedo. 602.L
Orationes iterandæ. 614.I
In quacumq; neceſsitate, vel periculo, cõſtituti, debent ad orationẽ confugere. 615.A
Quomodo in oratione ſudandus ſit ſanguis. 616.G
Orationis feruor. Ibidem.
Oratio cũ lachrymis cõpaſsionis. 616.H
Oratio eccleſiæ in paraſceue. 692.G
Orationes & laudes apoſtolorum. 750.L M.756.A
Orandum eſt nobis apoſtolorum exemplo. 750.M.751.A B
Oratio ad Mariam. 772. K L
Oratio Chriſti poſt baptiſmum. 106.K
Oratio Chriſti pro nobis. 147.B
Chriſtus cur in deſerto orauit. 204.I
Oratio domini pro nobis. 301.C
Oratio Chriſti ad patrem. 465.E
Orationis Chriſti efficacia. 577.C
Orationis Chriſti ratio. 601.A
Oratio Chriſti optimis circumſtantijs diſpoſita. 601.A B C
Chriſtus pro ſe orauit, & ſuis. 601.C D
Oratio Chriſti pro apoſtolis. 601.E
Orationis Chriſti efficacia, tantum ad electos ſe extendit. 601.E
Oratio Chriſti pro cęteris fidelib'. 601.F
In oratione pernoctare ſolitus erat Chriſtus. 604.G
Cur Chriſtus in horto orauit, & captus eſt. 604.I K
Oratio Chriſti, Abba pater &c. 612. L M
Perfectio orationis Chriſti 612.M
Ter orauit Chriſtus, vt ter tentatus fuerat. 615.A
Dominus cur ter orauit. 616.K
Efficacia orationis noſtrę ex oratione Chriſti. 616.G
Oratio illa acceptiſsima eſt deo, quæ in vnione orationis Chriſti offertur. 616.H
Orare quomodo Chriſto conuenit. 616.L
Chriſtus pro neſcientibus in cruce orabat. 669.D E
Orationis Chriſti in cruce virtus. 669.E
Oratio Chriſti in cruce. 678.L M
Omnia membra Chriſti pro nobis orãt. 688.L M.689.A
Orationis dominicæ excellentia, & ſufficientia. 170.K L
Orationis dñicę breuitatis cauſę. 170.M
Precationes omnes oratio dominica cõtinet. 170.M
Orationis dominicæ petitiones ſeptem & eiuſdem partes octo. 171.A
Oratione dominica grauatur, qui inuidia laborat. 173.F
Oratiõis dominicę breuis expoſitio per ternas particulas. 176.G
Oratorium regis. 377.C
Ordines fidelium tres. 127.F
Ordo charitatis. 238.M.239.A
Ab Oriente, & Occidente venire 199.D
Conuerſio ad Orientem, dum euangeliũ dicitur. 748.I
Ornatus periculoſus. 419.A
Ornamenta altaris ſint noua. 690.L
Oris locutio. 291.B
Oris confeſsio interdum eſt neceſſaria. 237.E
Os cuſtodiendum eſt nobis. 327.B
Os hominis ſublime. 349.C
Oſanna, Hebræum. 497.A B C
Oſculandi conſuetudo. 618.I
Oſculum Iudę cum ſalutatione. Ibidem.
Quare Chriſtus oſculum accepit à Iuda. 618.K
Oſculum Iudæ in Ioab figuratum. 618.C.621.A
Oſtium veritatis, Chriſtus &c. 373.D
Chriſtus eſt oſtium regni cœlorũ. 534.I
Oſtiarius triplex. 373.D
Ouis cæteris quadrupedibus timidior. 506.K
Oues ſunt tripliciter paſcendæ. 376.G H
Quomodo ſint paſcendæ oues Chriſti. 535.M
Oues dei per quatuor ſigna cognoſcũtur. 378.H
Parabola de oue errãte. 422.K L, & ſeq.
Congratulatio ouis inuentæ. 423.A B
Oues bonos, & electos, deſignãt. 571.C D
Præſiſtentia propriarum ouium. 736.L M
Ouile eſt eccleſia. 373.C
Intrantium ouile diſcrimina. 373.B C
Per quod oſtium in ouile ouium ſit intrãdum. 372.L
Ouum ſpem ſignificat. 186.K
PAcifici filij dei. 152.L M
Pacifici habent ſimilitudinem cum deo patre. 153.A
Paſcimur cum deo. 175.B
Pagos Grecè, dicitur villa Latinè. 657.M
Paleæ dicuntur reprobi. 96.I
Pallium dandum. 162.M
Palma quid ſignificet in cruce. 663.D
Palpebra auium. 349.E
Panis quotidianus. 172.M.173.A B
Panis noſter. 172.M
Panis triplex. 173.C
Panis multiplex. 299.C
Panis charitatem ſignificat. 186.I K
Multiplicatio panum, & piſcium. 297.E. 391 E
Quinq; panes hordeacei, quinq; libros Moyſi ſignificant. 298.K L.299.F
Panis à Chriſto fractus, eſt verbum dei. 299.B
Panis cœleſtis. 299.E F.300.G
Panes ordeacei ſuauiſsimi. 311.C
Panis cupiditas. 311.C
Panum ſectatores. 311.D
Panis corporalis, & verus. 312.I
Panis ſacramentalis. 312.L
Panis & ſanguis, eccleſia eſt. 313.F
Panis quid comprehendat. 312.B
Panis regni dei. 355.A
Panis cognitionis. 391.C
Panum numerus myſticus, & diſcretio à

conſimili miraculo alibi facto. 391.F
Panes myſtici ſeptem. 392.M
Panes proficientium ſeptem. 393.C
Tranſmutatio panis in corpus Chriſti, fit in vltimo inſtanti prolatę orationis. 392.H
Panis ſubcinericius. 743.D
Panis reuerſatus. Ibidem.
Frangendi panis conſuetudo. 725.C D
Panis triticeus. 643.D
Pannis inuolutus eſt dominus. 39.E
Pannoſi qui dicuntur. Ibidem.
Papa vocat ſe ſeruũ ſeruorum dei. 533.E
Parabolæ quatuor Chriſti ad turbas. 280.I,& ſequen.
Chriſtus cur rudibus populis loquebatur in parabolis. 286.G
Parabolæ tres diſcipulis à Chriſto propoſitæ. 286.M
Tres parabolæ contra contemptum, & ſcandalum puſillorum, vno fine clauduntur. 428.G
Parabolas fecit,& dixit dominus. 513.B
Filiorum duorum parabola. 517.E
Tres parabolæ ad tres ſtatus pertinẽtes. 564.M.565.A,& ſequen.
Parabola actiuorũ. 570.M.571.A,& ſeq.
Paradiſus multiplex. 670.I K L
Paradiſus vbi deus. 670.K
Regio noſtra paradiſus eſt. 55.A
Paradiſus primò latroni promiſſus. 671.A
Paradiſi laudes. 705.F.706.G
Gloria paradiſi. 779.F
Singuli à ſingulis in paradiſo agnoſcentur. 780.G
Pulchritudo paradiſi. 780.G H
Delectationes paradiſi. 781.C D
Concordia in paradiſo. 78.F
Paradiſus vbi ſit in hac vita. 201.B
Paradiſus terreſtris, vel in clauſtro, vel in ſcholis eſt. 483.E
Patriarchis & prophetis non eſt promiſſus paradiſus. 671.A
Paraliſis qũo dicitur incurabilis. 216.K
Paralytici oblatio. 216.G
Paralytic⁹,quid figuret. 217.B D.218.H
Paralyticos tres curauit dominus Ieſus. 217.D
Paralyticus quomodo non petitam veniam obtinuit. 218.I
Paralytici infirmitatis cauſa. 342.G
Paralytici patientia. 342.K
Paralytici ægritudo triginta octo annis. 542.K M
Paralyticus interius,& exterius,ſanatus. 344.L
Paraſceue,quid. 650.H.691.F
Die paraſceues non conſecratur hoſtia. 694.H
Iniuriantibus parcat, qui ex deo veniam ſperat. 166.L
Parcendum eſt iniuriantibus. 434.I
Debitores ſumus parẽtibus. 125.F.385.E. 671.D
Parentes clarum non faciunt, ſed virtus. 34.H
Parentum Chriſti paupertas. 39.D
Parentum Ieſu admiratio. 59 B
Parochiani agnoſcendi modi per caracterem. 458.L
Paropſis,quid ſit. 588.L
Parſimonia diſcipulorum Chriſti, victus. 298.H
Paruulum eſſe oportet. 416.G
Paruuli conditiones. 416.H
Paruulũ in medio ſtatui,quid ſit. 416. L
Paruuli Chriſto oblati. 438.H I K
Paruuli non ſunt prohibendi accedere ad Chriſtum. 438. L
Paruulorum pargatio à peccatis. 746.G
Paſcere, non tondere, paſtor iubetur. 737.C
Paſci dei verbo. 112. L
Tres gradus hominum in eccleſia paſcãtur. 737.B
Paſtoribus vigilantibus nuntiatur gaudium lucis. 40.H
Paſtorum monumenta. 41.C
Paſtoribus cur potius quàm alij apparuit angelus. 41.D
Paſtorum Chriſtum viſitantium conditio. 41.F
Paſtores qui dicendi ſunt. 42.G
Paſtor paſtoribus apparuit. Ibidem.
Paſtores vniuerſi fideles. 42.H
Paſtorum reuerſio ad greges. 44.I
Paſtorum culpa. 224.H
Paſtor ouium eſt Chriſtus. 373.B
Paſtoris cura de ouibus. 374.K M
Bonus paſtor quis ſit. 374.I.375.E
Signa tria boni paſtoris. 375.B C D
Tres boni paſtoris conditiones. 375.E
Paſtor à paſcendo dictus. Ibidem.
Paſtores caueãt oues ſcãdalizare. 376.I K
Paſtores ſint irreprehenſibiles. 400.M
Cura paſtoris, eſt ſignum dilectionis. 735.M
Paſtu digni à Chriſto. 392.I K
Paſcha domini. 576.I
Paſcha multifariã accipitur. 578.G H I. 636.H
Paſcha vnde dicatur. 578.I
In ſolennitate Paſchali quatuor erant. 582.I
Paſſer non cadit ſine deo. 356.L
Duo paſſeres, corpus & animam deſignant. 237. A
Paſſeres vendi minimo pretio, quid ſit. 237.A
Vide ſuprà, in, Paſcere.
Pater dicitur,quiã filium habet. 7.B
Patris & filij coæternitas. Ibidem.
Pater noſter,deus eſt tripliciter. 171.A
Pater pro trinitate. 171.B
Patres non ſine cauſa ſolitudinem petebant. 111.A
Pater filijs redeuntibus clemens eſt. 426.H.427.E
Omnia ſunt tolerabilia propter ſalutem patris. 428.K
Poteſt quis pater, vel magiſter in terra vocari. 567.D
Tria requirũtur ad patrẽfamiliâs. 560.G
Paternitas multiplex. 754.G
Patriarchæ elegerunt in terra ſancta ſepeliri. 5.C
Patrinorum origo. 122.K
Pati pro Chriſto. 154.H
Patimur inuiti. 444.G
Non pati in mundo, impoſsibile eſt. 444.G H
Pati oportet cœlum intrare volentes. 724.M.725.A
Paſsi omnes ſancti. 724.M
Paſsio,& propaſsio,differunt. 611.F
Paſsiones quomodo fuerunt in Chriſto. 714.K L
Paſsiones non vitioſæ quę nos præueniunt, ſequebantur Chriſtum. 714.E
Paſsiones Chriſti variæ. 2.M, & ſequen. 576.L M
Chriſti paſsiones præ oculis habendæ. 3.B
Paſsio domini inflammat nos. 238.I
PaſsioChriſti,& tormenta. 238.I.475.F. 476.G H.552.K.615.D
Paſsionis prædicandæ cauſæ. 402.G
Chriſtus cur paſsionẽ ſuam pluries diſcipulis prædixerit. 413.E
Pati rurſus paratus Chriſtus. 424.K
Paſsionis meritum. 435.F.698.M
Meritum paſsionis magnificandum eſt. 607.F
Paſsiõis dominicæ prænotatiões. 475.C
Chriſtus in electis ſuis quotidie patitur. 475.D
Paſsionis dominicę demõſtratio. 476.H
Paſsionis dominicæ ſuſceptio. 478.G
Paſsionis Chriſti fructus. 513.E F
Paſsionis Chriſti memoria, & meditatio. 233.F.469.B.580.L.604.M,& ſeq. 605.A.606.G H.607. A.608. G.689. E F.690.G.591.C.609.A.699.A,& ſe.
Paſsionis dominicæ efficacia. 515.D
Chriſtus per paſsionem ſuam, victoriam habuit de diabolo. 515.E
Paſsio Chriſti fuit communis angelis,& hominibus. 515.F
PaſsioChriſti in ſe continet omnem perfectionem hominum. 577.A
Chriſtus in paſsione impleuit quicquid verbo docuit. Ibidem.
Dies paſsionis mœroris eſt, & non gaudij. 582.H
Proficere volens in ſcientia dominicæ paſsionis, quid facere debet. 605.B
Paſsionis Chriſti intentio. Ibidem.
Paſsio Chriſti doctum efficit. 609.M
Solatia ex paſsione quatuor. 607.B C
Narratio hiſtorię paſsiõis Chriſti. 608.H
PaſsioChriſti in generali. 608.H I K M. 610.H
Tria principalia in paſsione partes pœnitentiæ concernentia. 608.L
Locus paſsionis Chriſti. 609.A
Paſsio non tota ſcripta. 609.A
Tempus paſsionis Chriſti. Ibidem.
Prima die ſolennitatis, Paſchæ Chriſtus paſſus eſt. 782.M
Grauitas & acerbitas, paſsionis Chriſti. 609.B.696.K
Quis & qualis Chriſtus paſſus eſt. 609 C.610. H
Saporis dominicæ paſsionis excitatiua. 609.D E
A quibus paſſus eſt Chriſt⁹. 609.D.610.I
Paſsio Chriſti debet nobis eſſẽ regula viuendi. 609.F
Admiratio paſsionis Chriſti. 610.H
Tria quæ paſsio Chriſti docet. 610.L
Chriſtus pati nolebat. 613.A
Quælibet pars Chriſti, virtute diuina, permittebatur pati. 615.A B.695.E F
Quare Chriſtus noluit defendi in paſſione. 619.F.620.G
Paſsio ſanctorum à longè ſequitur Chriſti paſsionem. 624.G
Chriſtus tria à gentibus eſt paſſus. 636.L
Quare Chriſtus in loco peccatorum paſſus ſit. 658.I
Cur extra ciuitatem paſſus ſit Chriſtus. 658.K
Pati ſine culpa, Chriſti eſt: cum culpa, latronis. 668.G H
Cur tribus diebus paſsionis tenebras celebret eccleſia. 673.E F
Quare Chriſtus tãtũ paſſus eſt. 674.H I.
Amara fiunt nobis dulcia merito Chriſti paſsionis. 676.L
Chriſtus multa pro nobis ſuſtinuit. 689.A B.695.D E.
Paſſus eſt Chriſt⁹ innumerabilia. 576.L
Epilogus paſsionis dominicæ. 695.B,& ſequen. 638.L
Paſſus eſt Chriſtus in omni ætate. 695.E
Mirabilia paſsiõis Chriſti. 695.F.696.G
Mutatio diei,& noctis, facta eſt in paſſione domini. 701.B C
Exemplum paſsionis & reſurrectionis Chriſti. 704.I K
Chriſtus comitatur loquentes de paſsione eius. 724.K
Oportuit Chriſtum pati, vt liberaremur à pœna. 729.A
Patientia in proprijs iniurijs laudabilis eſt. 115. B.689.C D
Patientia opus perfectum habet. 153.D
Patientiæ vtilitas. 155.B.162.K L
Patientia animi ſine nutrimento alienæ iniquitatis habenda. 163.E
Patientia in tribulationibus. 227.F
Patientia prædicanti neceſſaria. 229.B
Patientia in proximi importunitate. 263.B C
Patientia vera. 294.H
Patientes quantum eſſe debemus. 367.D
Patientia omnium virtutum cuſtos. 540.I K
Patientia nobis neceſſaria. 580.M.581.A
Patientiam voluit docere dominus. 625.B
Patientiæ effectus. 707.C
Patientia Chriſti. 347.B.133.C D.367. A.491.C D.640.C.649.I
Paulus fugit perſecutionem perſonalẽ. 232.I
Pauli conuerſio. 275.A
Scœnefactoria Pauli ars. 733.E
Pauli primi eremitæ fuga. 622.H
Paulæ monaſterium in Bethlehem erat. 45.D
Paula & Euſtochium Bethlehem ſepultæ. 63.C D
Paulæ pœnitentia. 265.A
Pauor,& triſtitia,domini. 611.C D
Pauoris aſſumendi cauſæ. 611.E
Pauperes quantò nudiores, tantò miſericordius à diuitibus reſpiciuntur. 2.L
Pauperes Mariam,& Ioſeph, conſiderãt. 39.D
Pauper eleemoſynam recipiens, ad quid tenetur. 163.H
Pauperes non ſunt deſpiciendi. 564.K 416.L.417.A
Pauperibus detur quod ſupereſt. 570.H
Pauperes euangelizantes qui dicantur. 246.K
Pauperum bona pauperibus non dare, par ſacrilegij crimen. 305.F
Pauperes ficti, raptores ſunt. 317.B. 455.F
Pauperes quanto deſpectui habeantur. 217.F.318.G
Pauperum electio. 356.K
Pauper & diues rectè iunguntur. 457.F. 758.G
Pauperes latent. 458.G
Pauperis iacentis miſeria. 458.H I
Pauperes facti ſunt propter diuites. 87. A.491.F
Pauperes ſemper habere. 491.F
Pauperes in eccleſia corporaliter & ſpiritualiter. 573.G H
Pauperes ſpiritu, ſunt humiles, & timentes deum. 150.G
Paupertatis commendatio. 40.I.55.B
Paupertatis & pietatis apoſtolorum indicia. 139.B
Paupertas voluntaria. 153.F
Paupertati, non poteſtati, regnum cœlorum promiſſum. 226.K
Paupertatis ſodales. 317.B.441.A C
Laudabile eſt paupertatem amare. 317.B
Paupertas non eſt maior cõtinentia, vel obedientia. 440.M
Paupertatis perfectio. 442.K
Paupertas fœlix. 448.H.460.I
Paupertas eſt ſatisfactio pro peccatis. 460.M
Paupertas ſpiritus. 149.F
Paupertas ſpiritus Saphiro comparatur. 446.I
Paupertas Chriſti ſumma,& penuria locorũ. 39.E.52.K.207.E.317.E.318.G. 415.B.577.A.581.D E.609.K
Pax ſub Auguſto. 38.H
Cur Chriſtus tempore pacis natus ſit. 38.H I
Pax hominum. 42.I
Pax fugata. 100.M
Paci contraria quinq;. 152.L
Pax & ſalus in quo differant. 228.G
Pax vobis, ab epiſcopis in principio Miſſæ dicitur. 228.G.727.B
Pacem cum deo nos habere congruit. 241.B
Pacis oſculum nunc loco Euchariſtię ſumitur. 592.M.593.A
Pacem Chriſtus apoſtolis ſuis reliquit. 597.A
Pax duplex. 597.A
Pax ſanctorum,& mundanorum, cum deo. 501.A.630.K L
Pacis commendatio. 600.L.731.B C
Pax cum diſcipulis dñi, qualis ſit. 727.B
Pacem cur Chriſtus diſcipulis,& gaudiũ mulieribus nuntiauit. 727.C
Cur pacem Chriſtus geminat. 729.D
Pacis impedimenta. 731.C
Pax in ſolo Ieſu. 783.D
Quę nos debẽt terrere ne peccem⁹. 98.K
Occaſio peccandi abſcindatur. 160.G
Peccandi conſuetudo fugienda. 206.I
Peccare, eſt deum exhonorare. 392.M
Peccare non ſecuritate. 308.H
Peccatur in veritatem tripliciter. 356.G
Nolle peccare, virtus eſt. 416.H. 438.M
Peccare in cœlum. 425.F
Peccare in te. 420.A
Ad placandum deum, ſufficit deſinere peccare. 435.C
Peccare ex certa ſcientia. 563.F
Peccati fœditas. 64.G
Peccati fœtor à deſerente percipitur. 203.D
Peccatum ſemper deteſtandum. 99.A B C
Peccatorum radices tres. 101. B.167.F
Peccatorum quatuor genera. 203.D
Peccati differentiæ. 365.C


Peccatum

Peccatum multa mala facit. 101.E F 306.M.501.E L.343.K
Omnia elementa propter peccatũ primum detrimentum ſuſtinuerunt. 778.I K
Chriſtianus in omni peccato lapidat Chriſtum. 379.I
Peccatum grauius eſt Chriſto, quã crux in qua pependit. 777.D
Homo in omni peccato mortali fugit à deo. 622.K
Deus de peccatis noſtris ſumit materiã, vnde nos puniat. 129.E
Peccata ſunt hominis propria. 175.C
Peccata ſunt communia mentis, & corporis. 94.M
Peccata quotidiana. 275.E
Virorũ & mulierum præcipua peccata. 518.I
Peccata quibus homines aute iudicium vacabunt. 558.G
Peccatum mors eſt, & vt mors fugiendum. 205.F
Peccati ſtatur periculum. 206.M
Peccatum dæmon eſt. 255.I
Peccati procreatio. 143.B
Peccata in corde generantur. 382.M
Peccatum voluptate tranſeunte manet. 365.A
Vinculo peccati ligati. 494.H.643.E F
Peccatum minimũ ſcienter commiſſum grauius eſt toto mundo. 97.E
Minus peccatum eſt cauſa maioris peccati. 292.M.293.A
Multa peccata per infirmitatem, & ignorantiã, excuſantur. 302.M.303.A.331.F
Peccata grauiora ſunt poſt baptiſmum. 331.E
Peccata poſteriora ſunt grauiora, & difficiliora. 331.F
Peccata maiora dimittuntur, & leuia puniuntur. 337.A B
Minora peccata cur non penitus auferãtur. 585.D
Maiora peccata noſtris viribus ſuperare non poſſumus. 585.E
Peccati deſtructio difficilior, quàm mundi creatio. 244.M
Modus ſanandi à peccato. 387.C E. 388.I K
Conſeruatio à peccatis tribus ſit modis. 393.D
Occaſiones & cauſæ peccati ſunt fugiendæ. 384.H I.419.D.581.A
Vitatio occaſionis peccati comparatur Chryſolito. 445.B
Mora eijciendi peccatum, periculoſa eſt. 413.A.630.M
Peccatum conſuetudine vileſcit. 206.I
Peccata non nocẽt, ſi non placent. 435.F. 712.M
Peccata dimittere, quid ſit. 99.C
Tollere peccata. 119.B
Peccata cur Chriſtus prius remiſit, quã ſanauit. 216.M
Peccati iugum, abijcere ſolius dei eſt. 494.K
Peccata non remittuntur meritis hominum. 730.G
Peccatum de ſe remiſsibile. 324.K
Peccatorum in ſpiritũ ſanctum ſpecies. 324.K
Peccatum ex certa militia. 324.M.564.I
Peccatum ad mortem, quod ſit. 325.B
Peccatum cur in ſpiritum ſanctum dictum. 325.B
Peccatum in ſpiritum ſanctum, ex præſumptione. 325.B
Peccatum ex deſperatione. 325.B
Peccatum irremiſsibile. 525.C
Peccata omnia, excepta impœnitentia, remittuntur. 325.DE
Peccatorum tria genera. 217.D.354.M
Peccatorum diuerſitas. 343.B C
Peccator adhęrere debet deo, medico ſuo, eius vitam contemplando. 1.B
Peccator inuitatur ad veniam. 1.B
Peccatores quare diuinam non ſequuntur lucem. 8.M
Cur peccatores in hac vita non flagellantur. 37.E
Peccatores vocare venit ſaluator. 142.L
Peccatores redeuntes, ſunt dulciter recipiendi. 145.A
Peccatores qualiter torquentur. 200.K
Peccator cenſetur dæmoniacus. 223.A
Peccator lunatico ſimilis. 411.C
Peccator indignus eſt pane, quo veſcitur. 238.M.348.G
Peccatore viſo flendum nobis. 265.C
Peccator non eſt ſoluendo. 266.H
Peccatoris origo. 279.D
Peccatorum timor. 310.M
Peccator diabolum in domum ſuam inducit. 321.E
Peccator ſurdus quomodo dicatur. 321.F
Peccator eſt domus diaboli. 331.E
Peccator omni deſtituitur auxilio humano. 342.H
Peccator incurruus eſt. 349.B
Peccator ſeruus. 365.B
Peccator cur peccatũ ſuũ nõ videt. 371.C
Peccatori conſideranda ſeptem. 37[illegible].E
Peccatores catelli ſunt. 386.K
Peccatores conuerſi quomodo deficiunt. 391.F
Peccator à patre ſuo recedit, quando peccat. 425.C
Peccator in angelum ſuum peccat. Ibidem.F
Peccator, ſex de cauſis, indignus eſt vocari filius dei. 425.F.426.G
Peccatores multis modis trahuntur ad pœnitentiam. 426.G
Peccatores non contemnendi, ſed corrigendi. 427.F
Peccator quomodo ſanctis ſimilis fieri poterit. 435.B
Peccatores multi conuerſi. 436.H
Peccatoris reſuſcitatio. 466.I
Peccatoris ſuſcitatio in Lazaro deſignatur. 466.K
Peccatoris iuſtitia. Ibidem.L
Peccator mundari volens, quid facere debeat. 472.G
Peccatoris errandi modi. 502.G
Mala ſeptem peccatori ventura. 502.K
Melior eſt peccator humilis, quàm iuſtus ſuperbus. 509.E
Indumenta peccatorum. 523.G
Quare corpora peccatorum, dicuntur ſepulchra mortuorum. 536.M
Laqueus peccatorum. 555.F
Peccatricis liberatio. 363.A
Pecunia non amanda. 339.F
Pecuniam militibus ad mentiendum Iudæi dederunt. 720.L.721.A
Pecuniæ malum. 721.B
Pentecoſte. 285.E.758.K
Pentecoſtes ſolennitas. 762.H I
Figura receptæ gratiæ in die Pentecoſtes. 662.L M
Exultatio noſtra in die Pentecoſtes. Ibidem.M
Penuriæ cauſæ. 180.I
Per, præpoſitio: ibi, Omnia per ipſum facta ſunt, quomodo ſumitur. 8.H
Percutientes caput Chriſti. 629.B
Perditio noſtra quæ ſit. 250.I
Peregrinus quis dicatur. 724.G
Peregrini ſunt ad hoſpitium trahendi. 725.C
Peregrini conditiones. 729.F
Peregrini ſumus omnes. Ibidem.
Militis exemplum peregrinantis per loca ſancta. 752.L
Peregrinatio, & viſitatio terræ ſanctæ. 5.A B
Perfectio Chriſti, & morum eius. 5.E
Perfectionis ſtatum exemplo docet dominus. 39.F
Perfectio in quibus cõſiſtat. 197.A.242.G.403.C.441.A.616.L
Gradus perfectionis. 275.B
Signum perfectionis. 441.C
Perfectiones in deo ſunt ſine numero, & ſine termino. 547.D
Non eſt perfectio ſine ſentimento propriæ imperfectionis. 548.I
Perfecti & imperfecti differentia, quo ad inimico ſuccurrendum. 165.C
Perfectus quantum ad deum, ſeipſum, & proximum. 107.A
Beneficium triplex perfectorum. 165.E
Perfecti. 283.E
Perfectorum panes ſeptem. 393.F
Status

Status perfectorum. 707.A
Homo perfectus eſt, quando charitate plenus eſt. 741.E
Periurij prohibitio. 160.K
Perſecutores multi. 155.B
Perſecutio, Chriſto nato, cœpit. 67.L
Perſecutio triplex. 254.G H
Perſecutiones tolerandæ ſunt. 155.A. 656.H
Perſecutio multiplex, cuius cauſæ tres. 211.M
Perſecutio fratrum. 231.D
Perſecutionem patiendi cauſæ. Ibid.E.
Perſecutio perſonalis. 231.I
Perſecutio fidei. Ibidem.
Perſecutio eccleſiæ p ambitioſos. 307.C
Genera duo ſunt perſequentium. 525.E
Perſecutiones iuſtorum. 540.H
Perſeuerare in peccato quatuor faciunt. 205.C
Perſeuerantium perfectio. 33.F.34.G
Perſeuerantia, quid ſit. 727.E
Perſeuerantiæ habendæ ratio. 83.F
Perſeuerantiæ laus. 231.F.384.L
Perſeuerantia duplex. 232.G
Perſeuerantia ſola ſaluat. 240.B
Perſeuerantia neceſſaria eſt. 361.A
Perſeuerantes in bono, falli non poſſunt. 567.A
Perſeuerãtia ĩ peccatis periculoſa. 633.A
Perſeuerantiæ efficacia. 705.D
Perſona ficta diu non fertur. 190.I
Perſonis diuinis attributa. 132.I
Perſonarum acceptio. 336.M
Perſonarũ diuinarũ diſtinctio. 378.G H
Pertinacia Iudæorum. 650.L
Pedes ſunt pars hominis inferior, manus media, caput ſuperior. 585.A
Pedes ſunt animę affectiones. 585.C D
Pedes domini. 264.K
Sabbato pedes domini lauare. 489.E
Quare Chriſtus pedes apoſtolorum, & non manus, vel caput lauit. 525.D C
Humilitas Chriſti in lauandis pedibus. 583.F.584.H I
Pedum lotio, quid ſignificet. 587.B C
Tripliciter fratrum pedes lauamus. Ibid.
Tenere pedes Ieſu datur cunctis volentibus. 519.A
Petere debemus in nomine Ieſu. 47.C
Petitiones à Luca omiſſæ. 175.A
Petenda à deo tria. 184.I
Petenti dabitur, &c. 185.A
Petendum quid. 477.C
Petitio triplex peccatoris. 385.E.
Petendi à deo forma. 613.C.
Petra ſcandali, cur dicatur Chriſtus. 247.B
Petra eccleſiæ. 399.F.400.G
Petræ ſciſſę in paſsione Chriſti. 680.I
Petra ſuper quam Chriſtus orauit. 768.I
Petrus qd interpretetur. 407.D.722.I K
Petri nomina. 122.K L M.399.E F
Petri piſcatio. 137.A B F
Petri diſcretio. 138.G H
Petrus & Ioannes diuerſo modo vocantur. 159.E
Modicę fidei quomodo Petr' erat. 309.C
Petri fides. 309.A B
Petri heſitatio. 309.C
Petrus parum dubitans, parum ſubmerſus eſt. 309.B C
Petri feruor. 309.A.313.D.409.A.595.E.613.F.619.D E
Petri reſponſio pro omnibus. 399.C. 400.G
Petrus eſt princeps apoſtolorum. 400.L M.415.B.737.B
Petrus imitandus & intuendus. 400.M
Petrus pręſentię Chriſti memor ſemper erat. 401.F
Petrus cur increpauit Chriſtum. 401.H
Petri fletus valde frequens. 401.I
Petrus Satanas dictus. Ibidem.
Petri error in optando. 408.M
Petrus errauit, ne nos erraremus. 585.A
Petrus quomodo oĩa reliquit. 447.D E
Petrus & Philippus, cur ambo miſsi. 493.B C
Petrus lotionem pedum refugit. 584.I
Petri humilitas. 584.I L M
Quare Petrus interrogauit Ioãnem ſuper proditore. 589.E F
Petrus non mentitur falſum dicẽs. 595.F
Negationes Petri qũ factę. 595.F.596.G
Petri caſus rationes ſex. 595.G H.632.L
Petri increpandi cauſa. 613.D
Petri & Ioannis ſequela. 624.G
Negationis Petri initium. Ibidem.I
Petri timentis charitas. 625.F
Quamuis Petrus timeret, dominum non dereliquit. Ibidem.
Cur Petrus ab ancilla prodatur prius quàm à viris. 630.L
Grauatio culpę in Petro. 631.A
Anathematizatio Petri. Ibidem.
Diuina Petri reſpectio. 631.C
Recordatio Petri initium fuit pœnitentię eius. 631.C
Vbi fleuit Petrus, conſtructa eſt eccleſia. 631.D
Flendi conſuetudo Petri. Ibidem.D E
Locus negationum Petri. 631.E
Exitus Petri de atrio ſacerdotis. Ibid.F
Petrus imitandus in pœnitentia. 632.G
Ordo pœnitentię in Petro. 632.H
Ancillę cogentes Petrum negare Chriſtum. 632.K.633.A
Petri inebriatio. 409.A
Petrus trinę negationi trinam reddidit domino confeſsionem. 732.E
Petrus dominum quęrit. 722.G.
Petro, ſingulariter apparuit dominus. 722.H
Cur dñs Petro primò apparuit. 722.H I
Petri & Ioannis conditiones. 734.K
Petrus Ioannem diligebat. 738.L
Petri cauta modeſtia. 736.H
Quare Petrus timuit Chriſto reſpondẽdo. 736.K
Petri examinatio. 737.A
Cur Petro ter dictum ſit, Paſce. 737.C
Mors Petri. 737.D E
Petrus cruci alligatus. 737.D.738.H
Animam ſuam ponere pro Chriſto, datũ eſt Petro. 738.G
Chriſtus Petrũ paſſurum prædixit. Ibid.
Triginta ſeptẽ annis ſuperuixit Petrus. 738.H
Petrus, quid repræſentat. Ibidem.
Petrus in contrarium ad Chriſtum crucifixus eſt. 738.I
Martyrium Petri fuit ordinatum ad gloriam. Ibidem.
Pharaonis corona. 69.B
Pharaonis obduratio. 331.F.332.G
Reprehenſio iniqua Phariſæi. 265.C
Phariſæi defectus tres. 265.E
Phariſæi iactantia. 509.A
Phariſęus de vtraq; parte iuſtitiæ ſe laudat. 509.A B
Phariſæus orans, Iudaicum populũ deſignat. 510.L M
Phariſæi vnde dicuntur. 85.A
Phariſæi quos deſignent, & quid interpretentur. 222.M.320.K.485.D.507.M.526.M
Phariſæis ſimiles. 144.G.535.C
Phariſæorum mores. 145.B C
Phariſæi dupliciter errabant. 145.C
Phariſæorum calumnia in Chriſtũ. 222.L M.289.E.422.H
Phariſæorum odium. 222.M
Phariſæi Chriſti doctrinam ex diabolo ortam dicebant. 289.F.290.G
Phariſæorum mala, & cæcitas. 290.G. 320.G
Phariſæorum vitium, ambitio. 303.A
Phariſæorum confutatio. 314.L.315.A
Phariſæorum auaritia. 318.M
Phariſæorum verba adulatione plena. 329.A
Phariſęi exteriora, & non interiora, mũdabant. 33.G H
Phariſæorum, ſcribarum, & legiſperitorum differentia. 336.M
Phariſęorum obſtinatio. 338.G.337.D E
Phariſæorum & publicanorum differẽtia. 351.C
Phariſæorũ princeps Moyſem deſignat. 351.F
Phariſæi inuidia moti, nec miniſtrorum excuſationem, nec Nicodemi conſilium, curauerunt. 361.A C
Traditio Phariſæorum contra honorationem parentum. 381.C D E
Phariſæos

Phariſæos & ſequeſtres Chriſtus tripliciter increpat. 383.F
Phariſæorum quæſtio captioſa. 430.M
Phariſæorum prophetia. 499.D
Phariſæi & Saducæi contra Chriſtum ineunt amicitiam. 528.H
Intentio Phariſæorũ,& Scribarum primos recubitus in cœnis affectando. 533.A
Chriſtus Phariſæorum animã, non gradum,reprehendebat. 533.B C
Phariſæorum iniuſtitia. 535.F.536.G
Phariſæorum hypocriſis. 536.I
Incurabilis erat plaga Phariſæorũ.538.G
Phaſe,tranſitus interpretatur. 341.B
Philippus inter diſcipulos magis rudis fuit. 297.B
Philippus primus prædicauit gentibus. 513.C
Philippus ſignat veritatem. 513.D
Philipp' tetrarcha frater Herod. 400.K
Philippi cancellarij damnatio. 304.M
Philoſophorum cenſuræ de Alexandro magno. 274.M.275.A
Phinees ob dei zelum,perpetuũ obtinuit ſacerdotium. 130.K
Phylacteria quid ſint, vnde dicantur,& de eorum apud Phariſæos dilatatione. 532.K L
Pietatis opera. 182.I
Pietas quàm vtilis ſit. 354.K
Primus gradus pietatis. 537.C
Pietas dei quanta ſit. 435.E.480.K.669. E F.670.G
Pigrum non eſſe oportet. 163.E
Piger locum diabolo præparat. 569.F
Pigritia noſtra reprehenditur. 233.L
Rationes de pigritia cognoſcenda. 547. D,& ſequentibus.
Pilatus vnde dictus eſt Pontius. 82.I
Pilatus procurator tantum fuit.Ibidem.
Pilatus cur non potuit dimittere Chriſtum. 237.A
Pilatus interfector Galilæorum.346.M
Pilatus Galilæos interficiens, diabolum ſignat. 347.A
Pilati accuſationum examinatio.637.A
Pilati interrogatio,irriſiõis cauſa.637.B
Miratio Pilati de Chriſto. 642.G
Diligentia Pilati ad liberandum Chriſtum. 642.L M.651.A B.652.L
Vxoris Pilati viſum. 642.M
Diabolus apparuit vxori Pilati dormiẽti. 642.M
Pilatus & eius vxor inſtinctu diaboli voluerunt Chriſtum liberare. 643.A
Quare Pilatus lauans manus ſuas, non fuit excuſatus. 644.H I
Pilatus particeps erat criminis Iudęorũ, ſed innocentior illis. 644.I.651.E. 653.D
Pilato ſimiles. 643.I.653.D
Pilatus timuit filium dei occidere,& nõ legem Iudæorum. 651.C
Quare Chriſtus Pilato non reſpondit. 651.D
Poteſtas Pilati vnde. 651.E
Pilatus ꝓpter duo volebat liberare Chriſtum. 652.K
Iudicium Pilati. 653.B C D
Ambitio Pilati. 653.C
Pilati exilium,mors,& patria. 695.A
Pinnaculum,quid ſit. 113.C
Piratæ reſponſum. 337.A
Piſcari licuit apoſtolis poſt Chriſti reſurrectionem. 733.E F
Piſcari ad dextrã & ad ſiniſtrã. 734.H
Piſcationis Petri myſtica ſignificatio. 138.I
Piſcatio duplex. 735.D
Piſcatores dicuntur prædicatores. 137.B
Piſcatores quare eliguntur in apoſtolos. 139.C
Piſcatores ſeptẽ quid deſignent. 734.G
Miraculum ſeptem pannum,& duorum piſciũ in die epiphaniæ factũ. 50.L
Piſcis fidem deſignat. 186.K
Piſces duo. 299.D E.301.F
Per piſcem aſſum quid deſignetur.728.I
Multitudo piſcium quid ſignificet. 734. G H.735.D
Piſcium,153.genera. 734.M
Piſcina probatica. 341.C.342.A
Piſcinę mouendæ cauſa. 341.E
Piſcinæ ſanatio defecit. 341.F
Piſtis, Grecè,fides Latinè. 485.M
Non poteſt placere ſeruus, quibus diſplicet dominus. 599.F
Primorum parentum plaſmatio. 12.G
Plenitudo multiplex. 91.D
Plenitudo gratiæ Mariæ. 270.L
Plicatio libri. 289.A
Pœna oculis aperit, quos culpa claudit. 213.D
Pœnarum gentiũ & Iudæorum, Chriſtianorum & infidelium, clericorum & laicorum,differentia. 253.C
Pœna ſine culpa infligitur. 363.B
Pœna duplici homines puniuntur. 363.C
Pœnæ peccatoris. 502.G
Pœnarum gradus. 564.I
Mitiſſima pœnarum eſt peccati origina lis. 564.I
Pœna purgatorij, quomodo bræuianda ſit. 607.E
Modus pœnæ,exprimit modum culpæ. 635.B
Pœna inferni duplex. 284.H
Pœna ſpirituali filius nõ punitur pro patre. 369.C
Pœna æterna. 405.E.461.E
Dum pœna præſentis pœnitentiæ fugitur,contemnitur pœna futuri iudicij. 531.E
Pœnæ infernales ſunt cogitandę.548.H
Pœnarum æternarum cauſa, & horror. 779.A B C
Viſionis diuinæ carentia, eſt maxima inferni pœnarum. 779.D E
Pœna Chriſti ab inſtanti incarnationis vſque ad mortem durauit. 695.D
Loca pœnarum Chriſti. 696.G
Pœnitere quomodo dicitur deus. 675.C
Pœnitendi modus. 142.L M
Pœnitens iuſtè,quis eſt. 87.B
Pœnitens ſubmittat ſe ſacerdoti. 95.F
Sedere,& vno loco manere,pœnitẽtium eſt. 102.G H
Pœnitentis veri conditiones. 102.L
Pœnitenti quatuor imperata à Chriſto. 218.G.319.B
Pœnitens contraria faciat. 264.M
Deus nullum pœnitentẽ deſpicit.268.C
Pœnitens onus portat peccati. 342.I
Pœnitentium documentum. 388.L
Pœnitenti cognoſcenda. 425.B
Pœnitentium vis. 427.F
Pœnitenti remittendum ſolum. 431.A
Clauditur lugentibus ianua regni, quæ nunc pœnitentibus patet. 566.I
Pœnitentium conſolatio. 672.K
Pœnitentium ſtatus. 706.L
Pœnitentia,ſecunda tabula eſt. 329.F
Pœnitentiæ gradus. 33.B
Pœnitentiæ partes.98. L. 99. D.167.F. 305.E F.229.F.292.L
Pœnitentiæ labor & ſpecies. 102.K
Pœnitentia multiplex. 83.D.223.B
Pœnitentiæ inutilis genera ſex.423.B C
In inchoatione pœnitentiæ, implicantur tria. 33.B
Pœnitentia duo requirit. 98.M
Pœnitentiam fructuoſam tria faciunt. 110.G
Pœnitentiæ fructus.85.B.87.C.97.A,& ſequentibus.
Pœnitentiæ fructus digni. 101.B
Sine operibus pœnitentiæ,non eſt peccatoribus ſalus. 85.D
Pœnitentia in baptiſmo. 97.B
Pœnitentia totius vitæ. 97.C
Pœnitentia pro peccatis contra decalogum. Ibidem.
Pœnitentia agenda. 135.C
Pœnitentiæ agendi ignorantia. 101.F
Pœnitẽtiæ rectæ agendę conſiliũ.102.G
Pœnitentiæ agendæ forma. 100. M.135. E.25 .B
Pœnitentia de quibus ſit agenda. 97.B
Pœnitentia etiam de paruis agẽda.97.E
Pœnitentia agenda ſine dilatione.97.E. 452.L
Pœnitentia ad finem vitæ dilata.97.F. 98.G,& ſequentibus.
Pœnitentiæ ſpatio abutentes. 348.H
Satis eſt alienus à fide, qui ad agendã pœnitentiam pœnitentiã tempus ſenectutis expectat. 563.E
Pœnitentia ſera ſecurum nõ facit.97.F
Pœnitẽtia ſera,ſi vera,ẽ fructuoſa.99.F
Pœnitentia ſera nec tollit gratiã, nec diminuit. 451.F.452.I
Pœnitentiæ præſentis voluntarię valor. 774.H
Pœnitentiæ tempus. 101.C
Pœnitẽtię tps nõ prętermittẽdũ. 98.I
Triduum pœnitentiæ. 98.L M
Pœnitentia eſt iniungenda.85.B C.146. L.363.D
Grauis pœnitentia imponenda non eſt, ſed lenis & modica.145.L M.531.E F
An ſit error modicam imponere pœnitentiam. 531.F
Pœnitentia minor delicto. 101.C
Pœnitentia interior. Ibidem.
Pœnitentiæ incitatio ex grauitate culpę 101.E
Pœnitentia ſanctorum. 102.I
Pœnitentiæ laus. 102.M
Pœnitẽtia eſt correctio volũtatis.135.H
Pœnitentiæ prædicatio. 135.H
Pœnitentia per nauiculam moraliter deſignatur. 211.F
Pœnitentiæ locus. 283.F.531.F.632.G
Pœnitentia quomodo proderit. 325.F
Pœnitẽtia ſola liberat à periculo.347.B
Pœnitentiæ humilitas. 347.E
Pœnitentia quanta debet eſſe.424.L M
Peccatores per pœnitentiam deo occurrere debent. 464.L
Secularium ad pœnitentiam facilis conuerſio. 517.M
Compunctio ad pœnitentiam. 551.D
Deus poſt peccata pœnitẽtiam ſuſcipit. 567.A
Pœnitentia Chriſti nobis profuit.110.G
Pœnitentia Magdalenæ. 264.K
Pondus diei quid ſignificet. 451.E
Pontifices tres tempore paſſionis Chriſti,Hieroſolymis erant. 81.K
Pontificum Iudæorũ iuriſdictio. 623.B
Pontificalis virtus. 469.A
Pontificalia Chriſti indumenta. 639.F
Mixtio populi. 558.L
Populi feruor. 39.K
Commotio populi à Chriſto. 640.I
Populi gentilis & Iudaïci, concordia & diſcordia. 641.A
Chriſtus duos populos inuicem vniuit. 706.K
Populares ſolent eſſe maioribus deuotiores. 332.H
Porci & ſerpẽtes dæmonibus apti.214.I
Porci terrenos ſignant. 214.I
Porcini homines. 214.K
Portæ cur apertæ erant in natiuitate domini. 43.C
Porta anguſta. 188.G
Porta qua effertur peccator, quæ ſit. 205.C
Porta mortis animæ. 205.D
Porta aurea. 503.A
Portatores Chriſti. 61.I
Portitores quatuor moraliter qui ſint. 203.B
Non poſſe,quid ſit. 222.I
Deo quomodo omnia ſint poſſibilia. 447.A B
Poſſidere terram. 150.I
Cur Chriſtus apoſtolis prohibuit poſſeſſionem temporalium. 226.M
Homo à tot dæmonibus poſſidetur,quot vitijs ſubijcitur. 331.E
Chriſtus bis potatus. 676.H
Cauſa potationis Chriſti. Ibidem.
Per Chriſti potationem,diluitur primus delectabilis parentum guſtus. 677.C
Potentia ſua vti noluit dominus. 215.F
Potentia Chriſti. 292.K
Poteſtate non licet vti. 227.A
Poteſtas multiplex. 400.K
Poteſtas domini. 193.F
Poteſtas Chriſti in paralyticum tripliciter oſtenditur. 216.H
Poteſtas data Chriſto,vt homini.740.K
Quomodo Chriſtus poteſtatem in cœlo accepit. 740.L M
Præceptorum decem à Iudæis interpretatio. 157.E
Præceptum duplex. 189.B
Præceptum triplex. 195.F
Præcepta ordinantia hominem ad proximum,ex præcepto naturæ deriuantur. 189.C
Præceptorum domini facilitas. 189.B
Præcepti dandi triplex ratio. 222.I
Præceptis eccleſiæ & prælatorum obediendum. 244.I
Præcepti affirmatiui obligatio. 429.M
Præcepta legis. 439.E
Dei præcepta quæ ſint. 440.H
Præceptum,cõſilium,permiſſio,& prohibitio. 442.L
Præceptum magnum in lege. 528.I
Omnia præcepta tam primæ quàm ſecũdę tabulę,ad duo referunt.529.D E
Omnia præcepta vnum ſunt in radice charitatis. 329.F
Duorum præceptorum in vnũ reductio. 530.H
Omnia pręcepta legis, tam maxima q̃ minima,oportet implere. 535.E
Præcepta non ſecundum literam obſeruanda. 625.C D
Præcipitium domini & ſaltus. 291.F
Præcurſor dñi Ioannes,& quare. 93.F
Præcurſor diaboli in mentem. 383.B
Prædeſtinatio duplex. 256.L
Prædeſtinatio,& prædeſtinati. 575.A B
Prędeſtinatio conditionalis. 575.B C
Prædeſtinatio non tollit libertatem arbitrij. 575.F
Senſus compoſitus,& diuiſus,in propoſitionibus prædeſtinationis vel reprobationis. 576.G
Prædeſtinati ſolùm ad cœnam recipientur. 317.A
Prædeſtinati à deo, perire non poſſunt. 543.F
Prædicandi ordo quis ſit. 87.B
Cur Chriſtus aliquando præceperit ſua facta prædicari, aliquando verò prohibuerit. 195.E F.196.G
Cur Chriſtus miſit ad prædicandum apoſtolos. 224.I
Prędicare gẽtibus quando cõgruit.225.B
Prędicare ſuper tecta,quid ſit. 234.K
Prædicanda ſciri neceſſaria. 442.H
Prædicandũ omnibus ſine diſtinctione. 741.A
Prædicationis feſtinatio. 227.D
Prædicatio veritatis conuenit cum duritia cibi,& veſtis. 248.I
Tacendum eſt aliquando à prædicatione. 255.A B
Prædicatio euangelij grano ſinapis comparatur. 285. A,& ſequentibus.
Prædicationis ceſſatio. 320.M
Prædicatio aſſidua vileſcit. 517.D
A prædicatione ceſſandum non eſt,licèt non conſequatur effectum. 521.E
Prędicatio nec nimis aſſidua, nec nimis rara,eſſe debet. 561.B
Prędicatio non eſt differenda. 726.K
Prędicatio euãgelij in omni terra.729.B
Cur ab Hieroſolyma cœpta prędicatio. 729.B C
Prędicatio vſq; ad vltimũ terrę.747.H
Prædicatio Ioannis deſcribitur.82.K L
Prædicatio Chriſti. 135.A
Prædicationis Chriſti initium. 135.E
Prædicatio Chriſti conformis Ioannis. 136.G
Prędicatio Chriſti cur poſt Ioannẽ.Ibid.
Prædicationis Chriſti breuis, triplex ratio. 139.K
Prædicatio Chriſti. 141.E
Feruor Chriſti in prædicando. 334.H
Prædicationem Chriſti contemnentes. 520.L
Prędicatio apoſtolorũ. 761.F.762.G H
Prædicandi Iudæis præceptum, erat ad tempus. 741.B
Prædicator euangelij, & eius officium. 84.I.135.C
Prædicatores milites dicuntur. 88.G
Prædicator euangelicus Ioannem Baptiſtam imitari debet. 121.B.82.L
Prędicatoribus exemplum à Chriſto datum. 511.F
Prædicatorum differentia. 137.F
Prædicatori tria expedientia. Ibidem.

Prædicatoribus neceſſaria.229.F.230.G, & 747.A B
Prædicatores,& doctores, debent ſuam doctrinam operibus virtutis confirmare. 201.D
Prædicator quid poſt prædicationem faciat. 204.H
Prædicatores debent mitti. 224.L
Prædicatoris in deum fiducia. 226.I K
Prædicatorum merces. 226.M
Prædicatoribus prohibita. 228.I K
Prædicator præcogitet dicenda. 231.C
Prædicatores non ſolum verbis, ſed factis doceant. 246.H
Prædicatores vitent palatia. 247.I
Prędicatoris ſolicitudo ſuper ſalute hominum. 276.M
Prædicatoris,& prælati,cōditiones ſex. 288.M
Prædicatores à ſecularibus abſtineant. 338.K
Prędicator timore nō debet ſilere.351.A
Prædicatoris conuiuium. 354.M
Prædicator Lynci comparatur. 445.D
Prædicatorum nutritio. 682.G
Prægnantium tribulatio adueniēte Antichriſto. 542.M.543.A
Quid per prægnantes,& nutrientes,deſignetur. 543.A
Prelatorum perfectio. 33.F.735.F
Prælati dormiunt tripliciter. 283.B
Prælatus quid ſubditis debeat. 296.M
Contra prælatos apoſtolorum ſucceſſores. 297.B
Prælatorum pompa. 306.G
Contra prælatorum pompam Chriſtus non inuenitur equitaſſe, niſi aſinam, vel pullum eius. 496.I
Prælatorum auaritia. 336.I
Prælati ignaui reprehenduntur. 348.K
An prælatos liceat perſecutionem fugere. 368.L
Prælatorum culpa. 376.K
Prælati nunquam deſcendunt de mōte. 411.B
Prælati plus cæteris ad correptionem obligantur. 428.M
Prelatus etiā malus exauditur. 469.A
Prelatorum exemplum. 474.K
Prælatio non erit in cœlo. 477.B
Prælatus malus,idolum eſt abominationis & deſolationis. 542.G
Prelatorum malorum ſex proprietates. 561.F
Prælatus,in eodē defectu, magis quàm alij reprehendendus. 613.F
Prelati,ſeu curati,eccleſias dimittentes, Iudæis ſunt ſimiles. 652.M
Duæ conditiones in prælato, vel ſacerdote. 712.H
Pax collegij,dū prelatus in medio.731.B
Prælatus præ cæteris debet deum diligere. 735.F,& 737.D
Prælatorum periculum. 731.A
Præmium qui non quærit,amando meretur. 167.A
Præmium recipiētium diſcipulos Chriſti. 243.A B
Præmium ſeruientium deo. 259.C
Præmium duplex. 295.B
Præmiū triplex omnia relinquentium, & Chriſti ſequentium. 447.G
Præmiorum retributio. 569.D
Præordinatio diuina. 478.I
Præſciētia,& præſciti,ſiue reprobi.575. A B
Præſentationi domini interfuerūt quinque perſonæ. 60.M
Præſentationis puerorum ad templum cauſæ. 61.B
Oratio Mariæ in filij ſui præſentatione. Ibidem.C
Chriſtus cur voluit patri ſuo præſentari. 61.D
Præſentatio virginis Mariæ in templo. 787.A
Præſens pro futuro. 746.L M
Præſens deus eſt ſemper,& vbiq;.457.F
Præſentia ſaluatoris,tormentum eſt dæmonum. 213.E
Præſentia carnis Chriſti, ſpiritualem impediebat amorem. 597.C
Præſentia martyrum. 295.E
Ignorans præſidere non debet. 184.G
Pluribus in malitia præſidens,Ieſum videre non poteſt. 483.C
Præſumptio de ſe vitanda. 2.L.632 M
Præſumptionis mala. 541.B C
Præterita tanquam præſentia legenda ſunt. 5.A
Præteritum pro futuro. 732.G
Prætores,& prætorium,quid. 636.G
Preces cur pluraliter fiant. 175.E
Impoſsibile eſt multorū preces non exaudiri. 182.I
Preces Chriſti. 465.D
Primi nouiſſimi. 449.F
Gentile eſt primatum cupere.478.M. 479.A
Primatus ſpiritualis. 479.A B
Primatus eccleſiaſtici appetitio. 479.C
Primatus duplex. Ibidem.C D
Primitiæ membrorum deo offerendæ. 660.H I
Primogenitus antiquitus nomina patrum imponebantur. 31.B
Primogenitus. 39.D
Primogeniti oblatio. 67.D
Primogenita cur domino offerēda.56.I
Primogenita quæ redimebantur,& quę non. 61.D
Primogenita animaliū quid deſignent. 61.F
Principes mundi,& eccleſiæ.479.C E, & 515.C D
Princeps circa ſe grauis iudex ſit: circa ſubiectos,manſuetus. 531.F
Princeps ſuæ legis tranſgreſſor, grauius à deo quàm ſubditus punietur. 532.G
Principatus amor. 652.K
Principatus Chriſti,eſt crux eius. 654.I
Principatibus coæquandi. 421.D
Principium duplex. 7.B
Principijs obſta. 383.D.632.M
Pro,præpoſitio. 652.H
Proceſsio Papæ. 55.A
Proceſsio in templo. 60.M
Proceſsionis cauſę. 503.F
Proceſsionis,& paſsionis Chriſti comparatio. 503.F.504.G
Proceſsio, & Letania, quid deſignant. 657.F
Proceſsio diſcipulorum poſt Chriſtum. 750.I
Prodeſſe omnibus. 166.G
Prodigia. 275.D
Parabola prodigi ſex habet notāda.425. A B 426
Parabola prodigi, Iudaicum& gentilem populum deſignat. 425.B,& ſeq.
Proditor veritatis quis dicatur. 435.B
Proditionis prædicendę cauſæ.588.G,& 589.A
Chriſtus ſuum proditorem triplici de cauſa reuelauit. 588.G
Proditionis prædictio apoſtolos concitauit. 588.K
Proditoris confutatio. 589.G
Chriſtus Ioanni aperuit proditorem. Ibidem.D
Quare Chriſtus noluit publicare proditorem. 389.E
Proditoris permiſsio. 590.L
Proditoris commenſalis iniquitas.Ibid.
Profeſsio. 38.K
Profeſsio religioſorum, quid contineat. 242.L
Profeſsio Iudęorū audax,& cęca.634.M
Proficere in gratia, & ſapientia, poteſt aliquis dupliciter. 77.C
Proficere volentes ſunt in continuo conflictu. 707.A
Proficientium ſtatus. Ibidem.
In quibus proficere poſſunt ſuperiores apud inferiores. 532.G
Prognoſticatio per aſtra. 394.K L M.
Promiſſum deo reddere. 526.H I
Prophetæ falſi ſunt tres. 189.D
Cur Chriſtus cæteris prophetis præponebatur. 222.L
Prophetarum dignitas apoſtolis collata. 31.A
Prophetæ nomine,doctores intelliguntur. 243.D
Prophetæ in ſuis ciuitatibus vituperari. 243.K M.291.A B
Nullus
Nullus propheta ante Chriſtum,vitę æternæ verba habebat. 313.E
Prophetæ clariꝰ quę de Chriſto in lege erant,obſcura denūtiauerūt.522.G H
Prophetæ tria dixerunt de Xpo.475.F
Prophetare,quid. 458.L
Iniqui interdum prophetant. 162.I
Prophetia Simeonis. 59.D
Prophetiæ non ſunt cauſæ futurorum. Ibidem.H
Prophetiæ domini. 491.D
Proſelyti,qui dicantur. 534.M.535.A
Proſperis triſtitia admiſcet dominus. 413.F
Proſperitas eſt ſæpe cauſa tentationis. 37.C
Proſperitas humana triplex. 54.H
Proſperitas nocet. 279.B
Proſperitas præſens impedit aduerſitatis futuræ cautionem. 501.B
Prouerbium,quando dicitur. 373.E
Prouidentia diuina. 235 K L.470.K
Sine dei prouidentia nihil perit. 235.L
Prouidentia dei non cogit. 575.D
Prouidentia dei quomodo cognoſcitur. Ibidem.E F
Prouidentiā diuinā impedire volentes, eam contra ſe promouent.720.K M
Non eſt inquirendum vltra diuinam prouidentiam. 739.A
Proximus quis dicatur. 261. A,& ſeq. 442.G,& 525.C
Proximum facit opus miſericordiæ nō generis propinquitas. 262.M.263.A
Prudentes ſeculi. 454.L
Prudentes totam intentionem ſuam ad deum referunt. 565.B
Prudentia magna eſt ex temporalibus acquirere ſempiterna. 565.B
Prudentia ſerpentis in tribus. 229.E
Prudētia & ſimplicitas neceſſariæ ſunt. Ibidem.
Prudentia ſimplicitati adiuncta. 229.F
Prudentia in Chriſti ſermone. 361.F
Pſalmorum decem vtilitas, quos Chriſtus in cruce orauit. 679.F
Pſeudoprophetæ,pſeudochriſti. 543.E
Pſeudoprophetarum ſimulatio. 539.E
Pſeudoprophetæ ſunt tres. 189.D
Publicani qui dicantur. 87. D E.144. M.166.I.429.E.509.D.518.H
Publicanis & Ethnicis præſtare debemus. 166.K
Publicanus & Phariſæus orantes. 508.M
Publicani oratio humilis. 509.C
Publicanus orans, gentilem deſignat populum. 510.L M
Pudicitia eſt ſingularum virtutum comes. 13.F
Pudor eſt bonæ ſpei locus. 202.H
Pudor ſeculi amonendus. 405.F
Pudor operationis bonæ, quartus dæmon. 729.F
Pueri aſſueſcendi ſunt virtutibus & diſciplis. 69.L.73.D
Puerorum puritas. 438.L
Puerorum decem proprietates. 439.A
Tres pueri in fornace Babylonis,figurabant exiſtentes in limbo. 701.D
Puellæ cum quibus loqui debeant. 30.I
Puella in domo mortua,quid ſignificet. 221.B
Pueritiæ duratio. 416.I
Pueritiæ cōditiões quatuordecim.Ibid.
Pugilla,quid eſt. 31.G
Pulchritudo & præeminentia Chriſti. 289.B
Pulchritudo venenum animabus infundit. 419.A
Pulli columbarum cur offerebantur,& non columbæ. 57.D
Pulmentarium. 733.F.734.G
Pulmentarium à nobis petit Chriſtus. Ibidem.G
Pulſatio domini. 563.B C
Pulueris excuſsio. 228.I
Punctura triplex in mundo. 281.C D
Chriſtus punctus eſt. 695.F
Aut deus,aut homo,punit. 85.C
Punitur nemo immeritò, vt alius emendetur. 347.B
Quàm grauiſsimè Chriſti percuſſor puniendus erat. 625.B
Purgatio,& innouatio,in quo differant. 778.G
Melius in purgatorio ſuppleri reſiduū, quàm in inferno cruciari in æternū. 85.C,& 531.F
Purgatorij pœna omnem temporalem excedit. 98.L
Purgatorio omnes pœnitentes deſtinat Bernardus. 102.G
Purgatorij relaxatio per paſsionē Chriſti. 607.D E
Purgatorij duplex pœna. 774.G
Minor pœna purgatorij maior eſt, quā maxima pœna huius mundi. Ibid.
Purificationis lex. 56.H
Purificatio Mariæ. 56.H
Purificationi cur Maria voluit ſubdi. Ibidem K
Puſillanimitas noſtra arguitur. 234.L
Puſillanimitas noſtra, in quo conſiſtit. 483.B
Puſillanimitas bene agendi. 568.H
Puſillus grex. 177.B
Puſilli,qui dicantur. 418.G
Parabolæ tres contra ſcandala, & contemptum puſillorum. 422.G I K,& ſeq.& 423.G
Puteus Iacob,nunc Samaritanæ.272.M
Putredo eſt opprobrium humanæ conditionis. 768.M
Quadragenarius num erus ex quibus conſtat. 111. C
Quadragenarij conſecratio. 112.G
Quadragenarij numeri myſterium. 606.K
Quadrageſimæ initium,quando ſumendum. 111.D
Quadrageſimæ congruitas. 111.E
Deuotio in tēpore quadrageſimæ.112.G
Quadrageſimæ, & quinquageſimæ,cōſecratio à Chriſto. 744.I K
Quare Chriſtus quadrageſimo die voluit aſcendere. 745.A
Quadraginta diebus ieiunare, quid ſit. 111.D
Quadraginta dies,& non plures, cur dominus ieiunauit. 112.H
Quadraginta diebus aquæ diluuij inundauerunt. 112.H
Quadraginta dierum poſt reſurrectionem ad 40.horas mortis Chriſti cōparatio. 743.C
Quadriga vocatorum. 141.C
Ne te quæſieris extrà. 277.F
Quærendi dominum ſolicitudo. 73.H, & ſequen.
Quærendus eſt Ieſus cum Maria & Ioſeph. 75.D
Quærentes Ieſum. 311.C D E
Quærētium dominum intentio. 359.B
Quærentes, & non inuenientes Chriſtum. 360.I
Quærunt crucifixum pauci. 712.I
Modus quærentium. 715.D
Quiſq; magis ſua, quàm dei & eccleſiæ quærit. 536.G
Quantitas pœnę metiri debet pro quātitate culpæ. 85.C
Quarantena mons. 109.C
Quaſi vnigeniti &c. dictio, quaſi, quomodo ſumitur. 90.M
Quid per tres quaterdenas, ter quatuordecim generationes. 33.A
Quaterdenæ tres generationes, quid repręſentant. 33.A
Quaterdena ſecūda,quid deſignat. 33.C
Item tertia quaterdena,quid.Ibidem.E
Quatuor peccatorē portantes. 205.B C
Quatuor millia hominū Chriſtum ſequentium. 392.H
Quieſcendum interdum eſt. 255.A
Quies Chriſti quadruplex. 93.F
Quies in paſsione Chriſti. 610.K L
Chriſti poſt vocationem quietio. 124.I
Quinq; panum,& duorum piſcium,miraculum. 297.A,& ſeq.
Quinq; panes moraliter, quinq; dona ſenſuum. 300.G
Quinq; virgines quare futuæ dicantur. 565.A
Quinq; virgines prudentes. Ibid.A B

Quinarij numeri myſterium. 606.K
Quouſq; dictio. 433.D
RAbbi vocari, vel vocare, non debemus. 533.D
Rabboni, quid ſit. 717.B C
Racha, quid ſit. 157.F.497.C
Cur Rachel dicatur ploraſſe filios Iudę 47.E
Rachel eccleſiam ſignificat. Ibid.F
Radices arboris ſunt cogitatiões. 46.L
Radices peccatorum tres. 101.B
Rama, quid ſit. 47.D
Rami arboris ſunt deſideria. 48.I
Ramos arborum cædere. 498.C
Ramos in manibus portare. 499.C
Rancor animi dimittendus. 173.E F. 431.B
Rapere, quid ſit. 250.G
Rapina cauenda. 87.D E
Ratio cõparatur Centurioni. 200.M
Ratio, rex eſt in regno. 278.M
Ianitor eſt ratio. 569.F
Ratio, interioris hominis caput. 585.C
Ratio in Chriſto inferiores vires regebat. 514.L
Ratio factorum dei, non eſt diſcutiẽda. 257.E
Ratio reddenda de omni verbo otioſo. 326.L
Ratio de omnibus reddenda. 432.G
Rebellio contra bona. 482.G
Receſſus Chriſti cauſæ. 320.H
Recidiuantis periculum. 343.I
Recipere Chriſtum. 243.A
In nomine Chriſti recipere. Ibid.B
Recipitur quis dupliciter. 243.C
Recipientium merces. 243.D
Recipiendorum triplex differentia. 244 G
Recipiendi peccatoris modus. 427.A
Recluſio corporalis ſine mentali, nihil aut parum prodeſt. 36.K
Reconciliandi forma. 158.K
Reconciliatio per talionem. Ibid.L
Homo eo ordine reconciliatur, quo ipſe peccauit. 18.I
Recti, qui. 94.G
Redargutio culpæ, non eſt contumelia perſonæ. 336.M
Reddentium genera. 377.L
Reddendæ ſunt deo vices. 266.L M
Reddere quæ ſunt Cæſaris Cæſari. 526.G H
Deo quæ ſunt reddenda. 526.G H I
Redemptio eſt plena ab omnibus malis liberatio. 553.H
Chriſti deſiderium ad noſtram redemptionem. 617.A B
Redẽptio copioſa in morte Xpi. 684.L
Redemptionis beneficiũ maius eſt quã creationis. 695.C D
Reditus Chriſti. 71.E
Refectio vtraq; cur in monte facta fuerit. 392.I
Contemplatio ſuper refectione Chriſti ab angelis. 118.K
Refugia domini tria. 210.G
Regenerationes duæ. 448.G
Regenerationum congruentia. 410.K
Reges qui ſint. 54.G
Regis nomen peccãdo amittitur. 54.H
Rex iniuſtus omnes miniſtros habet impios. 51.C
Qualis rex, talis pręparatio regis. 553.A
Rex quo interdum capiatur. 241.B
Reges tres qui Chriſto munera obtulerunt, vnde dicebantur. 49.E
Chriſtus rex eſſe noluit. 300.L
Rex cœlorũ voluit homo fieri. 479.F
Rex tuus quis dicatur. 495.B
Rex Chriſtus quare dicatur. 571.E
Marcus probat Chriſtum eſſe regem omnium. 756.I, & ſequen.
Regina Saba Magos figurauit. 54.I K
Regina Saba electa, & ſecundum quoſdam Sibylla. 330.G
Regina Saba quomodo iudicabit gentẽ Iudaicam. 336.I K L
Regina Auſtri gentilis. 330.H
Regina Auſtri animam deſignat rationalem. 330.K
Regnum temporale. 181.A
Regno nihil potentius in terra. 323.B
Regnum diuiſum. 323.A C
Diuiſio regni Iudææ. 71.F.72.G.82.I
Reſtitutio regni Iſraël duplex. 747. E F.748.G
Filij regni ſunt Iudæi. 199.D
Regnum ſanctorum. 765.M
Regnum Satanæ. 323.B
Regnum cœlorum quatuor modis dicitur. 83.C
Regni cœlorum promiſsio prima per Ioannem Baptiſtam. 183.D
Regni cœlorum ianuis appropinquare. 135.C
Regnum cœlorũ promittitur in omnibus beatitudinibus. 153.F
Regnum cœlorum pro eccleſia. 157.C
Regni cœlorum nomina. 225.D
Regnum cœlorum vim patitur. 249.F
Regnũ cœlorũ emẽtes & furẽtes. 250.I
Regnũ cœlorum datur gratis. 250.K
Regnum cœlorũ pauperum eſt, non diuitum. 460.H
Regnũ cœlorũ percipere nequeũt, qui hîc toto deſiderio terram quærunt. 461.D
Regnum cœlorũ quibus paratũ. 478.I
Regnum cœlorũ proſcribentes. 534.H
Regnum cœlorum æterna beatitudo eſt. Ibidem.I
Regnum cœlorum tantum valet, quantum habes. 579.I
Regum dei triplex. 171.I.544.I
Regnum dei prius quærendum. 181.A
Regnum dei, & eius aduentus. 544.H
Regnum dei interdum pro gratia dei accipitur. 544.H
Regnum dei in quibus eſt. 544.I
Regnum dei quatuor de cauſis comparatur æſtati. 553.L
Regnum dei paratum ante mundi conſtitutionem. 571.F
Regnum Chriſti quale erat. 22.H
Qui ſint de regno Chriſti. 22.I.477.E F
Regnum Chriſti ſine fine. 22.K
Chriſtus deſtruxit regnum peccati, & conſtruxit regnum virtutum. 59.F
Chriſtus regnũ oblatũ reſpuit. 300.K L
Regnũ Xpi nõ eſt de hoc mũdo. 637.C
Regnum Chriſti in mundo nulli cõtrarium. 637.D
Conditio regni Chriſti. Ibidem.E
Chriſtus non aliter regnat in nobis, niſi per aſperitates. 654.I
Regulus interfuit nuptijs Architriclini 277.C
Regulus multipliciter dicitur. Ibidẽ.C
Reguli filius myſticè. 278.I
Regulus quilibet. 279.A
Relatio ad diſcipulos facta. 713.B
Religio eſt quoddã medium inter cœlũ & mundum. 247.K
Religio dicitur caſtellum. 272.H
Religio per ſolitudinem Ioannis in deſerto figuratur. 247.K
Religio per arborẽ fici intellecta. 348.I
Religio dicitur paradiſus. 483.E
Religio poteſt dici vinea plãtata à Chriſto. 520.I
Damnatio ſumma eſt, imperfectè viuere in religione. 71.D
Religio, nolentibus parentibus, accepta ri poteſt. 74.G
Religio intrantes doloſè. 208.G
Religionis ingreſſus non differendus. 208.I.209.A
Religio obſeruanda. 209.D
Peccant qui vocatũ ad religionẽ per mala exempla apoſtatare faciunt. 535.A
Religioſorum perfectio. 33.E
Religioſorũ deuotio ad Ieſum paruulũ. 55.E
Religioſorũ inanis gloriatio. 85.D
Religioſi mortui ſunt mundo. 126.G 679.E.693.B C
Religioſorum inobedientia. 136.I
Religioſis quæ ſint relinquenda. 139.D
Religioſi an repetant ablata. 163.C
Religioſus retroſpiciens. 209.A B C E
Religioſi mali dęmoniacis ſunt ſimiles. 213.D
Religioſi peregrini. 226.K
Primi religionis patres, vrbes relinquebant. 305.E
Religioſi
Religioſi plus in Salmone, quàm in Salomone ſtudent. 306.H
Religioſus vitioſus, mõſtrum eſt. 307.F
Religioſi optimi, aut peſsimi. 708.K
Religioſi ficti. 468.H
Religioſorum & ſecularium comparatio. 452.G
Religioſus ad quam eleemoſynam tenetur. 456.G H
Status religioſorum. 242.D
Religioſi ſecularibus dediti. 526.G
Religioſis parabola duorum filiorum applicanda. 518.I.519.B
Religioſorum tranſmiſsio. 641.D
Religioſi pro obediẽtia feſſi, crucis Chriſti portationem conſiderent. 657.G
Religioſi Pariſienſis reſponſio ad matrem. 667.B
Omnia relinquere. 140.G.447.C
Omnia relinquenda. 447.E
Non omnia relinquit, qui ſeipſum non relinquit. 447.F.448.G
Remedia contra vitia. 4.G
Remiſsio offenſæ. 173.E
Remiſsio iniuriæ. Ibidem.
Quoties remittendum ſit. 430.L
Offenſa ſemper, ſed non ſemper iniuria remittenda. 431.D
Remiſsionum modi duodecim. 434.L
Remiſsio peccatorum exigit fidem in adulto. 216.H
Remittendi poteſtas. 730.G
Deus ſemper remunerat ſupra cõdignũ, & punit citra condignum. 9.B
Deus non tam quantitatẽ laborũ, quàm quantitatẽ operum remunerat. 554.K
Renũtiare omnibus, relinquere omnia. 241.G
Myſteria reparationis humanæ. 2.I K. & 3.A
Repercutientis damnum. 162.I
Repercutiendum non eſſe. 162.K
Repetere ſua dupliciter fit. 163.B
Reprobari quidam ex domo Abrahę & Iſaac fuerunt. 22.I
Reprobationis Iudæorum cauſa. 518.K, & 520.G
Deus reprobat ſecundum iuſtitiam, & prædeſtinat ſecũdum miſericordiã. 575.
Reprobi de beneficio, ſemper efficiuntur deteriores. 433.C
Reproborum bona. 462.M
Repudium non faciendum. 160.I
Repulſa dignus. 603.E
Requies ſanctorũ ĩ terris puſilla. 254.M
Requies animarum in præſenti, & futura, vita. 259.C
Res, affect⁹, aut doctrina eſt dãda. 164.G
Res quæ perditur. 240.G
Res veræ quæ ſint. 365.F
Res humanæ fumo ſunt ſimiles. 442.G
Reuerſio rerum. 696.H
Reſeruata deo tria. 197.B
Reſidere ſuper beneficia. 305.B C
Contra non reſidentes ſuper beneficia ſua. Ibidem.C
Reſpectus Chriſti ad filias Hieruſalem. 655.E
Quando non reſpondendum. 626.M
Chriſtus quandoq; reſpondet, quandoq; non reſpondet. 642.I
Non eſt ſemper ad quęlibet interrogata reſpondendum. 651.A
Reſponſio Chriſti ad matrem qualis fuerit. 75.E
Modeſtia Chriſti in reſpondendo. 114.H I
Reſpõſio Chriſti ſemper mollis. 367.A
Reſponſio Chriſti ad diſcipulos Ioannis. 246.L
Reſponſio Chriſti ad Iudęos calumniãtes. 517.B
Reſtitutionis lex. 484.L
Reſurrectio vera, quid eſt. 727.E
Reſurrectio futura. 231.A
Reſurrectiõis futuræ meditatio. Ibid.B
Subita mortuorum reſurrectio, & vocatio. 553.B C D.775.E
Status reſurgentium. 728.G
Tempus reſurrectionis generalis. 557.A
Reſurrectio omniũ vniuerſalis. 565.E F. & 775.B.
Reſurrectio defunctos maiores reddit. 310.L
Reſurgentium differentia. 775.B C
Reſurrectio tria corriget in natura. 775.D
Reſurgent corpora numero eadem, quę prius. 775.D
Reſurgent corpora in iuuenili ætate, & robore. 775.D
Quicquid ad decorem naturæ facit, in reſurrectione redibit. 540.H I
Infideles non reſurgent ad iudicium, ſed ad damnationem. 776.K
Reſurrectionis futuræ impugnatio. 526. M. & 524.A
Reſurrectio corporum probatur. 524.E
Reſurrectio mortuorum aſſeritur. 553. A B. & 721.D
Reſurrectionis ſignum. 713.D
Teſtimonium reſurrectionis ab aduerſarijs. 720.I K
Veritatem reſurrectionis fatentur ſimplices. 720.L
Reſurrectio prima, & ſecũda. 704.G H
Reſurgendum à peccato. 706.G H
Reſurrectionis à peccato modus. 206.K
Reſurrectio Chriſti. 476.H.603.B C
Cur Chriſtus reſurrectionem ſuam diſcipulis prædixit. 476.H I
Reſurrectio Chriſti non fuit differenda. 703.F
Reſurrectio Chriſti eſt cauſa, & figura, noſtræ. 704.G.727.G
Reſurrectionis dominicæ acceleratio. 704.I
Chriſtus plenus gaudio reſurrexit. Ibidem.L M
Figuræ variæ reſurrectionis dominicæ. 704.M.705.A H I
Excellentia diei reſurrectionis. 705.D E
Tempus reſurrectionis Chriſti. 710.M
Chriſtus reſurrexit clauſo monumẽto. 711.D
Cur Petro iuſſit Chriſtus ſuam annunciari reſurrectionem. 712.L
Duo viri reſurrexerunt cum Chriſto. 721.E
Certificatio de reſurrectione Chriſti per tria. 728.K
Reſurrectio Chriſti ſufficientibus probata ſignis. 742.M.743.A
Reſuſcitationis tria ſigna. 205.E
Reſuſcitandi modus. Ibidem.F
Mora reſuſcitationis. 465.F
Retia lauare, quis dicatur. 137.B
Retia reficere. 139.B C
Rete Chriſti eſt verbum dei. 734.H
Retentio taxatur. 340.L
Retributio à domino petenda. 354.K
Retributio ſpecialis. 448.I
Retributio conſideranda. 449.C
Retributio iuſta, & miſericordia abundans. 451.F
Aeterna retributio. 574.I
Retributionis cauſæ. 574.L
Non eſt reuertendum retrò perſeuerare volentibus. 542.L
Reuelationes veræ. 545.E
Reuerentia Iudæorum ad libros veteris teſtamenti. 289.A
Ridendi nullum tempus. 155.E
A riſu abſtinendum eſt. 206.M
Riſus domini. 465.B
Robertus Pręmonſtratenſe monaſteriũ ædificauit. 333.B
Romani abſtulerunt à Iudæis regiam dignitatem. 277.C.637.B.652.G
Mos Romanorum in condẽnando. 636.I
Romphea amota à paradiſo. 705.D
Roſæ proprietas. 485.F
Ruina malorum. 193.A
Ruina vitiorum per Chriſtum. 59.F
Ruina oppreſsi. 347.B
SAbbatum, quid deſignet. 691.F
Sabbati inſtitutio. 315.B
Sabbati dominus. Ibidem.
Chriſtus ſabbatis pręcipuè in ſynagogis docet, & operatur. 318.I
Sabbato curare. 318.K.351.F
Sabbato pręcipuè operatus eſt dominus virtutes. 319.B
Chriſtus excuſatur in ſabbato operãdo. 345.C
Sabbata quomodo ſanctificanda. 350.I

Sabbatum obſeruare. 369.F
Sabbato ieiunare licet. 343.D
Mariæ & ſociarũ, in ſabbato ſancto exercitium. 699.G H
Sabbati ceſſatio. 699.I
Sabbatum trinitatis ſanctæ. Ibidem.
Sabbati iter. 750.G H
Sabellij hæreſis circa trinitatem. 378.H
Sacra tãgere vereãtur peccatores. 138.H
Sacerdotes, tanquã vicarij Chriſti, ſunt miniſtri confeſsionis. 99.D E F
Sacerdotes angeli vocantur. 240.A
Contra ſacerdotes ſecularia tractantes. 270.H
Sacerdotes licèt nõ ſancti ſint, homines tamen ſanctificant. 417.E
Sacerdotum cura. 505.A B
Sacerdotium cognoſcitur infirmũ à fructu populi. 505.B
Sacerdos in miſſa quid agat. 509.B
Sacerdos quinquies ſe vertens ad populũ quinq; Paſchæ apparitiones repręſentat. 730.L
Sacerdotum promiſsio ad deum. 518.L
Omnia facienda ſunt, quæ à ſacerdotibus præcipiuntur. 531.C
Sacerdos circa vitam ſuam ſit auſterus, circa aliorum benignus. 531.F
Sacerdotes Chriſtiani ſicut & Iudaici, cum viduis manere nõ debent. 534.K
Bonus ſacerdos ſuper omnem populum glorificatur. 562.G
Malus ſacerdos ſuper oẽs punitur. Ibid.
Sacerdos pro eodem peccato grauius populo punietur. 564.G
Contra ſacerdotes ſceleſtos. 587.F
Cur angelis nõ eſt commiſſa ſacerdotij poteſtas. 632.L
Sacerdotes multi à Dauid inſtituti. 16.G
Summus ſacerdos ſolus intrabat ſanctũ ſanctorum. 16.I
Summus ſacerdos clauẽ ſuper humerũ portãs ad ſancta ſanctorũ, Chriſtum crucem portantem figurabat. 654.L
Sacerdotum inferiorum miniſterium. 16.H I
Sacerdotes primi, & ſecundi ordinis. 255.B
Sacerdos & Leuita. 261.E
Sacerdotum legaliũ abſtinentia. 17.E
Sacerdotum veteris legis peccatum non curauit. 261.E
Sacerdotũ Hieroſolymorum auaritia. 504.K L. 508.H
Murmur ſacerdotum aduerſus Chriſtũ. 516.M. 517.A
Sacerdotum cenſura. 531.B
Sacramenti diffinitio. 108.M
Sacramentum in tribus conſiſtit. 108.M
Sacramẽti efficacia. 109.A. 237.I. 683.D
Sacramentorũ numeri ratio. 109.A
Sacramẽta caracterẽ ĩprimẽtia. 109.A B
Chriſtus cur accepit ſacramenta. 104.G
Sacramentorum inſtitutio. 108.K
Sacramentorũ inſtituendorum cauſæ. 107.L. 594.H
Sacramenta quinq; ſolus Chriſtus initiauit. 108.L
Quare Chriſtus inſtituit ſacramentum altaris. 593.F
Miniſter in ſacramẽtis conferendis non eſt attendendus. 120.I K
Noſtra ſacramenta ad finem mundi durabunt. 583.A
Intẽtio in ꝑcipiẽdis ſacramẽtis. 684.G
Sacramenta ſaluti neceſſaria. 684.H
Chriſtus virtutem ſuam non alligauit ſacramentis. 732.I
Tria ſacrificij genera. 594.M
Sacrificia veteris legis erant accepta ex fide offerentium. 16.I
Sacrificiũ matutinũ, & veſpertinũ. 61.F
Iuge ſacrificiũ, quid deſignabat. 119.A
Sacrificium ſine miſericordia deſpicit deus. 144.K
De alieno nullus poteſt deo facere ſacrificium. 381.F
Saducæi vnde dicuntur. 83.A
Saducæorum ad Chriſtum acceſsio. 526.L
Saducæi, qui ſint. 526.M
Sagena fidẽ, & eccleſiã, ſignat. 287.D E F
Sal diſcretio dicitur. 156.H
Salis virtus. Ibidem.
Salis deprauatio. 156.I
Salem, quid ſit. 133.B
Salomas interpretatur pacificãs. 707.A
Salomon in throno, Chriſtũ figurabat in præſepio. 54.I
Throni Salomonis figura. 54.K
Salomonis porticus. 377.B C
Salomoni comparatur Chriſtus. 696.L
Saltatio triplex. 252.H
Omnis ſalus, & ſpes in Chriſto locanda. 54.M
Salus animæ non eſt propter temporalia negligenda. 405.C
Salutis procuratores quatuor. 217.F
Salus ſummè diligenda. 419.F
Salus corporis à deo quærenda. 22.D E
Salus peccatorum, refectio dei eſt, & ſanctorum. 226.M
Salus vera non eſt nolenti. 480.L
Salus duplex. 498.G
Salus in excelſis. 498.H.
Salutis incertitudo. 558.I M
Salutis noſtræ operatio. 695.C
Salutare in via prohibitum. 227.C
Salutatio angelica eſt cæteris excellentior. 20.L
Salutationis Mariæ effectus. 26.G
Dei ſolius eſt ſaluare à peccatis. 21.F
Saluum facere populum à peccatis, ibidem.
Saluantis aliquem præmium. 418.M
Saluari impoſsibile eſt non frenantem paſsiones. 462.I
Deus vult omnes homines ſaluos facere. 538.H
Status ſaluandorum tres. 281.E
Saluandorum paucitas. 343.C. 452.I
Tres ſaluandi. 498.L. 576.M
Ordines ſaluandorum. 458.L M
Multi ſaluandi ſunt in charitate imperfecta. 562.M
Deus præuidet modum, quo aliquẽ præuidet ſaluandum. 575.G
Vnum ſaluandũ curauit dominus. 732.I
Samaria. 272.L
Chriſtus cur ſolum per duos dies manſit Samariæ. 276.C
Samaritanus, quid interpretatur. 367.B
Samaritanus cur vocat[9] Chriſtus. 366.M
Samaritani qui dicebãtur. 225.B. 366.M 366.B. 473.C
Samaritani hæreticos deſignant. 225.D
Samaritanorum religio ob leones introducta. 273.D
Samaritanorum introductio. 273.D
Samaritani habebãtur Iudæis tanquam excommunicati. 273.E
Samaritanorum deuotio. 275.F
Samaritani cur Chriſto negauerunt hoſpitium. 273.D
Samaritani occiſi locus. 109.C D
Samaritanæ deuotio in Chriſtum. 274.K L
Figura victorię Chriſti in Sãſone. 618.G
Samſon reſurrectionem Chriſti figurauit. 706.H I
Samuel Chriſtum figurauit. 57.A
Chriſtus ſanabat, vt deus: ſed orabat, vt homo. 197.C
Quare Chriſtus quibuſdã ſanandis manum impoſuit. 203.E F
Cur dñs ſeruum Reguli ſanauit. 278.H
Chriſtus quinq; fecit ſanando curuam mulierem. 349.F
Sanandi modus quem Chriſtus obſeruabat. 388.E I
Chriſtus quos ſanauit corpore, ſanauit & anima. 471.E. 487.A
Chriſtus inimicorum ſuorum vulnera ſanat. 620.H
Sanitate digni. 144.I
Sanctus, idem quod firmus. 901.F
Sanctum: ibi cùm dicitur, ſanctum vocabitur &c. quomodo ſumitur. 23.E
Sancti libentiſsime reſpiciũt Chriſti vitam legentes. 2.H
Sanctorũ veteris & noui teſtamenti differentia. 145.F. 409.D
Sancti cur auibus comparantur. 179.D
Aquilis aſsimilantur ſancti. 545.B
Sancti primitiui primò quæſierunt regnum dei. 181.B


Sancti




Sancti inuocandi in adiutorium. 203.A
Sanctorum numerus. 223.C
Sanctorum memoria. 295.C
Sanctorum imitatio neceſſaria. 295.F
Ridiculum eſt ſanctos honorare conuiuijs. 315.F
Sanctorum petitio. 549.B C
Sanctorum ſolennia, natalitia vocantur. 600.K
Sanctorum redemptio. 702.K
Deus in ſanctis ſuis laudãdus eſt. 771.D
Simulata ſanctitas, duplex eſt iniquitas. 51.F. 257.D. 518.H I. 534.L
Sanctitas non venit per propagationẽ naturæ. 85.E
Sanctitas ante ſanctos fuit, & nõ contra. 537.C
Error vulgarium circa ſanctitatẽ ſuam. 494.K
Maius eſt quod ſanctificat, quàm quod ſanctificatur. 535.B
Sanctificatio nominis dei. 171.F
Sangar Chriſti figurauit victoriã. 618.G
Sanguinem in die circuncifionis ſuę Ieſus cœpit fundere. 47.C
Sanguinem ſuum ſexies fudit Chriſtus. 47.D
Senaria ſanguinis Chriſti effuſio, quid deſignet. 47.E
Sanguinis vnica gutta ad redẽptionem mundi ſuffeciſſet. 47.F
Requieſcentes in ſanguine Chriſti. 635.D E
Sanguinis & aquę lateris Chriſti efficacia. 684.H I
Chriſtus primò ſuum bibit ſanguinem, inducens cęteros ad bibẽdum. 592 M
Chriſti ſanguis effuſus pro multis efficiẽter, & ꝑ omnibus ſufficiẽter. Ibid.
Sanguiſuga, quid ſit. 273.M
Sanguiſugę filiæ, quæ. 352.H
Sapere ſola cœleſtia debemus. 402.I
Sapiens quid agat, & quid non. 412.G
Inter ſapiẽtes, humilior eſt inter ſapientes ſapientior. 257.D
Sapientia Chriſtiana in quo conſiſtat. 53.A
Sapientiæ Chriſti plenitudo. 72.M
Sapientia dando creſcit. 164.L
Sapientia reuelata paruulis. 257.A
Sapiẽtiæ ſtudentes nõ ſunt otioſi. 267.M
Sapientia quaſi ſapida ſapientia. 394.H
Sapientia in patria. 781.E
Sapientia multiplex. 455.A B
Sapientia neceſſaria. 455.A
Sapientia ſuperflua. Ibidem.
Sapientia nociua. 455.A
Sapientia mundi. 257.A B. 454.M
Saphirus. 444.I
Sardius. 445.F
Sarepta, Sidoniæ vrbs. 291.B
Satanas, quid interpretetur. 402.H
Satanæ caſus. 255.E F
Introitus ſatanæ in animã Iudæ. 579.B
Satanam intrare in hominẽ. 189.I K L
Satanas in aduentu Antichriſti ſoluetur. 543.G
Satisfactio, tertia pars pœnitẽtiæ. 100.L
Satisfactio pœnam dat pœnitẽti, & deo honorem. 101.A
Satisfactio quomodo facienda. 393.B
Satisfactio iniuncta, non eſt prætermittenda. 98.I
Satisfactionis iniunctio qualis debeat eſſe. 467.A
Satum, quid eſt. 285.D
Saturatio domini. 258.H
Saul Iudam, & Iudæos, figurauit. 619.D
Scacorum ludus. 460.I
Scala Iacob. 98.M
Scandalum, quid. 414.M
Scandalum eſſe, quid. 402.H
Scandalizati, quid. 418.G
Scandalizat nos quis tripliciter. 419.B
Scandalizati in Chriſto. 247.B
Scandalizantium malum. 307.A
Scandalum acceptum nõ datum. 382.H
Scandalum quomodo vitandum. 159.H. 410.B
Scandali vitatio à Chriſto. 413.M
Opus bonũ de ſe non ſcandalizat. 415.A
Scandali malum. 418.G
Puſillorum, & magnorum, ſcãdalizatio. 418.G H
Mors ſcandalo præferẽda. 418.H I
Scandala expediunt. 418.K
Remedium contra peccatum ſcandali paſsiui. 419.B C
Membra noſtra quomodo nos dicuntur ſcandalizare. 419.B C D E
Dimittenda pro ſcandalo. 419.G
Scandalizatio gentium per nos. 524.M
Scandalum dubitationis paſsi ſunt apoſtoli. 595.E
Prodenda nõ ſunt occulta ſcelera. 589.E
Scenophegia, quid ſit. 357.D
Scenophegiæ duratio. 359.F
Scire verum, quid eſt. 4.I
Si Chriſtum bene ſcis, ſatis eſt, ſi cætera neſcis. 4.I
Scire & non facere, grauat. 370.M
Scientia perfecta quæ ſit. 188.M
Scientia magiſtri in diſcipulis collaudatur. 245.C
Scientia culpam aggrauat. 563.F
Scire cogitationes ſolius dei eſt. 131.B
Scire, & neſcire, dei. 192.G. 475.D
Scire in deo, quid ſit. 556.L
Scientia dei ab æterno ſuper hominum conuerſatione. 254.I K
Scientia dei nõ imponit neceſsitatẽ rebus, nec liberũ ĩpedit arbitriũ. 418.L
Scribæ docentes locum natiuitatis Chriſti, & eum non adorantes, malos deſignant prædicatores. 51.L
Scribæ & ſacerdotes necẽ Chriſti adhuc paruuli meditabãtur cũ Herode. 70.I
Scribæ intentio. 207.D
Scriba in trib[9] à dño reprehẽdit. 207.F
Scriba doloſus. 208.G
Scribarum malitia. 222.L
Scribæ & Phariſæi per ſcripturas ſciebant Chriſti aduentum. 534.I
Quomodo ſcribæ & Phariſæi velabant ſcripturas, vt homines retraherent à cognitione Chriſti. 534.I K
Diligentia ſcribarum prodeſt fidei noſtræ. 695.A
Nullus, niſi abijciat carnalia, dignus eſt ſcribi in libro vitæ. 31.B
Scriptura Chriſti in terra. 362.H I
Scripturarum varia imaginatio. 4.M
Aſſertiones ſcripturarum incertæ, ſunt præſumptuoſæ. 4.M
Modus legẽdi ſacram ſcripturam. Ibid.
Scripturæ in cordibus habendæ, vt dæmones fugent. 6.H
Scripturę nõ ſunt nobis datæ, vt eas ſolùm in libris habeamus. 6.H
Scripturæ ſanctæ effectus. 6.H I K
Scripturæ ſacræ non promittunt in hoc ſeculo, niſi tribulationes. 37.E
Quare ſcriptura nõ expreſsit quid fecerit Chriſtus vſq; ad annũ trigeſimum. 78.G
Scripturæ ab imitatione operum nomina imponunt. 85.B
Sacræ ſcripturæ intẽdendum eſt. 254.G
Scripturarũ laus, & vtilitas. 254.H. 753.E
Scripturæ libri, vitæ mutatio. 255.L M
Scripturæ de Chriſto teſtimonium perhibebant. 345.F
Scripturæ potius, quàm aſtrologiæ, credendum 394.M
Scripturæ magnæ ſunt autoritatis. 462.G H
Sacræ ſcripturę ſunt regnum cœlorum. 534.H
Contemnens ſcripturas nunquam perficietur in illis. 518.M. 519.A
Sacra ſcriptura interpretanda eſt, prout eam Chriſtus ſeruauit. 625.C
Scripturarum intelligentia dependet à deo. 729.A
Scorpius, niſi calcatus non pungit. 153.D
Scorpio ſpei contrariatur. 186.K
Scorpiones quos deſignent. 256.G
Sebaſte. 272.L. 473.C
Secreta non inquirenda. 257.E
Sectæ Iudæorum tres. 526.L M
Securitas magna quæ ſit. 235.F
Securitatis ſtultæ confidentia. 241.B
Sedendi, & ſtandi, in prædicando mos. 149.D
Qui dicũtur ſedere in cathedra Moyſi. 531.B

Sedere in ciuitate,quid ſit. 747.B C
Seſsio Chriſti ſuper aſinam & pullum, quid ſit. 695.F
Seſsio Chriſti & diſcipulorum ad menſam. 696.M.697.A
Sedes Dauid. 22.G
Seductio duplex. 754.I
Seductor bonus Chriſtus. 754.I
Seminum dei genera. 280.K
Semen ſecus viam cadens. 280.L M
Semen ſupra petram cadens. 281.A
Semen cadens inter ſpinas. 281.A B C
Seminũ non fructificãtium ordo. 281.D
De ſemine tres partes pereunt. 282.I K
Semen bonum duplex. 282.M
Semen tripliciter extinguitur. 282.M. 283.A
Semina tria cœleſtia. 283.D
Semen quid in homine proficit. 284.K
Seminis profectus. 284.L M
Semen iacere in terram. 284.L M
Quid ſeminat deus. 568.G
Semëi cõuitia in Dauid,Iudæos in Chriſtum figurauit. 649.B C
Semitæ domini. 94.G
Semper,aduerbium. 750.M
Senarius numerus nonvacat à myſterio. 18.I
Senium,quid ſit. 451.C
Senij hominis & mundi comparatio. 556.M,& ſequentibus.
Senſus proprius vituperandus. 77.A
Senſus noſtri. 344.A
Senſus omnes in Chriſto paſsi. 676.I K
Senſus tactus,& viſus,minus decipi poſſunt. 730.K L
Senſualitas,& ratio. 203.C
Sententia non præcipitãda. 361.F.526.G
In dubijs ſuſpenſam debemus tenere ſententiam. 736.I
Sententia dæmonũ de Chriſto. 203.G
Sentẽtia dominivalde timenda. 357.A B
Sententia Chriſti pro adultera. 362.G H
Sententia paſtoris ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè prolata,ſemper timenda eſt. 399.M. 401.A
Separantur in oratione, qui ſeparantur in paſsione. 611.B
Separatio bonorum,& malorum. 571.C
Sepelire patrem impedit à perfectione. 209.E
Sepeliendi operis omiſsio. 574.K
Corpus Chriſti in ſolo panno lineo ſepultus. 690.L
Deuotæ perſonæ debent cum Chriſto ſepeliri. 692.K
Sepeliendi cũ Chriſto forma. 695.B
Sepeliendorum corporum conſuetudo. 711.C
Sepulchrũ q̃d,& vnde dicat. 336.K.532.L
Chriſtus quomodo totus in ſepulchro iacuit. 25.D E
Ecleſia ſancti ſepulchri. 658.M.659.A
Sepulchri Chriſti forma,ſitus,color. 691. C D
Cuſtodia ſepulchri fidei cõducit. 694.K
Sepulchri ſigillatio. 694.L
Sepulchri ſoliditas calumniam tollit. 694.M
Quare Chriſtus duabus noctibus,& vno die in ſepulchro iacere voluit. 740.G
Tempus Chriſti in ſepulchro quadraginta horarum. 710.M
Miraculum ſuper exitu Chriſti de ſepulchro. 711.E
Sepulchrum Mariæ virginis. 767.H
Sepulturæ antiquorum vbi antiquitus erant. 204.L
Sepultura corporis, & capitis Ioannis baptiſtæ. 293.A B
Sepultura inferni,quid ſit. 459.A
Chriſti ſepultura. 690.G.692.L
Sepultura Chriſti ĩ corde noſtro. 691.A
Sepulturæ Chriſti ſignificatio. 491.C
Sepulturæ Chriſti figuræ. 493.C
Septem viri vnius mulieris. 527.B
Septenarius. 430.L.431.A
Septuaginta diſcipuli,bini mittunt. 249. C D
Septuaginta diſcipuli,Chriſti cœnæ intererant. 582.H
Septuagies ſepties. 430.L
Sequi quemuis. 123.B
Sequentium intentiones. 142.H
Sequi Chriſtum quid eſt. 4.I.139.F.140. G.141.H.239.D.311.D.403.C F. 404.G L 447.C.654.M,& ſeq. 738.K
Chriſtum ſequentes,errare vel falli non poſſunt. 4.I
Chriſti ſequelã nulla affectio dirimat. 139.D
Sequentes & perſequẽtes Chriſtũ. 295.L
Præmium ſequelæ Chriſti. 514.H
Sequendus eſt Chriſtus. 364.H.514.H
Ad ſequendum Chriſtum tria oportet abnegare. 403.C
Sequendi Chriſtum ordo,& modus. 143. B.403.A B C.654.M
Sequentium Chriſtum paucitas. 404.L
Sequentium Chriſtũ deuotio. 436.K L
Sectatores Chriſti ſpernuntur. 639.C D
Sequentiũ Chriſtũ varia intentio. 655.B
Sequela ſanctarum mulierum poſt Chriſtum crucem portantem. 655.D
Seraphin. 421.E
Serenitatis cognitio. 395.A B
Sermo conſonet ſtatui. 149.B
Sermonem conſequentia. 301.A B
Sermo ſupernaturalis non niſi ſignis ſupernaturalibꝰ põt perſuaderi. 762.G
Sermo domini in monte. 149.C
Sermo domini poſt cœnam. 596.I
Terribilis ſermo ad Petrum. 736.M
Serpentis genus. 9.F
Serpentis caput,corpus,& cauda. 115.D
Serpenti aſsimilari debemus. 229.F
Serpentes quos deſignent. 255.G
Serpens à Moyſe exaltatus Chriſtum figurabat. 516.G.654.K.669.B
Exemplum,vt deo ſeruiamus. 259.B
Seruitium in peccato non eſt deo gratũ. 203.A
Seruire diuitijs,quis dicatur. 178.G
Seruire deo cum diuitijs poteſt quis. 178.G
Seruitus nulla miſerior, quàm ſeruire peccatis. 35.F.200.I.365.A
Seruitus Iudæorum. 364.L
Seruitus & libertas duplex. 364.M
Chriſtus ſeruitutis opera non inuenitur à diſcipulis acceptaſſe. 470.D
Seruorum dei veſtimenta. 83.F
Nullus Chriſti ſeruus ſine tribulatione eſt. 233.F
Seruus inutilis. 412.G H
Serui mali pœna. 561.E
Malorum ſeruorum remuneratio eſt æterna damnatio. 561.F
Seruitoribus condolendum eſt. 197.H
Seueritas dei. 158.M
Sextarius,quid continet. 126.H
Sextilis. 38.H
Sibylla Chriſtum naſcentem Octauiano monſtrauit. 46.G
Siclus,quid erat. 61.D
Sicut,quomodo ſit accipiendum. 529.B
Sidon,& capella eius. 386.G
Sigilla ſeptem libri vitæ. 577.C
Signa petunt Iudæi. 130.I
Signum à Chriſto datum. 131.A
Signorum maxima. 131.C
Signa facere diuinæ potentiæ eſt. 132.H
Signa nulla fecit Ioannes. 135.F
Signum triplex. 228.I
Signum de cœlo. 229.D.394.K
Signa faciẽtes,in cuius nomine faciunt. 417.A B
Signorum confuſio. 539.D
Signa extrema ferè cõpleta ſunt. 541.B
Signa in Sole,Luna,& Stellis. 549.H I
Quare tot ſigna in morte Chriſti apparuerunt. 680.K L M
Silentium malignorum. 328.H
Silentij temperamentum. 329.H I
Siloa,quid eſt. 369.F
Siloa turris. 347.B
Simeon obediens interpretatus. 57.F
Simeonis videndi deũ deſiderium. 58.G
Simeonis perfectio. 58.L
Simeonis in Chriſtum feruor. 58.H I
Simeon in quo imitandus. 58.L M
Simeon religioſum, pacificũ, ſignificat. 58.M
Simeon,Anna,& Maria, quid interpretentur. 60.L
Simeonis ſepulchrum. 603.F
Simia in tecto,latro in ſcalis. 304.H
Similari deo,quid. 175.C
Similes deo quæ nos faciant. 175.E
Similitudo diuina poteſt in homine penitus corrumpi. 261.D
Similitudo,& imago dei. 564.L
Simon,quid interpretetur. 122.L
Simon leproſus quis eſſet. 263.H
Simon leproſus beatus Iulianus Cenomanenſis fertur fuiſſe. 438.G
Miniſteria aſsiſtentium conuiuio Simonis leproſi. 491.F
Simõ leproſus à Chriſto mũdatꝰ. 487.F
Conuiuę apud Simonem leproſum cum Chriſto. 491.F.492.G H
Quare Iudæi coëgerunt Simonem Cyrenæum iuuare Chriſtum. 656.I K
Myſterium in Simone Cyrenęo. 656.L
Per Simonem Cyrenęũ Chriſtiani deſignantur. 656.M
Simonia deſtruxit Hieruſalem. 504.K
Simonia tã in vẽdente,q̃ in emẽte. 580.H
Simoniaci corripiuntur. 226.G
Simoniaci pellendi ab eccleſia. 505. F. 506.G
Simplex bene reſpondere poteſt. 232.C
Simulatores ſunt hæretici. 189.F
Simulatio in Chriſtum cadere non potuit. 79.A
Simulationis malum. 190.G
Simulatio proſcribitur. 336.L
Sindon,quid ſit. 686.L M.687.A.690.L
Siniſtra moraliter,quid ſit. 168.G
Sinus Abrahæ. 458.I.459.A.460.M. 702.H
Mons Sion. 495.A
Sitis Chriſti. 675.E F
Sitientes qui dicantur. 359.M
Smaragdus. 444.K
Sobrietatem & temperantiam præcipit dominus. 27.E
Sobrietas Ioannis Baptiſtæ. 84.G
Socrus Petri curatio. 202.M
Sodoma interpretatur ſilentium. 321.D
Sodomæ conflagrationis ad iudiciũ cõparatio. 557.F.558.G
Sodomiæ abominatio 228.M. Et punitio. 229.A
Sol ſplendore ſuo multa facit. 9.D
Solis occubitus myſticè, quid ſignificet. 203.F
Illuſtrationes ſolis iuſtitiæ. 278.K
Sol ſtatum deſignat perfectorũ. 551.G H
Solis ſunt tria ſigna. 551.H I
Sol ſtabit in Oriẽte poſt iudiciũ. 778.H
Solennitas Paſchalis. 705.A
Solennitas præſens, vmbra eſt venturæ ſolennitatis. 706.H
Solennitas æterna petenda. Ibidem.
Maria ſolitudinem amabat. 20.G H
Solitudo amanda eſt. 20.H
Solitudinis commendatio. 110.M
Solitudo præeligenda. 111.A B
Solitudo ad deũ alloquendum requiritur. 147.C D
Solitudo amica eſt orationi. 301.A
Solitudo ad videndum deum neceſſaria. 344.H I
Solium,quid. 652.H
Solicitus,quid ſignificat. 181.D
Chriſtus de ſuis ſolicitus. 750.G
Solicitudo quadruplex. 443.D
Solicitudo tollenda. 178.I
Solicitudo vitioſa,quæ dicatur. 178.K L
Solicitudo victus. 178.M
Quæ ſolicitudo homini debet ineſſe. 178.M.178.A
Solicitudo ſtaturæ,& amictus. 179.B
Solicitudinis origo. 179.D
Solicitudo prohibita,& permiſſa. 180.K
Solicitandum primò de ſpiritualibus,ſecundariò de temporalibus. 181.A
Solicitari de præſentibus permittitur,de futuris prohibetur. 181.B
Temporalium ſolicitudo proſcribitur à prædicantibus. 226.H
Solicitudo ante iudicium. 231.B
Contra ſolicitudinem eccleſiaſticorum. 269.C
Solicitudinis vitatio per Achatẽ ſignatur. 445.E F
Somnus nobiſcum vitam diuidit. 372.I
Somni, & tranquillitatis ſignificatio. 210.M
Somni acceptiones. 463.F
Spadones. 437.F
Speculator cæcus. 184.G
Spes,quid ſit. 728.G
Spes diuinorum beneficiorũ per ſpicam deſignatur. 284.K
Sperandi ratio. 393.F
Sperandum ſemper. 435.C
Spes magna peccatorum. 143.L
Spes vana periculoſa. 435.F.436.G
Sperat fruſtra gloriam, qui nihil hîc laborauit. 454.G
Spes veniæ,quintus dæmon. 727.F
Sperare ſine meritis,eſt p̃ſumere. 728.G
Spina eſt carnalis concupiſcentia. 190.G
Spinæ coronæ domini. 647.C
Spiritus eſt anima. 29.F
Spiritus interdum pro ratione ſumitur. Ibidem.
Spiritus pro aëre. 119.E
Spiritus noſtri bonum. 239.F
Spiritus cuius ſimus. 475.I
Spiritus ſcientiæ in conſcientijs. 517.F
Chriſtus emiſit ſpiritum. 678.M
Spirituum cœleſtium occurſus Chriſto obuiam. 749.B
Tradere vel emittere ſpiritum. 679.A
Spiritus vehemens. 757.L
Spiritus immundus, cur iuſſus tacere. 201.F
Spiritus immundus diabolus appellatur. 330.M
Spiritus blaſphemiæ. 324.L
Et quomodo ſit irremiſsibilis. 325.A
Septem ſpiritus nequiores. 352.B C
Spiritualia vitia nõ minꝰ fugiẽda. 335.C
Spiritualis exercitij quatuor ad cordis puritatem inducentia. 110.K
Spiritualis hominis ſigna. 427.E.746. K L.761.B
Spiritali homini plura ſunt neceſſaria. 761.D E
Spirituſſanctus, qui prius venit,nunc ſuperuenit. 22.M
Spiritus,quare dicitur ſanctus. 57.F
Spirituſſanctus in baptiſmo Chriſti, cur in ſpecie columbæ apparuerit. 106.M
Spirituſſanctus quomodo in columba fuit. 107.E
Spirituſſanctus ductor Ieſu. 109.E
Spirituſſancti habitatio. 111.A.119.E
Spirituſſanctus quærit ſolitudinem, & quærere cogit. 111.A B
Signa præſentiæ, vel abſentiæ ſpirituſſancti. 119.E F.759.F.760.G H
Spirituſſanctus prohibet nos à mundi procellis ſubmergi. 119.F
Spirituſſanctus,primum donum, in quo omnia donantur. 185.L
Spirituſſanctus nõ deficit in neceſsitate. 231.C
Spirituſſanctus loquitur in bonis. 231.C
Feruoris ſpirituſſancti effectus. 238. H. 760.H I
Spirituſſanctus intelligitur in patre & filio. 601.C.758.I
Spiritũſanctum, cur Chriſtus inſufflando dedit. 729.F
Promiſsio ſpirituſſancti. 746.M
Spiritus patris quomodo dicatur. 746. M.747.A
Spirituſſanctus cur non ſtatim miſſus. 747.A.762.H I
Spirituſſanctus igni aſsimilatur. 758.M
Spirituſſanctus bis miſſus ſuper Chriſtũ, & toties ſuper apoſtolos. 759.B C
Cur ſpirituſſanctus in terra,& è cœlo datur. 759.C
Spirituſſanctus in quibus ſpeciebus apparuit. 759.E
Spirituſſanctus non primò fuit datus in die Pentecoſtes. 759.E
Spirituſſancti miſsio viſibilis, & inuiſibilis. 759.E.760.H
Pro diuerſitate ſtatus datur diuerſimodè ſpirituſſanctus. 760.H I
Miſsio ſancti ſpiritus, cur quinquageſimo die facta. 762.I K L
Splendor faciei Chriſti. 407.D
Splendoris ſolis effectus. 9.D
Spoliatio Chriſti ante crucem. 659.E
Spolia domus. 559.E

Sponſus Mariæ quare debuit vocari Ioſeph. 19.B
Sponſa Ioannis euangeliſtæ. 129.A
Sponſum auferri. 145.F
Sponſus & ſponſa ſpiritualiter. 146.G
Sportarum ſeptem cauſæ. 392.H
Iudæorum mos ſpuendi in faciẽ. 628.G
Spuere in faciem Chriſti. Ibidem.
Qui ſanctos in præſenti vita confutant, in Chriſti faciem ſpuunt. 628.I
Stabulum, quid ſignificet. 262.G
Stagnũ Genezareth, quid deſignet. 137. B C
Stantes cum Chriſto. 406.K
Stater. 414.I
Statua Nabuchodonoſor, idolorum Aegypti ruinam figurabat. 69.B
Statua ſalis. 209.D
Statua ab Emorrhoyſſa erecta Chriſto. 219.F
Status hominum quinque. 142.K
Multiplicatio ſtatutorum periculoſa eſt. 532.H
Stella à Magis viſa, ab alijs differt. 50.G
Stella diſparuit regibus intrãtibus Hieruſalem. 50.M.51.A
Stella cur diſparuerit. 51.A
Stellæ ortus Magis apparẽtis opiniones. 52.G
Stella vbi viſa eſt ſtare. 52.G
Stellæ Magis apparentis figura. 54.H
Stellarum caſus. 549.F
Stellæ incipiẽtium ſtatũ deſignãt. 550.H
Stellæ cum cœlo fixa manebunt. 778.I
Stephani ſepultura. 584.G
Stola prima. 426.K
Stolæ Phariſæorum. 532.M.533.A
Stola candida. 711.D
Stola corporis beati. 780.I
Stola animæ beatæ. Ibidem.
Stomachus languẽs metaphoricè. 280.M
Stridor dentium. 523.E
Stultus qui verbum dei audit, & nõ operatur. 193.C
Stultitia, cõueniens diuitib⁹ nomẽ. 339.E
Stultitiæ proprium. 452.M
Stultitia ſapiens, quæ ſit. 483.B C
Stultitiam ſimulare expedit interdum. 640.K
Stupor, quid ſit. 54.M
Subditi interdum præſtant prelatis. 76.I
Subditorum cura. 576.K L
Quare ſubditi mouentur in prelatos, & ſuperiores. 532.G
Subiectio perfecta populorum ad Chriſtum, in die iudicij erit. 530.K L
Subiugalis filius. 494.L
Submiſſos ſanat dominus. 223.C
Subſtantia quæ creatura non eſt, deus eſt. 8.I
Subſtantia Chriſti triplex. 44.M
Subtilitas, tertia dos corporis. 780.M
Filius patri in ſacerdotis officio ſuccedebat. 623.C
Sudarium, quid ſit. 569.D
Sudor ſanguinis Chriſti. 615.C
Quid per ſanguineum ſudorem Chriſti deſignetur. 616.G
Per ſanguinem ſudorẽ Chriſti, debemus noſtram figurare orationem. Ibidem.
Perfectio ſufficientiæ, quæ ſit. 167.A
Suffocare, quid ſit. 432.L
Suffragia gñalia, & particularia. 774.I
Reſpondetur ſuggeſtionibus ex ſcripturis. 116.M
Suggeſtio peſſima. 212.L
Suggeſtiones quomodo ſint extinguendæ. 383.E
Sumptus, qui ſint. 241.A
Superabundantia imperfectionis. 163.D
Superbia, quid ſit. 509.A
Superbia ſancta. 64.G
Superbia antiqua diaboli. 114.M
Superbiæ deuictæ figura. 116.H
Superbia eſt initium, & cauſa, omnium malorum. 274.M
Superbia quare tantùm à deo reprehendatur, reprimatur, deteſtetur. 277.F. 509.E F H I.649.C D
Superbia, & elatio, maximè à diſcipulis Chriſti prohibetur. 255.F.256.G
Superbia impugnat virginitatem. 271.B
Superbia duas habet filias. 274.M
Superbia propria dæmonibus, ſiue mulieribus. 307.E
Superbia quantùm ſit vitanda. 354.G
Subiectia è cœlo deiecta, in ipſum non recipitur. 416.G
Superbia plus cæteris paſſionibus mẽtes vexat. 510.K
Superbia nihil deo odibilius. 510.L
Superbia inferiores erigit in ſuperiores. 541.B C
Superbiæ mala. Ibidem.
Superbia præſens ſeculũ deſtruet. 541.C
Incipiẽtes bonam vitam ſine aſcenſu ad maiorem, non carent ſuperbia, & præſumptione. 547.G H
Superbia noſtra non potuit aliter, quàm per humilitatẽ Chriſti curari. 584.L
Contra ſuperbiam medicina. 586.H
Superbi abiecti ſunt deo. 352.L
Superbi pauca de ſibi præceptis faciunt. 411.G
Superborum obſtinatio. 51.F
Superbus non diligit deum. 529.A
Supererogatio. 262.H
Superfluum erogandũ eſt. 86.L M. 87.C
Superfluitas vituperanda. 317.C D
Superflua contemnere virtus eſt. Ibidẽ.
Superfluitas taxatur. 339.L M
Superior in inferiori auditur. 244.I
Superiores grauiter ſuos ſubditos minorũ vitiorũ, & nõ maiorũ, arguũt. 535.H
Superiorum negligentię erga ſubiectos. 535.H I
Supplantatio triplex. 407.E
Surdi moraliter qui dicantur. 246.M
Surdus, & mutus, qui dicatur. 388.H
Cur alij furi exerunt cum Chriſto. 721.B
Surſum aſpicere. 261.A
Suſanna tacuit, & vicit. 642.H
Qui ſuſcipiuntur à Chriſto. 727.L
Chriſtus cur filium viduę extra portam ſuſcitauit. 204.L
Chriſto tã facilè eſt ſuſcitare mortuũ, q̃ alteri excitare dormientem. 453.F
Virtutis eiuſdẽ eſt mortuum recedẽtem ſuſcitare, & quatriduanum. 465.D
Aliud eſt ſuſcitare, aliud ædificare. 626.H
Sycomorus celſa dicitur. 482.L
Fructus ſycomori rubeus. 482.M
In ſycomorum aſcenſus. 483.B C
Sycomorus, ficus fatua dicitur. 483.B D
Sycomorus religionẽ ſignificat. 483.D
Symbola tria. 753.F
Ex ſymbolo credenda habentur. 753.F
Symbolum apoſtolorum. 753.F
Locus vbi apoſtoli compoſuerunt ſymbolum. 750.K
Per q̃ ſynagogę ſacerdotiũ perijt. 623.D
Synderelis. 159.B
Syria. 142.G
Syrophœniſſa. 384.H
TAbernacula animæ. 409.C
Ad tabernacula domino facienda, quid requiritur. 409.E
Tabernacula æterna. 455.C
Tabula ſecunda eſt pœnitentia. 309.F
Cur Chriſt⁹ corã Hero. tacuit. 639.ABC
Taciturnitatis Chriſti ratio. 626.L.642. H I.
Talentum abſcondere. 567.D E
Quid per quinq; talenta, p duo, per vnũ, deſignetur. 567. D E. 568. K. 569.A. 570.G H
Talentum malis creditum. 568.I
Talentorum bonus vſus. 569.A
Talẽti exactio, & acceptio. 569.F.570.G
Talionis lex. 162.G
Tangere dñm quando dicimus. 396.M
Chriſt⁹ ab immũdis nõ tangẽdus. 717.F
Tactus dei triplex. 195.A. 219. C.410.I
Tauri ad ficũ ligati manſueſcunt. 348.I
Tecta Paleſtinorum. 234.K
Telos vectigal interpretatur. 143.A
Telonium, quid eſt. 143.B
Templum quid dicatur. 130.M.504.H I
Templum primò petendum. 504.M
Templum ingredientium intentio. 63.B
Templa non ſunt ex malè acquiſitis facienda. 537.B
Ornatus templorũ ſpiritualis, quàm corporalis, magis eſt attendendus. 539.A
Templi ſanctificatio. 63.D
Templa omnia dei per delationẽ eius in Hieruſalem, ſunt ſanctificata. 63.D
Templum Salomonis. 13.A
Templum quadraginta ſex annis factũ. 131.B
Templum Salomonis ſeptem annis factum eſt. 131.A
Deſtructio templi Salomonis. 539.B
Quare templũ Salomonis deſtructũ ſit. 539.C
In templo Hieroſolymitano erant quatuor loca diuerſa. 504.I
Introitus dñi in templum cauſæ. 504.K
Templi domini ſitus. 64.K L
Templi domini myſteria. 64.K L M
Templi domini ſcripturæ. 64.M.65.A
Templi domini conſtructio. Ibidem.
Templum domini rotundum. 66.M
Templum in Bethlehem. 45.C
Tẽplũ in quo vẽdentes inuẽti ſunt. 129.C
Templum Iouis hoſpitale. 273.F
Templi mentalis dignitas ex cauſis animæ rationalis. 63.E
Tempore nihil pretioſius. 98.K L
Tempus nullum prætermittendum. 121. G. 208.M. 371.E F, & ſeq.
Temporis vſus. 372.H
Temporis egeſtas, & anguſtia. 372.I
De tempore expenſo requiretur. 432.H
Temporis ceſſatio. 778.H
Tenebræ, ibi cùm dicitur, Et lux in tenebris lucet, quid ſignat. 8.M
Tenebrę nõ poſſunt eſſe vbi Chriſt⁹. 21.F
Tenebræ exteriores, & interiores. 199. E.523.D.568.M
Tenebræ à ſexta hora ad nonam factæ vniuerſales. 673.C D
Triplex cauſa tenebrarum in morte Chriſti. 673.D
Tenebræ paſſionis differebãt à tenebris aliarum eclipſium. 673.E
Tenebrę paſſionis ſimiles erant tenebris Aegypti. 673.E
Quomodo tenebræ erant, & diluculum & ſol ortus. 709.F.710.G
Tentari non eſt malum. 174.H
Tentatio ſpina quędam dicitur, mẽtem pungens. 647.D
Tentationis expers nemo. 117.E.613.E
Maria cõtra tẽtationes inuocãda. 19.E F
Ad tẽtationes debemus à vitæ initijs pręparari. 65.F
Quomodo tentationibus diaboli reſiſtẽdum. 113.E.115.C
Tentatio quotuplex. 111.I.117.C.174.G. 190.I.191.L
Tentationum ſuggeſtiones. 116.I
Contra tentationum ſeminatores, remedia vndecim. 116. M.117.A. 383.E F. 541.K, & ſequen. 604.M. 613.F
Contra mundi tentamenta, documenta tria. 768.K
Tentationes exoptandæ. 117.B
Duci & induci in tentationem. 174.H
Sine tentatione nemo poteſt eſſe probatus. 174.H
Tentatio appropinquat, appropinquante ſalute. 202.G H
Tentationis procella ex inuidia diaboli. 212.M
Tentationis ſuperatio. 213.A.294.K
Tentatio probat, ſi ſemen radicem fixerit. 281.A
Tentationum ceſſatio. 310.I
Nullus debet dare alijs occaſionem tentationis. 469.D
Ante gloriam Chriſti, tentatio pręcedet Antichriſti. 541.F
Tẽtationes ſpirituales dupliciter veniũt. 545.D
Magna deuotio, vel perfectio, eſt ſæpe cauſa lapſus in tentationem. 546.G H
Tentatio prima ex homine eſt. 583.E
Tentationis initium eſt ſuggeſtio mali. 613.E.614.G
Tentatoris vigilantia. 117.D
Tentator triplex. 548.G
Tentari voluit Chriſtus, cur & quando. 109.F.112.H K.114.M.116.K
Chriſtus iiſdem modis quibus Adam tẽtatus eſt. 112.I.116.G
Intentio diaboli Chriſtum tentantis. 112.K.113.A
Tentatio Chriſti tertia de auaritia, cur in monte excelſo facta. 114.K
Chriſtus quomodo vicit tẽtationes. 115.D
Tentatio Chriſti à turbis. 333.E F
Tentatur deus multipliciter. 114.G
Non eſt tentandus deus. 629.F
Terra, quid ſignificet. 150.K
Terra vbi ſeminabatur, ſal efficitur ſterilis. 209.E
Terram ardere. 238.G
Terra bona, & mala. 281.D & G
Terra ſterilis. 348.K
In terra ſcribendi ratio. 361.F
Terrenis inhians, cœleſtia perfectè non meditatur. 240.L
Terręmotus multoties factus. 703.E
Terręmotus cõtritionẽ ſignificat. Ibidẽ.
Gratia noui teſtamenti non erat in veteri teſtamento. 92.G
Teſtamenti vtriuſq; diſtributio. 262.H
Vetus teſtamentum in tribus cõtinetur. 727.M
Teſtamenti vtriuſq; populi. 498.M
Veteri & noui teſtamenti continuatio. 591.D E
Excellentia noui teſtamenti reſpectu veteris. 592.L
Veteris teſtamenti intentio. 753.E
Falſus teſtis, quis dicatur. 626.H
Teſtis falſidicus tribus obnoxius. 626.K
Teſtes ineuitabiles quatuor conſerui. 433.A
Teſtes in die iudicij qui erunt. 191.F
Omne genus hominum, de Chriſto perhibet teſtimonium. 60.K
Tiſtimonium Ioannis de Chriſto. 118.M. 119.D E.121.A, & ſequen.
Teſtimomũ quadruplex de dño. 120.K
Teſtimonium Chriſti de ſe non eſſe verum. 345.E
Teſtimonia de Chriſti deitate. 377.F
Teſtimonia de Chriſto in cruce. 681.C
Teſtimonia falſa in Chriſtum. 626.G
Thabor, mons eſt. 147.A
Thobor montis ſitus. 406.M.742.H
Thabor monaſteria. 409.B
Tria tabernacula in monte Thabor. 409.B
Theſaurizandum non eſſe in terris, ſed in cœlo. 176.H.177.A
Theſaurizandi modus excellẽtiſſimus. 176.I
Theſaurum reponere vnde exiturus es, ſtultitia eſt. 576.K
Theſaurus ex amore cognoſcitur, ſicut amor ex cogitatione. 176.L
Theſaurus non ſolum pecuniæ, ſed voluptatis eſt. 176.M.177.A
Theſaurus cordis. 190.M
Theſaurus abſconditus. 286.M
Thomæ aduentus. 730.K
Thomas cicatrices domini tetigit. 731.E
Thomas aliud palpauit corpore, aliud credidit corde. 732.G H
Thomas cur dubitauit. 732.I
Incredulitas Thomæ quantum profuit. 732.I K
Thronus, quid. 652.H
Thronus Salomonis. 483.E
Thronus Salomonis, dicta eſt beata virgo. 53.K
Thronis coæquandi. 421.D
Tibicines qui dicantur. 221.B
Timere quid facit. 57.E.210.K
Timendum cuiq;. 523.F
Quantum timere & erubeſcere debeamus. 558.C D
Timor multiplex. 128.L M. 611.E
Timor mundanus & naturalis, Timor filialis, ſeruilis, & humanus: Itẽ timor initialis. 231.G H I
Timor bon⁹ quis dicatur. 133.K L.236.H
Timor peccatorum. 200.I
Timore ſeruili deo ſeruiẽtes ſunt dęmoniacis ſimiles. 113.E
Timor mortis quid ſit, & quibus rationibus expellatur. 235.A D
Timor diuitis. 461.F
Timor Phariſæorum. 463.G
Timor in angelis. 551.A
Timor & amor debent inclinare ad credendum. 711.F
Timor diffidẽtię, ſecũdus dæmon. 721.F

Chriſtus vnicum habuit titulũ in terra. 121.D
Tituli crucis ſuperſcriptio. 662.H
Cur titulus tribus linguis ſcriptus fuerit. 662.L
Titulus triplex. 663.B
Titulus in Corde Chriſtiani habendus. 663.C
Tolerare aduerſa. 263.C D
Non licet tędere cogitare, quæ Chriſtus non pertęſus eſt tolerare. 610.M
Toleranda omnia ob gloriam cœleſtẽ. 764.G
Mala hîc æquo animo toleranda ſunt 777.A B
Tonitrua tempore Samuëlis. 328.M
Topazius. 444.I
Tormenta malorum. 287.F
Tormenta Chriſti narrari non poſſunt. 668.I
Tormentorũ genera paſsionis Chriſti. 695.D E,& ſequen.
Tradita omnia Chriſto. 258.G
Traditionem Phariſęorũ Chriſtus confutat. 33.A B
Chriſtus traditus eſt. 695.E
Traditio Chriſti diuerſa. 413.E
Tradere Chriſtum, quid ſit. 587.F
Maius peccatũ eſt tradere Chriſtũ regnãtẽ in cœlis, q̃ ambulãtẽ in terris. 587.F
Chriſtus non fuit ex ignorãtia traditus. 577.F
Tradentium Chriſtum diuerſæ voluntates. 577.F.578.G
Tradi in manu peccatorum. 617.A
Traditionis tria amara. 619.A
Chriſtus tradidit ſpiritum clamãdo, orãdo,& lachrymando. 678.M.679.A
Traducere, quid ſit. 35.B
Transfigurationis dominicę tẽpus. 406. M.411.A
Transfigurationi Chriſti tria concurrerunt. 407.B
Transfiguratio domini ſpem auget noſtram. 407.C
Transfigurationis deſcribendæ forma. 409.B
Transfigurationis ſocij. 409.C
Transfigurationis ſex perſonæ, quid ſignificent. 409.D
Transfiguratio eſt ſacramentum ſecundæ regenerationis. 410.K
Transfretatio. 310.K
Tranſitus triplex ad Bethlehem cœleſtem. 43.E
Tranſitus Chriſti ad gentes. 310.K
Tranſitus triplex mundanorum miſerabilis. 555.C
Tranſitus cœli & terrę ſpiritualis, eſt ſignum aduentus Chriſti in mentem. 555.C D E
Tranſitio cœli & terræ. 778.K
Transplantatio frequens nocet. 281.A
Tres induentes vnũ ex ipſis tribus. 23.C
Tria ſata farinæ, quid ſint. 285.D F
Triũ linguarũ tituli ſignificatio. 663.A
Tribulationes plurimis de cauſis immittũtur. 36.L M.37.A B C.66 H I.223.E
Tribulatio bonorum. 36.L
Tribulatio malorum. 37.C
Deus ſcit tribulationum finem. 223.E F
Tribulatur eccleſia militans. 233.E
Tribulationum bona. 356.M
Quomodo tribulationes noſtræ poſſint eſſe fructiferę. 612.K
Tribulationes hominẽ perficiunt. 27.L
Deus ſuos ad eorum coronam tribulari permittit. 35.C.223 E.309.D E
Tribulatio conſolationem,& contrà, ſequitur. 66.H
Tribulatio purgat peccata. 233.E F
Tribulatis bonis adeſt deus. 309.D
Tribulatio bonos delectat. 477.D E
Tribulationes communes. 764.G H
Tribulationes inuoluntariæ. 474.G
Tribulatio præſens, quid ſit. 504.G
Tribulatio toleranda. 233.A
Remedium tribulationum. 233.B C
Tribulatio patiẽter tolleratur, paſsionis Chriſti memoria. 233.F.234 G
Cautela in tribulationibus. 542.L
Quid in tribulatione faciendum. 616.I
Laudandus in tribulatione eſt dñs. 592.L
Documentũ ſuper tribulatione Chriſti. 666.M
Tribuli. 190.G
Tribunal, quid. 652.H
Tributi à Chriſto exactio. 414.G
Chriſtus cur tributum pro Petro,& non pro alijs, ſoluit. 414.K
Chriſtus cur tributũ ſoluerit. 414.L M
Tributum deo reddendum. 526.I K
Triclinium, quid eſt. 125.I
Triduum multiplex. 391.C
Triduũ paſsiõis quõ intelligatur. 700.M
Anni trigeſimi perfectio. 136.I
Trinitatis opera. 8.H.22.M.23.C D. 345.B
Trinitas miſit archangelum. 18.K
Trinitatis notificatio. 23. C. 132. H. 377.G H
Trinitas poſt Chriſti baptiſmũ quomodo differenter apparuit. 107.E
Trinitas cur baptizato apparuit. 107.F
Trinitatem recipit, qui Chriſtũ recipit. 243.A
Virtutes triũ perſonarũ trinitatis. 324.M
Trinitas inuocanda. 345.C
Trinitas in vtraq; regeneratione apparuit. 410.K L
Perſonarũ trinitatis vnitas,& diſtinctio. 740.L.741.A
Diſtinctiones perſonarum trinitatis, & conuenientiæ earum. 758.I K
Triſtitia pœnitentię pro peccato non prohibetur. 169.D
Triſtitię libenter ſuſtinendę. 600.G
Triſtitia Chriſti fuit naturalis & voluntaria. 611.F
Triſtitiæ Chriſti cauſæ. 612.G
Triumphus Chriſti. 503.D
Trophæa Chriſti. 733.A B
Tuba, quid ſit. 775.E
Tuba præuia. 553.B
Tumultum fugit dominus. 197.C
Tunicæ duæ. 227.B
Tunica vetus exuenda. 645.B
Tunica domini à crucifixoribus ſcindi non potuit. 627.B
Tunica inconſutilis. 664.M.665.A
Tunica inconſutilis omnium partiũ, eccleſiæ ſignificat vnitatem. 665.B
Tunica inconſutilis nũc diuiditur. 665.C
Tunicam inconſutilem ſcindentes. Ibid.
Documenta ex diuiſione tunicæ inconſutilis. 665.C D
Turba, quid ſignificet. 142.I
Turbæ varietas. 279.I.500.G H
Turbæ fugiendæ. 207 C.388.K
Turba impedit inuenire Chriſtũ. 344.H
Turba triplex nos impediens. 485.I K L
Turba triplex Chriſtum ſequebatur ad ſupplicium. 655.B
Turbatio in deum relata, tria facit. 514. M.515.A
Turbatio vniuerſalis creaturarũ. 549.F
Turbatio in creatura elementari. 550.K
Turbatio in creatura intellectuali. 550.M
Turbatio ſpiritualis ad pietatem,& miſericordiam ſpectat. 587.D
Virtuoſum eſt cõtra vitia turbari. 587.D
Turbatio & fremitus Chriſti. 464.L
Turbatio animæ Chriſti. 514.L
Turris ad quam paſtores erant. 41.C
Turris magnæ ædificatio. 240.M
Turris Dauid. 495.A
Turturis caſtitas. 56.D
Turtur deſignat vitam cõtemplatiuam. 62.K
Tyranni multi, multos occidunt pueros. 63.M
Tyrus,& Sidon. 384.H
Væ, quid notet. 302.M.534.G
Væ ſcandalizantium. 418.I K L
Væ ſempiternum recipientibus bona in vita ſua. 461.A B
Væ ęternum quibus debetur. 534.G
Væ de ſuperbia,& auaritia. Ibidem.
Væ de gula. 534.K
Væ de inani gloria. 534.M
Væ de fraudulenta ſtultitia. 535.A
Væ de ignauia circa ſalutaria. 535.D
Væ de ſimulatione & mendacio. 536.I
Væ in hypocriſi. 536.L.534.G
Væ homicidarum. 537.A
Per
Per vicos,& plateas, vagantes. 355.I K L
Vah, quid ſignificet. 666.G
Vallis Ioſaphat. 603.E.768.H
Vanitates hominum. 4.G H.103.E
Vanitas quantùm viranda. 763.C D
Vaſa à domino proſcripta tẽplis. 95.C
Velamẽ ante faciem ponentes. 628.L M
Documenta circa velamen faciei Chriſti. 628.L
Velle videri in bonis propter gloriã diuinam, non eſt malum. 532.I
Velle mori hominis non eſt. 475.F
Velle pręeſſe, vituperabile eſt. 478.K
Bonę voluntatis laus. 190.M
Voluntas eo ſubdenda. 242.K
Voluntas noſtra voluntati diuinę cõformanda eſt dupliciter. 242.K L.620.G. 684.I
Voluntas propria,& eius mala. 244.L
Voluntas radix eſt operum. 326.I
Opera,& verba, ſunt fructus voluntatis. Ibidem.
Voluntas ſola aut iuſtum, aut peccatorẽ facit. 327.B
Voluntatem noſtram requirit deus ad ſanitatem. 343.A
Voluntas peccandi magnum eſt peccatum. 363.A
Voluntatis renuntiatio. 403.C
Per obedientiã mactatur volũtas. 403.E
Volũtas prima peccatoris in neceſsitatẽ conuertitur. 494.K
Propria voluntas, eſt cauſa malorum. 603.B C
Voluntatis malitia cogit ad peccãdum. 608.K
Volũtatem dei fieri in cœlo,& in terra 172.K
Voluntas dei quę eſt. 172.L
Voluntatem dei facere. 191.E
Volũtas diuina debet eſſe regula omniũ actionum noſtrarum. 404.H.412.L
Voluntas dei licitum facit. 452.H
Voluntas dei in quo conſiſtat. 570.I
Quare Chriſtus ſuam prædixit voluntatem. 578.G
Voluntas Chriſti. 613.A B
Vellere ſpicas. 315.D
Vellus Gedeonis. 27.A
Velum templi quid deſignabat. 60.G
Velum templi ſciſſum eſt. 680.H
Vela duo in templo. Ibidem.
Veli ſciſsi pretioſitas. 680.I
Venator mirabilis dominus. 229.C. 252.M
Venatores. 318.K
Cur vendebantur pecora in templo. 129.C D
Vendentes in eccleſia qui dicãtur. 129.F
Vendit qui preces quærit. 164.H
Vendit dominus regnum Cœlorum. 250.I K
Propria vẽdẽda & dãda perfectis. 440.M
Ex venditione Chriſti tria ſunt documẽta. 579.F
Qui pro temporalibus iuſtitiã deſerunt, Chriſtum vendunt. 580.G
Chriſtum vendit qui conſilium, vel iuſtitiam, vendit. Ibidem.
Chriſtus à quibus pręcipuè venditur. 580.G H
Neq; vẽdentis, neq; ementis eſt Chriſtus. 580. H
Vendi debemus pro Chriſto. 580.H I
Vendi debemus pro regno dei. 580.I
Veniæ locus non eſt in inferno. 159.B
Modus veniendi ad veniam. 719.B
Veniale eſt, quicquid parit neceſsitas. 418.M
Venialia abluenda. 764.H
Venire,& abire, quid ſit. 89.C
Venerũt paſtores, reges,& ſenes, ad Chriſtum. 50.M
Venientes ad cœnam qui ſint. 356.K
Cauſæ veniendi Chriſti. 144.L M
Tibi venit, quid ſit. 487.C
Signa venturi Chriſti in Chriſto viſa. 756.H I
Ventris,& gulæ, contemptus. 275.K
Venti animã turbãtes, qui dicãtur. 212.K
Ventilabrum vnde dictum. 96.H
Verbum duplex. 7.C
Verbũ in ſacra ſciptura quid eſt. 43.B. 728.L
Verba otioſa vitanda. 111.A
Verba pro factis ponere. 191.A.330.I
Simplicitas verborum iaſpidi comparatur. 445.A B
Verbum otioſum. 330.L,& ſequen.
Verbum criminoſum quàm acriter punietur. 326.M.327.A
Verba verenda. 432.M
Quare verba ſuperiorum parum apud ſubditos proficiunt. 532.G
Verba Mariæ ſex, totidem virtutum ſignificatiua. 24.M
Verba Mariæ ad Chriſtum crucem portantem. 655.E
Verbũ quod egreditur ex ore dei. 393.A
Verbum primũ Chriſti ſcriptum. 76.G
Verbum dei quomodo audiẽdum. 77.B. 282.L.333.B C
Verbum domini mandatum, ſeu præceptum dei, dictum. 82.L
Verbum dei comparatur hamo. 38.H
Audiens verbum dei, & non feciens. 193.B
Verbum dei audire nolentes, beati eſſe nequeunt. 282.A
Verbi domini pretioſitas, & quomodo audiendum ſit. 282.B
Verbum dei audiendum incipientibus. 282.C
Verbum dei eſt manna. 282.G
Verbi dei affectus. 282.F.283.G.280.G
Verba Chriſti tria, increpatiua pectoris. 453.F
Verba Chriſti in conſolationem iuſtorum. 554.G H
Verborum dei ſtabilitas. 555.A B
Verbi Chriſti efficacia. 591. F.617.F. 618.G
Verbum fidei, omnes ad fidem cõuertit. 601.F.602.G
Verba Chriſti ad filias Hieruſalem. 655.E F.656.G
Verba Chriſti in cruce. 669.C
Primum verbũ Chriſti in cruce. 669.D
Verbum ſecundum Chriſti in cruce. 670.I
Tertium verbũ Chriſti in cruce. 671.C
Tertium verbum Chriſti in cruce, pietatis fuit. 671.D
Quartum verbum Chriſti in cruce. 673.F.674.G
Quartum verbum Chriſti in cruce, fuit magnę acerbitatis. 674.I
Quintum verbum Chriſti in cruce. 675.D E
Quintum verbum Chriſti, fuit verbum conſolationis. 675.E
Sextum verbũ Chriſti in cruce. 675.B C
Sextum verbum Chriſti in cruce perfectionis erat. 677.D
Sextum verbum Chriſti, nos docet pœnitentiam. 677.E
Sextum verbum Chriſti, efficax eſt contra fluxũ ſanguinis è naribus. 678.G
Verbum ſeptimum Chriſti in cruce. 678.L
Verbum ſeptimum Chriſti in cruce, verbum deuotionis. 678.M
Verbum cur potius quàm filius dicatur. 7.C
Verbi à patre proceſsio. 7.E
Verbum diuinum, eſt conceptus intellectus diuini. 8.H
Verbum non eſt factum. 8.I
Verbi diuini conditiones. Ibidem.
Omnia ab ęterno, in verbo diuino viuebant. 8.K
Mens æterni verbi conceptiua, debet eſſe virginea. 26.K L
Verbum æternum non naſcitur, niſi in corde pacato. 38.I
Verbum caro factum. 90.H I
Verbi inhabitatio in nobis. 90.K
Gloriam verbi cognouerunt apoſtoli. 90.M.91.A B
Verbi diuini ingreſsio. 759.F
Verecundiæ vtilitas. 202.H
Verecundia Chriſto illata. 655.B C
Veritas prædicanda eſt. 135.H.382.I
Veritas taceri non vult. 235.B
Veritatem tacens, tranſgreſſor eſt veritatis.

tatis. 235.B C
Veritatem tacens,conſcius eſt mandacij errantum. 235.C
Veritatis teſtes quatuor. 345.E
Veritas deprimitur, & falſitas extollitur. 359.C
Veritas in Chriſtiano. 366.H
Veritatis firmitas. 370.G
Veritatis præco. Ibidem.
Veritatis & mẽdacij differẽtia.370.G H
Veritatis occultandæ cauſæ. 517.D
Veritatis demonſtratio. 624.M
Veritas vbi ſit. 638.G
Veritas,vt aqua benedicta,vitatur. Ibid.
Veritas nulli ſe negat. 702.H
Veritatem opugnantes. 721.B
Veritas melius operando,quàm audiendo intelligitur. 725.F
Veritatis cum miſericordia contentio. 10.L M
Veritas triplex in Chriſto. 525.C
Vermis conſcientiæ. 419.E
Veſper moraliter,quid ſignificet. 395.A
Veſpere quid ſit. 512.G
Meditanda hora veſpertina. 685.G H
Veſpera ſabbati non legitur. 692.G
Veſtigia Chriſti ſequi. 4.I
Veſtigia loci vnde Chriſtus aſcendit. 750.I K
Veſtis eccleſiaſticorum. 248.G
Veſtes ſacerdotis celebrantis. 639.F
In veſtibus quęrenda. 640.L
Veſtitus mollis. 248.H I
Veſtium reprehenſio. 459.D.622.I
Veſtigium ſubſtractio. 495.E
Veſtis nuptialis. 522.M
Scindendi veſtimenti mos. 627.B
Veſtimenta ouium. 189.E
Religioſa veſtimẽta ſine bonis operibus iudicium dei ſuſtinebunt. 190.G
Veſtitus Ioannis Baptiſtæ quis. 82.F
A veſtitu Ioannes commẽdatur. 247.F
Candor veſtium Chriſti. 407.C
Chriſtus quater veſtes in cœna & in paſſione depoſuit. 584.G H
Chriſtus veſtimẽta, lotis pedibus, reſumpſit. 586.H I
Veſte alba Chriſtus ab Herode illuſus. 639.D
Veſtis alba Chriſti,quid deſignabat.639. E F.645.B
Veſtis albę Chriſti forma. 639.E
Chriſtus albaveſte exuitur,quam hactenus detulerat. 645.A
Documenta ex Chriſto exuto veſtibus. Ibidem.
Chriſtus in vno die tripliciter veſtitus. 646.L
Veſtis rubra Chriſto data eſt. 646.M
Rubrum Chriſti veſtimentũ,paſſionem martyrum deſignabat. 646.M
Documenta ex rubro Chriſti veſtimento. 647.A
Meditatio circa veſtimenta Chriſti. 647.A B
Veſtium Chriſti colores. 649.E
Diuiſio veſtimentorum Chriſti. 654.M
Quadripartita Chriſti veſtis,quadripartitam deſignant eccleſiam. 665.A
Veſtimentorum Chriſti diuidendorum ratio. 665.D
Documenta ex diuiſione veſtimentorũ Chriſti. 665.D E
Meditatio circa Chriſti veſtimentorum diuiſionem. 665.F
Veſtimenta apoſtolorum. 495.D E
Veſtimentorum apoſtolorum ſignificatio. 498.I
Veſtimenta Auguſtini. 248.G
Vetatione ne cui dicerent. 401.A.410.L
Vetus teſtamentum,figura noui. 157.B
Viæ ad virtutem. 187.B
Via ad vitam eſt anguſta. 188.G
Via lata. 188.H
Arcta via quomodo agnoſcenda. 188.M
Arcta via nõ eſt timenda. 188.M.189.A
Via ad contemplationem. 269.A
Per vias & ſepes degentes. 356.L M
Via non eſt propter delitias danda obliuioni. 374.H
Vias quæ à dextris ſunt,nouit dominus. 571.E
Vicarius Chriſti vnicus. 400.L
Victoria domini contra diabolum qualis. 117.F
Victus prędicatoribus accipiẽdus.226.L
Victus Chriſti. 490.M
Videre, & quomodo viderunt gloriam Chriſti apoſtoli. 90.L
Vidit caſum Luciferi dominus. 255.D
Videre pro intelligere interdum ſumitur. 731.C
Videre ſpiritualiter Chriſtum. 257.F
Videtur Chriſtus quadrupliciter.260.H
Chriſtum videre volens, quid faciat. 316.H
Viſio dei, an ſit pro hac vita poſſibilis. 92.G H
Viſio dei,eſt finis omniũ bonorum.152.I
Viſio dei perfecta,eſt gloria. 701.C
Dei aperta viſio. 777.F
Viſio pontificis. 303.C
Omnis viſio docens cor in falſam fidei, vel morum, opinionem,à diabolo venit. 545.G
Cautela in viſionibus quantumuis firmis. Ibidem.
Viſus & tactus illicitus vitetur. 16.G
Viſus eſt certior auditu. 8.M
Viſus pro omni ſenſu accipitur 731.C D
Tres hominum conditiones dominus libenter viſitat. 463.D
Viſitatio domini per quę fiat. 501.F
Deus quem viſitat, ſemper conſolatur. 722.M.723.A B
Chriſtus viſitat ſanctos patres poſt reſurrectionem. 723.B
Viſitandi Chriſti cauſæ in ſuſcitatione Lazari. 492.I
Viſitatio Mariæ qua viſitauit Elizabeth. 30.K
Abraham & Dauid viſitabãnt Mariam. 742.L M
Viſitatio nouem templorum. 623.D
Vidua qũo plus cæteris dedit 508.H I
Vidua paupercula, quid deſignat. 508.K L
Viduæ facilè decipiuntur. 534.K L
Vidua Sareptana, Chriſtum crucem ferentem figurat. 654.I
Vidua eccleſia. 205.B
Vigilandum eſt. 186.I
Qũo ſemper ſit vigilandum. 555.H K
Quę nos inducere debent ad vigilandum. 559.B C
Quàm ſtudioſè omnibus vigilandum. 559.I K
Vigilare quis dicatur. 563.A D
Vigilia opus eſt mẽtis ante mortem corporis. 566.L
Exhortatio ad vigilandum. 612.L
Vigilię noctis quatuor. 41.D.308.K
Quarta vigilia noctis. 310.G
Vigiliæ tres,tres hominis ætates. 563.D
Vigilia huius mundi. 358.I
Chriſti vigilia. 616.M
Meditatio vigiliæ dominicæ. 308.L
Villã emit amator mũdi ſuperbus. 355.F
Villa triplex nobis commiſſa. 453.C
Villarum noſtrarum fructum deo diſpenſare oportet. 454.H
Villicus quis dicatur. 453.B
Villicus Chriſti triplex. 453.C D
Laudatio villici. 454.K
Reddere rationem villicationis, aut ante mortem, aut pòſt, conuenit. 453.D
Vindicta quadruplex inuiſta. 158.H
Vindicta an, & quomodo ſit expetẽda. 161.F.162.L
Vindicta & correctionẽ exercẽda.162.L
Vindicta nõ eſt ſumẽda.233.BC.474.M
Vindicta non ſemper deſideranda. 474.H I K M
Qualiter expetenda eſt vincta à nobiſ ipſis. 551.D E
Vinea multipliciter accipitur. 459.H I
Vinea agricolis locata. 519.C
Vineæ Engaddi floruerunt. 45.F
Cur Ioannes Phariſęos viperarum progeniem vocat. 85.B
Vini defectus in nuptijs. 125.A
Vini miraculoſi bonitas. 126.L
Vini in vineis productio. 127.A
Vini boni propoſitio. 128.H
Chriſtus non ſemper primò bonum vinum ponit. 128.H I
Vini

Vini infuſio. 261.F
Vini inuentio. 316.G
Vinum myrrhatum domino propinant hæretici. 659.D
Dantes vinum myrrhatũ cum felle mixtum Chriſto. 676.L M.677.A
Hebraicus modus viros ſupra viginti annos appellat. 297.C
Viri dicuntur, qui viriliter tẽtationibus reſiſtunt. 298.L
Virga non portanda. 287.B
Virga Ieſſe. 12.L
Virga Ioſeph floruit. 13.D
Virga Aaron germinauit. 13.E.45.F
Virgæ comparatur Maria. 13.E
Virgo perfecta, quæ ſit. 26.I
Virginum laus. 287.A
Virgo à virore dicta. 444.K
Virginibus ſimilis eccleſia. 565.A
Virgines duplices totum mundum comprehendunt. 565.B C
Virginum prudentia. 566.H
Quomodo Chriſtus neſcit virgines fatuas. 566.K
Parabolæ decem virginum intẽtio. 566. M.567.A
Virginitatis theſaurus vbi inuenit.287.B
Virginitatis priuilegium. 590.H
Virginitatem & fœcunditatem amauit Maria. 14.I
Virgo tota Maria. 18.M
Cur de virgine Chriſtus naſci voluit. Ibidem.
Virginum primicerta fuit Maria. 20.K
Virginem cõcipere, maius eſt quàm ſterilem. 23.F
Virgo à Hieremia prædicta. 69.A
Virtutum prẹteritarum obliuio,cõmendanda. 34.I
Reſurrectio virtutum nõ fit, niſi præcedat ruina vitiorum. 59.E
Virtus ſine humilitate nulla eſt, & quod ea omnes perficit. 79.F
Virtutibus noſtris non eſt confidendum. 116.M
Modus inducendi ad virtutes. 146.L
Virtutis cauſa,nõ virtus, mercedem habet apud deum. 167.D
Virtutes propter deũ appetendæ. 170.G
Virtus vitioſis ardua. 189.C
Virtutis via aſpera eſt. 233.F
Triplex virtus theſaurũ inueniẽs. 287.B
Virtutis vis. 309.M
Virtuoſior,maiore virtute dignior.353.C
Virtutum cõmendatio & vtilitates.547. E F
Quinque virtutum exempla. 604.L
Tres virtutes theologas petere debemus. 186.L
Ordo virtutum theologarum. 753.F
Virtus nulla defuit Mariæ. 19.F.20.G
Virtutum exempla in Chriſti vita. 3.E
Virtus nulla eſt, Chriſti virtutes ignorãti. 3.F
Virtutes omnes vitijs repugnantes congregat, qui Chriſti vitam conſiderat. 4.G
Virtutes Chriſtus elegit Contra mundi vanitates. 4.G H
Virtutes oẽs præter fidẽ & ſpem habuit Chriſtus, nec creſcebat in aĩa. 73.A
Virtutes quatuor cardinales exercuit Chriſtus. 470.L
Exemplar omnium virtutum in paſſione Chriſti relucet. 577.B
Virtutum operatio in cruce. 664.G H
Virtutes cruci conformes. 664.L
Virtutes Chriſti variæ. 696.L
Virtutem Chriſti abnegantes. 666.G
Virtus tactus dei ad ſeptem valet. 195.B
Virtus ſanatiua à Chriſti humanitate procedebat. 369.D
Virtutibus coæquandi. 421.C
Virtutum cœleſtiũ motus. 550.M.551.A
Vim facere regno cœlorum. 250.G H
Vim facere perditioni. 250.I
Quære ſuprà in dictione, Videre.
Vitam eſſe omnia. 8.K
Vita bona,eſt lux hominum. 8 L
Vitæ mutandæ ratio. 54.M
Vitæ imminutio. 86.H
Vitæ longæ ſpes decipit. 98.G
Vita bona magis quàm longa curanda. 98.L
Vita præſens non amanda. 239.D
Vitam hanc deſpiciens,tandem in beatitudine recipiet. 239.E
Delectus vitæ habendũ. 269.D
Vita ſpiritualis,& temporalis. 338.M
Vita mala plus cæteris rebus deſiderabilis. 348.L
Vita noſtra eſt locus laboris. 358.K
Vitæ æternæ promiſsio. 449.B C
Vitæ incertitudo. 452.M
Vita præſens delitias habet, & tribulationes. 462.K
Vitæ longitudo nõ eſt deſiderãda.465.C
Breuitas vitæ,& mortis neceſsitas, conſiderandæ ſunt. 548.G
Vita in patientia. 562.M
Tota vita Chriſtiani,crux atque martyrium eſt. 657.B
Vita eſt eſſe cum Chriſto. 670.M
Vita duplex, actiua & contemplatiua. 441.B.624.G.739.C
Vita vtraq; à domino cõmẽdatur.197.D
Vitæ vtriuſque cõditiones 268.L. & ſeq. 739.C D E
Vita vtraque laudabilis. 269.D
Vita actiua & contemplatiua, interdum commiſcentur. 269.E.270.G H I
Vita actiua. 270.H
Vita contemplatiua. 270.I
Vita mixta. Ibidem.
Vita vtraque prælato eſt amplectenda. 270.I
Differentia actiuæ, & contemplatiuæ, vitę. 570.K L
Vita Chriſti ſeriatim, non curſoriè legẽda. 1.C
Vita Chriſti imitanda.1.C. Et propter multa deſideranda. Ibidem.D
Vitę Chriſti ſtudiũ & profectus.1.C D. 2.K.3.C
Vitę Chriſti fructus. 1.F
Vitę Chriſti conditiones. 2.G H
Vita Chriſti fauorabiles reddit, & ſanctos. 2.G
Vitæ Chriſti contemplatio omnibus neceſſaria. 2.G
Vita Chriſti nidum pręſtat. Ibidem.
Vita Chriſti facit conſortes vitę cœleſtis,& omnium ſanctorum. 2.H
Vita Chriſti exemplar eſt omnium.2. H I
Vita Chriſti nequit ſatis laudari. 2.I
Vita Chriſti facit hîc incipere vitã cœleſtem. 2.I
Vitę Chriſti compendium. 2.K
Vitam Chriſti Bernardus frequentauit. 2.M
Meditationum vitę Chriſti vtilitates. 2.M
Vita Chriſti contra hoſtium tentamenta. 3.E
Vita Chriſti tota eſt diſciplina,& inſtructio. 4.H
Vita Chriſti eſt nobis ſpeculum. 4.K
Vitę Chriſti meditationũ introductio. 4.M
Vita Chriſti diabolũ ſuperauit,& mundum. 53.A
Vita Chriſti viuere. 404.H
Vita Chriſti tota paſsio, & paupertas. 576.L
Vita Chriſti memorię commendanda. 783.D
Reliqua vide in, Chriſti vita.
Vitiorum materia in tribus, de quibus tentatus eſt Chriſtus. 115.F
Vitia omnia deprimũt ad inferos.150.H
Vitioſum quocunque animo fiat, turpe eſt. 197.D
Vitiorum principes dęmones. 322.K L
Omnia vitia ad tria reducuntur. 356.G
Minora vitia, & non maiora, caſtigantes. 536.G H
Peſtilentię carnalium vitiorum in eccleſia. 539.H
Vitia mundi peculiaria. 541.C D
Vitiũ carnale quomodo curatur. 201.H
Nullus ſine violentia vitia in virtutes cõmutare poteſt. 250.H
Vitia domino ingrediẽte, corruũt.69.A
Vitiorum ruina per Chriſtum. 59.F
Vitiorum remedia. 115.F
Antidotum

Antidotum vitiorum in paſsione Chriſti relucet. 577.B C
Vittæ hyacinthinæ, ſunt ſanctæ cogitationes. 532.L
Vituli occiſio. 426.L
Vitulus ſaginatus. 426.L
Vituperari nõ eſt ſemp inutile. 77.K L
Vituperium pro conſcientia menſurandum. 359.E
Viuere, quid ſit. 86.H
Viuere de ſuo licet prędicatorib⁹. 227.A
Qui ſibi ſoli viuit, ſuperfluus eſt, neq; homo, neque ſui generis eſt. 570.K
Chriſtiani malè viuẽtes, iniuriam Chriſto faciunt. 489.B C
Vita, quære ſuprà ante, Vitium.
Vlixis factum. 221.B
Vmbra legis tegebat, quod nunc reuelatum cernimus. 410.K
Vndenarius numerus. 430.L
Vngere caput, quid ſit. 169.D
Vngebantur in veteri lege tãtùm reges, & põtifices, ſeu ſacerdotes. 32.L.41.E
Vnctus eſt Chriſtus oleo inuiſibili. 121.I
Vngere caput Chriſti. 489.B D
Vngere pedes Chriſti. Ibidem.
Quare corpus Chriſti vngebatur. 686. M.687.A
Vngendi corporis Chriſti dilatio. 688.G
Vngitur corp⁹ Ieſu, & inuoluitur. 689.F
Vnguentum, quid ſit. 688.M
Vnguentum fundere. 263.L
Vnguenti effuſi ſuper Chriſti caput, pretium. 488.M.489.A
Vnguentum Magdalenæ iubet Chriſtus in ſuam ſeruari ſepulturam. 489. M. 491.A C
Vnguentum ſalubre. 707.B
Vnus & vnum. 378.H
Vnus leproſus ſanatus rediẽs, q̃d. 471.H
Vnum eſſe cum deo. 601.D
Vnum eſſe, quid ſit. 602.G H
In vnitate charitatis conſiſtit perfectio Chriſtianæ religionis. 602.I
Vnitas mentis ad deum neceſſaria. 267.I
Vnitas triplex. 323.A
Vnio triplex in Chriſto. 25.B
Vnio diuinitatis. Ibidem.
Vocare dominum voce, & eum opere negare, nihil prodeſt. 566.K
Vocatio diſcipulorum Chriſti. 121.B
Tres vocationes diſcipulorum Chriſti. 139.I
Vocatio apoſtolorum ſecunda, & tertia. 137.K M
Vocatorum obedientia, fœlicitas, & idoneitas. 139.K M
Vocatio apoſtolorum ſcripta. 139.I
Apoſtolorum vocatorum cõditio. 141.A
Vocatorum nomina quatuor. 141.C
Vocatorum quadriga. Ibidem.
Vocatio domini per miniſtros. 355.C
Vocatio domini vltima. 433.B
Vocatio domini ad laborẽ, & requiem. 452.K
Figuræ vocationis electorum. Ibidem.
Vocat omnes deus. 524.I
Vocatio gentium. 199.C
Vocandi gentes modus. 401.C
Vocandorum Iudæorum modus. 401.D
Volatilia deus fecit, & paſcit, propter hominem. 179.B
Volatilia cœli contemplatiuos deſignãt. 179.E
Volucres cœli, animæ fideles. 285.C
Quære ſuprà in dictione, Velle.
Voluptatis deteſtatio. 39.F.40.G.392.L
Voluptas quantùm fugienda eſt. 39.H I
Voluptas deſtruitur. 315.F
Voluptas ſpernẽda & vitanda. 316.I.763. C, & ſequentibus.
Voluptatibus reſiſtendum. 316.L
Voluptatum amatores, ſunt Chriſti perſecutores. 805.C
Voluptas quantũ noceat. 763.C D, & ſe.
Votum virginitatis primum. 12.I
Votum Mariæ virginis. 13.D
Maria & Ioſeph, ex communi conſenſu vouerunt virginitatem. 14.H
Vota indeterminata ſunt ſtatim implẽda. 35.F
Vota tria religionis ad exemplum natiuitatis Chriſti formantur. 42.G
Vota omnis religionis. 348.H
Tria vota perfectionis religioſorũ. 436. L M
Vota quàm grauia ſint vincula. 526.H I
Vox miſericordiæ dominicæ. 363.A
Voces Chriſti quatuor. 377.I
Vocis Chriſti virtus. 410.H.466.G
Vox Chriſti cur magna dicatur. 465.F. 466.G
Vox paterna. 515.B
Vrina quare dicatur ſana. 7.C
Vſque, pro ſemper. 742.H
Vſura quid ſit. 569.C
Vſura palliata. 504.L
Vſura ſpiritualis lucrũ eſt a[illegible]rum. 568.I
Vſurarij ſunt pluſquàm pctõres. 166.K
Vt tenetur interdum conſecutiuè. 59.H. 675.E
Sine Chriſto nihil vtile. 372.M
Nihil eſt ita deo amicum, quàm ad cõmunem vtilitatem viuere. 570.I
Vuæ. 190.G
Vulnerum curatio. 261.F
Vulnera alligare, quid ſit. Ibidem.
Vulnerum Chriſti numerus. 606.H I
Vulnerũ Chriſti numeri myſteriũ. 606. I K
Vulnera Chriſti ĩnumerabilia. 645.D E
Chriſti vulnera per totum corpus. 688.I
Chriſtum vulnerantes. 683.B C
Quinque vulnerum Chriſti ratio. 684. M.685.A B
Vulnera Chriſti ꝓ quę ſignificent. 685.C
In vulneribus Chriſti quęrẽda. 685.C D, & ſequentibus.
Chriſtus ꝓpter nos vulneratus eſt. 695.F
Vulneris in latere Chriſti magnitudo. 731.D
Refugium cõtinuum in vulnere lateris Chriſti quærendum. 608.G H
Cur Chriſtus vulnera retinuit. 553.A. 732.K L M
Vulnera Chriſti ſunt noſtræ redemptionis ſignum. 732.L
Vulnerum Chriſti iucunda viſio beatis. 733.A
Vulpes, quid ſit. 350.K
Vxoris ꝓpter adulteriũ dimiſsio. 160.K
Vxorem duxit carnalis. 355.E
Vxor eſt graue pondus. 437.C D
Vxoris conditiones. 437.D
Vxoris Loth commutatio in ſtatuam ſalis. 542.L M
Cur vxor Loth punita fuit retroſpiciendo, & non Abraham. 542.M
ZAchæi officium. 482.K
Zachæi in arborẽ aſcendentis imitatio. 482.M
Zachæo bonum fuit videre Chriſtũ, & melius videri à Chriſto. 483.F
Zachæi ſalus. 484.M
Zachæus filius Abrahæ. 485.A
Zachæus gentilẽ populũ deſignat. 485.C
Zachæus diuitẽ interdum deſignat. 485. C D
Zacharias deſcendit de Abia. 16.H
Zacharias nõ fuit ſummus ſacerdos. Ibi.
Zacharias quid interpretetur, & ſignificet. 16.K.28.K
Zachariæ oratio quæ erat. 16.L
Zacharias quid in nobis ſignificet. 17.A
Zacharias cur obmutuit. 17.D
Taciturnitas Zachariæ quid ſignificet. 17.D E
Zachariæ habitatio. 28.G
Zacharias filius Ioiadæ, id eſt, Barachiæ. 537.F
Zebedæi mors. 470.M
Zebub. 321.I
Zelus, quid ſit. 130.I
Zelus bonus quid ſit. 130.H. Item quid ſit à zelo comedi. Ibidem.
Zelum dei habere. 130.I K.
Zeli meritum. 130.K
Contra zelantes trãſgreſsionem humanam ſupra diuinam. 381.A
Zizania in ſegete. 282.L
Zizania, errores & hæreſes. 283.B
Zona Ioannis. 84.G


Indicis materiarum, & inſignium locorum, in vitam Chriſti,

FINIS.





# AVTORITATES ALIQVOT SACRAE

ſcripturæ, per Ludolphum ſparſim expoſitæ, digeſtæ ſecundum ordinem librorum veteris & noui teſtamenti.


Geneſis 1.

FActum eſt veſpere & mane dies vn⁹. 707.E
Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinem noſtram. 261.D
Fecit enim deus hominem ad imaginẽ & ſimilitudinem ſuam. 261.D

Geneſis 2.

Requieuit deus die ſeptimo ab omni opere. 345.B
Factus eſt homo in animã viuẽtẽ. 260.L

Geneſis 3.

Terra ſpinas, & tribulos, germinabit tibi. 647.C
Fecit quoque deus Adæ, & vxori eius, tunicas pelliceas. 459.D

Geneſis 6.

Pœnitet me feciſſe hominem. 11.A

Geneſis 9.

Fecit enim deus hominẽ ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. 261.D

Geneſis 12.

Egredere de terra tua, &c. 241.F.483.E & 485.A

Geneſis 49.

Non auferetur ſceptrũ de Iuda, nec dux de fœmore eius, &c. 16.G

Exodi 10.

COr Pharaonis dñs ĩdurauit. 174.H

Exodi 20.

Sabbata ſanctifices. 350.I
Opus ſeruile non facietis in eo. 319.A

Leuitici 23.

OPus ſeruile nõ facietis ĩ eo. 319.A

Deuteronomij 6.

LIgabis ea in manu tua, & erũt ſemper ante oculos tuos. 531.K

Deuteronomij 18.

Prophetam ſuſcitabit deus de fratribus veſtris. 93.D

2. Regum 12.

DOminus tranſtulit peccatũ tuum. 267.C

3. Regum 10.

Regina Auſtri ſurget in iudicio, &c. 330.G

4. Regum 5.

Vade lauare ſepties in Iordane, &c. 277.K

4. Regum 20.

Nõ fuit verbũ q̃d nõ oſtẽderet eis. 326.I

Tobiæ 4.

QVod ab alio oderis rationabiliter fieri tibi, vide ne alij feceris. 529.F

Pſalmo 1.

IDeo non reſurgunt impij in iudicio. 776.K

Pſalmo 2.

Ego hodie genui te. 8.G

Pſalmo 6.

Lauabo per ſingulas noctes. 218.I

Pſalmo 18

In omnẽ terrã exiuit ſonus eorũ 541.A

Pſalmo 21.

Dinumerauerũt omnia oſſa mea. 660.G

Pſalmo 31.

Dixi cõfitebor aduersũ me &c. 472.H

Pſalmo 33.

Inquire pacẽ, & perſequere eam 100. M

Pſalmo 36.

Quæſiui, & non eſt inuentus locus eius. 550.M

Pſalmo 37.

Qm̃ ego in flagella paratus ſum. 646.I

Pſalmo 44.

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuã 286.H
Obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui. 76.M

Pſalmo 47.

In ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis. 67.C

Pſalmo 49.

Deus manifeſtè veniet, &c. 571. B

Pſalmo 50.

Aſperges me hyſſopo, & mundabor. 439.B.
Libera me de ſanguinibus deus deus ſalutis meæ. 220.K

Pſalmo 52.

Trepidans timore, vbi non erat timor. 236.H

Pſalmo 54.

Quis dabit pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? 285.C

Pſalmo 56.

Lingua eorũ gladius acut⁹. 650.M. 651.A

Pſalmo 65.

Tranſiuimus per ignẽ & aquam. 578.K

Pſalmo 68.

Cõparatus eſt beſtijs inſipiẽtibus. 349.D

Pſalmo 77.

Panẽ de cœlo dedit eis mãducare. 312.H
Immiſsiones per angelos malos. 383.A

Pſalmo 79.

Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in menſura. 299.D

Pſalmo 83.

Quàm dilecta tabernacula tua. 455.C

Pſalmo 93.

Niſi quia dominus adiuuit me, paulominus habitaſſet in inferno anima mea. 266.H

Pſamo 100.

Miſericordiam & iudicium cantabo tibi domine. 552.K

Pſalmo 103.

Aſcendunt montes, & deſcendunt campi in locum. 147.F

Pſalmo 104.

Qui emitis fontes in conuallibus. 79.F

Pſalmo 109.

Ex vtero ante luciferum genui te. 8.G

Pſalmo 118.

Cõfige clauis à timore tuo carnes meas. 111.F

Pſalmo 129.

Apud dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio 683.L M

Pſalmo 131.

Quoniã elegit domin⁹ Sion. 63.F 64.G

Pſalmo 137.

Excelſus dominus humilia reſpicit, & alta à longè cognoſcit. 200.G

Pſalmo 142.

Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. 2.L

Prouerbiorum 1.

VOcaui, & renuiſtis: extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret, &c. 378.K

Prouerbiorum 17.

Spiritus triſtis deſiccat oſſa. 279.K

Prouerbiorum 21.

Facere miſericordiam & iudicium, magis placet domino quàm victimæ 143.I

Prouerbiorum 24.

Septies in die cadit iuſtus. 550.I K

Eccleſiaſtes 11.

SIue ceciderit lignum ad Auſtrum, ſiue ad Aquilonem. 86.H
Manè ſemina ſemen tuum, & veſperè ne ceſſet manus tua. 512.G

Eccleſiaſtes 12.

Deum time, & mandata eius obſerua. 235.F

Canticorum 1.

FAſciculus myrrhæ, dilectus mihi, inter vbera mea cõmorabitur. 2.M

Canticorum 2.

Dilectus meus mihi, & ego illi, &c. 782.M

Canticorum 3.

Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonẽ in diademate, &c. 647.D

Canticorum 5.

Dilectus meus candidus, & rubicundus. 649.F

Canticorum 8.

Fortis eſt, vt mors, dilectio. 606.G

Sapientiæ 1.

IN maleuolam animam non introibit ſapientia. 190.G
Spiritus domini repleuit orbem terrarum,&c. 759.A

Sapientiæ 3.
Fulgebunt iuſti,& tanquam ſcintillę in arundineto diſcurrent. 156.M

Sapientiæ 5.
Pugnabit orbis terrarum pro eo, contra inſenſatos. 540.G

Eccleſiaſtici 1.
TImor dñi expellit peccatũ. 727.A

Eccleſiaſtici 17.
Vnicuique mandauit deus de proximo. 428.L M

Eccleſiaſtici 24.
Qui edunt me,adhuc eſurient. 355.A

Eccleſiaſtici 30.
Miſerere animæ tuæ placens deo. 335.E

Eccleſiaſtici 47.
De omni corde ſuo laudauit dominũ,& dilexit deum qui fecit illum. 765.A

Eſaiæ 1.
AGnouit bos poſſeſſorem ſuum, aſinus prȩſepe domini ſui.41&

Eſaiæ 7.
Paruulus ſciens reprobare malum,& eligere bonum. 40.H

Eſaiæ 9.
Cuius prĩcipatus ſup̃ humerũ eius.654.I

Eſaiæ 28.
Nunquid tota die arabit arans vt ſerat? 376.L

Eſaiæ 29.
Eritq́; repentè,& confeſtim viſitabitur à domino exercituum in tonitruo, & commotione,&c. 550.M

Eſaiæ 39. Eſaiæ 45.
Non erat verbum in domo ſua. 43.B
Qui facio pacem,& creo malum.185.E

Eſaiæ 35.
Generationem eius quis enarrabit? 95.F

Eſaiæ 63.
Quare rubrũ eſt indumẽtũ tuũ. 646.M
Torcular calcaui ſolus. Ibidem.

Hieremiæ 3.& 11.
VOx in rama audita eſt. 67.D

Hieremiæ 12.
Reliqui domũ,& familiam meã. 375.D

Hieremiæ 22.
Sepultura aſini ſepelietur. 458.K

Threnorum 3.
REcordare paupertatis meæ,& trãſgreſsiõis meæ,&c.404.G.607.B.724.K

Threnorum 4.
Diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum. 107.C

Ezechielis 18.
QVacunque hora ingemuerit peccator,&c. 482.H

Oſee 4.
PEccata populi mei comedeɋt. 305.D

Oſee 6.
Viuificabit nos poſt duos dies, & in die tertia ſuſcitabit nos. 350.M
Miſericordiã volo,& nõ ſacrificiũ. 143.I

Oſee 11.
Ex Aegypto vocaui filium meũ. 70.H

Amos 3.
NOn eſt malum in ciuitate quod dominus non facit. 174.H

Micheȩ 6.
ADhuc ignis in domo impij. 193.C

Zachariæ 12.
VIderunt in quem pupugerunt. 560.L

Matthæi 1.
LIber generationis. 32.H
Antequam conuenirent quomodo intelligitur. 35.A

Matthæi 2.
Puer Ieſus manifeſtauit ſe gẽtib᾿. 49.D

Matthæi 3.
Pœnitentiã agite: appropinquabit enim regnum cœlorum. 261.F
Genimina ſeu progenies viperarũ. 84.M
Sic enim decet nos, inquit, implere omnem iuſtitiam. 105.A

Matthæi 4.
Si filius dei es, mitte te deorſum. 304.G

Matthæi 5.
Beati mundo corde. 26.L
Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam,&c. 443.A
Qui percuſſerit te in vnam maxillam, præbe ei & alteram. 153.E

Matthæi 6.
Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus. 167.C
Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi erugo & tinea demoliſ,&c. 176.H

Matthæi 7.
Quæcunque vultis vt faciant vobis homines,& vos facite illis. 529.F

Matthæi 8.
Multi venient ab Oriente & Occidente, & recumbent in regno cœlorũ. 83.C

Matthæi 9. Matthæi 10.
Mon veni vocare iuſtos,&c. 144.L
In viam gentium ne abieritis. 384.I

Matthæi 11.
Venite ad me omnes qui laboratis, &c. 1.B
Diſcite à me, quia mitis ſum,&c. 78.M. 79.A
Iugum enim meum ſuaue eſt,&c. 711.C

Matthæi 16. Matthæi 18.
Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum,& tollat crucẽ ſuam. 654.M.655.A
Si peccauerit in te frater tuus corripe eum,&c. 443.E

Matthæi 20. Mat.21.
Erunt primi nouiſsimi,& nouiſsimi primi. 448.K.449.F
Auferetur à vobis regnum dei. 83.C

Matthæi 25. Mat.28.
Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus. 83.C
Ecce ego vobiſcum ſum,&c. 491.B

Marci 2. Marci 4.
NOn veni vocare iuſtos,&c. 144.L
Vltrò terra fructificat. 275.B

Marci 8.
Vade retro me Satana. 115.B

Lucæ 1.
MVlti in natiuitate eius gaudebunt. 30.M
Non erit impoſsibile apud deum omne verbum. 23.F
Ecce ancilla domini,&c. 23.I

Lucæ 2.
Exijt edictum à Cȩſare Auguſto, vt deſcriberetur,&c. 38.G

Lucæ 3.
Genimina, ſeu progenies viperarum. 83.M
Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum. 261.F
Tu es filius meus dilectus, in te mihi cõplacui. 107.B

Lucæ 5. Lucæ 9.
Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. 485.B C
Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum. 242.L.484.H.657.A

Lucæ 10. Lucæ 11.
Maria optimam partem elegit, quȩ non auferetur ab ea. 2I
Vȩ vobis qui diligitis primas cathedras. 302.M

Lucæ 13.
Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt ardeat. 705.E

Lucæ 14. Lucæ 15.
Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum,& matrem,&c. 24.I
Gaudium eſt angelis dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, &c. 509.E

Lucæ 16. Lucæ 17.
Erat quidam diues qui induebatur purpura & byſſo: & epulabatur quotidie ſplendidè. 178.L
Regnum dei intra vos eſt. 83.C

Lucæ 18. Lucæ 22.
Ieiuno bis in ſabbato. 709.E
Et tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. 375.E

Lucæ 23. Lucæ 24.
Commouit vniuerſam Iudæã, incipiens à Galilæa vſque huc. 135.D
Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalem, & hæc


AVTORITATVM SACRAE SCRIPTVRAE INDEX.


& hæc ignoras. 623.F

Ioannis 1.
PLenum gratiæ &c. 91.B
Mediusveſtrum ſtetit, quomodo exponitur. 95.A

Ioannis 3. Ioannis 4.
Illum oportet creſcere, me autem minui 293.C
Operarij autem pauci. 224.K

Ioannis 6.
Operamini cibum, qui non perijt, &c. 173.B
Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi: ſi quis manducauerit &c. 355.A

Ioan.7. Ioan.10. Ioan.12.
Non erat ſpiritus datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus. 238.I
Si mihi non creditis, operibus credite. 557.E
Qui mihi miniſtrat, me ſequatur: & vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit. 2.K

Ioannis 14.
In domo patris mei manſiones multæ ſunt. 454.H
Venit enim princeps mundi huius,& in non habet quicquã. 234.G.& 666.K

Ioannis 18.
Regnum meum non eſt de hoc mundo. 497.F
Non hunc, ſed Barrabam. 303.F

Ioannis 20.
Quia vidiſti me Thoma credidiſti. 160.I

Roma.2. Roma.6.
QVoniam omnes peccauerunt, & egent gratia dei. 195.L
Conſepulti ſumus cũ Chriſto per baptimum in mortem. 692.M.693.A

Roma.9. Roma.10.
Deus cuius vult, miſeretur: & quẽ vult, indurat. 254.I
Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem. 333.B

1.Corinth.1. 1.Corinth.2.
STultam fecit deus ſapientiam huius mundi. 257.A
Non iudicaui me aliquid ſcire inter vos, niſi Ieſum Chriſtum,& hunc crucifixum. 577.A

1.Corinthiorum 3.
Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, &c. 1.A.411.F.
Si quis autem ſuperædificat ſuper fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretioſos,&c. 193.D E

1.Corinth.4.
Si nos exiſtimet homo, vt noſtros Chriſti. 514.H

1.Corinth.5.
Non in fermento veteri, neq; in fermento malitiæ. 395.E
Auferte malum ex vobiſipſis. 183.F

1.Corinth.6. 1.Corinth.9
Magnificate,& portate deum in corpore veſtro. 30.G
Omnibus omnia factus ſum, vt omnes lucrifacerem. 263.B

1.Corinthiorum 11.
Mulieres tecto orent capite, propter angelos dei. 249.A
Cũm autem iudicamur à domino, corripimur. 653.A

1.Corinthiorum 13.
Si linguis hominum loquar & angelorũ, &c. 207.A
Factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. 207.A
Videmus nunc per ſpeculum, & in ænigmate. 9.C

1.Corinthiorum 15.
Deinde viſus eſt pluſquã quingentis fratribus ſimul. 740.H
Caro & ſanguis, regnum dei non poſsidebunt. 117.A
Stella à ſtella differt in claritate. 782.K

2.Corinth.2. 2.Corinth.3.
Chriſti bonus odor ſumus. 489.C
Litera occidit, ſpiritus autem viuificat. 313.C

2.Corinth.5.
Et ſi Chriſtum ſecundum carnem nouimus,&c. 136.L

2.Corinth.6.
Hortamur vos, ne in vacuum gratiã dei recipiatis. 412.K
In omnibus exhibeamus nos, ſicut dei miniſtros. 514.H
Quæ conuentio Chriſti ad Belial. 213.D

3.Corinth.11.
In famȩ & ſiti,& ieiunijs multis. 145.E

Galatas 2.
CHriſto confixus ſum cruci. 660.L
Viuo autem, iam non ego: viuit verò in me Chriſtus. 261.D

Galatas 5. Galat.6.
Qui autem Ieſu ſunt, carnem ſuam crucifixerunt,&c. 111.F
Mihi mundus crucifixus eſt,& ego mundo. 317.E,& 403.E.

Galatas vltimo.
Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. 516.I K

Epheſiorum 3. Epheſiorum 6.
IN charitate radicati & fundati, vt poſſitis comprehendere &c. 663.E F
Mon enim eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus &c. 230.I

Coloſſenſes 4.
SErmo veſter ſit ſemper in gratia ſale condîtus. 327.F

1.Timotheum 5.
QVi bene præſunt, duplici honore digni habentur. 551.C D

Hebræos 2. Hebr.5.
NVſquam enim dei filius angelos apprehendit, ſed ſemen &c. 27.C
Didicit ex his quȩ paſſus eſt obedientiã. 77.D

Heb.6. Heb.12.
Rurſum crucifigẽtes in ſemetipſis filiũ dei. 380.K
Flagellat omnẽ filium quẽ recepit. 37.E

Actorum 1. Acto.9.
NOn eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate. 557.A
Saule Saule, quid me perſequeris? 244.G

Iacobi 3.
NOn eſt iſta ſapiẽtia de ſurſum deſcendens, ſed terrena &c. 455.A

Iacobi 4.
Quicunq; voluerit amicus eſſe huius ſeculi, inimicus dei conſtituetur. 554.I
Deus enim ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. 24.K
Scienti bonum, & non facienti &c. 587.C

1.Petri 2. 1.Pet.3.
CHriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum &c. 576.K
Dominum Ieſum ſanctificate in cordibus veſtris. 379.F

2.Petri 2.
Melius eſt viam veritatis non agnoſcere quàm poſt agnitam retrorſum conuerti. 331.E

1.Ioannis 2.
QVi dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit,& ipſe ambulare. 4.H I
Omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis. 203.B.484.H.600.M

1.Ioannis 4.
Perfecta charitas foras mittit timorem. 236.H

1.Ioannis 5.
Hæc eſt victoria quȩ vincit mũdũ. 210.K
Totus mundus in maglino poſitus eſt. 493.F

Iudæ 1.
IMperet tibi dominus. 627.D E

Apoca.3. Apoca.5.
Si quis audierit vocẽ meã,&c. 351.F
Dignus eſt accipere librũ,&c. 729.A

Apoca 20. Apoc.21.& 22.
Iudicati ſunt mortui, ex his quæ ſcripta erant in libris ſcd̃m op̃a ipſorũ. 256.L
Ego ſum alpha & ω. 166.M


Indicis autoritatum ſacræ ſcripturæ, finis.

# TABVLA DOMINICARVM ET feſtorum totius anni.


Dñica j.aduentus domini.
CVm appropinquaret Ieſus Hieruſalem miſit duos de diſcipulis ſuis.2.parte,cap.26.fo.492.
Dominica ſecunda.
Erunt ſigna in ſole, & luna, & ſtellis.2. parte,cap.42.fo.548.
Dominica tertia.
Cùm audiſſet Ioannes in vinculis &c. Matt.11.parte 1.cap.56.fo.245.
Feria iiij.quatuor temporũ.
Miſſus eſt angelus Gabriël à deo. Luc.1. parte prima,cap.5.fo.18.
Feria ſexta.
Exurgens Maria,abijt in montana.Luc. 1.parte prima,cap.6.fo.27.
Sabbato.
Anno quintodecimo Tiberij Cæſaris. Lucæ 3.parte prima,cap.17.fo.82.
Dominica quarta.
Miſerunt Iudæi ab hieroſolymis&c.Ioannis 1.parte 1.cap.19.fo.92.
In Vigi.nati.Chriſti.
Cùm eſſet deſponſata mater Ieſu &c. Matt.1.parte prima,cap.8.fo.34.
In miſſa j.nati.Chriſti.
Exijt edictum à Cæſare Auguſto, &c. Luc.2.parte prima,cap.9.fo.38.
In aurora.
Paſtores loquebantur ad inuicem,Lucæ 2.parte prima,cap.9.fo.38.
In ſumma miſſa eiuſdẽ diei.
In principio erat verbũ, &c.Ioan.1.parte prima,cap.1.fo.7.& cap.18.fo.88.
Dñica infra oct.nat.dñi.
Erant Ioſeph & Maria mater Ieſu &c. Luc.2.parte 1.cap.12.fo.56.
In die circunciſio.dñi.
Poſtquam cõſummati ſunt dies octo&c. Luc.2.parte prima,cap.10.fo.46.
In vigilia epiphaniæ.
Defuncto Herode,angelus dñi apparuit &c.Matt.2.parte 1.cap.14.fo.70.
In die feſto epiphaniæ.
Cùm natus eſſet Ieſus in Bethlehem Iudæ.Mat.2.parte 1.cap.11.fo.49.
Dñica infra oct.epiphaniæ.
Cùm Ieſus factus eſſet annorum 12. &c. Lucæ 2.parte.1.cap.15.fo.72.
Feria iiij.octa.epi.
Vidit Ioannes Ieſum venientem ad ſe. Ioan.1.parte 1.cap.23.fo.118.
In octa.epiphaniæ.
Venit Ieſus à Galilæa in Iordanem &c. Mar.1.parte prima,cap.21.fo.103.
Dñica j.poſt octa.epi.
Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ. Ioan.2.parte.1.cap.25.fo.124.
Dominica ſecunda.
Cùm deſcendiſſet Ieſus de monte, &c. Matth.8.parte prima,cap.41.fo.194.
Dominica tertia.
Aſcendente Ieſus in nauiculã,&c. Mat. 8.parte prima,cap.46.fo.210.
Dñica iiij. Dñica.v.
Simile eſt regnũ cœlorũ homini qui ſemina.&c.Mat.13.parte 1.c.64.fo.280
Confiteor tibi pater domine cœli &c. Mat.11.parte 1.cap.58.fo.254.
Dñica in lxx. Dñica in lx.
Simile eſt regũ cœlorũ homini patrifamiliâs.Mat.20.parte.2.cap.14.f.449.
Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuũ. Luc.8.parte 1.cap.64.fo.280.
Dñica in quinquageſima.
Aſſumpſit Ieſus xij.diſcipulos, &c.Luc. 18.parte 2.cap.21.fo.475.
Feria iiij.cinerum.
Cùm ieiunatis,nolite fieri ſicut&c.Mat. 6.parte 1.cap.36.fo.167.
Feria v. Feria vj.
Cùm introiſſet Ieſus Capharnaum &c. Mat.8.parte.1.cap.42.fo.197.
Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Diliges proximum,&c. Mat.5.& 6.parte 1.cap.35.fo.161.cap.36.fo.162.
Sabbato.
Cùm ſerò eſſet,erat nauis in medio &c. Mar.6.parte 1.cap.69.fo.308.
Dñica,Inuocauit.
Ductus eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu. Matt.4.parte 1.cap.22.fo.109.
Feria ij. Feria iij.
Cùm venerit filius hominis in maieſtate ſua. Mat.25.parte 2.cap.50.fo.570.
Cùm intraſſet Ieſus Hieroſolymã, &c. Mat.21.parte 2.cap.27.fo.496.
Feria iiij. Feria v.
Acceſſerunt ad Ieſum ſcribæ dicentes, &c.Mat.12.parte 1.cap.74.fo.328.
Dicebat Ieſus ad eos,qui crediderũt &c. Ioan.8.parte 1.cap.84.fo.363.
Feria vj. Sabbato.
Erat dies feſtus Iudæorum, & aſcendit &c.Ioan.5.parte 1.cap.78.fo.341.
Aſſumpſit Ieſus Petrũ & Iacobũ & Ioannem.Mat.17.parte 2.cap.3.fo.406.
Dñica,Reminiſcere.
Egreſſus Ieſus ſeceſsit in partes Tyri, &c.Mat.15.parte 1.cap.89.fo.384.
Feria ij. Feria iij.
Dixit Ieſus turbis Iudæorum,&c.Ioan. 8.parte 1.cap.84.fo.363.
Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribę &c.Mat.23.parte 2.cap.38.fo.534.
Feria iiij. Feria v.
Aſcendens Ieſus Hieroſolymam,aſſumpſit&c.Mat.20.parte 2.ca.21.fo.475.
Homo quidã erat diues, & induebatur &c.Luc.16.parte 2.cap.16.fo.457.
Feria vj. Sabbato.
Homo quidã erat paterfamiliâs,qui &c. Mat.21.parte 2.cap.33.fo.519.
Homo quidã habuit duos filios,&c.Luc. 15.parte.2.cap.7.fo.422.
Dñica,Oculi.
Erat Ieſus eijciens dęmonium,&c.Luc. 11.parte 1.cap.73.fo.321.
Feria ij. Feria iij.
Quanta audiuimus facta in Capharnaũ. Luc.4.parte 1.cap.65.fo.288.
Si peccauerit in te frater tuus, corripe &c. Matt.18.parte 2.cap.8.fo.428.
Feria iiij. Feria v.
Acceſſerunt ad Ieſum ab Hieroſolymis ſcribæ.Mat.15.parte 1.cap.8.f.380.
Surgens Ieſus de ſynagoga.Luc.4.parte 1.cap.43.fo.201.
Feria vj.
Venit Ieſus in ciuitatem Samariæ.Ioan. 4.parte.1.cap.62.fo.273.
Sabbato.
Perrexit Ieſus in montem Oliueti.Ioan. 8.parte 1.cap.83.fo.361.
Dñica,Lætare.
Abijt Ieſus trans mare Galilææ.Ioan.6. parte 1.cap.67.fo.296.
Feria ij. Feria iij.
Propè erat paſcha Iudęorum.Ioannis.2. parte 1.cap.26.fo.129.
Iam die feſto mediante, aſcendit Ieſus &c.Ioan.7.parte.1.cap.82.fo.357.
Feria iiij. Feria v.
Præteriẽs Ieſus,vidit hominem cæcum &c.Ioan.9.parte 1.cap.85.fo.369.
Ibat Ieſus in ciuitatẽ quę vocatur Naym Luc.7.parte 1.cap.44.fo.204.
Feria vj. Sabbato.
Erat quidam languens Lazarus &c.Ioannis.11.parte 2.cap.17.fo.463.
Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me, &c.Ioan.8.parte 1.cap.84.fo.363.
Dñica,Iudica.
Dicebat Ieſus turbis Iudæorum, &c. Ioan.8.par.1.cap.84.fo.363.
Feria ij. Feria iij.
Miſerũt principes & phariſæi miniſtros. Ioannis.7.parte.1.cap.82.fo.357.
Ambulabat Ieſus in Galilæam. Ibid.
Feria iiij. Feria v.
Facta ſunt encænia Hieroſolymis.Ioannis 10.parte 1.cap.87.fo.377.
Rogabat Ieſum quidam phariſæus.Luc. 7.parte 1.cap.60.fo.263.
Feria vj. Sabbato.
Collegerunt principes & phariſæi &c. Ioan.11.parte.2.cap.18.fo.467.
Niſi manducaueritis carnem filij hominis.Ioan.6.parte 1.cap.70.fo.311.
Dominica palmarum.
Cùm appropinquaſſet Ieſus Hieroſolymis.Mat.21.parte.2.cap.26.fo.492.





Feria.ij.
Ante ſex dies Paſchæ, venit Ieſus &c. Ioan.12.parte 2.cap.25.fol.487.
Feria.iij.Paſsio ſcđm Marc.
Feria iiij.Paſsio ſecundum Lucam. Feria.v.
Ante diem feſtum Paſchæ ſciens Ieſus &c.Ioan.13.parte 2.cap.54.fol.583.
In paraſceue.
Egreſſus Ieſus trans torrẽtem Cedron. Ioan.18.& 19.parte.2.cap.57.fol.596. vſq; ad cap.67.fo.695.
In vigilia Paſchæ.
Veſpere autem ſabbati.Mat.28.parte 2. cap.69.fo.703.& cap.71.fol.709.
In die ſancto Paſchæ.
Maria Magdalenę,& Maria Iacobi &c. Mar.16.parte 2.cap.71.fol.709.
Feria.ij. Feria.iij.
Duo ex diſcipulis Ieſu ibãt ipſo die &c. Luc.24.parte 2.cap.76.fol.723.
Stetit Ieſus in medio diſcipulorum. Luc 24.parte 2.cap.77.folio 726.
Feria.iiij. Feria.v.
Manifeſtauit ſe iterũ Ieſus ad mare &c. Ioan.21.parte 2.cap.79.fol.733.
Maria ſtabat ad monumentũ foris Ioan. 20.parte 2.cap.72.fol.714.
Feria.vj. Sabbato.
Vndecim diſcipuli abierunt in Galileã. Mat.28.parte 2.cap.80.fol.740.
Vna ſabbati Maria Magdalena venit. &c.Ioan.20.parte 2.cap.71.fol.709.
In octaua Paſchæ.
Cùm eſſet ſerò die illa vna ſabbatorum. Ioan.20.parte 2.cap.78.fol.731.
Dominica.ij.poſt Paſcha.
Ego ſum paſtor bonus.Ioan.10.parte 1. cap.86.fol.372.
Dominica iij.Dominica.iiij.
Modicũ & iam non videbitis me. Ioan. 16.parte 2.cap.57.fol.596.
Vado ad eum qui me miſit. Ibidem.
Dominica quinta.
Amen amen dico vobis,Si quid&c.Ioã. 16.parte 2.cap.57.fol.596.
In lætania maiori.
Quis veſtrum habebit amicũ,&c.Ioan. 6.parte 1.cap.39.fol.182.
In vigilia aſcenſionis.
Subleuatis Ieſus oculis in cœlum,dixit. Ioan.17.parte 2.cap.57.fol.596.
In die aſcenſionis.
Recũbẽtibus xj.diſcipulis apparuit &c. Mar.16.parte 2.cap.82.fol.745.
Dominica infra oct.aſcenſionis.
Cùm venerit paracletus quem ego &c. Ioan.15.parte 2.cap.57.fol.596.
In vigilia Pentecoſtes.
Si diligitis me,mandata mea &c. Ioan. 14.parte 2.cap.57.fol.596.
In die Pentecoſtes.
Si quis diligit me, ſermonem &c. Ioan. 14.parte 2.cap.57.fol.595.
Dominica trinitatis.
Erat homo ex phariſæis Nicodemus nomine.Ioan.2.parte 1. cap.26. fol.129.
De feſto corporis Chriſti.
Caro mea verè eſt cibus,&c.Ioan.6.parte.1.cap.70.fol.311.
Dominica.j.poſt trinitatem.
Homo quidam erat diues,&c.Lucæ 16. parte 2.cap.16.fol.457.
Dominica.ij. Dominica.iij.
Homo quidam fecit cœnam magnam Lucæ 14.parte 1.cap.81.fol.355.
Erant appropinquantes ad Ieſum &c. Luc.15.parte.2.cap.7.fol.422.
Domin.iiij. Dominic.v.Domin.vj.
Eſtote miſericordes,ſicut pater&c.Luc. 6.parte 1.cap.39.fol.182.
Cùm turbæ irruerent in Ieſum, vt,&c. Luc.5.parte 1.cap.29.fol.136.
Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquã ſcribarum.Mat.5.par.1.ca.34.fo.157.
Domin.vij.Dom.viij.Dominica ix.
Cùm turba multa eſſet cum Ieſu.Marc. 8.parte.1.cap.91.fol.389.
Attendite à falſis prophetis, qui &c. Mat.7.parte.1.cap.40.fol.189.
Homo quidam erat diues, qui habebat. Luc.16.parte 2.cap.15.fol.453.
Dominica x. Dominica.xj. Domi.xij.
Cũ appropinquaret Ieſus Hieruſalem. Luc.19.parte 2.cap.27.fol.498.
Dixit Ieſus ad quoſdam,qui in ſe cõfidebant.Luc.18.parte 2.cap. 30. fol.507.
Exiens Ieſus de finibus Tyri &c.Marc. 7.parte 1.cap.90.387.
Domini.xiij.Dominica.xiiij.Do.xv.
Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Luc.10.parte 1.cap.59.fol.259.
Dum iret Ieſus in Hieruſalem, trãſibat &c.Luc.17.parte 2.cap.19.fol.470.
Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Mat.6.parte 1.cap.38.folio 176.
Domini.xvj.Domini.xvij. Do.xviij.
Ibat Ieſus in ciuitatem Naym. Lucæ. 7.parte 1.cap.44.fol.204.
Cùm intraret Ieſus dominum cuiuſdã &c.Luc.14.parte 1.cap.80.fol.351.
Acceſſerunt ad Ieſum Phariſæi, &c. Mat.22.parte.2.cap.36.fol.528.
Domini.xix.Dominica xx.Do.xxj.
Aſcendens Ieſus in nauiculam,transfretauit. Mat.9.parte 1.cap. 48. fol.215.
Simile eſt reg.cœlo.homĩ regi, q fecit. Mat.22 parte 2.cap.34.fol.521.
Erat quidã regulus cuius filius infirmabatur,Ioan.4.parte 1.cap.63.fol.277.
Dominica xxij.Dominica.xxiij.
Simile eſt reg. cœlo. hoĩ regi, q voluit. Mat.18.parte 2.cap.9.fol.431.
Abeuntes phariſæi conſilium inierunt, &c.Mat.22.parte 2.cap.35.fol.525.
Dominica xxiiij.Dominica.xxv.
Loquente Ieſu ad turbas,Ecce &c.Mat. 9.parte 1.cap.49.fol.218.
Cùm ſubleuaſſet oculos Ieſus: &c.Ioan. 6.parte 1.cap.67.fol.296.
In dedicatione eccleſiæ.
Ingreſſus Ieſus perambulabat Hierico. Luc.19.parte 2.cap.23.fol.482.
In vigilia ſancti Andreæ.
Stabat Ioãnes,& ex diſcipulis eius duo. Ioan.1.parte 1.cap.23.fol.118.
In die ſancti Andreæ.
Ambulans Ieſus iuxta mare Galilææ vidit &c.Mat.4.parte.1.cap.28.f.135.
De ſancto Nicolao.
Sint lumbi veſtri pręcincti.Luc.12.parte 2.cap.47.fol.562.
In feſto conceptionis Mariæ virginis.
Liber generationis Ieſu Chriſti filij &c. Mat.1.parte 1.cap.7.fol.32.
In die ſancti Thomæ.
Thomas vnus ex xij. nõ erat cũ eis &c. Ioan.20.parte 2.cap.77.fol.726.
Stepha.proto.Ioannis euang.
Dicebat Ieſus turbis. Ecce ego mitto &c.Mat.23.parte 2.cap.38.fol.534.
Dixit Ieſus petro, ſequere me. Ioan.21. parte 2.cap.79.fol.733.
In die innocentium.
Angelus domini apparuit in ſomnis&c. Matt.2.parte 1.cap.13.fol.65.
In feſto purifica.Mariæ.
Poſtquã impleti ſunt dies purgationis Mariæ.Luc.2.parte 1.cap.12.fol.56.
In cathedra petri,& cæteris eiuſdem feſtis.
Venit Ieſus in partes Cęſareę Phili.&c. Mat.16.parte 2.cap.1.fol.398.
In annũtiatione beatæ virginis.
Miſſus eſt angelus Ga.parte.1.c.5.fo. 18.
De ſanctis Philip.& Iacobo.
Nõ turbetur cor.pte 2.cap.57. fol.596.
In vigilia Ioannis Baptiſtę.
Fuit in diebus Herodis regis ſacerdos &c.Luc.1.parte 1.cap.6.fol.27.
In natiuitate Ioannis Bapt.
Helizabeth impletũ eſt tẽpus pariendi. &c.Lucę 1.parte 1.cap.6.fol.27.
In feſto viſitationis Mariæ.
Exurgens Maria,abijt in montana &c. Lucę 1.parte 1.cap.6.fol.27.
In feſto aſſumptionis Mariæ.
Intrauit Ieſus in quodam caſtellũ.Luc. 10.parte 1.cap.61.fol.267.
In feſto Mariæ Magdalenæ.
Rogabat Ieſum quidam Phariſęus &c. Lucę 7.parte 1.cap.60.fol.263.
In die ſancti Iacobi.
Acceſsit ad Ieſum mater filiorum Zebedęi.Mat.20.parte 2.cap.21. fol.475.

In die decolla.Ioannis Bapti.
Miſit Herodes manũ,ac tenuit Ioannẽ. Marci 6.parte 1.cap.66.f.292.
In natiui.virgi.Mariæ.
Liber generationis.parte 3.cap.7.f.32.
Matthæi euangeliſtę.
Vidit Ieſus hominem ſedentem in telonio. Mat.9.parte 1.cap.31.folio 143.
In feſto ſancti Michaëlis.
Quis putas maior eſt in regno cœlorũ? Mat.18.parte 2.cap.6.fol.417.
De Apoſtolis.
Hoc eſt præceptũ meũ vt diligatis inuicẽ.Ioan. 15.parte 2.cap. 57. folio 596.
Hæc mando vobis. Ibidem.
Ecce ego mitto vos.parte 1.c.51.fo.224.
Ecce nos reliquimus omnia.parte ſecũda,cap.13.fo. 446.
Deſignauit Ieſus,& alios 72.diſcipulos. Luc.10.parte 1.cap.58.fol.254.
Conuocatis xij.apoſtolis,dedit illis &c.
Lucę 9.parte.1.cap.51.fol.224.
De vno martyre.
Si quis vult poſt me venire, abneget. &c.Luc.9.parte 2.cap.2.fol.402.
Qui amat patrẽ parte 1.cap.54.fol.238.
Niſi granum fru.parte 2.cap.31.fol.512.
In tempore Paſchali.
Ego ſum vitis vera,& vos palmites.Ioã. 15.parte.2.cap.57.fol.596.
Plurimorum martyrum.
Cùm audieritis prælia & ſeditiones. Luc.21.parte 2.cap.39.fol.537.
Attendite à fermento Phariſæorum. Luc 12.parte 1.cap.54.fol.238.
Deſcendens Ieſus de monte, ſtetit. &c. Luc.6.parte 1.cap.33.fol.149.
Videns Ieſus turbas aſcendit in mõtem. Mat.5.parte.1.cap 33.fol.149.
Loquẽte Ieſu.parte 1.cap.75.fol.333.
De confeſſoribus.
Vigilate,& ora.parte 2.cap. 44.fol.553.
Vigilate,quia neſcitis qua hora do. veſ. vẽ.ſit.Mat.24.parte 2.cap.45.fo.557.
Sint lumbi veſtri.parte 2.cap.47.f.562.
Hõ quidã peregrè proficiſcẽs,voca. &c. Mat.25.parte.2.cap.49.fol.567.
Homo quidam nobilis abijt in regionẽ longinquam. Ibidem.
Nemo accendit lu. parte 1.cap.34.f.156.
De virginibus.
Simile eſt regnũ cœlorum decem virginibus.Mat.25.parte 2.cap.48.fo.564.
Simile eſt regnũ cœlorũ theſauro abſcõdi.&c.Mãt.13.parte 1.cap.64.fo.280.
De commemoratio.beatę virgi.
Extollens vocem quędam mulier de turba &c.Luc.11. parte 1. cap.75.fol.332.
Stabant iuxta crucem Ieſu mater eius &c. Ioan.19. parte 2.cap.63.fol.658.
In officijs defunctorum.
Dixit Martha ad Ieſum, Domine ſi fuiſſes hîc &c.Io.11.parte 2. ca.17.f.463.
Omne quod dat mihi pater, ad me veniet.Ioan. 6. parte 1. cap.70. fol.311.
Ego ſum panis viuus &c. Ibidem.

FINIS.

# ORDO CAPITVLORVM QVATVOR

euangeliſtarum, indicatis locis vbi tractantur.

## Capitula Matthæi.

CAput 1. tractatur prima parte,cap. 7. foli. 32. cap. 8. fol. 34.
Cap.2.1. parte, cap. 11.fol.49. cap. 13. fo.65.ca.14. f.70.
Cap.3.1.parte,cap.17.fo.81.
Cap.4 1.parte,cap.22. folio 109.cap.28. fo.125.cap.29.fol.126.
Cap.5.1.parte,cap.32.fol.147.cap. 33.fol. 149.cap.34.fol.156.cap.35.fol.161.
Cap.6.1.parte,cap.36.fol.167.cap.37.fo. 170.cap.38.fo.176.
Cap.7.1.parte,cap.40.fol.189.
Cap.8.1.parte,cap.41.fol.194 ca.42.fo. 197.cap. 43.fol.201.cap. 45.fol. 207. cap.46.fol.210.cap.47.fol.213.
Cap.9.1.parte,cap.31.fol.143.cap.48.fo. 215.cap.49.fol.218.cap. 50. fol.111.ca. 51.folio 224.
Cap.10.prima parte, cap.51.fo.224.cap. 52.fol.115.cap. 53. fol.229.cap.54.fol. 238.cap.55.fol.242.
Cap.11.1.parte,ca.56.fol.245 cap.57.fol. 251.cap.58.fol.254.
Cap.12.1.parte,ca.71.fol.314.cap.73.fol. 321.cap.74.fol.328.
Cap.13.1.parte, cap. 64.fol.280. cap.65. folio 288.
Cap 14.1.parte,ca.32.fol.147.cap.66.fo. 292.cap.67.fol.296.cap.69.fol.308.
Cap.15.1.parte,cap.88.fol.380.cap.89.fo. 384.cap.91.fol.389.cap.92. fol.394.
Cap 16.1.parte,cap.92.fol.394. 2.parte, cap.2.fol.402.cap.1.fol.398.
Cap.17.2.parte, cap.1.fol.398. cap.3.fol. 406.cap.4.411.cap.5.fol.413.
Cap.18.2.parte,cap.5.fol.413.cap.6. fol. 417.cap.8.fol.428.cap.9.folio 431.
Cap.19.2.parte, cap. 10.fol.435. cap.11. fol.439.ca.13.fo.453.cap.14.fol.449.
Cap.20.2.parte, cap.21.fol.475.cap.24. fol.485.cap.13.fol.448.
Cap.21.2.parte,cap.26.fol.492.cap. 27. fol.496.cap.29.fol.504.cap.31.fo.512. cap.32.fol.516.cap.35.fol.519.
Cap.22.2.parte,cap.34.fol.521.cap.35.fo 525.cap.36.fol.528.cap.53.fol.581.
Cap.23.1.parte, cap.76.fol.334. 2.parte, cap.37.fol.531.cap.38.fol.534.
Cap.24.2.parte, cap.39.fol.539.cap.40. fol.541.cap.42.fol.548.cap.43.fo.551. cap.44.fol.554.cap.45.fol.557.ca.46. fol.559.
Cap.25.2.parte,cap.48.fol.567.cap.49. fol.567.cap.50.fol.570.
Cap.26.2.parte, cap.25.fol.487. cap.52. fol.578.cap.55.fol.587. cap.56.fo.591. cap.57.fol.596.cap.59.fol.611.cap.60. folio 624.
Cap.27.2.parte, cap. 61.fol.633. cap.62. fol.641.cap.63.fol.658.ca.64.fo.678. cap.65.fol.686.cap.66.fol.689.
Cap.28.2.parte,cap.69 fol. 703. cap.71. fol.707. cap.72. fol. 714. cap.73. fol.718.ca.64.fol.720.cap.80.f. 740.

## Capitula Marci.

Caput 1. tractatur prima parte, cap.2. fol.103.cap.43.fol.201.
Cap.2.1. parte, cap.31.fol. 143. cap.48. fol.215.
Cap.3.1.parte,cap.72.fol.318.
Cap.4.1.parte,cap.41.fol.194. cap.46. fol.210.cap.51. fol.224.cap.64.f.280.
Cap.5.prima parte,cap. 49 fol.218.
Cap.6.1. parte, cap.58. fol.254. cap.65. fol.143.cap.66.fol.292.ca.69.fol.308.
Cap.7.prima parte,cap.69.fol.308. cap. 88.fol.308.cap.90.fol.387.
Caput 8 1.parte,cap.91.fol. 380.cap.92. fol.394. 2.parte,cap.1.fol.398.
Cap.9.1. parte, cap. 45.fol. 019.2.parte, cap.44.fol.204.cap. 4.fol.411. cap. 5.fol.4[illegible].cap.6.fol.417.
Cap.10.2.parte,cap. 10.fol. 437. cap.11. fol.439.cap.21.fol.475.ca.22.fo.408. cap.24.fol.4[illegible]5.
Cap.11.2.parte cap.2[illegible].fol. 492. cap.27. fol.496.cap.[illegible].fol.517.
Cap.12.2.parte,ca.30.fol.507.cap. 3.fol. 519.cap.37.fol.531.
Caput 13.2.parte,cap.39.fol.539.cap.44. fol.541.cap.44.fol.553.
Cap.14.2.parte,cap.25.fol. 487.cap.52. fol.578.cap.53.fol.581.cap.55. fol. 587. cap.56.fol.591.cap.57.fol.596.cap.59. fol.611.cap.60.fol.624.
Cap.15.2.parte, cap.61. fol.633.cap. 61. fol.641.cap.63.fo.658.ca.54.fol. 677. cap.65.fol.686.cap.66.fol.689.
Cap.16.ſecunda parte, cap.71.fol.709. cap.82.fol.745.

## Capitula Lucæ.

Caput 1.tractatur prima parte, cap.4. fol.15.cap.5.fol.18.cap.6.fol.27.
Cap.2.prima parte,cap.9.fol.38.cap.10. fol.46.cap.12.fol.56.ca.15.fol.72.cap. 16.fol.77.
Cap.3.1.parte,cap.17.fol.82.





Cap.4.prima parte,cap.22.fol.109. cap. 43.fol.201.cap.65.fol.288.
Cap.5.1.parte,cap.29.fol.136.cap.31. fol. 143.cap.41.fol.194.cap.48.fol.215.
Cap.6.prima parte,cap.32.fol.147.cap. 23.fol.149. cap.35. fol.161.cap. 39.fol. 182.cap.71.fol.314.cap.72.fol.318.
Cap.7.prima parte,cap.42.fol.197.cap. 44.fol.204.cap.60.fol.263.
Cap.8.prima parte, cap.49.fol.218.cap. 64.folio 280.
Cap.9.prima parte,cap.45.fol.207.cap. 51.fol.224.cap.58.fol.254.cap.67.fol. 296.ſecunda parte,cap.2.fol.402.cap. 3.folio 406.cap.4. fol.411. cap.5. fol. 413.cap.14.fol.449.cap.20.fol. 473.
Cap.10.prima parte,cap.58.fol.254.cap. 59.fol.259.cap.61.fol.267.
Cap.11.prima parte,cap.34.fol.156. cap. 73.fol.321.cap.75.fol.332.cap.76.folio 334.
Cap.12.prima parte,cap.38.fol.176. cap. 54.fol.238.cap.77.fol.338.2.parte, ca. 46.fol.559.cap.47.fol.562.
Cap.13. prima parte, cap. 40. folio 189. cap.79.folio 346.
Cap.14.prima parte,cap.80.fol.351.cap. 81. folio 355. ſecunda parte, caput 34. fol.521.
Cap.15.ſecunda parte , cap.7.folio 422.
Cap.16.ſecunda parte,caput 15.fol. 453. cap.16.folio 457.
Cap.17.2.parte,cap.4.fol.411.caput 19. fol.470.cap.40.folio 541.caput 45. folio 557.
Cap.18.ſecunda parte, cap.11.folio 439. cap.21.fol.475.caput 22.fol.480.cap. 42.fol.548.cap.30.fol.507.
Caput 19.ſecunda parte,cap.23.fol. 482. cap.26.folio 492. cap. 27. folio 496. cap.49.fol.567.
Cap.20. ſecunda parte,caput 33.fol.519. cap.37. folio 531.
Cap.21.ſecunda parte, caput 30.fol.507. cap.39.folio 539.cap.40.fol. 541. cap. 42.fol.548.cap.44.fol.554.
Caput 22.ſecunda parte, cap.52.fol.578. cap.53.fol.581. cap.55. fol.587. cap.56. fol.591.cap.59.fol.611.cap.60.fo.624. cap.61.folio 633.
Cap.23.ſecunda parte, cap.61. folio 633. cap.62.fol.641.cap.63.fol.658.ca. 64. fol.678.cap.65.fol.686.cap.65.fo.689.
Cap.24.ſecunda parte, cap.71.fol. 709. cap.76.fol.723.cap.77.folio 726.

## Capitula Ioannis.

Caput 1.tractatur prima parte,cap.1.fo. 7.cap.18.fol.88.cap.20.fol.96. cap.23. fol.118.cap.24.fol.120.
Caput 2.prima parte,caput 25. fol.124. cap.26.fol.129.
Cap.3.prima parte,cap.27.fol.132.
Cap.4.prima parte,cap.62.fol.272.cap. 63.fol.277.
Caput 5.prima parte,cap.78.fol.341.
Cap.6.prima parte,cap.67. fol.296.cap. 69.fol.308.cap.70.fol.311. ſecũda parte.cap.28.fol.500.
Cap.7.prima parte,cap.82.fol.357.
Cap.8.prima parte, cap.83. fol.361. cap. 84.fol.363.
Cap.9.prima parte,cap.85.fol.369.
Cap.10.prima parte,cap.86.fol.372.cap. 87.fol.377.
Cap.11.ſecunda parte,cap.17. folio 463. caput 18.fol.467.
Caput 12.ſecunda parte, cap.25.fol.487. cap.26.fol.492. cap.27.fol. 496. cap. 31.fol.512.
Caput 13.prima parte,cap.55.fol.242.ſecunda parte,cap.54.fol.583.cap.55.fol. 587.cap.57.fol.596.
Caput 14.15.16.17.ſecunda parte,cap.57. fol.596.
Cap.18.ſecunda parte , cap.57.folio 596. cap.59.fol.611.cap.60.fol.624.cap.61. fol.633.cap.62.fol.641.
Cap.19.ſecunda parte,cap. 62.folio 641. cap.63.fol.658.cap.64.fol.678.cap.65. fol.686.cap.66.fol.689.
Cap.20.ſecunda parte,cap.71.folio 709. cap.72.fol.714.cap.73. folio 718.cap. 77.fol.726.cap.78.fol.731.
Caput 21.ſecunda parte,cap.79. fol. 733.

Indicis, quo facilè reperias in quo huiuſue operis capite, quodvis quatuor euãgeliſtarum caput enarretur,

FINIS.

# TITVLI CAPITVLORVM PRIMAE

partis per ordinem.

DE diuina & æterna Chriſti generatione. Cap.1.
De inuẽtione remedij pro ſaluatione generis humani,& natiuitate virginis Mariæ. Caput 2.
De deſponſatione Mariæ. cap.3.
De conceptione Ioannis præcurſoris. caput 4.
De conceptione ſaluatoris. cap.5.
De natiuitate, & circunciſione,præcurſoris domini. Correſpondet euangelio,Exurgens Maria abijt in Montana. cap.6.
De genealogia ſaluatoris. cap.7.
De eo quòd Ioſeph voluit dimittere Mariam. Correſpondet euãgelio, Cùm eſſet deſponſata Maria mater domini. caput 8.
De natiuitate ſaluatoris. Et correſpõdet euangelio, Exijt edictum à Cęſare Auguſto. cap.9.
De circunciſione domini. Et correſpondet euangelio,Poſtquam cõſummati ſunt dies, &c. cap.10.
De apparitione domini,facta tribus Magis. caput 11.
De præſentatione domini in templum. caput 12.
De fuga domini in Aegyptum, & nece innocentum. Correſpondet euãgelio, Angelus domini apparuit in ſomnis Ioſeph,&c. cap.13.
De reditu domini ex Aegypto,& initio pœnitentiæ Ioãnis Baptiſtæ. Correſpondet euangelio, Defuncto Herode,&c. cap.4.
De eo quòd puer Ieſus remanſit in Hieruſalem,& inuẽtus eſt in tẽplo. ca.15.
Quid fecerit dominus Ieſus ab anno duodecimo vſq; ad principium anni triceſimi. caput 16.
De officio & vita Ioannis Baptiſtæ. Correſpondet euangelio, Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæſaris. caput 17.
De eo quòd Ioannes nõ per ſeipſum, ſed à deo miſſus venit ad publicũ. Correſpondet euangelio,Fuit homo miſſus à deo, cui nomen erat Ioannes. caput 18.
De eo quòd Ioannes confeſſus eſt ſe non eſſe Chriſtum: ſed eius præcurſorem & nuntium. cap.19.
De pœnitentia facienda. cap.20.
De baptiſmo domini. cap.21.
De ieiunio & tentationibus domini. Correſpondet euangelio, Ductus eſt Ieſus in deſertũ à ſpirituſancto.ca.22.
De teſtimonio Ioannis de Chriſto dei agno. cap.23.
De teſtimonio Ioãnis de Chriſto: Ac de prima diſcipulorum vocatione,& occulta Chriſti prędicatione. cap.24.
De mutatione aquæ in vinum. cap.25.
De prima eiectione vendentium de tẽplo,& de Nicodemo. cap.26.
De incarceratione Ioannis Baptiſtæ. caput 27.
De initio publicæ prædicationis domini Ieſu. cap.28.
De ſecunda & tertia vocatione diſcipulorum. caput 29.
De epilogo vocationum diſcipulorum: & de diligentia Chriſti ad prædicandum. cap.30.
De vocatione Matthæi, & eius conuiuio. caput 31.
De electiõe duodecim apoſtolorũ.ca.32.

De ſermone domini in mõte: Et primò de octo beatitudinibus. cap.33.
Quòd prælati debent lucere opere & ſermone: Et quòd Chriſtus non venit legem ſoluere, ſed adimplere. cap.34.
De patiẽtia & largitate circa proximos exhibenda. cap.35.
De laude humana in bonis operibus non quærenda. cap.36.
De oratione dominica. cap.37.
De non theſaurizando in terra, ſed in cœlo. cap.38.
De miſericordia facienda, & non iudicando: ac fiducia orationis. cap.39.
De arcta via, &c. & concluſione ſermonis domini in monte. cap.40.
De curatione leproſi. cap.41.
De ſeruo Cẽturionis paralytico. ca.42.
De curatione dæmoniaci, & ſocru Petri. caput 43.
De ſuſcitatione filij viduæ. cap.44.
De ſcriba doloſo, & duobus alijs Chriſtum ſequi volentibus. cap.45.
De eo quòd dominus excitatus, imperauit ventis & mari. cap.46.
De duobus dæmoniacis à legione obſeſſis. cap.47.
De curatione paralytici, per tectum dimiſsi. cap.48.
De emorrhoyſſa, & archiſynagogi filia. caput 49.
De duobus cæcis, & vno muto. cap.50.
De miſsione apoſtolorum ad prædicandum cum poteſtate curationum. caput 51.
De patientia in aduerſis habenda. ca.52.
De non timendo mortem, & confitendo Chriſtum. cap.53.
De quibuſdam impedimentis perfectionis, & ſequelæ Chriſti. cap.54.
De conſolatione diſcipulorũ inter onera præceptorum. cap.55.
De quæſtione Ioannis Baptiſtæ, & eius commendatione. cap.56.
De increpatione & condemnatione infidelium Iudæorum. cap.57.
De reuerſione apoſtolorum, ac miſsione, & reuerſione ſeptuagintaduo diſcipulorum. cap.58.
De homine ſauciato, & vulnerato à latronibus. cap.59.
De pœnitẽtia Mariȩ Magdalenȩ. ca.60.
De miniſterio Marthæ, & otio Mariæ Magdalenæ. cap.61.
De muliere Samaritana. cap.62.
De filio Reguli ſanato. cap.63.
De quatuor parabolis domini ad turbas, & tribus ad diſcipulos habitis. ca.64.
De aduentu domini in Nazareth, quando legit in ſynagoga eorum, & ipſi volebant præcipitare eum. cap.65.
De decollatione Ioãnis Baptiſtæ. ca.66.
De refectione quinque millium hominum. cap.67.
De ambitione, & quibuſdam alijs clericorum & religioſorum defectibus. caput 68.
De eo quòd dominus ſupra mare ambulauit: & Petrũ ne mergeretur, erexit. caput 69.
De verbis domini propter quæ quidam retrò abierunt. cap.70.
De tranſitu domini, & diſcipulorum per ſata. cap.75.
De manco manum aridã habẽte. ca.72.
De dæmoniaco, cæco, & muto. cap.73.
De Iudæis ſignum de cœlo quærẽtibus: & de ſpiritu immũdo olim eiecto ab eis. caput 74.
De muliere vocem de turba extollente: ac de matre & fratribus domini eum quærentibus. cap.75.
De increpatione Phariſæorum, & legis doctorum. cap.76.
De fratre petente diuidi hæreditatem, & de diuite volente horrea amplian[illegible] caput 77.
De probatica piſcina, & paralytico. caput 78.
De arbore infructuoſa, & mulierȩ curuata. cap.7[illegible]
De hydropico, & exhortatione ad humilitatem & miſericordiam. cap.[illegible]
De inuitatis ad cœnam magnã. cap.[illegible]
De ſcenophegia, feſtiuitate Iudæorum. caput 82.
De muliere in adulterio deprehen[illegible] caput 83.
De quibuſdam verbis domini, propter quæ bus volebant eum Iudæi lapidare. caput 84.
De cæco à natiuitate illuminato. cap.[illegible]
De paſtore ouium. cap.[illegible]
De encænijs, in quibus voluerunt Iudæi Ieſum lapidare. cap.[illegible]
De traditionibus Phariſæorum, eiuſ contra dei mandatum. cap.[illegible]
De muliere Chananæa, & eius filia. caput 89.
De ſurdo & muto, à dæmone poſſeſ[illegible] caput 90.
De refectione quatuor millium hominum. cap.[illegible]
De fermento cauẽdo, & cæco Bethſaidæ illuminato. cap.[illegible]

FINIS.

LVDO



# A LVDOLPHI DE SAXONIA

Carthuſienſis, viri Deo deditiſsimi, atq; doctiſsimi, in librum, qui Vita Chriſti inſcribitur, Prologus.

*



1. Corin.3. FVNDAMENTVM aliud nemo poteſt ponere, vt ait Apoſtolus, præter id quod poſitum eſt: quod eſt Chriſtus Ieſus. Cùm dicat Augu. ꝙ Deus eſt res ſummè ſufficiẽs: & homo eſt res ſummè deficiens: & ꝙ tale bonum Deus eſt, vt nemini eum deſerẽti bene ſit. Idcirco quicunque ruinam defectuum ſuorum euadere, & ſpiritu reparari deſiderat: neceſſe eſt ei vt à fundamento prædicto non recedat: quia in eo omnimoda remedia ſuis neceſsitatibus inueniet.

Deus. Homo.

B

Peccator inuitatur ad veniã. Matt.11.

Primò itaq; peccator cupiens peccatorum ſuorum ſarcinam deponere, & ad requiem animæ peruenire: audiat Deum peccatores inuitantem ad veniam, & dicentem. Venite ad me omnes qui laboratis, ſcilicet labore vitiorum: & onerati eſtis, ſcilicet ſarcina peccatorum: & ego reficiam vos, ſcilicet ſanando, ac refouendo: & inuenietis requiem animabus veſtris: & hîc, & in futuro. Audiat ergo ȩgrotus pium & ſollicitũ medicũ: & veniat ad ipſum per profundã cõtritionem: ac ſollicitam cõfeſsionem, & ſtudioſum propoſitũ ſemper declinandi à malo, & faciendi bonũ. Secundò peccator (ſed iam in Chriſto fidelis effectus, tanquã ipſi per pœnitentiã reconciliatus,) ſtudeat diligentiſsimè medico ſuo adhȩrere, & ſuam familiaritatẽ acquirere, eius ſanctiſsimã vitam recogitando omni qua poterit deuotione. Caueat tamẽ prouidè, ne curſoriè ipſam vitam legendo tranſeat: ſed ſeriatim aliquid de ea per diẽ accipiat: in quo ſabbatum delicatũ piȩ meditationis Chriſto quotidie celebrando, ac cogitationes & affectiones, orationes & laudes, totumq; opus diei ad illud reducendo in ipſo delectetur: à tumultu exteriorũ, & mundanorum impedimẽtorũ requieſcere, & ſuauiter obdormire: & ad illud vbicũq; fuerit, velut ad certum & pium refugiũ, contra vitioſas humanæ infirmitatis varietates, continuit. Dei famulos impugnantes, ſȩpe recurrere. Sȩpius tamen recurrat ad prȩcipua Chriſti memorialia: videlicet ad incarnationem, natiuitatẽ, circunciſionẽ, apparitionẽ, prȩſentationem in templo, paſsionẽ, reſurrectionẽ, aſcenſionem, ſpiritus ſancti effuſionẽ aduentum ad iudicium: cauſa ſpecialis recordationis, & exercitationis, ac ſpiritualis recordationis, ac conſolationis. Sic etiam ipſam vitã Chriſti legat: vt mores eius pro poſſe imitari ſtudeat. Parum enim prodeſt ſi legerit: niſi & imitatus fuerit. Vnde Bernar. Quid tibi prodeſt, piũ ſaluatoris nomen lecticare in libris: niſi habere ſtudeas pietatem in moribus? Vnde & Chryſoſtomus: Qui legens de Deo, vult inuenire Deum: feſtinet viuere dignè Deo, & ipſa conuerſatio bona ſit quaſi lampas luminis ante oculos cordis eius, viã veritatis aperiens. Iſta vita in ſummo deſiderio debet eſſe peccatori, propter multa. Primò, propter remiſsionẽ peccatorũ. Cùm enim fecerit de ſe iudicium, ſe per confeſsionẽ accuſando, per iuſtitiam pœnitentiam voluntariam aſſumẽdo, iam ſolicitè ambulãs cũ Deo ſuo prȩdicto modo meditãdo, purgatur non modicũ à ſordibus peccatorũ. Deus enim cui adhȩret, ignis cõſumens eſt, purgationẽ peccatorũ faciens. Secundò, propter ſui illuminationem. Ille enim cui aſsiſtit, lux eſt in tenebris lucens: cuius lumine illuſtratus, docetur ordinatè diſponere vitã ſuam ad Chriſtum, & cœleſtia ad ſeipſum ac proximũ, & terreſtria. Tertiò, propter gratiam lachrymarum, valde neceſſariã peccatori in hac valle miſeriȩ: quam Chriſtus, qui eſt fons hortorum, & puteus aquarũ viuentium, conſueuit peccatoribus ſibi adhȩrentibus dare. Quartò, propter reparationem lapſuum quotidianorum: de quibus ſemper releuat dominus ſibi adhærentes. Iuxta illud: Fac ſerpentẽ æneum, & pone eũ pro ſigno: qui percuſſus aſpexerit eum, viuet. Quintò, propter dulcem & deſiderabilẽ deguſtationem, quam in ſe habet. Iuxta illud: Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt dñs. Sextò, propter cognitionem paternæ maieſtatis, quæ per ipſum ſolum haberi poteſt. Iuxta illud: Nemo nouit patrem, niſi filius, & cui filius voluerit reuelare. Septimò, propter ſecurũ exitum ab hac vita periculoſa. Fidelis nãq; peccator, qui modo quotidie ſuſcipit Chriſtum in hoſpitio cordis ſui, & lectulũ floridum, per ſuaues meditationes eidem prȩparando, econuerſo poſt mortem requiretur, & ſuſcipietur à Chriſto: vt ſicut conſueuit & concupiuit ſemper & in æternũ ſit cum ipſo. Hæc vita, eſt vita bona & irrigua, peccatores ſibi adhȩrentes mundans & renouans, & eos ciues ſanctorum, & domeſticos Dei faciens. Eſt amabilis & dulcis ad conſeruandum.

Peccator adhærere debet Deo medico ſuo, eius vitã contemplando.

C Vita Chriſti ſeriatim nõ curſoriè legenda.

Inſignia Chriſti, pcipuè memoranda.

Vita Chriſti imitanda.

D

Chriſti vita propter multa deſideranda.

Heb.12.

Ioannis 1.

E

Nume.21.

Pſal.33.

Matt.11.

F Vitȩ Chriſti fructus.

a

VNIVERSITA

G dum. Non enim habet amaritudinē conuerſatio illius: nec tediū conuictus ipſius: ſed lætitiā & gaudium. Eſt delicioſa & ſuauis. Cætera quæ hanc nō ſapiunt faſtidiēs exercitia, cùm aliquādiu pio corde fuerit frequētata. Eſt paſcēs & reficiēs. Nā ſecūdum Ambro. qui domicilio Chriſtū recipit interno, maximis delectationibus exuberātium paſcitur voluptatū. Eſt cōſolatoria ſolitario, & quidem optimus comes iugis iucūditatis, ſolatijq́; & cōfortationis, ac turris fortitudinis à facie inimici, & à tribulatione & tētatione peccatoris.

Vitę Chriſti cōtemplatio, omnibus neceſſaria.

Hæc eſt vita plana & facilis ad cōtemplādū creatorē: de qua nullus excuſare ſe pōt ſicut de cōtemplatione ſummæ maieſtatis: ad quā nemo raptim pōt pertingere, niſi proficiēdo per iſtā vitā noſtri redemptoris. Hanc quicunq; incipiētes & paruuli: quicunq; proficientes & perfecti poſſunt habere: & in ea inuenire bonū nidū ſibi, vbi tanquā turtures reponāt, & abſcōdāt caſti amoris pullos, quiſq; pro ſua capacitate.

Vita Chriſti nidum præſtat.

Vita Chriſti fauorabiles reddit ſanctos.

Hæc vita multū reddit ſanctos Dei fauorabiles, pios, & benignos cultoribus ſuis, propter ipſum qui nobis cū illis cōmune eſt gaudiū. Verbi gratia. Nūquid beata virgo mater miſericordię, pie-

H

tatis, & gratię poterit te deſpicere, vel oculos ſuos à te auertere, quāuis ſis peccator, quādo nō ſolum ſemel in die viderit, ſed & frequēter filium ſuum quem ſuper omnia diligit, in brachijs tuis & inter vbera tua cōmorantem? Nunquid poterit te cum filio ſuo quē portas deſerere, quando viderit te prędicto modo, filium ſuum tam ſollicitè per ſingula comitātem, & eidē pietatis officio, deuotionis miniſterium, per dies ſingulos exhibentē? Nullo modo.

Chriſti vita, facit cōſortes vitę cœleſtis et omnium ſanctorū.

Sic & cæteri ſancti libentiſsimè reſpiciunt illos, cū quibus deus placatus habitare dignatur, cùm iſta vita faciat cultores ſuos cōſortes illorum: quia eſt & vita ipſorum. Planè hæc vita eſt vita beatę matris Chriſti, ipſi ſedulè miniſtrātis in annis pluribus, & famulantis. Hæc eſt vita apoſtolorū Chriſto familiariter adhęrentium, & cum eo fideliter perſeuerantium. Hæc eſt vita ciuium ſupernorū, Chriſto fruentium, & eius opera mirabilia admirantium, & ſibi reuerēter aſsiſtentium in æternū.

Lucæ 10.

Hæc vita eſt optima pars, ſcilicet ſedere ad pedes

I

Chriſti, & audire verbū eius. Vnde meritò à poſſeſſore ſuo ipſam modo per gratiā colēte, nō auferetur: quia ipſa eſt retributio illa quæ ſeruo fideli & prudēti promittitur: & hic incipiēs, in æternitate perficietur.

Vita Chriſti nequit ſatis laudari.

Hāc vitā nulla lingua laudare ſufficit, adeo bona eſt, & ſancta, & ſuper oēs vitas digniſsima, cùm ſit initiū cuiuſlibet altioris cōtēplationis, ac vitę angelicæ & ęternæ quę ſperatur in patria.

Chriſti vita facit hîc incipere vitā cœleſtem.

An parū eſt tibi continuè cum Chriſto eſſe: in quē deſiderant angeli ſemper proſpicere? Si vis in ęternum regnare cū Chriſto, incipe regnare modo & noli deſerere eū, cui ſeruire regnare eſt.

Cōpendiū totius vitę Chriſti.

Appropinqua ergo ad ipſum pio corde: vt deſcēdenti, ſcilicet de ſinu patris, in vterū virginis, quaſi alter teſtis, cū angelo ſanctæ cōceptionis exiſtas in pura fide: & congratulare virgini matri, ſic propter te fœcūdatę. Adeſto eius natiuitati, & circūciſioni, quaſi bonus nutricius, cū Ioſeph. Vade cū Magis in Bethlehem: & adora cū eis paruulū regē. Adiuua cum parentibus portare puerum, & præſentare in templum. Comitare cum apoſtolis pium paſtorem,

K

glorioſa miracula facientem. Adeſto morienti, cū beata matre eius, & Ioanne, ad compatiendum, & condolendum ſibi: & quadā pia curioſitate palpādo tracta ſingula vulnera ſaluatoris tui, propter te ſic mortui. Quęre reſurgentē, cum Maria Magdalena, donec merearis inuenire. Admirare in cœlū aſcendentē, quaſi inter diſcipulos in monte Oliueti exiſtens. Sede cū apoſtolis in conclaui, & abſcondere ab exterioribus ſingulis: vt virtute ſpiritus ſancti, ex alto indui merearis. Et ſi pio ac humili & deuoto corde ſic eū modico tempore fueris proſecutus in terris, ipſe te ſubleuabit ad ſe ſedentem in dextera Dei patris in cœlis, ſecundum quod promiſit fideli peccatori ſibi adhærenti, dicens: Qui mihi miniſtrat, me ſequatur: & vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit.

Ioan. 12.

Chriſtus adoptat in filium.

Quicunq; ergo fidelis peccator hāc vitā amabiliter amplexatus fuerit, nō dubitet quin Chriſtus eū in filiū adoptauerit. Vnde ſcriptū eſt in Prouerbijs: Ego diligētes me diligo.

Prouerb. 8.

Vnde et Bernardus: Qui nō placet deo: non pōt illi placere deus. Nam cui placet deus: deo

L

Vitāda ſe præſumptio.

diſplicere non pōt. Caueat tamen prudenter fidelis peccator, vt nunquā in quocunq; ſtatu fuerit, confidentiā in meritis ſuis habeat: ſed tanquā mēdicus pauperculus, omnino nudiſsimus, ad eleemoſynam dominicā mendicandā, ſemper vacuus accedat. Hæc autē faciat, non quaſi ex humilitate ficta, merita ſua abſcōdens: ſed certiſsimè ſciēs quòd non iuſtificabitur in conſpectu dei omnis viuens:

Pſal. 142.

Etiā ſolius cogitationis noſtræ nō poſſumus rationem reddere, ſi ipſe voluerit nobiſcum in iudicium intrare. Iſto autem modo quantūcunq; ſe ingerat, cum pio tamen timore & reuerentia, ad bonum dominum peccatores vocantem, præſumptuoſus non reputabitur: ſicut pauperes ſeculi, quāto nudiores ſunt, cùm ſe nō tanquā dignos, ſed tanquam miſeriores propius ingerunt, ad eleemoſynam diuitis mendicandā, præſumptuoſi vel ſuperbi non dicuntur: ſed à benignis diuitibus, miſericordius reſpiciuntur.

M

Bernardus vitam Chriſti frequentauit.

Hanc vitam beatus Bernardus plurimū frequētauit: qui faſciculos myrrhæ, id eſt cumulū amaritudinis, ex vita & laboribus Chriſti colligēs: & inter vbera ſua, id eſt, affectiones ſuas collocans, ſic ait: Tu quoque ſi ſapis, imitaberis ſponſę prudentiā, atq; myrrhę tam carum faſciculum de principali tui pectoris: nec ad horā patieris auelli, & amara illa omnia, quę pro te pertulit ſemper in memoria retinens, & aſsidua meditatione reuoluens: quò poſsis dicere & tu, Faſciculus myrrhę, dilectus me' mihi, inter vbera mea cōmorabitur.

Canti. 1.

Operis ſui ſcepti rationes.

Et ego fratres, ab ineūte mea cōuerſatione, ꝓ aceruo meritorū, quę mihi deeſſe ſciebam, hūc mihi faſciculū colligare, & inter vbera mea collocare, curaui: collectū ex omnibus anxietatibus, & amaritudinibus domini mei.

Labores Chriſti.

Primū ſcilicet, infantiliū illarū neceſsitatū. Deinde laborū, quos ꝑtulit in prædicādo. Fatigationū, in diſcurrēdo. Vigiliarū, in orādo. Tētationum, in ieiunādo. Lachrymarum, in cōpatiendo. Inſidiarum, in colloquendo. Poſtremò periculorū, in falſis fratribus: conuitiorum, ſputorum, colaphorum, ſubſannationum, exprobrationum, clauorum, horumq́; ſimilium,



A ſimilium, quæ in ſalute noſtri generis, ſylua euangelica copioſiſsimè noſcitur protuliſſe.

Myrrha multiplex.

Vbi ſanè inter tot odoriferæ myrrhæ huius ramaſculos, minimè prætermittendam putaui etiā illam myrrhā qua in cruce potatus eſt: ſed neque illā qua vnctus eſt in ſepultura. Quarum, in prima applicuit ſibi amaritudinem meorū peccatorum. In ſecunda futurā corruptionē mei corporis dedicauit.

Pſal. 144.

Memoriam abūdantiæ ſuauitatis horū eructabo quoad vixero. In æternū nō obliuiſcar miſerationes iſtas: quia in ipſis iuſtificatus ſum.

Meditationū harum vtilitates.

Hæc meditari, dixi ſapientiā. In his iuſtitię perfectionē mihi cōſtitui. In his plenitudinē ſcientiæ. In his diuitias ſalutis. In his copias meritorū. Ex his mihi interdū potus ſalutaris amaritudinis. Ex his rurſum ſuauis vnctio conſolationis. Hæc me erigūt in aduerſis. In proſperis deprimunt. Et inter læta triſtiaq́; vitæ præſentis, via regia incedendi tutū prębent vtrobiq; ducatū: hincinde mala imminētia propulſando. Hæc mihi conciliāt mundi iudicē tremendum

B

poteſtatibus mitē, humilemq́; figurāt: dum nō ſolum placabilem, ſed & amicabilem, repręſentant eum qui inacceſsibilis eſt principibus, terribiliſq; apud reges. Præterea hoc mihi in ore frequenter, ſicut vos ſcitis. Hæc in corde ſemper, ſicut ſciuit Deus: hæc ſtilo meo admodū familiaria, ſicut apparet. Hæc mea ſublimior interim philoſophia:

1. Cori. 2.

ſcire Ieſum, & hunc crucifixum: hunc & vos dilectiſsimi, tam dilectum faſciculum colligite vobis.

Lucæ. 2.

Mementote quia accepit eū Simeon in vlnis. Maria geſtauit in vtero. Fouit in gremio. Sponſa ſibi inter vbera collocauit. Arbitror Ioſeph ſuper genua, illi frequēter arriſiſſe. Hi omnes ante ſe eū habuerūt: & nullus retrò. Exēpla igitur ſint vobis: vt & vos ſimiliter faciatis. Si enim ante oculos habueritis quē portatis, pro certo videntes anguſtias domini, leuius & veſtras portabitis. hæc Bernardus. Sed quia iſta multi minimè cogitāt, ſtatim fatigati ſunt: quia ſi iſta cogitarēt, non ita citò de bono opere fatigati eſſent.

Ceciliæ laus.

Hāc etiā vitam, beata Cęcilia virgo legitur habuiſſe. Nam inter alia virtu-

C

tum & laudum pręconia, de ea ſcribitur, ꝙ euangeliū Chriſti, abſcōditum ſemper in pectore portabat: quod ſic intelligi videtur, quòd ipſa de vita domini Ieſu in euāgelio tradita, quędā deuotiora ſibi pręelegerat: in quibus die ac nocte, corde puro & integro, attentione pręcipua & feruēti, meditabatur. Et cōpleta circulatione, iterū repetens, ac dulci & ſuaui guſtu ruminans, ea in arcano pectoris ſui, prudenti conſilio collocarat.

Meditationū harum commēdatio.

Simile tibi ſuadeo faciendū. Super omnia namq; ſpiritualis exercitij ſtudia, hoc magis neceſſariū credo, magiſq; proficuū, & quod ad celſiorē poſsit perducere gradum. Nuſquā enim inuenies vbi ſic doceri poſsis contra vana blandimēta & caduca: cōtra tribulationes & aduerſa: cōtra hoſtiū tentamēta & vitia: ſicut in vita domini Ieſu, quę fuit abſq; omni defectu perfectiſsima. Ex frequēti enim & aſsidua meditatione vitæ ipſius, adducitur anima in eius amorē, ac cōfidentiā & familiaritatē: ita ꝙ ſtabilitur cōtra vana & caduca: vt ea villipēdat & contemnat. Vt patet in prædicta beata Cęcilia, quæ ita cor ſuū de vita Chriſti repleuerat, ꝙ in ipſam

D

vana intrare nō poterant. Vnde in pōpa nuptiarū, vbi tot vana gerunt, exiſtēs cātantib' organis, ipſa ſtabili corde, ſoli dño decātabat, dicēs: Fiat dñe cor meū immaculatū: vt nō cōfundar.

Pſal. 118.

Cōtra aduerſa fortificatio.

Fortificat quoque cōtra tribulatiōes & aduerſa: vt ea minus timeat & ſentiat: vt patet in martyrib'. Vñ Bernardus. Iccirco deniq; audit colūba mea ī foraminib' petrę ꝙ in Chriſti vulnerib', tota deuotiōe verſet, & iugi meditatione demoretur in illis. Inde martyri tolerātia. Inde illi fiducia magna apud altiſsimū. Vult benignus dux deuoti militis vultū & oculos, in ſua ſuſtolli vulnera: vt illius ex hoc animum erigat, & exēplo ſui reddat ad tolerandū fortiorē. Enimuerò nō ſentiet ſua, dum illius vulnera intuebitur. Stat martyr tripudiās & triūphans, toto licet lacerato corpore, & rimante latera ferro: nec modo fortiter, ſed hilariter ſacrū è carne ſub circunſpicit ebullire cruorem. Vbi ergo tunc anima martyris? nēpe in tuto: nempè in petra: nēpe in vi-

E

ſceribus Ieſu: vulneribus nimirū patentibus ad introeundū. Si enim in ſuis eſſet viſceribus, ſcrutans ea, ferrū profectò ſentiret, dolorē non ferret, ſuccumberet & negaret. Nunc autē in petra habitās: quid mirū ſi in modum petræ duruerit? Sed neque mirū ſi exul à corpore, doloresnō ſentiat corporis: neq; hoc facit ſtupor, ſed amor: ſubmittitur enim ſenſus, nō amittitur: nec deeſt dolor, ſed cōtemnitur.

Lætificatio in aduerſis.

Ergo ex petra, martyris fortitudo. hæc Bernardus. Inde quoq; eſt ꝙ multi cōfeſſores, & etiam alij, in laboribus, & tribulationibus, & infirmitatibus ſuis, nō ſolum patiētes, ſed & hilares fuiſſe & eſſe repertiūtur: quia ex deuota meditatione vitę & paſsionis Chriſti eorū animæ, nō in eorū corporibus & viſceribus, ſed Chriſti fuiſſe & eſſe vidētur. Inſtruitur cōtra hoſtiū tentamēta & vitia: vt in faciendis & omittēdis, errare aut falli nō valeat: cùm ibi perfectionē omnium virtutū reperiat.

Virtutum exēpla in Chriſti vita.

Nā paupertatis, humilitatis, charitatis, māſuetudinis, obediētię, patiētię, cęterarūq; virtutū exēpla, & doctrinā, nuſq̄ ſic inuenies, ſicuti vita dñi virtutū. Quicqd eſt virtutū in eccleſia habet, ab ipſo Chriſto per exempla operum illius trahitur.

F

Vnde Bernardus. Quid vobis cū virtutibus, qui Dei virtutē Chriſti ignoratis? Vbi nā quęſo vera prudētia, niſi in Chriſti doctrina? Vbi vera iuſtitia, niſi de Chriſti miſericordia? Vbi vera tēperantia, niſi in Chriſti vita? Vbi vera fortitudo, niſi in Chriſti paſsiōe? Soli igitur qui eius doctrina imbuti ſunt, prudētes dicēdi ſunt. Soli iuſti, qui de eius miſericordia veniā peccatorū cōſequuti ſunt. Soli tēperātes, qui eius vitā imitari ſtudēt. Soli fortes, qui eius ſapiētiæ, patientiæ documēta fortiter in aduerſis tenēt. Incaſſum proinde quis laborat in acquiſitiōe virtutū, ſi aliūdè eas ſperādas putat, q̄ à domino virtutū: cuius doctrina, ſeminarium prudētiæ: cuius miſericordia, opus iuſtitiæ: cuius vita, ſpeculū temperātiæ: cuius mors, inſigne eſt fortitudinis. Vnde & Gregorius. Quid eſt ꝙ, dilectū ſuū ſpōſa, nō myrrhā, ſed faſciculum myrrhę nominat: niſi ꝙ dum ſancta mens Chriſti vitā ex omni parte cōſiderat, cōtra omnia vitia ex eius imitatione, virtutes repugnātes congregat:

G gregat:ex quibus ſibi faſciculum aptat,quo carnis ſuæ ſempiternam putredinē abſtergat? Vnde etiā Auguſtinus: Cùm omnibus modis medeatur animis Deus,pro tēporū opportunitatibus, quæ mira ſapientia eius ordinātur,nullo modo beneficentius cōſuluit generi humano,quàm cùm ipſa Dei ſapiētia,id eſt,filius vnicus cōſubſtantialis patri & coęternus,totū hominē ſuſcipere dignatus eſt.

Ioannis 1.

Et verbū caro factum eſt:& habitauit in nobis.Satellites voluptatū diuitias pernicioſè populi appetebant: pauper eſſe voluit.Honoribus & imperijs inhiabāt: rex fieri noluit.Carnales filios magnum bonū putabant:tale coniugiū prolemq; contempſit.Contumelias ſuperbiſsimè horrebant:omne genus contumeliarū ſuſtinuit. Iniurias intolerabiles eſſe arbitrabantur:quæ maior iniuria eſt quàm iuſtum innocentemq; damnari?Dolores corporis execrabātur:flagellatus atq; cruciatus eſt.Mori metuebant: morte mulctatus eſt.Ignominioſiſsimū mortis genus,crucem putabant:crucifixus eſt. Omnia quæ habere cupientes non vitabamus,carēdo vile fecit. Omnia quę vitare cupientes à ſtudio deuiabamus,

H percipiendo deiecit. Non enim vllū peccatum cōmitti poteſt:niſi dum appetuntur ea quæ ille contempſit,aut fugiūtur quæ ille ſuſtinuit. Tota itaq; vita eius in terris, per hominē quē ſuſcipere dignatus eſt,diſciplina morū fuit. Et iterū. Cōcedamus non apparere nunc homines dignos imitatione: quiſquis hęc putas,mente Deū intuere, qui homo factus eſt,vt hominem viuere doceret.

Vita Chriſti tota eſt diſciplina, & inſtructio.

1.Ioān.2.

Recordare quid ſit illud quod Ioānes ait:Qui ſe dicit in Chriſto manere,debet quemadmodū ille ambulauit,& ipſe ambulare:& ita nec deerit tibi quem ſequeris. Quia omnis Chriſti actio,eſt noſtra inſtructio.

Ioann.13.

Item alibi habemus de paſsione domini: Exemplum enim dedi vobis,vt ita faciatis. Vnde Beda: Qui dicit ſe in Chriſto manere,debet ſicut ille ambulauit,& ipſe ambulare,quod eſt non ambire terrena, non caduca lucra ſectari, fugere honores, o-

I mnē mundi contemptū pro cœleſti gloria amplecti,libēter cunctis prodeſſe, iniurias nulli inferre, & ſibi illatas patienter ſufferre,ſed & inferētibus, à domino veniā poſtulare:nunquā ſuā,ſed conditoris gloriā ſemper quærere:& quos ſecū valet ad ſuperna erigere. Hæc & huiuſmodi gerere, eſt veſtigia Chriſti ſequi.hæc Beda. Chriſti itaq; veſtigia ſequi debemus:quia vt ait Ambroſius,in agnitione Chriſti omnē ſalutem & ſapientiā habemus. Et iterum.Omnia habemus in Chriſto:& omnia nobis Chriſtus.Si vulnerū curatorem deſideras,medicus eſt:ſi febribus ęſtuas,fons eſt:ſi grauaris iniquitate,iuſtitia eſt:ſi indiges auxilio,virtus eſt:ſi mortem times,vita eſt:ſi tenebras fugis,lux eſt: ſi cœlum deſideras,via eſt: ſi cibum quęris,alimentum eſt. hæc Ambroſius.

Chriſtus nobis omnia.

Et ideo bene per quendam ſapientē dicitur.Hoc eſt neſcire,ſine Chriſto plurima ſcire. Si Chriſtum bene ſcis,ſatis eſt ſi cætera neſcis Vtinam ſapientes huius mundi hoc ſaperēt & intelligerent, & ſcientiā ſuam,in hanc cōmutarent.Qui ergo Chriſtū ſequitur,errare vel falli nō poteſt:ad cuius virtutes imitandas,& adipiſcendas ex frequenti meditatione vitę ipſius,cor accenditur & animatur, ac diuina virtute illuminatur; adeo vt plures fuerint illiterati & ſimplices,qui magna & profunda Dei inde cognouerūt:quia ibi inuenitur vnctio,quæ paulatim purificans animā & eleuans,docet de omnibus.

Scire verū quid eſt.

K In omnibus itaq; virtutibus,& bonis moribus,ſemper præpone tibi illud clariſsimū ſpeculū,& totius ſanctitatis exemplar,ſcilicet vitā & mores filij Dei domini noſtri Ieſu Chriſti,qui ad hoc de cœlo nobis miſſus eſt: vt præiret nos in via virtutū,& legē vitæ ac diſciplinæ ſuo nobis daret exēplō,& erudiret nos ſicut ſemetipſum, vt ſicut ad imaginē eius naturaliter creati ſumus, ita ad morum eius ſimilitudinē, per imitationē virtutū,pro noſtra poſsibilitate reformemur,qui eius imaginē in nobis per peccatū fedauimus. Quantū autem quiſq; ſe ei in virtutū imitatione conformare ſtuduerit,tantū ei in patria,in gloriæ claritate propinquior & ſimilior erit. Percurre ergo ſingulas quaſque ætates Chriſti: virtuteſq; eius per ſingulas ſicut fidelis diſcipulus, pro poſſe ſtudeas imitari. In labore etiam exteriori & interiori recordare laborū & aduerſitatū Chriſti.

Chriſti vita eſt nobis ſpeculum.

L Et quandocunq; in aliquo grauaris, ſtatim ad ipſum pium patrē pauperū,tanquā paruulus ad matris gremiū curre,totū illi reuela, totum cōmitte, totum in ipſum iacta & proijce:& ipſe proculdubio tempeſtate ſedabit,& releuabit te. Non ſolum autem vigilans domino Ieſu intendas: ſed & cùm corpus ſtrate recolligis:& caput reclinatorio imponis,ſit tibi quaſi cum beato Ioanne ſuper pectus Ieſu recumbens:ſicq; recumbens ſuper pectus Ieſu ſuge vbera eius, & in pace in id ipſum dormies & requieſces.

Ioan.13.

Pſal.4.

Et vniuerſaliter in omnibus dictis & factis tuis,quaſi ad exēplar reſpicias in Ieſum; incedens & ſtans,ſedens & iacens,comedens & bibens loquēs & tacens,ſolus & cū alijs.Ex hoc enim magis eum diliges: & familiaritatis eius gratiā & fiduciā maiorē aſſequeris,& in omni virtute perfectior eris.Et hæc ſit ſapientia tua,& ſtudiū tuum, ſemper de Ieſu aliqua cogitare, vnde prouoceris ad imitandū,vel efficiaris ad amandum ipſum.

M Talia enim meditādo, & tēpus vtiliter expēdes,dum occuparis in bonis ſtudijs & diuinis,circa dominū Ieſum,& mores tuos emēdabis,ad formā vitæ ipſius,dum in omnibus agendis ſemper ad ipſum reſpicis,omnis perfectionis ſpeculū & exemplū. Et quāto magis has frequētaueris meditationes,tāto magis eas tibi reddes familiares,& facilius tibi occurrent,& iocūdius te reficiēt. Vidiſti ergo ad quē excelſum gradū meditationes vitę Chriſti te perducunt: nunc in ipſas meditationes te aliqualiter introducere tentabo, non omnia quæ in euāgelio ſcripta ſunt pertractādo, ſed quædā deuotiora ex his eligēdo.

Introductio in meditationē vitę Chriſti.

Nec credas ꝙ omnia quę Chriſtum dixiſſe vel feciſſe meditari poſſumus,ſcripta ſint:ſed ad maiorē impreſsionē ea tibi ſic narrabo prout cōtigerunt,vel cōtigiſſe piè credi poſſunt, ſecundū quaſdā imaginatiuas repręſentationes, quas animus diuerſimodè percipit.Nam circa diuinā ſcripturā meditari,intelligere,& exponere, multifariè poſſumus,prout credimus expedire,dummodo non ſit contra veritatē vitę,vel iuſtitię,aut doctri-

Scripturarum varia imaginatio.





Præſumptionē author vitat.

næ,id eſt,non ſit cōtra fidē,vel bonos mores. Quicunq; verò aſſerit de Deo aliquid,quod non eſt ſibi certū,vel per naturalē rationē, vel ſynderesim,

A vel per fidem,vel per ſacrā ſcripturā:præſumit,& peccat. Cùm ergo me narrantē inuenies, ita dixit vel fecit dñs Ieſus,ſeu alij qui introducuntur: ſi id per ſcripturā probari non poſsit,nō aliter accipias quā deuota meditatio exigit. Hoc eſt,perinde accipe ac ſi dicerē:meditor ꝙ ita dixerit vel fecerit bonus Ieſus. Et ſic de ſimilibus. Tu autē ſi ex his fructū ſumere cupis,toto mētis affectu diligēter, delectabiliter, & moroſè omnibus alijs curis & ſolicitudinibus tūc omiſsis,ita præſentē te exhibeas his quę per dñm Ieſum dicta vel facta ſunt. Et ex his quæ narrātur,ac ſi tuis auribus audires,& oculis videres:quia ſuauiſsima ſunt ex deſiderio cogitanti,& multo magis guſtāti. Et ideo quāuis multa ex his tanquam in pręterito facta narrātur: tu tamen omnia tanquā in pręſenti fierent, mediteris:quia ex hoc maiorem, ſine dubio, ſuauitatem guſtabis. Lege ergo quę facta ſunt,tanquam fiant.

Pręterita, tanq̄ pręſentia legēda ſunt.

B Pone ante oculos geſta pręterita,tanquam pręſentia:& ſic omnia magis ſapida ſenties,& iucunda. Vnde & quandoq; annotaui loca, in quibus hæc, vel illa ſunt facta:quia multū valet homini, cùm audit euangelium legi:& hoc vel hoc factum,tali loco geſtum, cùm rem geſtam ſcit,& loci ſitum.

Loci notificatio prodeſt.

Ad terram enim ſanctā,quā vniuerſæ Chriſti eccleſię,nocte diéque ſociare non deſinunt: quā bonus ille Ieſus inhabitādo,& verbo vel doctrina illuminando,illuminatam ſuo ſacratiſsimo ſanguine conſecrauit,delectabile eſt aſpirare:ſed delectabilius eā oculis corporis intueri,& mentis intellectu reuoluere,quomodo in locis ſingulis, in ea noſtra ſalutē dominus operatus ſit. Quis enim enarrare ſufficit,quot deuoti diſcurrētes per loca ſingula, in ſpiritu vehemēti oſculātur terrā, amplectuntur loca in quibus dulcē Ieſum,vel ſtetiſſe, vel ſediſſe,

Terrę ſanctæ memoria.

C vel aliquid egiſſe,audierūt. Nunc tundūt pectus, nunc fletus,nūc gemitus,nūc ſuſpiria emittentes, geſtu corporis & deuotionis quā foris oſtendūt,& abſq; dubio intus habēt,in lachrymas ꝓuocāt plerunq; etiā ſaracenos. Quid dicā de patriarchis Iacob,Ioſeph,& fratribus eius?qui quia viui in terra illa eſſe nō potuerūt,elegerūt in ea mortui ſepulturā. Quid plura?tarditas ingemiſcenda eſt Chriſtianorum noſtri temporis,qui tot exempla habētes,tardi ſunt de manibus inimicorum eruere terram, quam conſecrauit ſanguine ſuo Ieſus Chriſtus. Et nota pro regula generali, quòd vbicūq; in ſequētibus meditationes ſingulares nō inueneris, ſufficit tibi quòd rem per dominū Ieſum dictam, vel geſtā,ante mētis oculos ponas,& cū eo conuerſeris,ac familiaris ei fias. Nā in hoc videtur haberi maior dulcedo,& deuotio efficacior: & quaſi totus fructus harū meditationum cōſiſtere: vt vbiq; & ſemper intuearis eū deuotè in actu ſuo, & moribus:vt quādo ſtat cū diſcipulis ſuis, quādo cum peccatoribus:quādo loquitur, & quādo pręIdicat: qñ vadit,& quādo ſedet:qñ dormit,& qñ vigilat: quādo comedit,& quādo alijs miniſtrat:quādo ſanat ęgrotos, & quādo alia miracula facit deſcri-

Fructus operis eſt dominum in omnibus intueri.

D bens tibi in corde tuo mores eius & actus: quàm humiliter ſe habuit inter homines, quàm benignè inter diſcipulos: quàm miſericors fuit ſuper pauperes:quibus ſe ſimilem per omnia fecerat: & qui familia eius ſpecialis videbātur: quomodo nullum ſpreuit vel horruit,etiā ſi leproſus eſſet:quomodo diuitibus non adulabatur: quàm liber fuit à curis mūdi:nec anxius ꝓ corporis neceſsitatibus: quâm patiēs ad cōtumelias: & quàm mitis in reſpōſis. Nō enim ſtuduit ſe verbo mordaci & amaro vindicare:ſed blādo & humili reſpōſo alterius malitiā ſanare q̄ compoſitus in omnibus geſtibus ſuis fuit: quàm ſolicitus de animarū ſalute:quarū etiā amore dignatus eſt mori: quomodo ſeipſum præbuit exemplū omnis boni:quàm cōpatiēs afflictis fuit:quomodo infirmorū imꝑfectioni condeſcendit:quomodo peccatores nō ſpreuit:quàm clementer pœnitētes ſuſcepit: q̄ obediēs fuit parentibus:quàm prōptus in miniſtrādo omnibus. Vnde ipſe ait:Ego in medio veſtrū ſum,ſicut qui miniſtrat.

Lucæ 22.

E Quomodo omnē iactantiā,& omnē ſingularitatis oſtentationē, declinauit:quomodo omne ſcādalum cauit:quàm modeſtè in edēdo & bibendo ſe habuit:q̄ verecūdus in viſu fuit: q̄ ſtudioſus ad orationem:quàm ſobrius ad vigilias:quàm patiēs laboris & penuriæ:& q̄ placidus in omnibus fuit. Et ſimiliter ſecūdum hunc modum in omnibus dictis & factis,quę de Chriſto legeris vel audieris, meditare mores & geſtus ſuos,qualiter ipſe in omnibus ſe habuerit,vel habere potuerit,ſecundū tuā ęſtimationē:quia in omnibus ſemꝑ optimo & perfectiſsimo modo ſe gerebat, qui in omnibus ſemꝑ optimus & ꝑfectiſsimus eſt.

Perfectio Chriſti, & morū eius.

Erat enim aſpectu dulcis,colloquio ſuauis,& omni cōuerſatione benignus. Et maximè cōtēplare faciē eius,ſi potes eā imaginari:quod ſupra omne videtur difficilius,ſed fortè reficeret iucūdius. Et iſtud ſit tibi ꝓ doctrina,& recurſu omniū quæ ſequuntur:vt vbicūq; dictū vel factū narrabitur, ſi aliter ſingulares meditatiōes nō fuerint expreſſæ,vel etiam iſtæ gñales fuerint omiſſę, recurras ad hunc locū,et ſufficit tibi quod hîc generaliter dictū eſt.

Facies Chriſti cōtēplanda.

F vt autē Chriſti faciē & formā, ſeu figurā eius totam:& ex his actus,ſeu mores ſuos & geſtus, melius valeas meditari:quædā de his alibi ſcripta hîc inſerere vtile iudicaui. Legitur enim in libris annalibus apud Romanos exiſtētibus,ꝙ Ieſus Chriſtus,qui dictus fuit à gētibus ꝓpheta veritatis,ſtaturę fuit proceræ,mediocris,& ſpectabilis. Vultū habēs venerabilē,quē poſſent intuētes & diligere & formidare. Capillos habēs admodū nucis auellanę permaturæ,ferè vſq; ad aures,ab aurib⁹ cincinnos criſpos,aliquantulum cerulęos,ab humeris ventilātes:diſcrimē habēs in medio capitis, iuxta morē Nazarenorū. Frontē planā & ſereniſsimā, cum facie ſine ruga & ſine macula,quā rubor moderatus venuſtauit. Naſi prorſus & oris, nulla fuit reprehēſio. Barbā habēs copioſam & impubē, capillis cōcolorē,non longā,ſed in mento bifurcatā. aſpectū ſimplicē & maturū, oculis glaucis,varijs, & claris exiſtētibus. In increpatione erat terribilis. In admonitione,blādus & amabilis. Hilaris,ſer-

Faciei & formæ Chriſti, deſcriptio

Chriſti mores.

G uata grauitate. Aliquando fleuit: ſed nunq̃ riſit. In ſtatura corporis, propagatus & rect⁹. Manus & brachia, viſui delectabilia. In colloquio grauis, rationabilis, rarus, & modeſtus. Et ideo meritò ſecundũ Pſal. dicitur: ſpecioſus forma prę filijs hominũ. hęc vbi ſuprà.

Pſal. 44.

Euangelij commendatio.

Inter oẽs ergo ſcripturas, præcipuè euãgeliũ, quod ſcd̃m Augu. inter oẽs diuinas authoritates, quę ſacri literis cõtinentur, meritò pręcellit, ſtudeas præ manibus ſemp̱ habere, & in corde tuo iugiter circũferre: quia hoc te de vita & moribus d̃ñi noſtri Ieſu Chriſti, & de omnibus ad ſalutẽ neceſſarijs poterit clarius edocere.

De cõſenſu euangeliſtarum.

Nam ſcd̃m Chry. in euãgelio tota pfectiõis naturę, rationalis ſumma cõtinetur. Et ſcd̃m Hiero. euãgelia legis impletio ſunt: & in his præcepta & exẽpla viuẽdi pleniſſimè ſunt digeſta. Vnde Chryſ. Oportuerat quidẽ nihil nos indigere auxilio literarũ: ſed tam mundam in omnibus exhibere vitã, vt illarũ vice, gratia ſpiritus vteremur: & ſicut attramento paginæ, ita corda noſtra inſcriberẽtur à ſpiritu.

tota

H Quia verò hãc à nobis excluſimus gratiã agere, vel ſecũdas diuitias expectemus, & intẽdamus his quæ ſcripta ſunt. Non enim propterea datę ſunt ſcripturæ, vt in libris eas habeamus ſolũ: ſed vt in cordibus conglutinemus eas.

Scripturæ in cordibus habendæ, vt dæmones fugiant.

Si enim domũ vbicunq; fuerit euãgeliũ poſitũ, non audebit accedere diabolus: multò magis animã intelligentias habentẽ, tales & circũferentẽ, non tãget vnq̃, neq; ſuperueniet ei dæmõ, neq; peccati natura. Sãctifica igitur animã, ſanctifica corpus tuũ, hoc in lingua & in corde ſemp̱ habens. Si enim turpiloquiũ ſordidat, & dęmones vocat, maniſeſtũ eſt ꝙ ſpiritualis lectio ſanctificat, & ſpiritus euellit gratiã. Attẽdamus igitur dilecti, ſcripturis: & ſi nullũ aliud, euãgelia ſaltẽ circunſtudioſa nobis fiãt, & hęc prę manibus habeamus.

Euangelium legas, vt terrena contemnas.

Cõfeſtim enim expãdens libris, ſi permãſeris vſq; ad finẽ, omnia reſpues mundana, omnia deridebis quę hîc ſunt. Et ſi diues fueris, nihil reputabis diuitias: & ſi inops fueris, nõ cõfunderis inopia. Nõ rapies, nõ auarus eris: ſed concupitor eris magis inopiæ, & deſpicies diuitias.

I Si verò hoc fiet, omnia exterminabis mala. Multa alia eſt lucrari, quę nõ eſt nunc ſecundũ partẽ dicere. Sciũt autẽ, qui experiẽtiam ſuſceperũt. Et iterũ. Quid igitur vnquã euãgelijs æquale fiet? Vtiq; deus conuerſatur in terris, homo aſcẽdit in cœlũ, & facta eſt omniũ vna permixtio, angeli cũ hominibus chorũ faciebãt, homines angelis cõmunicabãt, & alijs cœleſtibus ſuperniſq; virtutibus. Et erat videre antiquũ præliũ repenſum, dęmones fugiẽtes, mortẽ peremptã, paradiſum apertũ, maledictionẽ remotã, peccatum de medio ſublatũ, errorẽ expulſum, veritatem reuerſam, pietatis ſermonẽ vbiq; ſeminatũ & vegetatũ, cœleſtẽ conuerſationẽ in terræ regione plantatã, ſupernas virtutes familiariter nobiſcũ loquentes, & ad terras ſæpe angelos vẽtitantes. ex hiſq; omnibus ſpem firmari certiſsimã futurorũ.

Euangelium quid ſit.

Propterea igitur euãgeliũ iſta vocatur hiſtoria, quaſi ſcilicet omnia alia verba inania doceantur, quibus ſolent præſentia promitti. Quæ verò piſcatorũ annuntiata ſunt verbis, propriè ac verè euãgelia nominantur: quia cum omni nobis facilitate donata ſunt. K Non enim laboribus noſtris, atq; ſudoribus, nõ doloribus & ęrumnis: ſed per Dei tantũmodo in nos charitatẽ tam grãdia hęc p̱miſſa ſuſcepimus. hęc Chryſ. Vnde & Augu. Euangelij nomẽ, Latinè interpretatur bonus nũtius, vel bona anũtiatio: quod quidẽ cùm aliquid bonũ annuntiatur, ſemper dici põt: propriè tñ hoc vocabulũ obtinuit annuntiatio ſaluatoris. Narratores quippè originis, factorũ dictorumq; paſſionis d̃ñi noſtri Ieſu Chriſti, propriè dicti ſunt euangeliſtæ.

Euangeliſtę nõ ſeruauerũt ordinem rerum geſtarum.

Sed anteq̃ ad euangelij hiſtoriam accedamus, ſcias ꝙ quædam per euangeliſtas ſalubriter, directione ſpiritus ſancti aliquando anticipando, vel præoccupando, quæ pòſt dicenda erant: aliqñ rememorãdo, vel recordando quæ omiſerant: & aliquãdo recapitulãdo, vel repetẽdo quæ dicta fuerant, poſita ſunt: quæ quamuis aliter conſcribi nõ deberẽt quàm per eos, ſummè vtiliter ſunt dictata: quia ſcd̃m Aug. probabile eſt ꝙ vnuſquiſq; euangeliſtarũ, eo ſe ordine credidit debuiſſe narrare, quo Deus voluit eius recordationi ſuggerere. L Ne tamen turbari poſsit deuotio paruulorũ, locis debitis, quodam ordine alio, prout res geſta, vel dicendi congruentia, exigere videbatur, in ſequentibus per ordinem ſituãtur. Non tamen affirmo ꝙ hîc ſit verus ac certus & debitus rei geſtę ordo deſcriptus: quia talis vix ab aliquo reperitur expreſſus.

Euangelica lectio p̄ſtat poſſe, ſcire, & velle bene viuere.

In ipſo autem euangelio reperies verbi incarnati hiſtoriã, mandata & promiſſa: in quib⁹ habes viam, veritatẽ, & vitam. Chriſti igitur exẽplo noſce, quia bene viuere poſsis: pręceptis, bene viuere ſcias: promiſsis, bene viuere velis. His itaq; tribus, tria pulſare neceſſe eſt, ſcilicet impotentiam, ignorantiam, negligentiam. Ignorãs ignorabitur. Negligens verò neſcitur, nequã ſimulator impotẽtiæ, nihilominus eijcietur. Expergiſcere ergo anima Chriſto deuota, euigila omnis anima Chriſtiana, & ſingula quæ de Chriſto Ieſu dicuntur, diligẽter diſcute, conſidera attentè, moroſè pertracta, & d̃ñi tui imitare veſtigia. Ille propter te de cœleſti M ſede deſcendit ad terrena: tu propter te fuge terrena, appete cœleſtia. Si dulcis eſt mundus, dulcior eſt Chriſtus. Si amarus eſt mũdus, omnia propter te ſuſtinuit Chriſtus. Surge & ambula: noli pigreſcere in via, ne locum perdas in patria.

Finit prologus.

Oratio eiuſdem in Librum vitæ Ieſu Chriſti.

DOmine Ieſu Chriſte fili Dei viui, concede mihi fragili & miſero peccatori vitã & mores tuos præ oculis cordis ſemper habere, & pro mea poſsibilitate imitari: facq; me in ipſis proficere & creſcere in virum perfectum, & in templum ſanctum in d̃ño. Illuſtra quæſo cor meum lumine gratiæ tuę, quæ me iugiter pręueniat & ſequatur: vt te ductorem in omnibus vijs meis habens, cuncta quę tibi placent, implere: & quę tibi diſplicent vitare poſsim. Dirige obſecro cogitationes, ſermones, & actiones meas in lege tua, & in pręceptis atq; conſilijs tuis ô altiſsime: vt in omnibus volũtatem tuam faciẽs, hîc & in ęternum per te merear ſaluus eſſe. Amen.

Opus



# A OPVS PRAECLARVM ATQVE INSIGNE,

cuius titulus extat Vita Chriſti, à magnę literaturę, deuotioniſq; viro Ludolpho de Saxonia, ſacri Cartuſienſium Ordinis, elaboratiſsimè æditũ: nõ quidem ab apocryphis de infantia Saluatoris extractũ: ſed ex ſerie ſacri Euangelij ſacrorumq; doctorum ſanctę Eccleſiæ, ex toto collectum.

## DE DIVINA ET AETERNA Chriſti generatione. Caput I.

Ioan. 1.

DE plenitudine itaq; Euangelij, vini ſcilicet boni, qd̃ vſq; ad hoc tẽpus gratiæ dominus Ieſus ſeruauit: quaſdã guttas haurire cupientes: ſumamus initiũ à diuina eius generatiõe: de qua euãgeliſta Ioãnes ſpecialiter loquitur: quia omnia ad hoc inducit, vt diuinitas verbi manifeſtet, & maximè cõtra quoſdã hæreticos dicẽtes Chriſtum purũ hominẽ eſſe: & per cõſequens, propter temporalẽ natiuitatẽ, nec ſemper, nec ante Mariã fuiſſe. Et ideo de æternitate verbi incipit, oſtẽdens diuinã Chriſti naturã, in qua ęternaliter pręceſsit Mariam.

B

Euangelij Ioannis ſcopus.

De diuinis perſonis quinq; notanda.

Et ponit quinq; de diuinis perſonis, quæ per ordinẽ tanguntur in ſubſcriptis. Primò declarat filij à patre æternã generationem, dicens: [In principio erat verbum,] id eſt in ipſo Deo: qui ab omnibus ſupponitur, primũ principiũ neceſſariò eſt verbũ propriè dictũ, tanq̃ in ipſo cuius eſt. Ac ſi diceret, filius erat in patre, patri ſcilicet coæternus, non in Maria incepit eſſe, ſed in principio, id eſt, in patre, qui eſt principiũ ſine principio, & filius qui eſt principiũ de principio.

Principiũ duplex.

C Dicit autẽ verbum Dei filiũ: quia Ieſus Chriſtus d̃ñs noſter quẽadmodũ dicitur filius Dei, ſic dicitur verbũ Dei: ſic & virtus & ſapiẽtia Dei: vnũ eñ idẽq; ſignificant, vnũ idẽq; ſunt, filius, verbũ, virtus, & ſapiẽtia.

Verbum cur potius quàm filius dicatur.

Sed ait, verbũ: nõ filius: quia hoc nomẽ verbũ, magis ad propoſitũ facit q̃ filius. Vbi ſciendũ ꝙ vox ſignificatiua dicit verbũ: ſed hoc eſt tantũmodo largè & denominatiuè, inquantũ ſignificat interiorẽ mentis conceptũ: ſicut vrina dicitur ſana, inquantũ eſt ſanitatis indicatiua. Et ideo ſicut illud p̱priè dicit ſanitas, quod per vrinã deſignatur: ita illud p̱priè dicitur verbũ, qd̃ per vocẽ ſignificatur.

Verbum duplex. Ariſtot. 1. peri hermeniâs.

Hoc aũt eſt interior mẽtis cõceptus: quia voces ſunt notę & ſigna paſsionũ quæ ſunt in anima: & ita conceptus mentis interior etiã anteq̃ per vocẽ deſignet, propriè verbũ dicitur. Cùm ergo hoc nomẽ verbũ, ſignificet vocẽ vocalẽ, & quod exit ab ore: ſignificet etiã mẽtale, qd̃ à mẽte gignitur: nec ab ea recedit cùm emittitur, ſcilicet verbũ conceptũ ſcd̃m vltimam acceptionem hîc ſumit: vt p̱ ipſum filius intelligatur: quippè q̃a à patre procedit p̱ æternã natiuitatẽ: ac cũ eo & in eo permanet per eſſentię vnitatẽ: ſicut cogitatio, ſeu cõceptio mẽtis, quę ex mẽte nata eſt, cũ ipſa p̱manet: & ideo maluit dicere verbũ, q̃ filius.

D

Cùm igit in ipſo deo p̱priè & perfectè ſit verbũ: verbũ autẽ de ſua ratione dicit: qd̃ procedẽs ab eo cuius eſt verbũ, ſicut cõceptus à cõcipiẽte. Et cùm verbũ & filius ſint idẽ, ſequitur ꝙ ibi ſit generatio filij à patre, ex quo eſt ibi proceſſus verbi à dicẽte. Itẽ potius deſcribit filiũ dei ſub nomine verbi, q̃ ſub nomine filij: quia filius ſolũ dicit cõparationẽ, ad patrẽ: verbũ verò dicit cõparationẽ, non ſolũ ad dicentẽ, ſed etiã ad id quod per verbũ dicitur: necnõ ad vocẽ quã induit: & ad doctrinã quę mediãte verbo in altero efficitur. Quia igitur dei filius debet hîc deſcribi, non tantũ in cõparatione ad patrẽ à quo procedit, ſed etiã ad creaturas quas fecit: & ad carnẽ quã induit: & documẽta quæ prębuit: cõgruiſsimè & decẽtiſsimè, ſub nomine verbi deſcribit: quia nomẽ illud ad omnia ſupradicta reſpicit: nec poſſet ſub cœlo ita nomẽ cõueniẽs inueniri.

E

Deus.

Secũdò declarat patris & filij perſonalẽ diſtinctionẽ, dicẽs: [& verbũ erat apud deũ] Hoc nomẽ Deus, in hac clauſula eſt perſonale: vt verbũ erat apud deũ, id eſt, apud deũ patrẽ: ſemper enim in patre filius: ſemper in filio pater.

Apud.

Vnde hæc prępoſitio apud, quę eſt trãſitiua perſonarum & diſtinctiua, diſtantiã diſtinctiõis perſonalis deſignat, nõ eſſentiæ. Nulla eñ res dicitur p̱priè eſſe apud ſemetipſam, ſicut nec aliquis eſt in ſe ipſo: & ideo inter verbũ & principiũ, apud quod eſt verbũ, eſt perſonalis diſtinctio.

Verbi à patre proceſsio.

Nõ enim verbũ procedit à patre per actionẽ trãſeuntẽ extrà, ſed manẽtem intrà: & ideo verbũ manet intra illud cuius eſt verbum: tamẽ ab eo diſtinctũ diſtinctione p̱ſonali, vt iam dictũ eſt: q̃a verbũ erat apud deũ, vt alius apud aliũ. Tertiò declarat patris & filij cõſubſtãtialitatem, ſiue ſubſtãtiæ vnitatẽ, dicẽs [Et deus erat verbum.] ita ꝙ ly deus, ponitur à patre prędicati: dicẽdo, verbũ eſt deus. Nomina eñ & verba trãſpoſita idem ſignificãt. Hoc nomẽ deus, in hac clauſula eſt eſſentiale: vt, verbũ eſt deus, id eſt, natura eſt ſubſtãtia diuina: ne dicatur eſſe cũ deo, & nõ deus.

F

Nihil eñ in deo eſt, quod deus nõ ſit: q̃a totus idẽ eſt, & ſubſtãtialiter idem. Quãuis ergo verbũ ſit apud deũ, nõ tamẽ eſt aliquid extraneę naturę, ſicut eſt verbũ noſtrũ: ſed eſt naturę diuinę, quę indiuiſibilis eſt, & nõ multiplicabilis: quia nullo modo põt eſſe niſi vna & ſimpliciſsima. Et ideo verbum & principiũ à quo eſt, ſunt idẽ penit⁹ in natura: quãuis, vt dictũ eſt, diſtinguãtur in p̱ſona. Et ſic in iſta clauſula implicant omnes tres p̱ſonę: pater in hoc nomine deus, filius in nomine verbi, ſpirit⁹ ſanctus in prępoſitiõe apud. Quartò declarat patris & filij coęternitatẽ, dicẽs: [Hoc erat in principio apud deũ.] Hoc ſcilicet verbũ de quo locutus fuerat, eſt apud deũ patrẽ à principio æternitatis, id eſt, ante ſecula & ęternaliter. q. d. Hoc dei verbũ nũq̃ à deo patre extitit ſeparatũ. Nunq̃ enim pater ſine filio fuit, nunquã ſine verbo, nunq̃ ſine virtute, nunquã ſine ſapiẽtia eſſe potuit. Patrẽ enim dicimus, quia filiũ habet, cùm hoc ſit patrem eſſe quod filium habere. Et quia pater q̃ verbũ dicit & cõcipit eſt ab

 æterno:

G æterno ergo verbũ quod gignit dicẽdo, vt verè dicatur verbũ in principio: nõ temporis quo dictum eſt, in principio creauit Deus cœlũ & terrã: ſed in principio ęternitatis, de quo dicitur: Tecũ principiũ in die virtutis tuę: in ſplẽdoribus ſanctorũ: ex vtero, id eſt, ſubſtãtia mea: ante luciferũ, id eſt, ante mundi creationẽ, genui te. Vnde quãdo dicitur: Ego hodie genui te, intelligitur de die ęternitatis, qui omnem diem cõplectitur. Et ſic accipitur hîc nomẽ principij, aliter ꝗ ſuprà ꝗa ibi accipitur pro patre, hîc pro æternitate. Qualiter autem verbum ipſe pater genuit, quia ſolui nõ poteſt, quæri nõ debet. Diuina enim generatio eſt omnino inenarrabilis. de qua dicitur: Generationẽ eius quis enarrabit? Quia etſi dicitur filius à patre genitus: tamen qualiter, nec propheta nouit, nec angelus. Moraliter docemur ex pręmiſsis, ꝙ principiũ omnis noſtræ intẽtionis debet eſſe Deus: quia in principio erat verbũ: & Deus erat verbũ. Iterũ ſi vis ſcire de omni actiõe tua interiori & exteriori: vtrũ ſit diuina: & vtrũ Deus ipſam operetur in te, & per ipſam ſit facta, vide ſi finis intẽtionis tuæ ſit Deus. Quòd ſi ſit, ita actio tua eſt diuina, quia principiũ & finis idẽ, ſcilicet Deus. Poſtquã ergo euãgeliſta declarauit ipſius verbi eſſe, ſeu generari: cõſequenter declarat ſuũ agere, ſeu operari, & declarat nũc. Quinò p̄ris & filij indiuiſam operationẽ, dicẽs [Oĩa ꝑ ipſum facta ſunt] ſcilicet quęcũq; à patre facta ſunt [& ſine ipſo factũ eſt nihil] ſcilicet à patre, ſiue viſibile quid, ſiue intelligibile. Siquidẽ omnia in ſapiẽtia fecit Deus: & ſine ſapientia nihil fecit. Creaturæ eñ producũtur à Deo ſicut artificiata per artificẽ. Omniũ enim eſt artifex, cùm ſit agẽs per intellectũ. Quod autẽ producitur per artẽ, ſeu intellectũ, producitur per artis ſeu intellect⁹ cõceptum: ſicut domus in re extrà, producitur à domo quæ eſt in anima. Verbũ autẽ in diuinis, idem eſt quod cõceptus intellectus diuini, vt ſuprà dictum eſt: ergo omnia ꝓducta, per ipſum producta ſunt, tam ſpirituales ꝗ corporales creaturę. Hęc autem prępoſitio per, notat hîc cauſam efficientẽ, nõ adminiculantẽ, vel miniſteriũ, vel inſtrumentũ. Ipſe enim filius cũ patre eſt actor omniũ, & ſimiliter ſpirit⁹ ſanct⁹ cũ eiſdẽ: ꝗa indiuidua ſunt opera trinitatis. Omnia ergo ꝑ ipſum facta ſunt: vt nec pater, nec ſpiritus ſanctus excludãtur. Omnia ſimul & ſemel ſunt facta: ſed ſex diebus per partes ſunt diſtincta. Si ergo omnia per ipſum facta ſunt: verbũ autẽ non poſsit à ſe fieri, vel ſeipſum facere: ꝗa eſſet antequã eſſet: ſequitur ꝙ ipſum verbũ non ſit factũ. Et ſecundũ Auguſt. Si factũ nõ eſt, creatura nõ eſt. Si autẽ creatura nõ eſt, eiuſdẽ cũ patre ſubſtantiæ eſt. Omnis eñ ſubſtãtia quæ Deus nõ eſt, creatura eſt: & quę creatura nõ eſt, Deus eſt. Hoc autẽ verbũ nec ſyllabis cõſtat, nec voce profertur: ſed ſemp in ſinu, id eſt, ſecreto & corde patris manens, cũcta diſponit, regit, & operatur. Nõ enim loquẽdo: ſed volẽdo, cũcta operatur Deus: quia dicere Dei, voluiſſe eſt: & verbo, id eſt, filio omnia creare. Oſtẽſo itaq; ꝙ verbũ ſit cauſa productiua rerũ oſtẽdit cõſequẽter per quẽ modũ ſit cauſa earũ, dicens [Quod factum eſt] ſcilicet in effectu [in ipſo]

Pſal. 109.
Pſal. 2. hodie quo modo intelligitur.
Generatio diuina
Eſa. 53.
H
Opera trinitatis.
I
prępoſitio per.
Verbũ nõ eſt factũ.
Modus producendi.

K ſcilicet verbo [vita erat] & viuẽs. Sicut faber prius facit arcã in mẽte, pòſt in opere. Quod in mẽte eſt viuit cũ artifice: quod fit, mutatur cũ tempore. Nõ enim omnia quæ facta ſunt, habent vitã, nec ſunt vita in ſe: hoc eſt in natura ſua in qua ſunt vt creaturæ: vt tam ſunt in Deo & arte diuina, quę eſt vita in ſe, ſunt vita: quia ibi habẽt exẽplar & rationẽ viuentẽ. Omnia nãq; quę tẽporaliter fiũt, vel facta ſunt, ab ęterno fecit: id eſt, facere diſpoſuit: & priuſquã fierẽt, facta nouerat: & in eius mẽte & pręſentia viuebãt & vigebãt: quia omnia ante mũdi initium in ipſo Dei filio imaginata erãt: & vt poſtea fierẽt, diſpoſitũ erat: ac per hoc quaſi facta erãt, & viuebãt. Viuũt eñ omnia quę in Dei diſpoſitione ſunt: quia ſicut diſpoſita ſunt, nõ euenire non poſſunt. Et ſic patet modus ꝑ quẽ creaturę procedũt à verbo, videlicet ſicut artificiata ab artifice vel arte: ꝑpter qđ dicit Boëtius: Tu cũcta ſupno Ducis ab exẽplo: pulchrũ pulcherrim⁹ ipſe Mundũ mẽte gerens, ſimiliq; ab imagine formãs. Moraliter eſt hîc notandũ, ꝙ opus virtutis eſt op⁹ vitæ: ſicut opera vicioſa dicũtur opera mortis. opus aũt virtutis, ſiue opus bonũ, nullus operatur niſi in Deo. Si vis igitur ſcire an op⁹ tuũ ſit viuũ, id eſt ſi ſit opus virtutis, ſiue opus bonũ & diuinũ: vide ſi ſit factum in ipſo, ſcilicet Deo: quia hîc dicitur [quod factũ eſt in ipſo] ſcilicet Deo [vita erat] id eſt, vitale & viuũ eſt. In Deo aũt fit, q in charitate fit: & quod extra Deũ, & pręter Deũ, nõ habet mouẽs nec finẽ. Oſtenſo autẽ qualiter verbum ſe habeat ad omnes creaturas in generali: cõſequẽter oſtẽdit, qualiter ſe habeat ad hoĩes in ſpeciali dicens: [Et vita erat lux hominũ] Quia vita, id eſt ipſum verbum quod eſt in vita in ſe, in qua & ꝑ quã creaturæ viuunt, erat lux hominũ: id eſt, vnde rationales creaturæ vt beatæ fierẽt, illuminãdę erãt: quia nõ deficit homines illuſtrare ꝑ gratiã ſuper omnes irradiãdo, ſi homo facit quod in ſe eſt: ſe ad Deũ per cognitionem & amorem prout poteſt conuertendo. Moraliter vitã bona eſt lux hominũ: quia plus illuminat & ędificat proximum vita, quàm verba. vnde Hieronymus. Multo plus intelligitur quod oculis videtur: quàm quod aure percipitur. & Seneca: Longum iter per præcepta, breue & efficax per exẽpla. Vñ Ieſus cœpit facere & docere. [& lux in tenebris lucet] id eſt, in peccatorib⁹: ꝗa verbũ, quãtũ in ſe eſt, illuſtrat eos luce gratię, ſed tenebroſi ſunt: hoc eſt, ꝗa ſe ſubtrahunt ab influẽtia diuinę lucis ſiue verbi, ideo ſequit [& tenebrę eã nõ comprehẽderũt] & peccatores hãc lucẽ nõ ſequũtur: nõ ꝑpter lucis, ſed ꝑpter ꝓpriũ defectũ. Vnde Augu. Quo eñ homo poſit⁹ in ſole cęcus pręſens eſt illi ſol: ſed ipſe ſoli abſens eſt: ſic omnis ſtultus, omnis iniqu⁹ oĩs impi⁹ cęcus eſt corde pręſente ſapiẽtia. Sed cùm cęco pſens eſt: oculis eius abſens eſt. Non ꝗa illa ipſi abſens eſt: ſed ꝗa ipſe abſens eſt ab illa. Quid ergo faciet iſte: mũdetur vnde poſſit videri De⁹. Peccata & iniquitates tolle: & videbis ſapientiã quę pſens eſt ꝗa De⁹ eſt ipſa ſapiẽtia. Et dictũ eſt: Beati mũdo corde: quoniã ipſi Deũ videbunt. Secundum Origenem. Lux in tenebris lucet: quia Dei verbum vita & lux hominum: in noſtra

Vita eſt omnia.
Opus virtutis.
L
Lux hominum.
Vita bona lux hominum
M
Acto. 1.
Tenebræ
Matt. 5
Lux in tenebris.

natura



A natura quæ per ſe inueſtigata & cõſiderata informis quædam tenebroſitas inuenitur, lucere nõ deſinit. Et quoniam ipſa lux omni creaturę eſt incõprehenſibilis: tenebrę eam non comprehenderũt. Vbi nota quòd triplex eſt cõprehenſio: ſcilicet per incluſionem, per aptam viſionem, per fidei & charitatis adhęſionẽ. Primo modo, à nullo: ſecũdo modo, à beatis: tertio modo, à ſanctis: ſed nullo iſtorum modorum à malignis comprehenditur: ideo dicitur [& tenebrę eam non comprehenderunt] id eſt, qui nõ fide nec amore adhæſerunt. Dicitur etiam aliquid cõprehendi, quando peruenitur ad finem cognitionis ipſius: & hoc eſt quando res cognoſcitur ita perfectè ſicut cognoſcibilis eſt, & ſic ſolus oculus diuinus lucẽ hanc cõprehẽdit, & nulla creatura. Moraliter lux in tenebris lucet: quia virtus lucet & apparet in aduerſis & oppoſitis. Nam virtus in infirmitate perficitur. vñ Gregor. Nemo quãtũ ꝓfecerit, niſi in aduerſitate cognoſcit: qualis enim quiſq; apud ſe lateat, illata cõtumelia probat. Et quia nulla aduerſitas põt ſuperare ſanctos & ſeparare à charitate Chriſti: ideo dicitur [Et tenebrę eã nõ cõprehenderũt.] Boni enim viri ſi tangantur aduerſitatibus nõ tñ frãgũtur aut vincuntur, imò in eis gaudẽt & delectãtur. Vel [lux in tenebris lucet] quãdo Deus ꝑ cõſolationẽ illucet his qui aduerſa & tribulationes ſuſtinẽt, ſecundum illud. Iuxtà eſt dñs his qui tribulato ſunt corde: &, cũ ipſo ſum in tribulatione. [Et tenebrę eã nõ comprehenderunt] quia non ſunt condignæ paſsiones huius tẽporis ad futurã gloriã. Semper enim deus remunerat ſupra condignũ: & punit citra condignum. Lux etiã in tenebris huius mũdi lucet: quia creator in creaturis apparet. Sicut enim in patria Deus eſt ſpeculũ creaturarũ, in quo creaturę relucent: & in quo oĩa videbimus, quæ ad gaudium noſtrum pertinebũt: ſic in via ecõuerſò creaturę ſunt ſpeculũ creatoris, in quo creatorẽ noſtrũ ſpeculamur: quia, vt ait apoſtolus, Videmus nũc per ſpeculũ: videlicet creaturarũ: in ænigmate & obſcurè. Et inuiſibilia dei à creatura mundi per ea quę facta ſunt intellecta conſpiciũtur. Deũ enim eſſe nõ ſolũ fides recta teſtatur: ſcriptura ſancta loquitur, cõparatio rerũ ad ipſum, indicat: ratio naturalis dictat, ſanctiq; prædicant, ipſe fecit nos, & non ipſi nos: verum etiã creaturę clamant. Omnia nãq; ſuo modo dicũt, quia deus eſt vox naturæ, qua omnia pulchra teſtatur ipſum eſſe pulcherrimum, dulcia dulciſsimũ, ſublimia altiſsimũ, & pura puriſsimũ, fortia fortiſsimũ: & ſic de alijs. Sanè cùm audis in pręmiſsis filiũ ex Deo patre genitũ: caue ne mentis tuę oculis infirmũ aliquid carnalis cogitationis occurrat, quin potius colũbino, et aquilino intuitu ſimpliciter crede, ac perſpicaciter cõtẽplare ꝙ ab illa luce ſimul immẽſa, & ſimpliſsima, fulgẽtiſsima, & ſummę arcana, coæternus, coęqualis, & cõſubſtãtialis ſplẽdor exoritur, quę eſt virtus ſumma & ſapiẽtia: & in quo oĩa pater diſpoſuit ab ęterno, ꝑ quẽ fecit & ſecula, factaq; gubernat & ordinat ad gloriã ſuã, partim ꝑ naturã, partim ꝑ gratiam, partim ꝑ iuſtitiã, partim per miſericordiã: vt nihil ſit in hoc mũdo inordinatũ relinquat. vñ Auſt. Si-

Cõprehenſio triplex
2. Cor. 12.
Aduerſitates.
B
Pſal. 33.
Pſal. 90.
Roma. 8.
1. Cor. 13.
C
Roma. 1. Deũ eſſe.
Pſal. 99.
Filius dei genitus quid.

D cut ſplẽdor ex ſubſtãtia ſolis naſcitur, ita & filium ex ſubſtantia patris genitũ intelligamus. Et ſicut nõ eſt ſol aut ignis prius ſplẽdore ſuo: licet ex ipſo naſcatur: ſed ex quo ſol aut ignis proceſsit: ſimul cũ eo & ſplẽdor eius apparuit. Nec dici põt ſplendor ſole vel igne poſterior (cũ tñ vt dixi) ex ipſo naſcatur. Si ergo in creaturis aliquid inuenitur quod & naſcatur, & poſterius nõ ſit genitore ſuo, cur hoc à creatore fieri poſſe deſperes, ſicut ſplẽdor ex ſole natus replet orbẽ terrarum, & tamẽ à genitore ſuo nõ abſcinditur, aliquãdo nec recedit: ita & filius à patre genitus vbiq; dum ſit in patre ſemper ꝑmanet. Et ſicut ſubſtãtialiter ſplẽdor in ſole eſt, & ſol in ſplendore: ita ſubſtãtialiter pater in filio & filius in patre eſt. Et ſicut ſoli & ſplendori vna ſubſtãtia dũ ſit, nõ tamẽ vna pſona, quia nec ſolẽ ſplẽdorem eſſe, nec ſplendorẽ dicimus ſolem: ita & pater & filius cùm ſint vnius eſſentiæ, nõ tñ vnius ſunt perſonæ. Et ſicut ſol ſplẽdore calefacit & illuminat, & ſiccat, & ſoluit, & excãdidat, & denigrat, & oĩa quæ ei à domino iniuncta ſunt operatur: ita & patrem per vnigenitum filium ſuum omnia legimus fuiſſe operatum. Hæc Auguſtinus. Secundũ eundẽ Auguſtinũ hoc initiũ ſancti Euangelij quidã Platonicus aureis literis pręſcribendũ: & per omnes eccleſias in locis eminentiſsimis pręponẽdũ eſſe dicebat. ORATIO.

Natũ non poſterius genitore ſuo.
E
Euangelium ſancti Ioãnis.

Domine deus pater omnipotens, qui coæternum & coęqualem, & cõſubſtantialem, tibi ante omnia ſecula filiũ ineffabiliter genuiſti: cum quo atq; ſpiritu ſancto omnia viſibilia & inuiſibilia, ac me miſerum peccatorem inter omnia creaſti, te adoro, te laudo, teq; glorifico: eſto propitius mihi peccatori: & ne deſpicias me opus manuũ tuarũ, ſed ſalua & adiuua me ꝑpter nomen ſanctũ tuũ. Operi manuum tuarũ dexterã porrige, carnali fragilitati ſuccurre. Qui me feciſti, refice infectum vitijs: qui me formaſti, reforma corruptũ peccatis, vt ſecundũ magnã tuã miſericordiã ſalues animam meam miſeram. Amẽ.

F

De inuentione remedij pro ſaluatione generis humani: & natiuitate virginis Mariæ.

Caput II.

IN principio cùm Lucifer creatus eſſet, erexit ſe cõtra deũ creatorẽ ſuũ, & in ictu oculi de excelſo cœlorum proiectus eſt in infernũ. Et ob hanc cauſam decreuit deus genus humanum creare, vt ꝑ ipſum poſſet caſum Luciferi & ſociorũ eius reſtaurare: quapropter diabolus homini inuidẽs ipſi inſidiabat, & ad pręcepti tranſgreſsionẽ ipſum inducere nitebatur. Et quoddam genus ſerpẽtis ſibi eligebat, qui tũc erectus gradiebatur: & caput virgineũ habebat. In hũc fraudulẽtus deceptor intrauit, & ꝑ os eius loquẽs verba deceptoria mulieri narrauit, ac eã decipiẽs ſuper omne genus humanũ mortẽ induxit. Et oportebat nos oẽs carcerẽ inferni ingredi: de quo nõ poteramus alicuius * adiutorio eripi. Sed tãdẽ pater miſericordiarũ & dñs totius cõſolationis clementer reſpexit ſtatũ noſtræ dãnationis: & nos ꝑ ſemetipſum liberare decreuit, ſup quo ſignũ nobis ꝑ oli

Luciferi caſus.
Serpentis genus.
*ſubaudi, puri hominis.

 uam

G. uam dedit, quã columba incluſis in arca afferebat,
quę miſericordiã Dei futurã, incluſis in limbo prę
tendebat. Non ſolũ enim his qui in arca erãt miſè
ricordia promittebatur: ſed & toti mundo ſignum
ſalutis in oliua dabatur, & hoc idẽ deus præmon-
ſtrauit nobis in multis alijs figuris. A principio
autem cõditionis noſtræ Adã in agro Damaſceno
iuxta Ebron de terra formato: & à domino in pa-
radiſum voluptatis trãſlato: ac Eua in paradiſo de
coſta Adæ dormientis facta: & pro conſorte ei da-
ta, ipſisq; primis parentibus in paradiſo ad operã-
dum & cuſtodiendũ collocatis, & dehinc propter
ligni vetiti eſum ꝑ diuini ſecreti ſeueritatẽ expul-
ſis: ſuperna miſeratio nõ deſtitit homines incitare
ad bonũ per ocultos inſtinctus, nec diſtulit hominẽ
errabundũ ad pœnitentiã reuocare, ſpẽ veniæ dã-
do per repromiſſum ſaluatoris aduentũ. Et ne for-
tè per ignorantiã & ingratitudinẽ tãta dei digna-
tio noſtrę ſaluti foret inefficax, in quinq; huius ſe
H culi ætatibus per patriarchas, iudices, ſacerdotes,
reges, & prophetas, ab Abel iuſto vſq; ad Ioannem
Baptiſtã, filij ſui aduentũ pręnuntiare, repromitte
re, & prefigurare nõ deſtitit: vt ꝑ multa millia tẽ-
porum, & annorũ, magnis & varijs multiplicatis
oraculis: & intelligẽtias noſtras ad fidẽ erigeret: &
affectus ꝑ nimia & viua deſideria inflãmaret. Vn-
de Leo Papa: Ceſſent illorũ querelę qui de domini
cæ natiuitatis tarditate cauſantur, tãquã præteri-
tis tẽporibus nõ ſit impẽſum, quod in vltima mũdi
ætate ſit geſtũ. Verbi incarnatio hoc cõtulit faciẽ-
da quod facta, & ſacramentũ ſalutis humanæ in
nulla vnquã antiquitate ceſſauit. Quod prædicaue
runt Apoſtoli, hoc annũtiauerunt ꝓphetę. Nec ſe-
rò eſt impletũ, quod ſemꝑ eſt creditum. Sapientia
verò & benignitas Dei, hac ſalutiferi operis mo-
ra, capaciores nos ſuæ vocationis effecit: vt quod
multis ſignis, ac multis vocibus, multisq; myſte-
rijs, ꝑ tot fuerat ſecula nũtiatũ, in his euãgelij die-
bus nõ eſſet ambiguũ. Et natiuitas ſaluatoris tãto
I cõſtantiorẽ in nobis gigneret fidem, quãto prædi-
catio eius & antiquior præceſsiſſet & crebrior. Nõ
itaq; nouo cõſilio deus humanis rebus nec ſera mi-
ſeratione cõſuluit, ſed à cõſtitutione mundi vnam
eandemq; omnibus cauſam ſalutis inſtituit. Gra-
tia enim Dei qua ſemꝑ eſt vniuerſitas iuſtificata
ſanctorũ, aucta eſt Chriſto naſcente: nõ cœpta. Et
hoc magnũ pietatis ſacramentũ: tã potens etiã in
ſuis ſignificationibus fuit, vt nõ minus adepti ſint
qui illud credidere ꝓmiſſum, quàm qui ſuſcepere
donatum. hęc Leo papa. Et nota ſecundum Augu.
quòd Chriſtus nõ prius venit niſi homo de lege na
turali & ſcripta prius cõuinceretur: quia ſi Chri-
ſtus ſtatim veniſſet, diceret homo ꝙ per legẽ natu
ralem ſaluari poterat, & ſuꝑfluũ crederet aduen-
tum Chriſti: ſimiliter dicere poterat de lege ſcri-
pta. Sed cõperto ꝙ non ſic ſaluari poterat: cùm o-
mnes ad inferos deſcenderũt, tunc venit ipſe: quia
tunc erat tẽpus miſerẽdi, & prius venire nõ fuit ne
ceſſe: quia nõ ꝓdeſt medicina ſpiritualis ſine affe-
ctu recipiẽtis. Nec poſterius, venit, ne fides & ſpes
ex ꝓmiſſa incarnatione periret. Si eñ tardaſſet ve
nire: quotidie decreuiſſent, & tepuiſſent ſecũdum
eundẽ Aug. magnũ deſiderium habebãt antiqui vide- K
re Chriſtum. Sciebant enim illũ eſſe venturum, &
nõ ſolum patriarchæ & prophetæ: ſed etiã omnes
qui piè viuebãt deſiderantes dicebant: O ſi hîc me
inueniet illa natiuitas? O ſi quod credo, videbo o-
culis meis? Si ergo fidèles iſti tantũ deſiderabant,
tamq; deuoti erãt Chriſto adhuc venturo, quid fa-
ciendũ eſt iã ſuſcepto? Sed væ nobis miſeris huius
moderni tẽporis, qui nec tantũ afficimur ad gra-
tiam exhibitam, quãtum antiqui afficiebantur ad
promiſſam. Vnde Berñ. Deſiderium ſuſpirantium
Chriſti præſentiã frequentiſsimè recogitans cõ-
pũgor & cõfundor in memetipſo: & nunc vix cõ
tineo lachrymas: ita pudet tẽporis torporisq; mi-
ſerabilium temporũ horum. Cui nanq; noſtrũ tan
tum ingerat gaudium huius gratiæ exhibitio quã
tum accenderat veteres deſiderata ſola promiſsio?
Hæc Berñ. Cùm igitur ꝑ longiſsima tempora cir
ca ſpatium quinq; millium & ferè ducentorũ an-
norum miſerabiliter iaceret genus humanum: &
nullus propter peccatum primi hominis ad æter- L
nam beatitudinẽ aſcendere poſſet: ad primũ bea-
tiſsimi ſpiritus cõpatientes tandem ruinæ: ac de
ſua ſoliciti reſtauratione, licèt pluries antea, tamẽ
adueniente plenitudine tẽporis inſtantius & deuo
tius domino ſupplicauere. Vnde miſericordia pul
ſabat viſcera patris vt ſubueniret, ſecum habẽs pa-
cem: ſed cõtradicebat veritas, ſecum habens iuſti-
tiã, & inter eas magna cõtrouerſia facta eſt prout
narrat Ber. longo ſermone de annuntiatione: ſed
dicti ſui ſumma hæc eſt: Dicebat miſericordia
deo, Eget miſeratione diuina creatura rationalis,
qm̃ miſera facta eſt, & valde miſerabilis: venit tẽ-
pus miſerẽdi eius. E cõtra veritas dicebat: Quæſo
dñe impleri ſermonẽ quem locutus es. Totus mo-
riatur Adã cum oĩbus qui erãt in eo, qñ pręuaricã
do pomum vetitũ guſtauit. Dixit miſericordia: Vt
quid me dñe feciſti? Scit enim ipſa veritas, ꝙ ego
perij ſi nunquã miſereris. E cõtra veritas: Si prędi
ctam tuam ſentẽtiã pręuaricator euaſerit: perijt M
veritas tua & nõ ꝑmanet in ęternum. Fuit aũt hęc
quæſtio ꝑ patrem miſſã ad filium. Veritas autem
& miſericordia corã eo eadem dicebant. Nõ vide-
batur quomodo circa hominẽ poſſet miſericordia
& veritas ſimul cõſeruari. Scripſit aũt rex ſenten
tiã ſic cõtinentem: Hęc dicit, Perij ſi Adã non mo-
riatur. & hęc dicit: Perij ſi miſericordiã non cõſe-
quatur. Fiat mors bona: & habet vtraq; vt poſtu-
lat: & ꝙ Adam moriatur, & miſericordiã conſe-
quatur. Obſtupuerũt omnes in verbo ſapientię: &
cõſenſerunt ꝙ moriatur Adam miſericordiã con
ſequendo. Sed quærũt quomodo mors poſsit fieri
bona, cùm horribilis ſit ipſo auditu? Reſpõdit rex:
Mors peccatorũ peſsima: ſed ſanctorũ eſt prætio-
ſa, & vitę ianua. Inueniatur ergo qui ex charitate
moriatur nõ obnoxius morti, & ſic mors nõ pote-
rit tenere innoxiũ, ſed faciet in ea foramen ꝑ qđ
trãſeant liberati. Placuit ſermo. Sed vbi, aiũt talis
poterit inueniri? Circuit ergo orbẽ terrarũ veritas:
& nemo mũdus à ſorde, nec infans vnius diei. Sed
& miſericordia ꝑluſtrat cœlũ: & neminẽ inuenit
qui ſufficiẽtẽ ad hoc habeat charitatẽ. Ei ergo hęc
victoria

Oliua ſalutifera.

Adæ plaſmatio.

Humanũ genus ad ſpẽ veniæ erigitur ab Abel vſque ad Ioãnem bapt.

Gratia dei ꝑ natiuitatem Chriſti aucta, nõ cœpta.

Chriſtus cur non prius, nec poſterius venit.

Aetas mũdi ante Chriſti natiuitatem.

Miſericordiæ & iuſtitię contentio.

Mors quomodo bona.

Pſal. 33.

Iob 15.



A victoria debebatur, quo nemo maiorẽ charitatem
haberet: vt animã ſuã pro ſeruis inutilibus pone-
ret. Redeũt itaque ad cõſtitutũ diem anxię pluri-
mũ, non inuẽto qđ deſiderabant. Tandẽ ſeorſum
pax eos cõſolans dixit: Neſcitis quia non eſt qui fa
ciat bonũ: non eſt vſq; ad vnũ. Qui dedit cõſiliũ, fe
rat auxiliũ. Intellexit hoc rex, & ait: Pœnitet me
feciſſe hominẽ. Pœna, inquit, tenet me. Pœnã ſuſti
nere incũbit mihi pro homine quẽ creaui. Et voca
to angelo Gabriel dixit: Vade dic filiæ Sion, Ecce
rex tuus venit. Feſtinauit ille & ait: Adorna thala
mũ tuũ, & ſuſcipe regem. hæc Bern. Vides ergo q̃
magni periculi, & quãtũ fuit peccatũ: & quã ma-
gna difficultas ſit inuenire remediũ. In hoc itaque
cõſenſerũt prædictæ virtutes: & tunc impletũ eſt
illud propheticũ. Miſericordia & veritas obuiaue
runt ſibi: iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. vnde & Leo
papa: Quia nõ ita in primũ hominẽ diabolus vio-
lentus extiterat, vt eum in partes ſuas ſine arbitrij
conſenſione transferret: ſic deſtruendũ fuit pctm̃
voluntariũ & hoſtile conſilium, vt dono gratię nõ
B obeſſet norma iuſtitiæ. In totius igitur humani ge
neris ſtrage cõmuni, vnũ ſolum fuit remediũ, ſub
diuinę ratiõis occulto: quod poſſet ſubuenire pro-
ſtratis, ſi aliquis filiorũ Adã originalis præuarica-
tionis alienus atq; innocens naſceretur, qui cęteris
exẽplo prodeſſet & merito. Sed quia hæc natura-
lis generatio non ſinebat: dominus Dauid factus
eſt filius Dauid & de promiſsi generis fructu pro
les eſt orta ſine vitio: vnde etiã Anſel. Natura no-
ſtra ad ſimilitudinem dei in principio creata fuit:
quatenus indeſinenter ipſo deo frueretur: & eius
gloria ſine omni corruptione & mutabilitate ali-
quãdo potiretur. Hoc tã grãde bonũ ſtatim in pri-
mis parẽtibus perdidit: atque in huius mundi miſe
rias infelix & præceps ruit in æternas miſerias:
decurſo vitę labentis articulo multò infelicius rui
tura. Tranſierũt multa ſecula: & dãnationis ipſius
immunitas ſuper omnes filios hominũ eſt in dete-
rius roborata. Nec enim ſummi ſapientia dei vllã
C in maſſa creationis humanæ viã inuenit, per quã
vt diſpoſuerat in mundũ veniens tam luctuoſę per
ditioni ſubueniret: donec ad iſtã de qua loquimur
virginẽ ventũ eſſet. Sed hæc mox vt in mundũ ve-
nit, per humanæ generationis lineã, tanta omnis
boni virtute atque cõſtantia perfectè reſplenduit:
vt eã ipſa ſapientia dei verè dignã iudicaret: ꝑ quã
in hominẽ veniens, nõ tantũmodo reatum primo
rum hominum: ſed & totius mundi peccata dele-
ret, atque diabolũ ſui operis inimicũ cum ſuis eli-
deret: necnõ dãna patriæ cœleſtis hominẽ illuc re
ducendo reintegraret. Quis igitur iſta perpẽdens
æſtimare queat qua laude digna ſit: quę tãtorũ bo
norũ ſola prę cunctis mediatrix effici meruit? hęc
Anſel. Nec fuit iſta virgo ſubitò & caſu inuenta:
ſed ab ęterno prædeſtinata. Vnde Damaſ. Ipſa dei
genitrix ab æterno etiã pręuiſo tẽpore dei cõſilio
prędeterminata: & diuerſis imaginationibus &
ſanctificationibus prophetarũ per ſpiritũ ſanctum
pręimaginata & prædicata fuit. Exurgamus ergo
in gratiarũ actiones: & pro tanta dei circa nos di-
gnatione laudes referamus cum Anſelmo, dicen-
tes: Adoramus te Chriſte rex Iſraël, lux gẽtiũ, prin D
ceps regũ terræ, domine ſabaoth, virtus dei omni-
potentiſsima. Adoramus te precioſum noſtre redẽ
ptionis pretiũ hoſtiã pacificã: quæ ſola odoris tui
inæſtimabili ſuauitate patrẽ, qui in altis habitat
ad reſpiciendũ humilia inclinaſti: & filijs iræ pla-
cabilẽ reddidiſti. Tuas Chriſte miſerationes præ-
dicamus: tuæ ſuauitatis memoriã cũ abundantia
eructamus: tibi Chriſte ſacrificiũ laudis immola-
mus: pro multitudine bonitatis tuæ quã oſtendiſti
nobis ſemini nequã filijs ſceleratis & perditis. Cũ
enim adhuc eſſemus inimici tui domine: & anti-
qua mors in oẽm carnẽ iniquum exerceret domi-
niũ: cui omne ſemen Adã lege primordialis culpæ
obnoxium erat: recordatus es vberrimę miſericor
dię tuę: & proſpexiſti de ſublimi habitatiõe tua in
hanc vallẽ plorationis & miſerię. Vidiſti domine
afflictionẽ populi tui: & tactꝰ dolore charitatis in-
trinſecus, appoſuiſti cogitare ſuper nos cogitatio-
nes pacis & redẽptionis. hæc Anſel. Tacitis aũt il
lis quæ ab initio omnis creaturę vſque ad ſancti fi E
lij ſui aduentum de hac beata virgine prophetata
ſunt, tã per eos qui ante legẽ, quã per eos qui ſub le
ge iuſti fuerunt: de natiuitate ipſius quã quidẽ ex
linea generatiõis humanæ deſcendiſſe ſcimus: &
magna quædã atq; miranda ſignorũ indicia præ-
curriſſe credimus: conſequenter aliqua videamus.
Virgo itaq; glorioſa ex qua incarnatio filij dei eſt
facta de tribu Iuda, & ſtirpe Dauid eſt orta. Nã,
vt ait Chryſ. dignũ atq; cõueniẽs erat cœleſti my-
ſterio, vt eadẽ Maria quæ mater dei ſecundũ car-
nem eſſe meruit, & ex regali genere, & ex ſacer-
dotali origine naſceretur: de qua filius dei, qui rex
& ſacerdos æternus eſt, corpus humanæ carnis aſ-
ſumpſit. Anno aũt imperij Auguſti circiter xxvij.
nata eſt glorioſa virgo Maria: ex patre Ioachim
de Nazareth: ex matre Anna de Sephor opido di-
ſtante ad duas leucas de Nazareth: ambobus iuſtis
ante deũ. Qui per annos viginti prole carẽtes, pro
habenda ſobole orauerunt: vouentes ſe illam domi
no oblaturos. Cũ aũt videret Iſachar ſacerdos, Ioa F
chim inter cõciues ſuos cũ oblatiõe aſsiſtere, ſpre-
uit illũ improperãs ſterilitatẽ. Qui improperij pu
dore ad paſtores pecorũ ſuorũ ſe cõtulit: ibiq; appa
ruit ei angelus domini cõfortans eũ, & dicens ora
tiones eius exauditas: & eleemoſynas aſcẽdiſſe in
cõſpectu dei. Tertiã enim partem ſubſtantię ſuæ
dabat pauperibus: & tertiã templo & templi mini
ſtris: de alia tertia viuebat cũ domo ſua. Et ait ei
angelus: Ecce vxor tua pariet tibi filiã: vocabisq;
nomen eius Mariã. Cõſecrata erit domino vt voui
ſti: & ſpiritu ſancto replebitur ex vtero matris ſuę
& in templo domini erit cõuerſatio eius. Eadẽq;
angelus nuntiauit Annæ. Monituq; angelico am-
bo aſcenderũt in Hieruſalẽ: & debitas gratias do-
mino ꝑſoluẽtes in tẽplo, regreſsi ſunt ad propria.
Cõcepitq; Anna & peperit filiã, quam vocauit Ma
riam. Ab originali autem quodam priuilegio ſin
gulari in matris vtero purgata fuit. vnde Bernar.
Eſt itaque virgo Maria bonorum titulis cumu-
lata: quę proculdubio antè fuit ſancta quàm na-
ta. Ego puto quòd copioſior ſanctificationis be-
nedictio

Pſal. 52.

Gene. 6.

Zacha. 9.

Pſal. 84.

Remediũ vnicum.

Mariæ laus.

Maria ab ęterno prędeſtinata.

Marię natiuitas.

Mariæ ſtirps.

Ioachim eleemoſynæ.

Maria purgata, ſed magis prę ſeruata aſſeritur ab originali culpa.

G nedictio quàm in aliis ſanctificatis ab vtero in eã deſcenderit quæ nõ ſolum ipſius ortũ ſanctificaret: ſed vitã eius deinceps ab omni peccato cõſeruaret immunẽ. Decuit nimirũ vt ſingulari priuilegio vitam abſq; peccato duceret: quæ dum peccati mortiſq; perẽptorem parẽret, vitę iuſtitiæq; munus plus omnibus obtineret, hæc Bernã. vnde dicit Augu. quòd beata virgo ante cõceptionem filij dei ſanctificata fuit, quòd peccare venialiter potuit: ſed poſt cõceptionẽ filij dei nec mortaliter nec venialiter peccare potuit.

Maria quandoq; potuiſſet venialiter peccaſſe.

Mariæ preſentatio.

Ipſa autem glorioſa virgo Maria, cùm triũ eſſet annorũ portabatur ad templũ, & à parẽtibus in tẽplo oblata, intra ſepta templi cum alijs virginibus collocata, vt literas diſceret, & dño ſeruiret, ibidemq; vſq; ad annum xiiij. permãſit. Sed accelerato in ea diuina rationis vſu: quãdo parentes eã in templo dimiſerũt, extũc ſtatuit in corde ſuo Deũ habere in patrem: & fecit ſe

H

Petitiões & preces Mariæ.

doceri dei legẽ, ac deuotè & freque̅ter cogitabat quid poſſet facere deo gratũ: vt ſibi gratiã ſuã dare dignaretur. Petebat verò affectuosè à deo gratiam obſeruãdi mãdata & præcepta legis: & vt faceret eã amare omnia, quæ ipſe amat, & odire omnia quæ ipſe odit. Petebat quoq; oẽs virtutes, per quas efficeretur gratioſa ante cõſpectũ ſuũ: & melius ac melius in Dei opere proficiebat. Omni tempore cõtemplationi aut orationi, aut lectioni, aut operationi ſe dabat, pro ſalute generis humani ſine intermiſsiõe orabat: ſcripturas de aduẽtu Chriſti frequenter legebat: & quicquid in ſcripturis de incarnatione dei inueniebat, hoc oſculãdo & amplexãdo dulciter relegebat.

Mariæ profectus.

Fiebat vt in vigilijs inueniret prior, in ſapiẽtia dei eruditior, in humilitate humilior, in carminibus Dauidicis elegãtior, in charitate gratioſior, in puritate purior, in omni virtute perfectior: erat eñ cõſtans & immobilis. Et cùm quotidie melius trãſiſſet, hãc iraſcentẽ nullus vidit vel audiuit. Omnis ſermo eius ita erat gratia plena, vt in lingua eius agnoſceretur deus. Et

I

erat ſolicita circa ſocias ſuas, ne aliqua ex eis in vllo ſermone offenderet: ne aliqua in riſu vocem ſuã exaltaret: ne aliqua iniurioſa vel ſuperba circa parem ſuã exiſteret: & ne in aliquo peccarẽt. Sine intermiſsione benedicebat dñm. Et ne fortè in ſalutatione ſua à laudibus domini tolleretur: ſi quis eã ſalutabat, ipſa pro reſalutatione deo gratias reſpõdebat.

Deo gratias, vnde ortum.

Deniq; primùm ab ipſa exiuit, vt dum homines ſancti ſalutãtur, deo gratias dicãt. Ipſa etiã prima omniũ de ſeruãda virginitate, niſi deus aliter ordinaret, votũ vouit, qđ nulla ab initio ſeculi, ex quo hîc factus eſt mundus: deo obtulit, tã prudẽter, tam humiliter, tam deuotè ſe habebat, quòd vita ipſius exemplũ viuendi cũcti pręebat: vnde de vita eius ſic ſcribit Ambro.

Votũ virginitatis primum.

Mariæ vita.

Sit nobis tanquã imagine deſcripta vita Mariæ: ex qua velut ſpeculo refulget ſpecies charitatis, & forma virtutis. Virgo erat corpore & mẽte, corde humilis, verbis grauis, animo prudẽs, loquendi peritior, legẽdi ſtudioſior: nõ in incerto diuitiarũ, ſed in prece pauperis ſpẽ reponẽs. Intenta operi, verecũda ſermone: arbitrũ mentis nõ hominẽ, ſed deũ quęrere: nullũ lędere, omnibus bene velle: maioribus aſſurgere, æqualibus nõ inuidere: iactãtiam fugere, rationẽ ſequi, amare virtutem.

K

Quãdo illa vel nutu læſit parentes? qñ faſtidiuit humilẽ? qñ irriſit debilẽ? quando vitauit inopẽ? Nihil toruũ in oculis, nihil procax in verbis, nihil inuerecundũ in actu. Non geſtus fractior, nõ inceſſus ſolutior: nõ vox petulãtior: vt ipſa ſpecies corporis ſimulachrũ fuerit mentis, & forma probitatis. Talis eñ fuit Maria, vt eius vnica vita omniũ diſciplina ſit. Si igitur actor nõ diſplicet, opus probemus: vt quicũq; ſibi exoptat pręmiũ, imitetur exemplũ. hæc Amb. vnde & Anſel.

Mariæ puritas.

Nota igitur & infantiles annos exuta, quàm caſtè, quàm ſanctè, quàm deo dignè vitã inſtituerit: ac inſtitutã egerit, vel cogitatu queat coniectare. Nulli deniq; dubiũ, caſtiſsimũ corpus, & ſanctiſsimam animã eius funditus fuiſſe ab omni macula peccati iugi angelorum cuſtodia protectã: vtpote aulã quam ſuus & omniũ creator deus corporaliter inhabitaturus: & ex qua hominẽ ſuæ perſonæ vnitatem ineffabili fuit operatione ſumpturus. Et quid mirũ? Nam & inter homines vſus obtinuit

L

(ſi tamẽ cœleſtibus ad terrena poteſt eſſe cõparatio vlla) vt cùm prępotẽs alicuis, vel perſona diues aliquò vadit hoſpitaturus: cliẽtes procurent locũ, muniãt, mundent, ornent, atq; cuſtodiãt: quò venienti dño ſuo aptus ad habitandum, & congruus fiat. Quòd ſi talis apparatus fit pro aduentu terreni hominis, & mometaneæ poteſtatis, qualis putamus apparatus oĩs boni fiebat ꝓ aduentu cœleſtis & ęterni regis in corde ſacratiſsimę virginis, quę illũ non ſolũ erat in ſemetipſam tranſitiuè hoſpitatura: ſed etiã ex ſubſtãtia ſua hominem factũ paritura? Hæc Anſel. Conſidera hîc attentè virtutes & mores virginis Mariæ: & pro poſſe tuo etiã imitari ſtude.

Cõceptionis Mariæ figuræ.

De Mariæ cõceptione & ſanctificatione eſt ſciendũ, quòd cùm deus humanã naturã aſſumere decreuiſſet: cõgruũ fuit vt matrẽ de qua naſceretur præmitteret. Et hæc per filiam regis Aſtiagis præfigurata fuit, qui (vt in ſcholaſtica hiſtoria dicitur) in viſione vidit ꝙ de vtero filiæ ſuę vitis pulchra creſcebat, quæ frondibus & floribus ſe dilatabat: & fructũ proferẽs totũ regnũ ſuũ obumbrabat.

Aſtiagis filia.

M

Dictũq; eſt ei, quòd de filia ſua rex magnus naſciturus erat, quæ poſt hæc Cyrum regẽ generauit, qui filios Iſraël de captiuitate Babilonica liberauit.

Cyrus.

Ita Ioachim dictum eſt, quòd filiã gigneret quæ Chriſtũ regẽ portaret, qui nos de captiuitate diabolica liberauit: qui & vera vitis fuit, & totũ mundũ obumbrauit.

Hortus cõcluſus, & fons ſignatus.

Ipſa etiã præfigurata fuit per fontẽ ſignatum in horto cõcluſo poſitum: quia eã cõcluſã in vtero matris ſpirituſſanctus ſanctificauit: & ſigillo ſanctæ trinitatis ſic concluſit, & ſignauit, quòd in eã nunquam aliquid coinquinatũ introiuit.

Stella Balaam.

Hæc etiã præfigurata fuit per ſtellam Balaam, qui promiſit quòd de Iacob oriretur ſtella, per quã figurabatur Maria fluctuantiũ ductrix & adiutrix ſingularis & pręcipua: ſine qua ſtella nõ poteram? hoc feruidũ mare ꝑtrãſire: nec ad portũ cœleſtis patrię ꝑuenire.

Virga Ieſſe.

Ipſa etiã beata virgo, quoad ſuã natiuitatẽ, ꝑfigurata ꝑ virgã dẽ radice & ſtirpe Ieſſe pr̃is Dauid egreſſã. De qua flos amenisſimus, ſcilicet Chriſtus aſcendit: ſuper quã



A ſeptiformis gratia ſpirituſſancti requieuit. Quomodo autẽ florẽ producit, pręfiguratũ fuit in porta clauſa quã dominus Ezechieli monſtrauit, quæ nunquã aperiri debebat, ſed dominus ſolus per eã clauſam tranſire volebat.

Porta clauſa.

Templum Salomonis.

Ipſa etiam præfigurata fuit per templũ quod Salomon domino ędificauit. Hoc templũ erat conſtructũ marmore candidiſsimo, & ornatũ intrinſecus auro mundiſsimo. Sic Maria erat albiſsima cãdore, puriſsimę caſtitatis, & ornata intrinſecus auro ꝑfectiſsimę charitatis.

Menſa Solis, figura oblationis Mariæ in templo.

Oblatio verò Marię in templo fuit pręmonſtrata per menſam Solis in ſabulo. de qua menſa dicitur in ſcholaſtica hiſtoria. Piſcatores enim quidã rethe in mare mittẽtes, caſu mirabili menſam aureã extraxerunt, quę ipſi Soli materiali quẽ gens illa tanquã Deum coluit oblata fuit in tẽplo, quod ibidem in littore maris in ſabulo conſtructũ erat. Per illã menſam, quę in tẽplo Solis materialis eſt oblata, bene eſt Maria figurata, quæ vero Soli, id eſt, ſummo Deo, & in tẽplo Solis æternalis eſt oblata. Et pulchrè per menſam Maria eſt figurata, quia

B

per eam cœleſtis eſca nobis eſt collata, nam ipſa filium Dei IeſumChriſtũ nobis generauit, qui nos ſuo corpore & ſanguine refocillauit.

Iepte filia.

Item præmõſtrata fuit per Iepte filiam, ſed illa ex abrupto & indiſcretè oblata, Deo poſtea ſeruire nequiuit, Maria verò ritè & diſcretè oblata, poſt oblationẽ ſuã ſemper domino ſeruiuit. Illa poſt victoriã hoſtiũ temporaliũ, pro gratiarum actione. Maria ante victoriã pro victorię hoſtium tẽporaliũ collocatione.

Hortus pẽſilis.

Qualiter autem Deo ſeruiuit, & quam vitã habuit, hoc in horto illo ſuſpenſo demonſtratũ fuit, quẽ rex Perſarũ vxori in alta ſtructura plantauit, de quo patriã ſuam de longè contemplari affectauit, per quam contemplatiua vita Mariæ deſignatur, quæ in templo domini contemplationi inſiſtens, patriam cœleſtem ſemper cõtemplabatur.

## ORATIO.

C

O Virgo virginũ Maria, quæ nec primam ſimilẽ viſa es, nec habere ſequẽtem: quę prima inter fœminas ſeruãdę virginitatis votũ vouiſti, & glorioſum munus Deo obtuliſti, cũ hoc à nullo homine nec verbo didiciſſes, nec exẽplo ad imitationẽ inuitata fuiſſes, hacq; virtute & cęteris ornata Deo placuiſti, & viuẽdi exẽplũ omnibus reliquiſti. Deprecor bonitatẽ tuam immẽſam, vt tu ſummũ meũ ſolatium dirigas vitam meam, meq; tuas virtutes & exempla pro poſſe imitari facias, & gratiam tuã ſemper mihi adeſſe cõcedas. Amẽ.

## De deſponſatione Marię. Caput. III.

Mariæ ad xiiij. annũ prouectio.

VIrgo itaq; domini Maria cũ ętatis proceſſu quotidie etiam in virtutibus ꝓficiebat, & quia pater & mater eam dereliquerãt, dominus eam aſſumpſit. Quotidie namque ab angelis frequentabatur, quotidie diuina viſitatione fruebatur, quę eam à malis omnibus cuſtodiebat, & bonis omnibus redũdare faciebat. Itaq; ſic vſq; ad annũ xiiij. peruenit. Tunc põtifex publicè denũtiauit, vt virgines quę in tẽplo cõſtitutę hanc ætatẽ impleſſent, domũ reuerterẽtur, ac nuptijs operã darent, cui mãdato cùm cæterę prõnæ paruiſſent, ſola virgo Maria hoc ſe facere nõ poſſe reſpondit.

D

Siquidẽ & parẽtes ſuos ſe dixit domini ſeruitio mãcipaſſe, & inſuper ſeipſam domino virginitatẽ vouiſſe. Põtifex igitur in anguſtia poſitus cùm neque contra ſcripturã, quę dicit: Vouete & reddite, votũ infringendũ putaret, neq; morẽ gentis inſuetũ introducere auderet, conſiliũ habuit cum primoribus quid eſſet faciendũ, omnibuſq; in cõmuni placuit dominũ ſuper hoc eſſe cõſulendum.

Pſal. 75.

Cõſilium ſuper Mariæ voto.

Et cęteris quidẽ orationi incumbẽtibus, pontifex ex more ad conſulendũ dominũ acceſsit. Nec mora & cunctis audiẽtibus de propiciatorij loco vox facta eſt Eſaię vaticinio requirendum eſſe, cui virgo cõmendari & deſponſari deberet, illo ſcilicet, egredietur virga de radice Ieſſe & c. Cunctoſq; de domo & familia Dauid nuptijs habiles nõ cõiugatos, virgas ſuas ad altare iuſsit afferre.

Eſaiæ II.

Ioſeph virga floruit.

Erat autem inter cęteros homo nomine Ioſeph, qui cùm virgã ſuã attuliſſet, & ipſa illico florẽ germinaſſet, atq; in eius cacumine colũba de cœlo veniẽs cõſediſſet, liquido omnibus patuit ipſi virginẽ deſpõſandam fore.

E

Nume. 17.

Vnde in Numeri legitur, ꝙ Moyſes inuenit virgã Aaron germinaſſe, & turgẽtibus gẽmis flores erupiſſe, qui folijs dilatatis in amigdalas deformati ſunt.

Virgę cõparatur Maria.

Per iſtã intelligi poteſt beata virgo, quę inſtar virgę fuit gracilis per paupertatẽ, & flexibilis per humilitatẽ, & recta per intentionẽ & charitatẽ. Iſta virgo inuẽta eſt gẽmis turgẽtibus, quãdo filiũ Dei in vtero ſuo cõcepit, ex qua flores fructiferi eruperũt quãdo Dei filius ipſa manente virgine natus fuit. Nã ſicut flos non violat arborẽ, ſed ornat: ſic Dei filius nõ violauit virginẽ, ſed magis donis & gratijs adornauit, ſecundũ Chryſoſt. Hęc virga eſt quæ in tabernaculo teſtimonij poſita: ſine humore terrę fructũ nucis germinauit: quia ſine viri ſemine filium ędidit, qui tanquã nux ligno paſsionis adhęſit. Et bene, nũc flos, nũc fructus dicitur: quia ſecundum Ambro. Veluti boni arboris fructus pro noſtrę virtutis ꝓceſſu, nũc floret, nunc fructificat in nobis, nũc rediuiua corporis reſurrectione reparatur.

Flori cõparatur Chriſtus.

F

Ideo etiam alibi flos, alibi fructus dicitur: quia in vtriuſq; teſtamẽti paginis ita prędicatur, flos in litera: fructus in ſpiritu. Flos in lege, fructus in gratia & veritate. Flos in priori tabernaculo: fructus in ſecundo. Flos in obſeruatione carnaliũ ſacrificiorũ: fructus in ſpirituali intelligentia myſteriorum. Sicut enim in flore fructus prænuntiatur, ſic in illis cerimonijs Chriſtus vẽturus ſignificabatur. Patet itaq; ꝙ Chriſtus flos dicitur in prophetica veteris teſtamenti promiſsione, qui & fructus vocatur in noui teſtamenti gratię perfectione. Sed ſicut fructus nõ apparet virente flore, ita nec Chriſti veritas patuit carnali obſeruatione manente. Areſcente verò flore, fructus videtur: quia decidente lege, gratia & veritas per Ieſum Chriſtũ facta tenetur.

Deſponſatio Marię.

Igitur virgo domini cum quibuſdam virginibus collactaneis ſuis quas ob miraculi oſtenſionẽ, & pudoris ſui cuſtodiam à ſacerdote acceperat: ad domũ parentũ in Nazareth reuerſa eſt, habens ſecũ more ſolito ſui pudoris cuſtodes & teſtes, ſine quo nunq̃ proceſsit.

vnde

G vnde Hiero. Cum ea ſemper ſingularũ virtutũ pu
dicitia comes irremota manſit: quia omnino pu-
dor indiuiduus virginitati eſſe debet, ſine quo caſti
tas vera ſeruari non põt. Nunquã igitur beata Ma
ria ſine pudoris ſui cuſtode proceſsit. Ioſeph quo-
que ſeceſsit ibidem, & mutua deſponſatione facta
recedit in domũ ſuam: eam diſpoſiturus, & nuptijs

Maria cur ſuæ tribus viro nupſit

neceſſaria prouiſurus Fuit itaq; virgo Maria Io-
ſeph viro ſuę tribus deſponſata: quia mulier viro
alterius tribus nubere non poterat, quando ad ip-
ſam hęreditas paterna pertinebat. Beata autẽ vir-
go fuit vnica Ioachim patri ſuo ſuccedẽs ei in hæ
reditate: & ideo ex lege cogebatur viro ſuæ tribus
nubere. Ambo aũt de eadẽ tribu erant, quia ambo
à Dauid deſcenderant: ſed Maria per Nathan, &

Ioſeph quoq; virginitatem decreuerat ſeruare.

Ioſeph per Salomonẽ. Et licet Ioſeph etiã cogere-
tur ad matrimoniũ cõtrahendum ſecundũ tempo
ris illius modum, tamen habebat virginitatem in
deſiderio & propoſitio, ſed nondũ expreſſerat in
voto. Cõtraxit itaq; matrimoniũ cum virgine, cõ
mittens ſe voluntati diuinæ. Et poſtmodũ ex diui-
H na reuelatione Ioſeph agnouit ꝓpoſitum Mariæ,
& tunc ex cõmuni conſenſu vouerunt virginitatẽ
ſeruare. vnde ſecundũ Aug. Maria & Ioſeph ante-
quam facta eſſet mutua deſponſatio, virginitatem
ſeruare propoſuerunt, & vterq; cõſenſit in matri-
monium reuelatione ſpiritus ſancti. Nec alter cõ-
ſenſiſſet in alterum, niſi docẽte ſpiritu ſancto alter
alterius cognouiſſet ꝓpoſitum. Sed poſtea vterque
propoſitũ ſuũ exprimens verbo, Deo vouerũt vir-
ginitatem. Adhuc enim, vt creditur, Ioſeph virgo
erat, cuius ratio hæc eſſe põt: Quia cùm Chriſtus
in paſsione ſua nulli matrem ſeruãdã tradidit niſi
virgini: nõ eſt probabile quòd ante conceptũ, dum
adhuc eſſet iuuencula, traderetur alicui cuſtodien

Deſponſatio Marię per verba de præſenti.

da niſi virgini. Fuit aũt beata virgo deſponſata Io
ſeph, non deſpõſatione futuras nuptias promitten
te: ſed deſponſatione & cõſenſu per verba de prę-
ſenti. Et ita verũ matrimonium fuit inter ipſos, &
cõſummatum: ſolennitates enim nuptiarum non
ſunt de ſubſtãtia matrimonij. Vnde & Ioſeph ſpõ
ſus & vir eius ſolet dici. Vnde dicit Hugo, quòd
I cùm beata virgo virginitatem vouiſſet: & paren-
tes eam nubere iuberẽt, timẽs illa inobediens eſſe
parentibus: nec virginitatis propoſitũ deſerere vo
lens: per ſpiritum ſanctũ edocta cõmiſit ſe deo: cer
tam habens fiduciam quòd eã diuina miſericordia
ita cuſtodiret, vt poſſet parentibus in contrahendo
matrimonio obedientiã exhibere: & tñ votũ virgi
nitatis nõ cogeretur frãgere. Et ponit exemplũ de
Abrahã, qui repromiſsionem acceperat in ſemine
Iſaac, quẽ tñ poſtea iuſſus eſt immolare: cui iuſsio-
ni paruit, ſciẽs pro certo, quia & ſi ſecũdũ humanã
rationẽ promiſsioni contraria videretur iuſsio, ſe-
cundum illã tamẽ virtutẽ qua deo poſsibilia ſunt
oĩa cũ obediẽtia iuſsionis impleri poſſet ꝓmiſsio.
Sicq; factũ eſt, vt & obediẽtiæ inueniret meritũ,

Virginitatem & fœcunditatẽ amauit Maria.

& ꝓmiſsionis cõſequereẽ effectũ. Ita potuit eſſe in
ꝓpoſito de beata virgine. Vñ & Anſ. Et quidẽ hęc
duo ipſa iucũdius amabat: virginitatẽ, ſcilicet &
fœcũditatẽ. Virginitatẽ, q̃a hãc deo ꝑ oĩa placere
intelligebat: Fœcũditatẽ, quia ſine hac maledictũ
legis, quæ adhuc carnaliter cuſtodiebatur, incurre K
re metuebat. Duo ergo erãt in virginis animo inui
ſibili, ſed magno cõcertantia prælio, virginitatis
amor, & legalis maledictionis timor. Verũtñ libra
to diu multũq; cõſilio, vicit amor, qui prę põdera-
bat, & terga dedit timor. Vicit in ea amor ſeruan
dę virginitatis, & excluſit ab ea timorẽ incurren-
dæ maledictiõis. Virgo itaq; tenera & delicata, re
gali ex ſtirpe ꝓgenita, & ſpecioſiſsima, totã inten
tionẽ ſuã, totũ amorẽ ſuũ, totum ſtudiũ ſuũ ad hoc
intẽdit, vt corpus & animã ſuam Deo ꝑpetua vir-
ginitate cõſecraret. Sciebat eñ ꝙ quãto ſanctius
eam cõſeruaret, tãto ſublimius ei qui omniũ caſtiſ
ſimus, imò qui ipſa caſtitas eſt, appropinquaret.
Amplectẽdo igitur quod acceptabilius eſſe cogno
uit domino legis, ſperauit & credidit ſe plenè eua-
ſurã maledictionẽ datę legis: reputãs ſecũ illud tã-
tæ bonitatis, tãtæq; ſapiẽtiæ, vt dum ſe nullatenus
iuxta conſcientiã ſuã melius ſcire, aut poſſe facere
quàm faciebat aduerteret: tutum conſiliũ, ne quid
peccati in iſtis ſubiret, inueniret. Nec decepta eſt:
Quis enim ſperauit in dño, & derelictus eſt ab eo?
Deniq; vbi tam ſanctã intentionẽ eius, tam caſtũ L
propoſitũ eius, tam firmã fidem, cõſtantem ſpem,
& indeficientem vidit charitatem eius, eo miſeri-
cordiæ, ſuæ intuitu egit circa illam, vt nec ſancti-
tas intentionis eius fruſtraretur, nec caſtitas pro-
poſiti eius violaretur. Ne autem firmitas fidei in-
firmata ſpei conſtantia titubaret, aut charitatis in
ea plenitudo deficeret: occurrit ei auxilium, quæ
ei & quod timebat eriperet, & quod amabat ſaluo
ſignaculo nõ auferret. Dedit ergo illi vt & virgo,
quod & magis optabat, permaneret: & nemo illã
à maledicto liberrimã dubitaret, fœcunda fieret.
Dedit ei vt eſſet & prole fertilis, & virginalis dã-
mni immunis: hæc Anſel. Et eſt hîc ſciẽdum pro-
pter Marię cognationẽ, de qua in euangelio ſæpe
fit mẽtio quòd Anna tres viros ſucceſsiuè habuit.

Anna mariti, & filię: & earum filij & mariti.

Primò, Ioachim. Secũdò, Cleopham, fratrem Io-
ſeph. Tertiò, Salomã. De quolibet horum filiam
vnã ſuſcepit, & quamlibet Mariam appellauit. Hę
tres Mariæ tres viros habuerũt. Prima, Ioſeph. Se
cũda, Alphęum. Tertia, Zebedęum. Prima parit
Chriſtũ. Secunda, Iacobum minorẽ, & Ioſeph iu- M
ſtum: qui & Barſabas eſt dictus, ac Symonem &
Iudam. Tertia, Iacobũ maiorem, & Ioannẽ euan-
geliſtã. Iacobus autem Zebedei licet poſterior na-
tu, tamen maior eſt dictus, quia prius à dño voca-
tus. ad cuius diſtinctionẽ Iacobus Alphæi minor

Fratres domini.

eſt appellatus. Hic Iacobus minor & tres fratres
ſui prę cęteris cõſanguineis dicti ſunt fratres do
mini, quia nõ ſolum cognati erãt de duabus ſoro-
bus: ſed & putabãtur agnati tanquã ex duobus fra

Iacobus minor.

tribus, ſcilicet Ioſeph & Cleopha deſcendẽtes. In
ter quos tamẽ antonomaticè Iacobus fratrer dñi
eſt dictus: quia erat ei in facie & linea mẽtis corpo

Chriſtus cur de deſpõſata naſci voluit.

ris ſimilis. Voluit autem dominus matrem ſuã ha
bere virũ: & non de ſimplici, ſed de deſpõſata con-
cipi & naſci, diuerſis ex cauſis: quarũ quędã acci

Cauſæ ex parte pueri.

piũtur ex parte pueri: quędã ex parte matris, quę-
dam ex parte aliorum. Ex parte pueri ſumũtur ra
tiones quinq;. Prima ſcdm Hier. ꝓpter declaratio
nem ori-



A nẽ originis, vt ꝑ generationẽ Ioſeph, cuius Maria
cognata erat, origo Mariæ mõſtraretur: & more
ſcripturarũ genealogia Chriſti per virũ deſcribere
tur. Secunda, ſecundum Ambro. propter remotio-
nẽ ſuſpitiõis: ne ſcilicet à legis iniuria incepiſſe vi
deretur, cùm partus innuptę lege dãnaretur. Ter-
tia, ſecundum eundẽ, propter remotionem ſuſpi-
tionis, ne ſcilicet Herodes & Iudæi Chriſtũ iuſtè,
quaſi de adulterio natum, perſequi viderentur: &
ab infidelibus tãquã illegitimus abijceretur. Quar
ta, ſecundum Origenẽ, Propter ſuſtentationẽ pue-
ri (maximè cùm deberet in Aegyptum portari) vt
ſcilicet Ioſeph nutriret. Vnde & Ioſeph nutricius
domini appellatur. Quinta, ſecundum Orige. Hie
ro. & Ambr. propter occultationẽ natiuitatis Chri
ſti, vt videlicet myſterium & partus filij Dei, dia-
bolo cęlaretur, dũ eũ putaret nũ de virgine, ſed de

Cauſæ ex parte matris.

vxore generatum. Item quinque rationes ſumun-
tur ex parte matris. Prima ſecundũ Ambr. ne gra
uida apparẽs infamaretur: & ideo ꝑmiſit dñs ꝙ po
B tius de ſuo ortu, quã de matris pudore dubitaretur.
Scda, ſecundũ Bedã & Hieron. ad vitationẽ pœnę:
ne ſcilicet tanq̃ adultera à Iudęis calumniaretur,
& ſic quaſi iuſtè lapidaretur. Tertia ſcdm Hiero.
& Origeñ. ad ſuſtentationẽ ſolatij, vt ſcilicet viri
miniſterio & ſolatio, & maximè in Aegyptum fu
giens, & inde rediens, frueretur. Quarta., ſcdm gl.
ad roborationẽ fidei: vt ſcilicet Mariæ verbis ma-
ior fides adhiberetur: innupta enim prægnans men
tiri videretur, nec ei ſi ſe virginẽ eſſe diceret, crede
retur. Quinta, ad participationẽ ſtatus ſinguli, vt
videlicet mater dñi haberet aliquid cuiuſlibet ſta-

Cauſæ ex parte aliorum.

tus: ſcilicet virginitatis, matrimonij, & viduitatis
Item quinq; rõnes ſumũtur ex parte aliorũ. Prima
ſcdm Ambr. ad remotionẽ excuſatiõis peccati, ne
virginibus impudicis & malè viuẽtibus velamẽ ex
cuſatiõis prębeeretur. Ex quo mater dñi infamata
videretur. Secũda, ſecundũ Origen. ad cõfirmatio-
C nẽ matrimonij cõtra futuros hęreticos, matrimo
niũ dãnare volentes. Vel vt per hoc ꝙ de virgine
& deſpõſata naſceretur, vterq; ſtatus & virginum
& cõiugatorũ approbaretur, cõtra hęreticos alteri
iſtorum detrahentes. Tertia, ad ſubleuationẽ op-
probrij: vt ſcilicet ab omni gradu fœminarũ tolle-
retur opprobriũ, quod in Eua incurrerant omnes
fœminę, & tam virgines quàm nuptæ, quã etiam
viduę à communi opprobrio quod in Eua contra-
xerant eximerẽtur in perſona Mariæ. Quarta eſt
ad commendationem exempli: vt videlicet oſten-
deret facta deſponſatione ante cõuentionem libe-
rum eſſe tranſire ad meliora vota, ſponſo irrequi-
to: vt eſt in religionis ingreſſu, vbi anima deſpon-
ſatur Deo: ſicut fuit in beata virgine. Quinta eſt,
ſcdm Chryſ. ad declarationẽ myſterij: quo ſcilicet
ipſi Chriſto: deſpõſatur Eccleſia, quæ virgo eſt im
maculata ſemp & ſine ruga: cuius virginis ſumus
filij in fide Ieſu Chriſti, qui ſcdm Leonẽ papã quo
ſpiritu de virginis vtero naſcitur Chriſtus, hoc de

Maria cur fabro nupſerit.

Eccleſiæ vtero naſcitur Chriſtianus. Ideo aũt ſecũ
dum Chryſo. Beata Maria fabro lignario deſpon-
ſata fuit, quia Chriſtus Eccleſiæ ſponſus omnium
ſalutem per lignum crucis operari debebat. Et ſe-
cundum Auguſt. Chriſtus natus de matre, quæ fa D
bro deſponſata erat omnem carnalis nobilitatis tu

Maria prę figurata ꝑ Sarã Raguelis.

morem extinxit. Hæc fuit præfigurata per virgi-
nem Saram, Raguelis filiam. Thobię deſponſatã.
quæ ab omni concupiſcentia mũdam ſeruauit ani
mã. Multo magis Maria Ioſeph deſpõſata. quæ vir
go in æternum permanſit immaculata. Compara

Mariæ ad turrim Barim comparatio.

tur etiam virgo Maria turri fortiſsimę, quæ dice-
batur Baris, quæ (vt in ſcholaſtica hiſtoria dicitur)
duobus cuſtodibus defendi poterat ab omnibus vi-
uentibus. Tam fortiſsima & inuincibilis fuit vir-
go Maria, cuius cuſtos præcipuus erat Deus æter-

Maria turri Dauid cõparata.

na ſapientia. Cuius vita etiã comparatur turri Da
uid, quę munita erat mille clipeis, qui de ea depen
debant, quia mille virtutes & multo plures in Ma
ria apparebant: quibus vita eius munita erat intan
tum, quòd omnes tentationes & peccata ſuperabãt

Mariæ excellẽtia in gratia, & merito.

& non ſolum hoc à ſe, ſed etiam ab alijs gratiã ſuã
infundendo repellebat. Cõſidera modo quãtę ante
hanc beatã virginẽ, & etiã quãtę poſt eã mulieres,
& virgines fuerint: hęc tamen ſola mater domini
fieri meruit. Magna enim & ineffabilis gratia eſt, E
vt vna ex tantis milibus eligatur. Ideo autem præ
cęteris electa fuit, quia omnes alias ſanctitate præ
celluit. vnde Anſelmus. Eam ſolam, ſcrutans cor-
da & renes Deus, ex omnibus quas capiebat mun-
dus elegit & ſacrauit, vt habitaret in ea corporali-
ter quam iã plenã priẽd virtutibus fouebat, & cir-
cumplectebatur ſpiritualiter. Ipſam autẽ omnes
mulieres ſanctitate pręcelluiſſe: puta quòd intelli-
git, qui animaduertit. Nam alię quidem partes gra
tiarum meruerunt, ipſa autem plena gratia, ab an
gelo ſalutatur. Hęc Anſelmus.

## ORATIO.

SAlue virga Ieſſe florida & fructifera, Maria
virgo beatiſsima, de qua vnicus ille & ſingu-
laris flos & fructus prodijt: vnde virtutũ ſpiri
tualiũ germen erupit. Flos ſuauiſsimus, emittens
odorem. Fructus ſapidiſsimus, immittẽs dulcorẽ. F
Flos, cuius bonitas expellit mæſtitiã. Fructus, cu-
ius ſatietas plenã dat lętitiã. Benedicta virga de ra
dice Ieſſe. Benedictus & flos, qui de tali radice aſcẽ
dit. Bñdicta arbor. Bñdictus & arboris fruct⁹. Tuo
ergo flore me recrea. Tuo fructu ab omni miſeria
me libera, virgo Maria in æternũ bñdicta. Amẽ.

## De conceptione Ioannis præcurſoris.

Caput IIII.

Cõceptio & natiuitas diui Ioannis Baptiſtæ. Lucæ I.

FVit autẽ in diebus illis] ſcilicet in
diebus Herodis regis Iudeæ [ſacer
dos quidã nomine Zacharias, de vi
ce Abia, & vxor ei nomine Eliza
beth] Aaronica [erãtq; ambo iuſti
ante Deũ] nõ ſicut hypocritę, quo
niam fingunt iuſtitiã ante mundũ [incedẽtes in o-
mnibus mandatis] quantũ ad obſeruantiã moraliũ
pręceptorũ [& iuſtificationibus dñi] quantũ ad ob
ſeruãtiã ceremonialiũ [ſine querela] quantũ ad ob-
ſeruationẽ iudicialiũ, quia pacificè ad proximos ſe

Cõceptio præcurſoris miraculoſa.

habebãt [& nõ erat illis filius] propter ſterilitatem
quę eſt cauſa ſpecialis mulieri: & ſenectutẽ quę eſt
cauſa cõis viro & mulieri. Ex quo apparet cõce-
ptio ꝑcurſoris miraculoſa, quia nõ fuit tãtũ ꝑ natu
ram,

G ram gratia diuina adiutam. Iſte Herodes de patre
Herodes Idumęus. Idumęo deſcendens fuit alienigena,&iam ſceptrũ
ablatũ fuit de Iuda,& ideo tempus aduentus Chri-
ſti inſtabat:quia Iacob patriarcha ſpiritu prophe-
tico ſignum aduentus Chriſti prædixerat,quando
regnum Iudeæ ad alienigenã tranſlatum eſſet,di-
Gene.49. cens: Non auferetur ſceptrũ de Iuda,& dux de fe-
more eius donec veniat qui mittendus eſt: & ipſe
Sacerdotes multi. erit expectatio gentiũ. Et ſciendũ hîc ꝙ cùm Moy
ſes vnicum inſtituiſſet ſummũ ſacerdotẽ, cui mor
tuo vnus per ordinẽ ſuccederet, Dauid volens am
pliare cultum domus domini de xxiiij. familijs,
quę deſcẽderant ab Aaron,inſtituit xxiiij. ſacer-
dotes:ſuper quos tamẽ vnus maximus erat & ſum
mus omniũ,qui dicebatur princeps ſacerdotũ. In-
ſtituit etiam vt viciſsim miniſtrantes per hebdo-
madam à ſabbato vſq; in ſabbatum tempore vicis
ſuę ſinguli caſtimoniæ ſtuderẽt:nec interim in do
Exedræ. mum propriam intrarent, ſed in domunculis cir-
ca templum conſtitutis(quę Exedrę vocabantur)
H cubarent. Et ſecundũ ſortes dedit cuiq; vicis ſuæ
hebdomadã, & octaua ſors cecidit ſuper Abiam,
de quo deſcẽdit iſte Zacharias. Similiter de tribu
leuitarum,xxiiij.leuitę erant,vt ipſi quoq; eodem
modo ſortiti,iuxta morem ſacerdotis octenis die-
bus miniſtrẽt [Zacharias autem cùm in ordine vi
cis ſuæ ſacerdotio fungeretur] ſecundũ exigentiã
ſortis ſuę octauę[exijt]de domo vbi ſe ſecerdotali
bus veſtibus induit[vt incenſum poneret: ingreſ-
ſus in templũ domini] decima die menſis ſeptimi
id eſt,ſeptẽbris[Et interim populus foris orabat]
extra templũ, quia non erat licitũ populo ingredi
Zacharias non fuit ſummus ſacerdos. templũ,ſed tantũ atrium. Ex his videtur Zacha-
rias fuiſſe ſacerdos ſimplex,non ſummus: quia hîc
dicitur ꝙ ingreſſus fuit templũ ad ponendũ incen
ſum tantũ:hoc autem licitũ erat minoribus ſacer-
Hebr.9. dotibus,ſecundũ quod dicit Apoſtolus: In primo
quidẽ tabernaculo quotidie intrabant ſacerdotes,
ſacrificiorũ miniſteria conſummantes:quia pera-
cto ſacrificio in altari holocauſtorũ, quod erat in
I atrio,vbi miniſtrabant ſacerdotes minores, ſacer-
dos qui ibi miniſtrauerat,accipiebat prunas de al-
tari holocauſtorũ,&intrans primã partem templi
(quę vocatur ſanctum vel ſancta)concremabat in
illa ſuper altare incenſi thimiama,& tunc erat ſa-
crificium conſummatũ:& hoc fiebat omni die.In
hoc enim erat conſummatio ſacrificij,quia ſacrifi
cia veteris legis non erant accepta, niſi ex fide &
deuotione offerentiũ. Deuotio autem per thurifi-
cationẽ deſignabatur,& ideo in hoc ſacrificiũ con
ſummabatur. In illam verò partẽ templi, quæ di-
cebatur ſanctũ ſanctorum,ſolus ſummus ſacerdos
intrabat cũ ſanguine hirci & vituli,immolati pro
peccato populi:vt ex illo aſpergeret contra propi-
ciatoriũ. Quòd autem Zacharias intrauerit cum
ſanguine tali,non dicitur hîc:ſed ſolum ad ponen-
dum incẽſum.[Vnde angelus apparuit ei à dextris
altaris incenſi,]quod etiã vocatur altare aureum.
Hoc autem altare nõ fuit intra ſancta ſanctorum,
ſed in prima parte templi, ad quam ſimplices ſa-
cerdotes poterant ingredi. Sed incenſum quod
ſoli ſummo ſacerdoti licitum erat ponere intra
ſanctum ſanctorum in die expiationis, hoc non
ponebatur ad offerendũ,ſed vt nebula inde cõſur- K
gẽs operiret oraculũ,quando pontifex aſpergebat
ſanguine vituli & hirci cõtra oraculũ.Et nec ali-
quis hiſtoriographus,deſcribens ſacerdotiũ Iudęo
rum,mentionẽ facit de ſummo Zachariæ ſacerdo Zacharias quid interpretetur & ſignificet.
tio.Per Zachariã qui domini memor interpreta-
tur bonus prelatus ſignatur,qui in ſuo pectore de-
bet Dei memoriã gerere,ꝓ ſua & ſuorũ ſubditorũ
ſalute.Hic aũt tẽplum ingreditur per diligentẽ di-
uini cultus ſolicitudinẽ: & offert incenſum per de
uotam orationem,& populus orat per eius infor-
mationem.Triplex verò debet haberi de Deo me Memoria de deo triplex.
moria,ſcilicet potentiæ eius,quò ad opera creatio
nis:ſapiẽtiæ,quò ad opera recreationis:bonitatis,
quò ad opera retributionis.Prima,ad patrem.Se-
cunda,ad filium.Tertia,ad ſpiritumſanctum refe
ratur.Apparuit aũt Zacharię Gabriel angelus ſtãs Angelorum diſcretio.
à dextris altaris incenſi:quo viſo timor irruit ſup
eum,propter altioris & potentioris naturæ aſpe-
ctũ:ſed bonus à malo diſcernitur,quia malus hor-
rorem continuat:qui ſecundum Bedam nulla me- L
lius ratione quàm fide intrepida ſuperatur:bonus
autem ſtatim confortat & conſolatur.Vnde ange
lus ſtatim cum confortauit,dicens:Ne timeas Za-
charia,quaſi ſi diceret:Veni ad conſolationẽ tuã,
&ideo ſubditur:Quia exaudita eſt deprecatio tua.
Orabat enim non pro ſobole,de qua iam non ſpe-
rabat,præſertim cùm de ſua ſuæq; vxoris ætate
diffideret,eouſque vt angelo id promittenti non
crederet:ſed pro populi peccatis,& redemptione,
& aduẽtu meſsię: & quia ſalus populi per Chriſtũ
futura erat,nuntiauit ei filiũ naſciturum,qui pœni
tentiã & fidem prædicando plebẽ ſaluatori præpa
raret.Nomen quoq; pueri indicauit, quia Ioannes
vocari debuit.Ioannes enim interpretatur,in quo
eſt gratia:ipſe verò Chriſtũ manifeſtauit,per quẽ Ioannes quid interpretetur.
gratia & veritas facta eſt.Vbi Beda:Ioãnes inter-
pretatur in quo eſt gratia,vel domini gratia:quo
nomine declaratur primò parentibus, eius gratiã
quibus decrepitis filius naſceretur,eſſe donatam.
Deinde ipſi Ioanni,qui magnus corã domino erat
futurus,& adhuc in vtero matris ſpirituſſancti ſit M
munere ditandus.Poſtremò etiã filijs Iſraël, quos
ad dominũ Deum ipſorum erat conuerſurus.Hæc
Beda.Patri quoque inde gaudiũ ſcilicet interius,
& exultationem ſcilicet exterius,inſinuauit.Dici Exultatio quid dicatur.
tur enim exultatio,quaſi extra ſaltatio:& hoc eſt
propriè quando gaudium eſt tantum interius, ꝙ
non poteſt contineri quin appareat exterius.Læti Gaudium in natiuitate ſancti Ioannis.
tiam etiam multis alijs in eius natiuitate promiſit
quia in ortu eius non ſolum pater,ſed & alij multi
ſunt gratulati,& nunc etiã videmus impleri:quia
dies ſuæ natiuitatis non ſolum feſtiuatur ab omni
bus Chriſtianis,ſed etiam à Sarracenis,& quibuſ-
dam alijs.Vnde Beda:Meritò pater gaudet,quòd
vel in ſenecta natum,vel talis gratiæ acceperit fi-
lium.Gaudent & alij,quibus inauditũ eatenus re-
gni cœleſtis euangelizauit ingreſſum. Vnde &
Ambro.Solennis lætitia eſt in ortu & generatiõe
iuſtorũ.Sãctus non ſolũ parentum gratia,ſed etiã
ſalus eſt plurimorum.Vnde admonemur hoc loco
ſanctorum generationẽ lætari.Hæc Ambro.Mo-
raliter in quolibet noſtrum poſſumus inuenire
Zachariam,



Zachariã & vxorem eius Elizabeth, quæ parit ei
A filium,cuius nomẽ debet vocari Ioãnes, eritq; ſibi
gaudiũ &exultatio,&multi in natiuitate eius gau
debunt.Elizabeth vxox Zacharię,poteſt intelligi
caro copulata ſpirituiſancto: quia ſicut vir regit
& caſtigat vxorẽ, ita ſpiritus caſtigare & regere
debet carnẽ,ne laſciuiat & incidat in fornicatiõis
reatũ.Hęc parit ei filiũ, quãdo ſpiritus per carnis
officiũ exercet opusviuũ:vt ſi dat eleemoſynã,ve-
ſtit nudũ,paſcit eſurientẽ, viſitat infirmũ, ſepelit
mortuũ,& cætera huiuſmodi,tunc vxor ipſius ſi-
Pſal. 127. cut vitis abundat,in lateribus domus ſuę.Huius fi-
lij nomen debet Ioãnes,videlicet dei gratia vocari,
quia nemo bonũ opus debet ſibi aſcribere, ſed tan
tum gratiæ dei.Eritq; ſibi gaudiũ &exultatio:q̃a
de bono opere gaudebit & exultabit,qui mentẽ lę
tificat & ſerenat.Et multi in natiuitate eius gau-
debũt,omnes videlicet boni qui proximo ſuo con-
gratulantur in bono. Eſt ergo nobis ſummopere
prouidendũ,vt qui gaudemus exterius,tripudiãtes
B in corpore,gaudeamus interius exultãtes in men-
Eſa.57. te:quia reliquiæ cogitationũ diem feſtũ agũt do-
mino.Non eſt impijs gaudere,dicit dominus, nec
peccatoribus à facie peccatorũ. Quocirca purge-
mus animas noſtras,à maculis vitiorũ, vt tãtę ſo-
Magnitudo Ioãnis baptiſtę. lennitatis gaudiũ dignè celebrare poſsimus. Ma-
gnificentiã etiã pueri corã domino futurã in vir-
tute,ſanctitate,& dignitate angelus pręnũtiauit.
Cuius magnitudo in quatuor cõſiſtit,ſecundũ qua
tuor dimẽſiones:ſcilicet in altitudine cõuerſatio-
nis, in profunditate humilitatis,in latitudine cha-
ritatis,in lõgitudine perſeuerãtiæ finalis: ſecundũ
Ephe.3. illud Apoſtoli:Vt poſsitis cõprehẽdere cũ omnibꝰ
ſanctis,&c.Saluatore quoq; poſt modũ atteſtante:
Matt.11. Inter natos mulierũ maior,eo nõ ſurrexit Sed &
angelus multiphariã eius magnitudinẽ ſubſequen
ter expoſuit,& plura ipſiꝰ priuilegia ſeriatim me
morauit.Nã vitã eius cũ abſtinentia prędixit,ſci-
licet ꝙ vinũ & ſicerã,id eſt,poculũ, quod inebria-
re poteſt,bibiturus nõ eſſet,quia nõ decet vas cœ-
leſti mancipatũ gratiæ ſeculi illecebris deſeruire.
C In quo patẽter indicauit angelus,quia ab omnibus
vitijs & mũdi illecebris quę ſtatũ mẽtis ſolẽt euer
tere futurus erat immunis. Prędixit etiã angelus
ꝙ ſpirituſancto ex vtero eſſet replendus, ſcilicet
quantũ ad purgationẽ originalis peccati,&ad ope
rationem boni meritorij.In quo profectò oſtẽdit,
quia natus in mundũ cunctis virtutũ fratribus cla-
rificãdus eſſet. Prędixit quoq; quòd multos filios
Iſraël,cõuerteret ad dominũ,id eſt, ad Chriſtum:
quod & fecit prædicãdo ipſum, & perhibendo de
Helię ſpiritu vſus Ioannes. eo teſtimoniũ. Prenũtiauit inſuper angelus: quia
ante dominũ in ſpiritu,& virtute Heliæ eſſet pręce-
ſſurus.Primò,propter ſimilitudinẽ officij:q̃a ſi-
cut Helias pręcedet aduentũ Chriſti ſecundũ, ita
Ioannes pręceſsit primũ. Secũdò propter ſimilitu
dinẽ vitæ.quia vterq; vixit in magna victus &ve-
ſtitus auſteritate.Tertiò,propter ſimilitudinẽ do-
ctrinę:quia vterq; cõſtanter redarguit vitia,etiam
perſonarũ magnarũ. Ad hoc autẽ debebat pręce-
dere,vt cõuerteret corda patrum in filios: ſcilicet
quantũ ad ſcripturarũ intelligentiã, & incredulos
ad prudentiã iſtorũ, quoad fidei obedientiã,& pa
raret domino plebẽ perfectã, quoad euangelij, & D
noui teſtamẽti gratiã ſuſcipiendã: quia neminem
apud perfectũ adduxerat lex.Et propter hoc dici Lex timoris.
tur illa lex timoris, quia imperfectorũ eſt timore
pœnę retrahi à malis.Lex autẽ euãgelica dicitur Lex euangelica,dicitur lex amoris.
lex amoris,quia perfectorum eſt à malis retrahi
amore boni.Sicut autẽ de parẽtibus ſenibus talis
&tãtus natus eſt,ſic ſępe prouectę ętatis homines
&bonis operibus ſteriles,ex dono ſpirituſſancti fa
ciunt magnũ fructũ in Eccleſia dei, ſicut patet de
Augu.& Dyo.qui prouectæ ętatis vocati fuerunt Zacharias cur obmutuit.
ad fidẽ Chriſti.Zacharias autẽ ſterilitatẽ vxoris,
& vtriuſq; ſenectutẽ conſiderãs nõ credidit,& ob
hoc vſq; in diẽ partus obmutuit,ſignificans ꝙ iam
adueniẽte Chriſto,lex & prophetiæ adimpletę ta
cerẽt.Vnde Chryſoſt. Et ideo Zacharias ſacerdos
Iudęorũ obmutuit:quia iam ceſſare & obmuteſce
re oportebat ſacrificia eorũ,quæ pro peccatis po-
puli offerebant. Veniebat enim ſolus ſacerdos qui
agno proprio immolato,ſacrificiũ deo pro pecca-
tis omniũ offerret.Per hoc quoq; ꝙ dubitãs factus E
eſt mutꝰ, ſignificatur ꝙ lingua dubitãtis in fide,fa
cta eſt muta:quoniã eius oratio non eſt deo acce-
pta.Per hoc etiã ꝙ poſt reuelationẽ ſibi factã ob-
mutuit,innuitur quòd poſt reuelationẽ,ſiue viſio-
nem,debet homo reticere quaſi mutus,nõ ſe iacta
re tanq̃ elatus.Vt aũt impleti ſunt dies officij eius
abijt,in domũ ſuã ad quã nõ licebat reuerti duran
te officio.Vicis enim ſuę tẽpore ſacerdotes caſti- Abſtinentia ſacerdotum legalium.
moniæ ſtudebãt,ac ſecundũ præceptũ domini,vi-
num & omne quod inebriare poteſt nõ bibãt. Sed
ſi legalis ſacerdos tenebatur ad tantã continentiã,
& abſtinẽtiam ac reuerentiã ſanctorũ,multò ma
gis ſacerdos euãgelicus,qui tantũ cõficit ſacramẽ-
tum.Et quia tota hebdomada qua in tẽplo mini- Hebdomadarij honeſta conuerſatio vnde orta
ſtrabat ſacerdos ad hoc deputatus,in tẽplo mane-
bat,& nõ exibat ad propria negotia, intẽtus ad di
uina:ex hoc inoleuit cõſuetudo apud aliquos reli-
gioſos ſancta & honeſta,ſcilicet ꝙ ille qui eſt heb
domadarius,per totam hebdomadã manet intra
clauſtrũ,non exiẽs ad exteriora intẽtus ad diuina F
quia illo tẽpore medius eſt & ſequeſter inter con-
uentũ & deũ.Apud quoſdã etiã religioſos abſtinet
illa hebdomada à cõmuni colloquio,& apud quoſ
dam etiã ſeculares canonicos,in cõmuni tũc dor-
mit dormitorio.Poſt hoc Elizabeth cõcepit,ſcili- Dies conceptus Elizabeth.
cet.viij.kalen.Octobris,& ſexta feria: & quia ſe-
nex erat pre verecundia ſe.v.mẽſibus occultauit,
donec Maria cõciperet,& fœtus eius exultãs cum
gaudio prophetaret.Licet enim de cõceptu & de
ablato opprobrio ſterilitatis gauderet,propter ani Erubeſcẽtiæ cauſa.
lem tamẽ ętatẽ aliquantulũ erubeſcebat, ne in ſe-
nectute videretur libidini vacaſſe. Antiqui enim
vbi non erat ſpes de prole,non conueniebãt inter
ſe.Vbi Bed.Quãta ſanctis cura ſit ne q̃d turpe de
quo erubeſcere debeant admittãt,oſtendit Eliza-
beth, quę & de ipſis quæ accipere cupiebat donis
erubeſcit.Cõſidera ergo hîc quõ Elizabeth etiã de
licitis erubeſcebat corã hoĩbus,& ſtude de illicitis
omnibꝰ erubeſcere &abſtinere,nõ ſolũ corã homi
nibꝰ,ſed etiã corã deo & angelis eius. Nã,teſtante
 Boëtio,

Boëtio,magna eſt nobis indicta neceſsitas rectè vi
G uendi & probitatis,qui omnia facimus ante ocu-
los iudicis cuncta cernẽtis. Vnde Auguſti.Quic-
quid fecero deus aſsiſtit, vtpote perpetuus inſpe-
ctor omniũ cogitationũ,intentionũ,& actionum.
Cumq́; hæc diligẽter conſidero,timore pariter &
ingenti rubore cõfundor:quia illum vbiq; pręſen-
tem,& omnia occulta mea videntẽ intueor:multa
enim ſunt in me de quibus corã deo erubeſco. Et
ideo ait Anſel. Ibi pecca:vbi deũ eſſe neſcis. Vnde
& quidã alius:Cùm quid turpe facis quod me ſpe-
ctanteruberes:Cur ſpectãte deo,nõ magis ipſe ru-
**Verecundia.** bes?Inter proprietates quippè hominis,vna eſt ve-
recundari in turpi perpetrato. Propter quod inue
recundi dicũtur inemẽdabiles:quia in aliquo à ra-
tionis honore mutati ſunt,pecorinã naturam aſſu-
mentes, & tanquam effrontes inter homines ra-
tionales ſe habentes.

ORATIO.

H Sancte Ioãnes tu eodem angelo quo Chriſtus
denuntiatione cõceptus, & prius ab ipſo an-
gelo laudatus, quàm à patre genitus. Tu de
**Matt.11.** quo dixit deus: Inter natos mulierum non ſurre-
xit maior: ad te domine tam ſanctum, tam bea-
tum,tam magnum cõfugio dubius de ſalute mea:
quia certus de magna mea culpa, ſed ſperans de
maiori tua gratia. Dele ergo apud deum ſcelera
mea:quia maiora ſunt apud eum merita tua.Ma-
gna enim ſunt,magne Ioannes, merita tua:vt ſuf
ficere poſsint tibi & mihi,& ſi proſint mihi, nihil
minuetur tibi.Suppleat ergo tua abundantia meã
inopiam:vt de te me ditatum & ſaluatum in æter
num gaudeam. Amen.

De conceptione ſaluatoris. Caput v.

**Cõceptio ſaluatoris noſtri.** IN mẽſe autem ſexto à conceptione
pręcurſoris, poſtquam venit plenitu
do illius ſacratiſsimi & feliciſsimi
temporis, ſcilicet principium ſextæ
I ętatis,quo ſumma trinitas generi hu
mano,per incarnationẽ verbi prouidere ante tem
pora ordinauerat:vocãs deus omnipotens Gabrie-
lem archãgelũ,vnum de primis principibus regni
ſui,miſit eum in ciuitatẽ Galilæę, dictam Naza-
reth,ad virginẽ Mariam deſpõſatam Ioſeph viro
de ſuo genere:quia ambo erãt de domo Dauid, de
familia regali,de tribu & ſtirpe nobili,& præ cę
teris religioſa, ſicut dicit Benar. Placuit deo eodẽ
ordine,& eodem modo hominẽ reconciliare quo
nouerat cecidiſſe. Ceciderat autẽ homo ſecũdum
Bedã,diabolo deſtinante,ſerpẽte exequente,dialo-
go interueniente,muliere cõſentiente. Reparatus
eſt eodem ordine ecõtrariò,deo deſtinante: ange-
lo exequente,dialogo interueniente,& virgine cõ
ſentiente. Verba autem hîc poſita myſterijs ſunt
plena,& ideo(vt dicit Beda)ſolenniter ſunt notan
da:tantoq́; diligentius cordi inſerenda,quanto ma
**Senarius** nifeſtius apparet,ꝙ in ipſis tota redẽptiõis noſtrę
**numerus** ſumma cõſiſtit. Libẽter enim debemus recordari
**nõ vacat à** de principijs noſtræ ſalutis. Notandũ ergo ꝙ nu-
**myſterio.** merus ſenari⁹ nõ vacat à myſterio. Vnde Chriſtus
cõceptus eſt ſexta ętate:quia per ipſum debebãt o-
mnia perfici:numerus ſenarius perfectus eſt. Item
ſexta chyliade, id eſt,millenario, qui eſt limes o-
mnium numerorum,& Chriſtus eſt limes & finis
omniũ entium.Itẽ ſexto menſe:quia illo mẽſe fa- K
ctus eſt mundus,qui per ipſum refici debebat ſicut
per ipſum factus fuerat.Item ſexta feria,quia illa
die homo eſt creatus,& per ipſum recreari debe-
bat iam perditus.Et ideo ſimiliter eadẽ ætate,eo-
dem millenario:eodẽ menſe, & eadẽ feria paſſus
eſt reuolutis xxxiij.annis.Et fortè (vt omnia con
uenirent)dici poſſet,ꝙ etiam ſexta hora cõceptus
eſſet,quia ea hora paſſus eſt,ſicut etiã eadẽ hora ho
mo peccauit,vt ſic ſecundũ quandã congruentiam
eadẽ hora qua Eua ſeducta fuit per diabolũ,Maria
edocta ſit per angelum. Miſſus eſt igitur angelus
Gabriel,qui dei fortitudo interpretatur:vt dei vir Gabriel dei fortitudo interpretatur.
tutẽ & dei ſapiẽtiam,carnẽ ſuſcipere nũtiaret, in
qua humilis apparẽs aëreas poteſtates debellaret.
Et ideo meritò de ordine archãgelorũ eſſe debuit,
quia magna nũtiauit.Deus autẽ mittẽs angelum,
fuit tota trinitas: licèt patri ſpecialiter attribua- Trinitas miſit archangelum.
tur.Pater quidẽ miſit:quia ei incũbebat prouiden-
tia de filio,de ſpõſa,& de genitrice.Filius verò mi
ſit:quia vẽturus erat in virginem.Spiritus ſanctus L
etiã miſit,quia ipſe ſanctificare & obumbrare ha-
buit ipſam.In ciuitatẽ Galileæ quę interpretatur Galilea transmigratio interpretatur.
tranſmigratio:quia ſcilicet tranſiturus erat de in-
credulitate Iudæorũ ad fidem gentiũ.Eſt autẽ du-
plex Galilęa,vna eſt gentiũ coniũcta Tiris,quam
Salomon dedit regi Hirã,& de illa hîc nõ dicitur:
Alia eſt Iudęorũ,quę eſt ſuper mare Galilęæ,& de
illa hîc intẽditur.Cui nomẽ Nazareth, quod inter
pretatur flos.Cõueniens enim fuit:vt verus flos,id Nazareth flos interpretatur.
eſt,Chriſtus conciperetur in flore,id eſt, in Naza-
reth:& de flore,id eſt,de beata virgine:& cũ flori-
bus,id eſt,tẽpore florum:& ſic accipiemus florem,
de flore,in flore,inter flores. Dicitur autẽ flos Ie- Ieſus flos dicitur.
ſus,propter ſanctæ cõuerſationis pulchritudinem
& decorem, propter bonæ opinionis ſuauitatem
& odorem,propter paſsionis fructum, & conuer-
ſationis fidelium vtilitatem.Iſte flos floruit in con
ceptione,apparuit in natiuitate, emarcuit in paſ-
ſione:ſed refloruit tandẽ in reſurrectione. Si ergo M
vis capere iſtũ florem, ſequere decorem ſuæ con-
uerſationis,prædica odorem operationis,& ſic ha
bebis fructum paſsionis. Noluit dominus ſicut ter
reni reges magnam ciuitatem eligere in nuptijs
ſuis,quibus ſibi copulauit naturam humanam, ſed
Nazareth ciuitatem paruam propter humilitatis
exemplum, vt nos doceret ſemper humilia loca
eligere,ſed in ciuitate Hieruſalem magna elegit
pati,vt nos doceret opprobria, coram multis pro
ipſo non erubeſcere. Miſſus eſt inquam ad virgi-
nem non quamlibet: ſed virginem mente, virgi- Virgo tota: & de virgine naſci voluit.
nem corpore,virginem profeſsione.Voluit autem
Chriſtus concipi & naſci de virgine.Primò ſecun
dum Bernardum: quia congruum fuit, vt ſi deus
concipi vel naſci debuit,non niſi de virgine conci-
peretur vel naſceretur. Item ſi virgo conceptura
vel paritura erat,non niſi deum conciperet vel pa
reret.Secunda ratio eſt,ſecundum Damaſ. vt qui
in cœlis patrem habet ſine matre, in terris habe-
ret matrem ſine patre, in terra,ſecundum Augu-
ſtin. vt ſignaret membra ſua myſtica de virgine
Eccleſia



Eccleſia ſecundum ſpiritum naſcitura,ideo decuit
A caput de virgine naſci. Quarta,vt ſicut primus
Adã de terra virgine factus fuerat,ita ſcd'ſ Adam
de virgine homo fieret. Quinta,vt ſicut per Euam
virginẽ facta fuit humani generis perditio,ita per
Mariã virginẽ fieret eiuſdẽ reparatio. Ad virginẽ
inquit,deſponſatã viro.Cur autẽ deſponſata conci
pi & naſci voluit,ſuprà de deſponſatione virginis
Marię dictũ eſt:Virum verò nominat(vt dicit Ber
nard.)non quia maritus,ſed quia homo virtutis &
**Ioſeph q̃d interpretetur.** iuſtus erat,& ideo fuit teſtis legitimus. Vnde Io-
ſeph,id eſt,accreſcens ſcilicet per augmentũ virtu
tũ dicitur,per quod cõtinuus profectus virtutũ in-
**Ioſeph quatuor nobiles.** nuitur.Et nota quatuor famoſos Ioſeph in ſcriptu
ra. Primus fuit filius Iacob,in quo notatur pruden
tia:quia ſomnia Pharaonis prudenter expoſuit.Se
cundus Ioſeph,vir Mariæ,in quo notatur tẽperan-
tia:quia Mariã virginẽ reſignauit.Tertius Ioſeph
ab Arimathia,in quo notatur fortitudo,quia auda
cter introijt ad Pilatũ & petijt corpus Ieſu. Quar
B tus Ioſeph iuſtus,in quo notatur iuſtitia,vnde & iu
ſtus eſt nominatus. Tale itaq; decebat habere no-
men ſpõſum virginis,in quo inueniretur myſteriũ
omnis virtutis. Addit aũt de domo Dauid,ad oſtẽ
dendũ ꝙ Chriſtus deſcẽdit de ſemine Dauid, ſicut
fuerat per prophetas prædictũ. Licet enim Ioſeph
non fuerit pater ſaluatoris, tñ virgo Maria de qua
Chriſtus carnẽ aſſumpſit,fuit de eadem tribu cum
**Maria tripliciter interpretatur.** Ioſeph,ſcilicet de tribu ipſius Dauid. Meritò au-
tem dicitur nomen virginis Maria:hoc enim vene
rabile nomen triplicem habet interpretationem
in triplici lingua.Hebraicè interpretatĩ ſtella ma-
ris,vel illuminatrix.Latinè ethimologizatur,ma
re amarum.Syriacè verò dña nũcupatur. Ipſa fuit
maris ſtella in filij Dei natiuitate:tũc eñ emiſit ra
diũ totũ mundũ illuminantẽ. Mare amarũ in filij
paſsione:q̃a tũc ipſius animã pertrãſiuit gladius.
Sed dña in ſua aſſumptiõe,q̃ã ſup choros angelorũ
eſt exaltata.Itẽ Maria dicta eſt ſtella maris,in pec
**Maria ſtella maris.** catorum conductione:quia per mare huius ſeculi
eos dirigit ad portum pœnitẽtiæ,& ad filium per-
C ducendo,in cuius etiam ſignum in natiuitate Chri
ſti ſtella Magis apparuit,quæ eos ad natum infan
tem perduxit, vnde oculi omnium peccatorũ ſint
ad ipſam,ſicut oculi omniũ nautarum ad ſtellam.
Vnde Bernard. Ne auertas oculos tuos à fulgore
huius ſyderis, ſi non vis obrui procellis. O quiſq;
te intelligis in huius ſeculi profluuio magis inter
procellas & tẽpeſtates fluere, quàm ſuper terram
ambulare,reſpice ſtellã,voca Mariam. Si iactaris
ſuperbię vndis,ſi ambitionis,ſi detractiõis,ſi æmu
lationis,reſpice ſtellã,voca Mariã. Si iracũdia,aut
auaritia,aut carnalis illecebra nauiculã cõcuſſerit
mentis,reſpice ſtellam: voca Mariam. Si criminũ
immanitate turbatus,vel conſcientiæ fœditate cõ
fuſus baratro deſperationis incipias abſorberi,re-
ſpice ſtellã:voca Mariam. In periculis,in anguſtijs
in rebus dubijs Mariam cogita,Mariã inuoca,non
recedat ab ore,non recedat à corde,& vt impetres
eius orationis ſuffragiũ:ne deſeras conuerſationis
exemplũ.Ipſam ſequens non deuias,ipſam rogans
non deſperas,ipſam cogitans non erras:ipſa tenen
te non corruis,ipſa protegente non metuis,ipſa du
cente non fatigaris, ipſa propitia ad portũ perue- D
nis:ſic in temetipſo experiri poteris,quàm meritò
dictum ſit,nomen virginis Maria,maris ſtella.hęc
**Maria illuminatrix interpretata eſt.** Bernar. Item illuminatrix interpretata eſt:quia
ſplendore gratiæ,& exẽplis ſuæ ſanctiſsimæ vitæ
mundũ illuſtrauit.Vnde de ea canit Eccleſia,cuius
vita inclyta cunctas illuſtrat Eccleſias. Hinc ait:
Ber.Tolle hoc corpus ſolare,vbi dies:tolle Mariã
hanc maris ſtellã,quid niſi caligo inuoluens,& vm
bra mortis,ac denſiſsimæ tenebræ relinquuntur?
hæc Ber. Eſt quippè ſtella maris,huius vtiq; tene-
broſi maris,vbi reptilia quorum non eſt numerus.
Plures ſtellas habet cœlũ:mare vnã quæ prę omni
bus illis clarior,& melior eſt,micans meritis, illu-
ſtrans exẽplis. De hac enim vna ortus eſt Sol iuſti
tiæ,cuius fulgore illuſtrantur omnia: quã qui ſe-
quitur,nõ ambulat in tenebris, ſed habebit lumen
vitę.Cuius ergo fulgoris illã ſtellam eſſe putamus
quæ hunc tantũ talemq; Solẽ peperit mundo?Qui
hanc ſtellã ſequitur,deuiare nõ poterit,nec errare.
Item eſt mare amarũ,in peccatorũ conuerſione, E
**Maria mare amarũ.** quam eis impetrat,vt cõuertantur de peccatis ſuis
faciens aquam carnalis delectationis conuerti in
vinum compunctionis. Hoc etiam nomen conue-
nit ei, inquantum mare præſentis ſeculi,in tota vi
ta ſua fuit ſibi amarũ & incipidum,propter deſide
rium videndi filiũ,in regno ſuo. Item Latinè deri
uatur à mari,inquantum in ipſa eſt confluentia o-
**Maria domina.** mnium gratiarũ,ſicut omnia flumina cõfluunt ad
mare. Item eſt,domina in tentationũ ſubuentione
liberans oẽs de anguſtijs ſuo tẽpore.Poteſt quidem
& vult ſubuenire: quia regina cœli eſt, & mater
miſericordiæ.Hoc etiam nomen ſcilicet, domina
conuenit ei,inquantũ ipſa domina exiſtit, non tan
tum hominũ in terra:verumetiã angelorũ in cœ-
lo,& dæmonum in inferno.Et ideo in omni tenta
tione & maximè contra infeſtationes dæmonum
**Maria cõtra dæmones potens eſt.** inuocanda eſt Maria:quia ſecundum Bernar.Non
ſic timent hoſtes viſibiles quãlibet caſtrorum mul
titudinem,ſicut illæ aëreæ poteſtates Mariæ vo-
cabulum,patrocinium & exemplum. Sicut enim F
puluis ante faciem venti ſpargitur, & ſicut cera
ante faciem ignis liqueſcit, ſic ad inuocationem
huius nominis Maria,fugiunt,& pereunt. Et ite-
rum:Vbi nomẽ Mariæ nominatur,ibi dæmonium
effugatur,reis venia, medela ægris, puſillis corde
robur, afflictis conſolatio, peregrinantibus adiu-
torium datur.hæc Bern. Vel aliter poteſt accipi:
vt inquantum mare,amarum gerat typum actiuo
rum, inquantum ſtella,vel illuminatrix, ſeu illu-
minata,gerat typũ contẽplatiuorũ:ſed inquantum
domina gerit typum prælatorũ. [Miſſus eſt igitur
angelus Gabriel ad Mariam,] vt annuntiaret ei &
diceret:quia Dei filius ſpeciem ſuam concupiſce-
ret,& eam ſibi in matrem elegiſſet,ipſamq; mone
ret & induceret,vt eundẽ filium lætanter ſuſcipe-
ret:quia per eã totius humani generis ſalutẽ Deus
operari decreuiſſet. Vnde Bernard. Felix Maria
cui nec humilitas defuit,nec virginitas. Vt enim
quæ ſanctum ſanctorũ conceptura erat,pariter &
paritura,ſancta eſſet corpore: accepit donum vir-


ginitatis:

ginitatis:vt eſſet & mente,accepit & humilitatis.

G His nimirum virgo regia gẽmis ornata virtutum geminoq́; mẽtis pariter,& corporis decore preſulgida: ſpecie ſua & pulchritudine ſua,in cœleſtibus cognita cæli ciuiũ in ſe,puocauit aſpectus:vt & regis animũ in ſui cõcupiſcentiã inclinaret,& cœleſtẽ nuntiũ ad ſe de ſupernis adduceret.

Gabriel qualiter Mariam inuenerit.

[Et ingreſſus angelus ad eã,]quò,puto in ſecretariũ cubiculi vbi illa fortaſsis clauſo ſup ſe oſtio orabat,patrẽ ſuũ in abſcõdito. Nec ſuſpicandũ eſt,ꝙ apertũ angelus inuenerit oſtiũ virginis cuius in propoſito erat hominũ frequentias fugere, vitare colloquia, ne vel orãtis perturbaretur ſilentiũ,vel cõtinẽtiæ caſtitas tentaretur. Clauſerat itaq; etiã illa hora ſuũ ſuper ſe habitaculũ prudentiſsima virgo, ſed hominibus nõ angelis.hæc Bern.Non igitur in plateis Maria erat,nõ in publico morabatur,intus erat:in penetralibus ſola ſedebat,nec tñ ſola tanto virtutũ exercitu circũſepta. Vnde Chryſ.Inuenit angelus Mariã non foris vagantẽ, ſed ſolitariã & cõtẽplationi

H vacantẽ:& quia non quæſiuit gratiã apud mundũ, inuenit gratiã apud Deũ. Vnde & Ambr. Hæc ad ipſos ingreſſus angeli inuẽta eſt domi in penetralibus ſine comite,ne quis intentionẽ abrũperet. Neque enim comites fœminas deſiderabat, quæ bonas cogitationes habebat. Quinetiã tũc ſibi minus ſola videbatur, cùm ſola eſſet,nam quẽadmodum ſola cui tot libri adeſſent,tot archãgeli, tot prophetæ? Deniq; Gabriel vbi eam reuiſere ſolebat inuenit. Vnde alibi Hiero.Habebis cellulã quæ te ſolũ capiat,imò non eris ſola,angelica tecũ turba verſabitur,tot ſocij quot ſancti,lege euangelium,fabulatur tecũ Ieſus:replicabis Apoſtolos, vel prophetas, nunquid poteris talẽ alium tuis ſermonibus habere conſortẽ? Et Bernar.Nunquã minus ſolus ſum, quàm quando ſolus ſum.Credendũ autem ꝙ tunc erat tota abſtracta, in deuotiſsima oratione,vel in intima contẽplatione,conſurgente fortè tunc ſpecialiter ex meditatione ſuper ſalute generis humani:qualiter ſcilicet per virginẽ debebat ſaluari.Vnde etiam quidã dicunt, eam tunc actu legiſſe illud

Eſa.7.

Eſa. Ecce virgo concipiet,&c.In hoc igitur actu

I tam intimæ contemplationis,quo erat Deo totaliter coadunata,ingreſſus eſt angelus ad eam. Rationabile enim videtur, ꝙ quãdo corporaliter ſibi voluit vniri verbum æternũ, tunc ipſa ſpiritualiter ſibi fuerit vnita, in contemplationis actu. [Ingreſſus itaq; angelus ad virginẽ,]in thalamo & cõclaui domuculę ſuæ manentẽ. Et ei ad ſenſum corporali viſione,& humana ſpecie apparẽs ait:[Aue gratia plena dñs tecũ, benedicta tu in mulieribus.

Angelus cur viſibilis apparuit Mariæ.

Angelus in hominis forma apparens quaſi exẽplo docuit,quia Deũ incarnari,& ſpiritum cooperari nũtiauit. Quia enim illũ nuntiauit,qui in ſe inuiſibilis corpus viſibile voluit ex virgine ſumere,congruè debuit corporali ſpecie apparere. Formauit aũt angelus ſibi corpus lucidũ. Quia ſcđm Aug.facie rutilans,& veſte coruſcãs virgini apparuit. Cõuenienter verò annũtiatur virgini incarnatio verbi: vt ſcilicet prius ipſum cõcipiat mente, quã carne.

Maria plena gratia.

Mutans ergo angelus nomẽ Euæ dicit virgini, [Aue]indicãs eam ab omni væ liberam. Quæ bene gratia plena dicitur,quia alijs ad menſurã gratia datur,hæc aũt ſola gratiã quã nulla alia meruerat cõſecuta eſt,vt gr̃æ repleretur autore. Quæ cũ gratia plena ſit,prius etiã q̃ cõcipiat poſt cõceptionẽ quãta Dei abundet gratia,quis cogitare poſsit? Vnde Hiero. Et bene plena,quia cęteris per partes pręſtatur gratia,Mariæ verò ſimul ſe totã infudit gratiæ plenitudo. Verè gratia plena:per quã largo ſancti ſpiritus himbre ſuperfuſa eſt omnis creatura. Quę cœlis dedit gloriã,terris Deũ,pacẽq; refudit hominibus,fidẽ gentibus,finẽ vitijs,vitę ordinẽ moribus diſciplinã.

K

Dominus cũ Maria dicitur.

Dicitur quoq; ei[dñs tecũ,]ſcilicet,ſit in vtero qui eſt tecum in animo: adimplet ventrẽ,qui adimplet mentẽ. Tecũ non tantum per eſſentiã,potentiã & pręſentiã,qualiter eſt in omnibus rebus,nec ſolũ per gratiam,eo modo quo eſt in ſanctis hominibus, ſed etiã per carnis aſſumptionẽ de tuis puriſsimis ſanguinib⁹.

Mariã potiſsime delectat dictio dominus cum.

Vbi nota ꝙ & ſi tota ſalutatio angelica ſit virgini gratiſsima, iſta tñ clauſula,ſcilicet dñs tecũ,potiſsimè eã delectat, & ideo ſingulari deuotione dicẽda eſſet,licet enim iam erat cum virgine,nouũ tñ miſit nuntiũ: quia modo ſingulari voluit eſſe ſecum: hęc etiã ſola prę

L omnibus mulieribus,& ſuper oẽs mulieres benedicta prædicatur. Omnis enim mulier ſubiacet maledictioni Dei vel legis. Nã corrupta ſubiacet maledictioni Dei,qui ait in dolore paries. Virgo maledictioni legis,in qua erat maledicta ſterilis. Sed Maria vtrũq; maledictũ vitauit. Maledictum Dei, quia virgo permãſit. Maledictũ legis, quia filiũ habuit.

Gene.3.

Primiceria virginum Maria.

Vnde ipſa primiceria virginum dum primò virginitatẽ ſuam Deo obtulit,maledictũ legis aboleuit. Et meritò benedicta dicitur per quã mundus à maledictione liberatur.

Salutatio angelica eſt cæteris excellentior.

Et notandũ quòd ſuper hanc ſalutationẽ nunquã homo peruenire valebit, nec aliquis excellentius,dulcius,& gratius beatam virginem ſalutare poterit, quàm hac ſalutatione, quam ipſe Deus pater dictauit, & per angelum ei deſtinauit. In cuius verbis ſingulis dulciflua implicantur myſteria. Nam Deus pater ſua omni potẽtia eam cõformauit,vt eſſet immunis ab omni væ

M quod importauit iſtud verbũ,aue. Filius quoq; Dei ſua ſapientia ſic eam illuſtrauit, vt eſſet præclarũ ſydus quo cœlum & terra illuſtrantur, quod notat hoc nomen Maria, quod ſonat idem quod maris ſtella.

Maria quid interpretetur.

Spiritusſanct⁹ etiã tota ſua diuina dulcedine eã penetrãdo ſua gratia eã tã gratioſam effecit,vt oĩs qui quæſierit per eã gratiã inueniat, qđ innuitur in his verbis, [gratia plena.] In hoc autẽ [verbo dñs tecũ,]admonetur illius ineffabilis vnionis operatio,quã tota trinitas in ea perfecit; cùm ſuę carnis ſubſtantiã diuinę naturę in vna perſona copulauit:ita vt deus fieret homo, & homo deus. Quid in illa hora gaudij & dulcedinis habuerit, nullus vnquã hoĩm ad plenũ experiri potuit. Per hanc clauſulã[benedicta tu in mulieribus,] omnis creatura mirãdo agnoſcit & teſt.tur eã benedictã & exaltatã ſuper omnẽ creaturã,tam cœleſtẽ quã terreſtrẽ. Per[benedictus fruct⁹ vẽtris tui]benedicitur & extollit excellẽtiſsimus fructus vẽtris virginalis, qui omnẽ creaturam viuificauit, ſanctificauit,& in æternum benedixit, Ipſa verò virgo Maria vt



ria vt ſaluationem angeli audiuit,[turbata eſt] &

A nihil reſpondit.

Maria turbata quomodo fuit

Non fuit turbata turbatione incredulitatis:ſicut Zacharias,vel alia ratiõe culpabili, nec de viſiõe angeli:quia angelos videre ſolita erat, ſed turbata fuit. Primò,ſecundũ Chryſ. propter nouæ apparitionis ſpeciẽ,quia etſi conſueta fuerit videre angelũ,nunc tñ nouo modo apparuit ei, ſumpta ſpecie corporali,& cum ingẽti lumine & ſplendore,ex hoc aliqualiter perterrita fuit. Vnde cantatur: Et expaueſcit virgo de lumine. Secũdò propter virginalis pudicitiæ verecundiã:quia(vt dicit Ambr.)trepidare virginũ eſt,& ad oẽs viri ingreſſus pauere,oẽs viri affatus vereri. Tertiò, propter nouæ ſalutationis formam quã ſermo eius ingerebat. Vnde Ambr.Benedictionis nouã formulã mirabatur,quæ nuſquã eſt antè aperta,Soli Marię ſalutaio hæc ſeruabatur. Quartò,propter laudationis excellentiam,qua angelus in ſuo ſermone eam laudauit. Sanctæ enim mentes humiliũ, quãto amplius laudibus attolluntur,tanto magis timẽt. Turbata ergo fuit,ex verecundia virtuoſa & honeſta,

B ſed nõ perturbata:vnde tanquã prudens, & cauta, & tota pudoroſa,nihil reſpondit:cogitans intra ſe metipſam de nouitate talis ſalutatiõis:& dictũ examinans,nõ enim ſic ſalutare angeli conſueuerant eam,nec vnquã tales loquentes audierat. In qua ſalutatione cùm videret ſe de tribus cõmendari,non poterat humilis domina nõ turbari. Cõmendatur enim ꝙ eſſet gratia plena,& ꝙ dñs eſſet ſecum,& ꝙ eſſet benedicta ſuper oẽs mulieres. At humilis domina,non poterat ſuam cõmendationẽ ſine rubore,& turbatione audire: quia verus humilis de laudibus & honoribus erubeſcere ſolet, & dolere. Vnde Bern. ꝙ turbata eſt,fuit verecũdiæ virginalis: ꝙ non perturbata fuit,fortitudinis: ꝙ verò tacuit, & cogitauit, fuit prudentiæ & diſcretionis. Tunc angelus intuitus virginẽ, & varias eam ſecũ voluere cogitationes facilimè deprehendens, & cauſam ſuæ turbationis cognoſcens, cõſolatur pauidam,cõfortat timentẽ ac quaſi notam familiari

C ter ex nomine vocans:ne timere debeat,benignè perſuadet,& iubet dicens:[Ne timeas Maria,]nec de laudibus quas tibi dixi,verecũderis:eſt enim veritas in eis.

Gratiã inuenit Maria.

Nec ſolũ es gratia plena,ſed etiam toto generi humano gratiã multiplicem recuperaſti,& reinueniſti apud Deũ, quã nulla vnquam reperit creatura.q.d.ſcđm Chryſo.qui apud Deum meretur gratiam,non habet quid timeat.[Inueniſti,inquit,]quo merito? Certè humilitate,pudicitiæ caſtitate,& cõſciẽtię puritate.de primo dicit Chryſoſt.qualiter quiſq; gratiã reperiret,niſi mediante humilitate. Nam humilibus deus dat gratiam. De alijs duobus dicit Greg.Inuenit gratiã verè coram deo,quia ſplẽdore pudicitiæ propriã exornans animam,gratũ ſe deo habitaculũ præparauit, & non ſolum celibatũ inuiolabilẽ reliquit, ſed etiã immaculatam conſcientiã cuſtodiuit:itaq;[inueniſti gratiam,]ſcilicet Dei & hominũ, pacem, mortis deſtructionẽ,& vitæ reparationẽ,vt per te deus mundũ redimeret:per te illuminaret, & per te ad vitã reuocaret. Plena ergo iam gratia inuenit gratiã, ſed alijs & ad diſpẽſandũ. Vnde Aug. O Maria gratiã apud dñm inueniſti,& hãc per totũ mundũ diffundere meruiſti. Vnde notãter dicit inueniſti,nõ dicit habuiſti,vel acquiſiuiſti,qa res habita,vel iuſtè acqſita:vt ppria cuſtoditur,ſed inuẽta his qui perdiderũt reſtituitur,ſic Maria inuenit gratiã:nõ ſibi ſoli retinẽdã,ſed tanquã alijs reſtituendã. Qui enim inuenit perditũ, tenetur reſtituere: gratiam verò quã Eua perdidit,Maria inuenit, nõ ſolũ pro ſe,ſed & pro nobis,imò etiã propter nos:quia ſi nos peccatores non fuiſſemus,Deus de ipſa carnẽ non ſumpſiſſet,& ideo omnes qui peccando gratiã amiſimus,ſecuri ad thronũ gratiæ accedamus,& Mariam inuentricẽ gratiæ pijs fletibus & deuotis orationibus pulſemus, vt gratiã nobis reddat quã pro nobis & propter nos inuenit. Ipſa eſt enim ita legalis,iuſta,pia & propitia,ꝙ nulli quærenti denegat gratiam.

D

Gratiam nulli denegat Maria

Vnde Bern. Omnibus omnia facta eſt,omnibus ſinum miſericordiæ aperuit,vt de plenitudine eius accipiãt vniuerſi:captiuus redemptionẽ, eger curationẽ,triſtis conſolationem,peccator veniam,iuſtus gratiã,angelus lætitiã,deniq; tota trinitas gloriam. Et iterum: Filioli hæc peccatorum

E ſcala,hæc mea maxima fiducia,hęc tota ratio ſpei meæ. Dico vobis ſi piè à vobis pulſata fueruit, ſi piè fuerit inuocata:cõpatietur vobis,non deerit neceſsitati veſtræ. Siquidem nec facultas deeſſe poterit,nec voluntas,quoniã regina cœlorũ eſt,miſericors eſt,& mater miſericordię.& iterum: Altius intuemini quanto deuotionis affectu à nobis eam voluit honorari,qui totius boni plenitudinẽ poſuit in Maria:vt ſi quid ſpei in nobis eſt,ſi quid gratię, ſi quid ſalutis, ab ea nouerimus redundare: nihil enim nos habere voluit Deus,quod per manus Mariæ non trãſiret.hęc Bern. Inueniſti,inquã,gratiã, totius gratiæ autorẽ conceptura.

Concipere in vtero.

Nam[ecce concipies in vtero,] ſine peccato & macula [ac paries filiũ,]ſine dolore & triſtitia : virgo permanens in partu,ſicut & in conceptu. Et bene dicit,[cõcipies in vtero,]iam enim per fidẽ & deuotionẽ conceperat eum in corde ſuo:& hoc modo debemus nos eũ concipere,ſcilicet per fidẽ & deuotionẽ,& parere

F per ſanctã operationẽ.

Ieſus.

[Et vocabis nomen eius Ieſum,]id eſt,ſaluatorẽ. Non dicit impones:quia hoc nomẽ ab æterno fuit à Deo patre impoſitũ, & per angelũ Marię & Ioſeph ac per eos alijs diuulgatũ. Hoc etiam nomen impoſitum eſt,ſcđm proprietatem futurã: quia ſalus humani generis futura erat per Ieſum,qui ſalus interpretatur,

Ieſus quid interpretetur.

& ideo ſubditur:[Ipſe enim ſaluũ faciet]non quẽcunq;:ſed[populum ſuum] ei ſcilicet per fidem adhærentem,& ipſum bonis operibus imitantẽ, à peccatis eorum.

Saluum facere.

Et per hoc notatur verus eſſe deus:quia ſolius Dei eſt ſaluare à peccatis: vt ait Chryſoſto. Populus Chriſti non tantum natio Iudæorum eſt, ſed omnes quoque qui ad eum veniunt, eiusq́; agnitioni donantur. Vtinam & me peccatorem digneris domine Ieſu annumerare populo tuo, vt ſaluum me facias à peccatis meis.

Magnus Ieſus.

[Hic erit magnus,]non quidem eadem magnitudine qua Ioannes,de quo etiam prędictum fuerat:erit enim magnus coram domino:ſed dicũtur ſecundũ Ambr. quia Ioannes magnus, vt homo coram dño: hic verò magnus

 vt deus

vt Deus & dei filius. Dicit aũt, hic erit magnus: nõ
G ꝙ ante partũ virginis nõ fuerit magnus, (ſemper
enim fuit magnus Deus) ſed futurus erit magnus
homo: quia magnificentiã, quam habuit filius Dei
æternaliter per naturã, accepturus erat filius virgi
nis ex tpe per gratiã, & æternaliter habiturus: vt
vna ſit pſona homo & deus. Et bene magnus, quia
filius altiſsimi merebitur appellari. Vnde ſequitur

Deus ſolus altiſsimus.

[Et filius] ſcilicet naturalis [altiſsimi vocabitur,]
id eſt, ipſius Dei qui ſolus eſt altiſsimus. Homo ẽ n
altus eſt inter creaturas corporales, ſed angelus al-
tior, deus aũt altiſsimus. [Et dabit illi dñs deus ſe-
dem] id eſt, regnũ Dauid patris eius. Scd̃m Bedam
ꝙ angelus prius dixit Chriſtũ filiũ altiſsimi: nunc
verò patrẽ ſuũ dixit eſſe Dauid, per hoc euidenter
demõſtrat duas naturas in vna perſona Chriſti: di
uinã, ſcd̃m quã eſt filius dei: & humanã, ſcd̃m quã

Sedes Dauid.

filius Dauid. Dabit aũt ei ſedem Dauid, non typi-
cam: ſed verã: non temporalẽ, ſed æternã: non ter-
renã, ſed cœleſtẽ: quę idcirco dicitur fuiſſe Dauid,
quia hæc in qua Dauid temporaliter ſedit, æterne
H illius imaginẽ gerebat. Vnde Beda: Accepit autem
ſedem, ſiue regnũ, Dauid dñs, vt gentẽ cui Dauid
quondam temporalis regni gubernacula ſimul &
exẽpla iuſtitiæ præbuit, quã; modulis hymnorũ
ſpiritualiũ ad fidẽ atq; amorẽ ſui cõditoris accen-
dere ſolebat: hanc ipſe factis, verbis, donis, & pro-
miſsis ad regnum cœleſte & immortale vocaret:
atq; ad ipſam dei patris viſionẽ perduceret. Ange-
lus ergo non loquitur de regno tẽporali, quia illud

Ioan. 18.

negauit Chriſtus corã Pilato dicens: Regnũ meũ
non eſt de hoc mundo: neq; Chriſtus in hoc mũdo
exercuit tẽporale regnũ in iudaico populo, cui ta-
men debebatur regnũ Iudæorũ, iure hæreditario:
ſed loquitur de regno ſpirituali Eccleſię militãtis,
& cœleſti Eccleſię triũphantis: quod figuratũ fuit
per regnũ Dauid tẽporale: ſicut & cœleſtis Hieru-
ſalem per tẽporalẽ. Et ſicut Dauid regnauit in re-
gno tẽporali, ita & Chriſtus regnabit in ſpirituali

Domus Iacob.

I & cœleſti, quia regnabit in Eccleſia: hîc in via &
in patria. Vnde & ſubditur: [Et regnabit in domo
Iacob in æternũ.] hîc quoq; accipienda eſt domus
Iacob, non tẽporalis, ſed æterna: in qua regnet in
æternũ. Regnabit ergo in æternũ in domo Iacob
id eſt, ſuper oẽs electos: de domo enim Abrahæ &
Iſaac, aliqui fuerũt reprobati ſicut Iſmaël & Eſau
ſed in domo Iacob oẽs eius filij à ſanctis doctori-
bus inter electos ſunt cõputati: quia etſi aliqui pec-

Iacob q̃d

cauerunt, pœnitentiã tñ egerunt. Iacob quippe in-
terpretatur ſupplantator. In illis enim qui ſupplã-
tant paſsiones inordinatas & vitia, regnat Chri-
ſtus: ſed in illis qui ſupplantãtur, ab eis regnat dia-
bolus. Regnabit ergo non ſolũ in domo Dauid, id
eſt, in tribu Iuda: verumetiã in domo Iacob: id eſt,
in toto populo Iſraël: & in tota Eccleſia, & in omni
bus electis, non ſcd̃m ſucceſsionẽ carnis, ſed fidei.
Per quod intelligitur ꝙ in eius regni exercitu o-
mnes illi enumerantur, quicunq; Dauid & Iacob,
fidem & iuſtitiã imitantur: quia ipſi ſunt ſpiritua
lis & æterna ſedes Dauid, & domus Iacob, in qua
ſedebit & regnabit dominus Ieſus in æternum: &
nunc quidem per gratiã, & in futuro per gloriam.

Beati in quibus Ieſus regnabit in æternũ, quia &
ipſi cum eo regnabũt. [Et regni eius nõ erit finis,] K

Regnum ſine fine.

Chriſtus enim non ſolũ inquantũ deus, ſed etiam
inquantũ homo, regnabit in æternũ: non ſolũ ſuper
homines, ſed etiam ſuper angelos. Hoc regnum
æternũ eſt, & non corrũpetur. hoc imperium non
deficiet, & nõ auferetur: quia regnabit dñs in eter-
num, & in ſeculũ ſeculi. Vbi Bern. O quàm glorio
ſum eſt regnũ illud in quo reges congregati ſunt,
cõuenerunt in vnũ: ad laudandũ ſcilicet, & glorifi
candũ eum qui ſuper oẽs eſt rex regum & dñs do-
minantiũ. De cuius ſplendidiſsima cõtemplatione
fulgebunt iuſti ſicut Sol, in regno patri eorũ. O ſi
& mei peccatoris meminerit Ieſus in beneplaci-
to populi ſui: cùm venerit in regnũ ſuum. O ſi me
in illa die, quando traditurus eſt regnum deo patri
viſitari dignabitur in ſalutari ſuo, ad videndũ ſcili
cet in bonitate electorũ ſuorum, ad lætandũ in læ
titia gentis ſuæ, vt laudetur etiã à me cum hæredi
tate ſua. Veni interim domine Ieſu, aufer ſcanda- L
la de regno tuo, quod eſt anima mea, vt regnes qui
debes in ea: quia tu es ipſe rex meus & deus meus,
qui mandas ſalutes Iacob. hæc Bern. Et cùm ange
lus retuliſſet tanta, Maria perplexa fuit: quia ſcd̃m
Ambro. Neq; nõn credere debuit angelo, neq; tam
temerè vſurpare diuina. Vnde de alio certificari
volens de quo multum timebat, ſcilicet ne virgini
tatẽ ſuã perderet, de modo cõceptionis quærit, di-

Non i[n]gnoſco quomodo accipia[tur]

cens: [Quomodo fiet iſtud?] ſcilicet ꝙ tu promit-
tis me parere filiũ: quoniam virum non cognoſco]
id eſt, me virum non cognituram in animo voui:
& ex voto propoſui: quia quãuis deſponſata erat,
tamen ſe nunquam nupturam, neq; virum cogni-
turam certiſsimẽ ſciebat. Et ita fuit virgo mente,
carne, & propoſito. q.d. Rem credo, teſtis conſcientię
meæ, votũ eſſe ancillæ non cognoſcere virũ qua le
ge quo ordine placebit ei, vt fiat iſtud? Vnde Amb.
Non dubitat eſſe faciendum, quod quomodo poſſit

Eſa. 7.

fieri inquirit. Legerat Maria: Ecce virgo cõcipiet
in vtero, & pariet filium: & ideo id credidit futu- M
rum: ſed quomodo fieret, antè non legerat. Non
enim quemadmodum fieret, vel tanto alicui pro-
phetę fuerat reuelatum. Tantũ enim mandati my
ſteriũ non fuit hominis, ſed angeli ore promendũ.
hæc Ambro. Et angelus. [Fiet, inquit] non modo
humano, ſed diuino: non per virum, ſed per opera-
tionem ſpirituſſancti qui in te ſuperueniet: ſicut
ignis diuinus mentẽ tuam inflammans, carnemq;
tuam dei filio vniendã perfectiſsima puritate ſan-
ctificans, & ſingulari modo te fœcundabit, & ex
eius operatione ſalua tibi virginitate tua cõcipies.

Spiritus ſanctus prius venit, nunc ſuperuenit.

[Spirituſſanctus] prius in virginem venerat in ſua
ſanctificatione, eam ab originali peccato purgan-
do: ſed in conceptione filij dei ſuperuenit, id eſt,
iterum venit, maiorem gratiæ plenitudinem cõ-
ferendo: quæ non ſolum ſanctificauit mentem, ſed
etiam ventrem. Superuenit igitur ſpirituſſanctus
in virginẽ, queadmodum virtus Solis deſcendit ſu-

Opera trinitatis indiuiſa.

per roſam & liliũ, dans illis cõcipiendi virtutẽ. Et
licet iſta ineffabilis cõceptio celebrata ſit operatio-
ne totius trinitatis, cùm opera trinitatis ſint indiui
ſa: ſpe-



A Cur ſpiritui ſancto attribuitur incarnationis filij opus.

ſa: ſpecialiter tamen appropriatur hoc opus ſpiri-
tui ſancto propter plures rationes. Prima eſt, ſecũ-
dum Augu. propter oſtenſionẽ gratiæ ſine meri-
tis: vt videlicet per hoc ꝙ dicitur conceptus de ſpi-
ritu ſancto, oſtendatur ꝙ ſit ex ſola gratia, quam
nulla hominũ merita præceſſerunt. Gratia autem
attribuitur ſpiritui ſancto. Vnde glo. Spiritus eſt
nomẽ omnis gratiæ, quæ à deo inſpiratur. Secun-
da eſt, ſecundũ Ambro. propter virtutẽ operatio-
nis: quia ſcilicet operatione & virtute ſpiritus ſan-
cti cõceptus eſt, cui attribuũtur opera clemẽtiæ &
pietatis. Tertia eſt, ſecundũ magiſtrũ ſententiarũ,
propter oſtenſionẽ eximiæ charitatis. quæ attri-
buitur ſpiritui ſancto, vt ſcilicet oſtẽdatur ꝙ ver-

Ioan. 3.

bum dei caro factum eſt ineffabili charitate, qua
deus ſic dilexit mundũ, vt filiũ ſuum vnigenitũ da-
ret. Et virtus altiſsimi patris, ſcilicet dei verbũ ſeu

1. Cor. 1.

filius, quia ſecundũ Apoſtolũ dicitur dei patris ſa-
pientia & virtus altiſsimi obũbrabit tibi, id eſt, de
te corp' quaſi vmbraculũ aſſumet: in quo deus qua
B ſi hamũ ſub cibo ſe abſcõdet: quia in beata virgine
ſub vmbra carnis latuit virtus deitatis. Diuinitas
obumbrata fuit virgini per ſuſceptionẽ humani-
tatis vt quod impoſsibile erat mortali fœminæ,
obiectu tamen viuifici corporis ferret præſentiã
maieſtatis, & lucẽ ſuſtineret inacceſsibilem, ſicut
Sol, quando eũ viſu intueri non poſſumus, obum-
bratur nobis aliquo velamine. Vnde Bernar. Quia
deus ſpiritus eſt, nos verò caro vmbra corporis ſui,
temperauit ſe nobis, vt obiectu viuificæ carnis vi-
deamus verbũ in carne, Solẽ in nube, lumẽ in teſta,
cereũ in laterna. hæc Bernar. Quòd autẽ in præ-
fatione beatæ Mariæ canitur, quæ & vnigenitum
tuũ ſancti ſpiritus obumbratione cõcepit: non eſt
contrariũ huic quod hîc dicitur, obumbratio fieri
per corpus Chriſti applicatũ diuino lumini. Cùm
enim tam filius, q̃ ſpiritus ſanctus, ſint virtutes pa
tris: & corpus Chriſti vtrique virtuti cõueniat, fi-
lio tanquã cui vnitur, ſpiritui ſancto tanquã agen-
C ti à quo formatur: patet ꝙ hęc vmbratio tam filio
quàm ſpiritui ſancto conuenire poteſt. Et attende

Trinitatis notificatio.

quomodo hîc angelus totã trinitatẽ virgini ędidit.
Primum nanque ſpiritũ ſanctũ ſub nomine pro-
prio cõmemorat, deinde filiũ nomine virtutis; &
conſequenter patrẽ nomine altiſsimi inſinuat. Sic
ergo vt notetur tota trinitas feciſſe incarnationẽ,
appropriat hoc ſpiritui ſancto incarnationis coo-
perationem: cùm dicit, ſpiritus ſanctus ſuperue-
niet in te: ſed filio carnis aſſumptionem, cùm
ſubditur, & virtus altiſsimi obumbrabit ti-
bi: ſed patri autoritatem, cùm dicit altiſsimi.
Excelſum nanque incarnationis opus, totius tri-
nitatis fuit: quia ſicut perſonæ, ſic & opera trinita-
tis inſeparabilia ſunt, & indiuiſa: ita vt quicquid

Filius ſolus incarnatus fuit.

operatur vna perſona, operetur & alia: quãuis ſo-
lus filius fuerit incarnatus: non pater, nec ſpiritus
ſanctus, vt per eandẽ ſapientiã, qua deus mundum
conſiderat, reparatio fieret: & qui dei filius erat in

Tres induentes vnũ ex ipſis tribus.

diuinitate, ipſe filius hoĩs fieret in humanitate: ne
filij nomẽ ad aliũ trãſiret qui nõ eſſet filius eterna
natiuitate. Et habemus ſimile, de tribus induenti-
bus vnũ de ſemetipſis: de quibus dici poteſt ꝙ oẽs

ſimul vnicũ faciunt opus: & quicquid facit vnus, D
facit alius: nõ tamẽ induitur niſi vnus. Vnde Augu.
Ita ſingulorum queque in trinitate opera, trinitas
operatur, vnicuique operãti cooperãtibus duobus,
conuenientẽ in tribus agẽdi cõcordia, nõ in vno de-
ficiẽte efficacia peragẽdi. [Ideo & quod naſcetur
ex te ſanctũ: vocabitur filius dei.] nõ adoptiuus ſi-
cut alij, ſed naturalis: qui tamẽ ab eterno fuit filius,
ſed nõ vocabatur, vel manifeſtabatur nomine ali-
quo, niſi in tẽpore. q.d. quia enim fœcũdaris virtu-
te ſpiritus ſancti, nõ prolẽ viri generabis, ſed filiũ
dei: quia nõ ex libidine cõcipies, ideo nõ peccato-
rem, ſed ſanctũ gignes, & per cõſequẽs ſine dolore
paries. Vnde Ber. Quid eſt dicere: quoniã non de
homine, ſed de ſpiritu ſancto cõcipies? cõcipies au-
tem virtutẽ altiſsimi, hoc eſt filiũ dei: [ideo & q̃d
naſcetur ex te] id eſt, ex tua vera natura, [ſanctum
vocabitur filius dei.] id eſt, nõ ſolũ qui de ſinu pa-
tris in vterũ tuũ veniẽs obumbrabit tibi, ſed etiam
id quod de tua ſubſtantia ſociabit ſibi: ex hoc iam
[vocabitur filius dei:] queadmodũ & is qui à patre
eſt ante ſecula genitus, tuus quoq; à modo reputa-
bitur filius. Sic autẽ & quod natum eſt ex ipſo, erit E
tuus, & quod ex te naſcetur erit eius, vt tamẽ non
ſint duo filij, ſed vnus. Et licèt aliud quidem ex te,
aliud ex illo ſit, iam tamẽ nõ cuiuſq; ſuus: ſed vnus
vtriuſq; filius erit. hæc Bernard. Et nota ꝙ dicit
ſanctũ, abſolutè & ſubſtãtiuè abſq; determinatio- Sanctum.
ne: quia ſi diceret ſancta caro, ſanct' homo, vel ali
quod cõſimile, parũ videretur dixiſſe, nec expreſ-
ſiſſet ſanctitatẽ eius cõpletè. Poſuit ergo indefinitè
ſanctũ: quia quicquid fuit quod virgo genuit, pro-
culdubio ac ſingulariter ſanctũ fuit. Et ne virgo
de partu in aliquo deſperaret, & vt fidẽ exẽplo an-
gelus aſtrueret & cõfirmaret exẽplũ ſterilis anus
& pariturę induxit: ſenioriſq; fœminę & ſterilis
inopinatã fœcũditatẽ virgini nũtiauit: vt aſſereret
omnia decẽtia deo poſsibilia, quæ ſolito ordine na
turæ videntur cõtraria. Et qui ſupra naturã conce-
ptum dedit ſterili, daturus nõ dubitaretur virgi
ni: & vt facilius credas, [ecce, inquit, Elizabeth co
gnata tua] cùm eſſet ſenex, & vocaretur ſterilis, pro-
pter notã iamdudũ eius ſterilitatẽ, iam ſex mẽſes F
ſunt ꝙ cõcepit filiũ per dei virtutem. Tamẽ quia
iſtud exẽplũ nõ eſt vſquequaq; pfectũ: quia maius
eſt virginẽ cõcipere, q̃ ſterilẽ, & ideo angelus in-
ducit ratiõis efficaciã ex dei omnipotẽtia, dicens,
[quia nõ erit impoſsibile apud deũ omne verbũ.] Verbũ nõ eſt impoſſibile apud deum.
id eſt, omnis res digna verbo, quin implere poſsit
omne verbo ſuo pmiſſum. Vel verbũ, id eſt, quod-
cunq; opus vel factũ, in eius diſpoſitione poſitum.
Nam dicere dei, eſt facere: ſecundũ illud pſal. Ipſe Pſal. 32.
dixit & facta ſunt: quicquid enim cõtradictionem
nõ implicat, totũ eſt deo poſsibile: cuiuſmodi eſt,
virginẽ parere. Sed quę implicãt cõtradictionẽ, vt
cõtradictoria ſimul eſſe vera: vt ea quæ facta ſunt
fiãt nõ facta, & c. huiuſmodi talia nõ ſunt deo poſ-
ſibilia, nõ propter impoſsibilitatẽ dei, ſed propter
impoſsibilitatẽ rei. q.d. per virtutẽ ac actionẽ natu
rę, nec ſterilis nec virgo põt concipere: ſed diuina
potẽtia põt hoc facere. Scd̃m Ber. Dicit oẽ verbũ,
& nõ oẽ factibile: q̃a q̃ facilè poſſũt hoĩes loq, q̃d

 volunt,

volunt,ſic incõparabiliter facilius poteſt deus implere quicquid poſſunt illi verbo exprimere.

G

Cõceptus Elizabeth cur Mariç nuntiatus.

Præterea ſecũdum eundẽ Bernar.Cõceptus Elizabeth virgini nuntiatur: vt dũ miraculũ miraculo addi-tur,gaudiũ gaudio cumuletur.Item quia occultauerat ſe,& iam occultare nõ poterat, conueniens fuit ꝙ ante cæteros virgo hoc ſciret. Item vt tam præcurſoris,q̃ ſaluatoris geſta ſciret,quæ ſcriptores docere debebat.Itẽ propter ſanctificationẽ baptiſtæ,quẽ adhuc in vtero matris poſitũ Ieſus voluit ſanctificare.Item vt antiquæ cognatæ obſequium preberet:& vt humilitatẽ impleret.

Elizabeth cognatio.

Maria quippè & Elizabeth cognatæ ſeu cõſobrinæ, fuerunt in ſecũdo gradu:quia filiæ duarũ ſororũ:ſcilicet Annæ & Hyſmeriæ.Fuit etiam Elizabeth de tribu Iuda,ſicut & Maria.Intuere hîc& meditare qualiter tota trinitas eſt ibi præſens, reſpõſionem huius ſuæ filiæ ſingularis expectans, & amãter ac delectabiliter eius verecundiã & mores aſpiciens, & verba auſcultans.O qualis eſt domũcula,vbi tales ſunt,& talia exercẽtur.

H

Nã licet ſancta trinitas ſit vbiq;,ibi tamen nunc aliquo modo ſingulari eã eſſe mediteris ratione ſingularis operatiõis.Intuere etiã & meditare qualiter angelus cũ reuerẽtia, vultuq́; placido dominã ſuã diligenter inducit, & verba ſua ſapienter ordinat:vt ſuper hoc opere mirifico,voluntatem domini ſui perficere valeat.Et etiã qualiter ipſa ſe habet timoratè&humiliter,facie pudoroſa,quaſi ex de improuiſo ab angelo verbis iſtis pręuenta.Nõ extollitur,neq; ſe reputat:& cùm audit magnalia de ſe,qualia nunquã alicui dicta fuere:non ſibi,ſed totũ aſcribit gratię diuinę.

Expectatio aſſenſus Marię

Iam ergo angelus expleto nunc ambaſiatoris officio,expectat virginis reſponſum. Vnde Ber. Audiſti virgo quia cõcipies: audiſti quia non per hominẽ,ſed per ſpiritum ſanctũ. Expectat angelus reſpõſum tuũ:tẽpus eſt enim vt reuertatur ad deũ, qui miſit illũ.Expectamus & nos ô domina verbũ miſerationis,quos miſerabiliter premit ſententia damnationis.Ecce tibi pretiũ offertur noſtrę ſalutis:ſtatimq́; liberamur ſi cõſentis,hoc ſupplicat itẽ

I

pia virgo flebilis Adam, cũ miſera ſobole exul de paradiſo:hoc Dauid,hoc cęteri flagitãt patres tui, qui & ipſi habitãt in regione vmbrę mortis: hoc totus mundus,tuis genibus prouolutus, expectat. O dña reſpõde verbũ,q̃d terra, q̃d inferi, q̃d cœli expectãt.Reſpõde verbũ,& ſuſcipe verbũ.Profer tuũ,& ſuſcipe diuinũ.Emitte trãſitoriũ,& ãplectere ſempiternũ.hęc Bernar.Vnde& beatus Augu. exclamat:O beata Maria, ſeculũ omne captiuum tuũ deprecatur aſſenſum:te domina mũdus ſuę fidei obſidẽ fecit:noli morari virgo,nũtio feſtinanter reſpõde verbũ,& ſuſcipe filiũ.Tandẽ prudẽtiſſima virgo auditis angeli verbis,cõſenſit:& prout dicitur,profunda deuotione genua flexit,ac manibus expãſis,deinde iũctis,& oculis ad cœlũ eleuatis,cũ ineſtimabili humilitate protulit deſideratiſſimũ verbũ,toto cordis affectu audiendũ, dicens:

Ecce ancilla domini,&c.

[Ecce ancilla domini, fiat mihi ſecundũ verbum tuũ.] Ecce prõpta obediẽtia,deuota optatio,fides, conſenſus.Ancilla, inquit,ſum domini:non meæ, ſed illius poteſtatis ſum[fiat mihi ſecundum verbum tuũ.]id eſt,ſecundũ quod tu mihi nuntiaſti.

K

Quæ mater domini eligitur ſuæ cõditionis, & diuinæ dignationis per omnia memor, ancillam ſe nuncupat:& cũ magna deuotione promiſſum angeli impleri optat. Ad hãc vocẽ Mariæ exclamat Auguſt.dicẽs:O felix obediẽtia, ô inſignis gratia, quæ dũ humiliter fidẽ dedit, cœli in ſe opificẽ cõparauit.Vnde & Anſel.O fides deo accepta.O humilitas deo grata.O obediẽtia omni ſacrificio deo iucundius oblata. O ſublimis virgo mater dei. O mater humilis ancilla dei: quid ſublimius eſſe poſsit? Quid humilius ſentire poſſet? Vnde etiam Ambro.Vide humilitatẽ.Vide deuotionẽ. Ancillam ſe dicit domini,quæ mater eligitur:nec redẽptiua exaltata promiſsione, ſimul ancillã dicẽdo, nullam ſibi pręrogatiuã tantę gratię vendicauit quando faceret quod iuberetur. Mitẽ enim humilemq́; paritura humilitatẽ debuit etiã ipſa pręferre.Vnde Bernar.Semper ſolet eſſe gratiæ diuinæ familiaris virtus humilitas. Deus enim ſuperbis

Iacob.

reſiſtit humilibus autẽ dat gratiã.Humilitas ergo

L

reſpondetur,vt ſedes gratiæ præparetur. [Ecce inquit ancilla domini,] Quæ eſt hæc tã ſublimis humilitas:quę cędere nõ nouit honorib',inſoleſcere gloria neſcit. Nõ magnũ eſt eſſe humilẽ in abiectione: magna prorſus & rara virtus humilitas honorata.hęc Bernar.

Hu[militas] Ma[riæ]

Beata ergo virgo,quę vltra omnes homines mũdi per annũtiationẽ angeli attollebatur:& tamẽ in ſe profundiſsimè humiliabatur:ideo eius humilitas incõparabilis pręomnibus alijs virtutibus cõmẽdat.Inter omnes eñ virtutes tantũ placuit humilitas beatę virginis filio dei, ꝙ attraxit ipſum de cœlo, vt ex virgine carnem aſſumeret: queãdmodũ ferrũ trahitur ab adamante.Vnde Augu.O vera humilitas quę deum hominibus peperit.Vitã mortalibus ędidit. Paradiſum aperuit.Et hominum animas liberauit. Facta eſt Marię humilitas ſcala cœleſtis:per quã deus deſcẽdit ad terras.Decebat enim,vt dicit Beda, ꝙ ſicut per ſuperbiã Eue,mors in mundũ intrauit: ita per humilitatẽ Mariæ,vitę introitus pãderetur.

M

Tantũ aũt placuit Chriſto iſta vox virginis:cùm dixit [Ecce ancilla domini] quòd ex hoc magis appellat in ſcriptura filiũ ancillę,quàm virginis.Ex quo trahitur euidens argumentum,ꝙ plus placuit deo Marię humilitas,q̃ virginitas.

Filius [an]cillæ,[&c.]

Et licet ſingula verba huius euãgelij ſint plena myſterijs, iſta tamen verba quę in ſui conſenſus expreſsione virgo ponit,pręcipuè redolent virtutes incõparabiles. Ponit enim ſex verba,quæ redolent ſex virtutes eximias in ea Dicit nanque[ecce]in quo obedientia prompta[ancilla]in quo humilitas perfecta [domini]in quo virginitas immaculata [fiat] in quo charitas inflãmata[mihi]in quo ſecura [ſecũdum verbum tuũ]in quo fides deuota.

Sex ve[rba] virgin[is] totid[em vir]tutũ ſi[gni]ficatiu[a]

Et verè fides deuota erat in virgine:quia illud credidit in ſe debere fieri ad verbum angeli,quod nunquam à ſeculis fuerat auditum,nunquam repertum, nunquã viſum,aut ab aliquo cogitatum.

Fides vi[r]ginis.

De hac fide dicit Bernard. Tria mirabilia fecit dominus in incarnatione.Coniuncta quidem ſunt adinuicẽ deus & homo,mater & virgo,fides & cor humanum. Et

quidem



quidem tertia cõmixtio, eſt inferior alijs duabus:

A

ſed nõ minus fortis. Mirũ enim eſt quomodo cor humanum his duobus fidem accõmodauit: quomodo credi potuit quòd Deus homo eſſet:quòd virgo fuerat,quę peperiſſet. Hæc enim nequeunt cõmiſceri,ſi non miſceat glutinum ſpiritus ſancti.

Incarnatio filij dei.

Igitur his verbis dictis à virgine, ſtatim in illa hora ſanctiſsima,ſpiritus ſanctus in eã ſuperuenit, ac Dei filium virgo glorioſa cõcepit. Vnde ſtatim in his verbis Mariæ, filius dei totus intrauit in vterũ eius:& ex ea carnem aſſumpſit:& totus in ſinu patris remanſit. In inſtanti enim fuit totum corpus Chriſti formatum:& anima rationalis creata: & ſimul vtrunq; diuinitati in perſona filij cõiunctũ: vt idem eſſet Deus & homo,ſalua vtriuſq; naturę proprietate.

Corporis Chriſti formatio.

Fuit aũt corpus Chriſti formatũ ex ſanguine beatę virginis,nõ ex carne:& fuit in inſtanti ſanguinis ſeparatio,conſolidatio, figuratio: animatio,deificatio.Et in eodẽ inſtãti,fuit plenus & perfectus homo in anima & carne, ſecundum omnia corporis lineamẽta, ſed paruulus valde,ita vt membrorum diſtinctio,vix poſſet diſcerni viſu

B

Incremen tum membrorum Chriſti.

humano.Poſtea verò naturaliter in vtero creuit, vt alij:licèt membrorum diſtinctio,& animę infuſio,dilatata nõ fuerit vt in alijs. Fuit etiã perfectus Deus,ſicut & perfectus homo,ſecundum humanã naturã,ex anima rationali,& humana carne ſubſiſtens:ſecundũ diuinam, ex verbo vtriuſq; in vnitate pſonę cõiunctio.

Tria in Chriſto.

Sicut enim in deitate eſt vna eſſentia & tres pſonæ: ita in Chriſto ecõuerſò eſt vna pſona & tres eſſentiæ: ſcilicet deitas, anima, & caro.Hoc eſt,æternum,nouũ,& antiquum. Eſt enim deitas æterna.Anima noua, quia in aſſumptione creata.Caro antiqua,quia ab Adã propagata.Et Chriſtus ſecundũ naturã deitatis, eſt generatus:ſecundũ animã,creatus:& ſecundũ carnem,factus.

Vnio triplex in Chriſto.

Et fuit vnio triplex in Chriſto:ſcilicet deitatis ad animã,& ecõuerſo:ac deitatis ad carnem,& ecõuerſo:& animæ ad carnẽ. Duæ priores vniones,ſemp manſerũt:tertia ſeparata fuit in morte.

Vnio diuinitatis.

Vnio igitur diuinitatis ad humanã naturã,non eſt in vnitate naturæ,ſed pſonæ:non perſonæ huma-

C

næ,ſed diuinæ:nõ aſſumptę,ſed aſſumẽtis:nec pſonæ cuiuſlibet,ſed ſolius verbi. Quia eñ impoſsibile eſt ꝙ natura diuina concurrat cum alia, ſicut pars ad tertij cõſtructionem: vel ꝙ ipſa trãſeat in aliã,vel alia in ipſam:ideo diuinitas & humanitas nõ vniũtur in vnitate naturę,ſed perſonæ.Et quia diuina natura in nullo ſuppoſito poteſt ſubſiſtere, prӕterquã in propria hypoſtaſi: ideo vnio illa nõ põt eſſe in perſona hominis,ſed Dei.Et propterea Deus in vna pſonarũ ſuarũ,fecit ſeipſum ſuppoſitum humanæ naturę. Vñ tãtũ vna eſt ibi pſonalitas,& vnitas pſonalis,ſcilicet ex pte aſſumẽtis.

Chriſtus vt homo, nõ eſt perſona.

Et ideo Chriſtus ſecundũ quod eſt homo, nõ eſt perſona.Vnde Hugo:Ex quo hominem Deus aſſumpſit,totũ aſſumpſit, carnẽ ſcilicet & animã, id eſt, hominis naturã,non hominis perſonã,ſed hominẽ in perſonã. Caro eñ illa & anima, antequã verbo vnirentur,in perſonã,non erant inter ſe vnita ad perſonã.Vnio ſiquidẽ,vna fuit ad vnũ verbi carnis & animæ,nõ prius verbũ & caro,nec prius verbũ & anima,nec prius anima & caro: ſed ſimul verbum,& anima,& caro.

D

Nec cœpit pſona eſſe verbum,quãdo homo eſſe cœpit: ſed hominem ſic aſſumpſit,vt perſona eſſe homo inciperet: nec alia perſona,quàm erat illa quæ eũ acciperet. Itaque verbum perſona ſuſcepit hominẽ:non perſonã,ſed naturam:vt qui ſuſcepit,& quod ſuſcepit,vna eſſet in trinitate perſona: ergo Chriſtus perſona ad infernum deſcẽdit,ſed ſecundũ ſolã animã.Et Chriſtus perſona in ſepulchro iacuit, ſed ſecundũ ſolã carnem. Et Chriſtus perſona vbiq; fuit,ſed ſecundum ſolã diuinitatẽ.

Chriſtus pſona, ſecundum varia diuerſa fecit.

Quid eſt aũt quod ſcriptum eſt,quia cùm Chriſtus in ſepulchro iacuiſſet: dicitur,totum pro parte poſitum eſt. Fortaſſe cogitas quaſi tria quædam diuinitatẽ, animam, carnẽ cõpoſuiſſe Chriſtũ: Abſit.Nõ enim pars Chriſti verbum,& pars homo:ſed totus Chriſtus verbum, & totus Chriſtus homo. Diuinitas pars non fuit,nec in ipſa pars fuit. In humanitate ſola partes ſunt, anima ſcilicet & corpus:& vbi alterũ illorum eſt, pars hominis eſt. Verum eſt ergo ꝙ in ſepulchro Chriſtus iacuit:nec tamen ibi totus homo iacuit:

E

q̃uis totus homo Chriſtus fuit.Anima enim & caro dei,verbo in perſona vnita fuit: ideo vbi caro erat,verbũ deeſſe nõ potuit.hęc Hugo.

Anſelmus de incarnationis beneficio.

De hac verbi incarnatione,ſic dicit Anſelmus: Vidiſti domine afflictionem populi tui:& tactus dolore charitatis intrinſecus, apposuiſti cogitare ſup nos cogitationes pacis & redẽptionis. Et quidẽ cùm eſſes filius Dei,verus Deus, deo patri ſanctoq́; ſpiritui coæternus & cõſubſtantialis, lucem habitãs inacceſsibilem,portanſq́; omnia verbo virtutis tuę,nõ deſpexiſti in hoc noſtræ mortalitatis ergaſtulum, altitudinẽ inclinare tuã:vt noſtram & guſtares & abſorberes miſeriã,noſq́; reparares ad gloriã. Parum bone dñe Ieſu fuit charitati tuę,ad cõſummãdum opus noſtræ ſalutis,cherubim vel ſeraphim, aut vnum ex angelis deſtinare: ipſe ad nos venire dignatus es,per mandatũ patris:cuius nimiã charitatem experti ſumus in te.Veniſti enim,non locũ mutando,ſed præſentiã tuã per carnẽ exhibendo.

F

Deſcendens à regali ſolio ſublimis gloriæ tuæ, in humilẽ & abiectã ancillã in oculis ſuis puellã, primò virginalis cõtinentiæ voto ſigillatã. In cuius ſacro ſancto vtero, ſola ſancti ſpiritus virtus inenarrabilis,& cõcipi te fecit,& naſci in vera humanitatis natura:ita vt nec maieſtatẽ diuinitatis in te,nec integritatẽ virginitatis in ſe,violaret natiuitatis occaſio. Idẽ ad ſororẽ ſuã: Primùm cùm beata Maria ingreſſa cubiculũ,libros quibus virginis partus,& Chriſti prophetatur aduentus, euolue.Ibi aduẽtũ angeli pręſtolare: vt videas intrãtẽ, audias ſalutãtẽ & ſic repleta ſtupore & extaſi,dulciſsimã Mariã dominã tuã,cũ angelo ſalutãte,ſalutes,clamãs & dicens:Aue Maria &c.Hoc crebrius repetẽs,quę ſit hęc gratię plenitudo, de qua totus mundus mutuauit gratiã,qñ verbũ caro factũ eſt. Contẽplare & admirare dñm,qui terrã implet,& cœlũ intra vnius puellę viſcera claudit: quã pater ſanctificauit,filius fœcũdauit,ſpiritus ſanct' obũbrauit.O dulcis dña:quãta inebriabaris dulcedine, quo amoris igne ſuccẽdebaris,cùm ſentires in mẽ

Mariæ cõcipientis animus.

te,& in vētre tantę maieſtatis præſentiā: cùm de
G
tua carne,carnē aſſumeret: & mēbra quibus corporaliter omnis plenitudo diuinitatis inhabitaret,de tuis ſanctis mēbris aptaret. hæc Anſelmus. O ſi valeres vtiq; ſentire,quale quātūq; fuerit illud è cœlo immiſſum incendiū,collatū refrigeriū, infuſum ſolatium:quanta ſublimatio virginis matris,quāta nobilitatio humani generis,quāta cōdeſcenſio maieſtatis. Si virginem canētem cū iubilo poſſes audire,eſtimo ꝙ cū illa pariter pro tāto beneficio inciperes iubilare:& non ceſſares deo gratias decātare.

Maria frequēter angelica ſalutatione ſalutanda.

Vt ergo ipſi virgini tātū gaudium renouare,& ad mentē reuocare valeas: crebrò eā cū dulci verſu angelico ſalutare,& deuotæ ſalutationis oſcula,ſaltē pedibus eius infigere nō negligas, dicens: Aue Maria. Vnde Bernardus: Eſt tibi virgo Maria quaſi oſculū, audire hunc verſum angelicū, Aue. Toties eñ beatiſsima oſcularis: quoties per Aue,deuotè ſalutaris. Ergo fratres chariſsimi, ad imaginē eius accedite,genua flectite,oſcula ei imprimite,aue Maria dicite. Et iterū: Cœli reſpōdēt, angeli iubilant,mūdus exultat, dęmones cōtremiſcunt,cùm dico,Aue Maria. hęc Bernar.

H

Conditiones Chriſtū concipere volētis.

Moraliter tanguntur hîc ſex conditiones, quas debet habere quælibet anima ſancta,.Chriſtū ſpiritualiter cōceptura. Debet eñ primò habitare in quadā ſeparatione & alienatione omnis creatę delectationis:vt ſic habitet in Galilæa,quod interpretatur tranſmigratio. Illa eñ anima perfectè habitat in tranſmigratione,quæ tranſmeauit omnē creatā delectationem: ita ꝙ nulla re creata amplius delectatur,niſi inquātū in ea relucet imago & ꝑfectio creatoris: ꝙ nō ſolū nullā rē diligit cōtra deū,ſed nec vllam diligat,niſi inquantū in ea deus relucet:vel imago dei vt proximū:vel inquantum pōt eſſe accōmoda vltimatē ſaluti,ſicut alia res. Secundò debet talis anima habitare in quadā floritione deiformis operationis:ſcilicet vt inhabitet in Nazareth,qđ interpretatur flos,virgultū, ſanctitas, vel cōſecratio:vt ſcilicet floreat,vel in flore habitet ex cādore innocentiæ:ſit virgultū,dulcore diuinæ influētiæ: ſanctitas, feruore diuinæ charitatis: & inhabitet in quadā cōſecratione,ſplēdore veritatis.

I

Virgo perfecta.

Tertiò, talis anima debet eſſe virgo: vt ab omni motu, nō ſolum ſenſuum,ſed etiā omni animę viriū ſit reſtricta:ita vt nihil in ea corruptionis valeat ſubintrare:nec ꝑ vias ſenſuum intret aliquid quod moueat ad carnalitatem:nec ꝑ vias viriū intellectiuarum, veniat aliquid,quod tedat in curioſitatē. Et ſecundum Aug. quęcūq; anima talis fuerit, virgo cenſetur. Quartò,talis anima debet eſſe deſpōſata:vt fidem & amorē ad vnicum bonū reſtrinxerit,quod eſt deus:ne in incerto vagetur,nūc iſtud, nūc illud amās. Et ſignāter dicitur ꝙ debet eſſe deſponſata

Ioſeph.

Ioſeph,quod interpretatur augmētū,vel appoſitio: vt in fide & amore apponens,ſemperq; proficiens, augmētetur:quia in talibus nō proficere,eſt quodā modo deficere. Et ſignāter additur,de domo Dauid,quod interpretatur manu fortis: quia ꝑ greſſus ſpirituales,ꝑ fortes conatus & operationes, in ſpirituali exercitio augmētatur. Quintò deſcribitur hæc anima vt tota illuminata: quia nomē eius

Dauid.

Maria, illuminata interpretatur.

eſt Maria,quod interpretatur illuminata:ſcilicet vt ſignatū ſit ſuꝑ eā vultus dñi,& habeat lætitiam ſpiritualem in corde ſuo. K

Sextò deſcribitur, vt à deo confortata ꝑ donum fortitudinis ſpiritus ſancti:quia ingreditur ad eā angelus Gabriel,quod interpretatur fortitudo Dei: & per eū fit annuntiatio:ſcilicet quādo anima contemplatiua fortificata à deo,per ſpem eleuatur,vt appetat gratiæ plenitudinem,domini præſentiā,& quandam ſingularitatem benedictionis inter omnes creaturas.

Gabriel.

Menſis virginalis.

Specialiter autem circa tertiam cōditionem eſt ſciendum,ꝙ myſticè per hoc quod Chriſtus conceptus & formatus fuit in vtero virginali per operationē ſpiritus ſancti,ſignificatur ꝙ ſpiritualiter concipitur & formatur in mente pura,eiuſdē ſpiritus ſancti operatione. Oportet enim mentē æterni verbi cōceptiuam eſſe virgineam,id eſt,non ſolum à vitijs,ſed etiā à ſpeciebus creatarum rerum:& ab huiuſmodi ſpecierum delectatione & corruptione, immunē eſſe & abſtractā. Cùm enim omnis creatura vanitati ſit ſubiecta:omnis ſpecies à re creata abſtracta,vanitati eſt coniuncta:ac per hoc mentē ad altiora tendentē,abducit quodāmodo & corrūpit. L

Ad hāc aūt mētis abſtractionē,hortatur, Dionyſius Timotheū,dicēs: Tu autē amice Timothee forti contritione,ſenſus derelinque, & intellectuales operationes, & omnia ſenſibilia & intellectibilia:& ad eius vnitionē propera, qui eſt ſuꝑ omnē ſubſtantiā & cognitionē. hęc Dionyſius. Et in hac abſtractione ꝑficitur illa beatitudo,de quā dicitur: Beati mūdo corde,intelligēdo mundum cor, illud quod eſt ab omni extranea ſpecie emundatū. Tales aūt Deū videbūt, & hîc per internā cōtemplationem:& in patria,per æternā fruitionem. Et tales virgineæ mētes,ſequuntur agnū totius puritatis,quocunq; ierit:virgines enim ſunt.

Matth.5.

Apoc.14.

De tali mēte & anima,ſic dicit Bernardus: Anima quę ſemel à domino didicit intrare ad ſemetipſam,& in intimis ſuis Dei præſentiam ſuſpirare,& quærere faciem eius ſemꝑ talis inquā anima neſcio an vel ipſam gehennā ad tēpus experiri, horribilius penaliusve ducat,quàm poſt ſpiritualis huius ſtudij guſtatam ſemel ſuauitatē exire denuo ad illecebras, vel potius moleſtias carnis,ſenſuūq; inexplebilem repetere curioſitatem. M

Dico ergo vobis:nihil eſt ꝙ intantū formidet, quiſquis hoc beneficiū ſemel accepit, quàm ne gratia derelictus neceſſariè habeat denuo egredi ad carnis cōſolationes,imò deſolationes:rurſumq; carnaliū ſenſuū ſuſtinere tumultus. hæc Ber.

Nazareth duas eccleſias habet.

In Nazareth aūt vbi annūtiatio facta eſt,ſunt duę eccleſię: Vna vbi erat domus in qua angelus ad Mariā venit,& annūtiationē fecit:in qua eſt altare Marię, in loco vbi orabat qñ angelus eā ſalutabat:& altare Gabrielis,vbi annūtiationē faciendo ſtetit. Altera,vbi domus fuerat, in qua dñs nutritus eſt,cùm infans erat.

Cōceptionis dominicæ figura rubus.

Fuit aūt cōceptio dominica in rubo ardēti pręfigurata. Rubus eñ ſuſtinuit ignē,& nō perdidit viriditatē: Maria cōcepit filiū,& nō amiſit virginitatē. Dñs habitauit in rubo ardente: & ipſe habitauit in Mariæ grauidato vētre. Deſcēdit in rubū propter Iudęorū liberationē,vt eos educeret de Aegypto: deſcendit in Mariā

propter



propter noſtrā redēptionē,vt nos eriperet de inferno.

A

Vellus Gedeonis

Cū aūt dñs incarnari voluit,Mariā ſolā præ omnibus mulieribus elegit. Et hoc fuit præfiguratū in vellere Gedeonis,quod ſolū cœleſtē rorē capiebat:& tota terra circūiacens ſicca remanebat. Sic Maria ſola diuino rore replebatur:& in mundo nulla alia digna inueniebatur. Repletio velleris,ſignū erat liberatiōis filiorū Iſraël ab hoſtibus ſuis:cōceptio Mariæ,ſignū erat noſtræ redēptionis. Vell' Gedeōis eſt virgo Maria:de quo vellere Ieſus Chriſtus fecit ſibi tunicā:vellus ſuſcepit rorē,ſine lanæ læſiōe:Maria cōcepit filiū,ſine carnis corruptione. Gedeō expreſsit rorē,& concham ex eo repleuit:Maria enixa eſt filiū,qui totū mundū rore gratiæ repleuit. Hæc aūt cōceptio facta eſt per annuntiationē Gabrielis:quod figuratū eſt in ſeruo Abrahæ,& Rebecca filia Batuelis.

Rebeca.

Gene.24.

Abrahā miſit ſeruū,vt de virgine filio ſuo in ſponſam prouideret. Rebecca aūt nuntio potū præbebat:& ideo eam filio domini ſui in ſponſam eligebat. Sic pater cœleſtis miſit angelū ſuū,vt filio ſuo quæreret virginē in matrē:qui virginē decentiſsimam,ſcilicet Mariā inuenit:quæ ſibi potū:id eſt,nuntiatiōi ſuæ cōſenſum dedit.

B

Angeli receſſus à virgine.

Rebecca,nō ſolū nuntiū:ſed etiā camelos eius potauit:Maria tam angelis,quā hominibus fontē vitæ propinauit. Gabriel itaque peracto legationis ſuæ officio,reuerenter ſe inclinans,& dñæ ſuæ valefaciēs,diſceſsit ab ea,& diſparuit:gaudens vtiq; & exultans,quia reſpōſionem deo acceptabilē relaturus erat. Iam enim venerat ſponſus,& ideo receſsit paranymphus,dimittens ſpōſum in ſanctiſsimo ſponſæ cubiculo,matrimonio cōſummato. Diſceſsit quidē ab ea angelus:ſed remanſit cū ea rex angelorū & dei filius. Diſceſſit ab ea quantū ad apparentiā:ſed remanſerūt cū ea multi,propter reuerentiā:quā & ſibi propter dignitatē mentis,& ſuo regi exhibebant. Recedens ergo peracto nuntio,& ad patriam rediens,hocq; narrāt,fecit ibi nouū feſtū,& nouū gaudiū,& exultatione magnam nimis.

C

Solennitas incarnationis dominicæ.

Conſiderare ergo debes quāta eſt hodierna ſolennitas,& iubilare in corde tuo,& agere dies lætitiæ. Inaudita eſt enim vſque tunc à ſeculis:nec vnquā fuerat ſolennitas talis. Hodie nāq; eſt ſolennitas dei patris:qui filio ſuo in deſpōſatione humanæ naturę nuptias fecit:quam hodie ſibi filius inſeparabiliter vniuit. Hodie eſt ſolēnitas glorioſæ dñæ noſtræ. Hodie eſt ſolēnitas nuptiarū filij dei in vtero:ſed poſtea erit ex vtero. Hodie eſt ſolēnitas ſpiritus ſancti,propter hoc mirificū opus quod attribuitur ei:& quia hodie incepit oſtendere benignitatē ſingularē humano generi. Hodie eſt ſolennitas glorioſæ dñæ noſtræ:quæ à patre in filiā:à filio in matrē:à ſpiritu ſancto in ſponſam eſt cognita & aſſumpta. Hodie eſt ſolēnitas totius cœleſtis curiæ:quia inchoatur eius reparatio. Hodie multo magis eſt ſolennitas humanæ naturæ:quia eius ſalus incipit & redēptio, & totius mundi reconciliatio.& quia ipſa hodie eſt ſublimata,atq; deificata.

Heb.2.

Nuſquā enim dei filius angelos apprehendit,hoc eſt,nō in vnā ſibi perſonam aſſumpſit:ſed ſemē Abrahæ. Hodie nouā obedientiā ſuſcepit filius à patre,de noſtra peragenda ſalute. D

Hodie à ſummo cœlo egrediēs exultauit vt gigas ad currendā viā noſtræ ſalutis:& ſe recluſit in clauſtro vteri virginalis. Pſal.18.

Hodie factus eſt quaſi vnus ex vobis,& frater noſter,& cœpit peregrinari nobiſcū. Hodie de cœlo lux vera deſcendit,ad fugādas noſtras tenebras,& tollendas. Hodie panis viuus,qui dat vitā mundo,in vtero virginali eſt coctus:ſed in cruce quaſi in clibano decoctus. Hodie enim verbū caro factū eſt,vt habitaret in nobis. Vnde vocatur Emanuel,quod dicitur nobiſcū deus,id eſt,deus & homo. Ioan.1.

Hodie impleta ſunt preambula figurarū:documēta ſcripturarū:ac deſideria prophetarū:propter quod etiā aduētus Chriſti plenitudo tēporis dicitur. Clamabāt enim deſiderio inenarrabili:& hodiernū diem vehementiſsimē expectabāt. Hodie eſt principiū & fundamentum omniū ſolennitatū:& totius boni noſtri initiū. Nā vſq; nunc indignatus erat dñs cōtra genus humanū,propter tranſgreſsionē primorū parentū ſed amodò videns filiū hominē factū,non vlterius iraſcetur in æternū. Vides quā admirabile opus,& ſolenniſsimum feſtū ſit illud. E

Totum delectabile, & totum iucundū:totum deſiderabile,& omni veneratione digniſsimū:cū omni deuotione ſuſcipiēdum,in iubilatione ac lætitia & exultatione ducēdum In his ergo meditare:in his delectare & iocundaberis:& fortè oſtendet tibi dominus amplio ra ſi vigilaueris.

ORATIO.

O Ieſu fili dei viui:qui ex volūtate patris,cooperāte ſpiritu ſctō,de ſinu eiuſdē patris,velut quidā fluuius de loco voluptatis egrediēs per humilia declinās cōualliū,humilitatē ancillæ tuæ reſpiciēs,in vterū virginis deſcendiſti,vbi conceptus ineffabiliter carnē aſſumpſiſti:deſcendat Ieſu miſericors gratia tua auidē,per merita matris & virginis,ſuper me ſeruū tuū indigniſsimū: per quā teipſum deſiderē,& amore intus concipiā:& per eandem gratiam operantem in me,fructus bonorum operum ſalutares proferam. Amen. F

De natiuitate & Circūciſiōe pręcurſoris domini. Correſpōdet euāgelio, Exurgens Maria abijt in montana. Caput VI.

POſt hæc recogitans Maria de verbis angeli:quæ de conſobrina ſua Elizabeth dixerat:eā viſitare ad cōgratulādū & ſeruiendū eidem volebat. Ieſus enim,qui in vtero illius erat,Ioannē adhuc in vtero matris poſitū,ſanctificare feſtinabat. Lucæ 1.

[Exurgens] ergo de loco in quo erat:& à quiete cōteplationis in qua prius ſederat,& ab oratione,quæ omnibus operibus ſuis erat præuia:iuit,de licētia Ioſeph,à Nazareth[& abijt]verſus Auſtrū [in mōtana]quia Iudæa in mōtanis,id eſt,in altiori loco:& ad Auſtrū eſt,reſpectu Galilęæ,à qua receſſerat Maria. Et nihilominus domus Zacharię in loco mōtuoſo,vbi mōtana Iudeæ ſunt,erat ſita: & via ad eā petroſa,& mōtuoſa. Iuit verò[cū feſtinatione]quia diu in publico nolebat apparere:vt oſtēderet ꝙ virgo nō debet morari in publico:nec ibi cōtrahere colloquia cū aliquo. Et venit in Hieruſalē ciuitatē Iudę:quod hoc loco nomē eſt nō tribus:ſed regni,ſcilicet Iudæ. Hieruſalē enim in tri

bu Benia-

C

bu Beniamin erat:per quã videtur tranſiſſe ad op-
pidũ:in quo dicitur tunc habitaſſe Zacharias,& na
tus Ioannes,quarto miliario vltra Hieruſalẽ,ferè
contra Occidentẽ,ſed aliquantulũ ad meridiẽ:Ma
ria concepto verbo æterno,iuit ad viſitandũ Eliza
beth.Et ſecundum Ambro.hoc fecit non quaſi in
credula de oraculo, ſcilicet per angelũ dicto:nec
quaſi incerta de nuntio,ſcilicet ſibi miſſo:nec qua
ſi dubitans de exẽplo,ſcilicet de Elizabeth ſibi da
tõ:ſed quaſi læta pro voto,ſcilicet animi ſui:reli-
gioſa pro officio,ſcilicet obſequendi:feſtina præ
gaudio,ſcilicet inde cõcepto.Conſpice igitur quo
modo vadit regina cœli & terræ:nõ eques,ſed pe-
des,cũ aliquibus de virginibus,quas ſecũ domi ha-
bebat,per tã longã & aſperam viã,vt illa erat.Sũt
enim de Nazareth vſq; ad Hieruſalẽ,triginta qua
tuor miliaria:& deinde ad oppidũ Zacharię qua
tuor vel circa,quorũ duo faciũt vnã leucã.Vadũt
aũt cũ ea,verecũdia,hũilitas,& paupertas,omniũ-
que virtutũ honeſtas.Eſt etiã ſecum ipſe dominus
virtutũ:magnã & honorabilem habet comitiuam,
ſed non huius ſeculi vanã & põpoſam.Nec erat à
conceptu filij grauata,vt cõmuniter cõtingit alijs
mulieribus:non enim fuit dominus Ieſus matri
ſuæ oneroſus.O quàm felix fuiſſet,qui in illo iti-
nere Mariã obuiã habuiſſet,& vocẽ ſalutatiõis ab
ea recepiſſet.[Et intrauit Maria in domũ Zacha-
riæ & Elizabeth]cognatæ ſuæ.Domũ religioſam
viſitat:ſueq; humilitatis & mãſuetudinis ſigna ma
nifeſtat:& prior[ſalutauit]id eſt ſalutem optauit.
[Elizabeth]quaſi cõgratulans ei,de dono quod eã
accepiſſe didicerat.Prior ipſa virgo profert ſaluta
tionẽ,propter duo.Primò cã humilitatis:quia hu-
milior.Secundò,cã pietatis: quia ſuperior.Prima
ratio reſpicit morẽ illarũ regionũ,vbi inferiores
ſolẽt ſalutare prius ſuperiores,quaſi reuerẽtiæ ex
hibitione.Sed ſecũda reſpicit morẽ illarum regio
nũ,vbi ſalutatio profertur à maioribus,in ſignũ ꝙ
omnis bñdictio de ſurſum eſt.Nota moraliter ꝙ
ſex dicuntur hîc de beata virgine:quæ & nos imi
tatione eius,etiã debemus facere.Primò,ꝙ exur-
rexit.Surgamus & nos à torpore accidiæ, & à de
ſiderijs terrenis nos elongemus,in quibus morãdo
dormimus.Secũdò,abijt in montana.Aſcẽdamus
& nos in mõtana,tendendo in altiorẽ vitã,& ap-
petendo cœleſtia,& appropinquando ad ea.Ter-
tiò,feſtinauit.Feſtinemus & nos ad bona opera ac
celerãdo:& quicquid poſſumus,inſtanter operãdo.
Quia vt dicit Chryſoſt.nihil ita eſt quod vitã no-
ſtrã valeat euertere:vt operũ actionẽ bonorũ diſ-
ſimulare,ſemperq; differre:ſæpe enim iſtud omni
bus nos bonis fecit excidere.Vnde dixit quidam,
ꝙ bonum opus nunquã differendũ eſt:ne fortè ali
quo caſu ſuperueniente,impediatur.Malũ verò vr-
gens,ſemper differri debet:ſi fortè aliquis caſus ſu
perueniẽs impediat.Quartò,venit in ciuitatẽ Iu-
da.Ingrediamur & nos in ciuitatẽ Iudæ,id eſt,cõ-
feſsiõis & laudis diuinæ,ſcilicet in eccleſiã,ad lau
dandũ & obſequendum ibi.Et in ciuitatẽ cõtem-
platiuã cœleſtem Hieruſalẽ,ad confitendũ nomi-
ni domini. Iudas enim confitens interpretatur.
Quintò,intrauit in domũ Zachariæ.Intremus &

Maria cur Elizabeth viſitauit.

Diſtantia Nazareth à Hieruſalem.

H

Grauedinẽ nõ ſenſit Maria.

Maria cur prior ſalutauit Elizabeth.

I

Moralia ſex.

Dilatio boni operis nocet.

Iudas quid interpretatur.

nos in domũ Zachariæ,nõ ſequẽtes cogitatiões va
nas:ſed magis memores mandatorũ domini ad fa
ciendũ ea. Zacharias enim memorãs domini inter
pretatur.Sextò,ſalutauit Elizabeth.Salutemus &
nos Elizabeth,creaturas faſtidiẽdo:& in ſolo deo
ſaturitatẽ noſtri deſiderij ſtatuendo:qui ſolus re-
plet in bonis deſideriũ noſtrũ. Elizabeth enim,dei
mei ſaturitas interpretatur.Et inſuper gratiã per
ceptã communicemus proximo:ſicut Maria fecit
Elizabeth & puero. Quã citò aũt virgo ſalutauit
Elizabeth,repletus eſt Ioan.ſpiritu ſancto in vte-
ro:prout fuerat repromiſſum ab angelo . Et ſen-
tiẽs domini præſentiã,præ gaudio in matris vte-
ro,exultãdo & ſaltando tripudiat:ac quoſdam ge
ſtus ad ſimilitudinem exultãtis,repræſentauit:&
quẽ lingua & voce nõ potuit,animo exultante &
etiã motu,ſalutauit.Mouebatur in vtero,quaſi ge
ſtiẽs ſalutare,& dño ſuo aſſurgere:ac quaſi egredi
vellet ex vtero,& ei occurrere.Et tunc primò,pręcurſorẽ ſuũ,Ieſus prophetã fecit:qui in vtero exi-
liẽs,eius aduentũ euãgelizauit,& præcurſiõis ſuæ
officiũ inchoauit:quaſi etiã intrã matris viſcera,iã
clamaret:Ecce agnus dei:ecce qui tollit peccata
mũdi.Vnde Chryſoſt.Chriſtus ideo fecit Mariam
ſalutare Elizabeth:vt ſermo procedẽs ex vtero ma
tris,vbi habitabat dñs,& per aures Elizabeth in-
greſſus,deſcenderet ad Ioannẽ,& illic eũ vngeret
in prophetã.Nã ſtatim,vt vox ſalutationis conue
nit ad aures eius,exultãs puer prophetauit,nõ vo-
ce:ſed motu.Vnde Chryſoſ.Dic infans:dic prophe
tarũ omniũ maxime:qui dignè ſatis pluſquã pro-
pheta vocaberis:vnde tibi hæc exultatio?Nõdũ na
tus es,& iã prophetas.Domini aduentũ agnoſcis:
quẽ quia voce ſalutare non potes,exultando agis
quod potes.Quã lætus ei occurreres,ſi iam natus
eũ videres:cuius agnito aduẽtu,exultãdo obuiam
ire conaris.Deinde repleta eſt etiã mater ſpiritu
ſancto,per filiũ & meritis filij.Non prius repleta
eſt mater,quã filius:ſed filius repletus,replet & ma
trẽ.Ex plenitudine enim gratiæ,qua Chriſtus ſe
receperat,in Maria effudit per ſalutationẽ virgi-
nis,gratiã ſanctificationis in Ioannẽ,quæ vlterius
redũdabat in matrẽ.Vnde exultans ac tota exhila
rata,& ſpiritu ſancto accenſa,amplexatur virgi-
nẽ tenerrimè:& præ gaudio exclamat magna vo
ce.Filius intus latẽs,docet quid mater exterius age-
re debeat.Spũs enim infantis,nõ valẽtis clamare,
ne loqui voce propria,fecit clamare matrẽ voce
magna.Clamauit aũt voce magna,tũ in ſignũ ma
gnæ affectiõis,tũ quia magna dei dona cognouit,
tũ quia illũ in vtero tenebat,qui vox verbi erat.
Quaſi ergo magna vi,Elizabeth intus cõmota,nõ
ſolũ virginẽ reſalutauit,verũ etiã voce magna cla-
mauit:nõ tã clamoſa,quàm deuota:quia non cla-
mor,ſed amor ſonat in aure dei.Vnde iſta magni
tudo magis eſt intelligẽda rõne deuotionis interio
ris,q̃ ſoni exterioris.Deuotio enim magnus cla-
mor eſt:ita vt vſq; cœlũ audiatur.Quid,inquit do
minus Moyſi taceti,clamas ad me?qui tamẽ nõ cla
mabat ad deũ clamore oris,ſed deſiderio cordis.
Vñ Auguſti.Clamor ad dominum,eſt intẽtio cor-
dis,& flagrantia dilectionis:quia ſemper petitur
quod

K

Elizabeth quid interpretatur.

Ioann.baptiſta repletur ſpiritu ſcto.

L

Ioannis. Cur maria ſalutauit Eliz.

Ioannes baptiſta repletur prius quã mater.

M

Elizabeth vox magna.

Clamor ad deum.



A

quod optatur. [Et dixit Elizabeth:Benedicta tu
inter mulieres ] id eſt,ſuper oẽs mulieres:& inter
benedictas,bñdictiõe inſignis.Nulla enim tantæ
vnquã gratiæ particeps fuit,aut eſſe poterit.Bñdi
cta es:& ampliori bñdictiõe cumulaberis.[Et bñ
dictus ſit fructus vẽtris tui] per quẽ bñdictio ve-
nit alijs.Qui ſecundũ ꝙ homo,bñdictus eſt bene-
dictiõe gratiæ,quippè plenus dono omniũ chariſ
matũ bñdictus etiã in bñdictione gloriæ,ſecundũ
ꝙ deus ab æterno,& vſq; in æternũ.Non quia tu
bñdicta,ideo bñdictus fructus ventris tui:ſed quia
ille præuenit te in bñdictionibus dulcedinis:ideo
tu benedicta.Bñdicta arbor:benedictus & arbo-
ris fructus.Benedicta virga de radice Ieſſe:bñdi-
ctus & flos,qui de tali radice aſcendit.Bñdicta ta-
lis mater:bñdictus & talis filius.Benedicta eſt Ma
ria ab angelo ſuprà:quia triũphãtis eccleſię ruinã
nã reparauit:ſed hîc ab Elizabeth,quia militantẽ
eccleſiã,quaſi iam mortuã ſuſcitauit.vbi Beda ea
dẽ voce ab Elizabeth,qua à Gabriele bñdicitur:
quatenus & angelis & hominibus venerãda mon
ſtretur.Et notãdũ ꝙ quinque fructus colligũtur
ex beata virgine.Primus eſt vẽtris:& hîc eſt gene
ratio,per quã fructũ vitæ cõmunicauimus.Secun
dus eſt fructus mẽtis:& hic eſt cõpaſsio quã habet
ad afflictos,& ſuper pctõres.Tertius eſt oris , &
hic eſt oratio.Quartus eſt operis:& hic eſt prote-
ctio.Quintus eſt nominis:& hic eſt deuotio,quæ
habetur ex bñdicto nomine eius,etiã à ſceleratis:
ita vt in omnibus periculis ab omnibus inuocetur.
[Et vnde hoc mihi,vt veniat mater domini mei
ad me?]id eſt qua mea iuſtitia,quibus meis factis
vel meritis accidit hoc mihi,ſcilicet ſterili & ſeni:
& ſecũdũ reputationẽ hominũ maledictæ:vt ma-
ter domini mei,ſcilicet virgo fœcũda & benedi-
cta,veniret ſic humiliter,deuotè,& reuerenter,ad
me ſeruã & ancillã ſuã?q.d.nullus.Neq; enim ſan
ctitas,neq; religio,neq; nobilitas aliqua hoc mihi
preſtitit:vt tãto honore,tãtaq; beatitudine fierẽ di
gna:ſed ſola dei gratia.Ego potius debui ire ad te,
ſed tua tuiq; filij humilitas,te coegit venire ad me.
Et notandũ ꝙ mater domini venit ad peccatores
per cõpaſsionẽ,inquãtũ eſt amarũ mare,dans eis
amaritudinẽ cõtritionis:venit ad oppreſſos per ꝓ-
tectionẽ,inquãtũ domina,liberãs eos:venit ad mœ
ſtos per cõſolationẽ,inquantũ ſtella,lætificãs eos.
Vnde Augu.Sancta Maria,ſuccurre miſeris ecce
primũ:iuua puſillanimes,ecce ſecũdũ:refoue [illegible]bi
les,ecce tertiũ.Et verè benedicta es,& benedi[illegible]
fructus vẽtris tui:& admiror de humilitate viſi-
tationis tuæ,propter magnificentiã virtutis,quæ
apparet in te.Ecce enim in tuo aduẽtu & ſalutatio
ne,nõ ſolũ ego:ſed & infans in vtero meo gratu-
latur:& quod voce nõ põt,gaudio fatetur.Sic Eli
zabeth miraculũ & incarnationẽ verbi cognouit:
& Mariã eſſe matrẽ domini,& deo plenã,intelle-
xit.Intellexit quippè per ſpiritũ ſanctũ, quo reple
ta erat:quia exultatio infantis illius,ſignificaret
veniſſe matrẽ eius,cuius ipſe præcurſor erat futu
rus:Et ideo quæ antè erubeſcebat onus parẽtis,dũ
adhuc neſciret myſterium religionis;iam benedi
cit:& quæ ſe occultabat,quia conceperat filium:

Benedict9 fructus Mariæ.

B

Fructus quinque Mariæ.

C

Maria venit ad diuerſos.

iactat ſe,quia generabat prophetã.Elizabeth etiã
quæ in occulto & ſecreta inſpiratiõe cognouerat,
his qui ſimul aderãt,palã euãgelizabat,dicẽs:[Et
beata quæ credidiſti,]ſcilicet angelo.nã per aſſen
ſum fidei cõcepiſti[quoniã perficiẽtur]amplius in
futuro[ea quæ dicta ſunt tibi à domino] ſcilicet
per angelũ nũtiantẽ,& per ſpiritum ſanctũ men-
tem tuã illuſtrantẽ,& te immediatè docẽtẽ.Aper
tè hîc indicat,ꝙ verba angeli ad Mariã dicta per
ſpiritũ agnouerat.[Beata,inquit,quæ credidiſti.]
Sed & beati illi qui audiũt:& credunt.Conſidera
itaque quàm magnæ virtutis eſt beatæ Marie vir
ginis ſalutatio:quæ cõfert gaudiũ,confert & ſpiri
tum ſanctũ,cõfert reuelationẽ ſecretorũ diuinorũ
cõfert & propheriæ actũ.Et ideo ſemper eſt ſalu
tãda,propter reſalutationis lucrũ inde ſperandũ.
Audita igitur rñſione Elizabeth,qua eã matrem
domini ſui appellando,ac beatã prædicãdo,& fidẽ
fortẽ laudando,prophetauit:amplius Maria tace-
re nõ potuit dona quæ perceperat,& quæ virgina
li pudore,& ex humanitate acceptũ oraculũ ſilen
tio texerat,iã cõgruo tẽpore patefecit.Vnde exul
tans prorupit in canticũ lætitiæ,quod à domino
edidit,dicens:[Magnificat anima mea dominum
&c.]totũ ibidẽ cõplens iucũditatis & lætitiæ cãti
cũ.Cõſueuerũt enim Hebræi in caſu magno cãti
ca cõponere,& dicere domino.qũ de9 mirabilia fe
cit circa ipſos.Et plus omnibus põt hæc virgo ma
gnificare dominũ.Beata ſiquidẽ virgo,tãtum my
ſteriũ ſibi eſſe manifeſtatũ:& quãta per hoc eſſet,
more humilium,nõ ſtatim reuelauit:ſed quouſq;
per Elizabeth reuelatur,abſcõdit:quã quia cogno
uit myſteriũ,per ſpiritũ ſanctũ cognouiſſe intelli
gẽs dñm illud reuelari velle tandẽ,& hoc ipſa re-
uelat,deumq; magnificat,id eſt,magnũ in operi-
bus eius laudat & prædicat:nõ magnũ facit:quia
in ſe grãdeſcere non põt,& nec detrimẽtum ,nec
augmẽtũ recipit.q.d.Maria,O Elizabeth,tu me
magnificas de bonis quæ vides in me:ſed anima
mea dño & creatori,videlicet deo patri , ex quo
ſunt omnia,attribuẽs ipſum in hoc cantico Magni
ficat,& eius magnificentiã prędicat,nõ tãtum lin
gua laudat.[Et exultauit ſpiritus meus:in deo ſa
lutari meo.]& ſaluatore meo,ſcilicet in filio,per
quẽ ſunt omnia,per quẽ ſalus mundo reparatur.
In hoc aũt ſalutari,virgo bene habet cãm exulta-
tionis,pluſquàm oẽs creaturę:quia parentes in fi-
lijs ſolẽt exultare.Et licet ipſe ſit ſalutare omniũ
hominũ,ſingulariter tamen fuit ſalutare virginis
præ cunctis hominibus,propter ſingulares virgi-
nis prærogatiuas.Spiritus ipſe eſt anima:interdũ
tamen accipitur pro animæ rationabilitate & ex
cellentia.Anima namq; viuimus:ſpiritu diſcerni-
mus & intelligimus.Vnde compræhendit omnes
vires ſub anima & ſpiritu.Sub anima compræhẽ-
duntur vires inferiores,in comparatione ad cor-
pus.Spiritus verò importat eandem ſubſtantiam
animæ ſecundũ vires ſuperiores : quibus rapitur
ſupra ſe dulcedine contemplationis . Maria ergo
anima & ſpiritu deo deuota,de omnibus benefi-
cijs circa eã deintus exhibitis,omnes vires ſuas,in
gratiarũ actiõe,& laude dei impendis.q.d.ſecun-
dum Am-

D

Elizabeth ſecreta cognouit per ſpiritum prophetię

E

Canticicõponẽdi & canendi mos.

Myſteriũ cur non citò reuelauit Maria.

F

Mariæ ſalutare,de9 eſt peculiariter.

Spũs eſt anima.

G

De exultatione ſpūs Mariæ.

dū Ambro.Tāto munere me deus ſublimauit,vt nullo linguę officio explicare poſſum:ſed totū animi interioris affectum,in agēdis gratiarum laudibus offero,totum quod viuo,quod ſentio,quod diſcerno in eius magnitudine cōtēplanda,in eius pręceptis obſeruādis impendo.Magnificat autē & ille dominū,in cuius bonitate magnificatur & laudatur dominus.Sic enim in diſcipulis magiſtri,ſic in operibus ſuis artifices ſinguli laudantur & magnificātur.Magnificatur ergo deus in nobis,dum aīa noſtra quę ad imaginē dei facta eſt,per iuſtitiā Chriſto ſe cōformat,qui eſt imago patris:dū imago dei,quæ eſt in ipſa,magnificatur,id eſt,virtutū magnitudine,magna efficitur:dum ſecundū præcepta diuina viuimus:dū bonis operibus lucemus. Et ideo ait Apoſtolus:Magnificate & portate deū in corpore veſtro.Vnde nota ꝙ deus magnificatur tripliciter in beneficijs ſuis.Primò,ipſa beneficia deo attribuēdo.Secundò,pro ipſis deo gratias agēdo.Tertiò,in ipſis nos exercēdo.Notādum etiā ꝙ beata virgo in iſto cātico dilatauit ſe in dei laude, & gratiarū actiōe.Nuſquā aūt alibi legitur fuiſſe locuta,niſi valde parū,& pauca verba.In vniuerſo enim tātum ſeptē vicibus legimus eā locutā:vt ex hoc oſtēderet ſe gratia ſeptiformi plenā.Videlicet cum angelo bis.Primò:Quomodo fiet iſtud?Secūdò:Ecce ancilla domini.Cum Elizabeth bis.Primù cùm ſalutauit Elizabeth.Secūdò,cùm ait:Magnificat anima mea dominum.Cum filio bis.Primò,in tēplo:Fili,quid feciſti nobis ſic?Secundò, in nuptijs:Vinum nō habēt.Et ſemel cum miniſtris, ibidē:Quodcunque dixerit vobis,facite.In omnibus his patet ꝙ nūquā locuta eſt,niſi breuiter paucis verbis:excepto ꝙ in cātico ſe dilatauit,vbi cū deo locuta eſt.Et notādū ꝙ hæc ſeptē verba locuta eſt in quatuor tēporū vicibus,& nō ſine euidenti vtilitate qualibet vice.Quater igitur eſt locuta, & quatuor miracula ſunt ſecuta:ſcilicet,In angeli annūtiatione:& tunc cōcepit deū.In Elizabeth viſitatione:& tunc exultauit infans in vtero.In nuptijs:& tūc cōuertit aquā in vinū.In tēplo:& tunc erat ſubditus illis.Notādum etiā ꝙ inter prędictas locutiōes,cū quatuor perſonis locuta eſt beata virgo:ſcilicet cū angelo,cum Elizabeth vetula & cognata ſua,cū filio,& cum miniſtris.In quo oſtenditur pulchrū documētū,ꝙ puella iuuenis,& præcipuè monialis, rariſsimè debet loqui:niſi vel cū angelo,id eſt,cū angelico ſacerdote:qa angelus domini exercituū eſt ſacerdos:& hoc in cōfeſsione: vel cū ſctā Elizabeth,id eſt cū vetula vel alia matura & ſancta muliere:& hoc in rara conſolatione:vel cū filio dei:& hoc in oratione vel lectiōe:vel cum miniſtris honeſtis:& hoc in neceſſariorū poſtulatione.Conſidera ergo,quomodo lætantur matres ambæ:laudāt deum de vtraq; conceptiōe,& in gratiarū actione cōſiſtentes,agūt dies lætitiæ.O qualis domus,vbi pariter cōmorantur,& requieſcunt tales matres,ſcilicet Maria & Elizabeth,talibus filijs,ſcilicet Ieſu & Ioanne fœcundatæ.O ſi cū domina tua in mōtana poſſes conſcēdere:ſi ſterilis & virginis matris,ſuauē contueri cōplexum,& ſalutationis officiū:puto ꝙ cāticum illud ſacrū Magnificat anima mea dominū , cū beatiſsima virgine, ſuaui cū modulatione cōcineres:mirumq; conceptum virgineū,vnā cū propheta paruulo exultans & iubilās,adorares.Vnde Anſel.ad ſororē ſuā:Iā cū dulciſsima domina tua in montana conſcende: ſterilis & virginis intuere cōplexum,& ſalutationis officiū:in quo ſeruulus dominum,præco iudicē,vox verbū,inter anilia viſcera concluſus,in virginis vtero clauſum agnouit,& indicibili gaudio prophetauit.Beati vētres,in quibus totius mundi ſalus exoritur:pulſisq; triſtitiæ tenebris,ſempiterna lætitia prophetatur.Accurre quæſo accurre,tātis gaudijs admiſcere,proſternere ad pedes vtriuſque,& in vnius vētre ſpōſum tuū amplectere,amicum verò eius,in alterius vtero venerare. hæc Anſel.Attende hîc,& imitare humilitatis exēplū,ꝙ enim Maria ad Elizabeth,Chriſtus ad Ioannē,domina ad ancillā,dominus ad ſeruum venire,& Maria Elizabeth ſeruire non dedignatur : quid aliud quàm humilitatis exēplum oſtēditur?De qua etiā ſpecialiter,in cantico ſuo prædicto,Maria gloriatur:& plena omniū virtutū,ſolā humilitate recognoſcit,dicēs:[Quia reſpexit humilitatē ancillæ ſuæ.]Ergo & tu de te humilia,cum Maria ſentias: & quicquid boni habes,deo nō tibi,cū ea attribuas [Et ſtetit Maria,quaſi menſibus tribus cum Elizabeth,]pro cuius cōſolatione & obſequio venerat, miniſtrās & ſeruiens ei humiliter,reuerēter,& deuotè,in omnibus quibus poterat,quaſi oblita ſe matre dei eſſe,& totius mundi reginā:vt in omnibus impleret humilitatis menſura.In ea igitur contēplatio,nō deſeruit actionē:nec actio diminuit contemplationem.Vnde & euangelium ſcriptum de miniſterio Marthę,& contēplatione Mariæ,legitur in ipſius beatæ virginis aſſumptione : quæ & actiua fuit,vt patet in hoc loco,& contemplatiua: quia conſeruabat omnia verba hæc,conferens in corde ſuo.Tādiu quippè manſit Maria cum Elizabeth,donec partus tempore completo præcurſoris domini ſui,propter quā venerat,natiuitatē videret:vt ei & matri obſecūdaret:& vt in via & publico nō videretur frequētius:& vt tanto tempore Elizabeth & Ioānes creſceret in gratijs profectus. Nam ſi in primo aduentu Mariæ,ſed & etiā ipſius domini,ſpiritu ſancto ſunt repleti:multum eſt illis ſuperadditum de gratijs,in tāta mora manſionis.Cōpleto igitur pariendi tempore[peperit Elizabet filiū]ſcilicet octauo kalendas Iulij,& feria ſexta:cui nato,ac etiā matri eius,humilia obſequia beata virgo exhibuit:& in domo etiam aliena,miniſtrare potius quàm miniſtrari voluit.[Et audierunt vicini]qui erāt cohabitātes [& cognati] qui erāt conſanguinei vel affines Elizabeth[quia magnificauit]& magnificè fecit[dominus miſericordiā ſuā cum illa,]id eſt,magnā miſericordiā ei fecit:ſcilicet opprobrium ſterilitatis auferēdo:& tātū & talē filiū,ſic nūtiatū mirabiliter & cōceptū, ſupernaturaliter ei dādo:& cōgratulabantur ei ſuper tanto dono: ſecundum quod angelus Zachariæ dixerat:Multi in natiuitate eius gaudebunt. Hoc autem gaudium,ſanctitatem in eo futuram, ſignificabat.Sic quilibet debet cōgratulari de bono alterius

1.Cor.6.

Magnificatur deus in beneficijs ſuis tripliciter.

H

Locutam eſſe Mariā ſepties legimus.

Lucæ 1.

ibidem.

Ibidem.

Lucæ 2.

Ioan.2.

Miracula quatuor ſecuta Mariæ loquelas.

I

Significatio quatuor pſonarū cū quibus Maria locuta eſt.

K

De Mariæ viſitatione.

Humilitatis exēplū.

L

Euāgelium de Martha & Magdalena cur legitur de Maria.

Cur tādiu illic ſteterit.

M

Natiuitas Ioannis baptiſtæ.

Lucæ 1.



no alterius & gaudere:contra inuidos, qui de malo gratulātur,& de bono triſtātur. Et nota ꝙ hac die,ſanctus Ioannes euangeliſta , de carcere huius mundi migrauit,& ad cœleſte palatiū , lætātibus angelis,glorioſus intrauit.Et quia propter ingens officium, non potuit hodie eius feſtum celebrari: ſtatuit hoc eccleſia,in hebdomada natalis domini, die tertia ſolenniter fieri. Vel quia ea die fuit ipſi baſilica dedicata.Vel quia tūc infulatus eſt patriarcha eccleſiarum in Aſia.Et ſolennitas baptiſtæ in ſuo die remanſit.Nimirū:quia hic dies, ab angelo gaudio natiuitatis præcurſoris authenticatus fuit. Igitur dilectiſsimi,hos equinatos ſummos dei amicos,inter choros angelorū rutilātes, deuotis hodie laudibus honorātes,& orationes ad thronū gratiæ mittamus:vt miſericordiā cōſeqnamur, & gratiā in auxilio opportuno inueniamus.Sed cur natiuitatem Ioānis potius q̄ alicuius ſancti celebremus? Hæc cauſa eſt ſecundū Auguſt. quia illorum poſt natiuitatem & ætatis acceſſum, fides domino adhæſit:ſed nullius eorum natiuitas Chriſto militauit.Ioānis aūt dominū,ipſa natiuitas prophetauit: quē cōceptum ex vtero ſalutauit.Iccirco etiā Ioannis celebratur natiuitas : quia Ioannes Dei gratia datus, ſcilicet & natus eſt initio temporis gratiæ: quia etiā gratiā noui teſtamēti erat prædicaturus: qui etiam in vtero eſt mundatus. Die quoq; natiuitatis Ioānis,quidam lucernas multas accendūt : in quo ſignificatur eius eſſe diem,de quo dominus dixit:Ille erat lucerna ardens & lucens. Octauo aūt die à natiuitate præcurſoris[venerūt circuncidere puerum]ſecundū præceptū legis.Et quia in circūciſione tūc imponebatur nomen puero,ſicut modo imponitur in baptiſmo:ideo ſubditur [Et vocabāt eū nomine patris ſui Zachariam.] Mos enim erat antiquorum imponere nomina patrū primogenitis,& maximè vnigenitis. Congruè autē imponebatur nomen in circūciſione:quia nullus,niſi abijciat carnalia , quod ſignificat circunciſio , dignus eſt vt nomē eius ſcribatur in libro vitę.[Et reſpondens mater eius,dixit: Nequaquā] ſcilicet vocabitur Zacharias:[ſed vocabitur Ioannes.] Hoc ſibi à Deo reuelatū fuit:quia à patre muto nō didicit.Pater etiam nutu & ſigno, de nomine imponēdo interrogatus.Per quod videtur ꝙ nō tātum erat mutus,ſed etiā ſurdus[poſtulauit]ſigno,nō verbo[pugillarem]id eſt tabulā tātam quantū poterat pugillus capere. Vnde ſecūdum vulgare Romanorum, pugilla eſt tabula ad ſcribendū.Dicitur etiam aliquando pugillaris calamus, & ſtilus,& graphium quo ſcribimus.[Et ſcripſit,ſic dicens:Ioānes eſt nomen eius.]Non dicit,erit:ſed eſt.q.d.Iā eſt impoſitum nomē à Deo & ab angelo:ego nō impono,ſed impoſitū indico.Et notandū ꝙ hoc nomen Ioānes fuit ei proprium.Primò,propter plenitudinē gratiæ quā habuit.Secūdò,propter tēpus gratię,quod inchoauit.Tertiò,propter excellentiā gratię, quā primus prædicauit:ſcilicet remiſsionem peccatorum,& gratiæ collationē.[Et mirati ſunt vniuerſi]ſuꝑ cōuenientia & cōcordātia inter patrem & matrem de nomine pueri, ſeu de impoſitione nominis huiuſmodi.Et tunc apertū eſt os Zacharię: & reſoluta eſt lingua eius:quia quam vinxerat,incredulitas,fides ſoluit.Per cōfeſsionem enim fidei in ſcripto,quā verbis facere nō poterat, meruit liberari:ſicut propter verbū dubitationis,demeruerat ligari.Quo facto,gratia noui teſtamēti reſerata,id eſt,manifeſtata oſtenditur eſſe.[Et loquebatur,benedicens Deū]pro beneficijs oſtēſis circa eū. Nec mirum ſi loquebatur: quia prior ſuus,ſcilicet Deus,dederat ei benedicite:& ideo benedixit deū: ſecundum illud:Benedicite ſacerdotes domini domino.[Et factus eſt timor magnus ſuꝑ oēs vicinos eorū.]timor ſcilicet admirationis,de his quę facta ſunt in ortu Ioānis: ſcilicet de partu ſenis & ſterilis:de impoſitione nominis ſingularis : de miraculoſa reſtitutione locutionis.Vel timor punitionis: quia vidētes virū religioſum ꝓpter hęſitationē ſic punitum,timebāt ſibi omnes,ſcientes ꝙ non eſſet tutum offendere Deū.[Et ſuꝑ omnia mōtana Iudeæ]circūcirca[diuulgabātur omnia verba hęc.] ſcilicet prędicta mirabilia.[Et poſuerunt oēs qui audierant in corde ſuo,]ſcilicet miracula quæ facta fuerant,conſiderantes,& euentū rei tacitè pręſtolantes[dicētes]ſcilicet intra ſe. [Quis] & qualis[putas puer iſte erit?]q.d. valde magnus & laudabilis erit.Nec mirū ꝙ ita quęrebāt de puero[etenim manꝰ dn̄i]id eſt poteſtas diuina,& virtus dei operatiua[erat cū illo]ſcilicet Ioāne, in mirabilibus circa eū factis:ex quibus rationabiliter cōcludebatur magnitudo pueri futura coram Deo.[Et Zacharias impletus eſt ſpiritu ſancto]& prophetizans,cāticū diuinæ laudis fecit dn̄o,dicēs.[Benedictus dn̄s deus Iſraël &c.]ꝑ totū. Magna eſt largitas diuinę pietatis,& muneris eius,ſi ꝓmpti & parati ad accipiēdū ſimus. Nā ecce loquela quæ ſola ablata eſt diffidēti,cū ſpiritu ꝓphetiæ eſt reſtituta credēti:& vbi abūdauit delictū , ſuperabūdauit & gratia:& ita frequēter amplius reddit dn̄s q̄ ſuſtulerit:qui etiā quos ſanauit in corpore,hos etiam in anima ſanauit.Vn̄ Ambro.Vide q̄ bonus Deus,& facilis indulgere peccatis: nō ſolū ablata reſtituit, ſed etiā inſperata cōcedit.Ille dudū mutus prophetat.Hęc eīn gratia Dei,maxima,ꝙ eū qui negauerat,cōfitetur.Nemo ergo diffidat:nemo veterū cōſcius delictorū,pręmia diuina deſperet.Nouit deus mutare ſententiā:ſi tu noueris emēdare delictum. hæc Ambr. Maria verò tādē valefaciēs Elizabeth & Zacharię,ac bn̄dicens Ioāni, redijt ad domū habitationis ſuę,in Nazareth: cōpleto tamē prius ortu pręcurſoris:prout opinio magis cōmunis tenet. Per hoc autem ꝙ peracto obſequio,poſt partū cognatæ ſuæ redijt in domū ſuam, oſtendit ꝙ inhoneſtum ſit morari ſine officio in domo aliena.Libet nunc intueri quātas tūc Zacharias, quantas & Elizabeth lachrymas fuderūt,quādo virgo Maria inde receſsit,quando mūdi gaudiū & ſtella maris, in domū ſuā reuerſa eſt.Ioānes quoq; in eius diſceſſu,nō parū doluit:qui in illius aduētu,tanto gaudio exultauit.In reuerſione aūt Mariæ, paupertatem eius ad memoriā reuocare ſtude. Redijt ad domū, in qua nec panē , nec vinū, nec alia neceſſaria erat inuentura. Stetit quaſi tribus menſibus apud illos fortè opulēter: nūc aūt redijt ad paupertatē ſuam: vt proprijs

A

Ioannes euāgeliſta die natiuitatis Ioannis baptiſtæ migrauit.

Feſtum Ioānis euāgeliſtæ cur in natali dominico celebretur.

Natiuitatem Ioannis bapti. cur celebramus potius q̄ aliorum.

B

Ioan.5.

Circunciſio Ioan. baptiſt.

Impoſitio nominis ſancti Ioānis.

C

Pugilla quid eſt.

D

Timor vnde in nati. Ioā.bapti.

Loquela cū prophetia reſtituta quid ſignificet.

Deus plus dat &c.

F

Marię reuerſio quid moraliter indicet.

vt proprijs manibus laborando, victum procuret. G Cōpatere ergo ſibi,& in amorem paupertatis accendere.[Puer autem] Ioānes[creſcebat] quātum ad augmētum corporis[& confortabatur ſpiritu] quantum ad augmētum gratiæ & virtutis:quia ſecundum crementū corporis, creſcebat ꝑ augmētū virtutis.Caro eñ eſt infirma : & ideo ſpiritu ꝓmpto eſt cōfortāda.[Et erat]quātum ad ꝑfectionem cōuerſationis[in deſertis] locis orationi & cōtemplationi aptis.Ibi eñ habitauit à ſeptimo anno ętatis ſuę[vſq; in diē oſtēſionis ſuę ad Iſraël] id eſt, donec placuit deo ipſum Iſraëlitico populo demōſtrare:ſcilicet qñ venit trās Iordanē,pręedicans baptiſmum pœnitentię.Quod factū eſt anno quintodecimo imperij Tiberij Cęſaris.Tunc eñ exijt de deſertis,ad pręedicādū populis.Cōſidera in pręmiſsis magnificētiā Ioannis,& in multis alijs quæ de eo reperiuntur priuilegijs. ORATIO.

H SAncte Ioannes baptiſta:tu prius plenus Deo, quàm notus ex vtero:prius noſcens Deum,q̄ notus in mundo:ad te domine, quē gratia fecit tam amicum Dei,fugio anxius , quem iniquitas fecit tā reum Dei.Memento ergò dñe, vt ſicut gratia Dei te ſic ſublimauit: ſic miſericordia tua erigat,quē culpa ſua ſic humiliauit.Me enim iniquitas mea talem fecit,te autē talem: non tu , ſed gratia Dei tecum.Obtine quæſo mihi miſero, vt ſicut in primo aduētu noſtri ſaluatoris magno gaudio exultaſti:ſic & ego in ſecūdo aduētu eius merear gaudere,et cū ſanctis ī gloria exultare. Amē.

## De Genealogia Saluatoris. Caput VII.

DEſcriptio igitur ortu pręcurſoris,cōſequenter ſequitur genealogia ſaluatoris:quia hęc eius ortum pręcedit:de qua Matthæus ſic dicit:[Liber generationis]ſcilicet temporalis[Ieſu Chriſti]id eſt ſaluatoris vncti[ filij Dauid, filij Abrahā.]hic ſcilicet eſt qui ſequitur.Matthęi liber,dictus eſt liber generationis : quia ſcripſit. Hebraicè.Cōſuetudo aūt Hebræorum, eſt libros ab eorum principijs,ſeu ab eo de quo tractatur in I principio,denominare. Et ideo à Chriſti genealogia,euāgelium ſuū denominat,ſeu intitulat: quia ab ea,ipſum incipit,& inchoat.Præpoſuit aūt in prologo iſtos duos,ſcilicet Dauid & Abrahā, potius q̄ alios.Et horū duorum filius ſpecialiter dicitur Chriſtus:quia vnus inter patriarchas,alter inter reges,fuit principalis.Et his duobus, ſolum in veteri teſtamēto, facta eſt expreſſa promiſsio, de Chriſto ex eis naſcituro:& vt dignitas ſacerdotalis ex Abrahā,& regalis ex Dauid, originali iure oſtenderetur in Chriſto. Præpoſuit verò Dauid Abrahę,cùm ecōuerſo eſſet quātū ad tēpus:quia dignitas regni,maior eſt q̄ prioritas tēporis:& quia Dauid ꝓfundus fuit peccator:ideo vt ex ſola miſericordia Chriſtus natus oſtendať, peccator iuſto pręponitur:& quia euidētius,& ſępius,& firmius ꝓmiſsio facta eſt Dauid. Et ne ordo genealogiæ turbaretur:quia finis clauſulę vnius, eſt principiū alterius.Vñ incipiēs genealogiā,ſubiūgit:Abrahā, genuit Iſaac &c.vſq; ad Ioſeph deſcendēdo.Quæ generationes narrātur,propter illā qua Maria genuit Ieſum,qui vocatur Chriſtus : de qua dicetur K inferius.Et ideo dicit [Liber generationis]ſingulariter:quia quāuis multę generationes ꝑ ordinē replicētur:vnius tñ,id eſt, Ieſu Chriſti , generatio quęritur:ꝓpter quā cęterę hîc inducūtur: qui dicitur Ieſus, quoad diuinā:& Chriſtus, quoad humanam naturā.Vñ nomē Ieſu,eſt nomē ꝓprium: ſed nomen Chriſti,eſt nomē cōmune:& nomen Ieſu, eſt nomē glorię:ſed nomē Chriſti,eſt nomen gratię.Cōſiderandū aūt,ꝙ Matthęus deſcendēdo texit generationem Chriſti:quia agit de humanitate qua Chriſt⁹ ad nos deſcēdit: & aſſumptionē infirmitatis noſtrę,à Deo oſtēdit.Vñ & ab Abrahā incipit,oſtendēs modū qualiter Deus venit in mūdum,carnē à patribus deſcendentē,aſſumēdo,& ꝓcedit vſq; ad Ioſeph virū Mariæ:de qua ſola virgine natus eſt Ieſus materialiter:quia de patre eſſentialiter.Ecōtratiò aūt Lucas deſcribit eā aſcendēdo:quia filios gratię,ꝑ Chriſtū ad regnū aſcendere oſtēdit:& reductionē humanæ naturę in Deū,deſcribit. Vñ & à baptiſmo,vbi filij gratiæ fiūt,incipit:& vſq; ad Adā ꝓcedit:quia ſpiritualis generatio,oēs qui volūt in Chriſto filij dei fieri, cōpræhēdit. L Vt aūt dicit Hilarius,gradū quē Matthæus in ordine regiæ ſucceſsiōis,ædiderat:Lucas in ſacerdotali origine,cōputat:quem dū vterq; dinumerat cognationem in dño,vtriuſq; tribus vterq; ſignificat:atq; ita ſuis quęq; partibus dñi noſtri Ieſu Chriſti:qui eſt æternus rex & ſacerdos:& in carnali ortu vtriuſq; generis gloriā probauerunt. hæc Hilarius.Vnde Aug.Solus autē tunc vngebatur rex & ſacerdos : & in his duabus ꝑſonis præſigurabatur vnus rex & ſacerdos:vtroq; munere vnus Chriſtus regēs & interpellās ꝓ nobis: faciēſq; nos menbra ſua:vt in illo & nos Chriſti eſſemus.Incipiens itaq; Matthæus ab Abrahā,& ꝑ Iudæ lineā veniēs ad Dauid primū regē in tribu Iuda,totā ſibi ſuccedentium genealogiā vſq; ad Ioſeph, ex ordine texit:vt ſaluatorē noſtrum ex ſemine Abrahæ, qui principalis fuit inter patriarchas : & de progenie M Dauid,qui principalis fuit inter reges:& de tribu Iuda, quæ inter tribus principalis fuit, ſecundum carnem deſcendiſſe oſtēdat. Nā & Abrahæ & Dauid,Chriſtus dñs fuerat promiſſus : & ꝙ de tribu Iuda originē duceret,fuerat prophetatum.Deſcribitur autem hîc generatio Chriſti,ꝑ tres quaterdenas generationū:quorum aliquæ fuerūt ante legē: & aliquæ tempore legis:& vltima,ſcilicet Chriſti generatio,tēpore gratiæ,quod incepit ab eius cōceptione.Et per hoc ſignificatur ꝙ aliqui iſtis tribus tēporibus,ſaluati ſunt,ꝑ fidem Chriſti. Item ſecundū Chryſoſtomum, cōpletis ter quatuordecim generationibus,mutatus eſt in Iudęis hominū ſtatus.Ab Abrahā enim vſq; ad Dauid, fuerūt ſub iudicibus.A Dauid vſq; ad trāſmigrationē,ſub regibus.A trāſmigratione vſq; ad Chriſtū,ſub pōtificibus.Oſtenditur ꝑ hoc,ꝙ ſicut cōpletis ter quatuordecim generationibus,mutatus eſt hominū ſtatus:ſic à Chriſto hominū ſtatus mutatus eſt:vt ipſe ſit iudex,rex,& pontifex.Itē ꝑ hoc ſignificatur ꝙ in Chriſto cōſummatur obedientia decalogi, & veritas

Matth.1.

Chriſtus cur prę cęteris,filius Dauid & Abrahæ dicitur.

Dauid ante Abraham.

Cur deſcēdēdo Matthæus ſcribat.

Tres quaterdenæ.

De ſtatu Iudæorum.



veritas euangelij in fide trinitatis: in qua dedit no A bis poteſtatē filios dei fieri:& ꝙ per iſtorū obſeruationem,Chriſtus,qui eſt ſol iuſtitiæ, oritur in nobis , per ſpiritualem illuminationem. Item tres quaterdenæ,faciūt quadraginta duas generatiōes: per quas peruenimus ad Chriſtū,qui promiſſus eſt nobis in præmiū.Sicut filij Iſraël,per quadragintaduas manſiones , venerunt ad terrā ſibi promiſſam.Per has tres quaterdenas notātur tria tēpora. Ante legē,ſub lege,& tēpus gratiæ.Prima quaterdena,eſt ab Abraham,vſq; ad Dauid incluſiuè.Secunda,à Dauid vſq; ad trāſmigrationē Babylonis. Tertia,à trāſmigratione Babylonis, vſq; ad Chriſtum.Prima continet patriarchas.Secunda,reges. Tertia,duces. In prima ponūtur primò nati,ante ingreſſum Aegypti:ibi,Iudas autē.Secūdò,nati in Aegypto:ibi,Phares autē.Tertiò, nati poſt egreſſum:ibi,Naaſon autē.Prima quaterdena ſignat generationē Chriſti per gratiā in anima pœnitente. Secūda in anima proficiēte. Tertia in anima per- B fecta.Generatio Chriſti ſpiritualis,in anima pœnitente oſtēditur,ſecundū tres gradus pœnitētiæ. Primus eñ in inchoatione. Secūdus,in progreſſu. Tertius,in cōſummatione. In inchoatione pœnitentiæ,implicantur tria:ſcilicet præcedētia, conſtituētia,& cōſeruantia pœnitentiā. Præcedentia ſunt duo : ſcilicet, fides bonitatis diuinæ , quæ per Abraham:ſpes veniæ,quę per Iſaac: Conſtituētia ſunt tria:cōtritio,in qua eſt lucta,deteſtādo peccatum prius amatū,quę per Iacob:cōfeſsio, quæ per Iudam:ſatisfactio,quæ per fratres eius.Cōſeruantia ſunt tria:timor offenſæ,quæ per Phares,qui dicitur diuiſio:amor gloriæ quę per Zaram,qui dicitur oriens:horror gehennæ,quæ per Eſrom, qui diciť ſagitta.Sequitur ſpiritualis generatio Chriſti in anima,in progreſſu pœnitentiæ,quę cōtinet quatuor generationes,ſecundū quatuor expedientia progreſſus,Primū eſt,electio boni à malo,quæ per Arā,qui dicitur electus. Secundū eſt voluntas perfecta,in bona exequendo,quæ per Aminadab, qui dicitur ſpōtaneus. Tertium eſt,prudētia diſcer- C nendi,iuuans à nociuo,quæ per Naaſon, qui dicitur ſerpentinus.Quartū eſt,ſenſus gaudij in complacendo , qui per Salomon, qui dicitur ſenſibilis. Subſequitur tertia generatio Chriſti in cōſummatione pœnitētiæ:ad quā concurrūt quatuor generationes,ſecundū quatuor expediētia.Primum eſt robur cōtra tentationes culpæ : quod ſignificatur per Booz,in quo robur. Secundum eſt ſeruitus ad operationes gratiæ,quę ſignificatur per Obed,qui dicitur ſeruiens.Tertiū eſt,conſtātia cōtra perſecutiones pœnæ:quod deſignat Ieſſe , id eſt, inſulæ Libani.Inſula enim quatitur vndis.Quartum eſt, fortitudo finalis perſeuerātię,qđ ſignificat Dauid, id eſt,manu fortis.Deinde incipit ſecunda quaterdena,in qua ſignificatur generatio Chriſti ſpiritualis,in anima praficiēte:& hoc ſecundū quatuor gradus:Quorū primus eſt,in voluntate bonorum. Secūdus,in declinatione malorū.Tertius,in opere mandatorū.Quartus,in impletione conſiliorum, Ad primū gradum pertinēt tria.Quietudo cordis ad hominē ipſum:quam deſignat Salomon, id eſt, pacificus.Latitudo charitatis ad proximū , quam deſignat Roboā,id eſt, latitudo populi. Subiectio D voluntatis ad deū,quā deſignat Abya:pater dominus,in quo amoris & timoris ſubiectio intelligitur.Ad ſecundū gradū qui eſt profectus in declinatione malorū,pertinēt ſimiliter tria. Vitatio ſcandali,quod ſignat Aza,id eſt,tollens. Vitatio praui iudicij,quod ſignat Ioſaphat , id eſt , iudicans. Vitatio contemptus proximi , quod ſignat Ioram,id eſt,excelſus.Per primum,ſignatur vitatio mali in effectu : per ſecundum,in cogitatu: per tertium, in affectu. Ad tertium gradum , qui eſt profectus in opere mandatorum pertinent quatuor generationes:quia obſeruanda ſunt mādata, in ſtatu aduerſitatis,& proſperitatis. Ad ſtatū aduerſitatis,pertinēt duo.Fortitudo,in aggrediendo difficilia,quā ſignat Ozias,id eſt,robuſtus domini vel fortitudo.Patiētia,in ſuſtinēdo aduerſa, quam ſignat Ioathā,id eſt,perfectus: quia patiētia opus perfectum habet.Ad ſtatū proſperitatis,pertinent duo.Cōtinentia,à delectādo in bono cōmutabili, quam ſignat Achaz,id eſt,cōtinens. Cōformatio, E in bono incōmutabili,quod ſignat Ezechias,id eſt, confortauit me dominus.Ad quartū gradum , qui eſt profectus in adimpletione conſiliorū, concurrunt quatuor.Primum eſt,obliuio terrenorū huius mundi,quā ſignat Manaſſes,id eſt,obliuio Secundum eſt,ſuſceptio iugi domini,quaſi ſpiritualis nutrimenti,quā ſignat Amon, id eſt, nutritus. Vnde ait alibi:Venite ad me omnes qui laboratis,& onerati eſtis,& ego reficiā vos.Tertium eſt , deuotio, reſpectu præſentis meriti:quā ſignat Ioſias,id eſt, incenſum domini.Quartum eſt, pręparatio reſpectu futuri pręmij,quā ſignat Iechonias,id eſt,pręparatio.Vltimò incipit tertia quaterdena:quæ ſignat generationem Chriſti per gratiam in anima perfecta ſecundū quatuor gradus. Primus attēditur quantū ad perfectionē religioſorum: ſecundus prelatorum:tertius,actiuorū: quartus, reſpondens cōmuniter omnibus,ſcilicet perſeuerantiū. [Poſt tranſmigrationem Babylonis]id eſt,poſt tranſitū à ſtatu imperfectionis,ſequitur perfectio religioſorū:ad quā pertinēt tria.Obedietia prompta, quā F ſignat Iechonias,id eſt præparatio. Paupertas voluntaria,quæ nihil aliud q̄ deū quærit, quā ſignat Salathiel,id eſt,petitio mea deus. Regularis diſciplina quā ſignat Zorobabel , id eſt, magiſter confuſionis quia diſciplinat cōfuſionē peccati.Ad perfectionē prelatorū pertinēt quatuor ſcilicet paterna ſolicitudo ad ſubditos , quod ſignat Abiud , id eſt,pater meus iſte.Doctrina excitās pigros, quod ſignat Eliachim,id eſt,reſuſcitās. Sciētiā imperitis cōſulens,quod ſignat Azor, id eſt,vidēs lumen. Sanctitas vitę,alios informās,quod ſignat Sadoch, id eſt iuſtus.Ad perfectionē actiuorū pertinēt quatuor,ſcilicet perfectio charitatis ad proximos,qđ ſignat Achim,id eſt,frater meus. Perfectio amoris ad deum, quod ſignat Eliud, id eſt, deus meus. Perfectio fiduciæ in deū in aduerſis , quod ſignat Eleazar,id eſt,deus meus adiutor.Perfectio humilitatis in proſperis , vt omnia reputētur dona dei, quod ſignat Matham,id eſt,donum.Ad perfectionem ve-

Quid per tres quaterdenas, ter quatuordecim generationes.

Gradus pœnitētię

Spūalis generatio Chriſti.

Generatio Chriſti in conſummatione pœnitentiæ.

Secunda quaterdena deſiguās, &c.

Matth.11.

Tertia quaterdena.

Religioſorum perfectio.

nem verò cõmunẽ perſeuerantiũ pertinent tria,
G
ſcilicet ſupplantatio vitiorũ:quod ſignat Iacob, id
Perſeuerã tium perfectio.
eſt,ſupplantator.Continuus profectusvirtutũ: quẽ
ſignat Ioſeph,id eſt,accreſcẽs. Cõſtantia fidei immobilis:quod ſignatur in hoc quod dicitur,vir Ma
rię,quæ interpretatur ſtella maris, quæ eſt polus
qui non mouetur. Hæc enim tria ſunt neceſſaria
perſeuerãtiæ.Per hos aũt prædictos omnes,figura
Progenitorũ Christi humilitas,deſignauit.
tur Chriſtus: quia ei conueniũt res interpretationum nominũ prædictorũ. Cõſidera hîc progenitores domini:quia de exiguis & peccatoribus,non
dedignatus eſt naſci, & noluit in progenitoribus
gloriari.Neq; enim in his:neq; (quod amplius eſt)
in virtutibus & operibus gloriari debemus. ne ho
rum mercedẽ in aliquo minuamus: vel etiã in toto perdamus.Vnde Chryſoſtomus Hîc refulget dignitas Chriſti,nõ quia magnos progenitores habeat ac potẽtes:ſed quia exiguos ac viles.Sublimiũ
enim illa maxima & admirabilis gloria eſt,humiliari ſpõte ſubmiſsius.Sicut enim admirabilis iudicatur:nõ quia mortuus tantũ eſt, verùm quia etiã
crucifixus eſt & ſepultus:ſic etiam in generatione
H
illius dici poteſt ꝙ nõ ſolũ quia ſuſcepit carnẽ, &
homo factus eſt,admiratione ſit dignus: ſed quia
etiam tales progenitores habere dignatus eſt,nihil
de noſtris vtilitatibus erubeſcẽs:per iſta proculdubio docẽs vt nos quoque nunquã de vitijs erubeſceſcamus parentũ:ſed vnũ illud quæramus, ſemper
Parentes clarũ non faciũt, ſed virtus.
nobilitari propriarũ honore virtutũ. Nõ eſt omnino,nõ eſt,nec de virtute,nec de vitio parentũ, aut
laudandus aliquis,aut culpandus:nemo inde verè,
aut obſcurus,aut clarus eſt.Imò,vt conſiderantius
aliquid dicamus, neſcio quomodo magis ille reſplendet,qui ex parẽtibus à virtute prorſus alienis
exiſtens, ipſe tamen fuerit de virtute mirabilis.
Nullus igitur in ſuperbiã,de gloria eleuetur parentum:ſed conſiderãs progenitores domini,omnem
euacuet & cõprimat mentis tumorem, & de ſolis
Lucæ 18.
virtutibus glorietur.Quinimò ne de iſtis quidem.
Sic enim etiã phariſæus publicano deterior effectus eſt.Noli igitur ipſe tuorũ corrumpere fructus
I
laborum:& noli ſudores tuos inuanum effundere:
noli curſum inanẽ dirigere: poſt mille circuitus,
mercedẽ laboris euacuãs.Nouit eñ dominus tuus,
& quidẽ multò te melius,tuarũ merita virtutũ:ne
igitur in ſuperbiã tumeſcamus: ſed dicamus noſmetipſos inutiles:vt in partẽ vtiliũ tranſeamus.Si
enim laudandũ te eſſe dixeris,reprobus efficieris,
etiã ſi fueras ante laudabilis.Si verò inutilẽ te fateris,factus es vtilis,etiã ſi ante reprobus fueris:propter quod neceſſaria nobis eſt præteritarũ obliuio
Obliuiõis virtutum cõmendatio.
virtutũ.Stabiliſsimũ enim ærariũ virtutũ,eſt obliuio virtutũ. Itaq; ſi eas in memoria quaſi venales
aſsiduè portemus, armamus hoſtẽ, irritamus inimicũ,& doloſum inuitamus ad furtũ. Si verò nemo alter hæc ſcierit,niſi quẽ nulla occulta poſſunt
latere,tutò in loco pretioſa cõſiſtent.Nequaquam
igitur huiuſmodi bona frequẽter euẽtiles, ne quis
fortè ea diripiat:quod etiã phariſæus paſſus eſt in
lingua illa circunferẽs,vnde ea & diabolus rapuit.
Caueamus igitur de nobiſmetipſis dicere aliquid
glorioſè:hoc enim nos & hominibus odibiles, &
deo abominabiles facit.Et idcirco quanto maiorã
K
fecerimus,tãto de nobis minora dicamus: hoc eñ
modo maximã,& apud deũ,& coram hominibus
gloriã cõſequimur.Nec ſolum gloriã apud deum,
ſed etiã mercedẽ retributionẽq; pleniſsimã.Quãdo enim aliqua ſancta fecerimus,habemus procul
dubio debitorẽ:quando verò nihil nos arbitramur
operatos amplius etiã de tali meremur affectu, q̃
propter opera ipſa quæ facimus.Itaq; virtutum omniũ merita,bonũ humilitatis exuperat:quę ſi nõ
Humilitatis laus.
aſsit,nec illę poterũt eſſe laudabiles.Itaque ſi bona
tua magna vis facere,noli illa putare magna:aliter
magna eſſe nõ poſſunt.Sic enim cẽturio ait: Non
ſum dignus vt intres ſub tectũ meũ, & propterea
Matth.
dignus effectus eſt:ſupraq; omnes tũc Iudęos mirabilis.Sic etiã Paulus ait:Nõ ſum dignus apoſto-
1.Cor.
lus vocari,& omniũ primus effectus eſt.Sic & Ioannes:Nõ ſum,inquit,idoneus,vt ſoluã corrigiã cal-
Marci. Ioan.
ciamẽti eius:& idcirco amicus factus eſt ſpõſi: &
manũ quã indignã dixit calciamẽtis,hãc Chriſtus
Lucæ.
ſupra caput attraxit ſuũ.Sic etiã Petrus ait:Exi à
me domine,quoniã ego peccator ſum:& propter-
L
ea factus eſt fundamentũ eccleſiæ. Nihil enim ita
eſt amicũ deo,vt ſi ſe aliquis minimũ ac humilem
reputet.Quę virtus,nõ aliunde magis,aut oritur,
aut nutritur,q̃ ſi nunq̃ animus à cõiunctiõe,& ſui
diſcuſsiõe diſcedat. Qui enim humiliatur corde,
atq; cõteritur,nõ efferetur in gloriã,nõ in inuidiæ
liuorẽ,nõ iracũdiæ furore vexabitur,nõ aliquã aliam ſuſcipiet paſsionẽ.Diſcite enim,inquit,à me
Matth.
quia mitis ſum & humilis corde:& inuenietis requiem animabus veſtris. Vt ergo hîc & ibi requie
multa perfruamur,humilitatẽ matrẽ bonorũ, noſtris penitus inſeramus animabus.Sic eñ & iſtius
vitæ pelagus,ſiue fluctus,tranſire poterimus:& ad
tranquilliſsimum illum enauigare portum. hæc
Chryſoſtomus.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte,ſpes & fiducia noſtra:
memor eſto quę pro redẽptione noſtra ſuſcepiſti.Memor eſto ꝙ creator omniũ, ſuſceptione noſtræ naturæ cõſcius fieri dignatus es
M
figmẽti noſtri.Veniſti dñe propter peccatores, vt
omnium peccata deleres. Quid tibi retribui,quid
pro hoc dignè poteſt agi.Te laudo,tibi totis viſceribus gratias ago,pro immẽſis beneficijs tuis,quibus humano generi perdito ſubueniſti. Et precor
te pijſsime dñe,vt qui ſic pro nobis flexus es,vt homo fieri dignareris,nõ in nobis patiaris perire,qđ
decreuiſti miſeratus aſſumere: & fac me tibi gratam & debitam ſeruitutem exhibere.Amen.

De eo quòd Ioſeph voluit dimittere Mariam.Correſpondet euangelio: Cùm eſſet deſponſata Maria mater domini. Caput VIII.

Matth.

ET quia in præmiſſa Chriſti genealogia, Matthæus oſtendit veram eius
humanitatem. Conſequenter nunc
oſtendit eius diuinitatẽ, per modum
conceptionis eius mirabilem, dicẽs:
[Chriſti autem generatio ſic erat,]quaſi diceret:
Non credatur ꝙ deus ſit genitus,ex commixtione
maris & fœminæ,ſicut præcedẽtes,ſed potius modo mirabili,qui ſequitur, [Cùm enim eſſet deſponſata



ſata Maria Ioſeph:]& ipſa de Elizabeth ad domũ
A
ſuam in Nazareth rediſſet: tandẽ Ioſeph à Iudæa
Ioſeph dimittere voluit ſponſam.
in Galilæã veniens, & deſponſatã ſibi in domum
ſuam ducere volens,[ante quàm conuenirent]ſcilicet antequã nuptiarum ſolennia celebrarẽt:non ꝙ
poſtea conuenerint:ſed oſtendit proximum tempus
nuptiarũ ſolennijs.Et eſt tropus loquẽdi huic ſimilis,antequã pœniteret morte prę uentus eſt,non ꝙ
poſtea pœnituerit. Vel[antequã conuenirent] cõi
habitatione,id eſt, ante quã ſimul in vna domo habitarent:nondũ enim conuenerãt: nondũ ſimul habitabãt ille in ſua: & illa adhuc in ſua domo manebat:quia licitũ non erat apud Iudæos,ꝙ ſponſus &
ſponſa abſq; nuptiarũ celebratione, ſimul conuenirent,vel habitarent[inuẽta]& viſa eſt Maria à Ioſeph[in vtero habẽs]& grauida.Sed quid ſequitur
nõ inuenit,nec agnouit manifeſtè,ſcilicet hoc eſſe
de ſpiritu ſancti operatione. Perpẽdens hoc igitur
& ignorãs tanti ſecretũ myſterij, dolebat & turbabatur,ac[nolens eã traducere]in publicũ,id eſt,diuulgare & diffamare,ne ſcilicet tanq̃ adultera,lapi
B
daretur.Vel [nolẽs eam traducere] in domũ ſuam
Traducere quid ſit
ad cohabitationẽ aſsiduam: quia propter myſterij
virtutẽ,quã neſciebat,ſe indignũ ad eius conſortiũ
æſtimabat [voluit eam occultè dimittere] parẽtibus à quibus eã acceperat.Legerat enim: Egredie-
Eſaiæ 11.
tur virga de radice Ieſſe,vnde nouerat Mariam du-
Eſaiæ 7.
xiſſe originẽ.Et legerat etiã:Ecce virgo cõcipiet,
& hęc de ea credebat:prę ſertim quia poſt cõceptionẽ,facies eius ita reſplẽduit diuinitate, vt propter
coruſcationẽ,vix eam irreuerberatis oculis,& non
cũ timore,poſſet intueri.Ideoq; voluit ſe ante tantam gratiã humiliare,indignũ ſe reputans,tãtę vir-
De laude Marię per Ioſeph.
ginis cohabitatione. Vnde Hier.Hoc teſtimonium
Marię eſt,ꝙ Ioſeph ſciens illius caſtitatẽ, & admirans quod euenerat, celat ſilentio, cuius myſteriũ
neſciebat.Vnde & Chryſoſt.O inæſtimabilis laus
Mariæ:magis credebat Ioſeph caſtitati eius,quàm
vtero:& plus gratiæ quã naturæ. Conceptionẽ videbat,& fornicationẽ ſuſpicari nõ poterat.Poſsibi-
C
lius enim credebat virginẽ ſine viro poſſe concipere,quàm Mariã poſſe peccare.hæc Chryſo.Et nec
Maria pertranſiuit abſq; tribulatione: perpẽdebat
enim & videbat Ioſeph turbatũ:& de hoc, ipſa turbabatur non modicũ.Humiliter tamen tacebat,&
occultabat donũ dei,volens potius vilis & mala reputari,quàm ipſum donum propalare,& de ſe aliquid loqui,ꝙ ad iactantiã putaretur pertinere.Rogabat autem dñm,vt ipſe dignaretur remediũ apponere,& hãc ſibi & viro tribulationem auferre.
Vides quàm magna tribulatio & anxietas eis erat:
& quomodo dñs ſuos tribulationibus vexari & tẽtari,ad ipſorũ coronã,permittit. Sed tandem dñs
vtriq; prouidit. Ioſeph enim de dimiſsione Mariæ
cogitante & deliberãte:vbi habes argumentũ, diu
Deliberandũ in incertis.
deliberandum eſſe in certis & dubijs: ne peccetur
temeritate leuitatis:miſit dñs angelum ſuum,ſcilicet Gabrielem,ſecundum Auguſtinum.Et hoc fecit triplici ratione,ſecundum Chryſoſt.Primò,ne
iuſtus homo faceret rem iniuſtã, iuſto propoſito.
Secũdò propter honorem matris, ſcilicet ne dimiſſa notaretur turpi ſuſpitione.Tertiò,vt intelligens
Ioſeph cauſam conceptionis,reuerẽtius ſe haberet
D
cum virgine.Quartò ſecundũ gloſam, ne vlterius
premeret dubietas, quem commendabat æquitas.
[Cui]ſcilicet Ioſeph [apparuit angelus in ſomnis]
non manifeſta viſione: quia ipſe dubietate animi
premebatur, velut ſomno infidelitatis: & dixit ei
[Ioſeph fili Dauid.] Per quod ſecundum Chryſo.
reducit eum in memoriã promiſsionis,factæ Dauid de ipſo Chriſto.q.d.ſcd̃m glo. recognoſce promiſsionem factam Dauid:de cuius ſtirpe,tu es, &
Maria:& vide impletum in ea[noli timere accipere,] & domi retinere [Mariam in coniugẽ tuam]
non ad carnalem copulã,ſed ad cohabitationẽ cum
ea,& miniſtrationẽ deuotam, nec non affectu &
copulatione animorũ:quod eſt verè coniugũ. Exẽplo ergo Mariæ,liquet fideles coniugatos, ſeruato
Coniugiũ caſtorum.
pari conſenſu,in continentia poſſe permanere,cõiugiũq; poſſe vocari:non permixto corporis ſexu,
ſed cuſtodito mẽtis affectu.Vnde & Ioſeph vir Mariæ dicitur:quia verũ coniugiũ eſt,vbi amoris affectus ſeruatur,& etiã in Maria fructus nuptiarum
E
inuenitur.Quaſi diceret angelus:Ne ſuſpiceris ꝙ
hîc interuenerit humana conceptio.[Quod enim
in ea natum eſt] id eſt conceptũ [de ſpiritu ſancto
eſt]id eſt virtute ſpiritus ſancti, eſt factum. In ea
quippè naſci,eſt concipi:ſed de ea naſci,eſt in lucẽ
Natiuitas duplex.
proferri. Et ſecundũ hoc dicitur ꝙ duplex eſt natiuitas, ſcilicet in vtero, & ex vtero. Naſcimur eñ
in vtero,cùm concipimur,ſed ex vtero,cùm in lucem educimur. Hîc ergo ponitur explicita reuelatio,facta ipſi Ioſeph,ab angelo.Antea enim nouerat implicitè quoddã diuinũ eſſe in virginis conceptu,vt ſuprà dictũ eſt:explicitè tamen neſciuit factum,& conceptionis modum, ſeu myſterium:&
ideo hæc explicitè ſibi reuelantur per angelũ. [Pariet autem filium]quando ſcilicet erit natiuitas ex
vtero:quem ipſa ſicut ſtella lucem,ſicut virga florem,ſicut terra germen,paritura erat: [& vocabis
nomen eius Ieſum] id eſt ſaluatorem. [Ipſe enim
ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum]
F
quod non eſt modicũ,quia nulla ſeruitus miſerior,
quàm ſeruire peccatis: & hoc propter vtilitatem
ipſorum. Vbi oſtendit angelus,eum verum hominem in partu virginis:& verũ deum, in ſalute populi à peccatis:quia nullus poteſt ſaluare à peccatis,niſi ſolus deus. De hoc latius videre poteris ſuprà,de conceptione ſaluatoris.Ioſeph igitur,certificatus de conceptione & virginitate Marię[exurgens à ſomno]dubietatis, ad mandatum angeli,accipiens ſponſam in coniugem,id eſt,ad nomen cõiugis & vxoris,cum virgine virgo permãſit: & ei
Deo citò parendũ, & votum reddendũ eſt.
obſequioſè tanquam dominæ, miniſtrauit. Hinc
habemus argumentum,quòd quicquid à deo monemur,ſtatim facere debemus.Ergo ſi vouiſti deo
aliquid,ſtatim,ſi potes perſolue: ſi non potes, quã
citò facultatem habebis,ſtatim implere teneberis.
Vota etiam quæ ſine expreſsione certi temporis
ſunt facta,ſtatim ſunt adimplenda. Vnde Chryſoſtomus:Ioſeph per angelum de ſacramento myſterij cœleſtis inſtruitur: monitis angeli lætus obtemperat, gaudens diuina iuſſa proſequitur. Suſcipit ſanctam Nariam:& votis exultantibus gloriatur:

riatur:quia tantæ maieſtatis virginem matrē coniugem dici,ab angelo meretur audire.hæc Chryſ.

G

Moraliter

Per Ioſeph cogitantē dimittere Mariā:qui certificatus de myſterio per angelū,accepit eam vt dominam:ſignificatur homo dubitans in fide vel moribus:qui per prædicatorē,vel confeſſorē bonū, ſolidatur in iſtis:& ſubijcit ſe monitiōibus ipſius.

Ioſeph quomodo cognouit Mariam.

[Et non cognouit]id eſt,nō agnouit eam[donec peperit filiū ſuū primogenitū:] quia eo nato, dignitatē eius maximè agnouit. Vnde Chryſ. Verè non cognouit eam antè,cuius fuerat dignitatis: ſed poſtq̄ peperit,tunc cognouit eam: quia ſpecioſior & dignior facta fuerat, quàm totus mundus: quia quē totus mundus capere non poterat,in anguſto cubiculo vteri ſui ſola ſuſcepit. Vel non cognoſcebat eam opere cōiugali,propter ea quæ dixerat: donec pro ęterno ſumēdo,id eſt,nunquā:vt per parui temporis ſignificationē omne tēpus ſignificatū accipiatur.

Donec.

Eſt enim hæc dictio donec,quandoq; ſignificatiua determinati tpis,quo tranſacto fit aliquid,ſic dicitur:Iſte non comedit,donec eſſet hora ſexta: qua completa,comedit.

H

Quandoq; eſt affirmatiua omniū temporū: & accipitur pro ſemper: vt ibi:Sede à dextris meis,donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedū tuorum, id eſt, ſemper ſede à dextris meis. Quandoq; eſt abnegatiua omnium temporum,& accipitur pro nunquā: vt hic in propoſito.Si enim eam non cognouit ante partū:multo magis non cognouit eam poſt partum, viſis videlicet tot ſignis & miraculis in natiuitate:& poſt natiuitatē dñi,cognoſcens deum eſſe qui natus eſt.

Altera cognitio.

Aliqui exponunt hoc de cognitione faciei, dicens q̄ ex præſentia Chriſti in vtero virginis, tāta erat claritas in facie eius, quod Ioſeph facie ad faciem eam videre non poterat,quā ſpirituſſanctus, à conceptione penitus implenerat.Sicut dicitur de claritate faciei Moyſi,ex conſortio ſermonis dñi: quia non poterant intendere in eum filij Iſraël.Et ideo Ioſeph non cognoſcebat facie ad faciem,quam deſponſauerat,donec vterus euacuatus eſſet.

I

Remanet igitur,& ſtat gaudenter,cum ſua benedicta cōiuge:& vltra quā dici poſſit,eam caſtò diligit amore:& curam ipſius gerit fideliter: & domina cum eo moratur confidenter:& ſimul in ſua paupertate viuunt lætanter.Vnde tribulatione ceſſante,redijt magna conſolatio. Sic & nobis contingeret,ſi in tribulationibus patientiā haberemus.

Ieſus in vtero ſtans, nos docet patiētiam & humilitatem.

Stat etiā dñs Ieſus more aliorum,vſq;ad nouem menſes, in vtero recluſus:vt homines qui in miſerijs mundi, vel inferni,clauſi erant,ad conſortiū nouem ordinum angelorum reduceret Stat benignè,ac patienter ſuſtinet,& tempus debitum expectat.Compatere ſibi,quòd ad tantam humilitatis profunditatem deuenit.Multum debemus hanc virtutē affectare:nec deberemus ad elationem,vel noſtri reputationē vnquā intumeſcere:quādo tantū ſe voluit dominus maieſtatis inclinare. Et quia de hoc ſolo beneficio huius tam prolixæ recluſionis, nūquam ei dignè ſatisfacere poſſumus,ſaltem corde hoc cognoſcamus,& gratias eidem toto affectu agamus, q̄ nos ex alijs aſſumere dignatus eſt:vt vel hoc modicum rependamus eidem quod recluſi ſtemus ad ſuum ſeruitiū.Ipſius quippè beneficiū eſt hoc,non noſtrum meritū:& quidem beneficiū multum acceptabile,ac venerabile,& permaximū.

K

Non enim pœnam,ſed ad cautelam ſumus recluſi, & in arce religionis tutiſſima collocati:ad quam huius mundi nequiſſimi venenoſæ ſagittæ, vel tumultuoſi maris procellæ,niſi noſtra temeritate, nō poſſunt attingere.Conemur igitur toto poſſe,mente recluſa & abſtracta,ab omnibus caducis,eidem dño cordis puritate vacare:quia corporalis recluſio,nihil aut parū,ſine mētali,videtur prodeſſe.Vnde Aug. Quid prodeſt ſolitudo corpis ſi ſolitudo defuerit mētis?Et Gre.Quid prodeſt corpore cōuerſari in clauſtro& mēte vagari in ſeculo?Conemur etiā in omnibus ei gratias agere& ex corde eū bñdicere: nam hoc in virtutibus nobiliſſimū eſt,& corā deo ſplendidiſſimū:vt homo in coactione obedientiæ, in exilio,in paupertate,in contēptu,in infirmitate,in multiplici mētis & corporis tribulatione, velit,ſciat,& poſſit deū laudare,& ex corde benedicere,ac ei,cum gaudio gratias agere,deſideria ſurſum erigere,& eū operibus collaudare.

L

Vnde Ber. Felix qui paſſiōes corporis ſui propter iuſtitiā ordinat:vt quicquid patiatur,propter Dei filiū patiatur:quatenus & à corde tollatur murmuratio,& in ore verſetur gratiarū actio, & vox laudis.hæc Ber.Qui enim bñ attēderet,q̄ diligētibus deū,oīa cooperātur in bonū,ad magnā animi quietē perueniret:ſic q̄ in eo locū haberet, quod ſapiens ait: Non cōtriſtabit iuſtū, quicquid ei acciderit.Quia ſcdm Augu.quicquid acciderit iuſto,voluntati diuinæ deputandū eſt,nō poteſtati inimici.Et ſimiliter,ipſe dicere poſſet cū Iob:Sicut domino placuit; ita factum eſt: ſit nomen dñi benedictū. Igitur in tribulationibus ſeu flagellis & afflictionibus, non debes dubitare:quia deus non permittit eas ad ſuos venire,niſi pro ipſorum vtilitate. Aliquando quidem vt homo à ſeculo ſe auertens, oblectamenta temporalia reſpuat,& ad deum ſe cōuertens,æterna cōcupiſcat.

M

Vnde Augu. Non enim cōuertitur anima ad Deū, niſi cum ab hoc ſeculo auertitur: nec oportunius ab hoc ſeculo auertitur,niſi pernicioſis eius voluptatibus laboris & doloris aquæ miſceantur. Si enim ceſſaret dñs, & non miſceret amaritudines felicitatibus ſeculi, obliuiſceremur eum.hæc Aug.Et ideo ait Pſal.Multiplicatæ ſunt infirmitates eorū:poſtea accelerauerunt. Aliquando vt peccata ſua melius agnoſcat:& inde pœnitēs & ſe corrigens,purgatus & mundatus fiat. Vnde enim,vt ait Auguſt.quod lima ferro, quod fornax auro,quod flagellum grano,hoc tribulatio viro iuſto.Vnde fratres Ioſeph dicebant:Meritò hæc patimur:quia peccauimus in fratrem noſtrum. Aliquando,vt ſublato adiutore,melius imperfectionē ſuam videat,& ſeipſum cognoſcat. Vnde Pſalmiſta:Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum:ſed vt melius me mihi oſtenderes, auertiſti faciem tuam à me,& factus ſum conturbatus. Aliquando propter humilitatē conſeruandam, & virtutum cuſtodiam,ne de meritis ſuis præſumat, & in ſuperbiā ſe extollat.Vñ Apoſtol. Ne magnitudo reuelationū extollat me,datus eſt mihi ſtimulus car-

lus car-



lus carnis meę angelus Satanę,qui me colaphizet.

A

Hiere.2.

Aliquādo vt ſciat quā malū ſit dereliquiſſe deum: & ab eo eſſe derelictum.Vnde Hier.Scito & vide, quia malū & amarum eſt reliquiſſe te dñm deum tuū,& non eſſe timorē eius apud te. Aliquando vt Deus patientiā alicuius declaret,& per ſanctorum exēpla alios ad patientiā inſtruat.Vnde Iob,hęc ſit

Iob 6.

mihi cōſolatio,vt affligens me dolore non parcat, nec cōtradicā ſermonibus ſanctis.Aliquādo vt alij magis timeāt:& exēplum viuendi inde ſumāt.Vnde ſapiēs:Peſtilēte flagellato,ſtultus ſapiētior erit

Prouer.19

Aliquādo ad dei ſalutis laudē,& eius gloriā manifeſtandam,ſicut infirmitates cæci nati, & Lazari fuerunt,vt in eis opera dei manifeſtarētur, & ipſe deus glorificaretur in æternū.

Ioannis 9. & 11.

Aliquādo vt amoris Chriſti inſignia recogitet,& miſericordiā dei circa ſe recognoſcat.Vnde in Macha. Etenim multo tēpore nō ſinere peccatoribus pœnitentiā ex ſententia agere:ſed ſtatim vltiones adhibere:magni beneficij eſt indiciū.

2. Macha. 6.

B

Vnde ſcdm Hier. magna miſeria eſt ad pręſens, miſericordiā non cōſequi.Et ſcdm Auguſt.magna ira dei eſt quādo peccantē non corripit:ſed licentiā vagam in peccatū ruendi permittit. Aliquādo vt ſpem maiorē ad deum habeat, & fiduciam ampliorē inde accipiat.Vnde Aug.Cum timore debes eſſe,quādo tibi bene eſt. Nonne melius eſt tentari & probari, quàm nō tentatū reprobari?Vnde & Bern.Tūc magis iraſcitur deus,cùm non iraſcitur.Non enim cùm neſcio, ſed cùm ſentio te iratum,tūc maximè cōfido:propitiū etenim cùm iratus fueris,miſericordię recordaberis.Aliquando vt quā paratus ſit deus, ad ſuccurrendum homo,ſciat: ſi tamen ad eum toto corde recurrat.

Pſal.119.

Vnde Pſal. Ad dominū cū tribularer clamaui: & exaudiuit me.Aliquando,vt homo probetur,ſi deū amet,& ſi virtutes in ſe habeat.Vnde Greg.Pœna interrogat,ſi quietus quis deum veraciter amat.Et iterum:Nemo in pace vires ſuas cognoſcit:ſi enim bella deſunt, virtutum experimēta non proderūt.

C

Iacobi 1.

Aliquando,vt homo inde probatior fiat:& per patientiā coronā maiorem & meritum amplius accipiat:vt patet de Iob & martyribus. Vnde Iacobus, Beatus vir qui ſuffert tentationem:quoniam cùm probatus fuerit,accipiet coronam vitæ, quam repromiſit deus diligentibus ſe.Item ſecundū Chry. vt ſignum creditorum ſibi theſaurorum,id eſt donorum collatorum accipiat. Neq; enim ſuperueniret ei diabolus, niſi eum maiori honore affectum videret.Sicut inſurrexit aduerſus Adam:quia multa illum dignitate vidit conſpicuum,& contra ſanctum Iob:quia videbat illum adeo miris laudibus coronatum.

Tribulatio malorum.

Inſuper quidam flagellis & tribulationibus atteruntur, non ad peccati purgationem & veniam,ſed ad punitionem & vindictā,& ad æternæ damnationis inchoationē & augmētum:quod reproborum eſt proprium: ſicut antiochus & Herodes,ac quidam alij ſunt paſſi.Et multi adhuc hodie videntur pati:quibus congruit illud prophetæ:

Hiere. 17.

Duplici cōtritione contere eos.Talibus enim pręſentes moleſtiæ ſunt quoddam præambulū & initium pœnarū gehennę:quia afflictionum ſuarum miſeria oſtendunt,q̄ perpetua in gehenna paſſuri ſunt.

D

Circa ſuos verò dñs omnia miſericorditer ordinat,& ad vtilitatē eorū cuncta diſpēſat.Omnia ergo,vel iuſtè,vel miſericorditer facit,vel fieri permittit dñs:& ideo in omnibus ſemper eſt laudādus

De humilitate fidelium.

Vnde Aug. Vera fideliū humilitas,eſt in nullo ſuperbire,in nullo murmurare,nec ingratū eſſe, nec querulū:ſed in omnibꝰ dei iudicijs,gratias deo agere, deūq; laudare:cuius omnia opa, aut iuſta ſunt, aut benigna.hæc Aug.His itaq; cōſideratis,ſic cor tuum ſtabilire & ordinare ſtudeas:vt in contingentibus aduerſis,& quibuſcunq; diſplicentijs,humiliter,ac patienter, & lætanter te habeas: & in via ſpiritus ita te exerceas: vt eius repletus feruore, etiā hæc pro amore dñi Ieſu appetas: qui in ſe & in ſuis,hanc vitam excelſam tenuit & monſtrauit, & exemplum ambulandi per eam omnibus reliquit. Patitur enim & ſuſtinet vt electi & filij regni affligantur hīc in interiori homine & exteriori.Nam ſcdm Apoſtolum, qui extra diſciplinā ſunt:non filij,ſed adulteri ſunt.

Hebrę.12.

De flagellis domini

Et ſcdm Aug.qui exemptus eſt à paſſione flagellorū,ex emptus eſt à numero filiorum.Vnde & idem Augu.Nemo ſibi promittat,quod euangelium non promittit.Neceſſe eſt vt vſq; in finem ſic fiat,ſicut ſcripturæ dixerunt.

E

Nō nobis promittūt ſcripturæ noſtrę in hoc ſeculo,niſi tribulationes, preſſuras, anguſtias, augmenta dolorū,abundantiā tentationum. Ad iſta præcipuè nos paremus, ne imparati deficiamus. Sed aliquando peccatores in hac vita,aut non, aut minus flagellantur, quia iam deſperata eſt correctio eorum.At verò illis quibus paratur vita ſempiterna,neceſſe eſt vt hīc flagellentur:quia flagellat omnē filium quē recipit:id eſt quē recepturus eſt in hęreditatē ęternā.

Hebr.12.

Addit omnē,etiā vnicum: qui ſine omni peccato eſt. Qui ergo flagellat vnicū ſine peccato:relinquit adoptatū,qui eſt cū peccato?Vnicus ſine peccato,non tamē ſine flagello,exēplū nobis propoſuit in paſsionibus ſuis. Non ergo cōturbari debemus,cū aliquis ſanctus grauia & indigna perpetitur:ſi obliti nō ſumus quę pertulit iuſtus iuſtorum,ſanctusq; ſanctorū.Omnia enim terrena bona contēpſit,vt ea contēnenda monſtraret:

F

& omnia terrena mala ſuſtinuit, quæ ſuſtinenda præcipiebat:vt nec in illis quęreretur felicitas,nec in iſtis timeretur infelicitas.hęc Aug.Expedit igitur nobis tribulari hīc & affligi:& ideo non debemus in his frāgi vel impatiētes eſſe:ſed potius hæc affectare & diligere: quia ſæpe à malo nos retrahunt,& ad bonū inducunt. Cōtraria verò pro aduerſarijs habere debemus & fugere: quia cōtraria prædictis in nobis efficiunt.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte: qui es inexpugnabilis murus omnium in te ſperantium: eſto in tribulatione meum refugium:vide tribulationes & anguſtias meas, & mei miſerere, & per omnes miſeratiōes tuas mihi ſuccurre. Vide infirmitatem meam,& paterna miſeratione me protege:vt tua ſuffultus prouidentia, nunquā tua deſtituar conſolatione & miſericordia.Memento domine creaturæ tuæ,& inſidiātes mihi hoſtes à me repelle, vt tua miſericordia munitus bonitatis tuę dulcedinem in me cognoſcam: & dignam pœni-

c 3 tentiam

tentiam pro peccatis meis exoluam. Amen.

G

## De natiuitate Saluatoris. Et correſpõdet euãgelio: Exijt edictũ à Cęſare Auguſto. Caput IX.

*Lucæ 2.* IN diebus illis, ſcilicet Maria adhuc prægnante [Exijt edictum à Ceſare Auguſto vt deſcriberetur] id eſt, in ſcripto redigeretur [vniuerſus orbis] ſcilicet quilibet in ciuitate ſua, ſub cenſu videlicet pro ſoluẽdo, vt ait Greg. Naſcituro dño, orbis deſcribitur: quia ille veniebat in carne, qui electos ſuos aſcriberet in æternitate. Vtinã dñe Ieſu, de electis tuis me miſerũ facias: vt me in ęternitate aſcribas. Huic regi noſtro, debemus cẽſum fidei & iuſtitiæ profiteri, corde, ore, & opere. Huic debemus denariũ, id eſt, animã lumine vultus eius inſignitã: vel decalogũ legis, in quo vultũ regis noſtri, id eſt, voluntatẽ eius, inuenimus. Sicut enim nullus à denario excipiebatur: ſic nullus ab obſeruãtia mandatorũ excipitur. Vbi notandũ ꝙ primus imperator Romanorũ, fuit Iulius Cæſar: *Cæſar vnde dictus.* qui ſcdm Iſidorũ, ideo Cæſar appellatus eſt, quia *H* cęſo mortuę matris vtero eductus, prolatusq́; fuit. Vel quia Cęſariẽ natus eſt. Vel quia fortiter hoſtes cædebat. Vnde ab eo, imperatores cæteri, ſunt Cæſares appellati. Iulio mortuo, ſucceſsit ei Octauianus Auguſtus nepos Iulij, imperator ſcds: qui ideo *Auguſtus vnde dict'* appellatus Auguſtus: quia maximẽ rẽpublicã & Romanũ auxit imperiũ. Vnde ab eo imperatores cæteri, dicti ſunt Auguſti. Hic retento cognomine prædeceſſoris, ſcilicet Cæſare, vna cũ cognomine ſuo, ſcilicet Auguſto, vocatus eſt Cæſar Auguſtus. *Sextilis.* A quo mẽſis, qui prius vocabatur ſextilis, dictus eſt Auguſtus. Vel quia in eo natus eſt. Vel quia tũc de victoria redijt. A tpe iſtius, primò poteſtas cœpit *Monarchia.* imperij: quæ Græcè dicitur monarchia: & regnauit annis quinquaginta ſeptẽ & ſemis. Hic duodecim annis, circa tẽpus natiuitatis Chriſti in pace *Pax ſub Auguſto.* regnauit. Et tali tpe Chriſtus cui pax iſta famulabatur, naſci voluit: quia pacẽ magnopere quęſiuit: *I* & pacis charitatiſq́; amatores, & etiam ſectatores ſemper inuiſere dignatus eſt. Quia enim naſciturus erat rex pacificus, & princeps pacis, cõgruum fuit, vt ipſe ante ortũ ſuũ, pacẽ, quaſi prænuntiam præmitteret. Quam etiã pacem, ipſe poſtea viuẽs, in mũdo docuit: & exiens de mũdo diſcipulis reliquit. Ex quo etiã moraliter datur intelligi, ꝙ verbum ęternũ non naſcitur, niſi in corde pacato. *Pſal. 75.* Vnde Pſal. In pace factus eſt locus eius. Paccatis ergo omnibus regionibus per orbẽ vniuerſum: cũ quietum ſilentiũ vniuerſalis pacis, ſub Cęſaris Auguſti imperio perturbata prius ſecula ſeruaſſet memoratus Auguſtus, rempublicã legibus pacificis adæquare, & nutrire deſiderans, protulit edictũ vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Volens enim ſcire numerum regionũ in orbe, quæ ditioni ſuberãt Romanæ: numerũ etiam ciuitatũ in qualibet regione: numerũ quoq́; capitũ, ſcilicet perſonarũ in qualibet ciuitate: vt ſciret quæ & quanta deberent iure tributa dare: & ſic tributis indebitis non grauarẽtur: & ſciretur per quem modum ſingulæ terræ, ſub Romano imperio melius regerentur: præceperat vt de ſuburbanis oppidis, ac vicis & pagis, vbicunq; habitarent, ad ſuam homines ciuitatẽ confluerent, *K* vbi territoriũ habebant vel originẽ traxerant: & quiſq; denariũ, ſcilicet nũmum argenteum, pretij decẽ nummorũ vſualium: vnde & denarius dicebatur, præſidi prouinciæ tradens, ſe ſubitũ Romano *Denarius vnde dicitur.* imperio recognoſceret, & ad ſoluendũ tributa ſe obligaret. Nam & nummus præferebat Cæſaris imaginẽ, & nominis eius ſubſcriptionẽ. Dicebatur autẽ profeſsio: *Profeſsio.* quia quilibet quãdo reddebat præſidi denariũ, ponebat illum ſuper caput ſuũ, & proprio ore fatebatur ſe Romano imperio eſſe ſubiectum. Dicebatur etiã deſcriptio: *Deſcriptio.* quia numerus eorum, qui cenſi capite, id eſt, cenſi vel recenſiti per ſingula capita, & numerati ferebãtur, recto determinabantur numero, & in ſcriptis redigebantur. Et ſic tripliciter profitebantur: ſcilicet facto, quia cenſum capitis imperatori ſoluebãt: verbo, quia ſe eſſe ſubiectos Romano imperio ore fatebantur: & ſcripto, quia eorũ nomina ſcribebantur. [Hæc deſcriptio prima facta eſt à Cirino præſide Syriæ] *L* qui miſſus fuerat à Cæſare Auguſto in Syriã tanquã præſes & iudex, ad ipſam regendam. Iudæa quippe nõ habuit præſidẽ propriũ: ſed ipſa continebatur ſub Syria: cuius pars eſt Iudęa. *Syria. Iudęa. Prima ſcriptio.* Prima autẽ poteſt dici quantũ ad Cirinũ: quia enim Syria eſt prouincia in cuius medio eſt Iudęa, quaſi vmbilicus terræ habitabilis, dicitur præuiſum eſſe, vt in ea ipſe inchoaret: & deinde per circunſtãtes regiones alij præſides proſequerentur. Vel prima vniuerſalis, in qua vniuerſus orbis deſcribitur: quia aliæ particulares pręceſsiſſe intelliguntur. Vel prima capitũ in ciuitate, fiebat à præſide. Scda, ciuitatũ, in regione à legato Cæſaris. Tertia, regionũ in orbe coram Cæſare. Hîc primũ Iudęa facta eſt Romanis tributaria, ſeu ſtipẽdiaria. Hęc deſcriptio, quotãnis, id eſt, ſingulis annis, poſtea facta videtur: quia in euãgelio legitur: *Matth.* Magiſter veſter nõ ſoluit hoc anno tributũ. [Et ibant oẽs vt profiterẽtur ſinguli in ſuam ciuitatẽ] vnde duxerant originẽ. Appropinquante aũt termino nouẽ menſium, [aſcendit] *M* ſcdm loci ſitum [& Ioſeph à Nazareth Galilææ] vbi manebat [cum Maria deſpõſata ſibi vxore prægnante, in Bethlehẽ Iudæ, ciuitate Dauid] quia ibi natus: & in regẽ vnctus fuit de cuius domo, id eſt, progenie & familia erat Ioſeph & etiã Maria: vbi habitabat eorum genus & familia: vt & ipſi ſicut cæteri eandem facerent profeſsionẽ. Vbi vide, dominum propter te, etiã capite cenſũ aſcribi in terris: *Cenſu capite dominus.* vt & nomen tuum aſcribatur in cœlis. In quo dedit exemplum humilitatis perfectæ: à qua ſaluator incepit à natiuitate, & eam continuauit vſque ad mortem: in qua humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad crucem. Vnde Beda: Cuius non prætereunter tanta tamq; benigna eſt humilitas intuenda: quia non ſolum incarnari pro nobis, ſed & eo tempore dignatus ſit incarnari: quo mox natus cenſu Cæſaris aſcriberetur: atque ob noſtri liberationem, ipſe ſeruitio ſubderetur. Conſidera etiam quòd licèt beata virgo Maria iam concepiſſet regem cœli & terræ: ipſa tamen vna cum ſponſo ſuo Ioſeph, imperiali edicto voluit obedire: vt poſſet



*Matt. 3.* *A* vt poſſet cum filio dicere: Sic decet nos implere omnem iuſtitiã: ac per hoc daret nobis exẽplũ obtemperãdi omni poteſtati ſuperiori. Laborat ergo iterũ domina, hoc longo itinere. Nam à Nazareth vſq; in Hieruſalẽ ſunt trigintaquinq; milliaria: & deinde in decliuio montis Hieruſalẽ, verſus Meridiẽ, eſt Bethlehẽ ſita, quæ & Effrata eſt dicta: *Maria grauida, non eſt grauata.* diſtãs à Hieruſalẽ per quinq; milliaria, vel circa. Ex hoc loco colligitur quòd beata virgo, licet grauida eſſet, & iam vicina partui, nõ tamẽ ex hoc grauabatur in corpore, quin iret de prouincia in prouinciam. Quia vt dicit Auguſt. cùm eſſet virgo grauida, ſalubri leuitate plaudebat. Lumẽ enim quod in ſe habebat, põdus habere nõ poterat, referẽdo ſingula ſingulis. Ioſeph volẽs ſoluere cenſum imperatori terreno aſcẽdit de prouincia in prouinciã, ſcilicet de Galilęa in Iudęã: & de ciuitate in ciuitatẽ, *Moraliter de cenſu ſoluendo.* ſcilicet de Nazareth in Bethlehem. Moraliter, Ioſeph, qui interpretatur augmẽtum, id eſt quilibet noſtrũ, volẽs ſpiritualiter augeri, ſi ſoluere vult cẽſum deuotionis æterno regi, debet ire paſsibus *B* virtutũ, & aſcẽdere de Galilęa, id eſt de mũdo & volubilitate mũdanæ cõuerſatiõis, ad Iudęã cõfeſsionis & laudis diuinæ. Nã Galilęa interpretatur trãſmigratio, vel rota, ſeu volubilis: Iudęa verò, cõfeſsio. *Nazareth Bethlehẽ.* Et ſic eundo, aſcendet de Nazareth in Bethlehẽ, id eſt, à florida virtutũ actione, ad paſtũ cõtẽplationis internę, in qua vera refectio animarũ inuenitur. Nazareth enim flos, & Bethlehẽ domus panis, id eſt domus refectionis interpretatur. Aſcẽdit autem Ioſeph cũ Maria: quia ſemper debemus nobiſcum habere pœnitẽtiã: ſicut Ioſeph vſq; ad mortẽ habuit Mariã, quæ interpretatur mare amarum. Cumq; in Bethlehẽ eſſent, quia pauperes erãt, hoſpitiũ inuenire nõ potuerũt, propter cõuentum & frequentiã multorũ, qui ob eandẽ cauſam concurrerant. *Mariæ nõ inuenienti hoſpitiũ, compatiẽdum.* Cõpatere hîc dominę, & cõſpice delicatam iuuenculã, annorũ quindecim, ex longo itinere fatigatã, & cũ verecũdia, inter homines verſantem, quęrentẽ vbi requieſceret, & nõ inuenientẽ. Omnes eam & ſociũ licẽtiant & abdicũt: *C* *Diuerſoriũ Marię.* & ſic in cõmuni tranſitu, in diuerſoriũ ſe receperũt: quod intra ciuitatẽ, in fine, iuxta vnã portarũ, ſub rupe concaua erat: nõ habẽs deſuper tectũ, vt hodie cernitur, niſi rupẽ de mõte dependentẽ. *Diuerſoriũ quid.* Secundũ Bedã, diuerſorium eſt ſpatiũ inter duos vicos, ex vtroq; latere habens murũ, & ex vtraque parte portã: vt ſit inde exitus in vtrũque vicũ: deſuper coopertũ, propter aëris intẽperiẽ: vt in feſtiuis diebus poſsint ibi homines cõuenire ad colloquendũ & ſolatiandũ. Et figurat eccleſiã inter paradiſum & mundũ exiſtẽtem: in quã diuertamus ab erroribus mundi huius. Ibi etiã homines, ad illam ciuitatẽ, propter negotium aliquod veniẽtes, animalia propter aëris intemperiẽ, locare cõſueuerãt. Vnde & diuerſorium dicebatur: quia illuc homines diuertebãt. *Bos & Aſinus.* Fortè ibi Ioſeph, faber lignarius, præſepe fecerat boui & aſino, quos ſecũ duxerat. Aſinũ quidẽ: vt virgo prægnans, ſuper eũ veheretur. Bouẽ fortè: vt ipſum vẽderet, ac cẽſum pro ſe & pro virgine ſolueret, & de reſiduo viuerent. Vel fortè aliquis alius bouem adduxerat: vt illum ibi vẽderet: qui tunc cũ aſino in eodẽ præſepio comedebat. Vel fortè, ambo hæc animalia per alios fuerunt adducta. *D* Vnde Chryſoſtomus: Quicũque pauper eſt, accipiat conſolationem: *Parentum Chriſti paupertas.* Ioſeph & Maria mater domini nõ habebant ſeruulum, nõ ancillam: de Galilęa, de Nazareth ſoli veniũt: non habebant iumentũ. Ipſi ſunt domini & famuli. Rem nouã. Ingrediuntur in diuerſoriũ, non ingrediuntur ciuitatẽ. Paupertas enim timida, inter diuites nõ audebat accedere. Vbi cùm veniſſet hora partus, ſcilicet in media nocte diei dominicæ, *Hora natiuitatis dominicæ.* dum nox mediũ iter haberet. Nam ea die qua dixit, Fiat lux, & facta eſt, viſitauit nos Oriẽs ex alto, peperit virgo filiũ ſuum primogenitũ: tamen nõ dicit hîc ordinẽ reſpectu ſequentis: ſed priuationẽ reſpectu prioris: *Primogenitus.* quia nullum habuit ante illum. Vnde ſecundũ Bedã, primogenitus dicitur, non poſt quẽ alius: ſed ante quẽ nullus. *Chriſtus quomodo primogenitus & vnigenit'.* Et ſecundum eundẽ, omnis vnigenitus, eſt primogenitus, & omnis primogenitus, vt ſic, eſt vnigenitus. Et quia filius dei tẽporaliter naſci voluit ex matre ſecundum carnẽ: vt ipſe multos fratres acquireret per regenerationẽ ſpiritus: hinc eſt ꝙ vt ſic melius *E* eſt dictus primogenitus, quàm vnigenitus. Et hoc eſt quod dicit Beda, ꝙ Chriſtus eſt vnigenitus in ſubſtantia diuinitatis: ſed primogenitus in ſuſceptiõe humanitatis. In nocte natus fuit: quia occultus venit, vt eos qui nocte erroris erant, ad lucem veritatis reduceret. Filiũ quoq; natũ, mater ſtatim vt deum adorauit: *Pannis inuolutus eſt dominus.* inuoluitq́; per ſemetipſam pannis, id eſt vilibus & veteribus indumẽtis. *Pannoſi qui dicuntur.* Vnde pannoſi dicuntur pauperes, qui pãnis induuntur veteribus inſimul cõſutis. Et reclinauit ac poſuit eum, non in reclinatorio aureo, ſed in præſepio, in medio duorum animaliũ prædictorum, ſcilicet inter bouem & aſinũ: [quia nõ erat ei locus alius in diuerſorio.] *Paupertas Chriſti ſumma, et locorũ penuria.* Ecce magna Chriſti paupertas & inopia: quia nõ ſolum nõ habuit domũ propriã ſuæ natiuitatis: ſed nec in cõmuni diuerſorio poterat habere locũ conuenientẽ & congruum: & oportuit eum prę penuria loci, in pręſepio reponi. *F* *Matt. 8.* Vnde verificatum eſt illud: Vulpes foueas habent, & volucres celi nidos: filius autẽ hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Et intellige ꝙ diuerſorium illud & ſtabulũ erat ita animalibus & alijs repletum, vt nõ haberet locũ, niſi inter bruta animalia *Pſal. 72.* arctiſsimum. Vnde poterat dicere illud Pſalmiſtę: Vt iumentũ factus ſum apud te: & ego ſemper tecum. Primò, quieuit in virginis alueolo. Secundò, in vili præſepio. Tertiò, in crucis patibulo. Quartò, in ſepulchro, etiam alieno. Ecce quanta inopia & qualia reclinatoria. Aduerte ex premiſis, ꝙ iam incipiebat ſtatũ perfectionis exemplo docere: *Perfectionis ſtatum exemplo dominus.* qui cõſiſtit in humilitate, auſteritate, & paupertate: vt verè poſſet dicere illud Pſalmiſtæ: Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuẽtute mea. Hîc ergo docet damnãtur huius mũdi honores, ac pompæ, & vanitates. *Pſal. 87.* Itemq; delicię ac mollities, & carnis delectationes, inſuper diuitiæ & abundantiæ, ac ſuperfluitates. Vnde Anſel. O amanda & admiranda dignatio. *De paupertate Chriſti.* Deus immenſæ gloriæ, vermis contemptibilis fieri non deſpexiſti: dominus omniũ: conſeruus apparere voluiſti. Parũ tibi viſum eſt parem nobis eſſet:



UNIVERSITAT DE

eſſe:& frater noſter eſſe dignatus es. Et tu domine
G vniuerſorũ: qui nullã habes indigentiã: inter ipſa
natiuitatis tuæ initia, non horruiſti abiectiſsimæ
paupertatis deguſtare incõmoda. Vt eñ ait ſcriptu
ra, tibi nõ naſceris, nõ erit locus in diuerſorio: nec
cunabula, quę teneritudinẽ tuã acciperẽt, habuiſti:
ſed in vili præſepio ſordẽtis ſtabuli: tu qui terram
palmo cõcludis, inuolutus panniculis reclinatus es:
& hoc ipſum à brutis animalibus, mater tua mu-
tuo accepit. Cõſolamini cõſolamini, qui in ſordi-
bus paupertatis enutrimini: quia vobiſcũ eſt deus
in paupertate. Nõ cubat in delicijs ſplendidi cubi-
lis: nec inuenitur in terra ſuauiter viuentiũ. Quid
igitur gloriaris ô diues: res lutea in volutabro lecti
picti & delicati: cùm rex regũ ſuo recubitu, ſtra-
menta pauperũ honeſtare maluerit. Quid dura
ſtrata deteſtaris, cùm tener infantulus, in cuius ma
nu ſunt omnia regna: tuis ſericis, plumeis lectis, du
ras iumẽtorũ ſtipulas prę elegerit. Vnde Ber. Non
H conſolatur Chriſti infantia garrulos: nõ cõſolan-
tur Chriſti lachrymæ cachinnãtes: nõ cõſolantur
panni eius, ambulãtes in ſtolis: nõ conſolãtur ſta-
bulũ & præſepe, amãtes primas cathedras in ſyna
gogis. Vigilãtibus paſtoribus, annuntiatur gaudiũ
lucis, & eis dicitur eſſe natus ſaluator, pauperibus
atq; laborãtibus: nõ vobis diuitibus, qui veſtrã ha-
betis cõſolationẽ, nõ diuinã. Et iterũ: Naſcitur dei
filius, in cuius arbitrio erat quodcũq; velle eligere
tempus: elegit quod moleſtius eſt, pręſertim par-
uulo: & pauperis matris filio, quæ vix pãnos habe
ret ad inuoluendũ, pręſepe ad reclinandũ. Et cùm
tanta eſſet neceſsitas, nullã audio fieri pelliũ men-
tionẽ: Chriſtus vtiq; qui non fallitur, elegit quod
carni moleſtius eſt. Id ergo melius, id vtilius, id po
tius eligẽdũ: & quiſquis aliud doceat, vel ſuadeat,
ab eo tanq̃ à ſeductore cauendũ. Et tamen fratres,
Eſaiæ 7. ipſe eſt promiſſus olim per Eſaiã: Paruulus ſciens
reprobare malũ, & eligere bonũ. Malũ ergo, volu-
ptas corporis eſt: bonũ verò, afflictio eſt. Siquidem
I & hãc elegit, & illã reprobauit, puer ſapiẽs, verbũ
infans, caro ſcilicet infirma, infantulus tener, caro
omnis laboris impotẽs, omnis operis impatiẽs. Ita
que etiã carnalis homo, fuge voluptatẽ: quia poſi-
ta eſt mors ſecus delectationis introitũ. Age pœni
tentiã: quia per illã appropinquat regnũ. Hoc ſta-
bulũ, illud prędicat. Hoc pręſepe clamat. Hoc mẽ-
bra illa infantilia, manifeſtè annuntiant. Hoc la-
chrymæ & vagitus euãgelizant. O duritia cordis
mei. Vtinã domine, ſicut verbũ caro factũ eſt: ita
Ezech. 36. carneũ fiat & cor meũ. Siquidẽ & hoc pollicitus es
per prophetã: Auferã, inquiẽs, à vobis cor lapideũ:
& dabo vobis cor carneũ. hæc Ber. Vidiſti ortum
ſanctiſsimi principis. Vidiſti ſimul & partũ reginę
cœleſtis: & in vtroq; arctiſsimã paupertatẽ attẽde
Pauperta re potuiſti. Hæc virtus eſt illa euãgelica margari-
tis cõmen ta, pro qua emẽda & cõparãda, omnia ſunt venden
datio. da & dãda. Hęc eſt totius ſpiritualis ędificij prima
*ſpecialis riũ fundamẽtũ. Hęc eſt ſpiritualis * via ſalutis tan
quam humilitatis fundamentũ, & perfectionis ra
Humilita dix: cuius eſt fructus multiplex, ſed occultus. Potui
tis cõmen ſti etiã attẽdere in vtroq; profundiſsimã humilita
datio. tatẽ: Non enim ſunt ſtabulum dedignati, non pręſepe, non fœnũ, non cætera vilia: ad dandum nobis
exemplũ perfectę humilitatis. Sine hac virtute, ſa K
lus non eſt: quia nulla operatio noſtra cum ſuper-
bia, deo placere poteſt. Nẽpè vt virtutes ſæpe den-
tur, vel acceptæ ſeruentur, aut ſeruatę cõſummen
tur, humilitas meretur, & abſque iſta, illę nec eſſe
virtutes videtur. Potuiſti etiã attendere in vtroq;
& maximè in puero Ieſu, nõ paruam corporis af- Afflictiones Chriſti.
flictionem. Inter cæteras autem, hæc vna fuit, ꝙ
quando mater ſua in pręſepio eũ locauit, & pului-
nar vel aliud huiuſmodi nõ haberet, ad caput eius
quendam lapidẽ non ſine grandi cordis amaritudi
ne, poſuit: interpoſito fortè fœno, quod ab anima-
libus mutuo accepit. Et, vt dicitur, adhuc ille lapis, Lapis Chriſto
ibidem ad memoriã reſeruatus, videtur. Pauperta ſub capite
tem igitur & humilitatẽ, afflictionemq; corporis poſitus.
ſtudeas & tu pro poſſe amplecti: & in his Chri-
ſtum pro modulo tuo imitari. Vnde Ber. Tribus De tribus
exemplis viã nobis oſtendit: qua eum ſequi debe- exemplis
mus. Exemplo paupertatis: quia in hoc mũdo di- Chriſti.
uitias habere noluit, quod exemplum leue facit, &
expeditum vt currat. Exemplo humilitatis: quia L
mundi gloriã ſpreuit, quod modicũ facit vt lateat.
Exemplo patientiæ: quia mala ſuſtinuit, quod for
tem & robuſtũ facit, vt ſuſtineat. hæc Ber. Secun-
dum Anſel. redemptor noſter, cæcatis luminibus, De Chriſto incarnando.
colliriũ ſuæ incarnationis appoſuit: vt qui deũ in
ſecreto maieſtatis fulgentẽ videre nõ poteramus,
deum in homine apparentẽ aſpiceremus, aſpicien
do cognoſceremus, cognoſcendo diligeremus, dili
gendo ſummo ſtudio, ad eius gloriã peruenire ſata
geremus. Incarnatus eſt, vt nos ad ſpiritualia reuo
caret: mutabilitatis noſtræ particeps factus eſt, vt
nos ſuæ incõmutabilitatis participes faceret. Incli
nauit ſe ad humilia noſtra: vt nos ad excelſa ſua
ſublimaret. Et ſecũdũ Chryſoſt. Filius dei natura- Cur filius David dicitur.
lis etiam Dauid filius eſſe dignatus eſt: vt nos fi-
lios dei faceret. Seruum ſuum habere patrem di-
gnatus eſt, vt nobis patrem faceret deum. Non
enim fruſtra, nec vanè ad tantam humilitatẽ ipſe
deſcẽdit: ſed vt nos ex humili ſublimaret. Natus eſt M
ſecundũ carnẽ: vt nos ſcd̃m ſpiritũ renaſceremur. Cõceptionis
Et quia partus ſequitur conceptionẽ, ſicut fructus occaſio
floritionẽ: congruũ fuit ꝙ Chriſtus qui conceptus & partus
fuit in flore, ſcilicet Nazareth, qđ interpretatur Chriſti oſtenditur
flos, naſceretur in fructu, ſcilicet in Bethlehẽ, quod cõgruus.
interpretatur domus panis, vel refectiõis qđ perti
net ad fructũ. Quotidie quoq; dñs in Nazareth cõ
cipitur, & in Bethlehẽ naſcitur, cùm aliquis flore
verbi ſuſcepto, ſe domũ æterni panis efficit. Ideo
etiam congruum fuit vt in Bethlehem, quæ do-
mus panis interpretatur, Chriſtus naſceretur. quia
ipſe eſt panis viuus, qui de cœlo deſcendit: qui ele-
ctorum mentes, interna ſatietate reficit. Natus Chriſtus
quoque in Bethlehem, quæ inter omnes ciuitates imitãdus.
Iudæ exigua erat: noluit quenquam de terrenæ
ciuitatis ſublimitate gloriari. Qui non in paren-
tum domo, ſed in via naſcitur: vt ſe peregrinum
eſſe, & regnũ ſuum de hoc mũdo nõ eſſe oſtẽderet: Ioan. 14.
qui etiã dicit: Ego ſum via: qua ſcilicet ad patriã ve
niamus. In diuerſoriũ ſe recepit: vt nos nõ palatia,
ſed diuerſoria ĩ hoc mũdo quęrere doceret. Stabu-
lum ad



lũ ad naſcẽdũ elegit, vt curioſitatẽ ędificiorũ et glo
A riã mũdi dãnaret. Paruul9 fact9 eſt, vt nos magnos
ac viros pfectos, efficeret, & ne vltra magnificare
ſe homo ſup terrã apponeret. Infirm9 fact9 eſt, vt
nos ad bona opera fortes & potentes faceret. Pau-
per factus eſt vt ſua inopia nos ditaret: & ne de ter
renis diuitijs quiſquã ſe extolleret. Pannis vilibus
inuolutus eſt, vt nos laqueis mortis abſolueret, &
ſtola prima immortalitatis indueret. Manus & pe
des eius conſtringuntur, vt manus noſtræ ad bene
operandum laxẽtur, & pedes noſtri in viã pacis di
rigantur. In diuerſorio loco eget, vt nobis in domo
patris ſui manſiones multas præpararet. Et ſic in
præſepi anguſto poſitus eſt, vt lectos delicatos, &
ampla ædificia reprobaret, & vt nos per cœleſtis
regni gaudia dilataret, & nos locum cordis noſtri
Prouer. 23 ſibi ꝓprio dilataremus, iuxta illud: Fili præbe cor
tuum mihi. In præſepio etiã reclinatus eſt, vt nos
quaſi ſancta animalia carnis ſuæ frumento refice
ret, & vt cibus eſſet iumentorũ: homo enim factus
Pſal. 48. eſt iumẽtũ per peccatũ: ſecundũ illud: Homo cùm
B in honore eſſet nõ intellexit, cõparatus eſt iumẽtis
inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis: ideo domi
Ioan. 1. & nus factus eſt fœnum eſt cibus iumentorum: quia
Eſa. 40. verbum caro factũ eſt, & omnis caro fœnum. Bos
quippe, qui deſignat populum Iudæorũ, & aſinus
qui deſignat populũ Gentium, dominũ in medio
habentes, & miraculoſè cognoſcentes flexis geni-
bus inceſſanter eum adorabãt, & tanquã laudãdo
voces dabant. Vnde Ambr. Infantis audis vagitus,
Eſaiæ 1. nõ audis bouis dominũ agnoſcẽtis mugitus. Agno-
uit enim bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe
domini ſui. Vnde & Greg. Nazian. Venerare pre-
ſepe illud, per quod cùm eſſes penè iam mutũ ani-
mal, paſceris nunc verbo & ratione Dei. Agnoſce
vt bos poſſeſſorem tuũ, & ſicut aſinus præſepe do-
mini tui, ſis de numero mũdorum animalium, &
eorum qui ruminare norunt, & verbũ dei ad me-
moriã reuocare, quique etiã diuinis ſacrificijs, atq;
altaribus apti ſunt: ſeu certè ex immundis es ani-
C malibus, & neq; cibis nec ſacrificijs denotatus es.
Per Mariã Eccleſia deſignari põt, & ꝑ Ioſeph ſpõ
ſum eius, epiſcopus. Propter quod annulum habet
ſicut ſponſus, & ſicut Maria fœcũda fuit, non tñ à
Ioſeph ſponſo, ſed à ſpirituſancto, ſic & Eccleſia
fœcunditatẽ gratiæ habet à Deo. Hi aſcendũt ten-
dendo in Bethlehem ciuitatem ſuã, ſcilicet cœle-
ſtem, & profitẽtur omni imperatori exhibere ſer-
uitutem Eccleſia verò in qualibet bona ꝑſona pa-
rit filium, quãdo bonũ prius conceptum ꝑducit ad
effectum: & pãnis inuoluit, quãdo ab humanis lau
dibus hoc abſcõdit: & in præſepio reclinatur, quã-
do ex bono opere nõ eleuatur, ſed magis ſe humi-
liat. Naſcentem etiã dominũ angeli circũdederũt,
& natum ſtatim adorauerunt. [Et paſtores erant
in eadem regione, vigilãtes ſuper gregẽ ſuum,] ꝑ-
Turris ad pè per miliare, ſcilicet iuxta turrim quandã inter
quẽ paſto- Bethlehem, & Heruſalẽ, vbi Iacob rediens de Me-
res erant. ſopotamia, moratus eſt cũ grege ſua, vbi mortua
Paſtorum & ſepulta eſt Rachel, & turris gregis dicitur. Vbi
monu- etiam in Eccleſia, tria paſtorũ illorũ monſtrantur
menta. monumenta. [Et ecce angelus dñi,] circa quartã
viligiã noctis venit ad eos. Diuiditur enim nox in
quatuor vigilias, [& ſtetit iuxta illos,] in veſte cã- D
dida & facie rutilãti & iucunda. Et creditur fuiſſe
Gabriel, qui virgini cõceptum verbi nuntiauerat. Gabriel.
Vnde ipſe amplius cæteris gaudens de impletione
eius quod dixerat, ante omnes ſe gerebat, vt Chri-
ſti natiuitatẽ prædicaret, [& claritas dei circũful-
ſit illos,] vndiq; exterius in corpore, & etiam inte
rius in mente, in ſignũ ꝙ ortus erat Sol iuſtitiæ, &
in tenebris lumẽ rectis corde, & appropinquabat
claritas gloriæ. Ideo ergo lumen angelus attulit,
quia eũ nũtiare venerat, qui eſt lux vera qui omnẽ Ioan. 1.
hominẽ illuminat. Magis aũt apparuit angelus pa Paſtorib9
ſtoribus, quàm alij generi humano. Primò, quia cur potius
pauperes, propter quos Chriſtus veniebat, ſecundũ quàm alijs
illud Pſal. Propter miſeriã inopum, & gemitum apparuit
pauperum, &c. Secũdò, quia ſimplices: iuxta illud angelus.
Prouer. & cũ ſimplicibus ſermocinatio eius. Ter- Prouer. 3.
tiò, quia vigiles: ſecundum illud Prouerbij: qui ma Prouer. 8.
ne vigilauerit, ad me, inueniet me. Quartò, ꝓpter
myſterium, vt ſignificetur ꝙ doctrina debet, à pa-
ſtoribus & prælatis venire ad ſubditos. [Et timue- E
runt timore magno,] propter inſolitã angeli viſio
nem, & ſubitam claritatem. Sed angelus eos conſo
latur dicẽs: [Nolite timere.] Cuius cauſa ſubditur
cùm dicitur: [Ecce enim euãgelizo,] id eſt, bonum
nuntio [vobis] ſcilicet [gaudiũ magnum, quod erit
omni populo,] id eſt, Eccleſię de cunctis populis,
ſcilicet Iudæorum & Gentilium colligendę: quia
[natus eſt vobis,] id eſt, ad vtilitatẽ veſtram ſcili-
cet hominũ. [hodie,] id eſt, in iſta die naturali, no-
ctem præcedentẽ ſupputando ad diem ſequẽtem.
Vnde ex tunc nox incepit præcedere diem, & po-
tius dicit hodie, quàm hac nocte: quia gaudiũ vene
rat nuntiare: & nox illa ſicut dies illuminata fuit,
ex diuina claritate, [ſaluator,] id eſt, ſalutis ama-
tor & diſpẽſator, [qui eſt Chriſtus,] quò ad huma-
nitatem, [dominus] quò ad diuinitatẽ [in ciuitate
Dauid,] id eſt, Bethlehẽ: vnde Dauid traxerat ori- Chriſtus
ginẽ. Chriſtus Græcè, idẽ eſt quod vnctus Latinè. vnde dici-
In veteri aũt lege vngebãtur tantũ reges & põtifi- tur.
ces. Chriſtus verò rex eſt & põtifex, & ideo bene F
dicitur Chriſtus, id eſt, vnctus: nõ vnctione huma-
na, ſed diuina: quia in humanitate pro nobis aſſum
pta fuit vnctus à deo patre, imò à tota trinitate ple
nitudine gratię, ſecundũ Bedã, aliter angelus Ma-
riã, aliter Ioſeph aliter paſtores inſtruit: ſcilicet &
cõcipiendũ, & cõceptum, & natum dñm teſtando:
vt & homines ſufficiẽter imbuat, & ſuũ deo ſerui-
tium inceſſanter impendat. [Et hoc vobis ſit in ſi- 1. Cor. 1.
gnum,] more Iudęorũ qui ſigna quęrũt. [Inuenie-
tis] ſcilicet tãquã abſconditũ, nõ ſe oſtẽdentem [in
fantẽ] nõ fante, & tñ verbũ dei exiſtentẽ, [pannis]
nõ ſericis [inuolutũ] ecce eius paupertas, & habi-
tus vilitas [& poſitũ in præſepio,] nõ in reclinato
rio aureo: ecce mira humilitas, vt dñs dominorũ re
clinaret ſe vſq; ad præſepe animaliũ brutorum. Et
notandum ꝙ paſtores erãt ſimplices, pauperes, &
humiles, ſeu cõtẽptibiles: ideo ne timeret accedere,
datũ eſt eis ſignũ infantię, paupertatis & humilita
tis in Chriſto. Hæc ſunt ſigna aduentus primi, ſed
alia erũt ſigna aduẽtus ſecũdi. Moraliter in hoc in-



ſtruimur,

ſtruimur, qualiter & à quibus Chriſtus inueniatur. Quia nõ niſi à puris & ſimplicibus, quod reſpondet eius infantiæ:& à pauperibus, quod reſpõdet pannorũ inuolutioni:& ab humilibus & cõtẽptibilibus, quod reſpõdet eius in præſepe reclinationi. Quę tria cõprehenduntur in tribus votis religioſorum: ſcilicet caſtitate, quãtũ ad primum: paupertate, quantũ ad ſecundũ:& obedientia, quãtum ad tertium.

G

*Chriſtus qualiter & à quibus inueniatur.*

Et bene nato ſummo paſtore angelus paſtoribus apparuit, & vigilãtibus inſinuans quales debeant eſſe paſtores Eccleſiæ, ſcilicet humiles & vigilantes. Myſticè ergo ſecũdum Bedã, iſti paſtores gregũ ſignant doctores & rectores fidelium animarũ, qui vigilãt ſuper vitã ſubditorũ, ne delinquant: & cuſtodiunt vigilias noctis ſuper gregem ſuũ, ne infernalium luporũ morſibus pereant. Nox enim pericula tentationum indicat, à quibus ſe ſuosq; ſubiectos omnes qui perfectè vigilant cuſtodire non ceſſant. Et iuxta illos ſtat angelus ad eorũ cuſtodiam, & claritas Dei circunfulſit illos ad ſuam & ſubditorũ directionem.

*Paſtor paſtoribus apparuit. Paſtores qui dicendi ſunt.*

H

Et ſecundum eundẽ Bedam, nec ſolum epiſcopi, presbyteri, diacones, vel etiã rectores monaſteriorũ paſtores intelligendi ſunt: ſed etiã omnes fideles, qui vel paruulę domus ſuæ cuſtodiam gerũt, paſtores rectè vocantur, inquantũ eidem ſuæ domui, ſolicita vigilantia præſunt, & quicunq; ſaltem vni vel duobus fratribus quotidiano præeſt regimine, debet eiuſdem paſtoris officiũ implere: quia iubetur inquantum ſufficit, hos verbi dapibus paſcere. Imò verò vnuſquiſque qui etiã priuatus creditur viuere, paſtoris officiũ gerit, & ſpiritualẽ paſcens gregem vigilias noctis ſupra illũ cuſtodit, ſi bonorum actuum & mundarũ cogitationum, ſibi multitudinem aggregãs hoc iuſto moderamine gubernare, & cœleſtibus ſcripturarũ paſcuis nutrire, peruigiliq; ſolertia contra immundorum ſpirituũ inſidias ſeruare cõtendit.

*Paſtores vniuerſi fideles.*

Cumq; paſtores de viſis & auditis mirarentur, ne vnius angeli & teſtis autoritas parua videretur, pro ſigno & cõcordia teſtimonij, [ſubitò facta eſt cum angelo,] qui tanquã principalis inter alios, nuntiauerat natiuitatem Chriſti, [multitudo militiæ cœleſtis,] id eſt, angelorũ, qui nomine militię deſignãtur: quia pro ſalute hominum cũ dæmonibus præliãtur. Vel quia natus eſt rex cœleſtis, ideo multitudinẽ angelorũ nomine militiæ deſignat: quia verò dux ad prelium natus eſt, ideo eã ſecundũ aliã literam exercitum appellãt, [laudantium deũ,] cõſona voce, de Chriſti natiuitate, eo ꝙ per ipſum ſciebãt homines ad ſalutem deduci, & ruinã angelorũ reparari, & in honorẽ dei, vna benedictione dicentium: [Gloria in excelſis deo,] id eſt, in cœlis: quia licèt eius gloria vbiq; reluceat, maximè tamen in cœlo empyreo vbi eſt angelorum & ſanctorũ habitatio, &. q. d. in terris à multis deſpicitur, ſed in cœlis ab omnibus glorificatur.

I

*Militiæ ratio.*

*Gloria dei.*

[Et in terra pax hominibus,] nõ quibuſcũque: ſed [bonę voluntatis,] ſcilicet eis qui bona voluntate Chriſtum natum ſuſcipiunt, nõ ꝑſequunt. nõ enim eſt pax impijs, ſed pax multa diligẽtibus legẽ dñi. Nã ſecundum Leonẽ papã, Chriſtiano vera pax eſt, à dei voluntate nõ diuidi, & in his ſolis quæ dei ſunt delectari. Ad deum quippe pacẽ habere, eſt velle quod iubet, & nolle quod prohibet: pax ergo nuntiatur hominibus bonæ voluntatis, id eſt, hominibus bonis.

*Pax hominum. Pſal. 118. Papa Leo de pace vera.*

K

Per bonitatem enim voluntatis dicitur homo ſimpliciter bonus, magis quàm ꝑ bonitatem aliarum potentiarum animæ: quia volũtas mouet alias potẽtias ad actus ſuos; & ideo bonitas eius vel malitia in omnes alias redundat potentias, ſicut influentia cauſæ mouentis in motis ab ipſa. Malis autem hominibns nõ eſt pax: quia non eſt pax impijs. Et hoc etiã verbo angeli patet, ꝙ illa pax quę principaliter ꝑ ꝓphetas prædicta fuit futura in aduẽtu Chriſti, erat pax interior bonę volũtatis: quia ſecundũ ꝙ dicitur in Prouerbijs. Nõ cõtriſtabit iuſtũ, quicquid ei acciderit: pax aũt tẽporalis, que fuit in aduẽtu Chriſti, pacatis omnibus gẽtibus ſub imperio Romano, fuit figura huius pacis principaliter intẽtę. Et bene dicitur gloria deo, & pax hominibus: quia ꝑ Chriſtũ eſt pater glorificatus, & pax facta inter deũ & hominem, ac inter angelũ & hominẽ, & inter Iudęũ & Gentilẽ.

*Bonitas voluntatis quomodo dicitur.*

*Prouerb.*

Laudamus te, &c. quæ ſequũtur in hoc cantico, creditur Hilarius addidiſſe, & Anaſtaſius papa ſecũdus inſtituit ipſum cãtari, in miſſa dieb⁹ dominicis & feſtiuis: quia eſt canticũ gaudij & exultationis.

L

De gaudio huius diei dicit Caſſidio. ſuper illud Pſal. Hæc eſt dies quã fecit dñs. Licèt, inquit, deus cũctos dies creauerit, ſingulariter tñ hũc diem feciſſe dicitur, qui Chriſti dñi natiuitate ſacratus eſt. in quo meritò exultare cõuenit & lętari, qm̃ in eo diabolus ꝑdidit, & ſalutẽ mundus accepit.

*Caſſiodorus de gaudio natalis dominici.*

Et notandum, ꝙ multitudo cœleſtis angelo nuntiãti ſociata eſt, vt multitudo adueniẽs dictum angeli cõfirmaret. Et ſecundũ Bedam, vno euãgelizante angelo, multitudo in cõſonã laudem prorũpit creatoris, & officiũ ſuum deo impẽdens, & nos exẽplo ſuo inſtruens, vt quotiens ſacrã eruditionẽ ex fratris ore audimus, vel ipſi quæ pietatis ſunt; intra nos ad mentẽ reducimus, ſtatim deo laudes corde, ore, & opere reddamus: & apertè demonſtrãs ꝙ ꝑ hãc natiuitatẽ homines ad pacẽ vnius fidei, ſpei, & dilectionis, atq; ad gloriã diuinæ laudationis eſſent conuertendi.

M

Deinde aſcendentes angeli in cœlũ cum iubilo & canticis, nuntiauerunt hæc ſimiliter conciuibus ſuis. Tota igitur ſuperna curia exhilarata, magnoq; feſto facto, ac laudibus & gratiarũ actionibus deo patri exhibitis, venerũt omnes ꝑ ordines ſuos videre faciẽ domini dei ſui, & adorãtes eũ, & matrem ipſius cum omni reuerẽtia laudis eidem ꝑſonabant & cãtica: quis enim illorum talibus auditis nouis remanſiſſet in cœlo, quin viſitaſſet dominũ ſuum ſic humiliter cõſtitutum in terra? In nullo eorũ cadere potuiſſet hęc tãta ſuperbia. Vnde Apoſtolus: Et cùm introduceret primogenitum in orbẽ terrarũ, dixit: Et adorẽt eũ omnes angeli dei.

*Heb. 1.*

Vñ Augu. In ſtabulo naſcitur, & à matre Maria vili faſcia cingitur, & in præſepio reclinatur: Non erat ei cedrina domus, nec lectus eburneus in quo pareret creatorẽ, & omniũ poneret redemptorẽ. Idcirco velut exul & peregrina in aliena domo mũdi dñm peperit, & tãquã fœmina paup. nõ ſericis, ſed pãnis vilibus, inuoluit, & ĩ præſepio collocauit. Quẽ vt peperit, ſtatim vt deũ adorauit. O ſtabulũ felix, præſepe beatũ, in quo naſcitur Chriſtus, & reclinatur omniũ deus.

*Auguſtinus de humilitate naſcentis Chriſti.*



A

Ibi fuerũt obſtetrices angelicæ ꝓtãtes, & ſolatiũ angelorum. Ibi erãt millia milliũ exultãtiũ. Ibi vagiebat Chriſtus in ſtabulo, & fiebat lętitia magna in cœlo. Plorabat in præſepio Chriſtus, & tamẽ de ipſo exultat multitudo cœleſtis exercitus, reſonãs deo gloriã in altiſsimis, & in terra pacẽ annuntians hominibus bonæ voluntatis: quia bonitas cœli nata erat in terris. Deſcẽderat pax vera de cœlo, & inde angeli gratulãtes decantabãt gloriã in altiſsimis deo. Exultant angeli, contremiſcit Maria mater dei effecta. Gaudẽt angeli de Chriſto tripudiãdo ſecurè, ante quẽ ſtat mater cũ magno tremore, & timore exultat, & cũ exultatione timida perſeuerat. hæc Augu.

*Obſtetrices dominicæ.*

[Poſt hæc paſtores loquebantur adinuicẽ, dicentes: Tranſeamus vſq; Bethlehem,] de qua nobis dictum eſt, [& videamus] ibi oculis noſtris [hoc verbũ,] id eſt, iſtã rẽ dignã verbo vel recordatione, quæ res facta & impleta eſt, quã rem [dominus fecit,] quia alius facere nõ potuit, [& oſtendit,] id eſt, reuelauit [nobis] quaſi dicerent: Videamus puerũ natum per verbũ angeli nobis ſignatum.

B

Verbũ enim vel ſermo in ſacra ſcriptura, ſæpe pro re digna verbo accipitur: vt in Eſaia, non erat verbum in domo ſua, id eſt, res grandis quã non oſtenderet eis. Vel videamus hoc verbum, quod erat in principio apud patrem quomodo caro factũ eſt: quia cũ caro domini noſtri videtur, verbum videtur quod filius eſt, [quod factum eſt,] ꝙ tota trinitas incarnari cõſtituit, & ſic factum hominem ſcilicet mortalẽ, oſtendit nobis: quia in deitate videri nõ poterat.

*Verbũ in ſacra ſcriptura qd eſt.*

*Eſa. 39.*

[Et venerunt feſtinantes,] principaliter ex vehementi gaudio & deſiderio videndi infantem natum: & ſecundariò vt citius redirent ad gregem ſuum ſine cuſtodia dimiſſum, in quo notatur eorũ deuotio & ſolicitudo quærendi: nemo enim cum deſidia quærens, Chriſtum inuenire meretur. Ad quẽ ſecundum Bedã, feſtinanter ire eſt, nõ pedum greſſus accelerare, ſed in fide ſemper, ac virtute proficere. [Et inuenerunt Mariã & Ioſeph, & infantẽ poſitum in præſepio.]

C

Ex abundantia quippe pacis, qua tunc homines gaudebant, & propter hoſpitum ſuperueniẽtium frequentiã portæ non claudebãtur, ideo paſtores nocte intrare & ad puerum venire poterãt. Inuenitur Chriſtus cum Maria virgine, & Ioſeph viro iuſto, & in præſepio, per quod docemur, ꝙ qui vult inuenire Chriſtũ, debet habere mundiciam cordis reſpectu ſui, quod per Mariã virginẽ: iuſtitiã reſpectu proximi, quod per Ioſeph iuſtum: & humilitatẽ ac reuerentiã reſpectu dei, quod per humile præſepium innuitur. Inuenitur autẽ Chriſtus mediãte Maria & Ioſeph id eſt, cõtẽplatione & actione, in cuius figuram Iacob qui & iſraël, id eſt, vidẽs deum dictus eſt, vtrãque vxorẽ ſcilicet Rachel & Lyã habuit.

*Cur portę apertæ erant.*

[Videntes autẽ] oculis corporalibus & exterius puerũ ſecundum carnẽ, [cognouerunt] cogitatione intellectuali, & per fidẽ interius [de verbo,] id eſt, filio dei dictum eſſe, [quod dictũ erat illis de puero hoc,] & ſic per cognitionem humanitatis, venerunt ad cognitionẽ deitatis: quia, vt prædictũ eſt, non ſolũ exterius, ſed etiã interius fuerunt illuminati de cognitiõe verbi incarnati.

D

Et adorãtes puerum, referebãt quæ ab angelis audierãt. [Et oẽs qui audierunt mirati ſunt:] & de incarnationis myſterio, & de paſtorum atteſtatione. Moraliter ex premiſſis nota ꝙ volẽtibus ſpiritualiter inuenire Chriſtũ tria ſunt neceſſaria, ſcilicet colloqui per meditationẽ ſcripturarum, trãſire per cõtẽptationẽ creaturarum, feſtinare per deguſtationẽ gratiarum. Vel volentes inuenire Chriſtum debemus colloqui per pctõrum confeſsionẽ, trãſire per carnaliũ & tẽporalium abiectionẽ, feſtinare per feruentis deſiderij accelerationẽ: & hoc vſq; in Bethlehẽ, id eſt, domum panis per diuinorũ deguſtationem. Et tunc inueniemus Chriſtum in præſepio cordis noſtri, per delitioſam ſuæ præſentię exhibitionẽ, cuius delitiæ ſunt eſſe cũ filijs hominum.

*Inuenire Chriſtum volẽtibus, neceſſaria.*

Moraliter etiã, & anagogicè per Bethlehem, quæ interpretatur domus panis, patria cœleſtis deſignantur: quia ibi eſt ille beatus panis de quo infrà dicitur: Beatus qui mãducat panẽ in regno dei. Ad hãc Bethlehem triplici trãſitu peruenitur. Primus eſt, de vitijs ad virtutes. Secũdus, de virtute in virtutẽ. Tertius eſt, ex hoc mundo ad patrẽ, ſiue de morte ad vitã.

*Bethlehẽ moraliter & anagogicè.*

*Luc. 14.*

E

Igitur ſecundũ cõſilium Bedæ, Tranſeamus etiã nos exẽplo horum paſtorũ vſq; in Bethlehẽ ciuitatem Dauid cogitãdo, ac recolamus amãdo, & incarnationẽ Chriſti dignis honoribus celebrãdo. Tranſeamus etiã abiectis carnalibus cõcupiſcentijs toto deſiderio mentis vſq; in Bethlehẽ ſupernã, id eſt, domũ panis viui, nõ manu factã ſed æternã in cœlis, & recolamus amando: quia verbum caro factũ, illuc carne aſcendit, ibiq; ſedet, in dextera patris, illuc eum tota virtutum inſtantia ſequamur, & ſolicita cordis ac corporis caſtigatiõe procuremus, vt quẽ illi in pręſepio videre vagiẽtẽ, nos in patris ſolio mereamur videre regnãtẽ. Nõ eſt tãta beatitudo cũ deſidia ac torpore quærenda, ſed alacriter ſunt Chriſti ſequenda veſtigia. Et ſicut illi videntes cognouerunt, ſic & nos quæ dicta ſunt de ſaluatore noſtro plena dilectione feſtinemus amplecti, vt hęc in futuro perfectæ cognitionis viſu cõprehendere valeamus.

F

[Maria autẽ] prudẽtiſsima [cõſeruabat] in ſcrinio pectoris ſui, [omnia verba,] ſcilicet de annuntiatione angelica, de exultatione Ioannis in vtero, de ortu ſaluatoris, de cãtico angelorũ, ac de apparitione & fide paſtorum, [cõferẽs ea in corde ſuo,] cum ſcriptis prophetarum. Ecce ergo optima diſcipula, quæ audita cõſeruabat memoriæ cõmendãdo, & omnia nihil obliuioni dando, & cõferens obſeruata frequenter repetẽdo: vñ fuit arca cõtinens diuinorũ eloquiorũ arcana. Cõſeruabat ergo omnia & memoriæ cõmendabat, vt poſtea ipſa docente & narrãte ſcriberentur, & in vniuerſo mũdo prędicarentur. Ab ipſa enim Apoſtoli plurima de geſtis domini didicerũt, maximè ea quæ geſsit antequam eos vocaret, & ad ipſam omnes quaſi ad magiſtram recurrebant. Et quia ſanctas ſcripturas legerat, & prophetas ſciebat, cõferebat quæ ſecum ſunt acta de domino, cum his quæ nouerat, à prophetis ſcripta de eo, attendens prudenter

*Maria diſcipula optima fuit.*

G prudēter quomodo prophetiæ implebātur in pue-
ro nato. Conferens ergo ea quæ in puero fieri vide
bat, cū illis quæ de eo in oraculis prophetarū lege
rat, tanto verius eū deū eſſe credebat, quāto ea quę
de illo legerat in eo cōpleri cernebat. Et iſta colla
Hiero. de Maria in terris relicta. tio erat ei delectabilis valde, & vtilis Eccleſię: quia
ſecundū Hierony. Ipſa poſt aſcenſionē filij ſui re-
manſit ad tempus in terris cū Apoſtolis, vt eos ple
nius inſtrueret: quia omnia familiarius viderat &
tractauerat, propter quod melius exprimere pote
rat. Vt enim dicit Hiero. quod melius nouimus, me
lius proferimus. Maria ergo virginalis pudicitię iu
ra cuſtodiens, & nō minus pudica ore, quā corpo-
re, ſecreta Chriſti quæ nouerat nulli diuulgare vo
lebat: ſed tacito corde ſcrutās cōgruū tempus quo
deus hæc diuulgari vellet, & quomodo vellet reue
renter expectabat, cōferens ea quæ viderat circa
ſe acta, & quę in ſcripturis legerat agenda. Lege-
Eſaiæ 7. rat enim in Eſa. Ecce virgo concipiet & pariet fi-
liū: & videbat ſe virginem, & cōcepiſſe & peperiſ
Eſaiæ 1. ſe. Legerat: Cognouit bos poſſeſſorē ſuum, & aſi-
H nus præſepe domini ſui, & videbat dei & ſuū filiū
inter hęc animalia vagientē in pręſepio. Legerat,
Eſaiæ 11. Egredietur virga de radice Ieſſe, &c. & videbat ſe
Matth. 2. de ſtirpe Dauid, ortā & natā. Legerat Nazareus vo
cabitur puer iſte, & videbat ſe in Nazareth de ſpi-
Ibidem. et Mich. 6. ritu ſancto cōcepiſſe. Legerat: Et tu Bethlehē terra
Iuda, &c. & videbat ſe in Bethlehem peperiſſe. Cō
parat ergo verba prophetarum, & quæ legerat fa
ctis, & quę in his audiebat & videbat, & in omni-
bus vna mater ſapientię cernit cōcordiā, & habet
certa fidei argumēta. O quātum gaudere poterat,
Maria mater dei. cū ſe matrem dei cognoſceret: quia vt ait Anſel. So
lum de ſancta Maria virgine prędicare, ꝙ dei ma
ter eſt: excedit oēm altitudinem quæ poſt deū di-
ci vel cogitari poteſt. [Paſtores] aūt [abierunt cū
gaudio,] ingenti [& reuerſi ſunt,] ad curā & cuſto-
diā gregis ſui, [glorificantes] corde [& laudantes]
ore [deum] tanquā autorem & opificem, [in omni
bus, id eſt, de omnibus [quę audierāt,] ſcilicet ab an
I gelis [& viderant,] in Bethlehem proprijs oculis [ſi
cut dictum eſt,] ab angelo [ad illos,] id eſt, in hoc
gloriā deo laudesq; referebāt, ꝙ non aliud venien
tes inuenerant quàm ſicut ad illos dictū erat. Ipſi
enim de tam eximio beneficio toti mundo genera
liter collato, & eis ſpecialiter oſtenſo grati exiſtē-
tes, deuotionem ſuam in laudē dei eructabant, &
Paſtorum reuerſio ad greges. deum glorificabant. In hoc etiā reputantur deuo-
ti: quia poſt contemplationem ſaluatoris reuertū-
tur ad exercitium actiōis. In quo datur forma pa-
ſtoribus Eccleſię, qui alijs dormientibus debent vi
gilare, & ire aliquādo in Bethlehem cōtemplatio
nis, & ad ſtudium ſacræ ſcripturæ, vt ibi pane cœ-
leſti reficiātur, & refecti pane doctrinæ ad paſcē-
dum gregē reuertātur. Vnde in Ezechiele: Anima-
Ezech. 1. lia ibant & reuertebātur. Vade nunc & tu ad vidē
Meditatio hiſtorię dictæ. dum verbū pro te carnem factum, & genibus fle-
xis adora dominum deum tuum, & eius matrē, ac
reuerenter ſaluta Ioſeph ſanctum ſenem. Deinde
oſculare pedes pueri Ieſu, iacentis in præſepio: &
roga dominam, vt eum tibi porrigat vel accipere
permittat. Accipe ergo eū ad te, & inter brachia
tua retine. Intuearis faciē eius diligenter ac reue-
renter deoſculare, & delecteris in eo ex corde. Cō K
fidēter hęc facere potes: quia pro ſalute eorū venit
ad pctōres, & cū eis humiliter cōuerſatus eſt, & tā
dē ſe eis in cibū dimiſit: vnde benignus dñs patien
ter permittet pro tuo velle ſe tāgi, nec imputabit
pręſumptioni, ſed amori. Semper tñ cū reuerētia
& timore hoc facias: quia ipſe ſanctus ſctōrū eſt.
Poſtea redde ipſum matri ſuæ, & cōſpice ſtudio-
ſè, quā diligēter & ſapienter eū lactat & gubernat
ac cætera obſequia ei facit. Sta & tu ad ſeruiendū
paratus, & adiuua eā ſi potes. In his delectari, iucū
dari, & ſedulè meditari memēto, & quantū potes
ſta familiaris dñę & puero Ieſu, & intuaris faciē 1. Pet. 1.
eius ſæpe, in quē deſiderāt angeli conſpicere ſem-
per: tñ, vt dixi, cū reuerētia & timore, ne patiaris
repulſam de pręſumptione. Reputare enim te de-
bes indignū, in cōuerſatiōe taliū & tātorū. Vñ An-
ſel. Hinc matrē cum omni deuotione in Bethlehē
proſequere, & in hoſpitiū diuertens cū illa aſsiſte,
& obſequere pariēti, locatoq; in pręſepio paruulo.
erūpe in vocē exultationis, & clamās cū Eſa. Par- L
uulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & Eſai. 9.
amplectere illud diuinū & dulce pręſepium. Miti
get verecundiā amor, timorē depellat affectus, vt
ſacratiſsimis pueri pedibus labia figas, & oſcula ge
mines, deinde paſtorū excubias mēte pertractā, an
gelorū currentē exercitū admirare, cœleſti melo-
diæ tuas interponere preces ſimul corde & ore de
cantans: Gloria in excelſis deo, & in terra pax ho-
minibus bonæ volūtatis. Vnde & Augu. Angelo-
rū vocē per quā dñs Ieſus Chriſtus, natus virginis
partu paſtoribus nūtiatus eſt, cū euāngeliū legere
tur audiuimus. Gloria in excelſis deo, & in terra
pax hominibus bonæ volūtatis. Feſta vox & gra-
tulatoria, non vni fœminæ, cuius vterus ediderat
prolē: ſed humano generi cui virgo peperit ſalua-
torē. Dicamus ergo & nos, & quanta poſſumus cū
exultatiōe dicamus: dicamus inquam & nos fideli
corde deuota voce, Gloria in excelſis deo, & in ter
ra pax hominibus bonæ volūtatis: & hæc verba di M.
uina, has dei laudes, hoc euāgelicū gaudiū quāta va
lem? cōſideratiōe perſpectū, fide, & ſpe, & charita
te meditemur. Vnde Grego. Naziāzenus: Cū paſto-
ribus puerū venerare, cū angelis hymnū dicito, cū
archāgelis chorū ducito. Exulta & ſi non potes, vt
Ioan. ex vtero, certè velut Dauid in collocatiōe ar 2. Reg. 6.
cę teſtamēti tripudia, venerare natiuitatē, per quā
terrenæ natiuitatis vinculis liberatus es: hæc Gre.
Venias, & nihilominus quotidie vt videas Ieſum
in præſepio ſpirituali, ſcilicet in altari vt carnis
ſuæ frumēto merearis cū animalibus ſanctis refi-
ci. Et ſciendū ꝙ triplex eſt Chriſti natiuitas; ſcili- Natiuitas Chriſti triplex.
cet diuina, humana, & gratuita. Prima eſt, ex pa-
tre æternaliter. Secūda, ex matre tēporaliter. Ter
tia, in mente ſpiritualiter. Et iſtæ tres natiuitates Subſtātia Chriſti triplex.
ſumūtur ſecundūm tres Chriſti ſubſtantias, quæ
ſunt deitas, caro, & ſpiritus. Nā ex patre naſcitur
deus, ex matre caro: in mēte naſcitur per gratiam
ſpiritusſanctus. Ex patre naſcitur ſemper. Ex ma
tre ſemel. In mente ſæpe. Secundum natiuitatem
diuinam Christus habet patrem ſine matre: ſecū-
dum hu-



dum humanā, matrē ſine patre: ſecundū gratuitā,
A habet patrem & matrē: ſecundū illud: Quicunque
fecerit voluntatē patris mei qui in cœlis eſt, ipſe
Matt. 12. meus frater & ſoror & mater eſt. Has verò Chri-
ſti natiuitatis repreſentat Eccleſię, in die natiuita
tis eius. Primā natiuitatē repreſentat in miſſa quę
cātatur in nocte: quia diuina natiuitas eſt nobis oc
culta. Secundā, repræſentat in miſſa quæ cantatur
in aurora: quia natiuitas humana fuit partim oc-
culta: ſcilicet quātū ad modū: & partim manifeſta
ſcilicet quātū ad effectum. Tertiā, repræſentat in
miſſa quæ cantatur in die: quia gratuita natiuitas
manifeſta eſt in anima, in qua Chriſtus cōcipitur
per affectū, naſcitur per effectū, nutritur per pro-
fectum. Honora tunc & venerare ciuitatē Bethle
Bethlehē cōmendatio. hem puſillā & minimā, per quem tibi regreſſus pa
tefactus eſt ad paradiſum, & ad patriā. Hæc ciui-
tas ſpatio modica, primò dicta eſt Effrata, ſed po-
ſtea facta eſt ibi fames magna: qua trāſeūte facta
eſt ibidē magna abundātia, & tunc vocata eſt Beth
lehē, id eſt, domus panis, propter euentū abundan-
tiæ ſuperuenietis. Hæc ciuitas non eſt minima in
principib' Iuda, id eſt, dignitatis excellētia, quippe
B quia conſcia myſteriorū ante Chriſti aduentū. Ibi
Myſteria in Bethlehem facta enim vnctus fuit Dauid: Ibi ſacrificiū ſolenniza-
tū. Ibi cōnubiū Ruth & Boos celebratū: in quo pre
figurabatur humanitatis & diuinitatis connubiū,
verū ſacrificiū & immutabile regnum. Itē cōſcia
gaudiorū, in aduentu Chriſti. O quis dignè penſet
gaudiū angelorū laudātiū, paſtorū vidētium, regū
adorātium, populorum credentium. Item conſcia
martyriorum poſt aduentum Chriſti, qñ Hero-
des fecit infantes occidi. Sed maximè beata in ger
mine: quia inde exijt germen nobile, ſcilicet dux
& dñator, germen vtile regens populū Iſraël. De
cuius ciuitatis laude, ſic dicit Berñ. O Bethlehē par
Bernard. de laude Bethlehē. ua, ſed magnificata à dño. Magnificauit te qui fa-
ctus eſt in te, paruus ex magno. Quæ ciuitas ſi au
diat, nō inuideat præcioſum ſtabulum illud, & il-
C lius pręſepij gloriā. Vbique glorioſa dicta ſunt de
Pſal. 86. te, ciuitas dei, vbique canitur: quia homo natus eſt
in ea, & ipſe fundauit eā altiſsimus. Hæc Ber. Beth
Bethlehē ſitus. lehē ſita eſt in monte longo, ſed arto, ab Oriēte ſe
extendēs in Occidentē, in cuius fine Orientali ſub
rupe quadā quæ erat in quodā diuerſorio, illuxit
nobis Sol iuſtitiæ Chriſtus deus noſter, & contra
Occidentē, ad quatuor vel quinq; pedes erat pręſe
pe iumentorū, in quo dulcis puer ille fuerat recli-
natus. In hac ciuitate eſt ſancta & venerabilis ac
Templū in Bethlehem. miræ pulchritudinis, & deuotionis eccleſia cathe
dralis cōſecrata in honore beatæ virginis Mariæ,
quā ædificari fecit beata Helena, mater Cōſtanti
ni imperatoris, in qua eſt ſcripta, & in illa pulcher
rimum altare marmoreum in loco vbi virgo Ma-
ria peperit, & Chriſtus naſci voluit. Eſt etiam in
ipſa Eccleſia capella pulcherrima & deuota, in qua
erat illud præſepiū venerabile & diuinū. In eadē
Eccleſia eſt ſepulchrū innocentū, & ſepulchrū bea
ti Hierony. Ibi beata Paula & Euſtochium requie
Ciſterna in quā ſtella cecidit. ſcunt. Ibiq; eſt ciſterna in quam ſtella dux Mago-
rum dicitur cecidiſſe. Hanc ſanctā & deo dilectā
ciuitatē, beatus Hierony. præelegit, vt ibidē dño
deſeruiret. Beata etiā Paula & Euſtochium filia
eius, cū multis alijs virginibus in monaſterio ſan- D
ctimonialiū dei ſeruitio, & diuinæ cōtēplationi de
uotiſsimè vacātes, regnum mundi & oēm eius or
natū propter amorē domini noſtri Ieſu Chriſti, &
loci deuotionem contempſerunt. Multi quoq; ex
his qui deſiderio terræ ſanctæ de terra & de co-
gnatione ſua, & de domibus patrum ſuorum exie
runt, licet turba & tumultus hominum plerūque
religioni ſint impedimentum, maluerunt tñ inter
turbas populorū corporaliter habitare, quā ſancta
rum ciuitatum quas Chriſtus ſpecialiter elegit,
ſcilicet Hieruſalem, Bethlehem, & nazareth, quæ Ciuitates à Chriſto ſpecialiter electæ.
tan quā cellæ aromaticę ſaluatoris cōuerſatiōe re
dolent, habitatione priuari. In Nazareth enim de
ſpiritu ſancto, in Maria virgine fuit dñs cōceptus.
In Bethlehem natus. In Hieruſalem pro ſalute no
ſtra crucifixus mortuus, & ſepultus. In Bethlehem
ergo ſecundus Adā eſt natus, de qua ad ſeptē mi- Adā ſecundus & primus.
liaria vel circa cōtra Auſtrū eſt Ebron ciuitas, vbi
in agro Damaſceno fuit primus Adā de rubra ter
ra formatus, de quo agro ad iactū arcus eſt ſpelun E
ca duplex, vbi ipſe Adā cum cōiuge ſua eſt condi
tus & ſepultus: tres magni patriarchę, ſcilicet Abra
hā, Iſaac, & Iacob, cū coniugibus ſuis. Chriſtus ita- Figurę natiuitatis Chriſti.
que natus eſt, vt captiuū hominē liberaret. Et hoc
pręfiguratū fuit, in pincerna Pharaonis, cui in car
cere videbatur, ꝙ corā ſe vitis de terra creſcebat, Gene. 40.
habens tres propagines ſeu ramos, quæ cœpit flo-
rere & vuas producere, quas in calicē Pharaōis ex
primens, potū Pharaoni offerebat qui ſecundū ſom
nij interpretationē poſt tres dies liberat' eſt. Sic cū
genus humanū miſerabilem ſuſtineret captiuita-
tem: vitis, id eſt, Chriſtus de terra ſola, ſcilicet Ma
ria excreſcebat, qui tres propagines: ſcilicet carnē
animam, deitatem habebat. Vel tres progagines
ſunt tres perſonæ ſanctæ trinitatis. Tertia verò
die, poſtquā vinum ſanguinis ſui in cruce eſt ex-
preſſum, & regi cœleſti oblatum, tunc genus hu- F
manū de captiuitate eſt egreſſum. Hoc vinum re-
gē cœleſtem ita inebriauit, quòd oēm offenſam
humano generi relaxauit. Hoc vinū nobis ſub ſa-
cramēto reliquit, vt quotidie regi cœleſti pro mū
di offenſa offeratur: quia quotidie à mūdo offen-
ditur. Vnde cū Chriſtus naſceretur, vineæ Engadi
floruerūt, & Chriſtum verā vitem veniſſe oſtende Vineę Engadi floruerunt.
runt. Modus aūt natiuitatis Chriſti, figuratus eſt
in virga Aaron, quæ floruit & fructum amygda-
linum protulit. Sicut enim virga illa mirabiliter Natiuitatis Chriſti modus figuratus Virga Aaron.
contra naturā germinauit, ſic Maria ſupra ordi-
nem naturæ mirabiliter filiū generauit. Virga Aa
ron protulit fructum ſine plantatione, Maria ge-
nuit filiū ſine virili cōmixtione. In teſta amygda
lina dulcis nucleus latebat, in teſta carnis Chriſti
dulciſsima deitas abſcōdita fuit. In virga Aaron
inuenimus frondiū viriditatē, florū ſuauitatem, &
fructuū vbertatem, ſic Maria habuit viriditatē vir
ginitatis, ſuauitatem pietatis, & vbertatem perpe
tuæ ſatietatis. Non ſolum autem Chriſtus Iudęis,
ſed & Paganis ortū ſuum præmonſtrauit: quia o- 1. Timo. 2.
mnes homines ſaluos fieri voluit. Vnde Octauia- Octauianus.
nus qui tunc toti mundo dominabatur, & ideo à
Romanis

Romanis tãquã deus reputabatur Sybillã prophetiſſam cõſulebat,ſi in mũdo aliquis eo maior futuras erat. Eodẽ aũt die cũ Chriſtus in Iudæa naſcebatur,Sybilla Romæ circulũ aureũ iuxta Solẽ cõtemplabatur,in quo circulo virgo pulcherrima reſidebat,quę puerũ ſpecioſiſsimũ in gremio gerebat.Quod illa Cæſari Octauiano mõſtrauit,& regẽ potẽtiorẽ ipſo natũ eſſe intimauit.Meditari ergo debes cũ gaudio,quãta ſit hodierna ſolẽnitas. Hodie nanq; natus eſt Chriſtus,& ſic verè eſt dies natalis regis æterni,& filij dei viui.Hodie puer natus eſt nobis & filius datus eſt nobis.Hodie Sol iuſtitiæ,qui in nubibus erat,clarè fulſit. Hodie ſponſus Eccleſiæ,electorũ caput,de thalamo ſuo proceſſit.Hodie ſpecioſus forma præ filijs hominũ deſideratã faciẽ eius oſtendit.Hodie illuxit nobis dies redẽptionis noſtræ,reparationis antiquæ,felicitatis æternæ.Hodie pax eſt nunciata nobis hominibus,vt canitur in hymno angelico,qui hodie eſt factus.Hodie,vt cãtat Eccleſia,per totũ mundũ melliflui facti ſunt cœli.Hodie apparuit benignitas& humanitas ſaluatoris noſtri dei:quia vt dicit Bernard.Potentia apparebat in rerũ creatione,ſapientia verò in earũ gubernatiõe,ſed benignitas miſericordiæ maximè nunc apparuit in humanitate. Hodie adoratus eſt deus in ſimilitudine carnis peccati.Hodie & nos cũ Chriſto ſumus cõgeniti:quia generatio Chriſti origo eſt populi Chriſtiani.Hodie illa duo miracula cõtigerunt,quę oẽm ſuperãt intellectum,& ſola fides apprehẽdere põt,ſcilicet ꝙ deus naſcitur,& virgo parit.Hodie aliorũ miraculorũ claruit multitudo,Deniq; omnia quę de incarnatiõe dicta ſunt,quaſi hîc clarius eluceſcũt inchoata,hîc manifeſtata:videas nũc illa,ac iſtis coniũge & applica.Meritò ergo eſt iſta dies gaudij & exultatiõis,ac lętitię magnę nimis.

G

Natiuitatis Chriſti magnitudo.

ad Tit.3.

H

ORATIO.

IEſu dulcis,qui de ancilla humili,humilis natus te humiliter natũ humilitatis pãnis inuolui,& in præſepio reclinari voluiſti,da mihi clemẽtiſſime domine per tuã inenarrabilem natiuitatẽ renaſci in me nouæ vitæ ſanctitatẽ,& ſic ſub habitu & pãnis me religionis humiliari,vt inter arcta regularis diſciplinæ ſtudia,velut in quedã præſepio reclinatus,ad culmẽ veræ humilitatis valeam attingere.Et qui noſtræ humanitatis& mortalitatis fieri dignatus es particeps,da mihi tuæ diuinitatis& ęternitatis eſſe participem.Amen.

I

De circuncisione domini . Correſpondet euangelio:Poſtquam cõſummati ſunt dies, &c. Caput x.

Lucæ 2.

POſtquã aũt cõſummati,]& impleti [ſunt dies octo,]ſcilicet à natiuitate domini vtrãq; extremitatem cõputãdo,[vt circuncideretur puer,]ſecundũ legis præceptum:quia hoc erat tẽpus circuncisioni deputatũ,[vocatum]& declaratũ[eſt nomen eius]eſſe[Ieſus,]id eſt,ſaluator:quia in circuncisione ſolebat nomen imponi,[quod]ſcilicet nomen iam antè impoſitum eſt à deo,[vocatum,]id eſt,prænuntiatum[eſt ab angelo,priuſquã in vtero:]ſcilicet virginis, [conciperetur]de ſpirituſancto,Ritus circunciſionis à beato patriarcha Abrahã exordium ſumpſit,quãdo & nominis amplificationẽ accepit.Nã cũ ſignaculo circunciſionis,augmentũ & immutationẽ promeruit nominis,vt qui prius dicebatur Abrã,id eſt,pater excelſus,deinceps ob meritũ fidei diceretur Abrahã, id eſt,pater multarũ gentium.Nec ſolum ipſe,ſed etiã venerabilis vxor eius augmẽtum cũ nominis mutatione promeruit,vt quæ prius dicebatur Sarai,id eſt,princeps mea & domus ſuæ tãtum,deinceps diceretur Sara,id eſt,princeps omnium rectè credentiũ fœminarũ.Ex hoc ergo in conſuetudinẽ venit,ꝙ ad huius rei imitationẽ nomina imponerentur pueris in die circunciſionis eorũ : & ſic puero Ieſu eſt factũ.Ab humilitate ergo , quæ eſt radix,& cuſtos virtutũ,Ieſus ſumens initiũ,circũciſionis accepit ſignaculũ:vt pro te ſanguinis pretiũ non tardans effundere,ſe tuum veriſsimũ ſaluatorem oſtendat,patribus tã verbo quàm ſigno repromiſſum,eiſq; aſsimilatũ per omnia , præter ignorantiã & peccatũ.Duo magna hodie ſunt facta.Primũ,quia nomen,ſcilicet Ieſus,eſt manifeſtatũ,quod ab æterno erat ſibi impoſitũ,& ab angelo(priuſqua in vtero conciperetur)vocatũ. Angelus enim Gabriel,miſſus ad Mariã ait:Ecce concipies in vtero,& paries filiũ,& vocabis ſcilicet in circunciſione nomen eius Ieſum,ſcilicet à deo patre ſibi impoſitum. Vnde in Eſa. Et vocabitur tibi nomen nouum,quod os domini nominauit.Secundũ Orig. Vocabulum Ieſu dulce& glorioſum, omni adoratu cultuq; digniſsimum,nomen quod eſt ſuper omne nomen,non decuit primùm ab hominibus appellari,neque ab eis offerri in mũdum, ſed ab excellẽtiori quadam maioriq; natura.Hoc ergo nomen ei innatum eſt:vt enim ſaluator ſit,à propria natura habet.Et quamuis hoc nomen alijs antè fuerit impoſitum,tamen fuit nouum in Chriſto,inquantum fuit impoſitum ab hac proprietate:quia eſt ſaluator omnium,quæ in alijs non fuit, licet ſalutem in aliquo facto particulari fecerint. Ieſus enim Hebraicè,ſaluator interpretatur Latinè. Dicitur autem ſaluator.Primò,à potentia ſaluandi:& ſic conuenit ei hoc nomen ab æterno.Secundò,ab habitu ſaluandi,& ſic fuit impoſitũ ab angelo:& conuenit ei à conceptionis ſuæ principio.Tertiò,ab actu ſaluandi,& ſic fuit vocatũ nomen in circunciſione:& conuenit ratione paſsiõis ſuæ.Igitur ſecundũ Chryſoſt.Hoc nomen dei quo Ieſus ex vtero virginis nuncupatur , non nouũ eſt ei,ſed antiquum:quia Ieſus,id eſt,ſaluator vocatus eſt ſecundum carnem,qui erat ſaluator ſecundum diuinitatem.Vnde conſidera dignitates huius nominis.Primò quòd hoc nomẽ fuit ab æterno pręordinatũ & cõſecratũ.Secundò, fuit diuino ore nominatũ.Tertiò,patriarchis & patribus antiquis deſideratũ.Quartò,à ꝓphetis ꝓphetatum. Quintò,ab antiquo ſcilicet in Ieſu Naue, qui & Ioſue dicitur,præfiguratũ.Sextò,ab angelo virgini & Ioſeph prænuntiatũ.Septimò,à beata virgine pręedicatũ.Octauò,à Ioſeph hodie impoſitum. Nonò,ab angelis diuulgatũ. Decimò, ab Apoſtolis magnificatũ.Vndecimò,à martyribus teſtificatum.Duodecimò,à cõfeſſoribus collaudatũ. Tredecimò,

Circunciſio ab Abraham incœpta.

K

Abram & Sarai mutata nomina.

Nominis imponendi ratio.

Magna duo hodie facta.

L

Eſa.62.

Origenes de nomine Ieſu.

Ieſus quid interpretetur.

M

Dignitates nominis Ieſu.



A

decimò,à ſanctis virginibus tanquã oleũ effuſum pregũſtatũ.Decimoquartò , à fidelibus veneratũ. Eſt autem ſecundũ Aug.differentia inter nomen Ieſus , & nomen Chriſtus : quia nomen Ieſus, eſt nomen proprium:ſed nomen Chriſtus, eſt nomen commune & ſacramenti. Item nomen Chriſtus, eſt nomen gratiæ: ſed nomẽ Ieſus, eſt nomen gloriæ.Sicut enim hîc ꝑ gratiam baptiſmalẽ à Chriſto dicũtur Chriſtiani,ſic in cœleſti gloria ab ipſo Ieſu dicemur Ieſuitæ,id eſt,à ſaluatore ſaluati.Et quanta eſt differẽtia,inter gratiam,& gloriam,tãta differentia põt dici inter nomen Ieſus & Chriſtus.Moraliter ſecũdum Bedam , ſicut Chriſtus in ſua circunciſione corporali accepit hoc nomen Ieſus,ita electi in ſua circũciſione ſpirituali participãt iſto nomine : vt ſicut ipſi à Chriſto dicti ſunt Chriſtiani,ita à ſaluatore vocẽtur ſaluati. Quod etiã nomen eis nõ ſolũ priuſquã in vtero Eccleſię, per fidem cõciperentur, ſed ante ſecula à deo vocatum eſt.Hoc eſt ergo nomẽ quod eſt ſuꝑ omne nomen. Nec enim eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus,in quo oporteat nos ſaluos fieri.Nomẽ quod ſecundum Ber.eſt mel in ore,in aure melos, in corde iubilus. Nomẽ quod inſtar olei lucet prędicatũ, paſcit recogitatũ, lenit & vngit inuocatũ. Et ſecundũ Petrũ Rauennatẽ: Hoc eſt nomẽ quod dedit cęcis viſum,& ſurdis auditũ , claudis greſſũ, ſermonem mutis,vitã mortuis, totãq; diaboli poteſtatẽ de obſeſsis corporibus virtus huius nominis effugauit.De hoc nomine dicit Anſel. Ieſus eſt nomen dulce,nomẽ delectabile,nomẽ cõfortans peccatorem,& nomen beatę ſpei,ergo Ieſu eſto mihi Ieſus.Nomen Ieſu eſt virtuoſum, iuxta illud Apoſtoli:Abluti eſtis,ſanctificati eſtis , iuſtificati eſtis in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti.Habet enim nomen Ieſu virtutẽ ablutiuã,quoad peccati maculam:virtutẽ ſanctificatiuã, quoad culpã: & virtutẽ iuſtificatiuã, quoad reatũ. Cùm igitur tria ſunt in peccato,ſcilicet macula , culpa & reatus, patet ꝙ quoad omnia iſta peccatum remittitur per nomẽ Ieſu. Vnde Ioannes:Remittũtur vobis peccata,propter nomen eius.In hoc nomine omne genu flectitur,cœleſtiũ,terreſtriũ,& infernorũ. Hoc nomen dñi quicunq; inuocauerit,ſaluus erit.De hoc quoque nomine ipſe dñs ait: Quicquid petieritis patrem in nomine meo,dabit vobis. Hoc igitur nomine in omnibus orationibus vti debemus, ac petitiones in nomine Chriſti formare, & propter hoc orationes Eccleſiæ in fine formãtur in Chriſti nomine,dicẽdo ꝑ Chriſtũ dominũ noſtrũ,vel aliquid ſimile.In hoc nomine ille nõ petit,qui contra dei diſpoſitionẽ,& cõtra ſuã vel aliorũ ſalutem petit: imò verò qui taliter petit,cõtra hoc nomẽ eũ petere dubium nõ eſt. Verè ergo & propriè dictus eſt Ieſus:quia non niſi in hoc ſolo nomine ſalutẽ obtinere poſſumus.Vñ de ſe ipſo dicit:Ego ſum alpha & ω,principiũ & finis.Quia ſicut ꝑ verbũ æternaliter dictum oĩa producuntur, ſic ꝑ verbum carni vnitũ reparantur,promouẽtur,& finiuntur.Secundum ꝙ hodie factum eſt:quia cœpit hodie dominus Ieſus ſuum ſacratiſsimum ſanguinẽ pro nobis fundere, cùm ipſius caro cultello incideretur lapideo.Tempeſtiuè cœpit pati pro nobis:& qui peccatum nõ fecit, pœnã hodie portare incepit ꝓ peccatis noſtris.Nõ ſolum enim in virili,ſed etiam in infantili ætate ſanguinem ſuum pro nobis voluit fundere.Plorauit autẽ puer Ieſus hodie,ꝓpter dolorem quẽ in carne ſenſit: nam verã carnẽ & paſſibilem,ſicut cæteri homines habuit. Sed eo plorãte,credis ne ꝙ mater potuerit lachrymas cõtinere?Plorauit ergo,& ipſa.Cõpatere et tu ſibi,& plora etiã cũ eo:quia hodie ipſe fortiter plorauit. Nã in ſolẽnitatibus iſtis multũ gaudere debemus,propter ſalutẽ noſtrã quã quęſiuit,ſed multũ compati & dolere,propter ſuas anguſtias quas pro nobis ſuſtinuit. Multũ etiam ex hoc admirari debemus ad tolerandũ pœnas pro peccatis proprijs,cùm cernimus ipſum tãtas toleraſſe pro alienis. Vnde Bern. Quis non erubeſcat refugere multo minores pœnas pro peccatis ſuis,cùm nouerit Chriſtum tanta pertuliſſe,nõ pro ſuis ſed alienis? Et ſciendũ quòd ſex vicibus fudit ſanguinem ſuum pro nobis. Primò,in circunciſione:& hoc fuit noſtræ redemptionis initium.Secũdò,in oratione:& hoc fuit noſtræ redemptionis deſideriũ.Tertiò,in flagellatione,& quartò in coronatione,& hoc fuit noſtrę redẽptionis meritum:quia liuore eius ſanati ſumus.Quintò,in crucifixione, & hoc fuit noſtræ redẽptionis pretium,tunc enim quę nõ rapuit exoluebat.Sextò,in lateris apertione,& hoc fuit noſtræ redẽptionis ſacramẽtum,per quod figurauit , nos per aquã baptiſmatis debere mundari, qui quidẽ baptiſmus habiturus erat efficaciam à ſanguine Chriſti. Per primum docemur nos ſpiritualiter circũcidere,& peccata abijcere.Per ſecundũ , mentis anguſtiam pro ſalute noſtra ſuſtinere:Per tertium,carnẽ noſtram domare.Per quartũ, animã noſtram virtutibus ornare.Per quintum, membra noſtra mandatis dei ligare.Per ſextum,vulneratum cor in charitate dei habere. Vides ergo quoties Chriſtus ſuũ fudit ſanguinem,propter noſtrã redemptionẽ: vbi ſunt noſtræ lachrymæ,vbi gemitus, vbi fletus,vbi gratiarũ actiones pro tam copioſa ſanguinis effuſione?Venite adoremus & procidamus ante eum, ploremus ante dominũ qui fecit nos,& tã copioſè redemit.Vt enim ait Bernar. Sufficeſſet ad redemptionem orbis vna precioſiſsimi ſanguinis gutta, ſed data eſt copia,vt in beneficij recordationẽ virtus diligentis clareſceret : copioſa enim apud eum redemptio. Vt aũt dictũ eſt,ritus & religio circunciſionis ab Abrahã ſumpſit exordiũ: quia primus vnius dei cõfeſſus eſt fidẽ, & in ſignũ huius primò accepit circunciſionem, quæ fuit ſignũ diſtinguẽs fideles ab infidelibus.Credẽs enim Abrahã, adhuc in præputio poſitus, filiũ ſe habiturum , quẽ Deus ei promiſit,huius rei ſignũ circunciſionẽ accepit, vt ꝙ credens iuſtificatus ſit,cerneretur. Fuit ergo data & inſtituta circunciſio, primùm propter meritum fidei Abrahæ, vt ſicut fide diſtabat à nationibus cæteris,ſic diſtaret etiã ſigno circunciſionis. Itẽ vt populus qui ex eadẽ ꝓgenie naſciturus erat, per circunciſionis ſignũ peculiaris Deo agnoſceretur,& ab alijs nationibus diſcerneretur,ac ſemẽ eius qui credẽs Deo hoc ipſum acceperat, eſſe ſciretur. Item

Augu. de differẽtia nominum Ieſu & Chriſti.

Excellentiæ nominis Ieſu.

Phil. 2.

Acto.4.

B

1.Cor.6.

Virtutes nominis Ieſu.

1.Ioan.2.

Phil.2.

C

Rom. 10.

Ioan.14.

Petere debemus in nomine Ieſu.

Ioan. 8.

Sanguinẽ hodie fundere cœpit Ieſus.

D

Plorauit Ieſu mater.

Sanguinẽ ſuũ ſexies fudit Chriſtus.

E

Eſa.53.

1.Pet.2.

Pſal.68.

Pſal.94.

F

Pſal.129.

Circunciſio cur inſtituta.

Item vt ſi qui ex eodẽ populo in prælio corruiſſent, G hoc ſigno circunciſionis inter gentes cogniti, quia de ſtirpe ſancta deſcenderant, ſepulturæ traderentur. Et ideo in eremo non circuncidebantur, vbi ſoli ſine gentibus conuerſabantur. Item in remedium peccati originalis, & ad repreſsionem cõcupiſcentiæ carnalis. Data eſt etiam circũciſio in præparationẽ ſuſceptionis fidei: quia circũciſio eſt quædam profeſsio Moſaycæ legis ſeruandæ, ſicut & baptiſmus eſt profeſsio legis euangelicę, & per profeſsionem illã diſponebantur ad iſtam. Circunciſio igitur preteriti tẽporis mãdatũ fuit, & ſignũ promiſsi Chriſti, quam vſq; ad Chriſtum oportuit autoritatem habere, vt tandiu curreret, donec naſceretur promiſſus Abrahæ: quo nato, & promiſſione impleta, oportuit circunciſionẽ & ſignũ promiſsionis ceſſare. Vnde fiebat cultris petrinis, quia petra erat Chriſtus. Voluit aũt Chriſtus circuncidi ex cauſis pluribus, tãquã ſi* eſſet legi ſubiectus. Primò, vt oſtenderet ſe eſſe de genere Abrahę, qui circunciſionis mãdatũ accepit, & cui de Chriſto repromiſsio facta eſt. Secundò, vt patribus aſsimilatus Iudæis ſatiſfaceret, ac ſcãdalum & omnem excuſationem in ſe nõ credendi, & eũ non recipiendi ipſis auferret. Tertiò, vt legem veterem, & circuncisionem quam Deus inſtituerat, approbaret: H ac eam ſanctã iuſtam & bonam fuiſſe monſtraret. Quartò, vt obedientiæ & humilitatis virtutẽ, nobis ſuò cõmendaret exemplo, præceptũ legis (cui tamen ſubiectus nõ erat) obſeruando. Quintò, vt legem quam dedit alijs, etiã ipſe impleret, & qui in ſimilitudine carnis peccati, non autem in carne peccati venerat, remediũ quo caro peccati mũdari cõſueuerat, nõ reſpueret. Sextò, vt legis onus in ſe ſuſtinens, alios à legis onere quod portare nequiuerant liberaret: quia factus eſt ſub lege, vt eos qui ſub lege erãt redimeret. Septimò, vt pro nobis ſanguinem ſuum nõ ſolum in ætate virili, ſed etiã in infantia funderet, & tempeſtiuè pati inciperet. Octauò, vt in ſe veritatẽ carnis humanę oſtẽderet: & hęreticos qui dixerunt eum non verum corpus, I ſed phantaſticũ habuiſſe, cõfunderet. Nonò, vt caſtitatẽ quę à circũciſione actus illius mẽbri eſt, cõmendaret, & cõcupiſcentiã carnalem reprobaret. Decimò, vt in ipſo carnalis circunciſio finẽ, & ſpiritualis exordiũ haberet, & nos fore ſpiritualiter circuncidendos demonſtraret, vt enim Apoſtolus ait: Finis legis Chriſtus ad iuſtitiã omni credenti. Hodierno itaq; die ceſſat circũciſio, & habemus ꝑ ea baptiſmũ, qui eſt maioris gratię & minoris pœnæ: nã gratia baptiſmi ſuperueniens carnis circũciſionem euacuauit, quemadmodum fructu aduenіente flores decidunt, & marceſcunt Vnde Greg. Quod apud nos valet aqua baptiſmatis, hoc egit apud veteres, vel pro paruulis ſola fides, vel ꝑ maioribus virtus ſacrificij, vel pro his qui ex ſtirpe Abrahæ prodierũt myſteriũ circunſionis. Et ſecundum Bedam, idem auxilium curationis in lege circunciſio, cõtra originalis peccati vulnus præſtitit, quod nũc baptiſmus tempore gratiæ cõfert, niſi ꝙ introitus in regnũ nondum patebat circunciſis, vt modo baptizatis. At vero nõ ſolum baptiſmus hoc facit, ſed etiã paſsionis adiunctio, quæ ſi circuncisioni adiuncta eſſet, & ſimiliter ibi fieret. K Ideo aũt in carne præputij fiebat circunciſio: quia in parte illa magis cõcupiſcentia dominatur, per quam originale peccatũ propagatur. Vbi ergo via peccati eſt, ibi aptè ſignabatur peccati remedium. Significatur autem per circunciſionẽ carnis, circũciſio mentis, qua mundatur anima à vitijs: & ideo debemus circunciſionem ſpiritualem in omnibus intus & extra habere, & ex omni parte ſpiritualiter vitijs circunciſi eſſe. Circunciſus enim Chriſtus eſt, vt omnia peccatorum vitiorumq́; ſuperflua hominẽ abſcindere à ſe debere, doceret. Vnde ſecundũ Bernar. Duplex eſt circunciſio, quę à nobis fieri debet, ſcilicet interior & exterior. Exterior conſiſtit, ſcilicet in habitu ne ſit notabilis: in actu, ne ſit reprehenſibilis: & in ſermone, ne ſit cõtemptibilis. Interior ſimiliter in tribus cõſiſtit: ſcilicet in cogitatione, vt ſit ſancta: in affectione, vt ſit pura: in intẽtione, vt ſit recta. hæc Bern. Debemus igitur eſſe circunciſi corde, à cogitationibus noxijs & immũdis, à iudicijs falſis & temerarijs, L ab intentionibus & voluntatibus iniquis, vt coram deo pertimeſcamus verſare in corde quod coram hominibus erubeſceremus dicere vel facere: quia quod dicta vel facta hominibus, hoc ſunt cogitationes deo. Debemus quoq; eſſe circunciſi lingua à verbis turpibus, detractorijs, mẽdoſis, ocioſis & ſuperfluis: quia de omni verbo ocioſo (etiã ignorãter prolato, ſicut & de cogitatione minutiſsima) reddẽda eſt ratio in die iudicij. Debemus etiã eſſe circunciſi, omnibus ſenſibus & mẽbris corporis noſtri, à prohibitis & illicitis, à voluptuoſis & ſuperfluis omnibus abſtinendo, & nõ ſolũ à peccato, ſed ab omni occaſione peccati nos ſubtrahẽdo: quia niſi quis occaſionẽ peccati vitauerit, vix peccatũ declinabit. Tali circunciſione omnia vitia & peccata tolluntur & excludũtur, vnde & octauo die circũciſio meritò fiebat, in qua & vltima reſurrectio fiet, quãdo omnibus mẽbris circũciſis, id eſt, vitijs & peccatis abſciſis totus ex integro innouatus, o- M mniq́; ſuꝑfluitate mũdatus homo ad immortalitatem reſurget. Octaua dies ipſa eſt quę & prima. In hac enim mundus cœpit, Chriſtus reſurrexit. In hac & vniuerſalis reſurrectio erit. Sex etenim ſunt huius ſeculi ętates in quibus ꝑ deo laboribus inſiſtere, & pro adipiſcenda ſempiterna requie ad tẽpus operari neceſſe eſt. Septima ętas non in hac, ſed in alia vita quieſcẽtiũ vſq; ad tẽpus reſurrectionis omnium. Octaua aũt ętas ipſa eſt dies reſurrectionis ſine vllo tẽporis fine beata. Tũc aũt nõ ſolũ circũciſi, ſed oĩbus ab eis peccatis abſciſis, mũdi & immaculati ęternũ nomẽ ſancti ſuſcipiẽt & hęreditarẽ. Qui ergo mala & vana cogitare, vel loqui aut facere nõ appetit, iſte interius & exterius ꝑfectè circũciſus eſt. Parũ aũt ꝓdeſt circũciſum eſſe, ex parte vna & nõ ex alia: vt eñ ait Pius papa: Nihil ꝓdeſt homini ieiunare & orare, & alia religionis bona agere, niſi mẽs ab iniquitate, & ab obtrectationibus lingua ꝓhibeatur. Nihil quidẽ prodeſt, ſcilicet quãtũ ad vitã ęternã, ꝓdeſt eñ quãtũ ad tẽporalia. Vñ & Beda: Nemo ſanè cùm circũciſionẽ prædicari

Circũciſio fiebat petrinis cultris.

Circũcidi voluit Chriſtus ob multa.

*quamuis non.

Gal. 4.

Rom. 10.

Baptiſm⁹ euacuauit circunciſionem.

Circunciſio cur in præputio.

Circunciſio duplex nobis neceſſaria.

Matt.

Octauo die circunciſio fiebat.

Aetates mundi.

Beda ab omnibus circuncidi præcipit.



prędicari audierit, vnius ſolum membri continen- A tiam autumet imperari, quaſi vel à fornicatiõe tantum abſtinentẽ, vel licito matrimonio temperanter vtentẽ, vel virginitate glorioſum exiſtere abſque aliarũ virtutum adiectione ſufficiat, & non omniũ potius quos corde, vel corpore geſtamus ſenſuum caſtigationẽ præcipi. Ille itaq; vera circunciſione mũdatus eſt, qui obturat aures ſuas ne audiat ſanguinẽ, & claudit oculos ſuos ne videat malum, qui cuſtodit vias ſuas ne delinquat in lingua ſua, & attẽdit ſibi ne grauetur cor eius in crapula & ebrietate, qui lauat inter innocẽtes manus ſuas, & ab omni via mala prohibet pedes ſuos, qui ſuper omnia caſtigat corpus ſuũ & ſeruituti ſubijcit: omniq́; cuſtodia ſeruat ſuũ cor, quoniã ex ipſo vita procedit. Sed & ipſa bona actio ſua quæ in abſcondito eſt circunciſione nõ minus indiget, vt cùm ieiuno, oro, eleemoſynã facio, gloriam intrinſecus quęram. Quapropter & Apoſtolus abſconditam corde circunciſionẽ ſedulò cõmendat, cui laus non ex hominibus, ſed ex deo eſt: hæc Beda. Debemus B ergo omne peccatũ intus & extrà vitare, & ex omni parte ſpiritualiter circũciſi eſſe. Toties etiam homo circunciditur, quoties poſt peccatũ ad pœnitentiã reuertitur. Hanc autẽ circunciſionẽ præcedere oportet octo ſpirituales illuminationes diuinarũ gratiarum quæ per viij. dies intelliguntur, & ſic octauo die circũciſio in anima celebratur: videlicet peccatoris ad deũ conuerſio, peccati recognitio, cõtritio, confeſsio, ſatisfactio, peccati deteſtatio, in futurũ cautio, & extunc octauò ſequitur impij iuſtificatio, qua gratia infunditur, & peccatum expellitur, & in ipſa die octauo ſcilicet in iuſtificatione impij celebratur circunciſio in anima pœnitentis. Quæ quidẽ circunciſio non eſt aliud quàm amputatio vitiorũ, quæ habet fieri in cultello pœnitẽtiæ. Sicut enim in circũciſione corporali fit amputatio ſuperfluæ carnis, ſic in circũciſione ſpirituali fit amputatio vitiorũ & peccatorum, quæ ſola ſunt homini ſuperflua: omnia enim alia creata in homine, ſunt valde bona. Et niſi iſta cir- C cunciſio fiat in anima, ipſa eſt filia perditionis: ſecundum illud Geñ. Maſculus cuius præputij caro circunciſa non fuerit, peribit de populo ſuo. Item iſti viij. dies ſunt viij. illuminationes ſpiritus ſeptiformis in ſeptem virtutibus principalibus, cũ perſeuerantia finali quæ eſt octauo. Et quia niſi per Chriſtũ peccata nõ tollũtur, ipſe eſt eñ agnus dei qui tollit peccata mũdi: ideo vt dictũ eſt circũciſio cultris fiebat petrĩnis: q̄a petra erat Chriſtus. Hæc illa Iudęorũ circũciſio ſignificat, & ſine hac ſignificatiõe inutilis eſt. Et ideo Chriſt⁹ circũciſus eſt, vt circũciſionis ſignificationẽ nobis cõmẽdaret. Sicut eñ nobis eſt nat⁹, nobis baptizat⁹ & paſſus, ita & nobis nõ ſibi eſt circũciſus. Spiritualem ergo circũciſionẽ ſignificatã per corporalẽ habere ſtudeamus, vt illam ſpiritualẽ quæ in octaua reſurrectionis in nobis futura eſt ab omni corruptione culpę & pœnæ cõſequi mereamur. Tres itaq; cõſtat eſſe circũciſiones, vna eſt ſacramentũ: ſcilicet circũciſio quę eſt in corpore: duę verò ſunt res illius ſacramenti, videlicet circũciſio à peccato, quæ quotidie eſt in anima, ac circunciſio à peccato & ab omni pœna peccati, quæ in reſurrectione erit in anima & in D corpore.

ORATIO.

O Ieſu clemens qui de virgine natus ſub lege circũcidi voluiſti, circũcide Ieſu miſericors cogitatiões verba & opera ſerui tui, vt nihil tuę volũtati cõtrariũ cogitãdo, loquẽdo, operãdo, peragã: & in ſenſu ſit mihi cogitatus dei, & omnis narratio mea in ꝓceptis altiſsimi & in opĩbus mãdatorũ tuorũ dirigãtur oẽs act⁹ mei. Ecce dñe corã te ſunt, cor meũ lingua mea, ſenſus & mẽbra conãtur quidẽ, ſed ꝑ ſe nõ poſſunt. Fac tu qđ ipſa nõ poſſunt, & ꝑfice in bonis deſideriũ mei peccatoris, qui conſueuiſti deſideriũ ſuum dare iuſtis. Amen.

De apparitione dñi, facta tribus Magis. Cap. XI.

TErtiadecima verò die puer Ieſus manifeſtauit ſe gẽtibus, id eſt, Magis qui erãt gẽtiles. Prophetatũ quippe ſeu vaticinatũ fuerat per Balaã prophetã gẽtiliũ ꝙ oriretur ſtella ex Iacob, & cõſurgeret homo de Iſraël: vbi oſtẽditur ꝙ ortus nouæ ſtellę apparẽtis erat ſignũ Chriſti naſcẽtis. Iſti ergo vidẽtes nouã ſtellã, cognouerũt ꝑ inſpira- E tionẽ diuinã ꝙ illa erat quę per Balaam prædicta fuerat, & ideo ſtatim mouerũt ſe de locis ſuis, vt ad venerãdũ puerũ natũ venirẽt. Iſti à Balaã genus duxerãt, & nõ minus fidei q̃ generis ſucceſſores & hęredes erãt: vnde nõ à magica arte, ſed à magnitudine ſciẽtię vocati ſunt Magi, quaſi in ſapiẽtia magni & erãt in ſciẽtia aſtrorũ periti, quos enim Hebræi ſcribas, Gręci philoſophos, Latini ſapiẽtes, hos Perſę Magos appellãt. Et ideo erãt Magi nõ malefici, ſed ſapiẽtes primitię fidei noſtrę. Qui ideo etiã reges dicti ſunt: quia illo tꝑe philoſophi & ſapientes regnare cõſuẽuerũt. Vnde de antiquorũ tẽporũ felicitate Seneca ſic dicit: Sũma felicitas erat gentiũ in quibus nõ poterat potẽtior eſſe niſi melior. Illo ergo ſeculo qđ aureũ perhibetur, officiũ erat imperare nõ regnũ. Parũ erat regi ſine arte & difficultate ſibi inuenire aliquod receptaculum. Vnde de quodã philoſopho tũc regẽte ſtatim ſubiũgit: Diogenes Cynicus cùm vidiſſet puerũ caua manu aquã bibentẽ, fregit protinus exemptũ è perula calicẽ hac obiurgatiõe ſui: Quãdiu homo ſtult⁹ ſuperuacuas ſarcinas habui. Qui ſe cõplicuit in dolio, et in eo cubitauit: hęc Señ. O quãtum diſtat inter rectores huius tẽporis & illius: quia nũc omnia illis cõtraria ſcilicet diuitias, honores, & delicias quærũt, & ideo in futuro fortè peius gẽtibus habebũt. [Et venerũt Magi ab Oriẽte,] id eſt, à partib⁹ quæ reſpectu Hieruſalem ſunt verſus Orientẽ: vt ſcđm Chry. Vnde dies naſcitur, inde ꝓcederet fidei initiũ: quia fides lumẽ eſt animarũ. Et ſcđm Ber. Meritò ab Oriẽte veniũt qui Solẽ iuſtitię nouũ nobis ortũ annuntiant, lętiſq́; rumoribus totũ mundũ illuminãt. Venerũt aũt ſpecialiter de finibus Perſarum, Medorũ, & Chaldęorũ: Vbi fluuius eſt Saba, à quo & Sabęa regio illa dicitur: iuxta quã eſt Arabia, vbi Magi reges fuiſſe memorãtur. Sunt autem Arabię duæ, vna cõtermina & vicina Iudęę & reſpectu Hieruſalẽ ab Oriẽte, de qua vidẽtur Magi veniſſe. Alia cõtermina Indię diſtãs à Hieruſalem quaſi vnius

Eſa. 23.

Ibidem.

Pſal. 38.

Lucæ 21.

Pſal. 25.

Pſal. 118.

1. Cor. 9.

Proue. 4.

Illuminatiões octo circunciſionẽ mentis præcedentes.

Gene. 17.

Ioan. 1.

Chriſtus nobis non ſibi circuncisus eſt.

Circunciſiones triplices.

Matt. 2.

Num. 24.

Magorũ gen⁹ & denominatio.

Reges, vnde dicebãtur.

Seneca de Diogene. F

Magi cur ab Oriente venerũt.

Arabiæ duæ.

quaſi vnius anni itinere, & de hac infra xiij. dies G nõ poterãt venire. Vnde Remigius: Sciendũ eſt ꝙ aliqui ſolẽt dicere: ꝙ puer qui tũc natus in tã breui ſpatio tẽporis, de vltimis finibus terræ eos ad ſe perducere potuit: vel ſi fuerũt ſucceſſores Balaã, regio iſtorũ non lõgè diſtat à terra promiſſiõis, idcirco in tã breui ſpatio tẽporis Hieruſalẽ venire potuerũt. hęc Remig.

Remigius de ſubito aduentu.

Factum eſt aũt vt viſa ſtella quicquid per eã ſignificabatur ſancti ſpiritus illuſtratiõe mox intelligeretur. Chriſtũ igitur deũ & hominẽ in ſtella quęrebãt, quẽ diuina inſpiratiõe per ſtellã ſignificari intelligebãt.

Stella Magis viſa, ab alijs differt.

Iſta ſtella differebat ab alijs multipliciter. Primò, in ſubſtãtia: quia aliarum ſtellarũ materia eſt materiæ cœleſtis & quintæ eſſentiæ, hæc aũt de ſubſtãtia corruptibili fuit. Secundò, quoad eius principiũ effectiuũ: quia aliæ ſtellæ à deo per verbũ creatæ ſunt, nulla cooperante natura, ſed iſta miniſterio angeli à verbo facta eſt. Tertiè, in duratiõe: quia aliæ à principio mũdi ſunt cõditæ, & in æternũ manebũt, iſta Chriſto nato creata eſt, poſtea eſſe deſiuit. Quartè, in ſitu: q̄a aliæ ſunt in cœlo, iſta aũt nõ fuit ſita in firmamen H to, ſed in aére nõ lõgè à terra. Quintò, in magnitudine: quia ſcd̃m Ptolomęũ quælibet ſtellarũ firmamẽti viſibilis nobis, maior eſt tota terra, fortè iſta nõ fuit vltra quãtitatẽ duorũ vel triũ cubitorũ. Sextò, in motu: q̄a aliæ mouẽtur circulariter ab Oriẽte in Occidentẽ, hæc aũt ferebatur motu recto, ab ortu in meridiẽ. Septimò, in ſtatu: aliæ mouentur motu cõtinuo & nunq̃ ſtãt, iſta aũt cũ Magis euntibus ibat, & cũ ſtãtibus & quieſcẽtibus quieſcebat. Octauò, in viciſſitudine apparitiõis & occultatiõis: cùm eñ intrauerũt Hieruſalẽ occultauit ſe, deinde vbi Herodẽ reliquerũt ſeipſam mõſtrauit. Nonò, in tẽpore: quia aliæ lucẽt ſolum de nocte, hęc verò in meridie Sole lucente apparebat, quã lux diurna nõ impediebat: quia ſcd̃m Chry. ipſos etiã Solis radios proprio fulgore ſuperabat. Decimò, in ſignificatiõe: quia aliæ ſignãt tẽporũ & annorũ diſtinctionẽ, iſta verò ſignificabat creatoris natiuitatẽ. I Vndecimò, in effectu: quia aliæ habẽt efficaciã certam ad trãſmutationẽ iſtorũ inferiorũ, iſta aũt nullum habuit effectũ, niſi ꝙ notauit natũ ſaluatorẽ. Duodecimò, in miniſterio: cętera eñ aſtra creauit deus in miniſterium cunctis gentibus, hęc aũt ſtella in miniſteriũ ſolius Chriſti eſt ædita. Tertiodecimò, in ſingularitate apparitiõis: q̄a quęlibet ſtella apparet omnibꝰ qui ſunt in hemiſperio eius, ſed iſta viſa eſt tm̃ tribꝰ Magis. Quartodecimò, in motore: quia aliæ ſtellę nõ habẽt motores ꝓprios, iſta aũt habuit motorẽ propriũ: ſcilicet angelũ, qui natiuitatẽ Chriſti paſtoribus nũtiauit.

Magna facta hac die Eccleſiæ.

Multa & magna hac die facta ſunt per dñm Ieſum, & maximè circa ipſam Eccleſiã. Primum eſt, q̄a ipſa hodie in perſona Magorũ ab eo in ſpõſam eſt recepta: quia eſt ex gẽtibus maximè cõgregata. Nã die natalis ſui in perſona paſtorũ Iudæis apparuit de quibus nõ niſi pauci verbũ dei receperũt. Hodie verò apparuit gẽtibus quæ Eccleſiã impleuerũt: q̄a in ſtellæ fulgore dei gratia, & in tribus Magis vocatio gẽtiũ præceſſit, ipſi eñ magi primitię gẽtiũ fuerũt, & gẽtes in Chriſtũ credituras ſignauerũt. Vnde feſtũ hodiernũ ꝓpriè eſt feſtũ Eccleſię, & fidelium Chriſtianorũ. Secundũ eſt q̄a Eccleſia hodie ſan- K cta eſt ab eo deſpõſata, & idẽ per baptiſmũ verè cõiũcta, quẽ tali die anno ſuo xxx. recipere dignatus eſt. Et ideo lętãter cãtat: Hodie cœleſti ſpõſo iũcta eſt Eccleſia, quoniã in Iordane lauit Chriſtus eius crimina. Nã in baptiſmo deſpõſat anima Chriſto, qui virtutẽ ſumpſit à Baptiſmo ſuo, & ideo animarũ baptizatarũ cõgregatio vocatur Eccleſia. Tertiũ eſt: quia tali die ſcilicet anno reuoluto poſt baptiſmũ fecit ad nuptias primũ miraculũ, qđ etiam ad Eccleſiã, & ſpũales nuptias adaptari põt, prout infrà ſuo loco apparebit. His ergo vt cãtat Eccleſia tribus miraculis ornatũ ſanctũ diẽ colimus.

Maximus de tribus apparitionibus.

Vnde vt dicit Maximus epiſcopꝰ, in antiquioribus libris dies illa dicitur pluraliter dies Epiphaniarũ, id eſt, pluriũ illuſtrationũ Chriſti Epiphanes eñ illuſtrationẽ ſonat. Has tñ tres manifeſtatiões ꝓprijs quidẽ nominibus diſtinguũt Epiphaniã vocãtes eam, quę per ſtellã facta eſt, quaſi deſurſum facta, Theophaniã eã quę in baptiſmo quaſi à deo, id eſt, à patre factã, Bethphaniã eã quæ in nuptijs quaſi in domo factam: Beth eñ domũ ſonat.

Bethania domũ ſonat.

Rectéq; tria hęc in vno die acta nobis myſteria p̄dicãtur, qui trinitatis ineffabilis arcanũ vno dei ſub noĩe cõfitemur: hęc Maximus. Inſuper ſcd̃m Orig. etiã hac die pauit iiij. millia hoĩm de vij. panibus, & paucis piſciculis. Vides itaq; q̃ venerabilis eſt dies iſta quã dñs elegit, ad tot mirifica & magnifica faciẽda. Cõſiderãs ergo Eccleſia tot magna beneficia hodie ſibi à ſpõſo exhibita, grata exiſtere volẽs exultat, iucũdat, & iubilat, ac diẽ hãc magnificè ſolennizat. Dicamus itaq; nũc de primo: q̄a de alijs dicẽdum erit infrà ordine ſuo. [Cùm ergo] ſcd̃m prophetiã Michęę, [natus eſſet Ieſus in Bethlehẽ Iudę,] quæ eſt in tribu iuda, q̄ dicit ad diſtinctionẽ alterius Bethlehẽ, quæ eſt in Galilęa in tribu Zabulon, [in diebus Herodis regis,] ſcilicet anno regni ſui xxx. per qđ oſtẽdit tẽpus præfinitũ Chriſti naſcẽtis: prophetauerat enim patriarcha Iacob illo tp̃e Chriſtũ naſciturũ qñ deficeret ſceptrũ ſiue rex & dux de populo Iudęorũ, & hoc impletũ eſt in Herode Aſca- M lonita qui fuit Idumęus, & primus regnauit alienigena. [Ecce Magi,] & gẽtiles vniuerſam Eccleſiã futurã ex gẽtibus reprę̃ſentãtes à p̄tibus Oriẽtalibus, [venerũt hieroſolymã,] ciuitatẽ regiã, ibidẽ de Chriſto nato inquirẽtes & dicẽtes: [vbi eſt qui natus eſt rex Iudęorũ,] ecce ergo titulus à magis hîc nũtiatus, à Iudęis reprobatus ibi, noli ſcribere rex Iudęorũ, à ſcriptura cõfirmatus ibi: qđ ſcripſi, ſcripſi, [vidimus eñ in Oriẽte ſtellã eius,] ſcilicet propriã: quia hãc creauit ad ſui oſtenſionẽ, [& venimus,] perſonaliter [adorare] humiliter [eũ] ſingulariter.

Venerunt paſtores, reges, & ſenes ad Chriſtum.

Veniũt paſtores vt certificẽtur vt ſuprà. Veniũt reges vt venerẽtur, vt hîc. Veniũt ſenes, vt gratulẽtur vt infrà. Primũ pertinet ad prelatos. Secũdum ad actiuos. Tertiũ ad contẽplatiuos. Primi vidẽt & prędicãt. Secũdi venerãtur & adorãt. Tertij amplexant & tenẽt. Scd̃m quoſdã Magis Iudęam intrãtibus ſtella diſparuit, vt amittẽtes itineris ducẽ, neceſſe haberẽt recurrere ad ciuitatẽ regiã: ſcilicet Hieruſalẽ, & ibidẽ inq̄rere de rege nato. Scd̃m verò



verò alios cùm Magi Hieruſalẽ ad quęrẽdũ de pue- A ro ingreſſi fuiſſent, ſtellę ducatũ amiſerũt, quoniã xilium humanum requirentes iuſtè perdere diuinũ meruerunt: quia rectè diuino deſerũtur auxilio qui humanũ pręponũt diuino.

Stella cur diſparuerit.

Et poteſt ſtella iſta illuminatio gratiæ intelligi: quia dum boni à malis conſiliũ quęrunt, verã illuminationẽ amittunt. Sed ſiue ante ingreſſum in Hieruſalẽ, ſiue poſt ingreſſum diſparuit, factũ eſt hoc à deo pluribus de cauſis. Prima, propter ipſos Magos, vt qui prius fuerant cõmoniti cœleſti ſigno, cõfirmarentur etiam dicto prophetico ex doctorũ ibi reſidentiũ reſponſo. Secunda propter Chriſtũ, vt eius natiuitas in ciuitate regia publicaretur, & prophetia de loco natiuitatis Chriſti impleta monſtraretur. Tertia, vt ſtudio Magorũ, damnaretur pigritia Iudæorũ: qui gentibus ſolicitè Chriſtũ quęrentibus ipſi in nullo moti ſunt ad quærendũ. Quarta, vt Iudæi Chriſtũ non recipientes, inexcuſabiles de aduentus eius noticia remanerẽt, cùm Magi Iudæis tẽpus, & Iudęi Magis locũ natiuitatis oſtenderent. Per hoc etiam B figurabatur ꝙ fides Chriſti erat à gentibus deuotè recipienda, & à iudæis pro maiori parte in infidelitate remanentibus refutãda.

Magorũ fides.

Iſti Magi fixi fuerunt in timore Chriſti & fide firmati: quia nõ obſtante ꝙ ſcirent iuxta edictũ imperiale, capitali ſentẽtia puniendũ eſſe quicunq; regem aliũ quàm ſubiectũ Romano imperio nominaret, Chriſtũ tamen intrepidi ſunt confeſſi. Vnde Chry. Sed nunquid neſciebant, ꝙ in Hieruſalẽ regnabat Herodes? Nunquid nõ intelligebãt, ꝙ quicunq; rege viuente alterum regem pronuntiat, aut adorat, punitur in ſanguine? Sed dum conſiderabãt regẽ futurum, non timebant præſentẽ, adhuc non viderant Chriſtũ, & iam parati erãt mori ꝓ Chriſto. O beati Magi qui ante cõſpectũ crudeliſſimi regis priuſquã Chriſtũ viderẽt, Chriſti facti ſunt cõfeſſores. hęc Chryſ.

Auguſtinus de timore Herodis.

[Audiẽs aũt Herodes rex,] talia de pucro nato [turbatꝰ eſt,] timẽs ne regnaturꝰ eſſet ꝓ eo, ſe tanq̃ alienigena deſtituto. Vbi Aug. Quid erit tribunal iudicãtis, qñ ſupbos reges cuna terrebat infantis? Timeãt nũc reges ad p̃ris dexterã iã ſedentẽ, quẽ rex C impiꝰ timuit adhuc m̃ris vbera lãbentẽ: & nõ ſolũ turbatus eſt ipſe, ſed [& oĩs Hieroſolyma cũ illo,] nouitate miraculi percuſſa, & fauere volens Herodi quẽ timebant: quia ſibi ſubiecta. Sæpe enim populus plus eis iniuſtè fauet quos crudeles ſuſtinet: vnde rex iniuſtus oẽs miniſtros habet impios & adulatores. Turbatur ergo ſcd̃m Chry. omnis Hieroſolyma cũ eo, vel cauſa adulationis vel timoris. Turbantur etiã ille & iſti: quia de aduentu iuſti nõ poſſunt gaudere iniqui, vel accipiendo hîc partem pro toto, omnis Hieroſolyma intelligitur illa pars quæ ſibi fauebat, ſic cõmuniter dicitur quãdo maiores ciuitatis aliquid faciunt, ꝙ tota ciuitas illud facit: ſic in propoſito, qui erant ibidem maiores, & in regalibus officijs aſſiſtentes, illi cũ rege turbati ſunt, [& cõgregans oẽs principes ſacerdotũ & ſcribas populi,] ſapientes Iudæorum, [ſciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſceretur.] Quia enim volebat Chriſtum perdere, ideo ſtuduit de loco natiuitatis Chriſti diligenter inquirere ab illis qui ſcripturas prophetarũ prædictas de Chriſto nouerant, & genealogias deſcendentes à Dauid ſciebãt. [At illi di- D xerunt ei,] ꝙ [in Bethlehem Iudæ,] id eſt, quæ ſita eſt in terra Iuda prout ſcribitur in Michæa. ſcd̃m Aug. Iudæi in hoc facto, ꝙ docẽt alios locum natiuitatis, & tamen ipſi non vadunt, ſimiles ſunt fabricatoribus arcæ Noẽ, qui alijs vbi euaderent, pręſtiterunt, & ipſi diluuio perierunt.

Auguſtinus de Iudæis indicantibus Chriſtum.

Similes etiã ſunt lapidibus milliariũ, qui alijs viam indicãt, nec ipſi per eam ambulant, de quibus etiã dicit ibidẽ Aug. ꝙ oſtenſo alijs vitæ fonte ipſi ſunt mortui ſiccitate. Per ſcribas autẽ & ſacerdotes qui locũ natiuitatis Chriſti, ex prophetia declarauerũt, & tñ ipſum Chriſtũ non adorauerũt, ſed Magis perſecuti ſunt: ſignantur doctores bonæ doctrinæ, ſed malæ vitę, qui quẽ prædicant ſana doctrina, perſequũtur mala vita. [Tũc Herodes clam,] & occultè, [vocatis] ad ſe [Magis, didicit ab eis tẽpus ſtellæ quæ apparuit eis.] Cognito enim loco natiuitatis Chriſti, ex Iudæorũ reſpõſis, voluit ſcire tẽpus natiuitatis ab E ipſis Magis, vt ſi ad ipſum redirẽt, ex tẽporis & loci cognatione poſſet Chriſtũ interficere: & cũ eſſet alienigena, non cõfidebat de Iudæis, & ideo voluit cõſiliũ ſuum latere eos, [& mittens illos in Bethlehem dixit:] eos doloſè & volẽs decipiẽdo [Ite & interrogate diligẽter de puero,] nato [& cũ inueneritis renuntiate mihi, vt & ego veniens adorẽ eum,] ſpondet falſum obſequiũ vt facilius eos decipiat, & ad redeundũ per ipſum inducat. Falſa quippe fuit Herodis promiſſio: quia ſcd̃m Chryſ.

Chryſoſt. de perfidia.

Deuotionẽ promittebat, ſed gladiũ acuebat & malitiã cordis ſui humilitatis colore depingebat. Talis eſt cõſuetudo omniũ malignorum, q̄ aliquẽ in occulto grauius lędere volũt, humilitatẽ illi a & micitiã fingũt: & ſcd̃m Raba. Finxit Herodes, tã vultu q̃ verbis ſe adorare eũ velle, quẽ inuida cogitatione tractabat occidere: & hoc vt vel ad ipſum Magi alacrius redirẽt, & ne Iudæi quorũ rex erat futurꝰ, ab eo ipſum abſcõderẽt, cuius perſonã oẽs hypocritæ tenẽt, qui dum fictè deũ quęrũt, inuenire illũ nunq̃ merẽtur. Et ſicut Herodes ſub ſpecie religiõis voluit occide- F re Chriſtũ, ſic hypocritę, quantũ in eis eſt, occidũt eum: ſcd̃m illud Apoſtoli, Rurſum crucifigẽtes ſibimetipſis filiũ dei, nã ſcd̃m Gre. Simulata ſanctitas, eſt duplex iniquitas: ſcd̃m Chryſ. Herodi ſimiles eſſe probãtur, qui ſacra cõmuniõe myſterij indignè abutũtur. Adorare quippe ſe fingũt, & eum quantũ in ipſis eſt, interimunt. Iuxta illi Apoſtoli: Qui mãducat & bibit indignè reus erit corp̄is & ſanguinis dñi, ] cùm aũt Magi audiſſent regẽ,] Herodẽ: nihil mali ſuſpicãtes [abierũt] recedẽtes: ſcilicet de Hieruſalẽ, vt irent verſus Bethlehẽ, edocti de hoc per prophetiã. [Et] cùm Hieruſalẽ egreſſi fuiſſent, [ecce ſtella quã viderãt in Oriẽte,] quę diſparuerat, iterũ eis apparuit: quia auxiliũ deſerẽtes humanũ, meruerũt recuperare diuinũ. In ipſo aũt loco quo eis reapparuit ſtella, facta eſt in memoriã huius Eccleſiæ. Deinde [antecedebat eos,] & viam oſtẽdebat, [vſquedũ veniẽs ſtaret ſupra,] locũ, & vicina domui [vbi puer erat.] Stabat quaſi ſupra caput pueri: vt quaſi innueret & diceret, hic eſt qui natus eſt rex quem teſtabar: vt quem loquendo

Heb. 6.

Chryſ. de indignè cõmunicantibus.

1. Cor. 11.

d 2 monſtrare

monſtrare non poterat,tentãdo monſtraret.Et ſic
G ſtella duce cum magno gaudio ad tugʋriũ, in quo
dñs Ieſus natus eſt peruenerunt Ambiguum eſt
Stella vbi viſa eſt ſtare.
quod iſtorum fuerit: ſcilicet an Magi in Oriente
poſiti viderunt ſtellã ſuper Iudæã exiſtentẽ immo
bilem,vel viderint ſtellã in Oriente exiſtere,quæ
eos perduxit in Iudæã.Potuit enim naſci in Orien
te,& eos præcedẽdo in Hieruſalẽ perducere,& ſen
tit Chryſo.& tenetur cõmunius.Fulgẽtius tamen
videtur velle,ꝙ eam primò viderint immobilẽ ſu
per Iudæam quæ dedit eis ſignũ veniẽdi in Iudęã,
qui Hieruſalẽ tanquã caput Iudęę adierũt,& ipſis
egreſsis tũc motu notabili eos præceſsit,quæ pera
✝ cto officio ſuo in præiacentẽ materiã reuerſa eſt.
[Et intrantes domum,] Magi ſcilicet diuerſoriũ,
[inuenerunt puerũ cum Maria matre eius,] fortè
tunc ſedente & tenente ſuper genua puerũ,& val-
de gauiſi ſunt, quia à deſiderio ſuo fraudati non
ſunt,nec inaniter laborauerunt.Vnde Chryſ.Pro-
pterea gratulati ſunt,quoniã quod quæſitũ eſt deſi
deratumq́; repererant, quoniã effecti fuerant nun
H tij veritatis,& quia non fruſtratã longæ vię confe
cerunt ſpacia:tam ardenti quippe erga Chriſtũ cu
piditate flagrabãt.Felix Maria,nam Ieſus ſine Ma
ria non naſcitur: quia ipſa miniſtra incarnationis
ſine Maria non inuenitur:quia ipſa famula educa-
tiõis ſine Maria nõ crucifigitur: quia ipſa ſocia paſ
Ioſeph cur tacetur.
ſionis.Ioſeph autẽ,ſcd̃m Chryſo. idcirco tacetur,
quia nullum de officiis ad nutriciũ pertinentibus
cõmemoratur. Vel ſecundũ Hilariũ,& Raba. Di
uina diſpenſatione actũ eſt,vt illa hora abſens eſſet
ne pater eius crederetur,vel aliqua ſuſpitionis oc-
caſio daretur gentibus ꝙ deus non eſſet:qui primi-
tias ſuas ſtatim nato ſaluatore , ad eum adorandũ
Adoratio Magorũ.
miſerunt.Ingreſsi itaq;,&[procidentes]tam men
te quàm corpore genua flectunt puero Ieſu humi-
liter,& adorãt in carne deum verũ adoratione ſci
licet latriæ reuerẽter. Honorant vt regẽ,& adorãt
vt deum,vident enim hominẽ & agnoſcunt deum,
procidunt in ſignũ humilitatis ſine qua nullus ve-
I rè adorat:quia omnis adorator omnẽ faſtum, &
confidentiã ſui deponere debet,vt quã corpore de-
iectionẽ præfert in oculis dei, animo gerat,contri
tiq́; cordis & humilitati victimam offerens deo ſe
curandum cõmittat. Quanta tunc exultatio tibi
fuit,ô virgo beatiſsima quis cogitare valeat,quan-
do eum quẽ nuper genueras, iam quaſi deum ado-
Magorũ fides.
rare videbas? O quã magna fuit horum Magorũ
fides.Quid enim erat credere , ꝙ ille puerulus ſic
viliter indutus cum paupercula matre,& in loco
ſic abiecto ſine ſocietate,ſine familia,ſine omni or
natu inuẽtus eſſet rex & verus deus. Et tñ vtrunq;
crediderunt.Paruulum enim non adoraſſent & ho
noraſſent,ſi paruulũ tantũmodo credidiſſent. Ta-
les duces,& talia primitiua nos habere oportebat,
ex quo patet ꝙ cognouerunt Chriſti diuinitatem
per diuinã reuelationẽ.Cùm enim viderent puerũ
pannis vilibus inuolutum in gremio pauperis matris
poſitũ,nullũ regiæ dignitatis habentẽ ſignum,nón
eſt veriſimile ꝙ talem reuerẽtiã ei exhibuiſſent,ni
ſi in eo aliquid ſupra hominẽ cognouiſſent. Vnde
Ber.Adorant Magi,& offerunt munera adhuc la-
ctenti matris vbera.Sed vbi eſt ô Magi,vbi eſt pur
pura regis huius? Nunquid viles panni iſti quibus K
eſt inuolutus?ſi rex eſt, diadema vbi eſt? ſed vos eũ
verè videtis in diademate quo coronauit eum ma- Cant.3.
ter ſua , in ſacco noſtræ mortalitatis de quo con-
ſurgens ait:Conſcidiſti ſaccũ meum, & circunde- Pſal.29.
diſti me lætitia.Et iterum : Sed vnde vobis hoc ô
alienigenæ,vt à vobis adoretur Chriſtus? Neq; eñ
in Iſraël,tantã fidem inuenimus.Sic vos non offen
dit vilis habitatio ſtabuli,non pauperes cunæ prę-
ſepij.Non vos pauperis matris pręſentia,non lactẽ
tis ſcandalizat infantia:quid facitis Magi,quid fa-
citis? Lactentẽ puerum adoratis in tugurio vili, in
vilibus pannis.Ergo ne deus eſt iſte? Deus certè in
tẽplo ſancto ſuo,deus in cœlo ſedes eius,& vos eum Pſal.10.
quæritis in vili ſtabulo,in matris gremio.Quid fa
citis ꝙ & aurum offertis?ergo rex eſt ipſe , & vbi
aula regia,vbi thronus,vbi curiæ regalis frequen-
tia? Nunquid aula eſt ſtabulum,thronus præſepiũ,
curiæ frequentia Ioſeph & Maria ? Quomodo ita
inſipientes facti ſunt viri ſapientes, vt adorẽt par-
uulum deſpicabilẽ,tam ſua ætate quàm pauperta- L
te ſuorũ?Inſipientes facti ſunt:vt fierent ſapientes,
& prædocuit eos ſpiritus quod poſtea prædicauit
Apoſtolus: Qui vult eſſe ſapiens, fiat ſtultus vt ſa- 1.Cor.3.
piens ſit.Nónne timendũ erat fratres ne ſcandali-
zarentur viri iſti,& illuſos ſe crederent,cùm tanta
indigna viderent? A regia ciuitate vbi regem quæ
rendum coniectabantur,ad Bethlehem villã par-
uulam diriguntur.Ingrediuntur in ſtabulum,inue
niunt inuolutũ pannis infantulum.Non illis ſor-
det ſtabulum,non offenduntur pannis, non ſcanda
lizantur lanctentis infantia, procidunt ante eum,
venerantur vt regẽ,adorãt vt deum. Sed profectò
qui illos adduxit,ipſe & inſtruxit,& qui per ſtellã
foris admonuit , ipſe in occulto cordis intus edo-
cuit.hæc Ber. Vnde & Aug. Non ſub pollice cella
regalis,non de mẽbris purpura,non in capite diade
ma fulgebat,non põpa famulantiũ,non terror ex-
ercitus,non glorioſior fama præliorũ,hos ad eum
viros ex remotis cum tanto voto ſupplices attraxe
rat.Iacebat in præſepio puer ortu recens, exiguus
corpore,contẽptibilis paupertate. Sed magnũ ali- M
quid latebat in puero quod illi homines non terra
portante,ſed cœlo narrante didicerant. Vnde&
Chry.[Et intrantes domũ inuenerunt puerũ cum
Chryſoſt. de Mariæ humili ornatu.
Maria matre eius.]Matre,inquam eius,non diade
mate coronata,nõ auro refulgente, aut in lecto au
reo recumbente,ſed vix tunicã vnam habente: nõ
ad ornamentũ corporis,ſed ad tegumentũ nudita-
tis,qualẽ habere poterat carpentarij vxor peregrè
conſtituta.Si ergo regem terrenũ quærentes veniſ
ſent,magis fuiſſent confuſi quàm gauiſi:quia tanti
itineris laborem ſine cauſa ſuſcepiſſent.Nunc au-
tem quia cœleſtem regem quærebant,etſi nihil re
gale videbant in eo,tamen ſolius ſtellę teſtimonio
contenti gaudebant oculi eorũ contẽptibilẽ puerũ
aſpicere:quia ſpiritus in corde eorũ terribilẽ eum
Leo papa de virtute humilitatis.
mõſtrabat.Vnde & Leo papa:Nec immeritò cùm
tres ad adorandũ puerũ noui ſyderis claritas dedu
xiſſet,nõ eum imperantẽ dæmonibus,nõ mortuos
ſuſcitantẽ,non cæcis viſum, aut claudis greſſum,
aut mutis



aut mutis eloquium reformantẽ,vel in aliqua diui
A narum virtutũ actione viderunt, ſed puerũ ſilentẽ
quietum ſub matris ſolicitudine conſtitutum. In
quo nullum quidẽ apparet de poteſtate ſignũ, ſed
magnũ præbetur de humilitate miraculum. Tota
enim vita ſaluatoris, quæ & diabolũ ſuperauit &
mundũ,humilitate eſt concepta, humilitate eſt cõ
fecta.Diſpoſitos dies,ſub perſecutione finiũt. Nec
puero tolerantia paſsionis,nec paſſuro defuit man
ſuetudo puerilis:vnde tota Chriſtianæ ſapiẽtiæ di
ſciplina,non in abundantia verbi,nõ in aſtutia di-
ſputandi,neq; in appetitu laudis & glorię,ſed in ve
ra & voluntaria humilitate cõſiſtit : quam dñs Ie-
ſus ab vtero matris, vſq; ad ſuppliciũ crucis pro o-
mni fortitudine, & elegit & docuit.hæc Leo. Vt
ergo poſsis & tu diabolũ & mundũ vincere, cone-
ris pro viribus humilitatis ac patiẽtię virtutes exẽ
plo Chriſti ſeruare:quia his munitus poteris facili
ter aduerſarios & inimicos tam viſibiles, quã inui
ſibiles ſuperare.Et Magi inuento puero aperuerũt
theſauros ſuos, in quo moraliter informamur , vt
theſauros noſtros in via nõ pãdamus,donec præte
B ritis hoſtibus ſoli deo ex occultis cordiũ offeramus
Muneris offerendi traditio.
Et[obtulerunt]ſinguli puero Ieſu,[aurum,thus,&
mirrhã.]Traditio fuit antiquorũ,vt nullus ad deũ
vel ad regẽ,veniret vacuus,& ſine muneribus.Ara
bes aũt auro & diuerſis generibus aromatũ abun-
dãt,& talia munera offerre cõſueuerunt, & ideo
Magi iſta obtulerunt. Et licet morẽ ſuę gentis in
donis offerendis ſequerentur,hoc tamen diuina in
ſpiratione eſt factũ:vt aliquid myſterij muneribus
demonſtarẽt,& fidẽ ſuã myſticis rebus profiteren
tur.Tum ſcilicet trinitatis fidem & myſteriũ reue
lantes,& in Chriſto trinitatẽ adorãtes. Tum eum
regem & dñm deum,ſed mortalẽ ſignificantes.Et
Chriſti regiã poteſtatem,ac diuinã maieſtatem &
Tria in Chriſto cognita à Magis.
humanã mortalitatem venerantes Hęc enim tria
Magi de Chriſto cognouerunt vt ſuprà dixerunt,
vbi eſt qui natus eſt,ecce humanitas:rex Iudęorũ,
ecce regia poteſtas: venimus adorare eum,ecce di
C uinitas. Significatur eñ in Chriſto regia poteſtas
per aurũ,quod regi ſoluitur in tributũ : nam aurũ
propter ſui nobilitatem munus eſt regale:& ideo
oſtendit puerũ regem eſſe,& ſe illud dicere.Signa
tur verò diuina maieſtas per thus, quod deo offer-
tur in ſacrificiũ:& ideo oſtẽdit puerum eſſe deum
quod etiã erat oblatio ſacerdotalis,& puer ille erat
ſacerdos,cui nullus vnquã fuit æqualis. Signatur
quoq; humana mortalitas per mirrhã,qua condiri
ſolent corpora mortuorũ:& Chriſtus rex & ſacer
dos,voluit mori pro ſalute omniũ.Vnde Aug.Au-
rum ergo ſoluitur quaſi regi magno,thus immola
tur vt deo , mirrha prębetur tanquã pro ſalute o-
mniũ morituro.Vnuſquiſq; autẽ eorum prædicta
tria obtulit:quia vt dictum eſt,myſterio congruit.
Nullus enim verè Chriſtianus dicitur,qui nõ Chri
ſtum & deum,& regẽ,& paſſum cõfiteatur : quod
Remigius quòd ſinguli tria obtulerũt.
illis tribus muneribus ſignificatur. Vnde Remig.
Iſti Magi non ſinguli ſingula obtulerunt,ſed ſingu
li tria,& ſinguli eum ſuis muneribus regem deum
& hominẽ prædicauerũt.hæc Remig. Hos omnis
verè Chriſtianus imitatur , qui Chriſtum verum
Deum eſſe regem & paſſum confitetur. Offera- D
mus ergo ei aurum , vt eum omnium regẽ eſſe, &
vbiq; regnare credamus:thus , vt deum verum &
creatorem omnium eſſe cõfiteamur:mirrhã,vt ſic
illum deum eſſe credamus,quem hominẽ, & mor
talẽ propter nos factũ eſſe non dubitemus. Omnia
enim hęc ſancta fides veraciter Chriſto offerre nõ
deſinit,dum vnũ eundemq́; deum verum,verumq́;
hominẽ credit,& verè pro nobis mortuum veraci
ter recognoſcit.Habemus itaq; ſcd̃m Hilarium,in
his non modicã ſacramentorũ cognitionẽ,in homi
ne mortis,in deo reſurrectionis , in rege iudicij.
Et ego dñe Ieſu in extremo veſtigio ſeruorũ tuo-
rum,adoro te ſedentẽ in gloria dei patris vbiq; re-
gnantem,& offero tibi ſplendorẽ fidei,qua te cre-
do regem omnium ſeculorum,deum de deo,& ho
minem de virgine,mortuum pro peccatis noſtris
Bernard. de munerum ratione.
ſcd̃m Ber.Obtulerunt auri pretium ob pauperta-
tem:ſcilicet ad pauperis matris & filij ſuſtentatio-
nem:thuris ad ornamentũ,ob ſordidã ſtabuli man
ſionem,& contra loci fœtorẽ:mirrhæ vnguentum E
ob infantuli,vt aſſolet,corporis teneritudinẽ:& de-
bilium mẽbrorum pueri cõſolidationem.Quia er
go obtulimus Chriſto ſua,offeramus ei & noſtra.
Quia enim regem, & deum & hominẽ eum eſſe
credimus, ſuum eſt : noſtra verò ſunt, quæ nobis à
Munera dei in nobis Deo grata , & offerẽda.
deo donata ſunt.Sunt enim in nobis tria munera
deo placentia,& hæc offeramus. Primum eſt,ani-
ma noſtra,quę notatur per aurum:quia ſicut auro
nihil nobilius eſt,vel precioſius aut pulchrius , ſic
nihil nobilius vel precioſius aut pulchrius, quã ani
ma corã deo reputatur. Secundum eſt , corpus no-
ſtrum,quod per mirrhã deſignatur: mirrha enim
eſt amara,& corpus eſt amaricandũ per caſtigatio
nes & paſsiones.Tertium eſt,cõuerſatio ſancta &
honeſta in vtroq; : ſcilicet in corpore & anima: &
hoc deſignatur in thure:thus aũt nõ redolet niſi in
igne cremetur,ſic cõuerſatio noſtra nõ reddit odo
rem deo, niſi cremetur igne tribulationis. Debe F
mus etiã offerre Chriſto aurum dilectionis , eo ꝙ
pro noſtra ſalute ſubijt pœnã paſsionis:ac thus de-
uotæ laudis,per gratiarum actionem:& mirrhãm
cõpaſsionis,per mortis eius recordationem.Habet
etiam Eccleſia moraliter aurum,in perfecta ſapiẽ
tia,& doctrina,ac recta fide:thus,in deuota oratio
ne vel bona cogitatione , ac ſancta ac bene deo re-
dolente cõuerſatione:mirrhã in pœnitentiæ ama
ritudine & carnis mortificatione ac bona opera-
tione.Aurum ergo offerunt doctores,thus marty-
res & confeſſores,mirrhã iam pœnitentes peccato
res.Omnis enim oblatio in his tribus muneribus
continetur. Talia ergo munera Magi obtulerunt,
in quibus fidei veritatẽ & totam eccleſiaſticam di
ſciplinam ſignificauerunt.Secũdum Ber. Aurum
offerimus ſaluatori,cùm pro nomine ipſius ex in-
tegro derelinquimus ſubſtantiam huius mundi.
Iam verò neceſſe eſt vt qui terrena contempſimus
flagranti deſiderio cœleſtia requiramus.Sic enim
offerimus thuris odoramentum quo nimirum de-
ſignantur orationes ſanctorum . Oportet etiam,
non ſolùm vt præſens ſeculum contemnas , ſed &
carnem ipſam caſtiges ac ſeruituti ſubijcias.Duas

igitur alas habeat oratio vt contemptum mundi,
G & afflictionem cordis:nec dubium quin cœlos pe-
netret,& in conſpectum dei ſicut incenſum diriga
tur,in qua cũ auro & thure mirrha quoq; ei offer-
Munera Magorũ triũ tria, de tribus.
tur.hæc Bern.Sic ergo Magi Chriſtum honoraue
runt,de ſubſtantia triplici:ſcilicet corporali, quia
prociderunt.Spirituali,quia adorauerunt.Tempo
rali,quia munera obtulerunt.Plus quippe non ha-
bet homo,niſi corpus,animã,& temporalia. Bene
autem tres Magi fuiſſe dicuntur:quia qui ad fidem
veniunt indiuiduã trinitatem cõfiteri debent : ſiue
quia qui deum adorant , tres principales virtutes,
ſcilicet fidem,ſpem,& charitatem debent habere:
ſiue quia qui deum videre deſiderant,cogitationẽ,
locutionem & operationem:ſeu memoriam, intel
lectum, & voluntatem debent à malis obſeruare,
Qui ſint reges.
& in bonis occupare. Vnde ſecundũ Greg. Sancti
viri bene reges vocantur:quia cunctis motibus car
nis non conſentiendo ſuccumbere,ſed bene regen-
do,præeſſe nouerunt.Et ſecundum Iſido. Reges à
rectè regendo vocantur: & ideo rectè faciendo re
H gis nomen tenetur,peccando amittitur : & hi ve-
niunt & recedunt ab Oriente , per quod intelligi-
tur proſperitas humana,quæ eſt triplex:ſcilicet di
Maria eſt ſtella moraliter.
uitiarum,delitiarum,& honorum. Per ſtellam au
tem quæ Magis apparuit , ſignificari poteſt virgo
Maria,quæ interpretatur maris ſtella. Hęc autem
ſtella apparet Magis,ſeu regibus condeſcendendo
ſibi deuotis ſe bene regẽtibus, & eos per huius mũ
di mare turbulentum nauigantes,dirigit ad portũ
ſalutis qui eſt Chriſtus:& ipſum inuenientes,vene
rantur munera ei offerentes: ſcilicet aurũ charita-
tis,& thus deuotæ orationis,ac mirrham mortifi-
Apparitio Chriſti in Oriente.
cationis carnis. Eodẽ autem die cùm Chriſtus in
Iudæa eſſet natus,ortus eius Magis in Oriente eſt
nuntiatus.Videbãt nanq; ſtellã nouam in qua puer
apparebat , ſupra cuius caput crux aurea ſplende
bat:audierunt vocem ſibi dicentẽ : Ite in Iudæam,
& inuenietis ibi natum nouũ regem. Igitur in Iu-
I dæam feſtinauerunt , & audacter eam intrantes,
Figuræ.
regi cœli nato munera obtulerũt.Hi ergo tres Ma
2.Reg.23.
gi per tres robuſtos præfigurati fuerunt , qui regi
Dauid aquam de ciſterna Bethlehem attulerunt.
Tres robuſti exercitum inimicorũ non timentes,
ſed viriliter caſtra eorum tranſeuntes aquã hauſe-
runt:ſic tres Magi potentiã Herodis non formidã-
tes,ſed audacter Iudæã intrantes,de nouo rege in-
terrogauerunt. Tres robuſti perrexerunt in Beth-
lehem pro aqua ciſternę,quàm hauſerunt de ciſter
na terreſtri:tres Magi venerunt in Bethlehem pro
aqua gratiæ æternæ,quã ſuſceperunt de pincerna
cœleſti.figurabat ergo illa Bethlehemitica citerna
quod in Bethlehẽ naſciturus erat cœleſtis pincer-
na,qui propinaret aquã gratiæ omni ſitienti,& da
ret aquã vitæ non habenti. Figura huius noui re-
gis & huius nouę oblationis,præmonſtrata fuit in
regno Salomonis.Salomon reſidebat in throno de
ebore candidiſsimo,qui veſtitus erat auro puriſsi-
mo.Vniuerſi reges terræ regem Salomonẽ videre
cupiebant,& ei munera pretioſiſsima apportabãt
3.Reg.10.
Sed & regina Saba talia & tanta munera ei offere
bat,quanta & qualia in Hieruſalẽ viſa non erant.

Thronus verò Salomonis eſt beata vergo Maria,
K in quo reſidebat Ieſus Chriſtus vera ſapientia: hic
thronus factus eſt de ebore candido & auro puro:
Thronus Salomonis eſt beata virgo. Caſtitas longa.
Ebur propter ſui cãdorem & frigiditatẽ, deſignat
virginalis mũditię caſtitatem:ſed ebur antiquum
in ruborem vertitur,ſic longa caſtitas martyrium
reputatur. Aurum quia in valore præcellit omne
metallum,ſignificat charitatem,quæ eſt mater o-
mnium virtutũ. Maria ergo dicitur eburnea,pro-
pter virginalẽ caſtitatem: & auro veſtita, propter
perfectiſsimã charitatẽ:& pulchrè virginitati con
iungitur charitas:quia ſine charitate corã deo ni-
hil reputatur virginitas. Thronus Salomonis ſuper
ſex gradus erat exaltatus , & Maria ſuperexcellit
beatorũ ſex ſtatus:ſcilicet patriarcharũ, propheta
rum,Apoſtolorũ,martyrum,confeſſorum,& vir-
ginũ. Duodecim leũculi ſuper ſex gradus thronũ
exornabant: quia duodecim Apoſtoli Mariæ tan-
quã reginæ cœli miniſtrabant: vel quia duodecim
patriarchæ progenitores Mariæ erant. Summitas
throni erat rotũda:quia Maria erat ſine angulo ſor
L dium & tota munda. Duæ manus ſedile hincinde
tenebãt:quia pater & ſpiritus à matre filij nunquã
Magorũ reuerſio.
recedebant. Tandem Magi reuerentur ac deuotè
pedes pueri deoſculati ſunt,& adorato dño, omni-
que obſequio peracto,& deuotione cõpleta, ac be-
nedictione accepta inclinãtes ſe cũ magno gaudio
receſſerunt:qui cùm de reditu deliberaſſent,reſpõ
ſum acceperũt in ſomnis per diuinã reuelationẽ,
ne ad Herodẽ redirẽt:quia cognita veritate,nõ licet
retroire. Per hoc etiã admonemur, ꝙ cum malis
hominibus ſocietatem aliquã non cõtrahamus, &
Seneca cõſilio [mu]tando.
cognitos errores vitemus. Vnde Seneca:Non eſt le
uitas à cognito errore diſcedere, nõ eſt turpe cum
re mutare conſilium:quia ergo intus in cõſcientia
quærebant,quid vellet diuina voluntas de reuerſio
ne ad Herodẽ(ſicut enim Moyſes tacens clamabat
ſic iſti pio affectu interrogbant quid diuina volun
tas iuberet)ideo dei meruerunt reſponſionem:ſci-
M licet internam , vel angeli miniſterio factam : &
Naues Tharſes.
deſcendentes ad mare per nauem transfretantes,
in Tharſis Siciliæ abierunt , & ſic per aliam viam
in regionem ſuam redierunt:quia ſecundum Hie-
rony. infidelitati miſcendi non erant Iudæorum:
propter quod factum Herodes iratus,poſtea naues
Pſal. 47.
Tharſenſium incendit,ſecundum prophetam Da-
uid dicentis:In ſpiritu vehementi conteres naues
Chryſ. de fide Magorum.
Tharſis. Vnde Chryſoſt. Intuere autem Magorum
fidem, qualiter non ſcandalizati ſunt in ſeipſis di-
centes:Si magnus eſt puer hic,quę neceſsitas fugæ
& occultæ receſsionis ? Hoc enim eſt veræ fidei,
non quærere cauſas eorum quæ verè præcipiun-
Vitæ mutandæ ratio.
tur,ſed ſuaderi ſolum ab eis. hæc Chryſoſto. In
hoc ergo forma datur credentibus, vt deuoti ad
Deum veniant , & in omnibus operibus ſuis
quid iubeat antecedant:ſcilicet ne ad diabolum re
deant , ſed per Chriſtum qui eſt via , veritas, &
vita,& per ſemitas virtutum ad patriam reuertan
tur . Hic itaque admonemur omnem ſalutem &
ſpem in Chriſto locare , & ab itinere prioris vi-
tæ abſtinere,& per aliud iter incedere. Vnde Au-
guſtinus : Non qua venimus via redeamus: nec
priorìs



prioris noſtræ conuerſationis veſtigia repetamus:
A via mutata eſt. Vnde Grego. Magnũ verò nobis ali
quid Magi innuunt , ꝙ in regionẽ ſuam per viam
aliam reuertũtur: Regio quippe noſtra paradiſus
eſt,ad quã Ieſu cognito redire per viam qua veni-
mus prohibemur. A regione etenim noſtra ſuper-
biendo,inobediẽdo,viſibilia ſequendo,cibum veti-
tum guſtãdo diſceſsimus:ſed ad eam neceſſe eſt vt
flendo,obediendo,viſibilia cõtemnẽdo,atq; appe-
titum carnis refrenãdo redeamus. Per aliam viam
in regionem noſtrã regredimur, quoniã qui à pa-
radiſi gaudijs per delectamẽta diſceſsimus, ad hęc
per lamẽta reuocamur. hęc Gregor. Ad hoc etiam
ſignificandum ꝙ per aliamviam in regionem no-
Proceſsio papæ.
ſtram redire debeamus: Dominus papa in proceſ-
ſionibus redit per aliam viã,ab ea per quam eſt e-
greſſus. Magi verò reuerſi ſtudioſè plus quàm prius
deum colentes glorificauerũt & prędicantes mul-
tos erudierunt. Piè autem credi poteſt , ꝙ domina
B paupertatis amatrix,zelans fortiter pro pauperta
Aurũ Mariæ datũ.
te,& intelligens filij ſui voluntatem,totum aurum
infra paucos dies pauperibus erogauit. Vnde quan
do intrauit tẽplum,non habuit de quo agnũ eme-
ret,quem offerret pro filio : ſed emit turtures vel
columbas,quæ erat pauperum oblatio. Vides hæc
Paupertatis præconia.
præconia paupertatis in duobus. Primò,quia ho-
die puer Ieſus eleemoſynã accepit vt pauper,& ma
ter ſua ſimiliter. Secundò quia nõ ſolum nõ procu
rabat acquirere,ſed etiã quę dabantur nolebat re-
tinere. Increſcebat deſideriũ paupertatis, ſi autem
Humilitatis indicia
bene attendiſti,& profunditas creuit humilitatis.
Sunt etiã qui ſe viles & abiectos in animo ſuo re-
putant,& in oculis ſuis nõ extolluntur, ſed ſic eſſe
nolunt in oculis aliorũ. Nõ ſic puer Ieſus dominus
omnium. Etiam alijs ſuos defectus & vilia patere
voluit,& nõ paruis & paucis,ſed regibus & eorum
ſocijs,quos in comitatu ſuo adduxerãt,& in tali ca
ſu & tẽpore in quo multum timẽdum erat. Nam
cùm illi venirẽt,vt regem Iudęorum quem etiam
C deum eſſe credebãt,inuenirent:dubitare poterant,
ne talibus de ipſo viſis,reputãtes ſe deluſos, ſine fi-
de & deuotione recederẽt. Sed nec propterea dimi
ſit humilitatis amator,dans nobis exemplum, ne
ſub ſpecie alicuius apparẽtis boni recedamus ab
humilitate , & ꝙ diſcamus etiã in aliorum oculis
viles & abiecti velle apparere. Expeditis igitur
Magis, & verſus patriã ſuam regreſsis,adhuc ſtat
domina mũdi cum puero ſuo Ieſu,& nutritio eius
Ioſeph apud præſepe in illo locello patiẽter & hu
militer vſq; ad quadrageſimum diem,ac ſi quæuis
mulier alia de populo , & puer Ieſus homo purus
eſſet,& ipſi legis obſeruatione indigerẽt. Stabat
Mariæ in filiũ cura & amor.
igitur domina vigilans,& attẽta ſuper dilecti filij
ſui cuſtodia. O cum quãta ſolicitudine & diligen
tia ipſum gubernabat,ne vel in minimo defectum
haberet. Cùm quanta etiã reuerentia, cautela, &
pio timore ipſum contrectabat, quem ſuum deum
& dominum eſſe ſciebat. Flexis quidem genibus
accipiebat ipſum de cunis,& reponebat in eis. Cũ
quanta etiam iucunditate,cõfidentia & autoritate
materna ipſum amplexabatur , & oſculabatur,
ſtringebat dulciter,& in eo delectabatur,quem fi-

lium ſuum cernebat,& certiſsimè ſciebat. Quàm D
ſæpe quàm curioſè & prudenter tenella membra
ipſius faſciã componebat:ſicut enim fuit humili-
ma,ſic fuit & prudẽtiſsima. Vnde in ſingulis offi-
cijs & obſequijs ſedulè miniſtrabat,vigilãti & dor
mienti,non ſolum infantulo,ſed etiam grandeuo.
O quàm libenter eũ lactabat:vix fieri potuit quin
magnam & alijs fœminis inexpertam dulcedinem
in talis filij lactatione ſentiret. Ipſa virgo infan-
tem hunc concepit ſine pudore, peperit ſine dolo-
re,lactauit cœleſti rore. Virgo ante partum,in cõ-
ceptione:virgo in partu,in prolis enixione:& vir-
go poſt partũ,in pueri dulciſsima lactatiõe. Vnde
Augu. Ipſam virginem matrem dulciter alloquens
ait:Lacta mater Chriſtum, & dominum noſtrum
& tuum. Lacta panem de cœlo venientem , lacta
eum qui talem fecit te,vt ipſe fieret in te. Tibi &
munus fœcũditatis attulit conceptus, & donũ vir-
ginitatis non abſtulit natus. Vnde Anſel. Verùm
dum hunc paruulum inter manus ſuas verſari , &
ad vbera ſua pendere,atq; ad paruas pueri corpo-
ris læſiones paruulorum more vagire cõſpiceret,
quo pręcor affectu mouebatur pijſsimus animus E
eius,quóve ſtudio ad occurrendum cunctis quę in
commoda illi fore timebat,parabatur caſtiſsimũ
corpus eius ? Sed & de ſancto ſene Ioſeph refert
Bernar.ꝙ puerum Ieſum ſuper genua ſua tenens
Bernar. de ſedulitate Ioſeph.
eidem frequenter arriſit. Stante igitur ante præſe
pe domina,ſta & tu iuxta præſepe cum ea,& dele
ctare cũ puero Ieſu:quia virtus exit ab illo. Quæ-
libet anima fidelis,& maximè religioſa,deberet à
die natiuitatis domini vſq; ad purificationẽ,ſaltem
ſemel in die apud dictum præſepe dominam viſi-
tare,puerum Ieſum,& matrẽ eius adorare,de pau
pertate & afflictione , humilitate & benignitate
ipſorũ affectuoſè meditari. Vidiſti quomodo bea-
ta virgo in ſordẽti ſtabulo patiẽter multis diebus
cum puero Ieſu,& Ioſeph perſeuerabat: vnde non
Solẽnitas epiphanię
deberet nobis graue eſſe,nec magnũ videri,in mo
F naſterio & ſecreto noſtro cõſiſtere. Cõſidera nunc
quanta ſit ſolẽnitas hodierna, & lætare in ea:quia
hodie apparere cœperũt fidei noſtræ initia. Vnde
Leo papa: Agnoſcamus ergo dilectiſsimi in Magis
adoratoribus Chriſti vocationis noſtræ,fideiq; pri
mitias,& exultãtibus animis beatæ ſpei initia ce-
lebremus. Honoretur à nobis ſacratiſsimus dies,in
quo ſalutis noſtræ autor apparuit, & quẽ Magi ve
nerati ſunt in cunabulis , nos omnipotentẽ adore-
mus in cœlis:vt ſicut illi de theſauris ſuis myſticas
domino munerũ ſpecies obtulerũt,ita & nos de cor
dibus noſtris quę deo ſunt digna promamus. Sacra
mentũ enim præſentis feſti oportet in nobis eſſe
perpetuũ,quod vtique ſine fine celebrabitur , ſi in
omnibus actibus noſtris dominus Ieſus Chriſtus
appareat. hæc Leo. Vidiſti ergo quàm multa noua
in natiuitate domini cõcurrerũt,quæ eum natum
Chryſoſtomus de nouis in natiuitate dominica.
probauerunt. Vnde Chry. Omnia itaq; noua,& ſu
pra modũ admirationis humanæ in domini natiui
tate cõcurrerũt. Angelus in tẽplo Zachariæ loqui-
tur,futurũ Elizabeth filium repromittit,non cre-
dens angelo ſacerdos obmuteſcit. Sterilis cõcipit,
virgo parit, Ioannes in vtero matris exultat, Chri

ſtus

ſtus dominus natus ab angelo nũtiatur, & ꝙ ſalus
G mundi ſit paſtoribus prędicatur: gaudent angeli,
exultãt paſtores, magna in cœlo & in terra lętitia
huius admirandę natiuitatis exoritur. Nouum ſignum
ſtellæ de cœlo Magis oſtenditur, per quod
dominus cœli & terrę rex Iudęorum noſcitur natus.
hæc Chryſoſtomus. ORATIO.

O Ieſu bone, qui de virgine natus teipſum Magis
ſtella duce reuelaſti, & eos per aliã viam
in regionẽ ſuã redire feciſti: illuminet Ieſu
miſericors lumen gratiæ tuæ tenebras cõſcientiæ
meæ, & per tuã lætã apparitionẽ, da mihi plenam
tui & mei cognitionẽ, vt intus te videã, intus te inueniam,
ibiq; mirrham cõpunctionis internę, thus
orationis deuotæ, aurũ dilectionis pię, tuę maieſtati
offerã: & qui per viam tenebrarum & culpæ receſsi
à patria felicitatis ſupernæ, per viã veritatis
& gratiæ ad eam redeam te ducente. Amen.

De præſentatione dñi in templum. Cap. XII.

Lucæ 2. ADueniẽte autem quadrageſima die
quãdo ſecundum legẽ, [impleti ſunt
H dies purgationis Mariæ,] exijt ipſa
de ſtabulo cum Ioſeph & puero, vt le-
Exod. 34. gem impleret, in qua nihil purgandum
erat: quia ſine peccato cõceperat. In circuncisione
quidẽ purgabatur puer ab originali, quod à
parentibus cõtraxerat. In purgatione verò purgabatur
mater à peccato: quia in libidine cõceperat:
ſed nihil horũ in hoc puero, vel in matre erat. Et
[tulerũt puerum] prius circũciſum de Bethlehem,
[in Hieruſalem,] vt ſecundum legẽ [ſiſterent,] id
eſt, offerrẽt: ſeu offerendo præſentarent, [eum domino]
in templo [& vt darent hoſtiã,] ſcilicet [par
Purificationis lex. turturum, aut duos pullos columbarũ,] pro eo. Ad
euidentiã huius ſciendum, ꝙ de prole nata duplex
Leuit. 12. erat præceptũ. Vnum generale quãtum ad omnes,
vt ſcilicet completibus diebus purgationis matris
puer ad templum deferretur, & pro eo hoſtia daretur.
I Lex autẽ purificationis erat ꝙ mulier quæ
ſuſcepto ſemine peperiſſet maſculũ immũda eſſet
vij. diebus ſeparata à cõſortio hominum, & ab ingreſſu
templi, & à tactu ſacrorum, & die viij. circuncideretur
infantulus, & ipſa quidẽ munda efficeretur
quoad conſortium hominum, ſed adhuc
xxxiij. diebus immũda eſſet quoad ingreſſum templi,
& tactũ ſacrorum, & his diebus nõ licebat egredi
domũ, &c. Cõpletis xxxiij. diebus cum vij. præcedentibus,
ex tũc quadrageſima die mulier intrabat
tẽplum, & præſentabat natum puerum, domino
offerens ſacrificia pro ſe & pro puero. Si autem
fœminã peperiſſet, duplicabantur dies quoad conſortia
hominũ, & quòad templi ingreſſum. Aliud
erat præceptum ſpeciale de primogenitis, tam in
hominibus quàm in iumẽtis, vt ſancta domino fierent:
quia domino cõſecrata erãt. Ex eo tempore
Primogenita cur domino offerenda. quo primogenita Aegyptiorum dominus interfecit,
filios Iſraël ſaluans, omnia primogenita filiorum
Iſraël ſibi vendicauit, ſibiq; offerri præcepit.
Sicut enim voluit ſibi offerri primitias fructuum,
Exod. 13. ita & primogenita hominum, & aliorum animalium
mundorum. Sed quare hoc, niſi vt omnia prima:
& maximè omnia meliora & cariora domino
offeramus. Quia ergo Chriſtus ex muliere natus,
& primogenitus, ſub lege fieri voluit, hæc duo præ- K
miſſa circa eũ obſeruata fuerunt. Nõ ſuffecit magiſtro
humilitatis perfectæ, cùm per omnia patri
coęqualis eſſet, ſe ſubdere humili virgini, niſi &
ſubderet ſe legi. Hoc autẽ pluribus de cauſis fecit:
Primò, vt veterẽ legẽ approbaret. Secundò, vt eam Chriſtus cur præſentatus fuerit.
ſeruando in ſemetipſam cõſummaret & terminaret,
oſtẽdens ex hoc ꝙ ad ipſam ordinata erat. Tertiò,
vt Iudęis calumniãdi occaſionem ſubtraheret.
Quartò, vt homines à ſeruitute legis liberaret.
Quintò, vt exẽplum humilitatis, & obedientiæ nobis
daret. Quamuis etiã beata virgo ad legem mulierum Purificationi Maria cur voluit ſubdi.
nõ teneretur, nec purificari indigeret: quia
nõ cõcepit ſuſcepto ſemine, ſed ſpiritus ſancti myſtico
ſpiramine, voluit tamen ſubdi purificationi,
propter plures rationes. Prima, vt ſe in hoc alijs
mulieribus cõformaret, ſicut & filius per omnia
fratribus aſsimulari voluit. Vnde Ber. Verè beata
virgo nõ habes cauſam, nec tibi opus eſt purificatione.
Sed nũquid filio tuo opus erat circunciſiõe?
Eſto inter mulieres tanquã vna illarum, nã & filius
tuus ſic eſt in medio puerorum. Secũda, ſecun- L
dum Bedam: Sicut Chriſtus ſic & beata virgo legi
eſt ſpõte ſubiecta, vt nos à legis vinculo ſolueremur.
Tertia, vt occaſionẽ ſcandali vitaret: nõdum
enim erat notũ ipſam ſine ſemine peperiſſe. Vnde
ſi nõ obſeruaſſet dies purificationis ſuę, fuiſſet Iudæis
occaſio ſcandali, & murmurationis contra
ipſam. Quarta, vt legem purificationis terminaret
adueniente, ſcilicet Chriſto, qui eſt noſtra purificatio,
per fidẽ nos purificãs. Quinta, vt nobis exemplũ
humilitatis daret. Nã humiliauit ſe etiam
in his ad quæ nõ tenebatur, vt humilitatẽ doceret:
vt enim mater doctoris omniũ & ipſa doctrix exiſteret,
cùm nõ poſſet propter ſexum publicè docere
verbo, ideo voluit docere exemplo. Maria igitur
licèt purificatiõe nõ indigeret, purificationem
tamen peragere voluit: quia omnia quę legis erant
diligentiſsimè obſeruabat: & ideo ipſa eſt per arcã Arca teſtamẽti figurabat Mariam.
teſtamenti præfigurata: in qua incluſa erant legis
mãdata. Ibi enim erãt duæ tabulę in quibus x. pręcepta
ſcripta erant, quæ Maria diligẽter obſeruabat. M
Arca etiã librum legis cõtinebat, & Maria libros
ſacræ ſcripturæ libenter legebat: in arcã erat
virga Aaron, quæ floruit, & Maria floruit, & benedictum
fructũ ventris ſui protulit. Arca etiam vrnam
auream cum mãna cœli continebat, & Maria
verum manna cœli nobis offerebat. Arca de ligno
cethim imputribili erat facta, & Maria in putredinem
vel in puluerẽ non eſt redacta. Arca iiij.
circulos aureos in lateribus habebat, & Maria quatuor
virtutes cardinales, quæ omniũ virtutum radices
& initia ſunt, in ſe gerebat. Arca habebat
duos vectes, quibus portabatur: per quos duos duplex
charitas in Maria deſignabatur. Arca tam intrinſecus
quàm foris deaurata erat, Maria intus &
foris virtutibus reſplẽdebat. Quapropter ipſa etiã Candelabrũ in templo etiam Mariã figurauit.
pulchrè figurata eſt in cãdelabro aureo, quod lucebat
Hieroſolymis, in templo domini, ſupra quod
ſeptem lãpades ardentes ſtabant: quæ ſeptẽ opera
miſericordiæ in Maria figurabant: quę regina mi-

ſericordiæ



ſericordiæ, & mater pietatis erat. Hoc candelabrũ
A & eius candelam honoramus, quãdo in feſto purificationis,
accẽſas cãdelas baiulamus. Maria enim
candelam domino, in ſua purificatione offerebat,
quando Simeon, lumen ad reuelationẽ gentium cõcinebat.
Chriſtus Mariæ filius, eſt cãdela accenſa,
propter tria, quæ inueniuntur in ea: ſcilicet lignẽ,
ignis, & cera: & in Chriſto ſunt tria, ſcilicet caro,
anima, & deitas vera. Hæc candela, pro humano
genere, domino eſt oblata: per quam nox tenebrarum
Figuræ oblationis. noſtrarũ, eſt illuminata. Oblatio huius beatiſſimæ
candelæ, pręfigurata fuit in puero Samuele.
1. Regũ. 1. Annæ ſterili, contra morẽ naturæ deus filiũ dedit:
& Mariæ virgini ſupra curſum naturæ, filium inſpirauit.
Anna obtulit filiũ, qui Iudæos erat propugnaturus:
Maria obtulit filium, qui mundum erat
protecturus. Filius Annę poſtea à Iudęis eſt refutatus:
filius Mariæ eſt ab eis turpiſsima morte cõdemnatus.
Hoc eſt quod Simeon Marię ꝓphetãdo
prędicebat, ꝙ filij ipſius gladius, animã ſuã ꝑtrãſire
debebat. Ibant igitur parẽtes Ieſu in Hieruſa-
B lem, vt legis mãdata ꝑficerent: & quãuis timerent
Herodem: tamen nõ ſunt auſi trãſgredi legẽ, quin
ad templũ puerũ deferrent. Et fortè adhuc omnia
quieta erãt: adhuc Herodes magos expectãs, nondum
ſui cordis malitiã reuelauerat. Dñs itaq; Ieſus
Chriſtus cũ matre, in his & alijs legẽ obſeruãs,
oſtendit cum quãta ſolicitudine & vigilãtia debemus
obſeruare euãgelij pręcepta, quando ipſe præcepta
legalia, quæ ꝑ ſeruum dederat, cũ tãta obſeruauit
diligẽtia. Adduxerunt ergo dñm tẽpli ad templum,
vt facerẽt ſecundum conſuetudinem legis ꝓ
eo. Cumq; intraſſent templum, emerũt duos turtures,
aut duos pullos columbarũ: vt pro eo offerrent,
ſicut pro pauperibus erat cõſuetum. Et quia pauperrimi
erãt, credendũ eſt magis ꝙ de pullis colũbarum
emerunt: quia facilius & ꝓ minori pretio
inueniuntur: & ideo in lege, vltimo loco ponũtur.
Et tacet euãgeliſta de agno quia erat diuitum oblatio.
Vide quia tam pauperes parentes dñs elegit,
qui nõ haberent agnũ, quẽ pro eo offerrent: ſed tã-
C tum par turturum, aut duos pullos columbarum,
quę erat oblatio pauperum. In lege enim dominus
præceperat vt die quo parens infantem in templo
præſentaret, pro ſua & ſobolis purificatione, agnũ
anniculũ immaculatum in holocauſtũ, ac etiã turturem,
ſiue pullũ columbę, pro peccato (quia in libidine
cõceperat) offerret. Qui verò nõ ſufficiebãt
ad offerendum agnum, duos turtures offerrent, vel
duos pullos columbarum: vnum loco agni in holocauſtum,
quod totũ incenſum dicitur, quia totum
incendebatur: & alterum pro peccato, qui cedebat
in partẽ ſacerdotis, qui orabat pro muliere, & ſic
mundabatur. Hanc hoſtiã & oblationẽ pauperum,
voluit dñs pro ſe dari: & cùm diues eſſet, pro nobis
pauper dignatus eſt fieri: vt nos ſua paupertate ditaret,
& diuitiarum ſuarũ donaret, eſſe participes:
& nos faceret hîc in fide diuites, & in cœlo regni
hæredes. Sicut enim mortalitatẽ noſtrã aſſumpſit,
vt per eã nobis immortalitatẽ cõferret: ſic paupertatem
noſtrã voluit aſſumere, vt per eã nobis ęternas
diuitias tribueret. Imitemur ergo nos dominũ
noſtrum, & ſpontaneam paupertatem amemus: vt
habentes victum & veſtitum, his contenti ſimus. D
Cur autem pulli columbarem, & non ſimpliciter Pulli columbarũ cur offerebantur, & nõ columbæ.
columbæ, ſicut turtures, in ſacrificio domini permittebantur
offerri, declarat Bernardus, dicẽs: Et
licèt aliâs quidẽ per columbam ſpiritus ſanctus ſoleat
deſignari: quia tamen libidinoſa auis eſt, non
decuit offerri eam in ſacrificio domini, niſi ea ſanè
ætate, quę neſciret libidinem. Ac turturis non Turturis caſtitas.
deſignatur ętas, quoniã agnoſcitur caſtitas: in quacunq;
ętate deniq; compare vno contenta eſt: quo
amiſſo, alterũ nõ admittit: numeroſitatẽ in hominibus
nuptiarũ redarguẽs. Cernere eſt turturem tẽpore
ſuę viduitatis, ſanctæ viduitatis opus ſtrẽnuè
ac infatigabiliter exequentẽ: videas vbiq; ſingularem,
vbiq; gementẽ audias: nec vnquã in viridi ramo
reſidentẽ proſpicias: & tu ab eo diſcas voluptatum
virentia virulẽta vitare. Adde ꝙ in iugis mõtium,
& in ſummitatibus arborum, frequentior illi
cõuerſatio eſt, vt quod vel maximè propoſitũ pudicitiæ
decet, doceat nos terrena deſpicere, & ama- E
re cœleſtia. hæc Bernar. [Et ecce Simeon] inter ſacerdotes
famoſus & nominatus, qui [iuſtus] erat
in omni operatione boni: [& timoratus] in cautela
mali: vel [iuſtus] rectè ſe habẽdo ad proximũ: [&
timoratus] quo ad deũ: quia difficilè iuſtitia ſine
caſto & filiali timore domini cuſtoditur: timor
enim dñi, iuſtitię & cæterarũ virtutum cuſtos eſt:
quia quãto iuſtus ardentius deũ diligit, tanto ſolertius
offendere cauet. Illorũ enim operationẽ comitatur
iuſtitia, quorũ mentes timor Dei illuminat: Pſal. 111.
teſtãte Pſalmiſta, qui ait: Beatus vir qui timet do- Eccleſiaſtes 7.
minũ &c. Et Salomone, qui dicit: Qui timet deũ:
nihil negligit. Et bene iuſtus erat, & ad proximũ
ſe rectè habebat: quia nõ ſuam ſolummodo, ſed &
totius populi ſalutem quærebat, [expectãs cõſolationem
Iſraël] in deſiderio & ſpe boni promiſsi,
quoad fidei & ſpei rectitudinem, quã habebat. Minores
quidẽ expectabant cõſolationẽ tẽporalem,
per promiſſum ſalutis authorem: vt qui ab Herode
preſsi fuerant, in aduẽtu ſaluatoris liberati, cõſola- F
tionem acciperẽt. Maiores verò (vt Simeon & huiuſmodi)
etiam ſpiritualem cõſolationẽ, & redemptionem
à diabolo expectabant. Cõſolatio quippè
Iſraël, id eſt, videntis deũ, domini aduẽtus in carne
fuit: ſancti eñ patres, quos metus originalis peccati
cõtriſtabat, ꝑ domini incarnationẽ cõſolari credebant.
Hãc conſolationem Simeon, qui obediens Simeon obediẽs interpretatur.
interpretatur, expectabat, quẽ matura ętas de mũdo
exire cõpellebat, tñ propter deſideriũ videndi
dñm, in carne manebat. [Et ſpiritus ſanctus] & ſanctificator
ex præſentia ſummi boni [erat in eo]
quãtũ ad gratiæ plenitudinẽ, quã poſsidebat: quia
non ſolũ habuit gratiã iuſtificãtem, prout cõmuniter
habetur à iuſtis, ſed etiã quantum ad illuminationes,
& cõſolationes diuinas ſpeciales. Dicturus
euangeliſta de Simeone: quia ſpiritus ſanctus erat
in eo, præmiſit quod erat iuſtus & timoratus: qm̃
illorũ corda deus inhabitat, qui timentes deũ iuſtitiam
ſeruãt, vñ ipſe per prophetã dicit: Super quẽ Eſaie 11. & 66.
requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuꝑ humilẽ & quietũ,
& trementẽ ſermones meos? & ab ipſo, [ſpiritu

 ſancto]

ſancto]qui per inhabitantẽ gratiã in eo erat, [re-
G ſponſum]in orationibus ſuis deuotis[acceperat]in
uiſibiliter in mente, per occultã inſpirationem:&
intellexit de Chriſti aduẽtu,ꝙ Chriſtum quem vi
debat oculis mentis,videret oculis corporis, ante-
quam præſentẽ finiret vitam. Ex quo patet ꝙ pro
hoc prius orauerat:quia hoc ſperabat, & cõſolatio
nem Iſraël expectabat. Tunc enim erat opinio cõ
munis apud intelligentes,ꝙ imminebat aduentus
Chriſti,ſecundũ ſigna à patriarchis & ꝓphetis da-
ta. Et ideo Simeon de hoc feruentius deum orabat
[& in ſpiritu] id eſt per reuelationem ſpiritus ſan-
cti,& ipſo ſpiritu ſancto qui in eo erat,iubẽte venit in templũ:] vt ſicut reſponſum & promiſſum,
ab eodẽ ſpiritu acceperat,Chriſtum dñi,id eſt,vn-

Simeonis deſideriũ.

ctum,à dño antequam moreretur,videret. O quã-
to deſiderio videndi dominũ,ſenex iſte beatiſſimꝰ
ęſtuabat,quem iam ętas de hoc ſeculo exire coge-
bat:ſed dei reſpõſio renitebat: quia nõ erat mortẽ
viſurus,id eſt,ſenſiturus vel experturus [niſi prius
videret Chriſtũ domini]meſſiã promiſſum,oculis
corporalibus. Hoc ergo deſiderabat,hoc mẽte tra-
H ctabat,hoc ſemꝑ cogitabat,dicẽs:Scio quia veniet:
ſcio quia videbo eũ. Sed qñ veniet: quando eũ vide
bo? Veni domine Ieſu, ſolue mihi hæc vincula, &
me iã nunc in pace,ire permitte. Dum aũt hęc ſe-
cum diceret,dũ hoc deſiderio ęſtuaret,dictũ eſt il-
li à ſpiritu ſancto:Ecce adeſt quẽ expectas: quem
quæris, nũc eum videbis:ſurge,propera,feſtina,va
de ad templum. Cùm aũt feſtinãter veniẽs templũ
intraret,& eum videret:ſtatim eũ ſpiritu prophe-
tico cognouit. Eadem quippè ſpiritus gratia, qua
olim præcognouerat venturũ, etiã nũc veniẽtem,
& iã iamq; à ſe videndũ,cognouit ſaluatorem. Et
accelerãdo,occurrens,genua flexit,& eũ inter bra
chia matris adorauit,brachiaq; ſua extendit,& pa
rentibus ait:Mihi eũ date, mihi debetur, mei offi-
cij eſt,ad hoc miſſus ſum,huic obſequio reſeruatus
ſum. Mater verò intelligens voluntatẽ filij, porre-
xit eũ Simeoni. Ille aũt lætus & exultans,cũ maxi
mo cordis gaudio, in vlnas ſuas, & inter brachia
I eum ſuſcepit. O quàm beatæ manus, quæ verbum
vitæ palpauerunt, & vlnę quæ ipſum amplexatæ
ſunt. Et cùm puerũ in vlnas accepiſſet,ſurrexit,&
mox ſenectus fugit,ac iuuenilis vigor & fortitudo
affuit. Magna hîc dñi poteſtas:ſed non minor eius
claret humilitas. Qui cœlo terraq; nõ capitur,grã
dæui hominis vlnis geſtatur:qui prius ſeipſum fer
re vix poterat, nunc leuiter puerũ ferens exultat.
Ipſe enim portabat,à quo portabatur:& qui verbo
virtutis ſuæ omnia portat:ille portabat Chriſtum
in humanitate,à quo portabatur ꝑ diuinitatẽ. Ele-
ganter igitur dictũ eſt:Senex puerũ portabat,puer
autem ſenem regebat. Ferebat ſenex Chriſtum in-
fantem,qui illũ regebat in ſenectute degentẽ. Fe-
lix quidẽ Simeon iſte,qui non ſolũ videre, ſed etiã
Chriſtum in carne meruit portare. Felix nimiũ,
qui tantã cõſolationem meruit,quã deſiderauerãt
patriarchę & prophetæ,& non acceperũt. Et non
dubium quin ex huiuſmodi amplexu Ieſu Chri-
ſti,multas cõſolationes receperit,& ſingularia cha-
riſmatũ gratiarũ. Vnde & dicit doctor Gręcus, ꝙ
infantis ineffabile iubar adeo illuſtrauit ſenem,vt
K proceſſu temporis, futura mox ſibi fierent nota:
Non minus felices ſunt,qui nõ viderunt & credi-

Ioan. 20.

derunt. [Benedixit]quoq; & laudauit[deũ]gratias
agendo pro tanto beneficio, ſcilicet de impletione
promiſſionis,& de exhibitione ſaluationis:ac viſo
redẽptore,aperit reuelationem in ſecreto dialogo
ſibi factã,dicẽs: [Nũc dimittis dñe ſeruum tuũ in
pace:quia viderũt oculi mei ſalutare tuũ &c. ]per
totum. Te,inquit,dñe benedico: ꝓmiſſio tua com-
pleta eſt,completũ eſt & deſideriũ meum: quia vi
deo Chriſtũ ſalutare tuum dñm meum. Ieſus enim

Ieſus ſaluator interpretatur.

ſaluator,ſiue ſalutaris interpretatur. Viderunt qui
dem oculi carnis hominẽ:ſed oculi mẽtis cognoue
runt eũ eſſe deum. [Dimittis]ergo,id eſt, dimittes
vel dimittas,vt intelligatur optatiuè, id eſt, vtinã
dimittas,iã nunc & de cætero[ſeruũ tuũ]abire [in
pace]& de hac vita trãſire in cordis quiete,quietu-
rum in ſinu Abrahæ. Quaſi ſecurè morior, quia
pręſens eſt, & in proximo paſſurus, quo redimar.
L Sciebat ꝗ beati oculi,qui Chriſtũ eſſent viſuri: &
ideo donec illum videret, nolebat morte diſſolui.
Mox aũt vt vidit,optabat ſolui à corpore: & ĩ ſinu
Abrahæ pacẽ habere. Lætãter eñ deſcendere vola
bat ad limbũ patrum,ex quo ſciebat ſaluatorẽ na-
tum. Sed quomodo in pace dimittitur,cùm omnes
tũc ſternerẽt lectũ ſuũ in tenebris? In pace,inquit,
quietis,nõ in pace fruitionis dei. Ecce Simeon ꝑfe-

Simeonis perfectio.

ctus fuit,habens vitã in patientia, & mortẽ in deſi-
derio. Adeo ergo in quibuſdam, ꝑfecti fuerunt pa
tres veteris teſtamẽti,vt noui, ſecundũ Bedã. Qui
vult tenere Ieſum manibus & amplexari,& in pa
ce dimitti omni labore,nitatur vt habeat ſpiritum
ducẽ:veniatq; in Hieruſalẽ, cõuerſando in cœleſti
bus:veniat in templũ,aptãdo ſe exẽplo illorum in
quibus habitat deus:ſuſpirãdo,& vnã petẽdo,vt in-
habitet ſemꝑ in domo dñi, expectet dominum &
aduentũ eius. Sic enim & ipſum verbũ dei in ma-
nibus accipere, & fidei, ac ſpei, & charitatis bra-
chijs merebitur amplecti. Tũc dimittetur,vt nõ vi
deat mortẽ æternã,quia vidit vitã. Multum eñ fe-
M lix,mortem videbit carnis, quicũq; ſic Chriſtũ do-
minum ſatagerit prius videre oculis cordis. Vnde
Bernar. Dimittetur in pace, qui Chriſtũ habet in
pectore. Ipſe enim eſt pax noſtra. Tu quò exibis a-
nima miſera,quæ ducem itineris,Ieſum ignoras?
Moraliter,Simeon qui obediens interpretatur,bo-

Moraliter.

num religioſum ſignificat:& hîc manet in Hieru-
ſalẽ, quæ interpretatur pacifica: quia manet in pace
interna & fraterna,qui eſt iuſtus ad ꝓximũ, timo-
roſus ad deũ,expectãs cõſolationẽ Iſraël,id eſt diui
næ viſionis:quia Iſraël,vidẽs deũ interpretatur: &
ſpiritus ſanctus eſt in eo,ꝑ gratiæ ſuę bñficium. Et
tali datur Ieſus ad amplexãdũ: & ſic cũ Simeone, de
tãto bñficio,bñdicit dñm,& deſiderat exire de mũ-

Philip. 1.

do,vt ei detur ad ꝑfectè fruẽdũ,ſecundũ Apoſtolũ,
deſiderium habẽs diſſolui,& eſſe cũ Chriſto. Mora
liter etiã hîc inſtruimur de multis. Primò , ꝙ per
virtuoſa opera,quæ ꝑ brachia intelliguntur, Ieſus
apprehenditur. Secũdò,in hoc ꝙ ſenex infantẽ ſu-
ſcepit,inſtruimur ꝙ depoſita culpę vetuſtate,debe-
mus inducere vitę nouitatẽ. Tertiò,in hoc ꝙ Chri-
ſtus



ſtus qui omnia portat,voluit portari,habemus exẽ
A plũ humilitatis. Quartò,in hoc ꝙ bñdixit deum,
inſtruimur ad agendũ gratias deo,de omnibus bo

Chriſtus in Nũc dimittis,magnificatur quatuor nominibꝰ.

nis noſtris. Poſſumus etiã dicere ꝙ in hoc cantico,
magnificatur Chriſtus, quoad quatuor,ſecundum
quatuor nomina,quibus Simeon Chriſtũ appellat.
Cõmendatur enim Chriſtus vt pax,vt ſalus,vt lu-
men,vt gloria. Pax eſt,quia mediator:ſalus , quia
redẽptor:lumen,quia doctor: gloria,quia præmia
tor. Et in his quatuor conſiſtit perfecta Chriſti cõ
mendatio:imò totius euãgelicæ hiſtoriæ,quędam
breuiſſima cõpræhenſio. Ea nanq; quæ reſpiciunt

Ephe. 2.

eius incarnationẽ,cõpræhenduntur in pace. Ipſe
enim eſt pax noſtra,quæ fecit vtraq; vnum:quia
vtrãq; naturã,in vno ſuppoſito vniuit:duos popu-
los,in vnũ copulauit:dãs pacẽ his qui longè,& his
qui prope:deum etiã homini recõciliauit. Ea verò
quæ reſpiciunt eius prædicationẽ,& ſuæ vitæ cõ-
uerſationẽ,ac miraculorũ operationẽ,cõpræhẽdũ
tur in luce. Vnde ipſe dicit: Ego ſum lux mundi.

Ioan. 8.

B Quæ aũt reſpiciunt redemptionẽ & paſſionẽ,cõ-
præhendũtur in nomine ſalutis. Sed quæ reſpiciũt
reſurrectionẽ & aſcenſionẽ,cõpręhẽduntur in glo
ria. Et quia cãticũ iſtud ſic cõtinet:laudis Chriſti
plenitudinẽ,& ſenis morientis conſolationẽ:ideo
in ſero & in fine cãtatur in cõpletorio. [Et erat pa
ter eius]ſcilicet putatiuus,id eſt,Ioſeph , qui me-
ruit vocari pater Chriſti:eo ꝙ fuit nutritius eius
[& mater eius]vera,ſcilicet Maria [mirãtes] non

Admiratio parentum Ieſu.

dubitando,ſed aſſentiendo & congaudendo[ſuper
his quæ dicebãtur de illo]ſcilicet Ieſu. Mirabatur
virgo de his quæ audierat ab angelo in annuntia-
tione:ab Elizabeth in ſalutatione,& Ioannis exul
tatione:& à Zacharia,in Ioannis natiuitate. Item
mirabatur ipſa & Ioſeph,de exultatione angelorũ
nato Chriſto,& de cãtico nouo. Itẽ de aduentu pa
ſtorũ,& de reuerentia magorũ. Itẽ de aduentu Si-
meonis,& laude euſdẽ. Quę omnia erãt mira,&
admiratione digna. Vnde Ambr. Non ſolũ ab an-
gelis & prophetis,à paſtoribus & parentibus : ſed
C etiã à ſenioribus & iuſtis,generatio domini acce-
pit teſtimoniũ. Omnis ætas,& vterq; ſexus,euen-
torũq; miracula,fidẽ aſtruunt: virgo generat,ſte-
rilis parit,mutus loquitur , Elizabeth prophetat,
magus adorat,vtero clauſus exultat,vidua confite
tur,iuſtus expectat. Et ex virtute pueri,quẽ geſta
bat in vlnis,bñdixit Simeon Mariæ,& Ioſeph,cũ
affectu & gaudio,ac deo gratias referendo. Quã-
uis enim Maria & Ioſeph eſſent maiores in ſancti
tate:ille tñ pręcellebat,quãtũ ad ſacerdotis officiũ
ad quẽ ſpectat benedicere populum. Mos quippè
erat in lege,ꝙ quãdo parentes præſentabãt puerũ
in tẽplo,ſacerdos benedicebat illis,ſcilicet parenti

Bñdictio Simeonis.

bus & puero. Et ideo benedixit Simeon parẽtibus
Chriſtum præſentãtibus,id eſt,beatos eos dixit,&
benedictos pręđicauit,vel benedictionẽ à deo eis
optauit. Huius aũt benedictionis formã non habe-
mus expreſſam:ſed põt iſta benedictio intelligi,
laudationis & gratiarũ actionis:ſicut dicimus ꝙ
creatura benedicit creatori,ipſum cum gratiarũ
actione laudando. Benedixit parentibus,propter fi
lium:ſicut econuersò plerunq; benedicuntur filij
propter parẽtes. Et nota,quia in Ioſeph patris ſimi D
litudo erat,quia nutritor eius:ideo non eſt cõmuni
benedictione priuatus. Maria virgo,quia verè eius
mater erat,& de puero magis ad eam pertinebat:
ideo ad eã ſingulariter ſe vertit,reuelãdo ei occulto
rũ præſagia. Cognouit enim illo docente,quẽ ge-
ſtabat in vlnis,diuinũ illud non eſſe ex Ioſeph,ſed
ex virgine:ideo ad eã dirigit ſermonẽ. Et non ſolũ
benedixit:ſed etiã prophetãdo,futura prædixit,di
cens[Ecce poſitus eſt hîc]per aduẽtũ ſuũ,& à deo

Prophetia Simeonis.

ſtatutus & ordinatus[in ruinã]ſcilicet ſuperborũ
ſe ſtare putantiũ:de quibus ipſe dicit: Si non veniſ
ſem,& locutus eis nõ fuiſſem,peccatũ nõ haberẽt.

Ioann. 15.

[& in reſurrectionẽ multorũ]ſcilicet humiliũ ſe
non ſtare reputãtium:qui in eũ credentes,reſurre
xerunt à peccatis per eum. Et dicit[in Iſraël]quia
multi Iudęi à veritate cadẽtes,fuerũt excęcati:&
multi prius ſimplices & ignorãtes illuminati[&
in ſignũ]ſcilicet federis & recõciliatiõis inter deũ
& hominẽ[cui contradicetur]primò à Iudęis:dein
de à gentibus,ſeu paganis,poſtea ab hæreticis,hoc
non credentibus. Vbi notãdũ ſecundũ Orige.ꝙ in E
omnibus quæ de Chriſto narrãtur à fidelibus,con

De cõtradicẽtibus Chriſto.

tradictionẽ paſſus eſt falsò ab incredulis:de quibus
ipſe conqueritur in Pſalmiſta,dicens:Inſurrexe-
runt in me teſtes iniqui:& mentita eſt iniquitas ſi

Pſal. 26.

bi. Potuit enim Chriſtus impugnari:ſed nõ expu-
gnari. Sed & praui Chriſtiani contradicunt ei in
moribus & operibus:etſi nõ in fide & ſermonibus

Ad Tit. 1.

qui confitentur ſe noſſe deũ,factis aũt negant. Ve-
nit ergo ſaluator,in ruinã nõ credentiũ & ſuperbo
rũ,& hoc per occaſionẽ:& in reſurrectionem cre
dentiũ & humiliũ,ſed per cãm. Non ſolũ aũt alijs
in ruinã,& alijs in reſurrectionẽ venit:ſed etiam
vni eidẽq; homini in ruinã,pariter & in reſurre-
ctionẽ apparet. In ruinã,ſcilicet vitiorũ,& reſur-
rectionẽ virtutũ. Nec fit reſurrectio virtutũ,niſi
præcedat ruina vitiorũ. Vnde Bern. Non põt vir-
tus cum vitijs pariter creſcere:ergo vt illa vigeat,
iſta creſcere non ſinãtur. Tolle ſuperflua,& ſalu-
bria ſurgunt. Vnde notãdũ ꝙ Chriſtus deſtruxit F

Ruina vitiorũ per Chriſtum

regnum peccati,& conſtruxit regnum virtutum:
propter quod dicitur poſitus in ruinã & reſurre-
ctionem. Ruit enim ſuperbia,ex eius humilitate.
Ruit auaritia,ex eius paupertate. Ruit luxuria, in
eius caſtitate. Ruit inuidia,in eius benignitate.
Ruit gula,in eius ſobrietate. Ruit ira,in eius patiẽ
tia. Ruit accidia,in eius labore & vigilia. Et ſic
Chriſtus,conſtruendo regnũ virtutũ,deſtruxit re
gnũ vitiorũ:ita ꝙ eiſdem venerit in ruinã & reſur
rectionẽ. Nã ſecundum Chryſoſtomum,cùm ſu-
perbus , humilis efficitur:laſciuus,caſtus:auarus,
miſericors,& ita de alijs:tunc in eadem perſona
eſt ruina vitij,& reſurrectio virtutis. Et ad hoc à
deo poſitus fuit hic in mundo,tãquã ſignum ad ſa
gittam:vt quilibet quaſi pro libito iaculum mit-
teret in eum. Et prophetizans Simeon de Chriſti
paſſione , ait[Et tuam ipſius animam pertranſi-
bit]per compaſſionem[gladius]id eſt paſſio,ſeu
dolor paſſionis ipſius. Non enim abſque magno
affectu materni doloris,potuit videre crucifigi fi-
lium:etſi ſperaret mortem deuicturum ac reſur-
recturum:

rectũrum,& poſt mortẽ victurũ. Vnde dicit Hier.

G

Maria pl⁹ q̃ martyr fuit.

ꝙ quia in parte impaſsibili paſſa eſt,plus quã martyr fuit. Dolores quippè quos pariẽs effugit: hos tẽpore paſsionis Chriſti ſuſtinuit. Vnde Anſel. Nũc repoſcit debitũ atrox vis naturæ, quod tibi detinuit olim parituræ: pœnaſq; cũ fœnore æſtimãt vſuræ,

De pœnis Mariæ.

quæ cõmuni matribus debebantur iure[vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes]Chriſti naq; paſsio,multorũ cordiũ cogitationes reuelauit:quia prophetarũ dicta,cogitationes,& occulta myſteria ibi reuelata ſunt,& cõſummata. Et hoc quidẽ velũ templi ſignificauit,quod eo moriente ſciſſum eſt:vt ſctã ſctõrũ omnibus appareret. Vel multorũ cordium,ſcilicet bonorũ & malorũ cogitationes,tũc reuelatæ ſunt:quia Chriſto paſſo,alij crediderũt alij credere noluerũt. Et ſecũdũ Bedã antea incertũ erat q̃ Iudeorũ eũ recepturi erãt,& qui non:poſtea certũ fuit. Myſticè,vt dicit Beda,vſq; ad finẽ ſeculi,gladius tribulationis,animã Eccleſię pertranſit,cùm ſigno fidei,ab impijs & reprobis cõ-

H

tradicitur:cũ multos ruere videt:cũ reuelatis cordium cogitationibus,vbi bonũ ſemẽ ſeminauerat, zizania germinare cõſpicit. Et notãdum ꝙ ly vt, non tenetur hîc cauſaliter:non enim propter hoc principaliter pati voluit Chriſtus,vt reuelarentur hominum cogitatiões:ſed tenetur hîc cõſecutiuè: quia hoc quod eſt reuelare cogitationes,ſecutũ eſt ad paſsionẽ Chriſti. Sicut ſi dicerem: Exiui ad cãpos,vt caperer ab hoſtibus. Capi ab hoſtibus, non fuit de intentione mea,ſed quoddã conſecutiuum ad exitũ meum. Et eſt ſimilis modus loquendi,cũ dicitur ſæpe in Euange. Hoc factum eſt,vt implerentur ſcripturę. Hoc enim non fuit principalis intentio Chriſti,ꝙ talia fecit,vel paſſus eſt,vt implerentur ſcripturæ:ſed poſtquã talia euenerunt,conſecutiuè ſcripturę ſunt impletæ. Nõ enim prophetia,eſt cã euentus rei:ſed ipſa res eſt cã prophetię.

Prophetię non ſunt cauſæ futurorum.

Aliter exponit Orige. de reuelatione occultorum pctõrũ in confeſsione,vt reuelentur cogitationes

I

malæ per confeſsionẽ,quę prius occultabãtur,quę per effectũ paſsionis,in ſacramẽto pœnitentię operantis,ſanantur.[Et ipſa eadem hora]qua ſcilicet Simeon loquebatur de Chriſto:tenens eũ in vlnis [ſuperuenit & Anna prophetiſſa]nõ à caſu,vel ex diſpoſitione humana:ſed ſpiritus ſancti reuelatiõe ſicut dictum eſt de Simeone,& adorãs eũ[confitebatur dño]confeſsione laudis & gratiarum actionis,laudans deũ de tantis beneficijs adimpletis, & in incarnatione & natiuitate exhibitis:perhibẽſq; teſtimonium de filio,& inſtruens populum[loquebatur de illo,omnibus qui expectabãt redemptionem]Hieruſa. & [Iſraël]annuntians eis natum eſſe redẽptorem,& humani generis ſaluatorem:& ꝙ ille diũ deſideratus eſſet,qui eos redimere & liberare deberet. Omnibus fidelibus qui iugo Herodis alienigenæ grauati,liberationẽ ciuitatis & populi,ac etiã ſpiritualẽ expectabant,per aduentum Chriſti in proximo fieri redẽptionem,à tyrãnide Herodis & dæmonis,promittebat.

Annæ prophetiſſæ commendatio.

Hæc mulier venerabilis,cuius nobilitas extollitur,cõtinentia laudatur,ætas cõmendatur,religio prædicatur:idonea & valde digna erat,quæ dei filio incarnato,teſtimoniũ perhiberet. Vnde & prophetiſſa deſcribitur,vt eius teſtimonium autentizetur:quia prophe-

K

tiæ inſpiratio vel reuelatio diuina eſſe perhibetur. Vñ Orige. Iuſtè ſancta mulier ſpiritũ prophetãdi meruit:quia longa caſtitate,longis etiã ieiunijs,ad hoc culmẽ aſcẽderat. Quia ergo oẽm ſexũ,& oẽm ætatem,& gradũ,& oẽm profeſsionẽ dominus redimere venerat:dignũ erat vt oẽs,in eius natiuitate,teſtimoniũ perhiberent.

Omnes [...] nus bo[...] nũ de C[...] ſto per[...] bet teſ[...] moni[...]

Sunt enim tria genera, in vtroq; ſexu cõmendata:puta de virginibus,ſcilicet Maria & Chriſtus:ac de viduis,ſcilicet Anna & Simeon,cuius ætas cõparatur Annæ:& etiã tertiũ genus,ſcilicet de cõiugatis,ſcilicet Elizabeth & Zacharias. Nullus ergo gradus Chriſtianorũ fideliũ prætermiſſus eſt,de quo non haberet teſtimoniũ ſalus omniũ. Vt aũt dicit Anſel. oblatus eſt in tẽplo,& à ſancta vidua ſuſceptus:vt fideles ſuos domũ dei frequentare:& vt eũ mereantur ſuſcipere, ſtudio ſanctitatis intẽdere moneret. A Simeõe ſene ſuſceptus,atq; laudatus eſt:vt vitæ grauitatẽ,& morũ maturitatẽ,ſe diligere patefaceret.

L

Exulta ergo & tu cũ illo ſene Simeone & Anna longeua, procede in occurſum matris & paruuli,vincat verecundiã amor,timorẽ expellat affectus:accipias & infantem in vlnas tuas,dicasq; cũ ſponſa:Tenui eũ,nec dimittã.

Cant. 3.

Tripudia cũ illo ſanctiſsimo ſene, & concine:Nunc dimittis ſeruũ tuũ domine:ſecũdũ verbũ tuum in pace. hæc Anſel.

Moraliter

Moraliter nota,ꝙ inopinatus cõcurſus iſtarũ perſonarũ,de quibus hîc fit mentio,nõ ſine myſterio inſtinctu diuino factus eſt. Vnde nos ſpiritualiter,in mente debemus iſtarũ quatuor perſonarũ proceſsionẽ celebrare. Per Simeonem,qui interpretatur audiens, qui & reſpõſum audiuerat à ſpiritu ſctõ,mentali ſcilicet reuelatione,ſignificatur verbi dei ſtudioſa auditio.

Simeõ, Anna, Ioſeph & Maria quid [...] pretent[...]

Per Annã,quę interpretatur gratia,& quę nõ diſcedebat de tẽplo,ſignificatur crebra oratio. Per Ioſeph,qui interpretatur appoſitio,vel augmẽtum,qui ſolicitã curã habuit de puero Chriſto,intelligitur bonorum operũ cõtinua appoſitio.

M

Per Mariã verò,quæ interpretatur illuminata,quę & Chriſtum portauit in vtero ſignificatur diuinę cõformitatis perfectiſsima vnio. Hæ aũt quatuor perſonæ Chriſtum offerentes,in mente debẽt portare quatuor luminaria. Simeõ portat lumen ſanctæ meditationis. Anna geſtat lumen internæ deuotionis. Ioſeph defert lumẽ virtuoſæ progreſsionis. Maria verò portat lumen ſupernæ cõtẽplationis. Hæc quatuor innuuntur in Pſal. cùm dicitur:

Pſal. 76.

Memor fui dei,& delectatus ſum,& exercitatus ſum,& defecit ſpiritus meus. Et patent,referendo ſingula ſingulis. Et cõſiderãdum eſt ꝙ præſentationi domini, interfuerunt quinq; perſonæ. Ipſe Ieſus,per quem ſignificãtur innocẽtes. Maria,ſcilicet amarum mare,per quam pœnitẽtes. Ioſeph, ſcilicet accreſcens,per quem proficientes. Simeõ, per quem perfecti in vita actiua. Anna,per quam perfecti in vita contemplatiua. In quo ſignificantur illi,qui ſunt digni vultui dei,in templo dei cœleſtis Hieruſalem, præſentari. Tandem Simeon puerum Ieſum matri reddidit:quem illa lætanter reaccepit.

Proceſſio in templo.

Poſtea vadunt ad altare,facientes pro-

ceſsionem



ceſsionẽ:quæ hodie repræſentãtur per vniuerſum

A

orbẽ. Procedũs alacriter illi duo venerabiles ſenes Ioſeph & Simeõ,cũ exultatione magna iubilãtes. Sequitur mater,portans regẽ Ieſum,cũ ineffabili cordis lætitia:& Anna aſſociat eã,vadens ex latere,cũ reuerẽtia iubilãs:& ipſa cũ indicibili gaudio & laudãs dñm affectu immenſo. Ab iſtis ergo fit proceſsio venerabilis:paucis quidem,ſed valde magnis & quaſi de omni genere hominũ repreſentãtibus. Sunt enim inter eos,de maſculis & fœminis ſenibus & iuuenibus,virginibus & viduis. Maria quidẽ & Ioſeph,tanquã parentes,puerũ Ieſum in tẽplo prę ſentauerunt. Simeõ verò & Anna,vt prophetæ,præconijs propheticis laudauerunt. Sic & nos in iſta die,miſſarũ ſolennia celebrãtes,cereum accenſum(per quẽ ſignificatur puer Ieſus)in manibus baiulamus,& proceſsionẽ faciẽtes vſq; ad altare deferimus & offerimus,recolentes illud lumen ineffabile,quod Maria & Simeõ hodierna die portauerunt in manibus.

Cerei ſignificatio

B

Sunt enim tria in cereo,per quæ ſignificãtur tria quæ fuerũt in Chriſto. Nã cera ſignificat carnẽ Chriſti,quæ nata eſt de virgine Maria ſine corruptione:ſicut apes cerã gignunt,ſine alterutrorũ cõmixtione. Lichnus aũt in cera latens,ſignificat animã Chriſti candidiſsimã,in carne latentẽ. Ignis verò ſiue lumen,ſignificat diuinitatẽ:quia deus noſter,ignis conſumens eſt.

Deute. 4.

Per hęc etiã tria põt trinitas deſignari. Vñ eſt verſus: Cera focus,lichnũ:tria ſunt monſtrantia trinũ. Cũ autẽ perueniunt ad altare,mater cũ reuerentia genua flectit,& dilectiſsimũ filiũ ſuum deo patri ſuo ſuper altare offert. Præſentabat ipſa beata virgo puerũ dño,gratias agens deo patri de munere tanto,ꝙ ipſa virgo eũ cõceperat & pepererat, & ꝙ ipſa in tali ꝓle digniſsima,deo patri cõmunicabat.

Præſentationis cauſæ.

Prę ſentatio enim puerorũ ad tẽplum,præcepta erat propter tres cauſas. Tũ vt ex hoc infans dño conſecraretur:tum vt per hoc diuinæ cuſtodiæ cõmendaretur:tũ vt gratiarũ actio deo redderetur,à quo tale donũ parentes acceperunt &c. Sed primæ duę cauſæ,non habebãt locũ in Chriſto:quia mox conceptus in vtero,fuit pleniſsimè deo cõſecratus,& diuinæ cuſtodiæ,per diuinitatis vnionẽ cõmẽdatus: ſed tertia cã præcipuè locũ habuit in Chriſto:pro qua beata virgo gratias agere habuit deo patri prę omnibus matribus:vtpote quæ eũ ſingulari priuilegio concepit & peperit. Quid aũt ipſa tunc orauerit,quidve dixerit,ſcriptũ non habemus:ſed fortè ſimilia his verba,ſaltẽ ore cordis,dicebat: Ecce dñe ſancte pater,præſento tibi filiũ tuũ,à te æternaliter genitũ:& de me tẽporaliter natũ. Ego prę ſento tibi eũ,qui tibi ſemper eſt præſens. Gratias tibi ago,ꝙ eum tuo munere ſic cõcepi mirabiliter & peperi ineffabiliter. O ſancte pater,hũc filium tuum & meũ,tibi offero oblationẽ nouã:deum carο factum:qui pro ſalute mundi oblaturus eſt tibi ſemetipſum. O qualis eſt iſta oblatio. Nunquã talis facta à ſeculo. Vñ Bern. Offer filium virgo ſacra:& benedictũ fructum ventris tui,dño reprę ſenta. Offer ad noſtrã omnium recõciliationẽ,hoſtiã ſanctã deo placentẽ. hæc Ber.

Philip. 4.

Voluit aũt Chriſtus deo patri præſentari,qui nunquã ab eius aſpe-

D

ctibus latuit nobis in exẽplum:vt ſicut non gratia ſui deus factus eſt homo,ſed vt nos per gratiã faceret deos,nec propter ſe circunciſus eſt in carne,ſed vt nos ſpiritualiter circuncidamur:ſic propter nos ſiſtitur dño,vt diſcamus deo præſentare noſipſos. Deinde aduocãtur ſacerdotes,& redimitur dñs omniũ tanquam ſeruus quinq; ſiclis argenteis:quia erat primogenitus.

Dominus quinq; ſiclis redimitur.

Quinq; ſiclis argenteis redimebatur primogenitũ. Et erat ſiclus genus monetæ, obolos viginti habens.

Siclus. quid erat.

Præcepit enim lex omne maſculinũ primogenitũ tã hominis quã pecoris, ſanctum dño vocari,id eſt,dño ſanctificari & præſentari,ac ſanctificatum & dedicatum dño dici,& ſacerdotis eſſe:ita ꝙ primogenitum de tribu Leui non redimeretur:ſed in miniſterio & ſeruitio domus Dauid,ſcilicet tẽpli,ſemper & perpetuò teneretur. Primogenitũ verò de alijs vndecim tribub⁹, ſacerdos redimi faceret:& pretio accepto illud ad propria à parentibus referri permitteret:

Primogeniti oblatio.

primogenitũ quoq; animalis mundi,deo offerret: immũdi verò aut pretio redimi,aut mundo mutari,aut occidi faceret.

E

Mundum animal duplex:& ſimiliter immundum.

Eſt aũt animal mundum ad offerẽdum,mundũ ad eſum. Immundorum verò,aliud eſt immundũ ad offerendum,ſed mundum à natura:vt aſinus. Ideoq; aut pretio redimebatur,aut agno cõmutabatur. Aliud immundũ ad offerẽdũ & redimendum,ſeu cõmutãdum,videlicet canis, & ideo pretiũ aliquod nõ habens occidebatur,& ex toto abvſibus tẽpli proijciebatur. Cùm igitur Chriſtus de tribu Iuda,vna de vndecim fuerit,patet ꝙ redimi debuit:& ideo redẽptus fuit. Accepit etiam mater de manu Ioſeph,aues prædictas,& genua flectens,offert eas ſuper altare,deo patri. Obtulit ergo beata virgo,tanquã paupercula,par turturũ, aut duos puellos columbarum:vnum in holocauſtum pro filio,alterum pro pctõ:in hoc ſe ſubdens legi peccatricem,quãuis nullum haberet peccatũ. Facta ergo oblatiõe & redẽptiõe,mater filium recepit,& eum ſecum domum reportat. Vnde Bern.

De redemptione. Chriſti.

Oblatio iſta fratres,ſatis delicata videtur,vbi tantum ſiſtitur duobus,redimitur auibus,& illico reportatur. Veniet tẽpus qñ iã nõ offeretur in tẽplo, nec inter brachia Simeonis:ſed extra ciuitatẽ,inter brachia crucis. Veniet quãdo nõ redimetur alieno,ſed redimet alios ſanguine proprio:quia redẽptorem miſit eũ deus pater populo ſuo. Iſtud eſt ſacrificium matutinum:illud autẽ veſpertinũ. hæc Ber.

Pſal. 110.

Myſticè.

Myſticè,per primogenita animalium,ſignificatur ille,qui vnigenitus dei dignatus eſt naſci:primogenitus,ſcilicet dignitate omnis creaturę,qui eſt verè ſanctus domino:quia ſine peccato.

Moraliter

Moraliter autem per primogenita,ſignificantur bonæ actionis initia:quæ quaſi corde gignimus,ex dei gratia. Commonemur ergo hîc,vt omnia primogenita noſtra deo offeramus,quicquid bonum & iuſtum in noſtris operibus inuenimus,eius gratię, non noſtris meritis deputemus,dicentes:Non nobis domine non nobis:ſed nomini tuo da gloriam

Pſal. 113.

Si autẽ immundum aliquid parimus,id eſt,ſi peccatũ in opere perpetramus,occidamus,id eſt malum per emendationem radicitus, euellamus:aut certè mutemus illud mundo,declinantes à malo,

& facientes

& facientes bonũ,aut redimamus quinq; ſiclis bona opera:& dignos fructus pœnitentię per quinq; ſenſus corporis facientes.Cõmonemur etiã hîc,vt ſi in grege operũ noſtrorũ,agnum innocentiæ,vel principales virtutes,qualis eſt charitas,caſtitas,humilitas,patientia,& huiuſmodi inuenimus,deo offeramus:id eſt,ꝙ dignè viuimus,non noſtris meritis deputemus:ſed illius qui ait in euãgelio:Sine me nihil poteſtis facere:ipſe enim dat velle & perficere.

Ioan.15.
Philip.2.

Si aũt tã pauperes ſumus,vt in opere noſtro agnũ & diuitias innocuæ vitæ,vel principales virtutes non inueniamus,offeramus ſaltẽ duos turtures,vel duos pullos columbarum,id eſt,duo genera cõpunctionis:videlicet timoris & amoris:& non ſolũ pro noſtris,aliorũq; diluendis peccatis,ſed etiã pro impetrandis virtutibus,& deſiderio patrię cœleſtis,quotidie defleamus.Et ſic vnũ pro pctõ offerimus,dũ de malis perpetratis gemimus:alterũ in holocauſtũ,quãdo amore cœleſtium inflãmamur.

Moraliter tria notanda.

Moraliter,hîc attendenda ſunt tria,ſcilicet myſteriũ purgationis Mariæ:ſacramentũ delationis dominicæ:& ſignificãtia oblationis factæ.

H

Quãtum ad primũ,ſciendum ꝙ Maria,quæ interpretatur ſtella maris,vel amarũ mare,deſignat animã,ſiue ſit in lumine vitæ contẽplatiuæ,ſiue in amaritudine vitæ actiuæ.Et vtrique neceſſaria eſt purgatio:ꝙ videlicet anima contẽplatiua purgetur à ſuperbia,quod fit per timorẽ:& anima actiua à negligentia,quod fit per rigorẽ & laborẽ.In Hieru. enim(quæ interpretatur viſio pacis,& ſignificat vitã beatã)nemo infertur,nihil prius dies purgationis eius impleãtur.Quia niſi quis ſit plenè purgatus,& ita purus ſicut fuit in baptiſmo,non põt peruenire ad iſtã Hieruſa.vel etiã in tẽplum cœleſte.Talis aũt purgatio celebratur,vel hîc in pręſenti per pœnitẽtiã,aut tribulatiões,& huiuſmodi vel in pœnis purgatorij.Quãtũ ad ſecũdũ ſciẽdũ ꝙ legimus Chriſtum delatum in Hieru.vt hîc:& legimus eum delatũ in Aegyptum.In quo docemur,ꝙ proles mentis noſtræ,quæ eſt intelligentia,nũc

I

eleuanda eſt ad contẽplationẽ ęternorum,quę per Hieru.deſignatur,quæ viſio pacis interpretatur; nunc verò deprimenda eſt ad conſiderationẽ propriorum defectuũ,quę per Aegyptum deſignatur. Aegyptus enim,tenebræ interpretatur.

Loca quinque in quę Chriſtus delatus eſt

Poſſumus etiã aliter quinq; numerare loca,in quæ Chriſtus portatur vel dicitur,ſcilicet in Hieru.in Aegyptũ in deſertum,in mõtẽ excelſum,& in tẽpli pinnaculum.Et iſta quinq; loca,ſignificãt quinq; ſtatus,in quibus inuenitur Chriſtus.Hieru.ſignificat vitã cõtemplatiuã,vbi eſt viſio pacis.Aegyptus,ſignificat vitã actiuã,in qua eſt mœror & anguſtia tribulationis.Deſertum,ſignificat religionẽ,in qua inſiſtitur ieiunijs.Mons excelſus,ſignificat faſtigium prælationis.Pinnaculum tẽpli,eſt ſedes magiſtralis.Et in his ſtatibus inuenitur Ieſus:quia in omni ſtatu eccleſiæ,poteſt inueniri Ieſus,ſcilicet ſalus.

Portatores Chriſti

Sed conſidera quis portauit eum in Hieru.& alibi & inuenies ꝙ in Hieru,& in Aegyptum,tulerunt Chriſtum Maria & Ioſeph,ſtella maris,& augmẽtum:fides ſcilicet & charitas.In deſertũ,ductus eſt à ſpiritu ſctõ:ſed in montẽ excelſum,& ſuper pinnaculũ,tulit eum diabolus.Et ideo timere debent prælati & magiſtri,ne eos portauerit diabolus in

K

montẽ excelſum,ſcilicet prælationis,& in cathedrã magiſtrationis.Quantum ad tertium,eſt notandum,ꝙ oblatio indeterminatè fiebat de turture vel colũba.Per turturẽ,quę eſt ſoliuaga & caſta intelligitur vita contẽplatiua.Per columbã verò,quæ gregatim volat,& fœcunda eſt,ſignificatur actiua.Et vtraq; auis gemitũ habet pro cantu:ſed aliter & aliter.

Gemitus quadruplices.

Gemitus enim turturis,cõpetit cõtẽplatiuis,& hîc geminatur,vnde dicitur par turturũ.Primus gemitus eſt amoris:de quo dicit Apoſtolus,ꝙ intra nos gemimus,adoptionẽ filiorũ dei expectantes.

Romanos

Secundus eſt deuotionis:de quo dicit idẽ Apoſtolus,ꝙ ſpiritus poſtulat pro nobis,gemitibus inenarrabilibus.

Ibidem

Gemitus verò colũbæ,cõpetit actiuis:& hic eſt duplex,vnde dicitur,duos pullos colũbarum.Vnus eſt pro peccatis proprijs,ſecũdum illud Eſaiæ:Quaſi colũbæ meditãtes,gememus.Alius eſt pro peccatis alienis,ſecundum illud Threñ Oẽs portę eius deſtructę:ſacerdotes eius gemẽtes.

Eſai. Thren.

Hunc quadruplicẽ gemitũ offerre debẽt qui agnum,id eſt innocentiã non habent.Prædicta igitur recolligendo dicendũ ꝙ hac purgatione,delatione,& oblatiõe,ſignificatur ꝙ qui purgatus eſt à ſuperbia & negligentia:& diſpoſitus eſt vt aſcendat ad cõtẽplationẽ dei,& deſcendat ad conſiderationẽ ſui:& rurſus aſcendens gemat ex amore & deuotione:& deorſum rediens gemat ex cõtritiõe & cõpaſſione:in his conſiſtit perfectio fidelis animæ deo deuotæ.

L

Et quia vtręq; vitæ deo ſunt acceptæ,nõ eſt diffinitũ,vtrũ pro dño,turtures,an colũbæ ſint oblatæ:ſed indifferenter eſt dictũ,par turturũ,aut duos pullos columbarum.Vidiſti ergo in prædictis,Chriſti & parentũ eius,paupertatẽ:quia pauperũ tãtum habebãt oblationẽ.Si aũt vis informari de humilitate,conſiderata oblatione & redẽptione,ac legis obſeruatione,de facili poteris aduertere.

Humilitas Chriſti increata.

Aduerte etiam hîc de Chriſti humilitate:quõ à præcedentibus ſit aucta ſucceſsiuè.Nã in natiuitate ſe habuit vt pauper homo:in circuncisione,vt pauper & peccator homo:ſed hodierna die,vt pauper,& peccator,& ſeruus.

M

Vt pauper quidem,in eo quòd pauperum oblationem elegit:vt peccator verò,in eo quòd ipſe cum matre per oblationem expiari voluit:vt ſeruus autem,in eo quòd redimi ſe fecit.Et quia,vt viſum eſt,poſt circuncisionem filij,& purgationem matris,tulerũt Ieſum in Hieruſalem,vt ſiſterent eum domino:ſciendum eſt & diligenter aduertendum,quòd ex prędictis tribus moraliter inſtruuntur fideles,vt cùm templũ dei materiale,id eſt Eccleſiam,ingredi voluerint,in ipſis tribus circunſtantijs,ſe debeant beatæ virgini & Chriſto conformare:vt videlicet ſint à peccatorum ſcoria purgati & circuncisi,quoad primum.Sint brachijs ſanctæ matris Eccleſiæ deportati,quoad ſecundum.Sint rectæ intentionis fine ordinati,quoad tertium.

Moraliter de templum ingredientibus.

Primo ergo,ingreſſuri Eccleſiã,debent à peccatorum ſcoria eſſe purgati,& circuncisi.Nam beata virgo,antequam ingrederetur in templum,poſt partum ſui immaculati filij,dies purgationis impleuit:ipſe etiam filius antequam





tequam induceretur in tẽplum,circuncidi voluit.

A

Nõ ꝙ mater purificatione indigeret,aut filius circuncisione:cùm illa nõ ſuſcepto ſemine cõceperit,& ipſe ex intacta virgine natus fuerit:vterq; tamen in hoc legem ſeruare voluit:vt nobis daretur forma purgationis & circuncisionis ſpiritualis: quia purificari & circũcidi debemus à vitijs,antequam eccleſiã ingrediamur,& deo offeramur,ſi volumus ꝙ ei noſtra placeat oblatio:quia ſecundũ Bedã,nemo niſi purificatus & circuncisus à vitijs,dominicis eſt dignus cõſpectibus.Ex quo trahitur documentũ,ꝙ nullus ingredi debet eccleſiã,cum cõſcientia mortalis criminis,niſi prius ſit cõfeſſus,vel ſaltem cõtritus,ſi nõ aſsit copia cõfeſſoris,& ꝙ ingreſſuri eccleſiã,prius debẽt purificari à peccatis,ſaltem generali cõtritione,etiã ſi nõ habeãt cõſcientiam certi peccati,cùm bonarũ mentium ſit culpã timere,vbi culpa nõ exiſtit,exemplo beatæ virginis,purificatione minimè indigẽtis.

Aquæ benedictę ratio.

Propter quod cõſuetudo eſt,ꝙ aqua benedicta habetur ante fores eccleſię:vt ingreſſuri,eius aſperſione purificentur,etiã à venialibus,qui de mortalibus ſibi cõſcij nõ exiſtunt.

B

In cuius figura labium,cum aqua,erat ante oſtium tabernaculi:& ibi Aaron & filij eius ingreſſuri tabernaculũ,lauabãt manus & pedes.Secundò,debent eſſe brachijs ſanctæ matris eccleſię ſupportati:ſicut Chriſtus portatus eſt in tẽplum,brachijs ſuæ matris;vt de fidelibus dignè eccleſiam ingredientibus,dicat ipſa mater eccleſia,illud Oſee:Portabã eos ĩ brachijs meis.

Oſee 11.

Extra iſta aũt brachia vnitatis eccleſię,ſunt hæretici,qui aberrant à fide:ſchiſmatici,qui deuiant à charitate: & omnes excõmunicati,qui pręſciſi ſunt ab vnitate eccleſię.Hi eñ omnes quia nõ portãtur in brachijs matris eccleſię,nõ ſunt idonei ad ingreſſum eius:vt dicit Cyprianus:Nõ põt habere deũ patrẽ: qui matris eccleſię non tenet vnitatẽ.Fruſtra ergo & indignè,eccleſiã materialem ingreditur:qui inter brachia eccleſię,myſticę non conſtringitur.

Intentio templum ingredientium.

Tertiò debẽt eſſe rectè intentionis fine ordinati: vt videlicet cauſa deuotionis & orationis,ingrediãtur eccleſiã:nõ cauſa vanæ ſimulationis,ſicut hypocritæ.

C

Nõ cauſa oſtẽtationis & inanis gloriæ:ſicut illi qui ſe ornãt in veſtibus & alijs,vt appareãt hominibus.Nõ cauſa laſciuię:ſicut qui vadũt ad eccleſiam,ad videndũ mulieres vel viros,vt concupiſcant & cõcupiſcantur.Nõ cauſa vanitatis & ſolatij:ſicut qui vadunt ad eccleſiã,vt vacent vanis colloquijs,cachinnis,& leuitatibus.Nõ cauſa quæſtus & auaritiæ:ſicut clerici qui vadunt ad eccleſiam,ſolum ꝓpter pręſentias ſibi dandas:vel qui vadunt ad negotiationem,& cauſa lucri tẽporalis.Hi eñ omnes,quia finem debitum nõ intendunt,nõ ſunt digni ingredi in templum:quia ingredientes,non ſiſtunt ſe domino,nec veniũt ſpiritu in templum. Vnde nõ vident Chriſtum,nec eũ amplexari poſſunt ſpiritualibus animæ brachijs.Et nota ſecundum Bedam,ꝙ ille poſt circuncisionem Hieruſalẽ allatus,& dño oblatus eſt:qui iuxta eum qui dixit: Declina à malo,& fac bonum,poſtquam deſijt à peccatis,bonis cœpit operibus abundare:qui dicere põt:Oculi mei ſemꝑ ad dominum:vt audiã vocem laudis tuæ:

Pſal.36.
Pſal.24.

qui dicit:Chriſti bonus odor ſumus:& leuaui manus meas ad mandata tua,& cõuerti pedes meos in teſtimonia tua:qui ſiue manducat,ſiue bibit,ſiue aliud quid agit,omnia in gloriam Dei facit:& dicit:Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua dñe:& ad extremũ cor meum,& caro mea exultauerunt in Deũ viuum.

2.Cor.2.
Pſal.118.
D
Ibidem.

Templi ſanctificatio.

Quare aũt ſaluator in templũ portari voluit,præter rationes alias,põt eſſe ratio,vt ꝑ ſuam præſentiam templũ ſanctificaret:ſicut baptizatus eſt,vt ipſe aquas ſanctificaret.Vnde ſicut ꝑ baptiſmum Chriſti,nõ ſolum ſanctificata eſt illa pars aquæ Iordanis,quę tetigit carnem Chriſti,ſed & omnes aquę:ſic ꝑ eius delationem in tẽplum illud in Hieruſalẽ,ſanctificata ſunt omnia templa in eius nomine dedicata. Propter quod ſtatutũ eſt ꝙ in eccleſijs,debet haberi etiam corporalis Chriſti pręſentia,videlicet in ſacramẽto.Vñ etiam ibi recõduntur reliquiæ ſanctorum:ibi etiã miniſteria fiunt angelorũ.Et ideo dignũ eſt vt eccleſiæ in veneratione habeantur:& nõ niſi cũ ſumma reuerentia & deuotione frequẽtentur.Vnde ſecundũ Pſalmiſtã,domum dei decet ſanctitudo.

Pſal.92.
E

Poſſunt aũt hæc exponi de templo mẽtali,in quod verbũ æternum quotidie inducitur à deuotis fidelibus:de quo ait Apoſtolus:Templum dei ſanctũ eſt,quod eſtis vos.

1.Corin.3.
Templi mentalis dignitas ex cauſis animę rationalis.

Et quia nobilitas cuiuſlibet rei,ex eius cauſis colligitur:hinc eſt ꝙ huius templi nobilitas colligitur ex quatuor cauſis: ſcilicet,ex efficientis dignitate,ex materiæ prętioſitate,ex formæ ſpecioſitate,& ex finis honorabilitate.Primũ patet:quia hoc templũ,quod eſt mẽs animę rationalis,eſt ab ipſomet deo immediatè creatũ.Et hoc arguit maximã animę nobilitatẽ: nam ad creandã animam,Deus nõ aduocauit aliquam creaturã,ſed ipſa trinitas ſemetipſam inuitauit,dicens.Faciamus hominem.Nõ eñ hoc verbum direxit deus ad angelos:vt dicit Aug.Sed ipſe pater ad alias ꝑſonas in diuinis.Et ex hoc oſtenditur hoc eſſe opus ſingulare ipſius trinitatis.

Gene. 1.

Secundum patet:quia nõ ex aliqua pręiacẽte materia facta eſt anima,ſed ex nihilo.In oĩbus enim rebus creatis,nõ inueniebatur aliquod materiale ita nobile,vt ex eo poſſet fieri anima rationalis.

F

Nõ quidem terra vel aliquod aliorũ elemẽtorum:nec cœlum,puta ſol,luna,ſtellę,ſeu aliquod corporũ cœleſtium fuit dignũ intrare cõpoſitionẽ animę rationalis,vt materiale principiũ eius eſſet:quę lõgè altior & nobilior eis extitit.Et ideo facta eſt ex nihilo:quod ad maximã nobilitatẽ ei cedit.Tertiũ patet:nã forma rationalis animę eſt nobiliſsima,cũ ſit imagine dei inſignita.Nõ eñ deus impreſsit animę imaginẽ alicuius rei creatę,ſed formam ſui ipſius:ita ꝙ ipſa forma animæ rationalis,non eſt aliud q̃ quædã relucẽtia ipſius beatiſsimę trinitatis.Nec poterat beata trinitas magis animã rõnalem nobilitare,q̃ ꝙ eam ſibi aſsimilauit,& ꝓpriè imaginis formã ei impreſsit:vt quia ſimilitudo eſt cã dilectionis:& vt aĩa omnẽ affectũ dilectionis in ipſum conuerteret:cùm nihil ſibi ſimile in rebus creatis inueniret.Quartũ patet:nã deus nõ ad aliũ finẽ creauit aĩam,q̃ ꝓpter ſeipſũ:vt videlicet eſſet habitaculũ ſuũ.Iuxta illud Pſal.Quoniã elegit dñs

Pſal.131.

Sion,id eſt animã ſpeculatricem, elegit eã in habi-
G tationem ſibi Et quoniã ad hoc eam elegit, ſummè eius inhabitionem cõcupiſcit.
Prouer.23 Iuxta illud Prouer. Prębe fili cor tuum mihi.
Prouer. 8. Et illud Sapientis: Delicię meę eſſe cum filijs hominum. Vnde quandocunq; deus,huiuſmodi animã dignè præparatã inuenerit:quaſi voto potitus,dicit illud Pſalmiſtę:
Pſal.131. Hæc requies mea in ſeculum ſeculi: hîc habitabo, quoniã elegi eã. O igitur fidelis anima,ſi nobilitatem tuã,ex omnibus pręmiſsis cauſis attẽderes,vtique nunquã peccares.
De animę nobilitate. Vnde Bernar. Si nobilitatẽ tuã cognoſcis ô anima mea,peccatum abominaris Et certè intantum deſideratio nobilitatis animę, ducit in abominationem peccati,ꝙ etiã nõ habendo reſpectum ad pręmia vel ad pœnas,adhuc induceret ad non peccãdum:quia anima nobilis,omnia iſta caduca reputat nimis vilia & indigna, ad hoc vt ipſa eis velit coinquinari.
Suberbia ſancta. Et hęc eſt quædã ſancta & nobilis ſuperbia animæ generoſæ : quã etiã habuit ille gentilis Seneca, qui dixit :
De peccati feditate. Si ſcirẽ deos ignoſcituros & homines ignoraturos: adhuc pro-
H pter peccati vilitatem peccare dedignarer. Hoc igitur templum dei mentale debet eſſe ornatũ & depictum varijs coloribus virtutum:videlicet colore albo caſtitatis,rubeo voluntariæ pro Chriſto paſsionis,croceo ſpiritualis iucunditatis, viri virtuoſi exercitij,blaueo cœleſtis deſiderij, aureo charitatis,demũ nigro humilitatis. In iſtud igitur tẽplum,ſic cõpoſitum,ſic ornatum,debemus inducere puerũ Ieſum verbũ æternum:ibiq; debemus offerre pro eo par turturũ, aut duos pullos columbarum,id eſt geminã dilectionẽ,dei videlicet & proximi:vel ſolitudinẽ cõtemplationis, & publicum actionis:aut caſtitatem mẽtis & corporis:quia turtures ſunt aues caſtiſsimę ad multiplicationẽ bonorum operũ:quia colũbę ſunt aues in prole fœcundę. Debemus etiã eũ cũ Simeone portare in vlnis, amplexãdo eũ brachijs veri amoris. Debemus nihilominus eũ benedicere,pro oĩbus bñficijs menti, in huiuſmodi pręguſtatione diuinę dulcedinis exhibitis:vt ſic deſiderio diſſolutionis affecti,beatam
I fruitionem verbi ęterni expectemus, cãtãtes canticum iubiloſum cũ Simeone,& dicentes:Nunc dimittis ſeruũ tuũ dñe:ſecundum verbũ tuum in pace.
Solennitatis huius magnitudo. Magna eſt ergo præſens ſolennitas ꝓpter multa quæ in ea facta ſunt,quã tamen tria ſpecialiter attollunt. Primũ eſt,Chriſti in templum inductio pręſentialis. Secundũ eſt,parentũ eius pro eo oblatio legalis. Tertiũ eſt,Simeonis ſenis cõſolatio ſalutaris. Et ſecũdũ hęc tria, feſtũ iſtud ſortitur tria vocabula.
Hypapãti. Nã ratione primi, dictum eſt hypapãti, quod idẽ eſt quod pręſentatio: eo ꝙ ipſo die Chriſtus præſentatus eſt in templo.
Purificatio. Ratione ſecũdi,dicitur feſtum purificationis:eo ꝙ tunc beata virgo pro ſui purificatione ſecundũ legem licèt nõ indigeret oblationem fecit. Ratione tertij,dicitur candelabra,vel feſtũ luminis:eo ꝙ hodie candelas benedictas & accenſas in manibus geſtamus, repræſentãtes & ſectãtes in hoc,deuotionem Simeonis.
Moria, mons in quo templum dñi, & templi inſignia. Hoc templũ dñi ſanctũ,de quo hîc dicitur,in monte Moria eſt cõſtitutum, in quo voluit Abrahã immolare Iſaac filium ſuum, in quo etiã loco Iacob dormiens,vidit ſcalam erectam vſq; ad cœlum. In hoc quoq; monte,vidẽs Dauid angelum ſtãtem &
K cædentẽ populum,in terrã corruit:& pœnitẽs,grauiterq; ſe affligens,à deo veniã meruit. In hoc mõte,aurea vrna Iebuſei erat:quã Dauid ad conſtituẽdam ibi domum dñi emerat, eo ꝙ miſericordiam in illo loco conſecutus fuerat. In hoc ſancto loco cùm Salomon opere cõſummato, domino ſacrificia offerret,nebula impleuit domum, & apparuit gloria domini,& ignis deſcendẽs de cœlo,deuorauit holocauſta. Cùm autẽ ibi flexis genibus & manibus ad cœlum expãſis,Salomon dominũ oraſſet, vt quicũq; beneficia petiturus ingrederetur,preces eius à domino reciperentur, apparuit ei dñs,dicẽs: Exaudiui orationẽ & deprecationem tuã:elegi eũ & ſanctificaui mihi locũ iſtum. In hoc loco Heliodorus à rege Antiocho miſſus,vt locũ ſanctum violaret & ſpoliaret,flagellatus,& ſine intermiſsione multis plagis vulneratus, verberatus eſt. Tẽplum autem domini vocatur:quia in eo ſacrificia domino offerebantur:ſed modò conſecratum eſt in ho-
L nore ſaluatoris mundi, & genetricis eius Mariæ. Quod licèt primò à Babylonijs, & poſtea à Romanis fuerit deſtructũ:à fidelibus tamẽ & religioſis viris,opere rotundo,in eodẽ loco, magnificè & miro artificio eſt iterũ reparatum. In hoc loco beata virgo, cùm alijs virginibus,dicitur miniſtraſſe, templi cortinas & veſtimenta ſacerdotalia pręparando,literas ſacras addiſcens,ieiunijs,vigilijs, orationibus, & diuinarum lectionum ſtudijs vacans. In hoc loco,dum ſanctus Zacharias incenſum domino offerret,apparuit ei angelus, nũtians ſibi orationem ſuam eſſe exauditam,& Ioannis natiuitatem futuram. In hoc loco, vt hîc dicitur,dominus noſtr Ieſus Chriſtus à parentibus eſt oblatus, à Simeone ſuſceptus, à ſancta Anna vidua, omnibus qui expectabant redemptionem Iſraël, annuntiatus. In hoc templo Ieſus, cùm iã duodecim eſſet annorum,inuentus eſt,ad diſputationẽ ſedens, in medio doctorũ. Supra pinnaculũ huius templi,Ieſum diabolus ſtatuit:& vt ſe deorſum mitteret,tentan-
M do ſuggeſsit. Ab hoc templo, vẽdentes & ementes eiecit,ac menſas nũmulariorũ, & cathedras colũbas vendentiũ,euertit. In tẽplo hoc, dũ moraretur in Hieruſalem,docebat Iudæos, licèt eũ ęmulãtes. In templo hoc liberauit adulteram, ab accuſantibus eam. Imminẽte etiã eius paſsione,tota die erat in templo hoc,docens:& veſpere in Bethaniã ſecedens. Huius templi velum in morte eius ſciſſum eſt à ſummo vſq; deorſum:vt pateret introitus ad ſancta ſanctorum. Ab huius templi pinnaculo,verſus meridiẽ, beatus Iacobus apoſtolus primus, ſub gratia Hieroſolymorũ epiſcopus,prędicans præcipitatus,pertica fullonis ꝑcuſſus, martyrio eſt coronatus. Inter hoc tẽplũ & altare, quod eſt ante tẽplũ,foris,in atrio,ad meridiẽ, Zacharias filius Barachię martyr occubuit.
Templum rotundum. Ipſum verò tẽplũ rotundum,cõſtat ex octo parietibus cõcluſum, exterius ꝑ circuitũ,interius verò ingẽtibus colũnis marmoreis ꝑ triuiũ,in medio quoq;, in ipſa altitudine, in modũ fornacis eſt obductũ. Eſt aũt intrinſecus ſcriptum in ſupremo ordine:Audi dñe hymnũ & oratiionem,

tionem,



tionem,qua ſeruus tuus orat corã te hodie: vt ſint
A oculi tui aperti:& aures tuę intentę ſuper domum iſtam,die ac nocte. In vnoquoq; verò pariete, extrinſecus ſcripti ſunt ſinguli iſtorũ verſuum in circuitu:ita vt per totã ciuitatem legi poſsint. Contra ciuitatẽ: Pax æterna,ab æterno patre, ſit huic domui. Contra templum militum:Bene fundata eſt domus domini,ſupra firmã petram. Cõtra Bethaniam:Nõ eſt hîc aliud,niſi domus dei,& porta cœli. Cõtra montem Oliueti:Beati qui habitãt in domo tua domine. Cõtravallem Ioſaphat:Benedicta gloria domini,de loco ſancto eius. Cõtra clauſtrũ tẽpli:In domo dñi,oẽs dicent gloriã. Cõtra montẽ Sion:Tẽplum domini ſanctũ eſt:deicultura eſt:dei ædificatio eſt. Item contra ciuitatẽ:In domum domini lætãtes ibimus. Hoc tẽplum in inferiori parte vrbis,in vicinia muri ad Orientẽ,nec lõgè à muro,ad meridiẽ eſt ſitum. In huius tẽpli eccleſia,ſolebant eſſe cũ abbate canonici regulares, ſecũdum regulã beati Auguſtini,domino ſeruiẽtes. Nõ lon-
B gè autẽ ab hoc tẽplo domini, eſt tẽplum aliud immenſæ quãtitatis,& altitudinis : quod domus ſaltus,id eſt de lignis libani dicitur : & templũ Salomonis vocatur:quia Salomon ibi docebat, & iudicia faciebat : & ad diſtinctionẽ alterius prædicti, quod ſpecialiter appellatur templum domini. Vt ergo Maria & Ioſeph perfecerũt omnia quę ſecundum legẽ debebãtur, nihil omittentes quanuis non tenerẽtur,receſſerũt de Hieruſalem, volentes redire in Galilęam in ciuitatẽ ſuã Nazareth. Erat quidẽ,vt dicit Theophilus, eorũ ciuitas Bethlehẽ ſicut patria,Nazareth verò tanquã habitaculum. Vade & tu ſemper cũ eis : & adiuua puerũ Ieſum: & ſeruias eis in quibus poteris.

ORATIO.

O Ieſu deſiderabilis,qui in templo te iuſto Simeoni,te ad vidẽdum deſiderãti,ad amplexandum miſericorditer tribuiſti: veni Ieſu dulciſsime, & toto deſiderio te expectãti,teipſum clementer indulge:& quicquid impuritatis in me inueneris,per gratiã purificantem expelle: & cor
C meũ tẽplum tuũ,dignãter inhabitãdo perfice, ibi te brachijs deſiderij amplexer & teneã. Da mihi ſemper deſiderare te fontẽ luminis,qui es apud patrem:& nõ prius de hac vita exeã, quàm te oculis cordis videã,qui es amor & deſideriũ,vita & prę- mium te deſiderantium. Amen.

De fuga domini in Aegyptũ, & nece innocentum. Correſpondet euangelio : Angelus domini apparuit in ſomnis Ioſeph,&c. Caput XIII.

CVm ergo Maria & Ioſeph pergerẽt verſus Nazareth,neſciẽtes adhuc ſuper hoc cõſilium domini : & timor iam de puero inciperet dilatari[angelus domini apparuit in ſomnis Io-
Matt. 2. ſeph,dicens ei]vt ſurgẽs acciperet puerum,& matrem eius,& fugeret in Aegyptũ : quia [futurum eſſet vt Herodes quæreret puerum ad perdendum eum.]
Humilitatis perfectæ ornamenta. Quoniam ad humilitatẽ perfectam,trium ſpecialiter adornari decet comitatu virtutum, ſcilicet Paupertatis,in fugiendo diuitias : vt fomenta ſuperbiæ. Patientiæ verò,in ęquanimi perpeſsione contemptus. Obedientiæ quoque,in alienis parendo mãdatis. Ideo ſupernę reuelationis oraculo, Ieſus in Aegyptũ trãsfertur,vt peregrinus & pau- D
per,in paruulis ipſius cauſa occiſis,occiditur,& quaſi in quolibet trucidatur:& ad patriã reductus adeo erat ſubditus parẽtibus,vt nunquã vel ad momentum ſecederet,niſi cùm duodecim factus annorũ, remãſit in Hieruſalem,nõ ſine matris dolore quęſitus,nec ſine gaudio inuentus. Ioſeph verò euigilans,matrẽ excitat,& quæcunq; ipſe ab angelo audierat,ei narrat. Ipſa verò incontinẽti,& nulla mora contracta,ſurrexit,& ad iter arripiẽdum ſe diſpoſuit. Concuſſa ſunt enim ad hanc vocem,omnia viſcera eius:& etiã circa ſalutẽ filij,nolebat negligens ſaltẽ inueniri.
Fugę labores & difficultates. Conſpice & meditare iſta:& quomodo puerũ Ieſum dormiẽtem,mater eleuat, & puer ſic importunè excitatus,plorat:& cõpatere ipſis, ſi qua in te ſunt viſcera pietatis. Cogita quæ cõſolatio matri eſſe poterat,quãdo ipſa puella delicata,quæ de partu recenter ſurrexerat,in terram longinquam, per vias aſperas & incognitas, cogebatur fugere:quãdo puerum tenellum,ſic per E
vias longas,cogebatur circunferre : quando inter idololatras, cõpellebatur manere. Igitur de nocte verſus partes Aegypti,ire cœperunt:quia nox magis quàm dies fugæ cõpetit:vt ſic negotium,magis occultè fieret,& ſecretius pericula eminẽtia euaderent:ne ſcilicet fuga à videntibus accuſari apud regem poſſet. Licèt enim de hoc haberẽt reuelationem diuinã,nõ tamẽ propter hoc debebãt omittere, quod poterant facere ſecũdum viã humanam.
Chriſtus cur in Aegyptum fugit. Ecce fugit Chriſtus, & nocte fugit, vt fuga quæ per ſe difficilis eſt, noctis obſcuritate difficilior fiat. Fugit autẽ in Aegytũ, vt eos ſpecialiter illuminaret pręcæteris & ſanaret. Vnde Augu. Audi etiam magni myſterij ſacramentũ. Moyſes quandoque in Aegypto, perfidis clauſerat diem : illuc Chriſtus adueniens,ſedentibus in tenebris, reddidit lucem. Vnde & Chryſoſt. Sed quare in Aegyptum? Recordatus eſt enim dominus,qui in finem non iraſcitur,quãta mala fecerat ſuper Aegyptũ: ideo miſit filiũ ſuum in eam, dans illi reconciliationis ſignũ,& perpetuæ amicitiæ pignus:vt decẽ F
plagas Aegypti,vna medicina ſanaret. O mutatio dexterę excelſi: vt populus qui ante fuerat perſecutor populi primogeniti,poſtea fieret cuſtos filij vnigeniti. Et iterũ in Aegyptum paruulus mittitur:vt illã regionem quę pręomnibus terris,flamma impietatis ardebat,igne potius fidei ſuccenderet:ex his perſuadens etiã,de alijs mundi partibus, ſperãda eſſe meliora. Et vt etiã addiſcamus ꝙ ab ipſis vitæ initijs,ad tentationes debeamus atq; inſidias præparari. Nam ab ipſis cunabulis Chriſti iſtud effectum eſt,vt tu videlicet hoc audiẽs, cùm videris te tribulationes varias, & mille ſuſtinere diſcrimina,nihil omnino turberis:ſed vt iſto munitus exẽplo viriliter cuncta ſuſtineas,ſciẽs tribulatiões maximas inſeparabiles quaſdam comites eſſe virtutũ. hęc Chry. Ideo etiam fugit in Aegyptum magis quàm in aliam terrã:vt oſtenderet ſe verum Moyſen : vt ſicut Moyſes populum dei de Pharaone & Aegypto liberans in terrã duxit promiſsionis,ita ipſe populum fidelium de diabolo&

è inferno

C inferno liberans, tecum ad regnum duxit beatitudinis. Multa quidem bona cõſiderare potes in preſenti negotio & materia. Primò, cõſidera quemadmodum dominus in ſua perſona circa proſpera, ſuſcepit etiã aduerſa. Etenim in natiuitate ſua, magnificatus fuit à paſtoribus, tanquã deus: & parum pòſt circunciſus, tanquã peccator. Deinde venientes Magi eum plurimum honorauerunt: & ipſe nihilominus, in ſtabulo remanẽs, inter beſtias ſtabat: & vt cuiuſdam homunculi filius plorabat. Poſtea præſentatus in tẽplo, Simeon & Anna extulerunt quãplurimum: & tunc ab angelo dicitur ꝙ fugiat in Aegyptum. Et multa talia in vita ſua poteris perpendere, quæ ad noſtram inſtructionem poſſumus retorquere. Vnde Chryſoſt. Miſericors deus mœſtis rebus quædam etiam iucunda permiſcet, quod certè in ſanctis omnibus facit: quos neq; tribulatiões, neque iucũditates ſinit habere cõtinuas: ſed tum ex aduerſis, tum ex proſperis iuſtorum vitam, quaſi admirabili quadam varietate contexit.

*Bona in Chriſti fuga: quia dulcibus miſcet amara.*

H Quod hîc quoq; eũ feciſſe cõſidera. Vidẽdo quippe ſanctus Ioſeph grauidã ſponſam, in turbationẽ incidit maximam. Sed affuit repẽte angelus, ſuſpitionem ſoluens, & timorẽ prorſus extinguens. Deinde videns puerũ ſigno natum, maxima exultatione repletus eſt. Sed rurſus huic gaudio, periculum grande ſucceſsit: cùm tota ciuitas turbaretur, & ipſe rex fureret. Sed & hunc mœrorẽ, rurſus lætitia ſubſecuta eſt, apparitio videlicet ſtellæ, & adoratio magorũ. Poſt hanc quoq; iucunditatem, iterum periculũ, iterumq́, formido. Quærit Herodes animã pueri, & fugere neceſſe eſt, & in longinqua pertranſire. hæc Chry. Cùm ergo conſolationem habueris, tribulationẽ expecta: & econuersò. Vnde nec in conſolationibus debemus extolli: nec in tribulationibus frangi. Dat enim nobis deus conſolationes, ad ſpem ſubleuandã, ne deficiamus: & tribulationes ad humilitatem cõſeruandam, vt cognoſcentes noſtrã miſeriam, ſemper in ſuo timore ſtemus.

*Quòd Ioſeph, & nõ matri, nũtiatũ eſt.*

I Secundò cõſidera circa dei conſolationes & beneficia: ꝙ qui ea percipit, nõ percipienti ſe præferre nõ debet: & qui nõ percipit, nõ deijciatur animo, nec percipienti inuideat. Nam & angelorum locutiones fiebant Ioſeph, & nõ matri, cùm tamen longè eſſet ea inferior. Item & qui percipit, ſi non percipit pro ſuo velle, non debet eſſe ingratus, vel murmurare: cùm etiã Ioſeph, qui tantus erat apud deum, nõ palam, ſed in ſomnis, tales locutiones acciperet.

*Tribulari iuſtos deus qualiter permittit.*

Tertiò conſidera qualiter deus permittit ſuos perſecutionibus & tribulationibus vexari. Et verè magna erat tribulatio matri & Ioſeph, cùm viderent puerum Ieſum ad occiſionẽ quæri. Quid enim grauius audire poterãt? In hoc etiã tribulatio erat, ꝙ in terrã longinquam quã ignorabãt, & per vias aſperas eos ire oportebat, cùm eſſent inhabiles ad eundẽ: domina propter iuuentutẽ, Ioſeph verò propter ſenectutem.

*Aetas ad fugã inhabilis.*

Ipſe etiam puer quem portare habebant, adhuc tenerrimus erat. Peregrinari quoque habebant in terra aliena, pauperes & quaſi nihil habentes. Omnia enim iſta ſunt afflictionũ materia. Tu quoq; cùm turbaris, patiẽtiam habe: nec credas tibi à deo priuilegiũ dari, q̃d nec ſibi tribuit, nec matri. Quartò cõſidera benignitatem domini. Vides quã citò perſecutionẽ patitur, K & fugatur de terra natiuitatis ſuæ: & quàm benignè cædit furori illius, quem poterat in momento perdere.

*Benig[nitas] & [pa]tientia [do]mini.*

Magna patientia domini: ſed non minor eius humilitas. Ille enim ante faciẽ perſecutoris fugit: cui angeli miniſtrãt. Deus eſt, ſed vt homo fugit Herodem miſerũ, qui refugiũ eſt omniũ. Profunda hæc eius humilitas, & mira patiẽtia: nolebat perſecutori vicẽ reddere, nec eũ offendere, ſed fugiendo inſidias vitare. In quo dedit nobis exẽplum vt & nos ſic facere conemur, ſcilicet aduerſantibus vel perſequẽtibus nõ reſiſtere, vel de ipſis vindictam expetere: ſed patienter expectare, & furori ipſorum cedere: & quod plus eſt, vt alibi docet, pro eis orare. Quia eñ dñs ne occideret, ſublatus eſt in Aegyptũ, ſignificat electos ſępiꝰ malorũ improbitate, ſuis è ſedibꝰ effugãdos, vel etiã exilio dãnãdos In quo etiã debilibꝰ exẽplũ reliquit, & eos ad patiẽtiam confortauit.

*Elect[i] exili[o] eiecti[s] ac fug[a]... vales.*

Nam ꝙ fugit, ſacri fuit exempli, non timoris: vt exemplum daret ſuis, maximè L cùm fuga & cõſeruatio prælati prodeſt eccleſię, vt Pauli: & quando grex nõ periclitatur de fuga prælati.

*Moral[iter].*

Moraliter per fugã iſtam in Aegytum, ſignificatur fuga iuſti à periculo & perditione peccati, in ſtatum pœnitẽtiæ, vbi debet manere vſq; ad obitum Herodis, id eſt, donec ceſſent impugnationes hoſtis. Fugiebat quoq; dominus ante faciem ſerui ſui, imò potius ſerui diaboli: nõ ꝙ mortem timeret, ſed vt tẽpore congruo ſuſtineret. Non enim fugit mortem, qui mori venerat: nec inſidias expauit, qui inſidias & verſutias diaboli aperire venerat. Portauit eũ mater tenera & iuuenis valdè: & ſanctus Ioſeph multum ſenex in Aegyptum, per viam ſylueſtrem, obſcurã, nemoroſam, & inhabitatã: & per viã etiã valde longam.

*Lõgi[tudo] itineri[s] difficu[ltas].*

Dicitur enim quòd ad iter curſoris ſunt duodecim vel quindecim dietæ, pro eis autem fortè erat duorum menſium vel plurium. M Iuerunt autem, vt dicitur, per deſertum illud, per quod filij Iſraël tranſierunt: in quo & quadraginta annis ſteterunt. Sed quomodo de victu ſecum portando faciebant? Vbi etiam & quomodo de nocte hoſpitabantur & quieſcebant? Rarò enim domos in illo deſerto inueniebant. Compatere ergo eis: quia labor difficilis, magnus & longus: & tam puero quàm ipſis: & vade cum eis, & adiuua portare puerum Ieſum, & in omnibus quibus poteris, exhibe eis miniſterium. Non debet videri nobis labor pœnitentiam agere pro nobiſipſis, pro quibus labor tantus ab alijs & à talibus & toties eſt aſſumptus. Vnde Anſelmus: Noli in tua meditatione fugientem in Aegyptum relinquere in comitatu. Inſpiciat oculus deuotionis paruulum Ieſum: dulces mammillas glorioſæ virginis matris ſuæ dulciter ſugentem: & mammillas maternas filiali more tractantem. Quid viſu iucundius? Quid delectabilius? Quid ſuauius? Cerne illum qui immenſus eſt: paruulis brachijs ad materna colla pendentem. & dicas: Fœlix ſum, fœliciorq; dum illum video quem reges optauerunt videre, & non viderunt. Dignus eſt viſu, qui ſpecioſus eſt forma præ filijs hominum.

*Lucę 10. Pſal. 44.*



hominum. Cogita & recogita, quo animo, & qua A cogitatione tenebatur illa dulciſsima mater eius cùm illum dñm, tantum ac tantillũ in brachijs ſuis exultãs & læta teneret: cùm ei vt infantulo geſtienti, dulcibus oſculis ac frequẽtibus cõgauderet: cùm eum lachrymantẽ ſuper genũa ſua, quibus poterat modulis cõſolaretur: cùm deniq; alijs atq; alijs ſtudijs, ad quæ ipſam materna pietas informabat, ei pro qualitatũ viciſsitudinis ſedula blãdiretur.

*Maria & Ioſeph, quomodo in latrones inciderunt.*

Item vlterius notandũ eſt, qualiter Maria in via apprehenſa eſt cum puero Ieſu, à latronibus. Opinare verum eſſe ꝙ dicitur eum eſſe à latronibus cõprehenſum in via: & adoleſcentuli cuiuſdã beneficio ereptum. Erat is, vt dicunt, principis latronum filius: qui præda potitus, cùm paruulũ in matris gremio aſpexiſſet, tanta in eius ſpecioſiſsimo vultu, ſplendoris maieſtas apparuit, vt eum ſupra hominẽ non eſſe ambigens, incaleſcens amore, amplexatus eſt eum. Et ô, inquit, beatiſsimè paruulorũ, ſi aliud ſe tempus obtulerit rurſus miſerẽdi, tunc memento mei, & huius tp̄is noli obliuiſci. Ferũt hunc latro- B nem fuiſſe, qui ad dexterã dei crucifixus, alterum blaſphemantẽ corripuit, dicens: Neq; tu times deũ, qui in eadẽ dãnatione es. Et nos quidẽ iuſtè: hic verò nihil mali geſsit.

*Lucæ 23.*

Conuerſus verò ad dñm, eum in illa quæ in paruulo apparuit, intuens maieſtate pacti ſui non immemor. Memento, inquit, mei dũ veneris in regnũ tuum. Itaq; ad incentiuũ amoris, hanc non inutile arbitror vti opinione, remota omni affirmãdi temeritate. hæc Anſel.

*De nece puerorum*

Herodes autẽ, cùm Magi quos æſtimabat per eandẽ viã regreſſuros, ad eum non reuerterẽtur, & nihil ſibi renuntiarent, putauit eos viſione ſtellæ deceptos, & erubuiſſe ad eum redire, & ideo ceſſauit à pueri inquiſitione. Vel tot & tantis occupatiõibus regia cura diſtẽdebaſ, vt à pueri inquiſitione auerteref, vel impediref. Sed cũ poſtmodũ audiret quæ in tẽplo geſta eſsẽt, quid Simeõ dixerit, & q̃d Anna prophetauerit, tũc fama pueri nati creſcente, turbatus ex C his, magis timuit. Et ſentiẽs ſe illuſum à Magis ad ipſum non redeuntibus, iratus eſt valde: tum propter ſui contemptũ: tum propter timorẽ admittendi regnũ: ideo de morte puerorũ Bethlehemitarũ tractauit: vt cum illis occideretur ille qui incognitus ſibi fuit. Putabat enim ꝙ ſi oẽs pueri occiderentur, vnus quem quærebat, euadere non poſſet. Non æſtimans infœlix, quia nõ eſt conſiliũ, non eſt ſapientia, nõ eſt prudentia cõtra dñm. Dum ergo de nece puerorũ diſponeret, per epiſtolã hortatus eſt à Cæſare auguſto vt Romã veniret. Qui cùm iter faceret per Ciliciã, audiens naues Tharſenſiũ magos tranſuexiſſe, iratus valde in ſpiritu vehementi, id eſt, in ira, cõburi & conteri fecit naues de Tharſo Ciliciæ, quibus magi credebãtur occultè rediſſe ſcd̃m quod Dauid prophetauerat, dicens: In ſpiritu vehementi, cõteres naues Tharſis.

*Pſal. 47.*

Et de Roma reuerſus Hieroſolymã, miſit ſpiculatores, & iuſsit occidi[oẽs pueros, qui erant in Bethlehẽ Iudæ, & in omnibus finibus eius, & locis adiacentibus, à bimatu & infrà,[id eſt, biennes & minoris ætatis, vſq; ad puerũ diei, ſeu noctis vnius, ſcd̃m tẽpus q̃d à Magis de ortu ſtellæ exquiſierat: vt nec loco nec tempore cælaretur qui natus erat: quorum maxima pars, tertio milliario à Bethlehẽ, ad Auſtrũ, ſepulta eſt. D

*Bimatus vnde dicatur.*

Bimatus, ſpatiũ duorũ annorũ dicitur, à bis & ymatos Grecę, q̃d eſt annus Latinè: & inde bimatus, quaſi binus annus appellatur. Vnde dicitur, bimus, bima, bimũ, ſcilicet animal duorum annorũ, & trimus, trima, trimũ, annorũ trium. Inter opiniones diuerſas, plurium ſententia, & vſitatior hæc eſt, ꝙ Herodes, euoluto anno poſt Chriſti natiuitatẽ, occidit infantes, & ꝙ ſtellã eadem die qua natus erat dñs, ortã didicerat: & ſcd̃m ortum ſtellæ dñm anniculum, & inſuper aliquot dierum eſſe ſciebat: ideoq́; ſupra ætatem eius, vſq; bimos & infrà, vſq; ad vnius diei ſeu noctis, in infantes deſæuit pueros: timens ne puer, cui ſydera famulabantur, paulò ſupra ætatem ſuã, vel infra ſpeciem ſuã transformaret, vt ætatem ſui tp̄is occultaret. Sic ergo poſt annũ, & quatuor à natiuitate dñi dies, veriſimile eſt eum occidiſſe infantes. Tunc impletũ eſt illud Hieremiæ [Vox in rama audita eſt, ploratus & vlulatus &c.] Rama nõ eſt hîc propriũ nomẽ loci, ſed eſt hîc nomen cõe: ac interpretatur & ſignificat excelſum.

*Hiere. 31. & 11. Rama.*

E Vt ſit ſenſus: Vox in excelſo audita eſt, id eſt, lõgè lateq́; diſperſa: quia multũ exaltata, circumquaq; diffundebatur, præ ſua magnitudine immẽſa. Multus enim ploratus, quantũ ad fletum paruulorũ: & vlulatus, quantũ ad lamentum matrũ, ibi erat: vbi tot parentes, tot homines vtriuſque ſexus, viſa tanta crudelitate: etiã ſi vellent voces cohibere, non poterãt. In paruulis aũt, mors faciebat finem doloris: in matribus verò, ſemper per memoriã reparabatur: & ideo dicit: Vlulatus multus. Vel in excelſo audita eſt: quia de morte innocẽtium mittebatur, quorũ ſanguis vſq; ad cœlos contra interfectores eorũ clamauit, ſcd̃m illud: Vox pauperis penetrat nubes.

*Eccleſiaſtic. 35*

Quãuis aũt Bethlehẽ ſit in tribu Iuda, orta de Lya: & Hieruſalem in tribu Beniamin, orta de Rachel: plorare tñ dicitur Rachel filios Iudæ, id eſt, Bethlehẽ quaſi ſuos ſiue quia iuxta Bethlehẽ in Effrata ſit ſepulta: ac ratione ſepulturæ, & ex materni corpuſculi hoſpitio, nomẽ matris accepit: & dicta eſt mater ipſius Bethlehẽ, & habitantium in ea.

*Rachel. Gene. 35.*

F Siue quia Iuda & Beniamin duæ tribus iunctæ ac vicinæ ſibi & proximę erãt: quia iuxta ſe hæreditatem acceperãt: & funiculus ſortis Beniamin prope Hieruſalẽ perueniebat, & Herodes præceperat, nõ ſolum in Bethlehẽ: ſed & in omnibus finibus eius, interfici pueros. Et per occiſionẽ Bethlehem, intelligimus multos Rachel filios de Beniamin, pro victima fuiſſe occiſos: quod euangeliſta inſinuat, ad exaggerandum ſcelus Herodis, quòd ex effrenata crudelitate hoc fecit. Vnde dicit Rabanus: Crudelitas in nullo modum tenuit: non eſt contenta vaſtatione Bethlehem, ſed adiacentia loca vaſtauit. Plorauit autem [Rachel filios, & noluit conſolari: quia non ſunt,] id eſt de hoc quòd non eſſent, & ſuper hoc quòd mortui erant: quia in æternum victuros eſſe ſciebat.

*Rachel eccleſiam ſignificat. Lucæ 15.*

Rachel, quę ouis vel videns principiũ dicitur, eccleſiã ſignificat: cuius tota intentio, vt deum contempletur inuigilat: & ipſa eſt ouis centeſima, quam paſtor in humeris ad caulas reportat. Hęc ergo filios

ſuos plorauit:quia pro perſecutione fideliũ gemit.
G Non vult autẽ conſolationẽ recipere de hoc,quia
non ſunt,id eſt,quia nõ ſunt mortui:vt qui vicerũt
ſeculũ morte,rurſus ad ſeculi certamina,ſecũ tol'e-
randa,redeant iterũ pugnaturi: ſed gaudet potius,
quia fœliciter ſunt,& regnãt cũ Chriſto per mar-
tyriũ coronati.Plorat ergo eccleſia bonos:vt mar-
tyres:quia videt eos iniuſtè cruciari : ſed quia ſcit
illos beatos,nõ vult tẽporaliter, ſed æternaliter cõ
ſolari.Plorat inſuper etiã malos: vt impœnitẽtes:
quia videt eos dãnari:& quia videt illos irremedia
*Martyrũ genus triplex.*
biliter perditos nõ vult cõſolari. Vbi ſciendũ ꝙ tri
plex eſt genus martyrũ.Quidam enim patiuntur
voluntate & actu:vt Stephanus.Quidã voluntate,
nõ actu:vt Ioannes euãgeliſta.Tertij,nõ voluntate
ſed actu:vt Innocẽtes,in quibus Chriſtus,cuius vi-
ce mortui ſunt,ſuppleuit,ſi quid defuit voluntatis.
*Ex cauſa quinta.*
Vnde ordinantur eorũ feſta poſt natiuitatẽ dñi,ſe-
cundũ maiorẽ martyrij dignitatẽ.Primò,Stepha-
ni.Secũdò,Ioãnis.Tertiò Innocẽtũ. Nam dilectus
eccleſiæ Chriſtus,candidus in Ioanne: rubicundus
H inStephano:electus ex millibus,in innocẽtibus.In-
*Innocẽtes habendi ſunt martyres.*
nocentes ergo,etſi vſum nõ habeant,& ſic teſtifica
ri non poterãt:Chriſtus tñ cuius vice mortui ſunt,
ſuppleuit ſi quid defuit voluntatis: ipſi autẽ nõ lo-
quẽdo,ſed moriendo,teſtificati ſunt.Laxato igitur
vocabulo,martyres Chriſti,id eſt,teſtes dicuntur.
Quos enim teſtes Latinè dicimus,Græcè marty-
res appellãtur:nõ quia propriè teſtes Chriſti ſunt,
quia nec pro fide Chriſti,nec pro iuſtitia occubue-
rũt:ſed quia pro fide Chriſti,id eſt,loco Chriſti,oc
ciſi ſunt:quia in eorũ numero, Chriſtus quærеba-
tur occidi,in quo eũ etſi non loquẽdo, tñ moriẽdo
*Martyriũ fit multis de cauſis.*
ſunt cõfeſſi.Multis verò de cauſis põt quis martyr
fieri: ſcilicet pro iuſtitia, vt Abel: pro lege Dei,vt
Machabæi:pro aſſertiõe veritatis,vt Eſaias,& Hie
remias:pro argutione peccati,vt Ioannes baptiſta:
pro ſalute populi,vt Chriſtus , pro fide & nomine
Chriſti,vt Stephanus: ꝓ libertate eccleſiæ,vt Tho
mas:pro Chriſto,ſeu loco Chriſti,vt hi pueri. Vn-
de & eccleſia pro his pueris ſolẽnizat,quãuis ad in-
I feros deſcenderũt,& ob hoc quædã cantica lætitię
prætermittuntur.Vnde Chryſ.In Bethlehem, oẽs
occiduntur infantes:qui dũ innocẽter pro Chriſto
moriuntur,primi Chriſti martyres extiterunt, &
perfectę laudis martyriũ cõſequũtur.Vnde nõ im
meritò,infantes illi beati per omnia extiterũt:qui
primi mori pro Chriſto meruerũt. Vnde & Aug.
O paruuli beati,modò nati,nunquã tentati,nondũ
luctati,iam coronati.Et iterum: Nunquã propha-
nus hoſtis, beatis paruulis tantũ prodeſſe potuiſſet
obſequio,quantũ profuit odio. Nam quantũ cõtra
eos iniquitas abundauit:tantũ gratia diuinæ bene-
dictionis effulſit.Et dum inſequitur Chriſtũ regi
noſtro coæuum:procurauit exercitũ ſtolis victrici
bus candidatũ. hæc Aug. Conſidera hîc quomodo
Chriſtus adhuc infans tenerrimus, iam cœpit pati
in ſe & ſuis:& vehementer ei cõpatere,ſi qua in te
ſunt viſcera pietatis.Vnde Anſelmus. Sed & tenel
la hæc Chriſte tua infantia , à perſecutorũ gladijs
tuta nõ fuit.Adhuc enim,inter dulcia matris vbe-
ra ſugens dependebas, quando apparuit angelus in
ſomnis Ioſeph,dicẽs:Surge, & accipe puerũ & ma
trem eius,& fuge in Aegyptũ:& eſto ibi,vſq; dum K
dicã tibi. Futurũ enim eſt vt Herodes quærat pue
rum ad perdendũ eum.Iam ex tunc bone Ieſu pati
cœpiſti. Non ſolũ autẽ illã animæ infantiæ vexa-
tionẽ in teipſo pertuliſti : ſed etiã mortẽ in puſillis
tuis: quorũ multa millia inter mãmillas matrum,
pro te Herodis trucidauit immanitas , excepiſti.
hæc Anſel.In rege Herode crudelitas impiorũ exi
*Ho... imita... res.*
ſtimantiũ martyrũ cæde poſſe religionẽ Chriſtia
nam extinguere:& in occiſione paruulorũ cũcto
rũ martyrũ:qui paruuli,id eſt,humiles & innocen
tes,occiſi ſunt ab impijs,forma præceſſit.Sed non
ſic religio in Chriſto fundata extinguitur: quia vt
Leo ait,nõ minuitur perſecutionibus eccleſia , ſed
augetur.Vnde ſcd̃m Bedã & Ber.Herodiana mali
tia,& Babylonica crudelitas,eſt naſcentẽ velle re-
ligionẽ extinguere , & paruulos Iſraëlis allidere.
Si quis enim quid ad ſalutẽ pertinẽs: ſi quis religio
nis & ſanctitatis ortũ,vel profectũ,vel conſumma
tionẽ impedit,vel perſequitur:talis planè cũ Aegy L
ptijs,paruulos Iſraëlitici germinis necare conatur
imò cum Herode , naſcentẽ ſaluatorem perſequi-
tur.Quòd autẽ nato dño perſecutio cœpit,ſignifi-
cat per omne tempus vitę præſentis,nõ deeſſe futu
ros,qui electos dei perſequerentur,ſicut dñs in euã
gelio ait:Si me perſecuti ſunt:& vos perſequentur. *Ioan.*
Et Apoſtolus.Omnes qui piè volũt viuere in Chri
ſto,perſecutionẽ patiuntur: Quòd,verò pueri pro *2.Tim.*
dño occiſi ſunt, ſignificat per humilitatis meritũ,
ad coronã martyrij eſſe veniendũ:Quia, vt domi-
nus ait,qui ſe humiliat exaltabitur. Puerorũ enim *Lucæ*
innocentia,humilitatẽ ſignificat ſimpliciũ:de qui- *Marci*
bus ait dominus: Sinite paruulos venire ad me: ta-
lium eſt enim regnũ cœlorum. Quòd autem occi
ſi ſunt,ſed Chriſtus euaſit:inſinuat corpora marty
rũ,ab impijs poſſe perimi : ſed Chriſtum pro quo
perſecutio ſæuit,nullatenus poſſe à fidelibus aufer
ri.Siue enim viuimus,ſiue morimur , domini ſu- *Rom.*
mus.Moraliter occidunt pueros multos, & multi- *Moralit.*
pliter, Pharao ſubmergendo,Herodes detruncan-
do, Antiochus ſuſpendẽdo,Medi ſagittando. In flu M
mine ſubmergente,ſignificatur delectatio pręſen-
tis voluptatis: in gladio detruncãte , inflictio præ-
ſentis aduerſitatis:in ſagitta de longè percutiente,
timor futuræ aſperitatis:in ſuſpẽdio,ſpes,ſiue am-
bitio futuræ proſperitatis. Sic ergo diabolus , qui
Pharao,id eſt,diſsipans per inuidiã,qui Herodes,id
eſt,glorians per ſuperbiã:qui Medus, id eſt,menſu
rans,ſcilicet culpæ pœnã per malam intẽtionem:
qui Antiochus,id eſt,ſilentiũ paupertatis per frau-
dulentiã.Paupertatem enim cęlat,& diuitias ſug-
gerit. Hic occidit pueros ſecundum quatuor affe-
ctiones:quę ſunt gaudium præſentis proſperitatis,
& ſpes futuræ:triſtitia præſenſis aſperitatis, & ti
mor futuræ.Et eſt notabile, ꝙ interficiuntur pue-
ri,in quo ſtultitia:in Bethlehem, in quo abundan-
tia:à bimatu & infrà , in quo ſuperabundantia: &
hoc cõpatiendo,luget eccleſia.Cùm autem Maria
& Ioſeph cum puero Ieſu intrarent Aegyptum,o-
*Idolorum caſus.*
mnia idola illius prouinciæ in templis ſuis corrue-
runt:ſicut per prophetam Eſaiam fuerat prophe-
tatum.



tatum.Tradũt enim,ꝙ ſicut in exitu filiorũ Iſraël
A de Aegypto, non fuit domus Aegypti, in qua deo
*Eſaiæ 2.*
procurãte,non iaceret mortuum primogenitũ:ita
*Idola penitus contererentur.*
nec modo fuit templũ in Aegypto,in quo non cor
ruiſſet idolũ.Sicut & ante arcã dñi corruit Dagon
idolum,cùm arca appropinquaſſet ad ipſum.Spiri
*Moraliter*
tualiter etiã corruunt vitia,ingrediente dño domũ
*Virgo à Hieremia prædicta.*
cuiuſq;,prius deſertã per peccata.Vt etiam dicitur
in Scholaſtica hiſtoria,quãdo Hieremias in Aegy
pto per captiuitatẽ ductus fuerat , prophetauit eis
ꝙ in futuro,quædã virgo paritura eſſet, & tunc o-
mnes dij,& omnia idola Aegypti ruerent.Aegy-
ptij ergo imaginẽ virginis cum puero ſculpebant,
& ſibi honores exhibebant. Hæc autẽ prophetia,
modo quãdo Chriſtus cum matre intrauit Aegy-
ptũ,eſt impleta:nam omnia idola Aegypti corrue
runt:& virginẽ(ſicut prędictũ fuerat)peperiſſe in-
*Corona Pharaonis Hãmon.*
dicauerũt.Hoc idem præfiguratũ fuit in Moyſe &
Pharaone,in cõfractione dei ſui Hãmonis,& coro
nę.Vt enim in ſcholaſtica hiſtoria dicitur,Pharao
B rex Aegypti,coronã regalẽ habebat, in qua imago
dei ſui Hãmonis Aegypti ſculpta fuerat. Filia er-
go Pharaonis,quę Moyſen puerũ in filium adopta
uerat,poſtea quadã vice derceuit,vt eum Pharaon
regi videndũ pręberet.Cui Pharao alludẽs,coronã
ſuã imponebat, quã ille in terrã proijciẽs penitus
cõfringebat.Et cùm eum occidere voluiſſet,dixe-
runt quidã ꝙ puer hoc ex inſipiẽtia feciſſet.Moy-
ſes nutu dei,ſaluatus eſt à nece Pharaonis.SicChri
ſtus nutu dei ſaluatus eſt de gladio Herodis. Moy-
ſes natus eſt,vt filios Iſraël educeret de Aegypto:
Chriſtus homo factus eſt,vt eriperet nos de infer-
no.Moyſes deũ regis Aegypti cũ corona cõfregit.
Chriſtus oĩa idola Aegypti,& deos,in nihilũ rede
*Danie.2.*
git.Hãc ruinã idolorũ,illa ſtatua prætendebat,quã
*Lapis abſciſus ſine manibus.*
rex Nabuchodonoſor in ſomno videbat. De mõte
aũt,ſine manibus quidã lapis eſt abſciſus, & in pe-
des illius ſtatuę,ſeu imaginis,& idoli,eſt illiſus.Cõ
triuitq; eam, & in puluerẽ redegit: & poſtea idem
C lapis in montẽ magnũ excreuit. Lapis iſte ſignifi-
cat Chriſtũ, qui abſciſus eſt de mõte ſine manibus:
quia natus de Maria,ſine tactibus maritalibus.La-
pis iſte ſcilicet Chriſtus , contriuit in Aegypto o-
mnia idola,de quacũq; erãt materia. Et confracta
ſtatua,lapis ille in montem magnũ excreuit: quia
deſtructa idololatria, fides Chriſti per totũ mun-
dum inoleuit.Et Chriſtus creuit in montẽ talẽ &
tantũ,ꝙ ſumma immenſitate repleuit tã cœlum,
quàm mundũ. Per tranſitũ domini in Aegyptum,
ꝓpter perſecutionẽ Herodis:ſignificatus fuit trãſ-
itus apoſtolorũ ad gentes,propter perſecutionẽ eis
motã à Iudæis.Per reditum autẽ eius in Iudæã,de-
functo Herode,ſignificatur illuminatio Iudæorũ
in mundi fine.Vnde ſcd̃m Remig. per Ioſeph deſi
gnãtur pędicatores:per puerũ,fides & notitia ſal-
uatoris:per Mariã, eccleſia & ſacra ſcriptura: per
perſecutionẽ Herodis, perſecutio facta à Iudæis:
per fugã Ioſeph in Aegyptũ,tranſitus prædicato-
rum ad gentes,ad quas fidẽ Chriſti & eccleſiæ tu-
lerunt,relicto Herode,id eſt,Iudæorũ infidelitate.
Per tẽpus autẽ quo fuit in Aegypto,ſpatiũ tempo-
ris ab aſcẽſione domini,vſq; ad aduentũ Antichri-
ſti.Per obitũ Herodis,extinctio inuidiæ in cordi-
bus Iudæorũ in fine.Tũc itaq; dominus,in Aegy- D
pto ignorãtiæ tenebras effugauit:& idolorũ vani-
tate diſcuſſã, dei veri cultũ venerationẽq; repa-
rauit.Vbi ignis fidei ſucenſus intãtum excreuit,
quòd etiam deſerta eius repleuerit. Domini enim
præſentiã, poſtmodũ eremus Aegypti meruit: vt
paradiſo melior,& cœlo clarior effecta videretur.
Vnde Chryſo.Deniq; ſi qs nũc ad Agypti veniat
*De Aegypti patribus.*
ſolitudines,paradiſo prorſus omnẽ illã videat ere-
mum digniorẽ:& innumerabiles angelorũ cœtus,
in corporibus fulgere mortalibus. Eſt enim cerne
re tota illa regione diffuſum exercitũ Chriſti, &
admirabilẽ illum regiũ gregẽ, virtutũq; cœleſtiũ
cõuerſationem in terris micantem.Non ita varijs
aſtrorũ choris cœlũ refulget:vt Aegyptus innume
ris monachorũ diſtinguitur atq; illuſtratur habita
culis . Noctes quidẽ ſacris hymnis & vigilijs: dies
verò orationib⁹,manuũq; operibus exercẽt,apoſto
licæ curſum virtutis imitãtes.hæc Chryſ.Iuerunt
ergo ad quandam ciuitatẽ Thebaide,quæ vocatur E
*Heliopolis.*
Heleopolis,& ibi aliquã domunculã cõducẽtes, ha
bitauerũt per ſeptẽ annos,tanq̃ aduenę & peregri
ni,pauperes & egeni.Sed vnde & quomodo iſti tã-
to tp̃e viuebant,nunquid mendicabãt?Legitur au-
tem de domina,ꝙ colo & acu,quærebat ſibi & fi-
*Maria operoſa.*
lio neceſſaria.Suebat ergo & filabat domina mũdi
pro pretio, paupertatis amore & zelo. O quot &
quãtæ huiuſmodi aduenis fiebãt iniuriæ : quas dñs
vitare nõ venit,ſed ſuſcipere.Quid etiã ſi aliquan
do filius famẽ patiens,panẽ petijt : nec vnde daret
mater habuit?Nõnne in his & ſimilibus , totaliter
concutiebãtur viſcera eius ? Cõſolabatur verbis fi-
liũ prout poterat:& nihilomin⁹ opere victũ procu
rabat:& ſibi fortè aliqñ de victu ſubtrahebat vt fi-
lio reſeruaret.Et ſi ex opere manuũ oportebat quę
rere victũ:qd dicemus de veſtimẽtis:qd̃ de vtẽſilib⁹,
ſcilicet lectis & alijs intra domũ oportunis? Nũqd
duplicia? nũquid ſuꝑflua?nũquid curioſa habebat?
Hæc cõtra paupertatẽ ſunt:& hęc ſi hebere poſſet,
nollet ea paupertatis amatrix.Sed nunquid domi-
na ſuẽdo,vel alia opera faciẽdo,faciebat more quo
rundã opera curioſa?Abſit.Eſt enim periculoſum
& valde magnũ vitiũ propter multa: de quo latius
dicetur infrà.Cõſpice nũc dominã in laboribus &
operibus ſuis,filãdo,ſuẽdo,texẽdo,ſolicitã,quomo-
do facit ea fideliter atq; humiliter cũ diligẽtia ha-
bẽdo:& nihilominus ſuꝑ filio & gubernatione do
mus,curã diligẽtiſsimã habẽdo:vigilijsq; & oratio
nibus iuxta poſſe ſemꝑ intẽdendo : & toto affectu
cõpatere ſibi:& cõſidera ꝙ nõ habuit omnino gra
tis regnũ dei dña regni. Sed & Ioſeph ſanctus,fa-
ber lignarius aliquid operabatur in arte lignami-
nis.Vnde quia cõpaſsionis occurrit materia: tandẽ
cùm aliquã moram cum eis cõtraxeris, pete rece-
dẽdi licentiã:& benedictione accepta,primò à pue
ro Ieſu , deinde à matre, poſtea à Ioſeph, genibus
flexis,& cum lachrymis compaſsione magna va
lefacias eis:quia tanquam exules à patria, ſine ali-
qua cauſa,& exbanniti, remanent ad peregrinan-
dũ ibidem,per annos ſeptem,in pudore vultus ſui
victuri.

## ORATIO.

G Domine Ieſu Chriſte,qui adhuc infans,perſecutiones & exilia pati: & infantes tunc pro te occidi voluiſti:da mihi miſero hęc oīa,ac etiã moré,ſi oportet.ꝓ te patiēter tolerare, cũctaq́ue proſpera mũdi deſpicere,& nulla eius aduerſa formidare.Et vos ô ſanctiſsimi innocẽtes,flores & primitię martyrũ: qui per innocẽtiã, & martyrij palmã dei filio infanti adheſiſtis,dignemini de plenitudine gratiæ,& innocentiæ veſtræ infirmitati & miſeriæ, peccatorũ meorum veniã,& gratiam ab eodem dei filio benigniſsimo obtinere.Amen.

De reditu domini ex Aegypto, & initio pœnitentiæ Ioannis baptiſtæ.Correſpondet euangelio: Defuncto Herode &c. Caput XIIII.

Matth.2. Ompletis autem ferè ſeptem annis: quibus dñs peregrinatus eſt in Aegypto: & Herode mortuo, vocatus eſt dñs ex Aegypto: quia ſicut dicitur in hiſtorijs, triceſimo anno regni H Herodis,natus eſt Chriſtus:& triceſimo octauo anno regni ſui,mortuus eſt Herodes. Hoc aũt factũ Oſee II. eſt, vt cõſecutiuè adimpleretur qđ dictũ eſt à dño per Oſee prophetã: ex Aegypto vocaui filiũ meũ, ſcilicet conſubſtantialẽ. Hoc autẽ de vocatione & exitu Iſraël de Aegypto,ad literã legitur:qui etiã quandoq; puer & filius à dño appellatur. Iſta ergo authoritas,habet duplicẽ ſenſum literalẽ: quia verificata eſt ad literã,de populo Iſraël,vocato à dño de Aegypto. Perfectius tamen de dño noſtro Ieſu Chriſto:quia ipſe eſt filius dei naturalis:alij autem ſunt filij per adoptionẽ. Primo ergo anno Archelai,ſenioris filij Herodis,& anno d..i octauo[apparuit angelus dñi Ioſeph,in ſomnis,dicens ei: Tolle puerũ & matrẽ eius,& vade in terrã Iſraël]ſcilicet in Iudæã[defuncti ſunt enim, qui quærebant animã pueri,]id eſt,vitam corporalẽ,ſcilicet Herodes & cõplices eius, & fautores in mortẽ dñi, ſcilicet ſcribæ & phariſæi. Quia ſcđm Ioſephũ,Herodes Herodis crudele præceptum. præcepit in morte ſua,plures de nobilibus Iudæorum interfici,vt ſic cogeret Iudęos qui eũ oderant, I flere in ſua morte. Vel Herodes mortuus eſt ad literã:alij quoad poteſtatẽ. Ex hoc ergo loco ſecundũ Hierony.intelligimus non ſolũ Herodẽ, ſed & ſacerdotes & ſcribas,eodẽ tpe,necem dñi fuiſſe meditatos. Vt autem ait Remigius,per hoc ꝙ angelus in ſomnis Ioſeph apparuiſſe dicitur, myſticè deſignatur,ꝙ illi qui à curis terrenis & ſecularibus negotijs requieſcũt:perfrui angelica viſione merentur.Igitur Ioſeph[cõſurgens]tanquã promptus obediens[accepit puerũ ]tanquã nutricius ſolicitus [& matrem eius]tanquã comes obſequioſus,& cœpit redire[in terram Iſraël.]Vedunt ergo & tranſeunt per deſertũ,per quod venerũt. Vade & tu cũ eis,auxiliũ & ſeruitiũ exhibens, & impẽdens ipſis Labores Chriſti à iuuentute. in quibus poteris.Et in ipſo itinere,poteris cõpati eis,& reſpicere ipſos fatigatos & labore deuictos: & tam de die quàm de nocte, parũ quietis habentes.O quantũ puer egregius ac delicatus, rex cœli & terrę,pro nobis laborauit: & quã citò cœperit. Vnde & propheta in eius peſona prædixit:Pauper Pſal.87. ſum ego:& in laboribus à iuuentute mea. Pœnurias magnas, labores arduos, & afflictiones duras corporis,cõſtantiſsimè aſſumpſit:& ſeipſum quaſi K odio pro amore noſtri habuit. Certè ſolus hic labor,de quo nunc tractamus,ad plenã redemptionẽ noſtrã ſufficere debuiſſet. Dicitur aũt ꝙ prope finẽ prædicti deſerti,iam puer Ioannes baptiſta pœnitentiã agere cœperat,cùm tñ nullũ peccatũ haberet:quia dicitur petiſſe deſertũ, dum ſeptẽ annorũ eſſet,ꝙ locus Iordanis,vbi baptizauit ipſe Ioannes eſt ille vbi tranſierunt filij Iſraël, & qñ venerũt de Aegypto per ipſum deſertũ: prope quẽ locum,in eode deſerto,Ioãnes fecit pœnitentiã. Prædicator pœnitentię futurus,quã citius potuit,aſpera ſolitudinis elegit & petijt: vbi primæuã ætatẽ tranſegit: vt viuens in deſertis, vitã auſterã duceret, & ab amore & illecebris mũdi,& ſe & auditores ſuos ſuſpẽderet facilius,& reuocaret:& vt ibi cõtemplationi vacaret liberius,diuinã ſapientiã hauriẽdo, quã poſtea effudit prædicãdo. Bonũ eſt igitur,eius exemplo,ab adoleſcentia iugũ dñi portare:& dum natura tenera eſt,bonis ſe aſſueſcere: & in prædicandis L auditores actu pręcedere. Ex quo ſumitur argumẽtum,ꝙ antequã quis perfectus fuerit,aliorũ magiſterium obtinere non debet. Manebat Ioannes in deſerto, vbi eſt aër purior, cœlũ apertius,& familiarior deus: vt quia nondum baptiſmi & prædicationis tẽpus aduenerat,orationibus vacaret,& cum angelis conuerſaretur,& extra multorũ malitiam nutriretur, & neminẽ vereretur arguere, nihil ſibi conſcius, & eſſe fide dignus, qui Chriſtum erat prędicaturus,& de ipſo teſtificaturus. Nemo enim alterius teſtis eſſe poteſt idoneus, niſi prius fuerit ſuus Fugit igitur turmas & tumultum populi, ne ex cohabitatione contraheret infamiã, vel vita aliquã maculã ſcandali vel delicti. Qui ſi in mundo manſiſſet,fortè malitia & conuerſatione hominũ deprauatus fuiſſet. Mundum itaq; fugit, vt ſanctitatem ſuam cuſtodiret, & ne leui ſaltem verbo vel peccato,vitam macularet. Nam ſecundum Chryſoſtomũ,ſicut impoſsibile eſt,arborem iuxta viam poſitam, fructus vſq; ad maturitatem ſeruare: ſic hominem iuxta mundum poſitum, vſq; in finem N vitæ innocentiam cuſtodire. Sunt autem quædam arbores, quæ licèt in horto ſunt plantatæ,ita quòd ad ſtipitem tranſeuntes non poſſunt attingere, tamen ramos ſuos per viam expandunt,& ideo moleſtantur à trãſeuntibus: ſic eſt de religioſis in negotijs ſecularibus ſe implicantibus. Excellens valde & mirabilis eſt puer iſte Ioãnes. Ipſe enim fuit primus eremita,ac principium,& via religioſè viuere volentium De cuius ſingulari conuerſatione Petrus Rauennas ita ſcribit: Infra teneritudinem annorum beatus iſte puer, ſpiritu ducente ad eremum ductus eſt. Nec obſtitit ætatis infirmitas quam maieſtas domini fœcunditas. Reliquit Ioannes mundum, homines fugit, patriam neſcit, parentes aſpernatur, & in ſolius diuinitatis apicem beatæ contemplationis figit obtuitus. Mira rerum conuerſatio hominem vix mundum ingreſſum, mundi gloriam fugere, & ſeculi cupiditates non ſolum obliuiſci, ſed & neſcire: perpetuum cum diuinitate ſtabilire conſortium. Receſſus montium,

Ioãnes pœnitentiam ... locus. Thr... De... meli... De... peru... te. Ioãnes ... pnil...



tium,ſyluarum anfractus,& valliũ ſubteriacẽs vaA ſtitas,puero patriarchę domicilia,cùm nox coẽgerat prębuerũt. Sic Ioannes ætatis ſupergreſſus infantiã,& nobilioris generis generoſitatẽ oblitus, Ioãnes baptiſta monachorũ princeps. ſoli vacat diuinitati:forma vitæ,monachorũ propoſitum,anachoritarũ principiũ, totius religionis aſſertio. Vnde & Chry. Sicut ſacerdotũ principes ſunt Apoſtoli,ſic monachorũ princeps Ioãnes baptiſta eſt:quantũ tradit Hebreorũ ſcriptura,& vſque hodie in memoria eſt. Cõſiderate monachi dignitatem veſtrã: Ioannes princeps veſtræ eſt dignitatis. Ipſe monachus ſtatim vt natus eſt in eremo viuit,in eremo nutritur, Chriſtũ expectat in ſolitudine:nõ vult cũ hominibus conuerſari,in eremo cũ angelis probatur.* fœlix iſta cõuerſatio deſpicere homines,angelos quærere,vrbes deſerere, & *philoſophatur. in ſolitudine Chriſtũ inuenire. Chriſtũ non quęrebat in tẽplo:ſed in deſerto. Separauit ſe à multitudine. Oculis expectãtibus Chriſtum,nihil aliud dignũ eſt aſpicere niſi Chriſtũ: fœlices ſunt qui imi B tantur Ioannẽ,quo maior inter natos mulierũ nõ fuit. Hęc Chry. Infœlices ergo monachi ſunt, qui Ioannem principẽ ſuum nõ ſequẽtes, ſolitudinem ſuam deſerũt:& in vrbibus cũ hominibus conuerſantur:quibus ſolitudo carcer eſt,& oppidũ paradiſus. Non ſicut Hieronymus ſentiebat,qui dicebat: Viderint alij quid ſentiãt:vnuſquiſque ſenſu ſuo dicitur:mihi oppidũ carcer eſt:& ſolitudo paradiſus, Monachi nomen,& qualis ſit vita. hęc Hiero. Agnoſcat ergo monachus nomẽ ſuum. Monos enim Gręcè,vnus Latinè:& achos Gręcè, triſtis Latinè dicitur. Inde monachus, quaſi vnus & triſtis interpretatur. Sedeat ſolus & triſtis, & officio ſuo vacet,alienũq; officiũ nõ vſurpet. Qui tamẽ ſi docere vult,audiat cõſiliũ Hugonis,qui dicit: Vilitas habitus tui,& ſimplicitas vultus,& ſanctitas cõuerſatiõis tuæ,docere debẽt homines. Melius fugiendo mundũ doces,quàm ſequendo. Qui etiam ſecundũ conſiliũ Gregorij,reuerentiam ſui habitus,in actu,in cogitatione,in locutione, ſemper circũſpiciat:vt ea quæ mundi ſunt,perfectè deſerat:& quod oſtendit humanis oculis habitu, hoc C ante dei oculos,moribus prætendat. Nõ ergo glorieris, ꝙ in ſolitudine vel religione ſis, aut longo tempore fueris,niſi in ea bene vixeris: quia nihil tibi proderit:imò magna damna pateris,ſi eremita vel religioſus vocaris,& vitã non agis. Vt enim ait Hiero. Non Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis bene vixiſſe,laudandũ eſt. Vnde Auguſt. ad fratres eremitas: Non enim ſatis prodeſt, ꝙ iſtum locum expetiuimus,ſi tales ſimus,quales in ſeculo eſſe poteramus. Nunquid nobis habitatio huius ſecreti aliquid prodeſt,quando tyrannico dominatu malitia in nobis regnat,quando ita ſuperequitat, quando maiorẽ nobis victoriam,humanus oculus, quàm diuinus inducit:quando laudabiles eremitæ extra mundũ nos eſſe credimus,& per diuerſarum paſsionẽ vitia, mundum intra nos incluſum tenemus:ita vt qui putabamus nos precibus noſtris ſeculo ipſi ſuccurrere: penè neceſſe ſit vt videamur magis ſeculi interceſſoribus indigere. Dubiũ quippè nõ eſt,ꝙ illa anima quę cõcupiſcẽtia voluptatũ poſſeſſa,efficitur mũdanæ cõuerſationis, nõ poſsit efficì regnũ diuinitatis. Ideoq; fratres,videte vocationẽ veſtrã. Venire quidẽ ad eremũ, ſumma per- D fectio eſt:ſed nõ perfectè in eremo viuere,ſumma damnatio eſt. Quid enim prodeſt,ſi locus corporaliter quietus teneatur: & inquietudo in corde verſetur? Quid inquã prodeſt,ſi in habitatiõe ſilentiũ in habitatoribus ſit vitiorũ tumultus, & colluctatio paſsionũ: ſi exteriora noſtra ſerenitas teneat,& interiora tẽpeſtas? Nõ enim ideo ad locũ iſtũ venimus,vt nobis mũdus famuletur: vt rebus omnibus abundãtes,omni quiete fruamur:nõ vtiq; ad requiẽ nec ad ſecuritatẽ,ſed ad pugnam huc venimus, ad agonẽ proceſsimus,ad exercẽda cũ vitijs bella properamus,vt linguę gladio retũdamur: vt nõ ſolum non inferamus iniurias, ſed nec ſtatim ſentiamus illatas. hęc Aug. Sed heu,pauci hodie religioſi reperiuntur,qui de bono in melius proficiunt, & de De raro monachorum profectu. virtute in virtutẽ aſcendũt. Vnde Ber. Multo facilius reperies multos ſeculares cõuerti ad bonum, quàm vnũ de religioſis trãſire ad melius. Rariſsima auis in terris eſt,qui de gradu quẽ in religione E ſemel fortè attigerit,vel parũ aſcẽdit. Aut aſcẽdas neceſſe eſt,aut deſcẽdas: ſi attẽtas ſtare:vt ruas,neceſſe eſt. Et iterũ: Minimè pro certo eſt bonus, qui melior, eſſe non vult:& vbi incipis nolle fieri melior, ibi deſinis eſſe bonus. hæc Ber. Ioſeph autem Reditus Chriſti. & Maria,cũ puero Ieſu trãſeuntes Iordanẽ, venerunt in terrã Iſraël ſecũdum angeli iuſsionẽ. Non enim determinauerat angelus, in quo loco terræ Iſraël:nec nominauerat aliquã ciuitatẽ determinatè,vt dubitãte Ioſeph,iterũ reuerteretur: & ex reuerſione angeli inſtruẽtis eũ de loco,Ioſeph ex frequentiori viſitatione angeli, & locutione cum eo, certior redderetur,& magis cõſolaretur. Quòd Ieſus in patriã ſuam reuerteretur,nos quoque in patriam noſtrã feſtinare admonet. [Audiens] verò Ioſeph[ꝙ Archelaus]filius Herodis ſenior regnaret in Iudęa pro ſuo patre,timuit illuc ire prę Ar- Iudęa. chelao paternæ crudelitatis hærede:quia ille tan- Pſal.75. quã principalis magis pro patre zęlabat: & omnis F impetus perſecutiõis in Bethlehẽ eiuſq; finibus deſeuiebat. Iudęa aliqñ accipitur ꝓ tota terra duodecim tribuũ vt ibi: Not⁹ in Iudęa De⁹. Aliqñ ꝓ ſola terra tribus Iudę: vt ibi Iudęa & Hieruſalẽ, nolite timere. Aliqñ ꝓ terra duarũ tribuũ, ſcilicet Iudę & Beniamin: vt hîc dicit ꝙ Archelaus regnauit in Herodis teſtamẽtũ & filij. Iudęa. Diuiſum ergo erat regnũ,& iam à pluribus regebat. Ad cuius euidentiã eſt ſciendũ ꝙ ſecundũ opinionẽ magis probabilẽ. Herodes moriẽs cõdidit teſtamẽtũ:in quo ordinauit Archelaũ filiũ ſuũ regni ſui ſucceſſorẽ:ita tamẽ ꝙ coronã ſibi nõ imponeret,niſi per Romanũ imperatorẽ. Ad ſumendũ igitur diadema,Romã venit:ſed & fratres eius duo,ſcili-cet Herodes Antipas,& Philippus,qui cũ ipſo poſt mortẽ patris ſuperſtites erãt ( quia alios tres filios ſcilicet Antipatrum ſuum primogenitum, & Alexandrum & Ariſtobolum pater ante mortem ſuam miſerabilem necauerat ) etiam Romam venerunt, & paternæ hæreditatis partem petierunt. Tandem imperator & ſenatus Romanorum,volentes frangere Iudęorum ſuper- Diuiſio Iudęæ. biam,& auferre eis rebellandi occaſionem,abſtu-

lerunt eis regiũ nomen:& diuiſerunt regnũ in qua
G tuor partes,ſcilicet tetrarchias:quarũ duas,ſcilicet
Iudęã & Abilinã dederunt Archelao,filio ſeniori:
tertiam verò,ſcilicet Galilęã & regionẽ transfluẽ-
tem,dederũt Herodi antipę,ſub quo Ioãnes eſt de-
collatus,& dominus paſſus:ſed quartã,ſcilicet Itu-
ręam & Traconitidem regionẽ,dederũt Philippo:
cuius vxorem abſtulit ipſe Herodes antipas frater
eius.Et ſic Archelaus erat diarcha:ſed alij duo fue
runt tetrarchæ.Adhuc præter Herodẽ Aſcaloni-
tam,& Herodẽ antipã,ſupradictus etiã tertius He
rodes dictus Agrippa,filius Ariſtoboli,filij Herodis
Aſcalonitę fuit:qui Iacobũ fratrẽ Ioannis gladio
occidit,& Petrũ incarcerauit. Et quia Archelaus
fuerat à patre,quantũ in ſe erat,in toto regno Iu-
dęorũ ſubſtitutus:ideo magis fauebat factis à pa-
tre.Propter quod Ioſeph timuit ire in Iudęã[& ad
monitus in ſomnis]per angelũ iuit cũ puero & ma
tre eius in Galilęam,vbi dominabatur alius filius,
ſcilicet Herodes : qui portione ſibi debita à patre,
H quantum in ſe erat,antè priuatus fuerat. Propter
quod Ioſeph ibidẽ cũ puero ſecurius mãſit:quæ &
ipſa terra Iſraél erat:quia eã Iſraël incolebat. [Et
veniens, habitauit in ciuitate quæ vocatur Naza-
reth: vt ibi Chriſtus nutriretur , vbi fuerat conce-
ptus,licèt in Bethlehẽ fuerat natus. Ibi enim ſecu-
rius habitare poterat q̃ in Hieruſalem,vel Bethle-
hem,vbi Archelaus manebat. Vnde Chryſ. Venit
igitur Ieſus in Nazareth,nõ ſolum periculi timo-
re,verumetiã patriæ amore cogẽte,ſcilicet vt ſecu
rius ibi habitaret,& gratius. Hoc autẽ factum eſt
[vt adimpleretur quod dictũ eſt per prophetam:
Quoniã Nazareus vocabitur.] ly vt,tenetur con-
ſecutiuè,nõ cauſaliter:quia prophetia nõ eſt cauſa
euentus rei:ſed euẽtus eſt cauſa impletiõis prophe
Nazarẹus Chriſtus nuncupatus eſt. tiæ.Nazarẹus autẽ Chriſtus eſt nũcupatus:tam ex
loci appellatiõe,vbi cõceptus eſt & nutritus,quàm
ex ſacramento legis,ſecũdum quã Nazaræus ſan-
ctus interpretatur:& dominũ omnes ſcripturę ſan
ctum dicũt,& teſtãtur.Sicut ergo elegit locum in
quo naſceretur:ſic & ciuitatẽ,in qua coadoleſcens
nutriretur.Cuius nomẽ eſt indicio,ꝙ eſſentialiter
I ipſe fons ſanctitatis in ſanctitate nutritus , ſan-
Nazareth ctus ſanctorũ,quaſi Nazarẹus Nazarẹorũ,rectè di
citur.Nazareth enim flos cãpi,vel germen nouel-
lum,vel ſanctitas interpretatur : de cuius radice
Nazarẹi vocabãtur qui nunc Chriſtiani. germinis,ſanctus ſanctorũ,id eſt Nazarẹus,aſcen
diſſe legitur.Vnde & ex hoc ꝙ Chriſtus dictus eſt
Nazarẹus,diſcipuli eius & Chriſtiani,prius cõmu-
ni nomine cõſueuerunt Nazarẹi vocari. Sed poſt-
quam Petrus Antiochenã ſedem tenuit , cõmuni
conſilio Grẹco nomine,à Chriſto Chriſtiani dicti
ſunt.In Nazareth ergo cõcipi,& nutriri Chriſtus
voluit:vt per hoc daret intelligi, ꝙ florida fuit &
eius conceptio,quia ſine peccato originali: & eius
cõuerſatio,quia ſine actuali.Vnde dicit Ber. quòd
amat florigerã patriam,flos de radice Ieſſe.In hoc
autẽ ꝙ dereliquit Aegyptũ,& venit in Galilæam
habitauitq; in Nazareth,datur nobis exemplũ , ꝙ
ſtatum culpæ debemus deſerere,& de vitijs ad vir
tutes trãſire,in perſeuerãtiaq; bonorum operũ flo-
rere:vt ſic ad patriã cœleſtẽ valeamus peruenire.

Ecce reduximus puerum Ieſum de Aegypto. Eo
reuerſo,ſorores dominę,alijq; cõſanguinei & ami K
ci cõcurrerunt,& ad viſitandũ eos feſtinãt. Ipſi au
tem Nazareth remanẽt,& pauperẽ vitam ducunt.
Vbi more ſolito,Ioſeph operas fabriles locauit:&
Maria filando,& ſuendo,& aliâs prout potuit, la-
borauit:ac nihilominus circa filium ſuum diligẽs
& ſolicita fuit.Vt enim ait Anſel. Nec eſt aliqua De ſedulitate Marię in filiũ
ſcientia,quæ poſsit penetrare:nec eloquẽtia , quæ
poſsit prædicare,quanta dulcedinis ſedulitate par
uulum fouerit,quãta diligentia obſequioq; adole-
ſcentem,& in robur ætatis prouexerit vadentem.
Et vt ipſamet cuidam deuotæ perſonæ reuelauit,
multoties cùm filiũ ſuum gremio confoueret, prę
nimia deuotiõis dulcedine , caput ſuum capiti filij
acclinans,tantas lachrymas effudit,vt caput & to-
tam eius faciem lachrymis amoris rigaret,& dice
bat:O ſalus & gaudiũ animæ meæ.Quis hæc au-
diens,vel mẽte tractãs, ſe à lachrymis poterit con
tinere?Exinde vſq; ad duodecimũ annũ pueri Ieſu
non legitur aliquid de ipſo,vel eius parẽtibus.Di-
citur tamẽ,& veriſimile eſt,ꝙ in Nazareth adhuc
eſt fons paruus,ad quẽ domina aliquãdo ibat,& de L
quo puer Ieſus frequẽter aquã hauriebat,& matri Chriſti ſanctis oſ...cia.
miniſtrabat:vtpote qui ſubditus illi erat.Pro ſum
mis ergo delicijs , interdum aquã tribuit ſuæ ma-
tri,qui dat eſcam omni carni.Vbi etiam herbas in
agris collegit,de quibus mater olera cõficeret.Fa-
ciebat huiuſmodi ſeruitia matri humilis dominus:
non enim habebat aliũ ſeruientẽ,vel iuuantẽ in ne
ceſsitatibus.In humilitate,ſe tempeſtiuè exercere
cœpit:de qua poſtmodũ præ cẹteris virtutibus glo Matth.
riando,dixit:Diſcite à me:quia mitis ſum , & hu-
milis corde.Vnde Anſel.Nihil vẹſanitatis ẹſtimes
tibi acceſſurũ,ſi eum apud Nazareth puerum in-
ter pueros cõtempleris,ſi obſequentẽ matri,ſi ope
rãti nutritio aſsiſtentẽ intuearis. ORATIO.

O Ieſu mitiſsime,qui de virgine natus in par
tes Aegypti receſsiſti: & ab Aegypto voca
tus,in terram Iſraël redijſti:reuoca me do-
mine ſeruũ tuum à vultu oculorũ tuorum in Ae-
gypto huius exilij proiectum,in huius peregrina- M
tionis tenebris exulatum , ab Aegypti partibus,à
mundanẹ conuerſationis tenebris reduc corpore,
reduc mẽte,reduc & volũtate:fac me vitia deſere-
re,& ad virtutes tranſire,& in terrã promiſsionis
me digneris introducere : modo fide, ſpe , & cha-
ritate:in futuro verò re, ſpecie , glorificatione &
veritate.Amen.

De eo quòd puer Ieſus remanſit in Hieruſa-
lem.& inuentus eſt in templo. Caput xv.

PVer autẽ Ieſus creſcebat]in augmen Lucæ.
to[& cõfortabatur] in vigore,ſcili-
cet quantũ ad corpus.Et ne quiſima
ginetur ita eũ creuiſſe ſecundũ ani-
mam, ſicut creuit ſecũdum corpus:
ideo ſubdit ꝙ erat[plenus ſapiẽtia]ſcilicet quantũ
ad animã:[& gratia dei erat in illo]ſcilicet quan-
tũ ad vtrũq;.Vnde ſcdm Bedã:Quia in Chriſto ha De plenitudine ſapientiæ Chriſti.
bitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter,ideo
puer iſte erat plenus ſapientia:nec ſcdm hoc indi-
guit augeri vel cõfortari,vtpote verbũ dei & deus:
ſed in



ſed inquãtũ fuit homo erat in eo gratia.Magna enĩ
A gratia illi homini Chriſto donata eſt,vt ex quo ho
mo fieri cœpiſſet perfectus eſſet & deus.Et ſecun-
dum eundem Bedam:Huic ſimile eſt quod ſcribit
Ioan.1. Ioannes eum plenũ gratia & veritate, eãdem ipſe
diuinitatis excellentiam nomine veritatis , quam
Virtutes oẽs prẹter fide & ſpẽ habuit Chriſtus, nec creſcebat in anima. Lucas ſapientiæ nomine commendauit . Habuit
quippe Chriſtus plenitudinem omnium virtutum
donorũ ſpiritus ſancti,exceptis fide,& ſpe,pro qui
bus habuit certam ſcientiam & firmã poſſeſsionẽ:
quia ab inſtãti ſuæ conceptionis beatus fuit.Quo-
ties ergo Chriſtus creſcere & confortari , vel tale
aliquid agere dicitur , omnia ad corpus referãtur.
Nam ſecundum animã ab inſtanti cõceptionis to-
taliter perfectus fuit,ſed hanc perfectionẽ nõ oſtẽ
debat niſi prout conuenientia temporis exigebat.
Vnde Bern.Vir erat Ieſus nondum natus,ſed ſapiẽ
tia non ætate: animæ vigore,non corporis matu-
ritate:integritate ſenſuum, non corpulentia mem
brorum.Neq; enim minus habuit ſciẽtiæ Ieſus cõ
ceptus,quàm natus:paruus,quàm magnus. Siue er
B go latens in vtero,ſiue vagiens in præſepio,ſiue iã
grandiuſculus interrogans legis doctores in tẽplo,
ſiue iam pfectæ ætatis docens in populo,æquè per
fectè fuit plenus ſpiritu ſancto.De his & huiuſmo
di habes etiã infrà in fine huius capituli.[Et ibant
parentes eius,]tanquã deuoti & religioſi legis ob-
ſeruatores,[per oẽs annos,] vt eſſent[in Hieruſalẽ
in die ſolenni paſchæ,] ſcilicet paraſceue vt legem
audirent,ſacrificijs participarent,ſolẽnitati inter-
eſſent , & eius adhuc vmbrẹ ſeruiebant, cuius iam
Feſtiuitates legales Iudẹorũ. veritatem tenebant.Vbi nota ꝙ legales feſtiuita-
tes Iudæorum quẹdã erant communes & cõtinuè,
quẹdã anniuerſariẹ. Cõmunes & continuẹ erant
duẹ:ſcilicet ſabbatum,quo vacabant ab omni ope-
re,ꝙ illo die deus requieuit ab omni opere creatio
nis.Alia eſt neomenia , in principio ſcilicet nouẹ
lunẹ,ad laudẽ creatoris,qui creauit omnia tempo-
ra.Aniuerſariẹ verò feſtiuitates erãt quinq;: ſcili-
cet feſtũ paſchẹ,quod celebratur decimaquarta lu
C na menſis primi .Erat hẹc feſtiuitas in memoriã
liberationis de Agypto.Secũda erat,feſtiuitas pen
tecoſtes,quẹ celebratur quinquageſima die à pa-
ſcha,eo ꝙ tũc data fuit lex Iudẹis in mõte Sinaĩ à
deo.Tertia feſtiuitas erat tubarũ & clangorũ,quẹ
erat prima die mẽſis ſeptẽbris,tunc enim buccina
bant cornibus pecorũ,in memoriã ꝙ eadẽ die fuit
Iſaac liberatus ab immolatione patris,pecore ſub-
ſtituto ꝓ eo . Quarta, feſtiuitas erat ꝓpitiationis,
& celebratur decima die menſis ſeptẽbris:quia ea
dem die venit ad eos Moyſes referens dei irã pla-
catam de offenſa cõflationis vituliquem adorabãt.
Quinta erat ſcenopegia,ſcilicet feſtũ tabernaculo
rum,quod erat decimaquarta die ſeptẽbris, & tũc
illis diebus habitabãt in tabernaculis, in memoriã
ꝙ patres eorum quadraginta annis in deſerto fue
runt ſub vmbraculis habitãtes.Inter has quinq; fe
ſtiuitates ſolẹ tres: ſcilicet paſchẹ, pentecoſtes,&
ſcenopegiẹ erãt ſolenniores,& ꝓtendebãtur ſeptẽ
diebus.In his tribus omne maſculinũ: ſecundũ prẹ
ceptum legis aſcendebat in Hieruſalem,vt appare
ret coram dño:qui tñ erant remoti, ex rationabili

cauſa de pentecoſte & ſcenopegia ſe poterant ex-
cuſare,ſed de paſcha non,niſi infirmitate cogente. D
Iſta autem lege mulieres nõ erant aſtrictẹ, ſed ta-
men plurimẹ veniebãt ex deuotione. Vnde & bea
ta virgo aſcendebat ſingulis annis, nolens puerum
dimittere ſine cura,maximè quãdiu regnauit Ar-
chelaus.Quamuis ergo parẽtes timerent Arche-
laum,ibãt tñ in Hieruſalem ad diem feſtum: quia
poterat fieri vt tunc inter tã ingentem turbam la-
tenter aſcenderent mox reuerſuri,vt nec ſolenni-
tate prẹtermiſſa eſſent irreligioſi,nec longa mãſio
ne cõſpicui [Et cùm factus eſſet Ieſus annorũ duo
decim,aſcendit cum parentibus ſuis ſecundũ legis
cõſuetudinem ad diem feſtum in Hieruſalẽ].Per-
hoc oſtendit, ꝙ à puericia debent homines aſueſce
re ad diuina:& ad idem facit ꝙ alijs recedentibus
Labores Chriſti & obſeruatio legis. in loco diuini cultus remanſit.Laborauit ergo etiã
nunc puer Ieſus itineribus longis,& vadit vt hono
ret patrem ſuũ cœleſtẽ in feſtis ſuis,obſeruans hu-
militer legem dñs legis.Quia enim dominus venit
E vt daret omnis perfectionis & humilitatis exem-
plum,voluit legem,quandiu ſtatum habuit,cõſer-
uare:vbi Beda:Seruauit ipſe legẽ quã dedit, vt no-
bis qui homines ſumus puri, oſtenderet ſeruãdum
ꝑ omnia quicquid deus iubet.Sequamur ergo iter
humanẹ cõuerſationis eius, ſi deitatis gloriã dele-
ctamur intueri.hẹc Beda.Nos itaq; ſerui,ad exem
plum dñi debemus magno ſtudio bonorũ operũ &
prẹuenire ſolẽnitates,& celebrare, ac ſolicitè diui
na prẹcepta obſeruare. Vñ quidã frater tã magnẹ
deuotionis ad feſta Chriſti & beatẹ virginis,& ad
feſtũ omnium ſanctorũ erat, ꝙ ante quodlibet fe-
ſtum ieiunijs,ac orationibus,& caſtigationibus,ad
ſuſcipiendũ ipſum feſtũ ſe prẹparabat,& quandiu
aliquod feſtũ durauit, tãdiu circa illud meditatio-
nibus,& orationibus ſe occupauit. Moraliter hîc De feſtis celebrãdis
inſtruimur ꝙ ſpecialiter in diebus feſtiuis, quili-
bet Chriſtianus debet ire ad locũ quem elegit dñs,
id eſt,ad Eccleſiam,non ad theatrum,vel tabernã.
Debet vacare diuinis laudibus,nõ choreis & vani-
tatibus.Debet inſiſtere eleemoſynis,nõ vſuris, vel F
ſpolijs.Debet intendere bonis operibus,nõ comeſ-
ſationibus & ebrietatibus.Nam de his qui ſecus fa
ciunt dicit dominus in Eſaia: Solennitates veſtras Eſa.1.
& neomenias veſtras odiuit anima mea. Poſtquã
ergo Ieſus ad ẹtatem xij.annorum venit,ſuam ſa-
pientiã manifeſtare cœpit , & aperire quid patri
cœleſti, quid terrenæ matri deberet. Aetas enim Aetas duodennis.
duodẽnis typus erat duodecim Apoſtolorũ,ꝑ quos
diuinitas & humanitas eius erat per orbem nun-
tianda vniuerſum. Rectè ergo in duodenario nu-
mero iubar perfectionis eius declarari incepit,per
quẽ quaſi ꝑ duodecim tribus,& ꝑ duodecim Apo-
ſtolos vniuerſitas ſaluandorũ ſignificatur. [Con-
ſummatis aũt diebus]feſtis, & completa ſolẽnita-
te quẹ per dies octo durabat, recedentibus parenti
bus,]remãſit puer in Hieruſalẽ,]nõ à caſu,nec pa-
rentum negligentia vel obliuione,ſed ſua volũtate
& ordinatione,vt à pueritia zelũ ſuũ oſtẽderet cir
ca ſpiritualia,& ſicut parẽtibus quod debebat ex-
hibuerat,aſcẽdẽs cũ eis tanquã homo hominibus
ad offerenda deo ſacrificia, ſic etiã patri debitum

 ſpiritualis

ſpiritualis doctrinæ vacando exhiberet.[Et nõ co
G gnouerunt parentes eius]id eſt, nõ aduerterunt ꝙ
in Hieruſalem remaneret. [Exiſtimantes illũ eſſe
in comitatu, ] id eſt, inter eos qui ſimul fuerant co-
mitati. Secretò aũt & eis ignorãtibus, remanere vo
luit: ne aut eis obediẽdo recedens retraheretur à di
ſputatione, aut nõ obediendo remanens videretur
eos contemnere. Hinc habetur argumentũ, ꝙ filius
abſque cuius præſentia pater & mater vitam poſ-
ſunt tranſigere, ipſis etiã neſcientibus aut nolenti-
bus, põt ad religionẽ & ad ſtatũ perfectionis euo-
lare, ſeq; diuino cultui mancipare, diſcretionis indi
cio comite. Et impeditoribus ait dominus: Sinite
paruulos venire ad me, taliũ eſt enim regnum cœ-
lorum. Sed quæritur hîc, quomodo parentes eius
obliuiſcendo eũ relinquere potuerũt, qui tanta cu-
ra eũ nutrinerũt? Ad hoc dicendũ, ꝙ mos erat filijs
Iſraël ad feſta confluentibus, vel ad propria redeũ-
tibus, vt ſeorſum viri & ſeorſum mulieres, ꝓpter
mundiciam caſtitatis incederent, vt ab inuicem cõ
H tinentes, magis religiosè ſecundũ legis dationem
feſta celebrarent, & ne eorum mixta ſocietate ali
quid inhoneſti contingeret: pueri autem cũ quo li-
bet parente indifferẽter ire poterant. Vnde Ioſeph
videns puerum no eſſe ſecum, putabat eũ eſſe cum
Maria in comitatu mulierum, & ecõuerſò Maria
putabat eum eſſe cum Ioſeph in comitatu virorũ.
Sic ergo [venerunt iter vnius diei,] à Hieruſalẽ ſine
puero, cum hac exiſtimatione, ꝙ eſſet in comitatu
virorum vel mulierũ. Et cùm in ſerò veniſſent ad
locum vbi hoſpitari debebãt, videns domina ipſum
Ioſeph ſine puero quẽ cum eo redijſſe credebat, do
lore vehementi cõcuſſa cum lachrymis per domos
quàm decenter poterat ſerò circuibat, & de ipſo
puero quærebat. Ioſeph verò ſenex, cũ fletu eã ſe-
quebatur & aſſociabat. Vade & tu ſemper cum eis
& quære puerũ Ieſum donec inuenias. Puero autẽ
à parentibus tunc non inuento, qualem quietẽ ha-
bere poterãt tu ipſe cogita, & maximè mater quæ
I ipſum arctius diligebat. Et licèt à notis conforta-
retur, tamen conſolari non poterat. Quid enĩ erat
perdere Ieſum. Conſpice bene ipſam, & vehemen
ter ei cõpatere: quia in magna anguſtia eſt nũc ani
ma ſua. Nunquam ex quo nata eſt vſque tunc, fuit
in tanta. Non ergo turbemur quãdo tribulationes
habemus, cùm etiam matri ſuę nõ pepercerit dñs.
Ad ſuos enim eas venire permittit, & per ipſas ſi-
gnum ſuę dilectionis ſuis oſtendit. Tandem domi-
na in cameram ſe recludens, & ad orationẽ & plã
ctum ſe conuertens, per totam noctem illam angu
ſtabatur ſuper dilecto filio ſuo. Manè verò ſequẽti
tempeſtiuè domum exeũtes, eum etiam per circũ-
ſtantia loca quærebãt, nam reditus per plures vias
patebat. Circũeundo igitur eũ in vtraq; comitiua
requirebãt: id eſt, iterũ & iterũ quęrebãt, maximè
[inter cognatos & notos,] amicos qui in vtroque
comitatu erant. Quo etiam nũc nõ inuento mater
ſine ſpe anxiabatur, & conſolari nõ poterat. Hæc
diligenter recogita, quãtis vulneribus & cruciati-
bus cor beatæ virginis tunc ſauciatum fuerat, quæ
ſuſpiria, quę lamẽta, quas anxietates ꝑtulerit, cùm
quęſitum filiũ nõ inuenit? Iã experiri cœpit, qualis

Religio nolẽtibus parẽtibus acceptari poteſt.

Marci 9.

De ignoratione parentum Chriſti quæſtio.

Mariæ dolores.

eſſet futurus dolor eius, de quo prędixit ei Simeon
dicens: Tuam ipſius animam pertranſibit gladius. K
Neſciebat virgo quid ageret: quia theſaurum ſibi
piè commiſſum à deo perdiderat. Vnde lamentabi
liter potuit dicere: illud Gene. puer verò non cõpa
ret, & ego quò ibo? Cõſidera hîc ꝙ beata virgo de
terra ſua expulſa & in Aegyptum fugata, in tãta
tribulatione poſita filium nõ perdidit, ſed poſtquã
ad feſtiuitates iuit ipſum amiſit, per quod datur in
telligi ꝙ Ieſus ſæpe in aduerſitate cuſtoditur, & in
proſperitate ꝑditur. Tertia verò die regreſſi ſunt
in Hieruſalem, à qua per vnã dietam receſſerãt, &
eum ibidem requirebant. Puto ꝙ cum labore mul
to itineris, & lachrymis plurimis virgo iteratò re-
dijt Hieruſalem, & appropriatè potuit dicere illud
Cant. Quæſiui quem diligit anima mea, quæſiui
illum & non inueni: ſcilicet inter cognatos & no-
tos. Surgam ergo eundo de loco ad locũ, & circui-
bo ciuitatem per vicos & plateas, & quærã quem
diligit anima mea. Et poſt triduũ amiſsionis eius,
in quo præfiguratum eſt triduũ mortis eius in quo
credebatur amiſſus, quarto die manè [inuenerunt
L eum in tẽplo,] vt ſecundum Ambro. daret iudiciũ,
quia poſt triduum triũphalis paſsionis reſurgeret,
qui credebatur mortuus, & tunc cũ gloria immor
talitatis eſt inuentus. Inuenerunt ergo eũ in tẽplo,
in loco vtiq; deuoto, in loco dei ſancto. Nõ inuene-
runt eũ in theatro, aut foro, vel ludo, ſicut ſolẽt pue
ri inueniri: ſed in loco deputato doctrinæ ſacrę &
orationi. Filius libẽter in domo patris ſui manet.
Ille igitur qui libẽter ſtat in Eccleſia, ſignum eſt ꝙ
ſit filius dei: quia ſtat in domo patris ſui: ille verò
qui libẽter ſtat in taberna, ſignũ eſt ꝙ filius ſit dia
boli: quia moratur in domo patris ſui. Inuenerunt
inquã eum in tẽplo, nõ huc atq; illuc leuiter (prout
mos eſt pueris) diſcurrentẽ: ſed tanquam ſapientiæ
fontẽ, [in medio doctorũ,] vt melius omnes audire
& cũ eis conferre poſſet. Cõpoſitè [ſedentẽ] & tã-
quã exẽplar humilitatis prius [audiẽtẽ illos & in-
terrogantem,] quàm docentẽ. Ille doctores inter-
rogat in tẽplo, qui angelos docet in cœlo. Ille doce-
ri interrogãdo voluit, qui verbũ ſcientiæ ipſis ſuis M
doctoribus miniſtrauit. Interrogabat nõ quia indi-
geret, vel vt addiſceret, ſed vt nobis addiſcendi &
zelandi ſcripturas ſacras formã daret, & vt ea quę
non intelligimus interrogare nõ erubeſcamus, de
quo tamen erubeſcunt multi ſuperbi, eligentes po-
tius in errore permanere, quàm inſtrui. Ad exẽplũ
quoque humilitatis prius audire, quàm inſtruere
volebat, docẽs ꝙ etiã homines docti promptiores
debent eſſe ad audiendũ, quàm ad docendũ. Quia
qui prius reſpõdet quàm audiat, ſtultum ſe eſſe de-
mõſtrat. Ad ꝓbandũ etiã ꝙ deus eſſet, eoſdẽ homi-
nes ſubtiliter interrogat, & ſapienter reſpõdet, ita
vt audientes inde ſtuperent. Vnde dicitur: [Stupe-
bant aũt,] id eſt, valdè mirabantur, [omnes qui eũ
audiebant ſuꝑ eius prudẽtia,] interrogãdo & op-
ponendo, & in reſponſis ſoluendo: quia aliàs inau-
ditum fuerat, ꝙ puer talis ætatis tam ſapientes lo-
cutus eſſet. Stupor quippe eſt vehemens admiratio
rei oĩno inconſuetæ; & ſic fuit hîc. Audiuit enĩ hu-
militer, quęſiuit prudẽter, & reſpõdit ſapiẽter, cũ
tamen

Gene. 37.

Cant. 3.

Cur poſt triduũ inuentus.

Diligens domũ dei oſtendit ſe filium dei.



tamen eſſet puer. Ipſe interrogabat, ipſe rñdebat,
A ipſe ſuas & illorũ quæſtiones ſoluebat, morẽ agẽs
peritiſsimi magiſtri, qui nunc interrogando, nunc
rñdendo diſcipulos inſtruit. Vnde ſecundũ Bedã:
Ad oſtendendũ ꝙ homo erat, homines magiſtros
humiliter audiebat: & ad probãdũ quia deus erat,
eiſdẽ loquentibus ſublimiter reſpõdebat. Stupebãt
aũt videntes eius infantiã, & tamẽ ſic ſublimia lo
quentẽ: videntes eũ corpore & ætate paruũ, ſed in-
terrogationibus & reſponſis magnũ: hominẽ & nõ
deũ conſiderãtes, & inter alta quę audiunt, & infir
ma quæ vident, dubia admiratione turbãtur. Nos
aũt non cum ſenioribus Iudæorũ, ſuper prudentia
& reſpõſis eius ſtupeamꝰ, neq; miremur: ſed ipſum
verũ deum verumq; hominẽ eſſe credamus, à quo
eſt omnis ſapientia, & cum quo fuit ſemper & eſt
ante æuum, ſcientes prophetiam ꝙ ſic paruulus na
tus eſt nobis, ꝙ permanet deus fortis. [Et] parẽtes
eius, [videntes] eũ in tẽplo in medio doctorũ ſeden
B tem, [admirati ſunt] valde propter rei inexperien
tiã: quia nunquã fecerat rem talẽ vel ſimilẽ. Mater
aũt eius quaſi reuiuiſcens, exhilarata deo gratias
egit immenſas. At puer Ieſus videns matrẽ venit
ad eã, quem ipſa ſuſcipiens & dulciter oſculans, ac
deinde reſpiciens in faciẽ eius decorã, dixit ad illũ.
[Fili quid feciſti nobis ſic?] Quaſi diceret, deſide-
ratiſsime fili quare hoc feciſti, vt nobis ignoranti-
bus & neſcientibus remaneres? Quid tã dilectę, &
tam diligenti matri tantã materiã doloris inferre
potuiſti? Peto fili hoc mihi indicari, vt dolor meus
ex hac re cõceptus, valeat mitigari: quẽ virgo ma-
ter per triduum anxio dolore quæſierat, poſt inuẽ
tionem inter mœrorẽ & gaudium poſita, pia cor-
rectiõe increpauit. Ioſeph aũt licet pater eius dice
retur, nõ fuit auſus illũ arguere, cùm firmiter cre-
deret ipſum dei filium eſſe, ſed mater ex maxima
dilectione quã habebat ad filium quem ſic quære-
bat, ſic arguebat illum: quia amor excellens neſcit
modũ. Loquitur ergo ipſa, & non Ioſeph: quia in
ea fuit maior doloris affectus. Vnde Grego. Maria
C maternis affecta viſceribus quaſi cum lamentis in
quiſitionẽ doloroſam oſtendit, & omnia ſicut ma
ter fiducialiter, & humiliter, & affectuosè expri-
mit dicens: Fili quid feciſti nobis ſic? Vnde & An-
ſel. Quid ſi duodennẽ per triduũ cum matre quę-
ſieris? O quãta copia fluent lachrymæ, cũ audieris
matrem dulci quadã increpatione filium verberã-
tem & dicentem: Fili quid feciſti nobis ſic? Vel poſ
ſet dici ꝙ nõ fuit increpatio, ſed pia de eius abſen-
tia conqueſtio. [Ecce pater tuus,] ſcilicet nutritius
& ego dolentes,] ſcilicet de amiſsione tua & abſen
tia, [quærebamus te,] cuius præſentia eſt nobis dul
ciſsima. In quo moraliter inſtruimur, ꝙ dolere de
bemus cũ Ieſum, id eſt, ſalutem ęternã amittimus:
quod per peccatũ fit, cũ peccamus. Et tunc eũ quæ
ramus per triduum pœnitentiæ, ſcilicet per cõtri-
tionem cum dolore, per cõfeſsionem cum pudore,
per ſatiſfactionẽ cum labore, & reinueniemus eũ.
Sed heu multi plus dolent de amiſsione rerũ tranſ
euntium, quàm de amiſsione æternę ſalutis ſuę &
aliorum. Vnde Bern. Cadit aſina, & eſt qui ſuble-
uet: Perit anima, & non eſt qui ſuccurrat. Sacrata

Mater nõ Ioſeph interrogat Chriſtum

virgo patrẽ eius appellat Ioſeph, tũ propter Iudęorum ſuſpitionẽ, tũ propter eius educationẽ, tũ pro D
pter genealogiæ explicationem. Et nota ꝙ nun-
quã legimus Ioſeph domino fuiſſe locutũ, ſed hoc
virgini dimittebat: quia ad ipſam, ſicut ad veram
matrem, magis pertinebat. Quærendus eſt Ieſus
ſocialiter cum Maria & Ioſeph: quod notatur cùm
dicitur, pater tuus & ego. Ioſeph enim interpreta
tur augmentũ, & ſignificat opera bona quæ, ſem-
per debent augeri. Maria interpretatur illumina-
ta, & ſignificat fidẽ quæ eſt illuminatio mentis: in
terpretatur & ſtella maris, & ſignificat charitatẽ:
quia ſicut cæteris ſtellis occidentibus illa nõ occi-
dit, ſic cæteris virtutibus deficientibus illa nõ defi
cit. Cũ tali igitur ſocietate Ieſus eſt quærendus: ſci
licet cũ fide bona, operatione ſolicita, & charitate
ſuccenſa, & tunc inuenietur. Si enim alterum iſto
rũ defuerit, inueniri nõ poterit. Debet etiã quæri
lachrymabiliter, quod notatur ex eo ꝙ virgo di-
xit, dolentes quærebamus te. [Et ait ad illos,] non
matrẽ exaſperando, ſed potius inſtruendo, dicens:
[Quid eſt quòd me quærebatis?] ſcilicet inter co
gnatos & cõſanguineos, cùm potius deberetis me E
quærere in templo, quod eſt domus patris mei, &
in occupatione circa ſpiritualia. Nõ eſt vox indi-
gnãtis, ſed humiliter ſe excuſantis & myſteria de-
tegentis. Nõ enim increpat & vituperat, ꝙ eũ qua
ſi filium quærunt: ſed quaſi corrigendo verbũ ma
tris, quis ſibi verus pater ſit, & quid potius æterno
patri debeat, illis & nobis inſinuat, ſubdens [Neſcie
batis: quia in his quæ patris mei,] ſcilicet dei [ſunt
oportet me eſſe,] ſcilicet in templo, in doctrina, &
in operibus quibus manifeſtetur pater meus. q.d.
Potius debeo reſpicere eum cuius ſum æternus fi
lius ſecundũ naturã diuinam, quàm te cuius ſum fi
lius ſecundum naturam humanam, & Ioſeph cu-
ius tantũ ſum filius nutritius: vnde nõ debetis mi-
rari, ſi vos dimiſi propter patrem æternũ, cui plus
teneor. Magis afficiebatur Ieſus ad patrem natura
lem & æternum, quàm ad matrem naturalẽ & pa
trem putatiuum. Quamuis enim parentes dilige- F
ret & eis obediens fuit, tamen principalius deum
honorare voluit. In quo datur doctrina, ꝙ pietas
ad deum, pietati reſpectu parentum eſt præferen-
da. Diſcas igitur & tu deum & parentes diligere
& honorare, eis obedire: ſed in omnibus deũ præ-
ferre. Nota etiã moraliter, ꝙ per hoc ꝙ Chriſtus
interrogationi reſpondit, quaſi corrigẽdo verbum
matris, quæ ipſum dolore inter cognatos & notos
quęſierat, omiſsionem vinculorum ſanguinis pro
parte *ſuggerit, oſtendens quòd non contingit me
tam perfectionis attingere eum, qui adhuc vaga-
tur in his quę corpori conferuntur: & quòd homo
deficit à perfectione, propter affectum cognatorũ.
Et hoc innuit per primã clauſulã, cùm ait: quid eſt
quòd me quęrebatis? ſcilicet inter cognatos, & car
naliter propinquos. Per hoc verò quod addit, [ne-
ſciebatis,] &c. docet nos, nõ debere per infima gra
di, ſed ad ſuperiora debere mentis oculos attolle-
re. Moraliter per hoc quòd Chriſtus cũ correptus
eſſet hîc à matre, ſe dulciter & humiliter excuſa-
uit: alibi autem ſcilicet in nuptijs, cùm inuitatus
eſt ad

Ioſeph cur hîc pater dictus.

Ioſeph augmẽtũ interpretatur.

Reſponſio Chriſti qualis fuerit.

Deus parẽtibus præferendus.

*apertè.

eſt ad miraculũ durè rũdit,dedit nobis exẽplum&
G formã humilitatis,vt malimus corripi quã lauda-
ri.Et nota ꝙ iſtud fuit primumverbũ quod ab ore
ſaluatoris prolatũ eſſe legitur,in quo ſuã diuinita-
tem expreſsit.Et ipſum verbũ tantæ fuit altitudi
nis,ꝙ Maria & Ioſeph ipſum non intellexerũt.Et
hoc eſt quod ſubditur:[Et ipſi non intellexerunt
verbũ quod locutus eſt ad illos,]ſcilicet quod de pa
tre dixerat,& quid per hoc verbũ innuere vellet.
Volebat enim eis innuere,ꝙ ſicut ad patrẽ,ita ad
ipſum pertineret cura tẽpli,& ſpiritualium & o-
mnium quæ patris ſunt gubernatio:quia amborũ
vna eſt maieſtas,gloria,& operatio:ac vna ſedes,
& domus,nõ ſolũ materialis,ſed & ſpiritualis.Cũ
Maria & Ioſeph Ieſum dei filiũ crederent,non tñ
animaduertunt quid dicat,nec diuinæ naturæ ar-
canũ intelligunt:quia talia ab eo audire adhuc aſ-
ſueti non erãt,& de diuinitate ſua nondũ ad eos lo
quentẽ audierãt.Vel intellexerunt quid dixit:ſed
non ita plenè vt poſtmodũ.Ipſe verò ad matris re-
quiſitionẽ & voluntatẽ redijt cum illis Nazareth,
ad eorũ conſolationẽ,vbi erat conceptus & educa-

*Primum verbũ chriſti ſcriptũ.*

H tus:vnde & Nazarenus eſt vocatus.Nã quia deus
& homo eſt,vtranq; ſuã naturã nobis hîc cõmen-
dat,& nunc excelſa deitatis,nunc infirma huma-
næ fragilitatis præfert Itaq; quaſi homo cũ parẽ-
tibus Hieruſã aſcendit,ſed quaſi deus illis neſcien
tibus in tẽplo remanſit:quaſi homo ſeniores inter
rogabat,ſed quaſi deus quæ ſeniores mirarẽtur re
ſpondebat.Quaſi dei filius in templo patris &ſuo
cõmoratur,quaſi filius hominis cũ parentibus quo
iubent reuertitur.[Et erat ſubditus illis,]ad noſtrã
inſtructionẽ,& ſuperbię noſtræ confuſionem,qui
frequenter renuimus ſubijci ſuperioribus noſtris.
Erat quippe ſubditus illis,ſcilicet in ea natura qua
patre minor eſt.Quia vt dicit Augu.ſecundũ for-
mã ſerui puer Chriſtus minor erat,etiã parẽtibus
ſuis.Et tu ergo ſubditus eſto propter illũ,vt ad eũ
I per obedientiæ laborẽ redeas,à quo per inobedien
tiæ deſidiã receſſeras.Hîc enim exemplum,& for
mã obedientiæ & humilitatis Chriſtus nobis præ
buit & oſtẽdit,dũ ipſe imperator mũdi,& cui mun
dus ſubiectus eſt,parẽtibus ſuis & eorũ imperio hu
militer ſubdi voluit.Audiãt ergo hęc ſubditi& ſub
diti eſſe non dedignentur,ſiquidẽ omnibus præla-
tis ſubditus fieri non eſt dedignatus.Prælati quo-
que non ſuperbiãt& in Ioſeph prælato,& in Chri
ſto ſubdito intelligant:quia ſepe fit vt maioris me
riti ſint ſubditi quã prælati.Quod ſi intellexerit,
non eleuabitur ſuperbia,qui eſt ſublimior dignita
te,ſciens meliorem ſibi ſubiectum eſſe.Et aduerte
quãta fuit dignitas virginis,ꝙ ei ille ſubiectus eſt:
cui omnis creatura ſubijcitur.Vnde Auguſt.Hoc
ſingulare priuilegium habuit virgo,vt haberet ſi-
bi ſubiectũ quem non ſolum humana creatura,ve-
rumetiã angelica reueretur,& adorat multitudo.
Vnde Bern.pertractans hoc idẽ verbum,[& erat
ſubditus illis,]Mirare,inquit,vtraque:& elige id
quod amplius mireris,ſiue filij benigniſsimam di-
gnationẽ,ſiue matris excellentiſsimã dignitatem.
Vtrunque ſtupor,vtrunq; miraculum,ꝙ fœminæ
deus obtẽperet,humilitas abſq; exemplo:ꝙ fœmi

*Deũ & hominem ſe oſtendit Chriſtus.*

*Subditi interdũ pręſtãt prælatis.*

*Bernar.de eo ꝙ Chriſtus ſubditur.*

na deo principetur,ſublimitas ſine ſocio.Et ſubdit K
Diſce ergo homo obedire,diſce terra ſubdi,diſce
puluis obtẽperare.Erubeſce ſuperbe cinis.Deus ſe
humiliat,& tu te exaltas.Deus ſe hominibus ſubdit,
& tu dominari geſtiens hominibus,tuo te præpo-
nis autori.Quoties enim hominibus pręeſſe deſi-
dero,toties deũ præire contendo,& tunc verè non
ſapio ea quæ dei ſunt.Hæc Bern.Et nota ꝙ filius,
multa debet parentibus.Primò,amorẽ cordis.Se-
cundò,honorẽ operis.Tertiò,in neceſſarijs ſuſten-
tationẽ.Quartò,in obſequijs famulationẽ.Quin-
tò,reuerentiã in verbis.Sextò,obedientiã in hone
ſtis.Septimò,veniã in offenſis.Octauò,tolerãtiam
in aduerſis.Sed quid fecit puer Ieſus,in illo triduo?
Cõſpice eũ,attẽde quõ ſe ad aliquod hoſpitale pau
perũ reducit,& cum verecundia ſe ibi hoſpitari pe
tit,& ibi cũ pauperibus Ieſus pauper hoſpitatur,&
comedit.Mendicat etiã oſtiatim cum pauperibus;
quod & aliâs quandoq; feciſſe creditur.Vnde Ber.
Hoc quærens à dño eum alloquitur . Domine,in-
quit,quis te in triduo ſuſtentauit?Et reſpondet ſi-
L bimet ſic dicens:Vt te domine Ieſu Chriſte noſtrę
paupertati per omnia conformares,quaſi vnus in
turba pauperũ ſtipendia per oſtia mendicans quæ
ſiſti.Quis dabit mihi bucellarũ illarum mendica
tarum participem fieri,& illius ſacri edulij reli-
quijs ſaginari?Hæc Bern.Conſpice eum etiã inter
doctores vultu placido,ſapienti,& reuerẽti,&quo
modo eos quaſi ignorans interrogat, & audit: ꝙ
ex humilitate facit, & etiã ne illi ſuper mirabili-
bus reſpõſis eius verecũdarentur.Conſiderare au-
tem potes moraliter,in prædictis tria valde nota-
bilia.Primum eſt,qui vult deo adhærere,nõ debet
inter conſanguineos conuerſari: ſed potius ab eis
diſcedere.Nam & puer Ieſus dimiſit à ſe dilectiſ-
ſimã matrem,cùm operibus patris intẽdere voluit
ac etiã poſtea inter cognatos & notos quęſitus in-
uentus nõ fuit: quia caro & ſanguis eum nõ reue-
lauit,nec inuenitur in carnali ſocietate.Vnde Ber.
Puer Ieſus inter cognatos & notos quæritur, nec
inuenitur. Fuge fratres tuos.& tu,ſi tuã vis inue-
M nire ſalutem. Et obliuiſcere populum tuũ,& do-
mũ patris tui:vt concupiſcat rex decorẽ tuum. Et
iterum:O bone Ieſu,ſi nõ inuentus es inter cogna
tos tuos,quomodo te inueniã inter meos? qualiter
te inueniam in gaudio, quem vix mater tua do-
lens inuenit?Hæc Bernardus. Nec inueniri poteſt
in comitatu multorum: quia non inuenitur in
multiplicitate mundanorum, ſed in intimo cor-
de mentis, vbi dei eſt templum.Secundum, quòd
qui ſpiritualiter viuit, non miretur ſi aliquando
mente arida remanẽs videatur ſibi quòd à deo de-
relictus ſit, cùm etiam hoc matri dei contigerit.
Non ergo mente tabeſcat,ſed per cõtinuum exer-
citium in ſacris meditationibus & orationibus,ac
bonis operibus perſiſtendo diligenter eum quæ-
rat, & eum ſi ſolicitus fuerit, reinueniet. Nam
ſecundùm Orig. Oportet eum qui quærit Ieſum,
non negligenter & diſſolutè tranſire, ſicut multi
quærunt & non inueniunt, ſed cum labore & do-
lore.Vnde Bernard. Si nolumus fruſtra quærere,
quæramus veraciter , vt non pro illo aliud: fer-
uenter,

*Filius quæ debet parentibus.*

*Chriſtus mẽdicaſſe aſſeritur.*

*Pſal. 44.*

*Cõſanguinei vitãdi.*

*Derelinqui adtẽpus à conſolatione diuina.*

*De quærẽdo Ieſu.*



uenter,vt non cũ illo aliud:perſeuerãter,vt non ab
A illo ad aliud conuertamur.Facilius enim cœlũ &
terra tranſire poſſunt,quã vt ſic quęrens non inue
niat,ſic petens non accipiat,ſic pulſanti nõ aperia
tur.Tertiũ,ꝙ nõ debet quis eſſe proprij ſenſus,vel
propriæ voluntatis.Nã cũ dñs Ieſus dixiſſet opor-
tere eũ operibus patris intendere,mutauit cõſiliũ,
& matris voluntatẽ ſecutus receſsit cũ ea & nutri
tio ſuo,& erat ſubditus illis.Hinc etiã perpẽde quã
tum debent homines obedire deo,quandoquidem
ipſe deus obedit hominibus.Si enim exẽplo domi
ni obediendũ eſt hominibus,multomagis oportet
obedire deo.Obediamus igitur,nõ ſolum deo,ſed
&hominibus:quia dei filius obediuit,non ſolũ deo
patri cœleſti:ſed & parentibus.[Et mater eius cõ-
ſeruabat,]quaſi magna [omnia verba hæc,] quæ
nunc & aliâs audierat ab eo,& hoc[in corde ſuo,]
quaſi ſub ſigillo ſcilicet recõdens & ſignaculo.Ni
ſi enim ipſa conſeruaſſet,nos ea nõ haberemus de
eius nanque theſauris nos iſta ſuſcepimus.Omnia
quippe quæ de dño,vel à domino dicta vel facta
B cognouit,ſiue intellecta:ſiue nondũ intellecta , in
corde & memoria quaſi ruminãda & diligentius
ſcrutanda recondebat,vt tẽpore ſuo vniuerſa pro-
ut geſta erãt intelligeret,ac euangeliſtis & quærẽ
tibus ſufficienter explicaret:& his tanquã regula
& lege per totã vitã vtebatur,docens vt nos crebra
factorũ & dictorũ domini meditatione importu-
nas cogitationes repellamus,& alios inſtruere la-
boremus.Et ideo ſi quis indiget bonis ſermõibus,
ad eã recurrat:quia facta & verba Chriſti in cuſto
dia conſeruat.Moraliter ex iſto habemus exẽplũ,
qualiter audiri debeant verba diuina:ſcilicet vt in
corde cõſeruentur,& ibidẽ ruminentur, nõ vt in-
trent per aurẽ vnã& exeant per aliã.[Et Ieſus pro
ficiebat ætate & ſapiẽtia,& gratia apud deũ & ho
mines. ]Aetas pertinet ad corpus,ſapientia ad ani
mã,gratia ad vtriuſque ſalutem:proficiebat vtiq;
ætate,ſicut carnis eſt ętatis incrementa ſuſcipere:
quia de infantia ad pueritiã,de pueritia ad iuuẽtu
tem conſueto hominibus creſcendi ordine perue-
C nit.Porrò in ſapientia & gratia,põt aliquis profi-
cere dupliciter.Vno modo ſecũdũ ipſos habitus ſa
pientiæ & gratiæ augmentatos,& ſic Chriſtus in
eis non proficiebat:quia ab inſtanti conceptiõis,ſa
pientia & gratia plenus fuit. Alio modo ſecũdum
effectus,inquantũ ſcilicet aliquis ſapientiora& vir
tuoſiora opera facit,& ſic Chriſtus proficiebat ſa-
pientia & gratia ſicut & ætate.Secundum ꝙ per
proceſſum ætatis perfectiora opera faciebat,& in
his quæ ſunt ad deũ& ad homines:& hoc eſt quod
additur,apud deum & homines.Vel aliter ſecũdũ
Ambro.Proficiebat ſapientia,quoad manifeſtatio
nẽ & vſum eius:quia ſuã ſapientiã & gratiã paula
tim magis,& magis patefaciebat.Vel ſecũdũ Gre
go.Proficiebat in alijs,qui doctrina eius & exẽplo
proficiebãt,ſicut magiſter in ſcholaribus dicitur
proficere:quia ſcholares ſub eo proficiunt.Et hoc
apud deum,id eſt,apud laudem dei & apud homi
nes,id eſt,ad vtilitatẽ hominũ: vel ſcdm Theohpi
lum,apud deũ& homines:quia prius debet placere
deo,& poſtea hominibus.Et licèt Ieſus in ſe non

*Proprius ſenſus vituperatur.*

*Maria cõſeruabat omnia in corde ſuo.*

*Proficere in gratia &ſapiẽtia poteſt aliquis dupliciter.*

proficiebat ſapientia & cognitiõe habitualis,quia
D hæc in eo augmẽtata non ſunt:ab inſtãti enim con
ceptionis plenitudinẽ huius habuit:proficiebat ta-
men & in ſe cognitione ſenſuali & experimẽtali,
quia ſenſus eius cõuertebatur de nouo ad aliquid
ad quod antea non conuertebatur.Vnde ſecũdum
Apoſtolũ:Didicit ex his quę paſſus eſt obedientiã.
Nõ tñ de nouo aliquid didicit quod prius neſciret: Hebr.5.
quia quod didicit,prius nouerat ſcientia diuina &
inſpirata.Vnde Bern.Vt ob alienã miſeriã cor mi
ſerũ habeas,oportet vt tuã prius cognoſcas,vt pro
ximi mentẽ in tua inuenias,& ex te noueris quali
ter illi ſubuenias.Verus quippe dei filius priuſquã
ſe exinaniſſet formã ſerui accipiens,ſicut miſeriã
& ſubiectionis expertus non erat,ſic miſericordiã
vel obedientiã experimento non nouerat.Sciebat
quidẽ per naturã,non aũt ſciebat per experientiã.
At vbi minoratus eſt vſque ad illã formã in qua&
pati & ſubijci poſſet,in paſsione expertus eſt miſe
E riã,& in ſubiectione obedientiã.Per quã tñ expe-
rientiã,non illi ſcientia,ſed nobis fiducia creuit,dũ
in hoc miſero genere cognitionis is à quo lõgè er-
raueramus factus eſt propinquior nobis.Quando
enim illi appropinquare auderemus in ſua impaſ-
ſibilitate manenti?nunc aũt monemur cũ fiducia
adire ad thronũ gratiæ ipſius,quẽ nimirum lãguo
res noſtros tuliſſe,& dolores portaſſe cognoſcimus Eſa.53.
& in eo in quo paſſus eſt ipſe, nobis compati non
dubitamus.hæc Bern.Moraliter ſicut ipſe proficie
bat ſapientia,ætate,& gratia apud deũ &homines
& paſſus,& reſurrexit,& ita intrauit in gloriam
ſuã,ſic etiã ſuos ſequaces oſtendit proficere virtu-
tibus,& per paſsiones ad gaudia trãſmigrare debe
re.Hæc aũt ſctã& deo amabilis ciuitas Nazareth,
in qua verbũ caro factum eſt,& flos omnia vincẽs
aromata,in vtero virginis germinauit.Vñ & me-
ritò flos interpretatur.In hoc ſuper oẽs alias ſpecia
li gaudet priuilegio,ꝙ ſalutis noſtrę dñs in ea prin
cipiũ procreauit,& ipſe pręterea nutriri,& paren
tibus ſubijci dignatus eſt,cui pater omnia quę ſunt
in cœlo & in terra ſubiecit.

F ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte fili dei viui,qui per tri-
duum à parentibus tuis dolẽtibus quæſitus,
tandem in templo es inuentus,da mihi mi-
ſero te deſiderare,deſiderando quærere,quærẽdo
inuenire,inueniendo amare,amãdo mala mea re-
dimere,redempta non iterare.Et qui petenti lar-
giris,quærenti inueniris,pulſanti aperiris non de-
neges mihi minimo quod omnibus promittis.
Quiq; ad voluntatem parentum Nazareth rediẽs,
& ſubditus eis exiſtens formam oſtendiſti obediẽ
tiæ,dã mihi duro voluntatem propriam frange-
re,vt ſubiectus ſim tibi,& propter te omni huma
næ creaturæ.Amen.

## Quid fecerit dñs Ieſus ab anno duodecimo, vſq; ad principiũ anni triceſimi. Cap. XVI.

REuerſus ergo dominus Ieſus à tem- Luc.2.
plo & Hieruſalem cum parentibus
ſuis in Nazareth:erat,vt dictum eſt,
ſubditus illis.Et ibidem cum eis vſq;
ad principium anni trigeſimi habi-
tauit,nec in ſcripturis reperitur quòd in toto tem
pore

pore iſto aliquid fecerit, quod valde videtur mirabile.

G Quid igitur meditabimur ipſum feciſſe.

Chriſtus quid à xij. vſq; ferè xxx. annũ fecerit.

Stetit ne dominus Ieſus ocioſus tanto tempore, vt nil faceret dignũ ſcriptura & recitatione: Si enim feciſſet, cur (ſicut reliqua facta ſua) non ſcriptum fuiſſet? Omnino ſtupor videtur. Fortè ideo ſcriptura tacet, ne acta iuniorũ nimis ſe publicẽt. Sed attende hîc bene: quia patenter poteris videre: quia nihil faciẽdo fecit magnifica. Nihil enim de factis eius à myſterio vacat, ſed ſicut virtuoſè loquebatur & operabatur, ſic virtuoſè tacebat & ſe ſubtrahebat. Credendũ eſt enim (ſicut dicit doctor Gregorius) ꝙ antè & deinceps abſq; oſtẽſione alicuius famoſi & publici miraculi taliter inter homines cõuerſatus fuerit, quaſi fuerit vnus ex illis, donec ad virilẽ peruenit ętatẽ. Vnde de ipſo dicit Ioãnes Baptiſta: Medius autẽ veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis.

Ioan. 1.

Et totũ iſtud tẽpus breuiter cõplexus eſt Lucas ſub his verbis: Quia deſcendit cũ eis, & erat ſubditus illis. Vnde & Thomas: Medio tẽpore, ſcilicet à natiuitate vſq; ad baptiſmũ nullũ miraculũ Chriſtus operatus eſt, ſed cõformis conuerſationis alijs erat, & ſua virtus ignota omnibus exiſtebat.

Miracula cur infans nõ fecerit.

H Ideo autem nõ fecit miracula medio tẽpore, vt non putaretur myſteriũ incarnatiõis phãtaſma eſſe ſi nõ ſe habuiſſet ſicut alij ætate infantes, & ideo demõſtrationẽ ſcientiæ & virtutis ſuæ ad id diſtulit tẽpus, in quo alij homines ſcientia & virtute vigere conſueuerũt. hæc Thomas:

Modeſtiæ Chriſti laus.

Magiſter hic ſummus, aliqñ docturus virtutes & viã vitæ, cœpit à ſua iuuentute opera virtuoſa facere, ſed modo mirabili & incognito ac retro actis tẽporibus inaudito, videlicet ſe in cõſpectu inutilem & abiectũ & inſipientem reddẽdo: vt deuotè & ſine omni temeraria aſſertione cogitari & meditari poteſt. Et cum hac modificatiõe omnia tibi affirmo, quę per autoritatem ſacræ ſcripturæ non probantur, prout etiã ſuprà in prologo recitatur. Subtrahebat ergo ſe à conſortio hominũ, & tumultus eorum deuitabat, crebriſq; orationibus intẽtus erat. Ibat ad ſynagogã: id eſt, Eccleſiam, & ſtabat ibi multum in

I oratione, ponẽs ſe in loco viliori & magis humili. Redibat domũ, & cum matre ac nutricio ſuo ſtabat, & aliquãdo hos adiuuabat. Pertrãſibat eundo & reddeũdo inter homines, ac ſi nõ inueniret homines. Mirabantur cuncti, cernẽtes iuuenẽ tam ſpecioſum nihil facere, quantum apparebat laude dignum. Expectabat ꝙ faceret magnifica, & probi viri opera. Cùm enim puer erat, proficiebat ætate & ſapiẽtia & gratia apud deũ & homines. Sed ecce creſcens & perueniẽs vſq; ad vigeſimum annũ, & etiam vſque ad vigeſimum quintũ, & vltra nulla faciebat opera, aliquam ſpeciem probitatis & virilitatis prætendentia. Stupebant vehementer eum & deridebãt, & apud omnes communiter vilis & abiectus reputabatur. Quod bene per prophetã in perſona ipſius dictũ fuerat: Ego ſum vermis & non homo, opprobriũ hominum & abiectio plebis. Omnes vidẽtes me deriſerunt me, locuti ſunt labijs, & mouerũt caput.

Pſal. 21.

Humilitatis cõmẽdatio.

Reddebat ſe vilẽ omnibus & abiectũ. Sed an tibi parũ hoc videtur. Ipſe quidẽ non indigebat, ſed certè in operibus noſtris nullũ maius aut difficilius reputatur: ad altiſſimũ gradum perueniſſe videtur ac difficilimũ,

K qui ad hoc peruenit, vt corde & animo verè & nõ fictè ita ſe vincit ac dominatur animo ſuo, & ſuperbo carnis ſuæ ſupercilio, ꝙ nolit alicuius momenti reputari, ſed vt abiectus & vilis ſperni. Vſquequo igitur ad hunc gradũ perueneris nihil tibi feciſſe videaris. Nam cùm in veritate iuxta verbũ domini oẽs ſumus inutiles, etiam cum benefecerimus, quouſq; in hoc abiectionis gradu non ſumus, nondũ in veritate ſtamus, ſed in vanitate conſiſtimus & ambulamus. Vñ non ſeducamus noſmetipſos, quia ſcd̃m Apoſtolũ: Qui ſe exiſtimat aliquid eſſe cùm nihil ſit, ipſe ſe ſeducit.

Gal. 6.

In omni quidem cura quã pro ſalute tua geris, nõ eſt vllũ officium vel medicamentũ vtilius tibi quàm teipſum vituperare atq; cõtemnere. Quicunq; ergo hoc facit, adiutor tuus eſt: hoc eñ agit qđ tu agebas, aut agere debebas vt ſaluus fieres. Ad eũ itaq; qui iniuriã tibi fecit, priuatũ magis te exhibe & affabilem: ad eum verò cui tu feciſti, ſupplicẽ erubeſcẽtem. Aduerſarium tuũ & eum qui tibi moleſtiæ aliquid irrogat, amicũ & adiutorẽ ęſtima, dãnũ tibi illatum

L & contumelias, lucrũ & profectũ tuum deputa: & pro his gratias deo, & inferẽtibus referre nõ ceſſa.

Humilis animi iudicia.

Nã ſecundũ quendã humilis gaudet cùm deſpicitur, dolet ſi honoratur, gemit in proſperis, exultat in aduerſis, timet in diuitijs, luget in delitijs, cruciatur in abundantia, & in penuria gloriatur, laudes contẽnit tranſitorias, & omni honore æſtimat ſe indignũ, abhorret hypocriſim, neſcit ſimulationẽ, ſed diligit veritatẽ, temporalia obliuiſcitur, & æterna cõcupiſcit, neſcit quæ mundi ſunt vt cœleſtia mereatur, nunquã de ſe præſumere conſueuit, vires ſuas vel gratias ſi quas habet nũquã ſibi tribuit, merita ſua non ſuis viribus vel ſuo ſenſui adſcribit, ſed diuinę clementiæ dona humiliter recognoſcit. Idem latere deſiderat ſi fieri poſsit ſine dãno proximi, ne poſsit vel modico iactantiæ ſeu elatiõis vitio inquinari. Quis eſt talis, & laudabimus eũ? Vnde & Bern. Appetere de humilitate laudẽ humilitatis, non eſt virtus: ſed ſubuerſio.

M Verus humilis vilis vult reputari, nõ humilis prædicari: gaudet in cõtemptu ſui, hoc ſolo ſanè ſuperbus quod laudes cõtẽnit. Hæc Bern. Si ergo quęras quare dominus ſic viuebat? Reſpõdeo tibi, nõ quia indigeret: ſed vt nos inſtrueret. Vnde ſi nõ diſcimus, inexcuſabiles ſumus. Abominabile eſt prorſus: ſi ſe erigit vermiculus, & vermium eſca futurus, vbi ſe humiliãs abiecit dominus maieſtatis. Si aũt abſurdum alicui videatur ꝙ ſic inutiliter ſtaret, & quòd euangeliſtæ multa de factis eius omiſerint, & alia ſimilia fortè dicat, reſponderi põt, ꝙ non erat inutile facere & præbere tantæ virtutis exercitium: imò erat valde vtile, & omniũ virtutũ rectũ & ſtabile fundamentum.

Ociũ Chriſti, vtile fuerit nec ne.

Hoc autem quod dico videtur etiam Bernar. ſentire, prout habes infrà in tractatu de baptiſmo domini circa finem. Quomodocũque autem ſe habet veritas rei pium & vtile videtur ſic meditari. Habes ergo quomodo dominus Ieſus cœpit prius facere quàm docere.

Acto. 1.

Docturus enim erat, diſcite à me: quia mitis ſum, & humilis corde.

Matt. 11.



corde. Hoc ergo primò facere voluit, & non fictè,

A ſed ex corde faciebat, ſicut verè, & ex corde humilis & mitis erat. Non poterat in eum ſimulatio cadere: ſed potius intima fundauit & profundauit ſe in humilitate, vilitate, & abiectione, & ſic ſe in cõſpectu omnium annihilauit: ꝙ etiã poſtquam prædicare, ac diuina & altiſsima loqui: miracula quoque magnifica opera facere cœpit, nõ eum reputabant, ſed vilipendebant dicentes: Quis eſt hic? Nõne hic eſt fabri filius? Et multa alia deriſoria & deſpectiua dicebant:

Mar. 6.

Phil. 2.

Verificatum eſt ergo, ſecundum hunc intellectum, verbũ Apoſtoli: Exinaniuit ſemetipſum formã ſerui accipiens, & nõ ſolũ cuiuſcunque ſerui per incarnationem: ſed etiam inutilis ſerui, per humilem & abiectam conuerſationem. Cõſidera ſingulos eius actus, ſemper in eis relucet humilitas.

Quomodo acquiritur humilitas.

Hîc igitur ipſam fabricauit, id eſt, oſtẽdit qualiter acquiri poſsit: ſcilicet per vilificationẽ & abiectionem ſuijpſius in conſpectu ſuo & aliorum, ac per continuum exercitium operũ viliũ &

B humilium. Si enim vis adipiſci humilitatem, oportet ꝙ præcedat humiliatio, & exercitium operum humilium.

Bernar. de humiliationis vtilitate.

Vnde Bernar. Humilitas ad quam vtique ducit humiliatio, totius eſt ſpiritualis fabricæ fundamentum. Siquidem humiliatio via eſt ad humilitatem, ſicut patientia ad pacem, ſicut lectio ad ſcientiam. Si virtutẽ appetis humilitatis, viam non refugias humiliationis. Nã ſi nõ poteris humiliari, non poteris ad humilitatẽ prouehi. Prodeſt itaq; mihi meam inſipientiã ſciri, & à ſcientibus iure confundi, cui ſæpe contigit à neſcientibus iniuſtè laudari. Grande reuera periculũ, audire quẽquam de ſe ſuprà quàm ſentit ĩ ſe. Quis dabit mihi apud homines tãtum de veris dignè humiliari, quãtum vel de falſis datum eſt indignè exaltari? Illã verò vocem propheticã iure aſſumerem. Exaltatus aũt humiliatus ſum & cõturbatus.

Pſal. 87.

2. Regũ 6.

Et illud: Ludam, & vilior fiam. Ludam, ſcilicet vt illudar. Bonus ludus quo Michol iraſcitur, & deus delectatur. Bonus ludus qui hominibus quidem ridiculum: ſed angelis pulcherrimũ ſpectaculum præbet.

Pſal. 122.

C Bonus inquam ludus, quo efficimur opprobrium abundantibus & deſpectio ſuberbis.

1. Cor. 4.

Hoc caſto & religioſo ludo ludebat qui dicebat: Spectaculũ facti ſumus, & angelis, deo, & hominibus. hoc ludo & nos interim ludamus: vt illudamur, confundamur, humiliemur, donec veniat qui deponit potẽtes: & exaltat humiles, qui nos lętificet & glorificet, & in æternũ exaltet.

Lucæ 2.

Eccleſiaſtici 3.

Et iterũ: Oportet nanq; humiliter ſentire de ſe nitentem ad altiora, ne dum ſuprà ſe attollitur cadat à ſe, niſi firmiter ꝑ veram humilitatem fuerit ſolidatus. Maxima enim niſi humilitatis merito minimè obtinentur. Propterea qui prouehendus eſt correptione humiliatur, humilitate gratiã meretur. Tu ergo cùm te humiliari videris, habeto id ſignum in bonũ, omnino eſt argumentũ gratię ꝓpinquantis, nã ſicut ante ruinã exaltatur cor, ita & ante exaltationẽ humiliatur.

Prouer. 16

Iacobi 4.

Sanè vtrunque legis: deũ ſcilicet & ſuperbis reſiſtere, & humilibus gratiam dare: ac parum eſt cùm ſeipſum humiliat nos deus, ſi tunc libẽter accipimus, niſi & qñ per alium hoc facit ſapiamus ſimiliter. Quãobrẽ accipe huius rei mirabile documentũ de ſancto Dauid. Aliquando maledictum eſt illi & à ſeruo.

D At ille nec cumulatam ſenſit iniuriã: quia preſenſit gratiam. Quid mihi ait & vobis filij Saruiæ? O verè hominem ſecundũ cor dei, qui ſe vlciſcẽti potius quàm exprobrãti ſuccedendum putauit.

2. Reg. 16.

Vnde & ſecura conſcientia loquebatur: Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidã meritò ab inimicis meis inanis.

Pſal. 7.

Vetuit ergo prohiberi maledicũ conuitiantẽ, quęſtum æſtimans maledicta. Seruiebat lingua maledicta, & ille intẽdebat quid in occulto ageret deus. Vox maledicẽtis in auribus, & animus inclinabat ſe ad benedictionẽ. Et ideo dicit: Bonũ mihi quia humiliaſti me: vt diſcã iuſtificationes tuas.

Pſal. 118.

Vides, quia humilitas iuſtificat nòs. Humilitas dixi, & nõ humiliatio. Quanti humiliantur, qui humiles non ſunt. Alij cũ rancore humiliantur. Alij patienter. Alij & libenter. Primi rei ſunt, ſequẽtes innoxij, vltimi iuſti.

Humiliatio ſine humilitate ĩutilis eſt.

Quanquã & innocentia pars iuſtitiæ eſt, ſed conſummatio eius apud humilem, nõ humiliatis, ſed humilibus dat gratiam. Eſt autem ve-

E rè humilis, qui humiliationẽ cõuertit in humilitatem: & hic põt dicere deo: bonũ mihi, quia humiliaſti me. hęc Berñ.

Bernar. de exercitio humilitatis.

Sunt aũt plura quę ad humiliationem, & humilitatis exercitiũ valent: de quibus ibidẽ Berñ. ſic dicit: Ad exercitiũ humilitatis quinque prodeſſe poſſent. Amor vilitatis, vt ea quærat homo in quibus & locus quidã videatur iniuriæ. Aſsiduitas ſubiectionis, vt ſemper velit eſſe cũ aliquo, quẽ reuereatur & timeat, vt diſcat frangere ſuã voluntatẽ. Tertiò, in humilitatis exercitio eſt cõparatio melioris, vt eũ ſemper attẽdat homo in quo inueniat gratiã quæ ei deſit, oblitus quæ retrò ſunt, & in ea quæ antè ſunt extentus. Quartũ eſt aſsidua meditatio propriæ cõditionis: vt ad omnẽ elationis motũ ſtatim occurrat, quid ſuperbis terra & cinis?

Eccleſiaſtici 10.

Quintũ eſt cõſideratio occulti inſpectoris. Quomodo eñ qui ſæpius cõfeſsionem fecerit alicui de verbis quæ arroganter dixerit, ſi fortè cõtingat, vt prauus ſimile aliquid loquens illũ videat audientẽ, valde cõfunditur: ita qui cõſiderat occul-

F tum inſpectorẽ cui cogitatio omnis cõfitetur, non poterit nõ erubeſcere, ſi elatũ quid meditetur: propterea non ſolũ contra ſuperbiã, ſed & cõtra vitia vniuerſa valde vtile eſt homini ſemper videre videntẽ ſe, & ſic attẽdere oculos eius in corde ſuo, ac ſi hæc ſola cura ſit deo contemplari quid agat, aut queãdmodũ ſe habeat ipſe. hæc Berñ.

Bernar. ꝙ ſine humilitate nulla ſit virtus, & ꝙ ea omnes perficit.

Humilitatẽ igitur pro poſſe ſectare, ſine qua non poteris proficere, aut virtutẽ aliquã poſsidere. Vnde iterũ Bernar. Humilitas cæteris virtutibus intãtum eſt neceſſaria, vt abſque iſta ille nec eſſe virtutes videantur. Nempe vt charitas ſiue quæque alia virtus detur, humilitas meretur: quoniã humilibus deus dat gratiam.

Iacobi 4.

Eſaiæ 66.

2. Cor. 12.

Seruat acceptas: quia nõ requieſcit ſpiritus niſi ſuꝑ quietum & humilẽ. Seruatas conſummat: nam virtus in infirmitate, hoc eſt, in humilitate perficitur. hæc Berñ. Humilitas ergo meretur gratię impletionẽ. Vnde in Pſalmo: Qui emittis fontes in cõuallibus, id eſt, gratiã tuã præſtas humilibus: inter mediũ montiũ pertranſibũt aquæ. Duo enim montes ſunt duæ ſpecies ſuperbię, quarũ vna

Pſal. 104.

nascitur

naſcitur ex re temporali,alia ex re ſpirituali,& in
G ter iſtos duos montes eſt vallis humilitatis, non de
clinans ad aliquam ſpeciē ſuperbiæ:& in iſto me-
dio tranſeunt aquæ gratiarum. Secūdò humilitas
meretur implere gratię augmentationem, & ideo
volens vlteriorem gratiā recipere à deo,non æſti-
met ſe magnum:ſed humiliet ſeipſum. Quòd aūt
homo non eleuet ſe de gratia quā habet,ſunt tria ſi
Humilitatis indicia. gna. Primum,ſi non vult vt propter gratiam vel ꝑ
fectionem quam habet, exhibeatur ſibi maius cō-
modum quàm alij.Secundum,ſi paratus eſt contē
ptum,incommodum,& laborē pati ſicut alij. Ter
tiò,ꝙ facto ſibi incōmodo, credit in hoc nō ſibi fie
ri iniuriam:ſed iuſtitiā.Tertiò,humilitas meretur
gratiæ augmentatę cōſeruationem.Sicut enim ci-
nis conſeruat ignem:ſic humilitas gratiā, quæ eſt
ignis ſpiritualis. Cōſeruatur etiā ignis per lignorū
appoſitionem:ſic & gratia per bonorū operū mul-
tiplicationem, quæ eſt quaſi lignorum appoſitio.
Item cōſeruatur ignis per inſufflationē: ſic & gra
tia per feruentē meditationem,quæ eſt quaſi quæ
H dam inſufflatio. Item cōſeruatur ignis per præſer
uationem à contrario, ſic & gratia ꝑ occaſionum
& ſocietatum malorū deuitationem, quæ eſt quaſi
Vita Chriſti. quędam à cōtrario præſeruatio. Sed redeamus ad
intuendū actus & vitā domini Ieſu ſpeculi noſtri,
quod eſt principale noſtri propoſiti. Igitur in o-
mnibus exhibeas te præſentem, & conſidera illā
ſuꝑ omnes aliâs benedictam familiā paruam: ſed
valde excellām pauperem,& humilē vitam ducen
tem.Felix Ioſeph ſenex quærebat de arte ligna-
minis quod poterat. Domina verò colo & acu pro
pretio laborabat,victum ſpoſo & filio parabat, &
alia expedientia domus obſequia,quæ multa ſunt,
faciebat:quia ſeruientem non habebat. Cōpatere
igitur ſibi quam ſic oportet laborare,& ſuis mani-
bus operari.Cōpatere etiam domino Ieſu: quia eā
Matth 20 adiuuat fideliter, & laborat in his quæ pōt. Venit
enim,vt ipſe ait,miniſtrare:& non miniſtrari.In-
tuere igitur bene eum,humilia obſequia domus fa
cientem,& nihilominus intuere etiā dominam &
I Ioſeph ſenem pro vitæ neceſſarijs laborantes.Vn-
Baſili⁹ de labore corporali Chriſti. de Baſilius:Ab ipſa autē primæua ætate parētibus
obediens,quātum laborem corporeum humiliter
& reuerēter ſuſtinuit. Cùm enim homines eſſent
honeſti,& iuſti:egeni tamen & neceſſariorum pe-
nuriam patientes teſte præſepi,manifeſtum eſt ꝙ
ſudores corporeos frequentabāt,neceſſaria vitæ ſi
bi inde quærētes,Ieſus autē obediens illis etiā in ſu
ſtinendo labores ſubiectionem plenariā oſtēdebat.
hęc Baſilius:Cōſpice etiam qualiter ipſi tres come
dunt ad vnā menſam ſimul per ſingulos dies , non
lautas & exquiſitas,ſed pauperes & ſobrias cœnas
ſumentes, & qualiter poſtea ſimul colloquuntur,
nō inania & ocioſa verba:ſed plena ſpiritu ſancto,
& ſapientia,nec minus mēte reficiuntur quàm cor
pore,& qualiter poſt aliqualē recreationem cōuer
tunt ſe in cubilibus ſuis ad orationem, nō enī erat
eis domus ampla:ſed parua.Meditare etiā tria cu-
bilia in aliqua camerula: ſcilicet vnum pro quoli-
bet eorum, & intuere dn̄m Ieſum ſuper vnum ſe-
rò poſt orationē ſe cōponere per ſingulas noctes,tā
longiſsimi tēporis ſpatio,ſic humiliter, ſic viliter,
ſic etiam perſeueranter : vt faceret quicunq; alius K
pauperculus de populo.Quolibet ſerò in hoc ſtra-
to deberes ſibi compatiēdo eum aſpicere:& te ibi-
dem humiliter,& deuotè recommendare. In tāta
tamen corporis afflictione & penuria , pia mater
replebatur mentis lætitia de tanti filij præſentia.
Vnde Anſel. Quo vel quali gaudio replebatur to-
ta ſubſtantia eius,quādo eum quem tantopere di-
ligebat,quē creatorem atq; dominatorem omniū
rerum eſſe ſciebat,ſecum degentem, ſecum eden-
tem,ſeq; quęcunq; noſſe volebat dulci affatu docē-
tem haberet, quis capiet? Quantumuis mirabilis
itaq; & ineffabilis amoris affectus cōſiderari que-
at,inter hunc talem tātæ matris filium,& hanc ta
lem tāti filij matrem perpendāt, hi ſaltem quoquo
modo,qui vnico dilectionis feruore ſæpe altrinſe-
cus amant mater:ſcilicet filiū,& filius matrē.Nec
putetur ab aliquo,vel parū quid ſentire in ſe quē-
libet de affectu iſtius matris in filiū ſuū. Nullo ſi-
quidem modo crediderim ꝙ is qui ad eum intelli L
gendum prouehi meruerit, ab amoris ipſius dulce
dine extraneus vſquequaq; fieri poſsit.Qui autem
in huius dilectionis ſuauitatē tranſit, nullo pacto
defendendū,* quin & in retributionis eius partici * deficiendum.
pium trāſiturus ſit.hæc Anſel. Vidiſti quantā pau
pertatem,vilitatem,& aſperitatē, vigilando, dor-
miendo,abſtinendo:& in omnibus ſuis actibus rex
regum,& dominus æternus per tā longiſsimi tem
poris ſpatia pro nobis ſuſtinuit.Vbi ſunt ergo quæ
rentes ocia & cōmoda,quærentes ſuperflua & or-
nata,quærentes curioſa & vana? No didicimus in
ſcholis magiſtri huius,qui talia volumus.Sed nun-
quid ſapientiores eo ſumus? Ipſe nos docuit verbo
& exemplo humilitatē, paupertatē,ac corporis &
laboris afflictionem. Sequamur ergo ſummū ma-
giſtrum,qui nec fallere vult,nec falli pōt,& habē-
tes iuxta doctrinam Apoſtoli victū,& cum quibus 1. Timo.
tegamur ad cogruentem ſcilicet neceſsitatem, nō
ſuperabundantiā, his contenti ſimus.Alijs etiā vir-
tutum exercitijs & ſtudijs ſpiritualibus, continuè
indeſinenter & vigilāter pro poſſe inſiſtamus.Ex M
hoc ergo facto domini,accipe doctrinā in tuā par-
uitatem reſiliendo:ac teipſum,non ſolū in tuo: ſed
etiam aliorū conſpectu vilificādo,& per exercitiū
vilium & humilium operū abijciendo. Videas con
tinuè defectus tuos, & peccata tua, & ea aggraua
quantū potes. Aliorum verò defectus poſt tergum
proijcias,& nō videas: ꝙ ſi videris, alleuies & ex-
cuſes,& ipſis cōpatiaris & ſuccurras ꝓ viribus,co-
gitans ſemꝑ ꝙ tu faceres peius, niſi ſola ſua gratia
te cōſeruaret Ieſus Chriſtus. Auerte oculos tuos,&
mentis & corporis ab aſpectu aliorū,vt in lumine
vultus dei cōſpicere poſsis teipſum. Nihil enim ad Humilem facit ſeipſum inſpicere.
te humiliandū vtilius reperire poteris,quàm ſi te-
ipſum bene inſpexeris. Vnde Bernar. Volo ꝓinde
animā primò omniū ſcire ſeipſam: quia talis ſciē-
tia nō inflat,ſed humiliat , & eſt quædā præpara-
tio ad ædificandū.Niſi enim ſuꝑ humilitatis ſtabi
le fundamentū ſpirituale ędificium ſtare minimè
pōt.Porrò ad ſe humiliandā nihil anima inuenire
viuacius ſeu accōmodatius pōt, ꝗ ſi ſe ī veritate ꝑ-
ſpexerit:



ſpexerit:tantum non diſsimulet: non ſit in ſpiritu
A eius dolus:ſtatuat ſe ante faciē ſuam,nec à ſe auer-
tere abducatur.hęc Ber.vnde & Aug.dicit, ꝙ non
eſt paruus ad beatitudinē acceſſus,cognitio infœli
citatis ſuæ. Teipſum ergo ſine ceſſatione conſide-
ra, & ſemper ſine ſimulatione dijudica. In omni
actu tuo,in omni locutione tua,& in omni cogita
tione tua teipſum reprehendè,& in te ſemper cō-
punctionis materiā ſtudeas inuenire,cogitando ꝙ
etiā bona quæ facis nō ſunt ad plenū excocta , nec
illo feruore quo deberēt facta,ſed multis inquina-
ta negligētijs,vt meritò omnis iuſtitia tua panno
menſtruatæ cōparari debeat mulieris. Conſidera
etiam diligēter & cū magno pauore frequētiſsimè
rumina,ꝙ omnē aptitudinē ad bonū,& ad omnem
gratiā, ſeu quancunq; ſolicitudinē circa virtutum
acquiſitionē à teipſo non habeas,ſed Chriſtus tibi
dedit ſola ſua miſericordia:qui ſi voluiſſet,potuiſ-
ſet ita cōferre cuicunq; ribaldo , te in luto fecis,&
lacu miſeriæ derelicto. Quomodo enim ſibi ali-
B quid tanquam ſuum attribuet,ac ſi ab ipſo proue-
niat,qui multoties ſuā impoſsibilitatem in quibuſ-
cunq; bonis operibus magnis & paruis eſt exper-
tus:qui toties cognouit ſe nō poſſe dum voluit : &
quando,vt ita dicā,non voluit,nec curauit, nec ſu-
per talibus cogitauit,ſenſit ſe ſubitò diuinitus ex-
citatū,feruore mirabili ad illa opera facienda quę
prius cū omni ſuo conatu implere nō potuit.Nam
& talem impoſsibilitatem idcirco deus tam longo
tempore dominari in homine permittit vt diſcat
humiliari,& nunquā in ſeipſo inaniter glorietur,
ſed deo omne bonū attribuat,nō ſolum cōſuetudi-
ne quadam & labijs,ſed potius ex intimo ſui cor-
dis.Cogita etiā ꝙ non eſt ribaldus, vel quicunque
peccator,qui nō magis aſsiſteret deo ſuo quàm tu,
& qui nō magis recognoſceret dei beneficia quàm
tu,ſi recepiſſet gratias quas tu ſola dei gratuita bo
nitate & nō proprijs meritis recepiſti: propter qđ
potes teipſum viliorem & inferiorē omni homini
iudicare : & ne propter ingratitudinē tuam à ſuo
conſpectu te Chriſtus foris abijciat, nō immeritò
C formidare,& peccata aliorū in te ſub quadam ſi-
militudine ſe trāsformare:ſic te in tua cōſciētia in
crepādo,Ecce ille eſt homicida,& ego miſer mul-
toties occidi animā meā.Iſte fornicator eſt& adul
ter,& ego tota die fornicor& adulteror à deo meo
Inducētia duo ad humilitatē. oculos meos auertendo, & diabolicis ſuggeſtioni-
bus ſupponēdo,& ſic de alijs ſuo modo.Debes etiā
habere in proprio tuo ſentimēto duo , videlicet ꝙ
ſentias de teipſo ſicut de vno corpore mortuo fœ-
tenti,pleno vermibus,& malè olēti,& ſicut de vno
cadauere quod homines dedignantur videre, imò
claudūt nares propter eius peſsimū fœtorē,& auer
tunt facies vt nō videāt talē ac tantam abomina-
tionē. Et ꝙ ſi quis de tuo corpore iuſtitiā faceret,
ſentias ꝙ iuſtū eſſet vt tibi oculos erueret , ac na-
ſum,aures,& os abſcinderet,& ſic de alijs ſenſibus
& mēbris corporis:quia deū offendiſti cū eis,& ꝙ
tantū de hoc gauderes vt nunquā aliud de te tantū
deſiderares,aut velles,& ꝙ omnia vituperia,vere-
cundias,& diffamationes pluſquā poſſent imagi-
nari,vel cogitari,vt vinū biberes , ac cum ſummo
gaudio & lætitia cordis reciperes,imò in facie ri-
dens,ſplendens,& alacer appareres.Et ꝙ omnes te D
vidētes faceres admirari, & ad ſeipſos cōuerti , &
ꝙ crederētnō poſſe ſine deo hoc fieri. Deinde opor
tet ꝙ diffidas de te ipſo totaliter,& de omnibus bo
nis tuis,& de tota vita tua,& cōuertas te totū,& re
clines ſuper brachia Ieſu Chriſti pauperrimi , hu-
milimi,improperati,deſpecti , & mortui propter
te,vſquequo tu ſis mortuus in omnibus tuis ſenti-
mētis humanis,& ꝙ Ieſus Chriſtus crucifixus vi-
uat in tuo corde,& in anima tua, & totus trāsfor-
matus & trāsfiguratus & viuus,& hęc cordialiter
ſentias in te,intantū vt nunꝗ videas vel audias niſi
ſolum Ieſum ſtantē in cruce ſuſpēſum & mortuū
propter te ad exēplar beatævirginis mortuus mū-
do & viuens in fide:& ꝙ in illa fide viuat tota tua
vita,vſq; ad reſurrectionē,in qua deus mittet gau-
dium ſpirituale & donū ſancti ſpiritus in anima
tua,& in illis qui diligūt aduentū eius.Ex his prę-
miſsis generabitur in te virtus illa , quæ eſt mater
& origo omniū virtutū:ſcilicet humilitas,quę in-
teriores oculos aperit ad dei cōſpectū,cor humanū E
ab omni ſuperflua cogitatiōe purgādo.Nam dum
homo in ſuā paruitatē reſilit,ſe vilificādo,ſe incre
pando,ſe deteſtādo,ſuā nihileitatē conſiderādo, ſi-
bijpſi intētiſsimè diſplicēdo,per hæc & ſimilia in-
tantū circa ꝓpria occupatur negotia,ꝙ omnis alia
inutilis cogitatio areſcit,& ſic dū omnia alia audi-
ta,viſa,& temporaliter operata à ſe repellit, & in
obliuionē adducit,incipit ad ſeipſum redire,& mo
do mirabili in ſeipſum reuoluitur,& ſic ad origi-
nalem iuſtitiā & cœleſtē quodāmodo puritatē in-
cipit propinquare.Sic dum in ſeipſum reflectitur
contēplationis oculus dilatatur , & in ſe ſcalā eri-
git per quā trāſeat ad cōtemplandū, & angelicum
ſpiritū & diuinū.Ad quod oportet vt anima mate
rialia omnia ab oculis ſuis excludat , ſicut aliquis
volens ſolē viſibilē intueri,neceſſe eſt vt ab omni-
bus alijs viſibilibus oculos auertat. Et ex tali con-
templatione animus ad bona cœleſtia inardeſcit,
& omnia tēporalia tanꝗ nihil & longè proſpicit.
Per hoc illa charitas in mente ferueſcere incipit,
quæ velut ignis omnē rubiginē vitiorū conſumit. F
Sic totā animā intantū occupat charitas, ꝙ nō eſt
quà intret vanitas.Iam quicquid cogitat,quicquid
loquitur vel operatur,totū prouenit ex dictamine
charitatis.Vt ergo in bono iugiter perſeueres , ſta Perſeuerantiæ habendæ ratio.
iugiter in timore,& à deo totaliter recognoſce, &
ab ipſo perſeuerantiā pete.Et ſi non vis corruere,
noli alios iudicare,nec cōtra eos indignatiōis ſpi-
ritu mouearis,ſi eos vides in aliquibus deficere, &
eis cōpatiaris ex corde , ac pro eis ſuppliciter ora,
& eos in corde tuo quantū potes excuſa , cogitādo
ꝙ nō potes aliquid,nec ipſi poſſunt , niſi quantum
Chriſti gratia manū ſuā porrigit:qui nō pro meri
tis,ſed pro ſuævolūtatis beneplacito tribuit.Si hęc
cogitaueris,firmus eris .Nā quæ eſt cauſa ꝙ multi
quādoq; incipiūt multa in abſtinētia,& in alijs fa-
cere,qui nō perſeuerāt corpore languēte,vel ſpiri-
tu frigeſcēte? Certè nulla alia cauſa , niſi propter
eorū elationē & præſumptionē,dum de ſe præſu-
mentes,alijs indignātur,& eos in cordibus ſuis iu-
f dicant:

dicāt:& deus ſubtrahit ab eis donū ſuum,efficiun-

G turq́; defectuoſi pluſquā alij,quos primitus indicabant.Nā cōmuniter iſtud accidit,ꝙ quicūq; aliū in aliquo iudicat,deus tandē eū in eodem defectu,vel maiori cadere permittit.Ergo ſeruias deo in timore:& ſi quādo te ſentias in exaltatiōe quadā ob memoriā beneficiorū quę tibi donat altiſsimus,apprehende diſciplinā increpatiōis & proprię reprehenſionis,nequādo iraſcaẗ dn̄s,& pereas de via iuſta& cadas.Et breuiter ſequere vtilē Anſel.doctrinam. Omnia,inquit,interiora tua,& ea quæ agis inſpicias,& ad quē finē quæq; peruētura ſint videas. Et credo,niſi inſanus ſis,ea facies vnde fœlicitatē & gaudiū recipies:ea verò dimittes,vnde tormēta & triſtitiā merearis.hæc Anſel.

ORATIO.

O Ieſu mitis & veræ patiētiæ forma & humilitatis exēplū:repelle à me omnes faſtus ſuperbiæ,cunctoſq́; appetitus inanis gloriæ, omnia ſimul genera tātæ peſtis, tantæq́; malitiæ. Nō ſit dn̄e,neq;videri poſsit vllū tāti mali , tātæq́; perditiōis ſignū in ſeruo tuo,neq; in moribus meis

H neque in verbis,neque in factis, neque coram te in cogitatiōibus meis.Funda inveræ& ꝓfunda humilitate:vt nullus in me pateat locus inimicorū inſidijs,& p̄ſta vt ſim paruul⁹ in oculis meis,quatenus plenā gratiā inueniā in oculis tuę maieſtatis.Amē.

De officio & vita Ioānis Baptiſtę.Correſpōdet euāgelio:Anno xv.īperij Tiberij Cęſaris.ca.XVII.

Matth. & Lucæ 3.

PRetermiſsis oīb⁹ alijs infantię ſaluatoris actibus,cura fuit deinceps ipſis euāgeliſtis deſcribere facta & dicta Chriſti,quæ geſsit ſcd̄m ætatis plenitudinē, & ſcd̄m virū perfectū: & primò de baptiſmo quo à Ioanne baptizatus fuit. Præmittēdū eſt igiẗ myſteriū & officiū Ioānis baptizātis,& baptiſmū pœnitētię prędicātis.[In diebus itaq; illis,]quib⁹ adhuc in Nazareth Ieſus habitabat,vel qn̄ hæc quæ ſequūtur cōtigerūt,ſcd̄m ꝙ diciẗ in principio euāgeliorū in Eccleſia,In illo tēpore:ſcilicet[anno xv.Tyberij Cæſaris,] qui ſuc-

I ceſsit Octauiano Auguſto,ſub quo natus eſt Chriſtus,[ꝓcurāte]& regēte.[Pontio Pilato Iudeā:tetrarcha aūt] adhuc [Galilęæ Herode , & Lyſania Abylinæ tetrarcha:Philippo,]etiā adhuc [tetrarcha Ituręæ& Trachonitidis regiōis.]Vbi ſciendū ꝙ,vt ſuprà dictū eſt,regnū Iudæorū in quatuor tetrarchias diuiſū fuerat,quarū duas,ſcilicet Iudęā& Abylinā habebat Archelaus:tertiā verò,& quartā Philippus.Accidit aūt vt Archelaus,tyrānidē exercēs,apud Auguſtū accuſareẗ:qui ob hæc ab Auguſto depoſit⁹ in exiliū eſt miſſus x.anno ſui principatus.Et extūc vna pars principatus ſui,ſcilicet Iudæa,cœpit p̱ procuratores& officiales Romanorū adminiſtrari,quorū quint⁹ Pōtius Pilatus fuit dictus,à Pōtio inſula in qua ſtetit.Vnde nō erat princeps ordinari⁹,ſed fuit vicari⁹,vel delegat⁹,& ideo procurator eſt dict⁹.Si ergo qn̄q; legiẗ pręſes fuiſſe intelligēdū eſt de ꝓcuratore:q̄a vt videẗ,nunq̄ pręſes fuit,ſed eo ꝓcuratore exiſtēte Vitellius pręſes Syrię,cui⁹ pars Iudęa eſt,extitit.Et fortè ideo præſes dici poterat:q̄a qn̄q; pręſidis officiū exercebat. Altera verò pars principatus ſui, ſcilicet Abylina

Pilatus procurator tantū fuit.

Vitellius.

tradita eſt Lyſanię ſub no̅e tetrarchiæ.Iſtū Lyſaniā dicūt quidā fuiſſe filiū Herodis Aſcalonitę,ſub quo nat⁹ eſt dn̄s:ſed Ioſephus dicit ꝙ fuerit nepos eius,nat⁹ ex Alexādra ſorore ipſius Herodis,&ex p̄re Ptholomeo de Libano,& hoc magis videẗ. Et ſubdiẗ:[ſub prīcipib⁹ ſacerdotū Anna&Caypha.] Iſti affinitate erāt cōiuncti, & viciſsim pōtificatū adminiſtrabāt:ſed Annas quo āno dn̄s eſt baptizatus,& Cayphas illo quo eſt paſs⁹,inter quos in illis trib⁹ ānis,tres alij,ſcilicet Iſmaël, Eleazarus,& Simō fuerūt,qui hîc taceẗ , & tāgit euāgeliſta ſolū illos ſub quib⁹ p̄dicatio incepit Ioānis,& paſs⁹ eſt Chriſt⁹. Quòd aūt p̄dicatio Ioānis tā ſolēniter deſcribiẗ,ſcilicet p̱ īperatoris,& pōtificū,& principū tp̄a:eſt ad deſignādū excellētiā eius quē nūtiare veniebat,vtpote qui ſumm⁹ imperator,& pōtifex,& gubernator oīum exiſtebat.Tūc ergo[factū eſt verbū dn̄i,]id eſt,ſup̱na mētis inſpiratio,quę diciẗ verbū,q̄a intus in mēte loquiẗ:ſcd̄m illud Pſal.Audiā quid loquaẗ in me dn̄s de⁹, [ſup̱ Ioannē Zachariæ filiū in deſerto,]qui tunc in anno erat xxx. qđ tp̄s

Lyſania. K

Anna & Caypha.

Pſal.84.

L prędicatiōi debitū eſt: q̄a tūc ætas virilis viget, vt baptizās & prędicās Chriſti aduētū , & redēptiōis ſolatiū annūtiaret.Audiuit Ioānes p̱ internā inſpirationē,ac reuelationē diuinā& auditu mētis,verbū dn̄i ſola gratia deſup̱ ei loquētis:vnde ſecūdum Chry.Verbū dn̄i hîc mādatū,ſeu p̄ceptū dei diciẗ quia nō à ſemetipſo Ioānes,ſed deo illū monēte ad miniſteriū illud acceſsit.Vnde & ipſe ait:Qui me miſit baptizare in aqua,&c. Et ne ꝓpter defectū aquæ differreẗ baptiſm⁹ eorū,qui in eius p̄dicatiōe cōuertebātur, & vt p̄dicādo magis ꝓficere poſſet, exiuit de deſerto vbi iā pœnitētiā agendā p̄dicare cœperat,[& venit in regionē,] circa Iordanē:vbi copia aquarum,& loca populoſa erāt,[baptizās & p̄dicās baptiſmū pœnitētię in remiſsionē peccatorū ]Et in hoc dedit exēplū prędicatoribus,vt loca fructificatiōis verbi diuini quęrāt,nō recreationis. Baptiſm⁹ Ioānis diſponebat hoīes ad ſuſcipiendū. Chriſtū,ideo nō baptizabāẗ ab eo,niſi Iudęi quib⁹ principaliter ꝓmiſſus fuit Chriſtus.Mulieres etiā nō baptizabanẗ,q̄a ipſæ erāt inſtruēdę à viris.Nec infantes baptizabātur,q̄a myſteriū nō intelligebāt & cognitio neceſſaria erat.Baptiſm⁹ verò Chriſti

Quid verbū domini hoc loco.

Baptiſm⁹ Ioānis mundābat ſine pœnitentia.

M daẗ omni ſexui,omni gēti,omni ętati in remiſsionē peccatorū.Quòd ergo hîc diciẗ, in remiſsionē peccatorū:nō eſt referēdū ad baptiſmū Ioānis, ſed ad pœnitētiā quæ baptiſmo annectebaẗ:ſola eñ ipſa pœnitētia remittebat . Baptiſmus quidē Ioānis, baptiſm⁹ pœnitētiæ erat:q̄a ad pœnitentiā baptizādos monebat,& nō niſi adultos quos pœnitētes videbat baptizabat. Vnde licèt baptiſmo ipſius nō dimittereẗ peccata,ſuſceptio tamē illius erat quędā proteſtatio agēdi pœnitentiā,per quā dimittūtur peccata.Erat etiā baptiſmus Ioannis in remiſſionē peccatorū,nō effectiuè,ſed pręparatiuè:quia præparabat ad Chriſti baptiſmū,in quo fiebat remiſsio peccatorū.Baptiſmus ergo Ioānis erat baptiſmus pœnitētiæ:q̄a pœnitentiā delictorū habebat:ſed ea relaxare nō poterat.Baptiſm⁹ aūt Chriſti,eſt baptiſmus gratię,quia in Chriſto daẗ,& peccata relaxantur.Vnde Chry.Illud datū eſt in pœnitentia:

Baptiſm⁹ Chriſti.

Baptiſm⁹ pœnitentiæ.

Baptiſm⁹ gratiæ.



nitentia:hoc in gratia.Ibi venia,hîc victoria.Et no-

A tandū ſcd̄m Grego.Nazianzenū,ꝙ quintuplex eſt differētia baptiſmatū. Eſt eñ quoddā figuratiuū, quo baptizauit Moyſes,ſed in aqua ſolū: ſcilicet in nube & mari. Aliud eſt præparatiuū,quo baptizauit Ioannes,de quo hîc dicitur:Tertium eſt perfectiuum, vt baptiſmū Chriſti , quod fuit in ſpiritu. Quartū eſt ſupererogatiuū,quod ſcilicet fit in ſanguine per martyriū,& hoc eſt venerabilius cęteris quia iteratis non fœdatur contagijs.Quintum eſt culparū actualium abſterſiuum , quod fit quotidie in lachrymis,& eſt laborioſius cæteris.Ioānis quidem baptiſmus erat præparatiuus: quia neceſſariū erat homines præparari ad Chriſtū baptiſmo eius & ſcd̄m hoc ita ſe habet baptiſmus Ioānis ad Chriſti baptiſmū,ſicut catechiſmus in quo baptizandi inſtruuntur de fide,& pręparantur ad baptiſmū,ſe habet ad baptiſmū verū.Vnde Remig. Baptiſmus Ioannis figurā gerebat catechuminorū. Nam ſicut modo catechizantur pueri,vt digni fiant ad ſacramentū batipſmatis,ita Ioānes baptizabat: vt bapti-

Baptiſma quītuplex.

Baptiſm⁹ Ioānis pręparatori⁹ & figuratiuus.

B zati ab eo,poſtea deuotè viuendo digni fierēt accedere ad Chriſti baptiſmū.Vnde & Chry.Aptè ergo cùm dixiſſet ꝙ venit prædicans baptiſmū pœnitentię,adiecit in remiſsionē peccatorū.q.d.Idcirco ſuadebat illis pœnitere,vt ſubſequentē veniam facilius impetrarent credentes in Chriſtū,vnde baptiſma illud nullā aliam habuit cauſam,niſi ꝙ pręparatoriū erat ad fide.hæc Chry.Vnde & baptizabantur in Iordane qui deſcenſio interpretatur, de ſuperbia veteris hominis ad humilitatē confeſsionis & emēdationis deſcendētes,quatenus abdicata vita veteri renouari mererentur in Chriſto. Ideo etiā conuenienter baptiſmus Ioannis factus eſt in Iordane:quia erat quædā proteſtatio pœnitentiæ agendæ,per quā appropinquat regnū cœlorum,& tranſitus ad terrā viuentiū,ſicut filij Iſraël ad terrā promiſsionis tranſierunt per Iordanis fluuiū. Baptizauit autē Ioannes propter plures rationes. Prima eſt,ſcd̄m Aug.vt ſignificaret baptiſmū Chriſti & ſic fuit ſacramentū Secunda eſt,ſcd̄m Chry. vt

Baptiſm⁹ Ioānis quare factus in Iordane

Baptizandi cauſæ in Ioāne

C ex nomine baptizandi plures ad Ioannē conuenirent,quibus de Chriſto annuntiaret.Tertia eſt,ſecundū Greg.vt per baptiſmū Ioannis homines aſſueſcerent ad baptiſmū Chriſti.Quarta ſcd̄m Bedam:vt per baptiſmū Ioannis homines præparentur & humiliarentur ad baptiſmū Chriſti.Quinta eſt,ſcd̄m ipſum Ioannem, vt manifeſtaretur Chriſtus in Iſraël in baptiſmate Ioannis voce patris & ſpiritu ſancto.Dicebat ergo prius in deſerto,& poſtea circa Iordanē ad eos qui moti cōuerſatione vitæ eius exibāt ad ipſum.[Pœnitentiā agite,]id eſt, pœniteat vnuſquiſq; mala prioris vitæ, [appropinquabit enim regnū cœlorum: ſcilicet pœnitentiā agenti.Scd̄m Remig.regnū cœlorū quatuor modis dicitur:ſcilicet,Chriſtus:ſcd̄m illud, regnū dei intra vos eſt:ſancta ſcriptura,ſcd̄m illud, Auferetur à vobis regnū dei,& dabitur genti facienti fructum eius ſancta Eccleſia,ſcd̄m illud:Simile eſt regnum cœlorū decē virginibus:ſupernū ſoliū,ſcd̄m illud:Multi veniēt ab Oriente,& Occidente,& recumbent in regno cœlorum. Et hoc totum poteſt

Regnum cœlorum.

Lucæ 17.

Matth.21.

Matth.25.

Matth. 8.

hîc intelligi. Agenda eſt pœnitentia & non ſera,

D quæ eſt dānatorū:non coacta,quæ eſt latronū:non ficta,quæ eſt hypocritarū:non deſperata , quæ eſt perditorū:ſed vera,quę ſcd̄m Chry.cor mūdat,ſenſus illuminat,& ad ſuſceptionē Chriſti humana pręcordia præparat. Vt aūt ait Hiero.Primū Baptiſta Ioānes regnum cœlorū prędicat,vt præcurſor dn̄i hoc honoretur priuilegio.Vnde & Petrus Rauē.dicit,ꝙ poſt peccatū Adæ , & illius diluuij vaſtitatē ſolennē electa eſt iuſtorū infinita pluralitas,cū quibus deus facie ad faciē locut⁹ fuiſſe dignoſcitur.Et enumeratis præcipuis patriarchis,patribus,& prophetis veteris teſtamēti ſubinfert:quia ab eis nulla mētio facta fuit de regni cœleſtis perpetua māſione,nec in his omnibus memoria regni nec nominatur,nec audiẗ:nihilq́ de cœleſtis regni gloria prophetatur.Et ſubdit:Quid plura?A principio mūdi vſq; ad Ioannē vniuerſitatis humanæ electionē recollige,nec in ſermone vel opere illius regni cœleſtis poteris reperire dulcedinē.Veni ergo ad Ioan-

Pœnitētia multiplex

Regni cœlorū promiſsio prima per Ioanne bapt.

E nē,& audi vocē exultationis,vocē lætitiæ, miſericordiæ verbum,ſermonē gloriæ, gratię largitatē, qđ cęlauerat deus,tacuerat angelus,latuerat patriarchas,prophetę neſcierāt.Pœnitentiā,inquit, agite:appropinquabit enim regnū cœlorū.Verbū pœnitentię dulce & glorioſum,verbū regni cœlorum lætū & aduocandū illi ſoli primo cōueniēs,qui primus noui teſtamēti poſuit fundamēta,& addit: A diebus Adæ,vſq; ad Ioan.organū noſtrū verſum eſt in vocē flentiū:quia vbi peccatorum frequētia,nec pœnitētiæ locus,duplex erat plorādi materia.Ioānes natus oſtēdit medicamē vulneri,peccato pœnitentiā,veniā iniquitati.Hæc eſt prima vox,quā clamās in deſerto propoſuit,& vox turturis audita eſt in terra noſtra,& tūc immiſit in os noſtrū nouū carmē deo noſtro,& reſonat in ore noſtro gratiarū actio,& vox laudis.Superexaltaẗ miſericordia, peccatorib⁹ parciẗ,regnat pietas,iuſtitia diſsimulaẗ,& miſerēdi nō ferēdi quærit occaſionē miſericors & miſerator dn̄s.hæc Petrus: Et vt oſtēdaẗ idoneitas

F Ioānis ad teſtificandū de Chriſto,ex ſanctitate vitæ deſcribit euāgeliſta vitā Ioānis.Primò ab aſperitate veſtis : quia vtebatur veſte aſpera:ſcilicet cilicio ſeu tunica de duris camelorū pilis. In quo monemur,vt ad refrenationē carnis aſperis vtamur. Vnde Hiero.De pilis,inquit,habebat veſtimētū nō de lana.Aliud auſteritatis indiciū eſt,aliud luxurię mollioris.Vn̄ & Chry.Seruis aūt dei non cōuenit habere veſtimentū ad ſpeciē viſionis, vel ad carnis delectamētū:ſed tm̄ ad nuditatis tegmentū.[Habebat enim Ioānes,]veſtē nō mollē neq; delicatā:ſed cilicinā grauē & aſperā,& conterentē corpus potius quā fouentē,vt de virtute animæ eius ipſe habitus corporis loqueretur. Secundò à continentia cōſtringente carnis laſciuiam : quia habebat, [zonam pelliceam]aſperam,id eſt corrigiam de ſiccis & crudis animaliū pellibus factā , [circa lumbos] in quib⁹ eſt ſedes luxurię,ad carnē & luxuriā mortificandā:quia carnē ſuā crucifixit cum vitijs & cōcupiſcentijs,qđ eorū eſt propriū qui ſunt Ieſu Chriſti.Vnde Chryſoſto. Conſuetudo enim erat apud Iudæos vt zonis laneis vterentur, ideo iſte quaſi

Veſtitus Ioan. bap.

Continentia Ioānis

durius aliquid facere volens zona pellicea cingeba
G tur. Quid tunica & zona Ioannis allegoricè ſigni
ficent: patet per Chry. qui ſic ait: Erat Ioannes, hoc
eſt lex in Ioãne veſtitus pilis cameli. Non poterat
habere tunicã de agno, de quo dicitur: Ecce agnus
dei, ecce qui tollit peccata mundi: & zonã pelliceã
habebant in lũbis: quia Iudęi hoc ſolũ putant pecca
tũ eſſe qđ opere peccant. Cæterũ dñs noſter Ieſus
Chriſtus in Apoca. Ioan. qui videtur inter ſeptem
candelabra, habebat zonã aureã, non in lumbis, ſed
in pectore. Lex in lũbis cingetur: cæterũ Chriſtus
hoc eſt euangeliũ, & monachorũ virtus, nõ ſolũ in
libidine: ſed & in mẽte cõmendatur. Hîc nec cogi-
tare quidẽ expedit, ibi qui fornicatus fuerit tene-
tur in crimine. Tertiò ab abſtinẽtia & victus parſi
monia, [locuſtas enim, id eſt, herbas ſic appellatas,
[& mel ſylueſtre comedebat,] qui cibus pauperũ
eſt in terra illa. Vbi ſciendũ ꝙ locuſtę plura ſigni-
ficant, de quibus iſte verſus extat: Radices, herbas,
& aues, dic eſſe locuſtas. Sunt enim parua animalia
per modũ ſaltus volitantia, quę reperiũtur in deſer
to Iudæę, & frixa cũ oleo ſunt cibus pauperũ: ſed
H non videtur ꝙ Ioannes locuſtarũ carnes manduca
uit, qui pane etiã veſci renuit, & ꝙ frixuris vſus ſit;
qui nihil coctũ accepit, & ideo magis videtur pro-
babile de alijs intelligi debere: vnde in partibus il-
lis quandã herbã languſtæ, id eſt, locuſtã nominãt:
quæ dicitur illa eſſe quã beatus Ioãnes edebat. Mel
autẽ ſilueſtre ex apibus in trũcis arborũ reperitur.
Vel ſcđm Raba. Sunt folia arborũ alba & tenera,
quę manibꝰ cõtrita ſaporẽ habẽt quaſi mellis. Inue
nit etiã ibidẽ mel ex calamellis, quę calamellę ſunt
calami pleni melle, id eſt, de ſucco dulciſsimo. Vocã
tur etiã alio nomine cannamelles, qđ nomẽ ex cã-
na & melle cõponitur, eo ꝙ cannis ſiue arundini-
bus huiuſmodi calami ſunt ſimiles. In hoc itaque
beatus Ioannes apertè demõſtrat ꝙ pro nihilo mũ
dum iſtũ omneſq; eius blanditias duceret, qui tam
viliſsimo indumento ciboq; tenui, & imparato vte
I batur. Sola enim huius vitæ neceſſaria quærebat
qui ſic viuere diſpoſuerat. Huius exẽplũ illi ſequun
tur, qui dicunt, habentes victũ & veſtitũ, his cõten
ti ſumus. Propterea enim quia pœnitentiã prædi-
cabat qualiter pœnitentes viuere debeãt, vt bonus
magiſter eis in ſeipſo exemplũ & regulam dabat.
Erat ei terra cubile, antra domus, pilus veſtis, pellis
zona, aqua potus, locuſta cibus. Et ſic nõ ſolũ mun
dum & blãditias eius cõtemnere: ſed etiã totius ge
neris humani peccata deflere ſe oſtendit, & exem-
plũ vtile poſteris dereliquit. Totũ ergo quod erat
in Ioanne, pœnitentiã prædicabat: & nomen, quia
dei gratia: locus, quia deſertũ: & habitus, quia cili-
cium: & cibus, quia locuſtarũ: & ſermo, quia pœni
tentiæ verbũ: & operatio, quia baptiſma aſſuefa-
ciens ad bonũ. In Ioanne deſcribitur euangelij prę
dicator, & primò quantũ ad doctrinã: debet enim
exemplo Ioannis prædicare pœnitentiã, & ea quę
recedere faciunt à peccatis, & ea quæ faciunt acce
dere ad conſecutionẽ regni cœleſtis. Secundò quã-
tum ad continentiã: quia zona dicitur eſſe circa lũ
bos vt prędicator cõtinentiã habeat. Vnde dñs Hie
remiã mittẽs prędicare ait: Accinge lumbos tuos,

Zona Ioannis.
Ioannis 1.
Apoca. 1.
Sobrietas Ioannis
Marc. 1.
Locuſtæ.
Mel.
Imitatores Ioãnis Baptiſtæ.
1. Timo. 6
Ioãnis pœnitentia.
Prædicator euãgelij & eius officium.

Tertiò quantum ad vitã, & hoc dupliciter: ſcilicet
K quantum ad veſtitũ & victum, in quibus etiã à Io-
anne accipiat exemplũ. Qui ergo pœnitentiã &
aſpera iniungit vel prædicat & corripit, habitum
pœnitentiæ prætẽdat, aſpera veſte tegatur, & par
cè reficiatur, vt in eo vtilitas veſtis & cibi laudetur
quorũ vſus in diuite arguitur. Auſteritas enim re-
quiritur in euãgelij prædicatore, ideo dicit Apoſto
lus: Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutẽ redigo:
ne fortè cùm alijs prędicauerim ipſe reprobus effi
ciar. Vnde Hiero. Veſtis quippe & cibus & potus
totã auſterã vitam prædicantiũ oſtendebat. Vbi &
Chryſ. Talem oportebat eſſe præcurſorẽ dñi pro-
phetã & Apoſtolũ Chriſti, qui totũ ſe cœleſti deo
contẽptis rebus mundi præſtaret. Vnde non imme
ritò à dño etiã angelus nũcupatur: quia in hoc mũ-
do poſitus mundũ ipſum angelica vita calcabat. Si
autẽ ille qui purus ita erat & cœlo clarior, & pro-
phetis celſior, & quo nullus hominum maior fuit,
quiq; tanta apud deum familiaritate gaudebat, ita
ſeipſum ad omnẽ patientiã durabat laborũ, fluxa
de liciarũ cum diuitijs deſpiciẽs, atq; ad omnẽ ſe vi
L tæ rigorẽ coartans: quã nos habebimus excuſatio-
nem qui poſt tot Chriſti beneficia, poſt tãta & infi
nita onera peccatorũ, neq; minimã particulã illius
caſtigatiõis imitamur? ſed comeſſatiõibus & ebrie
tatibus dediti, ac peregrino odore fragrãtes, vel po
tius fœtentes, ac vndiq; noſmetipſos relaxantes &
mollificantes in prædã diaboli præparamur, & ei
captabiles nos facimus. Hęc Chry. Tunc audita Io
annis fama [exibat ad eum omnis Hieroſolyma,]
quantũ ad habitantes in ciuitate illa, [& omnis Iu
dæa,] quantũ ad circuniacẽtes in ea, [& omnis re
gio circa Iordanẽ,] quantũ ad duas tribus & dimi-
diam: omnis inquã, id eſt, multi de omnibus: vt ſit
hyperbolica, id eſt, multũ expreſsiua locutio, & po
nitur ibi cõtinens pro cõtento. [Et baptizabantur
ab eo in Iordane baptiſmo ſuo,] cõfitentes peccata
ſua, & ſe aptantes baptiſmo Chriſti ſuſcipiẽdo. Ba
ptiſmus enim Ioannis ad hoc erat ordinatus, quaſi
quædã præparatio & pręfiguratio baptiſmi ipſius
Chriſti de proximo venturi: & ideo Ioãnes non ſo
M lum prædicabat, ſed etiã baptizabat: quia ſicut ſua
prædicatione nuntiabat Chriſtũ de proximo ven-
turũ, ſic ſuo baptiſmo aſſuefaciebat homines ad li-
bentius ſuſcipiendũ Chriſti baptiſmũ. Vnde bapti-
ſmus Ioannis erat quędam proteſtatio credendi in
Chriſtũ venturũ, & faciendi opera pœnitentiæ: vt
deuotius acciperẽt ipſum. Et hoc eſt quod in acti-
bus dicitur, ꝙ Ioannes baptizauit baptiſmo pœni-
tentiæ populũ: dicẽs, in eum qui vẽturus eſſet poſt
ipſum, vt crederẽt: hoc eſt in Ieſum, & ideo dicitur
hîc, cõfitentes peccata ſua: delẽda ſcilicet per Chri-
ſtum venturũ: quia non poterat hoc facere Ioãnes
ſed denuntiabat hoc per Chriſtũ fiendũ. Videns au
tem multos Phariſæorũ & Saducæorum, non cõ-
fitentes peccata ſua, [veniẽtes] cum turbis [ad ba-
ptiſmũ,] non ex vera religione: ſed populi timore,
ac fictè & inſidioſè, dixit eis: [Genimina] ſeu [pro-
genies viperarũ,] id eſt venenati & venenatorũ fi-
lij, [quis oſtendet vobis,] non pœnitentibus [fuge-
re à ventura ira:] & euadere ſeueritatem futuri iu
dicij?

Hiere. 1.
1. Cor. 9.
Matth. 11. & Mar. 1. Ioan. bapt. laudes.
Matth. 3.
Omnis.
Ioãnis baptiſmꝰ pręnũtiatiuus Chriſti.
Acto. 19.
Lucæ & Matth.



dicij? q. d. nullus niſi à malitia veſtra recedatis, &
A pœnitẽtiã faciatis. Licèt enim falſitas veſtra lateat
in cõſpectu populi, nõ tñ latere poterit in iudicio
dei: qa tũc erũt manifeſta abſcõdita cordis veſtri.
Sic eos arguebat: vt à malis ſuis reſipiſcẽtes, per iu
ſtã pœnitentiã futuri iudicij pœnã euaderẽt: nam
ſcđm Greg. Ventura ira eſt extrema dei vindicta,
quã tunc fugere peccator nõ valet, qui nũc ad lamẽ
ta pœnitẽtię nõ recurrit. Phariſęi dicũtur à phares
quod eſt diuiſio, quaſi ab alijs diuiſi, vel ſe diuiden-
tes: ſcilicet Iudæorũ ſacerdotes qui in habitu, & in
victu, & in geſtu erãt quodãmodo diſtincti ab alijs
in ſignũ maioris religionis. Saducæi dicũtur à ſa-
doch: quaſi iuſti, vel ſe iuſtificantes, qui v. libros
Moyſi recipiũt, prophetas reſpuunt: reſurrectionẽ
& angelos eſſe nõ credũt. Hos quoq; qui inter Iu-
dæos maiores eſſe videbãtur, vidẽs Ioãnes ad ſuum
venire baptiſmũ eos increpabat, & cõfidẽter vitia
eorũ arguens, vtroſq; genimina & progenies vipe
rarũ vocabat: quia venenũ hypocriſis & erroris à
ſuis traxerũt progenitoribus, & quia malorũ acta
imitantes eis inuident, eos perſequũtur, & ita vene
B nati filij de venenatis parẽtibus ſunt nati. Nam ſe-
cundũ Remig. Conſuetudo ſcripturarũ eſt ab imi
tatione operũ nomina imponere. Sic & iſti ab imi
tatione viperarũ, progenies viperarũ dicũtur. Cũ
igitur pœnitẽtia & correctiõe maximè indigerẽt
increpãtur: quia nõ prius venena deponũt, vt ſic ad
baptiſmũ veniãt, vnde ſubiungitur: [Facite ergo:]
ſcilicet in præſenti & citò, [dignos fructus pœni-
tentiæ,] id eſt, pœnitẽtiã dignã & fructuoſam per
cõtritionẽ, ꝑ cõfeſsionẽ, per ſatisfactionẽ, vt fugia
tis iram venturã: quia hæc eſt ſola via euadẽdi illã:
vbi Chryſ. Non enim ſatis eſt pœnitẽtibus pecca-
ta dimittere, ſed opus eſt eius ferre fructus: ſcđm
illud: Declina à malo & fac bonũ. Sicut nõ ſufficit
ad ſanationẽ ſagittã euellere, ſed oportet vlceri me
dicamẽtũ apponere. Non autẽ dicit fructũ: ſed fru
ctus, copiã deſignãs: hæc Chry. Fructus verò dicit,
non qualeſcunq;: ſed dignos pœnitẽtię, id eſt, ſcđm
exigentiã culpæ: vt ſcđm Greg. Quanto quis gra-
C uius peccauit, tãto amplius pro qualitate culpę pœ
niteat: & tanto maiora quęrat bonorũ operũ lucra
per pœnitentiã, quãto grauiora ſibi intulit damna
per culpã: vnde in Apoc. Quantũ ſe glorificauit, &
in delitijs fuit, tñ illi date tormentũ & luctũ: vbi
Petrus Cantor Pariſi. Sed qđ faciendũ irretito plu
ribus facinoribus, cõfitenti tñ & pœnitenti quali-
tercunq;, nolẽti autẽ ſubire opus & fructũ pœnitẽ
tiæ dignũ culpæ. Ergo ne à ſe repelleret charitatẽ
per impoſitionẽ grauioris pœnitẽtiæ, reſpuẽs eam
per tediũ, modicã ei iniungere pœnitentiã. Melius
enim eſt vt in purgatorio ſuppleatur qđ minus hîc
agitur, quàm quis in inferno ęternaliter puniatur
Aut enim deus, aut homo punit. Sed quid ſi confeſ
ſor mihi nõ iniungit fructũ dignũ pœnitentiæ: ſci
licet pro quantitate culpæ? Ego ſupplebo: quia ſe-
cundũ quantitatẽ & qualitatẽ culpæ metiri debet
quantitas pœnæ, qđ fit ex diſcretione, quæ neceſſa
ria eſt pœnitenti, ſicut & cõfeſſori: hęc Petrus: Sed
quia Iudæi de generis nobilitate & ſanctitate glo-
riantes: ſcilicet quia de Abraham deſcenderunt ex

Phariſæi vnde dicũtur.
Saducæi vnde dicũtur.
De pœnitentia.
Pſal. 36.
Fructꝰ pœnitentiæ.
Apoc. 18.

promiſsione facta Abrahæ, ſine operibus ſalutem
cõſequi præſumebant: ideo ſubiungit: [Et nolite di D
cere,] verbo vel mente [intra vos,] per falſam ſcili
cet æſtimationẽ, [patrẽ habemus Abrahã,] de eius
iuſtitia cõfidendo, & ex hoc vos iuſtos reputando,
credentes vos ſaluari ſine operibus pœnitẽtię: quia
ſine fructu pœnitẽtiæ nullus ſanctorũ poterit pec-
catores ſaluare. Sic autẽ videtur de pluribus Chri-
ſtianis, qui deuotionẽ ſpecialẽ ad aliquẽ ſanctorũ
habentes, per eorũ merita ſaluari credunt ſine ope
ribus bonis. Hæc eſt enim gloriatio quorundã reli
gioſorum qui gloriantur de bonitate & ſanctitate
fundatorũ & patrum ſuorũ: quibus dici põt, ſi filij
Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. Hęc etiam eſt
ſtulta gloriatio quorundã miſerorũ, qui vanè glo-
riãtur de ſtatu ſuorum natalium: vbi Chry. Quid
eñ prodeſt ei quẽ ſordidãt mores generatio clara?
aut quid nocet illi generati vilis, quem mores ador
nant? Nam & aurum de terra naſcitur, & non eſt
terra: aurum quidẽ eligitur, & terra contemnitur.
Melius eſt enim de vili genere clarum fieri, quàm E
de claro genere contemptibilẽ naſci. Melius eſt ali
cui vt in eo glorientur parentes, quia talem filium
habent, quàm vt ipſe in parẽtibus glorietur. Sic &
vos nolite gloriari dicentes: quia patrem habemus
Abraham, ſed magis erubeſcite: quia filij eſtis eius
& ſanctitatis eius non eſtis hæredes. De adulterio
enim natus videtur qui non aſsimilat patrẽ, & qui
ſanctitati ſui generis non reſpondent, amittunt ge
neris dignitatẽ: Hæc Chryſ. Et ideo non de propa
gatione carnali, ſed de imitatione ſpirituali eſt cõ-
fidendũ: nec in carne, ſed in fide gloriandum: non
enim qui ſemẽ ſunt Abrahæ, oẽs filij ſunt: ſed qui
fidem eius imitantur: Nam ſanctitas non venit per
propagationẽ naturæ, ſed per gratiam virtutis di-
uinæ. Iudęi quidẽ filij Abrahæ erãt ſcđm carnem,
ſed nõ ſecundũ fidei imitationẽ: & quia fidẽ Abra-
hæ de Chriſto reſpuerunt, ideo nomen filiationis
Abrahæ perdiderunt. Econtrariò gentiles quia fi-
dem Chriſti deuotè ad prædicationẽ Apoſtolorũ F
receperunt, ideo filij Abrahę facti ſunt. Et hoc eſt
quod ſubdit Ioannes. [Dico enim vobis, quia poteſt
deus de lapidibus iſtis,] id eſt, de gentilibus per hos
lapides ſignatis [ſuſcitare filios Abrahæ,] fide, &
imitatione, id eſt, imitatores fidei Abrahæ. Qui
enim fidẽ atque opera Abrahæ fuerit ſecutus, ille
Abrahæ meretur dici filius. Poteſt etiã deus de la-
pidibꝰ filios Abrahę ſuſcitare, id eſt, de duris & pec
catoribus deuotos facere, quo vtinã in me digne-
tur oſtendere. Dicitur autẽ ꝙ Ioannes digito ad li-
teram demonſtrauit & oſtẽdit eis xij. lapides illos
quos Ioſue per xij. duces tribuũ Iſraël de medio &
fundo Iordanis in aridã tranſportari pręcepit, qui
etiam totidẽ in eodem alueo ex terra reponi fecit.
Per primos ariditatẽ & excęcationem figurans Iu
dęorũ. Per ſecundos fidẽ gentium per baptiſmum.
Vel per primos emerſionẽ gentium in lucem fidei.
Per ſecundos ſubmerſionẽ Iudęorum in infidelita
tẽ. Et meritò per lapides ſignantur gentes, vel quia
colẽbant idola de lapidibus facta. Vnde in Pſal. di-
citur: Similes illis fiant qui faciũt ea. Vel quia habe
bant corda lapidea, id eſt, ad intellectum dei inſen-

Gloriatio & confidẽtia inanis.
Chryſ. de natalibus.
Lapides à Ioanne mõſtrati.
Pſal. 113.



ſibilia

ſibilia. De quibus filij Abrahæ ſuſcitati ſunt:quia
G dum in Abrahæ ſemine,id eſt in Chriſto credide-
runt eius filij facti ſunt,cuius ſemine ſunt vniti:vn
Gal. 3.
de eiſdem gentibus Paulus dicit:Si autē vos Chri-
ſti,ergo Abrahæ ſemen eſtis ſecūdum promiſsionem
hæredes. Filij ergo Abrahæ de lapidibus ſuſcita-
ti ſunt,quādo Iudæis per infidelitatem à filiatione
Abrahæ decidentibus,gentiles fidē Chriſti recipiē
tes in locū eorū ſubſtituti ſunt. Sic ergo ſecūdum Ra
ba. Quia præco veritatis ad dignā pœnitentię fru
ctum faciendū Iudæos incitare volebat,eos ad hu
militatē prouocabat,ſine qua nullus pœnitere pōt.
Et quia doctor veritatis non ſolū debet vitia cōfi-
denter arguere:ſed etiā pœnā prędicere,ideo quaſi
rationē aſsignās,cur ad pœnitentiā in præſenti &
citò faciendā monuerit,ſubdit dicens: [Iam enim
ſecuris,]id eſt,ſeueritas diuinæ iuſtitiæ,[ad radicē
arboris poſita eſt,]ad pręſcindendū peccatores ob-
ſtinatos de pręſenti vita,& ad cōburendū eos in ge
H henna. Vel ſecuris,id eſt,tranſitus vitę ſuccedentis,
ad radicē & natiuitatē arboris,& cuiuſlibet homi
Vitæ imminutio.
nis poſita eſt:quia ab ipſo natiuitatis initio incipit
homo tēdere ad caſum. Nā ſecūdum Aug. Nihil aliud
eſt viuere,quā de vita trāſire,& ad mortē tendere.
Nox enim quaſi vnus carpentator de dicta arbore
tollit vnū ſcopulū,& dies ſimiliter aliū: quot enim
diebus & noctibus vixit homo,tot minus habet vi
uere,& ad vltimū neceſſe habet arbor cadere. Et
certè vbicunq; ceciderit,ibi remanebit:quia vt di-
Eccleſiaſtes. 11.
cit. Eccl. Siue ceciderit lignū ad Auſtrū,ſcilicet pa
radiſi:ſiue ad Aquilonē,ſcilicet inferni:in quocūq;
loco ceciderit,ibi erit. Naturaliter verò cadit ar-
De arboris caſu.
bor ad partem,in quā magis inclināt eam rami &
fructus,ſic homo cadit vbi magis inclinatur,modo
per affectiones & opera ſeu actus. Vñ Ber. Siue ad
Auſtrū,ſiue ad Aquilonē arbor ceciderit, ibi erit.
Arboris exciſio & caſus.
Auſtri calor & leuitas,in ſacra ſcriptura bonā ſo-
lent habere ſignificationē,ab Aquilone verò pādi-
tur omne malū. Porrò homines,ſicut arbores videt
I aliquis. Exciditur ergo arbor in morte,& quocūq;
ceciderit ibi erit:quia ibi iudicabit te deus,vbi te in-
uenerit. Ibi inquā erit immutabiliter,& irretracta
biliter. Videat quò caſura ſit anteq̃ cadat:q̃a poſtq̃
Pſal. 40. & Amos 5
ceciderit,nō adijciat vt reſurgat. Qua parte caſu-
ra ſit arbor ſi ſcire volueris,ramos eius attēde: vbi
maior eſt copia ramorū,& ponderoſior,inde caſu-
rā eſſe ne dubites,ſi tū fuerit tūc exciſa. Rami no-
ſtri deſideria noſtra ſunt,quibus ad Auſtrū extendi
mur ſi ſpiritualia fuerint:ſi carnalia fuerint,ad A-
quilonē. Quę verò pręponderāt,mediū corpus in-
dicant. Illa præponderant,quæ ſecū traxerint cor-
pus. hæc Ber. Et ſubiungit Ioānes:[Omnis ergo ar
bor,]id eſt,omnis homo generaliter,ſine perſona
rum ſcilicet acceptione,[nō faciēs]hic [fructū bo-
num,]ſimpliciter ſine criminis admixtione,]exci
detur] à cœtu fideliū ſentētialiter in morte, [& in
ignē,]inextinguibilē[mittetur]ęternaliter ſine re
demptione,quæ eſt pœnā cōtra culpā. Per hoc er-
go patet,ꝙ ſola omiſsio damnat. Exemplū de hoc
Omiſsio ſola dānat
habetur de ſeruo pigro,& inde eſt ꝙ in iudicio fiet
cōtra malos de omiſsionibus tantū cōmemoratio.
Non ergo ſufficit homini declinare à malo,niſi fa

ciat etiā bonum. Nihil enim infructuoſum diligit
deus,nihil in horto ſuo,nihil in vinea ſua, nihil in K
agro ſuo vult eſſe infructuoſum:ſicut nec in para-
diſo erat arbor infructuoſa, qđ ex hoc patet: quia
primi parētes iubebātur comedere ex omni ligno
in paradiſo,pręterq̃ de ligno ſcientię boni & mali.
Si aūt ille qui nō facit fructū bonū in ignē eſt mit
tendus,quid erit de illo qui malū fecit? Arbor iſta
Arbor hæc eſt genus humanum.
eſt genus humanum,ſiue homo,qui eſt quaſi arbor
cōuerſa. Quædā verò arbores omnino ſunt aridæ
& ſteriles,vt pagani,& increduli. Quædā virides,
vt Chriſtiani,& inter has virides quædā infructuo
ſæ ſunt,& nullū fructū faciunt:vt ocioſi, acedio-
ſi. Quædā faciūt fructū,ſed inutilē,& non bonum
ſeu meritoriū,vt hypocritę. Quędā faciunt fructū
non tantū inutilē:ſed malū & venenoſum,vt hæ-
retici,qui prædicādo fructū pariunt, ſed mortife-
rum:& hæ oēs incendio aptæ ſunt & damnabiles.
Quædā verò bonum fructū faciunt,vt boni catho
lici,obedientes verbo dei. Radices arboris ſunt co-
gitationes quibus plantati,vel ſurſum cœlo ſuſtol- L
luntur:vel ad ima inferni mittūtur. Vel radices ſunt
voluntas bona & mala, ex qua ſicut ex radice pro-
deunt tanq̃ fructus bona & mala verba & opera,
quę voluntatis ſunt teſtimonia. Igitur vt dicit Am-
bro. Faciat fructū qui pōt gratię, qui debet pœni-
tentię:adeſt dñs qui fructū requirat, fœcundos vi-
uificet,ſteriles reprehendat. Turbæ verò cōmina-
tionem gehennæ pro operibus malis,& omiſsione
bonorū audientes territi interrogabant dicentes:
[Ergo]ne excidamur, & in ignē mittamur [quid
faciemus,]& operabimur? Quaſi dicerent,vitā no
ſtrā corrigere parati ſumus. Et[reſpōdēs dicebat:]
turbis[qui habet duas tunicas,]id eſt,veſtimentum
Eleemoſynæ faciendæ præceptum.
ſuperfluū[det]quod ſuperabundat,[nō habenti: &
qui habet eſcas ſuperfluas ſimiliter faciat.] Et ita
intelligendū eſt de alijs rebus quibuſcunq; quæ ſu-
perfluūt,conſiderata cōuenienti neceſsitate ſtatus
perſonę. Vnde Baſilius Hinc aūt docemur:quia ex
omni eo quod affluit ſupra proprij victus neceſsita M
tem , tenemur erogare illi qui non habet propter
deum, qui quæcunq; poſsidemus largitus eſt:vnde
& Greg. Quia enim in lege ſcriptum eſt: diliges
Matth. Lucæ. Marc.
proximum tuū ſicut teipſum , minus proximum
amare conuincitur,qui non cum eo in neceſsitate
illius etiā ea quæ ſibi ſunt neceſſaria partitur. Vbi
ſciendū,ꝙ duas tunicas habere,eſt vltra neceſsita-
tem aliquid ſuperfluum habere:non habens aūt po
teſt intelligi exiſtens in neceſsitate extrema,vel ci
tra neceſsitatē,quę aliter abſq; periculo poteſt pro
babiliter tranſiri. tunc dicendū quòd habens ſic ſu
perflua,quòd vltra neceſsitatem ſui & ſuorū, quo-
rum cura & nexus maior ex charitate ſibi incum-
bit,ea habet, & abſque illis poteſt tranſire, ex præ
cepto tenetur non habenti exiſtenti in extrema ne
ceſsitate dare , aliter ſibi ſuum aufert, & vitam,
cūm tali neceſsitate ſic ſuperflua illi ſint tanquam
debita ſua, quantum ad ipſius neceſsitatem perti-
net. Si vero non habens ſit citra extremam ne-
ceſsitatem,tunc dare non cadit ſub præcepto: ſed
ſub conſilio. Hic probatur homo, & apparet in
paruo quid facturus eſſet in magno. Vnde Grego.
Qui



Qui tranquillitatis tēpore non dat pro deo tunicam
A ſuā,quomodo in perſecutiōe daturus erit animam
ſuam? Virtus ergo charitatis , vt inuicta ſit in per-
turbatiōe,nutriatur per miſericordiā in tranquilli
tate:quatenus omnipotēti domino primūm diſcat
ſua impēdere,poſtmodū ſe. Vnde & Aug. Charitas
vt perficiatur,naſcitur : cūm fuerit nata,nutritur:
cūm fuerit nutrita,roboratur:cūm fuerit robora-
ta,perficitur:cūm ad perfectionē venerit,quid di-
Phil. 1.
citur? Mihi viuere,Chriſtus eſt,& mori lucrū. Opta
bam diſſolui & eſſe cū Chriſto. Incipit iſta chari-
tas fratres vt de ſuis ſuperfluis tribuat egēti,in an-
guſtijs aliquibus cōſtituto hanc ita cœptā,ſi verbo
dei & ſpe futuræ vitę nutrieris perueniēs ad illam
perfectionē,vt paratus ſis animā tuam ponere pro
fratribus tuis. Hęc Aug. Non ergo pigeat diuites
Pauperes ad vtilitatem diuitum fecit.
ſubuenire pauperibus:quia pro diuitū vtilitate pau
peres deus fecit,vt per hoc ꝙ eorū miſerentur, ipſi
miſericordiā conſequerētur. Vnde Chry. Ne putes
quia propter vtilitatē pauperū deus diuites fecit,
quos & ſine diuitibus poterat ſuſtētare:ſed propter
vtilitatē diuitū pauperes fecit : quia infructuoſi &
ſteriles erāt futuri,niſi pauperes facti fuiſſent. Hec
B Chry. Ioannes itaq; turbis & rudibus nondū diffi
cilia:ſcilicet vigilias,ieiunia, & huiuſmodi impo-
nit:ſed opera miſericordiæ ad dignos fructus pœ-
nitētiæ iniungit,ſuper quibus dñs in iudicio diſce-
Lucæ 11.
ptabit,& de quibus alibi dicit: Date eleemoſynam
& omnia mūda ſunt vobis. Vnde Beda: Ordo prę-
Ordo prædicandi.
dicandi aptiſsimus eſt,vt poſt pœnitentiā eleemo-
Pœnitens iuſtè quis eſt.
ſyna,id eſt,opus miſericordiæ ſuggeratur. Ille enī
iuſtè à deo pœnitēs vt ſui miſereatur impetrat,qui
proximi indigētis quantū valet ipſe miſereri non
tardat. Ac qui auertit aurē ſuam ne audiat paupe-
rem,oratio eius erit execrabilis. Vnde & Ioānes ba
ptiſta cūm turbis ſuaderet ne merito ſuę ſterilita-
tis in ignē mitterētur, dignos pœnitentiæ fructus
eſſe faciēdos,mox cōſiliū ſalutis quærētibus adiun
xit,atq; ait:[qui habet duas tunicas,det nō haben-
ti:& qui habet eſcas,ſimiliter faciet.]Inter hęc au
C tem,vt ait Grego. ſciendum eſt quantū miſericor-
diæ opera valeāt,cūm ad fructus dignos pœniten
tiæ ipſa præ cæteris præcipiūtur. Et bene mentio-
nem facit de tunica & eſca : quia tunica qua inte-
rius & de neceſsitate tegimur,plus quàm palliū eſt
neceſſaria,& adhuc magis neceſſaria eſt eſca. Ad
Fructus pœnitentiæ.
fructus ergo dignos pœnitētiæ pertinet vt nō ex-
teriora & minus neceſſaria, ſed etiā ipſa valde ne-
ceſſaria cū proximis diuidamus:vt eſcam qua viui-
mus,& tunicā qua veſtimur. Hinc habetur argu-
mentū,ꝙ ſi habēs duas tunicas,præcipitur vnā da-
re nō habenti:ergo multo fortius qui habet duo be
neficia,tenetur vnū dimittere nō habenti:& maxi
mè ideo,quia duobus nequit ſeruire altaribus. Et ſi
habens eſcas ſuperfluas,iubetur dare nō habēti:er-
go qui habet duo fercula , quod pręter neceſsitatē
eſt,vel ad minus ęquali bryā ſeu menſura tenetur
de duobus vnū erogare egenti. Per tunicas poſſunt
virtutes quæ ſunt animæ veſtes intelligi, quas ha-
bēs debet applicare ad bonū proximi. Et per eſcā
poſſunt intelligi ſacræ ſcripturæ,quę ſunt ſpiritua
les eſcę,quas habēs debet proximū ſpiritualiter in-

de paſcere, [Venerūt ergò & publicani,] ſic dicti: D
Publicani qualiter dicti ſunt.
quia de negotijs ad publicū pertinentibus ſe intro-
mittūt,vt qui publica vectigalia,thelonea,pedagia
& tributa colligūt,ſiue qui horū & redditnū fiſci,
vel rerū publicarū cōductores ſunt,necnō & hi qui
ſeculi huius lucra per negotia : ſcilicet per merca-
turas,firmas,& huiuſmodi quærunt. Poſt minores
peccatores venerūt etiā maiores [vt baptizarētur]
ab eo. [Et dixerūt ad illū: Magiſter quid faciem°,]
vt ſcilicet vitā æternā habeamus? [At ille dixit. Ni
hil amplius:]ſcilicet in tributis & vectigalibus ab
aliquo exigatis,[q̃ quod cōſtitutū eſt vobis:] ſcili-
cet à legibus & cōſuetudinibus approbatis. Hoc aū
tē dixit:quia collectores talliū ſolent eſſe proni ad
plus colligendū q̃ eis ſit permiſſum,vel mādatū:vt
quod amplius fuerit,eis remaneat. Non prius mo-
net eos de eleemoſynarū largitiōe , ſed vt caueāt à
rapina rei alienæ,in quo innuit ꝙ prius declinādū
eſt à malo,& poſtea faciendū bonū:& ſic primò rē E
ſtituenda eſt res aliena,q̃ ſit faciēda eleemoſyna.
Vnde Beda: Publicanos ab agēda fraude coërcet:vt
dū primò ſe ab alienorū tēperarēt appetitu tandē
ad propria cū proximis cōmunicāda pertingerēt.
Per publicanos poſſunt intelligi officiales dñorum
& prępoſiti:qui nō debēt à populo exigere,niſi qđ
cōſtitutū eſt ſecūdum ordinē iuſtitiæ. [Interrogauē-
runt aūt & milites. Quid faciemus & nos:]ſcilicet
vt ſalui ſimus? [Et ait illis,neminē cōcutiatis:]ſcili
cet ſub prætextu officij veſtri,pauperes qui ſe dē-
fendere nō poſſunt opprimēdo,vel corporaliter af
fligēdo,vel indebitē terrēdo, [neq; calūniam facia
tis,]falſum crimē diuitib° & potēribus imponēdo,
& eos in cauſam trahēdo,& ſic pecuniā & bona eo
rum quæ per aliā viā à talibus rapere & habere nō
poteſtis extorquēdo,[& cōtenti eſtote ſtipēdijs ve
ſtris,]quæ pro defenſiōe patriæ & reipublicæ ha-
betis,præter hæc etiā ſine oppreſsiōe & falſi crimi
nis impoſitiōe à nullo tallias,exactiōes munerum,
Militaris diſciplina
vel ſeruitiorū exigēdo. Ad prędicta aūt inducebat
beatus Ioānes milites:quia ad contraria proni eſſe
ſolent,requirētes inſidiādo prędā ab eis quibus mi F
litāda prodeſſe debēt. Vnde Petr° Bleſenſis: Hodie
militaris diſciplina prorſus euanuit. Olim ſe mili-
tes iuramēti vinculo obligabāt ꝙ ſtarēt pro reipu
blicę ſtatu:ꝙ in acie nō fugerēt:& ꝙ vitę proprię
vtilitatē cōmunem pręhaberēt. Sed & hodie enſes
ſuos recipiūt de altari:vt profiteātur ſe filios Eccle
ſiæ,atq; ad honorē ſacerdotij,ad tuitionē pauperū,
ad vindictā malefactorū,& ad patriæ liberationē
ſe gladiū accepiſſe. Porrò in cōtrariū res verſa eſt.
Nam ex quo hodie militari cingulo decorātur,ſta
tim inſurgūt in Chriſtos domini,deſæuiunt in pa-
trimoniū crucifixi,& ſpoliāt & prædantur ſubie-
ctos ſibi pauperes,& miſerabiliter atq; immiſeri-
corditer affligūt miſeros,vt in doloribus alienis il
licitos appetitus & extraordinarias impleāt volū
tates,hæc Pet. Olim quippe rectores & guberna-
tores terrarū à milite vſq; ad regē & imperatorē
vtilitati reipublicæ magis quàm priuatæ intende-
bant:pauperes ſe tueri non valentes, defendebant.
Sed prohdolor , hodie de republica, & pauperibus
parum curant,terras & res alienas inuadūt & oc
E 4 cupant,

cupant, vt alijs excluſis domū ſuam ditent & au-
G geant. Pauperes miſerabiliter affligi permittunt,
& quod plus eſt, etiam ipſimet immiſericorditer
eos affligunt. Et ideo timendum eſt eis ne in po-
ſterum à terra viuentium alienentur, & à regno
cœlorum, quod pauperū eſt, excludantur: vt etiam
dicit Aug. Quilibet quoq; rectores, quilibet cleri-
ci: ſi amplius quàm decretū eſt eis, quærūt: tanquā
calumniatores & cōcuſſores Ioannis ſentētia con-
demnantur: milites enim Christi ſumus. Per mili-
tes etiā poſſunt prædicatores intelligi: quos armat
Apoſtolus dicens: Accipite armaturam dei, & gla-
dium ſpiritus quod eſt verbum dei. Iſtis dicitur ne-
minem cōcutiatis, nimis aſperè prędicando, & ſic
ad deſperationē inducēdo. Neq; calumniā faciatis
prędicationē ſubtrahendo: reputātes eos indignos
exhortationis verbo, & contenti eſtote ſtipendijs
veſtris, quę ſunt redditus aſsignati prędicatoribus,
id eſt, poſſeſsiones habentibus, & eleemoſynā date
mendicantibus. O quàm felices turbæ mercatores
ſeu publicani & milites eſſent, ſi hanc doctrinā Io-
annis obſeruarēt? Sed quis eſt qui de duabus tuni-
cis, imò de multis vnam det nō habenti? Quis eſt
H qui ſine fraude mercationes faciat, & qui aliena
bona ſibi cōmiſſa non inuadit? Quis eſt ex maiori
bus qui minoribus calumniā non faciat, qui ſeruos
non cōcutiat, & qui ſtipēdijs ſuis cōtentus exiſtat?
Quis eſt officialiū qui vltra ſuū non accipiat? Cer-
tè talis rarus inuenitur. Et nota ꝙ Ioannes ſecun-
dum audientiū diſpoſitionē effundebat ſermonem
vt dum minora perficerēt, tandem ad maiora per-
tingerent. Vnde Chry. Volebat autē Ioānes quan-
do publicanis & militibus loquebatur, ad aliā ma-
iorem perfectionē eos traducere: ſed quoniā non-
dum erāt ad illam idonei, minora referat, ne ſi po
tiora proferret, nequaquā illis intenderent, & his
etiam priuarētur: hęc Chry. Maiora autē quę tur-
bis præceperat, etiā ad publicanos & milites, ac cō
muniter ad omnes pertinēt. Vnde Ambro. Singu-
lis quoq; generibus hominū cōueniens tribuit ſan-
ctus Baptiſta reſpōſum vnū omnibus ita. Publica-
nis, ne vltra præſcriptū exigāt. Militibus, ne calum
niam facientes, prædā requirant. Sed hæc & alia
I officiorū præcepta ſingulorū miſericordia cōmu-
nis eſt vſus: ideo cōmune præceptū omnibus offi-
cijs, omnibus ætatibus neceſſariū, & ab omnibus
deferendū eſt. Nō publicanus, nō miles excipitur,
non agricola, vel vrbanus, diues, & pauper: omnes
in cōmuni admonentur vt cōferant nō habenti. Mi
ſericordia enim plenitudo virtutum eſt, & ideo ab
omnibus eſt propoſita perfectę forma virtutis, ne
veſtimētis alimētiſq; ſuis parcant. Miſericordiæ
tamen ipſius pro poſsibilitate cōditionis humanæ
menſura ſeruatur, vt nō ſibi vnuſquiſq; totum eri-
piat, ſed quod habet cum pauperibus partiatur: hęc
Ambroſius.

Prædicatores milites dicuntur. Ephe. 6.

Ambro. de miſericordia à Ioāne præcepta.

Miſericordiæ laus.

ORATIO.

BEatiſsime Ioannes Baptiſta pręcurſor Chri-
ſti & virgo ſanctiſsime, qui pœnitentiā pec-
catoribus verbo prædicaſti, & eā nihilominus
exemplo demonſtraſti: ſcilicet auſteram in victu,
& veſtitu vitā ducēdo, & te à mūdi illecebris elon
gando. Obſecro te obtine pro me tuis ſacris preci-
bus vt donet mihi dominus cōgruentē abſtinentiā
K cibi & potus, cogitationis, locutiōis, atq; operis: cu-
ſtodiat me ab omni pollutione mētis & corporis:
concedatq; mihi quandiu in hac vita tēporali ſub-
ſiſto, ſegregari à vitijs, ac militare ſibi, & ita dignos
fructus pœnitentiæ facere, vt valeā omnium pec-
catorum meorum veniam conſequi, & ad vitam
æternam peruenire. Amen.

De eo quòd Ioannes non per ſeipſum ſed à deo
miſſus venit ad publicum. Correſpōdet euāgelio:
Fuit homo miſſus à deo, cui nomen erat Ioannes.

Caput XVIII.

QVòd autē Ioannes officiū baptiſmi
non propria autoritate vſurpauerit,
ſed ad teſtificandū Christi maieſtatē
miſſus, teſtatur Ioannes euangeliſta
dicens: [Fuit homo miſſus à deo, cui
nomē erat Ioānes.] Quia enim Lucas dixerat: fa-
ctum eſt verbū domini ſuper Ioannē Zacharię fi-
lium in deſerto, quid hoc ſignificet, Ioannes hîc de
clarat, cùm dicit: [Fuit homo,] id eſt, viuēs vita ho
minis, ſecundū dictamē rectę rationis [miſſus à
L deo:] ſcilicet de deſerto, ad baptizandū & teſtimo-
nium perhibendū de Christo. Vbi obediētię virtus
in Ioanne cōmendatur, nō enim à ſemetipſo, id eſt
à ſua præſumptione venit: ſed à deo miſſus, [cui no
men erat Ioannes, & cōuenit hoc nomē rei: Ioānes
enim dicitur in quo eſt gratia, & ideo fuit idoneus
ad præcurrendū ante illum qui eſt autor gratiæ.
[Hic venit in teſtimoniū:] ſcilicet [vt teſtimoniū
perhiberet de lumine:] ſcilicet Christo [vt p illū,]
id eſt, per eius teſtimonium [omnes crederēt,] in
Christū. Et nota ꝙ euāgeliſta quandoq; hîc mutat
nomē verbi: nūc eñ appellat lucē, nūc lumē: & hoc
ideo, quia lux dicit claritatē in puritate ſua, ſine al
terius naturæ adiūctione. Sed lumen dicit clarita-
tem cū aliqua re cōiuncta, ſicut claritas aēris nō eſt
lux, ſed lumē. Et quoniā Ioānes miſſus fuit vt teſti-
moniū perhiberet de Christo: in quo eſt vnio hu-
manæ naturæ cū verbo, ideo dicit Euāgeliſta eum
perhibere teſtimoniū de lumine. Sed quia Iudæi
æſtimauerūt de Ioāne ne fortè ille eſſet Christus.
M Ideo eorū falſam opinionē remouet. Euāgeliſta di
cens: [Nō erat ille lux:] ſcilicet vera per eſſentiā, &
ex ſe naturaliter lucēs, & ad illuminandū alios lu-
ce gratiæ per ſe ſufficiēs, ſed lux per participatio-
nem: & à luce vera illa quæ lucē inhabitat inacceſ
ſibilem illuminatus, vt de ea luce vera & Sole iu-
ſtitiæ: ſcilicet verbo quæ eſt ſubſtātia patris, luxq;
in quo tenebrę nō ſunt vllę teſtimoniū perhiberet.
Ioannes quidē & ſancti nō ſunt lux illuminās effe-
ctiuè, ſed lux illuminata à luce prima. Eſt eñ lux
illuminās effectiuè, quę eſt lux per eſſentiā, & ſic
ſolus deus eſt lux illuminās. Et eſt lux illuminans
diſpoſitiuè: quæ eſt lux per participationem, & ſic
ſancti ſunt lux, qui illuminant verbo & exemplo.
Ipſa autē lux, de qua teſtimonium perhibebat, erat
ab æterno lux vera ſine falſitate, ſine vmbra, & ſi-
ne participatione: ſed per eſſentiā quæ illuminat
lumine gratię omnem hominem venientē in hunc
mundum tenebroſum, & quemlibet verè illumi-
nandum: quia ſecundum Auguſtin. Nullus eſt de
omnibus

Ioan. 1. Lucæ 3.

Ioannes miſſus à deo, non à ſe, baptizauit, &c.

Lux. Lumen.

1. Timo. 6.

Lux illuminans omnem hominem.



omnibus qui illuminatur, qui non per hanc lucem
A illuminetur: vel ſecundū Cryſ. Illuminat omnem
hominē, quantū in ſe eſt, & ad eum pertinet. Quia
ſi aliqui nō ſunt illuminati, hoc ideo eſt, quia ſe ſub
trahunt ab influentia huius lucis. Si eñ quidā men
tis ſuæ oculos claudētes, nolunt ſuſcipere lucis hu-
ius radios, non à lucis natura obtenebratio eſt illis:
ſed à malitia eorum, qui huic illuminationi obicē
ponunt, & à luce ſe auertentes, voluntariè ſeipſos
gratiæ dono priuant. Et ideo inexcuſabilis eſt ho-
mo, qui ſe ad gratiā recipiendam, nō præparat. Et
quidem verbum, & lux illa, id eſt ſapientia dei, per
quam factus eſt mundus, id eſt, vniuerſitas rerū, &
omnis creatura, in mūdo erat, ab ipſo, ſcilicet mū-
di exordio, ſicut cauſa in effectu, & ars omnipo-
tentis dei, p quā omnia ſacra ſunt in facto, hoc eſt
in vniuerſis creaturis lucebat, ratione creādi & gu
bernandi eas. Deus eñ eſt prę ſens vbiq; p potentiā,
quia eius virtus ad omnia ſe extendit: ſicut eſt rex
in toto regno: & p prę ſentiā, quia omnia nuda &
aperta ſunt oculis ei⁹: ſicut eſt rex in aula ſua: quia
B omnia quæ ſunt ibi, patent eius aſpectui: & p eſſen
tiam, quia non ſolum dat rebus eſſe, ſed rebus crea
tis exiſtens, cōſeruat eas in eſſe: quod non facit niſi
per ſeipſum vbiq;, p eſſenciam præſentialiter exi-
ſtentem: ſicut rex eſt in ſuo loco determinato, cui
corpus ſuum eſt proportionatum [mundus] inquā
[per ipſum factus eſt] ſua bonitate: vt eſſent quib⁹
ſuā gratiā impartiret [& mūdus] id eſt homo mū
dum inhabitans [eum non cognouit.] Et ideo ne-
ceſſarium erat ꝙ ipſe creator p carnem in mundū
veniret: vt p ſeipſum cognoſceretur. Vel mundus,
id eſt mundani & mundi amatores, eū non cogno-
uerunt: quia mundanę impreſsiones in cordibus ta
lium, impediunt à cognitione diuinorum. Qui aūt
dei amici erāt, eum etiā ante corporalem præſen-
tiam cognouerunt. Et ideo, licèt eſſet in mundo ſi-
cut deus, vniuerſaliter eſt in rebus creatis: hoc tñ
nō ſuffecit vt cognoſci poſſet à rudibus & munda
nis. Quapropter, vt ad ſenſum ab omnibus videri
C poſſet, carnem induit, & ſic per incarnationē, ſeu
carnis aſſumptionem [in propria venit] ſcilicet in
mundum, qui ſuus proprius eſt: ſicut creatura ſua,
quam ipſe fecerat, per quē facta ſunt omnia: quia
in mundo apparuit per humanitatē, quā fecerat p
diuinitatem. Et ſpecialiter venit in Iudęā, quę dice
batur terra dei: & ad Iudæos, de quibus oriūdus fue
rat, quos præ ceteris in populum peculiarē ſibi ele
gerat: quia ſemen Abrahæ apprehēdit, dum exiuit
à patre, & venit in mundum, carnē aſſumēs. [In mū
do erat] p deitatē: ſed in mundum venit, p humani
tatē. Venire quippè vel abire, eſt humanitatis: ſed
manere, deitatis. Vñ ſenſus eſt: venit, id eſt viſibili-
ter apparuit: & venit nō ꝓpter ſe, ſed propter nos:
& hoc bene innuit euangeliſta. Quia enim nō co-
gnoſcebat mūdus ſublimitatē diuinitatis, apparuit
in humilitate humanitatis. [Et ſui eum] p fidē &
approbationē [non receperūt] id eſt homines, quos
ad imaginem & ſimilitudinem ſuā fecerat, magna
ex parte, in eum credere noluerūt. Vel [ſui] id eſt
Iudęi [eum] p fidem & charitatē [nō receperūt.]
Sic & hodie clerici, qui reſpectu omniū Christia-
norum, magis ꝓpriè ſunt ſui: quia de ſorte dei ſunt:
D pro magna parte eum nō recipiunt: ſed prauis ſuis
moribus magis quā laici, eum abijciūt. Moraliter,
deus in propria venit: quia venit in mentes homi-
num, qui ſe totos deo dedicauerunt: & ſeipſos abne
gantes, deo ſe totaliter proprios fecerunt: vt iā non
ſibi, ſed deo viuant. [Et ſui eum nō receperunt] id
eſt illi qui ſunt ſuimet, quærētes quæ ſua ſunt, non
quæ dei: tales eñ eum nō recipiūt, nec venit in ta-
les mentes. Et ſic volens deum in ſe venire, opor-
tet ꝙ ſit filius dei. Verbum eñ, cuius propriū eſt,
quod eſt filius, nō venit niſi in propria, id eſt in o-
mnes qui ſunt filij dei, qui credunt in nomine ei⁹,
cuius nomē ꝓprium, eſt filius. Aliqui tñ de ſuis, &
pauci, cōparatiuè receperunt eum, p fidem chari-
tate informatam, filium dei à patre miſſum: ac ve-
rum deum & hominē credētes & confitētes, ſibiq;
per charitatem inhærentes. Sed quid eis profuit, ꝙ
eum receperunt? Multum quippè profuit eis: quia
vniuerſaliter, quotquot abſq; diſtinctione ſtatus,
aut conditionis, ſexus aut ętatis, & ſine diſcretione
E pſonarum, receperūt eum p fidem [dedit eis pote-
ſtatem filios dei fieri] ſcilicet adoptionis, p rege-
nerationem baptiſmi, & gratiam adoptionis [his
qui credūt in nomine eius] id eſt in re vel veritate
nominis, quòd eſt Christus, deus vngens, & homo
vnctus. Nomē quoq; eius, eſt Emanuel, id eſt nobi-
ſcum deus. Et ideo ille credit in nomine eius, qui
credit eū deum & hominē, & hoc eſt filius dei. Vñ
Ioan. Omnis qui credit quoniā ipſe eſt fili⁹ dei, ex
deo natus eſt. Et notandum ꝙ non dicit, fecit eos
filios dei: ſed ait, dedit eis poteſtatē filios dei fieri.
Et hoc ſignāter ſecundū Chryſto. Primò, ad oſten
dendū, ꝙ multo ſtudio opus ſit, vt imaginem filia-
tionis dei, in baptiſmo formatā, incontaminatam
ſemper cuſtodiamus. Secūdò, ad ſignificandum ꝙ
hāc poteſtatē, nullus nobis auferre poterit, niſi noſ-
metipſi auferamus. Tertiò, ad oſtendendū ꝙ hæc
gratia nō datur, niſi volentibus & ſtudentibus: ita
ꝙ hoc eſt in operatione gratię, & in poteſtate libe
F ri arbitrij. Nā hoc quidem eſt dei, ſcilicet dare gra
tiam: illud aūt hominis, ſcilicet præbere fidē. Pote
ſtas ergo filios dei fieri, nō datur niſi profitentibus
fidem Christi p ſe, ſi ſint adulti: vel aliū, ſi ſint par-
uuli. Per filium eñ naturalem, & p credulitatē in
eum, huiuſmodi filiatio acquiritur, nō p carnis pro
pagationem. Ecce quātus fructus aduētus filij dei:
quia ex hoc homo fit filius dei, per adoptionis gra-
tiam, quod ipſe eſt per naturam. Et hic eſt magnus
fructus: quia, vt dicit Apoſtolus, ſi filij & hæredes:
hæredes quidē dei: cohęredes aūt Christi. Vbi lar-
ga miſericordia dei oſtenditur, quādo qui ſerui nō
fuerunt, digni etiam filij dei ſint & nominentur.
Vnde Augu. Magna beneuolentia: vnius natus eſt,
& noluit manere vnus: nō timuit habere cohęre-
des: quia hęreditas eius nō fit anguſta, ſi multi poſ-
ſederint. Et ne quis putaret hāc natiuitatē carnalē
eſſe, & nō ſpiritualē: ſubiūgit euāgeliſta modū quo
aſſequimur iſtam filiationē, dicēs: [Qui nō ex ſan
guinibus] id eſt ex materia ſeminum patris & ma
tris. Pluraliter eñ ſecūdū Gręcos, dicēdo ex ſangui
nibus, viri pariter & fœminæ cōmunionē oſtēdit,

 quod

Conſeruatio rerū.

Mundus variè acceptus.

Venire & abire.

Moraliter

1. Ioan. 5. Filios dei fieri.

Roma. 8.

quod etiam exponendo ſubdit, [neq; ex volũtate] id eſt cõcupiſcentia & delectatione [carnis] id eſt mulieris. Quia enim caro, minus fortitudinis habet,& ab hoſtibus ſuſtentatur: ideo per eam ſexus infirmior deſignatur [neq; ex volũtate] id eſt cõcupiſcentia & delectatione [viri: ſed ex deo nati ſunt] per baptiſmi ſacramẽtum,& ſpiritualem generationem,& filij adoptionis facti ſunt: quia non fit per modũ carnalis generationis, ſed ſpiritualis, inquãtum homines à deo recipientes gratiã,trahũtur quodãmodo ad naturam diuinam: quia per donum gratiæ,efficiuntur conſortes diuinæ naturæ. Moraliter hinc collige ꝙ nihil humanum, & per conſequens nihil mũdanũ,neq; creatũ,debet ſe gignere in nobis: vt nõ ex illo,ſed ex ſolo deo nati ſimus. Deinde oſtẽdit,& manifeſtat modũ,quo verbum venit in mundũ: quia nõ venit locali aduẽtu, & vbi prius nõ erat: ſed quia nouo modo,ibi eſſe incepit. Sicut rex qui prius eſt in aliqua ciuitate,per ſolã ſuã potentiã, quãdo venit illuc perſonaliter,incipit ibi eſſe nouo modo,ſcilicet per ſui præſentiã: ſic dei filius, qui erat prius in mundo per potẽtiã, præſentiam,& eſſentiã,venit ibi nouo modo, ſcilicet humiliãdo ſe,per carnis & noſtræ infirmitatis aſſumptionem: vt filij adoptiui efficeremur,ꝑ filiũ naturalem. Et hoc eſt ꝙ dicitur [Et verbũ caro factum eſt] id eſt carni vnitum eſt,ſeu carnẽ aſſumpſit: hoc eſt hominem aſſumptũ, in vnã perſonam ſibi copulauit. Caro enim , hîc dicitur homo,accipiendo ſinechdochicè partẽ pro toto: ac ſi diceret, factum eſt caro,id eſt homo. Factũ eſt vtiq; verbũ caro,nõ ꝙ verbum mutaretur in carnem, ſed quia carnem,anima rationali animatã, ſuſcipiendo ex diuinitate & humanitate,vna perſona facta eſt: vt ſint duæ naturæ in vna perſona,incõfuſibiliter, integrè,& indiſtinctè vnitę: nõ vna in aliam cõuerſa,ſed ambę in vna perſona,deus & homo. Natura ergo humana,aſſumpta eſt à verbo,non in vnitate naturę, ſed in vnitate ſuppoſiti,vel pſonæ. Et ideo ſenſus eſt: Verbũ caro factũ eſt: ac ſi diceretur, deus homo factus eſt. Vnde Auguſt. filius hominis habet animam: habet corpus. Filius dei,quod eſt verbum dei,habet hominẽ tanquã anima corpus: ſicut anima habẽs corpus,nõ facit duas pſonas, ſed vnũ hominem: ſic verbũ habens hominem,nõ duas perſonas,ſed vnum Chriſtum. Quid eſt homo? Anima rationalis, habens corpus. Quid eſt Chriſtus? Verbum dei,habens hominem. hæc Aug. Perfectã ergo in ſe naturam hominis, dominus demonſtrauit: quia totum hominẽ ſaluare venit. Vnde Chry. Nam quid iam dudũ propter peccatum,homo totus ſententiã mortis incurrerat, & in corpore, & in anima: neceſſariò dominus vtrunq; ſuſcepit,vt vtrũq; ſaluaret. hæc Chryſo. Noluit aũt euangeliſta nominare totũ,vt oſtẽderet ſingularem & maximam vnionẽ verbi ad hominẽ, quæ tanta eſt, vt non ſolũ verbum ſit homo,& homo verbũ: ſed etiã ſeparatis partibus hominis , ſcilicet carne & anima: verbum eſt vnaqueq; partiũ, & quælibet pars eſt verbũ. Et licèt anima ſit nobilior & præſtatior carne,nominat tñ carnem magis quàm animam: quia vt magis nos certificaret, ideo partem indignorem expreſſit: de qua magis dubium eſſe poterat,ꝙ verbum ipſam aſſumpſerit. Moraliter autẽ maluit dicere caro quàm anima, ad cõmendãdum inenarrabilem condeſcenſum benignitatis & humilitatis dei,vnde partem viliorem nominauit. In quo ſuperbiã multorum percutit , qui requiſiti de cognatione ſua,reſpondẽt nominando aliquẽ,tenẽtem ſtatum dignitatis,etiã in linea remota,dicẽtes ſe eſſe nepotes talis epiſcopi,præpoſiti, vel decani, aut huiuſmodi: & tacent de parentibus,& alijs,qui magis ſunt ꝓpinqui. Exẽplum ad hoc fabuloſum narratur de mulo,qui requiſitus quis eſſet pater eius,reſpondit: ꝙ dextrarius eſſet auunculus, tacens & erubeſcẽs,ꝙ aſinus eſſet pater eius. [Et] ſic verbum [habitauit in nobis] id eſt in noſtra natura inſeparabiliter: vt amplius nullatenus ab ea diſiungeretur. Non eſt intelligendum, ꝙ habitauit in nobis,quaſi in vnitate ſuppoſiti, in quolibet noſtrũ, ſicut in Chriſto: ſed intelligendũ in vnitate naturę humanæ,quam cõmunem nobiſcum habuit, cum qua manſionem perpetuã iniit. Vel [habitauit in nobis] id eſt inter nos in mundo , ſecundum illud Baruch: In terris viſus eſt & cũ hominibus cõuerſatus eſt. Moraliter põt etiam intelligi de inhabitatione mentali,qua deus mentẽ inhabitat ꝑ gratiã. Et hęc verbi inhabitatio mẽtalis,bene ſequitur eius inhabitationem carnalẽ,qua videlicet factũ eſt caro: ſicut effectus ſequitur ſuã cauſam. Ex eo enim ꝙ verbum eſt incarnatum,prouenit nobis illud bonum,ꝙ idem verbũ nos inhabitat mentaliter. [Et vidimus gloriam eius] id eſt cognouimus maieſtatem glorioſam diuinitatis: quaſi,id eſt verè vnigeniti,à patre,id eſt vnius & eiuſdem cũ eo naturæ. Videre accipitur pro viſione corporali, & pro cognitione intelligibili: & vtroq; modo vidẽdi habuit Ioãnes,& alij apoſtoli notitiã verbi incarnati: quia cũ ipſo fuerũt corporaliter cõuerſati,& ſic viderũt ſenſibiliter,opera virtutem totius naturę excedentia: ex quibus diuinitis viſũ mentis perceperunt & intellexerunt diuinitatis eius excellentiã in carne latentem,quam pro infirmitate carnis viſibilis, ſuperbi credere noluerunt. Gloriã quippe verbi cognouerunt diſcipuli,in ſapiẽtia doctrinæ: & quia erat docens,ſicut poteſtatem habens,& ꝓpria autoritate loquẽs,ſimiliter in miraculorũ operatione: & quia creaturæ obediant ei ad nutũ,ſicut dño & creatori,necnõ in transfiguratione,in paſſione,in reſurrectione, in aſcenſione,& in ſpiritus ſancti miſſione. Propter quod dicẽs [Et vidimus gloriã eius] ſubdit quaſi exponendo hãc gloriã [quaſi vnigeniti à patre] id eſt,nõ ꝑ adoptionẽ, ſed reuera vnigeniti per naturã,& naturaliter ab eo ꝓcedẽtis, & ꝑ conſequens eandẽ naturã numero cũ ipſo habentis. Et attende ꝙ ly quaſi,nõ ponitur hîc ad ſignificandũ ſimilitudinẽ filiationis diuinæ: quia nõ eſt hîc expreſſiuum ſimilitudinis vel cõparationis, ſed veritatis & expreſſionis. Ac ſi dicat ſecundum Chryſ. Vidimus gloriã qualem decebat,& conueniens eſt habere vnigenitum filium. Et eſt modus loquendi ſecundũ eũdẽ: ſicut ſi aliquis vidiſſet regẽ valde ornatũ,& in multiplici gloria incedẽtẽ,& incipiẽs de hoc alijs narrare, nec valẽs totũ apparatũ & ornatus

G Caro pro muliere capitur.

Moraliter

H

Caro pro homine toto.

I Filius Dei quomodo habet hominem. Homo. Christus.

Caro potius quàm anima factum dici tur verbũ.

K Moraliter

Cõtra eos qui de parentibus gloriãtur.

Muli parentes.

Inhabitatio verbi.

L Baruch 3. Moraliter

Videre & quomodo viderunt gloriam Christi Apostoli.

M

Quasi vnigeniti.



tus claritatẽ enumerare,diceret alijs ſic: Quid oportet multa dicere,quaſi rex ibat: id eſt,ſicut decebat regẽ. Ita & hîc euãgeliſta,cũ non poſſet ſub breui ſermone,omnia quæ de gloria verbi cognouerat enarrare: puta quomodo angeli ipſum glorificauerãt,vt ſerui paſtores,magi adducti per ſtellã dæmones de corporibus expulſi,mortui ſuſcitati, infirmi curati,& alia ſuprà iam memorata. Et breuiter omnis creatura cognouit, & clamauit regẽ cœlorũ aduenisse: imò & pater de cœlis , & ſpiritus ſanctus ſuper ipſum veniens,hæc teſtati ſunt. Hæc & infinita alia,gloriã verbi atteſtãtia,breuiter cõprehẽdẽs Ioannes,dicit: [Et vidimus gloriã eius,gloriã quaſi vnigeniti à patre.] id eſt talẽ qualem decet vnigenitũ dei. Eſt ergo dei filius , iuxta diuinitatis excellẽtiã,vnigenitus à patre: iuxta fraternã verò ſocietatẽ,primogenitus in gratia. Inde eſt ꝙ frater nuncupatur,& dominus : frater, quia primogenitus: d'ſ,quia vnigenitus. Cognitio aũt verbi incarnati,quã habuerũt apoſtoli & credẽtes, fuit quãtum ad vtrãq; naturã, ſcilicet diuinam,& humanã: quantũ ergo ad diuinã, dicit [& vidimus gloriã eius,quaſi vnigeniti à patre:] ſed quantũ ad humanã,ſubiũgit,[& vidimus eum plenũ gratię] id eſt charismatibus: quia omnia dona ſpiritus ſancti,abſque mẽſura recepit [& veritatis.] quia promiſſa adimpleuit. Et dicit plenũ gratiæ, ad exhauriẽda peccata: & plenũ veritatis,ad implẽda promiſſa. Et verè plenum,quia in Chriſto habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et notandum ꝙ illud euãgelium,cũ ſit altiſſimæ intelligẽtiæ,& cõtineat profundiſſima myſteria,& præcipuè vbi dicit, Verbũ caro factum eſt: cuius myſterij modum explicare,ille ſanctiſſimus Ioãnes ſe fatetur indignum,nõ dubiũ quin verba ſint magnæ efficacię. Vñ cõſuetudo laudabilis eſt ꝙ in fine miſſæ,iſtud euãgelium legitur: de cuius euãgelij efficatia,breuiter recito quędã exẽpla: In Aquitania fuerunt duo dæmoniaci,ambo mendici: & videns vnus ꝙ alteri plus daretur,clã vni ſacerdoti dixit: Si feceris id quod tibi dixero,ſcilicet ꝙ illud euangeliũ,In principio erat verbũ,legeris in aurẽ ſocij mei,me tamẽ non audiẽte,pro certo fugabitur dęmõ ab ipſo. Intelligẽs autẽ ſacerdos verſutiã dæmonis,altè illud euãgelium legit: & cũ diceret, Verbum caro factũ eſt,ſtatim dæmões euolauerũt,& ambo liberati ſunt. Itẽ narratur diabolum dixiſſe cuidã ſancto homini,eſſe quoddã verbum euangelij valde tremebundũ dæmonibus: quo interrogante quod eſſet illud verbũ,noluit dicere. Vir ille , cùm produceret in mediũ plures autoritates,diabolus reſpondit ad ſingula,nõ eſſe illud. Tãdẽ interrogatus,an eſſet illud, Verbum caro factum eſt: non reſpõdit,ſed cum clamore diſparuit. Itẽ cuidã abbati,apparuit diabolus,in forma mulieris pulchrę,alliciẽs eum ad cõcubitũ: cũ ſoli eſſent in quodã viridario,& aduertens abbas malitiã diaboli,ſignauit ſe dicẽs: Verbũ caro factum eſt,& habitauit in nobis. & mox dæmõ,cum magno ſtrepitu,diſparuit. Item legitur de quodã monacho: qui cũ audiens legi iſtud euãgelium, In principio erat verbũ,& peruẽto ad Verbum caro factũ eſt,nõ genu flecteret, nec aliquã reuerentiã faceret,diabolus ei alapã dedit,dicẽs: Si legeretur, Verbũ dẽmõ factum eſt,nos nunquã genu flectere ceſſaremus. Et experimẽto patet quod vidimus eũ plenũ gratiæ & veritatis] quia de plenitudine eius,nos oẽs accepimus gratiã per gratia] q.d. etiam nos oẽs duodecim,& omnis plenitudo fideliũ,& qui nunc ſunt,& futurorum, de plenitudine eius accepimus: & ideo plenũ fuiſſe dicere poſſumus. Vbi ſciẽdũ ꝙ multiplex diſtinguitẽ plenitudo. Vna eſt vniuerſitatis,ſiue numeroſitatis,& corporeitatis,quę gñaliter ſecũdũ diuerſas perſonas eſt ĩ eccleſia,cui nullũ donũ deeſt. Alia eſt ſufficiẽtię,quæ fuit in Stephano,& in alijs ſanctis & eſt in ſingulis iuſtis,in vnoquoq; pro ſua capacitate. Tertia eſt , prærogatiuę,ſiue abũdãtię,quæ fuit in beata virgine quæ oẽs ſanctos excedebat in donis gratiæ. Vnde ſicut in ſole deus poſuit virtutes omnium ſyderũ: ita & in Maria virtutes omniũ ſanctorũ. Quare nõ ſufficit ei habere cum alijs plenitudinẽ ſufficiẽtiæ,niſi habeat eã cũ ſingulari prærogatiua,& in tãta abundãtia,ꝙ poſſit ſupereffluere,& redundare ſuper peccatores: cuius tamẽ gratiæ autor eſt Chriſtus. Quarta,eſt plenitudo cõſummationis,ſiue excellẽtię,& ſupereffluẽtiæ,quæ fuit in Chriſto,& de qua dicit hîc Ioannes Nõ ſolum enim habuit plenitudinẽ in alijs repertã,ſed etiã in alios redundãtẽ: quia de hac plenitudine donorum quã habuit,omnes nos electi, tanquã huius capitis mẽbra,quaſi per paruos riuulos,quoſdã ſuprà merita noſtra accepimus,ſcilicet gratiã pro gratia. Gratiã recõciliationis & ſalutis, pro gratia fidei,qua in eum credimus: gratiã vitæ eternæ,pro gratia præueniẽte & iuſtificãte: gratiã remunerationis,pro gratia meriti. Dedit enim nobis gratiã: vt per eã gloriã cõſequamur,quę eſt gratia cõſummata. Et breuiter,quicq̃d de gratia additur gratiæ præueniẽti,totũ eſt gratia pro gratia. Vnde eſt illud : Quicquid habes meriti,præuẽtrix gratia donat. Nil deus in nobis,præter ſua dona coronat. Vnde Augu. Quã gratiã primò accepimus? Fidẽ. Vocatur enim gratia: quia gratis datur. Hãc ergo accipit gratiã primã peccator,vt eius peccata dimitterẽtur. Et iterum [gratiã pro gratia] id eſt pro hoc gratia,in qua ex fide viuimus , recepturi ſumus aliam,id eſt vitã æternam. Vita enim æterna,quaſi merces eſt fidei. Sed quia ipſa fides gratia eſt: vita æterna gratia eſt,pro gratia. Et quia vt dictum eſt [de plenitudine eius , omnes gratiam accepimus] in fonte autem pleno,vas accipere poteſt aquam quantum poteſt,ſecundum ſuam capacitatem: & ſi parum accipiat , non eſt defectus fontis,ſed vaſis. Sic in Chriſto , qui eſt fons vitæ plenus,nos gratiam recepimus,ſecundũ cordium noſtrorum capacitatem. Sed videmus quò plus capit vas baſſum & latum,quàm vas altum & ſtrictum,ſic cor baſſum per humilitatem,& latũ per charitatẽ,plus recipit,& magis eſt capax gratiæ, quàm cor altum per ſuperbiam,& ſtrictũ per auaritiam. Vnde ex parte dantis,non eſt defectus: ſed ex parte noſtra,eſt defectus,ſi non accipimus per humilitatem & dilectionem quantum poſſumus. Vnde Iſido. Nullo magis dei & hominum gratiã meremur:

A

B Plenũ gratiæ,&c.

Colloſ. 2.

Euãgeliũ Ioãnis eſt altiſſimæ intelligentiæ.

Dęmonia per euãgelium Ioannis effugantur præcipuè per illud,verbũ caro factũ eſt.

C

D Genua flectẽda ſunt dum dicitur, Et verbũ caro factum eſt.

Plenitudo multiplex

E

Deus dat gratiã pro gratia.

F Gratia vnde dicta.

Ioannis 1.

meremur,quã ſi humiles in ſinu charitatis eſſe ſtu
G deamus. Vt aũt dicit Augu.non erat iſta gratia in
veteri teſtamẽto:quia lex minabatur,nõ opitula-
batur:iubebat,non ſanabat:languorẽ oſtẽdebat,nõ
auferebat,ſed præparabat medico vẽturo,cũ gra-
tia & veritate:& ideo modũ acceptionis gratię de
terminans,ſubiungit[Quia lex per Moyſen data
eſt]quæ eſt annuntiatio ſalutis[gratia]quã dat in
virtutibus,& donis,& ſacramentis:& qua fit ſalus
hominũ[& veritas]impletionis figurarũ,& pro-
miſsionũ[per Ieſum]ſaluatorẽ[Chriſtum] vnctũ
ſpiritu ſancto[facta eſt]in ſe,& per ſe,ſufficiẽter.
Vnde Augu.Mortẽ enim tẽporalem & æternã,oc
cidit mors dñi tui. Ipſa eſt gratia,quę promiſſa,&
non habita,erat in lege. Et Chryſoſt. Ea enĩ quæ
in nouo teſtamẽto perficienda erant,in veteri te-
ſtamẽto figuris præſcripſerunt:quas Chriſtus ve-
niẽs adimpleuit. Vnde figura data eſt perMoyſen:
veritas perChriſtũ facta eſt. Qualiter aũt hęc gra
tia & veritas facta eſt,oſtẽditur,cũ ſubditur[deũ]
Deum nemo vidit. vt eſt[nemo]id eſt nulla creatura[vidit vnquam]
id eſt viſione cõprehenſionis. Quia vt dicit Chry
H ſoſt.nec angeli,nec ipſa ſeraphim,eſſentiã dei vi-
derunt. Vel deũ nemo,ſcilicet mortaliũ,vidit vn-
quã. Vnde Greg. Quãdiu hîc mortaliter viuitur,
videri per quaſdã imaginesdeus põt:ſed per ipſam
naturæ ſuæ ſpeciẽ,non poteſt:vt anima gratia ſpi
ritus afflata,per figuras quaſdam deum videat:ſed
ad ipſam vim eius eſſentiæ non pertingat. Si verò
à quibuſdã poteſt in hac corruptibili carne viuẽti
bus,æterna claritas dei videri:hoc ab hac ſentẽtia
nõ abhorret:quoniam quiſquis ſapiẽtiam quæ eſt
deus,videt,huic vitæ funditus moritur,ne iã eius
amore teneatur. Et Auguſt. Niſi enim ab hac vita
quiſq; quodãmodo moriatur:non in illã rapitur&
ſubuehitur viſionẽ. Et ſubditur de eo à quo cõpre
hẽditur[vnigenitus]ſcilicet filius[qui eſt] & ma-
net]in ſinu]id eſt in intimis ſecretis[patris] æter-
ni. Per quod,ſecundũ Chryſoſt.ſignatur familiari
tas,& coæternitas eius apud patrẽ[ipſe enarrauit]
fidelibus quod vidit:quia eos de ſecretis diuinitatis
I docuit:vt de myſterio trinitatis,& de multis alijs,
quæ non fuerũt ita explicitè tradita,in lege & pro
phetis,ſicut Chriſtus explicauit:ſicq; eos in fide,&
gratia fidei fundauit,ac viã ſalutis omnibus oſten-
dit,& in ſe aperuit. Vnde:Beda Homo factus,enar
rauit quid de trinitatis vnitate ſentiẽdum , quali-
ter ad eius contẽplationem properandum,quibus
actibus ſit perueniẽdũ.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte fili dei viui,qui es lux
vera,quæ illuminas oẽm hominem venien-
tem in hunc mundum ego miſer qui tene-
bris denſis obfuſcor te adoro,deprecans miſericor
diam tuam,vt animam meam illumines,mentem
informes,cogitationes diſponas,ſenſus componas,
ſermones & actus dirigas:quatenus iniquitatis au-
tor,& tenebrarum amator , non me ſurripiat,
nec in me ſignum ſuum reperiat, ſed veriſsimæ
lucis fulgore percuſſus, procul à me recedat : vt
per claram & rectam ſemitam , ad te lucis auto-
rem tendens,ad tuam gloriam perueniam ſempi-
ternam. Amen.

De eo q Ioãnes cõfeſſus eſt ſe nõ eſſe Chriſtũ:
ſed eius pręcurſorẽ & nuntium. Cap. XIX. K

OMnibus aũt exiſtimãtibus,& cogitã Ioãnes exiſtimabatur Chriſtus.
tibus in corde ſuo,de Ioanne,ne for-
tè eſſet Chriſtus in lege promiſſus:
tũ propter mirabilẽ eius conceptum
& ortũ:tum propter ſanctę vitæ eius
meritũ:tũ propter doctrinæ eius prudẽtiã efficacẽ
tum propter baptiſmi nouitatem:phariſæi audita
opinione,quã turba habebat de Ioãne:moti cõtra
eũ,q ſibi baptizandi officiũ,pręter ordinẽ legis,
& traditionẽ eorum,aſſumpſiſſet indebitè:& dubi
tãtes an meſsias eſſet[miſerunt ab Hieroſolymis]
ad Ioannẽ,de ſtirpe ſacerdotali exiſtẽtẽ[ſacerdo- Ioannis 1.
tes & leuitas]in lege ſapiẽtes[vt interrogarent eũ
quis eſſet]& quare baptizaret. Sapiẽtes tamen &
ſcribę,ſcire poterant eum non eſſe Chriſtum:quia
Chriſtus promiſſus fuit ex tribu Iuda,Ioannes aũt
fuit ex tribu Leui. Ioãni in vtero ſanctificato,mo
uetur quæſtio quis ſit. Ratione cuiusnota quatuor Quæſtiones quatuor vtiles.
quæſtiones,cuilibet de ſe mouẽdas:ſcilicet quid ſit
in natura,quid in perſona,qualis in forma,quãtus
in ſtatura. Prius ergo de his teipſum interroga:vt L
videas quid interroganti deo poſsis reſpõdere. Pri
ma ergo quæſtio eſt,quid ſis in natura. Ad hoc tri
na eſt rñſio. Es enim homo,ratione corporis terra
vt humilieris cõtra ſuperbiã:es ratione animę ſpi
ritus,vt ſurſum coneris cõtra auaritiã:es ratiõe ho
mo,id eſt animal rationale,vt rõnabiliter cõuerſe
ris cõtra luxuriã. Hæc ergo quærit à te deus: [Tu
quis es?]O ſuperbe,denaturaſti:non es terra te hu
miliãs,ſed aer te exaltãs:nõ ſpiritus quærẽs ſpiri-
tualia,ſed caro ſapiẽs terrena:nõ homo ratiõe vtẽs
ſed beſtia brutaliter viuẽs. Secũda quæſtio eſt,quis
ſis in perſona . Et hoc quęretur à te,quando pul-
ſaueris ad ianuã,dicẽs,Domine domine aperi no-
bis. Et fortè rñdebis:Chriſtianus ſum. Sed vt dicit
Ambro.mẽdaciũ eſt,ſe Chriſtianum dicere,& ope
ra Chriſti non facere. Vel fortè rñdebis : Amicus
eſt Sed attẽde quid dicit:Vos amici mei eſtis,ſi fe- Ioan. 15.
ceritis quæ pręcipio vobis. Si ergo neuter es,audi- Matt. 25.
es:Amẽ dico vobis,neſcio vos. Tertia quæſtio eſt, M
qualis es.ſ.in forma morũ,& actionũ interius & ex
terius:vt attẽdas diligẽter quãtũ proficias,vel quã
tũ deficias. Quarta queſtio eſt,quantus ſis.ſ.in ſpi
rituali ſtatura:quã paru' per humilitatẽ,vt ſciatur
an poſsis per anguſtam portã intrare ad vitã:quã
magnus per charitatẽ,vt ſciatur quãtus tibi locus
in cœlo debeatur. Interrogatus ergo quis eſſet[cõ-
feſſus eſt]veritatẽ[& non negauit]hoc enim eſſet
negare ipſum Chriſtum,qui eſt ipſa veritas. Vnde
ſequitur:[Et cõfeſſus eſt,quia non ſum ego Chri-
ſtus.]In quo magis ad mẽtẽ & intẽtionẽ quęren-
tium,quàm ad verba & quæſtionẽ reſpondit. Ad
hoc enim quęrebant quis eſſet,vt reſponderet eis
ſi eſſet Chriſtus,an non. Vnde licèt expreſsè non
quęrerẽt an ipſe eſſet Chriſtus:hoc tamẽ ſecũdum
Chryſoſt.intẽdebat in corde:vt patet ex Ioãnis re
ſponſione. Confeſſus eſt ſe non eſſe,quod non erat:
non negauit ſe eſſe,quod erat. Confeſſus eſt ſe non
eſſe Chriſtum,quod opinio vulgi publica habebat:
& nõ negauit ſe eſſe Chriſti pręcurſorẽ,quod erat.
Confeſſus



Confeſſus eſt ſe nõ eſſe iudicẽ:non ſe negauit iudi
A cis præconẽ. Confeſſus eſt ſe non eſſe eccleſiæ ſpõ-
Confeſsio vera & humilis Ioãnis. ſum:non negauit ſe ſponſi amicũ. Confeſſus eſt ſe
non eſſe verbũ:non ſe negauit eſſe vocẽ. Elegit ſo-
lide in ſe ſubſiſtere,ne humana opinione inaniter
reparetur ſuper ſe . Magis enim voluit infirmita-
tem ſuã humiliter recognoſcẽdo inter mẽbra Chri
ſti numerari:quã eius nomen immeritò vſurpãdo,
ab ipſo Chriſti corpore abſcidi. Hîc ergo nobis Ioã
nis humilitas,qua nihil maius eſt,cõmẽdatur,qui
cũ tãtæ virtutis eſſet & authoritatis apud Iudęos,
vt eũ crederent Chriſtũ,non eſt tũ eleuatus in ſu-
perbiã,vſurpãs nomen & honorẽ alienũ. Vt enim
ait Chryſo.deuoti famuli eſt,non ſolũ non rapere
gloriã domini,ſed & oblatã à multis reſpuere. Sed
hanc Ioannis humilitatẽ Lucifer non habuit , qui
Humilitatem Ioannis non habentes. gloriã diuinitatis vſurpare ſibi voluit. Hanc etiam
humilitatem primi parentes nõ habuerunt,qui di
uinæ ſapientiæ ſimilitudinẽ,ſibi vſurpare volue-
runt. Hanc igitur humilitatem ille malignus non
B habebat,qui ſe extollens,diuinũ ſibi honorẽ vſur-
pabat. Et adhuc hodie quidã imitantur Luciferũ:
vt tyrãni,qui ſæuiendo violenter præſunt:& am-
bitioſi,qui ſe extollendo nequiter ſuperioritatem
quærunt. Quidã imitãtur prothoplaſtũ: vt hære-
tici & homines mundanæ ſapiẽtiæ,qui volũt plus
ſapere,quã oportet ſapere. Quidã verò præfigurãt
Antichriſtũ,vt hypocritæ,ſimulãtes ſanctitatẽ,ac
mendaces & doloſi,negãtes veritatẽ. Igitur , quia
Iudæi æſtimabãt Ioannẽ eſſe Chriſtũ in lege pro
Gene. 49. miſſum,patet q ſecundũ ſcripturas,ſcilicet,Nõ au
feretur ſceptrũ de Iuda,& huiuſmodi dominicę in
carnationis tempus adeſſe,tunc eis fuit notũ . Sed
mira cæcitas Iudęorũ,qui cũ crederent Ioannẽ eſ-
ſe Chriſtũ,credere nolebãt ipſo Ioanne atteſtante
Chriſtũ eſſe ſaluatorem tot ſignis ac virtutibus ap
Heliæ expectatio. probatum. Et quia ſicut à populo Iudæorũ,expe-
ctabatur Chriſtus venturus:ita & Helias ipſum prę
ceſſurus. Sicut enim aduentus Chriſti fuerat Iu-
dæis promiſſus:ita etiã Heliæ aduentus. Et ideo vi
C dentes qui miſsi erãt,q Ioannes non confitebatur
ſe eſſe Chriſtum,quærebãt ſi eſſet Helias. Propter
Heliæ ſimilitudo in Ioanne. duo quærebãt ſi eſſet Helias:quorũ vnũ eſt ſimilitu
do habitus,& vitæ auſteritas:aliud ſimilitudo offi
cij,præcedendo aduentũ Chriſti. Et rñdit ſe nõ eſ-
ſe Heliã. Sic Ioãnes fuit angelus,non natura & per
ſona,ſed officio & vita:ſic etiã hîc ſe negat Heliã
eſſe corpore & perſona:ſed alibi Chriſtus dicit eũ
eſſe Heliã,officio,& vita. Non fuit ergo Helias in
perſona & corpore,ſed in ſpiritu & virtute : quia
ſcilicet in ſuis operibus,oſtendebat ſimilitudinem
Heliæ. Sicut enim Helias aduentum domini præ-
ueniet ſecundũ:ita Ioãnes præuenit primum. Ille
præcurſor venturus eſt iudicis:iſte præcurſor fa-
ctus eſt ſaluatoris. Et ſicut Helias in deſerto mora
batur, parco cibo vtebatur,& duris veſtibus ope
riebatur:ſic & Ioannes. Ambo in deſerto conuer-
ſati,ambo victu parci,ambo veſtitu inculti. Et ſi-
cut Helias magni zeli fuit:ſic & Ioãnes zelo veri-
tatis,mortuus eſt. Ambo reges arguebãt,ambo re-
gũ inſaniã tolerabãt. Ille Iordanẽ cœlũ petiturus
diuiſit:hic ad lauacrũ quo cœlũ petitur,multos cõ
uertit. Et quia Ioãnes negauit ſe eſſe Heliã,quẽ an
te Chriſti aduentũ nouerãt eſſe venturũ:quærebãt D
ſi propheta eſſet.ſ.ille de quo Moyſes locutus eſt:
quẽ etiã fama erat eſſe venturũ aũ Chriſtum. Erat
enim famoſa opinio tunc tẽporis,q aũ Chriſtũ ve
niret vnus magnus propheta ſingularis,pro eo q Deute. 18.
ſcriptũ eſt:Prophetã ſuſcitabit deus de fratribus ve
ſtris:ipſum tanquã me audietis. Quod ſecundũ ve
ritatem intelligendũ eſt de Chriſto:licèt Iudęi in-
telligerẽt de propheta alio. Et ideo interrogauerũt
eũ,ſi eſſet ille propheta. Et rñdens,negauit ſe eſſe
illũ prophetã,de quo ſcriptura prædicta intelligi-
tur:ſed non negauit ſe eſſe prophetã abſolutè,nec
prophetã miſſum ante Chriſtũ. Si enim fuit plus
quàm propheta,ſequitur q fuit propheta:quia mi
nus includitur in maiori. Cũ igitur Ioãnes tã famo
ſus eſſet,vt poſſet ſi vellet Chriſtus putari:noluit
nõ ſolũ Chriſtus,ſed nec Helias,nec propheta alius
reputari. Et hoc eſt cõtra eos,qui ſe iactãt de gene
re,vita,ſcientia,& huiuſmodi. Deinde cũ inſtarẽt,
& quærerent quis eſſet,& quid de ſe diceret,ne ad E
illos qui eos miſerãt,abſq; rñſo redirent,reſpondit
dãs de Chriſto teſtimonium,aſſerendo ſe eius eſſe
præcurſorẽ,& dicit[Ego vox]nõ quidẽ in perſona
& corpore,ſed in officio & ſimilitudine. Vox in- Eſaiæ 46.
quã verbi & Chriſti per me[clamãtis in deſerto:
dirigite viã domini,ſicut dicit Eſaias propheta]id
eſt ego ſum ille,de quo ſcriptura Eſaiæ dicit q in
deſerto Iudæę clamare debet:vt homines ad Chri Quare vox Ioannes.
ſti aduentũ in mundũ,ſe præparent . Prænuntius
Chriſti in deſerto clamat:quia Iudæę à gratia dei
deſertæ & deſtitutę,ſeu derelictæ,ſolatiũ redẽptio
nis annũtiat. Et bene deſignatur Ioãnes in proprie
tate vocis:quia erat annũtiator verbi diuini,id eſt,
Chriſti:qui ſecundũ diuinitatẽ,eſt verbũ patris:ſi-
cut vox humana,eſt expreſsiua verbi mẽtalis. Vox
ergo vocatur Ioannes:quia verbũ vocatur Chriſtus. F
Sicut enim præcedit vox verbũ:ita Ioãnes præce-
dit Chriſtũ. Nã ſtatim vt ex ore loquentis ſonus in
qualeſcunq; procedit,vox eſt:verbũ aũt nõdum eſt
quia omne verbum aliquid ſignificat. Et ſicut vox
manifeſtat verbũ:ſic Ioannes Chriſtũ:quia propter
ea venit,vt eũ in Iſrëel manifeſtaret. Itẽ vox pro-
pinquior eſt verbo,quàm ſonus:quia primò audi-
tur ſonus,deinde percipitur q vox eſt , & deinde
verbũ quod dicitur per vocẽ. Sic Ioannes propin-
quior eſt Chriſto quã alij prophetæ:quorũ prophe
tia fuit quaſi ſonus,reſpectu Ioannis:quia illi de re
motis,iſte de propinquo Chriſtũ indicauit,dicens:
Ecce agnus dei. Meritò ergo Ioãnes,præcurſor do Precurſor domini Ioannes.
mini vocatur:quia & naſcendo,& baptizando,& Matt. 3.
prædicando,& moriendo,& ipſe ſui nominis ap- Lucæ 3.
pellatione, Chriſtum præcurrebat. Sed quid cla-
mabat , alius euangeliſta ſic narrat,dicens [para-
te]id eſt præparate[viam domini] ſcilicet quoad
mãdatorũ impletionẽ[rectas facite ſemitas eius]
ſcilicet quoad conſiliorũ ſupererogationẽ:vt ipſe
ad vos venire dignetur,& in vobis habitare:qui ni
ſi per viã & ſemitas rectas neſcit incedere,vel ad
homines intrare. Vnde Pſalmiſta:Vias tuas domi- Pſal. 24.
ne demonſtra mihi:& ſemitas tuas edoce me. Pri
mum clamabat ad omnes:ſecundum ad proficien-
tes.

G
Semitę domini.

tes.Et hæ ſemitæ,per quas citò cōpēdioſè perueni
tur ad patriā meli⁹ rectificant ī ſolitudine,id eſt in
mūdanorū elōgatione,& omnimoda tēporalium
abſtractione:ne per colles deuios mundanæ oble-
ctatiōis,cōtingat oberrare.Has aūt ſemitas,quidā
obliquāt,qui ſpeciē ſanctitatis prætendētes,vel ha
bitū religionis geſtantes,in obſeruantijs religiōis,
& conſilijs euangelicis,non rectè ambulāt,nec ſei
pſos in illis rectificant.Vel per vias,quæ aptiores
ſunt,poſſunt intelligi actiōes:per ſemitas,quę ma
gis occultæ ſunt,cordis intentiones.Vnde [parate
viā domini]per mali deſertionē,& boni operatio-
nē[rectas facite ſemitas eius]id eſt intētiones oc-
cultas,facite rectas,nō diſtortas,ſcilicet pro æter-
nis,nō pro terrenis faciatis.Reformatio imaginis
in mēte,in hoc attenditur,ꝙ facies mētis incurua-
ta ad terrā,per terrenorū oblectationem,erigatur
ſurſum,& rectificetur per cœleſtiū conſideratio-
nē & dilectionē.Vnde in Canticis:Recti diligunt
te.Vbi ſecundū Bern.recti intelliguntur,qui à ter
renis ſunt abſtracti ac cōtēplatione & dilectiōe to
ti ad ſuperna erecti.Vnde dicit ꝙ quærere & ſape
re quæ ſunt ſuper terrā,curuitas animæ eſt:medi-
tari verò & deſiderare quæ ſurſum ſunt,rectitu-
do.Cui etiā rectitudini,ſecundū eundē Bern.atte
ſtatur ſtatura erecta corporis humani.Quid enim
indecētius,quā curuum recto corpore gerere ani-
mū?Peruerſa res eſt & fœda,luteum vas,quod eſt
corpus de terra,oculos habere ſurſum,cœlos libe-
rè reſpicere:ſpirituale verò,cœleſtemq; creaturā
ſuos econtrariò oculos,id eſt ,internos ſenſus atq;
affectus trahere deorſum in terram?Et ſubditur
[Omnis vallis]id eſt populus gētilis,vel quicunq;
humilis[implebitur ] bonis ſpiritualibus , ſcilicet
gratia in præſenti,& gloria in futuro[ & omnis
mōs & collis]id eſt Iudaicus populus,vel quicūq;
ſuperbus[ humiliabitur]id eſt, euacuabitur : quia
gratiā & gloriā amittet.Deus enim ſuperbis reſi-
ſtit:humilibus aūt dat gratiā.Et qui ſe exaltat,hu
miliabitur:& qui ſe humiliat,exaltabitur.Mōs di
cit,quātū ad maiores:& colles,quātū ad minores.
[Et erūt praua]id eſt corda malorū per iuſtitiā di
ſtorta,erūt[in directa]id eſt per æquitatē iuſtitiæ
rectificabuntur,& ad iuſtitiæ regulā dirigētur[&
aſpera]id eſt mētes iracundæ & immites,[in vias
planas]id eſt per infuſionē gratię,ad māſuetudinē
conuertētur:& contra Chriſtū indurata,mollifica
buntur[& videbit]oculo corporali in primo aduē
tu[omnis caro]id eſt omnis homo,tā gentilis,quā
Iudęus[ſalutare dei]id eſt Chriſtū dei filiū.Diui-
debatur enim tūc cōmunitas hominū in duas par-
tes,ſcilicet in Iudæos,& gētiles:& multi de his o-
mnibus hominibus,viderūt eū in mūdo,inter ho-
mines cōuerſantē.Poteſt etiā hoc verbū intelligi
de viſu ſpirituali,quo vidēt eū conuerſi ad fidē ca-
tholicā,ex omnibus gētibus totius mundi.Vel vi-
debit eū in forma humana,omnis homo,tā repro-
bi,quā electi in ſecūdo aduētu,ſcilicet in die iudi-
cij.Et cū miſſi à Iudęis,audirēt à Ioāne,ꝙ nō erat
aliquis triū prędictorū,quos expectabāt tāquā per
ſonas ſolennes,quæſierunt ab eo,dicentes:[Quid
ergo baptizas]nouum ritum inducendo,& officiū
alienū vſurpando[ſi tu non es Chriſtus]qui pote-
ſtate propria baptizabit,[neq; Helias]qui in tran- K
ſitu Iordanis baptiſmū ſignificabat,[neq; prophe-
ta]cuius officiū eſt baptizare:vt patet de Heliſæo,
qui Naamā baptizari miſit.Quaſi diceret:Qua- 4.Reg.5.
re tibi officiū baptizādi vſurpas,cū vicē perſona-
rū,quibus ſcriptura baptizare cōcedit,nō geras:ſi-
cut proprio ore confeſſus es?Notandū aūt ꝙ licèt
Ioannes non eſſet Chriſtus,poterat tamē baptiza-
re:quia erat præcurſor eius:& ideo debuit parare Baptizare
viam illius.Itē licèt non eſſet Helias perſonaliter: poterat Io
erat tamē virtute.Itē ſi non erat propheta ille ſin annes.
gularis:erat tamē plus quā propheta cōmunis:&
ideo baptizare potuit.Et reſpondit eis Ioannes,te-
ſtimoniū de Chriſto iterum prohibēdo:quia ſicut
præcurrebat prædicationē Chriſti,ſua prædicatio
ne & denūtiatione:ita baptiſma Chriſti præcede-
bat ſuo baptiſmate: ſicut & prophetæ antiquitus
aliquādo denūtiabāt futura,non ſolum verbis ſed
etiam factis.Vnde dicit:[Ego baptizo in aqua]in Baptizare
pœnitētiā,nō in ſpiritu,in remiſſionē peccatorū, in aqua &
docēs vos pœnitere,nō potēs vos abſoluere.[Ego in ſpiritu.
baptizo in aqua]præparatiuè,corpora tātū lauan- L
do:ad ſignificādū illū qui vēturus eſt baptizare in
ſpiritu ſancto autoritatiuè, etiā animas abluēdo.
q.d.Nō debetis imputare audaciæ quod ago : nec
mirari ſi ego qui nō ſum Chriſtus,neq; Helias,ne-
q; ille propheta ſingularis baptizo:quia baptiſmus
meus nō eſt cōpletus & perfectus.Nā ad cōpletio-
nē& perfectionē baptiſmi,exigitur lotio corporis
& animæ:& corpus quidē ſecundū naturā lauatur
aqua,anima verò nō niſi ſpiritu.Vnde & ego bapti
zo in aqua tātū,in pœnitētiā,id eſt in ſignū pœni-
tētiæ purgātis animas:corpore lauo corpus,& in-
ſtitutū baptizādi vſum,parans viā fortiori me,do
nec veniat qui abluit animas per ſpiritū.Vnde Am
bro.Ego,inquit,vos aqua baptizo.Citò probauit
ſe nō eſſe Chriſtū,qui inuiſibili operetur officio.
Nam cū ex duabus naturis,homo,id eſt,ex anima
ſubſiſtat & corpore,viſibile per inuiſibilia,inuiſi- M
bile per inuiſibile myſteriū cōſecratur:aqua enim
corpus abluitur,ſpiritu animæ delicta mūdantur.
Et ideo aliud fuit baptiſma pœnitētiæ:aliud eſt ba
ptiſma gratię.Iſtud ex vtroq;:illud ex vno.Nā cū
delicta cōmunia ſint mētis & corporis:purificatio
quoq; debuit eſſe cōmunis.Et bene non verbo,ſed
opere declarauit nō eſſe ſe Chriſtū:opus enim ho-
minis eſt gerere pœnitētiam delictorū:dei munus
eſt gratiā implere myſterij.hæc Ambr.Ioannis er
go baptiſmus vmbra& figura erat melioris baptiſ
mi:quia ſignificatio & prępáratio quadā erat fu-
turi.Propter quod,vt habetur in Actibus, forma Actuū.19.
baptiſmi Ioānis erat in nomine vēturi.Nec putan Baptiſm⁹
dū eſt,baptiſmū Ioānis parū profuiſſe hominibus: Ioannis
quia etſi pctā nō dimittebat,oēs tā qui ab illo ba- profuit.
ptizabātur,ſub peccati vinculo cōſtrictos eſſe ſen-
tiebat:& ideo redēptorē & mūdatorē,qui peccata
dimittere poſſet,mox vbi apparuiſſet,quærere ne
ceſſe habebāt.Vnde baptizabat in pœnitentiam,
id eſt ad hoc vt agerēt pœnitentiam:vt ſicut ipſe
eos aqua lauabat exterius : ita ipſi ſe pœnitentia
lauarent interius:vt mox Chriſto veniente para-
ti eſſent

Canti.1. Recti qui.
H
Iaco.4.
Lucę 14. & 18.
I
Ioan.1.



ti eſſent ad eius baptiſmum ſuſcipiendū: quia quos
A baptizauit,baptizati ſunt iterum.Baptiſmus enim
ipſius,erat quædam proteſtatio credendi in Chri-
ſtum vēturum,& facienda opera pœnitētiæ,vt de
uotius reciperēt ipſum. Vtilis ergo erat baptiſmus
Ioānis,propter aſſuefactionē ad Chriſti baptiſmū,
& propter vitę emēdationem:quia baptizabantur
confitētes peccata ſua: & propter Chriſti manife-
ſtationē. Vnde & ſubditur [medius veſtrū ſtetit]
id eſt præſens eſt inter vos quē prædico:qui eſt me
diator dei & hominū [quē vos neſcitis] nec cogno
ſcitis:& ad illū cognoſcendū, ego vos præparo,ba-
ptizando in aqua . Iſta verba exponi poſſunt, vno
modo ſecundū humanitatem Chriſti,ſecundū quā
ad literam Chriſtus fuit in medio Iudæorū: quia
inter homines cōmuniter eſt cōuerſatus,quaſi vn⁹
ex eis & nō cognouerunt præſentem, quem credi
derunt futurū.Alio modo exponuntur de Chriſto
ſecundū diuinitatem,ſecūdum quem vbiq; pręſens
eſt,& inuiſibilis.Et ſecūdum hoc medius eſt omni
bus rebus creatis, & tamen nemo ſcit eū: quia ne-
B mo cōprehēdit.Hìc nota ꝙ Chriſtus ſæpe legitur
locum medium ſpecialiter eligere : quia medium
eſt locus humilis.Vnde ipſe ait: Ego aūt in medio
veſtrum ſum,ſicut qui miniſtrat. Item eſt locus cō
munitatis:quia vniformiter ſe habet ad omnes: vt
centrum ad circūferentiam. Vnde Petrus:In veri-
tate cōperi,quia nō eſt perſonarum acceptor deus.
Item mediū eſt locus vnitatis:quia extrema vniun
tur in medio.Vnde Apoſtolus:Ipſe eſt pax noſtra:
qui fecit vtraq; vnum. Item eſt locus ſtabilitatis:
quia mediū mundi eſt fixū.Vnde Apoſtolus:Fun-
damentum aliud nemo pōt &c.Item locus proxi-
mitatis:quia omnibus partibus approximat.Vnde
in Actibus:Si fortè attrectēt eū,cùm nō longè ſit.
Et ſubdit Ioannes de Chriſto[Ipſe eſt qui poſt me
veniet,vel venturus eſt] quē ego vt præcurſor prę
nuntio [qui tamen ante me factus eſt.] Licèt iam
veniſſet naſcēdo, tamen dicit eſſe venturum: quia
nondum venerat ad baptiſmum,nōdum ſe manife
ſtauerat prædicādo,& miracula faciēdo,ac noſtrę
C redemptionis myſterium cōplendo.Et licèt Ioan-
nes præceſſerit Chriſtū tēpore natiuitatis & mor
tis, non tñ reſurrectionis & aſcenſionis. Vel [qui
poſt me venturus eſt] id eſt qui prædictus eſt à ꝓ-
phetis,poſt me venturus eſt.Secundū Remigium,
quinq; modis venit Ieſus poſt Ioānē:ſcilicet naſcē-
do,prædicando,baptizādo, moriēdo, & ad inferos
deſcēdēdo.Et cùm hoc quod dicit,Ante me factus
eſt,nō poſſit intelligi ſecundum deitatē,quę facta
nō eſt:nec de humanitate, qua Chriſtus poſterior
eſt Ioanne factus:oportet ꝙ intelligatur quoad ho
norem & dignitatem:quia quaſi dominum, ſequi-
tur eū Ioānes,& vadit poſt eum.Antè enim hoc in
loco,non temporis,ſed ordinis, habet ſignificatio-
nem & notat diuinitatis,no natiuitatis prioritatē.
Ac ſi dicat,ſecūdum Chryſoſt.Nō quia prior veni
ad prędicandum,ex hoc maiorē illo me ęſtimetis:
poſt me ergo venit tēpore:quia poſtmodum natus,
ante me factus eſt dignitate : quia tāquā clarior &
honorabilior,ſeu maior & dignior, mihi præpoſi-
tus eſt & prælatus.Huic ſimile eſt, cùm de aliquo
dicimus:Hic olim me minor,vel mihi par erat:ſed
modo ante me factus eſt honore,modo me præce- D
dit,modo mihi pręlatus eſt.Vel factus eſt antè ſyn
ceritate conſciētię,innocentia vitę, famæ decore.
Pręlationis aūt Chriſti cauſas, Ioānes aperit,cùm
ſubiungit:Qui prior me erat.Pro tāto enim[ante
me factus eſt] id eſt mihi prælatus,& dignitate an
tepoſitus eſt,quia etſi poſterior ſit in tēpore, eſt ta-
men prior in ęternitate: quia prior me erat,nō ſe-
cundum humanitatem,quā acceperit in tempore:
ſed ſecūdum deitatem,in qua eſt ab æterno cū pa-
tre,prior me erat:quia ipſe ab æterno, ego ex tem
pore. Quoniā qui poſt me natus eſt de matre ſine
patre,ante omnē creaturā, ſine vllo initio genitus
eſt ex patre ſine matre.Et fortior me eſt: quia ipſe
deus fortis & potens:ego aūt homo & fragilis, &
impotens.Ille domin⁹,ego ſeruus: ille imperator,
ego miles.Vñ Rabanus:Fortis eſt Ioānes,qui ſpiri Chriſtus
tum ſanctū dignus eſt habere: fortior qui eundem fortior eſt
pōt dare.Fortis qui regnū cœlorum prædicat:for- Ioanne.
tior qui donat.Fortis qui baptizat in peccatorū cō E
feſſione: fortior qui in eorū remiſſione.Immenſi-
tatem aūt excellētię eius,ſubdēdo manifeſtat [Cu
ius non ſum dignus vt] procumbens [ſoluā corri-
giam calciamentorū eius] quod humile & vile of-
ficium eſt.Quaſi dicat:Intantū eſt ante me,vt ego
neq; ſeruire ei,neq; in vltimis miniſtrorū eius vo-
cari dignus ſim.Calciamentū enim ſoluere,vltimi Calciamē
miniſtri res eſt.Cùm Chriſtus calciamēta nō por- ta ſoluere
tauerat,patet ꝙ hęc eſt metaphorica locutio: quia eius qui ea
Ioānes in hoc dicit ſe nō eſſe dignū exhibere Chri nō habet.
ſto etiā minimū obſequiū: hoc exprimēs ſecūdum
communē loquēdi modum.Cùm enim aliquis ſuā
paruitatē,& alterius excellētiam vult exprimere,
ſolet cōmuniter dici:Nō ſum dignus tāgere ſotula
res eius,vel aliud huiuſmodi. Nec mirū ſi Ioannes
hoc dixit:quia homo quātuncūq; magnus, deo cō-
paratus,nihil eſt niſi puluis & cinis:nec etiā aliqua
creatura eſt digna ei ſeruire, niſi ꝑ gratiā aſſuma-
tur.Per hoc oſtendit etiam Ioānes ipſis phariſæis,
ꝙ officiū alienum nō vſurpabat, ſed tantum ſuum F
proprium officiū,ſcilicet præcurſoris, exercebat.
Vnde ſecundū Greg.allegoricè ꝑ calciamentū, hu
manitas:per pedes,deitas:per corrigiā,vnio calcia-
mētorum, ſcilicet animę & corporis ad deitatem,
intelligi pōt:quia nec ipſe Ioānes, nec aliquis alius
ſufficiens eſt, vel pōt myſterium & modum illius
ineffabilis vnionis duarum naturarū, ſcilicet diui-
næ & humanę,qua verbum caro factū eſt, explica
re vel aperire:cùm hæc vnio tāta eſſet, ꝙ hominē
deum,& deū hominem faceret. Vnde Eſa.Genera Eſaiæ 53.
tionem eius quis enarrabit? Quaſi diceret, nullus Humili-
eſt dignus.Vbi Greg.Qua in re penſandum nobis tas contra
eſt,quomodo ſancti viri,vt humilitatis in ſe virtu- elationem
tem cuſtodiant,cùm quędā mirabiliter ſciūt, illud inducitur.
ante mentis oculos ſtudēt reuocare, quod neſciūt:
vt dum ex parte aliqua infirmitatem ſuā conſide-
rant,ex ea parte qua ꝑfecti ſunt, eorū ſe anim⁹ nō
extollat.Reſtat ergo vt ī omne quod ſcit, ſeſe mēs
deprimat:ne quod virtus ſciētię cōgregat,ventus ela
tionis tollat.Cū bona fratres agitis,ſemꝑ ad memo
riā mala acta reuocate: vt dū cautè culpa conſpici-
tur,

Baptizati à Ioanne, iterum baptizandi erant.
Medius veſtrum ſtetit,quomodo exponitur.
Mediū locum Chriſtus tenet.
Lucæ 22.
Actuū 10.
Ephe.2.
1.Cor.3.
Act.17.
Ieſus venit poſt Ioannem quinque modis.
Chriſt⁹ factus eſt ante Ioannē.

tur,nunquam de bono opere animus lætetur.Supe
G riores inuicē proximos veſtros attendite.Quia &
quos agere aliqua praua conſpicitis: quæ in eis la-
teant bona neſcitis. Quæ licet bona aſsint opera:
nulla ſunt,niſi ex humilitate cōdiãtur. Qui enim
ſine humilitate virtutes congregat:quaſi in vento
Lucę 3. puluerem portat.hęc Greg. Deinde Ioannes ſubiũ
git [Ipſe vos baptizabit] non ſolum in aqua,ſed &
[in ſpiritu ſancto & igne] gratiam ſpiritus ſancti,
& charitatis cōferendo: quod non pōt facere, niſi
deus.In baptiſmo enim Chriſti , confertur gratia
ſpiritus ſancti:& per ipſum ignis charitatis, ſi de-
bitè ſuſcipiatur,vel obex non ponatur. Baptiſmus
aũt Ioãnis iſta non cōferebat:ſed baptiſmum Chri
ſti ſignificabat,& ad ipſum diſponebat.Vñ Chryſ.
De bapti- Aliud fuit baptiſma Ioãnis:aliud dñi. Illud pœni-
ſmo dupli- tentiæ:hoc ſanctificationis& gratiæ,in quo & ſpi
ci. ritus ſanctus in vnoquoq; credente,ad decoquenda
peccata,modo ignis operatur vrens delicta,purgãs
ſordes carnis & animæ. Vñ & Beda: Baptizamur
autem à dño in ſpiritu ſancto:non ſolũ cùm in die
H baptiſmatis,fonte vitę in remiſsione peccatorum
abluimur:verũetiam quotidie,cùm per gratiã eiuſ
dem ſpiritus,ad agenda quæ deo placent,accendi-
Baptiſm⁹ mur.Eſt ergo baptiſmus fluminis,in aqua: flami-
triplex. nis,in pœnitentia:ſanguinis,in martyrio. Deinde
poſt teſtimoniũ Ioãnis,de primo Chriſti aduentu,
addit etiã de extremo, authoritate iudicij Chriſtũ
cōmendando,& populis cōminãdo,dicens:[Cuius
Ventila- ventilabrum in manu eius.] Ventilabrũ, à ventilã
brum vn- dis paleis dictum eſt:& eſt inſtrumentũ quo in Pa
de dictum leſtina ſolebat purgari bladã: & eſt factũ ſicut pa-
la,qua proijcitur granũ paleis cōmixtum, in altũ:
& vētus paleas tollit,& granũ in area cadit. Ioan-
nes ergo metaphoricè loquēs,per ventilabrũ, intel
ligit diſcretionem iuſti examinis,ſeu diuinum iu-
dicium & poteſtatem diſcernēdi bonos à malis:ſi-
cut ventilabro diuiduntur grana à paleis , & fru-
ctuoſa ab infructuoſis , quod eſt in manu, id eſt in
poteſtate & arbitrio eius: quia iudicãdi officiũ ſibi
traditum eſt à patre:quia omne iudiciũ dedit filio.
Ioannis 5. I [Et pmundabit[id eſt pfectè mundabit [& purga
bit] in futuro [areã] id eſt eccleſiã ſuã à paleis, in
qua nũc grana cũ paleis,id eſt boni cũ malis,com-
mixti ſunt:ſed in iudicio ſeparabuntur ab eis.[Et
congregabit triticum] modo pluribus locis diſper
ſum,id eſt bonos & iuſtos:qui ad modũ tritici ſunt
interius candidi,per mũditiã:exterius rubei,p pa-
tientiam:graues moribus,vtiles ſermonibus,multi
plicabiles aliorũ cōuerſionibus, [in horreũ ſuum]
id eſt,in cœleſte habitaculũ. [Paleas autem] id eſt
malos & reprobos,leues p ſuperbiã, pallidos p in-
uidiam,fragiles p iracundiã,aridos p auaritiam,
infructuoſos p accidiam,viles p carnalem concu-
piſcentiã, [cōburet igne] gehēnę [inextinguibili]
& pœna ſenſibili.In hac etiã præſenti vita,dñs ec-
cleſiam purgat, dũ ob manifeſta peccata,pverſi &
mali,de eccleſia p ſententiã eijciuntur: vel p mor-
tem de hac vita abſcindũtur:ſed hęc purgatio in fi-
ne perficietur,qñ per angelos de regno ſuo,omnia
ſcãdala colligentur:vel modo mundat, diſcernēdo
merito,nō numero: ſed tũc & numero & merito.

[Multa quidē & alia exhortans] & docens Ioãnes
euangelizabat] & annuntiabat [populo.] Ex quo K
patet,ꝙ non omnia facta & dicta Ioannis ſcripta
ſunt,ſed pauca reſpectiuè:ſicut & de Chriſto dici-
tur Ioãnis vltimo. Moraliter Ioãnes dat formam Moraliter
viuendi,prędicãdi,& fructificãdi.Nã eius vita au- Ioãnes dat
ſtera, & quoad victum durum,& quoad veſtitum triplicem
aſperũ,& quoad locũ deſertũ : eius doctrina, vera, formam.
ſiue de deo,ſiue de ſeipſo, ſiue de pximo:eius ope-
ratio fructuoſa:quia multos vocando,baptizando,
& rectificãdo. In primo fuit exēplar religioſorũ,
in ſecundo doctorũ,in tertio prælatorũ.Si eñ talis
eſſet prædicator oĩs Hieroſolyma,quoad clauſtra-
les:& Iudęa,quoad clericos:& regio quoad laicos,
venirent confitentes peccata ſua,tã venialia,quàm
mortalia:veniret & Ieſus cũ eis, ad ſanctificãdum
eos,& verbo,& remedio, & exēplo. Ad maiorem
aũt expreſsionē prędictorũ,locus vbi facta ſunt,de
terminatur cōſequēter,cùm ſubiũgitur:Hęc in Be Ioannis 1.
thania facta ſunt trans Iordanē,vbi erat Ioãnes ba
ptizans.Vt eñ dicit Chryſoſt.nō in domo, neq; in L
angulo Chriſtũ prędicabat:ſed Iordanē tranſiens,
in media multitudine,prę ſentibus omnibus qui ab
eo baptizabãtur.In Bethania,quæ domus obedien Bethania
tiæ interpretatur,Ioannes baptizare dicitur: vt ꝙ qualiter
ex obediētia dei venerat Chriſtum nũtiare immo interpre-
lãdum p redēptione mundi oſtēdatur & intelligãt tetur.
homines,quia ſi à peccato originali, quod p inobe
dientiã primi parētis cōtigit,abſolui deſiderãt,ſub
miſſo corpore,& credulo corde, baptiſmi ſacramē
tum ſuſcipere:& p obedientiã fidei, omnes ad ba-
ptiſmum puenire debēt:& vt ſignificetur,ꝙ bapti
zatis obedientia cōuenit. Eſt autem duplex Betha Bethania
nia.Vna eſt quædã villa citra Iordanē,ad duo mil- duplex.
liaria de Hieruſalē, ſcilicet in latere mōtis Oliue-
ti,vbi Lazarus fuit ſuſcitatus. Alia,de qua dictum
eſt,ſita ſupra Iordanē, ex altera tñ parte fluminis,
ſcilicet in ſorte duarũ tribuum, & dimidię,à Hie-
ruſalē itinere diei vnius:vbi erat Ioãnes baptizans,
ſcilicet in cōfinio Gentium & Iudęorum: vt his &
illis oſtenderetur baptiſmus cōmunis.Et bene trãs M
Iordanem baptizabat:quia Gētes cōmunius,quàm
Iudęi,baptiſmum receperunt.

ORATIO.

IOannes beatiſsime prędcurſor Chriſti,præco iu-
dicis,amicus ſponſi,vox verbi diuini:qui ſolatiũ
noſtræ redemptionis annuntiare meruiſti: im-
petra mihi miſero apud eũdem dominum noſtrũ
Ieſum Chriſtum,tuis ſanctiſsimis precibus,vt pur
gato à vitijs pectore,& ornato virtutibus,parē ſe-
cundum ſalubria tua monita viã domini,& rectas
faciam ſemitas eius:quatenus in extremo iudicio,
cùm aream eccleſiæ ſuæ mundauerit, & triticum
à paleis ſeparauerit, merear inter grana tritici, &
electos ſuos inueniri,& in horreum cœleſtis man-
ſionis cum eis reponi.Amen.

De pœnitentia facienda. Caput xx.

QVia verò de pœnitentia, per quã re-
gnum cœlorũ appropinquat , & via
domini paratur,tactum eſt in prę ce
dentibus:nunc conſequenter de ipſa Pœnitētia
aliquãtulum latius videamus. Ad ve duo requi-
ram itaq; pœnitētiã,quã amor dei & odium pec- rit.
cati



cati fecit,ante omnia duo requiruntur : ſcilicet ꝙ
A peccator de peccatis præteritis doleat , & nunquã
iterata vice peccãdi,firmã volũtatē habeat.Sine his
duobus,pœnitentia vera non eſt:quia ſine eis , nec
deus peccata dimittit,nec ſacerdos abſoluere à pec
catis poteſt.Vnde Ber.Vera ſiquidē pœnitētia eſt,
ſine intermiſsiōe tē poris,de præteritis malis dole
re,& ſic plãgere cōmiſſa,vt nō cōmittat plangēda.
Irriſor nãq; eſt,& nō verè pœnitēs,qui adhuc agit
quod pœniteat.Si ergo vis verus pœnitēs eſſe,ceſſa
à peccato,& amplius noli peccare. Quoniã inanis
eſt pœnitētia,quã ſequens coinquinat culpa.Vnde
& Greg.Pœnitentiã quippe agere,eſt & perpetra
ta mala plãgere,& plãgenda nō perpetrare:nã qui
ſic alia deplorat,vt tamē alia cōmittat:adhuc pœ-
nitentiam agere,aut ignorat,aut diſsimulat.Vnde
etiã Aug.Inanis eſt pœnitētia:quã ſequēs coinqui
nat culpa.Nihil proſunt lamēta , ſi replicãtur pec-
cata.Nihil valet à malis veniã poſcere, & mala de
B nuo iterare.Et iterũ:Pœnitētes pœnitētes,ſi tamē
eſtis pœnitētes,& nō irridētes,mutate vitã,recōci-
liamini.Pœnitentiã agis,genu figis , & rides, ſub-
ſannas patientiã dei.Si pœnitēs es,pœnitet te:ſi nō
pœnitet,pœnitens nō es:ſi ergo pœnitet, cur facis
quod malè feciſti?Si feciſſe pœnitet, noli facere: ſi
Pœnitētia adhuc facis,pœnitens nō es.De quibus autē pœni-
de quibus tentia ſit agēda,notat idē Augu.dicens : Tres ſunt
ſit agēda. actiōes pœnitētiæ.Vna eſt quæ nouũ hominē par-
Pœnitētia turit,donec per baptiſmũ ſalutare,omniũ pręteri-
in bapti- torũ fiat ablutio peccatorũ. Omnis enim qui iam
ſmo. ſuæ voluntatis arbiter cōſtitutus eſt , cùm accedit
ad ſacramēta fideliũ,niſi eũ pœniteat vitæ veteris,
nouam inchoare nō poteſt.Ab hac pœnitētia,cùm
baptizãtur ſoli paruuli, immunes ſunt:nōdum eñ
vti poſſunt libero arbitrio:quibus tamē ad cōſecra
tionē remiſsionēq; originalis peccati , prodeſt eo-
rum fides à quibus offerũtur:vt quaſcũq; maculas
delictorũ per alios ex quibus nati ſunt,cōtraxerũt,
aliorũ etiã interrogatiōe & reſpōſione purgētur.
C Cęterorũ hominũ nullus trãſit ad Chriſtũ:vt inci-
Pœnitētia piat eſſe quod nō erat,niſi pœniteat eũ fuiſſe quod
totius erat.Altera verò pœnitētia eſt,cuius actio per to-
vitæ. tam iſtã vitã,perpetua ſupplicatiōis humilitate ſub
eunda eſt.Primò,quia nemo vitã æternam deſide-
rat,niſi eũ vitæ huius tēporalis pœniteat.Quis du
bitet in quacũq; tēporali fœlicitate verſemur:pœ-
nitere tamē nos debere huius vitæ:vt ad illã incor
ruptionē tota auiditate curramus.Quis ergo feſti
nat atq; exoptat ad patriã remeare, niſi quē pere-
grinationis ſuæ pœnitet? Quis itaq; ſanę mētis nō
ingemiſcit,cui nō per pœnitentiam ſic eſſe diſpli-
ceat?Deinde multa ſunt peccata,quæ quãuis ſingu
la,nō lętali vulnere ferire ſentiantur: tamē ſimul
omnia cōgregata,quę plura ſunt necãt, niſi medi-
camēto quotidianæ pœnitētiæ deſecentur. Quiſ-
Pœnitētia quis itaq; ſe diligēter attēdit,ſatis intelligit cũ quã
pro pecca- to periculo peregrinetur à dño. Tertia actio eſt
tis contra pœnitētiæ,quæ pro illis peccatis ſubeũda eſt , quæ
decalogũ. legis decalogus cōtinet.In hac ergo pœnitētia ma
iorē in ſe quiſq, ſeueritatē debet exercere: vt à ſei-
pſo iudicatus,nō iudicetur à dño.Aſcēdat itaq; ho-
mo aduerſum ſe tribunal mētis ſuæ,cōſtituat ſe an
te faciē ſuã.Atq; ita cōſtituto in cordis iudicio,aſ-
ſit accuſatrix cogitatio,teſtis cōſciētia, carnifex ti D
mor.Inde quidē ſanguis animi cōfitētis per lachry
mas profluat.Poſtremò,ab ipſa mēte talis ſentētia
proferatur:vt ſe indignũ homo iudicet participa-
tiōe corporis & ſanguinis dñi:vt qui ſeparari à re-
gno cœlorũ timet,per vltimã ſentētiã ſummi iu-
dicis,per eccleſiaſticã diſciplinã à ſacramēto cœle
ſtis panis ſeparetur.Iudicet ergo ſeipſum homo in
iſtis,voluntatē dũ poteſt,& mores cōuertat in me
lius:ne cùm iã nō potuerit,etiã prætervolũtatem,
à dño iudicetur.Sed ſi iã de ſanitate deſperãs,addis
peccata peccatis,Sicut ſcriptũ eſt: Peccator dũ ve- Prouer.18
nerit in profundũ malorũ,cōtemnet:noli contēne
re,noli deſperare:clama de profundis etiã ad dñm.
De tali profundo,Niniuitę clamauerũt,& propi-
tiationē inuenerũt.Faciliusq; eſt euacuata cōmina
tio prophetiæ,q̃ humiliatio pœnitētiæ.Quicquid
enim feceris,quæcũq; peccaueris,adhuc in hac vita
es:vnde te oĩno,ſi ſanare nollet,auferret.Cur ergo
ignoras,quia patiētia dei ad pœnitētiã te adducit? E
hęc Aug.Nō ſolũ ergo de magnis, ſed & de paruis
peccatis,vt dictũ eſt,quotidiana pœnitētia eſt agē Pœnitētia
da:& quãuis parua videãtur, nō tamē propter hoc etiã de par
ſunt negligēda.Quia vt ait Greg.nullũ peccatum uis agēda.
adeo paruũ,quod nō creſcat neglectũ. Et iterum:
Peccatũ quod pœnitētia nō diluit:ipſo ſuo pōdere,
mox ad aliud trahit. Vnde dicit Ambroſ. ꝙ mini-
mũ peccatũ ſciēter cōmiſſum, grauius eſt toto mũ
do.Vnde & Aug.Sed iſta leuia quæ dicimus , noli
contēnere:ſi cōtemnis,quãdo appendis expaueſce:
quãdo numeras leuia,multa faciũt vnũ grãde.Mul Nota.
tę guttę implēt flumē.Multa grana faciũt maſſam
hæc Aug.Nō itaq; leuia ſunt cōtemnēda: nec pro-
pter grauia,eſt deſperandũ.Quia vt ait Aug. nul
lum peccatũ criminale eſt,dũ diſplicet:nullũ venia
le,dũ placet.Agēda eſt aũt pœnitētia ſine dilatiōe Pœnitētia
& dũ poſſumus:ne ſubitò pręoccupati , quęramus agēda ſine
ſpatiũ pœnitētiæ,& inuenire non poſſumus.Vnde dilatione.
Aug.Remedia cōuerſionis ad deũ,nullis ſunt cun-
ctationibus differēda:ne tēpus correctiōis , pereat F
tarditate.Qui eñ pœnitēti indulgentiã promiſit,
diſſimulãti diē craſtinũ nō ſpopōdit.Et iterum:Si
quis aũt poſitus in vltima neceſsitate ęgritudinis Pœnitētia
ſuæ voluerit accipere pœnitētiã,& accipit:& mox ſera, ſecu-
recōciliatur,& hinc vadit:fateor vobis , nō illi ne- rum non
gamus quod petit,ſed non pręſumimus quia hinc facit.
bene exit.Nō pręſumo,nō vos fallo, nō præſumo,
fidelis bene viuēs ſecurus hinc exit. Baptizatus ad
horã,ſecurus hinc exit:agēs pœnitentiã ad vltimũ,
& recōciliatus:ſi ſecurus hinc exit, ego nō ſum ſe-
curus:vnde ſecurus ſum,& do ſecuritatē:vnde non
ſum ſecurus,pœnitentiam dare poſſum, ſecurita-
tem dare nō poſſum.Nō dico,dãnabitur:ſed nec di
co,liberabitur.Vis te dubio liberare? Vis quod in-
certũ eſt,euadere?Age pœnitētiam dum ſanus es.
Si eñ agis verã pœnitentiã dum ſanus es: & inue-
nerit te nouiſsimus dies,currentē vt reconcilieris.
Si ſic agis,ſecurus es : quia egiſti pœnitentiam eo
tempore,quo & peccare potuiſti.Si autem tũc vis
agere pœnitentiã,quando iam peccare non potes,
peccata te dimiſerũt,nō tu illã. Duæ res ſunt,aut

ignoſcitur tibi,aut non ignoſcitur. Quod horum G tibi ſit futurũ,ego neſcio.Ergo dimitte incertum, & tene certum.hæc Aug.Ideo autẽ Augu. dubitat de his qui pœnitent in extremis: quia tales potius videtur pœnitere timore pœnæ, quàm amore iuſtitiæ: & ideo eorũ pœnitentia videtur eſſe dubia. Non ergo tardes vel diſsimules, in ſanitate pœnitentiã agere,& citò peccati onus deponere. Quia vt ait Augu.ſtultum eſt in illo ſtatu viuere,in quo quis nõ audet mori.Et audacior eſt,qui cũ vno peccato mortali dormit: quàm qui cũ ſeptẽ hoſtibus.

*Vitæ longæ ſpes decipit.*

Sæpe quidẽ promittunt ſibi homines vitã longam, ex eo ꝙ ſunt iuuenes,vel bonæ complexionis, aut fortes,neſcientes quid ſuperuẽtura pariat dies:nec attendentes ꝙ raro quis moritur morte naturali, ſed frequenter ex accidentibus:puta febre, apoſtemate,& huiuſmodi:vel quãdoq; morte improuiſa & caſuali:& tamẽ creditur ꝙ quilibet in ſtatu meliori moritur.

*Quiſq; in optimo ſtatu moritur.*

Vnde Hugo de ſancto Victo.Sciendum ꝙ nec iuſtus,nec impius,nec puer, nec ſenex, antè ſoluuntur à corpore,quàm ſint in illo puncto bonitatis,vel malitiæ:vltra quã ſi ſemper viuerent nunquã tranſirent.hæc Hugo. H Sed propter vanam longæ vitæ ſpem,multi decipiuntur: & pœnitentiam quã expectant,nõ conſequũtur. Vnde Chry. Nihil tantum decipit homines , quantũ vana ſpes longioris vitæ.Et Aug.Experti ſumus multos expiraſſe,expectantes reconciliari.Et poſito ꝙ homo certus eſſet de vita longa:adhuc tamen pœnitentia nõ eſſet vſq; ad ſenectutẽ & ſenium prolonganda:quia tunc inualidi ſunt homines ad laborẽ: & vix in his ætatibus reperitur quis,qui ſe à peccatis,quæ cõſueuit,euellat per pœnitentiam. Optimum ergo cõſilium,ſumma prudẽtia,& prouidentia in hoc cõſiſtit:vt per verã cõtritionem , & puram ac integralem cõfeſsionẽ,& per ſatisfactionẽ condignam,homo ſanus & fortis ſe diſponat, cunctaq; noxia,eũ à ſalute æterna retrahentia ac impedientia proijciat:& ſe iugiter omni tempore ſic teneat,ac ſi hodie vel cras , vel ad lõgius in hac ſeptimana,diſceſſurus ſit de hoc mundo. I In extremo quippè vitæ ſuæ,poteſt homo pœnitere: quia vſq; tunc poteſt peccare,& ergo vſq; tũc poteſt de peccatis,per diuinã miſericordiã,conſequi veniã:quia miſericordia dei,vincit humanã malitiam.

*Pœnitẽtia ſera,ſi vera,eſt fructuoſa.*

ſed talis pœnitẽtia tarda,raro eſt vera & fructuoſa:quia in ea nõ habetur diſtinctiua,& ſufficiens de peccato diſplicentia.Cõtritio enim ſufficiens requiritur ꝙ peccatũ dimittatur:ſed vehemens paſsio, & dolor in parte ſenſitiua:qualẽ habent cõmuniter illi in articulo mortis,impedit in pœnitẽte vſum rationis,ne bene deliberet de peccatis.De pœnitẽtia ergo iniuncta,aut voluntariè aſſumpta, gaude: & deo gratias age,qui te ad eandem decreuit miſericorditer expectare:nõ ſis ingratus , quia hodiernũ diem habes,in quo corrigaris. Heri malus fuiſti: hodie bonus eſto. Cõſidera quoniam multi modo moriũtur,quibus ſi vna hora ad agendã pœnitentiam cõcederetur,quæ tibi conceſſa eſt , quomodo per altaria,& q̃ feſtinãter currerẽt:& ibi flexis genibus,vel certè toto corpore,in terrã proſtrato,tãdiu ſuſpirarẽt,plorarẽt,& orarẽt:donec plẽniſsimã

*Pœnitẽtię tẽpus non prętermittendum.*

peccatorũ ſuorũ veniã,à deo cõſequi mererentur. Tu verò comedẽdo,bibendo,iocando, ridendo, & K otioſè viuẽdo,tẽpus perdis ,quod tibi deus indulſit ad requirẽdam gratiã,& ad promerendã gloriam. Cogita etiã ꝙ animę in inferno cruciãtur,ſine ſpe veniæ & miſericordiæ. Si amor dei te tenere & mulcere nõ poteſt,ſaltẽ teneat & terreat timor iudicij,metus gehẽnæ,laquei mortis,& omnia mala. Sed heu,multi hodie abutẽtes dei patiẽtia , parum hæc attendũt:& tẽpus,quo nihil eſt pretioſius, inutiliter trãſire permittẽtes,miſerabiliter amittũt. Vnde Bern.Hodie filij hominũ animæ curã negligunt:carnis curã perficiũt,in omni deſiderio.Neque enim peccare metuũt, ſed puniri : nec virtuti cordis opera datur,ſed valitudini corporis:imò etiã voluptati.De ſchola Hypocratis & Epicuri didicerũt hæc.Tẽpus hoc animabus,non corporibus eſt aſsignatũ,dies ſalutis vtiq;,nõ voluptatis.Et iterum: Nihil pretioſius tẽpore:ſed heu nihil hodie vilius æſtimatur.Tranſeũt dies ſalutis,& nemo recogitat:nemo ſibi nõ reditura momẽta periſſe cauſatur.hæc Ber.

*De tẽporis pretioſitate.*

Et reuera, nihil in hac vita pretioſius eſt tẽpore:quia breui hora poſſet quis veniam & gratiã,ac gloriã obtinere: & plus q̃ totus mundus valeat promereri. L Nõ eſt eñ hora tam breuis, in qua nõ ſpiritualia lucra,ſuo valore incõparabiliter,omnia terrena excedẽtia cõparare poſſet.Attende etiã quia plus valet hîc in patiẽtia dies vnus, quàm in purgatorio annus. Vnde in Ezech. Diem pro anno dedi tibi.Pœna tñ purgatorij, excedit omnẽ pœnã temporalẽ huius vitæ. Dicit eñ Augu. ꝙ ille ignis purgatorij durior eſt q̃ quicquid in hoc ſeculo pœnarũ,aut ſentire,aut videre,aut cogitare quis poteſt.

*Ezech.4. De purgatorio.*

Igitur magis eſt curandũ de bona vita,q̃ de longa. Vnde Seneca: Quàm bene viuas refert,nõ quãdiu. Actu vitã metiamur,nõ tempore. Sunt autẽ tres partes pœnitẽtiæ: ſcilicet cordis contritio:oris cõfeſsio:& operis ſatisfactio Præcepit eñ ſcriptura ſcindere corda,nõ veſtimẽta:confiteri alterutrum peccata:& facere dignos fructus pœnitẽtiæ.

*Pœnitẽtiæ tres partes. Ioan.2. Iacobi 5. Lucæ 3.*

Nã cùm omne peccatũ cõmittatur corde,opere,vel ore,iuſtũ eſt ita curari per cõtrarium. M vt peccator culpã animo deteſtatur, verbo accuſet, & facto pœniteat.Iſtæ tres partes pœnitẽtiæ,ſunt trinæ dietæ,quibus ad terrã promiſsionis itur.De quibus in Exodo dicitur: Deus Hebręorũ vocauit nos vt eamus viã triũ dierũ in ſolitudine:& ſacrificemus dño deo noſtro : ne fortè accidat nobis peſtis,id eſt culpa in præſenti:aut gladius, id eſt pœna in futuro.

*Exodi 5.*

In hoc triduo , quæſiuit virgo Maria filiũ ſuũ,& inuenit eũ.In quo fœlici triduo ſimiliter & tu ſi quæſieris,inuenies Ieſum,id eſt ſalutẽ æternã.Hæc eſt ſcala,cũ tribus gradibus,quã vidit Iacob,erectã à terra vſq; ad cœlũ , & dñm innixũ ſcalæ propter tria.Primũ, vt eã fortiter ſuſtineat. Secundũ,vt aſcẽdenti per eã,manus,ſi neceſſe fuerit,porrigat. Tertiũ,vt aſcẽdens cùm laborauerit, & fatigatus fuerit,in ipſum reſpiciat,& totã ſuam curã in eũ iactet. Nõ eñ ita crudelis eſt ꝙ eũ cadere permittat.

*Scala Iacob. Gene.28.*

Prima ergo pars pœnitẽtię,eſt cordis cõtritio.Eſt autẽ cõtritio,dolor voluntariè aſſumptus pro peccatis , cum propoſito , ſeu intentione confitendi

*Contritio cordis eſt prima pars pœnitẽtiæ.*



confitendi & ſatisfaciendi:quia nullus verè cenſe- A tur cõtritus,niſi habeat propoſitũ huiuſmodi. In qua cõtritiõe,homo ſigillatim omnia peccata ſua ante tribunal cõſciẽtiæ ſuę adducat,vt ibi ſeipſum accuſans,in amaritudine animę ſuæ,de ſingulis cõteratur,& poſtea confiteatur. De ſingulis quippè peccatis mortalibus,requiritur cõtritio ſingularis. Diuerſorũ enim morborum,diuerſæ ſunt medicinæ:ſed cõtritio eſt medicina ſingularis cõtra vnũ tñ mortale:ergo non ſufficit vna cõis de omnibus peccatis:ſed de quolibet mortali,tenet homo ſpecialiter cõteri,ſi habet diſtinctã peccatorũ memoriã.

*Contritio ſingularis requiritur in pœnitẽte.*

Sed ſcd̃m Chry.ſicut in radijs ſolaribus,videntur atomi minuti in aëre,qui nequaq̃ extra radios ſolares apparẽt:ita mẽti radio circũſpectionis proprię illuſtratę,apparẽt,ſeu defect⁹ minutiſsimi,qui alijs deſidioſis,ac per hoc tenebroſis mẽtibus,occultantur. Si verò quæritur quandiu quis de peccatis dolere debeat,dicendũ ꝙ deus qñ abſoluit hominẽ à vinculo peccati, ſeu à culpa & à pœna æterna,ligat eũ vinculo perpetuæ deteſtationis peccati.

*Contritio perpetua debet eſſe.*

B Vnde vtile eſt ꝙ ſacerdos aliquã pœnitentiã quãtuncunq; paruã perpetuã iniungat : vt homo per hoc, peccatorum ſuorũ præteritorũ, aliquãdo in cõtritionis ſpiritu rememoretur. Sed deteſtatio peccati perpetua eſt duplex. Quædã in actu,ad quã homo nõ tenetur ſemper:ſi quis tñ faceret , perfectionis eſſet,non tñ omnino de eſſentia. Sicut Beatus Petrus legitur ſemper fleuiſſe. Et ſanctus Dauid dicebat:Peccatũ meũ,cõtra * me eſt ſemper.

*Contritio & deteſtatio duplex*

*Pſal. 50. *coram*

Alia eſt in habitu,ad quã homo ſemper tenetur,etiã poſt perfectã peccati remiſsionẽ. De hac ſcd̃a,dicit Augu. loquens de pœnitẽte:Pœnitens,oẽs fructus pœnitẽtiæ ſuę paruos habeat:nunq̃ ſufficiat,& ſemper doleat,& de dolore gaudeat,nõ ſemper doluiſſe ſe doleat.ſemper pro dño,ante quẽ peccauit , erubeſcat dolorẽ cum vita finiat.Et iterũ: Aut continui dolores cruciabunt pœnitentẽ vitã meam : aut æterni cruciatus,vexabunt puniendã animã meam . hæc C Aug.Iſte ergo dolor ceſſare nõ debet in pœnitẽte, nec finiri in hac vita:ſed ſicut homo in deũ, qui æter⁹ eſt,peccauit,ita in æterno ſuo,ſcilicet quãdiu vixerit,dolere debet.

*Ratio contritionis perpetuæ.*

Sed multi gemunt pro peccatis,non ꝙ peccata eis diſpliceãt propter deum, ſed propter pœnã.Nonnullos etiam pœnitet peccaſſe, pro ſola peccati turpitudine. Fructuoſa ergo cõtritio eſt,cùm quis de peccato,quo deũ offendit,dolet & inde turbatur & gemit:quia iniquitas, amore iuſtitię,ſibi diſplicet.Et quantotius aliquis ſic verè pœnitet,tantotius deus peccatũ dimittit. Eſt autẽ deum peccata dimittere,æternã pœnã pro illo debitã,per collationẽ præſentis gratiæ relaxare. Sic quoq; actualis peccati,per viuificationẽ mentis æterna pœna relaxata relinquitur tẽporalis, in quã æterna eſt cõmutata,vt quod illicita animæ delectatione,ſiue etiã carnali voluptate cõmiſſum eſt, ſatisfactionis dignæ amaritudine purgetur ab homine,dum licet,ne diſtrictius à deo puniatur in futuro:quia nullũ malum præterit impunitũ.

*Peccata dimittere quid ſit.*

Eſt autem duplex pœnitentię gemitus:vel dum plangimus quod malè geſsimus, vel dum plãgimus, quia non egimus quod agere debuimus. Secunda pars

*Gemitus pœnitentię duplex*

pœnitẽtiæ,eſt oris confeſsio.Eſt aũt confeſsio per quã morbus latens,ſpe veniæ aperitur. D Et eſt cõfeſſio duplex,quędã mentalis,quæ fit corã deo,& hęc eſt de iure naturali:quædã vocalis,quæ fit homini & hæc nõ eſt de iure naturali.Igitur ante incarnationẽ Chriſti,ſufficiebat mẽtalis cõfeſsio, facta deo ſoli:quia deus nondũ erat homo.Sed poſtq̃ deus homo factus eſt,requirit ab homine ꝙ confeſsio ſibi tanq̃ homini fiat.

*Secunda pars pœnitentiæ. Confeſsio duplex.*

Et quia ipſe in forma humana, nobiſcũ vbiq; præſens eſſe non pôt,vicarios ſuos cõſtituit homines:quorũ primus fuit Petrus & cæteri apoſtoli,ac cõſequẽter ſacerdotes, quibus ipſe dixit. Quęcũq; alligaueritis ſuper terrã &c. Per hoc enim ꝙ miniſtris ſacramentorũ dedit poteſtatẽ ligandi & ſoluẽdi,inſinuauit cõfeſsionẽ eis tanq̃ iudicibus debere fieri.Sic ergo Chriſtus inſtituit cõfeſsionem tacitè,ſed apoſtoli promulgauerũt eam expreſsè.

*Matth.18. Confeſsio à quo inſtituta.*

Ideo etiam cõfeſsio facienda eſt homini, Chriſti vicario:vt per hoc peccata noſtra celentur diabolo. Vñ Aug.In omnibus ſcripturis diuinis fratres chariſsimi,vtiliter ac ſalubriter admonemur, E vt peccata noſtra debeamus iugiter ac humiliter, nõ ſolũ deo,ſed etiã ſanctis hominibus & deũ timẽtibus cõfiteri.

*Confeſsio cur homini fit.*

Non enim ideo vult deus vt confiteamur peccata noſtra,ꝙ ipſe ea ſcire non poſsit : ſed quia diabolus hoc deſiderat:vt inueniat quid nobis ante tribunal æterni iudicis obijciat : ideo vult vt magis defendere,quã accuſare peccata noſtra velimus.Cõtrariò deus noſter:quia pius & miſericors eſt,vult vt ea cõfiteamur in hoc ſeculo:vt ꝓ illis nõ cõfundamur in futuro. Sciẽs ergo diabol⁹ virtutẽ puræ cõfeſsionis,toto niſu impedire conat̃ hominem ne cõfiteatur.Et ſicut ſuggeſsit prius vt homo caderet,ſic poſt caſum impedit ne reſurgat:qa ſcit nos nõ reſurgere poſſe,ſine cõfeſsiõe.hęc Aug. Peius eſt cõfiteri nolle,quã legẽ cõtẽnere. Pei⁹ eſt dei offẽſam ſatisfactiõe nolle placare,q̃ peccãdo dei bonitatẽ offendere. Quãuis eñ in c[illegible]ione dimittatur peccatũ: tñ cõfeſsio vocalis nece[illegible]ria eſt:vel in re,qñ habetur opportunitas:vel in propoſito,qñ ar F ticulus neceſsitatis eã excludit,& nõ contẽptus religionis:& ita neceſsitas cõfitẽdi poſt cõtritionẽ nõ eſt in tali caſu propter neceſsitatẽ remedij,ſed propter obligationẽ p̃cepti.

*Confeſsio vocalis neceſſaria eſt*

Eſt aũt cõfeſsio cõuenieter inſtituta:vt qui in ſua poteſtate poſitus à deo diſceſſerat,ſub alio poſit⁹ cũ humilitate & deuotiõe rediret.Ideoq; de⁹ inſtituit ſacerdotẽ ſui vicariũ,& quaſi medicũ:cui peccatorũ vulnera detegerent̃:vt peccator nõ à ſe,ſed ab alio maioris humilitatis,cauſa ſatisfactionis,medicinã ſuſcipere.Sunt enim ſacramenta quaſi quædã emplaſtra.

*Confeſsio eſt conuenienter inſtituta.*

Igitur vt ait Aug. ponat ſe omnino pœnitẽs in poteſtate iudicis,in iudicio ſacerdotis: nihil ſibi reſeruans,ſed omnia paratus ſit facere,eo iubente, pro recipiẽda vita animæ,quęcunq; faceret pro euitãda corporis morte. Homines etiã ad peccandũ efficerentur proniores, ſi turpitudines ſuas non æſtimarent reuelandas.

*Pœnitens ſubmittat ſe ſacerdoti.*

Et quia initiũ operũ bonorum eſt confeſsio,operum malorum valde eſt vtile cõfeſsionem frequentare. Euenit enim cor prius contritum & humiliatum confirmari in confeſsione:& plerunq; peccator ſolo timore,vel eccleſiæ cõſuetudine,ſacerdoti

*Confeſsio frequentãda eſt.*

præſentatus,per ſacerdotale officiū verè cōpungi-
G tur, ac plenus charitate recedit.Nonnulli etiā,nec
ex corde redeunt,ſed tñ forma pœnitētiæ,quā ſu-
ſcipiunt paulatim,in eis humilitatē cum charitate
nutrit.Nec ob pudorē ceſſes à cōfeſſiōe:quia erube
ſcētia & pudoris anxietas,ac cōfitentis humilitas,

De confeſſionis vtilitate.

maxima pars eſt pœnitētiæ.Vnde Chry. Cōfeſsio
peccatorū,eſt ſignū bonæ mentis,&teſtimoniū cō
ſcientię deum timētis perfectus enim timor,ſoluit
omnē podorē.Illic aūt turpitudo cōfeſsionis aſpici
tur,vbi futuri iudicij pœna non creditur. Et quia
ipſum erubeſcere, pœna eſt grauis:ideo iubet nos
deus,noſtra cōfiteri peccata,vt verecundiam patia
mur pro pœna:nam & hoc ipſum,pars diuini iudi
cij.Vñ & Valeriꝰ:Venia dignus eſt,qui peccati ex
cuſationē nō quærit.Vbi enim eſt cōfeſsio: ibi eſt
remiſsio:quia proximū ad innocentiā locū tenet,
verecūda cōfeſsio.Vnde Aug.Quoniā verecundia
magna eſt cōfiteri peccata,qui erubeſcit pro Chri
H ſto,fit dignus miſericordia.Et quāto pluribꝰ cōfite
tur quis in ſpe venię turpitudinē criminis:tanto fa
cilius cōſequetur gratiā remiſsiōis.& iterū:O ſtul
te,cur erubeſcis homini dicere, quod nō erubuiſti
in cōſpectu dei facere?Remoue à te pudorē, curre
ad ſacerdotē,reuela ſecretū, cōfitere peccatū:alio-
quin nihil tibi proderit cōtritio cordis, niſi ſequa-
tur cōfeſsio oris,ſi poſsis.Et iterū:Confeſsio, eſt ſa
lus animarū,diſsipatrix vitiorū,reſtauratrix virtu
tum,oppugnatrix dæmonū.Quid plura?Obſtruit
os inferni:portas aperit paradiſi.hęcAug.Vnde &
Greg.ad cōmendationē cōfeſsionis,ſic dicit: Mirē
tur qui volunt in quolibet iuſto caſtitatis cōtinen-
tiā,mirentur integritatē iuſtitiæ: mirētur viſcera
pietatis:ego non minus admiror cōfeſsionē humi-
limam peccatorū,quàm tot ſublimia geſta virtutū.

Confeſsio eorundem iteranda.

hæc Greg.Vtile eſt etiā & valde ſalubre cōfeſsio-
nem etiā corundē peccatorū frequenter iterare,&
pluribus cōfi[illegible]quia cōfeſsio iterata licèt ad ſalu-
tem non ſit neceſſaria,tñ multū eſt proficua.Tum
I q̄a neſcit homo,an in prima cōfeſsiōe ſufficienter
cōtritus fuerit.Tum quia maior humilitas & eru-
beſcentia,meritū cauſat &acquirit.Tum quia per
quantācunq; cōfeſsionē, tollitur virtute ſacramēti
aliquid de pœna,& confertur aliqua gratia.Quia
enim ſacerdos virtute clauiū,aliquid relaxat de pœ
na debita,poſſet aliquis toties cōteri,ꝙ tandē nihil
remaneret de pœna. Et licèt aliqui dicant,ꝙ ſola
prima abſolutio,effectū habet vi clauiū, aliæ autē
nō,cùm nihil inueniāt abſoluendū:ſcd̄m benignio
rem tñ opinionē aliorū,non reputatur incōueniēs,
quin homo poſſet toties idem peccatū corde con-
trito confiteri,& ab eo abſolui,ꝙ per hoc dilueret
totā pœnā purgatorij:& talis moriēs,ſtatim euola
ret.Tum virtute clauiū,quæ ſemper aliquid rela-
xat,etſi talis abſolutio nō inuenit culpam, inuenit
reatū pœnæ.Et dato ꝙ nihil pœnæ inueniat, tunc
facit ad augmentū gratiæ:tū ex vi cōtritionis: nec
tñ peccatū tūc remaneret ſine pœna,nō enim mo-
dica pars pœnæ eſt dolor cōtritionis, & erubeſcen
tia cōfitentis,quæ in ſequēti confeſsione iteratur.
Quid igitur melius q̄ frequēter confiteri, quouſq;
per centeſimā,vel milleſimā cōfeſsionē tota pœna

relaxetur cōfitenti?Et notandū ꝙ cōfeſsio genera-
lis,quæ fit ante miſſam in eccleſia,purgat peccata K

Confeſsio generalis.

venialia,& delet peccata mortalia oblita.Valde au
tem cautus debet eſſe cōfeſſor, in tenendo ſecretū
cōfeſsionis:itavt nec illud reuelet etiā de licētia cō

Confeſsio ſit ſecreta.

fitentis.In caſu enim quo cōfidens renūtiat ſuo ſe-
creto, & dat cōfeſſori licentiā dicēdi cui voluerit,
vel loquēdi de eo,non pōt ipſe cōfeſſor reuelare di
ctū ſibi in cōfeſsione:quia ipſe cōfitens non pōt in
præcepto legis diuinæ & euāgelicæ, ſub quo ſecre
tū cōfeſsionis cadit,diſpenſare. Et ideo ſi cōfeſſor
non habet poteſtatē abſoluēdi, vel indiget conſilio
ſaniori,debet ſibi iterū extra cōfeſsionē,ob hāc tñ
cauſam dici facere:& tūc pōt exprimere ſuperiori
vel alteri cōſulenti.Sed ne in caſu mortis, ſibi im-
minētis,nec ſub ſigillo cōfeſsionis pōt vel debet q̄s
ſecretū cōfeſsionis alij reuelare:nec debet ipſi cōfi-
tenti,poſt cōfeſsionē,peccatū improperare: nec ab
eo peccatū,ad denudādū,vel detrahendū,cautelosè L.

Satiſfactio tertia pars eſt pœnitētiæ. Lucæ 3.

poſt cōfeſsionē extorquere. Tertia pars pœniten-
tiæ,eſt operis ſatisfactio. Eſt autē ſatisfactio,qua
pro qualitate culpæ pœna digna exoluitur. Hinc
eſt illud Baptiſtę:Facite dignos fructus pœnitētię.
Vnde Gre.Non ſolū fructus pœnitētiæ:ſed dignos
pœnitentiæ fructus,admonet eſſe faciendos.Neq;
enim par fructꝰ eſſe boni operis, debet eius qui mi
nus,& eius qui ampliꝰ deliquit: aut eius qui in nul
lis,& eius qui in quibuſdā facinoribus cecidit. Per
hoc ergo cuiuſlibet cōſcientia cōuenitur, vt tanto
maiora quærat bonorū operū lucra ꝑ pœnitentiā,
quāto grauiora ſibi intulit dāna per culpā.Et iterū

A licitis abſtinēdum eſt aliquando.

Nam cogitandum ſummopere eſt,vt qui ſe illicita
meminit cōmiſiſſe,à quibuſdā etiā licitis ſtudeat
abſtinere:quatenꝰ per hoc cōditori ſuo ſatisfaciat:
vt qui cōmiſit ꝓhibita,ſibimet abſcindere debeat
etiā cōceſſa.Vñ Ber. Pro eo ꝙ ab ipſis licitis abſti-
nemus,ea nobis quæ prius cōmiſimus illicita cōdo
nantur.Patet ergo ex iſtis,qm̄ ad pœnitentiā perti
net operari cōtraria his quę aliquis peccauit.Vnde
Chry.Pœnitētiā verò dico nō ſolū,vt à malis prio
ribus deſinamus: verūetiā vt bonorū operū fructi- M

Pœnitentia per contraria fit.

bus impleamur.Facite,inquit, fructus dignos pœ-
nitētiæ. Quo aūt modo fructificare poterimus:ſi
vtiq; peccatis aduerſa faciamꝰ? Aliena rapuiſti,in-
cipe donare iā propria: lōgo es tp̄e fornicatus,à le
gitimo quoq; te vſu ſuſpēde cōiugij,ac ꝑpetuā cōti
nentiā ſæpiꝰ paucorū dierū caſtitate meditare.In-
iuriā,vel opere cuiq̄, vel ſermone feciſti: refer be-
nedictiōis verba cōuitijs,& percutiētes te,nūc offi
cijs nūc etiā beneficijs placere cōtende.Neq; enim
vulnerato,ſufficit ad ſalutē tantūmodo ſpicula de
corpore euellere:ſed etiā remedia adhibere vulne-
ribus. Delitijs autē & temulentia diffluebas: ieiu-
nio & aquæ potu vtrūq; cōpenſa, vt famē ſuperes
imminentē.Vidiſti impudicis oculis alienā decorā
feminā:iam omnino ne videas maiore tactus cau-
tione poſt vulnera.Declina,inquit,à malo, & fac Pſal.36.
bonū.Inquire pacē,& perſequere eam. Non tantū Pſal.33.
hanc dico pacē,quæ cum hominibus,verūetiā quæ

Pax fugata.

cum deo eſt copulāda.Et bene ait,perſequere.Exa
gitata ex vndiq;,& prorſus exploſa,ac terras relin
quens in cœlum profecta.Sed tamē poſſumus eam
rurſus



rurſus reuocare,ſi volumus,id eſt ſi iracundiam ſu
A perbiā,atq; iactantiā,omniaq; abijcientes impedi-
menta pacis,modeſtā hanc vitā, purāq; ſectemur.
hæc Chry.Satisfactio autem debet fieri,per opera
pœnalia.Per ſatisfactionē eñ,oportet peccati vul
nus ſanare perfectè:ſed peccaminū medicinæ,ſunt

Satisfactio pœnā dat deo & honorem.

pœnæ:& ergo ad ſatisfaciendū ſunt neceſſarię.Nā
licèt deo nihil poſſet ſubtrahi:tñ peccator peccādo
quantū in eo eſt,ſubtrahit quod eſt ad honorē dei:
& ideo cū ſatisfactio ſit quædā recōpenſatio, opor
te ꝙ per eam ſibi ipſi pœnitens aliquid ſubtrahat,
quod ad honorē dei cædat. Hoc autē non pōt eſſe,
niſi ſit opus bonū,quantum ad dei honorē:&pœna
le opus,quantū ad peccatorē pœnitētē,cui eſt ſub-
trahendū.Sic & deo ſatisfacit,& etiam à vitijs, &
futuris malis,inquantū pœnale præſeruat. Satisfa
ctio ergo debet eſſe talis,per quā aliquid nobis ad
honorē dei ſubtrahamꝰ.Sed nō habemꝰ niſi tria bo
B na:ſcilicet bona animæ,bona corporis,& bona for

Bona noſtra triplicia, vnde triplex ſatisfactio.

tunę,ſcilicet bona exteriora.Ex bonis quidē fortu
næ,ſubtrahimus nobis aliquid,per eleemoſynā:ex
bonis corporis,per ieiunium,ex bonis autē animæ
non oportet quod aliquid nobis ſubtrahamus,quā-
tum ad diminutionē bonorum animæ:quia per ea
efficimur deo accepti:ſed per hoc, quod ſubmitti-
mus ea,ſcilicet tam animā,quàm eius bona, totali

Radices peccatorū tres.

ter deo:& hoc fit per orationem. Iſte etiam nume
rus operū ſatisfactoriorū,videtur eſſe ordinatꝰ cō
tra radices peccatorū:quæ ſunt cōcupiſcentia car-
nis,concupiſcentia oculorū,& ſuperbia vitæ: quia
contra concupiſcentiā carnis,ordinatur ieiunium:
contra concupiſcentiā oculorum eleemoſyna,con
tra ſuperbiam vitæ,oratio. Igitur vt dictum eſt,ſe
cundū exigentiā culpæ, faciendi ſunt fructus pœ-
nitentię.quod eſt contra illos,quorū culpa eſt mul

Pœnitentiæ fructꝰ digni.

ta,&pœnitentia modica. Vnde dignos fructus pœ
nitentiæ facit ille, qui ſcd̄m modum culpæ, facit
æqualitatē pœnæ:vt qui plꝰ pecccat,plus pœniteat
& quot inuenit in ſe oblectamenta in culpa,tot de
ſe faciat holocauſta in pœnitentia: & qui amiſit
C deum in peccati delectatione,quærat eum in pec-
cati abominatione,recogitando oēs annos ſuos, in

Eſaiæ 38.

amaritudine animæ ſuæ. Et ideo quando condi-

Pœnitentia minor delicto.

gnam pœnitentiā ſacerdos nō iniungit,vel ſi iniū-
git,non tamen impletur,nō abſoluitur pœnitens à
pœna cōdigna,ſed à tāta quantā hîc facit, non aūt
à reſidua. Vnde Ber.Nec tibi blādiaris, ſi grauiter
peccanti leuior pœna,vel à neſciente,vel à diſsimu
lante dictatur:cùm in purgatorijs ignibus perficiē
dū ſit,quicquid hîc minus feceris:quia dignos fru-

Pœnitentia interior.

ctus pœnitētiæ quærit altiſsimus.hæc Ber.Digna
verò pœnitētia,non tantū carnis maceratione, vel
temporis longitudine, quantū cordis contritione
cōpenſatur:quia apud deum non tam valet menſu
ra tēporis,quàm doloris:nec tantū abſtinentia cibo

Tēpus pœnitentiæ.

rum,quantum mortificatio vitiorū. Propter quod
menſuram temporis in agenda pœnitentia, cano-
nes in arbitrio ſacerdotis intelligentis ſtatuunt, &

Contritio poteſt pœnā delere.

pœnitentiæ tempora fide,& conuerſatione pœni-
tentiū abbreuianda,& negligentia protelanda exi
ſtimant. Tanta etiā contritio poteſt eſſe,ꝙ totali-
ter tollat reatū pœnæ:quia deus plus acceptat cor

dis effectū,quàm exteriorem actum: ſed per actus
exteriores,abſoluitur homo à pœna & à culpa:er- D
go & ſimiliter per cordis affectū,quæ eſt cōtritio,
abſoluitur ab ea:quia intentio cōtritionis,poteſt at
tēdi dupliciter. Vno modo,ex parte charitatis,quę
diſplicentiā cauſat:& ideo mediante charitate,me
retur, non ſolū culpæ amotionem, ſed etiam ab o-
mni pœna abſolutionē.Alio modo,ex parte dolo-
ris ſenſibilis,quē voluntas in contritione exercitat.
Et quia ille dolor eſt etiā illi pœnitenti quædam
pœna,quæ tantū poteſt intendi,ꝙ ſufficit ad dele-
tionē culpæ & pœnæ.Et ſi homo per ſe nō poſsit
ſatisfacere pro peccatis:pōt tamen per adiutorium

Satiſfaciētia ꝑ peccatore cū eo.

alterius. Quia enim pœna quā peccator debet ſu-
ſtinere,excedit vires eius: ideo ordinauit deus ex
magna miſericordia,vt cum eo,&pro eo,primùm
ſatisfaciat meritū paſsionis Chriſti:qui per ſuā paſ
ſionem,non ſolū mundū redemit: ſed etiam ſuum
meritū pro peccatoribus ſatisfecit. Secundò,ſatiſ-
facit pro peccatore meritum totius eccleſiæ,Dicit E
enim Aug.ꝙ eleemoſynæ, & orationes quæ fiunt
in eccleſia,ſubueniunt recognoſcenti mentē ſuam,
ad veniā. Tertiò ſubuenit peccatori propria ſatiſ-
factio.Ex his tribus:ſcilicet merito dominicæ paſ
ſionis,& totius eccleſiæ,& propriæ pœnitētiæ, cō
ponitur talentū præponderans culpæ. Et ſciendū
ſcd̄m Hiero.quia ſimiliter circūuenit Satanas per
nimiā duritiā:vt peccatores pereāt deſperādo,quo-
modo in nimia remiſsione corrigēdo. Vnde Salo- Prouer.4.

Pœnitentiæ incitatio ex grauitate culpæ.

mon:Ne declines ad dexterā,neq; ad ſiniſtram.Vt
autem ad agendū pœnitentiā congruā magis accē
daris,conſidera ſi vnum peccatū Adæ tam diſtri-
ctè punitū eſt,vt non gentis annis & amplius vitæ
huius miſeriā lugeret: & in augmentum miſeriæ
multis ſubſidijs & ſolatijs mechanicorum, quibus
nūc vtimur careret:ac ferè quatuor millibus anno
rū inferni tenebras ſuſtineret: qualiter punientur
tranſgreſsiones noſtræ tam multæ, tam magnæ,
cùm ſupernus iudex:cui reddituri ſumus de ſingu
lis rationē,& multitudinē numeret,& magnitudi
nem ponderet,& diuturnitatem menſuret:& ideo F
multis lachrymis & orationibus,multiſq; ieiunijs
eſt opus:vt peccata noſtra,quibus mors æterna de-

Ex amiſſione bonorum & incurſu malorum.

bebatur,ſatisfatione cōdigna deleamus.Conſidera
etiā & attēde quid per peccatū perdidiſti, quid in-
curriſti,quis ſit quē offendiſti. Perdidiſti amicitiā
totius trinitatis,angelorū,apoſtolorū, & omnium
ſanctorū,decorē animæ,ſuffragia eccleſiæ. Incur-
riſti laqueos fortiſsimos,hoſtes crudeliſsimos,ſta-
tum periculoſum,horribile præcipitiū, defectum
gratię,&mortē animę.Offendiſti eum qui te crea
uit,pro te mortem ſuſtinuit,multa beneficia cōtu-
lit,& æterna præmia repromittit. Si hæc iugiter
cogitares, vtiq; dolores, & pro peccatis fleres. Et

Pœnitentiam agendi ignorātia.

quia in modo agendi pœnitentiā,rarò pœnitentes
docti ſunt,non oēs pœnitentiā veram agunt.Nam
ſcd̄m Ambr.& Greg.facilius inueniuntur qui in-
nocentiā ſeruauerunt,quàm qui veram pœniten-
tiam egerunt.Et ideo pauci ſunt qui igne purgato
rij non indigent.Vnde Bernar.Iudicent & ſentiant
alij vt volunt:ego certè adhuc nullū pœnitentem
noui:quem non æſtimem igne & flammis purga-
torij

G — *Purgatorio omnes pœnitentes deſtinat.*

torij indigere. Mecũ fœliciſſimè actũ credã, ſi vſq; ad diem iudicij, ita me purgatoriũ, id eſt conflatoriũ, omni ſcoria permundabit: vt audeã iudici purgatus occurrere. hæc Bern. Ecce quid ſperare poſſunt multi miſeri, ſi ille vir tam ſanctus, de ſe ſic tremuit & expauit. Vt igitur pœnitentiam veram agas, & perfectã remiſſionis gratiã cõſequaris, cautela magna eſt adhibenda: vt ſcilicet circunciſus & purgatus per cõfeſſionẽ de peccato maneas, ſcdm Ioſue. v. in eodẽ caſtrorũ loco, donec perfectè ſaneris. Quòd fiat ſi panẽ doloris & pœnitentiæ, cum ſilentio extra turbã mandaces: ſubtrahendo te à ludis & ſpectaculis mũdanis, & aliorũ conſortijs, & ab omni occaſione peccãdi. Circuncide itaq; omnẽ cauſam, & omnẽ occaſionẽ, & ſuſpitionẽ peccati: ac perſonas, & loca, & conſortia eorũ, cum quibus conuerſabaris peccãs. Circuncide ſenſus tuos, quibus tranſgreſſor fuiſti, & intra in cubiculũ tuæ mẽtis, & oſtio clauſo, cõtra oẽs riuulos peccatorũ, ora in abſcondito patrẽ tuũ, qui eſt in cœlis. Sedere enim & in vno loco manere pœnitentiũ eſt, non vagari, non diſcurrere ad cõuiuia, ad ſpectacula, & huiuſmodi: maximè in crepundijs pœnitentiæ agendæ, dum recẽtia ſunt vulnera circũciſionis tuæ. Vnde Ioſue v. Non ſinebat caſtra moueri, anteq̃ perfectè vulnera circunciſorũ ſanarẽtur. Maria ſedit ad pedes dñi, lachrymis rigauit, & capillis terſit, quouſq; audiuit: Dimiſſa ſunt tibi peccata multa. Et vt minus tedeat te laboris pœnitentiæ, recordare obſecro Iacobi minoris: qui licèt ſpiritũ ſanctũ tanquã pignus accepiſſet, & ſic cõfirmatus, de vita æterna certus eſſet: nihilominus tamen in pœnitentia, & vita dura, vſq; in finẽ perſeuerauit: ac verus etiam ipſe carnalis deſiderij ſupplãtator fuit, & adeo magni meriti, vt ab omnibus vocaretur iuſtus: qui etiã meritò filius Alphęi, id eſt docti, eſt cognominatus. Vnde quãdo Hieroſolymã Paulus ingreſſus eſt, vt cum cæteris apoſtolis, de dogmatũ veritate conferret, continuò ad hunc intrauit. Hic epiſtolã canonicam ſcripſit. Hic vt teſtatur Chry. & Egeſippus vicinus apoſtolorum temporũ hiſtoriographus, tam mirabilis fuit, vt ſtatim poſt paſſionẽ dñi epiſcopatum Hieroſolymorũ, ordinantibus apoſtolis, primus acceperit. Hic de vtero matris, ſanctus vocatus fuit. Vinum & ſiceram non bibit: carnem nullam comedit: nunquam attonſus eſt, neq; vnctus eſt vnguento, neq; vſus eſt balneo, die noctuq; flexis genibus orabat intantũ vt genua eius obduruiſſe callo, & camelorum duritiam traxiſſe dicerentur. Tantanq; aiunt in eo fuiſſe carnis incuriã, & ipſum duræ vitæ tantũ intendere, q̧ membra omnia mortificauerit, vt adhuc viuentis, omnia ferè membra morerentur: atq; aſſiduitate orationis, iugiq; ad pauimentũ proſtratione corporis: frontẽ quoq; eius, callo ſimiliter obductã & obduratã, vt nihil ferè à cameli genibus diſcreparet. Reduc etiã diligenter ad memoriã, cilicium & locuſtã Ioannis baptiſtæ, labores Pauli, vigilias Bartholomæi, ſaccum & panem Hieronymi, tunicam & vepres Benedicti, ſudariũ & lachrymas Arſenij, mattulã Eulalij, columnã & vermes Simeonis, nuditatem & radices herbarum peccatricis Aegyptiacæ. Dauid etiam

*[Margin: Cõſilium rectæ pœnitentiæ agendæ. — H — Lucæ 7. — Iacobi minoris pœnitẽtia & ſanctitas. — Gala. I. — Egeſippus I — Pœnitentia ſanctorum.]*

regem de ſolio deſcendiſſe, ac in cinere & cilicio, humiliter & abiectũ, in terra ſedendo, pœnitentiã egiſſe, donec audiuit à dño per Nathan prophetã: Tranſtulit dñs peccatum tuum à te. In ſeſſione humiliatio demonſtratur: in cinere verò cõſideratio mortis, per quã tota humani generis maſſa in puluerẽ eſt redigenda, in cilicio quod de pilis cõtexitur, memoria peccati aſperè pungẽtis ſignificatur. Vnde Greg. In cilicio quippe aſperitas & cõpunctio peccatorũ: in cinere aũt, puluis oſtẽditur mortuorũ: & idcirco vtrũq; hoc adhiberi ad pœnitentiam ſolet: vt in cõpunctione cilicij, cognoſcamus quid per culpã fecimus: & in fauilla cineris, perpẽdamus quid per iudiciũ facti ſumus. hæc Greg. Cõſolationẽ ergo in his habe, & teipſum in his exerce: q̧ cinis & ciliciũ ſunt arma pœnitentiũ. Maximè enim in cibo & veſte cõſiſtit labor pœnitẽtiæ.

*[Margin: K — 2. Reg. 12. — Pœnitentiæ labores & ſpecies. — L]*

Circa pręmiſſa verò his verſib' poteris edoceri:

Sit tibi potus aqua, cibus aridus, aſpera veſtis.
Dorſo virga, breuis ſomnus, durumq; cubile:
Flecte genu, tunde pectus, nuda caput, orans:
Hæreat os terræ, mens cœlo, lingua loquatur:
Cor dictet, ſit larga manus, ieiunia crebra:
Mens humilis, ſimplex oculus, caro mũda, piũ cor:
Recta fides, ſit firma ſpes, dilectio ſemper
Ferueat aſſiduis precibus, iuſtis tamen ora:
Hæc peccator age, quem verè pœnitet à te
Nunc potius pœnas, peccatis exige dignas,
Quàm te perpetuis, addicat iudicis ira.

Audi etiam Ber. qui dicit, verè pœnitens de tpe nihil perdit: quia & præteritũ reſtaurat, per cõtritionem, & pręſens tenet, per bonam operationem: & futurum tenet, per boni propoſiti conſtantiã & firmitatẽ. hæc Ber. Viriliter ergo agant pœnitentes, & non deficiant: tẽpore enim ſuo metent: non deficiẽtes. Nam qui ſeminãt in lachrymis: in exultatione metent. Confortetur cor eorũ in pœnitentia, & conſolentur in ea, ſperantes cum martyribus partem habere. Quia ſecundum Chry. viuentes in pœnitẽtia, poſſunt martyribus cõparari. Grauior eſt enim longa fuga, quàm velox mors. Sed & ipſe dñs, eos beatos prænuntiat, eiſq; conſolationem promittit, cùm dicit: Beati qui lugent quoniã ipſi conſolabuntur. Pœnitẽtium enim luctum, dñs perpetui gaudij conſolatione compenſat. De pœnitentiæ quoq; laudibus, ſic dicit Cyprianus: O pœnitentia, quid de te noui referam? Omnia ligata, tu ſoluis: omnia clauſa, tu referas: omnia aduerſa, tu mitigas: omnia contrita, tu ſanas: omnia confuſa, tu lucidas: omnia deſperata, tu animas.

*[Margin: De vero pœnitente. — Pſal. 125. — M — Matth. 5. — Pœnitentiæ laus.]*

ORATIO.

Terret me vita mea: nam diligenter diſcuſſa, apparet mihi aut peccatũ, aut ſterilitas & infructuoſa: & ſi quis fructus in ea videtur, aut eſt ſimulatus, aut imperfectus, aut aliquo modo corruptus. Quid ergo mihi reſtat peccatori, niſi vt in tota vita mea plorẽ totam vitã meã. Certus ſum dñe, quia peccata mea æternã merentur damnationem: certior quia pœnitẽtia mea non ſufficit ad ſatiſfactionẽ: certiſſimus quia miſericordia tua ſuperat omnem offenſionem. Fac ergo mecum miſericordiam: & concede mihi peccatorum meorũ in-





A — dulgentiam: quia meritum meum, indulgẽtia tua eſt domine deus meus. Amen.

## De Baptiſmo domini. Caput XXI.

Completis autem viginti nouẽ annis ætatis ſuę, quibus dñs Ieſus ſic pœnoſe & abiectè vixerat, & trigeſimo iam incepto [& in diebus illis] ſcilicet quibus Ioãnes baptizabat, & prędicabat, antequã clauderetur in carcere: dicit Ieſus matri ſuæ, quia tẽpus eſt vt vadat, & glorificet, ac manifeſtet patrẽ ſuũ, & ſe mundo oſtẽdat, qui diu latuerat, & operetur animarũ ſalutẽ, pro qua pater ipſum huc miſerat. Et reuerẽter ſe licẽtians ab ea, & nutritio ſuo Ioſeph, iter arripuit [à Nazareth Galilęæ] vbi nutritus fuerat: quæ reſpectu Hieruſalem, eſt ad Aquilonẽ. Et iuit verſus locũ Iordanis, vbi Ioãnes baptizabat: nõ longè à Hierico, quæ reſpectu Hieruſalem, eſt ad Orientẽ. De Hierico enim ſimiliter ad Oriẽtẽ, ſunt quaſi duo milliaria vſq; ad capellã ſancti Ioãnis, vbi ipſe habitabat: & inde eſt quaſi vnũ milliare, vſque ad locũ Iordanis, vbi Chriſtus dicitur baptizatus. Putatur tamen à nonnullis Chriſtus baptizatus inter Ennon & Salim, nõ longè à monte Gelboé in Bethania, quę eſt ſupra Iordanẽ, tribus leucis de Hierico, ſed duabus de capella ſancti Ioãnis, ſecundũ Remig. quia Galilæa tranſmigratio, & Iordanis deſcẽſus interpretatur. Per hoc q̧ Ieſus de Galilęa venit ad Iordanẽ, ſignificatur q̧ eius mẽbra, ſi velint baptizari, & per gratiã lauari, oportet ea tranſmigrari de vitijs ad virtutes, & deſcẽdendo humiliari. Vt autem ait Beda, Ieſus annorũ triginta baptizatus, & incepit apertius ſigna facere & docere, legitimũ tempus oſtendens his qui omnẽ ætatem, vel ad ſacerdotiũ, vel ad docendũ putant oportunam. Nec cõtra hoc mouere quẽpiam debet q̧ Hieremias, atq; Daniel propheticũ ſpiritũ pueri acceperũt: quia miracula in exẽplum operatiõis non ſunt trahẽda. Tricenalis autẽ baptizati ſaluatoris ætas cõueniens fuit, & nobis cõuenit propter myſteriũ trinitatis & operationẽ decalogi. Qui ergo baptizatur, vel gaudet ſe eſſe baptizatũ, tricẽnalis ſit in hũc modum: vt in fide ſanctæ trinitatis intelligat, & cõpleat decalogũ. hæc Beda. Hîc ergo ſecũdm Rabanum, inſtruimur nullum debere ſacerdotẽ, aut prædicatorem fieri, vel eccleſiæ pręfici, niſi virilis & perfectæ ætatis fuerit. Sed heu, nunc tales præficiuntur regimini eccleſiæ, qui ſeipſos neſciũt regere: tales procuratores patrimonij crucifixi, qui ſuarũ rerũ tutores eſſe nõ poſſunt: alijs etiã præeſſe volũt, qui pedagogo adhuc indigẽt. Secũdum verò Chry. triginta annorũ venit Ieſus ad baptiſma: quia ſcilicet poſt baptiſma illud, legem veterem erat ſoluturus: propterea vſq; in hanc ætatẽ, quę omnia poteſt capere peccata, in legis obſeruatiõe permãſit, ipſam vniuerſam implens: ne quis diceret, ideo illã ſoluiſſe legẽ, quia eã nõ valuiſſet implere. Propterea igitur omnẽ hanc Chriſtus expectauit ætatẽ, per quę omne tẽpus iuſtitiæ impleuit: ac tunc demũ venit ad baptiſma, quaſi cumulũ illud cũctis obſeruationibus legis imponens. hæc Chry. Vadit ergo dominus mundi ſolus, pedibus nudis, per ſpatium tam

*[Margin: Marci 1. — Hierico. — Locus baptiſmi Chriſti. — B — Cur anno trigeſimo baptizatus Chriſtus. — C]*

longi itineris. Intuere eũ diligenter & deuotè: eidemq; vehemẽter & ex corde cõpatere. Non ducit ſecum militũ, aut equorum, aut alterius comitiuæ frequẽtiã: nec dum habebat diſcipulos, vel ſequelã aliam. Nõ habet qui præcedat ad hoſpitia, ad neceſſaria præparãda. Nec ſunt ibi honores & põpę quibus nos vermiculi vtimur & delectamur. Sed ille cui in regno ſuo millia milliũ miniſtrãt, & decies millies cẽtena millia aſſiſtũt, ſic ſolus incedit, terram pedibus nudis calcãdo, & vſq; ad fatigationẽ laborando. Nã regnum ſuũ non eſt de hoc mundo: qui exinaniuit ſemetipſum, formã ſerui, nõ regis, ſumẽdo. Factus eſt ſeruus: vt nos reges faceret. Factus eſt aduena & peregrinus: vt nos ad patriam & regnum ſuũ perduceret. Viã poſuit ante oculos noſtros: per quam illuc aſcẽdere valeamus. Sed quare ipſum negligimus? quare noſipſos nõ humiliamus? Quare honores & põpas, caduca & vana, ſic auidè quęrimus & tenemus? Certè quia regnũ noſtrum eſt de hoc mũdo: nec conſideramus nos aduenas & peregrinos: & propterea mala iſta incurrimus. O vani filij hominũ: cur vana proueris, caduca pro certis, tẽporalia pro æternis acceptamus, & ſic ſtudioſè amplectimur? Cur iſta tranſitoria nõ ſpernimus, & quaſi tranſacta nõ reputamus? Vadit ergo dominus Ieſus, ſcilicet dator ſalutis, & nõ indigẽs ſalute, ſic humiliter & cõtinuatis diebus, quouſque perueniat ad Iordanẽ. Cùm autẽ venit ad Iordanẽ, inuenit Ioannẽ peccatores baptizantẽ, & turbam magnã quæ illuc ad ipſius prędicationẽ concurrerat: quia eũ quaſi Chriſtũ habebãt. Cũ famulis dominus, cum reis iudex baptizãdus venit: nõ tamen aquis mũdari, ſed ipſas mũdare cupiẽs. Venit quidem Ieſus ad Ioannẽ: maior ad minorẽ: id eſt deus ad Ioannẽ: dominus ad ſeruũ, rex ad militẽ, lux ad lucernã, ſol ad luciferũ, vt & ipſius prædicationem Ioãnis cõfirmaret: & vt teſtimoniũ à Ioãne acciperet: vt exteriori ablutiõe baptizaretur ab eo: ſcilicet fons à riuo, plenitudo à ſtilla, autor baptiſmi à baptiſmi miniſtro, nõ purgatiõe indigens, ſed noſtram faciẽs nõ neceſſitate ablutiõis, vt ipſe remiſſionẽ peccatorũ per baptiſmũ acciperet: ſed vt baptiſmate ſuo, baptiſmum Ioannis approbaret, & ipſum à deo ordinatũ oſtẽderet, vt nobis myſteriũ baptiſmi inſinuaret: vt quia homo natus erat, omnem iuſtitiã legis, & omnẽ humilitatẽ impleret, & implẽdo doceret: vt trinitatis myſteriũ reuelaret: vt nemo quantũlibet ſanctus, baptiſmi gratiã ſuperfluã iudicaret: vt prius faceret, quod poſtea faciendum imperabat: vt cognoſcerent ſerui quanta alacritate debeant currere ad baptiſmum domini, quando ipſe dominus non dedignatus eſt ſuſcipere baptiſmum ſerui: & nemo refugiat lauacrum gratiæ, quando Chriſtus non refugit lauacrum pœnitentiæ: vt caput draconis in aqua contereret, peccata deleret, & veterem Adam ſepeliret: vt contactu mundiſſimæ ſuæ carnis, & corporis aquas ſanctificans, vim abluendi, & regeneratiuam aquis conferret, & ſanctificatas aquas baptizandis poſtmodum relinqueret. Vt per diſcenſionem columbæ in lauacro credentiũ ſpiritus ſancti aduentum ſuper baptizatos monſtraret: vt populus teſtimo-

*[Margin: D — Humilis Chriſti ad baptiſmũ acceſſus. — Ioan. 18. — Philip. 2. — E — Aduentus Chriſti ad Ioannem. — F]*

nium Ioānis de Chriſto, & etiā dei patris audiret:
G & vt per hoc ꝙ ipſe filius dei baptizatus eſt, omnes per baptiſmū renatos, filios dei, & fratres ſibi faceret & oſtēderet. Quē & tu fidelis, vt iam in Chriſto regeneratus, cōcomitare, eiusq; ſacramenta, & cuncta quæ agūtur, ſcrutare. Volens ergo dñs operari noſtrā ſalutem, cœpit prius facere, ꝙ̄ docere. Actuū 1. Et primùm inchoās à ianua ſacramentorū, & fundamēto virtutū, voluit à Ioāne baptizari. Dixit itaque Ioāni, tūc peccatores baptizāti: Rogo te vt me cū iſtis baptizes. Ioānes vero intuēs eum, & ſpiritu per diuinā reuelationē cognoſcens eum eſſe verum deū & hominē, nullum peccatū habentē, & ob hoc lauacro nō indigentē, alios à peccato lauantem, timuit & expauit: & vt humilitatē regis imitaretur miles, ex reuerētia eū prohibens, dixit. Dñe [ego]
Matt. 3. De Ioāne renuente baptizare terrenus [à te] cœleſti qui nō eges [baptizari debeo] quia ego eo baptizari [& tu] cuius generatio nō eſt vitioſa [venis ad me] baptizari? Tu maior es & dñs,
H & ego minor & ſeruus: & tu nō ad me, ſed ego potius debui ire ad te. Tu mūdus es, & omnia mūdas: nō tu à me, ſed ego à te, & mūdari, & baptizari debeo. Ego homo ſum: tu deus: Ego peccator, quia homo: tu ſine peccato, quia deus. Quid vis à me baptizari? Non recuſo obſequiū: ſed ignoro myſterium. Ego peccatores baptizo in pœnitētia: tu q̄d vis baptizari, qui non habes peccati cauſam? Imò potius quid vis vt peccator baptizari, qui veniſti peccata donare? Vnde Ber. Baptizari vis dñe Ieſu? Vt quid enim: aut quid tibi opus baptiſmate? Nūquid ſano opus eſt medicina: aut mundatiōe mundo? Vnde tibi peccatū, vbi baptiſma ſit neceſſariū? Quam maculam habere poteſt agnus ſine macula? Vnde & Chry. Vt tu me baptizes, eſt idonea ratio: vt iuſtus efficiar, & dignus cœlo: vt aūt ego te baptizē, quæ eſt ratio? Omne bonū de cœlo deſcendit in terram: nō de terra aſcēdit in cœlum. Vnde etiā Leo papa: Quid facis dñe? Ecce quaſi mendacem me lapidabunt. Ego magna de te prædicaui: & tu tā ſimplex velut hoſpes aduenisti. Tu ſurſum filius regis, &
I deorſum filius regis, & nuſquā ſceptrū regale oſtēdis. Oſtēde dignitatē tuā. Cur ſolus tā humilis aduenisti? Vbi angelorum agmina? Vbi miniſtratio Cherubim ſex alarū? Vbi ventilabrū? Tu Moyſen glorificaſti in nube lucida, & columna ignis: & tu mihi caput inclinas? Renue dñe: caput es omnium. Oſtēdiſti humilia: oſtēdiſti ſublimia. Baptiza oēs præſentes: & me ante omnes. Quid baptizari vis, ſordē nō habens? Et ſi baptizare voluero, Iordanis nō ſuſcipit, cognouit te factorē ſuū, cōuertit fluenta retrorſum. hæc Leo. Nō mirum ſi baptiſta contremuit, quādo ſub manibus ſuis humiliatur cui omne genu, cœleſtiū, terreſtriū, & infernorū curuatur. Vnde Ber. Inclinatur ſub baptiſtæ manibus, caput adorādum angelis, reuerendū poteſtatibus, tremendū principatibus. Quid mirū, ſi tremit homo: nec audet attingere ſanctū dei verticem? Quid vel ipſa cogitatiōe non cōtremiſcit. O quàm altū erit in iudicio caput iſtud, quod modò ſic inclinatur: & vertex qui modò tā humilis videtur, ꝙ̄ ſublimis & erectus tūc apparebit: hæc Ber. Dominus verò probat quidē famuli ſui, fidele ſeruitutis obſequium,

ſed diſpēſatiōis ſuæ manifeſtat myſteriū, dicens: [Sine] id eſt permitte [modò] ſcilicet me à te baptizari K in aqua: vt tu poſtmodum à me baptizeris in ſpiritu: quia myſteriū eſt quod ago. In quo ſecundum Chry. oſtēdit quia poſtea Chriſtus Ioannem baptizauit.] Sine modò] vt qui formā ſerui aſſumpſi expleā, & humilitatem eius. Et ſubiungit: [Sic enim] faciendo, dum ego ſuperior & nō indigens à te ſuſcipio baptiſmū [decet nos] me ſuſcipiendo, & te baptizādo [implere] & dare exēplum implendi [omnē iuſtitiam.] Et accipitur hîc iuſtitia, non Iuſtitia prout eſt virtus, ſpecialis, vitio auaritiæ oppoſita: ſed generaliter prout includit omnē virtutem, ſeu omnium virtutū perfectionem, Secundū Chryſ. quod dicit tale eſt: Omnia iam legalia compleuimus: nec vllum trāſgreſſi ſumus aliquādo mādatum: vnum adhuc deeſt ſolūmodo, oportet etiam iſtud adiungi, ſicq; à nobis iuſtitia omnis implebitur. Iuſtitiā verò hîc cōplementum cunctorū nominat mādatorum, oſtendens hanc verā eſſe iuſtitiam: vt ipſe dñs ac magiſter omne in ſe ſalutis noſtræ ſacramentū impleret. L Mādatum ſiquidē erat hominibus, baptiſmū ſubire prophetæ. Vel omnē iuſtitiā faciendo vnicuiq; quod ſuū eſt. Qui enim Chriſti baptiſmum ſuſcipit, miſeretur animæ ſuæ Eccleſiaſtici 30. placens deo, ſalutis medelam ſuſcipiēs, & humiliter ſubditur creatori ſuo, eius inſtitutioni obediēs: proximumq; exemplo ædificat, eum ad bonum inducens. Sic ergo omnem iuſtitiā implet: quia deo, & ſibi, & proximo facit quod debet. Vel omnem iuſtitiā faciendo, prius quod poſtea fieri debet ab alijs. quaſi diceret: Ideo me nūc ſubdo tibi minori: ne dedignētur maiores à minoribus baptizari vel regi. Vnde Ambro. Quæ eſt iuſtitia, niſi quod alterum facere velis, prior ipſe incipias, & tuo alios horteris exemplo? Vnde & Chryſo. Non ergo ſui cauſa baptizari dominus voluit, ſed cauſa noſtri: vt impleret omnem iuſtitiā. Iuſtum eſt enim vt quod quis docet alterū facere, prior incipiat. Qui igitur dominus magiſter humani generis venerat, exemplo ſui docere voluit quid eſſet faciendum: vt diſcipuli magiſtrum, ſerui dominum ſequerentur. M Vnde etiam Augu. Voluit facere quod faciendum omnibus imperabat: vt dominus & magiſter doctrinam ſuam non tam verbis inſinuaret, quàm actibus exerceret. Vel ſecundum Rabanum, ſic decet nos exemplum dare omnis iuſtitiæ implendæ in baptiſmo: ſine qua nō aperitur aditus regni cœleſtis: vt diſcant homines neminem ſine vnda baptiſmi perfectum eſſe. Vel omnem iuſtitiā, id eſt omnem & ſuperabundantem humilitatem: maior enim pars iuſtitiæ, eſt humilitas. Eſt quippè debita & ſufficiens humilitas omni iuſto neceſſaria, maiori ſe ſubdere propter deum, & non præferre ſe æquali: abundans ſe ſubdere æquali, & non præferre ſe minori: perfecta & ſuperabundans, ſubdere ſe minori, & non præferre ſe alicui: & hunc tertium gradum Chriſtus hîc tenuit: ideo omnem humilitatem impleuit. Vnde Bernar. Eſt autem quædam Iuſtitia ſtrictiſſima. iuſtitia ſtricta & anguſta valde: ita vt quàm citò pedem verteris, in peccati foueam cadis: nec præponere ſe æquali, nec æquare præpoſito. Huius diffinitio eſt,



diffinitio eſt, reddere vnicuiq; quod ſuum eſt. Eſt
A altera latior & amplior iuſtitia, nec æquare ſe pari, nec inferiori præponere. Sicut enim grandis & grauis ſuperbia eſt præferre ſe æquali, aut ęquare prælato: ſic grandis humilitas eſt inferiorē ſe exhibere æquali, & æqualem inferiori. Maxima & plena iuſtitia eſt, inferiorē ſe exhibere etiā ipſi inferiori. Sicut enim ſumma & intolerabilis ſuperbia eſt, ſuperiori ſe præponere: ita inferiori ſe ſubdere, ſumma eſt & plena iuſtitia. Quòd ergo Ioannes ait: Ego à te debeo baptizari, de prima fuit qua ſuperiori ſe ſubdidit. Quod aūt Chriſtus fecit, de plena iuſtitia fuit: ſiquidem ille ſeruuli ſui ſe manibus inclinauit. Videat nunc quilibet quem imitetur, hunc, an eum qui extollitur ſuprà omne quod
2. Theſ. 2. creditur, aut colitur deus. Et iterū: Nōnne deo, in-
Pſal. 61. quit, ſubiecta eſt anima mea? Aut parū eſt eſſe ſub-
1. Petri 2. iectum deo, niſi ſis & omni humanæ creaturę propter deū. Sic enim decet nos, inquit, implere omnē iuſtitiam, id eſt, cōſummationē (profectò) iuſtitię, in humilitatis perfectione conſtituens. Vade & tu
B ad minorem, ſi vis iuſtitia eſſe perfectus: defer inferiori, & minori te inclinato. Hæc Bernar. In hoc Iuſtitiæ indicia. apparet iuſtitia in humili: quia alienū nō ſurripit, nec ſibi attribuit quod nō debet: ſed vnicuique ius ſuum reddit. Nō ſurripit honorē & ſibi attribuit, ſed deo honorē & ſibi retinet vilitatem. Nō lædit proximum, nec eū dijudicat, nec præfert ſe alicui vel cōparat: ſed minorē omnibus ſe reputat, & locum nouiſſimū ſibi eligit & optat. Vides itaq; quomodo augmentata eſt dñi humilitas à præcedentibus. Ibi enim parentibus ſubditur: erat: hîc verò ſe etiā ſeruo ſubijcit, ſeq; vilificat, ac ſeruū iuſtificat ꝑ magnificat. Sed & in alio cōſidera quomodo ei' creuit humilitas. Nā vſq; modo conuerſatus eſt humilis, quaſi inutilis & abiectus. Hîc aūt etiā peccator voluit apparere hominibus. Peccatoribus enim prædicabat Ioānes pœnitentiā, & eos baptizabat: & dominus Ieſus inter eos & corā eis baptizari voluit, tanquā vnus ex illis. Et licèt idem dici poſſet
C de circūciſione, quia voluit peccator apparere: tū hîc plus eſt: quia corā turba publicè, ſed ibi magis
An prædicaturus cōuenienter vt peccator baptizatus eſt Chriſtus. occultè. Sed nōnne timēdū fuerat, cùm ipſe ſe amodo vellet intēdere ad prædicandū, ne tanquā peccator ſperneretur. Nō propterea dimiſit humilitatis magiſter, quin profundiſſimè ſe humiliaret. Ipſe ergo ꝓpter nos inſtruendos voluit apparere quod non erat, in ſui abiectionē & deſpectionem: ac nos ecōtrā volumus apparere quod nō ſumus, in noſtrā gloriam & laudē. Si quid in nobis videtur eſſe probitatis, oſtēdimus: defectus verò, qui in nobis ſunt, celamus. Ex hoc etiā poteris eius humilitatem cōſiderare, ꝙ in ſuſcipiendo baptiſmū, & in alijs quę ſecundū legem debebantur, dominus legis & ſuprà legem exiſtens, faciebat vt cęteri homines, nec volebat vllas habere prærogatiuas ſpeciales. Non ſic multi in cōmuni cōgregatione poſiti faciunt, qui præ cęteris prerogatiuas ſingulares habere volunt. Cùm ergo Ioānes cognouiſſet iuſtitiā, ſic & tali ordine debere cōpleri: ſpiritus enim in momēto eum docuit quod prius neſciuit, [tūc] cōſenſit & [dimiſit eū] à ſe baptizari, id eſt, nō vlterius reſtitit: non

vlterius cōtradixit, quinimmo vt baptizaretur acquieuit, & eum ſecundum ſuā voluntatē facere per- D miſit. Quaſi tenebat eum Ioannes, & reuerentia prohibendo, ſed [dimiſit eū] obediendo: vera enim eſt humilitas quā comes obedientia non deſerit: & ideo officium quod prius timens & expaueſcēs humiliter recuſauit, poſtea cōſentiens & obediens deuotè impleuit. Vnde Bernar. Acquieuit Ioannes & Bernar. de obediuit, baptizauit agnum dei & aquis lauit. Nos Chriſto baptizato. abluti ſumus, nō ille: quia nobis lauandis aquæ cognoſcuntur ablutē. Hæc Bernar. Nunc ergo bene ipſum dominum cōſpice. Spoliat ſe dominus maieſtatis ſicut quilibet alius homunculus, & creator elementorum ſubijcit ſe humili elemēto aquæ: & mergitur in aquis frigidis, tēpore magni frigoris, pro noſtro amore Operatur noſtrā ſalutem, tactu ſacri corporis aquas mundans & conſecrās, ac vim regenerationis & ius baptiſmatis eis cōferens, ſacramentumq; baptiſmatis ſanctificās & cōſtituēs, ac crimina noſtra lauans & purgās, deſponſat ſibi vniuerſalem Eccleſiā, & omnes animas fideles: nā in fide baptiſmatis deſpōſamur domino noſtro Ie- E ſu Chriſto, propheta in perſona ipſius dicente: Deſponſabo te mihi in fide: vnde hæc ſolēnitas & hęc Oſee 2. operatio valde vtilis eſt & magna, & ideo lætāter cantat Eccleſia: Hodie cœleſti ſpōſo iuncta eſt Eccleſia, quoniā in Iordane lauit Chriſtus eius crimina. Vnde Anſ. At verò vbi robuſtioris ætatis plenitudo aduenit, miſſurus manus ad fortia, egreſſus in Pſal. 18. ſalutem populi tui, vt gygas fortis ad currendā viā totius noſtræ miſeriæ. Et primùm quidē vt per omnia te fratribus aſsimilares, ſeruum tuum baptizantem peccatores in pœnitētiam, tanquam peccator adiſti: baptizari quoque te poſtulaſti. Innocens agne dei, quē nulla peccati ſtilla vel cogitatio vnquam maculauit, baptizatus es: non te in aquis, ſed aquas in te ſanctificans, vt ꝑ eas ſanctificares nos. Quod Chriſt' ſui baptizationem baptiſmū ſacrauit. Vnde & Chryſ. Baptizatus eſt Chriſtus Ioānis baptiſmo, vt ex ipſa natura baptiſmatis ſcias, quia neque peccati cauſa, neque propter indigētiam doni ſpiritus baptizatus eſt. Iudaicum quidē baptiſma aboletur ac deſinit, noſtrum verò ſumit exordiū: quodq; in paſche mutatione factū eſt, idipſum effi- F citur etiā in renouatione baptiſmatis. Nā & paſcha dñs cùm vtrūq; celebrauerit, illi quidē terminum poſuit, huic verò principium. Hic verò poſtquam Iudaicum impleuit baptiſma, continuò & ianuas Eccleſiæ reſerauit. Sicut ergo in vna tunc menſa, ita in vno nūc flumine: & recepit vmbrā, & addidit veritatem. Sancti enī ſpiritus gratia in Chriſti baptiſmate eſt, Ioānis verò baptiſma hac donatione priuatur. Et iterū: Quia ergo nouum baptiſma daturus erat ad humani generis ſalutē & remiſsionem peccati, prior ipſe baptizari dignatus eſt: non vt peccata deponeret, qui peccatū ſolus nō fecerat, ſed vt aquas baptiſmi ſolus ſanctificaret ad diluēda peccata credentiū. Nunquā enī aquę baptiſmi purgare peccata credentiū potuiſſent, niſi tactu dominici corporis ſanctificatę fuiſſent. Ille ergo baptizatus eſt: vt nos lauaremur à peccatis. Ille tinctus eſt aqua, vt nos à delictorū ſordibus purgaremur. Ille lauacrum regerationis accepit, vt nos ex aqua

 & ſpiritu

& ſpiritu ſancto renaſceremur. Baptiſmum ergo G Chriſti ablutio eſt peccatorum noſtrorũ, & renouatio vitæ ſalutaris. Per baptiſmum enim peccato morimur: ſed Chriſto cõuiuimus. Vitæ priſtinę ſepelimur, ſed nouę vitæ reſurgimus. Vetuſti hominis errore exuimur, ſed noui hominis indumenta ſuſcipimus. hęc Chryſo.

Cur in Iordane baptizatus eſt dominus.

Cõgruè aũt voluit dominus in Iordane baptizari, vt ibi aperiretur ianua regni cœleſtis, vbi datus eſt aditus filijs Iſraël intrãdi terram promiſsionis: quia ſicut per illud flumen filij Iſraël tranſierunt ad terrã promiſſam eis per dominũ, ſic per baptiſmum fideles trãſeunt ad terram viuentium. Et etiã ideo, quia Iordanis eſt fluuius medius gentium & Iudęorũ: & baptiſmus cõmunis eſt gentibus & Iudęis venientibus ad fidem & Chriſtũ. In Iordane quoq; baptiſmus domini, in Helia, & Heliſęo, Ioſue, & Naamam pręfiguratus fuit: quia in his figura baptiſmi præceſsit.

Ieſus cur in aqua baptizatus eſt. Aquæ proprietates.

In aqua verò baptizatus eſt: quia aqua eſt cõtraria igni: & peccatum eſt ignis: vnde & igne ſupplicij punitur. Vt ergo hic ignis extinguatur, in aqua baptizatus eſt. Aqua etiã ſordes abluit, ſitim extinguit, imaginem reddit: ita gratia ſpiritusſancti in baptiſmate H ſordes peccatorũ abluit, ſitim animæ verbo dei reſtinguit, imaginẽ dei per culpã amiſſam reſtituit. Et ex hoc ꝙ dñs in aqua eſt baptizatus, trahitur argumentum ꝙ in alio liquore quàm in aqua nõ põt fieri baptiſmus. In aqua etiam vniformiter baptiſmus cõſecratur: quia à dextro latere aqua manauit, & quia nullus liquor adeo ad abluẽdũ valet, & apud omnes faciliter acquiritur, ne ſe aliquis propter inopiam excuſet. Et licèt ſpiritus mũdet interius, tamẽ neceſſaria eſt aquæ lauatio: quia ſicut ex duobus eſt homo, ſcilicet ex corpore & anima, ſic ex duob⁹ renaſcitur, ſcilicet ſpiritu ſancto & aqua.

Lucæ 3.

[Factũ eſt aũt vt cùm baptizaretur,] à Ioãne ferè [omnis populus,] terrę illius, id eſt, multi de omni populo [& Ieſu,] à Ioãne [baptizato,] ac poſt baptiſmum de aquis aſcẽdente, & pro baptizandis, vt ſpiritum ſanctũ acciperẽt, orãte [apertũ eſt cœlũ,]

Cœli apertio ſuper Chriſtũ.

id eſt, inæſtimabilis ſplendor factus eſt circa Chriſtum, & tãtus fulgor circũfulſit eũ, ac ſi cœlũ empyreum apertum videretur, cœloq; aëreo & ſydereo reſeratis ſplẽdor cœli empyrei terris infunde- I retur. Non ꝙ cœlũ tũc diuiſum fuerit: non e ñ illa apertio in corpore cœleſti, ſed in aëre fuit: ſed quia aperiri videbatur ſicut in coruſcatione ſolet fieri, in qua cœlũ aperiri videretur: & ꝑ hoc ſignificabatur gloriã cœleſtẽ aperiri credẽtibus in Chriſtum, & ꝙ renatis aperitur, & patet ianua regni cœleſtis, & aditus in cœlũ, qui præcluſus fuit homini ꝑ peccatũ. Vñ Chryſ. Siquidẽ in eius baptiſmo aperti ſunt cœli, vt diſcas etiã cùm tu baptizaris hoc inuiſibiliter fieri, iã deo te ad cœlũ vocãte, nihilq; in terra cõmune habere ſuadẽte. Et iterũ: Dicit aũt, apertum eſt cœlũ, tanquã hactenus recluſum fuiſſet. Iã autem ouili ſuperno & infimo in vnũ redacto, & vno exiſtẽte omniũ paſtore, cœlũ patuit, & homo terricola ouis aggregatus eſt angelis. vnde & Beda: Ieſu aũt baptizato & orãte apertũ eſt cœlum: quia dũ corporis humilitate dñs vndas Iordanis ſubijt, diuinitatis ſuæ potentia cœli nobis ianuas pandit: dumq; caro innoxia frigentibus tingitur aquis, oppoſita quondã noxijs rõphea extingui K tur ignea. Hæc Beda: In hoc etiã ꝙ Ieſu baptizato & orante cœlũ apertum eſt, ſignificatur ꝙ oratio mũdi & ſancti hominis cœlũ penetrat.

Oratio Chriſti poſt bapt.

Orauit autem Chriſtus, vt nos informaret ad orandum poſt baptiſmũ, & vt oſtenderet nobis orandi ordinẽ & neceſsitatem. Ordinem, quia ad hoc ꝙ placeat oratio, oportet prius mundari & baptizari quàm orare. Neceſsitatem, quia baptiſmalis gratia indiget per orationẽ conſeruari: & vt daret exemplũ ꝙ in receptione ſacramentorũ, debet mens hominis in deum eleuari. vnde Beda: ꝙ Ieſus, cuius omnia quę patris ſunt, baptizatus oraſſe memoratur, ad nos informandos actum non dubitatur: quibus poſt lauacrum baptiſmatis vt aula cœli pandatur, ideo non ocioſè viuẽdũ, ſed ieiunijs, precibus atq; eleemoſynis eſt inſiſtendum: quia etſi peccata ſunt omnia in baptiſmo laxata, non adhuc tñ eſt carnis fragilitas ſolidata. Nã quaſi tranſito mari rubro gratulamur ſubmerſos Aegyptios, ſed in deſerto mundanæ cõuerſationis hoſtes occurrunt alij, qui duce Chriſti L gratia noſtro ſudore vincãtur, donec perueniamus ad patriam. hæc Beda. [Et deſcendit ſpiritusſanctus,] viſibiliter in colũbæ ſpecie, ac requieuit ſuꝑ eum, ſedens ſuper caput ipſius. Deſcendit, inquam, non per gratiam, quia à primo inſtãti cõceptionis ſuæ plenus fuit ſpiritu ſancto: ſed deſcẽdit in ſigno viſibili, & hoc triplici ratione.

Spiritusſancti viſibilis deſcẽſus triplici de cauſa.

Primò, ad indicandum alijs, ꝙ in ipſo eſſet plenitudo gratiæ. Secundò, ad innuendũ ꝙ in baptiſmo datur ſpiritusſanctus accedentibus nõ fictè. Tertiò, ad oſtendẽdum ꝙ ipſe eſt qui per ſpiritum ſanctũ baptizat mundando à ſorde. Apparuit aũt in corporali ſpecie colũbæ, quatenus mitẽ & ſimplicẽ ſine felle omniq; amaritudine eum eſſe, & nos per manſuetudinem colligere eũ veniſſe ſeq; mãſuetos & humiles inhabitare oſtenderet. Ideo etiam in columbæ ſpecie apparuit, vt in hominibus habẽtibus charitatẽ dei, quę pręcipuè in columba eſt, ſpiritũ ſanctũ eſſe deſignaret. Vnde Chryſ. Ideo autẽ ſpiritusſanctus ſpe M ciem columbæ ſuſcepit, quoniã præ omnibus animalibus hæc cultrix eſt charitatis.

Spiritusſanct⁹ cur in ſpecie colũbæ apparuerit.

Omnes aũt ſpecies iuſtitiæ, quas habent ſerui dei in veritate, poſſunt habere ſerui diaboli in ſimulatione: ſolam aũt charitatem ſancti ſpiritus, non poteſt immundus ſpiritus imitari. Ideo ergo hanc priuatã ſpeciẽ charitatis ſibi ſeruauit ſpiritusſanctus: quia per nullius teſtimonium ſic cognoſcitur vbi eſt ſpiritusſanct⁹, ſicut per gratiã charitatis.

Charitas ſpiritum ſanctum indicat.

Et ſecundũ eundẽ Chryſoſto. reſpondet etiam figuræ veteris teſtamenti.

Gene. 8.

Sicut enim in diluuio columba apparens, & ramũ virentis oliuæ deferens, oſtẽdit ſignũ clemẽtię dei, his qui reſidui fuerunt ex aquis diluuij, & omnem orbis terrarum tranquillitatem annuntiauit: ita & nunc in baptiſmo veniẽs ſpiritusſanctus in columbæ ſpecie, oſtendit ſignũ diuinę clementię qua virtute baptiſmatis & peccata remittit, & gratiam confert, & liberatorem nobis demonſtrãs, pro ramo oliuæ adoptionem generi humano affert.

Columbæ proprietates ſeptem virtutes indicãtes.

Nihilominus tñ omnis baptizatus ſeptẽ virtutibus in columba ſignificatis debet repleri & perfici. Quicunque



cũque enim eſt perfectus, debet eſſe perfectus quã A tum ad ſeipſum, quãtũ ad proximũ, quãtũ ad deũ: & omnia iſta ſignificãtur per proprietates in colũba repertas. Quãtum ad ſeipſum duplici proprietate: quia colũba habet gemitum pro cãtu, & caret felle: ſic homo debet habere in ſe cõtritionem pro peccatis, & gemitũ cum lachrymis, & debet carere felle amaritudinis peccati, & ira irrationabili. Quãtum ad proximũ triplici proprietate: quia colũba roſtro nõ lædit, ſic nec ſanctus cuiquã detrahit. Vnguibus nil rapit, ſic ſanctus aliena non recipit. Pullos alienos tãquã ſuos paſcit, ſic ſanctus per ſuã cõpaſsionẽ indigentibus ſua tribuit. Quãtum ad deum duplici proprietate: quia columba ſuper aquas reſidet, vt vmbra accipitris in aqua præuiſa mergat ſe & euadat, ſic ſanctus ſuper fluenta diuinę ſcripturę reſidere & oculũ habere debet: vt diaboli verſutias & incurſum euadere queat: meliora grana eligit, & mundo veſcitur: ſic ſanctus ſanas ſententias quibus paſcatur eligit, & in ſolo deo in quo puritas ſumma eſt recreatur. Vnde ſicut colũ- B ba in cauernis petræ nidificat, ſic ſanctus in plagis mortis Chriſti qui petra firma eſt, nidũ, id eſt, ſuũ refugiũ & ſpẽ ponit. [Et vox patris,] teſtimoniũ filio præbentis [intonuit] & audita eſt de ſublimi ſcilicet de nube dicẽs: [Hic eſt filius meus dilectus,]

Matt. 3. Quõ dei filius Chriſtus.

præ cæteris: quia nõ adoptiuus vt cæteri, ſed naturalis. Vnde Chry. Suus vtiq; nõ per adoptionẽ gratiæ, neq; per electionẽ creaturæ, ſed ſuus proprietate generis & veritate naturæ. Et vt ait Hiero. Sedit colũba ſuper caput eius, ne quis putaret vocẽ patris ad Ioannẽ factã, nõ ad dñm. [In quo mihi cõplacuit,] id eſt in quo voluntas mea cõplebitur de ſalute generis humani.

Lucæ 3.

Alius verò euãgeliſta ſic dicit: [Tu es filius meus dilectus, in te cõplacuit,] id eſt, in te & per te cõſtitui quod mihi placet facere, & quæ agẽda ſunt agere, id eſt, genus humanũ redimere. Vel mihi cõplacuit, id eſt, cõpletè & totaliter placuit. Nihil enim vnquã deo diſplicuit in eo, ſicut in nobis, qui prius fuimus natura filij iræ. Vnde Ber. Verè enim hic eſt, in quo nõ eſt quod patri C diſpliceat, quod oculos maieſtatis offendat. vnde & ipſe ait: Omnia quæ placita ſunt ei, facio ſemper.

Ioan. 8.

Donet nobis dñs Ieſus qui ſemper placet patri, vt nos per ipſum mereamur placere ſibi. Secũdum Bedã, tãtum durauit ſplendor, quãdiu paterna vox audita eſt: & cũ ea terminatus eſt. Ipſum aũt filiũ audire, huic credere & obedire, pater nos admonet dicẽs: [ipſum audite.] Cui enim niſi ſapiẽtiæ, iuſtitiæ, & veritati credere debemus? Vnde Bern. Ipſum, inquit, audite.

Bernard⁹ inuitat Chriſtum vt loquaẗ.

Ecce domine Ieſu vel nunc iam loquere, licẽtiam loquẽdi habes à patre. Quãdiu virtus & dei ſapientia quaſi infirmus aliquis, & inſipiẽs lates in populo? quãdiu nobilis rex & rex cœli fabri filium te pateris appellari pariter & reputari? O humilitas virtutis Chriſti, ô ſublimitas humilitatis, quãtũ cõfundis ſtultitiã meæ vanitatis, parum aliquid ſcio vel magis ſcire mihi videor: & iam ſilere nõ poſſum, impudenter & imprudẽter me ingerens, & oſtẽtans, promptus ad loquẽdum, velox ad docẽdum: tardus ad audiẽdum.

Humilitas Chriſti

Et Chriſtus cũ tanto tẽpore ſilebat cũ ſeipſum ſic abſcõdebat, nunquid inanẽ gloriã metuebat? Quid timeret ab inani gloria qui eſt vera gloria patris? D Vtiq; timebat: ſed non ſibi. Nobis timebat ab illa, quibus nouerat eſſe timendũ. Nobis tacebat, & nos inſtruebat. Tacebat ore, ſed inſtruebat opere: & quod poſtea docuit verbo, iam clamabat exemplo. Diſcite à me: quia mitis ſum, & humilis corde.

Matt. 11.

Nã de infantia domini parũ aliquid audio. Extunc iã vſq; ad hunc trigeſimũ annũ nihil inuenio. Nunc verò iã nõ põt latere, qui tã manifeſtè demonſtratur à patre. Hæc Bern. Et hæc eſt autoritas quam ſuprà allegaui, per quã apparet qũo ſiluit dñs Ieſus ad noſtrã inſtructionẽ: & tacẽdo ore, inſtruxit opere.

Taciturnitas cõmendatur.

Ipſius igitur exẽplo ſtude & tu taciturnitati: quia qui de omnibus tacet, de omnibus pacẽ habet. Stude inquã & nitere: quia vt ait Ambr. Rarior eſt tacẽdi virtus, quã loquendi. Vidiſti ergo vbique in domino Ieſu humilitatem redolere, quæ eſt virtus magnifica, & valde neceſſaria: eo ꝙ ſtudioſius quęrenda, & etiã affectuoſius amãda eſt, quia dominus in ſingulis actibus ſuis ſtuduit eã ſignãter obſeruare, & exẽplum inde alijs oſtendere. Sic ergo in hoc E opere excellẽtiſsimo tota trinitas modo ſingulari ſe manifeſtãdo apparuit, largè apparitionem accipiẽdo: & ſic trinitatis præſentia baptiſmus conſecratur.

Trinitas poſt Chriſti baptiſmum qũo differẽter apparuit.

Pater apparuit in voce, filius in homine ſeu carne, ſpiritusſanctus in colũba. Differenter tamẽ, quia filius apparuit in homine in vnitate ſuppoſiti, Ioannis primo: ſed in apparitione aliarũ perſonarũ erat vnio per modũ ſigni. Caro enim vnita erat filio in vnitate ſuppoſiti, vox aũt & columba nõ habebãt vnitatẽ ſuppoſiti cũ patre & ſpiritu ſancto, ſed tantum in præſentatiõe ſigni. In columba ergo fuit ſpiritus, nõ ſpiritus fuit columba: *quæ ei tamẽ non fuit vnita: nõ enim fuit incolumbatus, quia præter naturã humanã nunquã vnquam creatura fuit deo perſonaliter vnita, nec infuit ei per gratiã: ſed per apparitionem & ſignum, quæ peracto officio ſuo poſt apparitionem in primordialem, & præiacentem materiã redijt: vnde ſumpta fuerat ſicut etiam ſentitur de alijs figuris in quibus dominus apparuit.

Spiritusſanctus qũo in colũba fuit. *nõ colũba in ſpũ.

F Apparuit autem myſteriũ trinitatis domino baptizato, & non cùm baptizaretur: quia cùm non egerat gratia mundante, nõ eſt baptizatus baptiſmate ſuo: ſed Ioannis.

Trinitas cur baptizato apparuit.

Baptiſmus autem Ioannis dabatur in nomine venturi, baptiſmus verò Chriſti datur in nomine trinitatis, & ideo non decuit in actu baptiſmi: ſed poſtea nomẽ trinitatis explicari: vt diſtantia pateret inter baptiſmum Ioannis qui non in nomine trinitatis dabatur, & inter baptiſmum Chriſti, cui hæc forma ſeruabatur. Et per talem apparitionem trinitatis baptizato Chriſto factam, ſignificatum fuit quòd baptiſmus deberet conferri in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti.

Acto. 19. Matt. vlt. Baptiſmi in primitiua eccleſia forma.

In primitiua tamen Eccleſia ad tempus collatus fuit baptiſmus in nomine Chriſti: vt nomen Chriſti in reuerentia haberetur maiori: ad excludendum illorum errorem qui virtutem baptiſmi attribuunt miniſtris dicentes: Ego ſum Pauli, ego ſum Cæphe, &c. ſed illis cauſis ceſſantibus redijt Eccleſia ad formam prædictam. Et ponitur hîc triplex effectus baptiſmi quem

quē baptiſmus cauſat,maximè poſt paſsionē Chri
G ſti,ſcilicet cœli apertio:quia cœlorū regna patent
renatis in baptiſmo,ſpiritus ſancti miſsio,cuius ac
donū confertur in eo:& paterna locutio quæ ba-
ptizatos regenerat in filios adoptionis,qui ſibi cō-
placēt:quia per baptiſmū de filijs irę fiunt filij gra
tiæ,& regeneramur in ſpē vitæ æternæ.Cōſide-
ra hæc ſingula diligenter & erige animū,vt aper-
to iam trinitatis cœlo ſurſum feraris in deū.In hu
militate quoque mentis perſiſte,vt ſpiritus ſancti
dono & paterno colloquio munerari merearis.Vn
de Anſel. In Iordane ſub manu Ioānis ſe ad baptiſ
mū inclinās paternā vocē audiuit,& ſpiritus ſan-
cti aduētū in colūba ſuſcepit:vt nos doceret in hu-
militate mētis(quæ per Iordanē notatur,Iordanis
enim deſcēſio eorū interpretatur)debere conſiſte-
re,ibiq; ſuperni patris honorari colloquio,de quo
dicitur:Quia cū ſimplicibus ſermocinatio eius:&
ſpiritus ſancti pręſentia ſublimari,qui ſuper humi
les requieſcit:& hoc ſub manu Ioannis qui dei gra
tia dicitur:vt eidē gratiæ quicquid à deo percipi-
H mus,nō noſtris meritis adſcribamus.Hæc Anſel.
Figurę baptiſmi.
Fuit aūt baptiſmus in mari æneo,id eſt,in lauato
rio præfiguratus,quod ante tēpli introitū Hiero-
2.Para.4.
ſolymæ erat collocatum.Sacerdotes enim qui tē-
plum domini ingreſſuri erāt,in lauacro illo ſe la-
uare neceſſe habebāt:ita oēs qui volunt intrare in
cœleſte tēplum domini,neceſſe habēt prius per ba
ptiſmū lauari. Duodecim boues ænei mare porta
uērunt:quia duodecim Apoſtoli baptiſmū Chriſti
per totū mundū dilatauerunt.Lauatoriū circumte
ctum & ornatū erat ſpeculis mulierum,vt ingreſ-
ſuri tēplum viderēt,ſi aliquā maculā vel indecen-
tiam haberent:ſic baptiſmus requirit conſcientiæ
perfectionē,peccati diſplicentiā,& cordis cōtritio
nem.Iſtud etiā figuratū eſt,in Naamā Syro genti-
4.Reg.5.
li & leproſo,qui ad iuſſum Heliſæi ſepties in Ior-
dane baptizabatur,& ſic ab omni lepra ſua mūda
batur.Per ſeptenā aquæ Iordanis lotionē præfigu
rauit Heliſæus ſeptē mortaliū pctōrum in baptiſ-
I mo ablutiōem.Caro Naamā facta eſt vt caro pue
ri,ita peccatores efficiuntur mundi ſicut paruuli.
Ioſue 4.
Iſtud etiā præfiguratum eſt in trāſitu Iordanis qn̄
filij Iſrael intrauerūt terrā promiſsionis:quia prius
tranſierunt Iordanē,figurā baptiſmatis.Sic opor-
tēt oēs per lauacrum baptiſmi trāſire,qui deſide-
rant ad terrā promiſsionis peruenire.Arca teſta-
menti quæ in medio Iordanis ſtabat,Chriſtū qui
in Iordane baptizādus erat figurabat. Duodecim
lapides quos populus tulit de Iordanis alueo pro
memoriali perpetuo,ſunt duodecim Apoſtoli,qui
per orbē terrarū teſtificati ſunt baptiſmū Chriſti.
Baptiſmi inſtitutio & confirmatio.
Circa præmiſſa eſt ſciendum ꝙ dn̄s baptiſmū ſuū
inſinuauit & inſtituit,inſtitutum cōfirmauit.In-
ſtituendum inſinuauit verbo,& facto:verbo cū di
xit:Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſan
Ioan.3.
cto,&c.facto,quando baptizatus eſt à Ioanne.In-
Matth.3.
ſtituit facto & verbo:Facto quando diſcipuli ba-
Lucæ 10.
ptizabant eius autoritate.Verbo quando miſit di-
Ioan.19.
ſcipulos ad prædicandū, & baptizādum.Inſtitutū
Marc.vlt.
cōfirmauit,& facto,& verbo.Facto qn̄ de eius la-
tere,ſanguis & aqua exierunt.Verbo quando poſt
reſurrectionē miſit diſcipulos in mundum vniuer
ſum,prædicare & baptizare.Hîc gratia huius tāti K
ſacramēti:ſcilicet baptiſmi primò à Chriſto inci-
Medicādi ratio optima à medico cœleſti ſeruata.
tati,de ſacramentis aliquid videamus.Circa quæ
ſciēdū,ꝙ cœleſtis medicus humani generis repa-
ratiuus tali modo ſanauit ægrotū:ſicut optimè cō
petebat.Aegrotus homo eſt,morbus aūt origina-
lis culpa eſt.Origo verò illius culpæ,licèt princi-
paliter fuerit ex cōſenſu rationis:occaſionē tamen
ſumpſit ex ſenſibus carnis. Ad hoc ergo ꝙ medi-
camē reſpondeat morbo,oportuit ꝙ nō tātū eſſet
ſpiritualis:verumetiā aliquid haberet de ſenſibili-
bus ſignis:vt ſicut ſenſibilia fuerūt animæ occaſio
labēdi,ita eſſent ei occaſio reſurgēdi:propterea me
dicina noſtri vulneris,cōuenit in eccleſiaſticis ſa-
Sacramentorum inſtitutio.
cramētis.Inſtituit aūt deus ſacramēta diuerſimo-
dè:quædā ſcilicet ante aduētum ſuū,vt matrimo-
niū,& penitentiā:ſed hæc duo cōfirmauit in lege
euangelica,& cōſummauit dū nuptijs interfuit,&
dum pœnitentiā prædicauit.Alia quinque ſacra-
menta ſolus Chriſtus initiauit,baptiſmū quidem
L ipſum ſuſcipiēdo,& deinde formā dando.Confir-
mationē manuū paruulis imponendo.Vnctionem
diſcipulos ad curandū mittendo,qui infirmos vn-
gebāt oleo.Ordinē verò,poteſtatē ligādi & ſoluē-
di,ac cōfitendi,ſacramētum altaris tribuēdo,Eu-
chariſtiā cōficiendo & dando diſcipulis imminēte
Sacramentorum inſtituendorū cauſæ.
paſsione ſacramentū corporis & ſanguinis ſui.In-
ſtituta quoque ſunt ſacramēta,multiplici de cau-
ſa.Primò,propter humiliationē:magna enim hu-
militatis exhibitio eſt in iſtis viſibilibus & homi-
ne multū inferioribus à deo quærere ſalutē,quam
ſuperbia perdidit.Secundò,propter eruditionem,
qua rapitur & promouetur.Tertiò,propter con-
gruētiā,quia homo per pctm̄ ſe ſubdidit, per affe-
ctū rebus corporalibus:ideo decēs fuit vt deus per
quædā ſigna corporalia ſpiritualē adhiberet homi
nibus medicinā.Quartò,propter excitationē qua
homo ociū & noxiā occupationē deuitet, & ſe in
M bono miſſam audiendo,euchariſtiā ſuſcipiēdo & ſi
milia faciēdo exerceat.Quintò,propter congrui-
tatē medicinæ:quia cū medicus ſit deus & homo,
cōgruēter medicina debet continere aliquid diui-
nū:ſcilicet inuiſibilem gratiā,& aliquid humanū:
ſcilicet viſibilem gratiæ formā.Sextò eſt congrui
tas ex parte infirmi:quia cū infirmus ſit homo,cō
ſtans ex corpore & ſpiritu,ſpiritus aūt in corpore
nō bene capiet ſpiritualia,niſi in corporalibus:cō-
gruum fuit dare medicamēta ſpiritualia in rebus
corporalibus:ſic pillulę dantur in nebula.Septimò
propter argumentum meriti:multum enim valet
ad meritū quādo deo creditur in his vbi humana
ratio non præbet experimentum.Conſiſtit autem
Sacramentū in trib' conſiſtit.
ſacramentum in rebus & factis,ac dictis. Res ſa-
cramentales ſunt:vt aqua,oleum &c.Facta vt ba-
ptizandorum ſubmerſio,ſufflatio,& huiuſmodi.
Sacramenti diffinitio.
Dicta velut ſanctæ trinitatis inuocatio, oratio,
&c.Sacramentum eſt viſibile ſignum inuiſibilis
gratiæ,vt cùm quis baptizatur,ipſa exterior cor-
poris ablutio,quam videmus,ſignum eſt interio-
ris ablutionis animæ,quæ conſiſtit in peccatorum
remiſsione quam non videmus. Educti quidem
ſumus



ſumus de Aegypto per baptiſmū,tanquā per ma-
A re rubrū:quia ſanguine Chriſti cōſecratum,mor-
Sacramenti efficacia
tuis inimicis,id eſt,peccatis noſtris.A morte quip
pe Chriſti & ſanguinis effuſione,habet baptiſmus
virtutē & efficaciā,ſicut & alia ſacramēta,ſiue an
te legē,ſiue in lege.Per hunc enim Chriſtus pctā
quæ facta ſunt dimittit,adiuuat ne amplius fiant.
perducit vbi omnino fieri nō poſſunt.Ratio nume
Sacramentorum numeri ratio
ri ſacramētorū eſt:quia ordinātur cōtra triplicem
culpā,& quadruplicē pœnā.Vnde baptiſmus ordi
natur cōtra peccatum originale,pœnitentia cōtra
mortale,extremavnctio cōtra veniale,cōfirmatio
cōtra impotentiā,ordo cōtra ignorantiā,euchari-
ſtia cōtra malitiā,matrimoniū contra cōcupiſcen
tiam,quā tēperat & excuſat.Quia verò character
Character in non iterandis.
eſt ſignū diſtinctiuū indelibile ſpirituale:ideo non
cōfertur in ſacramētis quæ ſolent iterari ſicut eſt
pœnitētia,matrimoniū,vnctio,& euchariſtia.Ba
ptiſmus verò,& confirmatio,& ordo characteres
imprimūt,per quos indelibiliter impreſſos ſemper
diſtinguūtur qui recipiunt.Per baptiſmum enim
B fit diſtinctio fideliū ab incredulis,per cōfirmatio-
nē fortiū ab infirmis,per ordinē clericorum à lai-
cis:vnde nullatenus poſſunt iterari.Et quāuis hæc
tria ſacramēta propter characteris impreſsionem
non iterētur,tamen cōmune eſt hoc omnibus:non
iterari ſuper eandem perſonam & materiam, &
ex eadem cauſa,& hoc eſt ideo ne fiat contumelia
ſacramento.Ex hoc enim credi poſſet quòd ſacra
menta prius diſpenſata fuiſſent inefficacia & ine-
pta.

ORATIO.

Clemētiſsime Ieſu,qui per manus Ioannis ba
ptizari voluiſti:quia fidē quā in primo laua
cro promiſi irritā feci peccando,ad ſecundū
recurro lauacrū pœnitēdo.Cōfiteor tibi deus ego
peccator & reus me grauiter peccaſſe,cogitatiōe,
locutione,opere,& omiſsione:innumerabilia ſunt
peccata mea,& circunſtātię eorū,non tantum me
in laqueis adduxi peccatorum:ſed & multos qui
mea ſuaſione,exēplo,negligētia,vel occaſione ali
qua peccauerunt,pro quorum & meis obnixè de-
precor peccatis:vt omnia nobis indulgeas miſeri-
C corditer & abſtergas.Amen.

De ieiunio & tētationibus domini. Corre-
ſpōdet euāgelio:Ductus eſt Ieſus in deſertū
à ſpiritu ſancto. Cap.XXII.

Poſtquam dominus Ieſus fuit baptiza
Ioan.1.
tus,regreſſus eſt ab Iordāe plenus ſpi
ritu ſancto,plenitudine ſuperabundā
Matth. & Lucæ 4.
tiæ,de cuius plenitudine nos oēs ac-
cepimus.Et incontinēti ac ſine mo-
ra,[ductus eſt,]ſpontaneè[in deſertū]ſuper quen-
Quarātenū mōs eſt
dā montē miræ altitudinis dictū Quarātena,qui
eſt inter Hierico & Hieruſalē,diſtās à Hierico duo
bus milliaribus,& à Hieruſalē duodecim vel circa.
In prædicto deſerto latrones morari ſolebant,qui
locus vocatur Domyn,quod ſanguinē ſonat,pro-
Domyn.
pter effuſionē ſanguinis quā ibi latrones faciebāt.
Specialiter Domyn eſt caſale,vbi ille qui deſcēdit
à Hieruſalem in Hierico incidit in latrones,quaſi
circa mediū in via quæ de Hierico ducit in Hieru
ſalem à patre auſtrali deſerti Quarantenæ:dein-
de eſt Bethania,& Bethphage,& Hieruſalē:& trā
ſit via in latere auſtrali mōtis Oliueti.Quia ergo D
Deſerti in quo tētat' Chriſtus cōgruētia
homo qui ibi incidiſſe dicitur in latrones,gerebat
figurā Adæ qui à dæmonibus eſt victus,cōueniēs
fuit vt ibi hiſtorialiter & ſecundū rē Chriſtus ſu-
peraret diabolū,vbi figuraliter & ſecundum ſimi
litudinē diabolus dicitur hominē ſuperaſſe primū.
Vnde dicitur ꝙ Samaritanus eadē via deſcendit:
quia carne indutus filius dei,qui eſt cuſtos homi-
nū,eaſdē tentatiōes ibi ſuſtinuit.Pugnaturus quidē
dn̄s cum diabolo,in deſertū ſeceſsit:vt nobis oſten
deret,ꝙ qui perfectè laqueos tētationum eius vult
ſuperare,nō ſolum turbas dæmonū:ſed etiā ſocie-
tatē malorū hominum,aliquādo quidem corpore,
ſemper aūt mēte debet vitare & fugere:exēplo il-
lius qui in regali aula,& inter turbas populares po
Pſal.54.
ſitus dicebat:Ecce elongaui fugiēs,& manſi in ſo-
litudine.Nos ergo exēplo Chriſti & Ioannis agite
mur à ſpiritu ſancto,nō per hypocriſim à maligno
in deſertū loci & ſolitudinis,vel ſaltē in deſertum
noſtri pectoris & cōtēplationis:vt quieti à ſtrepi-
tu mundi melius deo vacemus,& in mente ſeculū
deſerentes,quaſi māna deſerti ſola æterna gaudia E
eſurire diſcamus.[Ductus eſt igitur Ieſus à ſpiri-
tu]ſancto:quia humanitas Chriſti erat organum
Spiritus ſanctus ductor Ieſu.
diuinitatis, & ideo ad omnia agenda mouebatur
inſtinctu ſpiritusſancti.Hoc ergo motu iuit in de-
ſertum locum vt ibi ſpiritum in oratione pro no-
bis deo patri offerret,& per ieiuniū carnē innocē
tem pro nobis maceraret,exēplumq; fidelibus da-
ret,vt ſe deo per ieiunium & orationē offerāt.Nō
iuit inuitus:ſed voluntate pugnandi,&[vt tētare-
retur à diabolo,]per quod inſinuatur ꝙ aggrediēs
deſertū pœnitētiæ fortius tentatur ab hoſte.Iuxta
Eccleſiaſtici 2.
illud:Fili accedēs ad ſeruitutē dei:ſta in iuſtitia &
timore,prępara aīam tuā ad tētationē,id eſt,ad re
ſiſtēdū tētatiōi quæ imminet tibi.Ideo autem du-
ctus eſt à ſpiritu ſancto,qui eum deſignauerat in
baptiſmo:quia quos ille replet,mittit ad pugnā,&
pbet eis fortitudinē.Ideo duci voluit,[in deſertū]
id eſt,locum certaminis & in quo pugnatur aſpe-
ris,quoniam Adam in paradiſo delitijs affluēs:vi-
ctus eſt oblectamentis.Ideo tentari voluit,vt tēta- F
Tētari voluit Chriſtus,cur & quando.
tiones ſuperando nobis poteſtatē ſuperandi tribue
ret:ſicut & mori voluit,vt morte ſua noſtram de-
ſtrueret.Et hoc poſt baptiſmum & ieiunium,per
hoc nobis inſinuās ꝙ poſt lauacrum regeneratiōis
& gratiæ perceptionē,poſt laborem ieiunij & ſan
ctæ vitæ propoſitū,ſtatim diabolus tentator acce
dit & acrius in nos ſurgit,vt nos à propoſito reli-
gionis auertat,& ꝙ proficiētibus & ad meliorem
tendētibus inuidet & inſidiatur:propter quod tūc
magis cauendum eſt:quodque bonos magis quàm
malos tentat.Quia ſecundum Grego.illos tenta-
Quatuor per ordinē in Chriſto facta.
re negligit,quos ſe quieto iure poſsidere ſentit.Et
ſecundū Iſido.Tunc maximè impugnaris,cùm te
impugnari neſcis.Hæc enim quatuor:ſcilicet ba-
ptiſmus,deſertū,ieiuniū,& tētatio ſic ordinata fue
rūt in Chriſto.Quòd primò fuit baptizatus.Secū-
dò,in deſertum ductus.Tertiò,ieiunauit.Quartò,
tentatus fuit.In quo ſignificatur quod prius de-
bet eſſe in nobis ablutio à peccatis,ſecundò ſubtra-
ctio

ctio à mundi illecebris,tertiò exercitatio in ieiu-
G
nijs,quartò eſt oppugnatio ab hoſtiũ inſidijs.In fi-
gura huius quatuor occurrerunt populo Iſraëliti-
co.Primò,mare rubrũ.Secundò,deſertũ.Tertiò,ſi
tis & fames.Quartò, hoſtiũ inſultus. Baptizatus
igitur dñs,ſolitariã ac durã vitã & pœnitentiã cõ-
ſtãter aſſumpſit:vt fideliũ mẽtes ad perfectiõis ag
greſsionẽ erigeret,vt ad grauia pferẽda firmaret.
Nõ eñ propter ſe,ſed propter nos eremũ adijt:vt vi
delicet ſuis perfectis imitatoribus vitã eremiticã
cõferat,inſtruẽs nos nihilominus,ſecundũ Chryſ.
vt vnuſquiſq; baptizatorũ relictis mũdi illecebris,
& ſocietate prauorũ,diuinis per omnia debeat ſer
uire mãdatis.Et hoc reputãt quidã fideles deuoti
tẽpore iſto ieiuniũ obſeruantes,& per hoc ſe Chri
ſto velut in deſerto cõfigurantes.Voluit aũt Chri-
Pœnitẽtia Chriſti nobis profuit
ſtus pœnitentiã agere,nõ quia egebat:ſed vt ad pœ
nitentiã nos moneret,& pœnitentiã nobis exẽplo
Pœnitẽtiã fructuoſã tria faciũt
oſtenderet.Vbi docet tria,quæ debẽt eſſe in pœni-
tentia vera & fructuoſa.Primò debet eſſe pura,vt
deo placeat:quia poſt baptiſmũ ſtatim fecit pœni
tentiã.Secundò debet eſſe aſpera,vt carnẽ domet:
H
quia fecit pœnitentiã in deſerto,nõ in loco delicio
ſo.Tertiò debet eſſe diſcreta, ne nimis excedat:
quia Chriſtus ductus eſt à ſpiritu ſancto,non quia
Noctibus quoq; ieiunauit dñs.
ductore indigeret:ſed vt nobis oſtẽderet ꝙ in pœ-
nitẽtia agenda ductore indigemus diſcreto.Et ve
niens dominus in deſertũ, ieiunauit [xl.diebus &
xl.noctibus]nihil interim manducans.Vbi ſignan
ter noctibus additur,ne in nocte comediſſe putare
tur.Itẽ in ſignũ ꝙ neceſſe habemus,& diebus pro-
ſperitatis,& noctibus aduerſitatis cõtra diabolum
nos munire,qui nunquã ceſſat tẽtando nos impu-
gnare.Ieiunauit quidẽ vt aduerſus tentationes exẽ
plũ ieiunãdi nobis daret:quia ſecundũ Baſiliũ:Vo
lenti pugnas tẽtationũ ſuperare,ſobrietas neceſſa-
ria eſt:& ſpecialiter vt oſtenderet ꝙ innocẽtia ba-
ptiſmalis periclitatur in vita voluptuoſa:quia qui
Chriſti ſunt vt baptizati qui ſunt membra Chriſti
& Chriſtũ induerunt,cõſepulti morti eius,debent
carnẽ ſuã crucifigere cũ cõcupiſcentijs ſuis,& ęſti
I
mare ſe mortuos ſuper terrã ſpiritu mortificando
Chryſoſt. de ieiunio & eius laude.
facta carnis.Vnde Chryſo.Vt aũt diſcas quã ma-
gnum bonũ ſit ieiuniũ,& qualiter aduerſus diabo
lum ſcutũ eſt maximũ,& qm̃ poſt lauacrum nõ de
litijs & ebrietati & menſæ abundanti:ſed ieiunio
intẽdere oportet,propter hoc & dominus ieiuna-
uit,non eo indigẽs,ſed nos erudiẽs:quibus peccata
quæ ante lauacrũ erãt,dominatio vẽtris introdu-
xerat.Quẽadmodũ enim ſi aliquis ægrotãtem ſa
num cũ feciſſet,iubet nõ facere illa ex quibus ęgri
tudo cõtigerat:ita vtique & hoc poſt lauacrum ie
iunium cõtra vitium edacitatis ipſe induxit.Nam
Gulæ mala.
& Adã de paradiſo incontinẽtia ventris eiecit,&
diluuium quod fuit ſub Noë illa cõmeruit,& ful-
mina in Sodomitas ipſa deduxit.Ita & Iudæi ma-
xima operati ſunt:ab ebrietate & delitijs mala,
propter hoc & ipſe ieiunauit,nobis vtique demon
ſtrãs formã ſalutis.Vnde & Ambro.Hoc eñ fecit
cauſa ſalutis noſtræ,vt rẽ vtilẽ nõ ſolũ doceret ver
bis:ſed etiã exẽplis inſtrueret.Qualis aũt Chriſtia
nus es,cũ Chriſto eſuriẽte,tu reficeris?Ille pro ſa-
lute tua famẽ ſuſtinet,tu pro peccatis tuis ieiuna-
re formidas.Et iterũ:nihil tã cæcũ quã ſecularis
K
ſuauitatis periculũ:quæ dum mulcet animũ, vitã
obruit,& ſenſum mentis illudit.Meritò igitur do
minus noſter Ieſus Chriſtus,ieiunio ſuo atque de-
ſerto aduerſus voluptatũ informat illecebras:& tẽ
tari ſe à diabolo dñs omnium patitur,vt in illo o-
mnes voluptates vincere diſceremus.hęc Ambro.
Et ſciẽdũ ꝙ Chriſtus propter infirmitates noſtras,
Medicinæ quas Chriſtus pro nobis accepit.
vt eas curaret,diuerſas in ſe medicinas accepit,Cu
rauit nos per dietã quãdo ieiunauit xl.diebus & no
ctibus.Per electuariũ,quãdo corpus & ſanguinem
ſuũ dedit in cœna diſcipulis ſuis.Per ſudorẽ,quan
do factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis de-
Matt.26. Lucæ 22. Mar.14. Ioann.19.
currẽtis in terrã.Per emplaſtrũ,quãdo facies eius
ſputo illita fuit.Per potionẽ, quando guſtauit ace-
tum felle mixtũ.Per minutionẽ,quando clauis &
lãncea vulneratus eſt.Conſidera hîc & attẽtè inſpi
ce dominum Ieſum,plurium enim virtutum tibi
monſtrat exẽplum.Nam vadit in ſolitudinẽ:ieiu-
nat,orat,& vigilat,in terra nuda iacet & dormit,
& humiliter ac pacificè cum beſtijs conuerſatur.
L
Cõpatere igitur ſibi:quia ſemper & vbiq;,& maxi
mè hîc vita ſua pœnoſa eſt,& corporis afflictiua:
ac eius exemplo diſce etiã in his exercitari.Qua-
Spiritualis exercitij quatuor ad cordis puritatem inducentia.
tuor enim hîc tanguntur quæ ſpiritualis exercitij
ſunt,& mirabiliter ſe inuicẽ adiuuãt:ſcilicet ſoli-
tudo,ieiunium,oratio,& corporis afflictio:& per
iſta maximè poſſumus ad puritatẽ cordis. peruen i
re,quæ vtique nimium peroptanda eſt,eo ꝙ in ſe
quodãmodo oẽs virtutes comprehendit,& remo-
tionem omnium vitiorum continet:quia cũ vitijs,
vel defectu virtutis,nõ ſtat puritas cordis.Et pro-
pterea in collationibus ſanctorum patrum tradi-
tur,quòd totum exercitiũ monachi debet eſſe ad
puritatẽ cordis habẽdã. Per hanc enim homo me-
retur deum videre dicẽte domino in euãgelio:Bea
Matt.5.
ti mundo corde,quoniam ipſi deum videbunt. Et
ſecũdum Bernar.Qui clarior eſt,deo propinquior
eſt:eſſe autem clariſsimum,perueniſſe eſt.Ad hãc
habendã multum valet oratio feruens & aſsidua.
M
Sed oratio cum crapula,& corporis mollicie ſeu
ocioſitate parũ valet:& ideo requiritur ieiuniũ &
corporis afflictio,diſcreta tñ: quia indiſcreta o-
mne bonum impedit,propterea ad omnium præ-
dictorum conſummationem videtur facere ſoli-
Solitudinis cõmendatio.
tudo.Nam cum tumultu & ſtrepitu non poteſt de-
center fieri oratio.Et videre aut audire multa,vix
poteſt fieri ſine impuritate & offenſa: quia mors
intrat per feneſtras ſenſuum ad animas noſtras.Et
propter ſuperuenientes ſæpe relaxatur abſtinen-
tia,& corporis afflictio.Et ideo quære ſolitudinẽ,
& ſeparare à tumultu ſi vis deo coniungi,& per pu
ritatem cordis eum videre. Fuge collocutiões pro
pter taciturnitatis cuſtodiam, interdum etiam à
bonis ceſſa eloquijs:iuxta illud prophetæ.Obmu-
Pſal.38.
tui & humiliatus ſum,& ſilui à bonis.Non quæ-
ras nouas amicitias:quia noua inde proueniunt col
loquia & impedimenta.Non impleas oculos vel
aures phantaſmatibus vanis,& omnia quæ quietẽ
animi,& tranquillitatẽ mentis perturbant,fugias,
tanquam venenoſa,& animæ inimica.Non enim



ſine cauſa patres ſancti petebant loca ſolitaria, &
A
mandabunt his qui in cœnobijs remanebant quòd
eſſent cæci,ſurdi,& muti:quia ſic melius poterant
Spiritus ſancti habitatio.
deo coniungi. Vnde Chryſ. Quando ſpiritus ſan-
ctus deſcendit ſuper dominũ noſtrum,ſtatim expu
lit eum in deſertum. Quãdo monachi habitant cũ
parẽtibus ſuis:ſi deſcenderit ſpiritus ſanctus:& mã
ſerit ſuper eos, expellet eos de domo, & ducet eos
in ſolitudinem. Spiritus ſanctus nõ libenter habi-
tat vbi turbæ & frequentia,& diſſenſiones,& rixę
ſunt:ſed propriè ſedem habet ſolitudinem.Deniq;
& dominus noſter erat in die cũ diſcipulis:ſed quã
do volebat orare intẽtius,ſolus recedebat.Et nos er
go ſi volumus orare pluſquã in publico,habeamus
cellulam,habeamus agros,habeamus deſerta:poſ-
ſumus & virtutes habere de fratribus, & ſolitudi-
nem habere.Vnde & Aug. Fratres chariſsimi quã
tum poſſumus ocioſis fabulis & detractionibus ac
ſcurrilitatibus cũctis finem ſtudeamus imponere,
& totis viribus de impedimentis mundi iſtius fu-
giendo aliquas horas quærere,in quibus pro ſalute
B
animæ noſtræ orationi & lectioni poſſumus intẽ-
dere.Igitur à toto affectu & poſſe tuo coneris imi-
tari dominũ Ieſum in ſolitudine,ieiunio,oratione,
Marc.1.
& corporis afflictionibus diſcretis. De quo etiam
Cum beſtijs & angelis eſſe.
ſcribitur ꝙ erat cum beſtijs: ſcilicet vrſis, leonibꝰ,
& alijs feris pacificè, [& angeli miniſtrabant ei.]
In hoc ergo diſce inter alios humiliter conuerſari,
& æquanimiter tolerare eos qui aliquando tibi vi
dentur irrationabiliter ſe habere:quia per hoc mo
raliter inſinuatur,ꝙ illi quorũ ſenſualitas ſub ra-
Angelorũ officium.
tione pacificè tenetur, per angelorũ miniſteriũ ad
cœleſtia transferentur. Angelicum enim eſt inter
beſtiales homines cõuerſari quaſi in eremo in ſoli
tudine ſcilicet mẽtis.Hoc eſt in cõtemplatione,le-
ctione,oratione,clauſo cubiculo, & moribus eorũ
ferinis nõ pollui. Difficile eſt enim tãgere picem,
& ex ea non coinquinari.Vnde Beda:Inter beſtias
dñs cõmoratur vt homo, ſed miniſterio vtitur an-
gelico vt deus.Et nos cùm in eremo ſanctę cõuer-
ſationis beſtiales hominũ mores impolluta mente
C
toleramus,miniſterium angelorũ meremur, à qui
bus corpore abſoluti ad ęterna in cœlis gaudia trãſ
feramur.Vñ & Hierony.Tũc beſtię pacatè nobiſ-
cum ſunt,cùm caro nõ concupiſcit aduerſus ſpiri-
tum:poſt hęc angeli miniſtri mittũtur nobis,vt re
ſponſa & ſolatia cordibus vigilãtibus dent. Ipſum
aũt dominũ ſæpe in hac ſolitudine viſita:cõſpiciẽs
eum qualiter cõuerſatur ibidem,& maximè quali
ter iacet de nocte in terra. Quælibet enim anima
fidelis deberet eũ ſemel ad minus in die viſitare ab
Epiphania vſq; ad dies xl. quibus ibì remanebat,
Eremitæ in deſerto domini.
& ſe humiliter ei recõmendare.In hoc ſiquidẽ mõ
te & deſerto deſiderabili quidã exemplo dñi ſpe-
cialiter ducti,vitã eremiticã in paruis cellulis du-
cebant,domino deuotiſsimè militantes,& aluearí-
bus cellularũ modicarũ tanquã apes dñi dulcedinẽ
Quadragenarius numerus ex quibus conſtat.
ſpiritualem mellificantes.In huius mõtis quaſi me
dio, quod à terra plana ferè per dimidiũ milliare
diſtat,dñs fecit pœnitẽtiã, vbi eſt Eccleſia & cella,
eſtq; ibi altare vbi ſtabat quãdo tentabatur à Sata-
na.Quadraginta aũt diebus & noctibus dñs ieiu-
nauit: quia quadragenarius numerus ex quatuor
conſtat & decẽ,quater enim decem vel decies qua
D
tuor faciunt quadraginta: per quatuor autẽ nouũ
teſtamentum,quod in quatuor euangeliſtis conſi-
ſtit,ſignificatur:per decẽ verò vetus:quia in decem
mandatis legis cõtinetur. Quadraginta ergo die-
bus ieiunare,eſt vtriuſq; teſtamenti præcepta ſer-
uare, & ab illis omnibus quæ vtrunq; teſtamentũ
interdicit,ſeinuicem & ieiuniũ cuſtodire: vt ſicut
caro exterius ieiunat à cibis, ita & mens interius
ieiunet à vitijs. Ieiunauit itaq; dominus xl. diebus
& noctibus,quatenus in ciborum ieiunio ſignifica
ret nobis ieiunium corporis:& in dierum numero
ſignificaret ieiunium cordis. Exemplũ ſanè ipſius
hic numerus dierum pœnitẽtialiũ in Eccleſia eſt.
Quadrageſimæ initiũ quãdo ſumendum.
Vnde & poſt Epiphaniam nõ ſtatim incipit Eccle
ſia ieiunare:ſed circiter poſt quadraginta dies,qua
ſi ipſo tempore ieiuniũ ſuum ieiunij dominici cõ-
ſecutiuum ſignificans.Vnde Beda:Quadrageſima
ieiuniorum habet autoritatem,& in veteribus li-
bris ex ieiunio Moyſi & Heliæ, & in euangelio:
E
quia totidẽ diebus dominus ieiunauit, demonſtrãs
euangelium non diſſentire,à lege & prophetis. In
Inter Moyſen & Heliam Chriſtus.
perſona quippe Moyſi,lex:in perſona Heliæ, pro-
phetæ accipiuntur. Inter quos in monte glorioſus
apparuit,vt euidentius emineret quod de illo dicit
Apoſtolus:Teſtimoniũ habẽs à lege & prophetis.
Matt. 17.
hęc Beda.vnde & Albinus:Sicut Moyſes legẽ,He-
Roma.3.
lias propheriam:ita dominus noſter euangelicam
prædicationẽ quadraginta dierũ ieiunio dedicat.
Congruè etiã ieiunium quadrageſimæ ſtatutũ eſt
confine paſsioni dominicæ: quia ſignificat nos à
mundi amicitia debere cõtinere vt deum ſequi va
leamus.Vnde Augu.Moyſes,& Helias,& ipſe do-
minus quadraginta diebus ieiunauerũt,vt inſinua-
retur nobis,& in Moyſe, & in Helia & in Chri-
ſto:hoc eſt in lege & prophetis,& in ipſo euãgelio
id nobiſcũ agi,ne cõformemur & hæreamus huic
ſeculo:ſed crucifigamus hominẽ veterẽ, & carnis
Quadrageſimę cõgruitas.
curam ne fecerimus in concupiſcentijs. Congruit
enim noſtrę deuotioni vt qui domini crucifixi paſ
ſionem celebraturi ſumus,reprimendarum carna-
F
lium voluptatũ crucẽ nobiſipſi etiã faciamus,ſicut
Galat. 5.
dicit Apoſtolus:Qui aũt Ieſu Chriſti ſunt,carnem
ſuã crucifixerunt cũ paſsionibus & cõcupiſcentijs.
In hac quidẽ cruce,per totã iſtã vitam quæ in me-
dijs tentationibus ducitur, perpetuò debet pendere
Chriſtianus:Non enim eſt in hac vita tẽpus euellẽ
Pſal.118.
di clauos,de quibus in Pſal.dicitur: Cõfige clauis à
timore tuo carnes meas. Carnes eñ ſunt carnales
cõcupiſcentiæ,claui ſunt pręcepta iuſtitiæ.His il-
las timor dei configit qui nos illi acceptabilem ho
ſtiam crucifigit. Sic ſemper hîc viue Chriſtiane,ſi
terreno limo greſſus nõ vis immergere,noli de iſta
cruce deſcendere.hęc Aug.Sed caue ne de iſta cru
ce per voluptatũ admixtionẽ deſcendas:quia vt di
cit Aug.Nihil prodeſt tota die longũ duxiſſe ieiu-
nium,ſi poſtea ciborũ ſuauitate, vel nimietate ani
Decimæ carnis.
ma obruatur.Inſup hoc numero ſoluimus decimas
& primitias dño. Sũt eñ ĩ anno trecẽtiſexaginta-
ſex dies,quorũ pręterquã ſex dierũ decima eſt tri-
gintaſex:& ne ſex reſidui remaneãt ĩdecimati,ad-
ditur

ditur vnus:quia minus addi non põt, tres autẽ alij

G

*Ieiunia quatuor temporũ.*

superadditi soluũtur pro primitijs:pro quibus similiter ſunt ieiunia quatuor temporũ per tres dies. Sicut ergo in lege offerre iubemur primitias & decimas rerum, ita quadraginta diebus ieiunãdo offerimus primitias & decimas dierum. Vt qui nobiſmetipſis per acceptum annum viximus autori noſtro, nos eius in decimis & primitijs per abſtinentiam mortificemus: & qui à paradiſi gaudijs p cibum cecidimus, ad hæc inquantũ poſſumus per abſtinentiam reſurgamus. Igitur tempore quadrageſimæ plus ſolitò debemus abſtinentiæ & deuotioni intendere, & aliorum temporũ negligẽtias hoc

*Quadragenarij cõſecratio.*

tempore ſancto diluere & emẽdare. Hic numerus quadragenarius multipliciter eſt cõſecratus: nam quadraginta annis pauit dominus filios Iſraël pane angelorũ in deſerto, quadraginta menſibus prædicauit in mundo, quadraginta ſeptimanis fuit in vtero virgineo: quadraginta diebus ieiunauit in deſerto, quadraginta horis fuit in ſepulchro, ab hora mortis cõputando: quadraginta diebus fuit poſt re-

H

ſurrectionem cũ diſcipulis in mundo. Itẽ ſecundũ Ambr. Quia quadraginta diebus aquæ diluuij inũdauerunt, per quas peccatores exterminati fuerũt, & exinde cœli ſerenitas illuxit, & refuſa fuit: ſic

*Matth. 4.*

*Quadragintadies, & nõ plures, cur dominus ieiunauit.*

ſacro iſto ieiunij tempore abolẽtur peccata, & refulgèt diuina clementia. [Cùm] ergo [ieiunaſſet dñs quadraginta diebus, & quadraginta noctibus,] nõ vltra proceſsit vel trãſijt ieiunãdo, ne incredibilis videretur carnis aſſumptio, & vt virt⁹ diuinitatis cęlaretur diabolo: quia etiã tot diebus Moyſes ieiunauit, & Helias & [poſtea] dñs [eſurijt.] Non aũt neceſsitate: ſed voluntate eſurijt, & corpus eſurire permiſit: vt in ſe & veritatẽ humanæ infirmitatis oſtenderet, & occaſionẽ tentandi diabolo daret, ac infeſtat⁹ mõſtraret qualiter ſuperare & vincere oportet ſecundũ Chryſ. Per quadraginta dies non eſurire, nõ erat hominis: poſtea aũt eſurire, nõ erat dei: & ideo diabolus, ſicut dubius de Chriſto, accepit occaſionẽ tentãdi ipſum. Moyſes & Helias

I

xl. diebus ieiunauerũt: ſed ieiunantes eſuriebant & ſitiebãt: Chriſt⁹ verò xl. diebus nõ eſurijt: ſed poſtea. Chriſtus aũt noluit ieiunare pluſquã illi, ne deus à diabolo putaretur, nec minus: ne purus homo videretur.

*Chriſti tẽtatio à diabolo.*

Tũc ergo diabolus ſentiẽs dñm eſurire, acceſsit vt tentaret, ſi poſſet eũ in peccatũ deijcere, & vt exploraret an filius dei eſſet: quẽ ſciebat quãdoque venturũ, & ſuam per eũ poteſtatẽ amiſſurum: ſecundũ Greg. Tẽtauit diabolus dñm eiſdẽ tribus modis quibus primũ hominem deiecerat. Primum

*Gene. 3.*

hominẽ ſuperauit gula in vetito pomo. Vana gloria dicens: eritis ſicut dij. Auaritia dicens: ſcientes bonum & malũ: auaritia enim etiã dicitur ſciẽtiæ & ſublimitatis ambitio. Sic & dominũ tẽtauit, ſed

*1. Reg. 17.*

victus receſsit. Dauid Goliã proſtrauit tribus lapidibus de torrente, Chriſtus diabolũ tribus teſtimonijs de lege.

*Tentatio triplex.*

Et ſecundũ Grego. Cùm tẽtatio tribus modis fiat: ſcilicet ſuggeſtione, delectatione, & cõſenſu, dominus ſola ſuggeſtione tentatus eſt: quia delectatio peccati mẽte eius nõ momordit, nec cõſenſus eum ſuperauit. Et ideo omnis illa tẽtatio foris, nõ int⁹, fuit: quia nihil cõtradictionis in ſemetipſo tolerauit. Vtrum autẽ omnes iſtæ tentationes factæ ſint vna die, vel diuerſis, non eſt expreſſum

K

*Tentati[o] Chriſti [...] tum fori[s]*

in ſcripturis. Primò itaque tẽtauit eum de gula dicens: [Si filius dei es:] ſcilicet naturalis, & per conſequens in poteſtate ei æqualis, [dic vt lapides iſti panes fiant.] Cogitabat enim intra ſe dicens: ſi lapides in panes cõuerterit, filius dei erit: ſi autẽ conuertere nõ poterit, homo purus apparebit. Hoc etiã eſurienti cõgruè dicebatur, vt panes videns immoderato appetitu cibi accenderetur. Non ſolũ experiri voluit, an deus eſſet: ſed etiam quaſi hominem allicere voluit, vt eſuriens indebitè delectaretur in cibo, & ſic vitio gulę peccaret. Vnde Hilarius: Intendebat dæmonum princeps ex mutatione lapidum in panes virtutẽ poteſtatis in deo agnoſcere, & in homine oblectamento cibi patientiã eſuritionis illudere. Sed nõ potuit diabolus magiſtrũ decipere. Taliter enim reſpõdit, & ſic ſe habuit, ꝙ nec ipſum ad gulam poterat inducere: nec deitatẽ eius perpẽdere. Non enim in tentatione ſuccubuit, ſeq; filium dei eſſe nec negauit, nec aſſeruit, ſed eũ autoritate ſcripturæ conuicit dicens: [Nõ in ſolo pane:] ſcilicet corporali, [viuit homo] & ſuſtẽtatur

L

[ſed in omni verbo quod ꝓcedit de ore dei,] cùm ſcilicet voluntatẽ ſuã per ſcripturas reuelat. Vnde Augu. Certiſsimè ſcitote fratres chariſsimi: quia qualis eſt caro, quæ poſt multos dies nõ percipit cibum, talis eſt anima quæ non aſsiduè paſcitur dei verbo. hæc Aug.

*Dei ver[bo] paſci.*

Hoc etiã dictum domini verificatur non ſolũ de vita ſpirituali, ſed etiã de corporali: ſicut patet de Moyſe qui ieiunauit xl. diebus, & noctibus verbo & alloquio dei, ſpiritualiter & corporaliter ſuſtentatus. Quaſi diceret: Non tñ pane corporali ſuſtentatur & viuit homo, ſed etiã ſpirituali pane: ſcilicet verbi dei: pane operationis ſanctæ, pane gratiæ tandẽ victurus in æternum pane gloriæ. Et ideo nõ oportet de lapidibus panes facere: quia licèt eſuriã, tñ dñs põt ſolo ſermone eſuriẽtem ſuſtentare. Vñ perſuaſio tua tentatio eſt, cùm mentionẽ faciat, & mihi ſuadeat tantũ de cibo corporis, nõ de cibo mentis: ſecundũ Chryſ. De veteri teſtamẽto teſtimonium protulit atque præcepit: vt

M

ſiue famẽ, ſiue aliquid aliud patiamur: nunquã tñ dominũ relinquamus. Dominus quidem Ieſus panes de lapibus facere potuit: ſed noluit, nec decuit, & ideo nõ fecit.

*Ieſus cur non ver[tit] lapides [in] panem.*

Primò vt diabolũ eius diuinitas lateret. Secũdò, vt per humilitatẽ & ſapientiã magis quàm per potẽtiam vincere nos doceret. Tertiò, vt oſtẽtationem fugere ſuaderet. Quartò, vt voluntatem tẽtatoris contẽneret: quia fas non erat dominum volũtati eius obtẽperare, & aliter tẽtator nõ vincitur, niſi contẽnatur. Quintò, vt doceret nunquam eſſe credẽdum diabolo, & nihil faciẽdum ad eius imperiũ, etiã ſi bonum & vtile eſt quod ſuggerit vel iubet. Moraliter ſæpe ſuadet diabolus vt lapis, id eſt, duricies pœnitẽtiæ, ſub quadã ſpecie diſcretionis cõuertaꝛ in panẽ, id eſt in delicias & mollicië dicẽs: Iã filius dei es, de cętero tãta auſteritate & pœnitẽtia nõ indiges. Sic Athalia vineã Naboth cõuertit in ortũ olerũ: ſic Liban⁹ cõuertitur ĩ Chermel interpretaꝛ mollis quod fit frequenter honore feſtiuitatis, vel cauſa ſocietatis, ſic Iudęi petierunt à Pilato



à Pilato, ne corpus Ieſu maneret in cruce in die fe-

A

*Gulæ refrenatio.*

ſto: tũc diabolo iſta ſuadẽti eſt reſpondendũ vt ſuprà ſecundũ reſponſionẽ domini. Et nota hîc exemplo domini reſiſtendũ eſſe gulæ, nã ab ipſa inchoandũ eſt: ſi cætera vitia volumus ſuperare. Videtur enim ꝙ qui gulæ ſuccũbit, imbecillis reddatur ad alia vitia deuincenda. Vnde Beda: Niſi prius gula refrenetur fruſtra cõtra alia vitia laboratur. Et ideo hîc primò ponitur tentatio de gula: quia hęc tẽtatio primò occurrit homini ab infantia, & aliæ ſequuntur poſtea: quia ergo dñs ieiunãs tentatus fuit: ſi tu ieiunaueris & tẽteris nõ dicas quia ieiunij mei fructũ perdidi. Nã etſi nõ tibi profuit ieiuniũ tuũ vt nõ tenteris: tamẽ proficiet vt à tẽtationibus nõ vincaris. Vt aũt anima à carne nõ vincatur, neceſſe eſt vt diabolo tentatori reſiſtat, & deo rectori ſeruiat. Vnde Aug. Vis ſeruiat caro tua animæ tuæ, deo ſeruiat anima tua: debes regi vt poſsis regere. Sed quia diabolus ſic vincere eũ nõ potuit, cogitauit apud ſe dicẽs: ſicut ait Chryſ. Homo iſte

B

*Vanę gloriç tẽtatio*

ſanctus videtur, ſancti aũt etſi nõ vincũtur de vitio gulæ: ſæpe aũt vincũtur de aliquo motu vanæ gloriæ, & ideo [aſſumpſit] dominũ & portauit, [eũ in ſanctã ciuitatẽ] in Hieruſalẽ, quæ reſpectu aliarũ, in quibus idola colebantur, dicebatur ſancta: quia diuino cultui deputata propter templum, & ſancta ſanctorũ, quæ erãt ibi, nec erat licitũ in lege ſacrificare alibi. Nũc autẽ dicitur ſancta, propter ſacramenta noſtræ redemptionis ibi patrata, ſecundum

*Aſſumpt⁹ corporaliter dominus.*

Chry. Ex patiẽtia non impotẽtia ſe permiſit aſſumi, & hoc corporaliter: quia ſecundũ gloſam veriſimile eſt diabolũ in humana ſpecie apparuiſſe: ſed tamẽ Chriſtus ſic egit, vt à nemine videretur, & ſecundũ aliquos eũ in brachijs portauit: ſecundum alios, ad manũ duxit: qui ſequebatur eũ quaſi athleta ad tentationẽ ſpõte proficiſcens.

*Patientia domini.*

Conſidera hîc benignitatẽ & patientiã domini: permiſit enim ſe portari, & cõtrectari ab illa cruẽta beſtia, quę ſuũ & omniũ amicorũ ſuorum ſanguinẽ ſitiebat. Nec mirũ ſecundũ Greg. ſi ſe ab illo permiſit duci, qui ſe pertulit à mẽbris illius crucifigi. [Et ſtatuit] ac

C

*Manſiões tẽpli erãt tres.*

collocauit [eũ ſupra pinnaculum tẽpli,] vt eũ de vana gloria tẽtaret ibi. Sciẽdum aũt ꝙ in tẽplo erant tres mãſiões. Prima, pauimẽtũ vſq; ad primũ tabulatum, ſiue ſolariũ altitudinis xxx. cubitorũ. Secunda, à primo ſolario vſq; ad ſecũdum xxx. etiã cubitis alta. Tertia, vſq; ad tertiũ ſolarium, quod erat tectum tẽpli nõ cameratũ: ſed planũ altitudinis xl. cubitorũ. Quodlibet autẽ ſolariũ habebat in circuitu exterius vnũ deambulatoriũ, & iſta ambulatoria, ſecundũ magiſtrũ in hiſtorijs, dicũtur pinnacu-

*Pinnaculũ*

la: ſuper quorũ vnum Chriſtũ ſtatuit diabolus, & fortè in eminẽtiori: vel fortè inferiori vbi ſcribæ & ſacerdotes alloquebãtur populũ, exponẽdo legẽ domini. Et nota ſecundũ gloſ. ꝙ in eo loco diabolus Chriſtũ de vana gloria tẽtabat, in quo multos per vanã gloriã in cathedra doctorũ deceperat. Et ſimile volens explorare quod ſuprà, tentauit eum de vana gloria dicẽs: [Si filius dei es mitte te deorſum] q.d. Virtute propria potes ſine periculo te mittere deorſum, & etiam propter miniſteriũ angelorũ tibi ſeruientiũ, & te cuſtodientiũ. Cogitabat ꝙ ſi per aëra volãdo ſine læſione deſcẽderet, fi-

D

lius dei eſſet: ſuaſitq; vt deorſum ſe mitteret, vt ſic cadẽdo, & nõ ſe lædendo homines mirarentur, & ipſum tanquã dei filium reuererẽtur, & inde occaſionẽ inanis gloriæ aſſumeret, cùm omnis ciuitas laudaret eum, & magnificaret. Verè diabolica vox

*Diabolica vox deorſum mitti ſuadet.*

quæ nõ ad cœli aſcẽſum, ſed ad deſcenſum prouocat: & mentẽ hominis de altiori gradu meritorũ præcipitare cõtendit. Non enim quos decipit ſurſum aſcẽdere monet, ſed in ima prouocat, & deorſum ruere ſuadet: quia optat omnes cadere, qui ſe ſentit præ omnibus cecidiſſe. Diaboli quippe eſt, ſtantes deorſum mittẽre: dei autẽ iacentes ſurſum erigere. Dicens autẽ [mitte te deorſum,] infirmitatem ſuã manifeſtat: quia nemini poteſt nocere, niſi ipſe deorſum ſe miſerit. Nã ipſe qui oẽs deorſum cadere deſiderat, ꝑſuadere quidẽ põt, præcipitare nõ põt. Vnde Chry. Nõ dixit mitto, ne vim facere videaꝛ: ſed mitte te deorſum dixit, vt oſtẽderet ꝙ vnuſquiſq; noſtrũ libertate arbitrij, & voluntatis ſuæ culpa cadit in mortẽ.

*Vim non infert diabolus.*

Illius eſt quidẽ ſuadere: ſed noſtrum eſt perſuaſiones eius per legis obſeruantiam ſuperare, & quia Chriſtus ſuprà vſus eſt au-

E

toritate, ideo & ipſe autoritatem aſſumit ſcripturæ: & hoc non vt virtutes conſtruat & doceat, ſed vt errores ingerat & fallat. Vnde ſubiungit: Scriptum eſt enim de te: ſcilicet in Pſal. Quia angelis

*Pſal. 90.*

ſuis mãdauit de te: vt cõſeruent te à nocumẽto, & in manibus tollant te, deducẽdo, ne fortè offendas ad lapidem pedẽ tuum, malũ incurrendo. Manus

*Manus angelorum quid dicitur.*

angelorũ dicitur hîc poteſtas eorũ duplex: ſcilicet poteſtas ſeruãdi à malo, & promouẽdi ad bonũ: ita ꝙ prima eſt ſiniſtra, ſecunda dextra. Autoritas hęc non eſt ad propoſitũ: quia ſecundũ Hiero. nõ intelligitur de Chriſto capite: ſed de mẽbris, id eſt, quolibet iuſto. Chriſtus enim nõ portatur manibus angelorũ: ſed ipſe verbo virtutis ſuæ portat angelos, & omnem creaturã: nec indiget angelorũ auxilio, qui maior eſt angelis. Eſt ergo autoritas illa ſecundum glo. ſic exponẽda, ꝙ angelis ſuis adminiſtratorijs ſpiritibus deus mãdauit de te viro iuſto,

F

quicunq; ſis: vt tollant te in manibus ſuis, id eſt, auxilijs ſuis ſuſtollant, & ita cuſtodiant te: ne offendas pedem, id eſt, mentẽ vel affectũ mentis: ad lapidem, id eſt, ad aliquod offendiculum peccati: lapis

*Lapis.*

enim dicitur quaſi lædens pedẽ: vnde omnis peccati & ruinæ occaſio, ad quã poteſt offendi affectus mentis, nomine lapis intelligitur. Eſt ergo ſenſus ꝙ angelis mãdauit deus vt cuſtodiãt hominẽ iuſtũ à peccatis, nõ ꝙ bonus homo confidens de cuſtodia angelorũ debeat ſe præcipitio exponere ad ſuggeſtionẽ dæmonũ. Ex quo loco & illud cognoſcitur: quia ad cuſtodiendũ ſanctorũ vitam angeli deputantur.

*Angeli ad cuſtodiam deputati.*

Malè ergo interpretatur diabolus ſcripturam, & intellectũ eius peruertit, & ſic impertinẽter allegauit. Item allegauit incompletè: quia & ſi eſſet de Chriſto, etiã illud quod ſequitur debuerat meminiſſe, ſcilicet ſuper aſpidẽ & baſiliſcũ ambulabis, & cõculcabis leonẽ & dracone. Ipſe enim diabolus eſt aſpis & baſiliſcus, ipſe leo & draco: quem in tẽtationibus Chriſtus conculcauit: ideo partem ſcripturę quæ pro ſe facit tanquã ſuperbus inducit,

partem verò quæ cōtra ſe eſt tanquā aſtutus dimittit. G Nā de angelorum auxilio quaſi ad infirmū loquitur: de ſui cōculcatione quaſi tergiuerſator tacet. Sed & hîc autoritate ſcripturę aduerſarius deuincitur, & ſua intentione fruſtratur, ſecundum Hiero. In omnibus his tentationibus diabolus hoc agit: vt intelligat ſi filius dei ſit, ſed dominus reſpōſionē ſic temperat, vt eū ambiguū relinquat. Vnde reſpondens ait illi, ſcriptū eſt & dictū, ſcilicet cuilibet homini: Nō tentabis dominū deum tuū: ſcilicet quādiu aliter euadere poteris: ego autē homo ſum, & aliter poſſum deſcēdere, quàm per iactantiam me præcipitare, & ideo nolo deum tentare.

*Tentatur deus multipliciter.*

Multipliciter autē quis tentat: ſcilicet indebitè explorando dei potentiā, vel indebitè experiēdo eius voluntatē, vel indebitè inquirēdo eius ſapientiam, vel indebitè experiēdo quod poſcit apud deū. Sed hæc ſunt vitanda, quādiu homo habet ex humana ratiōe & facultate aliud quod faciat. Vnde hîc eſt argumentum, ꝙ quādocunq; homo habet aliquid quod poteſt facere ſecundum viā humanæ ratiōis, vel cōſilij, vel auxilij, ad euadendū periculum non debet illud omittere quærendo diuinū experimentum: H quia ſecūdum Aug. Si periculum quātum caueri poteſt, nō caueret, magis tētaret deum, quàm in deum ſperaret. Vnde quāuis deus omnia poſsit, diſcipulis tamē ſuis ait: Si vos perſecuti fuerint in ciuitate vna, fugite in aliam.

*Matt. 10.*

Et ipſe idē fugit & latuit. Et propter hoc probatio ferri cādentis & monomachiæ, id eſt, duelli, tanquā illicita prohibētur in iure.

*Monomachię, id eſt ſingularis pugnę defenſio.*

Si verò deficit humana ratio & prouidētia, & homo nō habet aliud quod faciat: tūc ſecurè ad dei potentiā ſe cōuertat, & ſuæ prouidentiæ committat: nō tentando, ſed deuotè confitendo: quia ſic non eſt dicenda tentatio: ſed quia Chriſtus adhuc habebat quid faceret, quia boni erāt ibi gradus per quos de pinnaculo deſcēdere poterat, ideo diabolo ſic reſpōdebat. vbi Chry. Nihil motus, nihil indignatus: ſed cū multa modeſtia ſcripturarum ei rurſus voce reſpōdet, nos vtique docēs: quia diabolum per patientiā atq; tolerantiā, nō per ſigna ſuperari: nihilq; ad oſtentationē noſtri, atq; ad amorē facere gloriandi.

*De Chriſti patientia.*

I Et iterū: Aſpice autē quomodo nō turbatus eſt dominus, imò de ſcripturis humilimè cū iniquo diſceptat: & cōformeris Chriſto pro poſſe. Nouit diabolus arma Chriſti, quibus ſuccubuit. Ex māſuetudine eū cœpit, ex humilitate deuicit: tu quoq; cùm videris hominē effectum diabolum, & tibi obuiantē, eo modo deuincas. Doceas animā tuam formare, os cōcedens ori Chriſti. Sicut enim cùm Romanus forſitā reſidet iudex, non exaudiet reſponſum ignorantis, eo modo loqui: ſic & Chriſtus niſi ſuo modo loquaris nō exaudiet te, nec vocabit te. Hæc Chry. Moraliter. Multos diabolus eleuat in altum vt facilius ad grauiorē trahat caſum: ſicut cornix nucē eleuat vt ab alto deijciendo frangat: ſic & pugil ſociū à terra ſubleuat vt proſternat: multi enim ducūtur in altum prelationis, & deijciuntur ibi, qui in valle ſimplicis ſtatus fuerant ſecuri.

*Alta cadūt citius.*

In mōtibus enim Gelboë ceciderunt fortes Iſraël.

*1. Reg. 31. & 2. Reg. 1*

Vnde ſecūdum Aug. quāto quis in loco ſuperiori, tanto in periculo maiori verſatur: & ſecundum Chry. Prælatos ſubuertit elatio: ideo ad talē locū dominus ſe aſſumi permiſit, nec K tamen ibi diabolo conſenſit, vt in talibus locis poſiti diabolo reſiſterent: ſupra pinnacula templi, etiam diabolus hominem ſtatuit, quò ſe cęteris meliorem æſtimet, & per falſam humilitatem deorſum ſe mittat. Extunc ergo ſecundū Ber. quia dominus nihil oſtēdit diuinitatis, arbitratus hoſtis eū eſſe hominē, tentauit eū terriò vt hominem. Exinde enim aſſumens eū, reportauit eū in montē valde excelſum: ſecundo milliario à Quarentena verſus Galilęā, vt ſcilicet locus cōgruat tentationi: vt ſicut in deſerto, vbi eſt eſuries, tentauit de gula: ſupra pinnaculum, vbi cathedra eſt doctorū, de vana gloria, ſic in monte vbi vidētur hæc tēporalia, tentet de auaritia.

*Tertia tentatio Chriſti de auaritia, & facta in monte excelſo.*

[Et oſtendit ei omnia regna mundi,] nō ea quæ neſciebat indicando: ſed ſecundum Chry. oſtendit ei ac ſi aliquis in loco excelſo poſitus manū extenderet dicens: Ecce ex illa parte eſt Affrica, ex illa Palæſtina, ex illa Græcia, ex illa Italia & huiuſmodi. Vel oſtēdit, id eſt, expoſuit & narrauit ei in momento & in breuibus omnia regna mundi, id eſt, omniū regnorum pompā, & gloriam ac magnitudinē, vel omnia cōcupiſcibilia in mundo: ſicut ſunt diuitiæ, delitiæ, & honores, vt L quaſi ſpecioſa & delectabilia ſuaderet, & vel ſic eum ſibi ſubijceret. Momentū eſt decima pars pūcti, vel quadrageſima pars horæ, punctus eñ quarta pars horæ eſt: per hoc ergo ſignificatur breuitas vel tranſitus bonorum temporalium mūdi huius.

*Momētū*

Vnde Ambro. Bene aūt in momēto temporis ſecularia & terrena mōſtrantur, nō enim tam conſpectus celeritatis indicat, quàm caducę fragilitas poteſtatis exprimitur. In momento enim cuncta illa prætereunt, & ſæpe honor ſeculi abit antequā venerit. Et tētauit eum de auaritia, dominū omniū ex arrogantia & iactātia, promittens mendaciter quæ dare non poterat, & dicens: [Hæc omnia tibi dabo,] & te regē faciam [ſi cadens,] tanquā infe- M rior [adoraueris me,] tanquā ſuperiorem: quod verè eſſet cadere, & diabolo ſe ſubijcere. Vnde Chry. Nihil enim ſic diabolo hominē ſubijci facit, vt inhiare opibus, ac habendi amore ſuperari. Et iterū: Regna mundi promittit illi, qui regna cœlorum credentibus præparauit, gloriam ſeculi pollicetur ei qui dñs eſt glorię cœleſtis. Spōdet ſe vniuerſa dare qui nihil habet, ei qui oīa poſsidet, Ab eo ſe iubet adorari in terra, quē angeli & archāgeli adorāt in cœlo. hæc Chryſo. vbi & glo Ecce antiqua diaboli ſuperbia: ſicut eñ in principio voluit ſe ſimilē deo facere, ita nūc volebat diuinū cultū ſibi vſurpare, Et eſt hîc notandū, ꝙ ſi cōſideremus principiū huius tētationis, tūc tētatio eſt auaritiæ: ſi finē, tentatio eſt idololatriæ, & bene iungitur: quia auaritia eſt idolorum ſeruitus.

*De diaboli pollicitione.*

*Superbia antiqua diaboli.*

Conſiderandum etiam quòd gloria mundi, quæ cum mundo peritura eſt, in monte & in ſupercilio demōſtratur, & diabolus hominem ducere ad montem nititur, vt corruat & ei ſubijciatur: ſuadens vt ſeruiat ei negligens iuſtitiam dei, à cuius ſeruitio liberet nos Chriſtus pro nobis tentatus & paſſus. Dominus autem ad campeſtria & humilia deſcendit, vt diabolū humilitate ſuperaret.

*Gloria mundi.*



ſuperaret. Nec intuebatur ſibi oſtenſa oculo cōcu- A piſcentiæ ſicut nos: ſed ſicut medici ſine læſione vident morbos. Cùm ergo volueris fieri magnus & altus, & ante oculos mētis iſta proponis: ſcito ꝙ diabolus tibi regna mūdi oſtēdit, quæ ſi cōſequi volueris, neceſſe eſt vt procidēs diabolū adores: quia adoraturus diabolū antè corruit, & nunꝗ̄ ſine caſu diabolus adoratur. Vnde Ambr. Habet enim ambitio domeſticū periculū: & vt dominetur alijs prius ſeruit, & curuatur obſequio, vt honore donetur, & dū vult eſſe ſublimior, fit remiſsior. Omnis quidē poteſtas & ordinatio poteſtatum à deo eſt: ſed à malo poteſtatis ambitio, nec eſt poteſtas mala: ſed is qui malè vtitur poteſtate. Docemur ergo ambitionem deſpicere eo quòd diabolicę ſubiacet poteſtati. hęc Ambr. Sed & hîc homicida ille ſuccubuit, & dñs, & victor autoritate diuina comminatus eum abiecit, & abſcedere iuſsit dicēs: [Vade] & recede à me ſcilicet in ignē æternū [Satana,] qui veritati & hominū ſaluti aduerſaris. In quo: vt ait Chry. finem tentandi diabolo ponit, ne progrediatur vlterius B tentans. Continuò enim illum in fugā vertit, neq; alijs iam eum per ſemetipſum tentationibus appetijt.

*Ambitio ſeruit.*

Vbi etiam docemur proprias iniurias portare: ſed nullo modo dei iniurias tolerare. Vnde Chryſ. Chriſtus cùm paſſus fuiſſet tētationis iniuriam dicente ſibi diabolo: ſi filius dei es, mitte te deorſum: non eſt turbatus, nec diabolū increpauit. Nunc autem quādo diabolus dei ſibi vſurpauit honorem dicens: Hæc omnia tibi dabo ſi cadēs adoraueris me, exaſperatus eſt, & repulit eum dicens: [Vade Satana] vt nos illius diſcamus exemplo noſtras quidem iniurias magnanimiter ſuſtinere, dei autem iniurias neq; vſq; ad auditū ſufferre: quoniam in proprijs iniurijs eſſe quempiam patientem laudabile eſt, iniurias autē dei diſsimulare nimis impiū eſt: vbi & Hiero. Non vt pleriq; putant eadem Satanas vt Apoſtolus Petrus ſententia condemnatur: Petro enim dicitur, vade retro me Satana, id eſt, ſequere me qui contrarius es voluntati meæ, hic verò audit C vade Satana: & non dicitur ei retro me vt ſubaudiatur: Vade in ignem æternum qui paratus eſt tibi, & angelis tuis.

*Iniuria ꝑpria toleranda, ſed nō diuina.*

*Marc. 8.*

Deinde dominus ſubiūgit [Scriptū eſt,] omni homini [dominum] omniū: ſcilicet per potentiā, [deum] ſcilicet per creationē [tuum] ſcilicet qui debet eſſe tuus per cultum ſpecialē, [adorabis] interius, fide, ſpe, & charitate, [& illi ſoli ſeruies,] exterius ſeruitute latriæ. Et per hoc ſecundū Aug Non excluditur ſeruitus debita dominis temporalibus. Et ſecundū Bedā, iubemur hîc ſoli deo ſeruire ſeruitute latriæ, quæ ſoli diuinitatis cultui debetur: vnde & hi qui hanc idolis impendunt, idololatrę nuncupātur: ſed ab Apoſtolo iubemur per charitatē inuicem ſeruire ſeruitute duliæ, quæ cōmunis eſt, ſiue deo, ſiue homini, ſiue cuilibet rerū naturæ. Itaq; vt ait Beda: Dicens diabolus ſaluatori: ſi procidens adoraueris me, econtrariò audiuit quòd ipſe magis adorare debeat eum deum & dominum ſuum, quaſi ſibi diceret: Non ego te, ſed tu me debes vt deū adorare: ſed adoratio diaboli ſubiectionis eſt non deuotionis.

*Latrię ſeruitus deo debetur.*

*Tentandi ordo & vincendi.*

Ex ſupradicto ordine tentationis patet ꝙ diabolus incipit à leuioribus, & procedit ad grauia, deinde ad grauiora & tandem ad grauiſsima. D Incepit enim à tentatione leui, quando tentauit eum de gula: quę tentatio leuis eſt, maximè tempore famis, & finaliter poſt alias peruenit ad grauiſsima: quādo tentauit eum de idololatria. Vicit autē Chriſtus ipſas tētationes, eis in ſuis principijs obuiando. Nam mox cùm diabolus tentationes inferebat, Chriſtus eas repellat. Sic & homo mox vt diaboli tētationes ſenſerit, eas in ſuo initio debet repellere. Nam vt dicit Hiero. Lubricus eſt ſerpens antiquus, & niſi capite teneatur: totus ſtatim illabitur. Habet enim ſerpens infernalis caput, ſcilicet malā ſuggeſtionē: habet corpus, ſcilicet conſenſum: habet caudā, ſcilicet operis conſummationē. Vbi autem ponit caput ſuggeſtionionis, ſtatim ponit corpus conſenſus, & vbi ponit corpus cōſenſus, ſtatim ponit caudā operis, & ideo in ſuo capite, id eſt, in ſua ſuggeſtione eſt conterendus, & tunc nocere nō poterit: nec quantū ad corpus, nec quantū ad caudā: quia amputato capite ſuggeſtiōis tota eſt confracta vis ſerpentis infernalis.

*Serpentis caput, corpus, & cauda.*

Et conſummata, id eſt, ſuperata omni tētatione: ad quam E explendam dñs venerat, Lucifer nō inueniens quid ageret: audito dei nomine reliquit eum quē tamen nunquā tenuit, quia ſuperatus à tentatione ceſſauit & receſsit ab eo tanquā victus & confuſus, vſq; ad tempus, poſtea enim non tantū dolosè tentaturus: ſed apertè per Iudæos eum & in ſe & in membris ſuis impugnaturus aduenit: quia appropinquante tempore paſsionis perſecutionē ei per principes ſacerdotū ſuſcitauit, non per ſeipſum ſolū, ſed & per alios: ac per organa & inſtrumēta ſua propria, cœpit eum impugnare, putās eum mortis timore deijcere. ſecundum Chry. diabolus non quaſi obediens præcepto receſsit: ſed diuinitas Chriſti, & ſpirituſſanctus qui erat in eo excuſsit inde diabolū (quod quidē ad noſtrā proficit conſolationē) quia nō tam diu homines dei diabolus tentat quamdiu vult, ſed quādiu Chriſtus permittit, & ſi eum permittat pauliſper tētare ad noſtrā vtilitatē, tamen repellit propter noſtrā infirmitatē: quia non patitur nos tentari vltra quàm poſſumus ſuſtinere. F Vnde Auguſt. Si tantum poſſet nocere diabolus quantū vult, aliquis iuſtorum non remaneret.

*De diaboli receſſu.*

*Diabo. nō tantū nocet quantum vult.*

*1. Cor. 10.*

Tribus autem pręmiſsis congreſsionibus in quibus adhuc exercetur militia Chriſtiana, omnis tentatio dicitur conſumpta in ſuis radicibus & ſuperata: quia in gula, ſuperbia, auaritia, ex quibus tentatio oritur: omnia vitia ſibi confederata ſunt perempta. In his enim tribus eſt omnium materia delictorum, quorum ſemina in ipſa origine ſunt cauenda: quia Ioanne atteſtante, omne quod in mūdo eſt: concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorū, & ſuperbia vitæ. Cui triplici hoſtis telo, totidē arma defenſionis: ſcilicet ſcutum triangulum opponere debemus: vt ieiunio concupiſentiam carnis, oratione ſuperbiam, eleemoſyna auaritiam repellamus.

*Vitiorum materia in tribus, de quibus tentatus eſt Chriſtus.*

*Remedia contra vitia.*

Sicut autem ille hoſtis antiquus à domino vſq; ad tēpus receſsit, & tēpore paſsionis rediens, nō in dolo, ſed apertè eum impugnauit: ſic & nos aliquādo tentare intermittit, & quādo in tētatione nō præualet, à nobis vſq; ad aliud tēpus recedit, vt quaſi ſecuros inueniens,

repentè rediens facilius inopinatus irrumpat. In-
G ſtruimur ergo hîc ad cautelã, quia licèt aliquã ten
tationem ſuperemus:ſemper tamẽ diabolum ad pu
gnam paratũ inuenimus:tẽpore verò paſsionis, o-
mnino victus diabolus,relegatus eſt in infernũ, in
diebus antichriſti ſoluẽdus:ſecundũ Apocalypſim
Ioannis.Vnde Augu.innuit, ꝙ iſte tentator fuerit
Lucifer tẽtator Chriſti.
Lucifer primus angelus,ille ſuperior qui primum
hominẽ ſuperauerat,credẽdus eſt aũt ipſe diabolus
hominis formã ad horam aſſumpſiſſe, in qua dñm
circunducere,& ei colloqui poſſet. Et notandum,
Tentatus Chriſtus ordine quo Adã.
quòd ordo tentationũ Chriſti ſic ſecũdum Matth.
poſitus fuit ſecundum ordinem tentationum Adæ
qui fuit iſte.In quacũq; die comederitis, ecce gula:
eritis ſicut dij,ecce inanis gloria, ſciẽtes bonum &
malum,ecce auaritia,quæ nõ eſt tantum pecuniæ,
ſed & ſublimitatis & ſcientiæ,cùm ſupra modum
ambitur.ſecundum verò Aug. Certum nobis non
eſt,quæ fuerit ſecunda:& quę tertia.Sed duo euan
geliſtæ variè narrant. Poteſt ratio aſsignari:quia
vna tentatio eſt de cupiditate principaliter, alia de
H elatione,& frequenter contingit ꝙ vnum vitiũ ex
alio naſcitur,& econuerſo:& ideo Matthæus præ-
ponit vnam,Lucas verò aliam.Vnde Remigius,ob
hoc euangeliſtarũ hanc iſte,illam verò ille premit
tit: quia inanis gloria,& auaritia adinuicem ſe gi-
Figura gulę deuictę.
gnunt. Chriſtus verò diabolũ in tẽtatione gulæ ſu
perauit , & hoc quondã in idolo Belis, & draconis
præfigurauit.In Babylone enim idolum Belis pro
deo colebatur:quod multũ comedere & bibere di-
Danie.14
cebatur:quod Daniel deſtruxit , & ſacerdotes eius
interemit.Ibidem etiã in ſpelunca draco latitabat,
quem gens tanquã deum æſtimabat: cui ſacerdos
ſtatutis horis cibũ offerebat, Daniel autẽ maſſam
de pice & adipe,ꝙ pilis confecit, & in os draconis
iniecit.Quã cùm comedit ſtatim eſt eruptus,& ſic
vterq; deuorator,& guloſus per Danielẽ eſt deſtru
ctus:& ideo Daniel Chriſtũ deſignauit, qui tenta-
Figura ſuperbię deuictæ.
tionẽ gulæ ſuperauit. Chriſtus etiã ſuperauit dia-
bolum in tentatione ſuperbiæ, & hoc præfiguratũ
fuit olim in Dauid,& nece Goliæ.Golias ſuperbiſ
I ſimè de fortitudine ſua ſe iactauit,quẽ Dauid fun-
1.Reg.17.
da ad terram deiecit,& proprio gladio interfecit.
Golias gygas figurã ſuperbi tenet Luciferi:Dauid
autem paſtor qui hunc proſtrauit,Chriſtus eſt,qui
De auaritia.
in tentatione ſuperbiæ humiliter triũphauit.Ter-
tiò,Chriſtus diabolũ in tentatione auaritiæ ſupera
1.Reg.17.
uit,ꝙ & Dauid in nece leonis & vrſi pręfigurauit.
Leo & vrſus auaritia figurabant: quia auferẽdo ſi-
bi ouem,eam perpetrabant. Dauid autẽ ouem ſuã
eripiens, raptores interfecit: & Chriſtus ſuperata
Angelorũ acceſſus.
tentatione auaritiæ,ſatanam à ſe reiecit. Abiecto
autem Satana, [acceſſerunt angeli,] & tanquã vi-
ctori[miniſtrabant ei,] ſic qui viriliter pugnando
contra diabolũ triumphauerit,miniſterio & cõſor
tio angelorũ dignus erit. De tentationũ verò ſug-
geſtionibus:ſic dicit Chry.Nunc breuiter perſtrin
gamus quid ſignificent Chriſti tentationes.Ieiuniũ
eſt abſtinentia rei malæ. Quando verò quis infla-
tus fuerit quaſi ſanctus, ductus eſt quaſi ſuper te-
ctum.Et hæc tentatio ſequitur primam:quoniam
victoria tentationis gloriationẽ operatur:& fit cau
ſa iactantiæ.Fuge exaltationem cordis, & non pa
tieris ruinam. Aſcenſio autẽ montis, eſt proceſsio K
ab altitudine diuitiarũ & gloria huius mundi,quæ
de ſuperbia cordis deſcendit:vt etiam dicit Ber.qui
quartam tentationẽ de dño non legit,ignorat ſcri-
pturam quæ dicit:ꝙ tentatio * eſt vita hominis ſu
* aliàs militia.
per terrã.Apoſtolus quoq; dicit eum fuiſſe tentatũ
Iob.7.
per omnia pro ſimilitudine abſq; peccato. Voluit
autẽ Chriſtus tentari pluribus ex cauſis.Prima eſt,
Cur tentari voluerit dominus.
ſecundũ Greg.vt per ſuam tentationem nos à no-
ſtris liberaret:ſicut per ſuã mortẽ nos à noſtra libe
rauit.Secunda eſt,ſcdm Hila.vt cautos nos faceret
ne ſcilicet aliquis quantuncunq; ſanctus præſumat
de ſe,quaſi de tentationibus ſit immunis. Et ideo
poſt baptiſmũ,& accepto ſpiritu ſancto,tentari vo
luit,vt oſtenderet ꝙ ſanctificatis maior pugna in-
cumbit.Tertia eſt,ſecundũ Aug.vt nobis exemplũ
pugnãdi daret,& per hoc nos inſtrueret,& vt eſſet
mediator,nõ ſolũ per adiutorium: ſed etiã per ex-
emplũ. Quarta eſt,ſecundũ Chryſ.vt nos anima-
ret,vt ſcilicet nemo turbetur de tentationibus prę L
ter ſpem irruentibus,dum etiã Chriſtũ videt ſubdi
tentationibus.Quinta eſt,ſcdm Leonem,vt diabo
lum vinceret,& vincendo eius virtutẽ & audaciam
reprimeret.Sexta eſt,ſcdm Apoſtolum:vt tentatis
melius miſereri,& cõpati ſciret,& nobis de ſua mi
ſericordia ſpem faceret: quia homo tentatus faci-
lius miſeretur & cõpatitur tentatis. Item tentari
Tentatio non diminuit tentatum.
voluit,vt tentatis conſolationẽ daret:fuit enim ten
tatus ſtatim quãdo fuit baptizatus: quando à patre
filius eſt appellatus: quando ſpiritusſanctus in ſpe-
cie colũbę ſuper eum manſit,quãdo cœlũ ſibi aper
tum fuit:quãdo xl.diebus & noctibus ieiunauit: vt
per hoc detur intelligi , ꝙ ſi aliquis tentatur, non
propter hoc eſt minus à peccato mũdatus, non eſt
minus dei filiatione dignus , non eſt minus ſpiri-
tu ſancto plenus,non eſt minus cœlo dignus,nõ eſt
minus pœnitentia ſua deo acceptus. Ideo quia
dñs ſic fuit contrectatus & tentatus,non miremur
ſi nos tentamur:& quia in omnibus vicit,nitamur
& nos eius adiutorio vt vincamus.Nec in aliqua vir M
tute noſtra cõfidamus, ſed totã ſpem & fiduciã in
adiutorio altiſsimi ponamus.Et ſicut vbiq; dñs ad-
uerſariũ ſuum non virtute potentiæ: ſed autorita-
te ſcripturæ cõuicit,dicens ſcriptũ eſt:quia humili
tate non potentia eum vincere, & ſuæ patiẽtiæ no
bis exemplũ præbere volebat : ſic & nos quoties à
prauis hominibus aliquid patimur, ad doctrinã po
tius quàm ad vindictã excitemur : & aduerſarios
noſtros humilitate & patiẽtia magis quàm ſuper-
bia & potentia vincamus. Attende itaq; ex prædi-
Reſpondetur ſuggeſtionibus ex ſcripturis.
ctis documentũ , ꝙ dñs in omnibus tentationibus
ſuis vſus eſt autoritatibus ſacræ ſcripturæ ad nos
informandũ.Attende quid ille reſpondit:& quan-
do talis tẽtatio aduenerit,dic illud & tu,ſemper vi
delicet reſpõdendo per ſcripturã,ſicut& ipſe fecit.
Vnde ſi tẽtat te appetitu bonorũ:debemus reſpon-
Eccleſiaſtici 10.
dere:ſcriptum eſt: Quid ſuperbis terra & cinis, o-
mnis potentatus breuis eſt vita.Si tentat de appeti
Ibidem.
tu diuitiarum,reſpondeamus ſcriptum eſt : Nihil
1.Timo…
intulimus in hunc mundum nec auferre quid poſ
ſumus:& nudus egreſſus ſum de vtero matris meę,
& nudus



Iob 1.
& nudus reuertar illuc.Si tentat de appetitu deli-
A ciarum carnaliũ,reſpõdeamus:ſcriptũ eſt: Caro &
1.Cor.15.
ſanguis regnũ dei non poſsidebunt:vbi ſcdm glo.
Per carnẽ & ſanguinẽ ventrẽ & libidinẽ,id eſt opa
carnalia deſignat:& ita de alijs quibuſcũq; vitijs im
pugnamur, ſemp vtamur clypeo ſacræ ſcripturæ
ad defenſionẽ noſtrã contra iſtud vitiũ.De premiſ
ſis dñi factis:ſic dicit Anſel.De baptiſmo in deſertũ
in ſpiritu fortitudinis ingreſſus es:vt vitæ ſolitarię
in te non deeſſet exemplum. Solitudinẽ & ieiuniũ
xl.dierum:famis acerbitatem,tentamẽta illuſoris
ſpiritus æquanimiter toleraſti: vt omnia hæc no-
bis tolerabilia efficeres. Et iterum:Exinde dilectiſ
ſimus Ieſus ſolitudinis tibi ſecreta dicauit , & ſan-
ctificauit ibi ieiunium:ibi ſubeundum docens cum
callido hoſte conflictum.Hæc tibi facta pro te fa-
cta, & quonam modo facta ſunt diligenter atten-
dens:dilige eum à quo facta ſunt.Anſel. Eia nunc
Inuitat ad imitationem.
Chriſti diſcipule,cum pio magiſtro ſolitudinis ſe-
creta perquire, vt ſocius ferarum effectus arcana
ſilentij orationis deuotæ,diuturni ieiunij,trinæ cõ
B flictationis cum callido hoſte imitator fias,& par-
ticeps,& in omni tentationis diſcrimine ad ipſum
diſcas habere recurſum,pro eo quòd non habemus
Hebrę.4.
pontificem qui non poſsit compati infirmitatibus
noſtris:tẽtatum per omnia pro ſimilitudine abſq;
peccato.Nec timere debes tentationes,aut dubita-
re in eis:quia quos deus diligit , ſæpe caſtigat : &
multæ tribulationes,nõ quorũcunq;, ſed iuſtorum
vt cùm probati fuerint,coronã vitæ accipiant.Vn-
de Ambr.Docet igitur te ſcriptura diuina,non ſo-
lum contra carnem & ſanguinem: ſed etiã contra
inſidias ſpirituales eſſe certamẽ.Corona propoſita
eſt,ſubeunda certamina ſunt.Nemo poteſt niſi vi-
cerit coronari:nemo autẽ vincere, niſi antè certa-
uerit.Ipſi quoq; coronæ maior eſt fructus,vbi ma-
Tentationes exoptãdæ.
ior eſt labor.Et ideo tentationem nunquã timere
debemus: eſt enim cauſa victoriæ materia trium-
phorum: non timeamus tentationes , ſed magis in
1.Cor.12.
tentationibus gloriemur dicentes : Cùm infirma-
C mur,tunc potentes ſumus. Tunc enim nectitur co
rona iuſtitiæ:tolle martyrũ certamina,tuliſti coro
nas:tolle cruciatus,tuliſti beatitudines. Non debe-
mus igitur tẽtationes ſeculi pro malis timere qui-
bus bona præmia cõparantur:ſed magis rogare cõ
templatione conditionis humanæ vt eas tentatio-
nes ſubeamus quas ferre poſſumus.hæc Amb.Vn-
de & proſper:Ad magnã vtilitatem fideliũ reſerua
ta eſt materia certaminũ,vt nõ ſuperbiat ſanctitas
Tentationum modi ſex.
quamdiu hoſtium incurſum ſentit infirmitas. At-
tentat autem diabolus ſpecialiter ſex modis: in bo
nis per elationẽ,in malis per deſperationẽ, in ocio
per luxuriam,in negotijs per turbationẽ, in iuſti-
tia per crudelitatẽ,in miſericordia per adulationẽ.
Fallendi modi quatuor.
Et quamuis multis modis tentet , quatuor tamen
modis ſpecialiter decipit & fallit. Primò ſuadẽdo
bonũ propter malũ, vt cùm homini inſtabili ſua-
det religionis ingreſſum : propter hoc vt apoſtatet
poſtmodum.Secundò , ſuadendo malum ſub ſpe-
cie boni:vt periurare pro rebus alienis conſeruan-
dis.Tertiò,diſſuadẽdo bonum tanquam nociuum:
vt cùm diſſuadet bono viro religionis ingreſſum,
ne de hoc pœniteat,& egrediens cõfundatur. Vel
quando diſſuadet alicui orationem vel eleemoſy- D
nam,ne per hoc incurrat vanã gloriam. Quartò,
diſſuadendo malũ vt peius adducat: vt quando diſ-
ſuadet intemperantiam victus & ſomni,vt in non
diſcretam abſtinentiam, quod peius eſt , inducat.
Tentatoris vigilantia.
Multa ergo ſolicitudine præcauendum eſt omni-
bus,ne diabolicis capiantur inſidijs, & eius inuol-
uantur laqueis,quos vbiq; prætendit modis varijs.
Vnde Leo papa: Non deſinit hoſtis antiquus trãſfi
gurans ſe in angelum lucis deceptionum laqueos
vbiq; prætendere.Nouit cui adhibeat æſtus cupidi
tatis,cui illecebras gulæ ingerat,cui apponat inci-
tamenta luxuriæ,cui infundat virus inuidiæ. No-
uit quem mœrore conturbet, quem gaudio fallat:
quem metu opprimat,quem admiratione ſeducat:
omnem diſcutit conſuetudinẽ,ventilat curas, ſcru
tatur affectus. Et ibi quærit cauſas nocendi : vbi
quemq; ſtudioſius viderit occupari.hæc Leo.Soli-
citè ergo quilibet vigilet:quia nullus ſine tentatio
ne eſt. Vnde Bernar.Hoc præmonitos vos eſſe vo
E lo:quia nemo in corpore viuere poterit ſinę tenta
Tentationis expers nemo.
tione,& qui ab vna liberatur ſtatim expectat aliã:
& ſic petat ab ea liberari , vt nouerit aliam proti-
nus eſſe venturam.ſæpius enim fit vt vnam domi-
nus patiatur diutius immorari,ne alia poſsit acce-
dere:aut ab vna citius liberet,vt alia poſsit exerce-
Angelorũ acceſſus poſt victoriam.
re.Hæc Bernar. Victoria itaq; facta à tentatore vi
cto præ confuſione recedente, venerunt & redie-
runt angeli vt ſeruientes & ſubiecti ſibi ad obſe
quium parati, & accedentes miniſtrabant ei ſicut
vero domino proprij ſerui voluntatẽ eius implen-
tes: qui pręcipiẽte domino ad tempus receſſerant,
agonem eius procul,aſpicientes : vt diuinitas eius
diabolum magis lateret, & vt conuenientius locũ
tentandi haberet,ne fortè videns circa eum ange-
los ad eum nõ appropinquaret:& vt victoria Chri
ſti excellẽtior appareret,ex hoc ꝙ ſolus ipſum de-
uinceret:& ne eorũ præſidio egiſſe vel viciſſe vide
retur.Præcedit tentatio,vt victoria ſequatur: poſt
victoriã ſtatim ſeruiunt angeli , vt victoris digni- F
tas cõprobetur. Ex hoc enim diuinitas Chriſti ap-
paret,& fit manifeſta : quia nulla natura eſt ſuper
angelicã,niſi diuina. Et ſecundũ Greg. Ex hac re
vnius perſonæ vtraq; natura oſtenditur:quia & ho
mo eſt quẽ diabolus tẽtat, & idem ipſe deus eſt cui
Miniſtratio angelorum tripliciter ſumitur.
ab angelis miniſtratur.Hæc autẽ miniſtratio tri-
pliciter poteſt accipi.Primò de corporali ſubuen
tione:vt ſit ſenſus,miniſtrabant,id eſt, eſurienti in
cibo ſubueniebãt.Secundò,de adoratione,vt ſit ſen
ſus,miniſtrabãt,id eſt,ipſum tanquã deũ ſupplici-
ter adorabãt.Tertiò,de congratulatione & lauda-
tione,vt ſit ſenſus:miniſtrabant,id eſt, ſibi pugnan
De victoria domini.
ti & vincenti congaudebant,& eum laudabãt. De
hac victoria dñi & miniſterio angelorum:ſic dicit
Anſel.xl.dierum cõpleto ieiunio,diabolũ cum ſuis
tentamentis ſuperans,angelico eſt miniſterio glo-
rificatus,edocens nos toto vitæ præſentis tempore
delectationes rerũ temporaliũ declinando,mundũ
cum ſuo principe pedibus noſtris ſubſternere,& ſic
angelicis pręſidijs communiri. Vnde & Ber.Dein-
de tentationibus ſuperatis,& tentatore fugato,ac-

ceſſerunt angeli & miniſtrabant ei: & tu ergo ſi vis
G
habere miniſterium angelorũ, fuge cõſolationes ſeculi, & tentationibus reſiſte diaboli, renuat conſolari anima tua in alijs, ſi vis in dei memoria delectari.

Cur poſt victoriam apparuerũt angeli

Vnde etiã Chry. quamdiu etiã fuit in conflictu poſitus, nequaquã angelos apparere permiſit: ne ſcilicet ante victoriã ſuperandũ fugaret. Poſtquã verò illum per cuncta deuicit, & victum fugere præcepit, tunc angeli conſequenter apparent: vt tu diſcas ꝙ te quoq; poſt cõfectã de diabolo victoriam angeli repentè ſuſcipient, plaudẽtes tibi, teq́; ſtipatorum more vbiq; comitantes, & in omnibus honorantes. Sic vtiq; & Lazarũ poſt fornacem paupertatis ac famis, totius prorſus anguſtiæ, ſuſcipientes ad requiem pertulerunt. Et iterum: Angeli agonem Chriſti procul aſpiciebant, ne videretur eorũ præſidio deuiciſſe, & victoria facta acceſſerunt & miniſtrabant ei.

Miniſtratum Chriſto ab angelis.

Sed quid miniſtrabãt ſcriptura nõ exprimit: ſed ſatis credibile eſt ꝙ miniſtrabãt ei aliquid comeſtibile, vt ſerui & miniſtri: quia legitur eſuriſſe, & hoc non propter neceſſitatem impoten-
H
tiæ Chriſti ei miniſtrabãt: ſed ad reuerentiã exhibendam, & propter honorificentiã poteſtatis. non enim dicitur ꝙ adiuuant, ſed quod miniſtrant. hæc Chryſ. Hîc diligentius attẽde, & conſpice dominũ comedentem ſolum circunſtantibus angelis, & cõſidera bene omnia: quia pulchra ſunt valde & deuota.

Eſca qua in deſerto refect' eſt dominus.

Et quęro quid angeli miniſtrabant, vt poſt tam longum ieiunium comederet? de hoc enim ſcriptura non loquitur: poſſumus autẽ victorioſum prandium ſicut volumus ordinare, & quidem ſi eius potontiam conſideremus, poterat res quas vellet creare, & pro ſuæ voluntatis arbitrio creatas habere: ſed non inuenimus quòd hac potentia pro ſe vel diſcipulis ſuis vſus fuerit: pro turbis verò vſus fuit:

Matth. 11.

quas duabus vicibus in multitudine magna de panibus paucis pauit. De diſcipulis autem legimus ꝙ

Ioan. 4.

eo præſente vellebant ſpicas propter famem, & comedebant, ſimiliter cùm fatigatus ex itinere ſede-
I
bat ſuper puteum loquens cum Samaritana, non dicitur ꝙ creauerit cibos, ſed quòd miſerit diſcipulos in ciuitatem, ad quærendum eos. Nec eſt veriſimile quòd per miraculum ſibi prouideret: quia miracula ad aliorũ ædificationẽ, & in præſentia plurium faciebat: ſed hîc non erant aliqui niſi angeli. Quid ergo circa hoc meditabimur? in mõte nanq; illo non erat habitatio hominum & cibi parati: ſed alibi parata cibaria portauerunt ei angeli ſicut cõ-

Danie. 14

tigit Danieli. Cùm enim Abacuch proheta pulmẽtum meſſoribus ſuis paraſſet, portauit eum angelus domini per capillos de Iudæa in Babylonẽ ad Danielem vt comederet, & poſtea in mento eum reportauit. Immoremur ergo hîc, & hunc modum aſſumamus, & cum domino Ieſu in ſuo prandio iucundemur, ſentiatq́ue mater ſua excellentiſſima de hac eadẽ iucunditate atq; victoria: piè itaq; deuotè ſic meditemur. Pergunt duo ex angelis domino annuente, & in momẽto fuerunt coram matre, ac eam reuerenter ſalutantes, de filij ſui ſtatu ſibi

Sentit Ioſeph adhuc viuere.

narrãt: & modicum pulmentũ quod ſibi & Ioſeph parauerat, ac panem cum alijs oportunis reportãt: reuerſi ergo parant in plana terra, & menſę benedictionem ſolenniter peragunt. Conſpice hîc eum bene in ſingulis quæ agit & quæ fiunt: ſedet in ter-
K
ra cõpoſite, & comedit ſobriè, circunſtant angeli miniſtrãtes dño ſuo: & hymnũ cantant de canticis Sion, ac iucundãtur, & diẽ feſtũ agunt cũ eo. Sed ſi dici liceat, permixtũ eſt hoc feſtũ cõpaſſione permaxima, propter quã & nos plorare deberemus: cõ-

Pſal. 135.

ſpiciunt enim eum reuerenter, & cõſiderãtes deum ac dñm ſuũ, & totius mũdi creatorẽ, qui dat eſcam omni carni: ſic humiliatũ, & ſuſtẽtatione cibi corporalis indigentẽ, & comedentem ſicut cæteros de populo, mouẽtur cõpaſſione ſuper eo. Et credo ꝙ ſi corde affectuoſo in hoc ſtatu eum reſpiceres: & eum aliqualiter diligeres, ex valida cõpaſſione plorares. Tandẽ ſuſtentatione cibi percepta, & gratiarum actioe reddita, dñs Ieſus volens ad matrẽ redire: cœpit de monte deſcendere. Cõſpice etiã nunc bene eũ, quomodo ſolus vadit nudis pedibus, dñs omnium, & ei vehemẽter cõpatere, & vade ſemper cum eo, ſeruiens ipſi in omnibus ſtudioſè.

ORATIO.

L

BOne Ieſu, qui ductus in deſerto à ſpiritu, ieiunans xl. diebus & noctibus, & poſtea eſuriens tentatorẽ tuum ſuperaſti: da mihi miſericors per virtutem abſtinentiæ & continentiæ ieiunare vitijs & peccatis: eſurire & ſitire iuſtitiã, & vt tentatorem meum, imò tentatores meos, mundũ carnem, diabolũ, deus tua gratia, deus tuo auxilio valeam ſuperare: & quia tentatio eſt vita noſtra, &

Iob 7.

miſeria ſuper terram: memẽto domine noſtræ miſeriæ ac laboris, & da nobis in tentatione non cadere: ſed per tuam tentationem ſemper vincere, & tandem ab omnibus tentationibus miſericorditer liberi. Amen.

De teſtimonio Ioannis de Chriſto dei agno.

Caput XXIII.

ALtera autẽ die poſt regreſſum à deſerto, venit Ieſus ad Iordanẽ: quem Ioannes videns, [ad ſe venientem,] oſtẽdit eum digito, & exclamauit dicens: [Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi.]

Ioan. 1.
M

Vbi tangitur teſtimonium Ioannis de Chriſto dupliciter.

Teſtimonium Ioãnis de Chriſto.

Primò, quantũ ad eius veram humilitatẽ, in qua pro nobis immolatus eſt, cũ dicitur: [Ecce agnus dei,] id eſt, à deo miſſus: vt hoſtia acceptiſſima immolãdus. Secundò, quantũ ad eius diuinitatem, cùm ſubditur: [qui tollit peccata mundi:] quia tollere peccata, eſt propriũ ipſius dei. Hæc quippe eſt cauſa qua venit, vt pereuntis mundi peccata ſuſcipiens, peccati labẽ & omniũ mortẽ in ſe, qui vinci non poſſet, aboleret. Iam venerat & non agnoſcebatur: ſed nunc demõſtratur. Ecce eſt hic quem deſiderauerunt patriarchæ, quem prænuntiauerunt prophetæ, quem præſignauit lex: ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi, ac ſi diceret: Ecce innocens inter peccatores, iuſtus inter reprobos, pius, inter impios: in quo nullum peccatum potuit inueniri, & ideo potens eſt tollere peccata mundi: vnde ſicut agnus oblatus eſt pro peccatis populorum, quia in eo eſt gratia, & virtus purgatiua peccatorum. Specialiter autem inter cętera animalia quæ in lege offerri cõſueuerũt Chriſtũ, agnum



Agnus cur dictus Chriſtus.

agnũ nominauit: quia licèt alia animalia immola-
A
rentur in lege: vt bos, vitulus, capra, &c. tamẽ Chriſtus magis & potius vocatur agnus, quàm cætera animaliũ immolaticia. Primò, quia inter omnes figuras veteris teſtamẽti, agnus paſchalis expreſſius

Exod. 12.

figurabat Chriſtũ innocentẽ immolandũ: quia ille paſchalis agnus erat ſine macula, & per eius immolationẽ filij Iſraël liberati ſunt à ſeruitute Aegyptiaca. Sic & Chriſtus erat ſine peccato, & per eius paſſionẽ liberati ſumus à ſeruitute diabolica: & nõ ſolum propter innocentiã, ſed & propter ſimplicitatẽ Chriſtus dictus eſt agnus: quia ſicut agnus ad victimã ductus eſt, & nõ aperuit os ſuum. Secundò, quia licèt alia fierent ſacrificia in tẽplo certis tẽporibus, vnũ tamen erat quotidianum in quo iugiter vnus agnus manè & alius veſperè offerebatur, nec hoc mutabatur vnquã: ſed tanquã principale obſeruabatur: alia erant ex adiuncto & tẽpore determinato. Hoc ergo iuge ſacrificiũ quod figurabat perpetuitatẽ beatitudinis fiebat de agno: ſic & Chri-

Agnus ab agnitione dicitur.

ſtus noſtra perpetua beatitudo eſt. Agnus etiã dicitur ab agnitione, ſiue ab agnoſcẽdo: quia agnouit patrem, factus ei vſq; ad mortẽ obediens, & agno-
B
uit matrẽ curã eius diſcipulo cõmittens.

Agnus qui tollit, &c.

Agnus dicitur etiã à pietate: qua tollit peccata mundi, nõ ſemel tantũ, ſed & quotidie: Vnde Theophilus non

Theophilus cur tollit, nõ tulit, dixit.

dixit qui tollet, ſed qui tollit: quaſi ſemper hoc faciente ipſo. Nõ enim tũc ſolũ tulit cùm paſſus eſt: ſed ex illo tẽpore vſq; ad pręſens tollit, nõ ſemper crucifixus. Vnã enim pro peccatis obtulit oblationem, ſed ſemper purgãs per illam. hæc Theophil. Tollit enim peccata ſatisfaciẽdo & lauando nos à peccatis in ſanguine ſuo, & præter hæc dimittẽdo quotidie quæ facta ſunt, & adiuuando ne fiant, & omnino liberando: ſcilicet perducẽdo ad vitam vbi

Lauat nos agnus in ſanguine ſuo.

omnino fieri nõ poſſunt. Non ſolum autẽ lauit nos quando ſanguinẽ dedit pro nobis, vel quãdo baptizamur in myſterio paſſionis illius: verumetiã quotidie lauat nos in ſanguine ſuo, cùm eiuſdẽ benedictæ paſſiõis memoria ad altare replicatur, cùm panis & vini creatura in ſacramentũ carnis & ſanguinis eius ineffabili ſpiritus ſanctificatione tranſ-
C
fertur, cùm ſanctiſſimo eius corpore & ſanguine ſatiamur. Propter duo verò aliorũ trium: ſcilicet pro dimittendo & adiuuãdo dicimus in miſſa bis, agnus dei miſerere nobis: propter tertiũ dicimus, da nobis pacẽ. O agne dei agnoſce me miſerũ inter oues à dextris tuis ponendas, ſed prius dimitte mihi peccata & offenſas: vt me melius inter tuas

Chryſoſt. cur ad Ioannem redijt.

oues agnoſcas. Secundũ Chry. Ieſus nunc ſecundò poſt baptiſmum venit ad Ioannẽ, duplici de cauſa. Prima, quia illud erat baptiſma pœnitẽtiæ, & ipſe eum cũ multis baptizauerat: vt nullus ſuſpicetur & putet quoniã ipſe tali propoſito & ex eadẽ cauſa ex qua & alij ad Ioannẽ & Iordanẽ venerãt, puta vt peccata cõfeſſurus: aut in pœnitentiã in flumine abluẽdus. Propterea accedit dans Ioanni occaſionẽ corrigendi hanc ſuſpitionẽ quam Ioãnes per verba correxit, agnũ ac redemptorem vocando, ab omni quod in toto orbe erat peccato. Etenim in dicendo: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi: omnem hanc peremit ſuſpitionẽ: quia enim purus erat, vt aliorum peccata abſoluere, & cũcta hu-
D
mani generis peccata delere poſſet: multò magis abſq; omni erat ipſe delicto, & ideo manifeſtũ eſt quoniam nõ vt peccata confiteretur, vel in pœnitentiã ablueretur, acceſſit: ſed vt occaſionem daret Ioanni loquendi de ipſo. Secunda cauſa, vt hi qui priora audierant, certius reciperẽt quæ dicta erãt, & alia rurſus audirent. Vnde ſubiũgit: [Hic eſt de quo dixi,] antequã ad baptiſmum veniret, [poſt me venit vir,] virens in virtute & gratia, & ætate perfecta [qui ante me factus eſt,] dignitate: quia prior me erat, æternitate [& ego neſciebam eum] quantũ ad perſonã determinatã ante ſuũ ad me aduentũ [ſed vt manifeſtetur in Iſraël, id eſt, ipſi Iſraël [propterea veni ego in aqua baptizans,] & pœnitentiã prædicãs: ideo inquit, deſertũ & ſolitudinẽ reliqui, & ad planiciẽ deſcendẽs baptizare cœpi, vt manifeſtarem eũ populo vndiq; ad me cõfluenti, totum enim officiũ Ioannis in baptizando & prædicãdo erat ordinatũ: ad manifeſtationẽ Chriſti, ad teſtimonium de eo perhibendũ: vnde fuit ſibi præce-
E
ptum à domino, vt baptizaret in nomine venturi, & prædicaret eius aduentũ, & præpararet populũ ad eum recipiendũ: & ferebat Ioannes de Chriſto pluries teſtimoniũ, vt efficacius eſſet pluries latũ. Deinde ergo rurſus teſtimonium perhibet dicens: quia vidi ſpiritum ſanctũ deſcendentẽ quaſi, & verè, columbã de cœlo, & manſit, ac ſedit ſuper eum: hoc fuit quãdo Ioannes eum baptizauit. In eo mãſit ſpiritus ſanctus, etiã ex quo cõceptus eſt, non ſolum baptizatus: in alijs verò quandoq; venit, & per peccatũ recedit.

Spiritus ſancti per manſio.

Vnde Chryſo. In Chriſto ſpiritus ſanctus deſcẽdit, & permanſit: cæterum in hominibus deſcendit quidem, ſed nõ permanet: quando enim iraſcimur, quãdo detrahimus, quando triſtitiam habemus quæ ducit ad mortẽ, quando cogitamus ea quę carnis ſunt: putamus quia ſpiritus ſanctus nõ permanet in nobis. Si quando ergo boni aliquid cogitamus, ſciamus quia ſpiritus ſanctus habitat in nobis. Si verò aliquid mali, ſignũ eſt ꝙ ſpiritus ſanctus receſſit à nobis. hæc Chry.
F

Spiritus pro aëre.

Quandiu ſpiritus manet incluſus in corpore, quãuis corpus illud ſit in aqua, bene poteſt fluctibus & vndis agitari, nũquã tamen ſubmergitur, ſed ſemper ſupernatat & fluctuat: ſi autẽ per aliquã partem ſui aqua ſubintrat, tunc ſpiritus exit & corpus ſubmergitur & perit. Sic illi qui ſunt in aquis mundi, ac diuitiarum & deliciarum temporalium, ſi habent incluſum ſpiritum per amorem dei & proximi: licèt agitentur à fluctibus tentationũ & tribulationum, nunquam tamen ſubmerguntur ad hoc autem vt bene cuſtodiant ſpiritum iſtum, requiritur quòd habeant ſenſus clauſos ad terrena & mundi delectabilia: quia in vaſe bene clauſo nunquam aqua intrabit, nec etiam per conſequens ſpiritus de eo exibit. Deinde iterum ſubiungit, & ego neſciebam eum, ſecundum Chryſo.

Chriſtum quomodo Ioannes neſciuit.

Neſciebat eum facialiter antequam ad baptiſmum veniret: quia extra paternam domum in deſerto conuerſatus, perſonaliter eum ante tempus quo venit ad Iordanem, non nouerat: licèt nouiſſet dominũ Chriſtum natũ de virgine, qui in ſpiritu ſancto baptizare debebat: ſed

cùm Chriſtus præſentialiter acceſsit ad baptiſmũ,
G diuina reuelatione nouit eũ quem prius facialiter
non nouerat. Augu. autẽ refert, Neſciebat ad pote-
ſtatem excellentiæ in baptiſmo, quã Chriſtus ſibi
retinuit, ac per ſeipſum exercere & nõ alteri com
mittere voluit: quia neſciebat ꝙ hanc excellẽtiam
in baptizando ſibi retineret. Vnde poſtea ſubditur,
hic eſt qui baptizat: ſcilicet ſolus, quantũ ad iſtam
**Baptizãdi potentia multiplex**
excellentiã. Vbi notandum, ꝙ potentia baptizandi
multiplex eſt. Prima eſt autoritatis, quã deus nul-
li cõmunicauit nec communicare potuit: ſicut nec
potentiã creandi. Secunda eſt ſubautoritatis, quã
potuit dare ſecundũ magiſtrũ, ſed noluit: ſed alij di
cunt ꝙ nõ potuit: quia implicat potentiã creandi,
ſcilicet gratiã. Tertia eſt innouationis quam dare
potuit: nã poſſet deus, ſi vellet, ꝙ baptiſmus dare-
tur in nomine ſancti Petri, aut ſancti Pauli, ſed hoc
noluit: ne ſpem in homine poneremus, & ne fieret
ſchiſma, & tot eſſent baptiſmi, quot baptiſtę. Quar
ta eſt excellentiæ, puta ꝙ vnus baptizaret effica-
cius alio: quod etiã nemini eſt conceſſum. Quinta
eſt inſtitutionis, quã habuit Chriſtus ſolus qui hoc
H ſacramẽtum inſtituit. Sexta eſt pręparationis, quã
habuit Ioãnes, cuius baptiſmus erat quædã præpa-
ratio & ſignificatio futuri. Septima eſt miniſterij
exterioris, quã dedit Eccleſiæ miniſtris. Neſciebat
igitur eũ tam altè tam ſubtiliter quẽ ſpiritu in eo
deſcendente cognouit. Tunc enim didicit ꝙ ſicut
aliorũ ſacramẽtorum, ſic & baptiſmi ſui poteſta-
tem dominus eſſet ſibi retẽturus, & nulli eã ſeruo
daturus. Sic ergo Chriſto veniẽte ad baptiſmũ, di-
dicit ſecundũ Chry. ꝙ iſte in perſona ille erat, quẽ
prædicauerat venturũ: ſecundũ Augu. verò didicit
ꝙ haberet in baptiſmo poteſtatem autoritatis &
excellentię, quã ſibi retineret: ſiue pręſens in terra
corpore, ſiue abſens corpore, & præſens maieſtate.
Quòd ergo Chriſtus poteſtatẽ baptiſmi retineret,
hoc Ioãnes neſciuit, ſed per columbã didicit. vnde
ſubditur: [Sed qui miſit me,] ſcilicet deus & tota
I trinitas, cuius opera ſunt indiuiſa [baptizare in a-
qua,] nõ in ſpiritu [ille etiã mihi dixit,] per ſubie-
ctam creaturã: ſcilicet angelum vel inſpirationẽ.
[Super quẽ] inter multos quos baptizabis, [videris
ſpiritum dei deſcendentẽ & manentẽ ſuper eum,]
in ſigno viſibili columbæ [hic] ſolus [eſt qui bapti-
zat,] autoritate & poteſtate, [in ſpiritu ſancto:]
ſcilicet in remiſsionẽ peccatorũ, quæ eſt per ſpiri-
tum ſanctũ, quod eſt propriũ ipſius dei: ſcilicet la-
uare animas per gratiam ſpiritus ſancti, alijs verò
**Miniſter baptiſmi.**
non poteſtatẽ contulit: ſed miniſteriũ cõmiſit. Mi-
niſter enim miniſtrat, ſed Chriſtus baptizat: qua-
propter ſiue à clericis, ſiue à laicis, ſiue etiã à mu-
lieribus neceſsitate imminente baptiſmus detur,
**Beda de baptiſmo non iterãdo.**
non tamẽ iteratur. Et ſecundum Bedã, ſiue hæreti
cus, ſiue ſchiſmaticus, ſiue facinoroſus, quiſque in
confeſsiõe ſanctę trinitatis baptizetur valet, & nõ
debet ille à catholicis rebaptizari, ne confeſsio vel
inuocatio tãti nominis videatur annullari: poteſtas
quidẽ à domino in neminẽ tranſit, ſed miniſteriũ
in bonos & malos. Ne quis ergo exhorreat malo-
rum miniſteriũ, reſpiciat in domini poteſtatẽ: ve-
ritas enim ſacramentorum non minuitur meritò
miniſtrorum. Et ſubiungit, [ego vidi:] ſcilicet ſpi-
ritum ſanctũ prędicto modo deſcendentẽ ſuper Ie K
ſum [& teſtimoniũ perhibui: quia hic eſt filiꝰ dei,]
vnicus, nõ adoptatus. In quo oſtenditur quid bapti-
ſta ex hac viſione intellexerit: ſcilicet ꝙ Chriſtus
eſſet filius dei verus & naturalis, & per cõſequens
eandem virtutẽ habẽs cũ patre. Hic teſtatur dei fi-
lium, quẽ iam ſuprà dixerat virũ, vt ab eo habea-
tur vtriuſque naturæ teſtimoniũ. Quadripartitũ
**Teſtimoniũ quadruplex de domino**
autẽ habuit dominus teſtimoniũ: habuit enim te-
ſtimoniũ à prophetis, quia hic eſſet Chriſtus: ha-
buit teſtimoniũ Ioannis, ecce agnus dei: habuit te-
ſtimonium patris, Hic eſt filius meus dilectus. Ha-
buit & teſtimoniũ operũ: ſi nõ facio opera quæ ne
mo, &c. Meditari hîc potes quomodo dominus Ie-
ſus à Ioãne alacriter ſuſceptus ibi aliquantutũ ſub-
ſtitit, & illa cruda cremi eibaria comedit cum eo.
Tu verò aſtãs ibidẽ & aſpiciens extẽde manum ſi-
cut mẽdicus eleemoſynã petens, inſinua quaſi ta-
befactus famẽ ſi fortè vocari merearis ad refectio-
nem. Tandẽ recreatione habita & gratiarũ actio-
ne peracta, dominus Ioãni valefecit, & ad tempus L
ab eo diſceſsit: tunc autẽ ſequẽs Ieſum, & in aduen
tu, & in diſceſſu genu flecte Ioãni, deoſculãs pedes
eius, ac benedictionem petens recommenda te ei-
dem: excellens enim & magnus eſt valde, ipſo etiã
domino teſtimonium de hoc perhibente.

## ORATIO.

Domine deus, agnus dei, filius patris: qui tol-
lis peccata mundi, per merita illius qui hoc
teſtimonio te oſtendit mũdo: tolle peccata
mundi quę cõtraxi in mũdo: & tu ſancte Ioannes,
qui oſtẽdiſti mundo tollentẽ peccata ſua per gra-
tiam tibi datã, fac mihi hanc miſericordiã vt tol-
lat peccata mea. Tu deus tollis peccata mundi: tu
amice eius dicis, hic tollit peccata mũdi, ecce ante
vos onuſtus peccatis mũdi, probate mihi in me tu
actum tuũ, & tu dictum tuũ: tu enim magnus do-
minus, & tu magnus corã deo, qui eſt in æternum
miſericors, & ſuper omnia benedictus deus. M

De teſtimonio Ioannis de Chriſto. Ac de pri-
ma diſcipulorum vocatione, & occulta Chriſti prę
dicatione. Caput XXIIII.

Adhuc autẽ Ieſu in partibus illis ma-
nente [altera,] id eſt, quadã alia ſeu Ioan. 1.
vna [die] quæ ad heſternam nõn re-
fertur: non enim ſemper reſpectiuè
ponitur, [iterũ ſtabat Ioannes] iuxta
Iordanem immobilis in culmine perfectionis, nec
flectens ſe à rectitudine veritatis, tanquã paratus
ad exercendũ officium ſuum, teſtificãdo de Chri-
ſto, ac baptizando, & docendo, & omnes ad ſe ve-
nientes de ipſo inſtruendo. Suprà quidem perhi-
buit teſtimonium de Chriſto ad turbas, hîc verò
ad diſcipulos. [Et] ſtabant cum eo [ex diſcipulis
eius duo] firmiter inhærẽtes eius magiſterio, quo-
rum vnus Andreas memoratur: ſed alterius, quia Andreas.
inſigne non erat, nomen tacetur. Vnde ſicut Ste-
phanus eſt primus martyr poſt Chriſtum, ita &
Andreas erat primus Chriſtianus, & ſimiliter pri-
mus Chriſti diſcipulus: quia de duobus primò ad-
hærentibus principalis extitit & primus. Quidam
tamen



tamen dicunt, ꝙ alter duorũ fuit Ioannes euãgeli-
A ſta: quia modus eſt ſcribẽtium, tacere laudem pro-
priam: vel ſaltem loqui de ſe, tanquã de alio, ad vi-
tandam arrogantiam. Et vidit Ioannes [Ieſum am
bulantem] tanquam in ſalute noſtra procuranda
proficiſcentẽ [Iuxta Iordanem] ſcilicet prope locũ
vbi Ioãnes ſtabat: quia Ieſus poſtquã à Ioãne eſt ba
ptizatus, ad tempus prope locũ illũ morabatur: &
factus eſt Ioanni familiaris: vt ſic Ioannes frequen
ter teſtimoniũ in ſui præſentia diceret, & ſic Chri
ſtus ab alijs cognoſceretur. In quo cõmẽdatur Ioã-
nis conſtãtia: quia non vna die, nec ſemel tantũ, ſed
pluribus diebus, & multoties, Chriſto perhibebat
teſtimoniũ. Vnde ſubditur eius teſtimoniũ iteratò
factũ: quia cùm viderat Ieſum, dixit [Ecce agnus
dei.] ecce veruex qui ſequendus eſt, ſicut dux gre-
gis. Breuiter repetit euãgeliſta teſtimonium, quod
fuerat ſuperius dictũ: & ideo omittit reſiduũ quod
ſuprà dictum eſt: ſcilicet, qui tollit peccata mundi,
ſicut ſuprà eſt habitũ. Per Ioãnem, prædicator euã
gelij deſignatur. Et per hoc quod dicitur, Hic ſta-
B bat, & vidit Ieſum ambulantẽ, & dicit, ecce agnus
dei: ſignificatur ꝙ prædicator euangelij, debet eſſe
conſtãs in prędicatione verbi dei, & diligẽter con-
ſiderare proceſſum vitę Chriſti: & non ſolũ conſi-
derare, ſed etiã prædicare. & audiẽtes debent deuo
tè recipere talem prædicationẽ: & dominus Ieſus
ad tales conuertitur per clementiã, & recipit per
gratiam, & eos inſtruit de neceſſarijs ad ſalutẽ: vn-
de ſubditur fructus teſtimonij. Et audiẽtes illi duo
diſcipuli, crediderũt magiſtro loquenti, ac cõmen-
danti Ieſum, & de eo teſtimoniũ perhibẽti [& ſe-
cuti ſunt Ieſum] ad verbũ Ioannis, vt potius illum
audirent quàm Ioannẽ: gaudẽtes ſe tãdem inueniſ-
ſe illum, de quo toties Ioannẽ audierant loquẽtem.
Relinquẽtes Ioannem, ſecuti ſunt, nõ tantũ paſſi-
bus pedum, ſed etiam deuotione fidei & imitatio-
ne operũ, eum quem ipſius teſtimonio cognouerũt
ipſius quoq; Ioannis eſſe magiſtrum, deſiderãtes ei
**Vocatio diſcipulorum Chriſti.**
adhærere, & eius doctrinã audire. Admirare ſim-
plicem, & humilẽ, & facilẽ diſcipulorũ vocationẽ,
ſine omni obiectione & perſcrutatione factã. Be-
C nignus aũt dominus, ſitiẽs eorũ & omnium ſalutẽ
[conuerſus ad eos] & ſua benignitate, qui ſemper
cõuertitur ad eos qui ad ſe cõuertuntur, & recipit
venientes: videnſq; oculis miſericordię & benigni
tatis, eos ſe ſequentes, vt daret eis de ſe fiduciam &
audaciam [dixit eis: Quid quæritis?] q. d. paratus
ſum ad veſtrã voluntaté. Non dicit, quem quęritis?
quia de perſona, illuminati per Ioanne erãt: ſed di-
cit, quid quæritis? quia ſciuit ꝙ de ſalute aliquid di
ſcere quęrebãt. Nec perijt hoc ex ignorãtia, vt ali-
quid diſcat: ſed vt per interrogationẽ, magis familia
res faciat: & vt ex eorũ reſpõſione, conuenientius
**Cõuerſio domini ad ſequentes.**
eos dirigat. Quod dñs ad eos conuertitur, ꝙ eos re
ſpicit, & cũ eis loquitur, clementiæ & bonæ volun
tatis eſt indicium: ſciebat enim quo affectu ſeque-
bantur eũ. In quo datur nobis intelligi, ꝙ omnibus
qui Chriſtum ſequi incipiunt puro corde, dat fidu-
ciam & ſpẽ miſericordię, & ad eos ſe conuertit, vt
opẽ miſericordię ſuę eis impẽdat. Vñ Chryſ. Hinc
eradimur, quia cùm nos bene velle incœperimus,
tunc multas dat nobis ſalutis occaſiones. Vnde &
Theophilus: Vide autem ꝙ ſequẽtibus ſe, dominus D
conuertit faciem, & reſpexit: quia niſi per bonam
operationem, ipſum ſecutus fueris, ad viſionem fa
ciei eius, nũquam pertinges, neq; ad domũ eius po-
teris peruenire. [Qui dixerũt ei, Rabi] id eſt ma-
giſter [vbi habitas?] q. d. magiſteriũ tuũ & doctri-
nam tuam quærimus. Ecce paucis volũtatem ſuã,
& cur eũ ſequerẽtur, inſinuant: ſapienti enim mul
ta ex paucis innoteſcunt. [Vbi habitas] q. d. vbi eſt
hoſpitium tuũ, vbi tanquam qui tranſeunt cõuerſa
ris. De hoſpitiolo quærũt, non de domo eius, quam
nõ habebat: quia filius hominis nõ habebat vbi ca- Matth. 8.
put ſuum reclinaret. Nihil habuit dominus in ter-
ra, præter vnicum titulum Pilati: & nobis plures **Moraliter**
tituli nõ ſufficiunt. Moraliter, Chriſtũ interrogãt,
vbi habitas: quaſi vellent ſcire, quales debẽt eſſe ho
mines, qui digni ſunt, vt Chriſtus in eis habitet: vt
exẽplo eorum, ſe tales exhibeãt, in quibus habitare
velit. Myſticè aũt delectabilis eſt iſta quęſtio, con-
templantium lucẽ, in qua deus habitat. Vnde Pſal.
Domine, dilexi decorem domus tuę: & locũ habi- Pſal. 27.
tationis gloriæ. Quærebant ergo habitationem E
eius, ſicut ſtudioſi diſcipuli: vt poſſent ad eũ frequẽ- **Cur habitationem quęrebãt.**
ter venire, & cum eo frequenter loqui, & ab eo in-
ſtrui. Vnde Beda: Nolebant tranſitoriè magiſterio
veritatis perfrui, ſed manſionem quærebãt: vt ple-
nius ab eo poſſent inſtrui: ſed nos quoties incarna-
tionis Chriſti tranſitũ ad mentẽ reducimus, ſolici-
to corde eum rogemus, vt manſionis æternæ, habi
tationem nobis dignetur oſtendere. Ipſe verò, libe
raliter condeſcendens eorũ petitioni, reſpõdit eis.
[Venite, & videte.] venite teſtimonio Ioannis, ab **Venite & videte.**
onere legis, ad fontem gratiæ: & videte, reuelata fi
de, tandẽ viſuri ſpecie. q. d. ſecundũ Alchuinũ. Ha-
bitaculum meum, explicari non põt ſermone, ſed
opere demonſtratur: venite ergo credendo & bene
operando, & videte intelligẽdo. Vel ſecundũ Ori-
ge. per hoc quod dicit, venite, ad actionem inuitat:
per hoc autem quod dicit videte, ad contemplatio
nem. Non dixit, in illo vel in illo loco habito: quod
ſi dixiſſet, potius locũ oſtẽdere, quàm eos inuitare
videretur. Et duxit eos in domũ, in quã tũc in par-
tibus illis ſe reducebat: quia propriũ habitaculum F
nõ habebat [& manſerũt ibi apud eum, die illo] id
eſt, diei illius reſiduo, & ſequẽtis ſuæ noctis ſpatio,
audiẽtes verba vitæ ab eo. Dicit autã die: quia vbi
eſt Chriſtus, lux virtutũ & ſol iuſtitiæ, ibi nullæ te
nebrę poſſunt eſſe. O q̃ beatã diem, & q̃ beatã no-
ctem duxerũt, audiẽtes & videntes eũ: quem multi
videre & audire volẽtes, nõ viderũt neq; audierũt!
Quis eſt qui nobis nuntiet, quæ audierunt à dño?
Aedificemus ergo & nos in corde noſtro, vbi habi
tet: & in nobiſmetipſis faciamꝰ domũ quò veniat,
& nobis colloquatur, & nos doceat. [Hora aũt erat
quaſi decima] id eſt, prope veſperã: vbi inſinuat cõ
mendationẽ Chriſti, & diſcipulorũ. Hora enĩ deci-
ma eſt ĩ occaſu diei, ex quo & Chriſtus cõmẽdatur
à diligẽtia, ꝙ tã ſtudioſus ad docendum fuit, ꝙ nec
propter tẽporis tarditatẽ, eos docere diſtulit: & di-
ſcipuli cõmendantur, à feruore audiẽdi Chriſtum:
quia quãuis tardè eſſet, & adhuc fortè ieiunarent,



UNIVERSITA

non tamen retardabãtur à ſequendo eum: & cùm G hora veſpertina ſoleant homines reuerti ad domicilia propria:tamen omnibus dimiſsis,manſerunt cũ eo vſque in craſtinum, deſiderio audiẽdi ipſum, ſecundum Chryſo. Hinc docemur omne tẽpus ponere,ad diuinam auditionem:quia omne tẽpus, ad eam aptum eſt:& nullũ intemporaneum. Vnde & Theophilus. Nõ fruſtra tẽpus notauit euangeliſta: vt tã doctores,quàm diſcipulos erudiret, ꝙ doctrina propter tẽpus non eſt pretermittẽda.hęc Theo. Horũ igitur exẽplo , nullã horã prætermittamus, ad diſponendũ nos,vt Chriſtum recipiamus, & cũ eo habitemus:quia neſcimus quãdo dominus, ſiue in nocte,ſiue in die,ſiue in manè, ſiue in ſerò, ſiue in gallicantu vẽturus ſit,iuxta mare huius mundi, iudicare,& damnare amaritudinem peccatorum, quæ fecimus. Quæramus ergo in nocte culpę, vbi Chriſtus habitet:ſequamur eum per verã pœnitentiam,vt nos clemẽter reſpiciat: rogemus eũ ſolicito corde,vt habitationem manſionis æternę nobis dignetur oſtẽdere,& vt nos ſecũ habitare faciat,in H cuius domo beati qui habitãt. Per decimã etiã horam,exprimuntur illi diſcipuli fuiſſe obſeruatores decalogi:quia venerat hora ipſum implendi. Vñ & Aug. Numerus etiã iſte,legẽ ſignificat:quia in decẽ pręceptis data eſt. Venerat tẽpus vt impleretur lex per dilectionem: quę à Iudæis impleri nõ poterat, per timorem,ſecundũ Chryſ. Nõ alterius alicuius cauſa vel gratia,Chriſtũ ſecuti ſunt,quàm propter doctrinam,qua ita copioſè voluptati ſunt in nocte vna,vt confeſtim alteruter,& ad aliorũ venationẽ veniret. Vñ Andreas, audita Chriſti doctrina, ſtatim iuit ad quęrendũ fratrẽ ſuũ, ad audiẽdũ Ieſum Chriſtũ. Et hoc eſt quod ſequitur [Inuenit hic] ſcilicet Andreas [primùm Simonẽ fratrẽ ſuũ] cui ex cognatione carnis plus tenebatur quàm alijs:nõ inuenit eũ,à caſu,ſed diligenter quęſitũ, deſiderãs eũ habere fratrẽ in religione fidei,ſicut & in propinquitate carnali. Cõtra illos qui proprios amicos retrahunt ab ingreſſu religionis,vel aliquos à via veritatis & virtutis [& dixit ei:Inuenimus] ſicut la- I pidẽ preicoſum, & ſicut theſaurũ abſcõditũ [meſſiam] in lege & prophetis promiſſum, ac diu expectatum & quęſitũ [quod eſt interpretatũ Chriſtus] id eſt vnctus. Et bene dicit,inuenimus:quia ſufficiẽter fuerat à Chriſto instructus,quòd ipſe erat verè Chriſtus. Et vt dicit Beda,hoc eſt verè dñm inuenire,vera illius dilectione feruere,fraternæ quoq; ſalutis curã gerere. Meſsias Hebraicè,Chriſtus Gręcè,& vnctus Latinè dicitur. Chriſtus eñ,à chriſmate,id eſt vnctus ab vnctione dicitur,à quo oẽs Chriſtiani vngũtur. Ille aũt ſingulariter vnctus eſt,oleo inuiſibili,ſcilicet ſpirituſſancti , præ participibus ſuis. Participes eñ eius ſunt oẽs ſancti:quia iſto oleo vngũtur & ipſi:ſed ille eſt ſingulariter ſanctus, ſingulariter vnctus. Vnde Cirillus:Fuit aũt vnctus ſaluator,ſpiritu ſancto,humanitus in forma ſerui,vngens vt deus ſpiritu ſancto,credẽtes in eũ. Chriſtus ergo eſt rex & ſacerdos vnctus,nõ vnctione humana,ſed diuina:quia in humanitate pro nobis aſſumpta,fuit vnctus à deo patre:imò à tota trinitate,plenitudine gratiæ: ſicut reges & ſacerdotes in veteri

**Tẽpus nullũ pretermittendũ.**

**Decimæ horę ſignificatio.**

**Meſsias.**

**De inuentione domini, & vnctione eius.**

**Chriſtus rex & ſacerdos.**

teſtamento vngebãtur corporali vnctione, vt dicit Albinus. In fide, nõ quæritur annorum multitudo, K nec paucitas. Andreas minor erat Simone,ętate:& tamen Ieſum primò inuenit:ſtatimq; inuentũ, nũtiat fratri,traditurus ei bona quę ſuſcepit : vt ſicut ſanguine,ſic germanus eſſet & fide:vera pietas,ſtatim theſaurũ inuentũ fratri nuntiauit,quia eũ primùm inuenit: & ſi aliũ prius inueniſſet, ei nũtiaſſet,& ad ſaluatorẽ eũ adduxiſſet : nullius eñ bono inuidit. [Et adduxit eũ ad Ieſum] id eſt,ſaluatorẽ: quia nõ cõfidebat de ſe, ꝙ poſſet eũ ſufficienter inſtruere. Et ex hoc accepit eccleſia, ꝙ in ſacramẽto baptiſmi & cõfirmationis, vtitur adducẽtibus, qui præſentẽt ſuſcipientes ſacramentũ, qui patrini ſolent vocari. Ieſus verò alacriter eũ ſuſcepit: ſciebat enim quid de ipſo facturus eſſet. Vide hîc Petri humilitatem & obedientiã:quia nõ dedignatur maior ſequi minorẽ:ſed cõfeſtim occurrit,& nihil tardans obedit. [Intuitus aũt eum Ieſus] oculo miſericordiæ,non ſolũ exterius,ſed & interius, vidẽs deuotionem eius:quia cor intuetur [dixit ei:Tu es Si L mon] id eſt verè obediẽs.q.d. nomen tuũ eſt proprietati tuę cõſonum [filius Ioãna] ſeu bariona,id eſt eius in quo eſt gratia,ſeu filius colũbæ.q.d. hoc cognomen cõſonat tuo nomini:quia ille qui eſt verè obediẽs,eſt filius gratiæ ſpiritus ſancti,quę ꝑ columbam deſignatur. Meritò Simõ filius Ioãna ſeu Bariona dicitur,ſiue vocatur. Simon eñ, interpretatur obediẽs. Ioanna,gratia. Bar,filius:& Iona, columba,quaſi ei diceret: Tu es obediẽs filius gratiæ. Vel filius colũbæ,id eſt ſpiritus ſancti:quia humilitatem,de gratia ſpiritus ſancti accepiſti : vt vocãte Andrea,videre me deſiderares. Cõgruunt ergo hęc nomina myſterio:vt inſinuetur ꝙ obediẽtia neceſſaria eſt conuerſis ad Chriſtũ ꝑ fidẽ:& ꝙ homines per gratiam veniũt ad fidẽ Chriſti:& ꝙ per ſpiritum ſanctũ,firmamur in amore dei: [Tu vocaberis Cephas] quod Latinè interpretatur Petrus, & in Gręco caput vel capitaneus. Et cõgruit myſterio:vt ille qui debeat aliorũ eſſe caput & Chriſti vicarius,firmitatẽ habeat,quã deſignat Petrus. Simõ M quippè erat nomẽ eius, ante vocationẽ & cõuerſionem:ſed pòſt impoſitũ fuit ſibi nomẽ Petrus. Sicut etiã quãdo baptizatur adultus,& qñ aliquis in papam eſt creatus,mutatur nomen eius. Simon ergo, eſt proprium nomẽ. Petrus verò,eſt cognomẽ. Bariona, eſt Hebræũ:& ſonat filius Iona. Sed ſecundũ alium euangeliſtã,dicitur filius Ioãna: quia ſecundum quoſdã,idẽ erat nomẽ patris Iona & Ioanna. Aliqualiter tamẽ,propter ſubtractionẽ vnius ſyllabæ,diuerſificatũ:ſicut in Latino,Nicolaus, pro Colinus. Vel dicendũ, ꝙ pater Petri,erat binomius:& ſic Iona & Ioãna ſunt duo nomina: & hoc videtur ex eorũ interpretatione diuerſa:quia Ioãna, interpretatur in quo gratia:& Iona,interpretatur colũba. Cephas Hebręũ eſt & Syrũ. Petrus Gręcum & Latinũ:& in vtraq; lingua nomen Petri,à petra eſt deriuatum. Vocatur eñ Petrus,quod interpretatur firmus,ob robur mentis, & firmitatẽ fidei, & propter fidelẽ cõfeſsionẽ Chriſti,qua dixit:Tu es Chriſtus filius dei viui:cui tãquã fideliſsimę petrę firmiter adhęſit. Vtrũ aũt hoc nomẽ modo ei ĩpoſuit:an promiſit

**Patrinorũ origo.**

**Simon. Ioanna. Bariona.**

**Cephas, Petrus interpretatur.**

**Nominis mutatio.**

**Petrus.**

Matth. 16.



promiſit imponendũ,eſt incertũ. Tutius tamẽ dici A põt ꝙ modo promiſit:quia cũ dicitur , vocaberis, nõ impoſitio eſt,ſed prædictio,quaſi de futura nominis impoſitione loquẽdo.& tunc impoſuit,cùm dixit:Tu es Petrus,& ſuper hanc petrã ædificabo eccleſiã meã. Vel in electione duodecim,vbi dicitur:Et impoſuit Simoni nomẽ Petrus:ſicut & claues ante reſurrectionẽ promiſit,ſed pòſt dedit. Si verò nomẽ modo impoſuit,tunc in ſequentibus cõfirmauit:& ſic hi prædicti diſcipuli,primò ad fidẽ vocati,in aliqualẽ notitiã,& familiaritatẽ Ieſu venerunt,& deinde ad propria redierũt. [In craſtinũ autẽ]poſt Petri & Andreæ vocationẽ[volẽs Ieſus] de Iudea largè dicta,vbi Ioãnes baptizabat[redire in Galileã] de qua patria diſcipulos vocauit ,& ad matrẽ q̃ ibi reliquerat,[inuenit Philippũ]qui erat de Bethſaida ciuitate,ſupra mare Galilææ,conciuis Petri & Andreę. Et hoc cõgruit myſterio. Bethſaida eñ, domus venatorũ interpretatur:vt oſtendat ꝙ de domo venatorũ,congruè venatores,ad capiendas animas,ad vitã vocaret:nõ à caſu,vel quaſi ignotũ,ſed ex ſua præordinatione,& ex intẽtio- B ne quæſitũ inuenit eum,vt eum illuminaret:& ad fidem vocaret. Vnde ſequitur[& dixit ei:Sequere me.]hoc eſt doctrinã & exẽplum imitare,vt dicit Alchuinus. Sequitur eũ qui imitatur humilitatem & paſsionẽ eius:vt ſit ſocius reſurrectiõis & aſcẽſionis:qui ſtatim ſine vlla cõtradictione, ſicut bonus obediẽs,ſecutus eſt eũ. Secundũ hæc dicta,primus omniũ apoſtolorũ Philippus videtur eſſe vocatus. Hi quatuor prædicti , ſcilicet Andreas, & alter cuius nomẽ tacetur,ac Petrus, & Philippus, fuerũt diſcipuli Ioãnis:qui vidẽtes quòd Ioãnes,de Ieſu teſtimoniũ dederat,coniuncti ſunt ei. Philippus autẽ à Chriſto inſtructus, iuit ad quærendum Nathanaẽlẽ fratrẽ ſuũ,deſiderãs eũ habere fratrẽ in fide,ſicut in carne:& inuenit eũ ſub ficu, nõ caſu,ſed diligenter quæſitũ[& dixit ei:Quẽ ſcripſit Moyſes in lege,& prophetæ nuntiauerunt,inueni C mus]diu expectatũ[Ieſum] ſalutis autorẽ [filium Ioſeph]ſcilicet putatiuũ[à Nazareth]quia ibi conceptus & nutritus erat. Et quia de eo per prophetas audierat,quoniã Nazaræus vocabitur , Philippus ſecundum cõmunẽ modum loquẽdi,loquitur:quia filius Ioſeph,cui deſponſata mater eius erat,putabatur. Et miratus Nathanael,ꝙ de Galilæa,nõ de Iudæa ſurgeret ꝓpheta: Et quia ſcriptura Michee dixerat,Chriſtum in Bethlehẽ naſciturum,ait negatiuè & dubitatiuè,ſecundum Chryſo. [A Nazareth põt aliquid boni eſſe?]quaſi diceret,non. Vel quia iſte legiſperitus,legerat in propheta alio Nazaræus vocabitur:& ſigna domini aduentus fortè notauerat,quando audiuit,à Nazareth ſtatim erectus in ſpe dicere volebat,ſecundum Augu. Affirmatiuè & aſſertiuè nunc tandẽ,à Nazareth poteſt aliquid boni eſſe. Et quia Philippus nõ erat ita perfectè inſtructus:& ideo duxit eum ad Ieſum,vt ab illo plenius audiret,propter quod ſequitur:[Dixit ei Philippus: Veni & vide]id eſt ab eo addiſce,per experimentum virtutis,quæ eſt in ipſo:& adduxit eum Philippus ad Ieſum,vt dicit Chryſoſt. Trahit quidẽ eum ad Chriſtum:ſciens de reliquo eum nõ

Matth. 16.

Marci 3.

**Bethſaida domus venatorũ interpretat.**

**Sequi queuis.**

**Philippus**

Michee 5.

Math. 2.

Iudicũ 13.

contradicturũ:ſi verba & doctrinã illius guſtauerit. Nathanael interpretatur donũ dei:& ꝙ aliquis D ad Chriſtum cõuertitur,ex dono dei eſt. Et [vidit Ieſus]intuitu dilectionis[Nathanaelẽ ad ſe venientem]& magis intus quã extra appropinquãtẽ:quia nõ ſolum vidit corpus exterius,ſed etiã cor ipſius interius[& dixit de eo]circunſtãtibus:[Ecce verè Iſraelita]deũ vidẽs[in quo dolus]& ſimulatio[nõ eſt.]Nã ſine intentione doli & falſitatis,veniebat vt veritatẽ agnoſceret:ſi enim habet peccata,cõfitetur ea:non igitur negat eum eſſe pctõrẽ,ſed laudat in eo cõfeſsionẽ. Doloſi quippè ſunt,qui ſe prędicant bonos & iuſtos,cũ ſint mali & peccatores. Magnus iſte vir Nathanael:cui ipſe dominus tale teſtimoniũ perhibet. Iſrael interpretatur vidẽs deũ vnde dicitur verus Iſraelita. Primò,ex fide,qua iã deum videre & in eũ credere incipiebat:quia inſtructus in lege per fidem & intelligentiã ſcripturarum,ſaltẽ per ſpeculũ,& in ęnigmate,deũ videbat. Secũdò,ex cõfeſsione,quã Chriſto reſpondendo E faciebat. Vidẽs ergo Nathanael ꝙ cõditionem ſuę mentis expreſſerat,quæſiuit vnde ipſum ſciebat,dicens: [ Vnde me noſti?id eſt, ex qua virtute, cùm hoc ſit ſupra virtutẽ humanitatis. Et Chriſtus reſpõdit ei per reuelationem alterius occulti, dicens:[Priuſquã te Philippus vocaret ] & tibi de me loqueretur [cùm eſſes ſub ficu,vidi] id eſt cognoui[te]& propoſitũ cordis tui. Ad literam, ſub quadã ficu ſederat,fortè cogitãs de futuro ſaluatore:vbi Philippus ſuperueniẽs,de Chriſto,cũ eo ſingulariter, nullo alio præſente loquebatur. Et ideo propter hoc ſignũ & præcedẽs, Nathanael ſtatim cõfeſſus eſt ipſum eſſe Chriſtũ. Vnde ſequitur[Reſpondit Nathanael, & ait:Rabi , tu es filius dei,& rex Iſrael[id eſt Chriſtus expectatus ab Iſrael in regẽ & defenſorẽ. Expectabãt enim omnes Iudęi meſsiam temporalem regẽ futurũ: & hoc modo videtur loqui iſte Nathanael:quia nõ habebat adhuc cognitionem perfectam de Chriſto: nõ enim videtur intellexiſſe tunc ipſius diuinitatẽ:quia nõ dixiſſet,tu es rex Iſraël,ſed totius mũdi:& propterea cũ dixit:Tu es filius dei,nõ fuit cõfeſſus eius diuinitatem:ſed intellexit hãc filiationem,per quan F dã gratiæ excellentiã. Vnde dicit Chryſo. ꝙ adhuc credẽs eſſe ſapientẽ,qui ex aliqua reuelatione dei ſecreta nouerit,cõfitetur eũ eſſe filiũ dei,nõ per naturã,ſed per adoptionis gratiã:quia adhuc nõ erat plenè illuminatus de fide trinitatis. Alij tamen dicunt ꝙ hoc ex corde credidit,ſicut ore confeſſus fuit:ſed primum probabilius eſt,ſicut inferius patebit. Vnde dominus docet eum amplius , eleuans eum ad maiora,ſcilicet ad diuinitatis ſuæ cognitionem,per obſequium angelorum,ſibi tanquam ſuperiori exhibendum. Nulla enim natura eſt ſupra angelicam,niſi diuina:& hoc eſt quod dicitur [Rñdit Ieſus, & dixit ei:quia dixi tibi,vidi te ſub ficu,credis]me eſſe Chriſtũ,quãtum ad excellentiam gratiæ [maius his videbis]cognoſcẽdo virtutẽ diuinæ ſubſtãtiæ. Vnde Chryſo.q.d. Magnum tibi viſum eſt hoc eſſe quod dixi:& propterea me regem Iſraël confeſſus es. Quid igitur dices cùm maius videris?Et quid ſit iſtud maius,oſtẽdit ſubdens:

**Nathanael donum dei interpretatur.**

**Doloſi qui ſint.**

**Iſrael quid interpretetur.**

**Expectatio Iudæorum.**

denς:[Et dixit eis]ſcilicet Philippo,& Nathanaë
G li[Amẽ amẽ dico vobis.]Amẽ,idẽ eſt quod fideli-
ter:& ideo vbi duplicatur,eſt ſignũ maximæ certi
tudinis & firmitatis[Videbitis cœlũ apertũ & an

Amen quid eſt.

gelos dei aſcendẽtes & deſcendẽtes ſuper filiũ ho-
minis]in obſequiũ deitatis,in humana lateris natu
ra. In paſsione enim apparuit angelus de cœlo,cõ
fortans eũ:& in reſurrectiõe,viſi ſunt angeli circa
ſepulchrũ eius:& in aſcẽſione aſtiterunt,tanquam
duo viri,in veſtibus albis. Sed & ante hoc,acceſſe-
runt,& miniſtrabãt ei,& euãgelizabãt eius natiui
tatẽ. Vbi Chryſo. Vide qualiter paulatim eũ à ter
ra ſubducit,& facit quod nõ vltrà æſtimet eũ ho-
minẽ ſolũ:cui eñ angeli miniſtrãt,qualiter hic ho
mo purus eſſet?per hoc igitur ſuadet angelorũ ſe
eſſe dominatorẽ. Hæc Chryſ. Verũtamẽ,quia iſte

Nathanaël cur non fit apoſtolus.

Natanaël doctiſsimus & peritiſsimus erat in lege
noluit eũ dñs,in apoſtolũ cũ alijs eligere:nec etiã
Nicodemũ:de quo infrà dicitur:eo ꝙ & ipſe peri-
tus & doctus eſſet:ne propter ſuã ſciẽtiã,ſe electos
diceret vel præſumeret. Voluit enim Chriſtus,apo
H ſtolos primos fundatores eccleſiæ,idiotas & ſim-
plices homines eligere:ne doctrina fidei,& prima
conuerſio hominum,humanæ ſapiẽtiæ aſcribere-
tur ſed diuinæ. Hoc etiã ideo fecit,vt mundũ & ſa
pientes eius cõfunderet. Fuerunt tamẽ Nathanaël
& Nicodemus,à principio,ad fidem vocati:ne do-
ctrina fidei,quaſi à ſolis ſimplicibus recepta,habe-
retur cõtẽptui:& ne ſi à principio, omnes fuiſſent
ſimplices, crederẽtur per oppoſitum per ignoran-
tiam decepti. Poſtquam verò fides catholica radi-
cata fuit, Paulus ad apoſtolatũ vocatus eſt, quaſi
literatus eſſet. Per Andreã & Philippũ, qui à Chri
ſto edocti, dei ſalute fratrũ ſuorũ ſoliciti fuerũt,
ſignificãtur illi, qui proximos ſuos, quãtum bono
modo poſſunt,ad ſequelã Chriſti inducunt. Quod
eſt cõtra multos, qui nõ ſolum non inducunt, ſed
pro poſſe ſuo auertũt. [Et regreſſus eſt Ieſus] cum

Lucæ 4.

Philippo[in Galilæam:& venit Nazareth]ad ma
trem ſuam:cum indicibili gaudio,receptus eſt per
eam Attẽde ꝙ poſt baptiſmũ,poſt victoriam ten-
I tationũ Chriſtus rediit Nazareth, quod interpre-
tatur flos,& ſignificat ꝙ homo,quantũcunq; letus
ſit à peccatis, quotũcunq; tentationes ſuperauerit,
vel quæcũq; bona fecerit,ſemper debet ſe reputa-
re in flore & in principio eſſe. Et deinceps,per illũ

Chriſti poſt hanc vocationẽ quietio.

annum, Ieſus in Galilæa remãſit:nec aliquis euan
geliſta penit, quid interim vſq; ad nuptias fece-
rit. In anno enim à baptiſmo,vſq; ad nuptias,nihil
aliud legitur Chriſtũ feciſſe,niſi ꝙ legitur de ieiu
nio in deſerto,& de tẽtatione à diabolo,& de teſti
monio Baptiſtæ, & de diſcipulorum conuerſione.

ORATIO.

O Bone Ieſu, redemptor perditorũ,ſal-
uator redẽptorũ,ſpes exulum, paupe
rum ſpiritu dulce ſolatiũ,laborãtium
fortitudo,laſſorũ recreatio,triũphan
tiũ corona, ſupernorũ ciuium vnica
merces & letitia vera, inclyta proles ſummi dei,
& fructus ſublimis vteri virginalis: fons gratiarũ
omniũ,de cuius plenitudine nos oẽs accepimus: in
te,vt finẽ omniũ tendens,& ſperãs, & amãs ferar:
deſiderate Ieſu ad te adducar,te ſequar: quia tu ſo
lus ſufficis, tu ſolus ſaluas, tu ſolus bonus & ſuauis K
es te quęrẽtibus & diligẽtibus nomẽ tuũ. Amen.

## De mutatiõe aquæ in vinum. Caput xxv.

Ioan. 2.

DEinde anno ſequenti,ſcilicet trigeſi-
moprimo,cœpit Ieſus, ſignis mirifi-
cis mũdum illuſtrare. Et primò ap-
probãs coniugiũ,nuptias intrauit,&
aquã in vinum cõuertit: qđ eadẽ die
qua baptizatus fuit, ſcilicet anno reuoluto fecit.
Dñs,ſua corporali pręſentia,ac nihilominus ſigno
rũ ſuorũ initio,nuptias quas inſtituit,tãcuã licitas

Nuptiæ honoratæ.

& honeſtas,honorare & cõmẽdare voluit:ne eas hę
retici deſpicere & dãnare preſumerent. Vñ Beda:
Quia bona eſt caſtitas cõiugalis,melior cõtinẽtia
vidualis,optima mũditia virginalis,ad phandũ o-
mniũ electionẽ graduũ diſcernendũ:tamẽ meritũ
ſingulorum,ex intemeratę Mariæ virginis,vtero
naſci dignatus eſt, à prophetico Annæ viduæ ore
mox natus benedicitur,à nuptiarũ celebratoribus
iam iuuenis inuitatus, hos præſentia ſuæ virtutis
honorat. [Die itaq; tertio]id eſt tertio ab euãge-
liſta nominato poſt primos duos:quibus Ieſus poſt L
regreſſum à deſerto ad Ioannẽ venit: cuiuis inter
eos multi dies fluxerint[nuptię factę ſunt in Cha

Nuptiæ in Cana Galilææ.

na Galilęæ]id eſt in quodã vico ſeu villa ꝓuincię
Galilęæ ſic dicta. Quãuis aũt dubiũ ſit, cuius nu-
ptiæ fuerũt: tñ nos meditemur eas fuiſſe Ioannis
euãgeliſtę:ſicut in prologo ſuper Ioãnẽ,Hierony.
videtur affirmare. Quẽ volentẽ nubere, Chriſtus
de nuptijs vocauit:& ex tũc Ioannes Chriſto, pro-
pter munditiã cõtinẽtiæ virginalis,magis familia
ris fuit. Hoc etiã videtur,ex eo ꝙ Chriſtus nõ legi
tur fuiſſe in nuptijs alijs:& ꝑ hoc[mater Ieſu erat
ibi]tanquã in nuptijs ſui nepotis. Non eñ eſt veri-
ſimile,ꝙ ipſa veniſſet, niſi multũ ſibi attinuiſſet:
ſicut iuit ad Elizabeth cognatã ſuam:nec legitur
in tali caſu iuiſſe ad aliã. In ipſis ergo nuptijs, dña
noſtra fuit,nõ tãquam extranea inuitata, ſed tan-
quam primogenita, & dignior inter ſorores,fuit
in domo ſororis,quaſi in domo ſua. Cùm eñ ſoror M
eius ,Maria Salomæ, vxor Zebedęi,vellet facere
nuptias filio ſuo Ioãni, vadẽs ad dominã noſtrã in
Nazareth,quarto à Chana milliario,ſtimauit hoc
ei:& ſic ipſa ante alios,venit ad præparationẽ nu-
ptiarũ. Vnde legitur ꝙ[mater Ieſu erat ibi]ſed de
Ieſu & diſcipulis eius,dicitur ꝙ fuerũt vocati: qui
tamẽ diſcipuli, adhuc firmiter nõ adhærebant: ſed
ſequebãtur gratia familiaritatis, imbui cupientes
eius doctrina. De Ioſeph autẽ ſponſo virginis,non

Ioſeph obitus.

fit mẽtio. Nam quidã dicunt eũ tunc mortuũ fuiſ-
ſe, & virginẽ in cuſtodiã filij trãſiſſe:quia nec etiã
deinceps de eo legitur in euãgelio. Quòd ſi nondũ
mortuus fuit:tamẽ in paſsione dñi ſine dubio mor
tuus erat:quia vxor illius,alij cõmẽdata eſt. Con
ſpice igitur dominũ Ieſum inter alios, ſicut vnũ
quẽuis de populo comedentẽ, & humiliter in loco
infimo,nõ inter maiores ſedẽtẽ. Nã docturus erat

Lucæ 14.

in poſterũ:Cùm inuitatus fueris ad nuptias,recũ-
be in nouiſsimo loco. Ipſe verò pri⁹ cœpit facere &

Actuũ 1.

docere. Cõſpice etiã dñam obſequioſam: & in cũ-
ctis rectè & ordinatè faciẽdis ſolicitã. Cũq; prope
finem



finẽ cõuiuij agnoſceret vinũ deficere,iuit ad filiũ,
A & dixit ad eũ[Vinũ nõ habẽt:]nõ caſu,nec fortui-

Vini defectus.

tu accidiſſe putãdum eſt,vt dñouenientẽ ad nuptias,
vinũ deficeret:ſed eo magis,vt occaſio miraculi fie
ret. Vnde intelligẽs ſancta dei genitrix,iam tẽpus
perfectæ ætatis,quo per miracula ſe ipſum,deum
mũdo innoteſceret,& non filius Ioſeph,ſed dei &
Mariæ virginis crederetur,ait[vinũ nõ habẽt:]ſci
licet ad ſufficiẽtiã,quaſi dicat,Fili mi,vinũ hîc de
ficit. Solũ inſinuat hîc defectum,nihil petẽs,ſciens
ꝙ amãti ſufficit ſolũ inſinuare neceſsitatẽ,abſque
vlla petitione. Vnde nõ dicit: Da eis vinũ,vt reue-
rentiã filio ſeruet,& in liberalitate filij,& miſeri-
cordia ſpẽ ponẽs,tãtum defectũ proponit. Ex cor-
de enim piiſsimo,voluit pręuenire totalẽ defectũ,
ne cõfuſio appareret:& ideo inuitauit filiũ,quẽ ad
hoc potentẽ ſciebat. Plena quippe ſpiritu ſancto,
iam tunc illud miraculum præuidebat,quod filius
eius factur⁹ erat. Quod ergo facere cogitabat:hoc
illa vt faceret,admonebat,ſecundũ Hiero. Cõgruũ
eſt,ꝙ vbi deus inuitatur,tẽporalis vinũ iucundita-
B tis deficere debeat:hoc enim vino,ſancti non dele-
ctãtur:quia inebriat ad dei obliuionẽ,& incendit
ad cõcupiſcentiam:nec dubiũ eſt quin Chriſtus,ad
delectãtes in vino iucunditatis,nũquam introiſſet:
& ideo congruũ eſt,vt in nuptijs ſctorum deficiat.
Reſpondit Ieſus[Quid mihi & tibi eſt mulier?]
quid me moleſtas?ſecundũ Augu. Maria mulier di

Mulier Maria appellatur.

cta eſt,nõ corrupta virginitate,ſed appellatiõe gẽ-
tis ſuæ. Mulieres enim oẽs fœminas,illi appellaue
runt, proprietate linguæ Hebrææ . Vnde & mu-
lier de Eua virgine,cũ adhuc in paradiſo eſſet,di-

Gene. 3.

citur:Mulier quã dediſti mihi ſociam &c. ſecũdũ
Orige. Cõgruè vocat Mariã mulierẽ , pro ſexu &
proprietate cordis,per miſericordiã emolliti:quo-
niã miſericordia emollita,mollia ſenſit de nuptijs
celebrantibus:qui ex paupertate vini,in proximo
manifeſtãda verecundati fuiſſent:& addidit[Non-

Nõdum venit hora.

dũ venit hora mea,]id eſt,nondũ vini defectũ ſen-
tiũt,qui aſſunt:ſine ergo eos primùm hoc ſentire:
quia cũ neceſsitatẽ cognouerint,magis reputabũt
C beneficiũ qđ recipiũt. Nã ſecũdũ Chry. beata virgo,
ex pietate mota,voluit præoccupare tẽpus debitũ,
faciẽdi miraculũ. Et quia iſtud miraculũ inter mira
cula Chriſti erat primũ, & ad cõfirmationẽ diſci-
pulorũ:ideo debuit eſſe notũ,ibidẽ exiſtẽtibus,&
gratum ipſis cõuiuãtibus. Hoc aũt magis fuit, ex
eo ꝙ factũ eſt,poſt talẽ vini defectum, quã ſi antè
fuiſſet factũ. Et quia,vt dictum eſt,mater Ieſu vo
luit præuenire totalem defectũ ,& ꝙ ſtatim antè
quã eſſet opportunũ,Chriſtus faceret miraculum:
ideo Chriſtus matre,haud dubiũ,ſapiẽtior, eam re
preſſit,dicẽs:[Quid mihi & tibi eſt mulier?]q.d.
Scire tẽpus aptum ad faciẽdum miraculũ fiẽdum,
nõ eſt mihi & tibi cõmune,ſed mihi ſoli conuenit:
propter quod ſubditur[Nõdum venit hora mea]id

Miracula facere quã do cõpeteret Chriſto.

eſt hora cõueniẽs faciẽdi miraculum,à me ſolo co
gnita. Sed ſecundum Augu. facere miracula,cõpe
tebat Chriſto,ſecundum diuinam naturã,quam à
matre nõ habuit:& ideo prædicto modo,reſpõdẽ-
do matri,oſtẽdere voluit,ꝙ in hoc,nõ tenebatur ei
obedire:quia in natura diuina,nihil habuit à ma-
tre:nec per cõſequẽs,cum ea aliquid cõmune:ideo D
dicit[quid mihi & tibi eſt mulier?]q.d. Vis fieri
miraculũ. ſed ad hoc agẽdum,quid cõmune habeo,
tecum?q.d. ex natura cõmuni, tecum hoc nõ ago,
ſed ex eo quod habeo à patre:quia virtutẽ faciẽdi
miracula,à patre habeo,nõ à te. Sed quia humani-
tatẽ,in qua paſſus eſt , traxit à matre:ideo addidit
[Nõdum venit hora mea]à me diſpoſita:hora ſcili
cet voluntatis,nõ neceſsitatis:id eſt,tẽpus patiendi

Hora Chriſti.

ex cõmuni mihi & tibi:ſcilicet in natura quã à te
habeo:& tũc te recognoſcã,& tibi cõdeſcẽdã:vnde
cũ veniſſet hora,qua vt homo moreretur,de cruce
cognitã matrẽ,recõmendauit diſcipulo,quem prę
cæteris diligebat. Primæ tamẽ ſententiæ,ſecũdum
Chryſ. magis cõſonat litera ſequẽs:quia mater Ie-
ſu,ex eius reſpõſione,nõ oſtẽdit petitionẽ ſuam re
pulſam,ſed cõuenienter dilatã. Vnde de domini re
ſponſione non diffidens,ſed de ſua benignitate præ
ſumẽs,rediit ad miniſtros,qui ſeruiebãt in nuptijs
illis,& fiducialiter mittẽs illos ad filium ſuum,di-
xit eis[Quodcunq; dixerit vobis,facite.]expectãs E
hora conueniẽti,à filio ſuo cognita impletionẽ pe
titionis ſuæ. q. d. Licèt abnegare videatur,tamẽ fa
ciet. Intellexit enim in illis verbis domini,ipſum
nõ exaſperatũ:& ideo fiducialiter imperauit mini
ſtris,vt præcepta implerent,filij iubentis. Sciebat
enim eum tantæ miſericordiæ & pietatis,ꝙ com
pateretur indigentibus,& faceret quod petebatur:
licèt aſperè loqui,& negare videretur. Sana doctrina
virginis Mariæ,vt ſemper debeamus Chriſto obe-

Mariæ doctrina.

dire:& per hoc etiam monemur,de domino nõ de
ſperare,ſi nobis cũ oramus,videatur de facto du-
rius reſpondere,ſed cum beata virgine,fiducialiter
eius miſericordiam expectare. Sed cũ Chriſtus ma
ximam reuerentiã matri detulerit, mirũ videtur
quod ſic extraneè ei reſpondit. Dura quidem vide
tur prædicta domini reſponſio. Sed ſecundum Au
guſt. inſtructoria eſt:quia in diuinis quæ dei ſunt,
matrẽ recognoſcere non debemus. Et ſimiliter ſe-
cundum Berna. ad inſtructionem noſtrã fuit, qui

Maria nõ eſſe Chriſto extraneam.

de hoc loco ſic dicit: Quid tibi & illi domine?nõ-
ne quod filio & matri?quid ad illam pertines, &
quæris:cùm ſis benedictus fructus ventris ſui im- F
maculati. Nõne ipſa eſt,quę ſaluo pudore cõcepit,
& ſine corruptione te peperit?Nõne ipſa eſt,in cu
ius vtero nouem menſibus moratus es:cuius virgi
neis vberibus lactatus es:cum qua duodecim anno
rum factus,de Hieruſalem deſcendiſti,& eras ſub
ditus illi?dicis: Quid mihi & tibi?multum per oẽm
modum:ſed manifeſtè iam video,quod non velut
indignans,aut confundere volens,virginis & ma-
tris teneram verecundiam dixeris,quid mihi & ti
bi:cũ venientibus ad te iuxta præceptum eius mi-
niſtris nihil cunctatus facias quod ſuggeſſit. Vt
quid ergo fratres:vt quid reſpõderat prius?vtique
propter nos & cõuerſos ad dñm:vt iam nõ ſolici-
tet carnaliũ cura parentum,& neceſsitudines illę
nõ impediãt exercitiũ ſpirituale. Quandiu eñ de
mũdo ſumus,debitores nos cõſtat eſſe parẽtib⁹. At
poſtquã reliquimus noſmetipſos:multo magis ab
eorũ ſolicitudine liberati ſumus. Vnde legimus fra
trẽ quendã,in eremo conuerſantẽ:cũ ad eum car-
nalis

G nalis frater, auxilij gratia, aduētaſſet, reſpondiſſe, vt adiret alterum fratrē eorū, cùm ille vtriq; iam obijſſet. Cùm admiratus, qui venerat, reſponderet quia ille obijt eremita, ſe quoq; ſimiliter obijſſe, reſpōdit: Optimè ergo nos docuit dn̄s, ne ſoliciti ſimus ſuper propinquos carnis noſtrę, plus quàm religio poſtulet, quando ipſi matri, & tali matri reſpōdit [Quid tibi & mihi eſt mulier?] ſic & in alio loco, cùm ſuggererer ei quidā, quoniā mater eius & fratres eius foris ſtarēt, quærētes ei loqui, reſpōdit: Quæ eſt mater mea, & fratres mei? vbi modo ſunt, qui tā carnaliter, & inaniter, ſuper carnalibus propinquis ſuis ſoliciti ſunt: ac ſi adhuc viuerent, & ipſi cū eis. hæc Ber. [Erāt autē ibi lapideæ hydriæ ſex, poſitæ ſecūdum purificationē] id eſt ſecūdū morē & ritū purificationis [Iudæorū] hoc eſt vaſa aquatica, & aquarū receptui parata: ab hydor q̄d eſt aqua, ſic dicta: vt ſi fortè cōtigiſſet aliquē de cōuiuijs, vel de miniſtris lauare ſe, vel vaſa,

Religioſi, mortui ſunt mundo.

Matth. 12. Lucæ 8.

Hydriæ.

H aquā ad hoc inueniret, & haberet paratā. Crebrò enim manus & vaſa epulatoria, Iudęi baptizabāt, id eſt lauabāt & purificabāt: & ſi caſu immundū aliquid tetigiſſent, niſi prius loti, nō comedebant. [Capiebat] autē [ſingulæ] hydriæ [metretas] id eſt mēſuras [binas vel ternas] à metron, quod eſt menſura ſic dicta, ſecūdum Iſido. Metreta, quædā menſura eſt, cōtinens decem ſextarios: & ſecundū eundem, ſextarius cōtinet tantū duas libras: qui bis aſſumptus, vocatur bilibris. [Et dixit Ieſus] miniſtris. [Implete hydrias aqua.] Aliquid em̄ de aqua prius poſita, inde aſſumpſerāt ad purificationē vaſorū: & ideo iuſsit Ieſus ſuppleri, q̄d fuerat amotū. Euntes igitur miniſtri, hauſerunt aquā de puteo: qui adhuc ibi eſſe dicitur, extra viculum [& impleuerunt hydrias vſq; ad ſummū.] Quæ cū fuiſſent impletæ aqua, cōuerſa eſt in vinū, diuina virtute. Nō dicitur hîc φ aliqua verba ad hoc dixerit, ſicut in trāſſubſtātiatiōe panis & vini in corpus ſuū & ſanguinē: ſed occulta virtute diuinitatis hoc operatus eſt Sine ergo omni verbo, ſola domini voluntate, in optimū vinū aqua cōuerſa eſt: cū tamē alia miracula, & verbo, & tactu corporeo, & aliquādo fletu perfecerit. [Et dixit eis Ieſus: Haurite nunc,

Metreta quid eſt. Sextarius quid continet.

Aquę invinummutatio ſine verbo.

I & ferte Architriclino.] In hoc duo notantur. Primū, diſcretio domini: quia primò miſit magis honorabili: nec in hoc fuit perſonarū acceptor: quia ſecundū Aug. nō cùm homines diuerſo modo pro ſuis gradibus honoramus, tunc timēdū eſt, ne perſonas accipiamus. Secūdū, humilitas domini: quia patet φ ſedebat lōgè ab Architriclino, cū diceret: Ferte illi, quaſi ab eo remoto: & cū ille ſederet in magis honorabili loco, colligitur φ dn̄s nolēs ſedere ibi, nec iuxta eū, elegit ibi humiliorē locū. Triclinium, eſt locus vbi ſunt tres ordines mēſarū, ſecundum gradus ſuperiores & inferiores ordinatarum: ſicut ſolet eſſe in refectorijs religioſorum. Et dicitur triclinium, à triplici ordine lectorū: ſuper quos ſedēdo, recumbētes comedebāt. Cline em̄ Grecè, lectū Latinè ſignificat. Nā antiquitus, in lectis ſedētes & accumbētes, comedere ſolebāt: vt ex labore fatigationis, interim dum cibus ſumitur, mēbra quieſcerēt. Et ideo in ſcripturis dicūtur comedētes, accumbere vel recumbere, ſeu diſcúmbere, quod eſt quaſi iacēdo comedere. Architriclinus, eſt

Acceptio perſonarū non timēda.

Tricliniū quid eſt.

Cline q̄d ſignificet.

K princeps & primas triclinij, id eſt principalis, & primus inter cōuiuāres in triclinio. Et probabile eſt, φ fuerit aliquis ſacerdos illius tēporis, qui nuptijs intererat, ad benedicēdum, & ad oſtēdēdum qualiter debeāt procedere, ſecundum legē & ſtatuta ſeniorum. Voluit ergo dn̄s noſter, φ principalior inter cōuiuas, primò de vino illo guſtaret: vt præſidētis ſentētia acceptabilior eſſet: & ex ipſius cōmendatiōe, miraculum notius fieret. Sic etiā nos debemus, noſtra examinatori prelato offerre, ad probādum ea. [Vt autē guſtauit Architriclinus, aquā vinum factū] id eſt mutatā in vinum [& non ſciebat vnde eſſet]. ſ. per Chriſti virtutē [vocat ſponſum] quaſi ad arguēdū ipſum [& dicit ei: Omnis homo] rōnalis & prudēter agēs [in principio bonum vinū apponit] cōuiuātibus: quia tunc ſenſus eſt viuax, & pōt diſcernere vini bonitatē, & acceptare [& cùm inebriati fuerint, tunc] apponit [id quod deterius,] id eſt aquoſius, & debilius ad mitigationē ebrietatis: quia tunc nō ſic ſciunt diſcernere inter bonū &

Architriclinus quis dicatur.

L deterius. [Tu autē] cōtra conſuetudinē faciēs [ſeruaſti vinum bonum vſq; adhuc] ita φ modò ſapor eius diſcerni nō pōt. q. d. arguēdo eum, inordinatè φ imprudēter feciſti cōtrarium. Iſte tamē, vt prędictū eſt, ignorāter loquebatur. Miniſtri ergo, qui dederāt vinum illi & alijs, diuulgauerunt miraculum: quia ipſi ſciebāt quomodo fuerat factum. Cōmēdauit Architriclinus vini bonitatē: & pòſt in cōmuni, cōmendauerunt miraculi nouitatē. Non dubium quin melior erat, mutati vini natura, quàm nati. Vnde Chryſ. Fecit aquam in vinum: non ſimpliciter autem vinum, ſed vinum optimum. Talia enim Chriſti miracula, multò his quę per manum perficiuntur, ſpecioſiora & potiora quodammodo ſunt: ita & in alijs, quando membrum direxit corporis claudicans, ſanis demonſtrabat hoc melius. Et iterum: Generale eſt in omnibus Chriſti miraculis, quod ſemper ad aliquid melius terminatur, quàm poſsit fieri per naturam. hæc Chry. Hoc mi-

Vini miraculoſi bonitas.

M raculum, primò à Chriſto factum eſt, ad manifeſtādam veritatem diuinitatis in eo latentem, & ad cōfirmandum eorum fidem. Et hoc eſt quod dicitur [Hoc fecit Ieſus initium ſignorum] per ſe factorum: quia ante hoc fuerunt ſigna per patrē facta, circa ipſum. Et ideo falſum eſt quod dicitur de ſignis puerilibus, in libro de infantia ſaluatoris, & in euangelio Nazaræorum. Fecit autem hoc [in Chana] villa quadam prouinciæ [Galilææ] In qua villa oſtenditur locus, vbi ſteterunt hydriæ: & triclinium, vbi ſteterunt mēſæ: & deſcenditur ad ea per plures gradus, ſub terra: ſicut eſt in pluribus alijs locis ſanctis: quod fortè accidit propter frequētes deſtructiōes, & ruinas factas in illis. [Et manifeſtauit] per hoc ſignum [gloriā ſuā] id eſt glorioſam latētē in carne deitatē: & per deitatis potētiam, per quā hęc fecit: & q̄ glorioſus eſt: oſtēdēs per effectū diuinæ virtutis, φ ipſe eſſet dn̄s virtutum & rex gloriæ: & φ ipſe eſſet ſponſus eccleſiæ: & q̄ ipſe eſſet qui cuncta ex nihilo potuit creare: qui etiā ſicut dominus, quando voluit, potuit elementa immutare,

Chana.



mutare, ſecundū Chryſo. Oſtendens quoniam ipſe

A eſt, qui in vineis aquam tranſmutat: pluuiā per radicem in vinum vertit, quodq; in planta per multū temporis fit hoc repentè ſimul, in nuptijs operatus eſt. [Et] viſo miraculo [crediderunt in eum diſcipuli eius] ſcilicet magis firmiter & pfectè, quàm ante miraculum. Habebat enim paucos diſcipulos ſicut & Ioannes, quos familiariter docebat: non tū ſic inſeparabiliter adhærētes, & perfectè credētes, ſicut poſt miraculum: ſed qui illi fuerūt, neſcimus. Vnde dicūtur diſcipuli, propter notitiam, & ſequelam, & mutuum, inter Chriſtum & ipſos amorē. Vel quia poſt futurū diſcipuli erāt: ad verbū enim Ioannis, plures eum occultè audiebant: quia poſtmodum, omnino eum ſecuti ſunt. Pōt etiam dici, quòd aliqui de nouo in eum crediderunt, & illi qui prius crediderāt, vt Andreas & alij, per hoc in fide ſolidati fuerunt. Vbi Aug Scriptura, non ſolū illos duodenos, appellat diſcipulos eius, ſed omnes qui in eum credētes, magiſterio eius ad regnū cœlorū erudiebantur. Notandum hîc, quòd ſecundum quadruplicem ſenſum ſacræ ſcripturæ, quadruplices ſunt nuptiæ: ſcilicet carnalis copulationis, ſecundū

Vini in vineis productio.

Diſcipuli domini vnde dicuntur.

Nuptiæ quadruplices.

B ſenſum literalem: diuinæ incarnationis, ſecundum ſenſum allegoricum: ſpiritualis coniunctionis, ſecundum ſenſum tropologicū: & beatæ fruitionis, ſecundū ſenſum anagogicum. De primis nuptijs, ad literam, eſt euāgelium præſens. Iſtis nuptijs intereſſe debent mater Ieſu, & Ieſus, cum diſcipulis ſuis. Per iſtos tres, intelligūtur tria bona matrimonij. Primū bonū eſt, fides caſtitatis, quod ſignificat caſta mater domini. Secundū eſt, ſacramentum: ſignificat enim coniūctionē diuinitatis & humanitatis in Chriſto, vel Chriſti & eccleſię, quā ſacrā rem ſignificat & efficit Chriſtus, qui interfuit nuptijs. Tertium eſt, proles ſuſcipienda, & educāda in fide Chriſti, quod ſignificant Chriſti diſcipuli. Secūdæ nuptiæ allegoricæ ſunt, diuinæ incarnationis. In his nuptijs ſponſus eſt filius dei, verbū ęternū: ſpōſa verò, humana natura. In his nuptijs, totaliter fuit mater Ieſu, & ipſe Ieſus, & diſcipuli eius futuri, quos elegit in ipſo, ante mundi conſtitutionem.

Bona matrimonij.

Ephe. 5.

C Harum nuptiarū ꝓles, ſunt omnes qui credūt in eum. Aliter, iſtæ nuptiæ allegoricè dicūtur eſſe inter Chriſtū ſponſum, & eccleſiā ſponſam: quarum nuptiarū proles, ſunt omnes fideles: & redit in idē, cū iam premiſsis. Tertiæ nuptię ſunt tropologicę, ſpiritualis videlicet coniūctionis dei & animæ: in his nuptijs, cōſiſtunt tria bona cōiugij, fides, proles, ſacramentū. Quartæ nuptiæ ſunt, anagogicæ & cœleſtes: in quibus gaudiū noſtrū erit plenū. Vnde in Apoc. Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam deo: quia venerūt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit ſe. Ad has nuptias, nō intrāt, niſi beati, qui ad cœnā nuptiarū agni, vocati ſunt: quales ſunt virgines prudētes, quæ intrauerūt cū ſpōſo, & clauſa eſt ianua. Sicut ergo ſunt nuptię hominis & hominis, in carnali copulatiōe: ita ſunt nuptię dei & hominis, in naturarū cōiunctione: & ſpiritus creati, & ſpiritus increati ſocietate: & hoc in gratia & gloria. Primæ nuptiæ dei & hominis, factæ ſunt, cùm humanā naturā diuinæ naturæ, in vnitatem perſonæ copulauit. Secūdæ ſunt dei & hominis, in vno ſpiritu, in gratia charitatis coniuncti. Tertiæ

Apoca. 19.

Matth. 25.

D ſunt dei & hominis in gloria: qñ fidelis anima ingreditur thalamū ſponſi, in ſecreto cœleſtis luminis. In omnibus aūt his, aqua terrenę conſolationis inſipida, trāſit in vinum iucūditatis æternæ, in dei ſapore & ſocietate. Poſſumus etiā dicere, φ per nuptias de quibus hîc ſecundū ſenſum literalem dicitur, cōiunctio Chriſti, & eccleſię intelligitur, & φ iſtud matrimoniū in vtero virginali initiatū fuit, quando deus pater filio, humanā naturā, in vnitate perſonę vniuit: & ſic thalamus huius cōiunctionis, fuit vterus virginalis. Publicatum aūt fuit, quando eccleſia ſibi per fidē cōiuncta eſt: conſummatū verò erit, quādo ſpōſa, id eſt eccleſia introducetur in thalamum ſponſi, in cœleſtē ſcilicet gloriam. Et ſecundū Bedā, non vacat à myſterio, φ die tertia nuptiæ factæ referuntur. Primus nāq; dies, eſt tēpus legis naturæ, quo patriarcharū exēplo: ſecundus, tēpus legis ſcriptæ, quo ꝓphetarum ſcriptis: tertius, tempus gratiæ, quo euangeliſtarū preconijs, quaſi tertiæ diei luce mundo refulſit: in quo dominus in

Aqua inſipida trāſit in vinum.

Dies tertius.

E carne natus apparuit, & nuptias celebrauit. Vnde Oſee: Viuificauit nos poſt duos dies: in die tertia ſuſcitabit nos &c. Sed ad hoc quod in Chana Galilęæ, id eſt zelo trāſmigrationis, eędē nuptię factæ perhibētur, ſignificat eos gratia dei dignus eſſe, qui zelo deuotionis feruere, ac de vitijs ad virtutes, & de terrenis ad æterna, norunt tranſmigrare. Et ſecundū Aug. myſteria quę in illo domini miraculo latēt, videamus, oportebat implere in Chriſto, quę de illo ſcripta erāt. Illa erāt aqua. Fecit aūt de aqua vinū, cùm aperuit eis ſenſum, & expoſuit. Sic eū ſapit φ non ſapiebat: & inebriat quod nō inebriabat. Vt aūt dicit Alchuinus, miniſtri, ſunt doctores noui teſtamēti, qui ſcripturas ſpiritualiter alijs interpretātur. Architriclinus verò, eſt aliquis legiſperitus: vt Nicodemus, Gamaliel, Saulus. Dū ergo talibus euāgelij verbū cōmittitur, quod in litera legis occultatur, quaſi vinū de aqua factū, Architri-

Oſee 6.

Allegoricè.

Lucæ 23.

F clino propinatur. Et bene in domo nuptiarum tres ordines diſcumbētium altitudine, inter ſe diſtātes, deſcribuntur: quia eccleſia tribus ordinibus fideliū conſtat: ſcilicet coniugatorū, cōtinentiū, & doctorum. Optimum aūt vinum, Chriſtus vſq; adhuc cōſeruauit, id eſt euangeliū ſuū, vſq; in ſextā ætatem diſtulit. Sed alijs propter prolixitatē vitandā, omiſſis de nuptijs tropologicis, propter moralitatē aliquantulum latius videamus. Spiritualiter ergo, in Chana Galilææ fiūt nuptiæ, qui intra ſanctā eccleſiam, ſiue conuerſationē bonā, per feruorem, Chriſto fideles animæ ſociātur. Chana enim, interpretatur zelus, & ſignificat feruorem dilectionis. Galilæa verò, interpretatur trāſmigratio facta: & deſignat eccleſiā. Ex qua īterpretatione hoc oſtēdit, φ illi fœliciter ad has ſpirituales nuptias veniunt, & diſcūbētes digni Chriſto ſunt, q feruore dilectiōis, & zelo amoris dei tacti, mala opa reſpuere, & bona amare dedicerūt: ac de vitijs ad virtutes, et de ſtatu culpæ ad gratiā, necnō de terrenō amore ad cœleſte deſideriū, & à ſeipſis i deū trāſmigrauerūt. In ſancta nāq; eccleſia, ſiue ſpūalis vitę, cōuerſatiōe honeſta,

Ordines fideliū tres.

Moraliter

Chana quid interpretatur.

neſta,reſpuẽtes mala,amamus bona:& poſtponen-
G tes tranſitoria,tranſmigramus ad æterna. Ad hoc facit,ꝙ illę eximiæ nuptiæ in annuntiatione,quãdo beata virgo,cœli nupſit architecto,ſunt in Galilea factæ:ad inſinuandũ ꝙ mens apta nuptijs ſpiritualibus,debet eſſe in tranſmigratione.

Lucæ 1.

In his nuptijs,Ieſus ſaluator,id eſt qui populũ ſuum ſaluat à peccatis eorum,aquam cõuertit in vinum,quando cõuertit impium,& facit pium,quãdo aufert culpam,& confert gratiam: ſed ad preces beatę virginis,quæ ſemper compatitur miſeris implentur hydriæ,& aqua triſtitiæ cõuertitur in vinũ conſolationis & deuotionis ęternę.Sed hydrię,ſunt quinque ſenſus corporis,cũ vno ſimplici ſenſu animæ: ſed hydriæ dicunt lapideæ:quia ſenſus noſtri ante gratiã,obdurati ſunt per culpã. Iſtas hydrias aqua implemus,quãdo fletu noſtrę cõpunctionis,omnes ſenſus noſtros,à culpa tranſacta perfectè lauamus: tali aqua purificantur Iudęi,id eſt veri confeſſores Chriſti:qui non tantũ confitentur eum voce oris, ſed etiã opere manuũ,in veritate cordis. Capiunt
H autem hydrię metretas binas vel ternas:binas, quãdo flemus quæ cõmiſimus delectatione & cõſenſu: ternas verò,quando fletibus purgamus:non ſolum dilectionem prauam & cõſenſum,verũetiam opus malum.Aqua deniq; in vinũ cõuertitur,quãdo fletum culpę,iucunditas gratiæ ſequitur:vel etiã quãdo in mente hominis opus dei,quod laborãti prius non ſapit per ſpiritualem negligentiã illuminato dulceſcit. [Omnis autẽ homo primùm vinũ bonũ ponit] quia homines, ea quæ ad vinum bonũ pertinent,ſcilicet delectabilia,amãt & quęrunt in pręſenti:deinde quod deterius eſt:quia amara inueniẽt & recipiẽt in futuro.Sic ergo diabolus primò ſuggerit aliqua ſub ſpecie boni. Et cùm quis per complacentiam inebriatus fuerit,tũc quod deterius eſt, ſcilicet enormitates diuerſas,in peccatis ſuperinducit.Sed Chriſtus nõ primò vinũ bonũ ponit, ſed in poſterum ſeruat:quia à principio, amara & dura proponit:quia arcta eſt via,quæ ducit ad vitam:& omnes qui piè volunt in Chriſto viuere,amaritudines & tribulationes patiuntur:ſed in futuro, dele-

Vini boni propoſitio.

Matth.7.
2.Timo.3

I ctationes & gaudia conſequũtur:& parua ſunt bona,quę nobis tribuit in præſenti tẽpore,ad cõparationem futurorũ,quę bonis daturus eſt in æternitate.Bonus medicus,nunquã dat bonũ & purum vinum infirmo:vel illi qui euaſit de infirmitate,quãdiu eſt debilis,donec perfectã habeat ſanitatẽ, ſed dat ſibi vinum aqua mixtum.Sic homine exiſtẽte in vita iſta,quãuis euaſerit infirmitatẽ peccati, tamẽ debilis eſt & põt recidiuare, dat dñs vinũ mixtum aqua tribulationis:ſed in fine quando habebit perfectã ſanitatem, tũc dabit vinũ purum æternæ cõſolationis. De prædictis hydrijs,& metretis, ſic dicit Berñ. Sex hydrię poſitæ ſunt his qui poſt baptiſmũ in peccata labũtur.Prima hydria,& prima purgatio in cõpunctione eſt, de qua legimus: quoniam in quacũq;hora ingemuerit peccator,omnes iniquitates eius nõ recordabũtur.Secũda verò confeſſio eſt,omnia ſiquidẽ in cõfeſſione lauãtur. Tertia,eleemoſynarũ largitio:hinc eñ habes in euãgelio:Date eleemoſynã:& omnia munda ſunt vobis.

Hydriæ ſex.
Ezech.18.
Secũdum aliam trãſlationem.
Lucæ 11.

Quarta eſt,remiſsio iniuriarũ,ſecundũ quod orantes dicimus: Dimitte nobis debita noſtra : ſicut &
K nos dimittimus debitoribus noſtris.Quinta eſt,afflictio corporis,vnde exoramus:Vt mũdi per abſtinentiam,deo canamus gloriã.Sexta eſt,obedientia præceptorũ:ſicut audierũt diſcipuli, ꝙ vtinam mereamur audire & nos:Vos mũdi eſtis, propter ſermonẽ quẽ locutus ſum vobis.Nimirũ:quia nõ erãt ſicut hi de quibus dicitur Sermo meus non capit in vobis: ſed in auditu verbi obedierãt ei.Hæ ſunt ſex hydriæ,poſitæ in purificationẽ noſtrã:& quæ vacuæ ſunt,& plenę vento,ſi ꝑ inani gloria obſeruantur. Aqua replẽtur,ſi timore dei cuſtodiuntur:quoniã timor domini,fons vitæ.Aqua inquã,timor domini eſt:etſi minus ſapida , ſed optimè refrigerans animam noxijs deſiderijs æſtuantem:aqua eſt,quę iacula inimici ignita,poſsit extinguere.Sed diuina virtute , aqua mutatur in vinum: quoniã perfecta charitas,foris mittit timorem.Dicũtur autem lapideæ hydriæ: non tam propter duritiam, quàm propter ſtabilitatẽ: capientes ſingulæ metretas binas vel ternas:duæ metretæ,timor gehennæ incur-
L rendæ,timor glorię amittendæ:ſed quia hęc de cõtingenti futuro ſunt,& blandiri ſibi põt anima dicens: poſtquã aliquandiu in voluptatibus tuis vixeris,ages pœnitentiam:vt nec iſtã perdas,nec illam incurras,bonũ eſt adhiberi & tertiũ, qui vtiq; ſpiritualibus notus eſt,eo vtilior quo de pręſenti eſt.Timent qui nouerunt ſpiritualem cibũ,nequãdo fortè fraudnẽtur eo. Ipſe eſt panis angelorũ,panis viuus,panis quotidianus. Hic eſt de quo promiſſum eſt,quia cẽtuplũ accipiemus in hoc ſeculo.Sicut eñ mercẽnarijs, & cibus quotidianus daẽ in opere, & merces ſeruatur in fine:ſic dñs vitã in fine reddet, & interim centuplũ repromittit & exhibet.Quid ergo mirũ,ſi timet ne perdat hãc gratiã,qui iã ſecutus eſt eã.Hęc eſt metreta tertia, quã ſub diſtinctione ſignãter poſuit,eo ꝙ nõ omniũ ſit: quia nec omnibus centuplũ repromittitur.Et iterum Berñ. Quæramus ergo menſuras, quas hydriæ capiebãt binas aut trinas.Nã & ſaluator triplicẽ nobis aquã
M appoſuit:& perfectus omnis erit,qui has tres metretas habere potuerit.Plorat ipſe ſuꝑ Lazarum,& ſuper ciuitatem Hieruſalem:hæc eſt aqua prima ſudata,imminente paſsionis hora: & hęc eſt ſecũda, non ab oculis tantũ,ſed à toto corpore, manans rubea quidem & ſanguinea.Tertia verò,vna cũ ſanguine manauit ex eius latere. Et tu ergo primam habes,ſi de peccatis cõpunctus,cõſciẽtię ſtratum rigas.Secunda habes,ſi in ſudore vultus tui,pane tuo veſcaris:& labore pœnitentię corpus tuũ caſtiges. Eſt aũt coloris ſanguinei,ſiue ꝑpter laborẽ,ſiue ꝓpter ipſum cõcupiſcentię,quẽ extinguit ignẽ.Iam verò,ſi proficere potes vſque ad gratiã deuotionis, potaberis aqua gratię ſaluatoris,& ſpiritus ſancti, qui ſuꝑ mel dulcis eſt,in te fiet aquę fons in vitam ęternã ſalientis:& memẽto hãc eſſe aquã,quę de latere dormiẽtis ꝓcedit, & ſine omni moleſtia fluit. Oportet enim ꝙ iã mundo mortuus ſit,qui in hac gratia delectari voluerit. Prima igiẽ, à præteritis delictis abluit cõſciẽtiã.Secũda,vt futura capias extinguit cõcupiſcẽtiã. Tertia verò,ſi ad eã peruenire

Matth.6.
Ioãnis 15.
Ioannis 8.
Pſal.17.

merueris



merueris ſitientem potat animam.hęc Ber. Finito
A autem cõuiuio dominus Ieſus vocauit Ioannẽ ſeorſum,& dixit ad eum: Dimitte hanc vxorẽ & ſequere me. Qui viſo miraculo in eius nuptijs facto,ſtatim relicta ſponſa ſua ſecutus eſt dominũ. Et hæc fuit prima vocatio Ioannis,qua ad Chriſti venit familiaritatẽ & notitiam.Sponſa verò eius,Anachita nomine,vel ſecundum alios Maria Magdalena, voluntariè ſicut ſpõſus eius, cũ alijs ſanctis mulieribus,dominũ ſecuta eſt. Dei enim perfecta ſunt opera:& ideo ex quo vocauit vnũ coniugum cõueniens fuit vocare & alterum.In hoc ergo ꝙ dominus nuptijs interfuit,carnale matrimoniũ approbauit:ſed in eo quod Ioannẽ de nuptijs vocauit, intelligi apertè dedit , ꝙ longè dignus eſt ſpirituale matrimoniũ,quàm carnale.Vnde in eccleſia obſeruatur ꝙ ante copulã carnalẽ poteſt licitè alter coniugum intrare religionem.

Ioannis vocatio.

Spõſa Ioãnis euangeliſtæ.

Coniugũ alter religionẽ quãdoq; ingredi poteſt.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte,qui die tertia , ſcilicet tempore gratiæ ad nuptias,ſcilicet coniun-
B ctionis tui & eccleſiæ,per carnẽ veniſti , & aquam in vinũ conuertiſti,dum ea quæ in ſcriptura veteri carnalia videbantur ſpiritualia oſtẽdiſti, vnde plenæ ſunt hydriæ : quia impletæ ſunt prophetiæ.Conuerte quæſo animã meam frigidam, in charitatis tuæ feruorem: inſipidam , in ſuauitatis tuæ ſaporem:fluxibilem & ſtabilem,in virtutis & gratiæ tuæ conſtantiam:mutans aquam totius meæ indeuotionis,in vinum fructuoſæ compunctionis:quo me miſerũ ſemper potare,& inebriare:ac illud tandem in vinum iucunditatis conuertere,de tua miſericordia digneris.Amen.

De prima electione vendentium de templo. Et de Nicodemo. Caput XXVI.

PRęfato miraculo,in menſe Ianuarij facto,morã traxit Ieſus in Galilæa, vſq; dũ appropinquaret mẽſis Aprilis,in quo tunc erat paſcha Iudęorũ:
C & tunc [ deſcendit ] ſecundum loci ſitũ,de Chana in[Capharnaũ] metropolim Galilęæ:[& ipſe & mater eius]deſcenderunt ſimiliter [& fratres eius]id eſt cognati eius ſecundum carnem,ſcilicet cõſanguinei matris vel Ioſeph,qui pater putabatur:[& diſcipuli eius]qui per eũ erudiebantur.Ideo autẽ Capharnaum , quæ erat metropolis, voluit venire : quia iam incœperat gloriam ſuam manifeſtare.[Et mãſerunt ibi,nõ multis diebus:]quia ciues Capharnaum,valde corrupti,nõ ſe exhibuerunt deuotos,ad ſuſcipiendum Chriſti doctrinam:& quia imminebat tẽpus eũdi in Hieruſalem,propter proximum paſcha Iudæorũ. [Appropinquante autẽ paſcha Iudęorũ,aſcendit Ieſus, cum diſcipulis ſuis[Hieroſolymã]metropolim Iudęæ,ſecundum legis præceptũ.[Et inuenit in templo vendentes boues,& oues , & columbas , & numularios ſedentes.]Nomine templi non accipitur hìc ipſa domus domini,in qua erat altare thimiamatis & Cãdelabrum:nec atrium ſacerdotum , in quo erat altare holocauſtorũ:ſed quoddam atrium vbi homines orabant,& doctores docebant , & ibi vendebantur ea, quæ in templo offerebantur. Et quia de longinquo adduci nõ poterant:ideo ſacer-

Ioannis 2.

Capharnaum metropolis eſt Galilęæ.

Templũ in quo vẽdentes inuẽti ſunt.

dotes,qui propter cupiditatẽ diuerſis adinuentioni-
D bus populum depauperabant , ſtatuerunt homines qui talia ibi vendebant,vt venientes de longinquo, excuſationem de oblationibus dimittẽdis non haberent. Aliqui etiam aduenientium non habebant pecuniã : & ideo ſtatuerant ibi campſores, qui ſub cautione tradebant eam :& cũ hoc,vltra ſortem,recipiebant aliqua munuſcula, nõ tamen pecuniam, ne arguerentur manifeſtè facere contra legẽ, dando ad vſurã. [Et flagello de funiculis facto , eiecit omnes]ſcilicet vendentes,& numularios,ac [oues & boues]de tẽplo,& numulariorum æs] id eſt pecuniam [effudit] & in diuerſa ſparſit [& menſas] eorum,quæ erãt quaſi vaſa denariorum [euertit] & deiecit.[Et his qui columbas vendebant , dixit: Auferte iſta hinc,]de loco iſto[& nolite facere]opere veſtro illicito[domũ patris mei] quæ eſt domus orationis[domũ negotiationis]& mercatiõis. Bis legimus Ieſum aſcẽdiſſe Hieroſolymã. In paſcha ſemel,in primo anno prædicationis,vt hìc:& iterum illo anno quo paſſus fuit.Et hìc quidem in principio ſignorum expulit vendentes de templo: ſed ſecundo ad paſsionẽ veniens expulit vendentes & ementes durius agendo:multo quippe maior numerus erat emẽtium quàm vendentium.Hìc quoque remiſſa quadã increpatione vtitur dicens:[Nolite facere domũ patris mei,domũ negotiationis.] ibi autem durioribus ſermonibus vtebatur, dicens [Nolite facere domum meã ſpeluncam latronum: & non ſinebat vllum vas transferri per templum, vnde & ſcribe ac phariſęi quęrebant quomodo eũ perderent:timebant enim eum:quoniam vniuerſa turba admirabatur ſuper doctrina eius.] Fecit autem flagellum de funiculis:quia ſecundum Augu. de peccatis noſtris ſumit materiam vnde nos puniat.Ipſa enim protelatio peccatorum , ſecundum
F quod peccata peccatis adduntur quidam funiculi dicuntur.Vnde in Prouerbijs dicitur, ꝙ impius funibus peccatorũ ſuorum conſtringitur.Myſticè ſecundum Alchuinũ quotidie deus ſpiritualiter eccleſiam ſuam intrat:& qualiter vnuſquiſq; conuerſetur attendit.Caueamus ergo ne in eccleſia dei,fabulis,vel riſibus, vel odijs , vel cupiditatibus vacemus ne improuiſus veniens nos flagellet, & de eccleſia ſua nos eijciat.Secundum Aug.vendentes in eccleſia ſunt,qui quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti:venale totum habent,quia redimi volunt.Et nota ꝙ per oues innocentes,quę ſuo vellere veſtiendis,præbent opera munditiæ & pietatis ſignantur quæ vẽduntur,dum pro laude humana ſub hypocriſi & in veſtibus ouium geruntur.Hypocritæ namque mentem lupinã habent ſub ouina pelle.Per boues qui arant , prædicatores cœleſtis doctrinæ ſignificantur:quos vendunt,qui nõ amore dei,ſed pro quæſtu tẽporali prædicant. Per boues etiã,qui laborioſi ſunt , ſignari poſſunt illi qui magnos labores ſuſtinent pro diuinis:vt per hoc in eccleſia valeant promoueri. Columbas vendunt qui acceptam ſpiritus ſancti gratiam quæ per columbam accipitur,nõ gratis,ſed ad præmiũ dant: etſi non ad quæſtum pecuniæ,ad vulgi tamẽ fauorem tribuunt,non ad vitæ meritũ, ſed ad gratiam

Ioan. 2.
E Hieroſolymã Ieſus bis aſcendit.
Marci 11.
Funiculi peccatorũ
Prouer.5
Vendẽtes in eccleſia
Oues vendi.
Boues.
Columbas vẽdere

i largiuntur

largiuntur. Nummos mutuo in eccleſia dant, qui G non ſimulatè cœleſtibus,ſed à parte terrenis rebus in eccleſia deſeruiunt:& ſua,nō quæ Ieſu quærunt. Domum etiam domini,domum negotiationis faciunt,non ſolum hi,ſed etiam qui gradum vel gratiam ſpiritualem,quā in eccleſia perceperunt,non ſimplici intentione,ſed cauſa humanæ retributionis exercent. Omnes iſtos eiecit de templo Chriſtus,ſignans ꝙ ſunt excluſi de templo gloriæ ſanctæ dei. Qui ergo nolunt de eccleſia, & de domo cœleſti,veniente domino auferri, auferant iſta de actibus ſuis:& ab auaritiæ & ſimoniæ ceſſent negotijs:eijciuntur enim de parte ſortis ſanctorum, qui inter ſanctos poſiti,vel fictè bona, vel à parte mala faciunt:& funiculis peccatorum modo flagellantur ad correctionem:quibus incorrecti, in fine ligabuntur ad damnationē. Poſuit autem dominus remedium & operis, & verbi: vt doceret eos, qui curā habent eccleſiæ, ſubditos facto & verbo debere corrigere. Si igitur in figurali tēplo, etiam H in atrio eius,quod eſt domus orationis,prohibet negotiationem,quæ honeſta putatur, cùm ſit de his quæ in templo offeruntur:multo magis prohibet comeſſationes,potationes,riſus,lites,vaniloquium & huiuſmodi fieri in eccleſia dei. Ergo cùm omnis Chriſti actio, nobis debeat eſſe lex & præceptio, non licet candelas,vel alias merces,etiam domino offerendas,in eccleſia vendi:nec aliquod officium, niſi merum eccleſiaſticū,exerceri. [Recordati verò ſunt diſcipuli eius:quia ſcriptum eſt]in Pſalmiſta de Chriſto:[Zelus domus tuæ comedit me.] id eſt,accendit. Ex Chriſti enim facto recordati ſunt ſcripturæ illius,& impletionis eius in Chriſto. Bonus zelus eſt animi feruor in bonum : quo mēs relicto & abiecto humano timore,pro defenſione veritatis accenditur. Vnde Aug. Fratres vnuſquiſque Chriſtianus in mēbris Chriſti,zelo domus dei comedatur. Quis comeditur zelo domus dei? Qui omnia quæ fortè ibi videt peruerſa,ſatagit corrigi, I cupit emēdari,non quieſcit Si emendare nō potes:tolera,geme,ſuſpira,ſuſtine paleam:verbi gratia:Vides fratrē currere ad theatrum:prohibe,mone,cōtriſtare:ſic zelus domus domini comedit te. Vides alios currere,& inebriari velle:prohibe quos potes, terre quos potes: quibus non potes, blandire,noli acquieſcere. Si autem fueris frigidus & marcidus,ad te ſolum expectans, & quaſi tibi ſufficiens,dixeris in corde tuo, Quid mihi eſt curare aliena peccata? ſufficit mihi anima mea, vt ipſam integram ſeruem deo. Eia, non venit tibi in mentem ſeruus ille, qui abſcondit talentum, & noluit erogare. Nunquid enim accuſatus eſt quia perdidit,& non quia ſine lucro ſeruauit? Sic ergo audite fratres mei,vt non quieſcatis. Nolite quieſcere lucrari Chriſto:quia lucrati eſtis à Chriſto. hæc Auguſt. Vbi ſciendum ꝙ zelus dicit quandam intentionem amoris, quo intensè deum diligens, nihil ſuſtinet,quod amori ſuo repugnet. Ille igitur propriè zelum dei habet, qui nihil patienter ſuſtinere poteſt contra honorem dei,quem maximè diligit. Nos autem debemus diligere domū dei, intantum ꝙ zelus eius nos comedat. Cùm ſi quid contrarij

Nūmularij.

Eiecti de templo.

Cereorū illicita vēditio in tēplo.

Pſal.68.

Zelus bonus.

A zelo comedi.

Zelus quid ſit.

fieri videmus,ſtudemus etiam quantumcunq; chari noſtri ſunt qui hæc faciūt,remouere:nec timemus K propter hoc,aliqua mala perpeti. Attendendum eſt autem quanti meriti ſit zelus domus domini, & generaliter omnis zelus bonus cuius actum inter prima opera Chriſtus oſtendit, cuius meritò Phinees pactum ſempiterni ſacerdotij accepit,cuius feruore Mathathias legem defendit,cuius igne ſuccenſus Helias propheta Baal interfecit. [Et dixerunt ei Iudei:Quod ſignum oſtendis nobis,quia hæc facis?]id eſt,quia cū tanta autoritate & poteſtate nos expellis, non videtur hoc tui officij eſſe, nec credimus tibi licere : ergo oſtende nobis ſignū quo credamus. Quāuis enim factum eſſet bonum de ſe,non tamē pertinebat ad quēlibet hoc facere, ſed ſolum ad eū qui haberet autoritatem corrigendi exceſſus ſacerdotum:quod nō conueniebat alicui de cōmuni populo, cùm ſacerdotes eſſent ſuperiores in populo illo:ſed prophetæ quandoq; mittebantur ad hoc ſpecialiter à deo. Cùm ergo Chriſtus non eſſet filius Aaron, & per conſequens non pontifex ſecundum legem,nec eſſet rex in conſpectu populi:nō apparebat eis quare ſic autoritatiuè eijceret eos,menſaſq; ſubuerteret,niſi diuina autoritate propheta magnus miſſus eſſet:& ideo petierunt ſignū miſsionis ſuæ, non auſi manus in eum L imijcere. Signum petunt,vt ſuæ potentiæ fidem capiant:familiare enim erat Iudeis ſigna quærere:vt pote per ea ad legem & fidem vocati. Quærebant autem nunc ſignum,nō vt crederent & venerarentur, ſed quaſi deſperantes quòd ſignum oſtendere non poſſet,& ſic eum deriderent,& impugnarent: quod ex hoc patet, quia ſtatim dictum ſuum impugnauerunt. Dedit ergo eis ſignum poteſtatis diuinæ, in ſuſcitatione corporis ſui, propria virtute : & quia prauè quærebant non dedit eis ſignum apertum, ſed occultum, & in figura de ſua reſurrectione : quia digni non erant, vt prædicaret eis reſurrectionem ſui corporis manifeſtè. Vnde reſpondit & dixit eis: Soluite templum hoc:& in tribus diebus excitabo illud. ] M Hoc autem dicebat ſpiritualiter de templo corporis ſui, ſcilicet intranſitiuè,hoc eſt de templo quod eſt corpus ſuum loquendo de corpore ſuo ſub nomine templi: quia humanitas Chriſti, erat ſpeciale habitaculum ipſius dei. Templum enim dicitur,in quo deus inhabitat:& quia in corpore Chriſti diuinitas inhabitat,ideo corpus Chriſti,templum dei,non ſolum ſecundum animam, ſed etiam ſecundum corpus dicitur. Nec dicebat hoc, imperando vel conſulendo, vel hortando: ſed id quod facturi erant, prædicendo & denuntiando:non enim eſt verbum inductiuum ad hoc faciendum, cùm fuit ſimpliciter malum ex parte Iudæorum. Chriſtus autem non poterat inducere ad malum: ſed eſt verbum denuntiatum eius quod erat per ipſos fiendum, quo hoc quod affectabant demonſtrat non eſſe abſconditum. q.d.[ſoluite] id eſt ſoluetis: quia in paſsione Chriſti, anima fuit ſoluta à corpore,& ſanguis à carne:& continuitas membrorum in fixione clauorum, & lanceæ: & ego virtute in me latentis diuinitatis excitabo, quaſi à ſomno, illud templum

Zeli meritum.

Numeri 25.

1.Macha.2.

3.Reg.18.

Signa petūt Iudæi.

Templū quid dicitur.



A templum per vos diſſolutum. Dedit ergo eis ſignū reſurrectionis futurum,quia in hoc,maximè potentia & virtus diuinitatis eius,oſtenditur: non enim puri hominis eſt, vt ſe à mortuis excitaret,ſed ſolus Chriſtus qui inter mortuos liber fuit, hoc potētia & virtute diuinitatis ſuæ fecit. Hoc etiā fuit ſignum pœnitētiæ & remiſsionis,quod ſolū peccatoribus cōpetebat. Et quia dedit eis ſignū in figura, vocans corpus ſuū templū:ideo illi carnales hoc nō intelligentes,ſed de inanimato tēplo eū hoc dicere putātes,deridebāt eum,& volebant arguere dictū ſuum per materiale tēplum,dicētes:[Quadraginta & ſex annis ædificatū eſt templū hoc,]id eſt reædificatū[& tu in tribus diebus excitabis illud? Hoc dixerunt deridendo,quaſi eſſet impoſsibile:& multò plus deriſiſſent:ſi reſurrectionē ſui corporis manifeſtè prædixiſſet, quia difficilius eſt reſuſcitare mortuū,quàm ædificare tale templū.& non loquūtur de tēplo facto per Salomonē:quia illud fuit ædificatum in ſeptē annis,& perfectum:& poſtea per B Nabuchodonoſor deſtructū:ſed loquuntur de templo reædificato per Zorobabel & Neemiā,poſt captiuitatem Babylonicā,quod factū fuit in quadraginta ſex annis,antequā cōpleretur inimicis prohibentibus:quia Iudei impediebantur in ædificatione templi,à nationibus in circuitu eorū exiſtentibus[multi]autē tunc[crediderūt]id eſt credere inceperunt[in nomine eius]id eſt in ſuæ diuinitatis notamine,cuius notā fecit per ſigna:& ideo ſequitur[videntes ſigna quæ faciebat.]Vnde patet ꝙ in fide adhuc confirmati nō fuerūt: quia magis ſignis quàm ex deuotione crediderūt.[Ieſus autē non credebat ſe eis,eo ꝙ ipſe noſſet omnes,& quid eſſet in homine.]Scire enim ea quę ſunt in corde hominū ſolius dei eſt,qui ſolus corda plaſmauit:& ideo ſciuit ꝙ inſtabiles erant,& in tēpore tentationis recederent. Quapropter vt dicit Beda,monemur vt nūquā de noſtra conſcientia ſecuri ſimus:ſed ſemper ſoliciti formidemus:quia quod nos latet,æternum arbitrium latere non valet. Dubitatur hîc quęnam ſigna viderunt facta à Ieſu,cùm nullū legamus eū C tunc ſignum feciſſe in Hieruſalē. Ad quod poteſt dici vno modo,ꝙ multa ſigna facta ſunt ibi tunc à Ieſu,quæ hîc non habentur. Nam euangeliſtę multa ſcienter prętermiſerūt de miraculis Chriſti,cùm tot fecerit,ꝙ non poſſent ſcribi de facili. Alio modo,quia inter cætera miracula,poteſt maximū reputari ſignum,ꝙ cum flagello vno, Ieſus de tēplo ſolus,& parum adhuc reputatus,eiecerit multitudinem hominū. Diuina quidē virtus,in illo facto operabatur,quæ apparebat in effectu cū volebat. Corpus enim Chriſti,erat inſtrumentū diuinitati coniunctum:& ideo quidam fulgor radioſus & mirabilis,egrediebatur de vultu & oculis eius,virtute diuina eos deterrens,quo territi ſacerdotes & leuitę, & alij,non audebant, nec poterant ei reſiſtere. Sicut & in paſsione,vox illa diuinitatis quodāmodo inſtrumentū erat,quo magnam armatorum multitudinem legitur proſtrauiſſe. Vnde Hiero. in Matthæo,de ſecunda eiectione: Plurimiq; arbitramur maxima eſſe ſignorū, quòd Lazarus ſuſcitatus eſt quòd cæcus ex vtero lumen accepit,quòd in Iorda

Signum à Chriſto datum.

Templum quadraginta ſex annis factū.

Scire cogitationes ſolius dei eſt.

Signa hîc facta.

Signorum maxima.

ne vox audita ſit patris,ꝙ transfiguratus in monte gloriam oſtendit triumphantis: mihi autem inter D omnia ſigna quæ fecit dn̄s,hoc videtur eſſe mirabilius,quòd vnus homo & illo tempore contemptibilis,& intantū vilis,vt poſtea crucifigeretur,ſcribis & phariſæis,cōtra ſe ſæuientibus, & videntibus lucra ſua deſtrui, potuerit ad vnius flagelli verbera, tantā eijcere multitudinē,menſaſq; ſubuertere, & cōfringere cathedras,& talia facere quæ infinitus non feciſſet exercitus. Igneum enim quoddā,atq; ſydereū,radiabat ex oculis eius,& diuinitatis maieſtas lucebat in facie. hæc Hiero. De his autē qui crediderunt in nomine eius,eſt ſciendū ꝙ ſecundū Aug. illi credūt in nomine eius,qui ſolum propter ſigna credunt & adhærent nomini eius,qui nondū ſacramentum baptiſmi perceperunt velut catechumini,hoc eſt inſtructi:& quia plenā fidem vt oportet non habent in Chriſtū & eius ſacramenta: ideo adhuc non credit ſe eis:quia eccleſia nō dat eis corpus Chriſti,quod quidē corpus,ſicut conficere non poteſt,niſi ſacerdos conſecratus:ita nullus ſumere debet,niſi baptizatus. Et ſecundum Chryſoſt. iſti E qui propter ſigna credebant in nomine eius, nō firmiter,nec perfectè credebant in eum: & ideo non confidebat in eis:ſicut in diſcipulis perfectè & firmiter credentibus,nec recipiebat eos ad perfectionem & conuictum,vt cum eo inſeparabiliter habitarent:nec omnia ſua dogmata & ſecreta eis committebat:nec eis altiora myſteria fidei reuelabat: quia horum crudelitas non erat ex fide firma, ſed ex ſuſpitione quam de Chriſto receperant propter ſigna:nec æſtimabant eum deum, ſed hominem à deo miſſum doctorem veritatis. Et ideo ſignanter euangeliſta,vt oſtendat eos imperfectè credere,nō dicit ꝙ crederent in eum:quia nondū credebant in eius diuinitatē,ſed dicit in nomine eius,id eſt,illud ꝙ de eo nominetenus dicebatur, ſcilicet ꝙ iuſtus & huiuſmodi. Vnde[Nicodemus]inter iſtos[principes]ac vnus de[phariſæis]& principibus,ſeu magiſtris Iudęorū:quia in tenebris huius erroris erat [nocte ad Ieſum]& ad lucē venire perhibetur. Ipſe quidē in tenebris erat,non lux:quia non renatus Et ideo nocte [ ad lucem] venit, quia illuminari F volebat: præ timore quoque populi, quem offendere metuit, cùm eſſet vnus de rectoribus: quia tunc populus per doctores & ſacerdotes gubernabatur,in palam venire,& ſciri non audebat,nec de ſynagoga expelleretur:præ verecundia etiam palam addiſcendi: quia magiſter in Iſraël erat, ſecretè, & extra turbam aliorum docendus, ad Ieſum ſolus venit, vt ab ipſo plenus inſtrueretur. In hoc etiam quòd nocte venit, à ſtudio & diligentia inquiſitionis commendatur, & ſecretum ſignificabat quòd extra ſcriptum diſcere veritatem volebat. Vnde Beda. Hic venit ad Ieſum nocte, cupiens ſecreta eius allocutione diſcere myſteria fidei,cuius aperta oſtenſione iam rudimentum perceperat. hæc Beda. Et quia prudenter aperta & manifeſta ſigna notauit, plenus fidei myſteria requirit. Et ideo de his quę ad fidem pertinent,doceri meruit. Inſtruxit enim eum dominus de ſecūda & ſpirituali generatione, ſeu natiuitate, ſcilicet de bapti-

Credere in nomine Chriſti qui dicuntur.

Ioannis 3. Nicodemi ad Chriſtum acceſſus.

de baptiſmo,& de introitu regni dei,ac de ſua diui-
G nitate, & vtraq; natiuitate: de paſsione quoq; ſua ac reſurrectione,& aſcēſione,necnon de vtroq; aduentu,& pluribus aliis ad ſalutē neceſſarijs. Vnde cōgruenter hoc euangliū in feſto trinitatis legitur quia in eo de baptiſmo dicitur, qui in nomine trinitatis confertur. Hoc quippe ſacramentū baptiſmatis, eſt neceſsitatis: & ideo oportet ꝙ habeatur in re,ſi eſt poſsibile: vel in voto, quoad præoccupatos: nam vbi conteptus in aliquo, baptiſmū aquæ excludit,neq; baptiſmus flaminis,neque ſanguinis prodeſt ei ad vitā æternā: quia non poteſt introire in regnū dei. Homines nanq; non aſcēdunt illuc,niſi inquantū efficiuntur membra Chriſti. Per generationē autem ſpiritualē,vniuntur ſibi,& membra eius fiunt,& ſic virtute ipſius aſcendūt. [Nemo enī aſcēdit,]id eſt aſcēdere poterit[in cœlum]propria virtute[niſi qui deſcēdit de cœlo] non per motū localē cœlū dimittendo,ſed carnē de nouo ſibi vniendo: quia omnis qui aſcendit, virtute ipſius aſcēdit:
H & ipſe ſolus per ſuam virtutē propriā aſcendit. Si autē hîc obijcitur,ꝙ plures veteris teſtamenti,ſaluati ſunt ſine baptiſmo. Dicendum ꝙ non erat in præcepto: cōſecuti ſunt tamē ſpiritualē vitam, per gratiā in fide Chriſti venturi, & ſic habuerūt rem baptiſmi,habuerunt ipſum etiā in figura,in aliquo correſpondente,per quod tollebatur peccatū originale. Ideo etiam hoc euangelium in feſto trinitatis legitur: quia in eo quælibet perſonarū, apertè exprimitur. Nam perſona filij,eſt quæ loquitur: perſona patris exprimitur, cùm dicitur [ſcimus quia à deo veniſti]perſona ſpiritus ſancti, cùm dicitur [Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto non poteſt intrare in regnū cœlorū.]Exprimūtur autem perſonæ diuinæ,cum ſuis appropriatis. Exprimitur autē perſona patris,cū ſua potentia,cùm dicitur[Nemo poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis,niſi fuerit deus cum eo.]ſigna enim facere, diuinæ potentiæ eſt. Exprimitur perſona filij,cum ſua ſapientia, cùm dicitur [ſcimus quia à deo veniſti,
I magiſter.]ad magiſtrū enim ſpectat ſapientiā docere. Exprimitur perſona ſpiritus ſancti,cū ſua bonitate, cùm dicitur [Spiritus vbi vult ſpirat.]non enim noſtris meritis, ſed ex ſua gratuita bonitate, ſe nobis infundit. Quāuis enim pater & filius & ſpiritus ſanctus,habeant eandē potentiā,ſapientiā & bonitatē: tamen quia apud nos,nomē patris,propter antiquitatē,importat impotentiam,ne ſimplices hoc crederent de patre cœleſti, attribuitur ſibi potentia. Similiter nomē filij,apud nos propter iuuentutē importat imperitiā,ideo ne de filio dei hoc credatur,attribuitur ſibi ſapientia. Similiter nomē ſpiritus ſancti, apud nos importat quendā furorē: iuxta illud Eſa. Quieſcite ab homine: cuius ſpiritus in narib⁹ eius eſt. Ideo ne de ſpiritu ſancto hoc credatur,attribuitur ſibi bonitas. Fides & cōfeſsio ſanctæ trinitatis,ſi eam deuotè receperimus,valet inter cætera,ad tribulationū propulſionem. Nam ſicut ait Ioannes Damaſcenus,cùm apud Conſtantinopolim peſtilētia grauis eſſet,quidā puer de medio populi in cœlū raptus,canticum ſanctæ trinitatis,ſcilicet,ſancte deus,ſancte fortis,ſancte & miſericors ſaluator,miſerere nobis,ab angelis eſt edoctus,quod cùm rediēs,coram populo decantaſſet,
K mox omnis peſtilentia eſt fugata. Per Nicodemū qui venit ad Ieſum,vt de pertinentibus ad fidē plenius erudiretur, ſignificatur diſcipulus humilis & diligens,qui venit ad doctōrem, vt ab ipſo inſtruatur: qui debet eum dulciter recipere, exēplo Chriſti,qui Nicodemū dulciter recepit, ac māſuetè vade,& cum quiete ei loquebatur. Quod eſt contra iraſcentes,qui furioſè,& cum clamore frequenter loquuntur: contra quos eſt remediū vtile, molliter & ſine clamore reſpondere,ſecundū illud Sapiētis, Reſpōſio mollis,frangit iram: ſermo durus, ſuſcitat furorem. Etenim ſcdm Chryſo. ſi famuli,cùm aduerſus eos iraſcimur,portant humiliter, & cum ſilentio contumeliam, propter timorem noſtrum, qua venia digni erimus, aut quā excuſationem habebimus nos,qui propter dei timorem aliquid ferre non poſſumus,magis autem nolumus.

Baptiſmi virtute in cœlū aſcēditur.

Trinitatis expreſsio.

Attributa perſonis diuinis.

Eſaiæ 2.

Fides de trinitate quid conferat.

Moraliter.

Prouer.

ORATIO.

L TV domine vniuerſorum, qui nullam habens indigentiā,voluiſti templū tuū fieri in nobis eijce à corde & corpore meo omnia offendicula & tibi diſplicētia,mundās me ab omnibus inquinamentis,& maculis mentis & corporis: & fac de me tibi templū gratum & idoneū,in quo habitare delecteris tu,cuius deliciæ ſunt eſſe cum filijs hominum. O ſapientia, quæ ex ore altiſsimi prodijſti, & magiſter qui à deo veniſti,doce me quæſo à malo declinare,& bonum facere terrena deſpicere,& cœleſtia amare: vt veterē hominem cum ſuis actibus exuens & nouum induens,quaſi de nouo natus regnū tuum introire merear,& videre. Amen.

De incarnatione Ioannis Baptiſtæ.

Caput XXVII.

POſt hæc,ſcilicet cōpletis diebus feſtis in Hieruſalem,quæ eſt in vna parte Iudææ [venit Ieſus cū diſcipulis ſuis]& crederibus,in aliā partē Iudææ ſcilicet in Iordanē,quæ à for-
M te Iudæ, vel à regno dicitur tribuū,Iudęa dicebatur. A tribu enim Iudæ,quæ erat principalis & regia terra, vbi habitauerunt filij Iſraël, nominata eſt Iudæa: [& illic demorabatur:]& per ſuos diſcipulos[baptizabat]multiq; fiebāt credentes & diſcipuli eius. In Iudæa quā venit Ieſus: quia Iudæa interpretatur cōfeſsio,ad quā venit Ieſus:quia feſsio interpretatur Chriſtus cōfitentes,vel ſua peccata, vel diuinā laudem, viſitat. Et illic moratur: quia tales non tranſitoriè viſitat[& illic baptizat,]id eſt,à peccatis purgat. Vnde Alchuinus: Per Iudæā quippe ſignantur cōfitentes,quos viſitat Chriſtus: vbi enim eſt peccatorū confeſsio, vel diuinarum laudum, illuc venit Ieſus & diſcipuli eius, hoc eſt doctrina & illuminatio eius: & ibi moratur,purgādo à delictis & vitijs per baptiſmum ſancti ſpiritus,ſecundum Aug. Chriſtus primò baptizauit diſcipulos aqua & ſpiritu ſancto: poſtea officium baptizandi eodem baptiſmate diſcipulis reliquit: intentus prædicationi & doctrinæ. Sicut & Apoſtolus Paulus paucos per ſe baptizauit: vt poſſet prædicationi fidelius intendere.

Ioannis.

Iudæa cōfeſsio.

Baptizat Chriſtus.

1. Cor. 1.



dere. Poſtea ergo ſoli diſcipuli Ieſu baptizabāt: eo
A interim circa altiora docēda occupato. In quo dedit exemplū prælatis eccleſiæ cōmittendi ea quæ per inferiores poſſunt commodè fieri: vt ipſi liberius poſsint in altioribus exerceri. Et quāuis Ieſus tunc non baptizaret manibus ſuis,& miniſterium exhibendo,ſed diſcipuli eius: baptizabat tamē præſentia maieſtatis. Ipſius enim erat baptiſmi ſacramentū,& ad diſcipulos pertinebat miniſteriū. Hic eſt enim qui baptizat: ergo adhuc Ieſus baptizat, & quouſq; baptizandi ſumus,Ieſus baptizat. Vnde Aug. Vtrunq; verum eſt: quia Ieſus & baptizabat, & non baptizabat. Baptizabat enim,quia ipſe mūdabat: non baptizabat,quia ipſe nō tingebat. Præbebant diſcipuli miniſteriū corporis: præbebat ille adiutoriū maieſtatis: de quo dictū eſt,hic eſt qui baptizat. [Ioannes autē baptizabat in Ennon, iuxta Salim]oppidum prope Iordanē ſitum [quia aquæ multæ ibi erant]quod eſt etiam interpretatio eius
B quod dicitur in Ennon. Ennos Hebraicè, dicitur aqua Latinè. Et dicunt aliqui, ꝙ hoc oppidum, alio nomine vocetur Salem: & ſit locus vbi regnauit Melchiſedech: ſed hoc eſt falſum: quia Salē,vbi regnauit Melchiſedech, idē eſt quod Hieruſalem: Nam ipſam ædificauit Melchiſedech: Et primò dicta eſt Salem,id eſt,pacifica, ex conditione regis, qui regnauit in pace. Poſtea dicta eſt Hieruſalem, à tempore quo Abraham voluit ibi offerre filium ſuum: quia locū illū appellauit. Dominus videt. Et ita Hieruſalē interpretatur viſio pacis, quia cū prima interpretatione,addita eſt viſio. Mittebat autē Ioannes ad Ieſum baptizari, qui veniebāt ad eum: ſed non mittebātur ad Ioannē venientes ad Ieſum. Sicut ante baptiſmū Chriſti,Ioannes baptizabat in nomine Chriſti venturi: ſic poſt baptiſmum Chriſti,illos quos baptizabat,ad Chriſtum mittebat: ſic & ſuum teſtimonium de Chriſto confirmabat. Et exinde turbari,& inuidia noti, diſcipuli Ioannis, & indiſcretè zelantes pro magiſtro ſuo,volenteſq; præferre baptiſmum eius Chriſti baptiſmo, mur-
C murabāt ꝙ magiſtri ſui gloriam zelabāt: quia videbatur eis quod magiſtri ſui & baptiſmi eius autoritatem minueret. Et[facta eſt quæſtio]& cōtrouerſia[de purificatione,] id eſt,baptiſmo [à diſcipulis Ioannis]defendētibus magiſtri ſui baptiſmū,& putantibus eum maiorem Chriſto, quem viderant à Ioanne,quaſi maiore,baptizatum[cum Iudæis]id eſt Chriſti diſcipulis, & alijs ad Chriſti baptiſmū venientibus,& magis ad ipſum, propter miracula currētibus,& dicentibus maiorē eſſe Chriſtū,& ad eius deberi cōcurri baptiſmū tanquā ad baptiſmū meliorem: quia Ioannes mittebat,quos baptizabat ad Ieſum: non Ieſus mittebat, quos baptizabat, ad Ioannem. Et hæc quęſtio,ad Ioannē per ſuos diſcipulos eſt delata: & querimonia de Chriſto facta ꝙ baptizaret,& plures ad eum quàm ad Ioannē currerent,vnde zelo indiſcreto moti[dixerunt ei: Rabi.]cùm ſis excellenter magiſter omnium,& magiſtri debeas habere gloriam[qui erat tecum]ſicut cum principaliori[trans Iordanem]vbi eum quaſi diſcipulum baptizaſti,& ſic beneficium ei præſtitiſti[cui etiā teſtimonium perhibuiſti,] id eſt, quē tu clarum oſtendiſti,& ſic magnum honorē impē-
D diſti[ecce hic]à te ſeparans nunc[baptizat]& eadē tibi audens, tuum officium vſurpat,vnde valde miramur [& omnes ad eū]& ad ipſius baptiſmū [veniunt]& te qui eum baptizaſti,dimittunt,quaſi diceret: Nos deſerimur,hîc raritas eſt,ad illum turbę concurrunt,de te non curatur,& ſic gloria tibi ſurripitur. Nōnne prohiberi debet,vt ad te potius veniant? Vbi Chry. Ipſe quidem non baptizabat: ſed nuntij volentes erigere eos qui audiebant in inuidiam,ita annuntiauerunt: quia omniū malorū,cauſa eſt vana gloria. Hæc enim eos zelotipia duxit: neq; ad malitiā ſolā impellit,captos,ſed & virtutibus obſtat,labores quidem ſuſtinere cogēs, fructibus verò priuans. hæc Chry. Ioannes autem æmulationem & inuidiam diſcipulorum ſedare volens, Chriſtū commendabat,& excelſa de eo prædica-
E bat: ſeq; non Chriſtum,ſed eius nuntium: nec ſponſum eccleſię,ſed ſponſi amicum eſſe dicebat: & ꝙ illum oporteret creſcere & exaltari, non in ſe, ſed quantum ad alios,fama & autoritate, inquantum eius virtus per miracula & opera magis & magis inciperet eis innoreſcere: ipſum autem minui & humiliari in re vera, & quoad populum in fama: ſicut Lucifer minuitur in claritate quoad apparentiam,oriente Sole,& autoritas pręconis,adueniente iudice: & officium legati, adueniente principe. In æſtimatione quippe populi & Chriſtus creuit, quia agnitus eſt quod erat: & inuētus eſt eſſe Chriſtus,qui putabatur tantum propheta: & Ioānes decreuit,quia ceſſauit dici quod non erat: & inuentus eſt eius propheta,qui putabatur Chriſtus: cui atteſtatur quod Ioānes natus eſt, decreſcētibus diebus, Chriſtus creſcentibus: & ꝙ Ioannes capite minuitur,Chriſtus in cruce extenditur. Moraliter autem hoc debet eſſe in vnoquoq; noſtrum: quia oportet illum,ſcilicet Chriſtum in te creſcere, vt ſcilicet in eius proficias cognitione & amore: quia inquantum magis eum potes cognoſcēdo & amando percipere,tanto magis Chriſtus creſcit in te, ſicut qui
F magis proficit in vidēdo vnam & eandē lucem,reputat lucem illā magis creſcere: & hoc oportet homines ſic proficiētes minui in ſui reputatione: quia quanto plus homo cognoſcit de altitudine diuina, tanto minorē reputat paruitatē & humilitatē. Diſcipulis Ioānis,pro magiſtro ſuo indiſcretè zelantibus, & de Chriſto querimoniā facientibus, ſimiles ſunt multi etiam religioſi,qui magis adhærēt quibuſdā opinionibus,pro eo quod ſunt opiniones illorum quos magis diligunt, quàm pro ipſa veritate quā relinquunt: cùm dicat philoſophus,quòd duobus exiſtentibus amicis,ſanctū eſt præhonorare veritatē. Et plato dicit de Socrate magiſtro ſuo: amicus quidem Socrates,ſed magis amica veritas. Per hoc autē ꝗ eoſdē diſcipulos ſuos reprehendit,informātur doctores boni: vt tales adulationes nō recipiant,ſed magis repellant. Conſiderēt etiā hîc qui detractores libēter audiūt,& cōtra eos quibus detrahitur ſubitò ſæuiūt: quomodo Ioannes diſcipulos Chriſto detrahentes ſtatim compeſcuit, Chriſtum laudibus extollendo,& ſe humiliando,& exēplo eius detractores compeſcant de ſe humiliter ſentiendo,

Baptizat Chriſtus ſemper.

Ennon.

Salem.

Baptiſm⁹ Ioannis.

Diſcipulorum Ioannis murmuratio.

Gloria vana.

Creſcit Chriſtus, decreſcit Ioannes.

Moraliter.

Diſcipulis Ioannis ſimiles.

Platonis dictum.

Detractores non audiedi ſunt.

ſentiendo,& detractos laudando,ipſosq; detractores fortiter reprehendant,& eis malũ vultũ oſtendant. G Quia vt dicit Sapiens,ventus Aquilo diſsipat pluuias:& facies triſtis linguam detrahentem. (Prouer.25) [In illo tempore]dum hęc agerentur,& cùm Ioannes vno anno & tribus mẽſibus prędicaſſet:& arguens Herodem,plurimos conuertiſſet [ miſit Hærodes tetrarcha]miniſtros[ac tenuit]& cepit Ioannẽ per eos,& vinxit,ſeu[ligauit eum]qui liberè prædicauerat dei verbũ,& ad ſe in Galilæa adductũ, [poſuit,]ſeu poni fecit[in carcere,propter Herodiadẽ] quàm fratri ſuo abſtulerat, & ſibi copulauerat illicitè:quam ſecundũ legem quã acceperat,non liceret ſibi habere vxorẽ fratris ſui,eo viuente. (Marc.6. & Mat.14) Sic diabolus ſpiritualiter tenet per delectationem,alligat per cõſenſum,incarcerat per cõſuetudinẽ, propter animam verò ſponſo Chriſto ſeparatã,& alij copulatam. Proſelitus quippe fuit Herodes, & circuncisionem receperat, vt magis acceptus Iudæis eſſet, vt regnare ſuper eos poſſet. (Herodes proſelitus.) Ideoq; ad legem Moyſi tenebatur in hoc, ſicut cæteri: H & propter legis quoq; naturalis honeſtatẽ, non licebat fratri reuelare turpitudinẽ fratris ſui:ducendo etiam eo mortuo eius vxorẽ,niſi ad ſuſcitandum ei ſemen. Vnde [Ioannes]tanquã teſtis & defenſor veritatis[dicebat]Herodi[Non licet tibi habere vxorem fratris tui.] (Veritas prędicanda eſt.) In quo virtus & cõſtantia Ioannis oſtenditur: qui maluit apud Herodem periclitari, quam propter adulationẽ,immemor eſſe præceptorum dei. Quòd enim venerat in ſpiritu & virtute, arguit Herodẽ & Herodiadẽ:ſicut Helias,Achab & Hiezabel. Non omiſit dicereveritatẽ,propter Herodis poteſtatẽ,vel Herodiadis inſidiationẽ: dans in hoc exemplũ prædicatoribus euangelij, vt propter talia nõ omittant conſtantiã prædicandi veritatem. Primò ergo Herodes Ioannẽ incarcerauit,ex eo ꝙ ipſum reprehendebat de Herodiade,quã fratri abſtulerat:& ideo ad ſuggeſtionẽ Herodiadis, ipſum in vinculis poſuit. (Incarcerãdi Ioannis occaſiones) Secundò,ex eo ꝙ iuſtitiã & baptiſmũ prædicabat:& ideo multus populus, ad Ioannem ob baptiſmum & prędicationem,vndiq; cõfluebat. I Et timens Herodes ne ſui populi,Ioannem ſequentis,diſpendiũ haberet:& ob verba Ioãnis populo,cùm eſſet alienigena,exoſus fieret,eumq; à regno ob inceſtũ pelleret,Ioannẽ hinc tenuit,& vinctum poſuit in carcere,non auſus eũ ſtatim interficere. Tertiò,ex eo ꝙ Ioannes quendã magnum regem poſt ſe venturũ prædicabat: & cùm Romani ordinaſſent, ne aliquis ſine ſenatus autoritate rex nominaretur,offenſam Cæſaris timuit,& ideo ipſum incarcerauit. Et inſuꝑ propter hoc eſt captus & incarceratus: quia phariſæi propter inuidiã de prædicatione Ioannis turbati,ſuaſerant Herodi vt caperet eum,incitantesHerodem ad eius mortem. [Herodias autẽ]adultera[inſidiabatur ei:]timebat enim ne Herodes,ad prædicationẽ Ioannis de peccato ſuo pœniteret,& eã marito ſuo redderet, qui eam fortè occideret: & ideo volens Ioannẽ occidere,mortẽ eius quærebat:ſed quonã facto id aggredi poſſet,inuenire nõ poterat. [Herodes enim metuebat Ioannem] eum reuerendo timore mundano vel humano [ſciens eum virum iuſtum] quoad homines[& ſanctum]quoad deum[& cuſtodiebat eum]ne ab Herodiade occideretur, & ex hoc ipſe K Herodes damnũ & periculũ pateretur:ſolo enĩ metu,ab interfectione Ioãnis tenebatur:quia propter ſanctitatẽ eius,quæ erat nota toti populo, timebat ſi eum interficeret,ne totus populus cõtra eum inſurgeret:quia oẽs,Ioannẽ prophetã ſanctũ reputabant. [Et audito eo multa]ſcilicet quædam parua, nõ principalia[faciebat]ſimulatoriè, nõ ex veritate[& libẽter eum audiebat]ſcilicet ſimulatoriè,id eſt,audire ſimulabat: totũ enim iſtud erat ſimulatoriũ,vt ex tali auditu & obtẽperatione, in aliquibus retineret populũ à rebellione cõtra ipſum. (Herodis ſimulatio.) Herodes populũ,& ſeditionẽ eius timebat, ſed amor mulieris ſuperabat, pro quo etiã deũ poſtponebat quia deum in cauſa nõ habebat. Nam ſcd̃m Chry. facilè deuiat à iuſtitia,qui in cauſis non deum, ſed hominẽ formidat. Timor enim deicorrigit:timor autẽ hominũ,peccandi differt facultatẽ: & operationem nõ aufert,ſed retinet voluntatẽ, donec habeat oportunitatẽ vel occaſionẽ: vnde & quos ſuſpendit à crimine,auidiores reddit ad crimen, & æſtuat animo,quouſq; perficiat ad malũ cogitata. L Solius enim dei eſt timor,qui nocentes corrigit,fugat crimina,innocentii tribuit,perpetẽ confert facultatẽ. hæc Chry. Iſte qui Ioannem tenuit & ligauit in carcere,eo ꝙ de malis ſuis eum arguebat charitatiuè,& qui ſimilia faciunt,ſimiles ſunt phreneticis,qui pium medicũ percutere vel occidere quęrunt. Conſidera nũc,quomodo Ioannes magis volebat deo,quã hominibus placere: magisq; timebat deum,quã homines offendere:eiuſq; exemplo ſemper ad deum magis,quã ad homines aſpiciendo,in omnibus dei beneplacitũ facias, & ab eius offenſa omnimodè abſtineas. Vnde Chry. Cùm à perniciosis quid patimur hominibus, ad principẽ noſtrum & conſummatorẽ fidei,& quoniam à malis hominibus,& quoniã propter veritatẽ, & quoniam propter eum. (De patientia & tolerantia.) Si enim hoc excogitauerimus,omnia facilia erũt,& portabilia. Si enim pro amabilibus quis patiẽs gloriatur:& propter deum ſi patiatur quicquã,ſuſcipiet ſenſum. M Si enim ipſe rem reprobabiliſsimã,videlicet crucem,gloriã vocabat: multò magis nos ita diſponi oportet. Oportet ergo cùm debemus quid pati indelectabile,non labores,ſed coronas excogitare: & ſi malum quid delectabile appareat,excogitare:quoniã deus non vult,& indelectabile confeſtim apparebit: ſi enim hominum timor auertit ab inconuenientibus rebus multò magis Chriſti dilectio. hæc Chryſoſt.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, magiſter bone,doce me veritatẽ vitæ,iuſtitiæ,& doctrinæ,cordis,oris,& operis,propter metũ, vel fauorẽ humanũ,ſeu mundanũ nõ omittere:ne teneritudo carnalis timoris,vel amoris valeat in me perfectionẽ ſpiritualis dilectionis impedire. Et quoniã propter peccatũ primorum parentũ,vis iraſcibilis noſtra cõtraxit debilitatẽ,rationabilis caliginẽ,& cõcupiſcibilis pronitatem: da mihi paracletũ defenſorem,contra perſecutiones:illuminatorem,cõtra errores,inflammatorem,contra concupiſcentiam: vt in omnibus valeam beneplacitum tuum facere, A & ab offenſa tua abſtinere. Amen.



## De initio publicæ prædicationis domini Ieſu. Capur XXVIII.

(Matth. 4.) Cum autem Ieſus audiſſet ꝙ Ioannes traditus eſſet, ſecundum Chry. ſine dubio à deo: quia in vnum ſanctum nemo poteſt aliquid, niſi tradiderit eum deus,& cognouiſſet per intimationem ſibi factam:quia audierũt phariſęi, ꝓ plures faceret diſcipulos,& baptizaret,quàm Ioãnes, & inde contra eum inuidiam ceperunt maiorem. Quanquã Ieſus non baptizaret tunc per ſemet ipſum exteriori tinctione corporũ:ſed diſcipuli eius quos tamẽ ipſe baptizauerat prius reliquit Iudæã, in qua erant phariſæi increduli,inuidẽtes augmento baptiſmi & doctrinæ Chriſti,qui ad capiendum Ioannẽ conſilium dederant:& Chriſtum etiã perſequi cogitabant,propter baptiſmum eius qui creſcebat,& propter doctrinã eius,per quam euacuari legem intelligebant:& ſic docẽdi gentiles habebat occaſionẽ:&[ſeceſsit]ſeu abijt iterum [in Galilæam.] (Ceſsit Chriſt⁹ ob multa.) B Ceſsit autẽ Ieſus primò, vt exemplum patientiæ & manſuetudinis,malis cedendi daret. Secundò,vt abſentatione, inuidiã eorum mitigaret, donec melioris animi fierent. Tertiò, vt nobis fugiendi perſecutores & periculum formã prẽberet. Quartò,vt alijs euangelium prædicaret. Quintò, quia tẽpus paſsionis ſuæ,nondum venerat. Sextò, vt verbi dei tranſitũ à Iudęis ad gentes, prẽfiguraret: & ex hoc diſcipulos, quid quandoque facturi eſſent inſtrueret. Iſte enim trãſitus eius, tranſitum eiuſdem ad gentes ſignificabat,ad quas eũ tranſire impellebant. Et regreſſus Ieſus in Galilæam,in virtute ſpiritus,faciẽdi ſigna & miracula:quia quãuis eſſet plenus ſpiritu ſancto,tamen ex tunc plus manifeſtauit virtutẽ ſuam,in publicatiõe doctrinæ:& operatione miraculorum: & fama exijt de eo per vniuerſam regionẽ:& receperunt eum Galilæi honorificè,propter illa quę in eum in Hieruſalem,in C die feſto feciſſe viderant & cognouerant, propter quæ etiã Nicodemus crediderat:[& relicta ciuitate Nazareth] vbi fuerat conceptus & nutritus [venit]ad prædicandum in Galilæã: [& habitauit in ciuitate Capharnaum maritimam] quæ iuxta mare eſt ſita, prope Nazareth [in finibus Zabulon & Neptalim]&[exinde]ſcilicet de finibus illis [cœpit Ieſus]apertè[prædicare & dicere] quoniã impletum eſt tempus, ſcilicet humanæ redẽptionis, & venit plenitudo tẽporis:ergo dum tẽpus habetis [pœnitentiam agite]& credite euãgelio: quia ſine pœnitẽtia & fide,impoſsibile eſt placere deo. [Appropinquauit enim regnũ cœlorum] quia ianua cœli,aperta eſt per Chriſtum. Vnde Beda: Regni enim cœlorum ianuis appropinquare, eſt de his quemq; quibus ab eo diſceſſerat pœnitere. Vnde & Hiero. Pœnitentiã agite, qui vultis æterno bono, ſcilicet regno dei adhærere. (De pœnitentia agẽda.) Qui enim deſiderat nucleum, frangit nucẽ:amaritudinẽ radicis, dulcedo pomi cõpenſat:pericula maris, ſpes lucri delectat:dolorẽ medicinæ,ſpes ſalutis mitigat. (Prędicationis officium.) Miſticè,per hoc ꝙ Ieſus antequã publicè prędicaret venit in Galilęam,inſinuatur ꝙ prędicator euãgelij prius debet trãſmigrare de carnalibus ad ſpiritualia,de terrenisad meditandũ cœleſtia:quia Galilęa D tranſmigratio interpretatur. Et per hoc ꝙ habitauit Capharnaũ, quæ maior & populoſior erat: vt prædicando & miracula faciendo,plures illuminarer,reliquit,ſecundum Remig. prædicatoribus exemplum,vt eo tẽpore,& in locis illis ſtudeãt prędicare,quãdo & vbi multis poſſunt prodeſſe. Capharnaum etiã dicitur eſſe inter fines Iudęæ & Gentium. Exinde ergo Ieſus prædicare cœpit,vnde vocare Iudęos & Gẽtes prẽſignaretur,qui vtroſq; ſaluare venerat. In Galilęa enim Gentes ſimul & Iudæi habitabant:& ideo ibi debuit fundari lapis angularis,qui fecit vtraq; vnũ, duos in ſe concludens parietes,Gentiũ & Iudæorum. (Ephe.2.) Vnde & poſt dixerunt ſacerdotes ad Pilatũ cõmouit vniuerſam Iudæam:incipiens à Galilęa vſq; huc. (Lucæ 23.) Sunt aũt duæ Galilęæ:vna Iudæorũ:altera Gentium. Diuiſa eſt enim Galilæa à tẽpore Salomonis,qui viginti ciuitates in Galilęa,dedit Hyram regi Tyri,qui gẽtes ibi poſuit:quæ pars poſtea dicta eſt Gentiũ,& reliqua Iudæorũ. Et meritò in cõfinio illo, cœpit dominus prædicare: vt multi Iudæi & Gentiles, ad E prædicationẽ confluerent:in quo oſtendebatur, ꝙ ad redemptionẽ Gentium & Iudæorũ venerat. Vel [exinde]ſcilicet poſtquã baptizatus: vbi monſtratur in eo plenitudo gratiæ,per trinitatis teſtimoniũ:poſtquã tentatus,vbi mõſtratur in eo ſanctitudo vitæ,per victoriã tentationũ:poſtquã à Ioanne teſtificatus,vbi mõſtratur certitudo idoneitatis ad prędicandũ:poſtquã Ioannes traditus,vbi ſignificatur ꝙ deficiẽte lege,incepit euangeliũ,ſicut ſol ſequitur aurorã: [cœpit Ieſus prædicare & dicere, Pœnitentiã agite]nõ tantum dicite cõtra loquentes,qui dicũt & non faciũt:non tantum in animo proponite cõtra differentes:nõ omittite,cõtra negligentes:nõ deſtruite,cõtra recidiuãtes: ſed agite pœnitentiã,quaſi medicinã ad ſanandũ morbum, quaſi armaturã ad ineundũ bellum, quaſi clauem ad reſerandũ cœlum: & ideo ſubditur: appropinquabit enim regnũ cœlorum, ſicut elongatur per peccatũ,ita appropinquat per pœnitentiã. (Prędicatiõis Chriſti initiũ.) F Recto autẽ ordine,à Ioãne tradito,incipit prędicatio domini:quia deſinente lege, oritur gratia euangelij, quod bona annũtiatio ſolet dici. (Euãgeliũ.) Lex enim promittebat bona terrena & trãſitoria:ſed euangeliũ promittebat cœleſtia & terrena. Vnde Theophil. Vetus namq; teſtimoniũ,his qui ſeruabãt illud, dierũ longitudinẽ promittebat:euãgeliũ vitã æternam. Vnde & Chry. Propter hoc neque prędicauit ante Ioannẽ,donec ille incideret in carcerẽ: vt non hac prędicatione,multitudo populi ſcinderetur: idcirco neq; ſignũ vllũ fecit Ioannes: vt ex hoc quoque multitudinẽ traderet Chriſto, quæ ad eũ ſignorũ admiratiõe cõflueret. (Signa nulla fecit Ioannes.) Vnde etiã Augu. Præmiſſus eſt Ioãnes,velut vox ante verbũ, aurora ante ſolẽ, prẽco ante iudicẽ,ſeru⁹ ante dñm,amicus ante ſpõſum. (De Ioãne, collatione Chriſti.) Et quia vniuerſum mundũ tenebræ & nox infidelitatis oppreſſerãt,& ſolẽ iuſtitiæ aſpicere non valebãt:beatus Ioãnes quaſi lucerna præmittitur, vt oculi, qui lippitudine iniquitatis oppreſsi, ma-

gnum & verũ lumen videre nõ poterat,admiſſum
G lumen lucernæ primùm quaſi tenuẽ ſplendorẽ vi-
dere cõſueſceret:vt paulatim peccatorũ nubilo re-
cedẽte:& infidelitatis digeſto humore Chriſto ad-
ueniente,ab illo cœleſti lumine lætificari , potius
quàm retorqueri poſſent.hæc Aug.Et notandũ ꝙ
perfectio euangelica,verſatur præcipuè circa tria:
videlicet circa opera pietatis,circa cõſilia humili-
tatis,& circa precepta charitatis. Hec etiã tria pre
cipuè dominus docuit in euãgelio. Incepit autẽ do
minus,ſicut Ioãnes,eadẽ prędicans,quę ille antè di
xerat:vt prędicatio diſcipuli & magiſtri conſona
eſſet,&domin' prędicationẽ ac doctrinã Ioãnis ap
probaret & cõfirmaret:ac ſuperbiã eorũ qui dictã
aliorũ dedignãtur accipere,cõfutarent:acvt ſe eiuſ
dem dei filiũ,cuius ille propheta ſit, eſſe oſtẽderet.
Verbũ ergo quod in Ioãne organo & in omnibus
prophetis clamauerat; prædicãs regnũ dei à pœni
tentia inchoare volebat:quia niſi remiſſo peccato,
per baptiſmũ & pœnitentiã condignã, nõ poterit
quis intrare in regnũ cœlorũ: vnde nõ ſtatim iuſti
H tiam prædicauit,ſed pœnitentiã. Quis ergo auſus
eſt dicere:volo bonus eſſe & nõ poſſum?Pœnitẽtia
enim correctio eſt voluntatis:& ſi vos mala nõ ter-
rent,vt ſcilicet pœnitentiã agatis, vel bona dele-
ctent;appropinquabit enim regnũ cœlorum:id eſt
beatitudo regni cœleſtis:ac ſi dicat, Parate vos ad
*pœnitentiã:quia appropinquabit tẽpus mercedis
æternæ.hæc Chry. Prædicauit aũt dominus pœni
tentiã,appropinquãte regno cœlorum,& fine mũ-
di:vt formidaret fortè iuuenilis ætas mundi. Nũc
verò appropinquãte regno cœlorũ, oſtenditur re-
gnum mũdi agere in extremis:ideo meritò debet
conuerti.Sic itaq; dominus à baptiſmo ſuo,vſq; ad
Ioãnis incarcerationẽ prædicauit, & docuit occul
tè,& in locis priuatis:ſed poſt eius incarcerationẽ,
publicè & in ſynagogis. Sicut enim Ioannes erat
præcurſor Chriſti:ita prædicatio Ioãnis erat præ-
uia Chriſti prædicationi.Et ideo Chriſtus nõ prę-
dicauit cõmuniter & publicè ante Ioannis incarce
I rationẽ,ſed finita eius prædicatione : ex hoc nobis
tribuens exẽplum humilitatis ſtupẽdæ, dum ſeruo
ſuo Ioãni longè ſe inferiori,in prædicatiõis & do-
ctrinæ officio humiliter dignatus eſt deferre . O
quot ſunt prohdolor hodie religioſi , qui non dico
inferiori,ſed nec pari,imò nec ſuperiori deferunt:
in quo ſe dei filio præferre,& eũ præire cõtendũt.
Ad prædicationẽ quoq; & doctrinã, requiritur æ-
tas perfecta.Perfectio aũt ętatis,eſt annorũ trigin
ta.Et ideo cõueniens fuit vt Chriſtus nõ niſi poſt
trigeſimũ annum,publicè prædicaret & doceret.
Hoc tẽpus eſt aptũ prædicationi,vt hîc patet: aptũ
prælationi,vt patet de Ioſeph,qui hac ætate factus
eſt præpoſitus Aegypti:aptum regimini , vt patet
de Dauid,qui triginta annorũ erat , cùm regnare
cœpit.Hac etiã ætate pręficiẽdi ſunt epiſcopi : ſed
heu hodie præficiuntur pueri,ac inſufficientes pro
hoc ſtatu,& minus idonei. Fuerunt autẽ à baptiſ-
mo Chriſti,vſq; ad mortẽ eius,tres anni , & tanto
plus quantum ab Epiphania,vſq; ad Paſcha: & ſic
modico tẽpore prædicauit. Eadem enim die qua
baptizatus eſt,reuoluto anno, cõuertit aquã in vi-

Euãgelica perfectio circa tria.

Predicatio Chriſti cõformis Ioãnis

*per Pœnitẽtię predicatio.

Prædicatio Chriſti cur poſt Ioannem.

Anni trigeſimi perfectio.

Gene. 41. 2.Reg.5.

Aetas Chriſti,& duratio prędicationis.

num,& in paſcha ſequenti,ſcilicet trigeſimiprimi
anni,incarceratus eſt Ioãnes: & in alio paſcha ſe- K
quẽti,ſcilicet trigeſimiſecũdi anni,decollatus:& in
tertio paſcha,ſcilicet trigeſimitertij anni,paſſus eſt
dñs:& ita vixit triginta duobus annis integris: de
trigeſimotertio,quantũ fluxit tẽporis à natali, vſq;
ad paſcha,quod pro anno dimidio cõputari ſolet.
Fuit aũt anno trigeſimo paſcha Iudeorũ quinto ca
lẽdas Aprilis,& feria quinta:ſed anno trigeſimo-
primo, fuit decimoſexto calendas Maij, & feria
quarta:ãnoverò trigeſimoſecũdo,fuit nonis Apri-
lis,in die dñica:ſed anno trigeſimotertio, fuit octa
uo calẽdas Aprilis,&ſexta feria.Et poteſt triplex
cauſa aſsignari,quare Chriſtus modico tẽpore vo-
luit prædicare.Prima,ad demõſtrandã ſuã virtutẽ,
ꝙ ſcilicet in tam modico tẽpore , totũ mundũ im-
mutaret.Secũda,ad excitandũ deſideria diſcipulo-
rum:vt magis eũ deſiderarẽt,quẽ tam modico tẽ-
pore,corporali præſentia habituri erãt. Tertia,ad
augmentãdum diſcipulorũ ſpirituale profectum.
Cum enim Chriſti humanitas ſit nobis via tẽdẽ-
di in deũ:nã ipſe dixit: Ego ſum via,nõ debemus in
eavt in termino quieſcere,ſed per eã in deũ tende L
re.Ne ergo corda diſcipulorũ, ad Chriſtũ carnali-
ter affecta,in eo vt in homine quieſcerẽt,corpora-
lem præſentiã citò ſubtraxit.Vnde Apoſtolus: Et
ſi Chriſtũ ſecundũ carnẽ nouimus,ſcilicet quando
corporaliter nobiſcũ erat:ſed nũc iam nõ nouimus
vnde & ante paſsionẽ,inter cætera dixit eis:Si ego
non abiero,paracletus nõ veniet ad vos:quia vt ca-
paces ſpiritus fierẽt, expediebat ꝙ caro & forma
ſerui ab eis auferretur,ne adhuc carnaliter eũ dili-
gerent.Ipſe enim dominus qui mundũ vicit, vo-
luit vt diſcipuli animũ totũ ad cœlum transferrẽt:
quia ſic & ipſi faciliter vincere mundum poſſent.
Nos quoq; ſimiliter,ſi ad patriã noſtrã cor transpo
nimus,& ad principẽ fidei noſtræ inſpicientes, viã
eius ſequi volumus , facilius aduerſa & proſpera
mundi cõtemnere,& ipſum mundum vincere po-
terimus.

Prædicationis Chriſti breuis triplex ratio.

Ioan. 14.

2.Cor. 5.

Ioan. 14.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte,qui noſtræ miſeriæ cõ
patiens,& tanquã verus medicus,medicinã M
animarũ nobis dare volẽs,à pœnitẽtia prę-
dicationẽ tuã incepiſti,& nobis peccatoribus,dum
tẽpus habemus,eam facere iuſsiſti:da mihi miſero
peccatori ſpatiũ & effectũ pœnitẽdi:qui tãdiu,pro
quo tibi laus,miſericorditer pepercisti delinquẽti:
vt per pœnitentiã appropinquet,& referetur mi-
hi regnũ cœlorũ,qđ elõgatur & clauditur per pec
catũ,per verã pœnitudinẽ,& lachrymarũ compũ
ctionẽ,talẽ me eſſe cõcede in mortis articulo,qua-
lem me eſſe per aquã regenerationis præſtitiſti in ba
ptiſmatis lauacro : vt aptus eſſe merear cœlorum
regno.Amen.

De ſcđa & tertia vocatiõe diſcipulorũ.ca. XXIX. Lucæ 5.

POſtquam igitur dominus Ieſus re-
uerſus de Iudea in Galilęam, multa
prędicaſſet & feciſſet : propter quæ
fama clarè de ipſo creuerat : ita vt
turbę cũ preſſura & impetu irruerẽt
& impingerẽt in eũ,præ nimia deuotione & deſi-
derio audiendi verbum dei:quadam die,cùm eſſet
[ſecus



[ſecus ſtagnũ Genezareth,]quod & mare Galilęę,
A vel etiam Tyberiadis dicitur: & in terra ſtare pre
preſſura non poſſet, [vidit duas naues ſecus ſtagnũ
ſtantes] quarũ vna erat Symonis, & etiã Andreæ
ſui fratris:altera verò Iacobi & Ioannis, [piſcato-
res aũt deſcenderant, ] ad terrã [& lauabant retia
ſua,] amouentes immundicias,vt plicarẽt ea: quia
nullos piſces ceperant nocte illa: [aſcendens autẽ
in vnam nauem quæ erat Simonis,] vt populũ de
naui conuenientius doceret [rogauit eum à terra
reducere nauem puſillum,] & paululum, ita vt nõ
nimis à terra diſtaret:quia ita volebat à terra elon
gari vt poſſet audiri,non tamẽ opprimi.[Et ſedẽs]
tanquam doctoris autoritate vtens [docebat de na
uicula turbas,] in terra ſtãtes,ecce mira Chriſti hu
militas & manſuetudo:præcipere poterat, præce-
ptor enim erat,& tñ rogat:in quo prælatis formã
dedit vt libentius moneant quàm præcipiant, ma-
giſq; amari quàm timeri appetãt:quia vt dicit Se-
neca: Generoſus animus facilius ducitur,quàm tra
B hitur.Sed ecõtrariò faciunt fatui,de quibus in Eze
chiele dicitur:Cum auſteritate imperabatis eis &
cum potentia.Myſticè per ſtagnum poteſt intelli-
gi lex,extra quã dominus erat: quia legalia iã ceſ-
ſare incipiebant,& duæ naues quas vidit ſunt duo
populi,ſcilicet Iudaicus & gentilis,quos vidit:quia
de vtroq; populo multos miſericorditer viſitando
ad fidem vocauit.Piſcatores ſunt prædicatores, &
Eccleſiæ doctores:qui nos per rete prædicationis
& fidei cõprehendũt,& quaſi littori ſic terræ viuẽ
tium aduehunt,qui debent deſcendere de alto præ
dicationis ad cõſiderationẽ ſuæ fragilitatis: & re-
tia lauare,id eſt,maculas peccatorũ quę in prędica
tione cõtrahũtur,aqua cõtritionis delere:quia ver
ba prædicationis ſæpe maculantur à quęſtu tẽpo-
rali,& gloria inani,ab adulatione fallaci.Ille ergo
lauat retia,qui lucrũ tẽporale,vel curioſitatem,vel
humanũ fauorem à doctrina & prædicatione ſua
excutit.Nauis Simonis eſt primitiua Eccleſia Iu-
dæorũ quorum prædicator Petrus erat, in quã dñs
C per fidem aſcendẽ: de ea turbas docebat:quia de au
toritate ipſius Eccleſiæ vſq; ad hodie gentes docet:
alia nauis eſt Eccleſia de gentibus , quibus Paulus
doctor eſt miſſus: quia de Iudæa nõ ſunt crediturı
tot quot ad vitã æternam ſunt prædeſtinati,in na-
ui aũt terræ vicina docebat turbas:ita enim cœle-
ſtia debemus docere , vt ea terreni valeant ſaltem
per fidem capere vel intelligere. Ad turbas quidẽ
temperatẽ eſt vtendũ verbo diuino: vt nec terrena
eis præcipiãtur,nec à terrenis, nimis vt penitus nõ
intelligant,in profunda ſacrorũ recedatur. Aliter
per iſtud ſtagnum quod dicitur mare , intelligitur
mundus:qui ad modũ maris tumet per ſuperbiam,
feruet per auaritiã, ſpumat ꝑ luxuriã:ad tranſeun-
dum iſtũ mundũ vidit Chriſtus, id eſt , approbauit
duas naues:quarũ vna quæ non nominatur ſignifi-
cat viam cõmunem mandatorũ, eo ꝙ omnes indi-
ſtinctè obligentur ad eã:& alia quę nominatur,ſci
licet Simonis qui interpretatur obediens,ſignificat
conſiliorum & ſtatũ religioſorũ, quorũ potiſsimũ
votum eſt obediẽtia, & ad iſtã deſcendit Chriſtus:
& in ipſa ſedit, & docuit, & voluit ꝙ reducęretur

Doci,& trahi.

Ezech. 34

Piſcatores dicuntur prædicatores.

Lauare retia quis dicatur.

à terra:quia Chriſtus ad cor religioſi deuotè conſi
lia obſeruantis,deſcendit per gratiam:ſedet per cõ D
templationem,& docet per donorum ſpiritus ſan-
cti influẽtiam,& ipſe vult ꝙ à terra reducatur pu-
ſillum,ſcilicet corde & ſi non corpore:quia nõ põt
aliter cor noſtrum retineri,ne aliquãdo terram ex
aliqua tangat parte:& ſancti viri nõ poſſunt peni-
tus elongari:ſed oportet corpori ꝓuideri , ſic ergo
nauis Simonis,id eſt,religioſi debet à terra elõgari:
ſed hodie multi per ingreſſum religionis non ſepa
rantur,nec elongantur à terrenis:ſed potius magis
quàm prius approximant eis.Item duę naues quas
Chriſtus vidit,ſunt duæ viæ quas approbauit,qua-
rum vtranq; ingreſſus eſt: vna eſt via innocẽtię,al-
tera eſt via pœnitẽtiæ. Sicut eñ duobus modis ha-
betur hæreditas:ſcilicet per ſucceſsionẽ & emptio
nem,ſic cœlũ habetur per viã innocentię quaſi per
ſucceſsionem,& hãc nauem ingreſſus eſt Chriſtus,
qui peccatũ non fecit,nec inuentus eſt dolus in ore
eius:habetur etiam per emptionem,id eſt,per pœ-
nitentiam,& hanc nauem pro nobis Chriſtus aſcẽ
dit quam vſq; ad mortem non dimiſit:per has duas E
naues tranſitur mundus,& venitur ad cœlũ: vt ve-
rò ait Chryſo.Habemus pro naue Eccleſiam, pro
gubernaculo crucẽ, pro gubernatore Chriſtũ, pro
rete patrem:pro vento ſpiritũ ſanctũ,pro velo gra
tiam:pro nautis Apoſtolos, pro nauigantibus pro-
phetas,pro naui vetus teſtamentũ & nouum,com-
mittamus ergo nos pelagi huius profundo ad per-
quirendã in ſcripturis diuinis margaritã latẽtem.
[Vt aũt] finita prædicatione [ceſſauit loqui,] do-
ctrinam ſuã miraculo confirmare volens Simoni,
[dixit, duc:] ſcilicet nauem [in altũ,] id eſt, ad lo-
cũ aquę magis profundum qui eſt conueniẽtior ad
piſcandũ [& laxate retia veſtra in capturam:] ſci
licet piſcium [& reſpondens Simon dixit,] Ieſu
[præceptor] cui obedire debemus, [per totã noctę
laborantes nihil cepimus,] quãuis diligentiã ma-
gnam adhibuerimus, [in verbo aũt tuo laxabo re-
te,] id eſt,confidens in virtute verbi tui.] Et cùm
hoc feciſſet [obediendo præceptori, [concluſerunt F
piſcium multitudinẽ copioſam] tantã ſcilicet quã
tam ipſe maris & terræ dominus volebat, nimirũ
quia obediebãt ei cui ſubiecta ſunt omnes volucres
cœli & piſces maris,ideo in eorum poteſtate datæ
ſunt creaturæ.Vñ Anſel.Ius ſiquidẽ nullum in his
quæ dei ſunt:ſcilicet creaturis debẽt habere,qui vo
luntati eius prauis actibus non verentur cõtraire.
In hoc aũt facto diſcipulorum datur religioſis for
ma obediẽtiæ:vt ſcilicet faciliter obediãt ſimplici
verbo,nõ præceptũ vel comminationẽ expectãdo.
Et attende ꝙ etſi alijs imperatur vt relaxarent re-
tia prædicationis in humilitate Simonis ſoli tamẽ
Petro dicitur,duc in altum rete:ſcilicet in profun-
dum ſcripturæ & doctrinę:quid enim tam altum,
quàm ſcire dei filiũ?.q.d.Sufficit minoribus ſacer-
dotibus ſcire prædicare minora , epiſcopis verò ſi
qua dubia in Eccleſia emerſerint offerri debẽt, vt
ea ſoluant & doceant. Myſticè hîc tanguntur tria
prædicatori expediẽtia.Primò, ſublimis cõuerſa-
tio,cùm dicitur:duc in altũ.Secũdò,plana & nõ in
uoluta locutio , cùm ſubditur laxate retia veſtra.

Naues duę

Hęreditatis acquiſitio.

1.Petr.2.

Obediẽtię forma.

Prædicatori tria expedientia.

Tertiò,recta intentio, cùm additur, in capturam G piſcium,nõ propter adulationem humanam, non propter vanam gloriam,non propter vtilitatem tẽporalem:ſed propter hominũ ędificationem.[Rũpebatur aũt rete eorum,] ex grauitate multitudinis piſcium,ex quo patet duplex miraculum: quia non ſolum ceperant magnã multitudinem piſciũ ſupra modum ſolitũ & impoſsibilem per viam humanam:ſed etiam tãta multitudo tenebatur in reti rupto, [& annuerunt,] Simon & Andreas filijs Zebedæi, [qui erant in alia naui:vt venirent & iuuarent eos,]vbi Theophilus:per nutũ ipſos vocãt, quia ex ſtupore propter capturam piſciũ loqui nõ poterant, [& venerunt & impleuerũt ambas nauiculas,ita vt penè mergerentur:] ſed Eccleſia ſubmergi & deficere non põt, licèt fluctuet & quaſſetur.Et cùm ſtupor admirationis circundaret Simonem Petrum & ſocios eius:ac totam eorum mentem occuparet propter facta Chriſti inſolita, Petrus intelligens q̃ nõ poterat eſſe virtute humana: procidit ex humilitate ad genua Ieſu,tanquã ſuum H recognoſcẽs dominũ,& dixit ad eũ.[Exi] & recede [à me domine, quia homo peccator ſum] & nõ ſum dignus habitare in tua ſocietate. [Exi à me,] quia ego homo purus,tu homo deus:ego peccator, tu ſanctus:ego ſeruus,tu dominus.q.d.ſeparet te locus à me,quẽ ſeparat à te fragilitas naturæ, vilitas culpę,& infirmitas potentię. Reputabat eñ ſe indignum eſſe præſentia tam ſanctæ perſonæ. Argumentum quia valde timendũ eſt homini peccatori ſancta tangere,circũdare Chriſti altare, ad euchariſtiam accedere:dñs aũt Petrum conſolando & ei exponendo,ꝙ captura piſcium ſignificaret capturam hominũ per eum,ait ad illum.[Noli timere,] nec obſtupeſce:ſed potius gaude & crede,quia maiori prædeſtinatus es piſcationi : alia nauis & alia retia dabuntur tibi.Vſq; modò cepiſti per retia piſces, [ex hoc,] id eſt, poſt hoc tẽpus & de cætero, non tñ ſtatim [eris capiẽs,] ꝑ verba [homines]per ſanam doctrinã trahendo eos ad viã ſalutis,hoc eſt ad prædicationis officium aſſumeris. Verbũ enim dei hamo piſcatoris comparatur: quia ſicut hamus non capit piſcem niſi ab ipſo capiatur, ſic nec ver I bum dei capit hominem ad vitã æternã,niſi ipſum verbum mẽte eius teneatur. Vel ex hoc eris homines capiẽs,id eſt,ex hoc quod factũ eſt ſignificatur ꝙ homines capies: vel ex hoc ꝙ ſic te humiliaſti, habebis officiũ homines capiẽdi: humilitas eñ virtus attractiua eſt,& dignũ eſt vt illi alijs præſint, qui in poteſtate extolli neſciunt. Vnde non in apoſtolatum eligitur:ſed aliquãdo eligendus ſit prędicitur:totusq; facti huius ordo quid in eccleſia, cuius ipſe typum tenet,geratur hîc oſtẽditur. Per Petrum etiam qui cũ ſocijs per totam noctem laborans nihil ceperat , & in verbo Chriſti laxans rete cepit copioſam multitudinẽ piſcium,& tñ non attribuit ſibi niſi culpã dicens:exi à me dñe, quia homo peccator ſum,figuratur prædicator euangelij: quia proprię innitẽs virtuti nihil ꝓficit,ſed innitẽs virtuti dei magnũ profectũ facit. Et in hoc ꝙ Petrus capta multitudine piſciũ procidit ad genua Ieſu,datur intelligi ꝙ in prædicatione vel exhortatione capta multitudine hominũ,prędicator debet ſe deo humiliare,& ei totũ attribuere: ſibi autẽ nihil niſi defectum aſcribere,& tũc cõfortatur à do- K mino dicẽte:noli timere , & tunc maior profectus ſibi promittitur cùm ſubditur : ex hoc iam plures homines eris capiens. [Et ſubductis ad terrã nauibus,]id eſt,tractis & collocatis animo & ſpe redeũdi ad eas [relictis,]ad tẽpus [omnibus:] ſcilicet nauibus & manuũ inſtrumentis, [ſecuti ſunt dũm,] aliquantulũ cauſa reuerentię aſſociando:Petrus & Andreas & Iacobus & Ioãnes,ſed iterũ ad propria redierunt.Ideo enim naues ad terram reduxerũt: quia adhuc voluntatẽ redeundi ad piſcationis officium habuerunt. Ex quo patet ꝙ nondũ rebus ſuis perfectè renuntiauerunt, nec perfectè in hac vocatione Chriſto adhęſerunt.Et ſciendũ ꝙ idẽ eſt mare Galilęæ,& Tyberiadis, & ſtagnũ Genezareth ſitum inter Hieruſalẽ & Damaſcum,diſtans quaſi tribus dietis ab vtraq; ciuitate,& habet in longitudine xij.milliaria,in latitudine v.vel circa, arenoſo littore & ſyluis circundatum: in quo eſt magna L copia piſcium diuerſorũ generũ, & eſt viſu amœnum,& delectabile ad potandum. Et quanuis eius aqua ſit dulcis & nõ amara , dicitur tamẽ mare ſecundũ conſuetudinẽ lingue Hebraicę:quia magnã collectionẽ aquarũ,ſiue dulciũ, ſiue ſalſarũ, vocat Hebræus Tharſis,id eſt,mare:ſecundũ illud Gene. Cõgregationesq; aquarũ appellauit maria. Dicitur aũt mare Galilęę à ꝓuincia adiacẽte:quia ſitũ eſt in cõfinibus prouinciæ Galilęę,ſcilicet Iudęorum,nõ gẽtiũ. Dicitur aũt mare Tyberiadis à Tyberiade ciuitate cui adiacet,quã Ieſus in ſua iuuẽtute frequenter viſitare ſolebat.Dicitur etiã ſtagnũ: q̃ eſt lacus ſtãs,qui fit ex reflectione & flexu Iordanis ac vndis ebulliẽtibus & influẽtibꝰ, nec habet alueũ quo fluat extra locũ ſuũ,vt fluuius.Porrò Genezar Græco vocabulo quaſi generãs ſibi aurã dicitur,à natura & ꝓprietate laci ipſius:quia ex faucibus montiũ circunſtantiũ frequẽter de ſeipſo ſibi aurã excitat,& ventũ validũ colligit,qui vndis creſcentibus & ſe mouẽtibus ex ipſius atque reſolutionibus generatur:ex quo facta in ſtagno ꝑturbatio- M ne,& inualeſcẽte tẽpeſtate vndis fluctuãtibus nauiculę plerunq; ſubmerguntur. Dicit tñ Ioſephus, ꝙ ſic dictus ſit à modica regione Genezara quã præterfluit,quę tẽperatiſsima eſt & cõueniẽtiſsima omni generi arborũ:vñ interpretatur hortꝰ vel principiũ natiuitatis. Dicit̃ etiã interdũ lacus ſalinarũ: ꝓpter puteos vñ ſal trahebatur. Fluuius aũt Iordanis ad radices mõtis Libani iuxta Cęſarę̃ Philippi ex duobus fontibus: ſcilicet Ior, & Dan,ex quibus nomẽ trahit & originẽ in prędicto ſtagno Genezareth deſcẽdit,& ꝑ ipſum trãſiẽs,& inde totus egrediẽs ꝑ longũ ſpatiũ regionẽ adiacentẽ irrigãs ꝑ vallẽ illuſtrẽ,quę vallis ſalinarũ dicitur,in mare mortuum nõ longè à Hierico ſe infundit, & poſtea nuſquam apparens in abyſſo abſorbetur. Deinde cùm poſt iſtam vocationem prædicti diſcipuli ad ſua,vt dictum eſt,& ad piſcationem rediſſent. [Ambulans Ieſus iuxta mare Galilęæ,] iterum vidit Petrum & Andream , non tam corporaliter q̃ ſpiritualiter,& magis ad corda quã ad faciem

Cur nutu vocabãt diſcipulos.

Sacra tangere vereantur peccatores.

Verbũ dei cõparatur hamo.

Myſtica ſignificatio piſcationis Petri.

Mare Tyberiadis.

Mare.

Genes.

Genezar quid dicitur.

Iordanis.

Matth.4. Tertia vocatio.

ciem



ciẽ reſpiciẽs,[mittentes retia in mare]ad piſcandũ A & victũ quærendũ:vt dicit glo.decenter per piſcatoria vadit loca piſcatores piſcaturus. Et ait illis: [Venite poſt me]affectu & imitatione,& quẽadmodũ ego ambulo & vos ambulare,[& faciam vos piſcatores hominũ,]non præbẽdarũ,non decimarũ,ſed animarũ:quia per rete ſanctæ prædicationis piſces,id eſt,homines de profundo pelagi,id eſt infidelitatis ad lucẽ fidei traxerũt,quaſi ad littus ſalutis.vnde Theophilus: Admiranda eſt aũt iſta piſcatio,piſces eñ cũ capiuntur,mox moriuntur:homines cũ capti ſunt,verbo prædicationis potius viuificantur:vt aũt dicit Chryſo.in medijs aũt operationibus exiſtentes eos vocauit,monſtrans ꝙ omnibus occupationibus ſequelã ſuam præponere oportet:cũ ergo quis præficitur Eccleſiæ piſcator & paſtor,valde debet timere ne non ſequatur dominũ perfectione ſequelæ:quæ eſt,vt ſemetipſum abneget & crucẽ ſuã tollat.[At illi continuò relictis retibus & naui,ſecuti ſunt eum,]omnino,non ſolum pedum inceſſu,ſed magis obedientia & affe- B ctu,non amplius ad propria reuerſuri.[Et procedens inde]puſillum vltra[vidit Iacobum & Ioannem,in naui cũ Zebedæo patre eorum,]qui tãquã ſenex tenebat remũ[reficientes,]id eſt,componentes,vel reparantes[retia ſua]quod magnæ paupertatis erat indiciũ. Vnde Chryſoſt. Vide autẽ quàm etiam diligenter inopiam eorũ euangeliſta ſignauerit. Inuenit,inquit,eos ſuentes retia ſua:tãta erat paupertatis nimietas & ſuperabundantia,vt vetera & prærupta contexerẽt & emendarent:quia noua & meliora emere,vel habere nequibãt:& quod ad maiorem pietatem eorũ pertinet,in tanta paupertate ſic patri ſuo ſuccurrebant:vt ſecum baiularent in naui,nõ vt iſtos ille adiuuaret in opere,ſed vt iſti illum conſolarentur ſua præſentia. Nec ſanè parua hæc ſunt dogmata virtutis facilè omnem tolerare paupertatem,& de iuſtis laboribus viuere mutua ſibi charitate connecti,habere ſecum inopem patrem,atq; in eius obſequio laborare. hæc Chryſoſt.ergo quandoque quieſcendum eſt à piſcatione,& ceſſandum à prædicatione:vt retia reficias. Si refeciſti retia:& collegiſti autoritates ſacrę C ſcripturæ,quibus auaritiam iugulaſti : quieſcas à prædicatione paulıſper,vt iterum reficias retia,& colligas autoritates quibus aliquem vitioſum hominẽ capias,& vitiũ eius iugules & extinguas. Et vocauit eos ad ſe,vt etiam de captura piſciũ tranſirent ad piſcationẽ hominũ. Secundum Chryſoſto. Eliguntur piſcatores:quia erant futuræ dignitatis gratiã ſui officij opere prophetantes:qui in melius mutato piſcationis officio,de terrena piſcatiõe ad cœleſtẽ tranſlati ſunt,vt humanũ genus de profundo gurgite erroris,velut piſces caperẽt ad ſalutem: illi autẽ ſtatim relictis retibus & patre,ſecuti ſunt eum,omnino imitatione & ſequelæ perfectione: ecce ꝙ mutatur intentio non piſcatio , mutantur retia in doctrinã,cupiditas in amorẽ animarũ : fit mare ſeculũ,nauis Eccleſia,piſces boni & mali homines:in his autẽ datur forma omnibus Chriſtum ſequi volentibus,per hoc eñ ꝙ Petrus & Andreas ac Iacobus,& Ioannes relictis retibus,naui,& patre vocantẽ dominũ ſtatim ſunt ſecuti:oſtenditur D nobis quòd non voluntas carnalis,non cupiditas tẽporalis,nec affectio ſanguinis nos retrahere debẽt à ſequela Chriſti:quia perfecti ſectatores Chriſti relictis retibus peccatorũ , & naui poſſeſsionum, & etiam parentibus,quantum ad carnalẽ affectũ, animo prompto ſequuntur eũ:in retibus enim,& naui,& patre:tria ſignificantur quę relinquere debẽt diſcipuli Chriſti,ſcilicet actio peccati:quę per retia quaſi retinentia:poſſeſsio mundi quæ per nauim:affectio conſanguinitatis,quæ per patrẽ põt intelligi: vnde Chryſoſt.tria eñ ſunt quæ relinquere debet qui venit ad Chriſtum:actus carnales,qui per retia piſcationis ſignificãtur: ſubſtantia mundialis,per nauẽ:parentes,per patrem. Reliquerunt ergo nauem,vt fierent eccleſiaſticæ nauis gubernatores,reliquerunt retia:vt non piſces afferrẽt ad ciuitatem terrenam,ſed homines ad cœleſtẽ:reliquerunt vnum patrem,vt ſpirituales patres omniũ fierent.hæc Chryſoſto. Et notandum quod de Petro,& Andrea dicitur quòd mittebant rete in mare:ſed de Ioanne & fratre eius dicitur quòd reficiebant retia ſua:quia ſecundum Chryſo.propter Pe- E trum dicti ſunt mittentes,propter Ioannem reficientes:quia Petrus euangeliũ prædicauit,ſed non compoſuit:Ioannes compoſuit & prędicauit. Item ſciendum eſt hîc:quia primò vocatur actio,deinde contẽplatio. Quæ enim circa Petrum, actionẽ ſignificant:quæ verò circa Ioannem , contemplationem. Petrus nanque feruidiſsimus & magis ſolicitus alijs, Ioannes verò theologus excellentiſsimus fuit. Conſidera nunc quanta fuerit horũ quatuor beatorum diſcipulorum obedientia, qui ad vnius iuſsionis vocem ſtatim relictis omnibus,etiã voluntate & propoſito habendi,Chriſtum dominum ſunt ſecuti,in quo,vt ait Chryſo.ſe veri Abrahæ filios comprobauerunt:quia ſimili exemplo audita dei voce ſecuti ſunt ſaluatorem . Dimiſerunt nanque ſtatim quæſtum corporalem,vt æterna lucra conquirerent:reliquerunt patrem terrenũ,vt patrem cœleſtẽ haberent:vnde non immeritò & eligi meruerunt. Et iterum: Perpende tu verò fidẽ & obedientiam vocatorum:noſcitis autẽ qualiter F auidum quid eſt piſcatio. Siquidẽ in medio ipſius operis conſtituti: cũ illum vidiſſent iubentẽ, nihil diſtulerunt,nihil omnino cunctati ſunt:non dixerũt reuertimur domum,loquimur propinquis:ſed cuncta illicò relinquentes,fecerunt quod Heliſęus quoq; ſub Helia legitur impleſſe. Talẽ quippe obedientiam à nobis Chriſtus efflagitat: vt neque punctum temporis differamus,& ſi nos aliquid neceſſarium vrgere videatur propter quod & aliũ quẽ accedentem ac ſe rogantem,vt ad ſepeliendum patrem rediret,ne id quidem facere permiſit:oſtendens quia Chriſtus cunctis ſit etiam neceſsitudinibus præferendus. hæc Chryſ. Vnde & Greg. Audiſtis quia ad vnius iuſsionis vocẽ ſecuti ſunt redemptorẽ,& ad vnũ domini præceptũ,hoc quod poſsidere videbãtur obliti ſunt:quid ergo in iudicio eius dicturi ſumus,qui vocantẽ ſequi contemnimus:& ob amorẽ pręſentis ſęculi,nec pręceptis flectimur nec verberibus emendamur: hæc Gregori. Secuti autem

Cur in medio opere vocauerit.

Paupertatis & pietatis Apoſtolorum indicia.

Chriſti ſequelã nulla affectio dirimat.

Relinquẽda religioſis.

Obediẽtia diſcipulorum.

autem

aũt ſunt d m eius veſtigia ſequẽdo,eius opera imi
G tando:eius virtutes tenendo.Hoc nanque eſt poſt
Chriſtũ ire:hoc eſt Chriſtũ ſequi.Neq; enim ſuffi
cit nobis pedibus tantũ ire poſt Ieſum,niſi & men
te & dilectione ſequamur eum.In his ergo,ſecun-
dum Hilariũ,docemur Chriſtũ ſequi,& ſecularis
vitæ ſolicitudine ac paternæ dom⁹ cõſuetudine nõ
Omnia relinquere. teneri Et ſi pauca hi diſcipuli habuerũt:multa ta-
men reliquerunt,quia in hoc ſeculo nihil retinere
vel amare ſtuduerũt.Vnde Grego.Sed in hac re af
fectum debemus potius pẽſare quã ſenſum:multũ
reliquit,qui quãlibet parũ,totũ deſeruit:multũ re-
liquit,qui ſibi nihil retinuit:multũ dimiſit,qui de
ſideria habẽdi dereliquit:multũ dimiſit,qui cũ re
poſſeſſa etiã cõcupiſcẽtijs renuntiauit.A ſequenti-
bus ergo ſcilicet Chriſtũ tãta dimiſſa ſunt:quanta
à non ſequentibus cõcupiſci potuerunt.Cor nãque
& nõ ſubſtãtiã dñs penſat,nec perpendit quantum
in eius ſacrificio:ſed ex quanto proferatur.Aeſti-
mationẽ quippe prætij nõ habet:ſed tamen regnũ
dei tantum valet quãtum habes.Ante dei nanque
H oculos nunquã eſt vacua manus à munere, ſi arca
cordis repleta eſt bona voluntate.Nihil quippe of
fertur deo ditius voluntate bona.hæc Grego.

## ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte, fac me per auiditatẽ
ad audiendũ verbũ dei irruere retia prædi
cationis ac deſiderij,& bonæ operationis:
ab omni auaritia,adulatione,& inani gloria laua-
re:nauẽ religionis à terrenis reducere in ea quie-
ſcẽdo ſedere,& per exẽplũ alios docere,& in pro-
fundũ cõtẽplationis & prædicatiõis ducere:in ver
bo tuæ inſpiratiõis retia laxare,& in aquis tribu-
lationũ copioſam multitudinẽ internarũ cõſolatio
nũ concludere. Voca & trahe me miſerum ad tuũ
ſanctũ diſcipulatũ,quatenus omnia relinquendo,
& te ſequendo ad tuorum pauperum merear per-
tingere conſortium.Amen.

De Epilogo vocationũ diſcipulorũ.Et de di
ligẽtia Chriſti ad prædicãdũ. Cap.xxx.

I TRes itaque vocationes diſcipulorũ
ſuprà habuiſti.De prima dicit Ioan-
Ioan.1. nes,& tũc vocati ad fidẽ venerunt ſo
lum:vt aliquã notitiam & familiari
tatem Ieſu contraherent. De ſecun-
Lucæ 5. da dicit Lucas,& tunc etiã ſecuti ſunt eum animo
redeundi ad propria:cœperunt tamen audire eius
Matth.9. doctrinã:De tertia dicit Matthæus,& Marcus:&
Marci 2. tunc venerunt ad perſeuerandũ cum eo,perfectio
nem eius imitando:primæ duæ vocationes forma
ſunt nouitiorũ in religionibus,qui primò vocãtur
ad probandum & inſtruendum, & quandoque ad
propria redeunt.Tertia tenet formã profeſſorũ:
quia tunc velut profeſſi religionem Chriſtianam
Matth.9. Chriſto inſeparabiliter adhæſerunt Itẽ de vocatio
ne Matthæi,publicani habes infrà.De modo autẽ
vocationis aliorum non eſt determinatum vel ſcri
ptum.Vnde Chryſo.Quid eſt autem quod de alijs
Vocatio Apoſtolorũ ſcripta. Apoſtolis nobis non dicitur qualiter,& quomodo
ſunt vocati:niſi de Petro,Andrea,Iacobo,& Ioan
ne,& Matthæo?Hi enim maximè erãt in cõuenië
tibus & humilibus ſtudijs:neq; enim telonij offi-
cio eſt aliquid deterius,neq; piſcatione vilius.Con
ſidera igitur,& cõſpice dñm Ieſum in prędictis di K
ſcipulorũ vocationibus & cõuerſatione eius cũ il-
lis,qũo affectuosè eos vocat:reddẽs ſe eis affabilẽ,
domeſticũ,benignum,& obſequioſum: attrahens
eos intus & extrà,ducẽdo eos ad domũ matris:vel
alibi vbi pro tẽpore manebat,& familiariter vadẽs
ad domos eorũ.Docebat etiã eos & inſtruebat, ac
curã de ipſis præcipuã habebat:ſicut mater de vni-
co ſuo filio habere cõſueuit.Dicitur enim quia bea
tus Petrus referebat,ꝙ qñ in aliquo loco cũ eis dor
miebat,& ſurgẽs de nocte eos recooperiebat:quia
tenerrimè eos diligebat:ſciebat enim quid de ipſis
facturus erat.Nã quãuis eſſent homines rudis con
ditionis & humilis nationis,tamẽ principes mun-
di & duces in bello ſpirituali omniũ fideliũ eos erat
conſtiturus.Conſidera etiã vocatorũ obedientiam Obediẽtia vocatorũ.
quæ cõmendatur,quia prompta,eo ꝙ continuò &
ſtatim eã oſtẽderunt:quia integra,eo ꝙ omnia re-
liquerunt:quia recta,eo ꝙ dñm Ieſum ſecuti ſunt.
Primũ perfectum,ſecũdũ perfectius,tertium per-
fectiſſimũ.Sed ad quid reliquerunt omnia?Secun- L
dum Chryſo.In hoc docuerunt nos Apoſtoli,ꝙ ne
mo põt terrena poſſidere & perfectè ad cœleſtia
properare.Aër inter cœlum & terrã conſtitutus,
oſtendit ꝙ inter cœleſtia & terrena nulla põt eſſe
coniunctio:cœleſtia enim quia ſpiritualia & leuia,
ſurſum ducunt,terrena quia ponderoſa & grauia,
deorſum deprimunt:ſed nõne poſtea reſumpſerũt
ergo imperfectè reliquerunt.Dicendum ꝙ perfe-
cta fuit obedientia:quia etſi poſtea reſumpſerunt,
non ex proprietate,ſcilicet amore vel cupiditate,
ſed ex neceſſitate vitæ hoc fecerunt.Cõſidera etiã
& nota quibus,qui,& qualibus cœpit & orta eſt Ec
cleſia.Noluit dñs primos fundatores Eccleſiæ eli- Eccleſię fũdatores.
gere ſapiẽtes,vel potentes,aut nobiles huius ſecu-
li:ne fides euangelij,& virtus fidei,& opera quæ
fienda erant,aſcriberentur eorũ ſapientiæ vel po-
tentiæ,aut nobilitati:ſibi hoc reſeruauit,quia ſua
potentia,ſapientia,& bonitate nos redemit.Si eñ
doctus vel potens aut nobilis eligeretur : fortaſſe M
ideo electum ſe diceret,quia doctrina,vel potẽtia,
vel nobilitas eius eligi meruerit:volens frangere
ſuperbiã,elegit illiteratos & mundo deſpectos,hoſ
que doctores faciens,& ad prædicandum mittens,
per eos ſubiecit mũdi rectores,ne fides credẽtium
putaretur nõ in virtute dei,ſed in ſapiẽtia & virtu
te hominum.Vnde Gregorius:Relictis ſapiẽtibus Vocatorũ cõgruitas.
inſipiẽtes,relictis fortibus debiles, relictis diuiti-
bus pauperes elegit:& prædicatores infirmos ab-
iectosq;,qui potẽtes quouſq; & fideles populos col
ligerent habere ſtuduit.Ad prædicandum nanque
eum tales venire debuerãt,qui de laude propria nil
habebãt:vt tanto ſolius veritatis cognoſceretur eſ
ſe quod agerent,quanto & à parte cerneretur,ſi ad
hoc agẽdũ idonei per ſe nõ fuiſſent.Vnde Chryſo. Vocatorũ fœlicitas & idoneitas.
O beatos piſcatores iſtos quos dominus inter tot
doctores legis & ſcribas inter tot ſeculi ſapientes
ad diuinæ prędicatiõis officiũ,& ad gratiã apoſto
latus primos elegit.Et digna ſanè dño noſtro atq;
conueniens prædicationi eius fuit talis electio:vt
in prædicatione nominis ſui,tanto maioris laudis
admiratio



admiratio naſceretur,quãto etiã eã mundi infimi
A & humiles ſeculi prædicaſſent.Qui nõ per ſapien
tiã verbi mundũ caperent,ſed per ſimplicem fidei
prædicationẽ de errore mortis humanũ genus libe
rarẽt.Nõ ergo nobiles mundi aut diuites elegit,ne
ſuſpecta fieret prædicatio:non ſapiẽtes ſeculi,qui
per ſapientiã mũdi perſuaſiſſe humano generi cre
derẽtur:ſed elegit piſcatores illiteratos,imperitos,
indoctos,vt aperta eſſet gratia ſaluatoris.Humiles
quidẽ in ſeculo etiã in ipſo artis officio:ſed præcel
ſos fide,ac deuotos mentis obſequio.Ignobiles ſe-
culo:ſed nobiles Chriſto.Nõ ſcriptos in aluo ſena-
tus terreni,ſed ſcriptos in aluo ſenatus in cœlo.De
ſpectos terrę,ſed acceptiſſimos cœlo:pauperes mũ
do,ſed diuites deo.Scit enim deus quos elegit , qui
occulta cordis nouit:eos vtiq; qui nõ ſapiẽtiã ſecu-
li quærerẽt,ſed dei ſapientiã deſiderarẽt:nec diui-
tias mũdi cuperẽt,ſed theſauros cœleſtes optarẽt.
hæc Chryſo.Attẽdãt hæc nobiles,potentes,& ſa-
piẽtes ſuperbi huius mundi,& cognoſcãt ignobiles
B impotẽtes & idiotas ſibi præferri:& ex hoc cõfun
dãtur & erubeſcãt,& à ſua ſuperbia reſipiſcãt.Exẽ
plo itaque horũ principum,& ducũ noſtrorũ relin
quamus & nos omnia,& ſequamur Ieſum in quo
Monachũ ad imitationẽ Chriſti inuitat. habemus omnia:ad quod bene hortatur nos Chry
ſo.dicẽs:Monachus apoſtolicã vitã deſiderat imita
ri.Vis ô monache eſſe diſcipulus Chriſti,imò vis
diſcipulorũ eius eſſe diſcipulus?Fac quod fecit Pe-
trus,quod fecit Iacobus & Ioannes:habebãt oculũ
ſcandalizantẽ:patrem,& nauem,& rete.Dicit eis
Ieſus,venite ſequimini me:abſcõditur oculus,& hi
ſequuntur Ieſum.Monachi Apoſtolorum imitato
res ſunt:nõ ergo poſſumus eos imitari,niſi feceri-
mus quod fecerunt & Apoſtoli.Nemo ergo mona
chorũ dicat:habeo patre,habeo matrem,& cætera
pietatis charorũ nomina.Reſpondeo tibi:Habes Ie
ſum,quid quæris iſta quæ mortua ſunt?qui habet
Ieſum,habet patrem,habet matrẽ,habet filios,ha-
bet omnem propinquitatẽ:quid quæris mortuos?
Matth.8. ſequere viuum:dimitte mortuos,ſepeliãt mortuos
C ſuos.Dicit ad eum vnus diſcipulus: Dimitte me vt
vadã,& ſepeliam patrẽ meum : non dixit,dimitte
vt ſim cum patre meo:ſed,dimitte me vnius horę
ſpatio,quid reſpondit dominus:& in vna hora pe-
rire potes.Vide nedum vis ſepelire mortuum,ipſe
moriaris.hæc Chryſo.De prædictis quatuor diſci
pulis à piſcatione vocatis,ſic ait Hiero.Myſticè au
Quadriga vocatorũ. tem hac quadriga piſcatorum vehemur ad ęthera
vt Helias:his quatuor angulis conſtituitur prima
Eccleſia:his quatuor literis Hebraicis tetragrãma
ton nomen domini agnoſcitur à nobis.Quibus ſi-
mili exẽplo præcipitur vt audiamus vocem domi
ni vocantis,& obliuiſcamur populum vitiorum &
domũ paternæ cõuerſationis,quæ eſt ſtultitia deo
& rete arenarum,in quo nos velut culices penè la-
pſos tenebat aër,qui pẽdet in nihili,nauẽ priſtinæ
conuerſationis abominãtes.Simon aũt obediens,
Vocatorũ nomina quatuor. Andreas virilis,Iacobus ſupplantans,Ioannes gra-
tia in Latinum ſonat:quibus quatuor nominibus
in imaginẽ dei conuertimur:obedientia,vt audia-
mus,virilitate,vt pugnemus,ſupplantatione,vt per
ſeueremus:gratia,vt conſeruemur : quæ quatuor:
virtutes cardinales dicuntur:per prudẽtiam enim
obedimus,per iuſtitiã viriliter agimus,per tẽperã D
tiam ſerpentẽ calcamus:per fortitudinẽ gratiã dei
Matth.4. meremur.hæc Hiero.[Et circuibat Ieſus totã Ga
lilæã docens in ſynagogis eorũ,& prædicans euã-
gelium regni,& ſanans languorẽ & oẽm infirmi-
tatẽ in populo,]vbi Chryſo.quia enim illi vt debi
les ad medicũ venire nõ poterãt,ipſe ſicut ſtudio-
ſus medicus circuibat grauiter ęgrotãtes.hęc Chry.
Circuitio Chriſti. hîc ſaluator exẽplo ſuo doctorũ ſuorũ vitã inſtruit,
& qualis eſſe debeat prælatus & prædicator euãge
lij manifeſtè oſtendit:vt enim non ſint negligẽtes
& pigri,ſed diligẽtes & feruidi,docentur per hoc
quod dicitur[circuibat Ieſus,]vt nõ ſint perſonarũ
acceptores,ſed in doctrina omnibus cõmunes,du-
centur per hoc quod ſubiũgitur,[totã.]Vt autẽ
non ſint carnales,nec quærãt delicatas procuratio
Galilæa. nes,docẽtur per hoc quod additur, [Galilæã,]erat
enim Galilæa vilis & pauper prouincia.Vt aũt va
cui & ocioſi inuanũ nõ diſcurrãt,docẽtur per hoc
E quod ſubditur,[docens.]Vt aũt pluribus prodeſſe
ſtudeant,& doctrinã ſuam non ſuſpectã habeant,
monentur per quod ſequitur,[in ſynagogis] vbi
plures & doctores cõueniebant.Vt aũt nõ errores
neq; fabulas & inutilia,ſed ſalutaria prædicẽt,do-
centur per hoc quod ſubditur,[& prædicãs euãge-
liũ regni,]id eſt,quod docet venire ad regnũ.Vt au
tem doctrinã ſuã virtutibus cõmendare ſtudeant,
& non ſolum ſpiritualia , ſed etiam temporalia
ſubſidia,& quæcunque poſſunt beneficia ſubditis
exhibeãt,docẽtur per hoc quod additur[& ſanans
oẽm languorem,& oẽm infirmitatem in populo,]
id eſt,in turba pauperũ & minorũ.Sic ergo prædi
Prędicatio Chriſti. cabat Ieſus diligẽter,quia[circuibat,]generaliter:
quia[totam]non carnaliter:quia[Galilæã,]euidẽ-
ter:quia[in ſynagogis,]vtiliter:quia[docens]quo
ad virtutes & moralia,[prædicãs euangeliũ regni]
quo ad fidei præcepta & myſteria:mirabiliter:q a
[ſanans omnẽ languorẽ,]diuturnum[& oẽm infir
mitatẽ]leuiorem,vt quibus ſermo credere nõ ſua-
F ſerat,opera perſuaderẽt.Non ſolum docebat ver-
bo,ſed & doctrinam ſuã confirmabat facto:ſcilicet
per miracula varia,quæ ſolũ fieri poterant virtu-
te diuina.Vel ꝙ dixit,[languorem,]ad paſſiões vo
luit pertinere corporales:ꝙ aũt dixit,[infirmita-
tem]ad paſſiones animæ ſpirituales,vt oſtẽdatur
naturæ conditor vtriuſque.Vnde tanquã verus me
dicus omnes interius & exterius curauit infirmi-
Eſa.53. tates.Hoc enim propheta prędixerat dicens:Verè
Medicus Chriſtus. languores noſtros ipſe tulit,& infirmitates noſtras
ipſe portauit.Vnde Chryſoſt.Ad hoc enim doctor
vitæ & medicus cœleſtis Chriſtus dominus vene-
rat,vt magiſterio ſuo homines erudiret ad vitam,
& ęgritudines corporis animæq; cœleſti medici-
nã ſanaret:vt obſeſſa corpora à diabolo liberaret:
& varijs infirmitatibus laborantes reuocaret ad vi
tam & integrã ſanitatẽ:nam valitudines corporũ
diuinæ poteſtatis verbo curabat, animarum autẽ
vulnera cœleſtis doctrinæ medicina ſanabat : ve-
rus ergo & perfectus medicus ille eſt,qui & corpo
ri ſanitatem,& animæ ſalutem,reſtituit.hęc Chry
ſoſto.[Et abijt opinio,]& fama[eius in totam Sy
riam,]

G

Syria.

riā,]quæ eſt regio ſpacioſa continēs Palæſtinā, in qua iudæi habitabāt,& quaſdā alias prouincias circa eā.Syriæ enim terminus adOrientē,eſt Eufrates:ad Occidentē,mare magnū Achon:& à Septētrione Armenia,& Capadocia:à Meridie Aegyptus & ſinus Arabicus. Et ſic largè accipitur hîc Syria,quia ſtrictè accipiēdo(ſcilicet pro quodā regno cuius caput eſt Damaſcus)ſic nō cōpræhendit Iudæā.Non ſolū ergo in Iudæa,ſed & in prouincijs vicinis abijt eius fama,propter crebra ipſius miracula:propter quod rex Abagarus,qui regnabat iuxta Eufratē,ſcripſit ſaluatori vnā epiſtolā:vt habetur in eccleſiaſtica hiſtoria.[Et obtulerunt ei oēs malè habentes varijs languoribus & tormentis cōprehenſos,& qui dæmonia habebāt,& lunaticos, & paraliticos,& curauit eos.]Curat corpora vt paratius adeāt inuiſibilia:aliter parum erat mox morituris curā impendere ſanitatis.vbi Chryſo.Et intende moderationē euangeliſtæ,qualiter nō vnūquenque curatorū nobis enarrat:ſed breuibus verbis copioſitatē tranſcurrit ſignorū.hæc Chryſoſt.

Abagarus rex.

H

Curatorū ſignificatio.

Per dæmoniacos ſignificātur ſortilegi & diuini ſuperſtitioſi:per lunaticos,inſtabiles in bono:per paraliticos,pigri quaſi impotētes bonū operari. Iſti enim poſſunt curari per bonā doctrinā prædicatoris,& cōfeſſoris diſcreti.[Et ſecuti ſunt eū turbæ multæ de Galilæa,]quæ interpretatur trāſmigratio,[& decapoli]quæ dicitur decē ciuitatū regio, [& de Hieroſolymis,]quæ interpretatur pacifica, [& de Iudæa]quæ interpretatur confeſsio, [& de tranſiordanem]qui interpretatur ritus iudicij. Per hoc enim ſignificatur ꝙ illi Chriſtum ſequuntur, qui de vitijs ad virtutes tranſmigrant,& qui decalogum obſeruāt,& qui pacificè cū alijs habitāt,& qui peccata humiliter confitentur,& qui diuina iudicia formidant.Multi diuerſarū regionum ſunt eum ſecuti,ſicut diuerſi corpore,ita diuerſi mēte. Alij propter inſtructionē & cœleſte myſteriū, vt diſcipuli. Alij propter curationē infirmitatū,vt infirmi. Alij propter refectionē,vt famelici. Alij propter videnda miracula,vt curioſi, volentes ſi verū eſſet quod dicebatur experiri. Alij propter inuidiā,vt Iudæi obſeruantes eū,& quærentes in aliquo verbo vel facto capere,& accuſare. Vnde ſunt verſus:Morbus,ſigna,cib⁹,blaſphemia,dogma fuere Cauſæ cur dominum turba ſecuta fuit.Et ideo quoties in euangelio turbæ vocabulū inſeritur,ſicut diuerſitas hominum,ita & diuerſitas voluntatum intimatur:non enim omnes eadē volūtate,ſed ex diuerſis cauſis ſequebantur. Quidam pro bono quidā pro malo,omnibus tamen dominus beneficia præſtabat docendo,alendo,& ſanādo.Iſtis quinque generibus dn̄m ſequentiū reſpondent quinque loca prædicta:quia de Galilæa,id eſt,rota veniunt curioſi quibus dicitur:Viri Galilæi quid ſtatis&c. De decapoli veniunt infirmi,vt per obſeruātiā decem mandatorū curentur,quibus dicitur:Si vis ad vitam ingredi,&c. De Hieroſolymis obſeruatores & inuidi,quibus dicitur:Hieruſalem quæ occidis, &c.De Iudæa famelici:vt confitendo peccata & laudas agēdo,doctrinis euangelij ſatiētur, De trāſiordanē diſcipuli,vt inſtruantur & lauentur:& poſtea inſtruant & lauēt.In iſtis aūt quinque ſignificantur quinque ſtatus hominū qui ſequūtur Chriſtum,per Galilæā,id eſt,tranſmutationem ſtatus pœnitentiū:per decapolim,id eſt,decalogi operationē,ſtatus actiuorum:per Hieroſolymā,id eſt, pacis viſionē,ſtatus contemplatiuorum:per Iudęā, id eſt confeſsionē,ſtatus prelatorum:per tranſiordanē,ſtatus innocentium,propter reſtitutionē ſanctitatis,per baptiſmum in Iordane ſignatum. vbi Chryſo.Sequamur illum igitur etiā nos:varios ſi quidem languores habemus animarum,& hi ſunt quibus principaliter vult mederi. Accedamus ergo ad eum,& indulgentiam peccatorum precemur.Nam etiam nunc dabit ille,ſi nos non negligimus poſtulare.Nunc verò ſiquidem habuerimus aliquam corporis paſsionem,omnia facimus& negotiamur,vt in reliquum ægritudine liberemur: anima verò noſtra tam malè ſe habente diſsimulamus,ſemper differimus.Propterea nec corporis quidem languoribus liberamur,quoniam quę maximè neceſſaria ſunt,ſuperflua eſſe ducimus: quæ verò penè diſsimulanda hęc omnino neceſſaria iudicamus:& fontem ipſum incuratum relinquētes malorum riuulos purgare conamur:quoniam malorum quæ ſunt in corpore,malitia animæ eſt cauſa. Exſiccemus igitur fontem malorum,& cuncta continuò languorum fluenta ſiccabūtur.Nec quia non doles ipſe cùm peccas,age te ſecurum,ſed propter hoc ipſum maximè ingemiſce:quia non ſentis de peccatis dolorem:hoc enim fit,non quia peccata non mordeant,ſed quia inſenſibilis eſt anima quæ peccat. Eſt ergo primum bonum,nihil omnino peccare: ſecundum verò,poſt peccatum ſentire quod commiſeris atque lugere.Si autem neque hoc habuerimus,qualiter deprecabimur deum & remiſsionem peccatorum petemus,de quibus nihil omnino curam⁹?cū eñ ipſe ille qui deliquit ne hoc quidem ipſum quod peccauit ſtudeat agnoſcere,pro quibus deum delictis rogabit,quæ adhuc ſe cōmiſiſſe neſcit?Hæc verò ignorans quonā modo noſſe poterit diuini beneficij largitatē?Solicitè igitur propria delicta conſidera,vt diſcas quorum accipias veniam,atq; ita ipſi beneficio gratus exiſtas Non dolere enim quia peccaueris,magis indignari atq; iraſci facit deū,quàm illud ipſum quod antè peccaueras: propter hæc ergo omnia ſic deum precemur,vt etiā noſtrā iūgamus,voluntatē videlicet,ac ſtudiū & deſiderium bonū.Ita enim etiam breui tempore poterimus à malis quæ nos obſidēt liberari, & tūc ſaltē vbi nam fuerimus addiſcere: ac digna perfrui libertate.hæc Chryſoſtomus.

Sequentes Chriſtum

Sequētiū intētiones

I

Verſiculi de cauſis ſequentiū Chriſtū.

Loca quinque.

Acto.1.

Matth.19.

Matth.23.

K

Status hominū quinque.

De animarum curatione

L

Bona contra peccata.

M

## ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, qui tanquam ſtudioſus medicus circumeundo quæſiſti ægrotantes, ac corporum & animarum ſanaſti infirmitates, ſana me quæſo interius & exterius varijs laborantem infirmitatibus, trahe me poſt te vt te ſequar de vitijs ad virtutes tranſmigrando, decalogum obſeruando,pacificè cum alijs habitando,peccata humiliter confitendo,& diuina iudicia formidando.Educ me de lacu miſeriæ, & de luto fecis,& dirige greſſus meos in viam ſalutis: vt in præceptis tuis proficiant, & ad beatam patriam feſtinent, ac ſine impedimento me perducant: Amen.



A

## De vocatione Matthæi,& eius conuiuio.

### Caput XXXI.

Et cùm prateriret dominus Ieſus,venit ad mare Galilęæ,]vbi vectigalia, maximè de rebus per mare deductis, ſoluebantur.[Et vidit ibi,] non tam corporis, q̃ mentis & miſerantis intuitu [hominem:] ſcilicet Matthæum,qui & Leui ante vocatione dictus eſt, Alphæi filiū, [ſedentē,] in domo [ad telonium,] id eſt, ad curam & diſpēſationem vectigalium:Telos enim Græcè, vectigal interpretatur Latinè.Sedebat quippe:id eſt,pertinaci animo lucris inhiabat: ſeſsio enim morā in lucro conſequēdo notat.[Et ait illi] Ieſus, [Sequere me].q.d.ei,iā non ſede,ſed amodo ſequere,nō ad lucra,nec ſecularia negotia:ſed me, & affectu cordis,& officio corporis, & effectu operis. Matthæū aūt talibus occupatū vocauit:vt de gratia dei null⁹ deſperet,quantumcunq; vilibus occupatus fuerit. [Qui ſtatim ſurgens,] à telonio in quo ſedebat,& de amore terrenorū ad deſideriū ſupernorū, [relictis omnibus,] ſcilicet ſuis & etiā alienis, ex rapina collectis:reliquit eñ etiā propria,qui rapere ſolebat aliena:quia ſecundū Chryſo. telonium eſt rapina permiſſa: [ſecutus eſt eū,] ſine aliqua dilatione,tam greſſu,quàm affectu: ſicut diſcipulus magiſtrum,ſicut viator ducem ſuum, ſicut ſeruus dn̄m, ſicut ouis paſtorem ſuū:funem præcindes,non ſoluens ſecundū Hieronymi cōſilium. Secutus eſt quidem ſine dilatione, diuina potētia intus operante, accedente & docente. Qui enim exterius vocauit, vt mox ſequeretur intus accendit,traxit, & modū docuit. Vnde Hierony. Fulgor ipſe & maieſtas deitatis occultæ, qua etiā in facie relucebat humana, videntes ad ſe trahere poterat in primo aſpectu. Si enim in magnete lapide hæc eſſe vis dicitur vt ferrum trahat,quāto magis dominus omniū creaturarū ad ſe trahere poterat quos volebat?vbi & Chry. ſicut vidiſti vocantis virtutē,ita addiſce vocati obedientiam.Neq; enim reſtitit,neq; vacillauit,ſed ꝓptiꝰ paruit:& nec in propriam domū abire rogauit,vt ſuis hæc intimaret.hæc Chryſ.Lætus igitur dominum ſequens,& gratus exiſtens, eū & diſcipulos ipſius in domo ſua recepit, & cōuiuij magni apparatū eis exhibet, cōgruā cœleſtis beneficij vicem Chriſto rependens:vt illi redderet terrena,qui ei ſeminauerat ſpiritualia:& accōmodaret temporalia,à quo expectabat bona perpetua.[Cōuiuiū,] quidem exhibet [magnum,] id eſt, ex magna deuotione & delectatione mētis,pro aduentu & præſentia tanti hoſpitis,& tam magnū vt de reliquijs reficiantur angeli in cœlis: quia gaudium eſt angelis dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agete. Et bene congruit ꝙ magnum eſſet. Qui enim, vt ait Ambro.domicilio Chriſtū recipit interno, maximis delectationibus exuberantiū paſcitur voluptatum.Itaq; dn̄s libenter ingreditur,& in eius recumbit affectu:vbi Chryſo. Statim vt dictum eſt illi à dn̄o,[ſequere me] nō moraſ,non tardat,ſed[mox] ſurgens[ſecutus eſt eum.] In quo ſe fidelem Deo & Abrahę filium eſſe ſimili exemplo vocē domini ſequendo probauit:vnde ſtatim (exemplo Abrahæ) & hoſpitio dominū recipit, & conuiuiū exhibet,vt verè per omnia dignus Abrahæ filius noſceretur. Hæc Chryſo. Myſticè, ſicut Matthæus poſt ſuam cōuerſionem fecit Chriſto cōuiuiū in domo ſua:ſic quilibet cōuerſus ad Chriſtum,debet ſibi facare conuiuiū ſpirituale in domo ſua ſpirituali:ſcilicet in corde & conſcientia,vbi ſeruire ei debet de ſanctis cogitationibus,meditationibus,& affectionibus.vnde in Apoc. Ego ſto ad oſtium & pulſo:ſi quis aperuerit mihi,introibo ad eū, & cœnabo cū eo,& ipſe mecum.[Diſcumbentibus aūt eis in domo:ecce multi publicani & peccatores,] ac cæteri eiuſdem ordinis homines,illuc ad conuiuium conueniebant, [& cum Ieſu & diſcipulis eius diſcumbebant.] Fuerant enim ſocij Matthæi, & eiuſdem artis ſeu officij:& ideo recedens ab eis & volens ſequi Chriſtū,fecit eis conuiuiū, ſicut fecit Heliſæus ſocijs ſuis,volens ſequi Heliam magiſtrum ſuum. Erant etiam multi peccatores alij,qui iam pœnitētes ſequebantur dominum,ſperantes veniam cōſequi peccatorum. Vnde Hiero. Quia viderunt publicanum à peccatis conuerſum, & pœnitētiæ inueniſſe locum,ob id etiā ipſi non deſperabāt:ſed veluti pœnitentes veniebant & diſcumbebāt cum Ieſu & diſcipulis eius,fortè inuitati à Matthęo,vt haberet ſocios in pœnitētia, quos habuit ſocios in culpa:& ſecundū glo.pulchrum fuit præſagium:quia qui Apoſtolus & doctor gentiū erat futurus,in prima ſua conuerſione peccantiū gregem poſt ſe trahit ad ſalutem:vt iā perficeret exēplo,quod perficere debebat & verbo. vbi Chryſo. poſt comprobatā igitur fidem Matthæi qui vnus ex publicanis fuit, meritò iam cum domino in cōuiuio peccatores & publicani recumbunt conueniūt aūt publicani ad eum ſicut ad collegam & hominem eiuſdē officij: decoratus enim in ingreſſu Chriſti, & glorians de præſentia eius,omnes eos cōuocauit:Chriſtus etiā quodlibet genus remedij exhibebat, & non ſolum diſputando & præſtando ſanitatū remedia, vel arguendo æmulos,ſed etiā comedendo nonnullos errantium dirigebat:inde nos inſtruens ꝙ quodlibet opus & tempus pōt nobis vtilitatem afferre:ſic nec publicanorū participationē vitauit,propter vtilitatem ſequentem,more boni medici,qui niſi ſaniem tāgeret,à morbo nō liberaret.vnde & Hiero. Ibat aūt dominus ad cōuiuia peccatorum: vt occaſionē haberet docēdi,& ſpirituales imitatoribus ſuis pręberet cibos. Deniq; cùm frequenter pergere ad cōuiuia deſcribatur:nihil refertur aliud, niſi quid ibi fęcerit,quid docuerit:vt & humilitas eius eūdo ad peccatores,& potētia doctrinæ eius in cōuerſione pœnitentiū demonſtraretur.hęc Hiero. Et nos eadem cauſa poſſumus mādūcare cū peccatoribus:vt alterius cauſa potius quàm noſtra agatur: nō tñ cū vſurarijs & raptorib⁹,quia ea quę apponūtur,reſtituere tenenſ. [Phariſęi] verò,tenacitate iuſtitię legis,& traditionū ſuarū adhærētes,& miſericordiā declinātes,de hoc indignati [murmurabāt] & hoc arguētes[ad diſcipulos Ieſu dicebāt: Quare cū publicanis

Matth.9. Mar.2. Lucæ 5.

Telos vectigal interpretaſ.

B

Teloniū quid eſt.

Fulgor vultus Chriſti.

Magnes.

C

Matthæi vocati obedientia.

Conuiuiū Matthæi.

Lucæ 15.

D

Apo.3.

3. Reg.19.

E

F

Chriſtus comedēdo inſtruxit.

Cur ad cōuiuia iuerit dominus.

Manducādi cū peccatoribus ratio.

blicanis & peccatoribus manducat,& bibit magi-
G ſter veſter?] quaſi dicerent:Contrarius eſt legi hoc
probibenti,& eſtis fatui qui talem magiſtrũ ſequi
Detracto-rum con-ſuetudo.
mini.Cõſuetudo detractorum eſt loqui de alio, nõ
in facie illius.Vnde quãdo diſcipuli videbantur eis
peccare,alloquebantur magiſtrum vt alibi: quãdo
verò magiſter alloquebãtur diſcipulos,vt hîc:vtro
bique tamen in magiſtrum iniuriam interrogãtes:
quia error diſcipulorum, ignominia eſt magiſtro-
rum. Sic hodie faciunt detractores bona facta mẽ-
brorũ Chriſti denigrãtes . Dupliciter iſti errabãt:
quia putabant ſe eſſe iuſtos, cùm ſuperbi eſſent:&
illos reos,cùm iã pœnitent:ſimiles phariſæo qui ſe
Lucæ 18.
iuſtificabat,& alios condemnabat. Vera iuſtitia cõ
Vera iuſtitia quę eſt
paſsionem habet,falſa dedignationẽ.Solent etiam
iuſti peccatoribus indignari:ſed aliud eſt quod agi-
tur typo ſuperbiæ,aliud quod zelo diſciplinæ. His
Phariſæis ſimiles.
phariſæis ſimiles ſunt,qui traditiones ſuas præce-
ptis domini,& operibus miſericordiæ præponunt:
colantes cũ appetitu, & exequẽtes cum diligentia,
culicem ſuarum traditionum, & deglutientes ca-
H melum mandatorum dei:ac mandata maxima ſa-
luti neceſſaria , quaſi amara citò exhaurientes,&
prætereundo poſtponẽtes.Sed ipſis phariſæis mur
murantibus obuiat dñi miſericordia, prouocãs pec
catores ad pœnitentiã:cuius cibus, & potus & am-
bulatio,& omnia quę geſsit,ſaluti ſeruiũt:cuius o-
mnis actio noſtra eſt lectio & inſtructio:ac magi-
ſter,cuius liuore ſanati ſumus , ſeipſum medicum
oſtendẽs,pro diſcipulis ſuis reſpõdit phariſæis:pri-
mò per rationem dicẽs [Non eſt opus] & perope-
roſus, id eſt, neceſſarius [valentibus, ] id eſt, ſanis
[medicus.] verũ eſt ad collationem ſanitatis:ſed tñ
ad conſeruationem bene eſt neceſſarius, [ſed malè
habentibus,] & infirmis, & ergo familiarius ſe de
bet habere ad infirmos qui eo indigẽt,quàm ad ſa-
nos qui nõ egẽt. Cùm igitur Chriſtus ſit verus me
dicus animarũ,familiarius ſe debuit habere ad pec
catores,qui ſunt infirmi infirmitate ſpirituali.q.d.
Vos ſani eſtis reputatiõe veſtra, ideo opus nõ habe
tis viſitatione noſtra:ſed iſti ſe informos reputant
I & peccatores.Vñ Glo.Ideo vos declino, quia puta
tis vos nõ indigere:ſed illos viſito,quia pœnitendo
dans locum gratiæ.vbi ſecundũ Chryſ.Oſtẽdit nõ
Sanitate digni.
mereri eos ſanitatẽ cœleſtem cõſequi,qui ſanos ſe,
id eſt,iuſtos eſſe putaui,medicinã dñi reſpuẽtes:ſed
eos qui infirmitatem ſuã , hoc eſt peccata propria
cognoſcentes:ac tota fide credentes medelã cœle-
ſtis gratiæ quęrunt.Vt eñ ait Aug. Nemo adeo fit
firmus,niſi qui ſe à ſeipſo ſentit infirmum.Deinde
reſpondet eis ſecũdò,per autoritatẽ in Oſee inſcri-
ptam,exprobrãdo eis ſcripturarum ignorantiã di-
cens:[Euntes aũt diſcite,] à temeritate veſtra rece
Oſee 6.
dendo:diſcite ignorãtiæ veſtræ ſubueniẽdo, [quid
eſt] quod dicit dominus in Oſee. [Miſericordiã vo
Prou.21.
lo,] per peccati dimiſsionẽ [& non ſacrificiũ,] per
holocauſtorum oblationẽ.Vnde in Prouer.Facere
miſericordiam & iudiciũ, magis placet domino q̃
victimæ.q.d.Ite,& diligẽter cõſiderate illud quod
ſcribitur in Oſee propheta:quia ſi hãc cõſiderauе-
ritis ſcripturã,inuenietis me facere ſecũdũ ipſam.
[Miſericordiã volo,] potius ſine ſacrificio, & cum
cordis humilitate,quàm ſacrificiũ ſine miſericor-
dia,& cum cordis elatione: vnde plus diligit deus K
peccatorem humilẽ,qui ſuæ infirmitatis conſcius
pœnitẽdo ſe gratiæ dei ſubmittit,quàm iuſtum ſu
perbum: qui de ſua iuſtitia præſumens, alios con-
demnat:& miſericordiã circa eos reprehendit. ſe-
cundum Chryſo.Scribæ & phariſæi,omnia pecca
Miſericordia ſacrificijs præfertur.
ta ſua putabãt ſacrificijs legis poſſe deleri:& omnẽ
reliquam virtutem contemnentes,in ſacrificijs to-
tam ſpem ponebãt: & ideo dominus miſericordiã
ſacrificio prætulit,vt manifeſtè oſtẽderet, non per
ſacrificia legis:ſed per opera miſericordiæ peccato
rum delicta poſſe purgari.vbi Glo. Non tamẽ de-
ſpicit deus ſacrificium: ſed ſacrificium ſine miſeri
cordia.Faciebãt aũt phariſæi ſacrificia vt iuſti ap-
parerent coram populo, nec exercebãt opera miſe
ricordię,in quib⁹ probatur vera iuſtitia.Vbi & Ra
banus,Admonet itaq; eos vt per opera ſibimetipſis
ſupernæ miſericordiæ præmia cõquirant, & non
cõtemptis pauperũ neceſsitatibus per oblationem
ſe ſacrificiorum deo placere confidant.vnde & ſuũ L
de miſericordia exemplũ eis pręponit dicens:[Nõ
Non veni vocare iuſtos,&c.
veni enim vocare iuſtos,] ſcilicet ad pœnitẽtiam:
ſed tantũ ad proficiendũ,& vt proficiãt de virtute
ad virtutẽ, [ſed peccatores,] ad pœnitentiã:vt cor
rigantur per eam.Vel nõ veni vocare iuſtos,id eſt,
eos qui ſe iuſtos reputãt,qui ignorãtes dei iuſtitiã,
ſuam cõſtituere volunt:quia ſi conuertãtur pecca-
tores,iã nõ ſibi iuſti videtur:ſed peccatores, id eſt,
peccata & mala ſua attendentes, qui ſe peccatores
eſſe,& medico egere recognoſcunt : ac gratiæ dei
pœnitẽdo ſe ſubijciũt. Vel [nõ veni vocare iuſtos,]
Peccatores vocare venit ſaluator.
quia nulli ſunt iuſti,ſed peccatores:quia omnes pec
cauerunt,& egent gloria dei.vbi Gregorius Nice-
nus.q.d.Adeo peccatores nõ abominor ꝙ eorũ tan-
tum gratia veni,non vt maneant peccatores:ſed vt
conuertãtur & boni fiant. Vñ Apoſtolus: Chriſtus 1.Tim.
venit in hunc mũdũ peccatores ſaluos facere.Ecce
magna ſpes peccatorũ quia propter eos venit dei
filius in hunc mundũ.Vnde & Auguſt.Nulla cauſa
veniendi fuit Chriſto domino , niſi peccatores ſal-
uos facere.Tolle morbos,tolle vulnera,& nulla eſt M
medicinæ cauſa.Sic venit de cœlo magnus medi-
cus:quia magnus per totũ orbem iacebat ægrotus,
humanum genus.Venit vnus ſine peccato,qui plu-
res ſaluos faceret à peccato.Non eñ de cœlo traxe
runt eũ noſtra merita:ſed noſtra peccata. Ergo vt
ait:Ambro.Vſurpatores iuſtitiæ non vocantur ad
gratiam.Nã ſi gratia ex pœnitentia:vtiq; qui faſti
Publicani qui vocentur.
dit pœnitentiã,abdicat gratiam. Publicani quippe
vocantur qui vel publicè ſceleribus fœdantur: vel
qui publica vectigalia ſeu tributa exigunt: vel qui
cõductores ſunt vectigalium ſeu fiſci, vel rerũ pu-
blicarum.Vel qui alijs publicis nogotijs & actibus
implicãtur,& ſeculi lucra per negotia ſectãtur: vt
cõmuniter ſunt campſores,& pecuniarũ numera-
tores:ac alij huiuſmodi & ſimiles. Principaliter ta
men qui vectigalia ſeu tributa exigunt , dicuntur
publicani à Publio rege Romano , qui eos primo
ordinauit ſic dicti. Et quia ſcd̃m Greg.Talia nego
tia vix aut nunq̃ ſine pctõ exerceri poſſunt,ideo in
hoc magna dei gratia patet quę ex talib⁹ Matthęũ
ad ſtatum



ad ſtatum apoſtolicum reuocauit. Oſtenditur au-
A tem hîc in verbis & factis Chriſti,ꝙ peccatores re-
deuntes ſunt dulciter recipiẽdi:quia Chriſtus dul-
cem ſe exhibuit in receptione Matthęi publicani.
Vnde ſecundum Hiero.Cæteri euãgeliſtę propter
verecundiã & honorem Matthæi,noluerunt eum
Leui.
appellare nomine vulgato:ſed dixerunt Leui.Ipſe
autem Matthęus ſecũdum illud Salomonis, Iuſtus
in principio accuſator eſt ſui: Matthæum ſe & pu-
blicanum nominat:vt oſtendat lugẽtibus nullum
debere ſalutẽ deſperare,ſi ad meliora cõuerſus ſit:
cùm ipſe de publicano in Apoſtolum ſit repentè
mutatus.In hoc etiã inſtruimur , ꝙ peccata & de-
fectus aliorum inquantũ poſſumus celare & occul
tare debemus,vt nec verbo:nec nutu veniant in a-
liorum,nõ tantum cognitionẽ:ſed nec ſuſpitionẽ,
ac noſmetipſos accuſare : & , quod turpius eſt , in
Gentium fides.
peccatis noſtris exemplo Matthæi cõfiteri.Secun-
dum Bedã,per Matthęi electionem & publicanorũ
vocationem,fides gentiũ exprimitur:qui prius lu-
B cris mundi inhiabant,& nunc ſpiritualiter à domi
no reficiuntur:ſed per ſuperbiã pharisęorũ inuidia
Iudęorum inſinuatur,qui de ſalute gentiũ torquẽ-
Vocatio Matthæi.
tur.Vel Matthæus ſignificat hominẽ terrenis lu-
cris inhiantẽ:quẽ Ieſus videt,dum oculis miſericor
diæ reſpicit,& vocat eũ,vel prædicationẽ:vel ſcri-
pturæ admonitionẽ, vel per internã inſpirationẽ:
vel per tribulationẽ,vel per quamcunq; viã aliam.
Poteſt etiã vocatio Matthæi ad apoſtolatum,ſigni
ficare vocationẽ hominis ſecularis ad religionis ſta
tum:phariſæi verò murmurãtes,homines maligni
religionis ſtatui detrahentes, quibus bene dicitur:
Euntes diſcite quid eſt,miſericordiã volo,& nõ ſa-
crificiũ,opus enim magnæ miſericordiæ eſt pec-
Ieiunium Phariſæorum.
catores ad pœnitentiã vocare. Tunc accedẽtes pha-
riſæi & diſcipuli Ioãnis quęrebant à domino Ieſu,
quare ipſi frequenter:ſed non ſui diſcipuli ieiuna-
rent.Phariſæi enim frequẽter ieiunabant , cũ qui-
bus Ioannis diſcipuli adhuc in cõſuetudinibus Iu-
C daicis permanebant. Sicut autẽ prius phariſæi ad
diſcipulos acceſſerant , vt apud eos magiſtrum de
conſortio peccatorũ,in [illegible]iuando arguerent: ſic
modò ad magiſtrum accedunt,vt apud eum diſci-
pulos de ieiuniorum omiſsione arguant : vt ſic in-
ter eos materia diſsidij poſsit oriri. Iſti in duobus
deficiebant.Primò,quia de ſua abſtinentia ſe iacta
bant,cùm talia in ſecreto fieri debebant.Secundò,
quia Chriſtum arguebant, ex defectu abſtinentiæ
in diſcipulis defectũ & errorem diſcipulorum re-
torquentes in magiſtrũ.Per iſtos qui de frequenti
ieiunio ſe iactabant , & propter illud ſe diſcipulis
Chriſti pręferebant,ſignificantur hypocritæ,pro-
pter apparentiã ſuæ religioſitatis alios contẽnen-
Lucæ 18.
tes,dicentes illud cũ phariſæo:Non ſum ſicut cæte
ri hominum:ieiuno bis in ſabbato,&c.Ieſus autem
confutauit eos,& rationabiliter excuſauit diſcipu-
los:tum quia corporaliter cũ eis erat,tum quia ru-
des & nondum perfectè innouati eſſent, nec diffi-
cilia & noua ſuſtinerent,ponendo ad idẽ tres ſimi-
litudines:ſcilicet de nuptijs,& de ſponſo,de panno,
& veſtimento:de vtribus & vino. Vnde ait: Nun-
quid poſſunt filij nuptiarũ ſeu ſponſi,ſcilicet Chri
ſti ſponſi Eccleſię,hoc eſt diſcipuli de me & Eccle
D ſia per fidem geniti ieiunare ſeu lugere , quamdiu
Ieiunium multiplex
cum illis eſt ſponſus? Secundum Hiero . quoddam
eſt ieiuniũ expectationis,vt perſona melius expe-
ctetur:& ſic in veteri teſtamento ieiunabatur , &
iſto diſcipuli non indigebant:quia iam præſentem
Chriſtum habebant. Aliud eſt ieiunium vexatiõis:
quod ordinatur ad carnis refrenationẽ,& diſponit
ad contemplationẽ:quo quis ieiunat,retrahendo ſe
à delectationibus carnalibus vt repleatur ſpiritua-
libus,& iſto etiam nõ indigebant,cùm ad tales nõ
afficerentur delectationes : & Chriſtũ præſentem
haberent,cuius præſentia & doctrina plus refrena
uit cõcupiſcentias illicitas in eis,quàm ieiunij au-
ſteritas in alijs.Et ideo ieiunare & lugere nõ habe-
bant,quãdiu ſponſum per corporalem pręſentiam
cum ſponſa eſſe videbant:ſed potius de ſponſi gra-
tulari præſentia quæ plus proficit,quàm corpora-
lis abſtinentia.Eſt & aliud ieiuniũ: quod ex pleni-
tudine & perfectione cõtemplationis procedit,qua
le ieiunium Moyſi in monte fuit:quãto enim ani- E
ma eſt in contemplatione magis eleuata,tanto eſt
pauciori nutrimẽto contenta : & tale ieiuniũ non
competebat diſcipulis : quia adhuc erant rudes &
imperfecti.Sed prius debuerunt per charitatẽ ſpi-
ritus ſancti innouari,quod factum eſt in die pente
coſtes,quando fuerunt per gratiam ſpiritus ſancti
innouati,& tunc debebant incipere nouũ modum
viuendi.Deinde ſubiungit:[Venient autẽ dies]ſci-
licet paſsionis & aſcẽſionis,[cùm auferetur ab eis
ſponſus]corporali præſentia, [& tũc ieiunabunt,]
ieiunio mœroris in humilitate tribulationis,& illi
dies luctus erunt & doloris.Vnde Apoſtolus:In fa- 2.Cori.11.
me & ſiti,& ieiunijs multis.Vnde & Augu.Quaſi
diceret:Tunc deſolabuntur:& in mœrore & luctu
erunt,donec eis per ſpiritum ſanctum gaudia , &
conſolatoria retribuantur. Secundum Bedam,no-
tandum luctũ abſtinentię ſponſi,nõ nunc tantum,
id eſt,poſt mortẽ reſurrectionemq́; eiuſdem ſpon-
ſi:ſed & ante incarnationem illius per totum huius F
ſeculi tempus eſſe celebratum.Prima quippe tem-
pora Eccleſiæ ante virginis partum ſanctos habue
re,qui deſiderarent incarnationis Chriſti aduen-
tum.Iſta verò tempora ex quo aſcendit in cœlum
ſanctos habent,qui deſiderent eius manifeſtatio-
nem,ad viuos & mortuos iudicandos.Neq; hîc de-
ſiderabilis Eccleſię luctus requieuit aliquantulum
niſi quandiu hîc cùm diſcipulis in carne verſatus
eſt.Hæc Beda:Et licèt hoc de præſentia ſua corpo
Sponſum auferri.
rali Chriſtus dixerit:moraliter tamen dies quibus
aufertur nobis Chriſtus,ſunt dies culpæ, quando à
domo conſcientiæ excludimus verũ ſponſum ani-
mæ Chriſtum,& introducimus adulterantẽ diabo
lum,& tunc ieiunamus & caremus cibo ſpiritualis
conſolatiõis:& habemus dies luctus & doloris.Igi
tus tenẽdus eſt ſponſus,ne perdatur cibus.Sed cùm
aufertur à nobis ſponſus per mortale peccatum,
tunc ieiunandum eſt nobis per pœnitentiæ effe-
ctum & luctum. Quandoq; etiam ſponſus ſe ſub-
trahit:vt auidius reuocetur,& fortius teneatur, &
tunc continuis deſiderijs & ſuſpirijs eſt reuocãdus:
quia quamdiu ſponſus nobiſcum eſt & in lętitia ſu-



mus,nec

mus, nec ieiunare nec lugere poſſumus. Vnde Am- G bro. Ieiunant hi quibus abeſt Chriſtus, qui bonorũ meritorum copijs egent. At verò cui virtus ſua voluntate ſufficit, quia ſua domo recipit Chriſtũ, conuiuium magnum exhibet: hoc eſt bonorũ operum ſpirituale conuiuium, quo diues populus eger, pauper epulatur. Nemo tibi Chriſtum poteſt auferre, niſi te illi ipſe auferas. Non te auferat iactãtia tua, non te auferat arrogantia. hæc Ambro.

Sponſus & ſponſa ſpiritualiter.

Spiritualiter anima ſpõſa eſt, cum qua Chriſtus eſſe deſiderat. Iſte ſponſus habet omnes conditiones deſiderabiles in ſponſo: quia ditiſsimus, alioquin ſponſam ſuam non dotaret. Vnde in prouerbijs: Mecũ ſunt diuitiæ.

Prouer. 8. Coloſ. 2.

Quia ſapientiſsimus, alioquin totum diſsiparet. Vnde Apoſtolus: In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ. Quia pulcherrimus, alioquin ſponſæ diſpliceret. Vnde in Pſal. Speciosus forma, præ filijs hominũ.

Pſal. 44.

Quia nobiliſsimus, alioquin contemneretur. Vnde ſapientia generoſitatem illius glorificat. Quia potentiſsimus, alioquin opprimeretur. vnde Eccleſiaſtici: vn⁹ eſt altiſsimus creator.

Eccleſiaſtici 1. H Cant. 5. Hebrę. 1.

Quia optimus, alioquin non diligeretur. Vnde & in Canti. Dilectus meus, & c. electus ex millib⁹. De his omnibus Apoſtolus ad Hebrę. locutus eſt nobis in filio, ecce nobilitatis excellentia quem cõſtituit hæredem vniuerſorum, ecce diuitiarũ affluentia: per quem fecit & ſecula, ſic mira, ecce mirabilis ſapiẽtia: qui cùm ſit ſplẽdor gloriæ, ecce formæ elegantia: portans omnia verbo virtutis, ecce infinita potentia: remiſsionem peccatorũ faciens, ecce bonitas immenſa. Talis ſponſi ſponſa: talis ſponſi filij non habent lugere, quamdiu ſponſus eſt cum illis.

Appellationes Chriſti.

Et nota ꝙ Chriſtus quandoq; vocat ſe dominum, quandoq; patrem, quandoq; ſponſum. Vnde Greg. Quando vult timeri, dominũ: quando honorari, patrem: quãdo amari, ſpõſum ſe nominat dominus. Attende ordinem. Ex timore enim ſolet procedere honor, ex honore amor. Vnde & Ber. Si ego dominus, vbi eſt timor meus? Si ego pater, vbi eſt honor meus? Sed ſi ſe ſponſum exhibeat: puto, quia mutabit vocẽ & dicet: Si ego ſponſus, vbi eſt amor meus?

Timor. Honor. Amor. I

Exigit ergo deus timeri, vt dominus: honorari, vt pater: & vt ſponſus amari. Quid in his pręſtat, quid eminet? Nẽpe amor. Abſq; hoc & timor pœnam habet, & honor non habet gratiã.

Amoris excellẽtia

Seruilis eſt timor quãdiu ab amore non manumittitur. Et qui de amore non venit honor, nõ honor, ſed adulatio eſt. Et quidem ſoli deo honor & gloria: ſed horum acceptabit neutrum deus, ſi melle amoris condita nõ fuerint. Is per ſe ſufficit. Is per ſe placet, & propter ſe. Ipſe meritum, ipſe præmium eſt ſibi. Amor pręter ſe, nõ requirit cauſam, non fructum. Fructus eius vſus eius. hęc Ber.

Anima ſponſa dei dicitur.

Et vt idẽ Ber. dicit: Anima ſponſa dei dicitur: quia donis gratiarũ ſubarrata, quia caſto amore illi ſociata: quia prole virtutum fœcundanda. Deinde ponit ſecundam ſimilitudinẽ: quia [nemo] ſapiens & diſcrete operans aſſumit vel [immittit] & inſerit veteri veſtimento aſſumentum: vel [commiſſurã,] id eſt, particulam ſeu ſupplementum, [panni rudis,] ſcilicet nondum vſitati: quia in nouitate eſt ſpiſsior & rudior. Nouum enim, [tollit plenitudinem,] id eſt, vniformitatem, ſeu pulchritudinem, [à veſtimento,] & facit difformitatem, & propter pondus ſuum rumpit vetus, & facit in eo ſciſſuram ſeu rupturã maiorem. K

Commiſſura vnde dicta.

Commiſſura quippe idem eſt quod iunctura, ſeu particula quę mittitur cum alia: dicta à con, id eſt, ſimul, & mittere quaſi ſimul mittere: illa enim quæ coniunguntur ſimul mittuntur. Deinde ponit tertiam ſimilitudinem: quia nemo ſapiẽs & diſcretè agens, [mittit vinum nouum in vtres veteres:] quia tunc eſt in ebullitione, [& vtres] propter vini fortitudinem, [rumperentur] & vinum effunderetur [& nemo bibens vetus vinum ſtatim vult nouum,] propter conſuetum veteris vſum. Sic à ſimili hominibus veteri cõſuetudine imbutis, & de nouo conuerſis, non expedit ſtatim grauem abſtinentiam imponere: quia difficile eſt aſſueta relinquere. Ex omnibus his ſimilitudinibus concludere vult magiſter bon⁹, ꝙ diſcipuli ſui adhuc quaſi nouitij nõ debeant auſterũ cõtinuare ieiunium: ſed poſtea ieiunarent cùm eſſent magis ſolidati, & innouati per ſpiritum ſanctum. L

Conuerſi nouiter pœnitẽtia

Ex his etiam vult concludere, quòd nouiter conuerſi non ſunt nimis per pœnitentiam onerandi, ne propter nimiam auſteritatem deſperent & totum dimittant, & ea quæ ſunt perfectionis magnæ non ſunt hominibus imponenda, donec ſpoliati fuerint veteri vita: quia hominibus de nouo conuerſis opera inconſueta ſunt difficilia & dura, ſed paulatim aſſuefaciendo efficiuntur facilia & ſuauia. Qui ergo vult aliquem ad virtutes & perfectionem inducere, parua quædam debet primùm ſuadere emendare: & ſic gradatim vltra procedere. Vnde Chryſoſtomus: Hoc autem dixit, regulam dans ſuis diſcipulis, vt diſcipulos ex vniuerſo orbe terrarum cum manſuetudine ſuſcipiant. Itaque neque nos omnia ab omnibus expectamus in proemijs: ſed quæcunque poſſibilia ſunt & velociter & vltra incedemus. hæc Chryſoſtomus: Huius loci memor debet eſſe quilibet condens decreta vel traditiones, & etiam confeſſor imponens pœnitentiam pœnitentibus.

Pœnitentia ponenda quomodo ſit. M

Melius eſt enim exemplo domini pœnitentiam leuem & tolerabilem alicui iniungere quæ impleatur: quàm grauem & importabilem, qua non impleta oneratus reus conſtituatur. Melior eſt læuis pœnitentia hilariter peracta, quàm grauis in angaria & reiecta. Ita eſt de ſententia danda: ita de decreto promulgando, vt ſemper miſericordia & lenitas ſuperexaltet iudicium & auſteritatem.

## ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, qui multis modis me vocas & admones, vt ſequar te. Tu diuina inſpiratione cor meum accende, vt te vocantem ſequar tua gratia, nec aliquid me ſeparet à charitate tua. Da mihi vt de ſanctis cogitationibus, meditationibus: & affectionibus bonisque operibus & virtutibus tibi ſeruiam, & conuiuium ex magna delectatione & deuotione mentis exhibeam. Et qui miſericordiam vis potius quàm ſacrificiũ: & veniſti vocare peccatores magis quàm iuſtos, præſta mihi miſero peccatori, vt in me tuam miſericordiam merear clementer experiri. Amen.

De electione



## De electione duodecim Apoſtolorum. Caput XXXII.

A

Matt. 5. & 14. & Lucæ 6.

Deinde poſtquam dominus plures diſcipulos vocauit, [videns turbas] ſequentes [dimiſit eas,] & à ſtrepitu receſsit. [Aſcenditq; in montẽ,] Thabor [ſolus orare,] quia qui bene orat, mentẽ ſurſum leuat à terrenis, cui etiã neceſſaria eſt tranquillitas corporalis.

Thabor mons eſt.

Hic mons eſt in cãpo Galilææ in cuius deſcenſu & pede oſtenditur locus vbi Melchiſedech obuiauit Abrahæ à cęde regum reuertenti, & ad radicem eius fluit torrens Cyſon. In hoc monte fuit abbatia nigrorũ monachorum, ſub metropolitano Nazaræno, à qua ciuitate contra Orientẽ ipſe mons diſtat quarto milliario. Vel ſecundũ quoſdam aſcẽdit in quendã montẽ alium ſupra mare Galilææ ſitum. [Et erat pernoctans in oratione dei,] non ſeculi: non pro ſe tanquam infirmus & indigens, ſed pro nobis tanquã pius & clemens.

Oratio multiplex B

Quędam enim oratio eſt dei, vt pro ſpiritualibus & veris bonis conſequẽdis. Quędam eſt ſeculi: vt pro terrenis cõferendis: quæ eſt etiã diaboli, ſi ex cupiditate fiat. Quædam eſt tantũ diaboli, pro carnalibus deſiderijs implendis.

Oratio Chriſti pro nobis.

Vbi Ambr. Et erat inquit, pernoctans in oratione. Species tibi datur, forma præſcribitur quã debes æmulari. Quid enim te pro ſalute tua facere oportet, quãdo pro te Chriſtus in oratione pernoctat? Quid te facere cõuenit cùm vis aliquod officium pietatis adoriri quando Chriſtus miſſurus Apoſtolos orauit prius.

Soli orare

Et ſolus orauit, nec vſq; alibi, ſi non fallor, oraſſe cum Apoſtolis reperitur. Vbiq; ſolus obſecrat: dei enim conſilium humana vota nõ capiunt: nec quiſquã interiorũ poteſt eſſe particeps cum Chriſto.

Matth. 6.

Vnde & Bern. Tu, inquit, cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora, & quod dixit fecit. Solus in oratione pernoctabat, nõ modò abſcondens ſe à turbis, ſed nec vllum quidem diſcipulorũ, nec vllũ domeſticorum admittens. Deniq; tres ſecum intimos ſibi adduxerat, cùm vltro properaret ad mortem: auulſus eſt ab ipſis orare volẽs.

C Nocte media orandum eſt.

Ergo & tu fac ſimiliter quando orare volueris. Vnde & Chryſo. Exurge igitur & tu in tẽpeſtate noctis, purior eſt tunc tẽporis anima, ipſæ tenebræ ſilentiũ nimium poſſunt ſufficienter ad cõpunctionem perducere. Tunc non vexat inanis gloria, non accidia & concitatio occupat: nõ ſic ignis ferri ſequeſtrat rubiginem, velut nocturna oratio eruginẽ peccatorum. Quæ de die Solis ęſtus percuſsit, nocte refrigerantur: quemlibet rorem ſuperãt nocturnę lachrymę & contra concupiſcentiã valent, & quemlibet tumorem. Si verò prædicto rore nõ foueatur homo, areſcit ſub die. Quapropter ores noctu, & oſtende ꝙ non ſolũ ad corpus nox pertinet: ſed etiã ad animam. hæc Chryſ. Qui ergo deum orando quærit, exurgentẽ ſtrepitum vitiorum præmens ad ſuperiora progrediatur, & ad verticem ſublimioris curię aſcendat: vt exteriori ceſſante tumultu, in quodam mẽtis ſecreto per interna deſideria ſilenter cũ domino loquatur. Cupiẽti enim cum deo loqui, & conſolationem diuinam promereri expedit ſolitudinem quęrere, & conſolationem humanam relinquere.

Ioannes euangeliſta

Cuius exemplũ habemus in Ioanne euangeliſta, qui quantum in ſolitudine profecerit & lucratus ſit: penè omnibus notum eſt. D In Pathmos inſulam exilio relegatus, & conſortio hominũ deſtitutus, conſolationẽ angelorum promeruit: & Apocalypſim quam ei dominus pro ſtatu Eccleſiæ præſentis, ſcilicet & futurę, reuelare dignatus eſt, propria manu ſcripſit. Vnde Beda: Hiſtoria nota eſt, Ioannem à Domitiano Cæſare propter euangeliũ in inſulam relegatum, cui tunc congruẽ ſacrata datum eſt cœli penetrare, cùm certa terrarum ſpatia negabatur excedere. Et ſimilia reperiuntur de pluribus alijs, qui modico tempore plus lucrati ſunt ſoli, quàm toto tempore ſuo lucrati fuerint comitatu. Quando autem Chriſtus orat, theoricã: quando docet, practicam vitam informat: ne quis pro cura proximi à contemplationis ſtudio torpeſcat: vel pro ſtudio diuinę contemplationis, quãuis ſuperior ſit, proximi curam negligat. Vnde Anſel. Regnum dei prędicando diebus cum populo cõmoratur, & confluentes turbas miraculis & verbis ædificat: noctibus montem frequentans, orationibus vacat, E admonens pro cõgruentia tẽporis nunc proximis inter quos viuimus, verbis & exemplis pro modulo noſtro vitæ viam demonſtrare, nunc ſolitudinem mentis adeuntes, & virtutum montem aſcendentes dulcedini ſupernæ contẽplationis inhiare, & intentionem noſtram infatigabili affectu ad ſuperna dirigere. Huic illud Bernardi conſonat, quod de ſe & ſibijpſi dicebat: Venite aſcendamus ad mõtem domini, & ad domũ dei Iacob, & docebit nos vias ſuas: intentationes, cogitationes, voluntates: & affectiones, & omnia interiora mea. Venite aſcendamus in montem domini, in locum vbi dominus videt vel videtur. Curæ, ſolicitudines, anxietates, pœnę, expectate hîc cum aſino corpore iſto, donec ego cum puero, id eſt, intelligentia vſq; illuc properantes reuertamur ad vos. Reuertemur enim ad vos, & heu reuertemur quàm citò.

Electio xij. apoſtolorum nõ ſine precibus facta.

[Et cùm factus eſſet dies: vocauit dominus ad ſe diſcipulos ſuos,] forte adhuc dormiẽtes, [& elegit ex ipſis xij.] ſeu fecit ſtatuẽdo vt eſſent xij. cũ illo magis principales, [quos & apoſtolos,] id eſt, miſſos: ſcilicet ad prędicandũ regnũ dei, [nominauit] prius quidem vocauit eos ad diſcipulatũ: ſed modò ad apoſtolatũ. F Conſidera hîc, ꝙ Chriſtus Apoſtolos electurus orabat prolixè: quia erat pernoctans in oratione, & ſic diutina & nocturna oratione pręhabita elegit apoſtolos, per hoc oſtendens ꝙ promotioni prælatorũ in Eccleſia dei debent orationes deuotæ præmitti: & quòd ipſi per deuotas orationes, & nõ per inductiones & promiſsiones ſunt eligendi. Vnde Glo. Dominus in montem aſcendens ad ſe vocat & elegit quos vult, quia non illorum electionis & ſtudij: ſed diuinæ erat dignationis & gratiæ, vt in apoſtolatum vocarentur.

Ioannis 15

Vnde ait: Non vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos: ergo humanũ ſtudium, vt precũ humanarũ, pecuniæ quæſtus, generis, & huiuſmodi excludit dominus ab electione prælati: vt in ea currat ſola gratia diuina propter quam tantum & per quam debet quis eligi. Vnde in Pſalmiſta: Aſcendunt montes, & deſcendunt campi in locum:

Pſal. 103.



ſcilicet

ſcilicet prælationis quē fundaſti eis,non pecunia,
G non carnalis affectus:ſed ſola gratia & electio canonica,quæ hodie ad perniciē Eccleſiæ multipliciter corrumpitur,non ſine magna dei offenſa. Per hoc autem ꝙ Apoſtolos inſtituit in monte,ſignificauit ꝙ epiſcopi apoſtolorū ſucceſſores in ſuperiori gradu ſunt eccleſiæ. Vnde dicuntur epiſcopi ab epi,quod eſt ſupra,& ſcopos intentio,qui ſupra gregem dominicū debent intēdere, vt eum ad ſuperna valeāt erigere.Sed heu multis ex eis inferiores in opere ſunt: & nec ſibi, nec alijs proſunt: & ſic nomē ſine re tenēt. Sicut autē in vocatione fuit cōmendatio gratię:ſic in numero cōgruentia figurę: nam duodenarius Apoſtolorū numer⁹ in multis eſt figuratus.Iſti enim xij.Apoſtoli ſub figura loquendo ſunt primò,xij.patriarchæ,totū populum Chriſtianū ſpiritualiter generādo. Secundò,xij.viuētes fontes in Helim,doctrinis ſuis Eccleſiā & mundū irrigando. Tertiò,xij.lapides in veſte pontificali, exēplis ſanctis eccleſiā adornando. Quartò,xij.pa-
H nes ſupra menſam propoſitionis,animas verbo vitæ reficiēdo.Quintò,xij.principes tribuū, præcepta ſalutaria promulgādo,& eccleſiā ſalubriter gubernādo.Sextò,xij.exploratores terræ promiſsionis,futuram vitā per contēplationē inquirendo,& poſtea deuotis annuntiādo.Septimò,xij.lapides de Iordane ſublati,mundi fluxū contēnendo.Octauò, xij.lapides altaris, Chriſti ſacrificiū in ſe portādo. Nonò,xij.vituli dn̄o immolati,pro Chriſto martyrium ſuſtinēdo.Decimò,xij.boues ſub mari æneo, baptiſmi gratiā prædicādo & miniſtrando.Vndecimò,xij.leunculi in throno Salomonis, tyrannos mundi vincēdo,& obſtinatos cōminatione pœnarum inferni terrendo. Duodecimò,xij. prophetæ, de futuro tp̄e Eccleſiā admonēdo.Tredecimò,xij. horæ diei, vitæ Chriſtianæ tempora ordinando. Quartodecimò,xij.portæ ciuitatis, poteſtate clauium regnū cœlorū aperiēdo.Quintodecimò,xij. fundamēta ciuitatis,eccleſiā meritis & precibus ſuſtentando.Sedecimò,xij.ſtellæ in corona ſponſæ,
I Eccleſiā doctrinis & miraculis illuſtrando. Secundum Bedā,etiam hunc numerum Apoſtolorū inſtituit certa cauſa myſterij:vt ſcilicet mūdi ſalutem quam verbo prædicarent,ſuo quoq; numero commendarent. Ter enim quatuor xij.faciunt,& totidem Apoſtoli ad prædicandū miſsi ſunt: quia per eos fides ſanctæ trinitatis in quatuor mundi partibus prædicāda erat,vt quadratū orbem fide ſanctæ trinitatis inſignirent. Vnde & de ciuitate ſancta Hieruſalē deſcēdēte de cœlo à deo ſcriptū eſt:quia erant ab Oriente portæ tres,& ab Aquilone portę tres,& ab Auſtro portæ tres, & ab Occaſu portæ tres.Vbi figuraliter oſtendebatur,quia prædicantibus Apoſtolis,Apoſtolorumq́; ſucceſſoribus cunctę per orbem nationes in fide ſanctæ trinitatis Eccleſiam eſſent ingreſſuri. ſcd̄m Hiero. Fecit vt eſſent duodecim, vt ſint ipſi ſuper thronos xij.iudicantes xij.tribus Iſraël. Vel cùm duodenarius conſtet ex duplici ſenario,qui eſt numerus perfectionis,ſignificare voluit ꝙ duplex perfectio: ſcilicet vitæ & ſcientiæ,ſiue operis & ſermonis:debent eſſet in his qui habent Apoſtolicū officiū.Nomina autē Apo-

Epiſcopi vnde dicūtur.

Duodenarius numerus & duodenaria multa.

Gene.35.
Exo.15.
Eodem 28
1. Reg.21.
Gene.25.
Ioſue 2.
Ioſue 4.
Exd.24.
2.Para.4.
3.Reg.10.
Ioannis 11
Apoc.21.

Apoſtolorum noīa.

ſtolorum quos elegit ſunt hæc quæ ſequuntur: Simon quē poſt cōuerſionē cognominauerat Petrū,
K & Andreas frater eius:Iacobus Zebedęi,ſcilicet filius,& Ioannes,frater eius,impoſuit his duobus nomina Bonarges,id eſt,filij tonitrui:quia ſępe audierunt terrificā vocem,& tonitruū patris per nubem de filio tonātis:Philippus,& Bartholomæus,Thomas,& Matthæus publicanus,Iacobus Alphæi,ſcilicet filius qui & Iacobus iuſtus propter ſanctitatē vitæ:& minor,quia poſterior in vocatione:& frater dn̄i,propter ſimilitudinē eſt vocatus,& Simon Chananæus frater eius à Chana vico ſeu villa Galilææ,qui & zelotes eſt dictus: Chana enim zelus & Chananæus zelotes,id eſt,æmulator dicitur,& Thadæus ſimiliter frater eius qui & Iudas Iacobi:ſcilicet frater eſt vocatus, & Iudas Schariotes à Scharioth vico Iudææ in quo ortus eſt, & nominatus.Hic inter Apoſtolos eligitur, ad oſtendendum prophetiā Dauid eſſe completā, qua dn̄s Ieſus tradendus per diſcipulū prædicitur,& ad excuſationē bonorū quādo in cōgregatione eorū aliquis malus reperitur.Vnde Aug.Non audeo mihi arrogare,ꝙ
L domus mea ſit melior cœtu Apoſtolorū.Item ſecūdum eundem Aug.vt ipſo malo vtens bene,& ſuæ paſsionis impleret diſpoſitū, & Eccleſiæ ſuæ tolerandorū malorū præberet exemplū.Inſuper ſecundum Ambro.Proinde eligitur vt oſtendatur quia magna eſt veritas,quā nec aduerſarius miniſter infirmat:voluit deſeri,voluit prodi,voluit ab Apoſtolo ſuo tradi:vt tu à ſocio proditus moderatè feras tuum erraſſe iudiciū,periſſe beneficiū.Item ſecundum Theophilū:Vt diſcamus ꝙ deus non repellit aliquē propter futurā maliciā:ſed propter præſentem virtutē dignum habet. Nominat autem Apoſtolos proprijs nominibus,vt pſeudo & falſi apoſtoli qui futuri erant excluderentur,& ab omnibus vitarentur:nec quiſquā auderet aliū inſcribere catalogo Apoſtolorū.Item vt tam nomina Apoſtolorū quàm ſibi credentiū oſtenderētur ſcripta eſſe in libro vitæ.Combinat verò eos: ac duos & duos nominatim exprimit, in ſignū mutuæ dilectionis &
M approbationis iugalis ſocietatis. Itemq́; vt mutuo ſe iuuantes eſſent fortiores,& inſuper contra dolū in fidei confeſsione,& contra conflictū in tormentorum toleratione. Vt autem dicit Aug.Elegit hos diſcipulos:quos & Apoſtolus nominauit humiliter natos,inhonoratos,illiteratos: vt quicquid magnū eſſent & facerent,ipſe in eis eſſet & faceret. Vnde & Ambr.Similiter aduerte cœleſte conſiliū. Non ſapientes aliquos,non diuites,nō nobiles:ſed piſcatores & publicanos quos dirigeret elegit,ne traduxiſſe prudentia:ne redimiſſe diuitijs, ne potentiæ nobilitatisq́; autoritate traxiſſe aliquos ad ſuam gratiam videretur:vt veritatis ratio, non diſputationis gratia præualeret.hæc Ambro. Ad montana ergo dominus conſcendit,vt à turbis recederet & quietè oraret,& familiariter Apoſtolos eligeret & inſtrueret: vt & turbas ad altiora traheret: ſed turbis aſcendere non valentibus,ſequuntur diſcipuli eius.Voluit etiam docturus in montē aſcendere,vt altiora præcepta daturus de altis ea prædicaret. Et qui minora legis præcepta filijs Iſraël in monte

Iudæ in Apoſtolatū electio. Pſal. 40.

Nominationis Apoſtolorum cauſę.

Montana petendi ratio.



monte dederat,maiora diſcipulis angelicis in mōte dare voluit,vt ſe eundē deum oſtenderet: qui le-
A gem & angelicā vitam dedit. Poſt electionē itaq; Apoſtolorū,voluit eos de operibus perfectionis inſtruere:quia ad gradū maiorem promoti debēt cognitionem maiorem habere. Vnde Beda: Myſticè mons ille in quo Apoſtolos elegit dn̄s,altitudinem deſignat iuſtitiæ,qua inſtruendi erant,& quā prædicaturi hominibus. Nam quia miſſurus erat eos ad prędicandū euangelium regni cœleſtis,meritò per ſublimitatē loci, in quo electi ſunt, admonere voluit eos,non in infimis deſiderijs animi diſſoluere:ſed ad ſuperna deſiderāda & quærenda ſemper erigere debere. Sic etiā legem daturus priori populo ſuo in monte apparuit,de monte quæ agenda eſſent innotuit.vnde & glo.Aſcēdit quippe mons in montē,vt altiora virtutū culmina doceret: & Eccleſiam ſuper quā ſedet prædicans pręceptum dn̄i, ſublimius erigendā oſtenderet, quā eadē doctrina vſq; ad finem ſeculi plenius erudiret.Quamuis ergo ibidem docere poterat vbi erat,in montē tamen
B ad prædicandū aſcendit, in ſignum ꝙ in montem & altitudinē virtutū debet aſcendere,qui prædicare vult & iuſtitiā dei docere.Vnde Chry.In veritate conſiſtere debet qui iuſtitiā docet & audit:nemo enim poteſt in valle ſtare,& de monte loqui. Vbi ſtas,inde loquere:aut vnde loqueris,ibi ſta. Si animus eſt in terra,quomodo de cœlo loqueris? Si de cœlo loqueris,in cœlo conſiſte.Et ſi iuſtitiā facere non vis,quomodo magiſtrū iuſtitiæ audis?Vt quid magiſtrum vocas,cuius non vis eſſe diſcipulus?Vnde Richardus:Quia autem docturus diſcipulos in montem aſcendit, hoc nobis inſinuat ꝙ qui ſacræ doctrinæ verbū diſpenſat: non in valle praui operis,non in cāpo effrenatæ diſſolutionis conſiſtere debeat:ſed in montē ſpiritualis conuerſationis per exercitia virtutū & exhibitionē bonorum operum aſcendat,ſicut ſcriptum eſt:Super montem excelſum aſcende tu qui euangelizas Sion.

Corin mōtem aſcendit.

Eſai.40.

ORATIO.

C DOmine Ieſu Chriſte, qui propter inæſtimabilem miſericordiam tuam in mundum veniſti:vt peccatores ab erroribus ad pœnitentiam reuocares,& ex his quā plures dignatus es eligere in tuos ſecretarios,& diſcipulos ſpeciales:reuoca miſericors deus me miſerū peccatorem errantem,amplectere redeuntē,cōforta dolentē: inſtrue ignorantem,ac tandem me,licèt indignū, eum diſcipulis tuis admittens totaliter à deſiderio terrenorum leues,& mentem omnino ad cœleſtia tranſferas:vt audiam & intelligā verba tua,& opere cōpleam vniuerſa.Amen.

De ſermone domini in monte:Et primò de octo beatitudinibus. Caput XXXIII.

Sermo domini in monte.

POſt hæc dominus Ieſus fecit ſermonem pulcherrimū & copioſum, quē vt dicit Aug.Si quis piè ſobrieq́; conſiderauerit, inueniet in eo,quantum ad mores optimos pertinet, perfectū vitæ Chriſtianę modum:& iſtum ſermonē omnibus præceptis, quibus Chriſtiana vita informatur eſſe perfectum.Hunc ſermonem Matthęus & Lucas variè narrant,& ob id quidā dicunt dominum prius ſermonē feciſſe diſcipulis tantum in ſupercilio montis ſedendo,per modū doctoris,& hūc narrat Matthæus,& pòſt in latere montis cōmuniter turbis & diſcipulis alium ſimilem ſtādo,per modū prędicatoris,& hunc narrat Lucas.Alij verò dicūt dominū,primò ſediſſe cum diſcipulis in ſupercilio montis, & electis xij. deſcendiſſe ad aliquam planiciem in latere montis eiuſdē:& ibi vnum ſermonem ſimul cum turbis & diſcipulis habuiſſe, quem vterq; euangeliſta narrat diuerſimodè, eadem tamen rei veritate.Sed primū conueniētius tenetur, & veritati magis conſentire videtur.Et ex hoc inoleuit conſuetudo in Eccleſia, ꝙ quando fit ſermo turbis & ſecularibus,ſtat prędicator:vt inuitans ad pugnam & operationē:quando clericis & religioſis,ſedet,vt inuitans ad quietem & contemplationem.Proponit autem dn̄s Ieſus in principio ſui ſermonis octo beatitudines ſeu virtutes, & ſubnectit præmia ſingulis beatitudinib⁹ ſeu virtutib⁹ correſpondētia.Vnde ponitur ibi aliquid per modū meriti:puta,beati,&c.& aliqua per modum præmij: puta quoniā,&c.Primum enim pertinet ad beatitudinem meriti.Secundū verò ad beatitudinē præmij.Sed qui deſiderat conſequi pręmiū,ſtudeat primò habere meritū.Vnde Augu.Nemo quippe inueniri poteſt,qui beatus eſſe nolit. Sed ô ſi homines quomodo deſiderāt mercedem, ſic opus mercedis non recuſarent. Quis nō alacriter currat, cùm ei dicitur beatus eris?Libenter audiat, & cùm dicitur ſi hæc feceris.Non recuſetur certamen, ſi diligitur præmiū:& accēdatur animus ad alacritatem operis cōmendatione mercedis.hæc Aug. Beatitudo quippe dicitur dupliciter.Vno modo in ſpe: ſicut habetur in via.Alio modo in re: ſicut habetur in patria.Beati ſunt ergo excellentes in virtute beatitudine viæ per gratiam,beatificandi beatitudine patriæ per gloriam. Vel ſecundū Augu.Non inde beati ſunt:quia pauperes ſpiritu, ſed quoniā ipſorū eſt regnū cœlorū,& ita de alijs ſuo modo. [Docebat]ergo [eos dicēs:Beati pauperes ſpiritu,] id eſt, voluntate & electione,nō neceſsitate vel ſimulatione,[quoniā ipſorum eſt regnū cœlorum,]quod eſt pręmiū correſpōdēs meritò eorū.Vbi ſciēdū quod paupertas ſpiritus ſumitur hîc, pro abſtinentia ab amore mundi,id eſt,ab amore eorū quę in mundo ſunt,& quæ amator mundi cōplectitur: & ſic eſt plenaria omniū delectabiliū abdicatio,oēs delectationes quæ ſunt in diuitijs,delitijs,& honoribus cōtēnens.Et ideo beatitudo iſta pōt intelligi dupliciter.Vno modo pro contēptu diuitiarū & carnaliū voluptatum.Secundò pro contēptu ſui & propriæ excellentiæ,vt etiā bonus ſe inutilem & cæteris reputet inferiorē.Contēptus autem diuitiarū,naſcitur ex contēptu ſui: qui eñ veraciter & humiliter propter deū ſe cōtemnit, tēporalia quæ propter ſe ſunt,faciliter etiā contēnit,nec magno pretio exteriora æſtimat,qui ſe interi⁹ nō curat. Sic ergo paupertas ſpiritus implicat virtutē volūtariæ propter Chriſtū egeſtatis,& etiā verę humilitatis.Et ſcd̄m vtrunq; intellectū hæc beatitudo primū tenet locū. Secundum primum quidem intellectum:quia pau-

Matt. 5.& Lucæ 6.
D

Sedendi & ſtandi in prędicando mos.

Beatitudines octo.

E

Beatitudo dupliciter dicitur.

F

Paupertas ſpiritus.

Beatitudo prima. G

pertas eſt prima perfectio volentiũ ſequi Chriſtũ, & totius ſpiritualis ædificij fundamentũ. Nõ enim poteſt expeditè ſequi Chriſtũ, paupertatis ſpeculũ qui oneratus eſt rebus tẽporalib⁹. Nec eſt liber, ſed ſeruus qui animi affectionẽ ſubijcit iſtis rebus trãſeuntibus. Eius enim rei quã affectuosè diligo, me ſeruum ſponte cõſtituo. Et ideo nihil eſt amandũ niſi ipſe deus, vel aliud propter deum. Vnde Amb. Primam beatitudinẽ hanc vterq; euangeliſta poſuit: ordine enim prima eſt: & parens quædã generatioq; virtutũ. Quia qui contẽpſerit ſecularia, ipſe merebitur ſempiterna. Nec poteſt quiſquã meritum regni cœleſtis adipiſci, qui mundi cupiditate poſſeſſus emergẽdi non habet facultatẽ. Similiter quoad intellectũ ſcd̃m, quia humilitas opponitur initio omnium vitiorũ, ſcilicet ſuperbiæ, quę inter omnia vitia tenet principatũ. Vnde Auguſt. Rectè hîc intelliguntur pauperes ſpiritu humiles & timẽtes deum, id eſt, non habẽtes inflantẽ ſpiritũ. Nec

H

aliunde omnino incipere oportuit beatitudinẽ. Sic quidẽ peruenitur ad ſummã ſapientiã. Initium autem ſapientiæ timor dñi: quoniã & à cõtrario, initiũ omnis peccati ſupbia deſcribitur. Vñ & Chry.

Eccleſiaſtici 1.
Eodem 10

Sicut cętera vitia deprimũt ad inferos, & maximè ſuperbia: ſic vehũt virtutes ad cœlũ, maximè autẽ humilitas. hæc Chry. Cupidi ergo & ſuperbi appetant & diligant regna terrarũ, [beati] autem [pauperes ſpiritu,] id eſt, ſpirituali voluntate, vel ſui reputatione [quoniã ipſorũ eſt regnũ cœlorum,] nũc in ſpe, & in futuro erit in re. Et bene præmiũ merito reſpondet, vt indigẽtię & humiliationi copioſitas & exaltatio ſuccedat. In regno enim intelligitur omnimodo ſufficientia, & excellentia, quæ bene promittitur in cœlis qui talia cõtempſerunt in terris.

Secunda beatitudo.

Deinde ſequitur ſecunda: [Beati mites, quñ ipſi poſſidebũt terrã.] Poſt paupertatẽ ſequitur mititas: qui enim pauper eſt multis laceſſitur iniurijs & ideo neceſſarium eſt ꝙ ſit mitis, vel manſuetus: quod idem eſt ſecundũ rem, ſed differunt nomine.

Mitis & mãſuetus differunt.

Mitis enim eſt, qui aliũ non offendit: mãſuetus, qui ſe offendẽtes tolerat. Vnde mãſuetus dicitur quaſi manu aſſuetus, cui facilè eſt ſuſtinere: nõ malũ pro

I

malo reddere: mitis verò, qui nulla animi accenſione turbatur, ſed iugiter in animi bonitate perſeuerat. Et ſecundũ hoc mitis dicitur in affectu, mãſuetus in effectu. Mites ergo ſecundũ rem ſunt homines mãſueti, modeſti, & humiles in fide ſimplices: & ad omnẽ iniuriam patientes, qui nullã amaritudinẽ animi ſentiũt, & cùm irritati fuerint, nec cogitant facere malũ, nec faciunt, cedunt improbitatibus, & non reſiſtũt malo: ſed vincunt malũ in bono. Et verè [beati mites, quoniã ipſi poſſidebũt terrã:] ſcilicet duplicẽ, id eſt, corporis proprij quã gerunt, & paradiſi quã quærunt. Terram inquã corporis proprij: quia mites habent dñium ſui, & nõ iracundi: quia nõ ſubijciunt ſenſualitatẽ rationi. Item terram paradiſi: mites enim quietè & pacificè poſſidet dñs in terra moriẽtiũ, & ideo lege viciſſitudinis mites poſſidebunt dñm in terra viuentiũ. Et ſcd̃m Glo. quoniã ſeipſos in præſenti poſſident, hæreditatem patris in futuro poſſidebunt. vbi Aug. Tunc verè poſſidebis terram, quando inhęſeris ei, qui fecit cœlũ & terram.

Poſſidere terram.

Hoc eſt enim eſſe mitẽ, non reſiſtere deo tuo. Vt in eo quod bene facis, ipſe tibi placeat, nõ tu tibi. In eo autẽ ꝙ mala iuſtè pateris: ipſe tibi nõ diſpliceat, ſed tu tibi. Neq; enim parum eſt: quia placebis ei, diſplicens tibi. Diſplicebis ei enim placens tibi. hæc Aug. Rixentur ergo immittes, & dimicent pro terrenis & temporalibus rebus. Beati autem mites, quoniã ipſi hæreditate ac immobiliter & ſolidè poſſidebũt terrã æternæ beatitudinis. Ad hoc enim homines feroces mouent guerras, & lites ſequẽtes motus iraſcibilis, vt quaſi ſecuri poſſideãt terrã deuictis inimicis, & ideo illis qui ſunt totaliter quietati à motibus iraſcibilis, bene promittitur poſſeſſio pacifica terræ viuentiũ: de qua pelli nõ poſſunt ab aduerſarijs. Significat enim terra, ſcd̃m Aug. quandã ſoliditatẽ & ſtabilitatẽ hęreditatis perpetuæ: vbi anima, per bonũ affectũ, tanquam in loco ſuo requieſcit ſicut corpus in terra, & inde cibo ſuo alitur ſicut corpus à terra. Ipſa eſt requies, & vita ſanctorũ. Si ergo, vt dicit Beda, cœlorum regnum pauperibus, & terra mitibus promittitur: quid ſuperbis & contentioſis niſi infernus relinquetur?

K

Terra.

L

Tertia beatitudo.

Deinde ſequitur tertia: [Beati qui lugent, quoniã ipſi cõſolabuntur.] Hæc tertia beatitudo rectè primã ſequitur & ſecundã: poſt contemptum nanq; mũdi per paupertatẽ: poſt quietem mẽtis, per manſuetudinẽ: vacans homo ſibi, & conſiderans ſtatum ſuũ nihil inuenit, nec in ſe, nec in alijs niſi materiam luctus & flebile, & ideo incipit lugere.

Lugendi ratio.

Eſt autem lugendũ non propter tẽporalia dãna: ſed propter ſpiritualia detrimenta. Et verè beati qui lugent, quoniã deus eos cõſolando omnem lachrymam ab oculis eorũ abſterget. Vnde Ber. Fœlix lachryma quæ manu pij domini meretur abſtergi.

Apoca.

Lachrymarum menda.

Vt dicit Maximus: Lachrymæ veniam non poſtulant, & tamen merentur: cauſam non dicunt, & tamẽ miſericordiã conſequũtur: quia ſermo interdũ non totũ profert negotiũ, lachryma verò totum prodit affectũ. Conſolabuntur autẽ lugentes, & hîc & in futuro. In præſenti enim cõſolationes ſpirituales cõſolante ſpiritu ſancto qui paracletus, id eſt, cõſolator dicitur, recipiunt pœnitentes. Conſolabuntur & in futuro, cùm ad gloriã perducentur, vbi gaudiũ & lętitiã obtinebũt: quia ſecundum Chry. huiuſmodi luctũ dñs perpetui gaudij conſolatione compenſat, vt autẽ dicit idem Chryſo.

M

Lugẽdum quid eſt.

Lugendũ eſt & verè lugendũ præſentis vitæ tempus in quo tantã malorum labẽ: tantaq; quotidie videmus flagitia cumulari, quę ſi velis conſiderare per ſingula, nunquã te poteris à lachrymis temperare. Etenim ſi quis extrinſecus vndecũq; adeſſet, & pręceptorum Chriſti ac noſtræ conuerſationẽ & perturbationẽ videre inimicos nos eſſe, & contrarios pręceptorum Chriſti iudicaret: & quaſi qui ſtudiũ quoddam habuerimus cõtraria in omnibus gerere quã ille mandauit. hæc Chryſo.

Luctus cauſę quinque.

Et ſciendum quòd quinq; ſunt cauſæ luctus: quarum duæ reſpiciunt culpam: ſcilicet propriã, & alienã: duæ pœnam: ſcilicet præſentẽ, & ęternã: quinta gloriã cœleſtẽ. Lugendũ eſt ergo in hac vita. Primò, pro peccatis & miſerijs proprijs. Secundò, pro peccatis & miſerijs alienis. Tertiò, pro incolatu præſentis miſeriæ.

Quartò,



A

Conſolationes lugentium.

Quartò, pro periculo & dubio pœnæ æternæ. Quintò, pro dilatiõe gloriæ. Et ideo [beati qui lugent,] ſcilicet in præſenti, [quoniã ipſi conſolabuntur,] plenariè in futuro, cõtra quinque luctus prædictos: cõtra primum, de peccatorum remiſſione: contra ſecundũ, de proximorum bonorum ſalute, & malorũ condemnatione: contra tertiũ, de huius exilij liberatione: contra quartum, de euaſione pœnæ futuræ: cõtra quintũ, in gloriæ adeptione: dum tunc poterunt dicere cũ Pſalmiſta: Secundum multitudinem dolorũ meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animã meam.

Pſal. 93.

Compunctionis incitamenta

Huic ſententiæ concor. Greg. qui dicit: Quatuor ſunt qualitates quibus iuſti viri anima in compunctione vehementer afficitur cùm aut malorũ ſuorum reminiſcitur, conſiderans vbi fuit: aut iudiciorũ dei ſententiam metuens, & ſecũ quærens cogitat vbi erit: aut cũ mala huius vitæ pręſentis ſolerter attẽdens, mœrens conſiderat vbi eſt, aut cùm bona ſupernæ patriæ contemplatur: quæ quia nondum adipiſcitur lugens conſpicit vbi non eſt. hæc Grego.

B

Gaudeant ergo vani in hoc mundo, beati autem qui lugent quoniã conſolabuntur in cœlo. Congruè autem lugentibus promittitur, & præparatur æterna conſolatio: vt qui triſtati ſunt in præſenti, gaudeant in futuro: & tẽporalem amittentes lętitiam, perfruãtur æterna.

Quarta beatitudo.

Deinde ſequitur quarta. [Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiã, quoniam ipſi ſaturabũtur:] hęc quarta beatitudo rectè ſequitur tres prędictas: qui enim mundana contẽpſit, ac mores manſuetudine rexit, & defectus luxit: iam poteſt eſurire & ſitire iuſtitiã, quod non prius potuit: quia ſecundum Ambro. æger cùm in graui morbo eſt, non eſurit. Primę verò tres à ſeculo nequaquã *eripiunt: paupertas enim diuitias abijcit: manſuetudo iniurias nõ ſentit, luctus cõmiſſa diluit: quæ verò ſequuntur, ad cœlum erigũt.

*nequam

Eſuries iuſtitiæ.

Quartum prima eſt non tam iuſtitia, quàm eſuries ſiue deſiderium iuſtitiæ: quia in præſenti perfectam iuſtitiã nõ poſſumus habere, ſed poſſumus eſurire. Vnde dicit. [Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam,] id eſt, cum omni deſiderio, & vehementer ad modũ eſurientis

C

& ſitientis appetunt eã: ſecundum Bedam nos inſtituens, nunquã nos ſatis iuſtos æſtimare debere: ſed quotidiano iuſtitiæ ſemper ardere profectu. Vnde Hiero. Non ſufficit nobis velle iuſtitiam, niſi iuſtitiæ patiamur famẽ, vt nunquam nos ſatis iuſtos: ſed ſemper eſurire opera iuſtitiæ intelligamus.

Iuſtitia.
Pſal. 36.

Et accipitur hîc iuſtitia, ſecundum ꝙ eſt virtus generalis ad omnes qua declinatur à malo & fit bonum: ſecũdum ꝙ homo ab ea generaliter iuſtus dicitur per exercitium: quia ſecundũ Chry. Eſurit iuſtitiam, qui ſecundũ dei iuſtitiã deſiderat conuerſari: hanc iuſtitiam & vitæ rectitudinẽ, non ſolum in nobis: ſed & in omnibus alij appetere debemus.

Iuſtitia tribuens tribus terna.

Et hæc eſt iuſtitia quæ tribuit vnicuique quod ſuũ eſt: ideo, proximo, & ſibi. Deo tria: ſcilicet honorẽ creatori, amorẽ redemptori, timorem iudici. Proximo tria: obedientiam ſuperiori, concordiã pari, beneficentiam inferiori. Sibi tria: munditiã cordi, cuſtodiã ori, diſciplinã carni. Et verè beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, quoniã ipſi ſaturabuntur: vt qui per eſuriem & ſitim iuſtitiæ merentur, per ſaturitatẽ gloriæ præmientur: & conatũ quem paſſi ſunt in merendo, reficiat præmiũ in perficiẽdo.

D

Pſal. 16.

Quæ ſaturitas reddetur in vita beata, de qua dicit Pſal. Satiabor cùm apparuerit gloria tua. In pręſenti quoq; redditur: quia ſicut auaritia ſitit aliena & eſurit, ſic per iuſtitiã ſaturatus cõtentus eſt ſuis, & aliena nõ cupit. Nõ ſolum itaq; illi qui faciũt iuſtitiam, ſeu iuſtitiæ opus: ſed etiã qui eã eſuriunt & ſitiũt, id eſt, qui eã facere cõcupiſcunt: & ſi nõ poſſunt facere quod deſiderant tamen beati ſunt, quia quantũ in ipſis eſt faciũt qd̃ deſiderãt, & iſti quidẽ ſaturabuntur, quãdo omnia eorũ deſideria complebuntur. Vnde Aug. Qui perfectè nouit, & perfectè amat iuſtitiã, iam iuſtus eſt: etiã ſi nulla exiſtat ſecundum eã forinſecus per mẽbra corporis operandi neceſſitas. Deſiderãt ergo alij vana quæ eos ſatiare nõ poterunt, [beati autẽ qui eſuriunt & ſitiũt iuſtitiã, quia ipſi ſaturabũtur:] hîc pro modulo: ſed plenariè in futuro.

Quinta beatitudo.

E

Deinde ſequitur quinta. [Beati miſericordes: quoniã ipſi miſericordiã conſequentur.] Poſt iuſtitiã rectè ponitur miſericordia, quia vna nõ debet eſſe ſine alia: ſed altera ab altera temperari.

Miſericordia temperata.

Nã miſericordia ſine iuſtitia deſcẽdit ad diſſolutionẽ, iuſtitia ſine miſericordia deſcẽdit ad crudelitatẽ, vna cũ alia incedit ſecundũ æquitatẽ.

Miſericordia qd eſt

Eſt autẽ miſericordia, miſeria cordis ſuper malo: vnde dicũtur miſericordes, quaſi miſerũ cor habẽtes, quia alterius miſeriã quaſi ſuã reputant, & de malo alterius, quaſi de ſuo dolent. Miſericordia eſt dimittere iniurias illatas, ac omnẽ rancorẽ & odiũ, & dare quodcũque poteſt ſpirituale, & corporale ſubſidiũ.

Miſericordię exhibẽdę ordo

Eccleſiaſtici 30.

Miſericordiæ autẽ exhibẽdæ is eſt ordo, vt prius ſit ſuper malo proprio: ſecundũ illud Eccleſiaſti. Miſerere animæ tuæ placẽs deo: deinde ſuper proximi malo, eius defectibus cõdeſcendendo: cuius finis eſt pro alio mori: exemplo Chriſti qui pro nobis ex miſericordia dedit ſe morti.

Miſericordia, triplex.

F

Amos 6.

Eſt igitur miſericordia prima propria ad ſeipſum, per pœnitẽtiam. Secũda fraterna ad proximũ, per beneficentiã. Eſt & tertia filialis ad deũ, per cõpaſſionem, ſed heu quia nihil cõpatiuntur ſuper contritione Ioſeph. Prima cõſequitur miſericordiã in remiſſione omnis culpæ. Secũda cõſequitur miſericordiã in diminutione pœnę, & interceſſorũ multiplicatiõe: qui enim diminuit alterius pœnã, meretur ſuæ diminutionẽ. Tertia cõſequitur miſericordiã in adeptione gloriæ: quia ſecundũ Apoſtolum, ſi cõpatimur, & cõglorificabimur.

Roma. 8.

Sed vt dicit Ambro. qui cõpatitur, nõ pfunctoriè cõpatitur: ſed vt tribulatiões Chriſti in corpore ſuo impleat, ſicut implebat & Paulus. Igit̃ ſtudioſè circa miſericordiã inſiſtere debem⁹, qa in omnib⁹ miſericordia dei indigem⁹.

Miſericordię laus in oratione Eccleſiæ.
Matt. 25.

Hęc virtus tãta eſt ꝙ ea pre cęteris deo, quaſi ſibi ꝓpria attribuat̃. Vnde dicit̃: De⁹ cui⁹ propriũ eſt miſereri ſemꝑ & parcere. Hãc etiã negatã exprobrabit reprobis, & impenſam commendabit iuſtis. Maximè enim ſuccurrent opera miſericordiæ in die iudicij his, qui fecerint ea: quoniam, vt ait Iacobus, iudicium ſine miſericordia fiet illi, qui non fecerit miſericordiam.

Iacob. 2.

Vnde Auguſtinus, beatos eſſe dicit qui ſubueniunt miſeris:



quoniam

quoniam eis ita rependetur, vt de miſeria liberentur:
G
fac & fiet: fac cum altero, vt fiat tecum. Quod egeris cum petitore tuo, hoc agat deus cum ſuo. Vnde & Hilarius: Intantum enim deus beneuolentiæ noſtræ in omnes delectatur affectus vt miſericordiam ſuam ſit ſolis miſericordibus pręſtiturus. Vnde & Chry. Deminus miſericordiarũ miſericordes dicit eſſe beatos, oſtendens vnumquenque noſtrum miſericordiã promereri nõ poſſe, niſi & ipſe miſericors fuerit. Et iterum: Videtur autem eſſe æqualis retributio, ſed & multo maior: non eſt enim ęqualis humana miſericordia, & diuina. Seruiant ergo tyranni cũ ſuis crudelitatibus ſine miſericordia perituri, [beati autẽ miſericordes: quoniã ipſi miſericordiam cõſequentur,] in futuro: vbi ab omni miſeria culpæ & pœnæ ſubleuabuntur: & in hoc ſeculo, vbi eis culpa remittitur & gratia largitur, conferuntur temporalia, & ſubleuantur à multiplici miſeria: prout ſtatus iſte patitur, & ſaluti ſpirituali expedire videtur. Deinde ſequitur ſexta. [Beati mundo corde: quoniam ipſi deũ videbunt.]

Sexta beatitudo.

H
Sexta beatitudo optimè ſexto loco ponitur: quia per ipſam homo ad dei imaginẽ, quę ipſius dei per cognitionẽ & amorem capax eſt, reparatur: quam ſexta die conditus perdidit, & ſexta ætate recuperauit. Et rectè poſt miſericordiam ponitur cordis munditia: quia ſecundum Ambro. Qui miſericordiam defert: miſericordiam amittit, niſi mundo corde miſereatur: nam ſi iactãtiam quærit, nullus eſt fructus. Dicit ergo, Beati mũdo corde: nõ dicit, de ſuperficie, vt fallaces hypocritæ: qui mundant quod foris eſt: nõ tantum corpore, vt mundani diuites qui corporis ſtudẽt munditiæ: ſed corde, quos non arguit conſcientia peccatorũ: qui declinant à malo quolibet, & faciũt omne bonũ, quod poſſunt bono fine & recta intentione. Et verè ſic mundo corde beati ſunt, quoniam ipſi deum videbunt: quia munditia maximè vnit ſummę beatitudini, & mũdus nõ niſi mundo corde poteſt videri. Illud eſt cor mundum, quod nõ arguit conſcientia vlla peccati: ſed eſt templum ſanctum dei, ex quo cogitationes malæ non procedunt.

Cordis munditia.
Matth. 23.
Munditiæ laus.
Exod. 1.
1. Cor. 3.

I
Si enim cor fuerit mundum à prauis cogitationibus, totus homo erit mundus ab iniquitatibus: ibi enim peccata oriuntur, ibi radices figunt: quæ ſi ibi ſuccifæ fuerint, non eſt vbi creſcant. Deus quippe ſpiritus eſt: & ideo non oculo carnis, ſed oculo cordis & mentis tantum videri poteſt. Et ſicut oportet oculum carnis eſſe purũ & mundum vt Solẽ poſſit videre, ſic longè plus oportet oculum cordis mũdum eſſe, vt poſſit deum, qui lucem inhabitat inacceſſibilem, videre: quia in eo omnis ſufficientia noſtra completur, & finis deſideriorum noſtrorum habetur, qui ſolis mundis corde debetur. Vnde Auguſt. Hic eſt finis amoris noſtri. Quicquid bene agimus, quicqd laudabiliter ęſtuamus, quicquid inculpabiliter dedideramus, ad dei viſionem cùm venerit plus nõ requiremus. Videre deum volumus: ſed vide quid dictũ eſt: Beati mũdo corde, quoniã ipſi deum videbunt. Hoc para vnde videas. Non enim corde nõ mundo videre permitteris, quod non videtur niſi corde mundo. Vnde & Ambro. Emunda cor tuũ, omnes pollutas cogitationes de corde tuo abijce, nihil ſit quo tuus inquinetur affectus.

Ioan. 4.
Deũ videre finis.
1. Timo. 6

K
Simplex mẽs, pura ſinceritas ſit: talibus ſe dominus, volutabris corporis depoſitis, demonſtrare dignatur. hæc Ambroſ. Immundi ergo corde, qui in ſordibus ſunt, ſordeſcãt adhuc: [beati autẽ mundo corde, quoniã ipſi deum videbunt,] in præſenti per fidẽ, & in futuro per ſpeciẽ: in pręſenti familiarius, & in futuro glorioſius. Hîc ſecundũ ꝙ aliquis eripuerit ſe à malis, & bona fecerit, ſecũdũ hoc deũ videt aut minus aut amplius: & ibi quãto mũditia maior, tanto viſio potentior & clarior. Deinde ſequitur ſeptima [Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur.] Septimo loco ponitur beatitudo pacis: quia in ſabbato ſeptimæ ætatis plenariè dabitur pax habentibus beatitudines ſupradictas. Bene autẽ poſt munditiã pax ſequitur: quia ad gradum pacis qui purgatus eſt dirigitur: nec niſi in bona volũtate pax nutritur. Vnde Ambro. Cùm interiora tua vacua feceris ab omni labe peccati, à te pacẽ incipis: vt ſic pacẽ alijs feras. Dicit ergo, beati pacifici: nec dicit, animo pacati: quia hoc pertinet ad ſecundam beatitudinẽ, quæ eſt mititas: ſed dicit pacifici, qui ſcilicet primò in ſemetipſis pacẽ faciunt,

Septima beatitudo. Pacifici.
Pax.

L
& quicqd pverſę cogitatiõis, locutiõis, operiſue deprehẽdunt potẽter expellũt: nec aliquid turbationis in ſuæ regno dominatiõis eſſe permittũt, & ſi quid eis aduerſitatis occurrat: pacẽ ſuam tamen ſeruant, & cuncta cũ cordis ſui tranquillitate iudicant. Deinde nõ in ſe tantũ pacẽ cuſtodiũt, verumetiã alios diſcordãtes ſibi ad vnitatẽ pacis reducũt: ac ſemper paci faciẽdæ, reformãdę, & cõſeruandę, ſiue in ſe, ſiue in alijs, inuigilãt. Paci autẽ cõtrariantur quinq;: ſcilicet bella, lites, tumultus, inquietudines, & moleſtię. Pacifici ergo huiuſmodi bellis ſopiẽdis, litibus dirimẽdis, tumultibus ſedãdis, inquietudinibus quietandis, moleſtijs mitigãdis inſiſtũt. Hęc autẽ ſunt officia filij dei, qui in ſe pacificus pacem reformauit in alijs, & ideo de pacificis bene dicitur, [quoniam filij dei vocabuntur.] Pacifici etiã dicuntur qui totaliter etiam per affectum mentis deo ſicut ſummæ bonitati coniungũtur, & ſic nihil aliud extra ipſum quęrunt: ſed in ipſo quietantur & pacificantur.

Paci contraria quinq;.
Pacifici filij dei.

M
Qui & filij dei vocari merentur: quia filiatio dei importat aſſimilationem ad deum: proprium autẽ eſt ipſius dei ſeipſo frui, & in ipſo quietari. Pacifici ergo eſſe debemus, vt verè ipſum deũ pacis in nobis habere mereamur, de quo ſcriptum eſt: Factus eſt in pace locus eius. Vbi Auguſt. Pacifici in ſemetipſis ſunt: qui omnes adimi ſui motus exponẽtes & ſubijcientes rationi, id eſt, menti & ſpiritui, carnaleſq; cõcupiſcentias habentes edomitas, fiunt regnũ dei. In quo ita ordinata ſunt omnia, vt id quod eſt in homine præcipuũ & excellens, hoc imperet cæteris non reluctantibus, quæ ſunt nobis beſtijsq; communia, atq; idipſum quod excellit in homine, id eſt, mens & ratio, ſubijciatur potiori, quod eſt ipſa veritas vnigenitus filius dei. Neq; enim imperare inferioribus poteſt: niſi ſuperiori ſe ſubijciat. Et hæc eſt pax quæ datur in terra, hominibus bonæ voluntatis: hęc eſt vita conſummati perfectiq; ſapientis. hæc Auguſt. Litigent ergo diſcordes, patrem ſuum diabolum imitantes.

Pſal. 75.
De pacificis.
Lucæ 2.



Imitantes. [Beati autem pacifici,] primò ſibi, dein
A
de alijs, ſcilicet internam pacem, & fraternã ſeruãtes [quoniam filij dei] & veri imitatores eius, in ſuperna voce [vocabuntur.] Habent enim ſimilitudinẽ dei patris: quia deus pax & quies ſumma eſt, & omnia cum tranquillitate diſponit. Deinde ſequitur octaua. [Beati qui perſecutionem patiũtur propter iuſtitiam: quoniam ipſorũ eſt regnũ cœlorum.] ſecundum Chryſ. Poſita pacificorũ beatitudine, ne aliquis æſtimaret, ꝙ ſemper pacẽ ſibi quęrere, ſit bonũ: ſubdit, [Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.] Hęc etiã beatitudo perficit hominem, ad bene patiendũ, ſicut prædictę ad bene agendũ: quia ſicut ad virtutem pertinet bene agere: ita & bene pati. Et ideo poſt præcedẽtes beatitudines, quę cõſiſtunt in perfectione actionis, ſequitur hæc, quæ conſiſtit in perfectione paſſionis. Nam ſicut beatitudo patriæ diſtinquitur penes auream & aureolã: ſic beatitudo vitæ quæ eſt imago quædam & ſimilitudo illius: præcedentibus enim reſpondet præmiũ aureæ, huic verò pręmium aureolæ, quę hîc per regnũ intelligitur.

Octaua beatitudo.
Patientes.
Aurea, & Aureola.

B
Nam ſecundum Hiero. hæc martyrio cõparatur. Dicit ergo: [Beati] ſcilicet non tantum qui bene operãtur, ſed etiã [qui perſecutionẽ patiuntur] ſcilicet patiẽter: & non propter ſcelera & peccata ſua, ſed propter iuſtitiam, ſcilicet legalẽ, quæ includit omnẽ virtutem, id eſt ſecundũ Chryſ. pro veritate atq; pietate, & pro aliorum defenſione: ſolemus enim iuſtitiam ꝑ omni virtute animi ponere. Et verè beati in ſpe, beatificãdi in re: [quoniã ipſorũ eſt regnũ cœlorũ] & quoad aureã, & quoad aureolã. Sed nũquid pro libertate eccleſiæ, me exponã morti? Ita pro alijs, quæ ſpiritualia ſunt: non pro agris, vel redditibus eccleſiæ & ſimilibus. Sæpe eñ nos opponimus pro his, magis inducti auaritia, quàm iuſtitia. Huiuſmodi quæſionem Ambr. determinans, ait: Si à me petierit imperator quod meum eſt, id eſt fundum meum, argentum meũ, & huiuſmodi, ſciat me non refragaturũ: quamquam omnia quæ mea ſunt ſint pauperũ: verùm ea quæ diuina ſunt imperatoriæ

Iuſtitia.

C
poteſtati non ſunt ſubiecta. Si patrimoniũ petitis, inuadite: ſi corpus, occurrã: vultis in vincula rapere, vultis in mortẽ rapere, volũtatis eſt mihi: nõ ego me vallabo circũfuſione populorũ: nec altaria tenebo vitã obſecrãs: ſed pro altaribus & ſpiritualibus, ad ipſa pertinẽtibus immolabor. hęc Ambro. Hęc octaua, cõplementũ eſt aliarũ beatitudinũ, & ſumma omniũ coronarũ: tũc vt cùm homo perfect[9] eſt in cęteris, tandẽ aptus ad patiendũ aduerſa dignus reperiatur. Vnde Chryſo. Propterea à priori ſemper ſequenti, viã faciens mãdato, ſeriẽ & catenam nobis quandã aureã ſubtexuit. Cùm enim quis humilis fuerit, erit cõſequenter & mitis: qui aũt mitis, etiã peccata lugebit: qui verò ob peccata luget, eſurit, ſititq; iuſtitiã: qui iuſtus eſt, iſte etiã miſericors: qui miſericors fuerit & iuſtus, idẽ eſt cõpunctus & mundus corde: qui verò talis eſt, erit etiam profectò pacificus. Porrò, qui iſta perfecerit, erit abſq; dubio etiã ad pericula pręparatus: nec ad maledicta prorſus vlla terrebitur nec ſi mala quoque millie patiatur. hęc Chryſ. Qui ergo prędictas virtutes habet, beatus eſt: multò autẽ beatior, qui has virtutes inter aduerſa ſeruare nõ trepĩdat.

Mandatorum dei catena.

D
Septem itaq; perficiũt, ſed octaua clarificat & demonſtrat quod perfectũ eſt. Nã patientia, opus perfectũ habet: vt per hunc gradum perficiantur & cęteri, tãquam à capite rurſus exordiẽs. Vnde octaua redit ad caput, ſiue ad principiũ, id eſt ad primã beatitudinem, probans & purgãs eã, ſi quid fermẽti habet admixtum: beati enim pauperes, ſi perſecutionem patiũtur propter iuſtitiam. Redit etiã ad ſecundã, probans & purgans eam: beati enim mites, ſi perſecutionẽ patiuntur propter iuſtitiã. Ita & ad omnes alias referẽdo, redit iterũ: vtpote probatio, purgatio, & conſummatio earũ. Debet ergo replicari ad omnes alias præcedentes, ad hoc ꝙ ſint probatæ beatitudines. Scorpius nõ calcatus, quietus iacet, aculeos non exerit, ſed tactus ſtatim exerit pugionem, & pũgit. Ita & homo vacuus virtute, punctus vrenti verbo vel iniuria ei illata, ſtatim ſicut ſerpens, ira & odio, ac verbo cõtumelioſo, & impatiẽtia armatus crepat & inſilit in illũ qui eũ læſit: in quo probatur, & vas vacuum eſſe cognoſcitur.

Octauę reditio ad primam.
Scorpius.

E
Ecõtra, ſancti percuſſi in vna maxilla, prębẽt aliã, diligunt inimicos, & orãt pro perſequentibus ſe. Hinc dicit Berñ. ꝙ ſicut ſtellæ de nocte lucẽt, de die aũt non apparent: ſic virtus quæ nõ apparet in proſperis, emicat in aduerſis. Vñ ſecundũ hoc nõ videtur octaua propriè beatitudo dicenda, & per ſe diſtincta: ſed præcedentium illuminatio potius & cõfirmatio. Octauo aũt loco ponitur: quia ſignificat generalem reſurrectionẽ, octaua ætate futuram: quę etiam per octauas ſanctorũ deſignatur. Hæc ergo circũciſioni, & octauæ reſurrectionis cõparatur: quia per hanc circunciditur in nobis & aufertur, ſi quid fermẽti in nobis remãſerit: & cõſummamur in omni perfectione & probatione virtutũ. Sicut eñ in octaua reſurrectionis immutabimur, & perficiemur in gloria: ita & per hãc, hîc in merito & gratia. Et reſpõdet ſibi idẽ pręmiũ, quod primę, ſcilicet regnũ cœlorũ: quia illi maximè perſecutionẽ in mundo patiuntur, qui contẽptui habentur: & tales ſunt maximè pauperes ſpiritu, qui iã à pluribus deridentur.

Matth. 5.
Octauæ beatitudinis cõgruẽtia.

F
Maximè etiã conueniũt in merito: voluntaria eñ paupertas, eſt quoddã genus martyrij: quia vtrobiq; oportet vincere animum, quoad delectabilia huius mundi. In regno quoq; includuntur duo, ſcilicet diuitię, & dominatio. Promittitur ergo regnũ pauperibus, per reſpectũ ad diuitias: quia qui propter Chriſtũ abrenũtiant diuitijs tẽporalibus: in futuro gaudebunt æternis. Patiẽtibus verò, per reſpectũ ad dñm: quia qui hîc propter Chriſtũ opprimuntur, in futuro cũ Chriſto, oppreſſoribus dominabuntur. Põt etiam dici ꝙ non eſt idem pręmium vtrobiq;: quia ibi per regnũ intelligitur pręmium aureæ: hîc pręmiũ aureolæ. Hoc aũt vnum præmiũ, quod eſt regnũ cœlorum, etiã in alijs eſt, ſed variè nominatum. Vñ Chryſ. Tu verò etſi non per ſingulas beatitudines regnũ audias repromitti, ne triſteris: etſi eñ retributiones ipſas differenter appellat, eas tñ cũctas ad vnũ cœlorũ regnũ reducit: nihil eñ omnino aliud, niſi cœleſte regnũ, per hæc cũcta deſignat. hæc Chryſ. Videat ergo vnuſquiſque

Paupertas volũtaria.
Regnum cœlorum promittitur ĩ omnibus beatitudinibus.

quiſq; hæc audiens,ſi in aliqua iſtarum beatitudi G num continetur: & ſi aliqua ſe inuenerit, ſecurus ſit ꝙ beatus erit:hoc enim veritas dicit:veritas aũt mentiri non pōt. Deinde poſt generalẽ ſententiã, ſubdit ſpecialem perſuaſionem, verbũ ad apoſtolos conuertẽdo, & triplicem actum perſecutionis,

**Perſecutio triplex.**

ſcilicet in corde,ore,& opere,eis prænuntiãdõ,dicens: [Beati eſtis cùm maledixerint] ex odio [& oderint] ex animo [vos homines] quoad primum [& perſecuti vos fuerint,& ſeparauerint vos] excludendo [à ſynagogis] & cõmunione ſua tanquã immũdos,& ſibi graues ad videndũ, quoad tertiũ [& dixerint omne malum aduerſus vos] id eſt omnia genera verborũ malignantiũ, quibus veſtrã famam lædãt, [& exprobrauerint vos] cõuitia & improperia vobis dicendo [& eiecerint nomẽ veſtrum] ſcilicet nomen Chriſtiani [tanquã malũ] illud execrãtes,ac diffamãtes, & extinguere cupiẽtes, quoad ſecundũ.Non ꝙ debeat aliquis iſta quærere:ſed quia timore horum,non debet veritatẽ vi H tæ,iuſtitiæ,& doctrinæ dimittere. Sicut autẽ triplex eſt perſecutio,ſcilicet cordis,oris,& operis:&

**Iterũ triplex oſtenditur perſecutio.**

hæc triplex,ſcilicet in damno temporaliũ, in perſecutione amicorum, in afflictione & iniuria proprij corporis:ita & triplex eſt patientia,quæ odiũ cordis, verbũ cõtumelioſum oris, & manualẽ perſecutionem operis ſuſtinet patienter, remittendo omnem iniuriam, compatiendo peccato proximi, orando vt à via mala cõuertatur, & ita peccatum eius deleatur. Hîc triplex hoſtis eccleſiã dei impugnat:cõtra quos triplicẽ patientiã opponit. Hucuſque ergo ad omnes generaliter & indeterminatè ſententias poſuit, hîc verò ſpecialiter ad apoſtolos verba dirigit:q̃uis & hęc etiã alijs conueniãt:prædicens eis præcipuè quãta pro nomine eius paſſuri eſſent:& monſtrãs quia eorũ hoc maximè propriũ eſt,ſuper omnes alios. Quia ergo propter maiorẽ difficultatẽ,ſpeciali perſuaſione indigebãt: ideo cõuertitur ad eos vt animaret, quos ſicut agnos inter lupos miſſurus erat.Vñ Beda:Non ad hoc noſtri ſimiles valent:ſed eorũ qui ibant gaudẽtes à cõſilio: quoniam digni habiti ſunt, pro nomine Ieſu cõtumeliam pati.

**Pati pro Chriſto.**

Sed quia nõ omnis perſecutio beatificat:ſed tantũ illa quæ gaudioſè ſuſcipitur propter I iuſtitiã,quæ eſt Chriſtus filius virginis: ideo addit [mẽtientes] & [ꝓpter me] ſeu filiũ hominis: quiã ad hoc ꝙ perſecutionis tolerãtia beatum faciat,requiritur ꝙ mẽdoſè,& falſè,ſeu iniuſtè, ac propter Chriſtũ nobis inferatur:in quo triſtitia perſecutionis,conuertetur in gaudiũ: quãdo reddet deus ſanctis mercedẽ laborũ ſuorũ. Aliàs enim nõ eſt beatus,ſed miſer:nec eſt ei merces inde, ſed accumulatio ſuæ miſerię. Vnde Aug.Si ſuſtines quia peccaſti,propter te ſuſtines, nõ propter deũ. Si aũt ſuſtines,quia mãdata dei ſeruaſti: verè propter deũ ſuſtines, & merces tecũ manet in æternũ. Quæ ſentitur in corde patientiũ,eorũ qui iã poſſunt dicere, gloriamur in tribulationibus.Nõ enim iſta perpeti, fructuoſum eſt:ſed iſta pro Chriſti nomine,non ſolũ ęquo animo,ſed etiã cũ exultatione tolerare. Vnde cõcludit ſubiungẽs pręmiũ: & ꝑ hoc alliciẽs ad patiendũ. Vt enim dicit Hiero. quodlibet opus leue fieri ſolet, cùm eius præmiũ cogitatur: & ſpe mercedis, leuigatio fit laboris. [Gaudete] inquit, K ſcilicet interius in corde [& exultate] ſcilicet exterius in corpore,id eſt propter exẽplũ, gaudiũ foris oſtẽdite:tam propter bonum virtutis patiẽtiæ, quàm propter ſpẽ pręmij & gloriæ [quoniã merces veſtra] non tantũ magna eſt ſicut aliorum, ſed [copioſa] & ſupra condignum eſt in cœlis.

**Merces beatorũ.**

Multa enim merces eſt in cœlis:multa propter iuſtitiam patientibus in terris.Merces iſta magna eſt, multa eſt,pretioſa eſt, diuturna eſt. Tã magna eſt ꝙ non pōt cõprehendi:tam multa eſt, ꝙ non pōt numerari: tam pretioſa eſt,ꝙ non pōt æſtimari: tã diuturna eſt,ꝙ nõ pōt finiri. Merces iſta tãto eſt vberior: quanto gaudio & exultatione, in tribulationibus, fides eſt deuotior. Deus enim,non tã quantitatẽ laborum,vel multitudinem operũ,remunerat:quàm qualitatem & modũ radicis,ex qua oriũtur & tolerantur.Non enim attendit quantũ, ſed ex quanto: nam minutum viduæ, prætulit Zachæi dimidio.

**Lucæ 19.**

L Sentiũt ergo,vt dicit Aug.iſtam mercedẽ, qui gaudent in bonis ſpiritualibus: ſed ex omni parte perficientur,cùm etiã mortale hoc induerit immortalitatem.Sed nos heu in multis decipimur, quando nobis arridẽt ſecularia: quãdo vulgus laudibus nos attollit,gaudemus & exultamus: cùm magis flere & dolere deberemus:q̃a magis periculũ ſunt proſpera,q̃ aduerſa:laudes, q̃ vituperationes. Gaudeamus ergo & exultemus cum apoſtolis,quibus ſalubre gaudiũ,& ſalubris exultatio demõſtratur:cùm eis in contumelijs & ꝑſecutionibus gaudendũ eſſe, & exultandũ denũtiatur. Vnde Hiero. Neſcio quis hoc noſtrũ poſſit implere, vt laceretur opprobrijs fama noſtra:& nos exultemus in dño: hoc qui vanam ſectatur gloriã,implere non pōt. Gaudere igitur & exultare debemus: vt merces nobis in cœleſtibus præparetur. Elegãter in quodã volumine ſcriptum legimus: Non quæras gloriã,& non dolebis cùm inglorius fueris.

**Gloriandum non eſt.**

Vnde & Chryſ. Quantũ aliquis lætatur de laudibus hominũ, tantũ de vituperatione triſtatur. Qui verò gloriã concupiſcit in M cœlo:opprobria nõ timet in terris. Vñ dicit Senec. Nunquã fœlix es:ſi nondũ te turba deridet.Si beatus eſſe vis:cogita hoc primùm contẽnere cõtemptum.Si vis beatus eſſe,ſi fide bona,vir bonus: ſine te ſtultum videri,ſine contẽnat te aliquis. Quiſquis volet,tibi contumeliã faciat & iniuriam: tu tamẽ nihil patieris,ſi modò tecũ erit virtus.hæc Seneca. Non ſolum aũt præmio,ſed etiã exẽplo, eos ad patientiam prouocat,& rigorẽ tribulationum temperat,confortansq; eos exẽplo prophetarum, & ſuadens ad ſuſtinendũ, conſolationem eis de illorũ ſocietate pręſtat,qui ante eos afflictiones varias pertulerunt,dicens: [Sic eñ] crudeliter,multipliciter, & inceſſanter [perſecuti ſunt prophetas] veros: vt Hieremiam,Eſaiã, & alios [qui ante vos fuerunt] quia pro veritate perſecutionẽ ſunt paſsi:& ita dãt vobis exemplũ & animũ patiendi.q.d.Nõ miremini ſi vos patiamini:quia nõ eſt nouũ, nec inſolitũ.

**Exẽplũ ſumi debet à bonis.**

Illorũ ergo exẽplũ vos doceat,ſi illorũ vos beatitudo & lætitia delectat:illorũ exẽplũ vos inuitet, ne timore deficiatis ꝑ veritate,pro qua ipſi paſsi ſunt ſine



ſine exemplo eos inuitãte. Secũdum hunc modũ, A oſtendi ſolet elephãtis ſanguis vuæ & mori, ad acuẽdum eos in prælium.

**1.Mach.6.**

Similiter nobis proponitur exẽplum Chriſti & martyrũ, ad confortandũ nos in tribulatione perſecutionũ. Et idcirco propoſitæ gloriæ præmiũ conſiderãtes, ad omnẽ tolerantiã paſsionis, deuota fide, parati eſſe debemus: vt cõſortes gloriæ prophetarũ atq; apoſtolorũ, effici mereamur.

**Perſecutiones tolerãdę ſunt.**

Non ergo debet quis timore perſecutionis,veritatẽ deſerere: ſed potius vbi Chriſtus in cauſa eſt, perſecutionem affectare. Vt eñ dicit Apoſtolus,omnes qui volũt piè viuere in Chriſto, perſecutionẽ patiũtur.

**2.Timo.3.**

Si ergo perſecutionẽ pateris,habeto id ſignũ in bonũ:quia piè in Chriſto viuis.Nam ſi nõ pateris peſecutionẽ,nõ vis piè viuere in Chriſto. Vñ Ambr. Et fortaſſe cùm perſecutiones nõ patimur, tanquã condemnati habemur: quia nequaquã piè viuere volumus in Chriſto. Nã vtiq;,cũ ſit definita ſententia,ꝙ omnes qui volunt B piè viuere in Chriſto Ieſu,perſecutiones patiũtur: videtur is qui perſecutiones nõ patitur, abdicatus ꝙ nõ ſit piæ intẽtionis in Chriſto. Deuotionẽ eñ fidei,prelia ſequũtur.hæc Ambro.

**Perſecutionis materia non deficit.**

Sed diceret aliquis:Nemo pōt modò propter perſecutionẽ attingere ad beatitudinẽ:quia nũc in pace conſiſtunt omnia:& ſancta eccleſia ferè de nulla parte patitur aduerſa. Ad quod dicendũ,ꝙ vbiq; tẽtationes ſunt & perſecutiones:quia quotidie in penetralib9 ſanctæ eccleſiæ,ꝑſequitur Cain Abel,Hiſmaël Iſaac Eſaũ Iacob,id eſt,impius iuſtũ. Et ſi quis perſecutionẽ nõ patitur ab extraneis:patitur tamen à falſis fratribus.

**2.Thim.2**

Omnes enim qui piè volunt viuere in Chriſto,perſecutionẽ patiũtur. Et ſi nõ patitur q̃s extrinſecus:patitur tamẽ intrinſecus,& à nequitijs ſpirituabus.

**Patientiæ vtilitas.**

Et quia nõ ceſſant perſecutiones, patiẽtia nobis neceſſaria eſt,vt reportem9 repromiſſiones. Væ nutẽ his qui perdũt patientiam:quia & perdũt patiẽtiæ coronã. Non ergo murmuremus ſi in paucis vexemur:quia in multis bene diſponemur.

**Beatitudines ſecundũ Lucã.**

De his octo beatitudinibus, quas ponit Matthæus,quatuor tantũ ponit Lucas. Sed ſecundum Ambroſ. in iſtis octo, illæ quatuor ſunt: & in illis C quatuor,iſtæ octo. Manſuetudo enim & pax,referuntur ad patientiã. Mũditia cordis, ad paupertatem ſpiritus. Miſericordia,ad eſuriem iuſtitiæ. Et quia dominus ſuprà præmijs ad virtutes & fidem populos prouocauit,cõſequẽter eos etiã à criminibus & peccatis,futurorũ ſuppliciorũ denũtiatione deterret,

**Maledictiones cõtrariæ beatitudinib9**

dicens: [Veruntamen væ] ſcilicet doloris æterni [vobis diuitibus] nõ tñ omnibus,ſed [qui habetis hîc conſolationẽ veſtrã] à vobis optatam:abutentes diuitijs ad vitæ voluptatem, q.d. Non habetis meam, & nec in præſenti,nec in futuro. Diuites ergo vocat, qui in bonis ducũt dies ſuos: quia non tam diuitiæ,quàm amor & abuſio diuitiarũ, in culpa eſt. Cùm enim ſuperius regnũ cœlorum pauperum eſſe dicatur:ex oppoſito apparet, quòd ab hoc regno ſe alienat,qui in temporalibus, quæ non conſolatio,non deliciæ:ſed remediũ, refrigerium,contra neceſſaria temporis miſerias eſſe debent,cõſolationẽ quærit, auditurus à iuſto iudice, Fili,recordare quia recepiſti bona in vita tua. Vnde Ambro. Qui conſolationẽ vitæ præſentis habuerunt:remunerationem perpetuæ perdiderũt. D

**Lucæ 16.**

[Væ vobis qui ſaturati eſtis] in præſenti vacando comeſſationi, & ebrietati, & in delicijs viuendo [quia eſurietis] in futuro, nõ cibi carẽtia ſpecialiter,ſed toti9 boni penuria generaliter. Sicut diues qui epulabatur quotidie ſplẽdidè in delitijs viuens: dirũ væ ſuſtinebat eſuriẽ,qui de digito Lazari,quẽ deſpexerat,guttã aquæ quærebat.

**Epulones.**

Epulones arctiſſimo ieiunio macerabũtur in pœna:vt culpæ eorũ ſ.gulæ,pœna ſit cõtraria. Sicut ergo cõtraria cõtrarijs puniẽtur in pœna:ita cõtrarijs cõtraria curari debẽt,in pœnitẽtia. Vbi Beda:Si beati ſunt illi qui iuſtitiæ ſemper opera eſuriũt: infœlices ecõtrario æſtimãdi ſunt,qui ſibi in deſiderijs placẽtes,nullã veri boni famẽ patiũtur,ſatis ſe rati beatos,ſi nõ ad tẽpus ſua voluptate priuẽtur. Væ vobis qui nũc ridetis riſu inordinato,ac gaudetis & laſciuitis gaudio vano:quia lugebitis dolore interiori,& flebitis dolore exteriori. Vel lugebitis,pro omnis boni carẽtia:& flebitis,pro omnis mali preſentia,in ardo E ribus ſempiternis,vbi erit fletus & ſtridor dẽtiũ.

**Lucæ 13.**

Si eñ lugẽtes beatificẽtur,& cõſolabũtur:meritò ridẽtes,tãquã miſeri cruciabunt. Vñ Salomõ ait:Riſus dolore miſcebitur:& extrema gaudij,luctus occupat.

**Ridendi nullũ tempus.**

Vbi Baſilius:Cũ dñs ridẽtes nũc arguat:palã eſt ꝙ nũquã erit fideli tẽpus riſus:& præcipuè in tãta multitudine eorũ qui in pctõ moriuntur,pro quibus oportet lugere. Et Chryſ. Dic aũt mihi,cur cõcuteris & defluis,qui debes aſsiſtere terribili iudicio,& ponere rationẽ de omnibus hîc operatis. [Væ vobis,cũ bñdixerint vobis homines] ſ.adulando,ac laudãdo,& extollendo vos,per applauſum talẽ,nutriẽtes vos in malis,vt cæci efficiamini, voſmetipſos nõ cognoſcẽtes nec attẽdentes illud Apoſtoli: Si hominibus placerẽ: ſeruus Chriſti nõ eſſem.

**Gala. 1.**

[Secundũ hoc faciebãt] pſeudoprophetis patres eorũ] qui benedicebãt illis prophetis,qui ob captãdũ vulgi fauorẽ,& ad habendũ populi applauſum,de corde ſuo,nõ de ſpiritu & ore domini,prophetabãt F falſum. Et hoc eſt quod Pſalmiſta deplorat: Qm̃ laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ:& qui iniqua gerit,benedicitur.

**Pſal. 9.**

Sed & væ eis qui ſic laudãt:quia plus nocet lingua adulatoris,quã gladius perſecutoris. Qui enim mala agentibus adulatur: puluinar ſub capite dormiẽtis ponit:vt fulcitus laudibus in malis requieſcat. Si ergo beati ſunt,qui ab hominibus odioſè,maledicũtur: meritò infœlices reputãdi ſunt,qui ab hominibus adulatoriè benedicũtur. Magna quidẽ dei ira eſt & vltio,ꝙ pctõri deeſt correctio:& adeſt adulatio,quaſi de bene geſto: quia ipſa adulatiõe nutritur in culpa,& maiorẽ fouetur ad pœnam. Has ſñias Lucas ponit:vt veritas quatuor beatitudinũ,quas añ poſuit,clarius per oppoſitã dãnationẽ eluceſcat.

## ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte,qui vt altiora virtutum culmina doceres,in montẽ cum diſcipulis aſcẽdiſti:ibique beatitudines & virtutes ſublimes docuiſti,& præmia ſingulis congruentia promiſiſti. Da mihi fragili vt tuã vocem audiẽs,ſtudeam per virtutum exercitium habere meritũ:quatenus te miſerante conſequar

ſequar & præmiũ. Fac vt cõſiderãs mercedẽ, opus
G mercedis nõ recuſem: ſed ſpes æternæ ſalutis mitiget in me dolorẽ medicinæ præſentis: & accendat animũ ad alacritatẽ operis. Fac me miſerum nunc beatũ, beatitudine viæ per gratiã, & tandẽ beatum beatitudine patriæ per gloriam. Amen.

## Quòd prælati debẽt lucere opere & ſermone. Et ꝙ Chriſtus non venit legem ſoluere ſed implere. Cap. XXXIIII.

Matth. 5.

ET quia dominus hortatus eſt apoſtolos ad ſuſtinendum tribulationes: nũc cõſequẽter ponit quatuor ſimilitudines, ſcilicet cõparando eos ſali, luci, ciuitati, & lucernæ, quibus ipſos oſtendit ſimiles: vt per hoc intelligãt ſe in tribulationibus debere magis eſſe fortes. Ac ſi eis diceret: Non vos debetis in tribulationibus deficere: quia defectus veſter, multis eſſet occaſio ruinæ. [Vos enim eſtis ſal terræ: vos eſtis lux mundi.] Vos eſtis ciuitas ſupra mõtẽ poſita: & lucerna ſupra cãdelabrũ poſita. [Vos] inquam [eſtis] id eſt, eſſe debetis. Duæ
H primæ ſimilitudines dicuntur per affirmationẽ: in quibus oſtẽditur ad quid ſunt: quia ad cõdiendũ affectũ, & illuminãdum intellectũ. Duæ ſequentes dicũtur per negationẽ: in quibus oſtẽditur ad quid nõ ſunt: quia nec in abſcõſiõe perſonę, nec in occultatione doctrinæ. Apoſtoli igitur & prælati dicuntur ſal terræ, propter vitæ perfectionẽ, qua homines cõdiuntur, & mẽtes eorũ qui adhuc terrena ſapiunt, imbuuntur. Sal eñ terrã ſterilẽ facit, cibos cõdit, carnes ſiccat, & à putrefactiõe conſeruat, ex aqua & igne cõficitur, in omni ſacrificio offertur. Sic exẽplum ſanctitatis, terrenũ affectũ mitigãdo ſterilẽ facit: ſanctum deſiderium ſapidum reddẽdo cõdit: carnẽ mortificãdo deſiccat: à putredine libidinis, reſtringẽdo cõſeruat: ex aqua deuotionis, & igne dilectionis, decoquẽdo in fornace pœnitẽtię, cõficitur: in omni opere dirigẽdo, & moderãdo, offertur. Præcipuè aũt ſal in ſcriptura, diſcretionẽ ſignificat, quæ in prælatis eſſe debet: qua debẽt opera ſubditorũ ſic cõdiri & dirigi: vt corã deo ſapida reddãtur: ſicut cibaria ſale cõdita, magis ſapida ſentiuntur. Et monet apoſtolos & cæteros eccleſię prę
I latos, vt in virtutib⁹ perſiſtãt: [quia ſi ſal] id eſt prę latus vel doctor per quẽ alij cõdiendi ſunt, infatuatus fuerit, vel euanuerit, & defecerit, ſcilicet aut perſecutiõis & aduerſitatis timore, aut cupiditatis & proſperitatis amore, aut ſuperbiæ & vanæ gloriæ elatione, aut carnalis affectus attractione, aut negligẽtiæ & incuriæ ſeductione, aut ſubuerſus errore, quo minus condiat, & doceat ſubditos, exemplo & verbo, in quo ſalietur infirmus populus ſubditus, qui debet cõdiri vita & doctrina maiorũ: vel in quo, & quo alio doctore cõdietur, & emendabitur: ſcilicet ipſum ſal, id eſt ipſe qui habet alios cõdire: ſecũdũ illud Sapiẽtis: Quis medebitur incãtatori à ſerpẽte percuſſo? Vnde dicendum eſt ei: Medice, cura te ipſum. Similiter ſi diſcretio, quæ opera noſtra condit, ab operibus noſtris bonis, de genere defuerit, deo accepta nõ erũt. In cuius figura, ſal in omni ſacrificio ponebatur. Sal igitur ſic euaneſcẽs propter inutilitatẽ ſui, ad nihil valet vltra, neq; in

Apoſtoli & prælati ſunt ſal terræ.

Salis virt⁹.

Sal diſcretio dicitur

Salis deprauatio.

Eccleſiaſtic. 12.

Lucæ 4.

terra, neq; in ſterquilinio. Nõ eſt vtile terræ: quia ſuo iniectu prohibet eã germinare: nõ ſterquilinio K id eſt fimo: quia ſibi immixtũ, nõ ſinit ipſum fecũdare. q. d. nihil valet: quia nec in ſe fructificat, aut fructũ boni operis fert vt terra: nec in alijs fœcunditatẽ, ſeu fœcundãdi virtutẽ dat, aut eos extollere valet vt fimus: ſed mittatur foras ab officio, & humilietur inter homines: quia ſibi nocet, & alijs nõ prodeſt: vnde talis debet repelli à prælatione, ne officiũ prælatorum in cõſpectu hominũ reddatur vile. Aut ergo à dignitate eccleſiaſtica deponetur: aut ab vnitate eccleſiæ numero vel merito ſecernetur: aut à ſctõrũ gloria excludetur: & talis conculcabitur ab hominibus in mundo per deriſionẽ, ab angelis in iudicio per ſeparationẽ, à dęmonibus in inferno per afflictionẽ. Dicuntur etiã apoſtoli & prę lati lux mundi, id eſt hominũ qui ſunt in mũdo, propter verbũ doctrinæ: qua debẽt ignorãtes de credẽdis & faciẽdis illuminare. Sicut eñ ſol & luna, illuminãt oculos corporis: ſic apoſtoli & doctores illuminãt oculos mentis. Prius aũt eſt bene viuere, L quã bene docere. Et ideo poſtq̃ Apoſtolus dixerat, Sal terræ, ſapiẽter viuẽdo: dicit eos lucẽ mundi, tenebroſos illuminãdo. Debet ergo prælatus eſſe ſal, bene viuẽdo: lux, bene docẽdo: ſal, in exẽplis: lux, in doctrinis. Rectus ordo iſte, primò bene viuere, deinde bene docere, ſecundũ glo. Deus eſt lux nõ illuminata, ſed illuminans: apoſtoli & apoſtolici viri: lux illuminata & illuminãs: ſimplices iuſti, lux nõ illuminãs ſed illuminata. Prima eſt ſicut lux ſolis: ſecũda ſicut lux lunæ: tertia ſicut lux ſtellæ. Deinde poſt cõdimentũ ſalis & radiũ lucis, ſequitur ciuitatis protectio, & lucernæ illuminatio: quia apoſtoli & prælati nõ debẽt ſe abſcõdere, neq; lucernã diuini ponere ſub modio & occultatiõe humani timoris: neq; ſub lecto & quiete mundanæ proſperitatis: ſed debet eſſe ciuitas in mõte poſita, vt ſint refugiũ iniuſtè oppreſsis: & lucerna ſupra cãdelabrũ poſita, vt per ſanctæ vitæ exẽpla luceãt tenebroſis. Vnde ad ſimilitudinẽ ciuitatis ſupra mõtẽ, & lucernæ ſupra cãdelabrũ poſitæ: ſic monet apoſtolos & prælatos, ſimili lumine corã hominibus lucere M & fulgere: vt viſis operibus eorũ bonis, odore & admiratione taliũ homines attrahãtur & informentur, ac inde deus pater glorificetur: & nõ ipſis: ſed ei à quo omne bonũ eſt, laus impartiatur. Debẽt ergo lucere & opere & ſermone. Nõ enim ait: Vt audiẽtes veſtrũ ſermonẽ bonum: ſed [vt vidẽtes veſtra bona opera, glorificẽt patrẽ veſtrum qui in cœlis eſt.] Magis eñ operãdo quis proficit, quã loquẽdo: & plus mouẽt exẽpla, quam verba: quia maior eſt ſplẽdor operis, quã ſermonis. Iſte enim tãtum ore prædicat, & vna hora in ſeptimana: ille verò totus prædicat, & omni totius tẽporis hora. Vnde alibi: Fulgebũt iuſti: & tanq̃ ſcintillæ in arundineto diſcurrẽt. Quod ſecundũ Greg. eſt vita ſeculariũ, qui foris quaſi ad alta proficiunt: ſed intus à ſoliditate inuaneſcunt. E cõtra verò docere voce & nõ opere, quædã vanitas eſt, & parũ prodeſt. Quia ſecũdum Bernar. lingua magniloqua, & manus ocioſa: doctrina lucida, & vita tenebroſa, mõſtruoſa res eſt. Ad hoc autem lucere debent, vt finem boni operis in

Apoſtoli & pręlati ſunt lux mundi.

Lux triplex.

Lucernã abſcondi.

Operãdo proficim⁹ plus q̃ docendo.

Sapiẽtię 3.



A ris in laudibus dei, nõ hominũ cõſtituant: quia non debẽt de hoc ſuã, ſed dei quærere gloriã, & proximi ædificationẽ: vt videntes opera eorũ bona, deũ per quẽ in eis fiunt, nõ facientes glorificẽt, per imitationẽ eorũ, per laudẽ quoq; eorũ, omnia ei aſcribentes vt autori bonorũ. Non eſt ergo huic contrariũ, quod infrà dicitur: Attendite ne iuſtitiã veſtrã faciatis corã hominibus: quia in opere bono, quærenda eſt gloria diuina, & ſic loquitur hîc: ſed fugiẽda gloria propria & humana, & ſic loquitur infrà. Deinde incipit eos iam informare, ꝙ doceant præueniẽdo primò falſam opinionẽ, quam habere poterãt. Tanquã ſi quærerent, dicentes: Ecce volumus doctrinã tuã non abſcõdere: ſed quid eſt hoc ipſum quod vetas abſcõdi? Nunquid alia docturus es, contra ea quæ in lege & prophetis ſcripta ſunt? Non, inquit [Nolite putare] ne ſcilicet in errorem incidatis [qm̃ veni ſoluere legẽ aut prophetas.] prohibẽdo ſcilicet ne ſpiritualiter fiant. Vt enim dicit Aug. omnia quæ in veteri teſtamento conſcripta ſunt, noui teſtamenti typũ & imaginẽ prætulerũt.
B [Non veni ſoluere] & deſtruere [legẽ:] ſed potius adimplere eam. In hac aũt domini ſentẽtia, ſecundum Aug. duplex eſt ſenſus. Nã adimplere legem, eſt aut addendo aliquid quod minus habet, aut faciendo quod habet. Dominus ergo addit quod minus habet: non vtique ſoluit quod inuenit, ſed magis perficiendo confirmat. Omnia etiã quæ lex & prophetę de eo promiſerant, iam pro parte in ipſo cõpleta ſunt: & antequã [cœlũ & terrã tranſeant] & elemẽta mutẽtur ab hac mutabili forma, in immutabilẽ, ſcilicet antequã iſte mundus, quoad figurã, non quoad materiã, finiatur, omnia quæ de eo ſcripta ſunt, ſpiritualiter implebũtur: nec [vnũ iota, aut vnus apex,] id eſt minimũ etiã legis præceptũ, poteſt cadere ab effectu impletionis, vt remaneat irritũ & inane. Iota, minima litera eſt inter alias, & vno ductu fit. Apex aũt eſt particula literæ, quæ ponitur in ſummitate, ad diſtinctionẽ: & notat minima præcepta: quia minimum præceptũ, vel minima præcepti particula [nõ præteribit
C à lege] id eſt non remanebit, quin impleatur ſuo tẽpore, vel in capite, vel in corpore. Deinde poſt modũ implendi & docendi ipſi Chriſto, propriũ oſtẽdit modũ implendi à parte doctorũ, & qualiter debet ei confirmari doctrina prælatorum. Et ponit quandã diuiſionẽ bimẽbrẽ doctorũ. Quidam eñ ſunt, qui malè viuũt, & bene docent: ſicut ſcribæ & phariſæi faciebant. Et de iſtis dicitur: [Qui ergo ſoluerit] malè ſcilicet viuendo, & tranſgrediendo [vnum de mandatis iſtis minimis,] id eſt de mãdatis decalogi, quæ dicuntur minima: quia inchoant hominẽ, & ad vitã pertinent incipientium [& docuerit ſic homines] malis exemplis corrumpendo [minimus vocabitur in regno cœlorũ] id eſt in eccleſia militante. Quia ſecundum Grego. cuius vita deſpicitur: reſtat vt eius prædicatio contẽnatur. O quot ſunt hodie in eccleſia tales minimi: qui tamẽ ſibi videntur valde magni. Vbi Augu. Conſequens eſt vt qui minimus eſt in regno cœlorũ, qualis nũc eſt eccleſia: nõ intret in regnũ cœlorũ, qualis tunc erit eccleſia: qm̃ docẽdo quod ſoluit, ad eorũ ſocie-

Lucere debemus ad laudẽ dei.

Matth. 6.

Vetus teſtamẽtũ, figura noui

Adimplere legem quid eſt.

Apex.

Regnũ cœlorũ pro eccleſia.

Minimi.

tatẽ qui faciunt quod docẽt nõ pertinebit. Vñ Chryſo. Docere & nõ facere, nõ ſolũ nihil lucri, ſed & D dãni plurimũ confert. Grãdis enim dãnatio eſt, cõponenti quidẽ ſermonẽ ſuũ, vitã verò ſuã atq; opera negligẽti. Alij aũt ſunt qui bñ viuũt, & bene docent: & tales debẽt eſſe prælati eccleſiæ: & de iſtis ſubditur [Qui aũt fecerit, & docuerit: hic maior vocabitur in regno cœlorũ.] Quia ſecundũ Chryſ. per verba philoſophari facile eſt: quæ verò per opera demonſtratio generoſi cuiuſdã & magni eſt, magni quoq; erunt: & ſi nõ adeo magni, qui faciunt & nõ docẽt: factores eñ legis iuſtificabuntur apud deũ. Omnia aũt mãdata deputãtur facta, qñ quicquid nõ fit, ignoſcitur. Ideoq; dicere debemus: Dimitte nobis debita noſtra. Deinde cõfirmat quod dixit: quia intantũ non ſoluit legẽ, ſed ſuperabũdãter vult eã impleri: ꝙ niſi ſui eam ſuperabũdanter impleuerint, & iuſtitia eorũ ſuper ſcribarũ & phariſæorũ, qui dicunt & nõ faciunt, ſuperabundauerit, & nõ ſolum doceant, ſed etiã faciant: quia ad ſalutẽ, nõ ſufficit bona doctrina, niſi adſit bona vita. E
Vel ſecundũ Aug. niſi non ſolũ illa legis minima præcepta impleuerint, ſed etiã iſta quæ ab eo adduntur, negat eis introitũ regni cœlorũ: per iuſtitiam enim legis, nullus intrare potuit in regnum celorũ, licèt iuſtitia propriè ſumatur pro virtute cardinali, qua redditur vnicuiq; quod ſuũ eſt: largè tamen ſumitur hîc: quia vt dicit Hiero. omnes virtutũ ſpecies, vno iuſtitiæ nomine continentur. Et ſecundũ hoc dicit Aug. duas eſſe partes iuſtitię ſcilicet declinare à malo, & facere bonũ: quia ſic iuſtitia diſtinguitur cõtra peccatũ. Vbi ſciendum ꝙ ſicut ſunt varia dona gratiarũ dei: ita ſunt varij ſtatus & cõditiones hominũ. Propter quod his qui ſunt in ſtatu maiori, reſpectu minorũ, aptè dici poteſt [niſi abũdauerit iuſtitia veſtra plusquã] talium ſcilicet minorũ [nõ intrabitis in regnũ cœlorum. Hîc aduertendũ eſt ꝙ ſaluator, præcepta decalogi replicat: & ad obſeruationẽ eorũ, homines inducit verum intellectũ eorũ declarãdo, & errores Iudęorum circa hæc excludẽdo. Nã doctores Iudęorum dicebant, per præcepta decalogi negatiua, tantum actum exteriorẽ nõ motũ animi eſſe prohibitum: & ꝙ volũtas mala nõ eſt peccatũ, niſi exeat in effectum. Vnde dicebãt de hoc præcepto. Non occi- F des, ꝙ per hoc prohibetur occidẽdi factũ, & nõ occidẽdi propoſitũ. Et hoc eſt ꝙ dicit [Audiſtis quia dictũ eſt antiquis, nõ occides] ſcilicet hominẽ: hoc eſt ſic interpretabũtur præceptũ hoc. Sed hũc errorẽ excludit ſaluator, prohibẽs iraſci ſine cauſa. Vnde nõ occidere hominẽ iniuſtè manu & actu, pertinet ad iuſtitiam legis. Qui autẽ ſic occiderit, reus erit, ſecundũ legẽ, iudicio mortis, ſeu accuſatione & dãnatione in mortẽ: quia lex punit ſecundũ talionẽ. Sed perfectus ſuperaddit, ꝓhibens ne quis ſine cauſa iuſta iraſcatur fratri in corde, vel ſignũ cõmoti animi oſtẽdat in voce, dicẽs Racha, quæ vox indignãtis eſt abſq; certa expreſsiõe vituperij vel blaſphemiæ, aut certã iniuriã, ſub expreſsiõe verbi irroget, dicẽs, Fatue, quod eſt magis iniuriari, q̃ dicere racha. Prohibet ergo primò motus iræ in animo. Secundò indignationis in ſigno.

Tertiò

Docere & non facere dãnoſum eſt.

Iuſtitiæ acceptio.

De partibus iuſtitiæ.

Pręceptorum decẽ à Iudęis interpretatio.

Racha.

Tertiò vituperatiõis in verbo. Tribus autẽ generi
G bus & gradibus culpæ, aſsignat tres gradus pœnę.
Prima culpa eſt, ira vel odiũ, in corde latẽs. Secun-
da eſt, ira in generalẽ contumeliã prorumpẽs. Ter
tia eſt, ira in ſpecialẽ contumeliã procedẽs. His tri
bus culpis, debetur pœna differens, eis correſpon-
dens. Nã qui iraſcitur motu interiori, vel odio, fra
tri ſuo, nõ vitio, vt ſit ira per vitiũ, nõ per zelũ, qui
deliberat odiũ cõceptum implere opere, ſi oppor-
tunitas adeſſet: reus erit iudicio, id eſt dignus accu
ſatione apud deũ, & in foro ſummi iudicis, licèt nõ
hominis, cũ de voluntate nõ poſsit accuſari corã ho
mine. Qui autẽ dixerit fratri ſuo racha, ex indi-
gnatione & contẽptu, reus erit cõſilio, id eſt, cõſen
ſu iudicij, de danda in eũ ſententia, & determinãda
pœna: quia iã venit in notitiam culpa. Qui autẽ di
xerit fatue, ad cõtemptũ perſonæ, nõ ad correctio-
nem culpæ, reus erit gehennæ ignis, & pœnæ de-
terminatæ: quia ſecundũ Gloſ. non modicus furor
eſt, quẽ deus ſale ſapiẽtiæ cõdiuit, infatuatũ dicere
& ſaliẽti derogare. Moyſes ergo & lex, ſecurim po
H ſuit ad ramũ arboris, prohibens homicidiũ: Chri-
ſtus verò tanquã ſapiens agricola, & euangeliũ ſe-
curim poſuit ad radicẽ, prohibens irã, vt omnẽ ra-
dicẽ peccati de cordibus noſtris auferret: quia per
iracundiam etiam vſq; ad homicidiũ perueniri po
teſt. Et bene incipit ab ira: quia ſecundum glo. ia-
nua omniũ vitiorum, eſt iracundia: qua clauſa, vir-
tutibus intrinſecus dabitur requies, aperta ea ad o-
mnẽ facinus armabitur animus. Secũdũ Hiero. ira
eſt omnis malus motus ad nocendũ: aut ergo ſurgit
ſubitò, & ſic eſt veniale: aut ex deliberatione & cõ
ſenſu, & ſic eſt mortale. Conſiderandũ tamẽ ꝙ li-
cèt ira ſit peccatũ, nõ tamẽ omnis ira. Ita enim eſt
appetitus vindictæ. Vindicta autẽ, ſi ſit iuſta, non
eſt peccatum eam appetere. Eſt aũt iniuſta quadru
pliciter: vel quoniam appetitur pœna eius qui non
meruit: vel plus quàm meruit: ſi appetatur ordine
debito prætermiſſo, vel quia appetitur propter in
debitum finẽ, vt quãdo appetitur ſolũ propter vin
dictam, nõ propter riuſtitiã. Chriſtus itaq; radices
I inimicitiarum, ipſosq; fontes per quos charitas ne
cari ſolet intercipiens, ſtudet nos mutuis nobis cha
ritatis nexibus colligare, quod tamen heu parũ cu
ramus aduertere. Vnde Chryſ. Et nos quidem ma-
iores noſtros & potẽtiores, etiam ſi iniurijs & con
tumelijs cõtra nos agãt, ferimꝰ verẽtes, ne quid ab
eis grauius patiamur: erga æquales verò vel infe-
riores, interdũ nec lęſi iraſcimur, intantũ humanꝰ
metus timore dei præponitur: noli, inquit, iraſci
fratri tuo ſine cauſa. Nũ multò hoc leuius eſt, quã
ſi tu aliũ feras iraſcentẽ tibi ſine cauſa? Cùm ergo
quod maius eſt propter timorẽ hominũ feras: pro
pter timorẽ dei ne minimum quidẽ patieris? hæc
Chry. Et ſi prohibetur ira recens: multò magis in
ueterata. vt dicit Aug. Si iraſci nõ eſt fas fratri, aut
dicere racha, aut fatue: multò magis in animo te-
nere aliquid, vt in odium indignatio conuertatur.
Ideo ex prẽmiſsis concludit, ꝙ volens offerre deo
in altari fidei & cordis ſui quodcũq; [munus] ſcili
cet cordis, oris, operis, ſiue hoſtiã, ſiue eleemoſynã,
ſiue doctrinã, ſiue orationẽ, ſiue hymnũ, ſiue pſal-

Culpæ & pœnę gradus tres in pctõ iræ.

Iræ prohibitio.

Iracundię malum.

Ira quid ſit: et ꝙ nõ omnis peccatum ſit.

Vindicta quadruplex iniuſta.

Metus potentum.

Ira inueterata.

mum, ſiue aliud ſpiritualium vel corporaliũ dono
rum, [prius] debet reconciliari fratri] lęſo ſeu of- K
fenſo per eũ verbo vel facto, damno corporali vel
ſpirituali: quia munꝰ nõ accipitur, niſi antè diſcor
dia ab animo repellatur. Deus quippe non munus
repellit, ſed charitatẽ proximi quærit: & ideo cha
ritatẽ prius proximo exoluat, qui munus ſuũ deo
placere exoptat. Munus enim deo oblatũ nõ profi
cit ipſi offerẽti, niſi ſit in charitate. Charitatẽ autẽ
non habet, niſi proximo per eum læſo velit ſatisfa
cere. Vbi ſciẽdum ꝙ ſi cõmodè poſsit haberi ipſius
fratris offenſi pręſentia, tũc pergẽdum eſt ad eum
pedibus corporis, & reuocãdus eſt in gratiã, ſatiſ-
faciẽdo, vel veniã poſtulãdo. Si autẽ eius præſentia
non poſsit cõmodè haberi, tũc ſufficit ad eũ ire pe
dibus mẽtis, proſternẽdo & ſubdẽdo ſe illi pijs vo
tis & affectu humili, habẽdo propoſitũ ſatiſfacien
di, loco & tẽpore cõpetẽti. Et hoc modo vtitur ec-
cleſia Romana, quę reũ confitentẽ abſoluit, & ſibi L
ſatiſfactionem læſo faciendã imponit. Sciendũ eſt
etiam, ꝙ ſi offenſa nota eſt fratri, poſtulãda eſt re
conciliatio: ſi verò abſcondita, nõ teneor ſibi mani
feſtare, ne concitetur ad iram, ſed poſtulanda eſt à
deo, & manifeſtanda ſacerdoti. Et ſecundũ Chry.
ſi cogitatu offendiſti, reconciliare cogitatu: ſi ver-
bis offendiſti, reconciliare verbis: ſi operibus offen
diſti, reconciliare operibus. Omne enim peccatũ,
quomodo cõmittitur, eodẽ modo de ipſo pœniten
tia agitur. Et ſi offendit quis verbo detrahẽdo, de-
bet recõciliare famã reſtituẽdo. Attẽde bene iſta:
quia relucet hîc circa nos magna dei miſericordia
qñ hominũ vtilitates plus aſpicit, quàm ſuos hono
res: & plus diligit fideliũ concordiã, quàm munera
ſibi oblata. Vnde Chryſ. O admirabilẽ benignita
tem, atq; ineffabilẽ erga homines amorem dei, ho-
norem ſuũ deſpicit, dũ in proximo charitatẽ requi
rit. Nihil enim ita ſtudet deus, vt nos mutuis nobis
charitatis nexibus colligare: ꝓpter hoc enim fa-
cta ſunt omnia: idcirco & deus hõ factꝰ eſt: atq; oĩa
illa geſsit, vt nos in vnũ cõgregaret. hæc Chryſ.
Relucet & hîc nihilominus ſeueritas dei magna, M
qñ diſcordantium vota recuſat & munera. Vnde
Greg. Ecce à diſcordãtibus accipere nõ vult ſacrifi
ciũ: holocauſtũ ſuſcipere recuſat. Hinc ergo perpẽ
dite quãtũ ſit malũ diſcordiæ, propter quod illud
abijcitur, per quod culpa relaxatur. De hoc malo
diſcordiæ, ſic dicit Cypria. Diſcordãs & diſsidens,
& pacẽ cũ fratribus nõ habẽs: nec ſi pro nomine
Chriſti occiſus fuerit, crimine diſſenſionis frater-
næ poterit euadere. Quale delictũ eſt quod nec ba
ptiſmo ſanguinis põt ablui? quale crimen eſt, quod
martyrio nõ põt expirari? Et ideo, vt ait Chryſo.
munera Abel ſuſcepta ſunt à deo, Cain reprobata:
quia Abel pura ac ſimplici mẽte dño munera offe
rebat: Cain verò irã aduerſus fratrẽ tenebat: & ideo
ille placuit in munere, qui placebat in corde. Sed
heu hodie multi huic Cain ſunt ſimiles, cũ diſcor-
dijs & dolis ad altare accedẽtes. Vnde Chryſo. Cũ
deus tãtũ curæ recõciliationis noſtrę habeat: vt pa
tiatur interrũpi miniſteria ſua, donec tu eas & re-
ſoluas inimicitiã cũ fratre tuo: nec nos hoc ipſum
erubeſcimus, ſed multos dies patimur manere ini
mici

Munus ſinè charitate nõ proficit.

Reconciliandi forma.

Offenſa occulta non eſt manifeſtanda.

Reconciliatio per talionem.

Charitatis præſtantia.

Seueritas dei.

Diſcordiæ malum.

Munera Abel Geneſis 4.



micitias: & trahimus ſicut funem longum diſcor-
A dias, ignorantes ꝙ tanto longior erit nobis pœna,
quanto & diſcordia. Et quia dictum eſt de concor-
dia cum fratre offenſo habenda, inducit generali-
ter, vt conſentiamus aduerſario noſtro, & concor-
demus cum eo citò dum ſimus in via & in hac prę
ſenti vita, vbi eſt locus & tempus pœnitẽdi & mœ
rendi: & quod poſſumus hodie, non differamus in
craſtinum: quia mora trahit ad ſe periculũ: & ne-
mo ſcit vitæ ſuæ terminũ. Vnde Chryſoſto. Nihil
quippe eſt quod ita vitã noſtrã valeat euertere, vt
operum actionẽ bonorũ diſsimulare ſemper, ſem-
perq; differre. Sępe enim iſtud ex omnibus nos bo
nis fecit excidere. Citò inquam cõcordemus cum
aduerſario [ne ipſe aduerſarius tradat nos] id eſt
cauſa ſit vt tradamur [iudici] in vltimo examine.
[& iudex tradat nos miniſtro] & exactori, id eſt
maligno ſpiritui ad vltionem [qui mittet in carce
rem] id eſt in infernum, & pœnam exigit pro cul
pa quam ſuggeſsit. Vnde [non exibit homo, donec
B reddat nouiſsimũ quadrantẽ] & minutum, id eſt,
luat etiã minima & leuiora peccata: ꝗa nihil erit
impunitũ. Donec enim ponitur hîc pro nunquàm:
vt ſit abnegatiuum omniũ tẽporũ: ſicut quandoq;
omnium affirmatiuum. Vnde ſecundũ Augu. non
ſignificat finem pœnæ: ſed cõtinuationẽ miſeriæ.
Pœnã ergo gehẽnæ, tũc homo etiã pro peccatis mi
nimis, ratione mortalis annexi, ſemꝑ reddet patiẽ
do, & nunꝗ perſoluet veniã cõſequẽdo: quia ſemꝑ
punietur & eluet: neq; vnquã veniæ locus ibi erit:
vnde nunquã ad nouiſsimũ quadrantẽ venitur, qui
ſemper ſoluitur: & ideo nunquã homo exibit: quia
in inferno, vbi locus venię nõ eſt, nunquã erit red-
ditio poſsibilis. Nõ loquitur hîc de diabolo aduer-
ſario noſtro: quia illi nõ eſt cõſentiendũ, ſed potius
reſiſtendũ: ſed hoc loco aduerſarius noſter, eſt pro-
ximus offenſus, ſeu læſus, cui debemus per ſatiſfa-
ctionẽ debitã, & ipſius placationẽ conſentire, & cũ
eo cõcordare, vel quicũq; alius nobis aduerſatus, cui
beneuoli & benigni eſſe debemus. Vel aduerſarius
noſter eſt ſynderesis, & cõſcientia, quę malę noſtrę
C volũtati, & cõtra malũ remurmurat, & nos accu-
ſat, teſtimoniũ nobis perhibẽte cõſcientia, cui debe
mus ad bonũ conſentire. Myſticè etiã aduerſarius
noſter eſt deus, quãdo peccamꝰ: quia nobis reſiſtit,
cùm ab eo peccãdo recedimus: cui cõſentire debe-
mus pœnitendo, & eius voluntarẽ faciẽdo. Vel ſer
mo diuinꝰ, qui peccare volẽtibus cõtradicit, & nos
peccãtes arguit & accuſat: cui debemus obedire, à
peccatis abſtinẽdo & auertendo, ac præceptis eius
humiliter nos ſubdẽdo. Deinde ſubiungit quędam
alia, ad cõfirmandũ quod dixit ſuprà, ſcilicet ꝙ nõ
venit ſoluere legẽ, ſed adimplere, & dat intellectũ
alterius pręcepti in lege. Iudęi eñ, per iſtud pręce-
ptum, Nõ cõcupiſces vxorẽ proximi tui, intellige-
bant ſigna exteriora tantũ prohibita: vt ſunt tactus
impudici, oſcula, & huiuſmodi: & ſic exponebant,
Nõ cõcupiſces, id eſt, ſigna cõcupiſcẽtis non facies.
Similiter per iſtud pręceptũ [Nõ mechaberis intel
ligebant actũ mechię exteriorẽ tantũ eſſe prohibi
tum: & ſic cõcupiſcẽtia & volũtas interior latens,
omnimodè in corde non expreſſa ſigno vel facto,

Periculũ in mora.

Donec ꝓ nunquam.

Veniæ locus nõ eſt in inferno.

Aduerſarius reconciliandus.

Synderesis.

Deus eſt aduerſariꝰ noſter.

De mechia ꝓ concupiſcentiam.

nullũ eſſet peccatũ. Sed hoc eſt irrationabile: quia
actus exteriores vel ſigna, nõ habẽt rationẽ pecca- D
ti, niſi inquantũ ſunt voluntarij. Et ideo ſaluator,
hunc errorẽ excludẽs, dicit: [Omnis qui videt mu
lierem ad concupiſcendũ eã] id eſt ea intẽtione &
animo, & hoc fine attẽdens vt cõcupiſcat eã, quod
non eſt iã titillari, ſed plenè conſentire libidini [iã
mechatus eſt eã in corde ſuo.] Vnde Chryſo. Et ſi
concupiero, nec etiã plus fecero, cum adulteris ero.
Per legẽ ergo, luxuria perpetrata: per autorem ve-
rò munditię, luxuria cogitata dãnatur. Lex adulte
rum dãnat: euangelium verò etiã concupiſcentiã,
quæ radix eſt euangelij, adulterij punit. Vnde Ioã-
nes in lumbis, ſed Chriſtus in pectore cinctus fuit.
Et ſciendum ꝙ quædam eſt concupiſcẽtia ex ſubi
to motu, ſine deliberatione boni operis vel mali, &
ſine cõſenſu, & dicitur propaſsio, & hoc eſt pecca-
tum veniale. Alia eſt cũ deliberatione animi, & cũ
conſenſu in delectationẽ, vel in opus, & dicitur paſ
ſio, & hoc eſt peccatũ mortale. Dñs verò loquitur
hîc de cõcupiſcentia deliberata, quę implicat in ſe E
conſenſum in delectatione vel in opus. Concupiſcẽ
tia ergo cũ conſenſu in animo, eſt mortale pecca-
tum: etiã antequam exprimitur facto vel ſigno: &
quia viſus eſt cõcupiſcẽtiæ prouocatiuus. Ideo ſecũ
dum conſilium Ambr. auertamus oculos à vanita-
tibus: ne quod oculus viderit, animus concupiſcat.
Vnde Greg. Prouidendũ ergo nobis eſt: quia intue
ri non debet, quod nõ licet concupiſci. Vt eñ mũda
mens in cogitatione ſeruetur, à laſciuia voluptatis
ſuæ deprimẽdi ſunt oculi, quaſi quidã raptores ad
culpã. Vbi & Chryſ. Qui ſtudet elegãtes facies in-
ſpicere, ipſe fornacẽ ſibi paſsionis accẽdit: & capti-
uam faciens animam, ad opus quoq; celeriter addu
cit. Quid iam hîc quoq; reſpondẽt, qui auſi ſunt te
merè cohabitare virginibus? Huius enim ſanctione
legis, mille ſunt adulteriorum rei, quotidie illas ad
concupiſcendũ vidẽtes. Audiant hęc qui ſæpius ad
theatra feſtinãt: ſeq; ibi penè quotidie adulterij ob-
ſcœnitate cõmaculant: & adulteros ſeipſos per vnũ
quẽq; diẽ faciunt: & decem mille conſtruũt perdi-
tionis occaſiones. hæc Chryſ. Sed contra hæc audi F
efficax conſiliũ Gregorij: Caro, inquit, cùm concu
piſcitur, penſetur quid ſit exanimis, & intelligitur
quid amatur. Nihil quippe ſic ad edomandũ deſide
riorũ carnaliũ appetitũ valet, quàm vt vnuſquiſq;
hoc quod viuit, diligit: quale ſit mortuũ penſet. hęc
Greg. Et quia dominus dixerat, ex viſione mulie-
ris, mechari videntẽ: ideo cõſequẽter docet abijcere
occaſionẽ, quæ facit hominẽ ruere in talẽ conſen-
ſum: vt [ſi oculus tuus dexter, vel manus tua dexte-
ra ſcandalizat te] id eſt faciat te ruere in pręedictũ
conſenſum [erue eũ] vel abſcinde eam, non mem-
brum, ſed membri abuſum, cohibendo ipſum mẽ-
brum ab exercitio & affectu illicito [& ꝓijce abs
te] ex toto annihilãdo. [Expedit eñ tibi, vt pereat
vnũ mẽbrorũ tuorũ] prædicto modo, ſcilicet actũ
illicitũ, quãuis delectabilẽ, deſerẽdo [quàm totum
corpus tuũ] cũ anima, [mittatur in gehẽnam.] Vñ
Greg. Intueri nõ debet, quod nõ licet cõcupiſci. Et
Berñ. Qui manũ mulieris tenet, ſciat ſe eſſe ĩ vincu
lis diaboli. Attẽdãt ergo multi ꝗ malũ ſit pulchras
facies

Chriſtus in pectore cinctus, Ioannes in lũbis.

Concupiſcentiæ deteſtatio.

Cohabitatio cũ virginibus.

Contra cõcupiſcentiam.

facies mulierũ,ſeu quorũcũq; iuuenum intueri:aut
G horũ manus vel facies, ſeu quaſcunq; corporis partes contrectare,vel libenter cũ eis fabulari:quia ſecundum plures doctores eccleſiæ & religioſæ vitę patres, talia deſignant interioris hominis corruptionem,ac quãdam eius molliciem & deiectionẽ.

Viſus & cõtractus illicitus videtur.

Hîc ſecundũ Aug.non præcipitur aliquod mẽbrũ, ad literam,erui:ſed occaſio peccãdi. Põt enim eſſe occaſio ex aſpectu, & tunc oculus ſcandalizat: & cùm bona ſit intentione,tũc ſcãdalizat oculus dexter.Vel põt eſſe occaſio ex contractu, & cum bona intentione,& tunc ſcandalizat manus dextera.Huiuſmodi ergo ſi ſcandalizãt,abijciẽda ſunt:quia fugiendæ ſunt occaſiones peccãdi.Et põt accipi exẽplum de viſitatione bona,vel opere bono,de genere:verbi gratia:Si aliquis vadit ad collegiũ mulierum cauſa prædicationis,vel cõſilij dandi,vel ſi dat eleemoſynã alicui mulieri,& ex hoc percipiat occaſionem ruinæ ſibi imminentis,per ortũ alicuius familiaritatis malæ vel tẽtationis periculoſæ, debet illud bonum de genere dimittere, ne tota congeries bonorũ operũ ſubiaceat ruinæ.

Membrorum abſciſio & erutio.

Dexter ocul⁹ & manus dextra

H Et ideo dicit Alanus:Si vitare velis Venerem,loca, tẽpora vita. Et locus & tempus,pabula donat ei.Et idem remedium eſt in omnibus.Vnde Seneca: Qui deponere vult deſideria rerũ omnium, quarũ cupiditate flagrauit:& oculos & aures,ab his quæ reliquit, auertat.Et hoc patet ex eo quod dicit idẽ: Auarior redeo,ambitioſior,luxurioſior: imò verò crudelior: quia inter homines fui.hæc Senec. Vel accipe hîc oculũ & manũ interiorẽ,ſcilicet cordis: quod mẽbrum dextrũ hîc dicitur cõparatione ſiniſtri & exterioris,ſcilicet corporis fragilioris.Si ergo dextera ſcandalizat ſiniſtrã,quid faciet?Vnde Hiero.Cauendum eſt ne quod in nobis eſt optimum,labatur in vitiũ.Si enim dexter oculus, & dextera manus ſcandalizant:quãto magis ea,quæ in nobis ſiniſtra ſunt?Si anima labitur:quanto magis corpus, quod eſt ad peccata procliuius? Vñ & Chryſ. Oculũ hîc vel manum,nõ corporis humani ſignificat,ſed oculum,vel manum cordis, id eſt ſenſum malę cõcupi
I ſcẽtiæ,& carnalis deſiderij cogitationẽ,quã per fidem cœleſtẽ erui,& abſcidi à cordibus pręcipit,vñ omnia mala procedũt.Vñ hîc magis mẽbra vitiorum malę mentis,& prauæ cogitationis excidere nos dñs præcipit propter regnũ cœlorum:ne dominantibus vitijs,& corpus & anima,id eſt totus homo reus efficiatur ignis æterni.

Repudiũ non faciẽdum.

Deinde poſtquam docuit alienã vxorẽ non eſſe concupiſcendã:conſequenter docet ſuã non eſſe dimittendã:& dat intellectum cuiuſdam permiſsi in lege, ſcilicet de vxoris dimiſsione,& libelli repudij datione. Credebãt enim Iudęi,ꝙ hoc eſſet ſimpliciter licitũ,ſed eſt falſum:quia ideo hoc permittebatur,nõ quia licitum, ſed ad euitandũ maius malũ, ſcilicet vxoricidium. Min⁹ enim malũ erat vxores dimittere, quàm eas interficere:& ideo nõ erat licitũ,niſi propter fornicationem,vxorẽ dimittere [In lege] ergo [Moyſes iuſsit dari libellũ repudij ꝓpter duritiã cordis] maritorum,odio vxores ſuas habentiũ: nõ diſcidiũ cõcedens,ſed homicidiũ auferẽs: & minus malum permittens,vt maius abſcideret:ne mariti propter odium,ſanguinẽ funderent.Chriſtus aũt iubet vxorem nõ dimitti debere [excepta fornicationis cau K
ſa] quia tũc ipſa vxor eſſe primò noluit,quę fidem coniugalem marito nõ ſeruauit. Tunc enim licitũ eſt eam dimittere, quantũ ad cohabitationẽ,& debiti redditionem:manet tamen vinculũ matrimonij,per totam eorum vitã: & ideo ſi dimiſſa nubit alteri, cõmittit adulterium: & ſimiliter qui ducit eam.

Vxoris propter adulterii dimiſſi.

Quiſquis tamẽ cauſa fornicationis vult vxorem abijcere: prius debet à fornicatione purgatus eſſe.Quia ſecundũ Hiero. quicquid viris iubetur, hoc conſequẽter redundat in fœminas: neq; enim adultera vxor dimittenda eſt, & vir mœchus tenẽdus.

Maritus adulter... mitti p...

Deinde poſtquã docuit dominus non eſſe iniuriam proximo inferendã,prohibẽdo iram & cõcupiſcentiam:conſequenter docet ab iniuria dei abſtinendum, prohibendo periurium & iuramentũ:& dat intellectũ cuiuſdam præcepti, quo prohibetur periuriũ in lege veteri. Circa quod errabãt Iudæi, credentes quod ſolũ iuramentũ mẽdax,eſſet prohibitum:& ꝙ iuramentũ illicitum eſſet ſeruandum:

Periurij prohibitio.

L & ſimiliter ꝙ iuramentũ incautum, quod ſine neceſsitate fit,eſſet licitũ.Propter quod ſaluator dicit non eſſe iurandũ omnino, id eſt ex quacũq; cauſa, vbi non excluditur iuratio neceſſaria, ſed incauta. Iuſtitia ergo phariſæorũ eſt, non periurare. Hanc confirmat dominus,vetãs iurare, quod pertinet ad iuſtitiam eorũ qui intraturi ſunt regnũ cœlorum. Sicut enim falſum loqui non põt, qui nõ loquitur: ſic periurare non põt,qui nõ iurat Et ſicut in multiloquio non deerit peccatũ: ſic nec in multiiurio, periuriũ.

Prout... Iurand... non eſſe...

Sicut aũt deus præcepit ſibi victimas legales offerri:nõ quia ei placerent, ſed ne eas prout conſueuerant,idolis immolarẽt: ſic infirmis cõceſſit iurare per deũ:non ꝙ deo placet hoc fieri: ſed ꝙ minus malũ eſt hoc deo,quàm creaturis exhiberi. Vnde ſecundũ Hiero.In lege præceptũ eſt non iurare, niſi per deum:non ꝙ bonum ſit,ſed ne Iudæi peſſima conſuetudine iurãtes per creaturas, crederent eas venerãdas. Euangeliũ aũt nõ recipit iuramentum,cùm omnis ſermo fidelis pro iureiurãdo M
ſit.Vnde Chryſo.Vnde iurare nos prorſus nõ conuenit. Quid eñ vnicuiq; noſtrũ iurare neceſſe eſt, cùm nobis mẽtiri omnino nõ liceat. Quorũ verba ita vera ſemper,ita debẽt eſſe fideliſsima,vt pro iuramento habeantur.Et idcirco dñs, nõ ſolũ periurare, ſed etiã iurare nos prohibet: ne tunc tantum videamur verũ dicere cùm iuramus: & ne quos veraces in omni ſermone eſſe conſtituit, putaremus ſine iuramento licitũ eſſe mentiri. Iuramentũ eñ hæc cauſa eſt:quia omnis qui iurat,vt quod verum eſt,eloquatur.Et dñs inter iuramẽtũ & loquelam noſtram,nullã vult eſſe diſtantiã.Quia ſicut in iuramento,nullam cõuenit eſſe perfidiam: ita quoq; in verbis noſtris,nullũ debet eſſe mendaciũ. Quod vtrunq; & periuriũ & mendaciũ diuini iudicij pœna dãnatur. Quiſquis ergo noſtrũ loquitur, iurat: quia ſcriptum eſt: Teſtis fidelis non mẽtietur. Vnde non immeritò non iurare ſępe ſcriptura diuina cõmemorat:quia deo qui verax eſt,& noſcit quicquid dicitur,pro iuramẽto habetur:quia verum eſt omne quod loquitur.hęc Chryſ. Vñ & Seneca:Ni-

Prout...

hil



A hil interſit an affirmes,an iures de religione & fide:ſcias agi vbicunq; de veritate tractatur.ſecundũ Aug.quoniam ille iurat qui adhibet teſtem deum: ridiculum eſt putare,vt nõ iurauerit quis, quia nõ dixit per deum, ſed dixit teſtis eſt mihi deus, vel ecce coram deo quia non mẽtior,vel deus ſcit quia non mentior.

Iurationis modi.

Iuramẽta apoſtoli.

Præcepit ergo dominus non iurare omnino,id eſt iurare non omnimodo, & in omni caſu: quia hoc eſt incauta iuratio. Per hoc tamen non excluditur iuratio in neceſsitate:quia negatio ibi præponitur ſigno vniuerſali affirmatiuo, quod ęquipollet ſuo contradictorio: ſed poſtpoſita ęquipollet ſuo contrario.Hîc enim nõ dicitur omnino non iurare: quia eſſet ſenſus, ꝙ in nullo caſu eſſet iurandum,quod eſt falſum: quia in aliquo caſu eſt iurandum,& in aliquo non: ſed dicitur hîc [nõ iurare omnino]id eſt iurare non omnino, id eſt non omnimodo:& ideo nõ eſt ſenſus,ꝙ in nullo caſu ſit iurandum,ſed quãdocunq; deeſt neceſsitas, & non eſt neceſſarium: & ſic excluditur omne iuramentum incautum.

Iurandum eſſe in neceſsitate.

B Vnde ſecũdum Aug. dominus non præcepit non iurare tanquã omnino illicitum:ſed ne quiſquam iurare appetat,tanquã per ſe bonum: & vt nullus iuret de facili abſq; neceſsitate,& dilabatur in periurium,ex iurandi conſuetudine. Ad hoc autem ꝙ rectum ſit iuramentũ,tria requiruntur.Vnum ex parte rei de qua iuratur, ſcilicet veritas:aliter enim nõ eſſet confirmãdi idoneitas. Alterum,ex parte cauſę pro qua iuratur, iuſtitia:aliter enim nõ eſſet debita iurandi neceſsitas. Tertiũ ex parte iurãtis,ſcilicet iudicium,ſiue diſcretio:aliter enim nõ eſſet debita periculi cautela.

Iuramẽto recto tria neceſſaria

Hiere. 4.

Vnde in Hieremia:Iurabis dicit dominus,in veritate,& iuſtitia,& iudicio. Et non ſolum incautè iurare per deum,eſt illicitũ:ſed etiam per creaturas, inquantum in eis relucet virtus diuina.Ideo ſequitur[neq; per cœlũ:quia thronus dei eſt] id eſt principaliter ibi relucet gloria dei[neq; per terrã: quia ſcabellũ pedũ eius eſt] id eſt infima creatura,ſicut ſcabellũ eſt inferior pars ſedis[neq; per Hieroſolymã: quia
C ciuitas eſt magni regis]id eſt dei qui eſt rex regũ, & ad eius deputata cultũ, quia ſcilicet eſt opus diuinum,non tuũ:quod probat,dicens[quia non potes facere vnum capillum album,aut nigrũ. Vnde vult dicere,ſicut nec per deũ non eſt iurandum,ita nec per creaturas: quia cùm quęlibet creatura ſit opus diuinum, qui iurat per creaturam, iurat per deum. Ideo etiam prohibemur iurare per creaturas,ne creaturã in honore diuinæ venerationis habeamus:vel ne putemus non eſſe periurium,iurare falſum per creaturas: & dum per creaturas iuramus,nihil iurare, & iuramentũ non obligare credamus. Fiunt tamen interdum per cruces & euangelia,id eſt per eũ cui hæc ſunt dedicata. Et ſimiliter fiunt per ſanctorũ reliquias: quia in his potius deũ quàm ſanctos veneramur,à quo autore, omne bonum quod habent, eos habere recognoſcimus.

Non iurãdum per creaturas.

Qui autẽ iurare prohibuit, quomodo loqui oportet, docuit, ſubdens:[Sit autẽ ſermo veſter, eſt eſt, non non,ſimpliciter affirmãdo veritatẽ,& negando falſitatem. Vnde duplicat vtrũq;:vt quod eſt intus in corde,hoc dicatur foris in ore. Tũc eſt enim ſermo noſter,eſt eſt,non non,cùm gemina veritate cordis,& oris affirmamus,nec negamus. Igitur D
ſicut eſt in cõſciẽtia,ita ſit & in lingua:& ſicut eſt in re,ita & in ore:& ſicut eſt in ore, ita & in opere:vt quod ore affirmamus,operibus probemus:& quod verbis negamus, factis non confirmemus. [Quod autem his abundantius] & amplius [eſt] ſcilicet iurare [à malo eſt] id eſt ab infirmitate & ſuſpitiõe illius qui ſine iuramento nõ credit. Non dixit,malum eſt:tu enim nõ facis malũ, qui bene vteris iuratiõne:quæ & ſi non bona,tamen neceſſaria eſt, vt alteri perſuadeas, quod vtiliter ſuades: ſed à malo & infirmitate illius eſt,cuius infirmitate cogeris iurare, cùm vides pigrũ ad credendum, quod ei vtile eſt credere, niſi firmetur iuratione. Semper tamen eſt malum ibi ex aliqua parte: vel ex parte iurãtis,quando iurat ſine neceſsitate: vel ſi requiſitus iurat,eſt ibi à parte requirẽtis. Et hoc vel malum culpæ,quãdo ſcilicet requirit iuramentum ſine neceſsitate:vel malũ pœnæ,quia ex infirmitate humana, quæ eſt quædã pœna generi humano inflicta,procedit, ꝙ homines nõ credunt ſibi mutuo ſimplici verbo,abſq; iuramento. Verum igitur loquamur,neq; id iurationibus crebris, ſed E
morum probitate commendemus.Et in loquendo ore tantũ vtamur,quia quod ore amplius eſt,ſcilicet etiã cæteris artibus vti,à malo eſt. Vt enim in Prouerbijs dicitur,homo apoſtata vir inutilis digito loquitur.Stultus ergo eſt,qui talẽ imitatur,& ſimiliter digito loquitur:ſed magis ſtultus eſt,ſi etiã manu in qua plures digiti ſunt,loquatur:& per cõſequens,ſtultiſsimus eſt,ſi etiã brachijs& humeris, in loquẽdo vtatur.Si autẽ ad motũ mẽbrorũ iſtorũ accedit & motio capitis, iam videtur quaſi inſano ſimilis.Expedit ergo omnia mẽbra, pręter os, in loquẽdo cõtinere:ne inde ſcãdalum ad alios poſsit quomodolibet deriuare.

Loquendi chriſtianis forma

Digito loquitur apoſtata.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, qui antiquis tẽporalia,nobis verò æterna promiſiſti: vt noſtra ſuperabũdet iuſtitia:da mihi corã te& proximis ſermone & opere lucere, ac legẽ tuam non F
ſoluere,ſed ſuperabundanter implere. Cuſtodi me ab ira & offenſione proximi:vt munus cordis,oris, vel boni operis,quod tibi obtulero,acceptum ſit in conſpectu tuo.Cõcede mihi clementiſsime deus,à cõcupiſcẽtijs & aſpectibus malis cauere,omne iuramentũ declinare:vt ſicut à ꝓximi,ſic & à tua iniuria valeam abſtinere, & tibi in omnibus ſemper placere.Amen.

De patientia & largitate circa proximos exhibenda. Capur XXXV.



Oſtquam ergo dominus docuit non eſſe inferẽdam iniuriã proximo,nec irreuerentiã deo: cõſequenter docet qualiter Chriſtianus ſe habere debet ad eos qui ſibi iniuriã inferunt: ponens pauca verba,quę omnibus hominibus ad perfectionẽ ſufficiũt:in quibus omnis patiẽtiæ & largitatis virtus,apertè commẽdatur & ſuadetur. Et primò ponit intellectũ cuiuſdam præcepti iudicialis,vbi errabãt Iudęi,credẽtes ꝙ vindicta eſſet propter ſe appetẽda,ſed hoc eſt falſum:quia velle pœ-

Matth. 5. & Luc. 6.

Vindicta an ſit expetenda.

I nam ali

nam alicuius, abſolutè nõ poteſt habere rationem G boni, ſed ſolum inquantũ appetitur propter aliud ſcilicet propter ordinẽ iuſtitiæ ſeruãdum, vel propter illius qui deliquit correctionem, vel propter aliorum terrorẽ: vt vidẽtes talem puniri, coërceantur à malis, vel propter aliquod huiuſmodi. Vbi ergo nullum bonũ tale ex pœna alicuius æſtimatur euenire, ſed magis timetur de ſcãdalo, vel de maiori malo ſuſcitãdo, tũc tenetur homo deſiſtere, à vindicta querẽda, & hoc eſt neceſſitatis: ſi aũt citra talem caſum deſiſtat, eſt ſupererogationis.

**Malo quatenus reſiſtendũ ſit.**

Igitur [nõ reſiſtere malo] in aliquo caſu eſt pręceptũ, & in aliquo conſiliũ: & aliquãdo nõ reſiſtere eſſet malum, quando ſcilicet per hoc daretur audacia malis hominibus, ſimplices opprimẽdi: & poteſt eorũ malitiæ ſine periculo occurri. Malo enim culpæ ſemper eſt reſiſtendũ: ſed malo iniuriæ, nunquã libidine vindictæ: ſed per iudicem amore iuſtitiæ: cauſa ſcilicet vtilitatis eccleſiæ, & correctionis proximi, ne malis diſcat aſſueſcere.

**Talionis lex.**

Vnde in lege præceptũ iudiciale de pœna talionis erat circa mortem, perH cuſsionẽ, mutilationẽ: vt percutiẽs in eo pateretur & puniretur in quo læſerat, & redderet animã pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dẽte. Quia enim Iudæi proni ad inferẽdas iniurias proximo, etiam ſine cauſa & ſæui in vindicãdo proprias iniurias erãt: modumq́; & menſurã pœnę excedebãt: lex tam pro temeritate lędentiũ quàm lęſorũ, inſtituit modum & terminũ vltionis: quẽ nullus excederet in iniurijs vindicandis, ſcilicet pœnã talionis. Prouida enim quadã cautela, modũ poſuit: tam propter proteruitatem lædentiũ, vt reprimerẽtur timore: quàm lęſorũ, ne vltionẽ ſumerẽt vltra modum proprium. Chriſti autem cuius miſericordia ſuperexaltat iudicium, & ipſius euangelij iuſtitia eſt nõ reſiſtere malo, ſcilicet per malum, ſed in bono patientiæ, vincere malum iniuriæ. Nec etiã reſpõdendum eſt iniurijs, quod maius eſt: vt iniurijs laceſsiti, parati & prompti ſimus, ad illas patienter ſuſtinendas.

**Lex. Euãgeliũ.**

In lege eſt retributio: quia iubet lęſum ęquali iudicio iudicari. In euãgelio, gratia: quia doI cet patientię virtutẽ, etiam per membrorũ damna ſeruari, ſecundum Chry. Si alterius oculum erueris, non tuũ recuperaſti, ſed cũ membro etiam patientiam perdidiſti. Diabolus vulnera procurat corporum, propter vulnera animarũ. Si tu nõ percuſſeris ab homine quidẽ victus videris: ſed diabolum viciſti.

**Repercutientis dãnum.**

Vnde ſi non reddideris malum pro malo, & ſi membrum corporis perdidiſti, lucrũ patientiæ acquiſiſti. Si autẽ reddideris, & corporis damnũ paſſus es & ſalutis, nec tantũ lęderis quãdo ab iniquis noceris, quantũ cùm à cõſtantia bonitatis receſſeris, hęc Chry.

**Gradus ad pacẽ quatuor.**

Sunt autẽ quatuor gradus ad pacem. Primus eſt, non plus reddere. Secundus eſt, minus reddere: & hoc additũ eſt per traditionẽ phariſęorum, qui dabãt quadraginta diſciplinas, vna minus. Tertius eſt, malum nõ reddere. Quartus eſt, paratum eſſe amplius tolerare. Primi duo, fuerũt in lege. In tertio incipit euangeliũ, cùm dicit [non reſiſtere malo.] In quarto eſt euangelij cõſummatio, quod conſequenter exponit declarãdo. Vnde quia non dixit reſiſtendũ malo, ne aliquis intelligeret de malo culpæ, non iniuriæ, ſubiungit dicens: [Sed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam, pręK be illi alterã] ſcilicet dexterã mẽtis interiorem, ne exterioris hominis cæde vel tacitus intra ſe moueatur interior, id eſt, ſis paratus in animo ad aliã percuſsionẽ, & maiora, & ampliora ſuſtinendũ antequam per impatientiã malo reſiſtas, & ſcãdalum, vel aliquod malum aliud cõtra charitatẽ ſuſcites.

**Maxilla altera prębenda.**

Vnde Augu. Non tantũ non repercutias: ſed ſi vult alteram ferire, patienter ſuſtineas. Vbi Chry. Qui repercutit, legis implet mandatũ, non Chriſti. Sed dicis, dignus eſt ille repercuti. Etiã, ſed tu non es dignus repercutere: quia diſcipulus illius es, qui cùm malediceretur nõ remaledicebat. hęc Chry.

**Repercutiendum non eſſe.**

**1. Petri 2.**

Ad omne ergo nos exemplum patiẽtiæ & humilitatis, dominus per euãgelica pręcepta cõfirmat. Non ſolum enim prohibet repercutere percutientẽ: ſed & iubet nos paratos eſſe iterũ percuti, & non reſiſtere malo iniuriæ, quominus adhuc poſsit nobis inferri. Vnde Beda: Quid tam magnũ, quàm percutienti prębere maxillam? Nõne indignationis impetus frãgitur, ira ſedatur, & per patientiã ille mutatur, vel inuitatur ad pœnitentiã. L Per huius ergo mandati impletionẽ, homo Chriſto conformatur, diabolus ab homine vincitur, plena pax inter homines obtinetur. Vnde Chry. Huiuſmodi meditatio tolerantiæ, ducit ad paſsionẽ martyrij. Facilè enim perſecutionis tẽpore, pœnas corporis poterit ſuſtinere, ſi in pace antè exercitatus huiuſmodi iniurias æquanimiter ac libẽter ſuſcipiat.

**Vindicta ad correctionẽ exercẽda eſt.**

Hîc ſecũdum Aug. nõ prohibetur ea vindicta, quæ ad correctionẽ valet. Sed huic vindictæ inferendæ non eſt idoneus, niſi qui odiũ dilectione ſuperat: non enim odit pater filiũ caſtigãdo. Vnde nõ debet quis, odio & libidine, vindictã expetere: ſed amore, & ad correctionẽ: & vt iniurians ab eo, cui rerũ ordine poteſtas data eſt, tanquã filius à patre corrigatur: paratus ſi opus ſit, ęquo animo plura tolerare, ab eo quẽ vult eſſe correctũ. Talis enim vindicta ad correctionẽ, propter amorem, pertinet ad miſericordiam. Beatus ergo, qui ipſo corde eſt ad omnia paM ratus: vt in omnibus quæ patitur pro deo, veraciter poſsit dicere, & canere illud propheticũ: Paratũ cor meũ deus, paratũ cor meum.

**Pſal. 56.**

Nõ ſolum autem maxillã prębendã percutienti, dominus præcepit, ſed dãna ſubiri: quia ſecundũ Chry. poſt corporalis iniuriæ tolerantiã, vult nos etiã dominus, ſecularium habere cõtemptũ: & nõ tantũmodo in plagis, verũetiã in pecunijs: rebusq́; diuerſis nos vult præſtare patiẽtiã.

**Contẽdendum non eſſe.**

Vnde addit, [Et ab eo qui aufert tibi veſtimentũ, noli prohibere] ſcilicet repugnãdo, vel cũ eo cõtendẽdo: exẽplo dñi, qui veſtimẽta ſua permiſit à ſe auferri, & à militibus diuidi. Dũ em̃ vis vindicare veſtẽ corporis, pretioſiſsimũ aĩæ veſtimentũ perdis. [Et qui vult tecũ in iudicio cõtendere] id eſt cõtentioſè agere [& tunicã tuã tollere] id eſt veſtẽ interiorẽ & magis neceſſariã: per quã & cętera neceſſaria intellige: hoc eſt ſi te ad iudiciũ propter tunicã trahat, ac negotiũ tibi, moleſtiamq́; cõmoueat [dimitte ei & palliũ] id eſt exteri9 veſtimentũ, & cętera quib9 nõ adeo indiges, nunq̃ contentioſè, & cũ iracũdia agas. quaſi diceret: Si quis

**Pallium dandum.**





cõtendẽdo velit tibi auferre vnũ de neceſſarijs, anteA quã contẽdas in iudicio, ſuſtine potius vt auferatur tibi & reliquum de eis. Hoc quoq́; ſecundum Aug. ad præparationem cordis, non ad oſtenſionẽ operis intelligendũ. Ex hoc etiam potes trahere, vt ſi quis vult tunicã tuã, tollere, id eſt animã, vel interiora bona, dimittas palliũ, id eſt, exteriora negotia. Vbi Chry. Si litem tibi videris imminentẽ, etiã illa quę non poteris indulge: melius eſt enim iurgio liberari, quàm retinere materiam iurgiorũ. Difficile eſt rem dimittere: ſed difficilius de iudicio ſine peccato exire. Et iterum: Non ſolum, inquit, iniuriã patiens, nihil iracũdiæ moueas aduerſus eum, qui iniuriam facit, & non ſolum pro his quæ abſtulit nõ indigneris, ſed & ſi quid tibi fortè ſubrelictum eſt, id ſponte largire ei qui totum abſtulit. Cùm enim ille talem te inuenerit, reſipiſcet continuò, & facti pigebit eum. Vbi & Beda: Quod de veſtimento & tunica dictũ eſt, non in eis ſolis, ſed in omnibus faciendũ eſt, quæ aliquo iure tẽporaliter noſtra eſſe B dicimus. Si enim de neceſſarijs hoc imparatum eſt quãtò magis ſuperflua contẽnere oportet? Lex igitur eſt, vt alterius nõ tollas, & ſi tuũ non das: gratia autem vt & alterius nõ tollas & tuũ des, ſecundum Aug.

**Contentio licita.**

Qui ſponte vel cõuictus pecuniã debitã reddere noluerit, intantũ vt velit litigare, dimittenda illi eſt: ſeruũ enim dei non oportet litigare, manente illa regula, vt in animo parat9 ſit amittere quod ſibi debetur. Nam ſi modeſtè ac leuiter omnino egerit vt ſibi reſtituatur, non tam intendens fructũ pecuniæ, quàm vt hominẽ corrigat, cui ſine dubio pernicioſum eſt habere vnde reddat, & nõ reddere: non ſolũ non peccabit, ſed proderit etiã plurimũ: ne ille dum in aliena pecunia lucrũ facere vult dãnum fidei patiatur. Quod tãto eſt grauius, vt nulla ſit cõparatio.

**Repetere ſua dupliciter fit.**

Et nota ꝙ repetere ſua, cõtingit dupliciter. Aut corã iudice infideli: & ſic Chriſtiano non licet, & maximè vbi eccleſia libertatẽ habet. Aut coram fideli, & hoc dupliciter: aut cõtentioſè & cum fraude, & ſic nulli licet: aut modeſtè, & cũ C iuſtitia, & ſic infirmis & imperfectis licet: ſimpliciter verò repetere ſine cõtentione & fraude, non corã iudice, omnib9 licet.

**Religioſi an repetãt ablata.**

De religioſis verò ſua nõ habẽtibus, eſt ſciendũ ꝙ repetere aliqua, contingit dupliciter. Aut vt aliqua propter vtilitatẽ propriã: ſic perfectis nõ licet. Aut vt cõgregationis propter vtilitatẽ communẽ, ſic licet etiã perfectis: qui etſi nõ habent ſua in proprio, tamẽ habent in cõmuni: & ita nomine cõmunitatis licet repetere. Vel ſi nõ habent dñium, nec in communi, nec in proprio, habent tamen res ad vſum deputatas. Tamen magis expediret iudici ſecreto ſignificare, quã in iudicio repetere. Deinde ſubiũgit: [Et qui te angariauerit mille paſſus: vade cum eo alia duo millia,] id eſt, patienter feras, ſi amplius te ire oporteat.

**Angaria quid dicitur.**

Angaria dicitur indebiti ſeruitij exigentia in propria perſona vel quæcunq́; coactio iniuſta. Vnde angariare, eſt iniquè ſeu iniuſtè aliquo modo trahere, vel perſonalia obſequia & opera impendere, opprimendo in perſona, & grauando. Eſt ergo ſenſus: Quicunq́; te in ſeruitio indebito, ſine peccato tamen coëgerit ſeruire: ad hoc etiam ita debes paratus eſſe: vt amplius pati velis, quàm ille optat inferre. D Nam mille paſſus eſt iter ſabbati: & ideo hoc nõ eſt contra ſabbatum legis: ſic ſubſtine iniurias in his quę nõ ſunt contra ſabbatum pectoris.

**Mille paſſus iter ſabbati.**

Vel in millenario, perfectio ſpiritualis ſignificatur: quæ impletione huius præcepti oſtenditur. Et cùm millenarius ſit numerus perfectionis, in tribus millenarijs notatur ꝙ in tribus conſiſtit perfectio patientiæ: ſcilicet in corpore & ratione, & volũtate: qđ ſignificatur per alia duo millia.

**Superabũdantia imperfectionis.**

Vbi Chryſ. Vides ſuperabundantiã philoſophiæ, & cumulum ſapientiæ. Poſtquam nimirum dederis maxillam, & tunicam, & veſtimentũ, etiam ſi nudo inquit corpori tuo vti voluerit inimicus ad iniurias & labores: nec ſic quidem illum oportet prohibere. Vult enim omnia nos poſsidere communiter, & pecunias videlicet & corpora, non cum indigentibus ſolũ, verumetiam cum iniuriam facientibus. Vnum enim miſericordię eſt: alterum patientię. E Et iterum: Ad omne deuotionis opus impigros nos eſſe præcipit dominus, ac paratos. Bonũ enim noſtrum vult non tam neceſſitatis eſſe, quàm propriæ voluntatis: vt dum amplius ex nobis facimus, quàm ab alijs poſtulamur, maioris mercedis gratiam cõſequamur. Integræ enim charitatis, ac perfectæ deuotionis officium eſt plus ſponte præſtare, quàm peteris. hæc Chryſoſt.

**Patientiæ animi ſine nutrimẽto alienæ iniquitatis habenda.**

Vbi ſecundum Auguſtinum monet, nõ tam vt pedibus agas, quàm vt animo ſis paratus. Non ſolum ergo tua vt deuites altercationem, ſed & te ipſum præbe angarianti: non tam opere & pedibus, quàm animo & compaſsionis affectu paratus multo plus ſeruire, quàm præcepit. Totum enim quod dictum eſt, intelligẽdum ſecundum præparationem animi in caſu conſimili, non autem in caſu in quo ex tali permiſsione nutriretur percutiens, aut rapiens, vel angariãs, ſeu aliâs offendẽs in ſua malitia & iniquitate. Imò in tali caſu ſuſtinere nõ eſſet bonum, niſi propter ſcandalũ, vel aliquod maius malũ euitandũ. Nam teſtante Auguſti. cui licentia iniquitatis eripitur, F vtiliter vincitur: quoniam nihil eſt infœlicius infœlicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas, velut hoſtis interior roboratur.

**Iniurię genus nullũ pretermiſſum in euãgelio.**

Vt autem dicit idem Auguſtinus, in his trium exemplorum, nullius genus iniuriæ eſt prætermiſſum. Nam omnia in quibus improbitatem aliquam patimur, in duo genera diuiduntur: quorum alterum eſt quod reſtitui non poteſt: in quo vindictæ ſolatium, tumidus animus quærere ſolet qui taliaq́; fomenta deſiderat, ſed ſanus & firmus miſericorditer perferẽdam alterius infirmitatem iudicat: neque hîc vindicta ad correctionem prohibetur, vt etiam ſuprà dicitur. Alterum iniuriarum genus eſt, quod in integrum reſtitui poteſt: cuius ſunt duæ ſpecies. Vna ad pecuniam: altera ad operam pertinet. Exemplum primi, de percuſſa maxilla: ſecundi, de tunica & veſtimento: tertij, de angaria paſſuum. Quia quod in corpore læſum eſt, non reſtituitur integrum: & reddi veſtimentum poteſt, & adiuuari opera poteſt, ſi opus fuerit. In his ergo omnibus generibus iniuriarum dñs docet patientiſsimum & miſericordiſsimũ, & ad plura perferenda paratiſsimum animum Chriſtiano-

rum eſſe oportere,propter ſpem retributionis ęter
G nę.Sed quoniam parum eſt non nocere,niſi etiam
præſtet beneficiũ quantũ poterit, cõſequenter ad-
Largitas petenti exhibenda.
iungit dñs,& dicit[Omni petenti te tribue.] quaſi
diceret:Ita debes eſſe patiens in aduerſis proprijs,
ſed & cõpatiens alienis.Non dicit quid tribuendũ:
quia non ſemper res eſt danda : ſemper tamen dan
dum eſt,ſaltẽ bonũ reſponſum.Qui ergo in neceſ-
ſitate ſua petit à te rem corporalẽ vel ſpiritualẽ,da
ei donũ vel verbũ.Si enim rationabiliter petit,tri-
buendũ eſt donũ quod petit , vel de præcepto cùm
in extrema neceſsitate poſitus omnino indiget,da
req́; poſsis:vel de conſilio, cùm petẽs aliter trãſire
Res, affectus, aut doctrina eſt danda.
poteſt:& hęc eſt eleemoſyna corporalis.Et ſi deeſt
tibi facultas,da affectũ & bonam voluntatẽ, bonũ
reſponſum & orationẽ. Si autẽ irrationabiliter pe
tit,dandũ eſt verbũ,docendo eum de irrationabili-
tate ſuæ petitionis,& de cauſa iuſtæ negationis,vt
non eum inanẽ dimittas : & hæc doctrina eſt pars
& opus iuſtitię,& eleemoſyna ſpiritualis.Et ſi iſte
H nõ accipit id quod petit,melius tamen,ſcilicet cor-
rectionẽ,accipit.Ita[omni petenti te dabis] quãuis
non ſemper id quod petit,dabis.Vnde[omni peten
ti]inquit,non omnia petẽti,vt des quod dare hone
Indigenti denegare.
ſtè & iuſtè potes.Vbi Ambr.Non minus eſt crimi
nis habenti tollere,quàm cùm poſsis & abundans
ſis indigentibus denegare. Et eſurientis panis eſt,
quẽ tu detines:viduarũ indumentũ,quod tu reclu-
dis:miſerorum redemptio & abſolutio,eſt pecunia
quã tu in terra fodis.Tot ergo bona ſcias te inuade
re,quot bona poſſes præſtare.Quia vt dicit Chry.
Diuitiæ dei ſunt.
diuitię noſtrę nõ ſunt,ſed dei.Omnes enim diſpen
ſatores diuitiarũ ſuarum nos voluit eſſe,non domi
Vẽdit qui preces quęrit.
nos.Da ergo & tribue,nõ vẽde. Vendit qui multas
preces expectat,vendit qui beneficiũ procraſtinat:
vendit qui pauperi improperat:vẽdit,qui triſti vul
tu donat:vendit qui viciſsitudinẽ expectat.Pauper
tamen & nihil habens, non tenetur ad donũ mune
ris à manu:ſed ad donum cõpaſsionis à corde,cõſo
lationis in ore,ſubuetionis in opere tenetur pro lo-
I co & tpe.Vnde glo.Si deeſt facultas: da obſequiũ,
vel affectũ,vel verbum.Hęc ſunt illa quatuor,quę
Quatuor danda.
obtulit Magdalena Chriſto:ſcilicet lachrymas cõ-
paſsionis,capillos ſubuetionis,oſculũ obſecutionis,
vnguentũ conſolationis.Et eodem modo intelligẽ
dum eſt quod ſubditur: Et volenti mutuari,id eſt,
mutuum accipere à te, ne auertaris ab eo, ſcilicet
no mutuando,vel mutuũ differendo,vel diminuẽ
Mutuãdũ eſt gratis. 2.Cor.9.
do.Mutua ſibi,ſi petit rationabiliter,vel rationem
redde,ſi petit irrationabiliter.Da mutuum hilari-
ter:Hilarem enim datorẽ diligit deus, & ex chari-
tate pura,nihil inde ſperãs,vel recipiens vltra ſor-
tem, nec ſeruitiũ, nec quodcunq; commodũ:ita ꝙ
propter iſtam ſpem,non debet mutuum fieri: licèt
à deo poſsit inde merces ſperari . A miſericordia
te non auertas : nec in homine ſpem mercedis fi-
gas:ſed in deo,qui cum multo fœnore tibi reddet,
quod illo iubente facis.Vnde Aug. Nec propterea
voluntatem alienes ab eo qui petit,quaſi nihil rece
Mutuãtis merces à deo eſt.
pturus à deo: cùm rem quæ datur mutuo , ille qui
accepit exoluat:quia cùm id ex pręcepto dei facis,
apud illum qui hæc iubet , infructuoſum eſſe non
poteſt.hęc Aug.Dicens ergò,Omni petenti tribue
K & volenti mutuum,ne auertaris,duo genera bene-
ficij cõplectitur:vel cùm beneuolè damus,vel cùm
reddituro cõmodamus,& ad vtraq; parati eſſe debe
Eleemoſynæ genus duplex.
mus.In vtroq; enim genere eleemoſynæ,dato ſcili
cet & mutuo, tenemur omni petenti egenti ſubue
nire,etiam inimico,ſi perfecti ſumus:ſi imperfecti
non niſi in ſumma neceſsitate eſſe viderimus.Vn-
de Chry.Si miſericordiam poſtulamur,quod poſ-
ſumus largiamur , vt ipſi id quod à deo petimus,
pręcedẽte merito,facilius impetrare poſsimus.Ve
rùm ſi eos qui nos petunt deſpiciamus,qua fiducia
deum nobis,quod petimus,præſtare credimus? Iu-
bemur enim per omnia, religionẽ pietatis ac fidei
cuſtodire:vt neceſsitatẽ tribulationis alterius,quaſi
propriam cõputemus:nec pluris facultatem,quàm
fratrem faciamus,expectantes mercedem retribu
tionis æternæ.hæc Chry.Et non ſolum de eleemo
ſynis hoc intelligendum eſt,ſed & de pecunia,quę
nunquã deficit,id eſt,de ſapientia & doctrina,quæ
L non eſt petenti denegãda: quoniã auarum dedigna
Sapientia dando creſcit.
tur poſſeſſorem:& in alios tranſlata creſcit,& ma-
gis ditat autorem.Ergo petẽti eam,pro deo diſtri-
buas: & volenti eam mutuari à te : vt alios doceat,
ne auertaris:quia quod alios præter te docebit,tibi
reddetur à deo,cum fœnore multo.Vtraq; ergo pe
cunia ſcilicet corporalis,& ſpiritualis, eſt cõmodã
da:ſed materialis ſine vſura,ſpiritualis cum vſura.
Deinde ſequitur:[Et qui aufert tibi quæ tua ſunt]
ſiue pecuniam,ſiue rem aliam[ne repetas] ſcilicet
in iudicio,ac cum lite & contentione. Non enim
licet alicui rem in iudicio repetere,turbato animo
& ex ira & cõmotione , ac per inordinatum affe-
ctum vindictę potius,quàm emendã delinquentis,
vel ex auaritia qua magis vult cum iactura proxi-
mi,bene ſe habere.Et quia docuit dominus iniuriã
inferentibus non eſſe reſiſtendũ,ſed plura perferen
da eſſe paratũ,conſequenter docet iniuriã inferen-
tibus,impendendũ eſſe charitatis affectũ ſimul &
effectum. Quia enim opera iuſtitiæ infructuoſa
ſunt ſine charitate:ideo addit de charitatis perfe- M
ctione: & dat intellectũ pręcepti de dilectione pro
ximi,in quo errabãt Iudæi.Ex hoc enim quod pręceptum
eſt in lege, Diliges proximũ tuum ſicut te Mat.22.&
ipſum.Et iterum ibidem dicitur:Diliges amicum Mar.12.&
tuum:arguebant à contrario ſenſu, quod debebant Gala.5.
odire inimicum:ſed hoc eſt falſum: quia omnis ho Leuiti.19.
mo,ex charitate diligendus eſt, inquãtum ad ima-
ginem dei eſt,& capax ipſius per cognitionem &
amorem. Dicit ergo: Audiſtis quia dictum eſt in
lege:Diliges proximum tuum , & affectu ſic ligat
omnes , & effectu ſic ligat perfectos pro loco &
tempore: & operis inimicum tuum : ſed hoc vlti-
mum non eſt ſcriptum in lege,ſed eſt traditio ſcri-
barum,qui hoc addebãt,& ex alijs ſcriptis ibidem,
vt dictum eſt,colligebant. Vel ſi alicubi ſcriptũ di
catur,tunc ſecundum Aug.non vox iubentis iuſto
accipienda eſt,ſed permittẽtis infirmo:ego autẽ di
co vobis,Diligite,ſcilicet affectu,inimicos veſtros, Diligendi inimici.
homines ſcilicet,non vitia:naturam, non culpam,
Quia ſecundum Aug. ſic diligendi ſunt homines:
vt eorum non diligantur errores. Diligere debe-
mus ini-



mus inimicos bona gratiæ & gloriæ eis optando,
A quibus homo non poteſt vti malè: alia verò bona,
ſcilicet naturæ,vel fortunæ,non ſunt eis optãda,ni
ſi quadam generalitate , inquantũ valent ad ſalutẽ
eorum quod ſoli deo eſt notum:quia talibus bonis
poteſt homo bene vti vel malè & ideo circa hęc,nõ
eſt aliquid petendum determinatè. Et nota ꝙ di-
ligere amicum,eſt magis debitum: & nõ excludit
dominus à dilectione amicorũ mercedem, ſed in-
nuit minorem:quia cæteris paribus,dilectio inimi
corum,eſt magis meritoria, quàm amicorũ : quia
difficilior,& cum maiori conatu bonæ voluntatis
quia purior,& ex motu gratiæ,non naturæ incli-
nantis:quia liberalior,non ex debito meriti præce
dentis.Et quia non ſufficit diligere corde,niſi dile
ctio probetur operis exhibitione:ad minus loco &
tẽpore ſubdit[Benefacite]ſcilicet effectu, [his qui
oderunt vos]in his quæ ſpectãt ad eorum ſalutem,
eam modo debito & poſsibili procurando:quia be
nefacere,eſt dilectionis effectus, & exhibitio. Et
B ideo ſicut tenemur diligere inimicos, quantum ad
bona gratiæ & gloriæ,ita tenemur in effectu ſalu-
tem eorum procurare.Inimicus ergo,quoad natu-
ram,qua eſt proximus,de neceſsitate præcepti,eſt
generali dilectione diligendus,qua dicitur,Diliges
proximũ tuum: ſed dilectione ſpeciali,vt ſpeciali-
ter quis moueatur ad diligendũ inimicum,non eſt
præcepti,ſed perfectionis.Non enim eſt præceptũ
ad omnes ſpecialiter affici:quia nec hoc eſt poſsibi
le:& ideo nec eſt præceptũ ſpecialiter affici ad ini
micum, ſed generaliter inquantũ eſt homo proxi-
Signa dilectionis generalis.
mus.Et quia exteriora beneficia proportionantur
interiori dilectioni,ſigna generalis dilectionis, vt
aliquod bonũ facere toti cõmunitati,vel orare pro
toto populo in cõmuni,iſta exhibere inimicis,cùm
ab his quæ ſunt generaliter exhibenda,non debeãt
excludi,eſt de neceſsitate præcepti : quia ſi ab his
intẽderet homo eos excludere,iam generaliter di-
lectio non ferretur, imò magis odiũ oſtenderetur.
Et quia ex tempore extremæ neceſsitatis, obliga-
tur homo,omni homini in tali neceſsitate exiſten-
C ti:ideo etiã inimico , niſi ex hoc deterior fieret, &
fidem impugnaret,debet in tali neceſsitate benefi-
Matth. 6.
cium exhiberi.Beneficia verò quæ ſunt ſigna dile-
ctionis ſpecialis,non tenetur inimico exhibere, ex
tra caſum neceſsitatis : ſed hoc eſt perfectionis.
Dilectio duplex.
Dilectio ergo,alia interior,alia exterior.Dilectio
ne interiori,& perfectione ſufficientiæ , quilibet
etiã imperfectus tenetur quẽlibet etiam inimicũ
diligere:dilectione autẽ exteriori, id eſt ,beneficij
exhibitione & perfectione ſupererogationis,tene-
tur tantũ perfectus hoc facere. Imperfectus enim
tenetur inimico rancorẽ odij dimittere, & bonum
optare,ſiue petierit veniã,ſiue non: & ſi petierit ve
niam,tenetur ei colloqui,& dicere,Aue:ſed non te
netur beneficia tẽporalia miniſtrare. Perfectus au
tem tenetur etiã præſidia tẽporalia cõferre,& ne-
ceſſaria miniſtrare:ſiue ab eo veniam petierit, ſiue
non.Quia ſi inimicũ à cõmunione noſtra ſepare-
mus,eo ipſo ei benefacimus,dùm illud hoc fine fa-
ciamus,vt eum ab errore reuocemus. Vndè gloſa:
Benefacite miniſtrãdo cibum mentis,id eſt,inſtru
ctionem vel correctionẽ corporis : omnia enim in
ecclesia,etiã excõmunicatio,eo ſpectant,vt fratres D
& amici fiãt.Et quia eſt quoddã beneficium,ad ſa
lutẽ pertinens,quod à quolibet quantũcunq; pau-
pere poteſt exhiberi,ſcilicet orare pro animarũ ſa
lute,ideo ſubiungit:[Benedicite]ſcilicet bona gra-
tiæ & glorię imprecando[maledicẽtibus vobis]re
tro detrahendo,vel apertè blaſphemãdo[& orate]
dicta bona optãdo,& deum deprecando [pro perſe
quentibus & calũniantibus vos[falſum crimen vo-
bis imponẽdo. Huius exemplũ dedit dñs , in cruce
ſuſpenſus : & Stephanus lapidatus:& Dauid,à Se-
Iniuria triplex.
mei meledictus.Vbi nota ꝙ triplex eſt iniuria: ſci
licet cordis,quæ rancor vel odium dicitur:oris quę
detractio vel maledictio: operis, ſcilicet læſio ma-
nualis.His igitur generibus,tria dñs apponit reme
dia.Contra primũ[diligite inimicos veſtros.]Con
tra ſecundũ[benedicite maledicẽtibus vobis:& ora
te pro perſequentibus & calũniãtibus vos.]Contra
tertium[benefacite his qui oderũt vos.] Vnde glo.
E Contra eccleſiã tribus modis pugnatur, odio, ver-
bis,& cruciatu corporis:econtra eccleſia diligit,o-
Beneficiũ triplex perfectorum.
rat,& benefacit.Si ergo volumus eſſe perfecti:debe
mus iniuriantibus nobis beneficiũ dare cordis, ip-
ſos diligendo:beneficiũ oris,pro eis, orando:& be-
neficiũ operis,ipſis benefaciendo. Et quia magnũ
dedit præceptũ:præclarũ ſubdit præmium.Ita,in-
quit,diligite,benefacite, orate pro inimicis veſtris
[vt ſitis filij pr̃is veſtri]altiſsimi[qui in cœlis eſt.]
Filij inquam,per bonitatis imitationẽ, per gratiæ
adoptionẽ,per educationẽ,per hæreditatis adeptio
nem.Vt ſicut eſtis filij dei per naturam & creatio-
nem:ſic etiã ſitis filij eius per gratiã & imitationẽ,
in eo quod eſt ei propriũ: nam propriũ eſt ei miſe-
reri,& eſſe beneficũ. Vnde Beda: Nulla maior po-
teſt eſſe merces,quàm filios hominum terrigenas,
effici filios altiſsimi,qui in cœlis eſt. Nos enim po
teſtate accepta efficimur filij dei,inquantũ ea quæ
ab eo pręcipiũtur,implemus.Et ſubiungit:Qui ſo
lem ſuũ facit oriri ſuper bonos & malos:& pluit ſu
per iuſtos & iniuſtos,ac gratos & ingratos.Et non F
ſolum amicis,ſed etiã inimicis benefacit.Sic enim
inimicos nutrit vt amicos , ac hos & illos ſui ſolis
ſplendore illuminat,& ſuarũ pluuiarum inundatio
ne fœcundat,& beneficia cõmunia non ſubtrahit,
etiam malis hominibus,qui tamen ei inquantũ in
eis eſt inimicantur,ſed pro ſua miſericordia indi-
ſcretè omnibus vitæ præſentis, beneficia largitur.
Vbi Hiero.Noli negare quod deus nulli negat:quã
uis ſit blaſphemus & impius. Sine diſtinctione o-
mnibus tribuamus,non quęrẽtes cui,ſed quare de-
mus.Vt autẽ dictũ eſt ſuprà, orare gñaliter pro ini
micis, & eis bñdicere,pro quãto in gñalitate popu
li includuntur, eſt præceptũ:ſicut ꝙ in generali di
lectione diligantur,ſed in ſpeciali iſta facere, non
Gradus nouẽ ad perfectionem
eſt præceptũ,ſed perfectionis.Et ſciendũ ꝙ Chry.
ponit nouem gradus,ſecundum acceſſum ad perfe
ctionem mandati huius. Vnde ait: Vidiſti nempe
quantis ad perfectionẽ gradibus aſcẽdit: & quem-
admodum nos in ipſum veritatis cacumen ſtatuit:
& paulatim in ipſum cœlum reducit.Primus gra-
dus eſt,nequaquam ad lædendũ priorem venire.Se

 cundus

cundus,vt non amplius referat,quã quod à lędente
G ſuſtinuit. Tertius,ne leſus faciat illa quę paſſus eſt
ſed quieſcat. Quartus, vt etiam præbeat ſeipſum
ad iniuriã ſuſtinendã. Quintus,vt etiã ad maiora
ſe præbeat,quã vult eſſe qui fecit. Sextus nõ odiſſe
eum à quo iſta perpetitur. Septimus,etiã diligere
lædentẽ. Octauus,beneficijs eum libenter afficere.
Nonus,etiã deum pro aduerſario deprecari. Per-
ſpexiſti celſitudinẽ philoſophiæ:& idcirco tam cla
ro digna eſt præmio:quia tam magno eſt ſubiecta
præcepto. Nam & premiũ illi,tale proponit,quale
priorũ omnino nulli: vt ſcilicet fieret ſimiles dei,
**Prodeſſe omnibus.** prout tamen hominibus id eſſe poſsibile eſt. Igitur
benefaciendũ eſt omnibus:quia vt dicit Seneca,ne-
mo non cùm alteri prodeſt,ſibi profuit. Quia ve-
rò perfectio dilectionis, vltra dilectionẽ inimico-
rum,non põt procedere: ideo poſtquã præcepit ini
**Filios & ſimiles dei fieri ſummum præmium eſt.** micos diligere,cõſequenter ſubiungit: Eſtote ergo
vos perfecti, ſicut & pater cœleſtis perfectus eſt:
quæ eſt lex amoris cõſeruando: vt quęratis etiã ini
micis prodeſſe:quod deũ facere manifeſtũ eſt: qui
beneficia largitur etiã malis hominibus:ſic ꝙ pro-
H pter eorum malitiã,non deſerit beneficentiã circa
ipſos:ita nec vos circa inimicos. Nam ſcdm Chry.
ſicut filij carnales ſimilant patres,in aliquo corpo-
ris ſigno:ita filij ſpirituales,deũ in ſanctitate,&ni-
hil nos deo ita aſsimilat, ſicut iniuſta facientibus
ignoſcere,&pro eis orare. Et arguit hoc exẽplo pu
blicanorũ&infideliũ,qui ſuos amicos diligũt,&eis
benefaciũt. Si ergo ſupra ipſos mercedẽ beatitudi-
nis volumus habere:debemus plus propter deũ fa-
cere,dilectionẽ etiã ad inimicos extẽdendo. Si eñ
diligitis,inquit,tantũ eos qui vos diligunt:quã mer
cedẽ habebitis?hac ſcilicet de cauſa à deo ĩ æterna vi
ta?quaſi diceret nullã. De his enim dici poteſt,Re-
cepiſtis mercedẽ veſtrã. Talis nanq; dilectio eſt na
turalis:& non procedit de charitate,quæ ſe exten-
dis ad oẽs homines,& ideo nõ eſt meritoria. Sed ta
men hæc oportet facere,& illa nõ omittere. Dili-
gere eñ diligẽtes,eſt naturæ:diligere non diligẽtes
eſt gratiæ:nõ diligere diligẽtes, eſt peruerſitatis,ma
I ximę:non diligere nõ diligẽtes,eſt imperfectionis
humanæ. Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantũ:
qui aliqua affinitate iuncti ſunt vobis, id eſt,ſalutẽ
eis optaueritis:ac charitatis & dilectionis affectũ
eis oſtẽderitis:quid amplius ſcilicet quantũ ad per
fectionẽ,facietis?Et ſi bene feceritis tantũ , his qui
vobis bene faciũt,quod eſt debiti naturalis,ex acce
pto beneficio:quæ vobis eſt gratia,id eſt,quod me-
ritũ gratiæ apud deũ?quaſi diceret nullũ. Nam pu-
blicani & ethnici,id eſt peccatores & gentiles hoc
**Publicani.** faciunt. Publicani,qui publica vectigalia exigunt:
à Publio rege Romanorũ nomen traxiſſe dicũtur.
**Ethnici.** Ethnici verò,ab ethnos Græcè, quod gens Latinè
eſt,vocantur qui tales ſunt vt fuerunt geniti, ſcili-
cet ſub peccato. [Et ſi mutuũ dederitis his à quibus
ſperatis recipere: quæ gratia vobis] ſcilicet apud
deum?quaſi diceret,nulla. Nam,vt dicit glo. ex hoc
ſolo quod ſperatis recipere,nõ pro deo datis. Vnde
de talibus dici poteſt, Receperunt mercedẽ ſuam:
quia ſpe retributionis humanę mutuant. [Nam &
peccatores] qui gratiam dei non habent, peccato-
ribus fœnerantur,id eſt,mutuum dant:vt æqualia,
non vltra ſortẽ,recipiant. Ex quo patet, ꝙ pluſquã K
peccatores ſunt qui mutuãt,vt cum vſura recipiãt.
Quaſi diceret,ſecundũ Bedam. Si tales inter ſe na-
tura duce norũt eſſe benefici, quanto vobis gradus
profeſsionis eximior neceſſe eſt,vt cura virtutis ſic
vberior:quatenus etiã non amantes charitatis ſinu
amplectamini. Vnde Chryſ. Quoniam igitur di-
gni ſupplicio ſumus, qui cùm ad ſimilitudinẽ dei,
vitam noſtrã informare iubemur:forſitan ne gen-
tilibus quidẽ inuenimur æquales. Et iterum:Sed ſi **Publica-**
nos in his nec publicanis, nec gentilibus, meliores **nis & eth-**
efficimur:nonne lugẽdi & plangẽdi ſumus. Quin- **nicis præ-**
imò intantũ longè ſumus à diligendis inimicis: vt **ſtare de-**
nec amicis quidẽ charitatis vicẽ reddamus: ſed ecõ **mus.**
trario odio habeamus etiã diligẽtes:in quo non ſo-
lum gentilibus & publicanis nequaquã differimus
ſed multò etiã inferiores exiſtimus. Chriſtus etiã
non ſolum vult nos ignoſcere delinquẽtibus:ſed vt
etiã amemus eos,& oremus pro ipſis. Nam ſi tan-
tummodo non lædas eum qui te læſit:auertis te tã **Auerti**
men ab eo.nec libenter eum videas,manet ſine du- **proba-**
bio vulnus in pectore , & dolor augeſcit in corde. **mur.**
Nunquid tu ita vis tibi propitiũ fieri deum:vt non L
te quidẽ lædat,auertat ſe tamẽ abs te, & peccatorũ
tuorum memoriã teneat,& videre te nolit? Igitur
qualem vis erga te eſſe deum, cùm delictorũ veniã
poſcis,talem te exhibere debes his qui deliquerunt
in te. hæc Chry. Intellige ꝙ quãdo iſta fiunt ex na **Dilectio**
turali affectione: quæ põt procedere ex cauſa vtili **quæ ad**
aut delectabili , & ex cauſa honeſti · & per habitũ **tam æ-**
moralis amicitiæ:ſic nõ ſunt meritoria vitæ æter- **nam p**
næ. Sed quãdo iſta procedunt ex habitu charitatis: **deſt di-**
tunc ſunt meritoria,ac principiũ & ratio merendi **lectio m**
ad deũ:quæ ſola diuidit inter filios regni & perdi- **plex.**
tionis. Diligere enim propter amorẽ reciprocũ,na
turæ eſt debitũ. Diligere propter beneficium acce
ptũ,vel ſperatũ,eſt mercenariũ. Diligere propter
mutuæ familiaritatis oblectamentũ,eſt malũ. Di-
ligere propter peccati conſenſum,eſt malignũ. Di
ligere propter opus bonũ,eſt gratuitũ. Qui enim
diligit proximũ,aut quia bonus eſt,aut vt bonus fit M
aut quia eiuſdem corporis membra,& eiuſdem pa
tris filij ſumus,verè diligere dicitur. Talis enim a-
mor,ſpiritualis eſt: & ideo indeficiens. Carnalis
enim amor,citò dilabitur,ſicut & ipſa caro: quali
videlicet amore Publicani & Ethnici ſe inuicẽ dili
gunt,in quibus eſt amor natura ſine gratia,& tantũ dili-
gentes ſe diligunt:ſtatim enim vt ſe ab alijs non di
ligi intelligũt,ipſi quoq; alios non diligunt. Nos er
go oẽs diligere,omnium ſalutẽ quærere , omnibus
bene facere,& charitatis affectũ oſtẽdere debem⁹:
non quęrẽtes cui,ſed quare iſta faciamus. Sic enim
augetur amor, & concordia creſcit . Iſta itaque
debent fieri,nõ in ſpe retributionis humanæ,ſed di
uinę. Sicut enim deus eſt omnis boni principiũ,ſic **Alpha &**
vult eſſe & finis. Ego ſum,inquit,Alpha & ω,prin- **Apoca.**
cipiũ & finis. Vnde Aug. Qui amicũ propter com **& 22.**
modum quodlibet amat, non amicum conuinci- **Deus ama-**
tur amare,ſed commodum. Et ideo deus,quo nihil **dus pro-**
eſt maius aut melius,propter qđ diligatur,propter **pter ſe**
ſe ipſum perfectè diligitur. Si verò ſaltem propter **gratis.**
illa



illa quæ præſtat,amatur,nõ vtique gratis amatur:
A quia iam illud propter qđ diligitur ei , quod dictu
quoq; nefas eſt,antefertur. Et iterũ: Gratis deus a-
metur:vt operis quo illi miniſtratur,pretiũ ſit eſſe
cum illo. Nihil enim debemus pro amore Ieſu quę
**Premium qui non quęrit amãdo, meretur.** rere,niſi eius ſuauem pręſentiam. hęc Augu. Vnde
Ber. Nõ ſine pręmio diligitur deus: etſi abſq; pręmij intuitu ſit diligẽdus. Verus amator præmium
non quærit,ſed meretur. hæc Ber. Amemus ergo
aduerſarios noſtros , & nihilominus eis beneficia
præſtemus:vt ſimus perfecti , pro modulo noſtro
perfectione gratię : ſicut & pater cœleſtis
perfectus eſt,perfectiõe naturæ: quoniã perfectus
dominus,bonos & perfectos vult habere fideles. Si
mus interim perfecti,ſaltem perfectione ſufficien
tiæ, quæ eſt in dei & proximi charitate : & nita-
mur ad cumulũ perfectionis ſupererogationis quę
eſt diligere inimicos , & orare pro eis , ſicut fecit
Chriſtus. Vnde Chryſ. Non tantũ lędimur ab ini-
quis,quãdo nocemur ab ipſis,quantũ per malitiam
eorũ,conſtãtia bonitatis,à ſuo propoſito victa re-
B ceſſerit Ne igitur odio habeas facientẽ tibi mala,
& ne maledicas vexãti,ſed magis ama,quaſi mul-
torũ tibi conciliatorẽ bonorũ, teq; ad ampliſsimũ
honorẽ lędendo ducentẽ. Alioquin & laborẽ ſuſti-
nuiſti,fructu autẽ priuatus es,& iacturã quidẽ fe-
res,mercedem autẽ perdes . Quod certè extremæ
**Poſsibilitatis amãdi inimici. exemplũ eſt Chriſtus.** o mnino dementiæ eſt:vt aliqui cùm maiora perpeſ
ſi ſunt,nequaquã minora ſuſtineãt. Et quemadmo
dum inquies fieri iſta poſsibile eſt. Vidiſti deũ ho-
minem factũ,& euſq; pro tua deſcendentẽ ſalute,
tantaq; propter te eſſe perpeſſum:&adhuc inquiris
aut dubitas , queadmodũ poſsibile ſit iniurias dona
re conſeruis?Sed tu plurimũ lęſus es. Verùm quid
tale perpeſſus es,quale tuus, imò omniũ dominus?
Sinautem omnino nimis lęſus es: idcirco maximè
beneficiũ refer nocẽti:vt & tibi ipſi clariorẽ facias
coronam,& fratrẽ à periculo grauiſsimi languo-
ris abſoluas. hęc Chryſoſt.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte,mitiſsime & totius hu
militatis & patientię magiſter: da mihi ſer-
C uorũ vltimo & ſimplici:vt me humilem &
alijs inferiorẽ conſtituẽs ab omnibus cõtemni cu-
piam,& cõculcari,iniuriamq; in corpore vel rebus
patiẽter ſuſtinẽs:animum paratũ ad plura ſuſtinẽ-
da habeã,ac omni petẽti in corporalibus & ſpiri-
tualibus pro poſſe ſubueniã. Cõcede etiã,vt nõ ſo-
lum amicos,ſed & inimicos me corde,ore, vel ope
re,perſequẽtes ecõtra valeã diligere, eiſq; benefa-
cere & benedicere,ac pro eis orare : vt inter filios
& electos tuos,merear tua gratia numerari. Amẽ.

## De laude humana in bonis operibus non quęrenda. Caput XXXVI.

POſt hęc magnę perfectiõis verba do
cet,ne de bonis operibus inaniter glo
rientur:quia valde difficile eſt, vt in
**Matt.6.** eis vana gloria totaliter euitetur. Vn
de ait: [Attẽdite]id eſt diligẽter cõſi
derate,& attẽti ac cauti eſtote,ſcilicet contra inſi-
dias ſuperbiæ:quia etiã bonis operibus inſidiatur,
vt faciat ea perire[ne iuſtitiã veſtram]id eſt opera
iuſtitiæ,ſcilicet opera bona de genere,quæcunque
fuerint illa:quia omnia continẽtur ſub iuſtitia ge. D
neraliter dicta: [faciatis corã hominibus] eo ſcili-
cet fine[vt videamini ab eis]id eſt propter laudem
humanã,& fauorẽ mundi,non propter gloriã dei,
nec propter ædificationẽ proximi:alioquin merce
dem nõ habebitis apud deũ, cuius amore non feci-
ſtis. Ille enim debet mercedem dare,cuius mãdato
mouetur operarius vel amore. Niſi ergo deus ſin- **Mercedẽ vnde petas.**
gulariter ſit in cauſa,nõ operis mercedem,ſed fal-
lacię ſuppliciũ apud deũ habebunt:quia hîc ab hu-
mano ore,mercedem , ſcilicet leuẽ auram fauoris
recipere voluerunt. Ab his tamẽ duntaxat accepe-
runt,à quibus eã concupierũt. Ex quo enim inten-
tio fertur ad homines tantũ , non eſt aliquid à deo
iuſtè expectandum:quia nõ virtus ſed cauſa virtu-
tis,mercedem habet apud deũ. Hoc igitur deputa-
tur eis pro mercede,cuius amore fecerunt, ſcilicet
laus humana,quam quæſierunt. Et nõ ſolum vera
mercede,ob prauã intentionẽ euacuantur:ſed & ni **Glorię inanis malũ.**
hilominus pro inani gloria , quę ſiue pręcedat o-
pus,ſiue ſequatur,ſemper mortale peccatũ eſt,pœ-
nam æternã meretur. Minuitur etiã probitas con-
ſcientiæ,ex famæ mercede. Vnde Boëtius: Minuit E
ſe probitatis cõſcientię ſecretũ:quoties oſtendendo
quis fructũ recipit famę pretium. Et ideo,vt idem
Boëtius dicit,ſapiens bonũ ſuum,non populari ru-
more,ſed cõſcientiæ veritate metitur. Et cõſidera
ꝙ vt ait Chry. non ſolum non oſtendi iubet,ſed &
ſtudere latere. Neq; enim eſt ęquale nõ ſtudere ap-
parere,& ſtudere latere. Per hoc tamen nõ prohi- **Bona opera palam fiãt ad laudem dei.**
bentur opera bona fieri corã hominibus,ad dei glo
riam,& proximi ædificationẽ : quia hoc eſt bonũ
& meritoriũ apud deum. Sed vt dicit Greg. valde
perfectorũ eſt,ſic oſtenſo opere gloriã autoris quę
rere, vt de illata laude neſciat priuata exultatione
gaudere:quoniã infirmi,quia perfectè cõtemnen-
do non ſuperant,reſtat neceſſe eſt,vt bonũ quod o-
perantur,abſcondant. Deinde poſtquã generaliter
iuſtitiã nominauit,nũc cõſequẽter per partes exe-
quitur :,& ſpecialiter prohibet in eleemoſyna , &
oratione,ac ieiunio,vanã gloriam quæri: quia hęc
tria pręcipuè cõſueuit inanis gloria comitari. Hęc F
ſunt tria ſatisfactionis opera , ſcilicet eleemoſyna **Eleemoſyna,ieiunium, & oratio.**
contra peccatũ in proximũ,oratio contra peccatũ
in deum,ieiuniũ contra peccatum in ſemetipſum.
Hæc etiã tria,valent cõtra tres radices peccatorũ:
ſcilicet cõtra tria mala quæ in mũdo ſunt. Eleemo
ſyna enim,eſt iuſtitia,cõtra concupiſcentiã oculo
rum. Oratio cõtra ſuperbiã vitæ. Ieiunium contra
concupiſcentiã carnis. Ait ergo [cùm feceris elee-
moſynam]corporalẽ ſcilicet vel ſpiritualem [noli
ante te tuba canere,ſicut faciunt hypocritæ] id eſt
noli eã facere in manifeſtatione,& velle innoteſce
re,vt glorieris in laude tua: ſicut ille apertũ dat ſi-
gnum,qui canit tuba. Nõ eſt ingrata deo eleemoſy
na quę videtur:ſed quæ ideo fit vt videatur. Et quia
tales principaliter intẽdunt honorẽ vanũ & trãſi-
toriũ:ideo amittũt verũ & æternũ. Vnde ſequitur:
[Amẽ dico vobis,receperunt mercedẽ ſuã] ſcilicet
gloriã humanã,quã quęrebãt pro dono eleemoſy-
næ:ſed pœna expectatur,pro mala intentione. Ita
ergo faciũt hypocritę. [Te autẽ faciẽte eleemoſy

nã]qđ eſt opus de genere bonorũ , neſciat ſiniſtra
G tua]&intẽtio ꝑuerſa,[quod faciat dextera tua]&
intẽtio ſancta Siniſtra eſt appetitio & delectatio
Siniſtra, dextera.
laudis humanę,vel cõmodi terreni:dextera autem
intentio implendi præcepta diuina, ſeu amor dei,
& cœleſtis præmij.Eſt ergo ſenſus , non ſe immi-
ſceat intẽtio alicuius prauitatis:dum præcepta dei
implere ſatagis.Et exponit quod dixit, neſciat: il-
lud enim neſcitur,quod in abſcõdito eſt:& ideo di-
cit[vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito] ſit ſcilicet
ſecũdum rationẽ intẽtionis , etſi nõ ſecundũ ratio-
nem operationis.Sit in abſcõdito & ſecreto mẽtis,
id eſt in ipſa bona cõſcientia,quę humanis demon-
ſtrari nõ poteſt oculis.Sufficit tibi ad promerendũ
premiũ,qui ſolus conſcientię inſpector eſt.Et hoc
eſt quod ſubditur:[Et pater tuus] ſcilicet deus,qui
eſt pater omniũ per creationẽ , & iuſtorũ per gra-
tiæ adoptionẽ[qui videt in abſcõdito]quia ipſe ſo-
lus videt intentionẽ cordiũ[reddet tibi]quia retri-
buet bonis, ſecundũ intẽtionem cordis hominibus
abſconditã & occultã:& ſi non in præſenti, tamen
H in futuro.Nõ ergo ſi hæc ſciãt homines,formidan-
dum eſt:ſed ſi hoc animo fiant,vt fructus placendi
hominibus in eis expectetur,& laus humana admi
ſceatur.In omni enim opere noſtro,neſcit ſiniſtra
quid facit dextera,ſi nõ amore laudis humanę,ſed
dei amore & iuſtitiæ id agamus.Et ideo ſiue in ſy
In abſcondito facere quid eſt.
nagogis,ſiue in vicis & plateis,eleemoſynã, vel a-
liud opus bonũ quis faciat: in abſcõdito tamen fa-
cit:quicũque hoc faciẽs,nõ ab hominibus,ſed à deo
videri deſiderat.Ecõtra verò,qui in abſcondito fa-
cit,&videri cupiens laudẽ ex hoc,& gloriã quęrit:
non in abſcõdito quidem facit : quoniã abſconditũ
non vult eſſe quod facit,tãtumq́; ei valet,ac ſi in pu
blico fieret.Vnde Chryſ. Poteſt enim aliquis corã
hominibus eleemoſynã facere:nec tamẽ ad hoc fa
cere,vt eã hominum oculis oſtẽtet:& aliquis nõ co
ram hominibus faciens:eo tamẽ animo facere , vt
ſe id facientẽ optet videri.Propter quod non factũ
ipſum,ſed voluntatẽ,aut coronat,aut punit:nec fi-
ni operis,ſed volũtati operãtis,mercedẽ damnúm-
I ve decernit.Nõ igitur tantũmodo dediſſe,eleemo-
ſynam : ſed queadmodum oportet dediſſe,virtutis
eſt.hęc Chry.Similiter in oratione,docet nos fuge
Oratio hypocritarũ.
re vanã gloriam:vt nõ ores in publico,ad manife-
ſtationẽ,vt videaris ab hominibus:ſicut faciũt hy-
pocritæ:qui,vt dicit Chry. nõ intendunt exaudiri,
ſed videri.Et quia intẽtionem habent peruerſam:
ideo damnoſam ſubdit ſequelam [quia receperunt
mercedẽ ſuam]ſcilicet laudem tranſitoriã:ſed tan-
dem recipiẽt pœnam æternã.Argumentum habes
ex hoc , ꝙ cùm vana gloria ſit mortale peccatum:
ideo omne opus ex vana gloria factũ , eſt mortale
reputandum:quia pro eo, pœna infligitur æterna.
Oratio ſanctorũ.
Ita ergo faciũt hypocritę.[Tu autẽ cùm oraueris,
intra in cubiculum tuũ]id eſt in locũ ſecretum [&
clauſo oſtio]ne veniat multitudo,impediens eleua
tionem mẽtis,& auertens te à propoſito[ora patrẽ
tuum]cœleſtẽ[in abſcódito.]Et eſt ſenſus ſecundũ
Remig.Sufficiat tibi vt ille ſolus nouerit tuã ora-
tionem,qui omniũ corda nouit occulta : quia ipſe
qui eſt inſpector, erit exauditor. [Et pater tuus]
cuius honorẽ debes intendere[qui videt in abſcon-
dito,reddet tibi]fructũ orationis in aperto.ſecun- K
dum Chry.Qui ſic orat ſecretò , vt ab hominibus
abſconsè orare videatur,non deũ aſpicit,ſed homi-
nes.Et ideo quantũ ad propoſitũ ſuũ in ſynagogis
orat:ac etiã ſic dupliciter laudatur,&qa orat,&qa
abſconsè orat. Cuius autẽ orantis mens ſolũ aſpi-
cit deũ,quamuis in ſynagoga oret,tamen apud ſe,
in ſecreto videtur orare.Orans ergo nihil nouũ fa-
Orandi modus.
ciat,quod aſpiciant homines,vel clamando,vel pe-
ctus percutiẽdo,vel manus expãdendo . hęc Chry.
Oratio duplex publica,& ſecreta.
Vbi ſciendum ꝙ duplex eſt oratio.Quędam publi
ca,quę fit à miniſtris eccleſiæ:& iſta nõ debet fieri
in occulto,ſed magis in publico,& in eccleſia corã
populo,quia pro tota offertur cõmunitate : & po-
pulus in hoc cõformare ſe debet miniſtris eccleſię,
ipſum deũ deprecãdo,ſecundum modũ congruum
& ſibi poſsibilẽ.Alia eſt oratio priuata:& talis ma
gis debet fieri in ſecreto,duplici de cauſa. Vna eſt,
quia oratio eſt eleuatio mentis in deũ:mens autem
citius & melius eleuatur in deũ, quando homo eſt
in ſecreto loco,& à tumultu ſeparatus.Alia eſt,ad
euitationẽ vanæ gloriæ , quæ de facili inſurgit in L
publico. Orare itaq; volentibus, ſalubre dat Chri-
ſtus conſiliũ , vt intrent in cubiculum,ſcilicet cor-
dis ſecretũ:& claudant oſtiũ , ſcilicet carnales ſen-
ſus,per quos exteriora improbè ſe ingerũt,& tur-
bæ phantaſmatũ orantibus obſtrepũt: vt ſic etiam
clauſo oſtio mentis,& collectis animę viribus,ora
tio ſpiritualis fiat in intimis cordis,& inde diriga-
tur ad deũ feruentius , vbi oratur pater in abſcon-
dito:quia abſconditũ &cubiculum,eſt ſecreta cor-
dis intentio.Quantũ enim homo contemnit quod
eſt extra ſe tantũ poteſt ſe recolligere intra ſe:&
quantũ ſe recolligit intra ſe, tantũ poteſt ſupra ſe
ad orationẽ &dei contemplationẽ aſcẽdere.Dein-
Oratio breuis cõmendatur.
de circa orationẽ,excludit gentilium errorem, di-
cẽs: [Orantes autẽ,nolite multũ loqui:ſicut faciũt
Ethnici,qui putant in multiloquio] & altiloquio,
ac ſuauiloquio ſuo exaudiri:& ꝙ ipſi ita verbis fle
ctere queant deũ,ſicut orator iudicem.[Scit enim
pater veſter cœleſtis,quid opus ſit vobis antequam M
petatis eum]quia audit præparationẽ cordis ſingu
lorum.Hoc addit ad excludendum iſtorum genti-
lium falſum intellectũ,ſecundum quẽ aliquid deo
Noui nihil indicatur deo.
notificatur de nouo : quia omnia ſcit ab æterno.
Non prohibet dominus in oratione multiplicatio-
nem verborũ,ſimpliciter & abſolutè : quia & ipſe
pernoctauit in oratione, & factus in agonia proli-
xius orabat: ſed prohibet ne multiloquio vtamur
in oratione,eo fine & ea intentione,quibus vteban
tur Gẽtiles idololatrę: qui triplici de cauſa vteban
Oratio gẽtiliũ, cur longa & vocalis erat.
tur vocali oratione in multiloquio facta. Prima,
quia orabant dæmones,qui neſcirent quid illi pe-
terẽt,niſi verbis & ſigno exteriori inſtructi eſſent:
ſecreta enim cordis humani , penetrare nõ valent.
Secunda,quia putabant dęmonibus,quaſi homini-
bus verbis perſuaſibilibus & multis perſuadẽdum
eſſe:&ſic eos ad miſerendũ prouocari.Tertia,quia
dæmones,quos orabãt,quandoq; abſentes eſſe pu-
tabant:& ꝙ per talem orationẽ reuocari poſſent.
Iſta ſunt mala : & ideo ab oratione fidelium re-
mouenda.



mouẽda.Similiter aũt triplex eſt cauſa , quare nos
A vtamur vocali oratione.Prima,vt obſequium oris,
Oratio noſtra cur vocaliter fit.
ſicut & cordis & operis deo impendamus: triplex
enim ſacrificium deo debemus: ſcilicet ſacrificium
cordis,oris,& operis.Secũda,vt ad memoriã reuo-
cemus quod petere debemus,& vt ipſa vocalis ora
tio pigritiã noſtram excitet: quia ſi homo ſemper
in ſilentio oraret,de facili obdormiret oblitus quid
peteret. Tertia , vt vocali oratione proximus in-
Orationẽ cur petat dominus.
ſtruatur,& ad conſimile opus inuitetur. Vult autẽ
deus vt oremus,ne quod ab eo nobis datur vile ha-
beamus:ſed eo ipſo amplius eũ adoremus, deſidere
mus,& ita amplius mereamur. Nec ad eũ orantes
fruſtra ſcienti loquimur:quia ſecundũ Hiero.Non
narratores,ſed rogatores ſumus:aliud eſt enim nar
rare ignorãti, aliud petere ſcienti.Vnde & Chryſ.
dicit,ꝙ oportet orare : vt ſcilicet deum nõ doceas,
ſed inflectas : vt familiaris efficiaris interpellatio-
nis frequentia:vt humilieris orando,vtq́; peccato-
Verba orationis multiplicari poſſunt.
rum tuorũ recorderis.Et notandũ,ꝙ poſſunt mul-
tiplicari verba in oratione : vt per ſignificationem
verborũ deuotorũ animus melius eleuetur in deũ,
& non ſolũ mente:ſed etiam corporali voce homo
B eleuetur in eum:ſecundũ illud:Cor meum,& caro
Pſal.83.
mea exultauerunt in deũ viuum, non tamẽ põt ibi
dari regula certa:ſed debet homo talibus vti in ora
tione,quantũ percipit ꝙ faciunt ad deuotionis ex-
ercitationem.Si autẽ econtrariò percipiat,ꝙ mul-
tiplicatio verborum diſtrahat mentẽ eius:quia ali-
quando multiloquium oris,impedit deuotionẽ mẽ
tis:tunc debet ceſſare à verbis,& orare deum men-
tis affectibus.vnde ſecundũ Aug.Quãdo rogamus
deum,pietate opus eſt,nõ verboſitate:aliud eſt ſer-
mo multus,aliud diuturnus affectus. Nã plerũque
hoc negotium plus gemitibus agitur, quàm ſermo
nibus:plus fletibus,quàm affatu.Hæc tamẽ intelli-
genda ſunt de orationibus priuatis & voluntarijs:
quia orationes debitè & publicè debẽt eſſe in ver-
Ieiunium hypocritarum.
bis,vt poſsint percipi ab alijs. Deinde docet fugere
hypocriſim in ieiunio dicẽs:[cùm ieiunatis,] quod
expedit pro tempore,[nolite fieri triſtes, ſicut hy-
pocritæ.] Non ſolũ prohibet fieri,ſed velle:cùm di
C cit,nolite,in voluntate eſt enim prima radix merẽ
di vel demerendi.Item fieri prohibet, non eſſe:quia
Fieri & eſſe triſtẽ differunt.
ſecundũ Chryſ.Sciens dominus ꝙ non põt eſſe hi-
laris qui ieiunat,nõ dixit,nolite eſſe triſtes,ſed no-
lite fieri.Aliud enim eſſe,aliud fieri.Aſsiduum qui
dem ieiuniũ naturaliter facit eſſe triſtẽ: qui autem
per hypocriſim pallentes apparẽt,triſtes non ſunt:
ſed fiũt ſicut hypocritæ triſtes in apparẽtia,vt ipſa
vultus triſtitia ſit oſtentatio ieiunij , falſa & vana.
[Extermināt enim] & quaſi extra proprios termi
nos ponunt & adducũt , [facies ſuas,] ac deformãt
corpora ſua habitu ſordido & ſqualido deturpant,
[vt pareãt hominibus ieiunãtes,] ac ſemper videã-
tur triſtes, & quaſi de peccatis & aliorũ lugentes:
oſtendunt enim quandã faciei triſtitiam, & extra
ſolitum aliorum modum in vultu & veſte ſqualo-
rem demonſtrant:vt pœnitẽtiæ rigorẽ ſimulẽt, &
religioſi præ cæteris appareant , & inde laudes ab
hominibus recipiant. O inſania vanitatis , nolunt
eſſe quod tamẽ volunt apparere.Et propter hoc cũ
aſſertione comminatur eis pœnã non modicam di
cens: [Amen,] id eſt,verè dico vobis, [quia recepe D
runt mercedẽ ſuã] ſcilicet laudem hominum quã
quærebant: & in futuro recipient pro ſimulatione
damnationem,quã non timebant.Et ſignãter dicit Laus hypocritarũ.
receperunt,non recipiunt:quia talis laus adeo bre-
uis eſt,quòd quaſi nihil de præſenti habet. Vnde in
Iob:Laus impiorum breuis , & gaudiũ hypocritæ Iob 20.
inſtar puncti.Nõ ergo prohibet dominus triſtitiã
pœnitentiæ pro peccatis:ſed triſtitiã fictã pro lau-
dibus conſequendis, nec prohibet videri ieiunãtes:
ſed hoc nõ appetere propter hominũ fauores:quia
non virtus vetatur:ſed mẽs ficta reprobatur. Vnde
Chryſ.Si ergo qui ieiunat, & triſtẽ ſe facit hypo-
crita eſt,quantò magis iniquior eſt qui nõ ieiunat:
ſed argumentis quibuſdã in facie ſua pingit vena-
lem pallorẽ,quaſi ieiunij ſignũ.Deinde ſubdit mo- Ieiunium bonorum.
dum ieiunãdi debitũ.[Tu autem cùm ieiunas,] nõ
ſcilicet imiteris hypocritas: ſed [vnge caput tuũ, Vngere caput.
& faciem tuam laua.] Quia ridiculum eſſet caput
oleo,ad literam,vngere: ideo ſecundum Hierony.
Accipitur metaphoricè à Palæſtinis, qui in feſtis E
ſolebant hoc facere:vt quãdo ieiunamus lætos nos
& feſtiuos eſſe mõſtremus, [vnge ergo caput tuũ,]
id eſt,hilarem te exhibe, [& faciem tuã laua,] ad
literam ne ſordidus appareas.Duo dicit cõtra duo,
vnge oleo lætitiæ,cõtra triſtitiam hypocritarum.
Laua aqua munditiæ,contra exterminationem fa
cierum.Vel ſecundũ duas partes iuſtitiæ laua faciẽ Lauare faciem.
internam,id eſt,conſcientiã à malo per confeſsio-
nem tergendo,vt munda ſit ante deũ:ſicut enim in
cõſpectu hominum gratioſa eſt facies pulchra, ſic
in oculis dei prætioſa eſt cõſcientia munda,& vn-
ge caput,id eſt, mentẽ ſeu rationem quę in anima
præeminet,ac cogitationes & cætera hominis re-
git in bono per deuotionem gaudẽdo,vt in ieiunio
hilarem animũ exhibeas deo:ſpiritualis enim hila
ritas in ieiunio, ſicut in eleemoſyna eſt neceſſaria:
quia ſicut deus diligit hilarẽ datorẽ,ſic & hilarem
ieiunantem.Vbi Aug.Intelligendũ eſt,hoc præce-
ptum ad interiorẽ hominẽ pertinere.Vngere ergo
caput,ad lætitiam pertinet:lauare autẽ faciem, ad F
munditiam. Et ideo caput vngunt: qui lætãtur in-
terius mente,atq; ratione. Et hoc faciat qui nõ fo-
ris quærit lætitiã,vt de laudibus hominũ gaudeat.
Ita enim & faciẽ lauabit,id eſt, cor mundabit quo
viſurus eſt deũ:non pro interpoſito velamine pro-
pter infirmitatẽ contractã de ſordibus . vel ſecun-
dum Chryſ.Vnge caput,id eſt,Chriſtũ,oleo miſe-
ricordiæ,ſcilicet pauperes recipiẽdo: laua faciẽ, id
eſt,intentionem,propter deũ hoc faciendo.Et ſub-
dit,remouens intentionẽ prauam,[ne videaris ho-
minibus,] id eſt,ob laudẽ & gloriã hominũ quęrẽ-
dam ieiunare:ſed patri tuo cœleſti , cuius gloriam
tantũ debes in operibus tuis quærere,qui eſt in ab-
ſcondito cordium:quia ſcrutatur renes & corda ho Pſal.7.
minum: vel in abſcõdito remunerationũ, quas ab-
ſcondit timẽtibus eũ: vel quia deus in vita pręſenti
nõ põt à nobis videri,licèt pręſens ſit vbiq;. [Et pa
ter tuus,] qui nõ obliuiſcitur prolẽ ſuã,] qui videt
in abſcondito,] id eſt, approbat rectã, & ſecretam
intẽtionem, [reddet tibi,] talis ieiunij mercedem:

Sapien.10 quia reddet deus mercedem laborũ ſanctorũ ſuo-
G rum. Vbi Remigius: Sufficit enim tibi:vt qui eſt
inſpector conſcientiæ, ſit etiam remunerator. De
vtilitate autem & fructu ieiunij, ſic dicit Auguſt.
Ieiunij fructus. Ieiunium purgat mentẽ, ſubleuat ſenſum, carnem
ſpiritui ſubijcit, cor facit contritũ & humiliatum,
cõcupiſcẽtiæ nebulas diſpergit:libidinẽ extinguit,
* caſtitatis. charitatis* lumen accendit. Hîc ſecundũ Auguſt.
animaduertendum eſt,non ſolum iactantiã in cor-
Iactãtia in ſordidis. porum & rerum corporearũ nitore atq; pópa: ſed
etiam in ipſis ſordibus & ſqualore: & hoc eò peri-
culoſius eſt, quo ſub nomine ſeruitutis dei decipit:
Mediũ tenendũ eſt. quę tamẽ ex cęteris operibus cognoſci põt Et ideo
medium eſt tenendũ: quia nec nitor,nec ſqualor ni
Virt⁹ propter deum mius decet Chriſtianũ. Ex præmiſsis etiam per-
pende:ꝙ virtutes propter ſe & deũ,nõ propter ho-
mines ſunt appetẽdæ.Vnde Chryſ. Nõ paruus au-
tem fructus eſt, humanam gloriam contemnere:
per hoc enim aliquis à graui ſeruitute liberatur,&
proprius virtutis operator efficitur, eã amans non
H propter alios:ſed propter ſeipſam. Notanter verò
Oratio eſt auicula alis freta. orationi eleemoſynam & ieiunium adiungit:quia
oratio eſt quædam auicula quæ penetrat cœlũ, &
habet duas alas:ſcilicet eleemoſynã, & ieiuniũ: &
ideo primò agit de eleemoſyna, & vltimo de ieiu-
nio,& medio loco de oratione: quia ipſa oratio his
quaſi duabus pennis à dextris,& à ſiniſtris ſubleua
ta penetrat cœlum, & ipſa quaſi volando peruenit
Tobię 12. ad deum. Vnde in Tobia: Bona eſt oratio cũ ieiu-
Laus humana vitãda eſt in omnibus. nio & eleemoſyna.In omnibus ergo noſtris operi-
bus humanam laudem fugere debemus:quia vt di-
cit Boëtius:Sapiens bonũ ſuum nõ populari rumo-
re,ſed cõſcientiæ veritate metitur. Nõ ſolum autẽ
in operibus: ſed etiam in otio laus humana eſt fu-
Otiũ ambitioſum vitãdum. gienda. Vnde Seneca: Abſconde te in otio: ſed &
ipſum otium abſconde.Non inſcribas tibi philoſo-
phiam,alium propoſito tuo nomen impone:valitu
dinem imbecillitatẽ vocato & deſidiam. Gloriari
in otio, ambitio eſt.Animalia quædã inueniri poſ-
ſunt,quæ veſtigia circa ipſum confundunt cubile:
I idem tibi faciendũ eſt,alioquin nõ deerunt qui per
ſequantur.Optimum eſt,nõ iactare otiũ ſuum.Ille
ſe abſcondit, ille clauſus eſt, ille multis annis non
tranſit domus ſuæ limẽ.Conuocat turbã, quiſquis
otio ſuo aliquam fabulã impoſuit. Cùm ſeceſſeris
non eſt hoc agendũ, vt de te homines loquãtur:ſed
vt ipſe tecum loquaris. Quid in otio facis. Vlcus
meum curo.Si oſtenderem tibi pedem turgidũ, li-
uidam manum: ac contracti cruris aridos neruos,
permitteres me vno loco iacere & fouere morbũ:
maius malum eſt hoc quod nõ poſſum tibi oſtende
re.Nolo me laudes,nolo dicas:O magnũ virum,cõ
tempſit omnia: & damnatis humanæ vitæ furori-
bus fugit.Nihil damnaui niſi me,nõ eſt quod pro-
ficiendi cauſa venire ad me velis.Erras qui hinc au
xilij aliquid ſperas.Non medicus,ſed æger hîc ha-
bitat.Malo illa cùm diceſſeris dicas: Ego iſtũ bea-
tum hominem putabam & eruditum. Erexeram
aures,deſtitutus ſum:Nil vidi, nil audiui quod cõ-
cupiſcerem,ad quod reuerterer.Si hęc ſentis,ſi hęc
loqueris aliquid per profectum eſt. Malo ignoſcas
otio meo quàm inuideas.hęc Seneca.

## ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte, qui nobis in omnibus K
operibus tuis humilitatis exemplũ oſtendi-
ſti: ac vanam & inanem gloriã fugere do-
cuiſti, cuſtodi me quæſo intus & foris contra inſi-
dias ſuperbiæ: vt nullus pateat locus inimicis ani-
mę meę,& da mihi vt in eleemoſyna,oratione,ie-
iunio,& in cunctis bonis operibus laudẽ humanã,
& mundi fauorem nõ quærã: ſed purè propter dei
gloriam,& proximi ędificationẽ ea faciam,nec de
eis vnquã inaniter gloriari pręſumã:ne mercedem
hîc recipiens,in futuro vera mercede merear eua-
cuari,& nihilomin⁹ pœnis ęternis deputari.Amẽ.

## De oratione dominica. Caput XXXVII.

INter cætera autem quę de oratione
dicuntur, oratio dominica interſeri Matth.6.
tur, quæ multis ex cauſis orationi- Oratio dominica excellit.
bus cæteris antecellit, ſcilicet auto-
ritate doctoris,quia ipſius ſaluatoris
ore prolata fuit:breuitate ſermonis,quia facilè di-
citur,& citò profertur:ſufficientia petitionũ, quia
vtriuſque vitæ continet neceſſaria:& fœcunditate L
myſteriorum,quia immenſa cõtinet ſacramenta.
Vnde Chryſ. Dominus ſub cõpendio verborũ for- Orationis dominicæ excellẽtia & ſufficiẽtia.
mam orandi tradens diſcipulis,& ſummã & ſuffi-
cientiam omniũ petendorũ, tum beatitudinum:tũ
donorum omniũ,videlicet ad vitã præſentẽ & fu-
turam pertinentiũ complectitur In hac orationis
formula breuis paucitate verborũ:ſed ſufficiens cõ
tinentia omniũ petendorum, omni oratione ſpiri-
tualioris & ſanctioris: quia ex ore altiſsimi proceſ
ſit: quia petuntur & includuntur quæ in omnibus
alijs orationibus continentur. O quàm fidelis hæc
& beata nobis oratio eſt:cuius ordinẽ nobis doctor
vitę,ac magiſter cœleſtis inſtituit:quàm beati etiã
nos eſſe poſſumus,ſi huius orationis dominicæ ver
ba non tantũ officio oris: ſed etiã fideliſsimæ con-
uerſationis actu ſeruemus.Hanc itaq; formã domi
nus diſcipulis ſuis ad ſpẽ ſalutis humanæ orãdi cõ-
ſtituit, vniuerſa igitur quæ fidei ac ſaluti noſtræ
ſunt neceſſaria in hac breuitate orationis domini- M
cæ cõtinẽtur.hęc Chryſ.De ſufficiẽtia quoq; iſtius
orationis benedictæ: ſic dicit Auguſt. Quæcunq;
alia verba dicamus,quæ affectus orãtis format:nil
aliud dicimus,quàm quod in iſta oratione domini-
ca poſitũ eſt, ſi rectè & congruenter oramus. Et ſi
per omnia precationũ ſanctarũ verba diſcurras,ni
hil inuenies quod in iſta oratione dominica non cõ
tineatur:quiſquis autẽ id dicit quod ad iſtã euange-
licam precẽ pertinere non poſsit, carnaliter orat:
quod neſcio quomodo nõ dicatur illicitè, quando
renatos dominus nõ niſi ſpiritualiter docet orare.
hæc Aug.Cypria. etiã de oratione dominica dicit,
ꝙ Chriſtus in iſta oratione magiſterio ſuo omnẽ
precem noſtrã ſalutari ſermone breuiauit. Quare Orationis dominicæ breuitatis cauſæ.
autem hęc oratio tam breuis eſt,& tã pauca verba
cõplectitur:poſſunt aſsignari ſeptem rationes.Pri-
ma,vt citius addiſcatur.Secũda,vt melius retinea-
tur.Tertia,vt nullus de eius ignorantia excuſetur.
Quarta,vt frequẽtius dicatur. Quinta,vt tediũ in
dicendo remoueatur. Sexta, vt fiducia citò impe-
trandi tribuatur. Septima, vt in deuotione mentis
non in



A nõ in multiplicatione verborũ virtus orationis eſ-
Septem petitiones orationis dominicæ ſe oſtẽdatur.Omnes verò petitiones ſub ſeptena-
rio numero comprehenduntur: quia ſeptenarius
eſt numerus vniuerſitatis,& vniuerſitas omnium
rectè deſiderabiliũ in his cõprehẽditurpetitiõibus:
ideo rationabiliter oẽs petitiones ſub ſeptenario eſt
Partes octo. cõplexus.Habet ergo hæc oratio dominica, octo
partes.Prima eſt,captatio beniuolẽtiæ,quã ſequũ-
tur ſeptẽ petitiones.Captatur aũt beniuolẽtia tri-
Captatio beniuolentiæ. pliciter:ex parte rogati,quia pater, cuius filij ſu-
mus per fidẽ:ex parte rogãtium,quia noſter,nobis
datus per charitatẽ:ex parte aſſeſſorũ rogati, quia
[in cœlis]eſt,id eſt,in ſanctis,quorũ auxilio erigi-
mur per ſpem.Dicamus ergo.[Pater]in quẽ credi
mus,[noſter]quem diligimus,[qui es in cœlis,]de
quibus ſperamus,hæc enim tria faciunt orationẽ
Pater noſter de⁹ eſt dignam:ſcilicet motus fidei,charitatis,& ſpei.Ipſe
quidẽ d's dicitur pater noſter tripliciter,ſecũdum
Eſſe triplex. triplex eſſe quod ab eo accepimus:ſcilicet naturæ,
gratiæ & gloriæ.Eſſe naturæ dedit nobis in crea-
B tione:eſſe gratiæ,in recreatione,ſeu redeptione:&
eſſe gloriæ,in regni comitatione.Dicitur ergo pa
ter omniũ generaliter ratione creationis:ſed fide-
lium ſpecialiter,ratione adoptionis: nomine autẽ
Pater pro trinitate. patris intelligitur hîc tota trinitas:ſcilicet pater,fi
lius,& ſpiritus ſanctus.O quãta fiducia & fiducia-
lis audacia,ꝙ factura factorẽ,creatura creatorem
homo deũ patrem audeat nũcupare? Quis vnquã
auſus eſt in veteri lege talia præſumere?Nemo vti
que. Quia ſecundũ glo.deus antiquis vt ſeruis di-
Pater noſter iam dictus deus. cebatur dominus:nunc dicitur pater,cui nõ timo-
re,ſed amore ſeruimus. Vnde & Augu.Nunquam
inuenitur præceptũ populo Iſraël,vt diceret pater
noſter:ſed eſt eis inſinuatus tanquã dominus ſer-
Roma. 8. uis.Nos verò per ſanguinẽ domini Ieſu filij ado-
ptionis effecti,cõfidenter clamamus,Abba pater.
Et iterũ:Quo nomine&charitas excitatur.Quid
enim charius filijs eſſe debet q̃ pater?& ſupplex af
fectus,cũ homines dicunt,pater noſter.Et quædã
præſumptio impetrãdi,qua petituri ſumus.Quid
C enim nõ det iam filijs petentibus,cũ hoc ipſe autè
dederit,vt filij eſſent?Poſtremò quãta cura animũ
tangit,vt qui dicit,pater noſter,tãto patre non ſit
indignus.Admonẽtur hîc etiam diuites,vel gene-
re nobiles,ſecũdum ſeculum:cùm Chriſtiani facti
fuerint,nõ ſuperbire aduerſus pauperes & ignobi-
les,qm̃ ſimul dicũt pater noſter:quod nõ poſſantve
rè ac piè dicere,niſi ſe fratres eſſe cognoſcãt.Hęc
Aug.Vnde & Chryſ.Quãta domini circa nos di-
lectio,quãta miſericordia eius & pietas: quæ no-
bis tãtæ gratiæ munus indulſit,vt licenter domi-
num ac deũ noſtrum ſerui patrẽ dicere audeamus,
quo vocabulo nõ iam tãtum ſeruos,ſed etiam filios
dei eſſe demõſtrat:quia ergo tanti muneris gratiã
cõſecuti ſumus,quaſi filij dei agere & cõuerſari de
bemus:vt id nos eſſe quod dicimur ſpirituali actu
Orandum eſt pro omnibus. probemus,ne aliter agentes quam dei filios conue
nit,rei ſub vſurpatione tanti nominis teneamur.
Docet autẽ & generalem pro fratribus facere ora
tionem:nõ enim dicit,pater meus,ſed pater noſter
vt pro communi,ſcilicet corpore precem fundas:
& vbique nõ tam propria commoda,quã proximo
rũ requiras.Ab hoc aũt & inimicitias interimit,&
ſuperbiã reprimit,& inuidiã repellit,& matrẽ bo D
norũ oĩm charitatẽ introducit,& hũarũ rerũ inę-
qualitatẽ ꝓrſus excludit,& mutuã regis cũ paupe
re æqualitatẽ honoris oſtendit:ſi tñ in maximis &
ad ęternã gloriã neceſſarijs cõmunione ſociemur.
Cunctis enim vnam atque eãdem nobilitatem do Nobilitas & generoſitas omnibus vna data.
nauit deus,cùm dignatus eſt pater omnium voca-
ri.Hæc Chryſoſtomus.Admonemur hîc ad frater
nam vnionẽ & dilectionẽ:ſicut generi ab vno pa-
tre cœleſti per gratiã,ab vno etiã terreno per na-
turã pſalmato & creato à ſummo patre cœleſti,o-
mnes etiam de eodem luto formati:ne ſimus elati,
quaſi alij alijs clarioribus ſint orti natalib⁹.Per cœ
los aũt intelligũtur ſancti & iuſti,qui tẽplum dei Cœli pro ſanctis.
ſunt:quia in eis tanquã in tẽplo ſuo deus habitat.
Nam licet deus ſit in omnibus,per diuinitatis præ
ſentiã:eſt tamẽ ſpeciali modo in iuſtis per inhabi-
tãtem gratiam:& ſpecialiſsimè excellẽtia eius re-
lucet in beatis per gloriã.Vnde Aug.Rectè intelli
gitur quod dictũ eſt,[pater noſter qui es in cœlis,] E
in cordibus iuſtorũ eſſe dictũ tãquam in tẽplo ſan
cto ſuo.Simul etiã vt qui orat,in ſe quoque ipſo ve
lit habitare quẽ inuocat.Et cũ hoc affectat, teneat
iuſtitiam,quo munere inuitatur ad inhabitandum
animum deus.Hæc Augu. Vel[qui es in cœlis,]id
eſt,in ſecreto tuę maieſtatis,quæ adhuc celatur no
bis:ſecundum illud Eſaiæ:Verè tu es deus abſcõdi Eſa.45.
tus.In quo admonemur & ſanctos imitari in con-
uerſatione,ac ſecreta & abſcondita petere.Vel in
cœlis,id eſt,in illa cœleſti regione æternæ beatitu
dinis:vt commorationẽ vitæ præſentis velut pere-
grinam,& à patre noſtro nos ſeparantem,horren-
tes,ad regionem in qua patrem noſtrum commo-
rari fatemur,ſummo deſiderio properemus,& ad
illam tanquam ad patriã totã noſtrã intentionem
figamus.Admonemur etiam vt nihil admittamus
eiuſmodi,quod hæreditate paterna nos priuet.Et
per hoc ꝙ dicitur eſſe in cœlis,nõ excluditur quin Deus vbiq; eſt.
ſit vbique & in omnibus locis:quãuis enim vbique
ſit totus eſſentialiter,præſentialiter,& potentiali- F
ter:tamẽ dicit de eo[qui es in cœlis,] vt innuat ꝙ
cœleſtis pater cœleſtes vult habere filios:& ideo,
vt ait Chryſ.erubeſcant ſe terrenis rebus ſubſter-
nere,qui patrẽ habent in cœlis.Item vt orãtes cœ
leſtia petamus:& vt in cœlis hæreditatẽ filiorum
dei cogitemus.Itẽ,quia in cœlis magis relucet ſuæ
diuinæ operationis poteſtas & virtus,præcipuè &
potius dicitur eſſe ibi quã alibi:ſicut anima vbique
eſt in corpore,intenſius tamẽ dicitur eſſe in corde.
Vel ſecũdũ alios etiã dicitur eſſe in capite:quia ibi Animæ ſedes.
nobiles ſuæ operationes magis videntur apparere.
Iam nunc quę ſunt appetenda,videamus.Primùm
autem omnium quæ petuntur:hoc eſt,[Sanctifice Petitio prima.
tur nomen tuum,]id eſt,nomẽ tuum quod in ſe & Sanctificatio nominis dei.
ſemper venerabile eſt & ſanctum, glorificetur ac
ſanctum & celebre ſit:& oſtendatur in nobis,& in
corde credendo & amando,& in ore laudando &
prædicãdo:& in opere bene viuendo,vt ſcilicet in
noſtra vita & cõuerſatiõe ſpirituali ſanctus appa-
reas.Ita ergo dicit ſanctificari,ſicut clarificari,&
magnificari:non in ſe,ſed in nobis:nõ enĩ petimus
quòd

G

quòd aliqua ſanctitas ei de nouo accreſcat: quia hoc eſt impoſsibile, ſed ꝙ ſanctitas quæ æternaliter ineſt: reluceat amplius in creaturis, ac primò & principaliter quæratur in operibus humanis. vt ſecundū Apoſtolum: Omnia in gloriā dei faciamus.

1. Cor. 10.

Vnde Chryſ. Digna prorſus eius qui deū patrē appellauit oratio, nihil omnino prius quā pro illius gloria ſupplicare. Dignare, inquit, in tā mūda nos cōuerſatione ſeruare: vt per nos cuncti te omnino glorificēt. Sicut enim cū quis cœli pulchritudinē aſpicit, dicit gloria tibi deus: ſic etiā cū aſpicit alicuius virtutem, quia hominis virtus multo magis quā cœlū glorificat deū. Hæc Chryſô. Vel [nomen tuū,] ſcilicet paternitatis quo diceris pater: ſanctificetur, id eſt, cōfirmetur in nobis per perſeuerantiam & ſtabilitatē, ne à ſanctificatione nominis in aliquo diſcrepemus: ſed patris nomē in nobis tanquā in filijs vita & moribus oſtēdamus, vt nunquā per peccatum à filiationis gratia ſeparemur, vel à nobis gratia ſeparetur filiatiōis: ſed filij tui per gratiam ſemper maneamus, vt verè ſimus filij tui, quorum tu pater eſſe dignaris.

Nomē dei

H

Vel [nomē tuū,] id eſt, notitia tua ſanctificetur, id eſt, cōfirmetur in nobis per verā fidē: vt tu deus qui in te ſanctus es, ſanctus habearis ab hominibus: & ita omnibus innoteſcaris, vt nō exiſtimēt aliquid ſanctius quod magis timeāt offendere: & quod diligentius ſtudeant honorare. Deinde ſequitur ſecunda petitio: [Adueniat regnū tuum:] ſcilicet Eccleſiæ, id eſt, manifeſtetur hominibus: vt tu qui nunc regnas, ſemperq́; regnaſti in terris, ab hominibus ignorātibus regnare percipiaris & cognoſcaris: quibus regnum dei quāuis nunquā diſcedat de terris, tamē abſens eſt: ſicut lux præſens abeſt cæcis, & oculos claudētibus.

Petitio ſecunda orationis dominicæ.

De aduentu regni dei.

Vel [adueniat regnū tuū] ſcilicet gratiæ, quo quotidie regnas in ſanctis: quod fit cū diaboli imperio per extinctionē vitiorū de cordibus noſtris pulſo, tu in nobis per virtutum fragrantiā incipias dominari: vt non regnet diabolus, aut mūdus, vel carnalis affectus, ſeu vllū peccatum in nobis: ſed tu ſolus ſine illis. Vel [adueniat regnū tuū:] ſcilicet gloriæ, quod præſtituto tempore omnibus eſt perfectis, ac dei filijs generaliter repromiſſum. Vbi deſideriū noſtrū ad futurū regnū excitamus, vt nobis & ad nos veniat, & in eo regnare mereamur. Nā velimus vtiq; adueniet, & vtinam paratos inueniat.

I

Vnde Chryſo. Hoc quoque gratiſsimi omnino ſerui eſt, neque inhærere præſentibus, neque magnum aliquid ea quæ videntur putare: ſed ad partē ſemper vrgeri, ſemperq́; in futura geſtire. Quod certè de optima oritur conſcientia, & mente terrenis omnibus exuta. Qui enim iſto amore ſuccenditur, & hoc habet deſideriū: neque huius operibus & benignis inflari poterit, neq; aduerſis & triſtibus humiliari: ſed tanquā in ipſo cœlo habitās & conuerſans, ab vtraque erutus eſt in æqualitate. Et iterū: Sed magnæ fiduciæ & ſincerę conſcientiæ eſt hoc domini regnū: vt adueniat cōfidenter optare. Et idcirco quia vt regnū dei veniat ſemper oramus, tales nos in fide domini & mandatis eius exhibere debemus, vt futuro regno digni eſſe poſsimus. hæc Chryſô.

Aduentus regni dei optandus bonis.

Et ſic regnū dei eſt triplex: ſcilicet in Eccleſia, & in anima, atq; in vita æterna: nec poſſumus ad deū venire per gloriam, niſi ipſe primò veniat ad nos per gratiā.

Regnū dei triplex.

K

Poſt hæc ſequitur petitio tertia. [Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra,] id eſt, ſicut in angelis & electis, qui ſunt in cœlo perfecta eſt voluntas tua: vt voluntati tuæ conformati, pręceptis tuis obediāt, & tibi omnino adhæreāt: & inculpatè ſeruiant, teq́; perfruātur: ita fiat in hominibus qui de terra ſunt, & in terra cōuerſantur.

Petitio tertia.

Volūtatē dei fieri in cœlo & in terra.

Vel [fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra,] id eſt, ſicut in iuſtis, ita & in peccatoribus: vt ad te, ſcilicet vnū deū & verū cōuertātur: & vniuerſi nō ſuā, ſed tuā faciāt voluntatē, ac te credāt omnia quæ vidētur, vel aſpera vel proſpera pro noſtris vtilitatibus diſpenſare. Tantū enim ſpiritualiter intereſſe videtur inter iuſtos & peccatores, quātū corporaliter inter cœlum & terrā, & hoc accidit ex diuerſitate affectuum. Nā affectus iuſti eſt circa cœleſtia, peccatorū autē affectus verſatur circa terrena. Vel [fiat volūtas tua ſicut in cœlo & in terra,] id eſt, ſicut in ſpiritu, ita & in carne: vt caro nō cōcupiſcat aduerſus ſpiritū: ſed queādmodum bonus ſpiritus nō reſiſtat tibi, ita & corpus nō reſiſtat ſpiritui, & per conſequēs nec tibi, & vtroque omnia quæ odis, odiamus: & quæ diligis, diligamus: & quæ præcipis impleamus.

L

De volūtate dei: ſic dicit Cyprianus ſuper orationē dominicā: Volūtas dei eſt, quā Chriſtus fecit & docuit, humilitas in conuerſatione, ſtabilitas in fide, modeſtia in verbis, in factis iuſtitiā, in operibus miſericordia, in moribus diſciplina: iniuriā facere nō noſſe, & factā poſſe tolerare: cū fratribus pacē tenere: dominū toto corde diligere: amare in illo ꝙ pater eſt, timere ꝙ deus eſt: Chriſto nil præponere, quia nec nobis quicquā præpoſuit: charitati eius inſeparabiliter adhærere, cruci eius fortiter ac fidenter aſsiſtere, quando de eius nomine & honore certamē eſt, exhibere in ſermone conſtantiā qua cōfitemur, in quæſtione fiduciam qua congredimur, in morte patientiam qua coronamur. Hoc eſt cohæredem Chriſti velle eſſe, hoc eſt præceptū Chriſti facere: hoc eſt voluntatem patris implere. hæc Cyprianus.

Voluntas dei quę eſt.

M

Deinde ſequitur quarta petitio. [Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie,] id eſt, victum quotidianum corpori neceſſariū, nomine panis deſignatum. Et in hoc intelliguntur peti omnia vitæ neceſſaria. Vnde Auguſt. Sic ergo hîc ſufficientiā petimus à parte quæ excellit, id eſt, nomine panis totam ſignificantes. Panem ergo dicit, non carnes: non piſces, id eſt, nō aliquod ſuperfluū ſed tantum quod eſt naturæ neceſſarium, quod bene ſignificatur per panem: quia ſecundum Eccleſiaſticum: Initium vitæ hominis aqua & panis.

Petitio quarta.

Panis quotidianus.

Eccleſiaſtic. 29.

Et addit noſtrum, vt nemo ſibi tēporalia approprięt: quia ſecundum Chryſoſto. Omnia quæ nobis dat deus, ſiue orantibus, ſiue militantibus, non ſolum nobis dat: ſed etiam alijs per nos, vt de eo quod accepimus à deo: partē impotentibus faciamus. Qui ergo de laboribus ſuis indigentibus non præſtat, non tantum panem ſuum, ſed etiam alienum mādu ducat. Et qui de iuſtitia panem acquiſitum manducat, ſuum panem manducat: qui autem cum peccato, alienum. Nam illi deus dat panem, qui cum iuſtitia præparat: diabolus aūt ei qui præparat cū pctō.

Omnia cōmunia.

Panis noſter.

A

ſecundū Greg. noſtum hunc panē dicimus, & tamen vt detur oramus: dei enim eſt ex munere: quia ab illo datur & noſter fit ex perceptiōe, cùm accipitur. Dicit aūt quotidianū, nō annuum, vel ad plures annos prouiſum, & in horreis reſeruatum, quē Matthæus dicit ſuperſubſtantialē, id eſt, ſuperadditum ſubſtātię ad ſuſtentationē. Et ſecūdū Cyrillum: Ex eo etiā ꝙ quotidianum alimentum iuſſit quærere, videtur ꝙ nihil cōcedat eos habere, ſed magis honeſtè colere paupertatē. Non enim eſt habentium panē petere: ſed oppreſſorum penuria. Et ſubiungit, [da nobis hodie,] quia nec minimum habere poſſumus: niſi det ille qui dat eſcā omni carni. Vnde homo deuotus tali mente debet ſumere cibū: ac ſi ſibi de manu domini præſentialiter miniſtretur. Et addit [hodie,] id eſt, in pręſenti: vel [hodie,] id eſt, illum qui nobis hodie tātummodo ſufficit: vt de craſtino non cogitemus, quia neſcimus ſi in craſtinum proueniamus. O ſapiētia vera & diuina prouidentia, quæ docuit & panē ſolum petere, & hodie nominare: hoc enim dicto & auiditas & auaritia tollitur, & humanæ vitæ incertū inſinuatur.

B

Vel [panem noſtrū quotidianum da nobis hodie,] id eſt, panē ſpiritualē: ſcilicet præcepta diuina, quę quotidie oportet meditari & operari. Nā de ipſis dominus dicit: Operamini cibum, qui non perit. Quotidianus dicitur iſte panis, quādiu durat hæc vita temporalis. Dictum eſt aūt [da nobis hodie,] quod intelligitur pro toto tēpore huius vitę humanæ. In futura enim eis qui hîc meruerunt non auferetur: quia cibo ſpirituali in æternum ſaturabūtur.

Ioan. 6.

Vel [panem noſtrum quotidianum da nobis hodie,] id eſt, panem ſacramentalem, & viuum qui de cœlo deſcendit: qui eſt ſuperſubſtantialis, id eſt, ſuper omnes ſubſtantias, & vniuerſam ſuperat creaturā: qui panis noſter eſt in altari, & quotidie offertur pro ſalute fidelium, qui reficit animā, naturam corporis tranſcendentem, quo quotidie ad roborādum nos indigemus: quia quotidie labimur, & ad lapſum proni ſumus. Qui etiam vocatur quotidianus: quia quotidie ipſum ſumimus per miniſtros Eccleſiæ, qui hoc ſacramentum percipiunt pro ſe, & pro tota cōmunitate.

Euchariſtia.

C

Vnde Chryſ. Nō immeritò ſemper orare debemus vt hunc panem cœleſtem quotidie mereamur accipere, ne aliquo interueniente peccato, à corpore domini ſeparemur. Poteſt etiā adhuc de alio triplici pane exponi: ſcilicet doctrinali ſeu intelligentię, luctuali ſeu mœſtitiæ, & cœleſti ſeu glorię. De primo dicitur, cibauit illum pane vitæ & intellectus. de ſecūdo: Cibabis nos pane lachrymarū. de tertio: Qui māducat panem in regno dei. Et bene illa beata fruitio dicitur panis: quia ſicut panis corporalis ſatiat appetitū edentis, ſic fruitio illa ſatiat deſideriū cōtēplantis. ſecūdū illud: Satiabor cū apparuerit gloria tua.

Panis triplex.

Eccleſiaſtici 15.

Pſal. 80.

Pſal. 16.

Poſt hoc ſequitur petitio quinta: [Et dimitte nobis debita noſtra,] id eſt peccata quæ nos debitores pœnæ conſtituēt, & quibus obligamur ad pœnā: aut ſatisfactoriā, aut purgatoriā, aut æternā. Debita inquam & peccata quæcūque cōtra te cōmiſimus, vel contra proximos: vel contra noſmetipſos. Item cōtra te patrē, & cōtra te filium: vel contra ſpiritum ſanctū. Itē corde, vel ore, vel opere, vbi Cyprianus: Et ne quis ſibi quaſi innocens placeat, & ſe extollēdo plus pereat, inſtruitur ſe peccare quotidie, dū pro peccatis quotidie iubetur orare.

Petitio quinta.

Debita noſtra.

D

[Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.] Ecce regula nobis propoſita, ꝙ ſi volumus nobis dimitti peccatū noſtrū, debemus dimittere proximo pctm̄ in nos cōmiſſum. vt ſecundū Greg. Bonū quod à deo cōpuncti petimus, hoc ipſum primo proximo cōuerſi faciamus. Vnde Cyprianus: Qui ergo pro peccatis orare nos docuit, paternā miſericordiā promiſit: ſed planè addidit legē, certa conditione nos cōſtringens vt ſic nobis debitū dimitti poſtulemus, ſecundum quod & noſipſi debitoribus noſtris dimittimus. Vnde & Chryſ. Non aūt dixit vt prius nobis deus dimittat, & poſtea nos debitorib[9] noſtris. Scit enim deus homines eſſe mendaces: qm̄ & ſi acceperint remiſsionē peccati ſui, ipſi ſuis debitoribus nō dimittūt: ideo ſic dicit vt prius dimittamus, & poſtea petamus dimiſsionē. Et iterū: Hæc igitur animaduertentes grates agendæ ſunt debitoribus noſtris: fiunt enim nobis, ſi ſapimus, cauſa indulgētiæ maximæ, & pauca exhibētes plurima recipiemus. Nā & nos multa debemus & magna debita domino, quorū ſi minimā partē à nobis vellet exigere, iā periſſemus. Hæc Chryſ.

Dimittere debem[9] prius quā dimittet nobis.

E

Sed quid de illo qui nō ſatisfacere vult cū pōt, nec veniam poſtulare cū non poteſt: ſanè diſtinguendum eſt. Is enim qui viā perfectionis arripuit, debet etiā non petendi veniam omnimodis indulgere, non ſolum rancorem animi dimittendo: ſed ſine ſatisfactione iniuriarū, ſine reſtitutione rerum: ſine interuentu præcum omnia dimittere, & ex puro corde diligere: & ad hoc tenētur perfecti, quia ſic cōſilium eſt. Qui verò nondum perfectionis votum aſſumpſit, tenetur quidem rancorem animi dimittere: vt nec malum inimici velit augeri, nec bonū eius minui: ſed quod in eum deliquit, aliqualiter ſatisfieri, & ad hoc tenentur omnes: quia ſic pręceptum eſt.

Dimittendū etiā nō petētibus.

Remiſsio ergo offenſæ eſt de neceſsitate, quia homo tenetur eſſe in charitate & oēs diligere, ſed remiſsio iniuriæ nō eſt neceſsitatis: ſed ſupererogationis. Sicut enim pecuniā ablatā nō tenetur quis auferenti dimittere, ſed pōt eā repellere, ſic pro iniuria ſibi illata pōt recōpenſationē per emēdam petere, ſecundum ordinē iuſtitiæ.

Remiſsio offenſæ.

Remiſsio iniuriæ.

F

Nā ſecūdum Auguſt. Nō loquitur de debito pecuniæ ſiue iuſtitiæ exigendę: ſed rancoris & inimicitiæ nō reinferēdę. Quia verò ſunt culpę, in quibus culpa eſt vindictā relaxare: & ſi peccatū in nos teneamur dimittere, peccatum tamē in deū, & peccatū in proximum debemus punire. Vnde Hierony. Si peccauerit in nos frater noſter, & in qualibet cauſa nos læſerit: dimittēdi habemus poteſtatē, imò neceſſitatem. Sin autē in deū quis peccauerit, nō eſt noſtri arbitrij. Nos ecōtrariò in dei iniuria benigni ſumus, in noſtris cōtumelijs exercemus odia. Hæc Hiero. Qui ergo laborat odio vel inuidia, grauatur magis hac oratione quàm iuuetur ea. Tale enim eſt ac ſi dicat: Noli mihi dimittere peccata mea: quia nec ego volo alijs dimittere ſua. Ecce quantum deteſtetur

Culpę puniendæ.

ſtetur dñs fraternũ odium,cùm ita cõditionaliter
G &non aliter dimittat pct̃m̃,ſi ſcilicet fratri dimiſerimus. Nam vt ait Anſelmus:Indulgentiã nõ habebis,niſi dederis.vt dicit Seneca: Alteri ſemper ignoſce,tibi ipſi nũquã. Deinde ſequit̃ ſexta petitio:

Petitio ſexta.

[Et ne nos inducas in tẽtationem,[ſcilicet carnis:vt nos nõ abſorbeat per voluptatẽ:vel mũdi,vt nos non cõburat per cupiditatẽ:vel diaboli vt nos nõ perdat per iniquitatẽ. Eſt aũt tentatio duplex.

Tentatio duplex.

Vna ſcilicet probationis,& hac deus ſanctos bene tentat,nõ vt ipſe per hoc de eis notitiã capiat:cui ante oẽs tentationes quiſque notiſsimus eſt:ſed vt ipſi ſeipſos probent,& ſibijpſis innoteſcãt qui ſe neſciebat. Alia eſt tẽtatio deceptionis,& hac deus neminẽ tentat:ſed fit à carne quæ ſuggerit mollia,& à mundo qui offert vana,& ab hoſte qui ingerit amara:ſed deus bene permittit in hanc induci ex cauſa.

Induci in tẽtationẽ. 1.Cor. 10.

Vnde eſt ſenſus[ne nos inducas,] id eſt, ne permittas nos induci in tentationẽ,& tentari ſupra id quod poſſumusferre:ſed fac cũ tẽtatiõe etiã exitũ,vt poſsimus ſuſtinere:ne irretiti teneamur
H & ſuperemur eius fortitudine.q.d. Et ſi nos permittas duci per ſenſum vt exercitemur,non tamẽ permittas induci per conſenſum vt ſuccũbamus.

Permiſſa à deo. Exod. 10. Amos 3.

Cauſaliter quidẽ efficiendo deus per ſeipſum non inducit,ſed permiſsiuè & deſerẽdo patitur induci eũ quẽ ſuo auxilio deſerit:ſicut cor Pharaonis indurauit,id eſt,indurari permiſit:& ſicut dicitur ꝙ non eſt malũ in ciuitate quod dñs nõ facit,id eſt, quod fieri nõ permittat. vbi Cyprian⁹: Qua in parte oſtenditur cõtra nos nihil aduerſariũ poſſe:niſi deus antè permiſerit,vt omnis timor noſter & deuotio cõuertatur in deũ.

Duci & induci in tẽtationem.

Aliud eſt in tentationẽ duci,& aliud induci. In tentationẽ enim ducitur qui à tẽtatione pulſatur:ſed nõ deijcitur. In tẽtationẽ inducitur qui tẽtatiõi ſuccũbit,& ab ea ſeparatur. Induci enim eſt intus duci,& ſuccũbere.

Tẽtari nõ eſt malũ.

Oſtendit ergo nõ id à nobis orandũ eſſe vt nõ tẽtemur,quia tẽtari non eſt malum:ſed magis vtile,& ad virtutis exercitiũ quando viriliter reſiſtitur. Nam ſine tẽtatione nemo poteſt probatus eſſe,ſiue ſibijpſi,ſi
I ue alij:ſed ne deſerti eius adiutorio per blanda vel aſpera in tẽtationẽ per conſenſum inducamur,ne alicui tẽtationi vel conſentiamus decepti,vel cedamus afflicti:& ſic ab ea deuincamur à deo deſerti.

Blanda facilius decipiunt.

Sed qui blandis nõ decipitur,etiã aſperis non deijcitur:quia vt dicit Augu. Nemo frangitur rerum aduerſarũ moleſtia,qui proſperarũ delectatiõe nõ capitur. Et iterum:Primò itaque vitãdæ ſunt delectationes,poſtea dolores. Quomodo enim ſuperare poteſt mundum ſæuientẽ,qui non poteſt blandiẽtem? Sic ergo dominus voluit nos ad ſe in tẽtationibus recurrere,&non de nobis præſumere. Vnde Augu. Voluit ergo deus à ſe poſci,ne inferamur in tẽtationẽ,quod poterat nobis etiam nõ orantibus dare:quia voluit nos admoneri à quo hæc beneficia accipiamus. In quo vt dicit Cyprianus: Admonemur infirmitatis & imbecillitatis noſtræ,ne quis ſe inſolenter extollat:vt dum præcedit humilis & ſubmiſſa confeſsio,& datur totum deo quicquid ſuppliciter petitur,ipſius pietate præſtetur. Poſt hoc ſequitur petitio ſeptima & vltima:

Petitio ſeptima.

[Sed libera nos à malo,]ſcilicet omni,vel innato quod cõtrahimus:ſcilicet originali,vel adiecto quod cõmittimus,ſcilicet actuali,vel inflicto quod ſuſtine
K mus:ſcilicet pœnali,id eſt,pœna cõſequenti.

Malũ multiplex. Malũ à quo liberari petimus.

Vel à malo omni,viſibili & inuiſibili,id eſt,culpæ & pœnæ:vel à malo omni:ſcilicet præterito, præſenti, & futuro. Et notãdum ꝙ hæc petitio nõ intelligitur de malo culpæ iam perpetratæ:quia tunc coincideret cũ quinta petitione:ſed culpæ inſtãtis perpetrari poſsibilis,à quo malo liberari nos petimus, ne videlicet peccemus. Item nõ intelligitur de malo pœnæ futuræ:quia tunc concideret hæc petitio cũ ſecunda,ſed pœnæ præſentis inquantum eſt nobis cauſa & occaſio ruinę. Poteſt etiã accipi de malo pœnæ futuræ,ita quod petamus ſic nos liberari à malo præſenti:vt nõ incurramus malum pœnæ futuræ. Et ab omnibus prædictis petimus liberari orãtes,& loquentes in perſona Eccleſiæ. Sed qui vult à malis liberari,ſtudeat malis proximis cõpati:quia qui vult impetrare miſericordiã à deo,neceſſe eſt vt exhibeat eã proximo. Deinde ſequitur concluſio totius orationis præmiſſæ,cùm dicitur:
L [Amen,]id eſt,fiant omnia prædicta.

Amen.

Quo verbo deſiderium orantis exprimitur: quia eſt verbum optatiuum reſpectu bonorũ præcedentiũ,& optatio impletionis omnium petitorum. Hoc verbum amen additum à Ioanne:quia angelicum eſt ſicut & alleluia nulla lingua præſumpſit trãsferre.

Amen & alleluia cur non interpretata ſunt.

Hoc autem verbum eſt Hebræum,&nec Græcus interpres auſus eſt interpretari,nec Latinus,propter reuerẽtiam ſaluatoris qui ad confirmandam veritatem ſæpe eo eſt vſus. Sic manſit & nõ eſt interpretatum vt honorẽ haberet velamẽto ſecreti,non vt eſſet negatũm:ſed ne vileſceret nudatum. Ponitur autem quandoque nominaliter vt in Apocalypſi, vbi dicitur:Hæc dicit amen,id eſt,veritas:quãdoque verbaliter:vt vbicunque in Pſalmiſta dicitur: fiat fiat,idem eſt quod amen amen:& ſic ponitur in fine orationum vt hîc:quandoque aũt aduerbialiter,vt in euangelio vbicunque dicitur:amen dico
M vobis,id eſt, Verè & fideliter.

Amen triplicẽ efficaciam habet.

Habet aũt hęc dictio amẽ poſita in fine,triplicẽ efficaciã & virtutẽ. Nã cõcludit orationẽ:quia ſecũdũ Hiero. eſt orationis ſignaculũ:vt ſicut per ſigillũ clauditur ſcriptura, ſic per amẽ clauditur oratio. Recolligit etiã intentionẽ:nã qñ dicitur amẽ,intentio ſummatim fertur ſuper omnia præcedentia,& ſi aliquid ex fragilitate humana per diſtractionẽ mentis in oratione abſque actuali intẽtione pertranſitũ fuerit:ad id intẽtio redit dicẽdo amẽ. Impetrat nihilominus exauditionẽ:eſt enim amẽ exauditionis nota & ſignũ. Vnde Rabanus:Per hoc ꝙ dñs dixerat amen, ſignat indubitãter illis à domino conferri omnia quæ ritè poſtulãt:qui cõditionis additæ ſeruare pactũ nõ negligunt,quæ quidẽ cõditio eſt dimittere debitoribus noſtris de qua dictum eſt. Hæc Rabanus:

Fiat.

O domine parũ eſt quòd dixerim amẽ vel fiat optando:niſi tu dicas amen imperando,id eſt,fiat. O magnificum & efficaciſsimũ verbum fiat, hoc enim verbo tu pater ſumme in principio,id eſt,in verbo tuo coëterno omnia creaſti,dixiſti & facta ſunt:hoc etiã verbo nos perditos reparaſti dicente illa



illa ſanctiſsima reparatrice noſtra ad angelũ, fiat
A mihi ſecundũ verbum tuum.

Lucæ 1.

O ſalutiferum verbum fiat,ò amen, ô fiat: ó verbum omnipotentiæ, verbum miræ efficaciæ. Eia mi domine Ieſu bone,verbum patris,comple tu orationẽ meam:perfice tu verba mea per te dictata,& in os meum cõmendata,perfice eã & dic amen, dic fiat: dic mihi ſicut dixiſti illi mulieri Syropheniſſæ , fiat tibi ſicut vis.

Matth. 15.

O dulcis amor Ieſu,ò dulcis veritas,ò dulce amen,ò dulce verbum fiat:fiat mihi ſecundũ verbũ tuum,fiat amen.

Petitiones à Luca omiſſæ.

Et ſciendũ ꝙ Lucas omittit duas petitiones orationis dominicæ,ſcilicet tertiã & ſeptimam:quia tertia cõtinetur in duabus pręcedentibus,& ſeptima in ſexta. In ſanctificatione enim animæ quæ petitur in prima , & in reſurrectione carnis quę petitur in ſecũda,impletur diuina volũtas quæ petitur in tertia. Vel ſi gloriam dei principaliter quęramus:& participationẽ regni eius,quę continẽtur in duabus primis petitionibus bene voluntatẽ eius facimus, & eius volũtatis impletur in nobis,quod cõtinetur in tertia: quia ad hoc præci-
B puè voluntas dei tẽdit vt eius ſanctitatẽ cognoſcamus,& cum ipſo regnemus. Similiter ſeptima cõtinetur in ſexta:vt ſciat vnuſquiſq; ſe liberari à malo,cùm nõ inducitur in tentationẽ. Si enim in tentationem nõ inducimur ei ſuccumbẽdo: ſed magis præualemus reſiſtendo,bene liberamur à malo. Et ſic quod Matthæus dicit explicitè,Lucas cõplectitur implicitè,vt aũt dicit Aug.

Ignoſcẽdi neceſsitatem oſtendit.

Nõ negligẽter prętereundum eſt, ꝙ ex omnibus his ſentẽtijs quibus nos dominus orare pręcepit,eã potiſsimũ commẽdandam eſſe iudicauit quę pertinet ad remiſsionẽ peccatorũ:in qua nos miſericordes eſſe voluit,quod vnũ eſt conſilium miſerias euadẽdi.

Paciſcimur cum deo.

In nulla enim ſentẽtia ſic oramus: vt quaſi paciſcamur cũ eo. Dicimus enim dimitte nobis,ſicut & nos dimittim⁹. In qua pactione ſi mentimur,totius orationis nullus eſt fructus, Hęc Aug. Vnde poſt orationẽ ſubiũgitur:[Et cùm ſtabitis ad orandũ , dimittite ſi qđ habetis aduerſus aliquem: vt & pater veſter qui in cœlis eſt,dimittat vobis peccata veſtra:] Vnde ait
C Chryſo. Ideo cœlorũ & patris meminit,vt ex hoc prouocet auditorẽ.

Aſsimilari deo.

Nihil enim ita deo aſsimilat,ſicut iniuriam facientibus ignoſcere. Incõueniẽs eſt autem ſi talis patris filius exiſtẽs feralis efficitur, & ad cœlũ vocatus terrenum quendã & vitæ huius proprium habet ſenſum. hæc Chryſo. [Si enim dimiſeritis, ]non retinẽdo rancorẽ: non appetẽdo vindictam, [hominibus peccata eorũ:] ſcilicet in vos commiſſa [dimittet vobis pater veſter cœleſtis delicta veſtra. Si aũt nõ dimiſeritis hominibus,nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra.]

Peccata ſunt hominis propria.

Bene dicit veſtra, quia hæc eſt ſola operatio hominis & poſſeſsio:ſcilicet peccatũ: in malum enim põt per ſe,non in bonũ. Ecce lex ô homo tibi à domino poſita eſt. Si enim dimiſeris,dimittetur tibi: ſi nõ dimiſeris,nõ dimittetur tibi. Vnde Cyprianus: Excuſatio enim tibi nulla eſt in die iudicij:cùm ſecũdum tuam ſententiã iudiceris, & quod feceris hoc ipſe patieris. vbi & Chryſo.

De venia danda.

Poſt impletã orationis formulam nullius prorſus mãdati meminit,niſi iſtius certè quoad dandũ nos veniam cõcitauit. Ait quippe: [Si dimiſeritis hominibus peccata eorum: dimittet & vobis pater cœleſtis peccata veſtra.] D
Itaq; à nobis tota hæc res ſumit exordiũ: futurũq; de nobis in noſtra eſt poteſtate iudicium. Ne enim vel irrationabilis quiſpiam , aut in magno aliquo, aut in exiguo delicto de iudicio dei cõqueri poſſet, ipſum reũ dominũ illius fecit eſſe ſentẽtiæ. Quẽadmodum,inquit,tuipſe iudicaueris, ita tibi etiam iudicabo. Si enim dimiſerit cõſeruo tuo:à me quoque eandem gratiam conſequeris. Et certè nequaquam iſtud ęquale eſt. Tu enim remittis,cùm ipſe quoq; remiſsione indigeas : deus verò cùm nullius vnquam indigeat,ignoſcit. Tu conſeruo remittis: deus ſeruo. Et tu quidẽ mille peccatorũ reus , deus verò ab omni peccato extraneus. Et tamẽ ſic quoque abundantiã proprię miſerationis oſtendit:quo non igitur digni ſupplicio ſumus,cum tali enim à deo poteſtate donata, ipſi ſalutis noſtræ efficimur proditores. Quemadmodum verò in alijs cauſis vt audiamur rogamus,qui nobis ea ipſa quorũ domini ſumus nõ impendimus. Nihil eſt quod ſic dei ſi- E
miles faciat,vt malignis atq; lædentibus eſſe placabilem.

Cur pluraliter fiant preces.

Propterea & per ſingula quęque verba nos communes fieri orationes docet:dicendo pater noſter,&c. plurali vbiq; numero nos vti docẽs, vt proximis per cũcta placati,ne veſtigium quidẽ in nobis iracũdiæ relinquamus. Quòd ſi vnius diei ſaltẽ vellemus noſtra peccata dinumerare, tunc optimè diſceremus quantorũ rei eſſemus malorũ. Quis igitur veſtrum in oratione nõ habet deſidiã? Quis nõ ſuperbię eſt inflatus tumore? Quis non inanis gloria aurula ventilatus? Quis non de fratre detraxit? Quis nõ cõcupiſcentiã admiſit malignã,vel impudicis oculis aſpexit? Quis non inimici cũ paſsione animi recordatus eſt? Quis non æmuli ſui aut cruciatus eſt proſperis,aut delectatus aduerſis? Verũtamen tot ac talium peccatorũ compendioſum nobis ac facilẽ deus viam liberationis dedit, totiuſq; laboris alienã. Quis enim labor eſt fratri indulgere mœrẽti? Labor quidẽ in remittẽdo nullus,in retinendo verò inimicitias maximus. Si quidẽ iracũ-
dia liberari magnã menti reddit quietem,& valde F
hoc eſt facile volenti. Sufficit velle tantũmodo, & omnia continuò peccata deleta ſunt. Hæc Chryſo. Igitur vt ait Augu. Amplectenda eſt homini tam benigna cõditio:vt dimittẽdo delicta aliena,diluat ſua.

Dimittendi & ignoſcendi meritum.

Nam ſecundũ eundem multa ſunt eleemoſynarum genera,quas cùm facimus adiuuamur vt dimittantur nobis peccata:ſed ea nihil maius eſt quã cùm ex corde dimittimus quod in nobis quiſq; peccauit,nec ſimus pigri ad dimittẽdũ alijs:qui enim, vt ait Chryſo. remiſit proximo,ſe prius quàm illũ de reatibus liberauit.

Ira frenãda eſt.

Vnde & Greg. Si cogitauerimus quoniam non ei qui cõtriſtauit nos,ſed nobiſipſis largimur, citò dimitteremus venenũ iræ. Ad dimittendum aũt alijs neceſſe eſt frenare irã, quæ frequenter nos ſtimulat ad vindictam. Vnde Aug. Fratres mei exercete vos quantũ poteſtis ad exhibendam manſuetudinẽ,etiã erga inimicos veſtros. Frenate irã quę vos ſtimulat ad vindictam. Si vindicare te vis de inimico tuo ad ipſam iram te conuerte:quia ipſa eſt inimica tua, quæ occidit animã tuam.

tuam. Oraturus es deum, ventura eſt hora vt dicas G pater noſter qui es in cœlis: venturus es ad illũ verſum, dimitte nobis debita noſtra. Quid ſequitur? ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, ibi illa inimica ſtat contra te. Sepit viam orationis tuæ. Murum erigit, & non eſt qua tranſeas. Non ſæuias contra inimicum tuum, in iſtam ſæuias. Melior eſt qui vincit iram, quàm qui capit ciuitatem. Non potes illam interimere, potes iſtam reprimere. Si fortis es iram vince, & ciuitati parce. Hæc Auguſtinus.

ORATIO.

Expoſitio breuis orationis dominicæ ꝑ ternas particulas.

Pater noſter: excelſus in oratione, ſuauis in amore, diues in hæreditate. Qui es in cœlis: ſpeculũ æternitatis, corona iucunditatis, theſaurus fœlicitatis. Sanctificetur nomen tuum: vt nobis ſit mel in ore, cithara in aure, deuotio in corde. Adueniat regnum tuũ: iucundum ſine permixtione, tranquillum ſine perturbatione, ſecurum ſine amiſſione. Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra: vt omnia quæ odis, odiamus: quæ diligis, diligamus: quæ tibi placent, impleamus. Panem no-
H ſtrum quotidianum da nobis hodie: ſcilicet doctrinalem, pœnitentialem, virtualem. Et dimitte nobis debita noſtra: quæcunq; cõtra te commiſimus, aut contra proximos, vel cõtra noſmetipſos. Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: qui nos offenderunt verbis, vel in perſonis, aut in rebus. Et ne nos inducas in tentationem: mundi, carnis, dæmonis. Sed libera nos à malo: præſenti, præterito, & futuro. Amen.

De non theſaurizando in terra: ſed in cœlo.
Caput XXXVIII.

Matt. 6. & Lucæ 12.

Theſaurizandũ nõ eſſe in terris.

Deinde docens perfectum cõtemptũ terrenorũ propter deum: ponit prohibitionem de collocando theſaurũ in periculo, ne ſcilicet theſaurizemus [in terra, vbi erugo,] id eſt, æris rubigo conſumit: & in hoc tangitur corruptio diuitiarum artificialium, vt auri & argẽti: ac cæterorũ metallorum, [& tinea,] id eſt, vermis [demolitur] & in hoc tãgitur corruptio diuitiarũ naturaliũ: vt
I bladi, vini, veſtimentorum, & conſimilium [vbi fures effodiunt & furãtur,] hoc dicit propter lapides pretioſos, qui licèt nõ poſſint rubiginari: nec à vermibus corrodi, tamẽ poſſunt à latronibus tolli. Sed væ nobis, quia totũ contrariũ facimus. Vnde Chry. Quid dicam de illo mandato quo iubemur nõ theſaurizare ſuper terrã: quod fortè quidẽ faciunt pauci. Cæteri verò quaſi econtrariò audierunt præceptum, & quaſi dictum ſit ad eos, theſaurizate omnimodis ſuper terras: ita relinquẽtes cœlum, adhærent terræ, & inſaniũt erga pecuniã congregendã. hæc Chryſ. Deinde ſubdit admonitionem de theſauro reponendo in tuto: vt ſcilicet theſaurizemus in cœlo, vbi nec erugo demolitur: quia ibi nulla vetuſtas, nec tinea: quia ibi nulla paſſibilitas, & vbi fures non effodiunt, nec furãtur: quia ibi nulla violentia vel fraus. Excellentiſſimus modus theſaurizandi eſt, quando bona tẽporalia, & tranſitoria in pios vſus conſumuntur: & ſic in bona ſpiritualia & æterna, & per cõſequens incorruptibilia commutãtur. Non ergo theſaurizemus in terra emolimẽta terrenorum: vbi recondita deficiunt & perduntur, & vnde ſumus exituri: ſed in cœlo præmia meritorũ, K vbi recondita proficiunt & ſeruãtur, & vbi ſemper ſumus manſuri. Vnde Hiero. Stultitia eſt illic theſaurum reponere vnde exiturus es, & illuc nõ præmittere vbi ſemper victurus es. Illuc ergo ſubſtantiam tuã colloca: vbi patriam habes. vnde & Greg. Iuſti hîc ædificare & theſaurizare negligũt, vbi peregrinos & hoſpites ſe eſſe cognoſcunt: nam quia in proprijs gaudere deſiderãt, in alieno fœlices eſſe recuſãt. Vnde Chryſ. Qui enim collocat theſauros in terra, non habet quod ſperet in cœlo. Vt quid ergo aſpiciet in cœlum, vbi nihil repoſitum habet? Hæc Chryſo. Quia verò vnuſquiſq; illuc peruenire deſiderat: vbi ſuas diuitias reconditas eſſe cognoſcit, beatus eſt qui diuitias ſuas in cœlo repoſuit: vt ſemper ibi mentẽ habeat, ſemperq; illuc omnibus viribus & deſiderio tẽdat, quia vt ſubditur: [Vbi eſt theſaurus tuus,] id eſt, res à te amata & deſiderata: ibi eſt cor tuũ & affect⁹ tuus. Neceſſe eſt enim vt quò præceſſit dilectionis theſaurus, illuc & cogitationis ſequatur affectus. Nã ſecundũ Augu. Amor eſt L animæ pondus, portãs eã quocũq; ipſe fertur: & anima verius eſt vbi amat quàm vbi animat. Vñ Fulgentius: Vt ergo in cœlis cõtheſaurizemus, cœleſtia diligamus. Vis noſſe vbi theſaurizas, attende quod amas: vis noſſe quod amas, attẽde quod cogitas. Ita fiet vt theſaurum tuũ ex tuo amore cognoſcas, & amorẽ tuum iudicio tuæ cogitationis intelligas. & ideo vt dicit Greg. In tot partes cor diuiditur, quot ſunt ea quæ diligũtur. Vnde & Chryſ. Ne theſaurizaueris theſauros in terra: tineæ enim & vermibus & furibus ea cõgregas. Si aũt & hæc effugeris nocumenta, & nihil horũ erit in ſeruitutẽ: redactum eſſe cor tuũ & affixũ eſſe inferioribus omnino non effugies, in ſeruitutẽ redactũ eſſe intellectũ ęgritudine hac multo difficilius eſt quàm habitare carcerem. Nõ paruã ſuſtinebis iacturã inferioribus affixus, & ſeruus pro libero factus: & à cœleſtibus bonis cadẽs, & nil excelſorũ cogitare potens, propter hoc & gẽtiles non credũt his quę à nobis dicuntur: de actibus enim nõ de ſermonibus noſtris futurorũ M volunt habere documentũ. Nũc verò cùm videant ędificari à nobis ſplendidas domos, agros emi, balnea atq; hortorũ amœnitates parari: nolũt credere ꝙ ad alterius nos vrbis profectionem paremus. Si enim, inquiunt, verũ eſſet iſtud, vendentes prorſus cuncta quę poſſident illuc profectò præmitterent. Hęc igitur cõſiderãtes vincula tãti abrũpamus errori. Qui enim pecuniæ ſeruit, & præſentibus cõpedibus ſtringitur, & futuris paratur. Qui verò iſtius cupiditatis immunis eſt: vtraq; libertate potietur. Quã vt cõſequamur grauiſſimũ auaritię cõterentes iugũ ad cœli faſtigia ſubleuemur. hęc Chryſo. Vnde & Anſ. Vileſcat tibi mundus: omnis amor carnalis ſordeat. Neſcias te eſſe in hoc mũdo, quoniam ad illos qui in cœlo ſunt & deo viuunt tuum transtuliſti propoſitũ: vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuũ: noli cũ argẽteis ſimulachris vili marſupio tuũ includere animũ, qui nunquã cũ nummorũ pondere poterit tranſuolare ad cœlũ. hoc aũt ſecundum Hiero. non tantũ intelligendũ eſt de theſauro pecuniæ:

Theſaurizandi modus excellẽtiſſimus.



pecuniæ: ſed vniuerſaliter de cunctis voluptatibus
A ac poſſeſſionibus, &c. Guloſi deus venter eſt, luxurioſi theſaurus epulę ſunt, laſciui ludicra, amatoris libido, auari pecunia: & ſic intelligendũ eſt in alijs: huic enim ſeruit vitio vnuſquiſq; quo vincitur: & ibi habet cor, vbi theſaurũ: & ad hanc conuerſionẽ cordis ad amorẽ paſſionum & rerũ huiuſmodi, ſequitur auerſio à deo. Si ergo in cœlo eſt, mundum eſt: quia munda ſunt cœleſtia. Si autem in terra volutatur, id eſt, ſi quid agat vt terrena conſequatur: quomodo mundum eſt? Vnde Augu. Sordeſcit aliquid, cùm inferiori naturæ miſcetur, quãuis in ſuo genere nõ ſordidetur: quia etiã de puro argẽto ſordidatur aurũ, ſi miſceatur: ita & anim⁹ noſter terrenorũ cupiditate ſordeſcit, quis terrena in ſuo genere mũda ſint. Igif vt ait Richar. Quæcũq; in mundo cõcupiſcis, quęcũq; in mũdo metuis, impẽde liberter pro libertate cordis: quia vt dicit Aug. totũ mũdũ debet contẽnere qui ſibi theſaurizat in cœlo. Et ne timor ſurrepat diffidentiæ habendi vitæ neceſ-
B ſaria, cõſequẽter excludit diffidẽtiã quę naſci poſſet ex cõditiõe, ꝓpria dicẽs: [Nolite timere puſill⁹ grex,] id eſt, congregatio humiliũ, [quia cõplacuit patri veſtro,] cœleſti dare vobis regnũ,] non quidem ob merita veſtra: ſed ex mera liberalitate & bonitate ſua diuina. Quaſi diceret: Ex quo regnũ cœlorum paratũ eſt vobis, parum deberis curare de terrenis. Non enim de vitæ neceſſarijs debet diffidere, cui regnũ vitę promittitur, in quo omnis ſufficientia habetur. Dicitur autẽ grex, propter fidei obedientiã: puſillus, propter voluntarię paupertatis & humilitatis deuotionẽ, qua peruenitur ad cœleſtis regni poſſeſſionem. Vel puſillus dicitur grex electorũ, reſpectu maioris numeri reproborũ: quia pauci erant fideles reſpectu infideliũ, & pauci ſunt electi, reſpectu reproborum. Vtinã & ego merear de illis paucis vel minimus eſſe, & cũ eis regnum percipere. Peruenitur etiã ad regni opulentiã per conſiliorũ ſupererogationẽ, quibus itur ad perfe-
C ctionem: & ideo ſubiungit dicẽs: [Vẽdite quę poſſideris,] etiã neceſſaria: & date eleemoſynam, quæ ad idem regnũ via eſt: facite vobis ſacculos, id eſt, repoſitoria bonorũ, & loca ad reponendũ mercedem eleemoſynarũ veſtrarũ: quę nõ veteraſcunt, & deficiunt: ſcilicet reponẽdo eleemoſynã in manus pauperum, qui vobis per hoſtes, & fures tranſeuntibus pecuniã veſtram vſq; ad locũ tutum portent, ne eã amittatis: theſaurum nõ deficientem in cœlis, & æternis: quia merces eleemoſynæ in æternũ manet in cœlis. Nam fructus eleemoſynæ auget merita, quæ ſunt theſaurus indeficiens in patria. Et ſi per eleemoſynã habemus in cœlo theſaurum meritorũ: ibi cor noſtrũ ſuſpiret & expectat theſaurum premiorũ. Deinde docet eos de oculo ſimplici habendo, quod attẽdere debemus in omni opere noſtro. Vnde ait. [Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus.] Hîc eſt locutio metaphorica: quia corpus morale hîc accipitur pro cõgerie operationũ, ſicut corpus materiale eſt quædã aggregatio membrorum diuerſorũ: & ideo ſicut oculus materialis regit totũ corpus materiale, & dirigit mẽbra ad operandum, ſic oculus moralis: ſcilicet intẽtio, regit totum corpus morale, & dirigit varias operationes in finem. Ideo ſubditur: [Si oculus tuus fuerit ſimplex,] id eſt, intẽtio tua recta ſine plica ſimulationis & erroris, [totũ corpus tuum lucidum erit,] id eſt, congeries operationũ tuarum erit bona & meritoria: etiã ſi non ita hominibus videatur, dum tamen operatiões ſint bonæ de genere: vel ſaltem indifferentes & licitæ, aliter non caderent ſub recta intentiõe. Vnde Seneca: Nihil intereſt quo animo facias quod vitioſum eſt feciſſe: quia facta cernũtur, animus nõ videtur. [Si autem oculus tuus nequam fuerit,] id eſt, intentio peruerſa, [totum corpus tenebroſum erit,] id eſt, congeries operationum obſcura per peccatum, & mala etiã ſi operationes ſint bonæ de genere, & hominibus videãtur rectæ: quia opus bonũ de genere, efficitur malum ex peruerſa intentione. Vide ergo ne intentio tua ſit peruerſa: quia per hoc corrũperentur omnia bona. [Si enim lumen quod in te eſt, tenebræ ſunt,] id eſt, ſi actio bona de genere quæ eſt quaſi quoddã lumen, efficitur mala propter defectũ intentionis bonæ, [ipſæ tenebræ quantæ erunt?] quaſi diceret, multò magis: quia actio mala de genere, quæ eſt quaſi quædã tenebra, ſi cũ hoc ſuperueniat intẽtio mala, eſt multò deterior quàm prima. Quãdo eñ quæ per ſe mala ſunt, etiã cũ mala intẽtione fiunt, tunc duplex obtenebratio eſt: & prauæ intẽtionis, & prauæ operationis. Non ergo quid quiſque: ſed quo animo faciat conſiderandũ: & primò circa puritatẽ intẽtionis laborandũ eſt: quia ſine ipſa opus ſequens nihil valet. Itaq; ſi bonũ bona intentione feceris, nõ habens in tua conſcientia aliquã partem tenebroſæ cogitationis, illuminatur etiã factum tuum, qualemcũque exitũ habuerit: & illuminabit te, id eſt, ſplendidũ & fulgidum reddet: & hîc per ſplendorem gratiæ, & in futuro ſplẽdore gloriæ. Et ſi bene alicui proueniat ꝙ tu nõ recta & mũda intentione facis, quomodo tu feceris tibi imputatur: non quomodo illi prouenerit. Igitur caue ne ipſa cordis intentio, quæ lumen eſt animæ, vitiorũ caligine fuſcetur: vt oculus ſimplex totum corpus faciat lucidũ, quatenus quicquid feceris, facias propter deũ: & ad locũ vnde exeunt gratię redeant, & iterũ fluant. Et quia aliquis cupiẽs aſſequi terrena & cœleſtia poſſet dicere, ꝙ recta & ſimplex poteſt eſſe intentio: vt quis agat & propter tẽporalia, & propter deũ bona quæ agit: hoc remouet exemplo duorum cõtrariorũ dominorũ: quia [nemo poteſt ſeruire duobus dominis:] ſcilicet cõtrarijs & diſparatis, & nõ ſuperalternatim poſitis. Nã, vt ait Beda: Non valet ſimul trãſitoria & æterna diligere. Et, vt ait Aug. Vnus oculus nõ poteſt videre in cœlo & in terra. Vnde & Cyprianus: Mundi amor, & dei, pariter in vno habitare nõ poſſunt: queadmodum oculi cœlum & terrã nequaquã conſpiciunt. Si autẽ dicit philoſophus in libro de animalibus: Aues claudunt oculos cũ palpebra inferiori: animalia verò groſſa cũ palpebra ſuperiori. Per aues intelligũtur viri ſpirituales, qui ad inferiora & terrena oculos claudũt: per animalia verò groſſa, intelliguntur viri mundani, qui habent oculos clauſos ad cœleſtia, & apertos, ad terrena & ſecularia. ſecundum Chry. Duos

Sordeſcit viliori cõmixtum.

Puſillus grex.

Eleemoſyna ad cœlos via eſt.

Corpus morale.

D E F

Vitioſum, quocũque animo fiat turpe eſt.

Intentio conſiderãda eſt.

Dominis duobus ſeruire nemo poteſt.

Oculos claudendi modus.

Duo domini. G

Chry. Duos dominos dicit qui cõtraria iniungũt, plures autẽ idem iniungentes, non ſunt plures, ſed vnum. Nã concordia multos facit vnũ. Iſti duo domini quibus nõ poteſt ſimul ſeruiri, ſunt vitia & virtutes, cœleſtia & terreſtria, deus & diabolus, caro & ſpiritus: nã ad contraria trahũt, & contraria iniungunt: & ideo conſequens eſt vt vnũ deſerat, & alteri obtẽperet. Vnde quaſi declarãdo ſubiũgit:

Mãmona. Mammon nomen eſt dæmonis.

Non poteſtis deo ſeruire & mãmonæ. Mammona mammonę, Syriacè, dicitur diuitię Latinè: & Mãmon Mãmonis nomen eſt dæmonis, qui præeſt diuitijs, & tentat de vitio cupiditatis: nõ ꝙ in eius ditione ſint diuitię, vt dare eas poſsit, vel auferre, niſi quando deus permittit: ſed ꝙ his vtatur ad decipiendum & irretiendũ homines laqueis, quos in diuitijs prætendit.

Seruire deo cũ diuitijs potes. Seruire diuitijs.

Et licèt homo non poſsit ſeruire deo & diuitijs, poteſt tamẽ ſeruire cũ diuitijs. Diuitijs enim qui ſeruit, illi vtiq; ſeruit, qui de cupiditate diuitiarũ tentat & decipit. Ille autẽ diuitijs ſeruit qui eas propter ſe, & vt finẽ vltimũ diligit: aut qui eas cupidè acquirit, vel auarè retinet, & vt ſeruus cuſtodit. Ille autẽ qui in operibus pijs diuitias H expendit, nõ ſeruit diuitijs, ſed magis diuitiæ ſeruiunt ei: quia eas diſtribuit vt dominus, & eis vtitur ad opera virtutum ſicut inſtrumentis. nã ſecundum Ambro. Sicut diuitiæ ſunt impedimenta improbis: ita probis ſunt adiumenta virtutis. Vnde Chry. Duo ergo ſunt nobis domini propoſiti: deus, & Mãmona, id eſt, diabolus qui mammonę eſt autor. Ille nos ad miſericordiã prouocat, hic ad auaritiam. Ille ad vitã, hic ad mortem. Ille ad ſalutẽ, hic ad perditionem. Cui de duobus obtemperare debemus? Ei vtiq; qui nos ad vitã inuitat, non ei qui nos trahit ad mortẽ. Quid enim terribilius eſt, quàm ſi propter pecunias à Chriſti ſeruitio dicamur excidere: vel deſiderabilius, quàm ſi deſpectu pecuniarum tota illi poſſumus mẽte & dilectione cõiungi. Hęc Chry. Et cùm nullo modo poſsit quis duobus dominis ſeruire, multi tamen fatui conantur cõtra hanc impoſsibilitatem, ſimiles illis de quibus in libro Regũ dicitur: ꝙ fuerunt gentes deũ timentes,

4. Reg. 17

I & nihilominus idolis ſeruientes. Et ſciendũ ꝙ diligere diuitias propter ſe, & deũ propter ſe, & vtrũq; vt finẽ vltimũ, vt in hoc ſeruus vtriuſq; dicatur: eſt impoſsibile: licèt poſsit vnũ in ordine ad aliud appetere, puta diuitias propter deũ. Actio ergo corporalis poteſt referri ad finẽ tẽporalem: dũmodo poſtea illud tẽporale referatur ad deũ. Si autẽ in actionibus finis proximus ponatur deus, & finis vltimus temporale peruerſiſsimũ eſt. Quæcũque enim res propter aliud aliquid quæritur, inferior eſt quàm id propter quod quæritur. vnde bene licet cõſtituere duos fines: ſcilicet tẽporalem, & ęternũ: & finem ſub fine ponere: vt illud quod eſt æternũ finis vltimus ſit: quia vna intentio multos actus informat.

Fines duos cõſtituere licet.

Diuerſi verò fines, quorũ vnus ſit ad aliũ referibilis, nõ ſunt faciendi. Poſt hoc cõcludẽdo inducit: vt de victu & veſtitu quæ neceſſaria ſunt nõ ſolicitemur, loquẽs ad diſcipulos ſuos, quos ſpecialiter ad mundi cõtemptũ inuitat: hæc enim ſpecialiter dicũtur Apoſtolis, eorumq; ſucceſſoribus, & cæteris omnibus qui ad ſummũ perfectionis culmẽ attingere cupiunt, nã talibus nulla terrenorũ bonorum ſolicitudo eſt: quia habentes victũ & veſtitum his contẽti ſunt.

Solicitudo tollẽda

K Hæc omnia dicũtur hìc ad tollendũ à prędicatoribus euangelij ſolicitudinẽ ſuperfluam de neceſſarijs, quantũ ad præſentẽ vitam. Vnde ne dicerent, qualiter poterimus viuere ſi omnia abiecerimus? idcirco inferẽdo intentũ ſuum ex pręmiſſis, ſubiungit: [Ideo dico vobis ne ſoliciti ſitis,] ſolicitudine ſuperflua & inordinata [animæ veſtræ,] id eſt, vitæ animali: quę cibo ſuſtẽtatur [quid manducetis,] vel bibatis, [neq; corpori veſtro quid induamini.] Quaſi diceret: Si vultis deo ſeruire, oportet renũtiare mãmonæ in nimia tẽporaliũ ſolicitudine, nõ ait: ne laboretis, ne curetis, ne quæratis de cibo, aut potu, aut veſtimẽto: ſed ne ſoliciti ſitis: vt vitioſam ſolicitudinẽ prohibeat, quę mentẽ perturbat, & ab æternis retrahit, ſeu reuocat: & vt neceſſariũ concedat. Vnde Beda: Pręcipitur nobis ne ſoliciti ſimus quid comedamus: & quia in ſudore vultus præparamus nobis panẽ, labor exercẽdus eſt: ſolicitudo pręcauenda. Vnde & Chry. Nõ enim ſolicitudinibus ſpiritualibus: ſed laboribus corporalibus acquirẽdus eſt panis, qui laborãtibus pro præmio diligẽtiæ deo præſtãte abũdat: & negligentibus pro pœna, deo faciẽte ſubducitur. L Item nõ ait:

Vt manduces, ſed ꝙ quid ſolliciteris.

Vt manducetis vel bibatis, aut induamini: ſed quid mãducetis, vel bibatis, aut induamini. Manducare nanq; ac bibere, & indui neceſſariũ eſt ad ſuſtentationẽ naturę: ſolicitari verò circa ſumptuoſitatem, vel delectationẽ, ad vitiũ pertinet gulæ, aut vanæ gloriæ, vel etiã auaritię. Vbi ſecundũ Bedã, videtur argui qui ſpreto victu & veſtitu cõmuni, lautiora ſibi, vel auſteriora, præ his cũ quibus vitã ducunt, alimẽta vel indumẽta requirũt. Spiritualiter ergo in manducatione, poſſumus intelligere guloſos. In induitione, vanè glorioſos. In vtroq; auaros. Vnde alibi: Erat quidã diues, in quo cupiditas: qui induebatur purpura & byſſo, in quo vanitas: & epulabatur quotidie ſplendidè, in quo guloſitas.

Lucæ 16.

Noli ergo quicũque es qui mundi gloriã ſpreuiſti, ac deo ſeruire elegiſti, noli inquã ſolicitus eſſe vitæ tuę de victu & veſtitu: quia vanũ eſt pro his eſſe ſolicitum. M Vnde cõfirmat ſpẽ noſtrã dominus, primò de maiori ad minus deſcẽdens: & probat à maiori neminem eſſe ſolicitũ circa huiuſmodi. Si enim maius donabile datur ex amore, & minus dabitur ſaltem in neceſsitate: ſed deus dedit nobis maiora beneficia, ſcilicet animã & corpus: ergo dabit & minora, ſcilicet victũ & veſtitũ. Non enim anima propter eſcã creata eſt, nec corpus propter veſtimentũ, ſed magis ecõtra eſt factũ: ideo nõ ſit ſolicitus animus, ne percipiat quod ꝓpter ſe creatũ eſt. Vnde Chry. Niſi deus vellet cõſeruare quod eſt, ipſum nõ creaſſet: quia verò ipſe cõſtituit vt anima cibo, & corpus indumento cõſeruetur: ideo ipſe vtrunque tribuit. hęc Chry. Qui ergo dedit ſine ſolicitudine noſtra vitã, dabit ſine ſolicitudine noſtra ſuperflua, etiam illud vnde regatur vita: fatuus eſt ergo qui propter minus, ſcilicet eſcã, aut veſtimẽtũ, perdit maius ſcilicet aĩam vel corpus.

Solicitudo victus.

Deinde ꝓbat ſingulariter de vtroq; ſcilicet cibo & veſtimẽto. Et primò de cibo de quo cõfirmat ſpẽ noſtrã à minori ad maius aſcẽ-





dẽs, & ex minori maius perſuadẽs. Et ponit exẽplũ A de irrationalibus creaturis, ſcilicet volatilibus cœli, id eſt, aëris in quo volitãt: quia [non ſerunt, neq; metũt:] ſcilicet ad cibũ acquirendũ [neq; cõgregãt in horrea:] ſcilicet ad conſeruandũ, [& pater cœleſtis paſcit illa,] propter homines ſine ſolicitudine eorũ magna, ergo multò magis paſcit homines qui ſunt chariores ſine ſolicitudine eorũ ſuperflua.

Animal rationale.

Rationale enim animal, ſicut & homo, maioris eſt põderis & pretij corã deo quã irratiõabilia, ſicut ſunt aues, quia animalia facta ſunt propter hominẽ, finis aũt eſt nobilior his quæ ſunt ad finẽ. Sicut ergo deus paſcit aues cum ſolicitudine cõuenientĩ ſuę naturæ, ſic paſcit homines cũ ſolicitudine conuenienti eorũ naturæ, quæ eſt ſecundũ regulã rationis rectæ, ſi tñ ea quæ præcepit ſtudeant implere. Quia ſicut natura auiũ eſt prædicto modo viuere, ſic natura hominis eſt viuere ſecundũ dictamen rationis rectæ: ad quod ſequitur ipſum debere ſolicitari ſolicitudine moderata ad quærendũ ea quę nõ dedit ſibi natura: vt cibũ & veſtimentũ neceſſariũ. Vñ B nõ dicit de auibus, nõ volant ad grana & ad paſcua: quia nõ prohibet laborẽ & prouidentiã, ſed ſolicitudinẽ & auaritiã. Vbi Chry. Omnia volatilia fecit deus propter hominẽ, hominẽ aũt propter ſeipſum Si ergo animalib⁹ miniſtrat propter hominẽ: quõ nõ hoĩ miniſtrat ſeipſum? Deinde probat de veſtimẽto, & ponit duplex exemplũ.

Solicitudo ſtaturæ & amictus.

Primũ eſt de eo qđ eſt intra hominẽ magnitudine corporis, quam dat deus ſine ſolicitudine ipſius: quod ex hoc patet, ꝗa quantumcunq; aliquis ſolicitetur de augmentatione ſua, non põt addere ad ſtaturã ſuã cubitũ vnum. Cùm igitur veſtimentũ cõpetat maius vel minus ſecundum quantitatẽ corporalem, & quãtitas datur ei ſine ſolicitudine ſua, per cõſequens veſtimentum conueniens dabitur ei ſine ſolicitudine ſua ſuperflua. Secũdum exemplũ ſumitur ex eo quod eſt extra hominẽ, ſcilicet ex terrę naſcentibus, vt lilijs & herbis: quia ſine ſua ſolicitudine creſcunt, & ſecundũ ſuam quantitatẽ à deo veſtiuntur: propter C quod dicit [non laborãt,] ad ornandũ ſe coloribus, [neq; nent,] id filant ad faciendũ ſibi veſtimentum: & tamen optimè veſtiuntur dei prouidentia, tam pretioſis coloribus induta.

Natura vĩcit artem.

Ipſe enim color operimentũ eſt florũ qui oẽs excellit colores veſtium, & regale excellit ornamentũ. Quod probat: quia Salomon, licèt fuerit rex potẽtiſsimus, tamẽ non fuit ita bene veſtitus: quia licèt ars imitetur naturã, tñ opera artis nõ aſſequũtur perfectionẽ operum naturæ. Vnde Hiero. Et reuera, quod ſericũ, quæ regum purpura, quæ pictura textricũ poteſt floribus cõparari? Quid ita rubet vt roſa? Quid ita cãdet vt lilium? Violæ verò purpuram nullo modo ſuperari murice, oculorũ magis quàm ſermonũ iudicium eſt. Vnde Chry. Cur verò tanto etiã herbas decore veſtiuit, vt ſuã ſcilicet ſapientiã demonſtret, & ſuperabundantiã virtutis, vt vndiq; eius gloriã diſcamus. Non enĩ ſoli cœli enarrãt gloriã dei: ſed & terra. Hæc Chry.

Pſal. 18.

Et ex hoc cõcludit ꝙ deus ſufficienter veſtit hominem abſq; ſolicitudine ſuperflua, dicens: [Si autem fœnum,] id eſt, herbã [agri, quod hodie eſt,] id eſt, in præſenti, & cras in clibanũ mittitur, [id eſt, in furno mittitur ſeu ponitur: quia in D quibuſdã terris loco lignorũ vtuntur ſtipulis & talibus ad calefaciendũ furnum, deus ſic pulchrè & varijs coloribus & formis veſtit, & venuſtate adornat, [quantomagis vos minimæ fidei:] ſcilicet ſine ſolicitudine ſuperflua veſtiet! Quaſi diceret: Si de floribus qui nati ſunt tantummodo vt videãtur & pereant tantã deus curã gerit, quantomagis de hominibus, qui ad imaginẽ dei ſunt facti, & ad æterna vocati.

Solicitudinis origo.

Vocat autẽ eos qui nimis ſolicitãtur modicæ fidei: quia ex defectu fidei procedit talis ſolicitudo ſuperflua, non autẽ ſolicitudo rationalis & moderata. Secundum gloſam ſancti nõ immeritò auibus cõparantur, qui nihil in mundo habentes, nec laborantes, ſola contemplatione terrena deſpiciunt, cœleſtia petunt, iam angelis ſimiles. Ecce ꝙ cõmendantur in ſanctis tria, ſcilicet paupertas voluntaria: quia nihil habentes: cõtemplationis quies ſiue otioſitas ſancta, quia non laborãtes: mentis eleuatio ad ſuperna, quia æterna petunt. Per volatilia E ergo cœli intelligi poſſunt viri contemplatiui qui non ſerunt, neq; metunt, neq; congregãt in horrea ſe negotijs ſecularibus implicando, & dominus pro eis ſolicitatur neceſſaria miniſtrando. Per lilia verò agri intelligi poſſunt verè caſti: quia propter cãdorẽ munditię, & propter odorem virtutis in quibus creſcũt: non tam ſuo labore quàm dei dono qui cõſiderãdi ſunt ad laudandũ & imitandũ, & incremento bonæ actionis: & in quiete ſanctæ contemplationis, & in decore honeſtæ cõuerſationis. Ex his ergo inſtructi nõ diffidamus de neceſſarijs: quia tpe opportuno deus prouidebit nobis de illis: ſi tamen ea quæ præcipit faciamus. Si enim de tẽporalibus diffidimus, quomodo æterna ſperabimus? Fides famẽ non timet. Modica fides quę nec de minimo certa eſt, nedũ æterna nõ ſperet: qui intelligit quid eſt homo, nõ deſperat de deo: qui aũt deſperat de deo, neſcit quid eſt homo: quia deus in homine, & homo in deo. De creatore deſperat, qui in creaturis ſpem ponit. Igitur vt ait: Anſel. Non te futuri F temporis ſterilitas terreat, nõ futuræ famis timor mentẽ tuam deijciat: ſed ex ipſo tota fiducia tua pẽdeat, qui aues paſcit & lilia veſtit. Ipſe ſit horreum tuũ, ipſe apotheca: ipſe marſupiũ tuum, ipſe diuitię tuæ, ipſe delitiæ tuæ, ſolus ſit tibi omnia in omnibus. Et ponit hìc dñs tria bona quæ deus homini dedit: ſcilicet animã, corp⁹, & res. Anima debet ſubijci ſuperiori: ſcilicet, deo, ſibi obediẽdo, & corp⁹ ſuo ſuperiori, id eſt, animę, ſibi obtẽperando, & res ſuis ſuperioribus ſcilicet deo vt pauperibus diſtribuantur, & animæ vt diſcretè diligantur, & corpori vt ſibi neceſſaria miniſtrentur. Sed iſtum ordinẽ peruertunt diuites, qui non ſubijciũtur deo, quia pauperibus nihil tribuũt: nec animæ, quia res iniquè diligunt: nec corpori, quia illud fatuè afficiunt. Deinde ad inculcandũ arctius quod ſuprà dictũ eſt, repetens ſubiungit: [Nolite ergo ſoliciti eſſe dicẽtes: quid manducabimus aut quid bibemus, aut quo operiemur?] ſecundũ Chry.

Operari licet ſine ſolicitudine.

Quòd dicitur: nolite ſoliciti eſſe, non idem eſt quod nolite operari: ſed nolite rebus mundanis mente affligi, contigit enim aliquem operantem nihil ſolicitum eſſe. Et ſe-

cundum eundẽ. Si pro neceſſarijs non oportet eſſe ſolicitos, qua pœna digni erunt, qui pro ſuperfluis non dormiunt, & aliena rapiunt. Nolite inquam de his ſoliciti eſſe. [Hęc enim omnia,] ſcilicet advictũ & veſtitũ pertinentia [gentes,] id eſt, gẽtiles [inquirunt,] cum ſolicitudine nimia & vitioſa, quæ diuinam prouidentiã circa actus humanos negãtes, circa talia immoderatè ſolicitantur, quorũ videlicet erga præſentẽ vitam ſtudiũ omne cõſumitur: quibus nulla prorſus cura eſt futurorũ, nec cõfidentia de promiſsione æternorũ. Vel [hęc omnia gentes,] id eſt, homines mũdani cum ſolicitudine immoderata & nimia, [inquirũt:] quia magis bona præſentia quàm futura quærũt: & ideo talis ſolicitudo facit eos infidelibus ſimiles. Quid enim amplius habet fidelis à gentili, cuius infidelitas animũ ſolicitat & curis huius vitæ fatigat? Sed heu multi ex nobis ea quę mundi ſunt, magis quã gentes inquirũt. Vos ergo hæc quærere non eſt neceſſe, quærere inquã cum ſolicitudine. [Scit enim pater veſter, [qui viſcera non claudit bonis filijs:] quia his omnibus indigetis:] ſcilicet in vita neceſſarijs: ſine his enĩ neq; viuere, neq; deo ſeruire poteſtis, quæ vtriq; ipſe dat, niſi infidelitas veſtra auertat. Quia non eſt pater pius qui non tribuit neceſſaria filijs, indigentiã ſibi notam patientibus. Et quia pater eſt, vult: & quia cœleſtis, poteſt: ſi autẽ poteſt, & vult: ſine dubio donabit quod nobis expediat ad ſalutem. Vnde Rabanus: Quis rex militibus deuotis debitam non procurat alimoniam? Quis dñs famulis ſuis non miniſtrat cibaria? Quis pater nõ dat filijs alimentũ? Vnde & Chry. Non dicit, nouit deus: ſed nouit pater veſter: vt eos in maiorẽ ſpem ducat. Si enim pater eſt, & pater talis non poterit deſpicere filios in vltimis malis, cùm vtriq; neq; homines patres exiſtentes hæc ſuſtineant. Et enim omnino clarum quod deus naturam ipſam nouit, & eius creator exiſtit: quiq; illam talẽ formãdo creauit, indigentiã quoq; eius magis proſpiciat quã tuipſe qui eiuſmodi neceſſitatibus coartaris: nam ipſi vtiq; ſic placuit, vt hanc indigentiã natura pateretur. Nequaquã erit ergo cõtrarius in his quibus ei opus eſſe decreuit, neceſſariarũ eam rerum perceptiõe fraudabit. hęc Chry. Vnde etiã Augu. Scit cœleſtis medicus quid nobis daturus eſt ad cõſolationem, quidúe ſubtracturus ſit ad exercitationẽ: non enim homo iumento ſuo cibaria ſubtrahit ſine cauſa. Si ergo ſcit vt dictũ eſt: & vult quia pater, & poteſt: quia omnipotens, ergo nec eſt timendum quin prouideat nobis. Hęc Aug. Notandũ autem ꝙ ex pluribus cauſis aliqñ patimur penuriã in vitæ neceſſarijs. Prima eſt, ex merito peccatorũ noſtrorũ. Secunda eſt, cauſa exercẽdæ virtutis. Tertia eſt, ex importunitate noſtræ auaritiæ, nimia nanq; ſolicitudo, ne deficiant neceſſaria, facit vt aliquando deficiant. Quarta eſt, humana ſuperfluitas: dignũ eſt enim vt qui ſuperflua quærimus, aliquando neceſſarijs careamus. Quinta eſt, abuſus temporaliũ: qui enim creatura dei abutitur, dignũ eſt, vt aliquando ad neceſſitatẽ ei tollatur. Sexta eſt, ingratitudo: dignum enim eſt quòd beneficijs dei priuetur qui ingratus extitit. Septima cauſa eſt, vt credamus deum nobis præbe

[Margin: G — Gentium ſolicitudo. — H — I — Penuriæ cauſæ.]

re temporalia, & non eſſe à nobis, vel ex debito nobis tribui à deo: ea enim ſubtrahẽdo oſtẽdit ꝙ ipſe ſit dominus. Prohibet ergo dñs ſolicitudinẽ diffidẽtiæ & timorẽ: ſed permittit ſolicitudinẽ prouidentiæ & laborem. Prohibet ſolicitudinẽ deordinatã & ſuperfluam, per quã impediuntur & poſtponuntur bona ſpiritualia: ſed permittit ſolicitudinẽ moderatam & neceſſariã, ſecundum regulam rationis rectæ, cùm ſit pars prudentiæ: aliter ſequeretur ꝙ homo tentaret deũ, ſi expectaret ab eo omnia neceſſaria, omittendo quod debet fieri circa hæc via humana. Igitur cùm duplex poſsit eſſe amor rerũ temporalium: ſcilicet reſpectu ſuperflui, vel reſpectu neceſſarij: cõtra primum prohibet dñs theſaurizationẽ, contra ſecundũ prohibet præfocantem ſolicitudinem. Vbi notandum ꝙ triplex eſt ſolicitudo. Prima eſt naturæ, quæ verius labor & cura dicitur: prouidentiæ, quæ homini ne deum tentet cõceditur, vt tamen omnibus deus præferatur. Vnde & Adæ dictũ eſt: In labore & ſudore vultus tui veſceris pane tuo: & dominum loculos habuiſſe patet ex euangelio. Secunda eſt, culpæ quæ conſiſtit in quãtitate rerum, cùm ſupra neceſſitatem acquiruntur: & hanc ſolicitudinẽ parit & comitatur auaritia: in qualitate etiã & lauticia rerum quã comitatur luxuria: in nimis quoq; anxia neceſſariorum prouiſione, ex qua ſequitur ſpiritualium negligentia, & hæc ſolicitudo omnino prohibetur, quia vitioſa iudicatur. Tertia eſt, gratiæ quæ conſiſtit in operibus iuſtitiæ, & proximi compaſsione. Vnde Apoſtolus: Inſtantia mea quotidiana, & ſolicitudo omniũ eccleſiarũ, hæc ſolicitudo præcipitur: quia ad charitatem pertinere dignoſcitur. Prima eſt tolerabilis. Secunda, vituperabilis. Tertia, cõmendabilis. Tandem concludit de quo debet homo eſſe ſolicitus: quia de æternis, nõ de terrenis. Et implicat hic triplex bonum: ſcilicet cœleſte, ſpirituale, & tẽporale. Primum eſt, bonum glorię. Secundũ gratię. Tertium fortunæ. Primum eſt maximũ. Secundũ, minus. Tertiũ, minimũ. Ideo primum debet eſſe in intentione, ſicut præmium. Secundum, in operatione, tanquam meritum. Tertium, in adiectione, tanquam ſuſtentamentum. Ita inquit, nolite eſſe ſoliciti circa temporalia quærenda: ſed primũ in intentione & affectione, ac præcipuè præ omnibus alijs, & principaliter tanquã beatitudinẽ omniũ actionũ: & vltimum finem qui eſt per ſe appetibile, [quærite regnum dei,] id eſt, vitam æternam, & cœleſtia bona, & ne ſit error in quærẽdo: ſecundò tanquã rectam viã, & id per quod meretur obtineri regnũ dei, quærite [iuſtitiam] dei, ſequendo eius præcepta, etiã iuſtitiæ opera: & tertiò ad vitæ neceſſaria vobis, [hæc omnia] ſcilicet tẽporalia, quorum vniuerſitatẽ in tribus poſuit: ſcilicet in cibo, potu, & veſtimẽto, [adijcientur:] ſcilicet [vobis] cooperãtibus & collaborãtibus, ac ſolicitudinẽ modò habẽtibus: quia ſicut propter mala opera fruct⁹ terræ ſubducitur, ſic propter bona opera adijcitur. Verumtamẽ ſi pręſentia ſubtrahũtur ad exercitationẽ eſt & probationẽ, ac etiã penitus ſubtracta martyrij promerẽtur coronã: ſi verò dantur, ad cõſolationẽ eſt, & gratiarũ actionẽ. Quia diligẽtibus deum omnia

[Margin: K — Solicitudo prohibita & permiſſa. — Amor rerum temporalium duplex. — Solicitudo triplex. — Geneſ. 3. — L — 2. Cor. 11. — Bonum triplex. — M]



omnia cooperantur in bonum: ſcit enim medicus cœleſtis qđ magis expedi at nobis. Igitur quia primum relatiuè dicitur ad ſecundũ, patet ꝙ non excludit ſolicitudinẽ omnino circa neceſſaria vitæ: ſed oſtendit ꝙ principaliter debemus ſolicitari de ſpiritualibus, & ſecundariò de tẽporalibus: quia tẽporalia adijcientur nobis, id eſt, conſequentur ſine vllo noſtro impedimẽto, ne cũ iſta quærimus illinc auertamur: aut ne duos fines cõſtituãmus. Nam ſecundũ Aug. Cùm dixit: primũ quærite regnũ dei ſignificauit tẽporale poſterius quærendũ: non tpe ſed dignitate. Illud tanquã bonũ, hoc tanquã neceſſarium propter illud bonũ. Hoc eſt primum quęrere regnũ dei, & poſterius tẽporale, id eſt, hoc priore loco ponere, & illud poſteriore: ſcilicet vt ideo quęramus tẽporale, vt habeamus regnũ dei, & non ecõuerſò. Apertè enim oſtendit non tẽporalia ſic eſſe appetenda vt propter ipſa benefacere debeamus, licet ſint neceſſaria: ſed quæcunq; facimus, propter regnũ dei facere inſtruimur. Ergo cùm aliquid boni operamur: non tẽporalia, ſed æterna cogitemus: & primũ intentione, & affectione regnũ dei quęramus. Sancti primitiui quęſierunt primò regnum dei, & ideo deus adiecit eis regnum mundi, ſcilicet tẽpore Conſtantini: ſed hodie à multis primò, & præcipuè quæritur regnũ mundi magis quàm dei & magis ſoliciti ſunt pro terrenis & diuitijs, quã pro animalibus & eccleſijs, & ideo timendũ eſt eis ne cum regno mundi amittãt regnũ dei. Deindeve tat cogitare de craſtino & futuro, dicens: [Nolite ergo ſoliciti eſſe in craſtinũ,] id eſt, in futurum, ſolicitudinẽ ſcilicet futuro tẽpori debitam inordinatẽ præoccupãdo: & curã, quæ incumbit diei craſtino, in diem hodiernũ anticipando. De præſentibus ergo, vt ait Hiero. cõceſsit debere eſſe ſolicitos, qui futura prohibet cogitare. Sufficit enim nobis præſentis tẽporis cogitatio, futura quæ incerta ſunt relinquamus deo. Vbi Petrus cantor, ſuprà prohibuit ſolicitudinẽ vitioſam de præſentibus, quæ ſcilicet ſunt vnius anni: ſemel enim in anno ſerimus, metimus, & colligimus. Vnde & præſentia quaſi dicuntur: hic autẽ prohibet ſolicitudinẽ de futuris, vt de his quæ poſt annũ veniunt. De his enim quę procurat diuina ordinatio, nõ cõuenit ſolicitari. Si ergo prouidentia tua vltra annũ extenditur, iam in vitioſam ſolicitudinẽ vertitur: vt abbatis, qui vſq; in tertiũ annũ reſeruauit annonã. Cuiuſmodi homines modò reputamus ſapientes, cùm tamẽ veniãt cõtra dñi prohibitũ, qui cõcedit tantũ curã præſentium. Tales etiã de deo diffidũt, & ob hoc miſerrimi ſunt. Hæc Petrus. Vnde & Chry. Quòd autem dictum eſt nolite cogitare de craſtino, ſcio ego nec audire aliquẽ, nec omnino ſeruare. Cùm enĩ neq; orare pro his iubeamur, nos omne ſtudiũ erga hæc expẽdimus, & de his ſingulis cogitãdo cõſumimur. Sed quantã in his quæ ad corpus ſunt curã oſtendimus, tantã in ſpiritualibus habemus incuriã, imò longè etiã maiorẽ. Hæc Chry. Non vult autẽ dñs de futuro nos eſſe ſolicitos, tanquã certi de futura vita ſimus: quia neq; de præſenti certi & ſecuri ſumus. Vnde Anſel. Puta te quotidie moriturũ, & de craſtino nõ cogitabis. Vnde & Seneca: Omnis dies

[Margin: Roma. 8. — A — Regnum dei. — Regnum temporale — B — Craſtinũ cura prohibetur. — C]

ſicut vltima eſt ordinanda. Sufficit ergo nobis præſentis cogitatio tẽporis: futurorũ curã, quę incerta eſt, relinquamus. [Craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibiipſi,] id eſt, ipſe affert ſolicitudinẽ ſuã ſecũ: quia tẽpus futurum habebit ſolicitudinẽ ſuam, ſibi congruã & debitam, ſicut patet ꝙ ex variatione tẽporis occurrũt varia fienda, de quibus ſufficit tunc ſolicitari cùm venerit eorũ hora, ac ſi dicat: Cùm futurus dies aduenerit, de ipſo curabitis, & nõ antè: ſicut enim hodiernã ſolicitudinẽ non interdico, ita nec craſtinã, poſtquã craſtinus dies aduenerit. Et ſecundũ hoc in prædictis, hoc nomen ſolicitus dicit anxietatẽ auaritiæ, quæ ſemper eſt fugiẽda: hic diſcretionẽ prouidentiæ, quæ de præſentibus non de futuris eſt habẽda. Si ergo hodiernus dies de ſe ſolicitus tantũmodo, & nõ de alio. [Sufficit enim diei malitia ſua,] id eſt, cuilibet tẽpori labor & fatigatio: calamitas & cõtritio: dolor & triſtitia: afflictio & anguſtia: ſolicitudo & cura. Vnde malitia hic dicitur, nõn malũ culpæ quod agimus: ſed malũ pœnæ quod patimur. In ſtatu enim innocẽtiæ nõ indiguiſſet homo tali ſolicitudine: ac ſi dicat, non oportet ꝙ laboret cogitatus ad habendũ vitę neceſſaria, diem præueniat: quia ad hoc ſufficit dies quo neceſſaria ſumere oporteat, cùm enim pro ſe ſuã habeat ſolicitudinẽ, non oportet addere aliam. Cur ergo malitiã malitiæ, laborem labori, curã curæ ſuperaddere velis? Nõ itaq; pro malignitate ponitur hic malitia, ſed pro labore & miſeria. Sic enim dicere ſolemus, multa mala hodie paſsi ſumus, quando aliquo magno labore vel miſeria fatigamur. Vnde Chry. Malitiam verò hic nõ malignitatẽ vocat: ſed miſeriam & laborẽ. Sicut enim cùm alibi dicit: Si eſt malitia in ciuitate quã dñs non fecit, non auaritiam ſignificat, ac rapinas, nec talium quicquam aliud omnino, ſed eas profectò plagas, quę diuinitus inferũtur: de quibus rurſus loquitur per prophetam: Qui facio pacem, & creo malum. Neq; enim hic malitiam voluit intelligi: ſed peſtilentias profectò & fames, ceteraq; huiuſmodi, quæ mala eſſe putãtur à plurimis, ita hic quoq; malitiã pro afflictione poſuit dicens: [ſufficit diei malitia ſua.] Nihil enim ita dolorẽ infert animæ, vt ſolicitudo & cura. hæc Chry. Itaq; non labor & prouidentia dãnatur: ſed mentẽ præfocans cura. Et ideo ſecundum Aug. Hoc loco vehementer cauendũ eſt, ne cùm viderimus aliquem ſeruum dei prouidere, ne iſta neceſſaria ſibi deſint, vel ſibi commiſsis iudicemus eum contra præcepta domini facere, & de craſtino ſolicitũ eſſe. Nam & ipſe dominus cui miniſtrabant angeli, propter exemplũ, & ad informandam Eccleſiã, loculos habere dignatus eſt, ne quis in hoc ſcandalũ pateretur. Et iterum ſatis appareret dominũ noſtrũ non hoc improbare, ſi quis humano more iſta procuret: ſed ſi quis propter iſta deo militet, vt in operibus ſuis non regnũ dei, ſed iſtorum acquiſitionem intueatur. Ad hãc ergo regulã hoc totum præceptũ redigit, vt etiam iſtorũ prouiſione regnã dei cogitemus: in militia verò regni dei iſta non cogitemus, & ſimplici corde tantummodo propter regnum dei debemus operari bonum ad omnes: non autem in hac operatione, vel ſolam,

[Margin: D — Craſtinus dies. — Malitia. — E — Amos 3. — Eſaiæ 45. — F — Loculos habuit dominus.]

vel cum regno deimercedem temporalium cogita
G re. Ita enim etiam ſi aliquãdo defuerint(quod ple-
runq; propter exercitationẽ noſtram deus ſinit)nõ
ſolum nõ debilitant propoſitũ noſtrum: ſed etiam
examinatum propoſitum confirmant. hæc Augu.

## ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, fac me non theſauriza
re in terra elementa* terrenorũ: ſed in cœ-
* emoli-
menta.
lo pręmia meritorũ, & quia nemo põt duo-
bus dominis ſeruire per contrarietatẽ obſequiorũ
libera me à dominio & ſeruitute mundi, carnis,&
diaboli: vt reſpiciã contemplationes cœleſtes, non
terrenas: adijce ad ſtaturã naturæ meæ cubitũ gra
tiæ in præſenti,& gloriæ in futuro; vt conſiderẽ li
lia agri, deuotos Eccleſiæ, coopertos virtutũ cando
re, potiuſquã fœnũ diuites ſeculi mittendos in cli-
banum gehennæ. Quærã præcipuè regnũ dei &
iuſtitiã eius: vt cum viatico temporalium per viam
virtutum perueniam ad regnũ cœlorum. Amen.

## De miſericordia facienda,& non iudicãdo: ac fiducia orationis. Caput XXXIX.

H Oſt hæc hortatur nos dñs ad miſeri-
cordiam circa proximum faciẽdam
Lucę 6.& Matth. 11.
dicens:[Eſtote miſericordes ſicut &
pater veſter miſericors eſt.] Deus
Miſericordiæ commendatio
enim releuat miſerias noſtras, non
expectãdo aliquid à nobis, ſed propter ſuã bonita-
tẽ: ſic nos debemus moueri ad releuandũ miſeriam
proximi: nõ propter noſtrũ commodũ & emolimẽ
tum: ſed propter illius ſalutem,& diuinæ bonitatis
amorẽ: qui enim propter ſuũ commodũ vel emoli-
mentũ proximo cõſulit vel benefacit: non vtiq; per
charitatẽ hoc facit, quia non illius quẽ debet tanq̃
ſeipſum diligere: ſed ſuã vtilitatẽ quærit, vult nos
dñs patrẽ imitari in miſericordia qua nos miſeri
multũ indigemus: non in potentia, quã ſuperbè ap
petens diabolus, in infernũ eſt detractus: non in ſa-
pientia, quã appetẽs homo paradiſum perdidit, im
I mortalitatis ſpoliatus gloria. Magnũ ergo præco-
niũ pietatis animabus noſtris imprimit, quæ nos
Homo homini ſocietatẽ & pietatẽ debet
deo cõformes reddit. Naturale eſt omnibus anima
libus eiuſdẽ ſpeciei adinuicẽ miſericordiã ſeruare:
multò magis homo ad imaginẽ dei cõditus debet
alter alteri tanquã coimagini ſuæ cõpati, & vnus
alterius miſeriam cordis aſſumere velut ſuã: & in
Pietatis opera.
hoc cõſiſtit ratio miſericordiæ. De pietatis operi-
bus ſic dicit Hiero. Non memini me legiſſe mala
morte mortuũ, qui libẽter opera pietatis exercuit:
habet enim multos interceſſores,& impoſſibile eſt
Miſericordię ſpecies tres.
multorũ preces non exaudiri. Deinde ponit tres
ſpecies miſericordiæ, quarũ prima cõſiſtit in non
iudicando. De multis enim incertũ eſt quo animo
fiãt, cùm poſsint ſimplici corde fieri aut duplici, &
ideo bene ſubiũgitur:[Nolite iudicare:] ſcilicet in-
iuſtè & temerariè de proximo, [& non iudicabi-
mini,] id eſt, non incurretis peccatũ per quod ſitis
digni à deo iudicari: & ſi fortè ex humana fragili-
tate cõtingat vos ſuſpitiosè iudicare,[nolite] tamẽ
[condẽnare,] id eſt, aliquẽ dignũ condẽnatione di-
Iudicium capitur diuerſimodè
cere,& non condẽnabimini:] ſcilicet à deo pro hoc
peccato: quia aliquis eſt hodie peſsimus, qui fortè
cras erit bonus. Circa iſtud ſciendũ eſt, ꝙ iudicium
vno modo eſt actus iuſtitiæ pertinens ad iudicẽ ſe-
culare, vel eccleſiaſticũ, & de hoc nõ loquitur hîc. K
Alio modo accipitur iudicium, prout aliquibus ſi-
gnis aliquis iudicat de proximo malè: & hoc pro-
hibet hîc dicẽs:[Nolite iudicare.] Poteſt autem ali
Iudicare de alio, multipliciter fit.
quis malũ iudicare, de proximo multipliciter. Vno
modo ex euidẽtia facti: vt cùm aliquis iudicat ali-
quẽ homicidã, quia vidit eum interficere hominẽ:
& hoc nullũ eſt peccatũ. Alio modo ex ſignis eui-
dentibus, vt ſi aliquis iudicet aliquẽ fornicatorem,
quia vidit eũ nudũ cum nuda, ſolũ cum ſola: & hoc
ſimiliter nullũ eſt peccatũ. Tertio modo ex ſignis
leuibus. Et in hoc iudicio eſt triplex gradus. Pri-
mus eſt, qñ ex leuibus ſignis incipit aliquis dubita-
re de fratris bonitate: & hoc peccatum veniale eſt,
quia procedit ex humana infirmitate, & hoc non
vocatur propriè iudiciũ: ſed ſuſpitio. Secundus gra
dus eſt, qñ talibus ſignis firmiter tenet in animo ꝙ
frater ſit malus: & hoc propriè dicitur iudiciũ: quia
iudiciũ importat firmã ſententiã,& hoc eſt pecca-
tũ mortale, ſi malũ quod iudicat de fratre ex leui-
bus ſignis ſit de genere peccati mortalis: quia eſt cõ L
tra charitatẽ. Tertius gradus eſt, quãdo ex leuibus
ſignis nõ ſolũ prædicto modico iudicat: ſed etiam
procedit ad punitionẽ fratris, ſicut de facto, & hoc
eſt grauius: quia nõ ſolũ eſt cõtra charitatẽ: ſed etiã
contra iuſtitiæ æquitatẽ, & de talibus intelligitur
verbũ prædictũ,[nolite iudicare,&c.] Prohibet do
minus ne temerè iudicemus vel condẽnemus. Mali
enim homines ſæpe in malã partem iudicant, quæ
vident vel audiunt. Boni autẽ in bonam partẽ in-
terpretãtur,& non dubitant quin rectè omnia fiãt
deo cuncta vel rectè operante, vel iuſtè permitten-
te,& ideo de omnibus lucrum faciunt. Vnde enim
ait Aug. In tribus conſiſtit ordinatio bonorum, in
Bonorum ordinatio.
æſtimando bonũ de quolibet: in exhibendo bonum
cuilibet, in ſuſtinẽdo malũ pro quolibet. Vñ & Ber.
Caue alienæ cõuerſationis eſſe aut curioſus explo-
rator, aut temerarius iudex: etiã ſi perperã actum
quid deprehendas, nec ſic iudices proximũ, magis M
autem excuſa. Excuſa intentionẽ, ſi opus nõ potes:
Excuſatio factorum alienorum.
puta ignorantiam: puta ſurreptionem, puta caſum.
Quòd ſi omnem omnino diſsimulationem rei cer
titudo recuſat: ſuade nihilominus ipſe tibi, & dici-
to apud teipſum. Vehemens fuit nimis tentatio.
Quid de me illa feciſſet, ſi accepiſſet in me ſimili-
ter poteſtatem. hæc Ber. De dubijs ergo iudicare,
eſt ſuſpectos quaſi reos condemnare, penitus repel
lit à nobis dñs. Et ideo ſemper dubia ſunt in melius
Dubia in meliorem partem interpretanda ſunt.
interpretanda,& in dubijs benigniora ſunt pręfe-
renda. Vnde Aug. Hoc loco nihil aliud nobis præci
pi exiſtimo, niſi vt ea facta quæ dubiũ eſt quo ani-
mo fiant, in meliorẽ partem interpretemur. Sunt
enim quędã facta media quæ ignoramus quo ani
mo fiant: quia & bono & malo fieri poſſunt: de qui
bus temerariũ eſt iudicare: maximè vt condemne
mus. Duo autem ſunt in quibus temerarium iudi-
cium cauere debemus, cùm incertum eſt quo ani-
Iudiciũ temerariũ.
mo quid factum ſit: vel incertum eſt qualis fu-
turus ſit qui nunc malus vel bonus apparet. Non
ergo reprehendamus ea quæ neſcimus quo ani-
mo fiant: neque ita reprehendamus quæ mani-
feſt a



feſta ſunt, vt deſperemus ſanitatem, & vitabimus
A iudicium de quo nunc dicitur: Nolite iudicare ne
iudicetur de vobis. Hæc Aug. Vnde & Chry. Non
oportet exprobrare delictũ, neq; illum qui pecca-
to aliquo ſit pręuentus, inſolenter obruere: ſed cle-
menter monere: neq; perſequi iurgio, ſed iuuare cõ
Iudicat ſe, qui alios iudicat.
ſilio. Non enim illum, ſed temetipſum profectò cõ
demnas,& facis tibi terribilius eſſe iudicium: co-
giſq; aduerſus te diligentiſsimam fieri, etiã de mi-
nimis, vltionẽ. Vt enim diligentius peccata exami
nentur tua, legem primus ipſe poſuiſti ſeuerius de
his quę proximus peccauerit iudicando. Sunt autẽ
hæ diabolicæ tentationis inſidiæ. Nã qui ſeuerè di
ſcutit aliena, nunquã propriorum reatuũ merebi-
tur veniã. Et iterum: Si nullum nobis aliud pecca-
tum fuiſſet admiſſum, pro hoc ſolo gehennæ nos
tradi ſatis abundeq; ſufficeret. Quippe qui in alio-
rum delictis ſeueri & amariſsimi iudices reſide-
mus, noſtras autẽ trabes oculis infixas proprijs nõ
videm⁹, qui aliena etiã minima, tã ſolicitè perſcru-
tamur: & ad cõdemnãdos cęteros, omne vitę noſtrę
tp̃s abſumimus: à quo vitio, neq; ſeculi hoĩem, neq;
B monachorũ vllũ facilè inuenias liberũ. hęc Chryſ.
[In quo enim iudicio,] id eſt, pro quali: ſcilicet iu-
ſto uel iniuſto, miſericordi vel duro,[iudicaueritis]
alios,[iudicabimini,] à deo: [& in qua menſura
menſi fueritis,] alijs modo [remetietur vobis:] ſcili
cet in iudicio, id eſt, iuxta qualitatẽ temeritatis in
iudicando, erit qualitas pœnæ: & ſecundum men-
ſuram prauæ voluntatis, erit menſura retributio-
nis in futuro. Comminatur ergo duo: ſcilicet iudi-
cium & menſurã: iudicium refertur ad culpæ &
pœnę qualitatẽ: menſura ad earum quantitatem.
Temerè iudicãtes, nõ iudicabuntur à deo temerè, ſed ſeuerè.
& ſecundum Aug. Non eſt intelligendum ſi teme-
rè nos iudicauerimus, ꝙ temerè de nobis deus iu-
dicabit: aut ſi menſura iniqua menſi fuerimus, ꝙ
apud deum iniqua menſura nobis remetietur: ſed
quoniam temeritas qua punis alium, eadẽ ipſa te
puniet. Vnde nõ accipitur hîc æqualitas iniquita-
tis ad iniquitatẽ, ſed culpæ ad pœnam: vt qui per
culpam malè iudicat, per pœnã iuſti diuini iudicij
C mala ſuſtineat,& iuxta menſurã culpę, ſit menſu-
ra pœnæ. Ad hunc ſenſum etiã retorquetur illud:
Qui gladio, ſcilicet iniquæ ſententiæ iudex quẽq;
percuſſerit, gladio diuinæ ſentẽtiæ iuſtè ferietur,
Secunda miſericordiæ ſpecies.
& æterna morte morietur. Deinde ponit ſecun-
dam ſpeciẽ miſericordiæ, quæ cõſiſtit in dimitten
do, cùm ſubiungit:[Dimittite] ſcilicet iniurias vo-
bis illatas à proximo,& debita vobis à pauperibus,
[& dimittetur vobis:] ſcilicet peccatũ veſtrum à
deo, cui frequẽter iniuriati eſtis, & debitum quod
Tertia ſpecies.
deo debetis. Et ponit tertiã ſpeciem, quæ cõſiſtit in
dando, cùm addit:[Date] ſcilicet indigẽtibus bene
ficia temporalia, [& dabitur vobis:] ſcilicet vita
æterna. Indiuiſibiles enim ſocij ſunt dimittere &
dimitti, ac ſimiliter dare & dari. Vnde Aug. Duo
ſunt opera miſericordiæ quæ nos liberãt: Dimitti
te,& dimittetur vobis: date & dabitur vobis. Di-
mittite & dimittetur vobis, ad ignoſcendũ perti-
net: date & dabitur vobis, ad beneficiũ præſtandũ.
Ignoſci vobis vultis, ignoſcite: remittite,& remit-
tetur vobis. Accipere vultis, [date & dabitur vo-
bis.] Et ſecundum eundem hæ ſunt duæ alæ ora- D
tionis, quibus volat ad deum, ſi illud quod commit-
Orationis alæ.
titur, ignoſcit delinquẽti,& donat egenti. Vnde &
Beda: Dimittere nos iniurias, dare beneficia iubet:
vt & nobis peccata dimittantur,& vita detur ęter-
na. Qua ſententia breui, ſed eximia, cũcta quæ la-
tiſsimè de cõuerſando cũ inimicis mãdauerat, cõ-
Iacob. 2.
prehendẽdo concludit. Et quia vt ait Iacobus, iudi-
cium ſine miſericordia fiet ei qui nõ fecerit miſe-
ricordiã, multũ nobis inſiſtendũ eſt circa miſeri-
cordiã in proximorũ neceſsitatibus, vt & nos eã in
noſtris neceſsitatibus reperiamus. vt enim ait Au-
gu. Vnuſquiſque talem indulgentiã accepturus eſt
à deo, qualem & ipſe dedit proximo ſuo. Et iterũ:
hoc vnũ remedium eſt de malis euadendi, vt infir-
mitatẽ aliorũ ferat,& eis quantũ poteſt opituletur
qui ſuæ diuinitus deſiderat ſubueniri, & dimittat
ſicut ſibi vult dimitti. Beati enim miſericordes,
quoniã ipſorũ miſerebitur deus. Vbi nota ex vitiſ-
patrum, ꝙ cùm fratres cuiuſdã monaſterij multũ
abundarent,& ad pauperes multũ liberales eſſent:
tandem eleemoſynas dimiſerũt, & ipſi egere cœ- E
perunt. Quod cùm viro ſancto referrẽt, ait: Duo ſo
Date, & dabitur, ſunt duo ſocij.
cij in iſto monaſterio cõſueuerunt habitare: ſcili-
cet, Date,& dabitur vobis: vos expuliſtis primũ,&
noluit ſecũdus remanere. Deinde ex vbertate pre-
mij liberales nos facit dominus ad benefaciendum
& miſericordiã impendendum: quia illi quibus fit
dabũt, id eſt, erũt cauſa quare deus dabit nobis prę-
mium. Nã per ipſorum interceſsionem & merita,
quibus vel calicẽ aquæ frigidæ dederimus, dabit
nobis in æterna beatitudine mercedẽ,& [menſurã
bonam,] id eſt, iuſtã: quia ſecundum meritorũ exi-
gentiam[& confertã,] id eſt, plenã, quia ſupra con-
dignum,[& coagitatã] quia ſupra deſideratũ, [&
ſuperefluẽtẽ:] quia ſupra coagitatũ. Vel pręmium
quo remuneramur miſericordes deſcribẽdo, dicit
[menſurã,] quia vnicuiq; diſtribuitur pręmiũ iux-
ta menſurã meritorũ, & [bonam] quia bonum eſt
illud beatitudinis pręmiũ, imò bonũ omnis boni,
complectens in ſe quæcũque ſunt bona,[& cõſer-
tam,] id eſt, plenã: plena nanq; erit anima cœleſti
beatitudine, ita vt nihil eius ſit vacuũ à gloria, [& F
coagitatã,] id eſt, firmã: quæ enim firma eſſe volu-
mus, coagitamus, id eſt, quaſſamus: ſic pręmiũ bea
torum erit ſtabilitũ & ſecurũ, [& ſuperefluentẽ,]
id eſt, abundantẽ: quia excedit merita noſtra: dedi-
mus tẽporalia pro æternis, mundana pro diuinis.
Et dicit[in ſignũ:] quia ſecundum Greg. Nihil ſe-
curius & amabilius eo quod in ſinu collocamus.
Deinde ponitur equitas retributionis, cùm ſubdi-
Menſura eadem.
tur: [Eadem quippe mẽſura qua mẽſi fueritis,] in
merito,[remetietur vobis,] in pręmio. Nõ dixit in
tanta, ſed in eadẽ, id eſt, cõſimili: qui enim bene fa
cit, bene fiet ei: quod eſt remetiri eadẽ mẽſura, ſed
ſupereffluentẽ dicit: quia millies bene faciet ei &
vltrà: deus enim abũdantius pręmiat quàm merea
mur, ſicut & minus punit quàm demereamur. Ge-
neraliter aũt de omnibus quæ mẽte lingua manu
gerimus, accipi põt: quia reddet deus ſingulis ſecũ-
dũ opera eorũ: & ſcd'm ꝙ opera pietatis ſunt ma-
iora, ſimiliter erit retributio diuina. Iſta tamẽ ma-

ioritas non eſt attẽdenda ſemper ſecundũ magnitu G dinem operis exterioris: ſed ſecũdum magnitudinem affectus interioris. Vnde & vidua quæ miſit duo minuta in gazophilatiũ, ſecundum teſtimoniũ ſaluatoris dicitur plus miſiſſe quàm multi diuites, qui magna dona miſerũt in ipſum. [Dicebat autẽ illis ſimilitudinẽ. Nunquid poteſt cæcus cæcũ ducere?] id eſt, ſtultus ſtultũ docere & dirigere in regulam iuſtitiæ. [Nónne in foueã,] & perditionem [ambo cadunt:] ſcilicet primò culpæ, & deinde gehennæ. Nam, vt ait Greg. Cùm paſtor per abrupta graditur, cõſequens eſt vt grex ad pręcipitiũ ſequatur: quaſi diceret dominus, Prædicta facere debetis, vt illuminãtes verbo & exemplo alios gubernare poſsitis, ne ſitis de cæcis ſpeculatoribus ſynagogæ, nõ Eccleſiæ: ridiculoſa res eſt, imò magis periculoſa, ſpeculator cæcus, doctor inſcius, præcurſor claudus, prælatus negligẽs, præco mutus. Ergo ratione vitãdi periculi nõ debet ignorans præſidere. Si ergo tu aliũ iudicas, & ipſe in eiſdẽ peccas: iam cæco cæcum ducenti aſsimilaris. Quomodo enim ille à te ducetur ad bonũ, cùm & tu pecces qui te H doctorem putas & magiſtrum? Deinde inducit & aliam ſimilitudinẽ de eodem dicẽs: [Quid aũt,] id eſt, quare & quomodo [vides] & conſideras [feſtucam,] id eſt, paruũ & leue peccatũ: quod tamen oculum nõ excæcat, & de facili ſicut feſtuca conſumitur ardore charitatis, [in oculo,] id eſt, in intentione & cõſcientia [fratris tui: trabẽ autem,] id eſt, magnum & graue peccatũ [in oculo tuo,] id eſt, in intentione & cõſcientia tua [nõ conſideras?] Quaſi diceret: Cur habes oculum apertum ad iudicãdum minima & aliena: clauſum verò ad iudicandũ tua magna, & cõſideratione tui relicta cõſideras aliorum errata. Conuenit aũt hoc omnibus, & maximè doctoribus, qui cùm ſubditorũ minimi peccata puniãt, propria impunita relinquũt. [At quomodo,] id eſt, qua cõſcientia, aut qua fronte dicis [fratri tuo,] minus peccanti vel innocenti, [frater] loquendo ſimulatoriè [ſine,] id eſt, patienter ſuſtine & permitte [eijciã feſtucam,] id eſt, culpam licèt I modicam [de oculo tuo,] id eſt, de cõſcientia & intentione tua te corripiendo: & [ipſe trabem in oculo tuo nõ vides?] Quaſi diceret: nõ potes dicere ordinatè. Vt enim dicit Chry. videre feſtucã & eijcere, eſt omniũ: ſed doctorum & ſanctorum. Et quia ſecundum eundẽ Chry. Omnis ſacerdos qui vult docere populum, debet prius docere ſeipſum: ideo bene ſequitur: Igitur tu [hypocrita,] id eſt, ſimulator & repræſentator perſonæ alienę, quia ſępe malus bonũ arguit vt iuſtus videatur: & aliũ accuſat, vt ſe extollat [eijce primùm] per collyriũ pœnitẽtiæ, [trabem] maioris peccati, [de oculo tuo,] & cõſcientia, quia magis tui quàm alterius es cognitor: quia magis vides maiora quàm minora, quia magis te diligis quàm alium: quia in maiori peccato, maius eſt periculum [& tũc:] ſcilicet cùm mũdatus fuerit oculus tuus, videbis & [proſpicies: vt eijcias feſtucã,] minoris peccati [de oculo] & conſcientia [fratris tui,] ipſum arguẽdo: quia oculus cõſcientiæ purgatus videre poteſt, ſed nube & caligine peccati cæcatus nõ poteſt. Sic facias vt exẽplo potius quàm dictis fratrẽ emẽdes, ne tibi dicatur: Medice, cura teipſum: & illud Apoſtoli, qui alium doces, teipſum non doces. Sic eſt ordo charitatis ꝙ à K ſeipſo incipiat: & prius ſe ac poſtea alios corrigat & emẽdet. Circa correctionẽ enim proximi attendi debet ordo correctionis: ſcilicet vt homo prius ſe corrigat, deinde proximũ: modus manſuetudinis, cauſa mouẽs: ſcilicet zelus charitatis, circũſtantia loci & tẽporis, æſtimatio euẽtus ſequentis. Propemodum & ferè naturale eſt vt quilibet peccata ſua leuiget, & aliena aggrauet. Vnde dicit Hilarius, ꝙ vix inuenitur aliquis ab hoc vitio alienus: quia vnuſquiſque vitijs ſuis fauens aliena facilè reprehendit. Et ideo, vt ait Augu. piè cautéq; vigilandũ eſt, vt cùm aliquẽ reprehendere vel obiurgare neceſsitas coëgerit, primùm cogitemus vtrũ tale ſit vitium quod nunquã habuimus. Etſi nunquã habuimus, cogitemus & nos homines eſſe, & habere potuiſſe. Si verò habuimus, & nõ habemus: tangat memoriã communis infirmitas, vt illam reprehenſionem aut obiurgationẽ non odiũ, ſed miſericordia præcedat. Si autẽ cogitantes noſmet inuenerimus in eo vitio in quo eſt ille quẽ reprehendere parabamus: nõ reprehendamus, neq; obiurgemus: ſed tantũ cõgemiſcamus, & nõ illum ad obtẽperandũ L nobis: ſed ad pariter conandũ inuitemus. Raro ergo & magna neceſsitate obiurgationes adhibendę ſunt, ita tamen vt etiã in his nõ nobis, ſed deo vt ſeruiatur inſtemus. hæc Aug. In omnibus iſtis, vt dicit Baſilius, cõſiderandũ eſt quantæ ſit difficultatis alios iudicare: quia oportet vt primò ſeipſos iudicent & cõſpiciãt, quod videtur grauiſsimũ omniũ: quia cùm oculus cuncta videat exteriora, tamẽ ſuper ſe viſu nõ vtitur: ita intellectus cùm alienũ corrigit peccatũ, difficile eſt proprios defectus percipere. Aduertẽdum tamen, ꝙ crimina arguẽtis aut ſunt publica, aut occulta: ſi publica, peccat dupliciter arguẽdo, ſcilicet peccato pręſumptionis, & peccato ſcãdali: ſi aũt ſunt occulta, tunc peccat primo modo tantũ, ſi tamẽ iſte qui arguit primò pœniteat, & poſtea humiliter arguat, nõ peccat. Sed quia M aliqui dei præceptis obtẽperare cupientes, quãdoq; aperiẽdo ea quæ hi quibus aperiuntur capere & ſuſtinere nõ poſſunt, amplius nocẽt quàm ſi occultarent, rectè ſubiũgit: [Nolite ſanctum,] id eſt, ſacræ ſcripturę myſteria & fidei ſecreta, vel etiã eccleſiaſtica ſacramẽta [dare] vel, id eſt, publicare & reuelare: prædicãdo myſteria, diſpẽſando ſacramenta [canibus,] id eſt, oblatrãtib⁹ detractoribus, & veritatis oppugnatoribus, [neq; mittatis margaritas,] id eſt, quod ſanctũ [ante porcos,] id eſt, cõtẽptores & deriſores, [ne fortè cõculcent eas:] ſcilicet porci cõtemnẽdo & faſtidiẽdo, [pedibus ſuis:] ſcilicet intellectu & affectu [& cõuerſi,] ſcilicet canes ab eo quod audierũt à vobis [dirũpant vos,] reprehẽdendo & blaſphemãdo, ac fidei ſimplicitatẽ & veritatem impugnãdo. Vt enim ait Aug. duę res faciunt magna nõ recipi: ſcilicet contẽptus, & odiũ: primũ ad porcos, ſecundũ ad canes refertur. Cauendũ eſt ergo, ne quid aperiatur ei qui nõ capit: melius eñ quęrit quod clauſum eſt, quàm id quod apertũ eſt, aut infeſtet per odiũ vt canis: aut negligat per contemptum

Lucæ 21.

Specula-
tor cæcus.

Feſtucam
videre &
eijcere.

Lucæ 4.

à Roma. 2.

Correctio
nis frater-
næ ordo,
mod' cau-
ſa, locus
tempus, e-
uentus.

Cautè cor
rigas.

Iudicandi
alios cau-
tio.

Arguẽtis
incautè
peccata.

Cõtẽptus
& odium.



temptum vt porcus. Et ne poſsit aliquis ignorãtię A ſuæ conſcius dicere, quod ſanctũ me dare canibus prohibes, & quas margaritas mittere ante porcos, cùm adhuc me habere non videã, opportunè ſubiecit, dicens: [Petite] in fide, & orãdo [& dabitur vobis: quærite] ſcilicet in ſpe, & rectè viuẽdo [& inuenietis: pulſate] ſcilicet in charitate, & perſeuerãdo [& aperietur vobis.] Vbi Chryſ. Quoniã maiora erant mãdata ſuperius poſita quàm virtus humana, tranſmittit eos ad deũ, cuius gratiæ nihil eſt impoſsibile, dicẽs: [Petite, & dabit vobis:] vt quod ex hominibus cõſummari nõ põt, per gratiam dei adimpleatur. Cùm enim alia animalia deus muniuerit, veloci pedũ curſu, aut velocibus pẽnis, aut vnguibus, aut dentibus, aut cornibus: hominũ ſolũ ſic diſpoſuit, vt virtus illius ſit ipſe: vt infirmitatis ſuæ neceſsitate coactus, ſemper neceſſariũ habeat dñm ſuum. Vbi & Hiero. Si petẽti datur, & quærẽs inuenit, & pulſanti aperietur: ergo cui nõ datur, & qui non inuenit, & cui nõ aperitur, apparet ꝙ nõ bene petierit, quæſierit, pulſauerit. Et Chryſ. Petẽtis ne B gligentia reprehẽditur, vbi de dantis miſericordia non dubitatur. Vnde etiã Aug. Dñs Ieſus Chriſtus, inter nos petitor, cum patre dator: nõ vtiq; nos tantum hortaretur vt peteremus, niſi dare vellet. Erubeſcat humana pigritia: plus vult ille dare, quàm nos accipere. Plus vult ille miſereri, quàm nos à miſeria liberari. Nã ille quod nos hortatur, ꝑpter nos hortatur. Euigilemus, & hortati credamus promittenti: obſecremus, vt & dantẽ gaudeamus. hæc Augu. Sciẽdum verò ꝙ oratio eſt exaudibilis, tribus concurrentibus. Primũ eſt, ꝙ ſit pia & iuſta, id eſt de pertinẽribus ad ſalutẽ: quia exaudiri in alijs, quandoque nõ expedit. Secundũ eſt, ꝙ ſit perſeuerans, id eſt non interrupta per aliquid orationi cõtrarium: quia non ceſſat orare, qui nõ ceſſat benefacere. Tertiũ eſt, ꝙ oret pro ſe: quia licèt aliquis piè & perſeueranter pro alio oret, oratio tamẽ poſſet impediri propter demeritũ illius pro quo oratur: ſed tribus prædictis cõcurrẽtibus, ſemper exauditur. Et hoc eſt quod notatur in tribus verbis hîc po C ſitis: ſcilicet [petite] piè [quærite] perſeueranter [pulſate, & aperietur vobis.] Ex quo patet ꝙ loquitur de oratione facta pro ſe, cùm dicit [& aperietur vobis.] Et quia iſtis concurrẽtibus, ſemper exauditur oratio: ideo ne homines deſperẽt in ſua oratione exaudiri, ſubdit omnibus, ſpẽ cõferens impetrãdi: Omnis, inquit, qui credẽdo petit ſicut debet, accipit: & qui ſperãdo quærit ſicut debet, inuenit: & operãdo, pulſanti aperietur. Ergo perſeuerantia opus eſt vt accipiamus quod petimus, inueniamus quod quęrimus, & quod pulſamus, aperiatur. Hac enim tãta conculcatione verborũ, manifeſtè dominus oſtẽdit, quàm ſolicitos, moleſtos, & importunos, violẽtos, & improbos, ad petẽdũ nos eſſe velit, Vnde & quidã ait: Labor improbus omnia vincit. Illud enim quod ad ſalutẽ petitur, non ſemper ſtatim datur: ſed differtur, vt cõgruo tẽpore detur, & vt ex dilatione charius habeatur: quia diu deſiderata, dulcius obtinẽtur: citò aũt data vileſcunt. Expedit etiã vt ab otioſa locutione abſtineat, qui in oratione exaudiri deſiderat. Quia ſecundũ Grego. os noſtrum ab omnipotẽte domino, tãto minus exau- D ditur in prece, quãto amplius inquinatur ſtulta locutione. Conetur etiã orans, vt ſeipſum intelligat, ſi vult ꝙ deus eũ exaudiat. Nam ſecundũ Ambr. illam orationem deus nõ audit, ad quã iſte qui orat nõ intendit. Vult deus fideliter peti à ſe, quod diſpoſuit petẽtibus erogare. Vnde Berñ. Vult autem à ſe requiri deus, etiam quod pollicetur. Et ideo fortè multa quę dare diſpoſuit, prius pollicetur: vt ex ꝓmiſsione, deuotio excitetur: ſicq; quod gratis daturus erat, deuota oratio promereatur. Non aũt dicit dominus, quid accipit petens, vel quærens, aut pulſans: quia quãdoq; exauditur ad votũ, vt cùm datur id quod petitur: quãdoq; ad meritũ, vt cùm aliquid æquiualens, vel melius datur. Aliquãdo enim ſancti, non recipiẽdo quod petunt, magis exaudiũtur, quàm ſi illud reciperẽt. Vnde Aug. Nolite pro magno habere, ad volũtatem à deo exaudiri. Aliquãdo deus quaſi iratus, dat quod petis: & propitius, negat quod petis. Quid ꝓſit & quid nõ, medicus nouit: quia deus ſi volũtati noſtræ non dat, ſaluti dat. E Quid eñ ſi hoc petieris quod tibi obeſt, & medic⁹ nouit quia obeſt tibi: fratres diſcite rogare deũ, vt medico committatis. Quod ipſe nouit, faciat. Tu morbũ cõfitearis: ille medicamentũ adhibeat. Non te exaudit ad voluntatẽ: ſed exaudit ad ſalutẽ. Non fit quod vis: ſed fit quod tibi expedit. hæc Aug. Vñ & Berñ. Nemo veſtrũ paruipendat orationẽ ſuam: quoniã ipſe ad quẽ oramus, nõ paruipẽdit eam: ſed aut dabit quod petimus, aut quod nouit vtilius. Frequenter dominus diſcipulos ad orandũ monuit, ſępe opere cõprobauit, & exẽpla plura ad hoc eis propoſuit, vt nobis virtutem orationis commendaret. Eſt quippe virtus eius inæſtimabilis & efficax ad omnia bona, & proficua impetrãda, ac mala & nociua repellẽda. Si ergo vis patiẽter aduerſa tolerare, ora. Si vis prauas affectiones conculcare, ora. Si vis aſtutias Satanę cognoſcere, & fallacias eius euitare, ora. Si vis lætãter in opere dei viuere, ac laboribus & afflictionibus nõ cędere, ora. Si vis in ſpirituali vita te exercere, & carnis curã in deſiderijs F nõ agere, ora. Si vis vanarũ cogitationũ muſcas effugare, ora. Si vis animã tuã ſanctis & bonis & cogitationibus, ac deſiderijs, feruoribus, & deuotionibus impinguare, ora. Si vis cor tuũ virili ſpiritu, & conſtãti propoſito, in dei beneplacito ſtabilire, ora. Si vis vitia extirpare, & virtutibus imbui, ora. Si vis ad contẽplationẽ aſcẽdere, & ſpõſi amplexibus frui, ora. Si vis cœleſtiũ dulcedinẽ, & alia dei magnalia deguſtare, ora. Et breuiter, in quacũq; neceſſitate oratio valet, quæ ſpiritus malos & nobis fugat, & bonos ad nos vocat. Vñ Bed. Sicut fur audito clamore fugit, & vicini excitãtur, & veniũt ad ſuccurrendũ: ita clamor oratiõis diabolũ fugat, & angelos, ac ſanctos oẽs, ad ſuccurrendũ excitat. Vñ & Berñ. Inter Babylonẽ & Hieruſalẽ, eſt nũtius fideliſsimus, regi bene notus, & curiæ, oratio ſcilicet, quæ in ſecreto noctis ſilẽtio, per ignotas ſemitas, arcana cœli penetrare, & cubiculũ regis adire, & opportuna importunitate impij regis animũ, ad auxilium mittendum inflectere nouit. hęc Berñ. Vides quàm magnę potentiæ, & virtutis, ſit oratio. Ad

m 5 quorum

Petenti da
bitur &c.

Oratio eſt
exaudibi-
lis per tria

Orationis
fiducia.

Virgilius
in Georg.

Exaudi-
tio multi-
plex.

Orationis
virtus inę-
ſtimabilis.

Oratio nũ
tius fide-
lis.

quorum omniũ probationem, omiſsis ſcripturarũ
G probationibus,hoc tibi ſit pro efficaci probatione,
quod audiuimus & videmus quotidie per experiẽ-
tiam,illiteratas & ſimplices perſonas, prædicta &
plura alia,etiã maiora per orationẽ impetrare.Ma
gnum quippe ſignum eſt gratiæ dei,vacare frequẽ
ter orationi.Vnde Aug.Cùm videris nõ à te amo-
tam deprecationem tuã, ſecurus eſto: quia non eſt
Oratio ad ſalutẽ neceſſaria eſt. amota à te miſericordia ipſius.Et vt breuiter vtili-
tatem orationis dicã,multum eſt neceſſaria,ad ſa-
lutem promerendã.Vnde Aug.Nullũ credimus ad
ſalutem, niſi deo inuitante venire : nullũ inuitatũ,
niſi deo adiuuante bona operari: nullũ niſi orãtem
dei auxilium promereri. Vaca igitur orationi: ni-
hilq́; aliud,neceſſarijs curis tãtum exceptis:te dele-
ctet niſi oratio:quia nihil tantũ te delectare debet,
quantũ morari cũ deo,quod fit per orationẽ. Vnde
Chryſo.Cõſidera quãta eſt tibi conceſſa fœlicitas,
quanta gloria attributa orationibus fabulari cum
H deo,cum Chriſto miſcere colloquia , optare quod
Inſtanter orandum. velis,quod deſideras poſtulare. Deinde auget orã-
tibus obtinẽdi fiduciam, à minoribns cõſurgens ad
maiora, confirmans ſuperius promiſſum per exẽ-
pla.Et ponit primò ſimilitudinẽ de amico,qui pro
pter importunitatẽ,& conſtantiã amici, media no
Dans ex tedio. cte veniẽtis,& petentis,ſurgit,& panes neceſſarios
cõmodat.Si enim homo perſeuerãter petenti, dat
ex tedio:multò magis deus,perſeueranter petenti,
dat ex amicitia.Vnde Beda:Cõparatio eſt à mino-
re.Si enim amicus homo ſurgit de lecto, & dat,nõ
amicitia,ſed tedio cõpulſus:quantò magis dat de⁹,
qui ſine tedio largiſsimè donat quod petitur:ſed ad
hoc ſe peti vult , vt capaces donorũ eius fiãt qui pe-
tunt.Vnde & Aug.Nõ propter amicitiã, quamuis
amicus ſit,ſed propter improbitatem,quia pulſare
nõ deſiſtit:quia & cùm eſſet negatũ, nõ ſe auertit,
ille qui nolebat dare quod petebatur fecit : quia in
petẽdo non defecit. Quãtò magis dabit bonus pa-
ter,qui nos hortatur vt petamus,cui diſplicet ſi nõ
petamus.Vbi etiã Ambr.Media nocte perrexit,vt
I omnibus momẽtis,nõ ſolum diebus,ſed etiã nocti-
bus,oratio deferatur . Et ideo ſcriptorũ memores,
noctibus,ac diebus orationi inſtantes, peccatis no-
ſtris veniã poſtulemus. Nã ſi ille tã ſanctus , & qui
Pſal.118. regni erat neceſsitatibus occupatus , ſepties in die
laudẽ dño dicebat matutinis & veſpertinis ſacrifi-
cijs intẽtus:quid nos facere oportet,qui eo amplius
rogare debemus: quò frequẽtius carnis, ac mentis
fragilitate delinquimus:vt de via laſsis,& iſtius ſe
culi curſu, ac vitæ huius anfractu grauiter fatiga-
tis,panis refectionis deeſſe non poſsit,qui hominis
cor cõfirmet.Nec ſolũ media nocte dñs, ſed omni-
Vigilandũ eſt. bus ꝓpè docet vigilandũ eſſe momẽtis . Vigilandũ
eſt ſemper:multæ enim inſidiæ ſunt nobis,& gra-
uis corporis ſomnus: quia ſi dormire mẽs cœperit,
vigorẽ ſuę virtutis amittet.Excita igitur ſomnum
tuum:vt pulſes oſtiũ Chriſti.hæc Amb.Secũdò po-
nit ſimilitudinẽ de patre carnali , qui dat filijs ſuis
Tria à deo petenda. bona data,& neceſſaria quę petũt.Et ponit exẽplũ
de tribus,per quę intelligũtur, quæ à deo poſtulare
Panis. debemus. Primũ eſt panis , & ſignificat charitatẽ:
quia ſicut ſine pane,omnis menſa inops dicitur:ſic
ſine charitate , omnis virtus vana & inanis eſt , &
omne opus bonũ perditur. Huic opponitur duritia K
cordis,quæ per lapidẽ intelligitur. Et pro vtroque
iſtorũ debet orari:vt ſcilicet charitas detur,& duri
tia cordis auferatur.Secũdò ponit exẽplũ de piſce, Piſcis.
per quẽ intelligitur fides : quia ſicut piſcis in aqua
naſcitur,& in fluctibus aquæ nõ moritur,ſed poti⁹
purgatur & melioratur:ſic in baptiſmo fides naſci
tur, & inter tribulationes & fluctus anguſtiarum
huius mundi nõ extinguitur, ſed potius purgatur.
Huic cõtrarius eſt ſerpẽs,propter venenũ infidelita Serpens.
tis.Iſtam fidẽ debemus petere à deo,& nõ dabit no
bis ſerpentẽ,id eſt infidelitatẽ,aut doctrinã,vel per
uerſitatem hæreticorũ, quę per ſerpentẽ intelligi-
tur.Tertiò ponit exemplũ de ouo,& ſignificat ſpẽ: Ouum.
quia ſicut in ouo nondũ eſt fœtus perfectus,ſed ſo-
la ſpes fœtus:ſic ſpes nõ eſt de habitis, ſed habẽdis.
Vnde ſicut ab ouo expectatur pullus, ſi ouum à ma
tre fuerit calefactũ : ſic æterna beatitudo à ſpe ex-
pectatur,ſi ſpes à matre conſciẽtię in calore chari-
tatis cõſeruatur. Huic contrariatur ſcorpio, cuius Scorpio.
venenata eſt cauda.Hãc ſpẽ debemus petere à Chri L
ſto,& nõ dabit nobis ſcorpionẽ,qui pũgit cauda,&
occidit,& mortẽ inferni inducit.Tres virtutes prę
dictas petere debemus: quia ſine eis nõ eſt ſalus. Si
ergo homo,qui malus eſt,ad cõparationem diuinę
bonitatis & clemẽtiæ, reſpectu cuius nemo eſt bo-
nus: qui etiã ideo malus dicitur,quia ad malum eſt
pronus:dat bona data ſibi à deo , ſcilicet tẽporalia,
filio petẽti:multò magis pater noſter cœleſtis , qui
ex natura ſua bonus & pius eſt, per eſſentiã [dabit
ſpiritũ bonũ] id eſt bona ſpiritualia, ſcilicet gratiã
& gloriã [petẽtibus ſe] nõ renuentibus. Vocat aũt
omne donũ ſpirituale, ſpiritũ bonũ: quia ſecũdum
Aug.ſpiritus ſanctus eſt primũ donũ,in quo omnia Spiritus ſanctus.
donãtur. Vbi Aug.Non denegabit ſe petẽtibus,qui
ſponte obtulit ſe non petentibus. Et præter hæc o-
mnia,qui ꝓprio filio ſuo nõ pepercit, ſed ꝓ omni-
bus tradidit illũ, & dedit ad occidendũ , quomodo
mobis non cũcta quę petimus donabit? Dabit autẽ
ea quæ petimus,ſi tamẽ ea quę pręcepit, fecerim⁹. M
Et iterum: Qui vult audiri à deo,prius audiat deũ. Exaudit volẽti neceſſaria.
Qua fronte poſtulas quod promiſit deus, ſi non fa
cis quod iuſsit deus ? Prius audi monitiones, & ſic
exige ꝓmiſsiones. Qui à præceptis dei auertitur,
quod in oratione poſtulat nõ meretur. hæc Augu:
Deinde oſtẽdit per quid oratio à parte orãtis exau-
dibilis ſit:& ad meritũ exauditionis concludendo,
ſubiungit: [Omnia ergo quæcunq; vultis] ſcilicet
rationabiliter & dictãte charitate [vt faciãt vobis
homines] ſcilicet vtiliter & ordinatè,[eadẽ & vos
facite eis:] ſcilicet loco & tp̃e. Qua eñ frõte petis
dñm tuũ:qui nõ agnoſcis parẽ tuum? quaſi dicat:Si
vultis petita accipere,quęſita inuenire pulſantes in
trare:ergo vos facite alijs,quæ vobis fieri vultis ab
illis.Sed nec ab alijs expectetis,qđ illis non feceri-
tis.Vbi Chryſ. Ac ſi diceret: Si ergo cupitis audiri
pręter illa quæ dixi,etiã iſta ꝑficite. Vidiſti certè,
qa cũ oratione opus ſit etiã diſciplina virtutũ.Quę
vis tibi fieri à cõſeruo,ea tu erga ꝓximum, inquit,
oſtẽde. Quid vnquã hoc præcepto,aut lęuius ĩueni Iuſti
tur,aut iuſti⁹?hæc Chry.Et qa iuſti faciũt hęc oĩa: tio.
ideo



Iaco.5. A ideo multũ valet oratio iuſti aſsidua.Iuſtus quip-
pe,fortis turris & murus eſt in aduerſis:& ſe & a-
Nũeri 16. lios defendit ab eis.Vnde figura in Nũeris eſt,vbi
dicitur ꝙ Aarõ ſtãs inter mortuos & viuos,depre
catus eſt,& plaga ceſſauit,& ab incẽdio eos libera
Gene.18. uit.Vnde & ſuper illo verbo Gene.Nõ delebo pro
pter decẽ,dicit Amb.Hinc diſcamus quãtus murus
ſit patriæ,homo iuſtus.Illorũ fides,vos ſeruat:iuſti
tia,ab odio diuino nos defendit.Vnde Gregor.Me
lius pugnat vir iuſtus orãdo,quã innumeri prælia
tores pugnãdo.Oratio enim viri iuſti cœlos pene-
trat:quõ ergo in terris hoſtes nõ vincat?Et nota ꝙ
cũ dictũ ſit omnia,hoc mãdatũ nõ implet,qui ali-
quid talium omittit,præcipuè quãdo illud facere
põt,niſi maius bonũ illud excuſet.Quid ergo dice
tur de illis,qui nõ tantum omittẽdo,ſed alios mul-
tipliciter affligendo,quod ſibi nolunt fieri,alijs fa-
ciẽtes,huius mandati trãſgreſſores efficiuntur?Di
ci poteſt ꝙ perfecti tenẽtur ad vtrũq;:ſcilicet nihil
talium omittere,& nihil moleſtũ,quod ſibi nollẽt
alijs inferre.Imperfecti aũt,tenẽtur ad vltimũ,ſed
B nõ primũ,niſi in caſu neceſsitatis:quia primũ in ta
li caſu,eſt præcepti:ſed in alijs,eſt ſupererogatio-
Præceptũ duplex. nis.Cũ ergo ſit duplex præceptũ legis naturalis.
Vnũ negatiuũ,de quo in Tobia dicitur:Quod ab
Tobiæ 4. alio tibi oderis fieri,vide ne aliquando alij facias.
Aliud affirmatiuũ,de quo hîc habetur.In hoc affir
matiuo,negatiuũ illud intelligitur.Vnde Chryſo.
Vię ad virtutem. Cũ eñ ſunt duæ viæ,quæ ducunt ad virtutẽ:ſcili-
cet abſtinẽtia mali,& operatio boni,hãc ponit,per
iſtã & illã ſignificans.hæc Chryſ.Et iſtud affirma
tiuum ad maiorẽ perfectionẽ obligat,q̃ negatiuũ:
& ideo rationabile fuit,vt affirmatiuũ poneretur
in noua lege,quæ maioris eſt perfectionis.Ibi ma
lum facere interdicimur:hîc autẽ etiã malis,bona
1.Cor.13. facere iubemur.Quia eñ charitas patiens & beni
gna eſt,nõ tãtum iniurias proximi fortiter ſuſti-
net,ſed eius quoq; gratiã benignè præuenit,vt be-
neficijs ad amorẽ trahat.Perpẽde quãtæ perfectio
nis ſit hoc mandatum:cuius eſt affectus,nõ aman-
C tem beneficijs cogi ad amorẽ?Vnde non ait,prout
faciunt,facite:ſed,prout vultis vt faciant vobis,fa
cite illis.Qui hãc regulã obſeruaret,nullũ offende
ret,ſicut à nullo vellet offendi:& alijs bona impẽ-
deret ſicut ab alijs vellet ſibi impẽdi.Qui eñ cogi
tat,vt ea alteri faciat,quæ ſibi ab altero fieri expe
ctat:penſat nimirũ vt malis bona,& bonis melio-
ra exhibeat.Et declarãs iſtius præcepti præconiũ,
cõſequẽter adiungit,[Hoc eſt enim lex & prophe
tæ]id eſt impletio legis naturalis:quia hæc lex na
turalis,ſcripta eſt in corde hominis,& inſita nobis
per quã quid ſit virtus,& vitiũ,dignoſcimus:ac im
pletio legis Moſaicæ,& propheticæ prædicatiõis:
quia nihil dictum videtur,q̃ Diliges proximũ tuũ
tanquã te ipſum:quod tamẽ ex dei dilectione,eſt
charitatis perfectio. faciẽdum.quaſi diceret:In hoc vno implentur,&
ad hoc tendunt,& propter hoc ſunt,& hoc docent
lex & prophetæ,& oẽs ſacræ ſcripturæ . Omnia
enim præcepta ordinãtia hominẽ ad proximum,
nõ ſunt niſi quædã concluſiones,ex iſto principio
Roma.13. deriuatæ.Vnde Apoſtolus:Qui diligit proximum
legẽ impleuit.Vbi & Chryſo.Breui ſermone oĩa
quæ ſaluti,ac fidei noſtræ erãt neceſſaria,dñs com
prehendit:vt ea quæ nobis ab alijs fieri volumus, D
ipſi quoq; alijs ſimiliter faciamus.In quo mãdato,
vniuerſa præcepta legis,ac prophetarũ conſiſtere,
dñs apertè mõſtrauit,dicẽdo: Hoc eſt enim lex &
prophetæ.Nã quęcũq; lex & prophetæ ſparſim in
omnibus præceperũt ſcripturis,in hoc cõpendioſo
cõtinẽtur mãdato:quaſi innumerabiles arborũ ra
mi in vna radice.Qui ergo ab alijs nobis,non niſi
bona & vtilia fieri volumus,ipſi quoq; vicẽ gratię
amoriſq́; repẽdere debemus:vt præcepta legis , ac
prophetarũ implẽtes,retributionẽ fidei à dño con
ſequamur.hæc Chry.Iugũ ergo domini ſuaue eſt, Matth.11.
& onus eius leue:vt in tã breui regula,eius lex &
præcepta,ad proximũ cõpleãtur.Nã alio loco,de
duobus præceptis:ſcilicet de dilectiõe dei,& proxi
mi loquẽs,non tantũ ait,Lex pendet in his & pro- Matth.22
phetæ,ſed addidit,Tota lex,& omnes prophetæ.
Quòd cũ hîc nõ addidit,ſeruauit locũ alteri præ-
cepto,quod ad dilectionẽ dei pertinet.Quidã tñ vo
lunt,ꝙ cõprehendatur etiam dilectio dei, ſine qua E
nõ impletur charitas proximi:quia nec proximus
ſine deo,nec deus ſine proximo,diligitur.Conſide
ra nunc præmiſſa domini præcepta:& vide quàm
rarus ſit,q obſeruet ea . Præcepti quidẽ affirmati-
ui hîc in euãgelio poſiti,ſcilicet: Omnia quæcũq;
vultis vt faciãt vobis hoĩes,& vos facite eis:neſcio
ſi obſeruator aliq̃s poſsit hodie reperiri. Præcepti Tobiæ 4.
verò negatiui,in Tobia poſiti,ſcilicet.Qđ ab alio
tibi oderis fieri,ne facias alij:& ſi ſint operarij,ſunt
tñ valde pauci:quia vt dicit Chryſo.nos ecõtrariò
omnia faciamus hominib⁹,quę ipſi pati nolumus.
Hoc quippe non ſolũ in ſecularibus, ſed & in qui-
buſdã patet religioſis,qui ſępe in perſonis & rebus,
ſiue vtiles alijs ſubtrahẽdo,ſiue de inutilibus ſe ex-
pediendo,fratribus ſuis iniuriã faciũt. Sicq́; in his
& cæteris modis varijs,cõtra prędictũ dñi manda
tum,id faciũt,quod ipſi pati nollẽt nec mirũ ſi in
futuro patiẽtur quod nollent.

ORATIO.

Domine IeſuChriſte,qui docuiſti nos facere
omnibus miſericordiã,& nõ iudicare quẽ- F
quam:da mihi quod doces perficere,vt tibi
per te valeã cõplacere:hortaris nos vt oremus , &
vtiq; cõferre vis,qui ſemper cõmones vt rogeris.
Peto ergo,quia iubes:quæro,quia præcipis:pulſo,
quia iniũgis.Qui me feciſti petere,fac accipere:
qui dediſti quęrere,da inuenire:qui docuiſti pulſa
re,aperi pulſanti,vt poſsit intrare.A te habeo deſi
derare:à te habeã impetrare.Dona ꝙ offerã,cuſto
di quod exigas,vt velis coronare qđ pręſtas.amẽ.

De arcta via &c.& concluſione ſermo
nis domini in monte. Cap.xl.

ET quia multa & admirãda dominus Lucę 13.et Matth.7.
præceperat,cũctiſq́; paſsionibus ſuos
eſſe liberos iuſſerat:ne aliquis dice-
ret:quia importabilia ſunt iſta pror-
ſus,ac dura:arcta via eſt iſta , valde
difficilis obſeruationis ſunt iſta mandata , ſubdit
monitionem,dicens [Contendite] ergo & ſolicitè
ſatagite[intrare per anguſtã portam] non per la-
tam.quaſi diceret: Quanuis prædicta ſunt diffici-
lia & anguſta,tamen meritoria ſunt , & introitus
ad cœle

G ad cœleſtia.Et notãter dicit,cõtendite:quia regnũ
Matth. 11.
cœlorũ vim patitur:& violenti rapiũt illud.Non eñ poteſt fieri ſine conatu magno,ꝙ homo terrenus,fiat ciuis in cœlo.Et hæc contẽtio,eſt bona & ſancta:qualis fuit in legione Thebæorũ,inter quos erat de glorioſæ mortis acceleratione,cõtẽtio.Sed hodie eſt cõtentio de alijs:quia de maioritate & excellentia,de acquirenda pecunia,de iniuria remordẽda,& huiuſmodi ſimilia.Deinde reddit monitionis dictæ rationẽ,dicẽs:Ita ergo intrate per anguſtã portã,nõ per latã[quia lata eſt porta,& ſpacioſa via,quæ ducit ad perditionẽ:&. multi ſunt qui

Contẽtio bona.

Porta anguſta.

intrãt per eã.Anguſta verò eſt porta,& arcta via, quæ ducit ad vitã:& pauci ſunt qui inueniũt eam. Porta,ingreſſus eſt,quoad incipiẽtes:via,progreſſus eſt,quoad proficiẽtes,vel deficientes.Et bene dixit viã ad vitã anguſtam & arctã:aliã verò latã & ſpacioſam.Nã ieiunare,vigilare,à carnis deſiderijs & voluptatibus abſtinere,propriã voluntatẽ nõ facere:cui non videtur anguſtũ & arctũ?At verò de

Via ad vitam eſt anguſta.

H liciosè mãducare & bibere,cęteriſq; carnis deſiderijs & voluptatibus obedire,ac volũtati ſuæ in nullo cõtradicere:cui nõ videtur latum & ſpacioſum? Sed heu,per latã viã quaſi oẽs incedimus:& de anguſta,pauci curam⁹.Vnde Chryſ.Qui iuſsi ſumus per anguſtã portã incedere:per latam ſemper incedimus.Et quidẽ,ſi homines ſeculi latãviam,ſpacioſamq; gradiãtur,nõ valde mirũ eſt.Eos aũt qui videntur ſuſtuliſſe crucẽ ſuã,& ſequi Chriſtũ,nõ per hanc latã & ſpacioſam velle incedere,nõ tibi prodigiũ videatur.Deniq; monachi,cũ de mõaſterijs requirũt,& de locis habitationũ percũctantur,ante omnia inquirũt,ſi requies ſit in loco,ſi abundent omnia,ſi aquarũ copia cõfluant.Sed & ſi de eremo requirant,etiã ibi antè omnia de requie tractant, & de opportunitate miniſterij corporalis.Iam verò,ſi ad aliquã diſpenſationẽ vocaueris,aut aliquid miniſterij diuini iniungere volueris:prima ſtatim ſolicitudo eius,& prima verba eius,iſta ſunt:Si eſt ibi requies,quò eundũ eſt:ſi inueniãtur ea,quæ neceſſaria ſunt abũdanter:ſi nihil deſit eorũ,quæ la-

De via lata.

Mõachos nõ ire per arctã viã, deflet.

I ta via & ſpacioſa depoſcit. Quid agis ô homo:q d loqueris?Arctam viã & anguſtã,iuſſus es ambulare;vt quid de requie:vt quid de abũdãtia percũctaris?Per anguſtã ianuã,tranſire iuſſus es:vt quid amplos requiris ingreſſus?Eſt aliquid iſta permutatione nequius:eſt aliquid iſta peruerſitate deterius? Et quidẽ,qui principibus ſeculi miniſtrant,horũ nihil requirunt:ſed tantũ ſi lucri habeat aliquid tẽporalis,militiæ eius locus.Quid ſi ſolũ eſſe cognouerint,iam nullus refugitur labor,nullũ periculũ vitatur,nulla indignitas excuſatur,ſeruilia etiã,ſi ab ingenuo depoſcãtur,officia nõ negabit.Peregrinationes quoq; longiſsimas,periculoſaſq; non reſpuet,cõtumelias,cruciatus, permutationes tẽporũ feret,omnia ſpe lucri.Nec timet ne fortè ab ipſa miſerabili ſpe decipiatur ac decidat:nec immaturã peregrinis locis mortẽ & ſubitã pertimeſcit, ſeparationẽ ſuorum,cõiugis etiã ac liberorũ abſentiam,tollerabiliter patitur,nõ patriæ,nõ charorũ mollitur affectu,ſed deſiderio & cupiditate pecuniæ velut amẽs agitur,& amore eius incẽſus,nihil

Secularium pro lucro labor.

laboris ſentit,nihil doloris intelligit.Nos econtrario,qui nõ pecuniã quærimus,ſed ſapientiã:nec ter-
K ram,ſed cœlũ petimus,& ad cœli diuitias feſtinamus:quas neq; oculus vidit,neq; auris audiuit,quæ
1. Corin. 2.
nec in cor hominis aſcẽderunt.Hæc inquã quęrentes,& pro his cœlo ipſi vim parãtes,inferre de requie corporis percũctamur.Vide illis quanto miſeriores ſumus,& molliores.Quid dicis ô homo:q d agis?Cœlũ paras aſcendere,& regnũ cœli inuadere:& interrogas ne qua tibi difficultas occurrat in itinere,ne quid in via tibi aſperũ accidat,aut laborioſum,& nõ erubeſcis,non pudore oppreſſus,ſub terrã temetipſum defodis.Si enim omnia tibi mala occurrerent,ſi vniuerſa tibi pericula imminerẽt ſi cõuitia,ſi iniuriæ,ſi ignominiæ,ſi calũniæ,ſi gladius,ſi ferrũ,ſi ignis,ſi beſtiæ,ſi pręcipitia,ſi fames ſi ægritudo,ſi cũcta quæ dici vel cogitari poſſunt mala ſuper te irruerẽt:dignũ aliquod erat,vt nõ tibi hæc omnia pro tantis & talibus cauſis ridenda prorſus & penitus ſpernẽda viderentur.Anilis animę metus hic,& effœminatę.Erit ergo aliquis ita abiectus,& ita infœlix,& ita degeneris animi vt

Omnia [...]ra pro [...]lo tole[...]da.

L cœlũ cupiẽs aſcendere,de terrena requie cogitet: quã nõ ſolũ requirere,ſed etiã paratã recipere,Iudæorũ eſt.Nõ video chariſsime,ꝙ aliquis noſtrũ, vera & perfecta cupidine cœleſtiũ teneatur.Alioquin,omnia quæ vidẽtur eſſe grauia,vmbras putaret & riſum.hæc de via lata Chryſ.De via verò arcta,ſic dicit Greg.Arcta quippe bene viuẽdi cenſura,nõ eſt ampla via,ſed ſemita,in qua quiſq; ſtudio ſè cõſtringitur,qui ſub præceptorũ cuſtodia,ſolicitè coanguſtatur.An nõ quaſi quædã anguſtia itineris eſt,in hoc quidẽ mũdo viuere,ſed de mundi huius cõcupiſcẽtia nil habere:aliena nõ appetere,propria nõ tenere,laudes mundi deſpicere,& pro deo opprobria amare,gloriã fugere,& deſpectũ ſequi adulatores deſpicere,deſpicientes honorare,mala nocẽtium ex corde dimittere,& erga eos dilectionis gratiã immobilẽ in corde retinere.Quę quidẽ omnia ſemitæ ſunt,ſed magnæ:quia quãtũ in hac vita,pro ipſa viuẽdi cuſtodia,anguſtæ ſunt:tanto

De via arcta.

M amplius in æterna retributiõe dilatãtur.Perfecta quippe ſciẽtia eſt,& cuncta hæc agere,& de ſuis viribus ſcire ſe nihil poſſe.Vñ & Ioãnes abbas mõtis Sinai:Attẽdamus nobiſipſis,ne qñ arctã & anguſtã viã ambulare dicimur,amplã & ſpacioſam tenentes curramus.Arctã viã indicabit tibi,& lucidabit tribulatio vẽtris,ſtatio ad vigilãdum in orationibus per totã noctẽ,mẽſura aquæ,& panis penuria, ſubſannationes,deriſiones,illuſiones, deciſio propriarũ voluntatũ,ignominiarũ poculũ,paſsionum & impulſionũ patiẽtia,ſub deſpectiõe eſſe ſine murmuratione,violẽtia iniuriarũ,læſus ſuſtinere fortiter,detractione non indignari, cõtemptus & vilipenſus non iraſci,iudicatus humiliari. Beati poſt dictam viam ingredientes:quoniã ipſorum eſt regnum cœlorum,hæc Ioannes.Nõ autẽ te moueat quia hîc dicitur:[Anguſta eſt porta,& arcta via,
Matth. 11.
quæ ducit ad vitã.]& dicitur:Iugũ enim meum ſuaue:& onus meũ leue.Quia ſicut onus dicitur leue in cõparatione ad mercedẽ,licèt in ſe ſit graue:ſic præſentia incommoda, reſpectu gloriæ futuræ.



A turæ.Itaq; lata dici põt hæc via:quia in amore cœ-
Roma. 8.
leſtiũ,cor dilatat cogitãtium.Qm̃ nõ ſunt cõdignę paſsiones huius temporis,ad futurã gloriã,quæ reuelabitur in nobis.Et anguſta:quia amorẽ terrenorũ anguſtat,& à terrenis hominẽ alienat.Vnde ſecũdũ Chryſ.Arcta eſt via & anguſta,& nihilominus leuis ac facilis:quia cuncta aſpera vitæ huius pertranſeunt:& quia ad bonũ finem,ſcilicet ad vitã perueniunt.Tẽporale,ſudorũ:& perpetuũ,coronatorum.Et quia prius ſunt laborioſa quæ trãſeunt,& poſtea glorioſa quæ permanent,maximũ põt laborũ eſſe ſolatium.Igitur etſi in ſe difficile ſit quod iubemur:tamẽ faciendũ eſt,vt ad gloriam

Arctæ viæ facilitas.

2. Tim. 2.
peruenire mereamur.Qui enim nõ cõpatitur,nõ cõregnabit:nec coronabitur,niſi qui legitimè certauerit.Et iterũ:Si quis viã laborioſam exiſtimat:
Ibidem.
ſuã deſidiã accuſat.Si enim nautis pelagi fluctus,ſi tempeſtates,atq; hyems agricolis,ſi vulnera cedeſque militibus,ſi grauiſsimi ictus,plageq; pugilib⁹, leues vidẽtur,& tolerabiles ſunt,propter ſpem tẽporalium,ac pereũtium cõmodorum:tanto magis
B cũ cœlum præparatur in præmio,nihil ex pręſentibus aſperitatibus debet ſentiri.Nec aſpicias ꝙ via eſt aſpera,ſed quò ducit:nec alia,quia lata eſt : ſed vbi deſinit.hæc Chryſo.Qũo autem domini pręcepta nobis nõ difficilia & oneroſa ſed magis facilia & leuia eſſe videãtur,docet adhuc idẽ Chryſo. dicens:His ergo quæ dicta ſunt,ne vltra inobediẽtiam contẽtione foueamus,maximè cũ præmia, & voluptatẽ habeãt in ſe,& vtilitatem ipſa præcepta.Quæ ſi moleſta & oneroſa plæriſq;,& ingentis cuiuſdã videntur laboris,intellige propter Chriſtum te illa ſuſcepiſſe facienda:& quod videtur eſſe triſte,iucũdiſsimũ iudicabis.Si enim cogitationem hanc ſemper habuerimus , nihil experimur oneroſum:ſed ex diuerſo plurimã vndique capiemus voluptatẽ.Siquidem labor,ipſe nõ amplius labor apparebit:ſed quanto magis intenditur,tanto dulcior & voluptuoſior fiet.Quãdo igitur te cupiditas pecuniarũ,aliorumq; obſederit cõſuetudo vitiorũ,ipſe ad animam tuã loquere.Triſtaris , quia

Præceptorũ domini facilitas.

C te corporis voluptate defraudo:ſed lætare potius, quia cœlorũ tibi regna ꝓuideo.Nõ eñ propter hominẽ,ſed propter deũ iſta operaris.Paululum igitur expecta,& videbis q̃ ſit cõmodum grãde paratum.Diſce præſentis vitæ põdera magnanimiter ſuſtinere:& ineffabili apud deũ fiducia,ac liberalitate gaudebis.Si enim iſta ſemper noſtræ inculcemus animæ,celeriter ab omnibus illã vitijs ſubtrahemus.Vnũ illud à te,ac ſolũ requirit deus,vt aduerſus hoſtẽ feras inimicitias pro honore regis & tua ſalute ſuſcipias.Itaq; ſi ei iſtud obtuleris,omne iam bellum ipſe conficiet.Ita etiam illa quæ importabilia nũc putamus,facilia prorſus,ac leuia,amabiliaq; ducemus.Quãdiu enim in vitijs permanemus,aſperã atq; difficilem,& omnino arduam opinamur eſſe virtutem:ipſa verò vitia,deſiderabilia prorſus ac dulcia.Sin autem vel breui illa tempore deſeramus,tunc & hæc horribilia,& turpia: & virtus delectabilis apparebit,ac facilis.Hæc autem ex illis abundè valemus addiſcere,qui vitam ſuam facta in melius cõuerſione mutauerũt.hæc

Virtus vitioſis ardua.

Chry.Vñ dicit & Seneca:quædã nõ quia difficilia
D ſunt,nõ audemus:ſed quia non audemus,difficilia ſunt.Et quia dixit paucos eſſe qui inueniũt anguſtã portã,& arctã viam:ne hæretici & peruerſi homines,falſitatẽ apparentia virtutũ palliãtes , & ſe plerũq; paucitate cõmendãtes,ſe nomine paucitatis ſupponant,& ſimplices in via dei ambulãtes decipiãt,ſtatim ſubiecit,dicẽs:[Attendite]id eſt attẽtè & diligenter cauere[à falſis prophetis.]Vñ Hilarius:Quia paucorũ eſt inuenire arctã viã,fraudulentiã eorũ qui ſe eã inuenire mẽtiuntur,exponit,ne ab illa nos impediãt.[Attẽdite,inquit,à falſis prophetis]id eſt à deceptoribus hæreticis,ſimulatis hypocritis,falſis fratribus,religionis ſpeciem prætẽdentibus,& huiuſmodi. Moraliter,tres falſi prophetæ ſunt,caro,mũdus,diabolus.Ille eñ dicitur falſus propheta,qui vnũ prædicit & præmittit, & aliud eueniẽs ſoluit:ſicq; homines decipit & fallit.Primus ergo eſt cõcupiſcẽtia carnalis:promittẽs delectationẽ,& ſoluens æternã afflictionẽ.Secundus eſt,cupiditas mũdialis:promittẽs ſufficientiã,& ſoluẽs finalẽ inopiã.Tertius eſt diabolus,ſi-

Prophetæ falſi ſunt tres.

E ue ſuperbia ſecularis:promittens exaltationem,& ſoluẽs futurã abiectionẽ:quia qui ſe exaltat,humi-
Lucæ 14.
liabitur.Põt etiã hoc exponi de omnibus dæmonibus,ſe in angelos lucis,vt iuſtos decipiãt,trãsferen-
1. Ioan. 4.
tes.Vnde dicit Ioannes.Nolite credere omni ſpiritui ſed probate ſpirit⁹,an ex deo ſint.[Qui veniũt ad vos]ſcilicet decipiendos[in veſtimentis ouium] id eſt ſub ſpecie religionis in cõſpectu hominũ,ſimiles iuſtitiæ miniſtris,in habitu humili & oratione prolixa,in ieiunio arcto,in eleemoſynæ largitione,in verbis blãdis, cæteriſq; religionis ſignis: quia prætẽdũt ſimplicitatẽ,ſimulant mãſuetudinẽ oſtẽtant humilitatẽ,fingũt ſuã ad populũ humili-

Veſtimenta ouium.

2. Tim. 3.
tatẽ,habẽtes,ſecundũ Apoſtolũ,ſpeciẽ pietatis,virtutẽ aũt eius abnegãtes.Vnde ſubiungitur[intrinſecus aũt]ſcilicet in corde & volũtatè decipiendi [ſunt lupi rapaces:]quia cũ ſpecie virtutis ſint induti,vitæ tñ prauitate ſunt corrupti:& ideo magis cauendũ,ne rapiendo dilaniẽt vos blãditijs & ſimu-
F lationibus.Vnde eñ ait Chryſ.Nulla res ſic exterminat bonũ,ſicut ſimulatio:nã malũ ſub ſpecie boni celatũ , dũ nõ cognoſcitur,nõ cauetur.Vbi Hiero.Et de omnibus quidẽ intelligi põt,qui aliud habitu ac ſermone promittunt,aliud opere demonſtrant.Sed ſpecialiter de hæreticis intelligendum eſt,qui vidẽtur cõtinentia,caſtitate , ieiunio,quaſi quadã pietatis veſte ſe circũdare, intrinſecus verò habentes animũ venenatũ,ſimpliciorũ fratrũ corda decipiũt.hæc Hiero.Et quia iſti falſi prophetæ nõ poſſunt cognoſci ex apparẽtia exteriori : ideo oſtẽdit vnde debeãt cognoſci, ſcilicet fructibus & operibus.Cùm enim alteri ſint exterius in cõuerſatione,alteri interius in affectione,& ita difficile cognoſcãtur:tñ[ à fructibus eorũ ] id eſt operibus [cognoſcetis eos]ſcilicet finaliter, nõ tñ omnibus, licèt bona & laudabilia opera videantur alijs: ſed quibuſdã & maximè per impatiẽtiã eorũ, tẽpore perſecutionis & aduerſitatis: quia de facili in tẽpore tẽtationis recedũt:& pro ſimulata iuſtitia preſſuras nõ ſuſtinẽt.Sed vt dicit Augu. veſtimẽta

Simulatio

Simulatores ſunt hæretici.

religioſa

religioſa ſine bonis operibus,nõ ſolũ remediũ ha-
G bere nõ poterũt,ſed etiã iuſtũ dei iudiciũ ſuſtine-
Simulationis malũ.
bunt. Vt enim dicit Seneca,malus,vbi bonum ſe ſi
mulat,tunc peſsimus eſt.Igitur,vt idẽ Seneca dicit
quis ſis intereſt,nõ quid habearis. Deinde probat
quod propoſuit exẽplo particulari:quia ſpinæ , &
tribuli,ac vitis,& ficulnea cognoſcũtur diſtinctè
ex fructibus diuerſis:ergo & homines.Nõ eñ[col
ligũt de ſpinis vuas:aut de tribulis ficus.]Vbi Chry
ſo.Quod verò dicit huiuſmodi eſt.Nihil habẽt mã
ſuetũ,nihil mite,nihil dulce,vſq; ad pellẽ ſunt oues
ideoq; facilis eſt cognitio:vt neq; de cõtingẽti dubi
Spinæ.
tes.hæc Chryſ.Nomine ſpinæ,põt intelligi carna
lis concupiſcentia,quæ ſemper ardet,& nũquã cõ
Tribuli.
ſumitur. Nomine tribuli, ſpiritualis malitia,quæ
Vuæ.
plena eſt punctionibus peccatorũ.Nomine vuę,fer
Ficus.
uor vitæ actiuæ.Nomine ficus,dulcedo vitæ con-
tẽplatiuæ.Ex concupiſcẽtia ergo carnis,nõ colli-
gitur bona actio,quæ requirit corpus ſpiritui obe
diens,& ſubiectũ:nec de malitia cordis cõtẽplatio
quæ requirit cor deuotũ & pacificũ:quia in mali-
Sapiẽtię 1.
H uolã animã nõ introibit ſapientia,quoad cõtẽplati
uã:nec habitabit in corpore ſubdito peccatis,quo-
ad actiuã,quæ miniſterio corporis exercetur. De
inde cõfirmat hoc idẽ,exẽplo generali : quia ſicut
vnaquæq; arbor,ex fructu ſuo cognoſcit:ita vnuſ-
quiſq; homo,ex fructibus & operibus ſuis,cogno-
ſci põt.Ideoq; nõ dixit à folijs eorũ,id eſt verbis:
ſed[à fructibus]id eſt operibus[cognoſcetis eos.]
Si eñ verba attendimus,nõ facilè boni diſcernun
tur à malis:ſed qui in verbis nõ diſcernũtur,in ope
ribus cõprehẽduntur,ſi fideles ſunt,ſi mites,ſi pa-
tiẽtes,ſi humiles,ſi caſti,ſi auaritiã oderint,& ſimi
lia quæ enumerare longũ eſſet.Cognoſcẽtur ergo
falſi prophetæ,à fructibus ſuis:qñ etſi aliquando
bonũ aliquod facere videantur,ſcilicet eleemoſy-
nã,orationẽ,& ieiunium,& huiuſmodi:tñ quia vel
pro lucro,vel laude faciunt,eorũ ſimulatio diu nõ
põt celari. Quãuis enim inſcrutabile ſit cor homi-
nis,põt tamẽ humano iudicio,maximè longo tem
I pore,cognoſci ex actibus & operibus, quæ vocat
fructus:quia qualis vnuſquiſque eſt,talia dicit ,&
operatur. Vnde licèt mali & vitioſi,malitiã ſuam
operiant aliquo tẽpore,& operentur bonũ ex ge-
nere:tamẽ non eſt bene poſsibile quin operentur
Perſona ficta diu nõ fertur.
quandoq; ſecundũ inclinationẽ ſuæ malitiæ. Vnde
Seneca:Nemo põt diu ferre perſonã fictã , citò in
naturam ſuã recidunt,quibus veritas non ſubeſt:
qui aũt ex ſolido naſcuntur,tẽpore ipſo in melius
proficiunt. Detegitur etiã error,quandoque tẽpo-
ralis commodi tẽtatione,perſecutionis tẽpore:etſi
fingant humilitatẽ & bona opera,tempore proſpe
ritatis cũ honorantur:detegetur tamen eorũ ſuper
bia,cũ aduerſis tanguntur & honor ſubtrahitur.
Poſſunt etiã cognoſci,quãdo conſecuti ſunt ea pro
pter quæ operãdo laborauerũt;vt dignitates & hu
iuſmodi quia ſæpe poſtmodũ ceſſant operari. Vn-
de Augu. Quæcunq; in factis vel dictis apparere
Tentatio duplex.
non potuerũt,tentationibus aperiuntur. Tentatio
autem duplex eſt:aut in ſpe adipiſcendi aliquod cõ
modũ temporale:aut in timore amittendi. Cũ eñ
aliquibus tentationibus cœperint ea ipſa illis ſub-
trahi vel negari,quæ iſto velamine,vel conſecuti
ſunt,vel cõſequi cupiunt:tunc neceſſe eſt vt appa- K
reat,vtrũ lupus in ouina pelle ſit,an agnus in ſua.
hæc Aug. Inſuper & in hoc cognoſcũtur:quia ſim
plices opprimunt,maioribus detrahunt, minima
redarguũt,correctionẽ impugnãt,nõ faciunt quod
dicũt,in dignitatibus ſe iactãt,in bonis inceptis fa
ſtidiũt,in aduerſitatibus murmurant,& maximè
per impatientiã,in aduerſitatibus,vt ſuprà dictum
eſt,cognoſcũtur. Vbi nota ꝙ homo nõ loquitur ita
expreſsè,nec ita propriè,ſicut in lingua propria.
Auis simula[…]
Sunt aũt aliqui,qui faciũt ſicut auis in capola:quæ
mutat linguã propriã,& fingit vocẽ hominũ, vel
aliarũ auiũ:& licèt quando bene fit ſibi hoc faciat,
tamẽ ſi aliquis eã in pede læſerit,vel alibi dolorẽ
ſenſerit,vel quicquã contra volũtatẽ receperit,ſta
tim ad vocẽ propriã reuertitur. Sic multi qñ ſunt
in proſperitate,vel quãdo bene fit eis,mutãt vocẽ
propriã,deũ laudant,adulationibus ſeruiunt:ſed ſi
ſint in aliqua aduerſitate,vel aliquo modo lędãtur
ſtatim ad linguã propriã,ſcilicet ingratitudinem,
impatientiã,& huiuſmodi,reuertuntur. Et bene di L
cit,ꝙ ex fructibus cognoſcũtur:nã [omnis arbor
bona]id eſt homo bonus,habẽs voluntatẽ bonam
[fructus bonos]id eſt opera bona,& vitæ æternæ
meritoria[facit:mala aũt arbor] id eſt homo ha-
bẽs voluntatẽ prauam[fructus malos]id eſt opera
mala,& demeritoria[facit.]Nã actus interior vo
luntatis,cauſa eſt immediata actus exterioris. Et
ideo vt dicit Ambro. Effectus tuus,operi tuo nomẽ
Volun[…]
imponit. Vñ ſecũdũ Chryſo. Voluntas eſt,aut quæ
remuneratur pro bono,aut cõdẽnatur pro malo:
opera aũt,teſtimonia ſunt volũtatis. Et verè ita eſt:
quia[nõ põt arbor bona]inquantũ huiuſmodi[fru
ctus malos facere:neq; arbor mala]inquãtum hu-
iuſmodi[fructus bonos facere.]Iſtud eñ compoſi-
tè intelligendũ eſt:quia [arbor bona] manẽs bona
[nõ põt fructus malos]& demeritorios facere:[&
arbor mala]manẽs mala[non poteſt fructus bonos
facere]id eſt meritorios vitæ æternę. Et ideo ſi ho
mo bonus facit fructus malos,iam bonus non eſt: M
& ſi malus vult bona operari,bonus primò fiat. Et
verè bona arbor,bonos fructus facit:& mala,ma-
los:quia[bon⁹ homo,de bono theſauro cordis ſui]
id eſt de bona intentione & volũtate,quæ ſicut the
ſaurus abſcõditus latet interius in mente [profert
bona]verba,ſcilicet & facta[& mal⁹ homo,de ma
lo theſauro]id eſt mala volũtate & intẽtione[pro-
fert mala ] ſcilicet verba & facta:quia contrariæ
cauſæ,habẽt contrarios effectus. Nam ſecundũ Be
Theſaurus cordis.
dam,idẽ eſt theſaurus cordis,quod radix eſt arbo-
ris & quod de corde profertur,idem eſt quod arbo
ris fructus. Vnde & Remigius: Theſaurus cordis
intentio eſt,ex qua deus iudicat opera:vt aliquãdo
Bonę voluntatis l[…]
minora maior,aliquando maiora minor merces
ſequatur. Magnum donum dei eſt,bona voluntas:
& præſtantius ſuper omnes res terrenas. Vnde Au
gu. Bona voluntas eſt,qua appetimus rectè hone-
ſteq; viuere,& ad ſummam ſapiẽtiam peruenire.
Volũtatem quiſque cùm habet bonam,idcirco ha-
bet,quòd terrenis omnib⁹ regnis,voluptatibuſque
omnibus corporis,longè anteponendum ſit. Quiſ-
quis



quis autem non habet,caret profectò illa re, quam
A prętantiorẽ omnibus bonis, in poteſtate non cõſti
tutis,ſola illi voluntas per ſe ipſam daret. Et iterũ:
Si deſit facultas,nõ quæritur niſi volũtas.hęc Aug.
Arboris bonę partes.
Arboris ergo bonæ radix,eſt volũtas gratia diuina
informata:folium, cogitatio: flos, ſermo: fructus,
opus. Arboris verò malæ radix , eſt voluntas gra-
tia dei deſtituta:cuius cadũt folia,marcẽt flores,pu
treſcunt fructus : quæ ex bona arbore non poſſunt
procedere. Et meritò, quod de bono vel malo cor-
de procedit,bonus vel malus debet iudicari fruct⁹.
Ex abũdantia enim bonitatis , vel malitiæ cordis,
quę intus latet , os exterius loquitur verbũ dictio-
nis & operis. Ex interiori enim homine , procedit
exterior effectus,tã in verbis quàm in factis:ac ver
bum & factũ exterius,teſtimoniũ cordis eſt, & ſi-
Verba pro factis ponere.
gnificatiuum cõceptus interioris. Per oris enim lo
cutionem,vniuerſa quæ dicto,vel facto,vel cogita
tu,de corde proferũtur,dñs voluit ſignificare:nam
moris ſcripturarũ eſt,verba pro factis & rebus po-
Eſaiæ 39.
nere. Vnde de Ezechia. Nõ fuit verbũ quod nõ oſtẽ
B derit Ezechias in domo ſua. Qui vtiq; rerũ & non
verborum,Chaldęis reuelauerat arcana. De ore au
tem,hîc ſpecialiter exemplificat : quia per os, cor
maximè manifeſtatur:eò ꝙ verba,in ſignis prima
tum tenent,ſecundũ Augu. Deus autẽ,ſecũdum os,
omnia cordis dijudicat: qui ex qua intẽtione verba
Oris locutio.
procedũt,non ignorat. Et notãter dicit [ex abundã
tia cordis, os loquitur:] quia plus intus eſt, quàm
effunditur. Sicut fumus ab igne ſurgit:ſic olla ebul
liens redũdat. Vnde Chryſ. Naturalis enim conſe-
quentia eſt,vt cùm intus abũdat nequitia, effluant
oretenus verba nequã. Quare cùm audieris homi-
nem pernitioſa & inhoneſta loquẽtem,nõ tantam
puta in eo latere nequitiã,quãta verbis eius expri-
mitur:ſed multò ampliorẽ cõijce eſſe fontẽ. Quod
enim exterius dicitur ſuperfluũ eſt eius quod intus
eſt. Lingua quidẽ confuſa , multoties non repentè
effundit nequitiã:cor autem,nullũ hominũ habens
teſtem,ſine timore quæcunq; vult parit mala:dei
enim nõ multa cura eſt ei. Hęc ſentẽtia & ſimilitu
C do de arbore, hîc ponitur contra hypocriſim, ſpe-
cialiter Scribarũ & Phariſæorũ: ſed infrà etiã po-
nitur,contra eorũ malitiam & blaſphemiã,qua di-
cebant Chriſtum in Beelzebub eijcere dæmonia.
Contra tepidos.
Et ne tepidi putẽt ſe eſſe immunes à pœna , quia à
malo abſtinẽt,aliena non rapiunt,ſine quærela vi-
uunt:tamẽ bona nõ agũt, proximis nõ cõpatiũtur,
ſua egẽtibus nõ tribuũt:ideo additur [omnis arbor
quæ nõ facit fructũ bonum,excidetur] id eſt ſentẽ
tia iudicis , à conſortio omniũ bonorũ, & numero
fidelium ſeparabitur:& ſentẽtię executione,ab an
gelis meſſoribus [in ignẽ] ęternũ gehennę [mitte-
tur.] vbi minatur dñs, infructuoſis , pœnam dãni,
quia excidẽtur à terra viuentiũ: & pœnam ſenſus,
quia mittẽtur in ignem æternũ. Nec exprobrabit
dominus,ꝙ mala fecerint: ſed ꝙ bona nõ egerunt,
dicens:Eſuriui, & nõ dediſtis mihi mãducare &c.
Fructus cordis, oris, & operis.
Et ſciendũ ꝙ fructus cordis ſunt,contritio, diuinæ
legis meditatio,beneficiorũ dei recordatio, mortis
memoratio,ꝓximi cõpaſsio. Fructus oris, oratio,
prædicatio,gratiarũ actio,conſiliũ,fratris errantis
correctio,ignorãtis iuſtructio. Fructus operis ſunt,
pœnitẽtia,eleemoſyna,obediẽtia, obſequiorũ dili- D
gentia, difficiliũ tolerãtia. Sed ne putemus ad fru-
ctus iam pertinere,ſi quis dicat:Domine, domine,
& ex eo nobis arbor bona videatur eſſe, ſubiungit:
[Quid autẽ vocatis me domine,& non facitis quę
dico?] Quaſi vellet dicere hypocritis, & ſpeciali-
ter ſcribis & phariſæis:Vos eſtis arbores,habentes
folia ſine fructu,& verba ſine opere:& ideo male-
dicti tales ſunt,ſicut ſalices habẽtes folia ſimilia oli
uis,ſed fructu carẽtes. Tãtum enim eſt inter dice-
re & facere, quãtum inter folia & fructus. Deinde
oſtendit,ꝙ ad ſalutẽ,nõ ſufficiũt verba cõfeſsionis:
ſed ꝙ exigitur executio diuinæ voluntatis,dicens:
[Non omnis qui] verbotenus nomine tãtum [dicit
mihi domine domine] confitendo fidẽ catholicam
Confeſsio fidei ſine operibus.
[intrabit in regnũ cœlorũ.] Confeſsio enim fidei,
ſine operibus,non ſufficit ad ſalutę: quia talis fides
mortua eſt:ſicut illorũ,qui deũ ore confitentur,fa-
ctis autẽ negãt. Sic modò plurimi in oratione poſi-
ti,verbotenus & nomine tãtum dicũt:Domine,do E
mine,cor autem eorum lõgè eſt à deo. Hypocritæ
etiam dicũt hoc facto , ſanctitatẽ exterius ſimulã-
tes corã populo. Sed qui facit volũtatem patris mei
qui in cœlis eſt , ipſe intrabit in regnũ cœlorũ. Hi
enim ſunt fructus boni & bonæ arboris, ſcilicet fa
cere volũtatem patris:cuius faciẽdæ ſeipſum præ-
bere exẽplum dignatus eſt . Quid enim meriti eſt
dño dicere,Domine,domine. Nũquid dñs nõ erit,
niſi fuerit dictus à nobis? Verè dicere, domine do-
mine,vel dñs Ieſus,eſt corde credere, ore confiteri,
operibus atteſtari:nã vnum ſine alio negare eſt. Vt
Credere in deum.
enim ait Augu. Credere in deũ:eſt credẽdo amare
& diligere,credẽdo in eũ ire,& eius mẽbris incor-
Voluntatẽ dei facere.
porari. Et notãdum ꝙ hæc videntur immediatius
facere volũtatem dei:ſcilicet ſuper omnibus agen-
dis,ſuſtinẽdis & habẽdis ei ſe conformare , & inde
quies mẽtis,faciẽ domini omnia intuẽtem, ſemper
vt præſentem intueri,& inde reuerentia,pudor,&
diſciplina intus & extrà,bonitatẽ gratuitæ libera-
litatis dei libẽter cõſiderare, ſæpius actualiter ad- F
uertendo,inde amor gratuitus & cõfidẽtia de futu-
ro,ſemper attẽdere ad ędificationẽ proximi,omne
verbũ & opus præmeditari , ſæpius ſuper ſe refle-
cti. Et ne decipiamur,nõ ſolũ nomine Chriſti, per
eos qui nomẽ & non facta habẽt:ſed etiã quibuſdã
factis & miraculis adiũgit, & dicit: [Multi dicent
mihi in illa die] notabili & famoſa , terribili im-
Corda loquẽtur in die iudicij.
pijs,& blãda pijs,ſcilicet die extremi iudicij:quan-
do,ſecundũ Chryſoſt. Loquẽtur corda,& tacebunt
ora:qñ nõ perſona interrogatur,ſed cõſcientia diſ-
cutitur:vbi nõ erũt teſtes adulatores, ſed angeli ve-
races.[dñe domine:nónne in nomine tuo] id eſt in
virtute & inuocatione nominis tui [prophetaui-
mus] id eſt ꝓpheticũ ſermonẽ ꝓtulimus,& occul-
ta denuntiauimus [& in noĩe tuo dæmonia eieci-
mus]ab obſeſsis [& in noĩe tuo virtutes multas] id
eſt miracula [fecimus] his ſimiles ſunt bene docẽ-
tes,& malè viuẽtes. Vbi Chryſ. Illi quippe,quia cõ
trariũ expectationis ſuę finẽ videbũt: quia hîc fue-
runt mirabilia faciẽdo cõſpicui:ibi aũt ſe intelligẽt
puniendos,quaſi ſtupẽtes dicẽt,atq; mirãtes.[Dñe,
domine,

domine,nónne in nomine tuo ,pphetauimus] quẽ-
G admodũ nobis aduerſaris * modò? Quid ſibi vult

*nos auer ſaris.

ho ius iſte finis: nec à nobis aliquando præuiſus? Deinde ſubijcitur ſentẽtia iudicis, tales reprobãtis & abijcientis. [Et t mc] inquit [cõfitebor] & dicã illis [nunquã] in præd. ſtinatione [noui vos] ſcilicet notitia approbationis, ſed reprobationis. Illos enim deus dicitur ſcire, quos approbat: illos verò neſcire,quos in ſua dilectione non approbat. Vnde Aug. Scit reprobos,quos cognoſcendo iudicat: non autẽ approbat voluntatẽ,quæ ab ipſo diſcordat. Vnde & Beda: Non ſcientia ſcripturarum deo notum facit: quẽ operum iniquitas obtutus eius oſtẽdit indignũ. Et tandẽ eos propter opera iniquitatis abijciendo,ſubiungit: [Diſcedite à me] bonos glorificãtes [qui operamini iniquitatẽ. Diſcedite] id eſt diuiſi per iniquitatẽ,cædite in ęternã damnationem: non ergo cognoſcit niſi eũ qui operatur æquitatẽ, à deo,qui vbiq; eſt,iubentur recedere: quia licèt ſit vbiq; per præſentiã deitatis,non tamẽ vt obiectum beatitudinis. Dicit aũt in præſenti,qui operamini:

Scire & neſcire dei.

Diſcedere à deo.

H quia affectus malus,adhuc remanet in eis. Vñ Hiero. Non dixit,qui operati eſtis iniquitatẽ,ne videretur tollere pœnitentiã: ſed qui operamini, hoc eſt, qui vſq; in præſentẽ horã,cùm iudicij tempus aduenerit, licèt non habeatis facultatem peccandi, tamen adhuc habetis affectũ. Vñ & Chryſ. Nõ dicit, qui operati eſtis, ſed qui operamini: quia iniqui, poſt mortem nõ deſinũt eſſe iniqui: quia etſi peccare nõ poſſunt,peccãdi,tamen, voluntatẽ non amittunt. Nã mors,animã quidẽ à carne ſeparat: animę autem propoſitũ,nõ immutat. Igitur,vt ait Chryſ. voluit dominus hoc loco aſſerere, ꝙ fides abſq; operum ſanctitate nil valeat. & non modò fides,ſed ne ipſa quidẽ cuipiã mirabilia ,pfutura ſint, ſi ea operatus fuerit abſq; poſſeſsione virtutũ: quia neq; fides,neq; mirabilia quicquã valent, ſi nõ aſsiſtat vita: & iterũ,nuſquã in opere ſignorum & mirabiliũ beatitudo ponitur,ſed in expletione mandatorum & perfectione. Qui ſignorũ & mirabiliũ indicijs probari vult,non põt probus videri. Vita enim &

Operãtur adhuc voluntate dãnati.

I actus probi,etiã ſine ſignis & mirabilibus,merẽtur coronã: iniqua autẽ conuerſatio,etiã ſi ſigna & prodigia fecerit, ſupplicia non euadet. hæc Chryſoſt. Notandũ ꝙ hîc miraculorũ operatio,quãdoq; prouenit ex merito inuocantis nomẽ domini: quãdoq; ex merito illius ſuper quẽ inuocatur: quandoq; nec ex merito huius,nec ex merito illius: ſed ob vtilitatem aſsiſtentiũ,vt vidẽtes hoc, deũ honorent, & in Chriſtum credant: quandoq; ad damnationẽ inuocantis & præſentiũ,vt videntes non videant,& videntes cæci fiant: quandoq; etiã in elationẽ & vanã gloriam extollit: vel aliquo alio modo facienti,nocet. Non mireris ergo,ſi quãdoq; iniqui prophetãt, aut miracula faciũt: quia iſtæ ſunt gratiæ dei gratis datæ,quæ dãtur principaliter ad cõmunẽ vtilitatem eccleſiæ, & rarò ad vtilitatẽ ſingularis perſonæ: & ideo aliquando per malos homines,à deo nobis dãtur, ad inuocationem nominis Chriſti: nõ propter merita inuocantiũ,ſed ad declarationẽ virtutis Chriſti,& confirmationẽ fidei,licèt ipſi inuocantes ſint mali. Sicut bona eleemoſyna, aliquãdo

Miraculorum opatio non iuſtificat.

datur à bono domino mediãte malo ſeruo. Bonum ergo ſectemur,malũ omne vitemus,totoq; affectu K præceptis cœleſtibus obtẽperemus, ac talibus officijs cogniti dei ſimus, agenteſq; potius quod vult, quàm quod põt,gloriemur. Et quia dominus repellit ipſum confitẽtes, ore & opere legem ſuam non implentes,cõcludit inutilitatẽ auditus,vbi nõ ſequitur opus: & admonet nos vt Chriſti doctrinã opere impleamus,ne cũ operarijs iniquitatis,ab eo diſcedamus: quia inutilis eſt legis auditio, niſi ſequatur operis impletio. Vnde cõcludit totũ ſermonẽ: cuius concluſio quàm terribiliter inferatur, valde attendendum eſt. [Omnis ergo] inquit, nullo excluſo [qui audit] aure interiori intelligẽdo [verba mea hæc] quæ locutus ſum in aperto, [& facit ea] affectu charitatis,opere adimplendo, [aſsimilabitur viro ſapiẽti] ſibi in futurũ prouidẽdi [qui ędificauit domum ſuã] id eſt bonorũ operũ conſtructionẽ [ſupra petrã] id eſt Chriſtũ,omnia opera ſua faciẽs propter ipſum: talis enim facit opera bona de genere & recta intentione,quæ duo requirũtur ad impletionem legis euãgelicæ. Nõ enim quiſq; firmat L quæ audit vel percipit,niſi faciẽdo,& opere implẽdo. Et quia petra eſt Chriſtus,ille in Chriſto ędificat,qui quod ab illo facit. [Deſcẽdit pluuia] id eſt tentatio carnalis laſciuię & cõcupiſcẽtię [venerũt flumina] mundanæ cupiditatis & auaritię [flauerunt vẽti] diabolicæ vanitatis & ſuperbiæ [& irruerunt] per impetuoſitatẽ & importunitatẽ tentationum [in domũ illã] id eſt ædificiũ virtutũ in Chriſto conſtructũ: ſed non diruerũt eã [nec cecidit] à ſtabilitate virtutis ſuccũbendo tentationibus iſtis [fundata enim erat] finaliter, radicaliter, & perſeuerãter per fidẽ,ſpẽ,& charitatẽ [ſupra firmã petram] & ſolidã, ſcilicet Chriſtũ, nõ in terrenis. Tangitur ergo hîc triplex tentationũ differentia: in qua ſignificãtur & conſiſtunt omnia tentationũ genera. Põt etiã dici,ꝙ quædã ſunt tentationes voluptatis & cõcupiſcentiæ carnalis, quæ deſignãtur in pluuia,quę guttatim cadit & emollit. Alię ſunt aduerſitatis & tribulationis,quæ ſignificantur per flumina,quę cũ impetu ueniũt. Alię ſunt perſuaſio M nis,ſiue per minas,ſiue per blãditias humanas,ſiue per ſuggeſtiones diabolicas,quę deſignãtur per vẽtos: horũ aũt omniũ,qui proſperitatibus inducitur, aduerſitatibus frangitur. Quorũ nihil metuit,qui fundatã habet domũ ſupra petrã, ſcilicet Chriſtũ: cui innititur in obſeruatione pręceptorũ,id eſt qui non ſolũ audit pręcepta dñi,ſed etiam facit: & his omnibus periculoſè ſubiacet,qui audit,& nõ facit: non enim quiſq; ſtabile fundamentũ habet,nec firmat in ſe quę dñs pręcipit,vel ipſe audit,niſi ea fecerit. Vñ cõſequẽter ait,& per oppoſitũ: [Omnis qui audit verba mea hęc] ſupradicta [& non facit ea] ſed contẽnit [ſimilis erit] in culpa [viro ſtulto] & malo [qui ædificauit domũ ſuã] id eſt ædificiũ operum ſuorũ [ſupra arenã] id eſt amorẽ terrenorum mobile,& inſtabile fundamentum: quod facit omnis,qui cõtemptis cœleſtibus, nõ ceſſat inhiare terrenis: & qui intentionẽ ſuam,ſuper aliud, quàm ſuper ipſum deũ ponit: quia omnis creatura mutabilis eſt. Arena, cupiditati terrenorũ comparatur, quia

Tentationum genera.



quia ſterilis: ſic qui amat diuitias, frui non poteſt:
A quia fluida ſic tranſeunt omnia velut vmbra: quia fluctibus cõcuſſa,ſic in mũdo eſt preſſura. Item per arenam,cõgregationem malorum ſignificat: quia innumerabilis,per multiplicitatem: quia diſcohærens,per diſſenſionẽ: quia ſterilis,ad bonorũ multiplicationẽ: & ideo ſequitur caſus in peccatũ [quia venerunt] ſupradicta mala tentationum [& irruerunt] ſubito impetu,& ſimul [in domũ illam] malè fundatam [& cecidit] per culpã [& facta eſt ruina eius magna] quia ruit vſque in gehennã. Primò ruit in foueam culpæ,& poſtea in foueã gehennæ, quæ eſt ruina magna (quia omnino irreparabilis) omnis cõſciẽtia, quę ſpe fixa in deo nõ permanet, in tentationibus ſubſiſtere non valet: & tanto amplius agitatur,quanto plus in his quæ mundi ſunt, à ſuperioribus diſiũgitur. Vbi Beda: Manifeſtũ eſt, quia ingruente qualibet tẽtatione,mox & verè mali & ficti boni peiores fiunt,donec ad extremũ perpetuam labantur in pœnã. Vbi & Chryſ. Et facta eſt,inquit,ruina eius magna. Neq; enim exiguarũ, leuiumq; rerũ periculum eſt: ſed de animæ diſcri-
B mine,de immortalibus ſupplicijs,deq; cœleſtis regni amiſsione res agitur. hæc Chryſo. Nec ſemper audiẽs verbũ dei & nõ faciens,cadit in illã periculoſam ruinã, ſed duplici diſtinctione opus eſt. Vna, ex parte audientis: quia is qui audit verbũ dei: aut omittit facere ex cõtemptu, & tunc locũ habet ſimilitudo propoſita: aut ex fragilitate,& tunc non. Alia eſt ex parte verbi dei: quia ea verba quæ quis audit,aut ſunt verba neceſsitatis ad ſalutẽ,ſicut pręcepta euãgelica,& tunc ſimilitudo habet locũ: aut ſunt verba cõſilij & ſupererogationis,& tunc non, niſi quantum ad perfectos. Moraliter,domus iuſti (cuius ędificatio eſt bona conſcientia) pertinet ad bonorum operũ perfectionẽ: foſsio,ad cõtemptum terrenorũ,ſiue paupertatem: fundatio, ad meditationem cœleſtiũ & amorem: impulſio,ad tentationum impugnationẽ: immobilitas, ad finalem perſeuerantiam. Domus impij, eſt mala conſcientia:

Ruina malorum.

Domus iuſti.

Michęę 6. de qua in Michęa: Adhuc ignis in domo impij: cuius terrena ędificatio pertinet,ad terrenorũ amo-
C rem: fundamenti priuatio,ad mentis inſtabilitatẽ: fluminis inundatio,ad carnalium delitiarũ fluxibilitatem: caſus celeritas,ad peccandi pronitatẽ: ruinæ magnitudo, ad æternam damnationẽ: domus etiam cõcutitur in tentatione, inclinatur in delectatione,cadit in cõſenſu. Et eſt caſus magnus in cõſenſu, quia ſic cadit à gratia: maior in opere, qa ſic cadit à vita: maximus in obſtinatione, quia ſic cadit à miſericordia. Sapiens ergo qui audita opere cõplet & perficit: ſtructurã firmam erigit: quia per cumulum bonorũ operum deus gratiã dat: quę noſtra merita abſq; ruina caſus cõſolidat & cõfirmat. Per gratiã enim bene operãdo,meremur perſeuerantiã in bono, vt ſpirituale noſtrũ ædificium in petra fidei fundatũ,per ſpem erectũ,per charitatem ſolidatum: nec pluuia, nec fluminibus, nec ventis poterit euerti,Chriſto gratiã ſuam donãte. Stultus verò qui audit & non operatur: ſed audita diſsimulans,obliuioſus auditor factus,tanquam ſuper arenam, opus ædificationis impendit: & quia

Caſus in cõſenſu, opere,& obſtinatione.

aure perceptum opus non firmat, ſtatim tentationibus ſuperueniẽtibus ruit & euaneſcit. Non enim D auditores legis, iuſti ſunt apud deum: ſed factores. Roma. 2. Sunt autẽ tria genera hominum ædificantiũ. Sunt enim qui amant ſolum deũ: & hi ædificant aurũ, argentum,& lapides prætioſos: in amore virtutis, aurum: in cognitione veritatis,argẽtum: in cooperatione boni operis,lapides pretioſos. Sunt alij qui amant quædam propter deũ,tamẽ nil contra deũ, nec aliquid plus quàm deũ: & in his fundamẽtum quidem manet: quia amor dei non deſtruitur: tamen quia ex affectu eorũ quæ pariter amãtur quędam corruptio contrahitur,lignum,& fœnum,& ſtipula ſuperædificatur. In ligno, peccatum illiciti operis: in fœno ſine opere, peccatũ prauæ delectationis: in ſtipula peccatũ illicitæ cogitationis. Sunt alij qui amant quædam cõtra deũ: & in his omnino deſtruitur fundamentũ: quia amor dei eſſe non poteſt,vbi vel ſolus,vel ſummus non eſt. Igitur ad primos pertinet laudari & ſaluari: ad ſecũdos,corripi & liberari: ad tertios,argui & damnari. Item E ſuper fundamentũ fidei, quidam ædificant aurum contemplationis,quidam argentũ prædicationis, quidam lapides pręcioſos bonorũ operum. In quidem ſaluantur,& merito fundamẽti, & bonorum operum. Alij verò ędificant ligna,ſcilicet amorem ardentiorem tẽporalium. Alij fœnum, ſcilicet fimum delectationũ carnalium. Alij ſtipulam,ſcilicet otioſorum verborũ,& operum infirmorũ. Iſti etiam ſaluantur merito fundamenti: & tamẽ quaſi per ignẽ quo exuritur ædificiũ tanto fundamento non idoneũ. Deinde ad concluſionẽ omniũ pręcedentium ſubiungitur: [Et factũ eſt cùm cõſummaſſet Ieſus verba hęc] ſcilicet ſermones iſtos in monte habitos,qui bene dicũtur conſummati: quia nihil imperfectionis habent: & omnia ſaluti neceſſaria cõtinent [admirabantur turbæ ſuper doctrina eius] & de excellentia ſapientiæ eius: quia nunquam ſic homo eſt locutus: & bene admirabantur: quia vt ait Chry. Quicquid dignè laudare nõ poſſumus,admiramur. Vbi oſtenditur eminentia doctrinæ Chriſti: quia admirabantur turbę, eo quòd F eminentiſsimas virtutes docebat, & imperfectionem legis ſupplebat: & nõ ſolum terrena bona,ſed cœleſtia bona promittebat, ac doctrinã ſuam mirabiliter confirmabat. Vnde cauſam admirationis ſubdit,dicens: Erat enim docens eos,ſicut poteſtatem habens] ſcilicet per ſeipſum in ſermone, præferendo cõſilia præceptis: & quæ minus videbantur in lege,addendo obſcuritates legis, explanãdo, in iure cõdendo,& ad libitum ſuum ſicut autor,& conditor iuris ſui mutando: vel illud ſicut nemini ſubiectus cùm vellet reuocãdo: vel [ſicut poteſtatẽ habens] infirmos ſanãdi & miracula faciendi: vel [ſicut poteſtatẽ habens] imprimendi, & corda audientium ad ſe cõuertendi [nõ ſicut ſcribę & Phariſæi eorum] qui ea quæ per legẽ didicerant, præcepta populis dabant: nec eis aliquid de his mutare licebat. Sicut nec etiã Moyſes aliud quàm dominus iuſſerat potuit loqui: & nihil de pręceptis eius mutare,vel ſubticere. Vbi Chry. Admirabantur verò eius inter multa alia præcipuè poteſta-

Aedificãtium tria genera.

Aurum. Argẽtum Lapides pretioſi. Ligna. Fœnum. Stipula.

Admiratio.

Poteſtas domini.

tem:non enim quaſi ex alterius perſona præcepta
G ponebat:ſicut Moyſes fecerat,& prophetæ:ſed fe-
rè vbiq; ſe iudicabat eſſe qui imperandi autoritatē
teneret. Deniq; cùm præcepta ipſa ſanciret, ſæpe
dicebat:Ego autē dico vobis,& terribilis illius iu-
dicij faciens mentionē,ſe mōſtrabat eſſe iudicem,
de premijs atque ſupplicijs.hæc Chryſo.Conſpice
nunc & conſidera dominū Ieſum in ſermone iſto,
quomodo affectuoſè,benignè,& efficaciter loqui-
tur auditoribus, & eos ad actus virtutum inducit.
Conſpice etiam diſcipulos,quomodo reuerēter,hu
militer,& cum tota mentis intentione eum aſpi-
ciunt,& verba illa mirifica auſcultant, & ea me-
moriæ commendant,& cum iucunditate magna,
Pſal.44. tam in verbis,quàm in aſpectu fruūtur.Erat enim
ſpecioſus forma præ filijs hominum: & diffuſa eſt
gratia in labijs ſuis.In hac enim cōſideratione iu-
cunderis & tu aſpiciendo &auſcultando,ac ſi eum
videres,& loquentem audires: & approximando,
H eis,ſi fortè vocatus fueris,& immorando ibidem,
vt dominus tibi dabit.Deinde conſpice eum, vnà
cum diſcipulis de mōte deſcendentem:& cū eis fa
miliariter etiam per viā eundo loquentem:& quo-
modo ille ſimplicium cœtus gregatim ſequitur
eum,nō curioſè ordinati,ſed ſicut pulli poſt galli-
nam:& quilibet vt melius audiat,magis eidem ni-
titur appropinquare,ſequere & tu pretioſum illū
theſaurū: vel à longè, ſi fortè micas vel reliquias
inde cadentes poſt tergum tam pij magiſtri va-
leas colligere. ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte clementiſsime,fac me
per arctam viam iuſtitiæ,& anguſtam por-
tam pœnitentiæ , intrare ad aulam ſalutis,
& vitam gloriæ. Doce me vitare deceptorū falla-
ciam,& da mihi imitari ſpiritualis ouis ſimplici-
tatem & innocentiam:fac me radicē cordis cœlo
non terræ affigere: ne in folijs verborū tantum,ſed
potius in fructibus bonorū operum fidelis merear
inueniri. Fac vt voluntatem patris cœleſtis faciā:
& verba tua audiens,opere adimpleam:vt in te fir-
I matus,nullis à te ſeparer tentationibus. Amen.

## De curatione leproſi. Caput xli.

Matt.8. Mar.4.& Lucæ 5. Miracula poſt doctrinam.

LEge ergo euangelica in monte data:
conſequenter ponitur eius cōfirma-
tio per miracula:quia boni magiſtri
eſt doctrinam ſuam cōprobare per
facta.[Cùm]itaq; completo ſermo-
ne dominus deſcendiſſet de mōte, ſecutæ ſunt eum
turbæ multæ]propter quarū ædificationem,& ro
gantis populi deuotionem , mouebatur ad facien-
dum miraculum.Vnde Hierony. Poſt prędicatio-
nem,atq; doctrinam ſignorum , offertur occaſio:
vt per virtutum miracula,præteritus apud audien-
tes,ſermo firmetur. Et Chry.Poſt ſermonem, im-
mediatè procedit ad miracula:vt verbis pręceden-
tibus autoritatem præſtaret:vt mirabilis in verbis,
mirabilis appareret in opere.Et Theophilus: Do-
ctrinæ autem operationem immiſcuit: niſi enim
oſtenderet miracula,eius ſermoni non crederetur.
Sic & tu poſt doctrinam operare: vt non ſit in te
vacuus tuus ſermo.Myſticè[cùm deſcēdiſſet Ieſus
de monte] ſcilicet diuinæ excellentiæ, in vallem
humilitatis * manendo quod erat, aſſumēdo quod *humanitatis
non erat : tunc enim de monte deſcendit, quando K
ſe exinaniuit formam ſerui accipiens: tunc poſt
deſcenſum [ſecutæ ſunt eum turbæ multæ] quia
niſi deus deſcēdiſſet, homo ad ſequelam ſuam non
aſcendiſſet : quia magna gloria & dignitas eſt ho-
mini,ſequi hunc dominum. Et ſecundum Augu-
ſtinum,primò leproſum mundauit : vt ex hoc ap-
pareret nouum teſtamentum in monte datum: &
gratiam euangelij,ſupra legem eſſe,quæ leproſum
excludebat,non ſanabat. Videtur autem hîc con-
trarietas,in eo quod Matthæus dicit, cùm deſcen-
diſſet de monte. Lucas verò dicit, cùm eſſet in vna
ciuitatum. Ad hoc dicendum ſecundum Glo.quod
poſt deſcenſum de monte , fuit aliquod interuallū
antequam intraret ciuitatem:& in illo interuallo,
fuit ſanatus leproſus: quod Matthæus ſuo loco po-
nit. Lucas verò dicit, cùm eſſet in vna ciuitatum,
ſcilicet Capharnaum:quia erat ibi propè, ad leu-
cam & dimidiam,contra Orientē.Leproſus]ergo
[veniens]nō tam paſsibus corporis,quàm fide cor- L
dis[genu flexo procidens in faciem ſuam, adora-
bat eum]cum humilitate corporis[& rogauit eū]
cum oratione oris. Vbi tria iſta concurrunt: ſcili-
cet fides,humilitas,oratio,nihil negatur à deo[pro
cidit in faciem]ſicut humilis maculas ſuas non te-
gens,ſed humiliter confitens& publicans:ideo ex-
audiri meruit & mundari:ſic & tu humilieris, vt
exaudiri & mundari merearis. Vnde Ambroſius:
Quia in faciem procidit, humilitatis eſt & pudo-
ris:vt vnuſquiſque de vitæ ſuæ maculis erubeſcat,
ſed confeſsionem verecundia non repreſsit,vulnus
oſtendit,remedium poſtulauit. [Adorabat ergo
eum dicens: Domine] per quem omnia facta ſunt
[ſi vis potes me mundare] voluntas tua opus eſt,
& opera tuæ voluntati obediunt:non dixit mun-
da me,ſed in voluntate ei ſicut deo poteſtatem &
autoritatem curandi tribuit, & ei totum conce-
dit: quaſi diceret, quicquid vis potes ſicut omni-
potens. Vbi Titus : Addiſcamus ex verbis lepro- M
ſi corporalium infirmitatum medelam non quæ-
rere , ſed diuino beneplacito totum committere,
qui nouit opportuna , & omnia iudicio diſponit.
Leproſus ergo confitendo in Chriſto diuinam po-
tentiam, & poteſtatis autoritatem:ac ſuam oſten-
dendo fidem , & deuotionem, meruit curatio-
nem. [Ieſus enim miſertus eius] per compaſsio-
nem & affectum : & [extendens manum ſuam]
quod fuit liberalitatis contra auaros [tetigit eum]
quod fuit humilitatis contra ſuperbos [dicens vo-
lo] quod fuit pietatis contra inuidos [mundare]
quod fuit poteſtatis contra incredulos. Vbi no- Lepræ ratio quintuplex.
tandum quòd lepram corporalem quinque modis
curatam legimus. Primò , per abuſionem: ſicut
patet in Naaman,& ſignificat lachrymarum effu- 4. Reg.
ſionem. Secundò, per oſtenſionem: ſicut patet in Lucæ 17.
decem leproſis, qui eundo ad oſtendendum ſe ſa-
cerdotibus,mundati ſunt: & ſignificat confeſsio-
nem.Tertiò,per ſeparationem:ſicut patet in Ma- Numeri 12.
ria ſorore Moyſi, & ſignificat excommunicatio-
nem, quæ inſtar cauterij debet eſſe medicinalis.
Quartò, per incluſionem: ſicut patet in manu Exod.4.
Moyſi:



Moyſi:quæ de ſinu extracta, leproſa apparuit: ſed
A in ſinum repoſita,curata fuit.Sic multi qui in ſecu
lo ſpiritualiter erant leproſi, mundātur clauſtrum
ingreſsi. Quintò,per tactū:ſicut patet hîc,vbi ma-
Tactus dei triplex. nus Chriſti carnem leproſi tetigit mundauit. Vbi
notandū ꝙ triplex eſt dei tactus valde virtuoſus:
ſcilicet tactus purè corporalis,& tactus purè ſpiri-
tualis,& tactus partim corporalis,& partim ſpiri-
tualis. Tactus purè corporalis eſt, in quo & quod
tangit,& quod tangitur,eſt purè corporale: & iſte
fuit in Chriſto valde virtuoſus:quia omnē infirmi
tatem ſanabat vniuerſaliter : ſicut de multis patet
in euangelio. Tactus partim ſpiritualis,& partim
corporalis eſt,in quo qđ tāgit eſt ſpiritus,ſed quod
tāgitur eſt corporale, vel ſpirituale , hîc eſt tactus
tribulationis: & iſte tactus eſt ſimiliter valde vir-
tuoſus.Valet nāq; ad cōſtringendū paccatorū duri
tiam, & ad reprimendū carnis concupiſcentiā, &
ad probandū iuſtorū patientiā. Tactus purè ſpiri-
tualis eſt,in quo & quod tangit, & quod tāgitur eſt
B ſpiritus, & hic eſt tactus internæ inſpirationis, &
Virtus tactus dei ad ſeptem valet. iſte ſimiliter eſt valde virtuoſus. Virtus aūt eius ad
ſeptē effectus eſt, ſcđm ſeptē dona ſpiritus ſancti.
Primus effectus eſt, boni propoſiti inſpiratio , ſiue
cōceptio:& hic pertinet ad donū timoris,à quo cō-
cipitur ſpiritus ſalutis.Secūdus eſt,per gratiā pecca
torū remiſsio:& hic poterit referri ad donū pieta-
Daniel.4. tis, ſcđm illud Danielis : Peccata tua eleemoſynis
redime.Tertius eſt, vtiliū ſiue neceſſariorū ad ſalu
tem inſtructio:& hoc refertur ad donū ſciētię,quę
docet rectè cōuerſari. Quartus eſt,ad bene operan
dū,& ardua aggrediendū reprobatio:& hoc quan-
tum ad donū conſilij,quod reſpicit maximè opera
ſupererogationis. Quintus effectus eſt,in tribula-
tione cōſolatio,per quā anima fortificatur ad tole-
randū aduerſa:&hoc quantū ad donū fortitudinis,
quæ præcipuè attenditur in tolerantia aduerſorū
Sextus eſt,charitatis & dilectionis dei inflāmatio:
& hoc quantū ad donū intellectus,qui docet intel-
ligere,id eſt,intus legere dei beneficia,per quæ ani
C ma in eius amorē accēditur & inflammatur. Septi
mus eſt,à terrenis eleuatio,& cœleſtiū contempla-
tio:& hoc quantū ad donū ſapientiæ,quę eſt de æ-
ternis, ſcilicet donis quæ ſurſum ſunt ſapere, non
quæ ſuper terram. [Et cōfeſtim mūdata eſt lepra
eius.]ad dñi imperiū & voluntatē , ſtatim eſt opus
ſecutū, ſcđm Cyrillū:Iſta dictio,cōfeſtim, tardius
profertur,cùm opus ſanatiōis fuerit factū,cùm au
tem hîc magna appareat dñi poteſtas , non minor
Humilitas Chriſti. Numeri 5. eius declaratur humilitas.Leproſum enim quē lex
extra caſtra eijciebat:quē ſcribę & phariſæi vix re
ſpicere dignabantur,ipſe tāgere non recuſauit:non
ſolum propter occultū rei myſterium,ſed vt nobis
formā humilitatis præberet , & cōpationis exem-
plum:ne quis hominē pro quacunq; corporis ma-
culatiōe,vel infirmitate,ſperneret,vel abhorreret.
Item tetigit eum,vt ſe non eſſe ſub lege, ſed ſupra
legem,quæ leproſum tangere prohibuerat: nec ſer
uum,ſed dominū legis oſtēderet: qui cùm ſecundū
legem ambulaſſet,etiā ſupra legē ſanaret eos quos
remedia legis non ſanauerant. Item vt lepra,quæ
contaminare tangentē ſolebat,econtra tactu domi
ni fugaretur,& recederet,neq; enim manus à lepra
facta eſt immunda,ſed corpus leproſum à manu ta D
ctū,eſt mundatū.Lex nāq; quæ facere nō potuit,vt
lepra tangentē non ſordidaret,ideo leprā tāgi pro-
hibuit,nō vt leproſi non ſanarentur,ſed vt tangētes
non inquinarentur:non aūt inquinari à lepra potuit
qui*eam mundauit:& ideo quāuis literā legis ſol- *qua
uerit,tamen prohibitioni legis non obuiauit. Nec
propoſitū eius ſoluit. Quia non erat prohibitū tan
gere leproſum ei , qui ex tactu ſuo poterat curare
eum:ſicut Helias & Heliſæus non fecerunt contra
legem,tangendo mortuū ad reſuſcitandum. Licèt Cur tactu curauerit leproſum.
etiam dominus poſſet ſolo verbo curare leproſum,
tamen appoſuit manum : quia humanitas Chriſti,
erat quaſi inſtrumentum ipſius diuinitatis:& ideo
ſicut artifex mediante inſtrumento operatur , ſic
virtus diuina in Chriſto, per applicationē humani
tatis aliqua faciebat,vt eā coniunctā diuinitati de-
claret.Et præcepit ei dominus,quòd miraculum Cur præceperit nemini dicere.
factum nemini diceret, ne iactaret ſe ſanatum eſſe
prædicaret:vt daretur nobis exemplum,& nos do
ceret non diligere oſtentationem & honorem: &
bona quæ facimus,non eſſe diuulganda,ſed ſubtrā- E
da:vt non ſolum abſtineamus à mercede pecuniæ,
ſed etiam gratiæ , ac laudis humanæ,& vanæ glo-
riæ : & iſta non quæramus in operibus noſtris , ne
vnquam aliqua ſiniſtra manus, ſe admiſceat dex-
træ in eis.Vnde ait Chryſoſt.Et nulli hoc eum iuſ
ſit fateri,docens quàm eſſet,alienus ab aura glorię,
& pōpa iactantiæ.Et certè nouerat ille , quia non
eſſet taciturus : ſed paſsim tam grande beneficium
prædicaturus,& tamen quantum in ipſo eſt, fugit
oſtentare quod fecerat.Et alibi publicari talia ipſe
præcepit,non cōtra ſe veniens,ſed curatos à ſe gra-
tos eſſe præcipiens.Non enim ſemetipſum prædi-
cari iuſsit:ſed dari gloriam deo,vt & per leproſum
nos nō eſſe inanē glorioſos,& gloriæ ac iactātię re
nuntiandū doceret:& per illum quē à legione mū-
dauerat,nō eſſe ingratos:ſed gratias nos deo refer-
re commoneret, eiuſque beneficia confiteri: atque
vt oſtenderet ſemper ex mirabilibus ſuis , laudem F
non niſi Deo referendam. Quia enim homines
quandiu ægritudine detinentur, dei ſemper memi
nerunt à morbo autem liberati , grauius obſiden-
tur langore deſidiæ:idcirco præcipiēs vt & ægro
ti & ſani deum iugiter recordemur,ei quem cura-
uerat,ait,da gloriam deo.hæc Chryſoſtomus.
Vbi notandum quod triplex eſt præceptum: ſcili- Preceptū triplex.
cet cautelæ,probationis,& obedientiæ. In primo,
non interdicitur actus,qui optimus eſt: ſed gloria,
quę immiſcet ſe bonis actibus & honeſtis:tale prę
ceptum fuit hîc.In ſecundo , non vult deus actum,
ſed oſtenſionem virtutis,quæ latet in eo cui datur
præceptum & eſt vtilis ſibi , & alijs oſtenſio vir-
tutis eius.ſicut in præcepto facto Abrahæ, de im-
molatione filij,cui dicitur : Nunc cognoui, id eſt,
te & alios cognoſcere feci,quia timeas dominum.
In tertio autem vult deus actum:vt patet Exo.xx.
per totū. Vel iuſsit vt nemini diceret, propter cre-
dentium ſponte maiorem vtilitatē : quia meliores
ſunt qui ſpōtanei,quàm qui ſperatis beneficijs cre-
dunt. Vel vt nemini diceret , ſcilicet antequam ea

que in lege ſuns,cõpleret,quia prius expectandum
G erat iudicium ſacerdotũ,ad quos ſecundum legem
pertinebat iudicare de lepra. Vnde Chry. Vel non
ſimpliciter prohibet,vt non aliquãdo dicat,ſed an-
tequam oſtenderet ſe ſacerdoti,nemini diceret: ne
fortè ſi ante alicui nunciaret,audirent ſacerdotes,&
occaſionẽ habentes lepræ,propter odium & inimi
citias Chriſti expellerent eum de populo,quaſi le-
proſum,nõ recipientes mandatũ.hæc Chry. Et hu
militer miſit eum ad ſacerdotes , quorũ erat leprã
diſcernere:præcepitq; ſecundũ legẽ,munus eis of-
ferre.Hoc autem primò ideo fecit : quia licèt eſſet
mundatus:non tamẽ reputabatur mundus, nec de-
bebat ſecundũ legem reſtitui ad communẽ habita-
tionem hominum,niſi prius per ſacerdotũ iudiciũ,
mundatus eſſe domonſtraretur,& munus domino
pro eius emundatione offerretur. Vnde ſicut ad eo
rum arbitrium ſeparabatur:ita non ſine eorũ arbi
trio,ad conſortium aliorũ admittebatur. Secundò
propter humilitatẽ, vt ſacerdotibus deferens, non
videretur eorum gloriã rapere vel honorem: & vt
H oſtenderet exhibendã ſacerdotibus reuerentiam.
Tertiò,vt quod in eo ſæpe criminabãtur, oſtende-
ret ſe non legis tranſgreſſorem,nec legem ſoluere,
ſed implere,ſecundũ legem gradiens,& ſupra legẽ
curans.Quartò,vt intelligerẽt eum,non legis ordi
ne & conſuetudine,ſed dei gratia & operatione, ſu
pra legẽ curatũ eſſe & ſe maioris virtutis eſſe , quã
legem,vel ſacerdotes : quia lepram cognoſcebant,
quã mundare non poterant.Item vt ſacerdotũ ani-
mos ad credulitatẽ prouocaret, & nõ credentibus,
omnẽ excuſationẽ auferret , offerri munus voluit,
in teſtimoniũ illis,id eſt,cõtra illos,ſi viſo miracu-
lo non crederent:ſed pro illis,in teſtimoniũ ſalutis
ſi crederent,vt ſcilicet videntes leproſum munda-
tũ,ſi crederent mundatori,ſalui fierẽt:& ſic credẽ-
tibus eſſet teſtimoniũ,& cauſa ſalutis eorũ : ſi non
crederẽt,inexcuſabiles eſſent , eo quòd viderint &
non crediderint:& ſic nõ credentibus,fieret accuſa
I tio,& teſtimoniũ damnationis eorum. Per hoc etiã
quòd eum ad ſacerdotes miſit, figurare & docere
voluit,ꝙ peccator,qui per leproſum ſignatur, licèt
ſit mundatus à lepra peccati,per contritionem,ta-
men adhuc tenetur ſe ſacerdoti oſtendere per con-
feſsionẽ,& ad eius conſiliũ ſubire ſatisfactionem.
Vnde dñs iſtum leproſum tangendo mundauit, &
poſtea vt ſacerdoti ſe repreſentaret, & ſacrificium
offerret,pręcepit. Tunc enim leproſus à deo tangi
tur,quando peccator cõpungitur . Tunc ſacerdoti
ſe repræſentat,quando peccatũ confitendo manife
ſtat. Tunc ſacrificiũ offert, quando ſatisfactionem
cõplet.Piger quippe expectat,donec ſacerdos eum
quærat:ſed tu pręueni ſacerdotẽ,& lepram animę
oſtende per oris confeſsionẽ:quæ cõfeſsio,quatuor
cõditiones debet habere. Prima eſt, quia debet eſſe
voluntaria. Vnde dicit [vade] non ductus,nec tra-
ctus,nec coactus:ſicut qui tormentis afflictus, vel
timore mortis in vltimis confitetur peccata. Secun
da eſt,quia confeſsio debet eſſe nuda & aperta. Vn
de dicit [oſtende] quid ſcilicet egiſti,quid cogitaſti
quid locutus es,non dicit abſcõde , ſcilicet excuſa-
tionibus,aut verborum palliationibus,vel mentiẽ-
do,aut etiam muſsitando,vel non plenè omnia pec
cata,cum debitis circumſtantijs,recitando. Tertia K
eſt,quia cõfeſsio debet eſſe pura. Vnde dicit [te] ſci-
licet oſtende,& non alios. Contra quod aliqui du-
pliciter faciunt : vel aliorũ facta recitando:vel eos
cum quibus peccauerũt reuelãdo. Quarta eſt,quia
confeſsio debet eſſe ordinaria. Vnde dicit [ſacerdo-
ti] quia non cuiq; facienda eſt:ſed ſacerdotibus,qui
habẽt clauem ſcientiæ & autoritatis. Tipicè lepro
ſus ſignificat genus humanum,lepra originali infe
ctum,& per hoc ad varia peccata pronũ. Per leprã
enim,quę morbus contagioſus eſt,originalis culpa
ſignificatur,quæ per carnalem generationẽ ad po-
ſteros deriuatur , qui manu Chriſti tactus ſanatur:
quia virtute eius per baptiſmum emundatur. Per
oblationẽ autem muneris, & diuulgationẽ operis,
ſignificatur ꝙ baptizatus tenetur deo fideliter ſer-
uire,& eum iugiter collaudare. Vnde Beda: Tipicè
autem leproſus,humanũ genus, languidũ peccatis,
ſignificat plenũ lepra: quoniã omnes peccauerunt, L
& egent gratia dei:illa ſcilicet vt extrema* manu,
id eſt,incarnato dei verbo,humanãq; contingente
naturã,à priſci erroris varietate mundetur:& offe
rant pro ſua emundatione , corpora ſua hoſtiã deo
viuam. hæc Beda. Hoc idem dominus miraculum,
per gratiam ſuam facere,quotidie nõ dedignatur.
Quotiencunq; enim aliquẽ impium iuſtificat, re-
ctè leproſum mandat. Moraliter quippe per lepro-
ſum ſignificatur peccator,plurib' de cauſis. Primò,
quia lepra eſt morbus contagioſus,& periculoſum
eſt cõmorari leproſis:ſic peccatores cõtagioſi ſunt
& inficiunt alios ad peccandũ,& ideo periculoſum
eſt cõuerſari cum eis. Secundò,quia lepra eſt mor-
bus periculoſus:inficit enim totũ corpus,non tantũ
partem eius: ſed peccatũ eſt periculoſius, quia cor-
pus & animã inficit & corrũpit,& ideo valde timẽ
dum & fugiendũ eſt. Tertiò,quia lepra eſt morbus
fetidus & abominabilis:ſic peccatores fetẽtes ſunt
& abominabiles deo & angelis. Quartò,quia le-
proſi ſeparantur ab alijs hominibus,& locãtur ex-
tra alios:ſic peccatores poſiti ſunt extra gratiã dei,
& extra cõmunionẽ fidei & eccleſiæ, & ſeparãtur M
à bonis,hîc quantũ ad meritũ,ſed in futuro quantũ
ad conſortiũ,& quantũ ad locum,& quantũ ad prę
miũ. Quintò,quia ſicut lepra variũ exprimit colo
rẽ in cute:ſic peccatũ varias habet ſpecies in mẽte.
Illa enĩ anima leproſa eſt , q̃ ſuperbia,ira,auaritia,
acedia, gula,inuidia,vel luxuria ſordeſcit. Nam ſi-
gnificatur in carnis tumore, ſuperbia: in exuſtiõe,
iracũdia: in ſiti, auaritia: in põderoſitate, acedia: in
prurigine,gula: in putredine,inuidia: in fetore an-
helitus,luxuria. Talis leproſus cõſiderer currat ad
Ieſum,feſtinet ad medicum,non deſperet,verè pœ
niteat,& mũdari deſideret. Cum fideli leproſo ex
humilitate & pudore in faciẽ procidat , vt de ſuæ
vitæ maculis erubeſcat. Sed confeſsionẽ verecun-
dia non reprimat,vulnus oſtendat,ac cum lachry-
mis & gemitibus ſe peccatorẽ recognoſcat,detecto
vulnere remedium quærat , & domini miſericor-
diam compuncto animo & corde imploret, & re-
medium poſtulet. Deo ſe humiliet, & deprecetur
eum,vt ſua gratia ſe tangat & ſanet. Confiteatur
ſeſe

Cur ad ſacerdotes miſſus leproſus.

Confeſsionis conditiones quatuor.

Lepro typice ceptus.

Romani. *extern

Leproſus ſignificat peccator

Curatio peccator



ſeſe immundum,& Chriſtum potentẽ ad ſe mun-
A dandum: & apud ipſum cum leproſo clamet & di-
cat : [Domine,ſi vis,potes me mundare.] Si enim
hoc egerit,certus ſit de miſericordia,non deſperet
de venia:quia benignus eſt dñs,qui neminem ad ſe
venientem repellit , ſed omnibus ſinũ ſuæ miſeri-
cordię aperit,& expandit. Non eget ſpatio annorũ
vel longitudine tẽporis in pœnitentia,ſed cor con-
tritum & humiliatum requirit:& dignè pœniten
tibus peccata per miſericordiã relaxat. Tali enim
manus diuinæ miſericordię protenditur:cuius ta-
ctu & imperio,cuncta eius crimina relaxãtur. Ex-
tendit enim dñs manum,quando diuinæ miſeratio
nis impendit auxilium , & ſtatim conſequitur re-
miſsionem delictorũ:nec debet eccleſiæ reconcilia
ri talis, niſi iudicio ſacerdotis . A peccatis autem
mundatus,debet deo offerre munus , id eſt,ſacrifi-
cium laudis, & eum vbiq; laudare , quia debet deo
valde gratus eſſe,ei ſemper gratias referẽdo,& pro
ximis bona quæ poteſt faciendo, ſeruans erga deũ
B & ergo proximos charitatẽ. Nihil enim nobis,per
vanam gloriã debemus attribuere: ſed omnia deo
offerre . De omnibus enim operibus noſtris, Deus
vult vt habeamus totũ meritũ,& proximus habeat
bonum exemplũ: ſed deus vult habere laudẽ & glo
riam. Tria enim ſibi deus ſpecialiter reſeruauit,&
nulli creaturæ vnquam cõmunicare voluit: ſcilicet
gloriam,vindictã,& iudicij poteſtatem. Gloriam
autem auferunt vanè glorioſi: vindictam, ſuperbi
& iracundi,qui de iniurijs ſibi illatis vindicare ſe
cupiunt:iudicium,temerarij & præſumptuoſi,qui
de occultis aliorum iudicare volunt. Et quia,vt di-
cit hîc Titus,oportet beneficiatũ gratum eſſe,gra-
tias reddere,etiam ſi beneficians non indigeat. Ideo
licèt præcepiſſet dominus leproſo mundato, vt de
ſua curatione taceret:tamen [egreſſus] & recedens
[ſermonẽ,] id eſt,opera & verba domini [diffama-
bat] & ſermo ſanitatis & doctrinæ , de illo magis
perambulabat : quia hoc ipſo ꝙ homo fugit famã
C & gloriã,acquirit eam. Nam vt ait Ber. hoc ſolum
habet mundi gloria glorioſum,ꝙ inſequentes ſe fu
git,& fugientes inſequitur. Et ideo cõparatur vm
bræ:quã ſi ſecutus fueris,non apprehẽdes,& ſi præ
curreris,non effugies. Ille itaq; functus officio euã
geliſtæ [cœpit prædicare] & ſe interius exteriusq́;
ſanatũ docere : ita ꝙ vnius ſaluatio, multos ad deũ
cogeret venire : & Ieſus iam non poſſet manifeſtè
propter turbã,& preſſuram hominũ,ad quærendũ
ſanitates, & videndũ miracula, concurrentium in
ciuitatẽ,ad orandũ introire : vnde ſecedebat in de-
ſertum:vt ſecretius oraret. Sanat vt deus: ſed orat
vt homo. [Et conueniebãt ad eum vndiq;] turbæ,
vt eius doctrinã audirent,& ſanitates perciperent.
Strepitũ igitur & tumultum dñs fugit , & ſecretũ
locum quærit:vt oſtendat ſe magis quietam,& ſe-
culi curis remotã diligere vitam: quia tumultũ &
carnales mentes declinat,ſecretas verò,à mundanis
curis viſitat. In quo etiã oſtendit , ꝙ prædicatores
verbi diuini , debent fugere applauſum populi, &
aliquãdo ſe retrahere à multitudine,vt vacent ora
tioni. Vbi Hiero. Quòd autem non poterat Ieſus
manifeſtè in ciuitatem introire, ſed foris in deſer-
tis locis eſſe , ſignificatur ꝙ non omnibus manife-
ſtatur,Ieſus,qui latis atq; plataneis ſeruiunt laudi- D
bus,& proprijs volũtatibus : ſed his qui cum Petro
foras exeunt,& in deſertis locis ſunt,quę elegit do
minus ad orandũ,& reficiendũ populũ,qui deſerũt
delectiones mundi,& omnia quæ poſsident, vt di-
cant,Portio mea dñs. Gloria verò domini,manife
ſtatur his qui vndiq; conueniunt,id eſt,qui per pla-
na & ardua ad eum veniũt: quos nihil poteſt ſepa-
re à charitate Chriſti. Vbi & Beda : Quia in vrbe
miracula facit : in deſerto verò, vel monte orando
pernoctat,vtriuſq; nobis vitæ:& actiuæ ſcilicet &
cõtemplatiuæ documenta præmõſtrat:vt nec con-
templationis ſtudio quis proximorũ curam negli-
gat,nec cura proximorũ immoderatius obligatus
contemplationis ſtudia derelinquat : quatenus nec
amorem dei præpediat amor proximi, nec amori
proximi obuiet amor dei . In monte quippe orare
eſt,relictis infirmarũ cogitationũ curis , tota mẽte
quẽlibet ad æterna ſupernæ contẽplationis gaudia
feſtinare. In deſertũ ſecedere & orare, eſt exurgen E
tem intrinſecus ſtrepitũ terrenorũ deſideriorũ pre
mere,& quod dã ſibi cum dño intra ſe ſecretũ quæ
rere, vbi cum illo, exteriori ceſſante tumultu, per
interna deſideria ſilenter loquatur. Vnde etiã Gre.
Redemptor noſter , per diem miracula in vrbibus
exhibet:& ad orationis ſtudiũ in monte pernoctat
vt perfectis videlicet prædicatoribus innuat:quate
nus nec actiuã amore ſpeculationis funditus deſe-
rant,nec contẽplationis gaudia operationis nimie-
tate contẽnant:ſed quieti contemplantes ſorbeant,
quod occupati erga proximos loquẽtes profundãt.
hæc Greg. Quòd autẽ hîc,ſecundũ Marcũ & Lu-
cam dicitur,quia Ieſus non poſſet manifeſtè in ciui
tatẽ introire,ſed ſecedebat in deſertũ,non intelligi
tur de illa die qua curauerat leproſum: quia illo cu
rato,intrauit ipſa die Capharnaũ ciuitatẽ, ſecundo
milliario ibi proximã, antequã ſermo ſeu fama ad
multos perueniret. Vnde & Matthęus,hoc miracu
lum de leproſo,cum ſequenti de Centurionis ſer- F
uo ſimul continuat.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte , qui de monte paterni
ſolij,& virginalis vteri deſcendiſti, vt ſana-
res lepram generis humani:ecce ego lepro-
ſus varijs peccatorũ maculis aſperſus. Adoro te dñe
ſi vis potes me mundare. Extende manũ gratiæ &
pietatis:tange interiora & exteriora leproſi te in-
uocãtis:miſerere mihi pœnitẽti,& impera morbo
peccati. Deus meus & miſericordia mea:qui nõ vis
mortẽ peccatoris,ſed vt conuertatur & viuat. Perfi
ce hęc in me peccatore:vt in anima nõ moriar,ſed
cõuertar & viuã tecum in æternum. Amen.

De ſeruo Cẽturionis paralytico.

Caput xlii.

DEinde cœpit Ieſus appropinquare ci- Matthę.8.
uitati Capharnaum : quæ vt dictum Lucę 7.&
eſt ibi,propè erat:& tunc [Cẽturio] Ioan.14.
ſeu tribunus,id eſt, princeps centum Centurio.
militum,poſitus ibi à Romanis, pro
collectione tributi & cuſtodia Galilææ: ne fortè
vellent contra Romanos,quibus tota illa terra ſub
iecta erat rebellare,propter quod manebat in Ca-

 pharnaum

Pſal.50.

Reſeruata deo tria.

Gloria fugientẽ ſequitur.

Tumultũ fugit dñs.

Vita vtraque à Chriſto cõmendatur.

pharnaum,quæ erat metropolis illius terræ: tũc ci
G uitas glorioſa,ſed nunc valde abiecta [Acceſsit ad
eũ] fide,deſiderio,& deuotione, potius quã greſſu

De laude Centurionis.

corporalis præſentię. Vnde Orig. Acceſsit alienige
na generatione,ſed domeſticus corde:alienus natio
ne,ſed proximus fide, & princeps militũ,& ſocius
angelorũ. Iſte non erat Iudæus,ſed Gentilis:& ideo
per ſeipſum,nõ eſt auſus ad Ieſum corporaliter ac-
cedere,reputans ſe indignũ præſentia Chriſti eſſe:
ſed primò per ſeniores Iudęorũ,quaſi per familia-
res & dilectos Ieſu,acceſsit:quos miſit ad eum, ro-
gans per eos,& dicẽs:[Domine] in cuius poteſtate
eſt morbus & ſanitas,mors & vita,[puer meus] id
eſt,ſeruus & ſubditus,quẽ curialiter loquens,vocat
puerũ,ab ætate vel familiaritate,potius quã condi-
tione. Cõtra ſuperbos,qui dedignãtur famulos, [ia
cet paralyticus in domo] contra inhumanos domi
nos,qui de domo ſua expellũt infirmos , & ad ho-
ſpitale mittũt eos:[& malè torquetur]propter mul
ta incõmoda,quæ patitur. Tria verba hæc,ſcilicet
H iacet,paralyticus,& torquetur , dicit vt & animæ
ſuæ anguſtias indicet, & dñm ad miſericordiã fle-
ctat. Vnde Chry. Infirmitatẽ tantũmodo expoſuit
ſed remedium ſanitatis, in poteſtate miſericordiæ
eius dimiſit. Diuina autẽ prouidentia, Iudæi ſunt
miſsi,vt inexcuſabiles fierent , ſi viſo miraculo, &
credẽte Gentili,nõ crederẽt . Iſte quidẽ Centurio,
auditis Chriſti miraculis,firmiter credidit ꝙ pote
rat ſanare ſeruũ eius,qui erat ſibi charus & moritu
rus,niſi per Chriſtũ fuiſſet ſanatus:& ideo, de eius
ſanatione erat ſolicitus. In hoc ergo facto Centu-

Seruitoribus condolendum eſt.

rionis,tantã curã & ſolicitudinẽ pro ſeruo haben-
tis,diſcere debemus cõmiſereri ſeruis noſtris & ſub
ditis, ac ſolicitudinem & curã habere de eis. Non
erat ipſe ſicut multi ſunt hodie,qui videntes ſubdi-
tos ſuos infirmari,eos negligũt,& plus de ſeipſis ſa
nis,quàm de ſubditis infirmis ſoliciti ſunt:pluſq́; ſi-
bijpſis in voluptatibus,quàm ſubditis in neceſsitati
bus cõdeſcendũt. Rogauit inquã,affectãs vt veniret
ad domũ ſuã,minus plenè prę anguſtia ſerui & de-
I ſiderio curę, cogitãs Chriſti maieſtatẽ & reueren-
tiam. Ieſus autem ſciens deuotionẽ eius , reſpondit
per ipſos internũtios:[Ego veniã,]ecce humilitas:
[& curabo eũ,]ecce pietas. Venit autẽ potentia ſa-
nandi,non pręſentia corporali.[Et ibat cum illis.]
Alteriuſmodi erat iſte medicus,quã ſunt illi qui nõ
pauperes,ſed diuites viſitare ſunt parati. [Et cùm
iam eſſet prope domũ Cẽturio] plenius cogitãs, &
per actũ fidei ſe cõuertens,ad Chriſti eminentiam
& maieſtatẽ,acceſsit ante reditũ aliorũ,per amicos
ſibi magis domeſticos,quos [miſit ad eum] rogans
vt nõ veniret]dicẽs: Domine,noli vexari:nõ enim
ſum dignus vt intres ſub tectum meum]Non dicit
palatiũ,nõ domũ,licèt princeps eſſet:ſed tectũ,præ
humilitate ſui,& cõſideratione magnitudinis Chri
ſti. Propter Gentilis vitæ cõſcientiã,timebat offen
dere Chriſtũ,quẽ credebat deum, ſi corporali præ
ſentia intraret ad eum. Sed ſecundũ Aug. dicendo
ſe indignũ,pręſtitit ſe dignũ:non intra cuius parie
tes,ſed in cuius cor Chriſtus intraret. Vñ & Chry.
Quia indignũ ſe fecit ſuſcipiẽdi Chriſtũ in domo:
dignus factus eſt regno. Et ad maiorem ſui humi-
liationẽ adiecit, dicens [propter quod & meipſum
arbitratus non ſum dignũ vt venirẽ ad te ] & inter K
nũtios ſubmiſi pro me.[Sed tũ]ſine præſentia cor
porali[dic verbo]per quod omnia creantur, regun
tur & ſanãtur[& ſanabitur puer]& ſeruus[meus.]
ipſe enim dixit,& facta ſunt:vt dicit hîc Beda:Ma
gna eſt fides,quæ dicere,credit eſſe facere. Vbi Pe-
trus cantor Pariſienſis: Hinc argue melius eſſe ab-
ſtinere ab ordine,à confeſsione, vel ſumptione Eu
chariſtiæ: niſi plurimũ ad hoc vel illud accedentẽ
cõfortet bona cõſcientia,quàm ordinari vel cõfice
re,vel ſumere cum cõſcientia,non dico læſa : quia
hoc eſſet mortale,ſed dubia , de qua dubito an ſana
ſit,cùm ſic accedẽs potius grauer q̃ iuuer. Et quia
irregularitas excludit aliquẽ à miniſterio huius ſa
cramẽti:ideo nõ debet ignorare ex quo incurritur
irregularitas:ex quo ponit ſe ad talem actũ,ſed ſci
re debet ſuum ſtatũ.

Dubitantem,iudicis à

Dubitantem,iudicis à nere ſtat.

In opere huius Cẽturionis,tres
mirabiles nobis oſtenduntur virtutes:ſcilicet humi
litas,fides,& prudentia. Magnã enim humilitatem
habuit,qui cùm dñs ad eũ venire paratus eſſet,indi
gnũ ſe vt ſub tectũ ſuum intraret,iudicauit. Perfe- L
ctam quoq; habuit fidẽ:quia cùm eſſet Gentilis,ſo-
lo verbo deum credidit poſſe puero reddere ſanita-
tem. Non paruã etiam prudentiã habuit:quia vltra
carnem diuinitatẽ latentem cognouit:& eum quẽ
corporaliter ambulantẽ vidit, vbiq; per diuinitatẽ
eſſe præſentẽ intellexit. Nec charitas in eo defuit:
quia cùm multi pro ſua ſuorumq́; filiorũ,ac charo
rum ſalute ad dominum rogaturi accederent: ille
pro ſerui tantũ ſanitate rogauit. Vnde adhuc in fi-
dei conſtantia perſeuerans,oſtendit,ꝙ verbo poteſt
ſanare dicens:[Nam & ego homo ſum ſub poteſta
te]altiori ſcilicet præſide & imperatore[conſtitu-
tus,habens ſub me milites]& ſeruos [& dico huic]
militi[vade,& vadit]quantũ ad negotium implen
dum in abſentia[& alio]quod antiqua eſt grãmati
ca,id eſt,alij[dico,veni,& venit] quantum ad offi-
cium implendum in præſentia[& ſeruo meo]dico
[fac hoc,& facit]ſine reſiſtentia. Ex his concludit
quòd ſi dicto eius,vnus vadit,& alius venit,& alius M
facit quod iubet:multo plus,ſi Chriſtus deus,& do
min⁹ dicat infirmitati,vade & vadet,& ſanitati ve
ni & veniet,& paralytico fac hoc & faciet: vel ſer
uientibus ſibi angelis,vt hæc miracula faciãt,& fa
cient. Et eſt ratio à minori talis : Potius debet fieri
verbũ dei,quàm hominis ſubiecti:ſed verbũ meum
fit:qui ſum homo & non deus,ſubiectus & non dñs
ſummus:ergo & tuũ, qui es deus & ſummus domi
nus. Si ergo ego, qui ſum homo modicæ potentiæ,
& maiori ſubiectus, ſolo verbo operor per mini-
ſtros meos:& poſſum imperare inferioribus,qui ad
verbum meum mihi obediunt:multò magis,tu qui
deus es vbiq; præſens,& potens ſuper omnes pote-
ſtates & omniũ dominus,cui omnes poteſtates ſer
uiunt cui angeli & omnia obediunt poteris ſolo
verbo & ſine præſentia corporali ſeruum meum
curare : & ideo non eſt neceſſe , corporaliter eun-
do te fatigare. [Audiens autem Ieſus] verba Cen-
turionis , expreſsiua tantæ fidei , ſcilicet quòd ſub
velamento carnis agnouit excellẽtiam maieſtatis:
[miratus eſt]id eſt,ad modum mirantis ſe habuit:
& vultum

Virtutes Centurionis.

Humilitas.

Fides.

Prudentia.

Charitas.



A & vultũ mirantis oſtendit. Admirabatur dominus
fidẽ Centurionis,quã cordi eius mirabiliter mini-
ſtrabat,& magnalia dei in eo laudauit:nõ ꝙ ei ali-
quid mirandũ eſſet,qui cũcta mirabiliter operatur
ſed vt nos in beneficijs dei,mirari & laudare doce-
ret. Vnde Aug. Quia miratur dominus, nobis mi-
randũ eſſe ſignat:quibus adhuc opus eſt ſic moneri:
omnes enim tales motus,cùm de deo dicũtur, non
perturbati animi ſigna ſunt, ſed docẽtis magiſtri.

Admiratio Chriſti.

Cẽturionis ergo dominus fidẽ admirãs, pariter &
collaudãs,ſequẽtibus ſe dixit,fidẽ ei⁹ approbãdo,&
in exẽplũ proponẽdo [Nõ inueni tantã fidẽ] id eſt
tantæ fidei ſignũ,vel fidei facilitatẽ,ſcilicet in cre-
dẽdo[in Iſraël]id eſt in populo Iſraëlitico ,ſcilicet
huius tẽporis pręſentis. Inuenit eñ in antiquis ma
iorẽ:vt in Abrahã,Iſaac,& Iacob, & alijs pluribus
patriarchis & prophetis, qui fuerunt fidei noſtræ
principiũ. Excipitur aũt ſemper beata virgo, cùm
de meritis vel peccatis fit mẽtio. Nec tamẽ hoc ver
bum Chriſti,de oĩbus pręſentib⁹ eſt intelligẽdum:
B quia excludũtur illi quibus loquebaꝛ,ſcilicet apo-
ſtoli ſequẽtes eũ. Hoc aũt apparet,ſecũdum cõmu-
nem vſum loquẽdi:vt ſi quis intrat domũ aliquam
cũ ſocietate,ſi nullũ ibi inuenerit,dicit : Nõ inueni
aliquẽ in domo iſta. In tali enim modo loquẽdi nõ
connumerat ſecũ veniẽtes:& redditur locutio vera
pro pluribus abſentibus . Vel ſecundũ Chry. Si vo-
lumus fidẽ huius præferre fidei apoſtolorũ , ſic in-
telligendũ eſt,ſecundũ quodvnũquodq; bonũ homi
nis,ſecundũ qualitatẽ illius laudatur. Ruſticum eñ
dicere aliquid ſapiẽter magnũ eſt,quod de philoſo
pho nõ eſt mirũ:ſic & hîc. Non enim erat æquale,
Iudęũ credere & Gẽtilẽ. Vel ſecundũ eundẽ Chry.
intelligendũ eſt quantũ ad originẽ credẽdi: ꝗa alij
pluribus ſignis viſis crediderũt:iſte verò nullo mi-
raculo viſo,ſed tantũ auditu credidit . Vbi Hiero.
De pręſentibus dicit,nõ inueni tantã fidẽ in Iſraël
nõ de patriarchis & prophetis, niſi fortè in Cẽtu-
rione,fides gentium præponatur Iſraëli. Et Beda:
Præſentibus ideo fides Cẽturionis antefertur: quia
C illi legis prophetarũq́; monitis edocti erãt:hic autẽ
nemine docẽte ſpõte credidit. hęc Beda. Mirabatur
ergo Ieſus de fide Cẽturionis, gentilis hominis, &
eã laudauit:vt ex iſtius laude erubeſcãt & cõfun-
dãtur Iſraëlitæ: & ideo tũc fidẽ gentiũ mirabatur,
quã vltra fidẽ Iudęorũ creſcere videbat. Nec ſolum
fides Gentiũ eſt in Centurione collaudata :ſed etiã
præfigurata. Vnde occaſione accepta,ex fide huius
Gẽtilis,cõcludit & prædicit dñs cõuerſionẽ & vo-
cationẽ Gẽtiliũ:& ex oppoſito,ſcilicet infidelitate,
reprobationẽ Iudęorũ,dicẽs[Amen]id eſt fideliter
[dico]& pędico[vobis,ꝙ]ad exemplum iſtius, in
quo fides gentiũ pręfiguraꝛ [multi] ſed nõ omnes:
quia nõ omnes obediũt euãgelio]ab Oriẽte & Oc-
cidẽte] ac etiã ab Auſtro & Aquilone, id eſt ex o-
mni pte mũdi,& ex omni genere gentiũ [veniẽt]
ad fidẽ & vnitatẽ eccleſię. Vnde ſcđm Augu. Iſtis
duabus partibus,ſcilicet Oriẽte & Occidẽte, totus
orbis deſignatur. Vnde ſub typo eccleſię,dictũ fuit
Iacob:Dilataberis ad Orientẽ,& Occidentẽ:ad Se
ptẽtrionẽ & Meridiẽ. Moraliter ab Oriẽte veniũt,
qui ex cõſideratione propriæ naturæ vel natiuita-

Fidei Centurionis excellẽtia

Marię pręexcellẽtia

tis humiliãtur,vel qui pœnitentiã agũt in ſua iuuẽ D
tute:ab Occidẽte,qui ex memoria mortis cõuertũ
tur,vel qui pœnitentiã agunt in ſenectute:ab Au-
ſtro,qui fauẽte proſperitate vacãt operibus pieta-
tis,& inter proſpera,ſeruãt tẽperantiã:ab Aquilo-
ne,qui neceſsitate vrgẽte cõpungũtur , & inter ad-
uerſa,ſeruãt patientiã. De his enim omnibus, ali-
qui ſaluabuntur.[Et recũbent] id eſt fœliciter re-
quieſcẽt :nõ carnaliter iacẽtes,ſed ſpiritualiter pau
ſantes[cũ Abrahã,Iſaac,& Iacob] quorũ fidẽ imi-
tati ſunt,& cũ alijs fidelibus & amicis meis[in re-
gno cœlorũ]& iuſtorũ,vbi lux,& gloria,& longę-
uitas vitæ ęternę,& omne bonũ. Abrahã,Iſaac, &
Iacob ſpecialiter nominãtur:quia iſtis principali-
ter facta eſt promiſsio de terra promiſsionis , per
quã patria beatorũ ſignificatur.[Filij aũt regni]id
eſt Iudęi:in quibus regnabat deus:vel filij regni vo
catiõe,nõ electione:promiſsione,non cõſecutione:
ſua reputatione,nõ re: qui pro regno habẽdo facti
fuerãt,ſed ſe indignos reddiderũt, [eijciẽtur] à fa-
cie & viſione dei,in tenebras exteriores:quia in ſe
habẽt interiores. Tenebræ primæ ſunt culpæ:aliæ E
aũt ſunt gehennæ. Nã ſecundũ Greg. interiores te
nebræ,ſunt cęcitas mentis:exteriores,æterna nox
dãnationis. Ideo aũt dicũtur ibi eſſe tenebræ exte-
riores:quia licèt ibi ſit ignis, tamẽ nõ lucet,ad oſtẽ
dendũ dãnatis aliquid ad eorũ conſolationẽ,ſed ad
eorũ deſolationẽ. Vnde Iſido. Ignis gehẽnę lucebit
miſeris,ad miſeriæ augmentũ: vt videãt vnde do-
leãt:nõ ad cõſolationẽ,vt videãt vnde gaudeãt. Ibi
erit fletus oculorum,ex fumo & calore ignis,eo ꝙ
mors intrauit per feneſtras:quia nõ licet intueri,
quod nõ licet cõcupiſci:& ſtridor dentiũ ex frigo-
re,quia hîc gaudebãt de edacitate. Vel fletus ex an-
guſtia animi,ſtridor ex indignãtis affectu:eo ꝙ ſe-
rò pœnituerũt de peccato:& in hoc oſtẽditur tor-
mẽtorũ magnitudo. [Et dixit Ieſus Cẽturioni]ſci
licet per internũtios ſupradictos:[Vade]id eſt ſecu
rus reuertaris:& [ſicut]perfectè[credidiſti]ſic[fiat
tibi]in ſanatiõe ſerui tui:vt ſicut per nũtios acceſ-
ſiſſe,ſic & per nũtios reuerſus fuiſſe,intelligaꝛ. Vbi
Rabanus:Fidei merito oſtẽdit impetraſſe ſalutem F
ſeruo : vt fidei robur magis in eo accreſceret , quo
proſpiceret quęcũq; vellet ꝑ illã impetraſſe ſe poſ-
ſe. Et ſanat⁹ eſt puer verbo Chriſti abſentis,ex illa
hora:ꝗa Chriſtus protulit hoc verbũ,fiat: quo etiã
verbo omnia creata ſunt:vt fides Cẽturionis verifi
careꝛ,& potẽtia Chriſti,quã Centurio cõfeſſus fue
rat,ex opere ſubſecuto pateret. Dixerat eñ Cẽtu-
rio,& cõfeſſus eſt:[Dic verbum,& ſanabitur puer
meus]& Chriſt⁹ dixit,& opere cõpleuit. Vñ Chry.
Vbi velocitatẽ admirare: neq; eñ ſolũ curare , ſed
inopinatè,& in momẽto tẽporis hoc facere,virtu-
tem Chriſti oſtẽdebat. In itinere aũt,verbo ſanauit
eũ,ne putaretur ire corporaliter ob impotentiã, &
nõ humilitatẽ. Hîc cõſiderãdũ eſt quantũ vnicuiq;
fides valeat propria,quãdo tantũ valuit aliena. Nã
propter fidẽ Cẽturionis, ſanitas puero eſt reddita.
Cõſidera etiã humilitatẽ domini : quia ad ſeruum
Centurionis etiã nõ rogatus,ire paratus fuit:ad fi-
lium autẽ reguli, de quo infrà dicetur, quaſi pom-
pam refugiens,etiam rogatus ire noluit. Excelſus

Ab Oriente & Occidente venire.

Tenebrę exteriores

Ignis gehennæ.

Humilitatis exẽplũ

G enim dominus,humilia de propè reſpicit:& alta,id
Pſal.137. eſt ſuperba,à lōgè cognoſcit,id eſt contēnit.In quo
ſecundū Grego.ſuperbia noſtra retūditur & incre
patur,qui perſonas acceptādo in hominibus,nō na
turā,qua ad imaginē dei facti ſunt,ſed honores &
diuitias venerantur. Ecce de cœlo venit,qui ſeruo
occurrere in terrā nō deſpicit: & tamē humiliari
in terra contēnimus,qui de terra ſumus.Quid ve-
rò apud deūvilius,quid eſſe deſpectius pōt,q̄ ſerua-
re honorem apud homines:& interni teſtis oculos
nō timere?Et ſecundū Amb. ad reguli filiū noluit
pergere,ne in reguli filio videretur magis diuitijs
detuliſſe:hîc ipſe perrexit,ne videretur in Cēturio-
nis famulo,cōditionē deſpexiſſe ſeruilē:omnes eñ
ſeruus & liber,in Chriſto vnū ſumus.hęc Amb.In
Fides gentium. Cēturione fides gentiū pręfiguratur:& per eū pri-
mitiæ & electi de gētibus deſignātur:qui quaſi cē-
tenario milite ſtipati,virtutū perfectiōe ſunt ſubli
mes,credētes in Chriſtū,& laborātes ad cōuerſio-
nē aliorū.Vnde Remig.Per Cēturionē deſignātur
qui primi ex gētib⁹ crediderūt,& pfecti in virtuti
H bus fuerūt.Cēturio eñ dicit,qui cētū militib⁹ pręę-
Centurio primitiarius. eſt.Cētenari⁹ aūt numer⁹ perfect⁹ eſt. Rectè ergo
Cēturio p puero ſuo rogat:qa primitię gentiū pro
ſalute totius gētilitatis deo ſupplicauerūt.Et ſi op-
ponit de Magis,qui primò dño crediderūt:reſpōdē
dū q Cēturio dicit primitię gentiū:qa prim⁹ cre-
didit à nullo edoct⁹,niſi à ſpū ſancto.Magi verò &
ſi primi crediderūt,edocti tamen per libros Balaā,
& per nouę ſtellę indiciū.Ipſis aūt gētib⁹,corpora
lis Chriſti pręſentia nō eſt exhibita, ſed verbū fi-
dei per apoſtolos eis miſit, & ab infidelitate ſana-
Puer Centurionis. uit.Moraliter,per iſtū puerū Cēturionis ſignifica-
tur peccator,propter quatuor mala quę peccator
incurrit,quę deſignātur in quatuor conditionibus,
Mala peccatoris. quæ de iſto puero hîc ſcribūtur. Primū malū pec-
catoris eſt,ſeruitus peccati,id eſt pronitas peccādi.
Ioan.8. Vnde dicitur de puero iſto,q erat ſeru⁹.Vnde Ioā-
2. Petri 2. nes:Omnis qui facit peccatū,ſeruus eſt peccati.&
Petrus:A quo quis ſuperatus eſt,huius & ſeru⁹ eſt.
I & Aug.Peccator eſt ſeruus tot dominorū,quotvi-
tiorū.Peccatū aūt, cùm homini dominat, facit eū
pronū ad peccandū:vt ex vno peccato,ad aliud ten
Seruitutes pctōrum. dat.Peccatū etiā vlterius deducit ad aliā ſeruitutē,
ſcilicet diaboli:qa ſuperbus eſt ſeru⁹ Luciferi:aua-
rus eſt ſeruus Mām̄onis: luxurioſus eſt ſeruus Aſ-
modęi,Secundū malū eſt, impotētia ad bene ope-
randū:quod ſignificatur per iacentē. Vnde dicitur
iſte puer iacere in domo.Iacētes eñ nihil operātur
Iacere qd moraliter vel operari poſsūt.Iacet aūt peccator aliquādo in
igne iracūdiæ,aliquādo in luto luxuriæ,aliquando
in ſpinis auaritię.Et bene dicitur iacere:quia nul-
lum bonū meritoriū pōt operari.Tertiū malū eſt,
Timor pctōrum. timor & tremor:quia ſemper eſt peccator in timo
re,quod per paralyſim deſignatur,ex qua fit diſſo-
lutio & tremor mēbrorū. Si eñ dicatur peccatori
vt det eleemoſynā,aut malè acquiſita vel ablata re
ſtituat,timet ne ſibi deficiat.Si dicit q ieiunet,ti-
met ne eſuriat.Si dicit q cōfiteatur peccata ſua,ti
met de verecūdia. Si dicit q faciat pœnitentiā &
ſatisfactionē de peccatis,timet de afflictiōe & in-
cōmodo corporis. Ecce quomodo iſte paralyticus
tremit:& ad ſonitū folij paueſcit. Quartū malum
eſt afflictio ſpiritus, quod ſignat per hoc quod de K
puero iſto dicitur,qa malè torquetur. Et reuera, Torquent
omnis peccator malè torquetur in ſeipſo, propter pctōres.
vermē cōſciētiæ,qui ſemper pūgit & rodit. Vnde Cōſciētiæ
Aug.Iuſsiſti dñe & ita eſt, vt pœna ſibijpſi ſit oīs vermis.
inordinatus animus. Vnde & Sapīę:Sēper pręſu- Pœnaſſi
mit ſęua & perturbata cōſciētia. Ex alio etiā tor- eſt ...
quetur peccator,dū anxius eſt qūo acquirat hono- inordinatus.
res,diuitias mūdi,oblectamēta corporis. Torquet
inter proſpera,per curā ſuperfluā:& inter aduerſa,
per impatientiā.Itē malè torquetur,quādo cōſide-
rat turpitudinē vitiorū, in quibus iacet: & pœnas
infernales, quibus æternaliter ſubiacebit: nec ta-
mē miſer,per pœnitentiā reſilit. Sed tamē, talem
quādoq; curat dominus,veniēdo ad eū, ſuffragāti-
bus meritis ſanctorū.Tu ergo ſi habes animā para
lyticā,& talia mala in te ſentis:roga & mitte ſan-
ctos,vt ad dominū intercedāt pro te,ſicut ſeniores
pro Cēturione:& clama ad dominū,dicens deuotè
cū eodē[Dñe,puer meus iacet paralytic⁹ in domo,
& malè torquet:& nō ſum dignus]propter fragi- L
litatē naturæ,propter fœditatē culpæ,& multipli-
citatē miſeriæ[vt intres ſub tectū meū]tā anguſtū
tam immundū,tam ruinoſum[ſed tantū dic verbo,
& ſanabitur] ad tuū imperiū. Et quia iſtud verbū Verbi Cē-
Cēturionis tātę efficacię fuit,q,vt ſuprà dictū eſt, turionis
dignū pręſtitit,vt in corde eius Chriſtus habitaret, efficacia.
& ad recipiendū corpus Chriſti in ſacramēto Eu-
chariſtiæ nullus eſt dignus: ideo quādo ad mēſam
Chriſti accedimus,& fragilitatē noſtrā conſidera-
mus,verbis Cēturionis edocti,dicam⁹ ſinguli[Do
mine,nō ſum dignus vt intres ſub tectū meū] non
ſum dignus vt corpus & ſanguinem tuū ſuſcipiā in
os meū:vt videlicet virtute verborū iſtorum digni
effici mereamur. Vnde Orige.Nūc etiā quādo ſan
cti & acceptabiles eccleſiarū antiſtites ſub tectum
tuū intrāt,ibidē dñs per eos ingredit: & tu ſic ęſti-
mes,quaſi dominū ſuſcipiēs:& quādo corpus & ſan
guinē dñi mādụcas & bibis,tūc dominus ſub tectū
tuū intrat:& tu ergo humiliās teipſum,dicas:Dñe,
nō ſum dignus vt intres ſub tectū meū.Vbi eñ in- M
dignē ingreditur:ibi ad iudiciū ingreditur accipiē
ti.hęc Orig.Per iſtū etiā Cēturionē ſignificatur ra Ratio cō-
tio,vel intellectus:cuius ſeruus eſt appetitus ſenſi- parat Cē-
tiuus,qui debet obedire rōni,ſed ex corruptiōe na- turioni.
turę eſt infirmus ad obediendū ei:propter quod ho
mo,per rationē cognoſcens hāc infirmitatē, in ſuo
appetitu ſenſitiuo, per ſe & per alios debet rogare
deū,vt ſanet ſeruū ſuū:& ſic puer eius ſanatur per
dominū.Itē ſicut ille Cēturio dicebat,[nam & ego
homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habēs ſub me
milites,& dico huic,vade,et vadit:& alio,veni,& ve
nit:& ſeruo meo,fac hoc,& facit.] ſicut dicit Caſ-
ſia.perfecta mēs,quę per Cēturionē intelligit,ſub
dei poteſtate cōſtituta,omnib⁹ virib⁹ ſuis domina-
tur:& habet poteſtatē cogitatiōes noxias depellē-
di,& in bonis cogitationibus immorādi.Tūc malis
cogitationibus dicere poſſumus,abite, & abſcedēt:
bonis verò dicere,venite,& veniēt:ſeruo quoq; no
ſtro,id eſt corpori,qđ debet ſeruire ſpiritui,ea quę
caſtitatis & continētiæ ſunt:ſimiliter iniūgemus,
& ſine



& ſine vlla contradictione obtemperabit: omnēq;
A ſubiectionis ſpiritui exhibens famulatum.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſti, non ſum dignus vt in-
tres ſub tectum carnis meę:quia puer ſenſua
litatis iacet paralyticus diſſolutus morbo
peccati in domo corporis mei, & malè torquetur
concupiſcentiarum motibus:ſed veni per gratię in
fuſionem,& dic verbo veritatis, vt ſanetur puer
meus,& reſurgat à peccatis.Præſta miſericors de⁹
mihi miſero ſub poteſtate tuæ gratiæ conſtituto,
& habēti de tua gratia ſub me vires & virtutes na-
turales:vt habeam poteſtatem cogitationes,& mo
tus noxios repellendi, & in bonis immorandi: ac
corpori vt ſpiritui ſeruiat imperandi.Amen.

De curatione dæmoniaci,& ſocru Petri.

Caput xliii.

Mar.1. Et ingrediebatur dominus Ieſus in ci
& 9. uitatem Capharnaum,] quod inter-
Luc.4.& pretatur ager, ſeu villa pulchritudi-
Matth.8. nis,& pinguedinis: & conſolationis,
& ſignificat animā religioſi deuoti,
B quæ debet eſſe impinguata pinguedine triplici: ſci-
licet charitatis,deuotionis,& contemplationis.Ad
iſtam villā deſcendit libenter Chriſtus, & ob hoc
efficitur villa pulchritudinis & cōſolatiōis. De pul
chritudine,& conſolatione huius villę dicit Petrus
Studium ſacrę ſcripturæ cōmēdatur. Rauēnas:Iuxta ſententiā cordis mei,ſi paradiſus in
hac vita præſenti eſt: vel in clauſtro, vel in ſcholis
eſt:quicquid eñ eſt extra hæc duo,plenū eſt anxie-
tate,inquietudine,amaritudine,formidine, ſolici-
tudine,& dolore.Hoc tamen quod dicit de ſcholis,
intellige de diuinis ſcripturis:nō de alijs vanis ſciē
tijs.Vnde Hugo:Nihil in hac vita dulcius ſentitur,
nihil auidius ſumitur, nihil ita mentem ab amore
mundi ſeparat,nihil ſic animū cōtra tentationes ro
borat,nihil ita hominem excitat, & adiuuat ad o-
mne opus bonū,& ad omnē laborem,ſicut ſtudium
ſacræ ſcripturæ. Et ſtatim ſabbato quando plures
concurrebāt,& ab operibus ſeruilibus quieſcendo
ſpiritualibus vacabāt, [ingreſſus ſynagogam:] vbi
C legiſperiti ad docendū, & cōmunis populus ad au-
diendum legis doctrinā cōueniebāt, [docebat eos,]
maximè tali tēpore & loco docebat Chriſtus: quia
erant cōgruentia doctrinæ eius, tūc enim plurium
ad ſynagogam fiebat cōuentus. Sic modò quilibet
Chriſtianus tenetur diebus dominicis venire ad Ec
cleſiam, & audire ibi miſſam totam & integram.
Miſſa eſt de lege triplici. Et nota q miſſa eſt aliquo modo de lege naturę,di
uina,& euangelica: lex naturę vult q quilibet ali-
quo tēporis ſpatio vacet ad orandū deū:lex ſcriptu
ræ præcipit ſabbato vacandū ad orationē:ſed cano
nes ordinauerunt ad iſtam orationē tempus miſſę,
vbi deus & homo realiter cōtinetur. Ideo, vt dicit
gloſa, peccāt mortaliter qui miſſam non audiunt:
quia præceptum eſt,niſi cogat neceſsitas:alijs verò
diebus non eſt præceptum, ſed conſiliū. [Et ſtupe-
bant,] id eſt admirabantur ſuper doctrina eius:] tū
quia legem & prophetas nō didicerat,& tamē cla-
riſsimè docebat,tū quia doctrinam ſuā diuinis ope
ribus confirmabat: vnde ſubditur: [Erat enim do-
cens eos,quaſi poteſtatē habēs:] quia in oſtenſione
ſignorū & virtutis docebat:& quia pro timore ve-
ritatem nō celabat, [& non ſicut ſcribæ,] qui ſolū D
verbis docebant,& veritatem dicere timebant: vel
quia nō cuſtodiebant,ideo diſcere erubeſcebāt. Vn
de Bed.Sermo doctoris in poteſtate fit,cùm ea quę Docere in
docet operatur. Nam qui factis ipſe ſua dicta de- poteſtate.
ſtruit,cōtemnitur:vel ideo in poteſtate [erat,docēs
eos:& nō ſicut ſcribæ:] quoniā ſcribæ quæ per le-
gem didicerant,præcepta populis dabāt: ipſe verò
quaſi autor impletorq; legis,vel mutuando,vel au-
gendo quæ minus videbātur liberè ſubſtituit. hæc
Beda: Quia ergo Chriſtus doctrinā ſuā confirma-
bat per opera miraculoſa, cæteri prædicatores &
doctores,qui hoc nō poſſunt,debent doctrinam ſuā
confirmare per opera virtuoſa:& non ſicut ſcribæ
qui dicunt,& non faciunt,ac doctrinā ſuā verborū
iactantia affirmant & oſtentant: vnde ſtatim pote
ſtas dñi oſtēditur per factū,cùm ſubditur: [Et erat
in ſynagoga eorū,] fortè adductus ad locū ſanctū,
vt ibi liberaretur, [homo] quidā [habens ſpiritum
immundum,] id eſt,obſeſſus à dæmone [exclama-
uit] voce magna, [dicēs:Quid nobis & tibi Naza- E
rene?Veniſti ante tēpus perdere nos,] id eſt, dimi-
nuere & auferre noſtrā poteſtatē nocendi homini
bus,& torquere nos. Quia enim diabolus inuidia
motus,de ſalute hominū torquetur. Ideo de Chri-
ſti doctrina, quæ erat animarū ſalus & medicina,
dolebat,& ſic clamabat. Vnde Theophilus: Exire
enim ab homine perditionē ſuā,dicebat dæmoniū.
Immiſericordes enim exiſtūt in homines,malū ali Dęmoniorum ī nos malitia.
quod pati ſe æſtimātes,cùm homines nō moleſtāt.
[Scio,] te [quis ſis,] id eſt,vehemēter opinor:ſcili-
cet ſanctus dei,id eſt, Chriſtus ad ſalutē hominum
miſſus.Per prophetias enim de Chriſto dictas,quę
determinauerant tēpus & modū & locum veniēdi
ipſius Chriſti,& per alias circunſtantias, ſciebant
ipſum eſſe Chriſtū in lege promiſſum, veruntamē
neſciebant ipſum eſſe deū:nec per tentationē Chri
ſti in deſerto diabolus potuit ſcire de Chriſto,vtrū
dei filius per naturā eſſet: licèt ad hūc finē triplici-
ter eum tētauerit. Si enim cognouiſſent dæmones
ipſum eſſe deū,nūquā induxiſſent Iudęos ad ipſum F
crucifigendū.Vnde Apoſtolus: Si enim cognouiſ- 1.Cor.2.
ſent,nunquā dominum gloriæ crucifixiſſent.Ecce Confeſsio dæmonū.
quātæ peruerſitatis ſunt multi hoīes,qui in aduer-
ſitate ſua deū blaſphemant: cùm tamen dæmones
ipſum prædicēt.vbi Beda:Non volūtatis iſta cōfeſ-
ſio eſt,quā præmium nō ſequitur cōfitendi: ſed ne
ceſsitatis extorſio,quę cogit inuitos.Et velut ſi ſer
ui fugitiui poſt multū temporis dominū videāt,ni
hil aliud niſi de verberibus ſuſpicātur:ſic & dæmo
nes cernētes dominū in terris repētè verſari ad iu-
dicandos ſe veniſſe credebant:pręſentia ſaluatoris,
tormenta ſunt dęmonū.hęc Beda:Dicitur aūt dæ- Spiritus īmundus.
mon ſpiritus immundus,ab affectu:quia facit im-
mūdum quē poſsidet: ſicut dicitur ſpiritus ſurdus.
vel mut⁹:quia hominē ſurdum vel mutū facit. Vel
ſecundum Chryſ.Immūdus dicitur propter impie
tatem,ac elōgationem à deo: & quia omnibus im-
mundis & prauis operationibus ſe īmiſcet. Ipſum Cur tacere iuſsit.
quoq; immundum ſpiritū dñs licèt vera de eo teſti
ficantem iuſsit obmuteſcere, ne veris falſa miſce-

ret & ne videretur ab ipſo teſtimonium quærere,
G maximè quia phariſæi dicebant ipſum in Beelzebub dæmonia eijcere: & ne videretur vtilitas crucis & paſsionis ſuæ. In quo datur nobis dogma ſalutiferum,vt dæmonibus qui mendaces ſunt: & in veritate nō ſteterunt,nō credamus,quantūcunque, denuntient veritatē: quia ſi aliquos ſibi credētes inuenerint, veritati mendaciū miſcent, & veritatem in mendaciū conuertūt:ac vera dicēdo nitūtur credentes in errorē idololatriæ & peccata inducere.

Laus turpiū & malorum fugienda.

Per hoc autem ꝙ Chriſtus increpauit dæmonem, qui ſuam cōfitebatur poteſtatem & ſanctitatē,imponens ei ſilentium docuit nos laudes turpiū fugere.vnde ſecundū Senecā: Tam triſte, & tam turpe nobis debet eſſe laudari à turpibus: quàm ſi laudemur ob turpia. Et ſpiritus immundus iuſſus exire ab homine,proiecit illum in mediū,& [diſcerpens eum,]quantū ad afflictionem[exiuit inde,& nihil ei nocuit,] quantū ad mutilationē.vbi Hiero.Spiritus diſcerpens hominē,exijt ab eo.Appropinquāte ſalute,appropinquat tentatio. Pharao dimiſſus ab
H Iſraël, perſequitur Iſraël. Diabolus contēptus ſurgit in ſcandala.Hæc Hierony.Sic etiā accidit ſpiritualiter:quia diabolus ſępe in mediū proijcit peccatum alicuius, ad eius infamationē:& cùm peccator videt ſe cōfuſum,dimittit peccatum: cogiturq́; diabolus ab eo exire.Vñ & in Pſal.Imple facies eorum ignominia, & quærēt nomem tuum domine.

Pſal.82.

Verecundiæ vtilitas.

Verecundia enim,quā habet peccator de peccato, eſt valde vtilis ad dimittendū peccatum. Propter quod dicit Seneca,ꝙ nō dimittēdus eſt pudor:quia quādiu in animo durauerit alicuius, erit bonę ſpei locus. Per hoc autem ꝙ diſcerpēs eū exijt ab ipſo: intelligitur ꝙ nullus liberatur à diabolo,niſi diſcerpatur per cōpunctionē, & contritionē ſalutarē. Et ſpecialiter hoc de carnis vitio intelligitur:quia vitium carnale non niſi carnis afflictione curatur:vt per quę quis peccat,per hęc & torqueatur.Et factus eſt ſicut mortu⁹:ita vt multi dicerēt,quia mortuus eſt.Vnde Greg. Velut mortuus quippe oſtenditur, qui à maligni ſpiritus poteſtate liberatur: quia quiſ-

Sapien.11.

I quis iam terrena deſideria ſubijcit,vitā in ſe carnalis conuerſationis extinguit,& mūdo mortuus apparet:quia poſſeſſore prauo,qui per immūda deſideria ſe agitabat,caret.Quē multi mortuū dicunt: quia ſpiritualiter viuere neſciunt, cùm qui carnalia bona non ſequitur,extinctū funditus arbitrant. Hæc Grego. Si ergo à maligno liberatus eſt mortuus:ſequitur ꝙ qui nō mundo mortuus, non eſt à maligno liberatus:quod eſt verbū terribile mundū diligentibus. [Ieſus autē tenens manū eius leuauit eum,& ſurrexit:] ipſe enim proſtratis manum auxilij porrigit,ipſe eliſos erigit. vbi Ambr.Myſticè autem qui in ſynagoga habebat ſpiritū immundū, populus eſt Iudæorū:qui innodatus diaboli laqueis ſimulatam corporis munditiā interioris mētis ſordibus inquinabat. Et bene ſpiritū immundū habebat:quia ſpiritū ſanctū amiſerat. Introierat enim diabol⁹,vnde Chriſtus exierat. vbi & Theophilus: Sciendum eſt etiā ꝙ multi nunc dęmonia habent: omnes ſcilicet qui dæmoniorū deſideria implent, vt furioſi habēt dæmoniū irę:& ſic de cæteris. Sed

Populus Iudæorū.

dominus in ſynagogam venit cùm mens hominis fuerit cōgregata:& tunc dicit dæmoni inhabitāti, K
obmuteſce, & ſtatim egreditur ab eo. Et protinus egrediens dominus de ſynagoga,ſcilicet poſt prædicationem,& eius confirmationē, poſt dæmonis expulſionem introiuit in domum Petri,vt ibi refectionem acciperet poſt laborē. Saluator enim noſter cùm corpus paſsibile ad noſtrā accepiſſet ſalutem,aliquādo declinabat ad loca familiarium ſibi & deuotorū,ad quietem habendā poſt laborē & fatigationem:& iſto modo venit ad Petri domū, ſeu hoſpitium.vnde Cyrillus:Aſpice autem quomodo manet penes virū inopem Chriſtus, qui ſpontaneā paupertatem pro nobis paſſus eſt:vt diſcamus cum pauperibus conuerſari, nec ſpernere depreſſos & pauperes.Vnde Chryſ. Et nimirū excogita quales erant domus piſcatorum horū: ſed tamē non dedignatus eſt ſub vilia tuguria piſcatorū intrare, erudiens per omnia humanum conculcare tumorem.

De ſocru Petri.

Et iterum: Propter hoc nunquā intrauit in domū pręclaram Chriſtus:ſed in domū publicani,& principis publicanorū & piſcatoris: palatia dimittens, & eos qui mollia induunt veſtimenta.Si itaq; eum vis & tu vocare:orna domū tuam eleemoſynis,orationibus,ſupplicationibus,vigilijs.Nullus itaq; verecundetur domū vilē habēs:ſi hæc habuerit opertoria. Nullus diues magnū ſapiat, domum habens pretioſam, ſed verecundetur magis, & hanc zeletur,illam dimittēs:vt & hîc Chriſtū ſuſcipiat,& illic ęternis potiatur tabernaculis. Hæc Chryſoſto.

Domum præclarā non intrauit Chriſtus.
L

Hîc quidā dicūt, ꝙ licèt Petrus fuerit de Betſaida, tamē ratione vxoris habebat domū in Capharnaū. Sed cōtra hoc videtur quod Marcus dicit:Venit in domum Simonis,& Andreæ.Ideo dicendū,ſecundum Stephanum,ꝙ domus Petri nō dicitur poſſeſſiuè:ſed ad quā declinare conſueuit cauſa vendendi piſces,& hac etiā familiaritate vxorē duxit de domo illa:quę etiam dicitur domus Andreæ,propter M
inſeparabilitatem illorū in piſcium negotiatione.

Dom⁹ Petri quæ,& vbi.

Et mox diſcipulis petētibus pro ſocru Petri,id eſt, matre vxoris eius febricitante, ſtans dominus ſuper illā imperauit febri, vt ceſſaret vel recederet: & apprehenſa manu leuauit eā,quæ ſtatim & ſubitò liberata eſt:ita vt continuò ſurgens miniſtrauerit ei & diſcipulis ſuis. Vires quas accepit, quaſi gratias agēdo, in obſequium ſui exercens ſaluatoris.

Socrus Petri curatio.

Non remanente vt ſolet moleſtia ægritudinis, quod nō niſi diuina virtute potuit fieri. Natura enī non operatur, in inſtāti. Et ideo hoc proprium eſt medici cœleſtis,ſed ſecus eſt in alijs:licèt enim virtute naturæ poſsit homo à febribus curari, non tamen in inſtanti, ac ita ſubitò & perfectè ꝙ poſsit ſtatim opera cōſueta facere: ſicut hîc dicitur factū eſſe,ex quo oſtenditur iſta curatio miraculoſa, ad diſcipulorum confirmationem in fide.Vnde Beda: Naturale eſt febricitantibus,incipiēte ſanitate laſſeſcere,& ægrotationis ſentire moleſtiam:verùm ſanitas quæ domini infertur imperio, ſimul tota redit.Nō ſolum ipſa redit,ſed & tanto robore comitante: vt eis continuò qui ſe adiuuarant miniſtrare ſufficiat. Et iuxta leges tropologiæ, membra quæ ſeruierant immunditiæ ad iniquitatem, vt fructi-

Naturanō operatur in inſtanti.

Febricitātium natura.



ficarent morti,ſeruiant iuſtitiæ in vitam
A æternam.Vnde & Cyrillus:Et nos ſuſcipiamus Ieſum:cū enī viſitauerit nos,& portauerimus eū in mēte & corde,tunc enormiū voluptatū æſtum extinguet,& incolumes faciet vt miniſtremus ei:hoc eſt,eius beneplacita peragamus.Moraliter aūt per hoc datur intelligi ꝙ ante curationē à peccato,nō eſt gratū ſeruitiū impenſum deo:ſed pœnitēs quā citò curatus eſt à febre peccati:tā citò debet ſe occupare,& totaliter mācipari ſeruitio dei.ſecundū illud Apoſtoli:Sicut exhibuiſtis mēbra veſtra ſeruire immūditię,& iniquitati ad iniquitatē:ita nūc exhibete mēbra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationē.Si ergo anima tua febre vitiorū eſt capta, ſanctos in adiutoriū tuum inuoca:vt eorum rogatu gratia dei curet te,ꝙ poſsis ei & ſanctis ſuis gratam ſeruitutē exhibere. In hoc etiam ꝙ diſcipuli rogauerunt pro illa:datur nobis exemplum orandi pro infirmis,& neceſsitate aliena.ſecundum Bedā: Myſticè domus Petri Eccleſia,de circūciſiōe eius apoſtolatui cōmiſſa.Socrus eſt ſynagoga:quæ quo
B dāmodo mater eſt Eccleſiæ Petro cōmiſſæ in cura & cuſtodia.Hæc ſynagoga febricitat:quia inuidiæ æſtibus laborat,perſequēs Eccleſiā:cuius manum dominus tangit,qn̄ carnalia eius opera in ſpiritualē intellectum & vſum conuertit:& ſic erecta miniſtrat in ſpiritu.Moraliter aūt ſocrus Petri febricitans eſt caro cōcupiſcens:cū enī homo calore cōcupiſcentiæ laborat,quaſi febribus æſtuat:quod poteſt eſſe tripliciter.iuxta illud Ioannis: Omne quod eſt in mundo:aut eſt cōcupiſcētia carnis:aut concupiſcētia oculorum, aut ſuperbia vitæ:& ſic triplicē habemus febrē.Quædā enim eſt ex corruptione in ſpiritibus.Alia ex corruptione in humoribus.Tertia ex corruptione in mēbris,& in omnibus eſt calor inordinatus ſupergrediēs naturę curſus. Primā,facit ſuperbia.Secundā,luxuria.Tertiā auaritia.Ad hanc veniens Ieſus videt per gratiam illuminantē,imperat per gratiā iuſtificantem,tangit manū per gratiam adiuuantē:& ſic dimittit fe
C bris in contritione:ſurgit ſana in confeſsione, miniſtrat in ſatisfactione.Moraliter aūt dicitur ſtans ſuper illā:quia nullū ſpiritualiter ſanat,niſi eū qui ſub eo eſt:ſcilicet per timorē ſe ſalubriter humiliātem.vbi Beda:Si virum à dæmonio liberatū,moraliter animum ab immunda cogitatione purgatum dixerimus:conſequenter fœmina febribus tēta,ſed ad imperium domini curata,carnē oſtendit à concupiſcentiæ ſuæ feruore per cōtinentiæ præcepta frenatā:omnis enim amaritudo,& ira,& indignatio,& clamor,& blaſphemia,ſpiritus furor eſt immundi:fornicationem verò,immunditiam,libidinem,concupiſcentiam malam:& auaritiam,quæ eſt ſimulacrorum ſeruitus:febrem illecebroſi carnis intellige.hæc Beda:Poteſt etiam per ſocrū Petri,quæ mulier erat,ſenſualitas,quæ ab Auguſti. mulier vocatur,ſignificari:per Chriſtum aūt qui eſt imago patris,ratio:ſecūdum quā homo factus eſt ad imaginē dei.Igitur moraliter ſocrus Petri ſanatur:cū ſenſualitas quæ calore concupiſcentię febricitans iacet:per rationem ad debitū ordinē moralis virtutis reuocatur.Ideo ſubditur:[& miniſtra-

Roma.6.

1.Ioan.2.

Febris triplex.

Submiſſos ſanat dominus.

Coloſ.2.

Sēſualitas & ratio.

Gene.1.

bat eis,]quia ſenſualitas reformata virtute morali miniſtrat,& ſeruit rationi.Et tunc homo peccatū, D
quod antè cū in eo eſſet nō nouerat:incipit agnoſcere poſtquā ab eo exiuerit. Vnde Chryſ.Si vis diſcere peccati fœtorē,excogita id poſtquā factum,eſt cū à deſiderio ereptus fueris,cū nō adhuc moleſtat ignis:& tunc videbis quid eſt peccatū.

Peccati fœtor à deſerēte percipitur.

Nota etiam de quatuor infirmitatibus præmiſsis,ꝙ ſpiritualiter per leprā poteſt intelligi culpa originalis: per paralyſim,culpa actualis in omittendo:per febrē, actualis in cōmittendo:per vexationē dæmoniacā culpa erroris.

Peccatorū quatuor genera.

Deinde ponuntur ad confirmationē legis euangelicæ multa miracula in generali:quia [audito hoc miraculo & veſpere facto,]cū Sol occidiſſet,id eſt,ad occaſum veniſſet,[omnes qui in illa ciuitate habebant infirmos varijs languoribus detentos,& à dæmonijs vexatos:ducebant illos ad Ieſum,& obtulerūt ei vt curaret eos:]quia tūc ad hoc poterant vacare.vnde dicit Theophilus,ꝙ ita tardè adduxerūt eos ad Chriſtū:quia illa dies,erat dies ſabbati,& credebant curationes non eſſe licitas durante die ſabbati:quæ finiebatur in veſpere illius diei,& ideo expectabant occaſum:vt curandos ad Ieſum adducerēt. E

Cur veſperi adduxerunt.

At ipſe ſingulis manus imponens curabat oēs:nullius enī morbum horrebat, quod eſt contra medicos ſuperbos, & indignantis naturæ,qui pauperes & miſeros dedignātur viſitare & tangere.

Cōtra medicos.

[Et eijciebat ſpiritus immundos verbo,]in ſignum ꝙ verbū Chriſti deuotè auditū,fugat dæmonē de corde peccatorū.Licèt aūt poſſet etiā omnes curare ſolo verbo,tamen quandoq; appoſuit manus:quia humanitas Chriſti erat quaſi organū,ſeu inſtrumentū diuinitatis ipſius,in miraculis faciendis.Et ideo ſicut artifex mediāte inſtrumento operatur:ſic virtus diuina in Chriſto,per applicationem humanitatis aliqua faciebat:vt eā cōiunctam deitati declararet. Miracula quidē Chriſti ad duo ordinabantur,ſcilicet ad manifeſtationē diuinitatis ſuæ:& ad cōfirmationē ſuæ doctrinę,per quā dominus ad fidē inducebantur.Vnde& ad tactum manus eius ſanabantur infirmi,curabātur leproſi,illuminabantur cæci:& ad vocem eius ſuſcitabantur mortui,& eijciebantur ſpiritus immundi.

Miracula Chriſti ad duo ordinata.
F

Per hoc autem quòd veſpere facto obtulerunt ſibi infirmos & dæmoniacos, ſignificatur ꝙ hora mundi veſpertina Chriſtus venit dæmones eijcere:& infirmitates hominū curare:& per occaſum Solis ſignificatur,quòd paſsio ſua,in qua Sol iuſtitiæ occidit,futura erat medicina omnis ſpiritualis infirmitatis.Vnde ſecundum Bedam:Myſticè,Solis occubitus,paſsionē mortēq; illius ſignificat qui dicit,quandiu ſum in mūdo,lux ſum mundi: & Sole occidente plerique dæmoniaci & ęgroti ſanantur:quia qui temporaliter in carne viuens, paucos Iudæorum docuit,omnibus per orbem gentibus fidei ſalutiſque dona tranſmittit. Moraliter verò occaſus Solis pōt dici caſus mūdanæ proſperitatis,poſt quē multi ſanātur:qui lucente Sole proſperitatis grauiter infirmātur.

De ſolis occaſu.
Ioan.9.

Conſidera,quòd paucis verbis multa hîc miracula comprehenduntur:quę expreſsè fortaſsis incredibilia viderentur. Vnde Chryſoſt.Tu autem intende quantam multitudinem

Cur paucis multa.

titudinē curatā trāſcurrūt euāgeliſtæ, nō vnūquē-
G que curatū dicētes nobis & enarrātes:ſed vno ver-
bo pelagus ineffabile miraculorū ſuperuenientes,
vt nō rurſus magnitudo miraculi incredulitatē im
mittat,ſi tantā plebē & varias ægritudines in vno
tēporis momēto ſoluit,& emēdauit.hæc Chryſo.
[Exibāt aūt dæmonia à multis clamātia,& dicen-
Sciētia dęmonū de Chriſto. tia:quia tu es filius dei.Et increpās nō ſinebat ea lo
qui:]quia ſciębāt pęr vehementē cōiectură ipſum
eſſe Chriſtū,nō tamē per ſcientiæ certitudinē.Vn
dę Beda:Dæmonia filiū dei confitebantur,& ſcie-
Matth.4. bāt ipſum eſſe Chriſtū:quia cū ieiunio fatigatum
eum diabolus videret,verum hominem intellexit:
ſed quia tētando nō præualuit,vtrū filius dei eſſet,
dubitabat.Nunc aūt per ſignorū potentiā, vel in-
tellexit,vel potius ſuſpicatus eſt eſſe filiū dei:ſed ſe
morte illius nō præuidit eſſe dānandum.Verę eñ
dę hoc myſterio à ſeculis abſcondito,dicit Apoſto
1.Cor.9. lus,ꝙ nemo principum huius ſeculi cognouit:ſi e-
H nim cognouiſſent,nunquā dñm gloriæ crucifixiſ-
ſent.hæc Beda:Ideo aūt nō ſinebat ea loqui,ne ho-
Dęmonia cur prædicare prohibentur. mines audiētes dæmonē prædicare mundo verita
tē:deinceps acquieſcerēt ſibi prædicāti falſitatem.
Vnde gloſa:Ideo prohibet loqui:ne dū aliquis au-
dit dæmonē vera prædicantem,poſtea ſequatur er
rātem.Improbus eñ magiſter vera falſis permiſcet
vt ſub ſpecie veritatis,falſitatis teſtimonium obte
gat.De hoc habes,& alias cauſas proximè ſuprà
Applauſus vitād⁹. de ſpiritu immundo dictas.[Facta aūt die,] & val
de diluculò,[egreſſus Ieſus de Capharnaū ibat in
deſertū locū,]vt applauſum populi fugerēt:& ibi
ſecretius oraret.In hoc dans exēplū ꝙ prædicator
& mirabiliū diuinorū operator debet vanā gloriā
& oſtentationē fugere,& ad ſolitudinē contēpla-
tionis ac ſecretum orationis,poſt laborē prædica-
tionis redire:vt deo gratias agat de profectu pręte
rito,& ſe diſponat pro futuro:vt ſibi hauriat quod
poſtea populis effundat.Et ſecundū Theophilum:
Oſtēdit nobis ꝙ deo debet attribui ſi aliquid boni
facimus,& ei debemus dicere:qm̄ omnę optimum
Iacobi 1. deſuper eſt,deſcendens à te.In deſerto ergo Chri-
I ſtus orat,nō ꝙ ipſe oratione indigeat:ſed vt nobis
bonæ exēplificationis,operationis,exemplū & for
ma fieret:& vt nos tumultū fugere,& curā mundi
vitare,ac ſecretum mētis quærere doceret:cū eū
orare,vel ei ſilenter loqui,affectamus. Et turbæ re
quirebāt eum, ſcilicet per fidem: & venerunt vſq;
ad ipſum,per ſpē:& detinebant illum per charita
tem,ne diſcederet ab eis:vt profectū conſequeren-
tur maiorem.Vbi Chryſo.Gaudens aūt eos ſuſci-
piebat,ſed & voluit eos dimittere:vt & reliqui do
ctrinæ eius participes eſſent,& ideo ſequitur,qui-
bus ait:[quia & alijs ciuitatibus oportet me euan-
gelizare regnū dei,]id eſt,qualiter peruenitur ad
regnum dei:quia per pœnitentiam quæ eſt via ad
hoc perueniendi.Vbi Theophilus:Tranſit ad alios
magis indigentes doctrina,quia non conuenit in
vno loco doctrinam concludere:ſed vtique radios
eius extendere.Vbi & Chryſoſto.Simul etiā con-
ſidera,quòd poterat in eodem loco manendo om-
nes attrahere ad ſe:non tamen illud fecit,præbens
nobis exemplū vt perambulemus & requiramus
pereuntes:ſicut paſtor perditā,& medicus accedit
ad infirmū.Vna eñ anima recuperata,poterit ali- K
quis mille delicta abolere.hęc Chryſ. ORA.

Domine Ieſu Chriſte,remoue & eijce ſpiri-
tum immūdū à me:ne aliquo modo me va
leat maculare,vel in maculis detinere: vt
ſim & appaream mūdo mortuus,cum à poſſeſſore
prauo,qui per immunda deſideria nos agitat,fue-
ro liberatus. Peto etiam domine te medicum ani-
marū:vt me curare digneris à febre vitiorum,qua
tenus ſurgens ab eis valeam tibi miniſtrare:& gra
tam ſeruitutē exhibere.Tu etiā domine cura me,
& oēs varijs animæ detentos languoribus:vt à pec
catis ſani & incolumes facti tibi miniſtremus,&
bene placita tua peragamus.Amen.

De ſuſcitatione filij viduæ. Cap.xliiii.

ET deinceps ibat Ieſus cum diſcipulis, Lucæ 7.
& turba copioſa quę eū ſequebatur.]
nouitate operū,ſuauitate doctrinę,&
ex ſanctitatis eius deuotione,[in ciui L
tatē Galilęæ quæ vocatur Naym,]ſe
cūdo milliario à mōte Tabor eſt ciuitas Naym,& Naym.
ſupra Naym mōs Endor:ad cuius radicē fluit tor-
rens Cyſon.Ante huius ciuitatis portam,vbi erat
maior cōcurſus populi:obuiauit dominus multitu
dini hominū efferētium,id eſt,extra portantiū,de
functum filium vnicum viduæ ad ſepeliendū:quia Sepulturę antiquorū.
antiquitus loca ſepulturæ erant extra ciuitates,&
hominū habitationes,ne cadaueribus inficerentur
loca & homines.Hoc aūt ſic factum eſt,vt euiden
tius eſſet miraculum coram multis factum:& mul
ti eſſent teſtes tanti miraculi.Et quia vacabant ad
pietatis opus proſequendo funus,& conſolando vi
duam & orbatam matrem:meruerunt ipſum vide
re miraculum.vbi Gregorius Nicenus: Erumnæ
molem,breuibus verbis explicuit.Mater vidua e-
rat,quæ non ſperabat vlterius filios procreare:nō
habebat in quem dirigeret aſpectum vice defun-
cti,quia vnicus erat,hunc ſolum lactauerat.Hic ſo
lus aderat alacritatis cauſa in domo:quicquid ma- M
tri dulce ac pretioſum, hic ſolus extiterat. Vnde
& Cyrillus:Miſeranda paſsio,& ad fletum & ad
lachrymas potens prouocare. Quam cùm vidiſ-
ſet dominus ſic triſtem & afflictam,miſericordia
& pietate motus ſecundum quòd homo ſuper ea:
tum quia vidua erat,tum quia non habebat alium
filium à quo in ſenectute ſuſtentari poſſet quam
ab ipſo,dixit illi verbo conſolatorio& dulci.[Noli
flere,]quaſi diceret,citò cōſolata eris,deſiſte quaſi
mortuum flere,quem mox viuum reſurgere vide
bis.Mœrentium cōſolator deus,illorum maximè
lachrymas intuetur:qui aliorum miſerias & pec- Miſericors dñs.
cata deflent.ſecundum Bedam:Dominus miſeri-
cordia motus eſt:vt nobis exemplum imitādæ pie
tatis oſtenderet.Vnde & Chryſoſto.Iubens ergo
ceſſare à lachrymis qui cōſolatur mœſtos,monet
nos de præſentibus defunctis conſolationem reci-
pere:reſurrectionem ſperantes.Pagani & gentiles Mors plāgēda incredulis tātū.
cauſam habent plangendi defunctos,qui reſurre-
ctionem neſciunt:ſed Chriſtiani eam credunt, &
ideo cauſam plangendi non habent.[Et acceſsit& Loculi tactus.
tetigit loculum,] id eſt feretrum:vt effectus ſalu-
tis tactu



tis tactu corporis ſui deueniret,& oſtenderet quòd
A corpus ſuū deitati vnitū erat inſtrumentū deitatis,
in miraculis faciēdis.Loculus diminutiuè, eſt mor
Loculus ſepulturę. tui locus in quo iacet:cui enim viuēti magna pala-
tia & amplæ domus nō ſufficiebāt pro loco,ei mo
rienti paruū ſpatiū ſufficit pro loculo. Vnde mor-
tuo Alexādro dixit quidā philoſophus: quē totus
mūdus nō capiebat,hodie parua cōtinet arca. [Hi
autē qui portabāt,ſteterūt]nec vltra progredi auſi
ſunt.Et ait:[Adoleſcēs ſurge,]& ſic eū ſecundum
quod deus ſuſcitauit.[Et reſedit q erat mortuus:]
quia ſurgēs ſedit in loculo in quo, iacuerat prius,
[& cœpit loqui. [Vt manifeſtè appareret ꝙ erat
verè & nō apparēter ſuſcitatus,& fortè verba ip-
ſius fuerunt gratiarū actiones,[& dedit illū matri
ſuæ:]quia nō ſuo merito, ſed matris reſurrexerat:
vt quæ de ipſo triſtis fuerat, in ipſo conſolaretur.
[Omnes autē inuaſit timor ex ſtupore tāti mira-
culi,]qui timor nō fuit alicuius mali,ſed reuerētię
de potentia & bonitate:[& magnificabant, id eſt,
laudabāt[deū] & magnū prędicabant:quia quāto
grauior eſt caſus,tanto pietas erigētis eſt gratior:
B & ſpes ſalutis pœnitētib⁹ eſt certior. [Et dicebant:
quia propheta magnus:]ſcilicet in lege,& prophe
tis promiſſus,[ſurrexit in nobis,]imò pluſquā pro
pheta:[& quia dominus viſitauit plebē ſuā,] mit-
tēdo eis ſaluatorem,vt eos redimeret: ſicut medi-
Defunctus miſticè. cus viſitat infirmū,vt eū ſanet.Myſticè iſte defun-
ctus,eſt homo per peccatū mortale mortuus.Eius
mater eſt eccleſia, quæ eſt vniuerſitas credētium:
Eccleſia mater peccatorum. & cuius filij ſunt credētes ſinguli.Peccator autem
dicitur filius vnicus matri ſuæ, ſcilicet Eccleſię:
quia quemlibet ita deflet quādo in peccatū cadit,
Vidua. ſicut mater vnicū filiū qñ decedit.Eccleſia quoq;
dicitur vidua,ſpōſi ſui morte redēpta:vel quia nūc
quandiu peregrinatur à domino, eſt ab amplexi-
Pſal.131. bus ſpōſi ſui priuata:de qua vidua dicitur in Pſal.
Viduam eius benedicēs,benedicā.Effertur defun-
Portitores quatuor moraliter. ctus,cū ſenſus interior exijt in opus.Quatuor por
titores huius defuncti, ſunt quatuor affectiones
cordis noſtri,ſciliect gaudiū & triſtitia,ſpes & ti-
C mor.Iſta eñ quatuor portāt mortuū per abuſum.
de quibus dicit Bern.Amāt qđ nō decet: timēt qđ
nō oportet:dolēt vanè& gaudēt vani⁹.Vel iſti qua
tuor portitores ſunt amor peccati,timor pœniten
tiæ:ſpes emēdæ,& præſumptio de dei miſericor-
Quatuor in peccato pſeuerare facientia. dia.Vel quatuor portitores,ſunt quatuor quę ani-
mam in peccato perſeuerare faciūt:ſcilicet fiducia
lōgioris vitæ,quæ tñ hominē ſepæ decipit:cōſide
ratio culpæ alienę,qua homo correctionē propriā
deuitat: ſtulta ſpes pœnitendi in futuro,& fiducia
de venia quā homo cōcipit ex magna dei miſeri-
cordia:impunitas peccatoris,qua redditur ad pec-
cata magis pclíuis.Poſſunt etiā intelligi iſti porti
tores,carnalia deſideria, vel adulatorū & benedi-
centium blādimenta: vel prælatorū mercenario-
rū verba vngentia,non pungentia,& quicūque ver
Porta qua effertur peccator. bo vel facto fouentes hominē in pctō. Porta per
quam effertur ſeu egreditur mortuus, eſt aliquis
de quinq; corporis ſenſib⁹ peccati manifeſtatiuus.
Nā qui videt, vel audit, vel loquitur quod non li-
cet:mortuus extrahitur per portam viſus, vel au-
ditus, vel oris, & ſic ſuo modo de alijs: & ideo cu-
ſtodiæ ad iſtas portas ſunt adhibendæ.Vnde Beda: D
Portā ciuitatis qua defunctus efferebatur:puto ali
quem de ſenſibus eſſe corporis.Qui enim ſeminat Matth.5.
inter fratres diſcordias: q iniqtatē in excelſum lo
quitur,per oris portam extrahitur mortuus.Qui
viderit mulierē ad cōcupiſcendū eā:per oculorum
portā,ſuę mortis indicia profert.Qui fabulis otio
ſis,obſcœnisúe carminibus vel detractionibus au-
rem libēter aperit,hanc animæ ſuæ portā mortis
efficit:cæterosq; qui non ſeruat ſenſus,mortis ſibi
ipſe reddit aditū.hæc Beda:Loculus eſt cōſcientia Loculus defuncti, eſt cōſcientia.
peccatoris,in quo tanquā in lecto malæ cōſciētiæ
requieſcit. Talis aūt mortuus per pecccatū mor-
tale ſuſcitatur à deo per preces Eccleſiæ. Sed qūo
reſuſcitatur in figura,hîc docetur.Sicut enim tria
ſunt ſigna mortis ſpiritualis:ſic tria ſunt ſigna re-
ſuſcitationis ſpiritualis.Signum mortis ſpiritualis
accipitur,ſecundū ſignū mortis corporalis. Signū Signa mortis tria.
autē mortis corporalis triplex eſt.Primum eſt,ca
rentia operationis:ſic carētia ad bene operādum, E
eſt ſignū mortis ſpiritualis.Vnde in Exodo:Fiant Exod.15.
immobiles quaſi lapides.Secundū eſt, carētia ſen-
ſus:quādo percutitur & nō ſentit: ſic qñ homo nō
ſentit percuſsiones & admonitiones ſpirituales,ſi-
gnum eſt ꝙ ipſe ſpiritualiter eſt mortuus.vnde in
Prouerbijs:Verberauerūt me, ſed nō dolui: traxe- Proue.23.
rūt me,& nō ſenſi. Tertiū eſt rigor: ſic hō qñ ha-
bet cor ita rigidū,quòd flecti nō poteſt cōpaſsionē
ad proximū: nec per obedientiā ad deum, ſignum
eſt mortis ſpiritualis. Vnde in libro Regū dicitur 3.Reg.13.
quòd manus Hieroboam, quā extendit de altari,
exaruit.Sic ergo tria ſunt ſigna mortis ſpiritualis
Bene quippe operari tollit ſuperbia,ſenſum aufert
luxuria, & rigorem facit auaritia. Et ecōtrà ſunt
tria ſigna reſuſcitationis ſpiritualis, quæ tangun- Signa reſuſcitationis tria.
tur in hoc quòd recedit,& cœpit loqui,& dedit illū
matri ſuæ.Per hoc quod dicit recedit, intelligitur
cōtritio:in contritione enim homo reſidet & reſi-
lit à peccato.Per hoc quod dicit cœpit loqui,intel
ligitur cōfeſsio:in qua homo loquitur ſe accuſan-
do.Per hoc quod dicitur dedit eū matri ſuæ,intel- F
ligitur ſatisfactio.Per hoc enim quod homo ſolui
tur & iniungitur ei ſatisfactio, reſtituitur matri
ſuæ,id eſt,Eccleſiæ:& cōmunioni fideliū per ſpi-
ritualē incorporationem,quæ quidē ſatiſfactio fit
per tria:ſcilicet per orationem,ieiunium,& elee-
moſynam.Sed modus reſuſcitationis tāgitur cùm
dicitur:acceſsit & tetigit loculū.Ad mortuum ſpi Modus reſuſcitandi
ritualiter ſaluator accedit,& appropinquat, cùm
aliquam gratiam præuenientem: vel deſiderium
propriæ ſalutis ei donat.Loculum tangit, quando
conſcientiam & cor durum peccatoris ad pœni-
tentiam emollit,& peccatorē ad ſui cognitionem
reducit:& tunc mortuus à peccato reſurgit. Et Peccatum mors eſt.
ſciendum quòd ſpirituſſanctus peccatum per mor
tem voluit deſignari,ad oſtendendum quantum
peccatum ſit fugiendū:& quantū de eo ſit dolen-
dum quādo eſt cōmiſſum.Peccatū fugiendū eſt vt Peccatum vt mors fugiendū.
mors,& de eo dolendū eſt tāquā de morte: ſic do-
lere debet qui amicū ſuū in peccato mortali videt,
ac ſi eum mortuum videret: imò etiam eum plus
dolere

dolere debet. Et quia ſicut mortu⁹ iſte figurat peccatorẽ, ſic eius ſuſcitatio figurat peccatoris conuerſionẽ: ideo ſicut multũ timendũ eſt peccatũ, & multum dolendũ de eo cõmiſſo: ſic multũ deſideranda eſt pctõris conuerſio, & multũ gaudẽdũ de ipſa iam facta. Obſecra ergo ô peccator dñm vt reſuſcitet te à morte peccati, & reſtituat te ſanctæ Eccleſiæ ſuæ, in laudẽ & gloriã nominis ſui. Et vt ait Ambro. Si graue peccatũ eſt quod pœnitentiæ tuæ lachrymis ipſe lauare nõ poſſis: flet pro te mater Eccleſia, quæ pro ſingulis tanquã pro vnicis filijs vidua mater interuenit: cõpatitur quodãmodo ſpirituali dolore naturæ, cũ ſuos liberos lethalibus vitijs ad mortẽ cernit vrgeri. Viſcera enim ſumus de viſceribus eius. Vnde & Augu. De iuuene illo reſuſcitato gauiſa eſt mater vidua, de hominib⁹ in ſpiritu quotidie ſuſcitatis gaudet mater Eccleſia. Ille quidẽ mortuus erat corpore, illi aũt mente. Moraliter tres mortuos Chriſtus ſuſcitauit: puellã in domo clauſam, id eſt, mortuũ per cõſenſum delectationis prauæ: in cogitatione ſeu volũtate adhuc tectũ. Iuuenẽ in porta, id eſt, mortuũ per actũ peccati in verbo, nutu, vel opere. Lazarũ in ſepulchro, id eſt, mortuum: lapide, id eſt, mole cõſuetudinis peccãdi preſſum, malè olentẽ, & alios fama corrũpentẽ. Oẽs iſtos ſuſcitat & ſanat dominus, cũ ad ipſum redeunt veraciter pœnitẽdo: & tãto leuius reſuſcitatur quiſq; per gratiã, quanto minus mortificatus eſt per culpã. Vnde dominus puellã corã paucis de facili ſuſcitat, puellæ dicẽs: ſurge. Iuuenẽ corã pluribus, & quaſi difficilius, tãgens feretrũ, & dicens: Adoleſcẽtes tibi dico, ſurge. Lazarum difficilimè quia cũ lachrymis, cum fremitu, cũ ſui perturbatione: cũ magna voce dicẽs, Lazare veni foras: & quaſi cum auxilio & teſtimonio præſentium dicẽs: ſoluite, & ſinite abire: nõ ꝙ domino tam facilis nõ fuerit reſuſcitatio Lazari ſicut puellæ, cũ vt ait Aug. nemo tã facilè excitat in lecto, quã Chriſtus in ſepulchro: ſed domini facta aliarum rerum ſunt exẽpla. Longa enim cõſuetudine preſſus, vix & quaſi cum labore ſuſcitatur. Qui vt ſuſcitetur dominum cogit lachrymari, & eiulare: & ideo licèt omne peccatum, maximè tamẽ peccãdi conſuetudinẽ fugere debemus: quia hæc ſanatur difficilius. Vnde Ambro. Omne peccatum conſuetudine vileſcit, & fit homini quaſi nullum ſit: ſic & econuerſò, omnis virtus bona conſuetudine fit grata & facilis: quia nihil differt aſſueſci ſic, vel ſic. Triplex eſt ergo mors culpæ deſignata in prædictorũ triũ morte: ſcilicet peccatum cordis, peccatum operis, & peccatum cõſuetudinis. In ſuſcitatione verò horum triũ mortuorum oſtẽſum eſt, ꝙ ſaluator poteſtatẽ habet ſuper triplicẽ mortẽ: ſcilicet naturę, culpæ & gehennæ. Super triplicẽ vitã: ſcilicet naturę, gratiæ, & gloriæ. Quartum mortuum inſinuante diſcipulo audiuit: ſed ad eũ ire noluit, id eſt, ad mortuum in obſtinatione, vel deſperatione, ſeu praua peccati excuſatiõe. De quo dixit: dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Hæc igitur audientes, qui ſtant, non præſumant: ſed cauti ſint ne cadant: & qui ceciderunt, non deſperent: ſed ſoliciti ſint vt reſurgant. Vnde Aug. Hæc ergo charißimi audiui-

G H I

De matre Eccleſia.

Mortuos tres ſuſcitauit dominus.

Matth. 9.

Ioann. 11.

Facilitas Chriſti in ſuſcitando à morte.

Conſuetudo peccandi.

Mors triplex.

Quartus mortuus non excitatus.

mus, vt qui viuunt viuant, qui mortui ſunt reuiuiſcãt. Siue adhuc peccatũ in corde cõceptũ, nõ proceſſit in factum: pœniteat, corrigatur cogitatio, reſurgat mortuus intra domũ conſcientiæ: ſiue iam quod excogitauit admiſit, nec ſic deſperetur. Non ſurrexit mortuus intus, ſurgat elatus: pœniteat facti, de proximo reuiuiſcat: nõ eat in profunda ſepulturæ, nõ accipiat deſuper cõſuetudinis molem. Sed fortè iam illi loquor, qui iam duro ſui molis lapide premitur, qui iam vrgetur cõſuetudinis pondere, qui iam quatriduanus putet: nec ipſe deſperet profundus mortuus eſt: ſed altius eſt Chriſtus, agit etiã tales pœnitentiã. Neque enim Lazaro reſuſcitato poſt quatriduum vllus putor in viuẽte remanſerat: ergo qui viuunt, viuãt: qui aũt mortui ſunt, in quacũq; harum trium morte ſe inuenerint, pœnitentiam agãt: accelerent, iam reſurgãt. Vnde & Chryſ. Ne audiamus qui ſtamus, ſed dicamus nobiſipſis: qui æſtimat ſe ſtare, videat ne cadat: ne deſperemus ſi ceciderimus, ſed dicamus nobis, nũquid, qui cadit nõ reſurget? Etenim multi in ipſum cœli verticem aſcendentes, & omnem patientiam demonſtrantes, parum lapſi ſunt: & ad ipſum venerunt malitiæ baratrum. Alij autem rurſus ad cœlum inde aſcenderunt, & à ſcena & ſcurrilitate ad angelicam ſunt tranſlati vrbanitatem, & tantam oſtenderunt virtutem vt dæmones abegerint, & multa ſigna alia operati fuerint: & horum quidẽ plenę ſunt ſcripturæ, & plena vita exemplis nobis. Quemadmodum enim medici difficiliores ægritudines libris inſcribũt: & huius emendationis methodum, id eſt, doctrinam docent, vt in maioribus exercitati facile minora ſuperent: ita vtiq; & deus magna peccatorũ in medium adduxit: vt qui parua deliquerunt, per illa facilem horum emendationem inueniant. Si enim maiora habuerunt ſanationem: multò magis minora. Igitur armemus noſmetipſos bonis operationibus: & ſi aduenerit aliquod delictum, abluamur, vt digni efficiamur in gloriam dei viuẽtes præſentẽ vitam, futura frui vita hæc Chryſoſtomus: Conſidera hîc viduam de morte filij flentem & ita tu omnibus poſtpoſitis de morte animæ tuæ luge & lachrymare, vt merearis ab ipſa morte animæ per tactum diuinę miſerationis reſuſcitari. Abſtine à riſu & cachinno, cogitãs quia de cunctis actibus tuis redditurus es rationem in iudicio. Vnde Chryſoſtomus: Nihil quippe ita conglutinat deo: vt lachrymæ illæ quas & peccati dolor & amor virtutis effundit, ſiue propria peccata quis, ſiue etiam lamẽtetur aliena. Cui enim rei gratia in cachinnum laxaris ac diffluis, qui tantorum ſponte factus es cauſa mœrorum: ante terribile illud Chriſti ſtaturus tribunal, & ſumma cum examinatione rationem pro cunctis actibus redditurus. hæc Chryſoſtomus: Valde autem periculoſum eſt, quod peccator in ſordibus peccatorum: & in morte animæ iacet: non curans ſe per pœnitentiam purgare & reſurgere: ſi eñ linguis hominũ loquereris & angelorũ, & ſi tot per tuam doctrinã conuerteres homines quot fuerũt homines ab initio mũdi, vel quot ſunt ſtellæ cœli, & teipſum per pœnitentiam non mundaueris: factus es

ctus es

K

1. Cor. 10.

Hiere. 8.

L

M

Lachry. mandũdæ nobis.

Periculũ ſtatus peccati.



1. Cor. 13. ctus es velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens: cãpana enim ad vtilitatem hominum ſeruiens, pulſando ſeipſam cõſumit: & ſi habueris omnẽ ſcientiam: & ſi per tuã ſcientiam, & tuis decretis conſilijs omnes reges mundi vel principes, imò totus mundus pacificè dirigerẽtur, & teipſum per pœnitentiam nõ correxeris, nihil proficies: & ſi habueris omnẽ fidem, ita ꝙ trahas ad fidẽ omnes Iudeos, hereticos & paganos, & ſi in peccato mortali es, nihil tibi proderit ad vitã æternę ſalutem. Itẽ ſi mille clauſtra faceres, & mille hoſpitalia manu ꝓpria ædificares: & in illis omnes mundi pauperes bonis tuis paſceres, quãdiu in peccato mortali perſiſtis, in ſtatu ſaluandorũ non es. Item ſi corpus tuum ad cremandum dares vt Laurẽtius, ad excoriandũ vt Bartholomæus: ſi cruxifigereris, vt Chriſtus: & ſic cum vnico peccato mortali morereris, nunquã ſaluareris. Item ſi mille millia miſſarũ pro te dicerentur: ſi omnes ſancti in cœlo cum omnibus angelis proſtrati ante deum ſanguineas funderent lachrymas, vſq; in deum nouiſſimum orantes pro te: non flecterent miſericordiam dei ad miſerendum tui, ſi diſcederes in peccato mortali: & ideo peccatori in morte animæ iacente plus valeret vna confeſsio bona, quàm omnia beneficia prædicta per eum facta, vel ſibi impenſa.

A B

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte, veni in Naym, animã meam fluctuantem tẽtationibus, appropinqua portæ cohibendo: ne per ſenſus veniant ad affectus, accede per gratiã, tange per correctionem, ſtent portitores occaſiones peccãdi & opportunitates: dic animæ iacenti in peccatis, vt reſideat per bonam voluntatem: incipiat loqui per confeſſionem, ſurgat per bonam operationem: redde matri ſuæ, gratiæ nutrici, vt ſtet per ſtabilitatẽ: & ſic plebem tuã, vires animę, affectiones, & cogitationes viſitet tua veritas per cognitionem, virtus per operationẽ, & bonitas per cõſeruationem. Amen.

De ſcriba doloſo, & duobus alijs Chriſtum ſequi volentibus. Caput xlv.

VIdens autẽ Ieſus turbas multas circũ ſe, & ſe ſequẽtes: iuſsit diſcipulos ire trans fretũ,] id eſt, vltra mare Galilęæ in locũ ſecretum, [& iuit vt cũ eis transfretaret, & eos à turbis ſequeſtraret.] Docens etiam prædicatorem euãgelij & omnes applauſum populi declinare, & nihil ad oſtentationem facere. Per hoc etiã innuit, ꝙ curæ mundi ſunt fugiendæ: quia turbæ multæ, ſunt multæ curæ, quæ turbãt animã ex omni parte: & ideo dicit, circum ſe. Nã impediunt à poſteriori, ne poſteriora recolat: ab anteriori, ne ſe ad meliora extẽdat: à dextris, ne deſideret æterna: à ſiniſtris, ne timeat ſupplicia: vel à poſteriori, ne deſiderentur defectus vitæ preteritæ: ab anteriori, ne cõſiderentur pericula in ſtatu proſperitatis: à ſiniſtris, ne cõſiderentur pericula in ſtatu aduerſitatis. Sicut enim faber quãdo vult minuere equo, cooperit ſibi oculos, & tũc percutit vbi vult: ſic diabolus volens hominẽ percutere, operit ſibi oculos per curas & ſolicitudines, & tunc vulnerat per peccatũ, & extrahit ſanguinem virtutũ: & ideo ab hac turba eſſet declinã-

C

Matth. 8. Lucæ 9.

Curæ vitãdæ.

dum. Hæc eſt turba quæ impediebat Zachæum, in videndo Ieſum. Et in via aſcendẽs corporaliter: nõ ſpiritualiter vnus ſcriba, id eſt, legiſperitus, ſeu litteratus ait illi: [Magiſter,] nõ dicit domine: quia cauſa diſcendi, non ſeruiendi, venit: nec quærẽs magiſtrũ, ſed ex magiſtro lucrũ, [ſequar te quocunq; ieris.] Iſte duplici de cauſa volebat ſequi Chriſtũ: ſcilicet cauſa cupiditatis, & lucri tẽporalis: ac iactãtiæ, & vanæ gloriæ: multitudine enim & magnitudine ſignorũ viſorũ motus, volebat ſequi dominum: vt diſceret ſigna facere propter lucrũ acquirendum, vel propter vanã gloriam conſequẽdam. Hoc idem cõſiderans conſequi à dño quod Simon Magus volebat emere à Petro. [Ieſus autẽ videns eius animũ, non reſpõdit ad eius verbũ,] tantũ: ſed ad eius animum dicens: [Vulpes foueas habẽt:] ad quieſcendum & latitandũ, [& volucres cœli nidos,] habent, ad quos aſcendũt & cõfugiunt, [filius autẽ hominis,] id eſt, virginis: (ecce à parte inferiori denominat genus ſuũ, cõtra gloriãtes de genere ſuo: & allegantes quod eſt in eo præcipuum,) non habet domiciliũ propriũ [vbi caput ſuũ reclinet,] ad pauſãdũ. q. d. Bruta habent ſua latibula, & loca vbi poſſunt latere & quieſcere: ego autem ſum ita pauper ꝙ non habeo hoſpitiolũ propriũ vbi percipiendo quietem caput reclinẽ: & ideo fruſtra venis ad me propter lucrum temporale. Vnde Chryſoſt. Aſpice qualiter paupertatem, quam dñs docuerat, per opera demonſtrat, nõ erat ei menſa: nõ candelabrum, nec domus, nec quicquã taliũ. hęc Chryſo. Hoſpitiolum quidẽ habuit virginis vterũ, reclinatorium habuit præſepiũ non propriũ: & crucis patibulũ: ſepulchrũ habuit ſed alienũ. Hîc ergo remouetur cupiditas terrenorũ, à volẽtibus ſequi Chriſtum. Audita autem Chriſti paupertate nõ inſtitit amplius vt ſequeretur. Vnde Chryſo. Non autẽ reſpondet, ſequar te pauperẽ, hoc enim dominus forſitan conceſſiſſet: vel per vulpes, doloſitas, & ſimulatio: per volucres, inanis iactantia & elatio ſignatur. q. d. dominus: Doloſitas & elatio latẽt in corde tuo: quia ſcilicet cauſa cupiditatis & vanæ gloriæ vis me ſequi, & ideo te in ſocietatẽ meam nõ recipio: quia filius hominis ſimplex cõtra doloſitatem, humilis contra ſuperbiã, non habet in te vbi caput reclinet. Caput enim Chriſti deus eſt: deus autẽ habitat in humili & ſimplici, & tremente ſermones eius: & ipſa reclinatio capitis, nõ erectio humilitatis magiſtra eſt, quæ in illo locũ non habẽt In tribus ergo iſte reprehẽditur à dño, ſcilicet in doloſitate: quia ficto animo & nõ ſimplici ſequi volebat: & in cupiditate, quia cũ pro quæſtu ſequi intendebat: & in elatione, quia propter inanẽ gloriã ei adhærere cupiebat: ſicut vulpes eſt animal fallax, inſidijs intentũ, & rapinis plenũ: auis verò alta pętens & aſcendẽs ſurſum, hic ergo ſequi volebat magiſtrum, nõ vt virtutes diſceret: non vt paupertatẽ & humilitatẽ magiſtri imitaretur: ſed vt fictus diſcipulus deciperet, & ſub magiſtro humilitatis, & paupertatis, honorũ dignitates ambiret: & diuitias cõgregaret. Et hũc ambitioſi & ſimoniaci ĩ Eccleſia imitãtur, q cupiũt ad alta ſubuehi: quęrẽtes quę ſua ſunt, nõ q Ieſu Chriſti: nõ vt miniſtrẽt, ſed vt miniſtrentur,

D

Magiſter.

Scribę intentio.

Acto. 8.

E

Paupertas domini.

F

Reprehẽditur ſcriba.

Philip. 2.

ſtrentur,& ideo vulpi doloſę,& volanti aui meritò G cōparantur. Per hunc etiã ſignificãtur quærētes intrare religionem, vel monaſterium diuitias habentium,nō ex deuotione: ſed vt ex pauperibus diuites,& ex contēptibilibus honorati fiant. Ideo talibus dicitur: [vulpes foueas habent,& volucres cœli nidos,] id eſt, dæmones doloſi & ſuperbi habent in vobis habitaculũ:ſed non Chriſtus, Pōt inſuper dici, ꝙ [vulpes foueas habēt,] id eſt, doloſi habent cautelas,ad quas refugiunt: ne in ſuis capiãtur malitijs, [& volucres cœli nidos,] id eſt,ſuperbi quęrunt eleuari in altis, [filius autē hominis nō habet vbi caput ſuum reclinet,] in talibus, id eſt, ille qui ſecundũ dictamen rationis viuit,talia nō quęrit. vt ergo dicit Chryſ. Scriba hic non credēdi,ſed ſimulata mente acceſsit ad dominũ: vnde inſpector cordium & ſecretorum cognitor deus tentantē ſe potius,quàm verè ac fideliter ſequi volentem nō immeritò refutauit. Nam vt ait Aug. Videbat eũ doloſa ſimulatione tenebroſum,& vētoſa elatione iactatum: nō habere locum humilitatis, vbi doctorē H ſe inclinantem exciperet: quia in diſcipulatu Chriſti nō illius gratiam,ſed ſuã gloriã requirebat. [Dixit autē dominus alteri,] cuius patrem iã mortuũ ſciebat, [ſequere me] qui reſpōdit, [domine] quod eſt reuerentiæ, [permitte me,] quod eſt obediētię: quia de diſcipulis ſuis ſcilicet futuris dicitur, & ſi nondum erat [primùm ire & ſepelire patrē meũ,] quod eſt opus miſericordiæ. vbi Rabanus, nō diſcipulatum reſpuit: ſed expleta primùm paterni funeris pietate,liberior hunc ſequi deſiderat, ſicut Heliſæus vocante ſe Helia. Oſculer,inquit, oro te patrē meum & matrē meã, & ſic ſequar te. [Ieſus autē ait illi,] animo corripiendi [ſequere me,] non obſtante patris tui funere. q.d nō eſt de charitatis ordine minus bonũ maiori præponere, [& dimitte mortuos:] ſcilicet morte culpę, [ſepelire mortuos] morte naturę, [ſuos] ſcilicet ſibi altrictos vinculo propinquitatis vel naturæ: dicens autē ſuos, monſtrabat quoniã hic nō eius mortuus, ſed aliquis infidelium erat, cuius & ſepultores per infidelitatem I impietatis in anima mortuos intelligi volebat. Infideles dicuntur mortui, quia fide carent, quæ vita animę eſt, ſecundũ illud: Iuſtus ex fide viuit, hîc ergo remouetur carnalitas propinquorũ: per hoc enĩ ꝙ dixit ei, [ſequere me: & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos,] oſtēdit ꝙ carnalis affectus a ſequentibus Chriſtũ, eſt totaliter dimittendus. Et eſt hoc argumentũ contra excuſantes ſe de ingreſſu religionis, propter curã parentũ. Item cōtra procraſtinantes: ſi enim noluit retardari pro ſepultura, multominus ꝓ expeditione diuturna. Vnde Chry. Alius intētione ficta dixit, ſequar te: hic etiã ſanctã rem petens nō ſinitur recedere: quia alij erant qui ſepelirent,& hũc à magis neceſſarijs recedere non oportebat. hæc Chryſ. Et vide quomodo primum doloſum & ſuperbũ, qui ficte & ſimulata mēte acceſſerat, reſpuit: ſecundũ, ſimplicē & deuotũ, qui verè & ſimplici mēte & puro corde quærebat, ad ſui ſequelam traxit: & abſq; dilatione ſe ſequi iubens nec patrē ſepelire permiſit, quem fortè à ſepultura prohibuiſſet, ſi alij qui ſepelirēt nō fuiſſent: ac ſi ei

Scriba doloſus.

Futur' diſcipulus.

Infideles ſunt mortui.

Religionis ingreſſus nō differendus.

diceret, Veniſti ad vitã, vis redire ad mortem? ego ſum vita, ego ſum pater,& creator tuus: me ſequere K [& dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos,] tu autē vade: & annũtia regnũ dei, nō fabulas, non curioſitates, vel aliquid huiuſmodi. Nō nego ſepulturam eſſe de operibus miſericordiæ, nec dico opera eius ꝓximo nō eſſe impendēda: ſed pro maioribus eſſe poſtponēda. Annũtia regnum dei, ſuſcita mortuos in anima. Inſtruimur ergo hîc vt pro maiori bono minus bonũ deſeramus: nam ſi meritoriũ ſit parentē ſepelire, dignius eſt tamē verba vitæ docere: piũ quippe erat quod volebat facere, ſed docuit magiſter quid deberet præponere: maius enim eſt animas mortuorum prædicando ad vitã reſuſcitare, quàm corpus mortui in terra abſcondere: maius eſt prædicando vnum ſaltē viuificare, quàm omnes mortuos ſepelire. Vnde Ambro. Cùm religioſum humani corporis ſepeliēdi acceperimus officium, quomodo hîc paterni quoq; funeris ſepultura prohibetur? niſi vt intelligas humana poſthabenda diuinis, bonũ ſtudiũ, ſed maius impedimentũ: nã qui partitur ſtudiũ, deriuat affectũ: qui diuidit curam, L differt profectũ: ergo prius ſunt habenda quę maxima. Quomodo ergo mortui ſepelire mortuos poſſunt, niſi geminã hîc intelligas mortē: vnã naturæ, alterã culpę. Eſt etiã mors tertia, in qua peccato morimur, deo viuimus: nō ergo paterni funeris ſepultura prohibetur: ſed neceſsitudini generis diuinæ religionis pietas antefertur. Illud cōſortibus relinquitur, hoc mãdatur electis. Vnde & Chryſo. Incōueniens enim erat: vt qui ſemel filio dei credēs viuum, & cœleſtē deũ patrē habere iã cœperat, de patre mortuo cogitaret: & ideo dominus oſtendit præferendã eſſe fidem & cognitionem Chriſti, huiuſmodi pietatis officijs, propter quē viuentes parētes iubemur relinquere. Ieſus ergo prohibuit eum non iubens contēnere honorem, qui eſt ad eos qui progenuerunt: ſed mōſtrans quoniã nihil cœleſtibus negotijs magis nobis neceſſariũ eſſe oportet: & quoniam cũ faſtidio vniuerſorũ his iungi oportet: & neq; parũ tardare, & ſi valde ineuitabilia & incitantia fuerint quæ attrahunt. Etenim multomelius M eſt regnũ diuulgare, & alios euellere à morte, quàm mortuũ qui in nullo inde vtilitatē habet ſepelire: & maximè cùm fuerint qui hæc vniuerſa cōplent. Nihil igitur aliud hîc diſcimus, quàm quoniam neq; cōtingens tēpus perdere oportet, & ſi x. millia quę prouocãt fuerint: omnibus, & maximè neceſſarijs, ipſis ſpiritualia præponere. hęc Chryſ. Moraliter mortui ſepeliunt mortuos, quãdo peccatores in peccatis ſuis mutuò fouendo celãt, & operiunt ſemetipſos. vnde ſecundum Grego. Per mortuos intelligi poſſunt adulatores, qui peccatores fouent in peccatis: eosq; amplius ſepeliunt premēdo terram, & terrenã adulationē ſuper caput ipſorũ: vt exerceãtur in vitijs, inſtitis ligantes pedes eorũ, ne in vijs dei ambulēt. [Et ait alter,] ad Ieſum [ſequar te domine: ſed primùm permitte me renũtiare his qui domi ſunt,] volebat renũtiare eis ne fortè quomodo fieri ſolet quęrerent eũ, licentiando ſe ab eis,& dicturus valete, ac diſpoſitur' familię. Sic Helizæus requiſitus Heliam ſequi dixit: Oro te vt

Min[…] num p[…] maioris mitten[…]

Mortui ſepelire mortuos ſuos.

3. Reg.

oſculer



A oſculer primùm patrem meum, & matrē meam, & ſic ſequar te: ſic hodie multi faciunt qui inutiliter ingreſſum religionis, vel executionē melioris vitæ differunt & dicunt, diſponã prius de amicis, vel de rebus meis: & poſtea religionē intrabo, ſeu vitã emendabo. quod Hiero. diſſuaſit cuidã, eumq; ab hac periculoſa dilatione reuocauit dicēs: Nauiculæ hærentis in ſalo funē potius præſcinde, quàm ſolue. Vnde & Chry. Ne dicam diſſoluam negotia mea primùm, principiũ deſidiæ hæc tardatio eſt. Quoniam vehementer inſtat diabolus ingreſſum quem deus volens accipere,& ſi paruã vocationem & tardationē apprehenderit, magnã operatur pigritationē: propter hoc admonet quidã, ne tardaueris de die in diē: & hoc etiã remouetur conuenienti exēplo cùm ſubditur: [Ait] enim illi [Ieſus. Nemo mittens manũ ſuam ad aratrũ:] ſcilicet pœnitentiæ qua cor euertitur, vt virtutibus ſeminetur: mittens inquã pœnitēdo, & Chriſtũ ſequi proponendo, [& reſpiciens retrò,] facto vel propoſito, ad ſtatum priſtinũ redeũdo, [aptus eſt regno dei,] conſequendo vel prædicando. Vnde Paulus regnũ dei B habiturus,& ipſum alijs prædicaturus ait, quæ retrò ſunt obliuiſcens: quaſi dominus dicat ei, Vocat te Oriens,& tu attēdis ad Occidentē. Hîc ergo remouetur inutilis dilatio, quia cùm propoſitũ mutandi vitã parentibus reuelatur, quandoq; ab eis reuocatur. Arator quippe retrò aſpiciens facit ſulcũ tortuoſum & ineptum: ſic accipiens melioris vitæ ſtatum,& habens affectũ redeundi ad ſtatũ priſtinum: ineptus eſt ad regnũ dei adipiſcendum. Talis eſt religioſus qui mundũ reliquit, ſed ad mundum mente recurrit: nunc hos, nunc illos, ſeu prius habita vel facta in corde reuoluēdo, & amorē ſeu delectationē ad huiuſmodi flectendo. Vnde Maximus epiſcopus: Omnis enim arãs ſi retro aſpicit, aut tortuoſum & inutilem facit ſulcũ: aut aratrum boum ſuorum veſtigia vulnerabit. Ita & qui directo tramite ac ſpirituali vomere vitia mundana præſulcans incedit ad regnũ dei, ſi aſpectũ ſuum ad impia & vana cōuerterit: & iuges ſuos hoc eſt corpus atC que animã vulnerabit,& optimi itineris periculoſum nimis incurrit errorem. Vnde Aug. Apponit manum aratro, qui affectuoſus eſt ad ſequendum: retro tamen reſpicit, qui dilationē petit occaſione redeundi ad domũ cum amicis cōferendi. Vnde & Ber. Si aũt ſecuturus dominũ diſcipulus, qui vel domui renũtiare velit arguitur: quid fiet illis qui nulla vtilitatis, nulla fidei ædificãdę gratia ſępius ſuorum quos in mũdo reliquere domos reuiſere non timent: hoc facit cōtra monachos in domibus parentum & ſeculariũ conuiuentes. Vnde etiã Chry. Oſtendit ꝙ qui ſequi dominum deſiderat, qui manum in aratro ponit, id eſt, qui in ſpe crucis Chriſti euãgelica fide fundatus ſeculo renũtiat: reſpicere retro non debeat, id eſt, rurſus ad ea quæ ſeculi ſunt redire, ne per huiuſmodi inanē ſeculi curã & vanam cupiditatem regno dei efficiatur indignus. vnde nō immeritò & Apoſtolus admonet ne ad infirma & egena mundi reuertamur. Vnde & Ber. Et hoc omnino timēdum eſt: ne quis aut corde ſolo, aut etiã corpore fiat apoſtata. Legimus enim de

Religio non eſt differēda.

Philip. 3.

Arator retroſpiciēs.

Monachi ſint in clauſtro.

Apoſtatatio cordis.

filijs Iſraël: quia corde redierũt in Aegyptũ. Nam D corpore reuerti clauſum poſt eorum talos rubrum mare vetabat: hoc eſt quod ego vereor fratres, ne fortè ſint aliqui quibus ſi pudor negat apoſtaſiam corporis, tepor faciat apoſtaſiã cordis: vt videlicet in habitu religionis cor ſeculare gerãt,& quicquid ſecularis cōſolationis inuenire potuerint: læti ſuſcipiant. hęc Ber. Qui ergo ſeculo renũtiauit, nullatenus retrò reſpiciat: quia vt ait Gregor. Nil angelis charius, nil deo acceptius: nil homini fructuoſius, quàm in ſuſcepta religione perſiſtere: iuraq; obediētiæ obſeruare & cōplere: &, vt ait Iſidorus, atrociter in diſcuſsione diuini iudicij arguēdi ſunt, qui quod profeſsione ſpoponderũt, opere implere contempſerunt: & ideo cauti eſſe debemus ne mundo vndiq; retrahēte,& poſt dorſum vt retrò reſpiciamus ſtrepente ſeducamur: & retrò cũ vxore Loth, quæ in ſtatuã ſalis verſa eſt, reſpiciamus. Vnde nota, ꝙ ſtatua habet figurã humanam, ſed non ſentit nec mouetur: ſic perſonæ quæ exierũt mundũ, habentes cor adhuc ad negotia mundi, nō habēt ſenſum vel motũ alicuius boni operis. Itē terra vbi ſal E ſeminatur efficitur ſterilis: ſic tales reddũt ſocietatem, in qua ſunt, ſterilē. Item ſal præbet ſaporem alijs, tamen per cōſumptionē ſui: ſic tales cōſumuntur in religione ſine propria vtilitate, & dant alijs exemplũ conſeruationis ſecundũ Bedam, etiã manum ad aratrũ mittit, qui quaſi quodã inſtrumēto cōpunctionis: ſcilicet ligno & ferro dominicę paſſionis, duritiã cordis ſui emollit & euertit ad pœnitentiã: ſicq; ad bonos fructus ferendos terrã cordis vomere pœnitētiæ aperit, recolens dominicam paſsionē. Qui ſi ad relicta vitia deſiderio rapitur, à regno dei cũ vxore Loth excluditur. Sancti enim poſteriorũ obliti ſemper in anteriora ſe extendũt: iuges ſuos, id eſt, corpus & animã quaſi boues iugo dei cōiunctos, à iugo eius nō relaxãtes, ſed ſemper colla ſubdentes: vt fructũ plus afferant. Et ſciendũ ꝙ quãuis ſepelire patrem, & renuntiare bonis vel amicis, per ſe nō impediant hominē à perfectione & regno dei: per accidens tamen & propter aliqua ſuperueniētia imminet periculum retrocedendi à F via dei: quia dum differt implere propoſitũ, poteſt faciliter immutari ab eo quod propoſuit propter intuitum eorũ quæ dimiſit: vel reuocari à propoſito, propter ſuaſum parentũ, ſeu aliorũ quos reliquit: vt aũt dicit Aug. in hoc capitulo, & hoc dicimus: quia quos voluit dominus hos elegit: obtulit ſe vnus vt eũ ſequeretur, & reprobatus eſt. alius nō audebat, citatus eſt: tertius differebat, culpatus eſt: nō ſis ergo doloſus & ſuperbus, ne cũ primo reproberis, ſed magis ſis ſimplex & deuotus: vt cũ duobus alijs eligi merearis.

Religio obſeruãda.

Gene. 19.

Statua ſalis.

Sepelire patrem impedit.

De electione domini.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, magiſter bone, inſpector cordiũ,& cognitor ſecretorum: exclude & remoue à me omnē doloſitatem & ſimulationem,& fac me verũ & fidelem tuũ diſcipulum: & ſine fictione ſequi te veracē magiſtrum. Da etiã mihi vt propter carnalem quorũcunq; affectum te ſequi non differã,& minus bonũ maiori non præferam. Pręſta mihi domine deus meus, ne ad aratrum pœnitentiæ manum mittens, & te ſequi per

meliorís vitæ ſtatū proponens,reſpiciēs retrò,facto
G vel propoſito,ad ſtatū priſtinum redeundo: vt non
efficiar ineptus regno dei conſequendo. Amen.

De eo quòd dominus excitatus,imperauit ven
tis & mari. Caput xlvi.

Matt.8. Marc.4.

POſt hæc dominus Ieſus , dimittens
turbas,aſcēdit ſerò in nauiculam,ad
tranſeundum lacum Genezareth:vt
in locum remotū,propter cauſas ſu
prà in principio præcedentis capitu
li dictas,cum diſcipulis iret.vt enim dicit Remig.
Tria legitur dominus habuiſſe refugia:ſcilicet na
uis,montis,&deſerti:& quoties à turbis cōprime-
batur,ad aliquod iſtorū refugiebat. Vbi Origenes:
Cùm multa magna & mirāda dominus oſtendiſ-
ſet in terra,tranſijt ad mare,vt ibi excellentia ope-
ra demōſtraret:quatenus terræ mariſq; dominum
ſe oſtenderet,&[ſecuti ſunt eū diſcipuli eius:] trāſ
fretantes ſcilicet cū eo,non tantum greſſus ſequē-
tes:ſed magis ſanctitatem concomitantes.[Secuti]
quidem [ſunt eū:] quia trahebantur ſuauitate ſer-
monis eius,& admiratione operis,& benigna con-
H uerſatione ipſius,ita vt eſſet eis difficile ipſum re-
linquere. [Et ecce motus magnus,]vt maius appa
reret miraculum,[factus eſt in mari,] nō naturali
ter & ex ſe,ſed Chriſti imperio & virtute, [ita vt
nauicula operiretur]ſcilicet ferè[fluctibus,]innun
dantibus. Et bene dicit operiretur,nō ſubmergere
tur:quia nauicula Petri cōcuti poteſt , ſed ſubmer-
gi non poteſt: cuius figura in arca Noë fuit , [ipſe
verò dormiebat in puppi,]id eſt,in poſteriori par-
te nauis, iuxta tabernaculū, ſuper ceruical ligneū:
oſtendens ſecundum Chry.ſuam humilitatē. Nec
mirum ſi dormiebat:ipſe enim multū de nocte in
orationibus vigilabat:multumq; de die in prędica
tionibus laborabat. Dormiebat quidem corpore:
ſed vigilabat deitate. Vnde ipſe in canticis dicit:
Ego dormio,& cor meūvigilat. Vbi Chry. Aſcen-
I dit paruā nauiculam , vt nauigaret ille qui totum
mundum diuina virtute gubernat. Dormit in ſo-
mnum,qui populum ſuū vigilia æterna cuſtodit.
Voluit autē dominus dormire multiplici de cauſa.
Prima , vt veritatē humanæ naturæ in ſe demon-
ſtraret : in miraculis enim Chriſti ſemper aliquid
ponitur ad oſtendendā veritatē humanitatis:& ali
quid ad oſtendendū veritatē diuinitatis. Secunda,
vt diſcipulorum fidem probaret: non ꝙ ipſe corda
eorum ignoraret , ſed vt ipſi ſeipſos agnoſcerent.
Tertia, vt diſcipuli magis timerent : & ſic eos ad
orationē prouocaret. Si enim,vt ait Chry. eo vigi-
lante tempeſtas facta eſſet:vel non timuiſſent , vel
non rogaſſent. Quarta,vt veritatē diuinæ naturæ,
& ſuam potentiā demonſtraret:quę magis claruit
in eo,ꝙ mox excitatus imperauit ventis qui ei pa-
rebant:timētes ergo diſcipuli,& in periculo poſiti,
acceſſerunt recurrentes ad ipſum,& ſuſcitauerunt
eum dicētes: [Domine ſalua nos,] tu enim potes,
& nos indigemus: [quia perimus,] & in periculo
cōſtituti ſumus. Vbi Origenes: O veraces diſcipu-
li,ſaluatorē vobiſcū habetis,& periculum timetis:
vita vobiſcū eſt,& de morte ſoliciti eſtis. Et ideo
ꝙ dixerūt ſalua nos,fuit fiducię:quia perimus,fuit

Refugia domini tria.

Nauicula Petri mergi non poteſt.

Canti.5.

Dormitio domini & eius cauſę.

pusillanimitatis:ꝙ ſuſcitauerunt,infidelitatis:pro-
pter quod increpādo dixit eis: [Quid timidi eſtis K
modicæ fidei?]q.d.ſi haberetis fidē, non timeretis:
ſed faceretis quod velletis,& vētos & mare placa-
retis. Vbi Cyrillus: In quo oſtēdit q: timorē non fa
cit tentationū inductio:ſed imbecillitas mētis. Si-
cut enim aurū probatur in igne:ſic in tētationibus
fides. Redarguit ergo in eis duo: ſcilicet mētis pu-
ſillanimitatē,quia nō debebāt timere eo præſente
quē viderunt tot miracula facere,& cui qui adhę-
ret perire nō poteſt:ac fidei modicitatem,quia non
credebant eū tantū poſſe in dormiendo,quantū in
vigilando:vel tantū in mari,quantū in terra. Argu
mentum hinc habemus:quia modicæ fidei eſt, qui
in aduerſitate famis,preſſurę & huiuſmodi , cōſti-
tutus murmurat,timet,& impatiēter fert. Vnde fi-
des maximè neceſſaria eſt in periculis: hæc eſt eñ
victoria quæ vincit mundū,id eſt, mundi pericula
fides noſtra. Vt aūt dicit Ambr. Iconia ſeruatur in
Apoſtolis,vt aduerſitas ſine tētatione neminē poſ-
ſe ex hoc vitæ curriculo demigrare:quia exercitiū
fidei tētatio eſt. Subiecti ergo ſumus nequitiæ ſpi-
ritualis procellis:ſed quaſi peruigiles nautæ guber L
natorē excitemus. [Tunc ſurgens Ieſus imperauit
ventis & mari,]ſęuiētibus,ſicut dominus creaturę
dixit:tace & obmuteſce,[& ceſſauit tēpeſtas,& fa
cta eſt trāquillitas magna,]ita ꝙ nec ſemita nec ve
ſtigiū alicuius turbatiōis remaneret:ſic itaq; vtriuſ
que ſuæ naturæ,ſcilicet diuinæ & humanę verita-
tem dominus Ieſus Chriſtus dignatus eſt hîc com
mendare:quaſi enim homo nauē aſcēdit, ſed quaſi
deus mare conturbat:quaſi homo in naui dormit,
ſed quaſi deus vētis & mari imperat: &eorū furo-
rem verbo coërcet. Nā ſentiunt dominū mādantē,
quorū tamen inſenſibilis natura videtur : vnde di-
cuntur deo obedire inanimata , quia ſolo verbo de
his facit quod vult: ſecūdum quē modum loquēdi
ſolet dici materia obediēs,vel inobediēs medicinę.
[Porrò homines,]ſecūdum Hiero. nō diſcipuli,ſed
nautæ & cęteri qui erāt in naui, [mirati ſunt:] ex
effectu virtutē deitatis eius cognōſcētes , ac etiam
confitentes & admirādo dicētes: [Qualis eſt hîc,]
& quātus,id eſt,quàm magnus,quàm potēs,& quā M
tæ dignitatis & poteſtatis. q.d. nō eſt homo purus,
ſed verus deus. Vbi Chry. Somnus hominē, trāquil
litas deū oſtendebat: ideo dicūt,qualis eſt hic : quia tranquil
ſicut homo dormit,ſicut deus miracula facit. Tria tatis ſigni
ergo admirātur,& hominē dormientē, & deū im- ficatio.
perantē,& creaturā obedientē. vnde addunt: [quia
venti & mare,]q [illegible] inſenſibilia ſunt:[obediūt ei,]
ad nutū obſequendo,ſicut creatura creatori ſuo. In
quo redarguūtur creaturæ rationales, quę nō obe-
diunt creatori,cùm creaturę inſenſibiles obediant
ei. Qui ergo prius miracula in terra fecit,etiā in
mari facere voluit:vt dominus terrę & maris ap-
pareat,& in ſignū ꝙ tota ei ſeruit orbis machina:
& cūcta ad nutū ſuū ſunt creata. Per hoc aūt ꝙ à
diſcipulis excitatus & rogatus eos liberauit, oſtēdi-
tur ꝙ ſemper vult rogari à nobis: ſæpe eñ exponit
nos preſſuris,quia vult vt eū oremus & ſic libere-
mur ab illis. Vnde patet ꝙ multo melior eſt oratio
quàm lectio. ſecundū Chry. Chriſtus fecit in mari
magnam

Timere quid faciat.

Modicę fidei qui dicendi.

1.Ioan.5.

Somni & tranquillitatis ſignificatio.

Orarim deus.

Oratio melior lectione.



magnam turbationem: vt magna turbatio magnū
A diſcipulis incuteret timorē,& magnus timor indu-
ceret eos ad clamoſam orationē,& clamoſa oratio
induceret Chriſtū ad magnā miraculi operationē,
& magnū miraculū induceret homines ad fidē &
admirationē. Vnde Augu. Ideo premuntur iuſti vt
preſſi clament,clamātes exaudiantur,exauditi glo
rificent deum. Iſte autē clamor non tantū debet fie
ri voce & corde,ſed etiā opere: vt inſiſtant ieiunijs
& eleemoſynis,& macerationi corporis. Myſticè
iſtud poteſt exponi diuerſimodè. Primò allegoricè
prout pertinet ad totū corpus Eccleſiæ,vt nauicu-
la intelligatur Eccleſia fideliū,quæ ad modū nauis
in principio fuit arcta,quia paucos habuit creden-
tes:in fine etiā,ſcilicet tēpore antichriſti,erit angu
ſta,quia tunc pauci erunt fideles: in medio autē eſt
lata:quia modò fides eſt multū dilatata. In hac na-
ui cōtinentur fideles qui cum Chriſto per mare ſę-
culi ad regnū cœlorū perueniunt. Hanc itaq; nauē
aſcēdit Chriſtus per regimē & gubernationē: quia
B ipſe eſt rector Eccleſiæ & gubernator,in qua diſci
puli cōtinentur . Hanc autē aſcendit in baptiſmo:
quia baptiſmus eſt ianua ſacramentorū. In eccleſia
ergo tanquā in naue ſumus,&dñs nobiſcū propter
ſua ſacramenta. Sed cōtra eccleſiā flant venti varij
&validi malorū:& eleuantur fluctus cōtra eam,vt
ſic nauicula quaſi operiatur fluctibus , ſubmergi ta
men non pōt:& inter hæc omnia Chriſtus dormi-
re videtur,& nō attendere:quia ſcdm Orige. Pa-
tientiā bonorū,& pœnitentiā impiorum expectat:
Chriſti enim dormitio,eſt diuina in tribulatiōibus
permiſſio:qui excitatur,quando bonorū precibus
pulſatur:accedamus ergo ad eum dicentes: Exurge
quare obdormis domine exurge, & ne repellas in
finē. Ipſe autē exurget,& imperabit ventis, id eſt,
dęmonibus qui cōcitant fluctus,id eſt,malos huius
mūdi ad immittendū perſecutiōes ſanctis, facietq;
tranquillitatē magnā pacem eccleſiæ, & ſerenita-
tem mundo per ceſſationē tribulationis conferen-
C do,vel patientiā tribulatis dando. De iſta naui ſic
dicit Chry. Non dubiū eſt nauē iſtam eccleſiā figu
raſſe,quę nauigantibus Apoſtolis,gubernante dño:
flante ſpiritu ſancto,prædicationis verbo vbiq; di-
ſcurrit:portans ſecū magnū inæſtimabile pretium
quo totū mundū ſanguine Chriſti mercata eſt. Ma
re verò ſeculū intelligitur quod à diuerſis peccatis
& varijs tentationibus velut quibuſdā fluctibus æ-
ſtuat,venti autē nequitiæ ſpirituales & immundi
ſpiritus intelligūtur,qui ad naufragiū eccleſiæ per
diuerſas ſeculi tentationes velut per fluctus ma-
ris deſæuiunt. Dormire verò dñs in hac naui intel
ligitur,cùm ad probationē fidei eccleſiā ſuam preſ
ſuris & perſecutionibus mundi iſtius tentari per-
mittit. Excitatio verò diſcipulorū excitantiū dñm
& auxilium implorantiū, vt liberentur,preces ſan
ctorum omniū oſtēduntur. Et quāuis infeſtatione
inimici eccleſia vel ſeculi tempeſtate laboret,quā-
uis tentationū fluctus pulſetur,naufragiū tamen fa
cere nō poteſt:quia dei filiū habet gubernatorē. In-
ter ipſos enim turbines mūdi, inter ipſas ſeculi per
ſecutiones,plus gloriæ ac virtutis acquirit: dum in
fide firma & indiſſolubili permanet. Nauigat eñ

Eccleſia eſt nauicula.

Pſal.43.

Mare pro ſeculo.

Eccleſia non facit naufragiū.

inſtructa fidei gubernaculo fœlici curſu pēr huius
ſeculi mare,habens deum gubernatorē:angelos re- D
miges,portans choros omnium ſanctorū:erecta in
medio ipſa ſalutari arbore crucis,in qua euangeli-
cæ fidei vela ſuſpēdens,flante ſpiritu ſancto ad por
tum paradiſi,& ſecuritatē quietis æternæ deduci-
tur. hæc Chry. Alio modo hoc idem poteſt exponi
allegoricè,prout pertinet ad caput eccleſiæ , quod
eſt Chriſtus,vt nauicula quā Chriſtus aſcendit in-
telligatur arbor crucis,cum qua mare huius mun-
di pertrāſitur ſine periculis:cuiuſq; beneficio & au
xilio fideles adiuti transfretatis & emerſis mundi
fluctibus,perueniunt ad littus & portū patriæ cœ-
leſtis. Hanc nauiculā Chriſtus in die paraſceues cū
diſcipulis ſuis aſcendit,per quā mare præſentis ſe-
culi trāſiuit,non quidē quod ipſi tunc paſſi fuerint
ſed quia tunc eis exemplū patiendi reliquit. Vnde
aſcendente eo in hanc nauiculam,ſunt eum cōſecu
ti:quia omnes ad tormenta, & vſq; ad mortem fue
runt eum imitati. Cùm ergo Chriſtus in cruce po- E
ſitus fuiſſet,magnus motus in mari factus eſt:quia
mentes diſcipulorum motę ſunt,quia à ſtabilitate
fidei corruerunt,terremotus magnus factus eſt,pe
træ ſciſſæ ſunt:& cætera ſigna quę tunc facta ſunt
ita ꝙ nauicula operta eſt fluctibus:quia tota vis per
ſecutionis circa crucem Chriſti fuit, & mentes o-
mnium contra ipſam fluctuabāt , & facta eſt crux
Chriſti Iudęis ſcandalum , gentibus autem ſtulti-
tia. Sed inter has commotiones ipſe dormiebat in
cruce moriendo:quia ſuum dormire hoc loco mo-
ri eſt. Excitant autem diſcipuli dominū, dum tur-
bati mente maximis deſideriorū clamoribus reſur
rectionem efflagitant dicētes: [Salua nos,]reſurgē
do à mortuis: quia [perimus, ] perturbatione tuæ
mortis. Ipſe verò reſurgens,& per reſurrectionem
excitatus:primò increpat diſcipulorū modicā fidē:
quia exprobrauit incredulitatē eorum & duritiam
cordis. [Imperauit autem ventis:] quia diaboli ſu-
perbiā ſtrauit:imperauit[& mari:]quia veſaniā Iu F
dæorum compeſcuit,[& facta eſt tranquillitas ma
gna,]& conſolatio:quia viſa reſurrectione ſedatæ
ſunt mentes diſcipulorū & gauiſæ, nos verò homi
nes videntes hæc omnia,& cognoſcentes dicimus,
[qualis eſt hic,]& quantus:diſcipuli ergo,id eſt,ho
mines fideles debent eum ſequi iuxta illud : Si quis
vult poſt me venire,abneget ſemetipſum, & tollat
crucem ſuā & ſequatur me. Et quia per pœniten-
tiā maximè crux tollitur:ideo etiā tropologicè ſeu
moraliter per nauiculā pœnitētia deſignatur: quia
ipſam homo ad portū ſalutis deducitur,& quicun-
que extra iſtam nauiculā inuentus fuit,ad portum
ſalutis non perueniet:ſed ipſum vnda infernalis in-
uoluet:ideo ſignificata eſt per arcam Noë:quia illi
qui in eam aſcenderunt fuerunt ſaluati , qui verò
non aſcenderunt fuerunt ſubmerſi. Tunc autem Ie
ſus nauiculam hanc aſcendit , quando quis ſalutis
ſuæ auidus pœnitentiam aſſumit : & ſæpe contin
git quòd quando quis pœnitentiam inchoat grauis
tentatio eum pulſat,nec deus ipſum liberat: ſed au
xilium ſubtrahit: ideo recurrere debet ad eum
per feruentem orationem,& tam perſeuerāter in-
ſtare donec impetret dei miſerationē. Tanta autē

Nauicula eſt arbor crucis.

1.Cor.1.

Mar.vlti.

Lucæ 9.

Pœnitētia per nauiculam.

gratia ſæpe eum conſequitur,ꝙ ipſe etiã in admira
G tionem excitatur.Vnde ſcdm Bedã: Cùm ſigno do
ad Titũ 2. minicę crucis imbuti ſeculum relinquere diſponi-
AdTitum mus,nauẽ cum Ieſu cõſcendimus:mare tranſire co
2.& Gala. namur. Qui enim abnegãs impietatẽ & ſecularia
5.& 6. deſideria crucifigit mẽbra ſua cum vitijs & cõcupi
ſcentijs,& cui crucifixus eſt mundus & ipſe mun-
do:quaſi cum dño nauẽ aſcendens,mare huius ſecu
li trãſire deſiderat:ſed nobis nauigantibus quaſi in-
ter æquoris fremitus obdormit dñs,quãdo crebre-
ſcente vel immundorũ ſpirituũ, vel hominũ prauo
rum, vel noſtrarũ cogitationum impetu fidei ſplen
dor obtenebreſcit,ſpei celſitudo cõtabeſcit,amoris
flamma refrigeſcit : ſed tunc ad dñm recurramus,
quatenus tempeſtatẽ cõpeſcat,tranquillitatẽ refun
Anima fi- dat,& portũ ſalutis indulgeat.Poteſt etiã aliter tro
delis per pologicè ſeu moraliter exponi , vt per nauiculam
nauiculã intelligatur quælibet fidelis anima : hæc nauicula
intelligi- mari exponitur, quia corpori ſociatur , verè enim
tur. corpus noſtrũ mare eſt:quia omnia opera eius ama
ritudinẽ habent annexã. In hãc nauiculã Chriſtus
H aſcendit,cùm eam per gratiã inhabitat.Sequuntur
autẽ eum diſcipuli,id eſt,virtutes tres theologicæ,
& quatuor cardinales,& ſeptẽ dona ſpiritusſancti.
Ecce quã pulchra Chriſti comitia quę cum ſem-
per comitabatur : & quotidie cùm in animã fidelẽ
aſcenderit comitatur. Sed & hanc nauiculã cõmo-
uent venti tentationũ,id eſt,exteriores dæmonum
impulſiones:& vndæ ſeu procellæ paſſionũ,id eſt,
interiores vexationes,carnales,quę frequenter in-
ſurgunt piè in Chriſtoviuentibus:& nõnunquã eſt
tantus tentationũ impetus, ꝙ quaſi anima operia-
tur fluctibus,ex quibus timendũ eſt virtutes & do
na periclitari in ea: ſed Chriſtus in ea dormit cùm
talia permittit, eo ꝙ ſomno noſtro conſopiatur in
nobis,ita ꝙ videtur non dereliquiſſe:ſed non eſt ita:
Pſal.90. imò ipſe promiſit dicens:cum ipſo ſum in tribula-
tione,&c.Et ideo redeũte anima ad ſe, virtutes &
dona exci tant dñm exclamantes voce grãdi & di
centes:[Domine ſalua nos,perimus]tunc Chriſtus
omnẽ turbulentiã ſedat:exteriores ventos dæmo-
I nũ cõpeſcit,fluctus carnis contra animã ſe erigen-
tis mitigat:& ſic fit magna tranquillitas exterius,
cùm tribulatio & tentatio ceſſat: vel interius cùm
patientiã bonam præſtat:& hæc trãquillitas virtu-
tis melior eſt quàm trãquillitas corporalis:ſicut di
2.Cor.12. ctum fuit Paulo:Sufficit tibi gratia mea : propter
Ibidem. quod ſubiunxit:Libenter igitur gloriabor in infir-
mitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti.
Tam magna autẽ fit tranquillitas, ita vt ipſe totus
homo miretur & dicat.[Qualis eſt hic]miſericor
diſſimus,potẽtiſſimus,,& ſapiẽtiſſimus dñs: [quia
mare & venti,]tentationũ & paſſionum, [obediũt
ei,]ad nutum. Quid igitur tam benigniſſimũ,quã
ꝙ deus in hanc nauiculã de cœlo veniens pro deli-
Prouer. 8. tijs habet eſſe cum filijs hominum?Quid iterũ tam
admirãtiſſimæ vtilitatis eſſe poterit, quàm ꝙ deus
coniunctus animæ ipſam promouet ad ſalutẽ: qui
deſcendens in animã dormire tũc dicitur,cùm ſub
tracta gratia ſpirituali motus tẽtationis inſurgũt.
Vigilare verò & excitari tũc dicitur,cùm ſpiritua
lis gratia iam præſens ſentitur: ad cuius præſentiã
omnia tentationũ genera conquieſcũt.Circa iſtud
Aug.quaſi de vno exemplũ inducens ſic ait:Intrãt K
venti in cor tuum,vtiq; vbi nauigas: vbi hãc vitam
tanquã proceſſoſum & periculoſum pelagus trãſis
intrant venti: mouent fluctus,turbant nauem.Qui
ſunt venti?Audiſti conuitiũ,iraſceris,conuitiũ ven
tus eſt,iracundia fluctus eſt,periclitaris:diſponis re
ſpondere, diſponis maledictũ maledicto reddere:
iam nauis propinquat naufragio,excita Chriſtum
dormientem:ideo enim fluctus, & mala pro malis
reddere pręparas,quia Chriſtus dormit in naui.In
corde enim tuo ſomnus Chriſti,obliuio fidei: nam
ſi excites Chriſtũ,id eſt,recolas fidẽ:quid tibi dicit
tanquã vigilãsChriſtus in corde tuo,ego audiui dę
monium habes,& pro eis oraui: audit dñs & patitur,
audit ſeruus & indignatur:ſed vindictam vis:quid
enim?ego iam ſum vindicatus cùm tibi hæc loqui
tur fides tua,quaſi imperat vẽtis & fluctibus,& fit
tranquillitas.hæc Augu. Et ſimiliter de alijs quæ
nos tentãt vel tribulãt,intelligas ſuo modo,vt ex o
mni parte e cludatur mala cõditio:quia ſicut mo-
dicũ foramen exiſtens in naui ponit eam in pericu L
lo niſi obſtruatur:ſic anima eſt in periculo dãnatio
nis propter vnam malã conditionẽ,niſi excludatur
& ideo dicitur in Prouerbijs:Omni cuſtodia ſerua Prouer.4.
cor tuum & in Eccleſiaſtico : Sæpi aures tuas ſpi- Eccleſi
nis,& ori facito hoſtia:& feras auribus.Igitur quã- ſtici.28.
do tribulamur & tentamur,debemus eſſe cõſtantes
in fide,& nihil hæſitare:quia licet circa nos,& fa-
cta noſtra dñs videatur dormire,ipſe tñ diligentiſ-
ſimus eſt ſuper cuſtodia noſtra quotidie: qui & ſi
iam ſui corporis ſomno nõ dormiat, caueamus ta-
men ne noſtri corporis ſomno nobis dormiat &
quieſcat.Dormit enim qñ ab orationibus, & bonis Domi
operibus ceſſamus,& ſuſcitandus tunc eſt in nobis corpus
crebris & deuotis precibus:& ipſe facit tunc tran- ſtrum.
quillitatẽ,quia facit in tentatione prouentũ: ſed ſa 1.Cor.
tui ipſum magis obdormire faciunt:in hoc ſcilicet
ꝙ magis ad humanũ conſiliũ, quàm ad diuinũ con
fugiũt.Vnde Aug. Nihil tam maximè ſuggeritur Suggeſtio
humano cordi ab inuiſibiliter expugnãtibus inimi peſſima.
cis,niſi ꝙ deus non eſt adiutor : vt requirentes alia M
adiutoria inueniamur inualidi,& ab inimicis ipſis
capiamur.hæc Augu.Volens ergo ad ſeruitutẽ dei
accedere:ſcdm conſiliũ ſapiẽtis,pręparet ſe ad ten Eccleſi
tationes imminentes:cùm enim quis à vitijs & pec ſtici.2.
catis ſe ſubtrahere voluerit vt ſoli deo vacare,id eſt
intẽdere poſſit:cõmotio magna fit in mari ſeu mũ
do,id eſt,perſecutio multiplex : cuius cauſa eſt tri- Perſecu
plex,ſcilicet impulſus ventorũ,hoc eſt tẽtatio à dia tionis cau
bolo. Turbatio maris,hoc eſt tẽtatio à mũdo.Com ſæ tres.
motio tẽpeſtatis,hoc eſt tẽtatio à carne: quas tenta
tiones cõtra ſe ſentit inſurgere.Procella enim ten-
tationis ex inuidia diaboli conatus viri iuſti à bono
propoſito cõmouere optat: aliquãdo prauorũ per-
ſecutionibus exterius,aliquãdo impulſu malarum
cogitationũ interius,nonnunquã etiam ex propria
fragilitate carnis ſtimulus.quia quãtò magis quis
deo appropinquare voluerit,& in deum profecerit
tãtò amplius inuenit quod durius portet.In exem-
plo videlicet Iſraëlitarũ qui tunc durius à Pharao-
ne ſunt afflicti,quãdo per Moyſen & Aaron ad ter
ram promiſ



A ram promiſſionis ſuntvocati:qđ dñs etiã ſuo exẽ-
Matth. 4. plo oſtendit,quando poſt baptiſmũ & ieiuniũ ten-
tationes diaboli pertulit,ſæpe enim poſt conuerſio
nem nos diabolus acrius tentat,quos à ſua ſeruitu-
Pſal.120. te recedere cõſiderat:ſed ille qui non dormiat neq;
dormiet cuſtodiens Iſraël,quaſi dormit in naui,cũ
mẽte viri iuſti inter procellas tentationum durius
permittit fatigari.Cumq; ſentit tẽtationes ſua vir
tute ſuperare nõ poſſe,accedit ad omnipotẽtiã dei
recurrens, & ſuſcitat dñm cum mentis deuotione
illi appropinquans:& ſuã fragilitatẽ humiliter re-
cognoſcit,ac diuinã potentiam,& dei miſericordiã
deuotiſſimè totis viribus mentis implorare nõ ceſ
ſat:quouſq; in ſui adiutoriũ diuinum excitet auxi-
lium:tũc enim ſurgens imperat vẽtis & mari:quia
tentamẽta diaboli inſurgentia cõtra mentẽ viri iu
ſti cõquieſcere facit,& eum ſibi liberè ſeruire per-
mittit.Fit autẽ tunc magna tranquillitas:quia ex-
pulſis malarũ tentationũ radicibus,virtutes animę
B &ea quæ prius nõ ſine formidine obſeruabat:poſt-
modũ velut naturaliter per bonã conſuetudinẽ cu
ſtodire incipit gaudens cum propheta, & cantans:
Pſal.118. Declinate à me maligni & ſcrutabor mandata dei
mei:ſicq; tranſnauigato mari,& huius ſeculi flucti
bus calcatis,ad portum feliciter peruenit paradiſi.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, impera ſuggeſtionum
& tentationum flatibus & motibus: veni &
gradere ſuper cordis fluctus:vt ſerena,& trã
quilla fiãt omnia mea.Requieſcat in te deus meus
cor meum:cor mare magnũ tumens fluctibus dor
miat ab omnibus quæ ſub cœlo ſunt, vigilans in te
quatenus amplectar te vnũ bonum meũ, & contẽ-
pler te lumen oculorũ meorũ,& lætabundus cantẽ
Canti.5. & dicã:ego dormio & cor meũ vigilat,& illud: In
Pſal.4. pace in idipſum dormiam & requieſcam.Amen.

De duobus dæmoniacis,à legione obſeſsis.

Caput xlvii.

CVm autẽ Ieſus & diſcipuli eius tranſ
fretaſſent,& mare Galilææ tranſiuiſ
Matth.8. ſent:venerunt in regionẽ Geraſeno-
C rum contra Galilæã.] Geraſa quip-
Geraſa ci- pe eſt inſignis ciuitas Arabiæ trans
uitas eſt Iordanẽ,iuxta montẽ Galaad:in quo Laban cõpre
Arabiæ. hendit Iacob,in tribu Manaſſe, non longè à ſtagno
Tyberiadis,ex oppoſito Galilææ ſtagno interiacẽ
te,à qua ciuitate denominatur regio Geraſenorũ:
& cùm de naui eſſent ad terrã egreſsi,] occurrerũt
ei duo]homines dæmoniaci,[ſæui nimis:] quia in
ſe & in alios ſæuiebãt: nõ quia dæmoniaci aliquid
poſsint,niſi quantũ deus eis permittit,[itavt nemo
poſſet per viam illã tranſire,]hoc enim intendũt ſe
uiẽtes in nos dæmones:ſcilicet obſtruere nobis viã
vitæ,[exeũtes de monumentis,] in quibus habita
Cur in mo- bant,[& domiciliũ habebant.]Ideo in monumen-
numentis tis gentilium, vbi corpora eorũ ſepulta erant, dæ-
habitẽt dę- mones habitabant, tanquã habituri ſuper corpora
mones. eorum poteſtatẽ poſt iudiciũ , ſuper quorũ animas
poteſtatem iam habebant. In monumentis etiã ali
quando dæmoniaci habitant: vt per hoc dæmones
terrorẽ hominibus de animabus defunctorũ inge-
rant,& etiam quia in mortuis operibus, id eſt, in
peccatis delectantur & gaudent:qui etiã vincieban
tur catenis,& cõpedibus,& ruptis vinculis ageban D
tur in deſerto à dæmonibus. His ſimiles ſunt mali
religioſi,quos vincula obedientię,& conſtitutionũ
non poſſunt tenere,quin exeant de monumẽtis,id
eſt,de clauſtris,in quibus mũdo mortui debẽt eſſe,
&hoc ad negotia ſecularia,vel inutilia,ſeu etiã ma
la,exercenda.[Et virtutẽ dei ſentiẽtes,]atq; ex ma
gno timore,nõ ex humilitate [ante Ieſum procidẽ
tes eum adorauerũt,]& clamãtes,ſcilicet coactivo
ce magna:vt enim dicit Hylarius:Non eſt volunta
tis confeſſio,ſed neceſſitatis extorſio : quia timent
eius præſentiã, dixerunt: [Quid nobis & tibi Ieſu Confeſſio
fili dei?]q.d.nihil eſt cõe tibi & nobis:tu deus , nos coacta.
diaboli: tu humilis,nos ſuperbi: tu veniſti ſaluare,
nos perdere. Vnde Apoſt. quæ cõuentio Chriſti ad 2.Cor.6.
Belial?id eſt,ad diabolũ.Certè nulla: quia Chriſtus
omnia facit bene,diabolus omnia malè. ſupra du-
bitans dixit: ſi filius dei es , hîc eruditus tormentis Matth. 4.
aſſerit,Ieſu fili dei: pœna enim oculos aperit, quos
culpa claudit:nõ cognouerunt ex certa ſcientia Ie- E
ſum eſſe filiũ dei,ſed ex cõiecturis quibuſdã opina Confeſſio
bantur,nõ tamen de hoc certi.vnde Aug.ꝙ dæmo demonum
nes clamant,quid nobis & tibi Ieſu fili dei ? magis ex ſuſpitio
ex ſuſpitione quã ex cognitione dixiſſe credendi ne.
ſunt,ſi enim cognouiſſent,nunquã dñm gloriæ cru 1.Cor.2.
cifigi permiſiſſent.Iſtis dęmoniacis,ex timore dñi
adorantibus & confitentibus,ſimiles ſunt qui timo
re gehennæ potius quã amore iuſtitiæ deo ſeruiũt:
qui magis habent oculũ ſiniſtrũ ad gehennã,vel ad
commodũ tranſitoriũ: quàm oculũ dexterũ ad cœ
lum & incõmutabile bonum non gratis colentes Tormen-
deum.[Veniſti ante tẽpus debitum torquere nos.] tum dęmo
Sciebant enim in die iudicij ſibi futurã damnatio num.
nem,& ſe mittendos in abyſſum & torquẽdos,ſed
iam torqueri ſe dicebant:quia ſcdm Hier. Pręſen-
tia ſaluatoris,tormentũ eſt dæmonũ.Vnde Chryſ.
Etenim flagellabantur inuiſibiliter puncti & infi-
xi,& intollerabilia patientes in pręſentia ſola.Vel
ideo torquebãtur:quia ſuſpicabantur ꝙ exire & à
læſione ceſſare cogerẽtur:nam ſcdm Hier.Magnũ F
tormentũ eſt dæmonibus à læſione hominũ ceſſa-
re,propter odiũ quod erga nos habẽt:& tanto gra-
uius dimittũt,quãto diutius poſſederũt.Caueat er-
go læſus à diabolo,vt citò eius iugũ dirumpat:quia
tanto facilius quanto citius eius dñm euitatur. Et
interrogabat Ieſus de nomine,non quia ignoraret:
ſed vt multitudo dæmonũ ex confeſſione eorũ ap-
pareret,& magis credibile eſſet quod tot dæmones
in duobus hominibus fuiſſent : & vt confeſſa peſte
virtus curantis gratior emicaret. Vnde dixerunt, Legio.
[legio mihi nomen eſt:]quia multi ſumus:legio au
tem propriè dicitur numerus determinatus arma-
torum in exercitu, & continet ſex millia ſex cen-
tos ſexaginta ſex: & inde dicitur legio in dæmoni
bus,quia militant contra eos: & quia & ſi non poſ
ſunt hominibus nocere in perſona, ſaltem appetũt
eis nocere in ſubſtantia:ideo rogabant Ieſum ſi eos
eijceret ne ſe expelleret extra regionem,id eſt, ha- Dæmonũ
bitationẽ hominũ: vel in abyſſum & infernum: lo locus.
cus enim inferni debetur dæmonibus, permittun-
tur tamẽ inter homines habitare vſq; ad iudicium:

vt glorioſior ſit victoria electorum in ſuperatione
G dæmonũ tentantiũ,[ſed mitteret eos in porcos,]vt
ſaltē ſic in aliquo affligerēt homines:quia vbiq; ho
mines in mœſtitiã mittere ſtudēt,& de perditione
eorũ gaudent.Ecce dæmonum infirmitas,quia nil
poſſunt niſi permiſsi: ſi ergo porcis nocere non po
terant,niſi permiſsi:multominus hominibus factis
ad imaginē dei:oportet igitur deum ſolum timere,
illos autē contemnere:in quo etiã apparet eorũ vili
tas,quia ingredivolũt in porcos.[Et permiſit,]dñs
concedendo eis petitionē ipſorũ,quod patet per ſe-
quentē effectũ:nam porcorũ gregem, qui iuxta pa
ſcebantur,inuaſerũt:& duo millia in ſtagno Gene
zareth,ſeu Tyberiadis,ſubmerſerunt:& ſic dæmo
niaci liberati ſunt & curati:permiſit autē hoc dñs,
non propter eorũ perſuaſionē, vel vt impiã eorum
impleret voluntatē:ſed propter multiplicē cauſam
& vtilitatē. Quarum prima eſt: quia fortè homi-
nes illius terræ peccatis ſuis illud damnũ ſibi fieri
demeruerant.Secunda,vt ex euētu & iacturæ ma-
gnitudine appareat hominibusquã ſint crudeles,&
H nocētes ſibi ſubditis & obtēperantibus, & ꝙ homi
nes quos magis odiunt plus affligerent,ſi deus per-
mitteret,& eis liceret.Vnde Chry.&conceſsit eis,
volens furiã quã contra homines habent dæmones
omnibus demōſtrare,& ꝙ multò peiora vellēt ho-
minibus infligere,ſi poſſent virtute nō impediti di
uina:& quia in hominibus hãc demonſtrationē fie
ri eius pietas nō ferebat,ipſos in porcos intrare per
miſit:vt in illis virtus & furor dæmonũ videatur.
Tertia,ſcđm Chryſ.vt diſcant omnes quoniã neq;
aduerſus porcos audēt vel poſſunt,niſi deus conceſ-
ſerit vel permiſerit. Quarta,propter ſalutē homi-
num,vt inde hominibus ſalutis occaſio pręberetur
& vt homines regionis illius diſcerent dei virtutē
& in eius venirent cognitionē:huius enim occaſio
ne paſtores fugerũt,& hæc omnia hominibus in ci
uitate Geraſa nuntiauerũt.Quinta,propter digni-
tatē homini oſtendendã:ſcilicet quanto dignior ſit
homo beſtijs,cùm propter ſalutē duorũ hominum
I perire permiſit deus duo millia porcorũ. Multum
ergo peccant qui hominē perdere,vel mutilare,nō
formidãt.Sexta,ad contumeliã dæmonũ:quia por
cus animal eſt immundũ. Elegerunt enim intrare
in porcos:quia hoc magis ſibi permitti putabãt,&
hoc magis cōgruebat:porci enim propter immun-
ditiã,& ſerpentes propter aſtutiã, magis eis cōpe-
tunt.Vnde Remigius:Ideo autē non petierunt mit
ti in homines:quia illum cuius virtute torqueban-
tur humanã ſpeciē geſtare videbant:nec petierunt
vt in pecora mitterentur:quia velut munda anima
lia in templo dei offerebãtur. Petierunt autē vt in
porcos mitterētur, quia nullũ animal immundius
eſt porco,&dęmones ſemper in ſpurcitijs delectã-
tur.Septima,propter myſteriũ:nam porci qui non
habēt ad cœlũ faciē, ſed ad terrã,& in luto iacere
delectantur: ſignificãt illos qui deũ prę oculis non
habent,ſed vitijs ſordidantur,& hi in poteſtatē dæ
monũ tradũtur,& in infernũ cum eis finaliter du-
mergũtur:& nũc ſuffocati in aquis &voluptatibus
huius mundi,tũc ſuffocabuntur in abyſsis & puteo
inferni. Vnde glo. Niſi quis more porci vexerit,

*Permiſsionis dominicæ dæmonibus factæ cauſæ.*

*Hominis pręſtantia*

*Porci & ſerpentes dæmonibus apti.*

*Porci terrenos ſignant.*

diabolus poteſtatē in eo non habebit: niſi fortè ad
probandũ,non ad perdendũ. Vnde Aug.Certi my K
ſtrij gratia,&certa diſpenſatione dimiſit dęmones
in porcos:vt oſtēderet diabolũ in eis dominari qui
vitam porcorũ gerunt.vbi ſcđm Ambr.Clementiã
dñi debemus aduertere,ꝙ nullũ prius ipſe condem
nat:ſed vnuſquiſq; ipſe ſibi autor eſt pœnę.Timeãt
ergo libidinoſi,caſtrimargi,qui immundi,in ſordi
bus luxuriæ & voluptatũ viuũt:ne in poteſtatē dia
boli etiã viuentes dño iubente vel permittente tra-
dantur,& poſtea cũ eo in infernũ demergãtur.Di-
citur etiã ꝙ dæmones nobiliores peccata deteſtan-
tur vilia:quãtò magis homo debet deteſtari ea?Pa-
tet autē ex hoc quàm deteſtabilis ſit libido, caſtri-
margia,ſicut & ſuperbia: nō enim legitur diabolũ
in aliquod animalis organũ intraſſe præterquam
porci,ſerpentis,& hominis.vbi Chry.Cùm porci-
ni homines ſunt,facilè capi poſſunt ab actionibus.
Porcini ſunt homines audè comedētes per gulam
pingues ad luxuriã, in luto iacentes per acediã, in
terra fodiētes per auaritiã,ſpumãtes per iracundiã L
Per porcos etiã ſignificãtur detractores, & referen
darij qui paſcuntur de fecibus & immũditijs aliorũ
tanquã porci,referētes quæ vidēt vel audiũt rodũt
vitam eorũ,quos etiã dæmones intrant & demer-
gunt in infernũ.Erubeſce miſer, de hoc deteſtabili
officio pacis turbamēto & diſcordiæ ſeminario,&
inſuper time de animę periculo:quia diabolus in te
poteſtatē accepit,qui te ad hoc officiũ perduxit:&
qui nũc te ſuffocauit in hoc vitio,poſtea te ſuffoca-
bit in inferno.Timeat etiã & caueat auditor ne ta
libus conſentiēdo,& aures præbēdo eis ſimilis fiat:
quia ſicut ſuper linguã detractoris, ſic ſuper aures
auditoris diabolus ſedet: & ſi nō eſſet auditor, non
eſſet detractor.Vnde glo.Super illud ventus Aqui-
lo diſsipat pluuias,& facies triſtis linguã detrahen
tem.Sic dicit:Si hilari vultu detractorē audieris,tu
illi das fomitē detrahēdi:ſi verò triſti,diſcit non li-
benter dicere quod didicerit nō libēter audiri.Au-
fer domine opprobriũ talium hominũ peſtiferorũ
à religione ſeruorũ tuorũ. Myſticè per dæmonia-M
cum ſignificatur diabolus,qui in monumētis & mō
tibus, id eſt, fœdis & ſuperbis habitat hominibus.
Nomē eius legio dicitur:quia multis in malũ aſſo-
ciatur:eius autē eiectio per Chriſtũ,ſignificauit dę
monum multitudinē deuincendã per ipſum: legio
quoq; ab hominibus pulſa porcos ingreditur: quia
dæmones ab illis qui ad vitam æternam prædeſti-
nati ſunt, per gratiam eiecti, malè viuentibus, &
terrenis intendentibus dominantur: quod tamen
non faciunt niſi Ieſus concedat: quia nec malos
tentare poſſunt,niſi potētia diuina permittat.Grex
verò porcorum à legione in mare proijcitur:dum
per dæmones malorum vniuerſitas ad infernalem
amaritudinem perducitur. Non repugnat autem
quòd Matthæus de duobus dæmoniacis, Marcus
verò & Lucas de vno loquuntur: ſed ſecundum
Auguſtinum: Intelligas vnum eorum fuiſſe per-
ſonę alicuius clarioris & famoſioris,vel ſecundum
Chryſoſtomum.Sæuioris & inſaniæ maioris, pro
quo illa regio maximè dolebat: quod volentes ſi-
gnificare duo euangeliſtæ ſolum vnum commemo
randum

*Dęmones turpia peccata abominantur.*

*Porcini homines*

*Detractores ſunt porci.*

*Auditor detractorũ vituperatur.*

*Concordia euangeliſtarum.*



randum iudicauerunt,de quo facti huius fama la-
A tius præclariuſq; fragrauerat. Illi autē homines de
ciuitate exeuntes,[venerunt ad Ieſum.] vbi Titus:
Illos autē ad ſaluatorem duxit dãni neceſsitas:fre-
quenter enim deus homines damnat in rebus poſ-
ſeſsis:& confert beneficiũ animabus. Et homines
Ieſum,ac facta vidētes cōſcij fragilitatis ſuæ velut
adhuc infirmi,& præſentia domini indigni roga-
bant eũ ex humilitate,vt à finibus eorũ diſcederet:
quia timore magno admirationis & reuerētię te-
nebantur.Reputabant enim ſe indignos tanto do-
ctore & eius cōuerſatione,ſicut Centurio reputa-
bat ſe indignũ tanto hoſpite:& ſicut Petrus fragili
tatis ſuæ memor ait,exi à me domine, quia homo
peccator ſum. Vel fortè iſti Geraſeni ex peccatis
ſuis territi timebant offendere præſentiã Chriſti,
& per cōſequēs incurrere pœnã maiorē præceden
ti,& per eũ amplius quàm in amiſsione porcorum
damnificari:ſicut Oza tangens arcã dei. Ipſe autē
aſcendit nauē,]vt infirmos deſereret, quibus oneri
B ſuam præſentiam eſſe videbat.Vbi Chry.Attende
autem Chriſti humilitatē,poſtquã enim collatis à
ſe talibus beneficijs emittebant eũ:non obſtat, ſed
diſcedit: & eos qui ſeipſos indignos ſua doctrina
promulgauerant,dereliquit:dans eis doctores libe-
ratos à dæmonibus,& porcorũ paſtores. [Cunque
Ieſus nauē aſcenderet:rogabat illum ex deuotione
ſanatus,vt cũ eo eſſet:]quia gratus de beneficio ſi-
bi collato eũ ſequi volebat. [Ieſus autē non admi-
ſit,]id eſt,non recepit eũ ad diſcipulatum, propter
præcedentis paſsionis horrorē: & ne aſcriberetur
dęmoni,quod iſte faceret ſi diſcipulus Chriſti eſſet
Ex hoc loco accipitur,& conſuetũ eſt in Eccleſia,
ꝙ dæmoniaci & furioſi poſt curationē non pro-
mouentur ad eccleſiaſtica officia: ſed dominus eũ
quem curauerat ſecũ ducere noluit, vt iactantiæ
cauſam vitare doceret:& propter fructũ prædica-
tionis ipſum ad ſuos remiſit,vt per eũ alijs procu-
raretur ſalus,& infidelibus eſſet exēplo ipſe ſana-
tus:vnde eũ à ſua ſequela ſimpliciter non repellit,
C ſed ipſum prædicatorē magnaliũ diuini conſtituit
dicens:[Vade in domum tuam,]ad tuos quibus ex
officio charitatis plus teneris,[&annũtia illis quã-
ta tibi dominus fecit:]& tui miſertus ſit, ſanans te
in anima & in corpore.Vnde Theophi. Vide ſalua
toris humilitatē:non dixit denũtia omnia quæ fe-
ci tibi:ſed,omnia quę fecit tibi domin⁹:ſic tu cùm
bonum aliquod operaris:nō tibi, ſed deo attribuas.
Vnde & Chry.Licèt aũt alijs ſanatis præcepit ne-
mini dicere:cōuenienter tamen huic præcepit ꝙ
annuntiet,quoniã omnis regio dæmonibus deten
ta ſine deo manebat.Vnde etiã Aug.Quòd autem
ille ſanatus cupit iam eſſe cũ Chriſto, & dicitur ei
redi in domũ tuam,&narra quanta tibi fecit deus:
ſic intelligitur,vt ſi quiſque intelligat poſt remiſ-
ſionem peccatorũ redeundum ſibi eſſe in cōſcien-
tiam bonam,ſicut in domum:& ſeruiendum euan
gelio propter aliorũ ſalutem, vt deinde cũ Chriſto
requieſcat.Nedum præproperè vult iam eſſe cum
Chriſto,negligat prędicationis myſteriũ, fraternę
redemptioni accommodatũ.& Grego.Cùm enim
quantumlibet parũ de diuina cogitatione percepe-

*Damnũ temporalis vtilitas.*

*Lucæ 5.*

*Dęmoniaci non admittuntur ad eccleſiaſtica officia.*

*Deo attribuit Chriſtus opus ſuum.*

rimus,redire iam ad humana nolumus quietē con
templationis quærentes: ſed dominus pręcepit vt D
mens prius exſudet in opere,& poſtmodum refici
debeat per contemplationē.[Et abijt]non mente,
ſed corpore ſeparatus à domino, & prædicauit in
decapoli,id eſt in regione decē ciuitatum, quanta
ſibi feciſſet Ieſus magnalia:& omnes mirabantur,
& per eũ ad fidem ædificabãtur.Ecce mutatio dex
teræ excelſi:quia ex infideli & dæmoniaco factus
eſt prædicator fidelis & deuotus,operãte domino,
& verè fidelis:quia ad gloriã dei, & ad vtilitatem
proximi effectus eſt talis. Quòd verò hîc dicitur
de vno,intelligendũ eſt etiam de alio qui erat cum
eo:quia ambovolentes Chriſtũ ſequi ad ſuos miſsi
ſunt, & ambo ſalutē ſibi factam & magnalia dei
prædicauerũt,hoc quoque exemplo docetur quen-
quam ſuo proximo ſalutē ſibi factã prædicare: &
à diabolo ſe liberatũ eſſe verbis, & operibus bonis
demonſtrare:&alios ad eandem ſalutē percipien-
dam vocare.Studeamus ergo & nos ſi nondum li-
berati ſumus à diabolo liberari:&ſi iam nos libera F
tos eſſe cognoſcimus, ſalutē alijs prędicemus, quã
nos obtinuiſſe gaudemus,memores quod ſcriptum
eſt:qui audit dicat veni.Sed multi hoc exemplum
minimè ſequuntur,& de his quæ ad corpora perti
nent circa amicos ſuos ſoliciti ſunt & inquirunt:
ſed de his quę ad ſalutem animarum pertinent ſo-
licitudinem nullam gerunt. ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte amator hominum beni
gniſsime,ſupplico lachrymabiliter bonitati
tuæ:libera me ab omnibus peccatorum ſordi
bus,& dæmonũ infeſtationibus,meq; ab eis libera
tum vſq; in finē miſericorditer cuſtodi illæſum:vt
ad tuam gloriã & proximorum vtilitatē valeam
verbis narrare,&operibus demōſtrare,quanta ma
gnalia feceris animæ meę per tuã gratiam libera-
tæ:quatenus cognoſcētes cęteri,quia hæc mutatio Pſal. 76.
dexteræ excelſi, omnes meo exēplo prouocentur,
& te miſerante ad meliora conuertantur. Amen.

De curatione paralytici,per tectum dimiſsi.
Caput xlviii.

ET cùm dominus Ieſus aſcendiſſet in F
nauiculã,]vt de terra Geraſenorũ re
diret in Galilęã:vnde illuc iuerat,ſe-
cundum Chry.Nauigio trãſierat qui
poterat pede pertrãſire: non ſemper
enim voluit potentiã oſtendere in mirabilibus, ne
incarnationis noceret myſterio.At cōtrà homines
huius mundi ſi vllã habent potentiã,ſempervolunt
ea vti magis quàm veritate iuſtitiæ:ideo etiãvehi-
culo nauis trãſire voluit,vt nos doceret naui & ſuf
fragio pœnitētiæ vti in mari ſeculi huius: vt in ci-
uitatē cœleſtē perueniamus Hęc enim nauis pœni
tentiæ in ciuitatē cœleſtem deducit,ideo ſequitur:
[Et venit in ciuitatē ſuam:]ſcilicet Capharnaum,
in qua frequētius cōuerſari ſolebat & miracula o-
perari.ſecũdum Chry.Ciuitatē ſuam hîc dicit Ca
pharnaũ,quã non naſcēdo,ſed miraculis illuſtrãdo
ſuã ipſe fecerat.Alia quidem eũ extulit, id eſt, ex-
trà in lucē duxit,vt Bethlehem. Alia aũt nutriuit,
vt Nazareth. Alia autem diu inhabitantem ha-
buit,vt Capharnaum. Hanc enim ciuitatem ma-

*Dæmoniacus prędicator efficitur.*

*Matth. 9. Marc. 2. & Lucæ 5.*

*Potentia ſua vti noluit dominus.*

*Capharnaum ciuitas domini dicitur.*

gis frequentauit cõuerſatione,& in miraculorum G operatione:quia ſecũdum Aug. erat quaſi metropolis & inſignior ciuitas Galilęę,vbi plurimorum concurſu fides & doctrina eius clarius pateret, & miraculis cõfirmata ad multos ſalubriter perueniret: vel quia, vt ſuprà dictũ eſt, Capharnaũ interpretatur villa pulchritudinis,& pinguedinis,& cõſolationis:quę ſunt occaſio peccãdi multis,ideo ad ſui cõuerſionẽ plurib⁹ indigebat miraculis:vel ſicut metropolim regionis alicuius ciuitatẽ noſtram dicimus,exiſtẽtes tamen de ciuitate ſubiecta illi: ita & Capharnaũ metropolis Nazareth Galilææ,ſita inter Nazareth & ſtagnũ,dicitur ciuitas domini in Nazareth cõcepti & nutriti.

*Paralytici oblatio.*

[Et cùm in domo doceret turbas,viri quatuor portãtes in lecto paralyticum,]inueniẽtesq; multitudine ianuã obturatam & nõ valentes introire per eã,& illum inferre pręturba,[aſcenderũt ſupra tectũ,& nudãtes illud per tegulas,[ſubmiſerũt illum cũ lecto in mediũ ante Ieſum,]& hoc fuit ſignũ magnum fidei ipſorum. Vnde poſt fidem eorũ oſtẽdit dominus diuinæ poteſtatis actũ:& ſuper animã,& ſuper corpus ipſum.

H Et hoc tripliciter. Primò,in remiſsione criminis. Secũdò,in cognitione cogitationis,& hęc duo pertinent ad animã. Tertiò,in ſubita curatione ægritudinis corporalis:nã videns Ieſus fidem illorũ:ſcilicet offerentiũ,& etiam paralytici oblati:nõ enim ſe portari,& per tectũ ſubmitti ſuſtinuiſſet,niſi curationis fidem habuiſſet,dimiſit ei peccata dicens: [Confide filij,remittũtur tibi peccata tua,] & non dicit remitto:ſed remittũtur, cauſa humilitatis & pietatis inſinuãdæ.

*Remiſsio peccatorũ exigit fidẽ in adulto.*

Ex hoc patet,ꝙ fides paralytici aderat:quia licèt ſanitas corporalis, vel aliquid huiuſmodi detur alicui propter fidem alienã: remiſsio tamẽ peccatorũ non datur alicui adulto ſine fide propria,& ideo bene filium vocat:quia iam credebat. vbi Hiero. O mira humilitas,deſpectũ & debilem,totiſq; membrorũ compagibus diſſolutũ filiũ vocat:quẽ ſacerdotes non dignabãtur attingere. Aut certè ideo filiũ:quia dimittũtur ei peccata ſua. [Et quidam de ſcribis,]id eſt,legiſperitis[dixerũt intra ſe,]id eſt,cogitabãt: qa extrà dicere propter populũ nõ audebant: verbũ eñ intrinſecũ, eſt cogitatio mẽtis. I [hic blaſphemat,]id eſt,qđ dei eſt ſibi vſurpat.

*Blaſphematio tripliciter fit*

Eſt eñ blaſphemare,deo iniuriã irrogare,qđ fit tripliciter. Vel cùm deo attribuit qđ ei nõ cõuenit. Vel ab eo remouet,qđ ei conuenit. Vel cùm homo ſibi qđ proprium eſt dei, tribuit: & hoc modo tertio iudicabãt eũ blaſphemare:quia ipſum putabant hominẽ tantũ,& non deũ eſſe: dimittere autem peccata ſoli deo cõuenit. Sed Chriſtus cõuenienter eos redarguit, oſtendens ſe eſſe deũ dupliciter. Primò,quia reſpõdet eorum cogitationibus, quas cognoſcere per certitudinẽ ſoli deo propriũ eſt,dicens:[Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris?] imponẽdo mihi falsò blaſphemiam, ſcilicet me nõ poſſe peccata dimittere,& quod dei eſt vſurpare. q. d. quia poteſtate cogitationes veſtras video, etiam peccata dimittere poſſum: quia cogitatiões ſunt fons boni, & origo mali: ideo ſaluator noſter cùm vidiſſet malas ſcribarũ cogitationes, ne vlterius prodirẽt in peius,ſtatim redarguit eos dicens:

[vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris,] dans nobis doctrinã: vt quàm citò perpenderimus nos K cogitatione pulſari,ſtatim debeamus noſmetipſos reprehẽdere:vt. q. d. tibijpſi hæc Chriſti verba, vt quid cogitas mala in corde tuo? Deinde hoc etiam oſtendit ſanãdo paralyticũ, per imperiũ tanquam propria virtute:quod eſt eiuſdem poteſtatis, ſicut & peccata dimittere:licèt enim paralyſis virtutẽ naturę aliquãdo poſsit curari,nõ tamen ſubitò,nec ita perfectè vt ſtatim homo poſsit lectũ in quo iacet portare,vt hîc dicitur factũ eſſe:vnde ſubiũgit, [quid eſt facilius] inter duo iſta:ſcilicet[dicere dimittũtur tibi peccata tua,aut dicere ſurge & ambula?]hoc eſt ſolo verbo efficere vt dimittãtur peccata,an verbo efficere vt paralyticus ſurgat ſanus,& ambulet? q. d. Si vobis hoc manifeſtius & maius videtur:ſcilicet ſubita curatio corporũ quàm animarum:& poſſum horũ primum,ergo & reliquũ:quia æqualis poteſtatis eſt vtrunq;,& vtrunq; eſt virtutis infinitæ. Vnde ex hoc cõcludit virtutẽ diuinitatis ſuæ per factũ dicens:vt aũt ſciatis:quia filius hominis habet poteſtatẽ in terra dimittendi peccata, [tunc ait paralytico,] quod verbũ interponitur ab euangeliſta:[Surge,]ſcilicet ſanus à lecto,[tolle lectum tuum,]in quo diu decubueras infirmãdo: vt L quod fuit teſtimoniũ infirmitatis,ſit probatio ſanitatis, [& vade in domũ tuam,] per te,nõ indigens, vt prius,portitore. Et fecit ſic [magnificãs deum,] qui ſanauit eum. Magna virtus,vbi ſine mora ſalus imperiũ comitatur, vt nemo iam dubitaret eũ paralytico dimiſiſſe peccata: qui eundẽ ſublato grabato ambulare pręcepit. Vnde meritò qui aderant ſtupentes & mirãtes, relictis blaſphemijs ad laudẽ conuertũtur tantæ maieſtatis,propter quod ſequitur:[Videntes aũt turbę,]ſcilicet miraculũ factum in paralytico,[timuerũt]reuerendo & admirando [& glorificauerũt,] laudando[deũ,qui dedit poteſtatem talem]ſcilicet dimittẽdi peccata, & curãdi ſolo verbo infirmos, [hominibus] ad eorũ ſcilicet ſalutẽ. Vel ſecũdum gloſ. hominẽ tam potẽter inter homines operantẽ. Et hanc poteſtatem dedit deus pater Chriſto cauſatiuè,hominibus aũt receptiuè. M Chriſtus quippe tribus de cauſis,miracula faciebat.

*Miraculorum cauſæ in Chriſto tres.*

Primò,propter illorũ circa quos hæc faciebat vtilitatẽ:quia eos in corpore & in anima curabat. Secũdò,propter aliorũ cõuerſationẽ: quia multi vidẽtes ea cõuertebãtur. Tertiò,propter dei gloriam & honorẽ: & iſta triplex cauſa hîc tangitur. Ex hoc tamẽ ꝙ timuerũt,videtur ꝙ nec de Chriſto plenã cognitionẽ habebant: quia purũ hominẽ eſſe & poſſe,& hãc poteſtatẽ à deo credebãt. Vnde glo. Spectãt ſurgentẽ increduli, imitãtur abeuntẽ: & diuini operis miracula malũt timere quàm credere. Nã ſi crederẽt:nõ timerẽt,ſed diligerẽt. Perfecta eñ charitas,foras mittit timorẽ. (1. Ioan. 4) Conſidera hîc ꝙ dominus curãdo paralyticũ,incepit à morbo ſpirituali,qui erat cauſa & radix morbi corporalis: qa primò remiſit peccata eius quę fuerũt cauſa morbi,admodũ boni medici qui primò remouet cauſam morbi:& tũc poſtmodũ intẽdit curationẽ.

*Peccata cur prius remiſit ſanauit.*

Infirmitas aũt hęc fuerat inflicta paralytico propter peccata ſua,vt purgarẽtur:& ideo dominus primò remouit



remouit cauſam:quia ceſſante cauſa,ceſſat & efA fectus,introductus ob illã cauſam. Nulla enim nocebit aduerſitas, ſi nulla dominetur iniquitas.

*Infirmitates cõtingunt quintuplicter.*

Vnde ſecundũ glo. quinq; modis infirmitates contingũt. Vel vt iuſtis merita,per patientiam, augeantur: vt Iob. Vel ad cuſtodiam virtutũ,ne ſuperbia tẽtet: vt Paulo. Vel ad corrigendũ peccata: vt Marię lepra: & ſicut huic paralytico. Vel ad gloriã dei:vt cæco nato,vt Lazaro. Vel ad initiũ pœnę:vt Herodi,quatenus hîc videatur quid in inferno ſequatur. Hîc ergo ſecundũ Hiero. datur intelligi pleraſq; corporũ debilitates euenire propter peccata. Et ideo prius peccata dimittũtur:vt cauſis debilitatis ablatis, ſanitas reſtituatur:& fit viſibile ſignum,vt inuiſibile probetur. Vnde & Beda: Curaturus autẽ hominẽ à paralyſi dominus, primò peccatorũ vincula diſſoluit:vt oſtenderet eũ, ob nexus culparũ,artuũ diſſolutione fuiſſe damnatũ:nec niſi his relaxatis,membrorũ poſſe recuperatione ſanari. Sed heu,nos ecõuersò magis ſatagimus de curatiõe corporis, quàm animę:ideo ſępe deſtituimur vtrobiq;. Vnde Chry. B Nos autẽ ſi corporaliter patiamur, ſatagimus nociuum abijcere. Cùm verò malè ſit animæ,differimus:atq; ideo nec à corporis nociuis curamur. Abſcindamus ergo fontem malorum:& ceſſabunt ægritudinum fluxus. hęc Chryſ.

*Confeſsio à medico ſuadenda eſt.*

Ergo quia cõſtat ꝙ propter peccata quandoq; homo ægrotat: medicus ægrum viſitãs,primò eũ ad pœnitentiã, & confeſſionem monere debet:ne peccato tanquã ferro manente in vulnere, fruſtra ſit emplaſtrũ apponere. Vnde peccant medici, qui curam materialem adhibent corpori, prius quàm cura ſpiritualis ſit adhibita animæ,ignorantes cauſam morbi,videlicet ꝙ pro peccato animę,ĩflictus ſit corpori. Vbi Chry. Sed quia hæc ipſa domini geſta ſpiritualiũ in ſe rerum continent rationem:cuius typum paralyticus iſte gerat,debemus aduertere.

*Paralyticus figurat populum gentilem.*

Figurã namq; in eo populi Gentilium præoſtenſam eſſe cognoſcimus: qui peccatis grauibus animo diſſolutus: quaſi quadam inſanabili infirmitate plagatus,in quatuor angulis mundi iſtius,velut in lecto iacebat. Vñ & in C eo paralytico,cui remiſſa ſunt peccata, id oſtẽſum eſt:quia populus gentiũ, qui graui valetudine peccatorum laborabat,data ſibi remiſsione,per medicinam cœleſtẽ,integram & perfectam ſanitatẽ,ſecundum corpus & animã ęternæ ſalutis acceperit. Cui nõ immeritò,poſt remiſsionẽ peccatorũ, reddita ſalute,iam dicitur,redi in domum tuam,id eſt in domũ paradiſi:de qua Adã iam dudum expulſus fuerat: qui huius infirmitatis autor extiterat, & meritò ſequitur:Hoc viſo,turbę timuerunt,& magnificauerunt deũ,qui tantam poteſtatem dedit hominibus. Magnificatur enim deus,qui vel apoſtolis ſuis poteſtatem dimittẽdi peccata donauit: vel hominibus tantam gratiã cõceſsit, vt poſt remiſsionẽ peccatorũ,per meritũ fidei, atq; iuſtitiæ, poteſtatẽ accipiant ad paradiſum redeundi. Vbi & Hilarius: Videntes aũt turbæ,timuerunt. Magni enim timoris res eſt non dimiſsis peccatis à Chriſto in mortẽ reſolui:quia nullus eſt in domũ æternam reditus,ſi cui indulta nõ fuerit venia delictorũ: ceſſante autẽ timore,honor deo redditur: quia poteſtas hominibus,hac vita data,fit per verbũ eius, & remiſsionis D peccatorũ,& corporum reſurrectionis,& reuerſionis in cœlũ. hæc Hila.

*Paralyticus figurat peccatorem.*

Moraliter per paralyticum, qui priuatus eſt vſu membrorũ corporaliũ,ſignificatur homo peccator,operibus meritorijs priuat⁹, & turpi marcẽs otio. Talis eñ priuatur greſſu meritoriæ affectionis, & tactu bonæ operationis, & guſtu ſuauitatis cœleſtis,& viſu diuinæ cõtemplationis,& auditu diuini ſermonis,& odoratu diuinę cõſolationis. Et tũc iacet in lecto,qñ ſuperueniens, tenet eum praua cõſuetudo:hæc eñ lectus dici põt hoc loco.

*Peccatum paralyſi comparatur.*

Ipſum quoq; peccatũ,more paralyſis, facit tremulũ,per mali dilectionẽ: reddit inſenſibilẽ, per obſtinationẽ:impedit loquelam,per deſperationem.

*Paralyticos tres curauit dominus Ieſus.*

Vbi ſciendũ ꝙ ſicut domus legitur reſuſcitaſſe tres mortuos, ſed multò plures ſunt: ſic legitur curaſſe tres paralyticos, licet etiã plures ſint: ſcilicet paralyticũ in domo, paralyticũ iuxta ꝓbaticã piſcinã,paralyticũ in lecto:vt in propoſito.

*Peccatorũ tria genera.*

Et quia paralyticus,vt dictũ eſt,peccatorẽ ſignat: ideo notandum ꝙ tria genera peccatorũ: ſcilicet peccator occultus,publicus, & cõſuetudinarius. Paralyticus in domo,eſt peccator occultus:paralyticus iuxta piſcinam,eſt peccator manifeſtus: paralyticus in leE cto,eſt peccator cõſuetudinarius:& hoc peccatũ in cõſuetudine ductũ, difficulter relinquitur: & paralyticus hîc in lecto iacere dicitur:id eſt,peccatũ cõtinuare dicitur.

*Exportantes paralyticum, id eſt peccatorem.*

Prædictos prædicatores quatuor exportant extra domũ propriæ cõſcientiæ, & etiã extra eccleſiam,tã militantẽ,quàm triumphãtem. Primũ eſt,tepiditas boni: quando eñ homo incipit ex deſidia tepeſcere in bono ĩchoato, talis dimittit deum,& per conſequens dimittitur à deo. Secundũ eſt,delectatio mali, qđ cõiungitur quaſi ſocius ei⁹: cùm eñ deus derelinquitur,ſtatim aĩa in malo delectatur:& hi duo ſocij præcedunt. Tertiũ eſt,mali operatio:cùm delectatio ad opus ducitur. Quartum eſt,mali operis cõſuetudo:cùm ipſum malum frequentatur. Et hi duo ſequũtur portãtes peccatorem extra ſuffragia eccleſię: quibus ipſe priuatur.

*Reportantes eundẽ.*

Sunt aũt quatuor,quæ ipſum reportãt & reconciliant. Primũ eſt, vitæ breuitas: vt homo conſideret F quàm breuis ſit vita pręſens,& incerta. Secundum eſt,timor pœnæ gehẽnalis: vt homo cõſideret eius acerbitatem,diuerſitatẽ,& æternitatẽ. Tertiũ eſt, conſideratio culpę: vt homo cõſideret quid grauedinis,quid immũditię,quid malitię ſit in peccatis. Quartũ eſt,ſpes veniæ: vt quãuis in multis offenderimus,nihilominus tñ veniam ſperemus. Qui hæc quatuor habuerit,ante deũ portabitur: & miſericordiam cõſequetur.

*Salutis ꝓcuratores quatuor.*

Vel portitores eius,vt ſanet à Chriſto,ſunt quatuor ſuę ſalutis procuratores: ſcilicet,monẽs ſecretè,pręđicãs publicè, orãs pro eo,& inuitans exẽplo:& ſic iſti offerunt eũ Chriſto,ſolicitantes pro ipſo:& ipſe offertur, qñ eis cõformatur conſentiendo, & meritis eorũ obicẽ non ponẽdo. Chriſtus autẽ fidem illorũ inſpicit, cùm preces eorum exaudit,& paralyticus curatur,qñ peccatũ ſibi dimittitur,& donatur ſibi gratia,per quam ad actus meritorios reſtituitur. Et tunc ſuũ malæ cõſuetudinis lectũ tollit, quãdo ab ea per exercitium boni operis recedit:& ſic ꝓcedẽs de virtute in vir-

 tutem,

tutem,vadit in domum ſuã: quando bonis actibus,
G
ad cœleſtem feſtinat patriam:& populus eũ glorificat de mutatione tali:quoniã hæc eſt dexteræ excelſi.Illi verò qui inde murmurant,ſignãt dæmones,qui inde valde dolent.

Pſal.76.

Pœnitẽti quatuor ĩperata à Chriſto.

Chriſtus verò curãs,quatuor imperat pœnitenti. Primò ante omnia vt cõfidat,& ſpem de venia conſequenda habeat, quem etiam iam filium per adoptionẽ vocat.Deinde volens eũ ſanare,iubet eum ſurgere, & lectũ tollere, & in domum ſuã abire.Surgere inquã à peccato,& mentis deiectione : in peccato enim malè delectãdo, peccator quaſi in lecto quieſcit : & ex peccato ita mens deijcitur,vt nunquã poſsit eſſe læta: quia ſemper præſumit ſæua perturbata conſcientia:tũc aũt ſurgit,quãdo iſta deſerit.Tollere verò lectũ,& portare,eſt vt peccatũ quod erat ſibi quieti & delectationi, incipiat ſibi eſſe oneri & dolori. Abire quoq; in domũ ſuam, vt in cœlũ meditatione pergat,vel conſcientiã ſuã,quæ domus animæ eſt, diſcutiat:& ſi quid ibi immundum inuenerit, per os quaſi per oſtiũ,confitẽdo proijciat:à qua homo per
H
multitudinẽ peccatorũ ita alienatur,ꝙ quaſi ipſam perdat,& ſeipſum non cognoſcat. Homo ergo paralyticus,hoc eſt mollicie,& illecebris carnis, vel voluptate ſeculi reſolutus,& torpens, ac præ turba cogitationum & cauſarũ ſeculi,videre deũ non valens, poſtquã ſupra tectum carnis aſcenderit,vt ſpiritus dominetur carni,videt deũ, & ad cognitionẽ dei verè redit:& tũc deus eũ ſanat per gratiam, ab omni quod deliquit, & vocat filiũ per adoptionẽ, & iubet ſurgere de torpore negligẽtiæ,& ſe erigere à carnalibus deſiderijs per pœnitentiã,& corpus in cuius deſiderijs iacuit, ad voluptatẽ ſpiritus attollere,ac carni dominari per cõtinentiã, & ire ac tendere per bonam operationẽ,& honeſtã conuerſationem,in domũ ſuã, ſcilicet paradiſum,quæ prima fuit hominis domus, hoc eſt in habitationem, æternam,vel in bonã conſcientiã ſegregatus,à terrenis,& cuſtodiens illã,vel ne iterũ peccet ad internam ſui cuſtodiã.

De lecto ſurgere.

Vbi Beda: Spiritualiter de lecto ſurgere,eſt animam ſe à carnalibus deſiderijs, vbi
I
ægra quieſcebat,abſtrahere.Lectũ verò tollere,eſt ipſam quoq; carnẽ per continentiæ frena correptã ſpe cœleſtium præmiorũ,delicijs priuare terrenis.

Pſal. 6.

Ipſe eſt eñ lectus,qui per ſingulas noctes,lauatur à Dauid,id eſt,pro vniuſcuiuſq; noxæ maculis digno pœnitẽtiæ flumine caſtigatur.Sublato aũt lecto domum ire,ad paradiſum redire eſt. Ipſa eſt eñ vera domus,quæ hominẽ prima ſuſcepit, nõ iure amiſſa,ſed fraude, tandẽq; reſtituta per eũ,qui fraudulẽto hoſti nihil debuit.

De eo qđ paralyticus non petitã veniã obtinuit.

Vbi & Anſelm⁹,ſed & domũ illam nõ præteribis,vbi per tegulas paralyticus,ante pedes eius ſubmittitur,vbi pietas & poteſtas obuiauerunt ſibi. [Fili,inquit,remittũtur tibi peccata tua.] ô mira clemẽtia: ô ĩdicibilis miſericordia. Accepit fœlix remiſsionẽ peccatorũ ſuorũ, quam non petebat,quã non præceſſerat cõfeſsio, nõ meruerat ſatisfactio,nõ exigebat cõtritio.Corporis ſalutem petebat,nõ aĩæ:& ſalutẽ corporis & animæ recepit.Verè dñe vita in volũtate tua, ſi decreueris ſaluare nos,nemo poterit ꝓhibere:ſi aliud decreueris,nõ eſt q audeat dicere,cur ita facis?

Matt. 20.

Phariſæe,qđ murmuras?an oculus tuus nequã eſt, quia ipſe bonus eſt:certè miſeretur cui ipſe voluerit,ploremus
K
& oremus vt velit, bonis etiã operibus pingueſcat oratio,augeatur deuotio,excitetur dilectio, leuentur puræ manus in oratione,quas non ſanguis immunditiæ maculauit,tactus illicitus non fœdauit, auaritia non exaſperauit: leuetur & cor ſine ira & diſcrepatione quod trãquillitas ſedauit, pax cõpoſuit,puritas cõſcientiæ lauit:ſed nihil horũ paralyticus ille legitur præmiſiſſe:qui tñ legitur remiſsionem omniũ peccatorũ meruiſſe.

Roma.

Hæc eſt aũt ineffabilis miſericordiæ eius virtus, cui ſicut blaſphemũ eſt derogare:ita & hoc ſibi præſumere ſtultiſsimũ. Põt cuicũq; vult & hoc ipſum efficaciter dicere qđ dixit paralytico: Dimittuntur tibi peccata tua:ſed quicũq; ſine ſuo labore,vel cõtritiõe,vel cõfeſsione, vel etiã oratione, ſibi hoc dicẽdo expectat,nunquã ei remittuntur peccata.hæc Anſel.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte,qui in paſsione tua nauiculã crucis aſcẽdiſti,in reſurrectione trãſfretaſti,& in aſcenſione in ciuitatem tuã veniſti: ecce timor de peccatis, de ira dei,de periculo
L
ſuperueniẽtis infirmitatis,& de incertitudine mortis offerũt tibi animã peccati morbo diſſolutã.Dic iacenti in peccatis,vt cõfidat de gratia remiſsionis, reſurgat per cõtritionẽ & confeſsionẽ, tollat lectũ ſuum per ſatisfactionẽ,ambulet per profectũ virtutum in domum ſuã æternã beatitudinẽ:vt turbæ fidelium videant,timeãt,& glorificent deũ, qui talẽ poteſtatem dedit,ad hominum vtilitatẽ.Amen.

## De emorrhoyſſa & archiſynagogi filia.

## Caput xlix.

Math.9. Marc.5. Luc.8.

POſt hæc,quidã princeps ſynagogæ, noĩe Iairus, acceſsit ad Ieſum] tã fidei,quàm corporis greſsib⁹: & [adorabat eũ] faciendo ſibi reuerentiã debitã,& ꝓcidẽdo ad pedes ei⁹, quibus circũportauit oĩbus ſalutẽ [rogãs] pro vnica filia, annorũ duodecim,dicẽs [Dñe, filia mea modò defuncta eſt] & mortua. Hoc dixit ſecundũ reputationem:qa eñ deſperabat filiã poſſe inuenire viuã, de ea loquebatur vt iã defuncta:deſiderãs à dño vel
M
morientẽ ſanari,vel mortuã ſuſcitari. Sed Marcus dicit,ꝙ erat in extremis:tñ erat morti ita propinqua,ꝙ reputabaĩ mortua.Vñ ſecundũ cõmunẽ modum loquendi,de illo qui ſic eſt morti propinquus, dicitur ꝙ eſt mortuus : quia qđ modicũ diſtare videtur, quaſi nihil reputatur [ſed veni] & per miſericordiã appropinqua [& impone manũ tuã] adiutricem ſuper eã [& viuet] ſanitate ſibi reſtituta. Duo petit ꝓpter tertiũ: ſcilicet vt veniat, & manũ imponat,& ſic filia reuiuiſcat, ignorans ſcilicet ꝙ & abſens liberare poterat.Sic moraliter,cùm quilibet nõ habeat niſi vnicã animã, magis debet curare de eius ſanatiõe:qa ſi eã amittit,totũ amittit. Spiritualiter aũt venit deus,per gratiã præuenientem:manũ imponit,per gratiã cõcomitantẽ:& tũc anima viuit,per gratiã cooperantẽ. [Et ſurgẽs Ieſus,ſequebaĩ eũ,& diſcipuli eius,& turba multa cũ eo.]

Humilitas domini.

In hoc datur ſubditis forma obediẽdi,ac paribus mutuo obſequẽdi, & prælatis animas mortuas ſuſcitãdi. Vñ Remig. Mira aũt pariter atq; imitãda



domini humilitas & mãſuetudo.Nã mox vt roga
A
tus eſt,rogantẽ cœpit ſequi.Hinc ſubditos & prælatos,pariter inſtruxit:ſubditis,exẽplum obediẽtiæ reliquit:prælatis verò,inſtantiã & ſolicitudinẽ docẽdi demõſtrauit:vt quotiẽs audierint aliquẽ mortuũ in anima,ſtatim adeſſe ſtudeãt.Vnde & Chryſo.Cũ rogatus eſſet dominus à Iairo,vt ad ſuſcitãdam filiã ipſius veniret,nõ moratur:ſed ſtatim ſurgens,ſecutus eſt eum.Quo exẽplo docuit nos,impigros in omni opere dei eſſe debere.

Emorrhoyſſa.

Et dum Ieſus pergeret[ecce mulier emorrhoyſſa]à morbo quẽ patiebatur ſic dicta[ab annis duodecim ſanguinis fluxũ paſſa,quæ in medicos erogauerat oẽm ſubſtantiã ſuã,acceſsit retro]& à tergo:tum quia verecundabatur de infirmitate fœtida:tum quia ſecundum legẽ reputabatur immũda:tum quia ante faciẽ nõ potuiſſet accedere præ turba:tum propter myſterium confuſionis,quã debet homo habere pro culpa ſua[& tetigit fimbriã veſtimẽti eius]nõ ſolum tactu corporali,ſed & deuotiõe fidei:in quo laudãda eſt humilitas eius:quia indignã ſe reputabat tangere pedes domini,vel plenitudinẽ veſtimẽ
B
ti.Habebat enim Chriſtus fimbrias,iuxta cõſuetudinẽ Iudæorũ ſecundum legis præceptum. Ecce quia nõ habebat dominus ianitores,vel ſtipatores, ſeu maſſerios,nec aliquẽ,qui cõprimentes eũ,verberaret:& ideo liberè mulier accedit,& turbæ cõprimunt.

Fides emorrhoyſſæ.

Vbi Remigius:In quo fides eius admirãda eſt:quia deſperans de ſalute medicorum,in quos ſua erogauerat,intellexit cœleſtẽ adeſſe medicũ:& in eo,totã ſuã intentionẽ collocauit:& ideo ſaluari promeruit. Vnde Rabanus: Docet mulier quãtũ ſit corpus Chriſti,quod in fimbria tantã demõſtrauit eſſe virtutẽ.Quid ergo nos ſperare debemus,qui nõ ſolũ corpus dominicũ cõtingimus,ſed conficimus,& ſumimus?Illa quidẽ medicinã accepit ex vulnere:væ illis quibus ipſa medicina,in vulnus cõuertitur:[dicebat enim intra ſe]firmiter ſcilicet credẽdo:ſi tetigero tantũ veſtimentũ eius,ſalua]ab infirmitate mea[ero.]nõ quia veſtimẽta aliquã virtutẽ ſanãdi habebãt:ſed quia per hoc decla
C
ratur virtus illorũ quorũ veſtimenta ſunt. Tãgens aũt[confeſtim eſt ſanata à plaga ſua.]Et eſt notabile ꝙ acceſsit,accedẽs dixit,dicẽs tetigit,tangens curationẽ accepit:quia his tribus,ſcilicet verbo,fide,& opere,omnis ſalus acquiritur.

Quæſtionis Chriſti cauſæ.

[Et cognoſcẽs Ieſus ex ſe exiſſe virtutem,dixit: Quis me tetigit? Nõ querit ex ignorantia vt doceatur:ſed vt mulier ſanata cõfiteatur:& per cõfeſsionẽ appareat fides eius,& à Chriſto cõmẽdetur:tum propter mulieris meritũ,per humilẽ cõfeſsionẽ:tum propter aſtantium ædificationẽ:tum propter dei laudem & glorificationẽ:tum propter ſpem archiſynagogi augendã,& eius de ſanatione filiæ ſuæ aſſecurationẽ.Et dicentibus diſcipulis,ꝙ turbæ eũ cõprimerẽt,dixit:[Tetigit me aliquis:nã & ego noui virtutem de me exiſſe]id eſt effectum virtutis in curatione infirmitatis.Nam licèt turbæ,quæ in ipſum præ deuotione audiendi irruebant,eũ cõprimerẽt, & in tali preſſura corporaliter tãgerent:nõ tamen tangebãt eũ cũ tali deuotione & fide,ſicut iſta mulier tetigerat:& de tali tactu,ſingulariter dñs quærebat.[Vidẽs aũt mulier quia non latuit]timẽs corde &[tremens]corpore ad maieſtatẽ diuinitatis,
D
cuius virtutẽ in ſe experta fuit[venit,& ante pedes illius procidit]ac cãm tactus & ſanationẽ,corã hominibus indicauit:cõfitendo veritatẽ de quãtitate & prolixitate infirmitatis,& de perceptione integræ ſanitatis:hoc enim dñs ſciri voluit,ad laudem dei,& aliorũ vtilitatẽ.

Manifeſtãdæ occultè tangentis cauſæ.

Sed quærit Chryſoſt.quare ipſam manifeſtat deus,cum ipſa latenter acceſſerit?Et reſpondens,ponit ad hoc ſex ratiões. Prima eſt,vt mulier ſanguinaria,Chriſtũ tangens,nõ haberet inde cõſcientiæ remorſum.Secunda,vt mulierẽ emendet:qm̃ æſtimabat hoc latere Chriſtũ. Tertia,vt fidẽ eius oſtendat omnibus,ad exemplar celeriter credẽdi. Quarta,vt monſtraret ſe cognitorem omniũ. Quinta,vt oſtendat ꝙ vt deus ſiſtit ſanguinis fluxũ. Sexta,vt in fidem dirigat archiſynagogũ.[At Ieſus cõuerſus & videns eã]id eſt approbans ipſius fidẽ,dixit illi:[Cõfide filia,fides tua te ſaluã fecit]id eſt hanc tibi ſalutẽ meruit.

Fidei argumentum.

Cũ eñ operatio miraculoſa ſit ſupra naturam,fidei attribuit eã,eo ꝙ fides eſt de his quæ ſunt ſupra naturã.
E
Vbi Hiero.Nõ aũt dixit,quia fides tua te ſaluã factura eſt:ſed ſaluã fecit:quaſi dicat:In eo quod credidiſti:iã ſalua facta es. Vbi & Chry. Quia formidoloſa erat hæc mulier,propter hoc ait,cõfide,& filiã eã fecerat.Filiã verò vocat ſanatã fidei ratione. Fides eñ Chriſti,dei filiationẽ præſtat.

Fidei efficacia.

Notãdum etiã ꝙ dñs nõ dixit,ego ſanaui te:ſed fides tua:vt vitandã oſtentationem doceat:& meritum fidei extollat. Vnde ſecundum Chryſo.dñs ait,ꝙ fides ſua ipſam ſanauerat,nolens ſuæ virtuti,ſed fidei eius ſanitatis beneficiũ arrogare:docens per hoc in virtuoſis actibus noſtris,non noſtram,ſed dei laudem quærere debere,& prædicare. Et addidit dominus:[Vade in pace]quæ ſcilicet prius eras in perturbatione,propter longam infirmitatem tuam corporalem. Vbi Chryſoſt. Dicit autem ei,vade in pace,mittens in finem bonorum. In pace enim deus habitat,vt cognoſcat,quòd non ſolum corpore curata eſt,ſed etiam à cauſis corporalis paſsionis, id
F
eſt,peccatis mutata.[Et ſalua facta eſt mulier, ex illa hora.] Vbi gloſſ. Intelligendum eſt ex illa hora,ex qua tetigit fimbriam:non ex illa hora, ex qua Ieſus conuerſus eſt ad eam:iam enim ſalua facta erat,vt ex verbis domini perpẽdi poteſt.

Marthã emorrhoyſſam dubitãt quidã.

Ex verbis Ambroſius quibuſdã videtur quòd hæc mulier, Martha fuerit:qui in quodã ſermone,inter beneficia Chriſti,quæ enumerat,ſic dicit: Dum largum ſanguinis fluxum ſiccauit in Martha:dum dæmones expulit de Maria: dum corpus rediuiui ſpiritus,calore conſtrinxit in Lazaro.Sed ex iſtis verbis Ambroſi.bene habetur,quòd Martha fuerit à Chriſto curata à fluxu ſanguinis. Quòd autẽ Martha fuerit hæc mulier de qua hîc agitur,non habetur ex verbis illis.Et quòd hæc mulier non fuerit Martha,ex hoc videtur:quia de hac muliere dicitur quòd omnem ſubſtantiam ſuam in medicos erogauerat:Martha autem diues erat.

Statua ab emorrhoyſſa erecta Chriſto.

Hoc etiam patet per Euſebium:qui dicit hanc mulierem fuiſſe quandam Cæſaræ Philippi ciuem. Nam ſecundum eum,mulier emorrhoyſſa, poſtquam ſanata

eſt,

eſt,fecit in Cęſarȩa Philippi,vnde oriunda eſt,ſta-
G tuã æneã,in curia ſua fieri,ad imaginẽ Chriſti, cũ
fimbrijs veſtimẽti:ipſamq; imaginẽ,in magna re-
uerẽtia habebat,&deuotè adorabat. fecit & ex op
poſito imaginẽ ſuã,flexis genibus,& manibus iun
ctis ac cancellatis, quaſi precaretur & ſupplicaret
verſus quã imaginẽ Chriſti,manũ extendebat. Cõ
tigit autẽ ꝙ ſubtus imaginẽ Chriſti,creuit herba
*Herbę virtus ſub ſtatua.*
quędã,nullius efficacię & virtutis:quæ cũ fimbriã
attingebat,tãtæ virtutis erat ꝙ oẽs infirmitates ſa
nabat.Iterum dicit Hiero. ꝙ Iulianus apoſtata,cũ
*Iuliani apoſtatę ſtatua deiecta fulmine.*
cognouiſſet quòd in Cęſaræa Philippi eſſet ſimula
crũ,quod ſcilicet ſanguinis liberata profluuio fœ-
mina fecerat,eo depoſito,ſuã imaginẽ ibi colloca-
uit,quę fulminis ictu fracta eſt.Hic habes quoddã
valde notabile,ad humilitatis cuſtodiã,ſicut Bern.
*Humilitatis cuſtodiendę doctrina.*
hoc modo introducit,dicẽs:Quilibet dño perfectè
ſeruiẽs,põt appellari fimbria,quaſi vltima pars ve-
ſtimẽti domini,propter ſuã humilẽ reputatioem.
Qui ergo ad tantũ ſtatum peruenerit,ꝙ ſciat ſe à
H dño exaudiri,in liberãdis infirmis,vel alijs mira-
culis,nõ extollatur propterea:quia nõ ipſe,ſed do-
minus facit.Quãuis eñ hæc mulier tangeret fim-
briã,ad cuius tactũ ſe liberari cõfidebat,& ſic cõti
git:nõ tamẽ à fimbria,ſed à domino virtus libera-
tionis exiuit.Et propterea ipſe dixit [ſenſi de me
virtutẽ exiſſe.]Nota igitur hoc bene:& nihil bo-
ni tibi in perpetuũ attribuas:quia totũ eſt à domi-
no.Allegoricè mulier ſanguine fluẽs,ſed à domi-
*Eccleſia gentium.*
no curata,eſt eccleſia de gẽtibuscõgregata,quę fœ
data fuit ſanguinis martyrũ effuſione,& idolola-
triæ pollutione,& his quæ carnis & ſanguinis ge
runtur delectatione. Quæ & fimbriã veſtimenti
Chriſti tetigerit,quãdo fidẽ incarnationis Chriſti
credidit:humanitas enim,veſtimẽtum diuinitatis
eſtChriſto.De quo dicitur ꝙ in ſimilitudine homi
nũ factus eſt:& habitu inuẽtus vt homo.Et tunc à
fluxu ſanguinis ſanata fuit:quia fundere ſanguinẽ
catholicũ deſtitit:& ab idololatriæ,ac carnis dele-
I ctatione, & ſanguinis effuſione ſanata fuit, ac ab
eius pollutione ceſſauit.Pergẽte aũt domino ad fi-
*Cur pergẽte domino ad filiã archiſynagogi ſanata eſt.*
liã archiſynagogi,mulier morboſa ſanata eſt:quia
ſic diſpenſata eſt ſalus humani generis : vt primò
aliqui ex Iſraël,deinde plenitudo gentiũ intraret,
& ſic omnis Iſraël ſaluus fieret.Emorrhoyſſa aũt
ſanata,archiſynagogi filia nuntiatur mortua:quia
dum gentilitas ad deum cõuertitur,ſynagoga per-
fidiæ & inuidiæ,rectè mortua nuntiatur.Hoc etiã
ſignificatũ fuit in parabola de duobus filijs:quorũ
ſenior,de cõuerſione triſtabatur iunioris. Vñ Am-
bro.Quẽ aũt putamus ſynagogæ principẽ eſſe,ni
ſi e legẽ,cuius cõtẽplatione dominus ſynagogã nõ
penitus dereliquit?Ad hanc autẽ principis filiã,dũ
properat dei verbum,vt ſaluos faceret filios Iſraël
ſancta eccleſia ex gentibus congregata,quæ infe-
riorũ lapſu criminum deperiebat,paratã alijs fide
præripuit ſanitatẽ.Quid autẽ ſibi vult,ꝙ hęc prin
cipis filia,annorum duodecim moriebatur:& mu
lier iſta,fluxu ſanguinis ab annis duodecim labo-
rabat,niſi vt intelligatur quia quãdiu ſynagoga vi
guit,laborauerit eccleſia.Vnde & Hiero.Nota er-
go ꝙ eo tẽpore hęc mulier,id eſt gẽtium populus,
cœperat ægrotare:quo genus credidit Iudęorum:
niſi enim ex cõparatione criminũ,vitium nõ oſtẽ- K
ditur.Moraliter etiã,per mulierẽ ſanguinis fluxũ
patientẽ,perſona peccatrix,à lõgo tẽpore,&de pec
cato in pctm̃ cadens,põt intelligi:quæ tamẽ reme-
diũ quærit à domino,dicẽs ei:Libera me de ſangui *Pſal. 50.*
nibus deus deus ſalutis meæ.Dominus ergo quoti
die mulierẽ ſanguine fluentẽ ſanat:dum animã di
uerſis vitijs corruptã,per gratiã curat.Deinde, cũ
nũtij ad archiſynagogũ veniſſent,dicentes eius fi-
liã iam eſſe mortuã:dixit Ieſus archiſynagogo,eũ
ad fidẽ cõfortãdo[Noli timere]in fide dubitando,
[tantummodo crede,& ſalua erit]à morte.[Et ve
niẽs dominus Ieſus ad domũ principis]inuenit fi-
liã eius iã defunctã:& tibicines cõductitios,carmẽ
lugubre canẽtes.Diuerſæ enim melodiæ,diuerſas *Cantus muſici excitãt paſſiones.*
paſsiones excitãt in homine.Aliquæ enim excitãt
audaciã:vt patet in tubis bellicis.Aliquæ deuotio-
nẽ:vt patet in cãticis eccleſiaſticis.Aliquæ lætitiã:
vt patet in diuerſis inſtrumẽtis muſicis.Aliquę ex L
citãt fletũ & deuotã lamẽtationẽ:& talibus vtebã
tur antiquitus in exequijs magnarũ perſonarũ:vt
prouocaretur multitudo ad fletũ & luctũ.Chriſtia
nis tamẽ nõ conuenit tales habere:quia nõ debent
incõſolabiliter flere[& inuenit]etiã turbã tumul-
tuãtẽ,in fletu,planctu,& vlulatu multo,quod voca
tur tumultus:quia inde cauſatur ſonus cõfuſus,ac
etiã in præparatione funeraliũ.Et dicebat[nolite *Mortua dormit Chriſto.*
flere:nõ eſt mortua puella,]id eſt in morte manſu
ra,[ſed dormit] ſ.mihi:quia ita de facili poſſum
eã ſuſcitare,vt de ſomno excitare.Vnde Beda ho-
minibus mortua erat:quia ſuſcitare nequiuerant:
deo dormiebat,in cuius diſpoſitione & anima re-
cepta viuebat:& caro reſuſcitãda quieſcebat.Vnde
mos apud Chriſtianos obtinuit,ꝙ mortui qui re-
ſurrecturi eſſe nõ dubitãtur,dormientes vocentur.
[Et deridebãt eũ]putãtes ꝙ de dormitione ſomni
diceret,& eã eſſe mortuã neſciret.Ecce deridetur
in curijs prĩcipũ,nec iraſcitur,nec arguit eos:quia
quãto maior fuit deriſio,tãto poſtea maior virtu- M
tis oſtẽſio. Vbi Hiero.Nõ autẽ erãt digni,vt vide-
rẽt myſteriũ reſurgentis,qui reſuſcitantẽ indignis
contumelijs irridebant . Quãuis autem dominus *Deriſus nõ auertatur à bono.*
deridebatur ab eis,nõ tamen deſtitit ab incœpto.
In quo inſtruuntur boni,quòd cùm deridentur à
malis,non ideo debent deſiſtere à bono inchoato.
Et cùm eieciſſet turbã ſcilicet lamẽtãtium,& tu-
multuãtium,& deridentiũ:qui propter increduli-
tatem & deriſionẽ non erant digni videre miracu
lum[intrauit cũ patre & matre puellæ]quos in fi-
de confortare tanto miraculo diſponebat [ac Pe-
tro,Iacobo,& Ioanne]quos ſpecialiter inſtrui vo-
lebat.Hos enim quinq; voluit habere teſtes mira-
culi:vt in ore duorum parentum,vel trium apo-
ſtolorum,ſtaret omne verbum.In hoc etiam facto
oſtẽdit nobis dominus,quia blaſphemis & irriſo-
ribus non ſunt reuelãda myſteria,ſed fidelibus qui
honorant ea.Et ſecundum Chryſoſt.in hoc quòd
turba eijcitur,& diſcipuli ſolum in domũ intrant,
& neq; hi omnes,erudit nos gloriã quæ eſt à mul-
tis,euitare.Vnde & Theophi.Mortuam ſuſcitans
eiecit omnes,quaſi nos docens abſq; inani gloria
eſſe,



A eſſe,& nihil ad demõſtrationẽ facere:nõ eñ humi
lis Chriſtus,ad oſtẽtationẽ volebat aliquid opera-
ri.Prædictos aũt tres diſcipulos,tãtũ permiſit do-
*Diſcipuli à domino admiſſi.*
minus intereſſe ſuæ transfiguratiõi.Itã agonis ſui
orationi.Item huic ſuſcitatiõi.Primò,propter eo-
rũ dignitatẽ.Secundò,propter ſignandã trinitatis
fidẽ.Tertiò,propter teſtiũ numerũ ſufficientem.
Quartò,propter omniũ ſtatuum eccleſiæ ſignifi-
cationẽ,& cõmendationẽ.Per Petrũ enim,qui vxo
rem habuit,ſignificantur coniugati:per Ioannem
qui virgo fuit,virgines:per Iacobũ,qui neſcitur vir
go fuiſſe,vel vxorẽ habuiſſe, vidualis ſtatus.Patrẽ
aũt & matrẽ permiſit intrare,propter eorũ credu
litatem,& propter eorum teſtificationẽ.[Et tenẽs
manũ puellæ,ait illi:Tibi dico ſurge.]Per tactum
& vocẽ,eã curabat,vt oſtenderet ꝙ humanitas eſ-
ſet inſtrumentũ diuinitatis,miracula faciẽtis.Vn-
do ſecundũ Chryſ.manus Ieſu viuificatiua exiſtẽs
mortuum corpus viuificat:vox aũt,iacentem exci
tat.[Et confeſtim ſurrexit puella,& ambulabat:]
quia nulla mora inter verbũ eius,& factum erat.
Vbi Chryſ.In ambulatione eius,non ſolũ ſuſcita-
B ta,ſed & perfectè ſanata oſtẽditur.[Et iuſsit illi da
re manducare,]ad demonſtrandũ ꝙ eã verè ſuſci-
tauit:& nõ vt videatur phantaſma eſſe,quod factũ
eſt.Myſticè,puella ĩ domo mortua,eſt anima mor
tua per peccatũ in cogitatione.Dicit aũt dominus
ꝙ puella dormit:quia qui peccant in præſenti,ad-
huc per pœnitentiam reſuſcitari poſſunt. Tibici-
*Tibicines*
nes ſunt dæmones ſuggerẽtes,vel homines adula-
tores,qui fouẽt mortuã,& tenẽt hîc corpus in car-
nis laſciuia & ſolatijs:quæ faciliter terminãtur,ad
luctũ inferni & deſolationis.Sed nos ad patriã ten
dentes,mortiferos ſirenarũ cantus,ſurda aure præ
tereamus.Vnde Vlixes fecit ſe ligari in malo na-
*Vlixis factum.*
uis,& aures ſuas obturauit:ne deceptus ſirenarum
cãtibus in mare ſaltaret.Turbæ tumultuãtes,ſunt
affectiones,vel amici carnales:deriſores,ſunt ſecu
lares,vel detractores.Turba ergo foris eijcitur,vt
puella ſuſcitetur:quia anima intus iacens mortua,
nõ reſurgit,niſi prius affectiones carnales,& curę
ſeculares,de corde expellãtur:hæc enim impediũt
C ne quis ad conſiderationẽ ſuę ſalutis ſe colligat.Ti
bicines eijci debẽt,qui tanquã magiſtri in errorẽ
animam demulcent.Deriſores quoq; eijciẽdi:ſunt
quia contẽnendi,& minimè curãdi.Et tunc puel-
la ſuſcitatur,quando Chriſtus domũ cordis ingre-
ditur,ducẽs ſecũ Ioannẽ gratiam,Petrũ cognitio-
nem,& Iacobũ ſupplantationem vitiorum.Qui ve
rò à ſpirituali morte , ſcilicet à vitijs,reſuſcitatus
fuerit,non ſolũ à ſordibus ſcelerum exurgere , ſed
etiã in bonis ambulare & proficere debet:& mox
cœleſti pane,ſcilicet verbi dei,& ſacramento alta
*Notanda tria ĩ puellæ ſuſcitatione.*
ris,ſatiari neceſſe habet . Poſſunt autem hîc nota-
ri tria:ſcilicet peccatoris periculum in filia,id eſt,
in anima moriente:pœnitentis remedium in prin
cipe,id eſt in eccleſia deũ rogante:creatoris benefi
cium,in Chriſto propitiante.Periculum ſic proce
dit:nã morti appropinquat,cùm delectabile illici-
tum concipit:in extremis laborat,cũ ad cõſenſum
accedit:ſed moritur,cũ cõſentit,& tũc opera ſunt
mortificata.Remedium quæritur,cũ princeps ad
Chriſtũ accedit credẽdo,adorat diligẽdo,dũm ap-
pellat metuẽdo.Beneficiũ datur,cũ Chriſtus ſurgit D
preces exaudiendo:turbam eijcit,peccata expellẽ-
do,vel impedientia remouendo:domũ intrat,gra-
tiã infundendo:prius enim eijcitur culpa,& ſic in
greditur gratia.Et ad inſinuandũ humilitatem,do
cens dñs Ieſus fugere oſtentationẽ,& inanem glo-
riã,præcepit parentibus,ne alicui dicerẽt quod fa-
ctũ erat.Oſtendens,vt dicit Grego.ꝙ largitor bo-
norũ eſt,non autẽ cupidus gloriæ:datq; totũ,nihil
recipiens.Et tamẽ exiuit fama hæc,in vniuerſam
terrã illam.ſ.prouinciæ Galilęæ,ad manifeſtãdã
miraculi magnitudinẽ,& veritatẽ vbiq;.Prohibuit
quidẽ dñs iactantiã, nõ miraculi manifeſtationẽ:
quia res ipſa ſe indicabat,& manifeſtã faciebat:ac
ſi diceret:Nolite gloriari in bonis operibus veſtris:
ſicut nec ego in eis.Vbi ſciendũ ꝙ Chriſtus publi-
*Miracula publicari vetat Chriſtus.*
cari prohibuit opera miraculorũ propter mũdi ho
norẽ,& laudes hominũ,ſeu vanã gloriã:ſed nõ ad
glorificandũ deũ,& ad fidem probandam:propter
quę dominus miracula faciebat,nõ prohibuit enar E
rare.Vnde & parentes puellæ,præceptum domini
ſeruauerũt,propter humanum applauſum,ipſum
miraculũ non publicando:nec contra prohibitio-
dei fecerunt,hoc ad dei gloriã prędicando.Et ſimi
liter fecerũt duo à cæcitate curati:de quibus mox
ſubiungitur:& plures alij de quibus alibi ſimile re
peritur.

## ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte,adoro pedes miſerico-
diæ & veritatis tuæ:deprecor te pijſsime,ſa
na tactu gratiæ tuæ animã meã ſanguinolẽ
tam,& peccatis varijs maculatã.Ac reſuſcita eam
à morte voluntatis,propoſitiq; peſsimi & occulti:
ac reſtitue me deo & patri tuo,cui filiũ inter cohę
redes tuos adoptaſti.Ne memineris bone dñe iuſti
tiæ tuæ,aduerſus peccatorẽ tuũ:neq; iræ aduerſus
reũ tuũ:ſed memor eſto benignitatis tuę,erga crea
turã tuã:& miſerationis tuæ,erga miſerum tuũ do
mine deus meus.Amen.

## De duobus cæcis,& vno muto. Cap.L.

ET trãſeunte inde Ieſu,ſcilicet de do-
mo principis[ſecuti ſunt eũ duo cęci] *Matth. 9.* F
miſericordiã cũ clamore in via petẽ-
tes:& deuota oratione dicẽtes:[Miſe
rere noſtri fili Dauid.] Vulgata eñ
*Filius Dauid Chriſtus.*
erat fama apud Iudæos, quia Chriſtus naſciturus
erat de ſemine Dauid, ſecundum carnem. Et ideo
quia credebant ipſum eſſe Chriſtũ,ipſi Dauid pro
miſſum,vocant ſic eum Dauid filium. Clamabant
autem,quia ad literã non videbant, quoniã propè
eſt dominus. Vbi Chryſ.Vide autẽ eorum deſide-
rium,& à clamore,& ab ipſa interpellatiõe. Neq;
enim ſimpliciter acceſſerũt, ſed magnè clamãtes,
& nihil aliud quàm miſericordiã poſtulãtes.Filiũ
autem Dauid vocabãt:quia nomẽ honoris eſſe vi-
debantur.[ Cùm autẽ veniſſet domũ]id eſt,ad ho-
ſpitiũ ſuũ,in illa regione: interrogauit eos, ſi cre-
derent eũ hoc poſſe facere.q.d.Cõfeſsi eſtis huma
nitatẽ,me dicẽdo filiũ Dauid:ſi creditis ꝙ poſſum
hoc facere vt deus,opus enim eſt diuinitatis. Non
interrogat quaſi ignorans eorũ fidem:quia omnia
ſciebat per certitudinem: ſed vt cõfeſsio exterior
adderetur

UNIVERSITA DE GRANADA

adderetur fidei interiori:& ſic eſſent digniores illuminari,& mercede ampliori:quia ſecundũ Apoſtolũ:Corde creditur ad iuſtitiã:ore autẽ confeſsio ſit ad ſalutẽ.

G

Rom. 10.

Vñ Rabanus: Nõ quaſi neſcius interrogabat,ſed vt fidẽ confeſsio promat: confeſsionẽ virtus,ſalusq; comitetur virtutẽ, [Dicunt ei:]fidẽ cõfitendo[Vtiq; dñe.]Vbi Chryſ.Nõ vltra filium Dauid vocãt:ſed altius extendũt,& dñm confitentur:quod eſt nomẽ poteſtatis.[Tunc]poſt confeſſionẽ fidei[tetigit oculos eorũ.]Vbi Raba.Confeſſio oris tactũ meruit diuinæ pietatis.Fœlix tactus ad quẽ tanta ſequitur virtus.Et dixit,[ſecundũ fidem veſtrã fiat vobis,]id eſt ſicut fides mẽtẽ illuminat:ita oculis lucẽ reſtituat.[Et]ſtatim[illuminati ſunt,& aperti oculi eorũ.]Ecce quanta eſt fides ſimpliciter credentiũ,quæ meretur tot donorum collationẽ,& augmentũ à deo vt omnia poſsibilia ſint credenti.

Fidei virtus.

Gloria vitanda.

Nõ eos in via curat:vt laudes hominũ,& iactãtiæ gloriã,vitare doceat.VndeChryſo.

H

Rurſus aũt hoc erudit nos gloriã multitudinis expellere:quia eñ propè erat domus,ducit eos illuc ſingulariter curaturus.Vnde & propter humilitatem etiã[cõminatur eis,ne cui dicãt:]vt ad fugiendam iactãtiam,&inanẽ gloriã,nos inſtruat.Vt eñ dicit Chryſ.Iuſtus cũ laudatur in facie:flagellatur in mẽte.

Iuſto laudatio flagellũ eſt.

Sed[illi]cæci illuminati[exeũtes]ſcilicet de domo[diffamauerũt eũ,]id eſt famam eius per miraculũ factum diuulgauerunt[in tota terra illa]& publicè nuntiauerũt:& propter memoriam gratiæ,nõ potuerunt beneficiũ tacere:ſed nõ ingrati gratiæ dei,facti ſunt eius præcones & euangeliſtæ.VndeHiero.Dñs quidẽ propter humilitatem, fugiẽs iactãtiæ gloriã,hoc præceperat: & illi propter memoriã gratiæ,nõ poſſunt tacere beneficiũ.

Gloria dei non hominũ,quærãda.

Vnde & Chryſ.Si aũt alteri videtur,dicens:Vade,& enarra gloriã dei,nõ eſt cõtrariũ illi hoc:ſed & valde cõueniẽs.Erudit enim noſipſos quidẽ,de nobiſipſis nihil dicere:ſed & eos qui volunt nos,propter nos laudare prohibere.Si autẽ ad dei gloriam refertur, nõ ſolum nõ prohibere,ſed & iniungere hoc facere.Vt enim ſuprà dictum eſt,ſolum prohibet dominus publicari bñficia ad laudẽ humanã:

I

ſed nõ prohibet hęc enarrari ad dei gloriã.Vbi ſciendum ꝙ præceptũ datur,vel ad exequẽdum, vel ad probãdum,vel ad inſtruendũ.Primum obligat ad faciẽdum rem præcepti.Secundum,ad ſequẽdum voluntatẽ,ſeu intentionẽ præcipientis.Tertiũ, ad diſcendum aliquid ex præcepto.Et hoc tertio modo[cõminatus eſt eis ne alicui dicerent.]Vnde nõ fuit ſimplex inhibitio dicendi,ſed potius moralis inſtructio:vt exẽplo ſui,bona quæ faciũt homines velint latere:ſed tamen vt proſint alijs, prodãt inuiti:&ideo iſti nõ ſunt trãſgreſsi:quia nõ fecerunt cõtra intentionẽ præcipientis.Vnde deus iuſsit taceri,nõ ſimpliciter,ſed propter gloriam:ſed taceri non potuit,verum eſt vtiliter,propter aliorum ſalutẽ.

Præcepti dandi triplex ratio

Nã nõ poſſe vtiliter fieri,dicitur ſecundũ ius nõ poſſe fieri.

Nõ poſſe.

De hoc etiã habes ſuprà de curatiõe leproſi.Allegoricè,vterq; populus cæcus &ſine lumine veritatis erat,dño per hoc ſeculum tranſeunte:& niſi vterq; in domum,id eſt in ſanctã eccleſiã veniat,& verbo dei credat,lumẽ nõ meretur recipere.In ipſa enim eccleſia,in quã venit Chriſtus per carnẽ,illuminãtur cæci per fidẽ Chriſti incarnati.

K

Vnde Remigius: Allegoricè aũt per hos duos cæcos,duo populi deſignãtur,id eſt,Iudaicus & Gẽtilis.De vtroq; autẽ populo,in ſe credẽtes Chriſtus illuminauit in domo,per quã intelligitur eccleſia: quia abſq; vnitate eccleſiæ,nullus ſaluari meretur. Illi aũt qui crediderũt aduẽtũ domini,per vniuerſum orbẽ diffamauerunt. hæc Remi.Spiritualiter etiã duo cæci,ſunt intellectus & affectus:duo autẽ ſunt oculi intellectus:dexter,fides diuinitatis:ſiniſter,fides humanitatis.Duo ſimiliter ſunt oculi affectus:dexter,amor bonitatis,ſiue gloriæ diuinæ: ſiniſter,timor iuſtitiæ vel gehẽnæ.

Oculi intellectus.

Et ſic eſt quadruplex cęcitas in quatuor oculis.Prima eſt,error circa diuinitatẽ. Scđa eſt,error circa humanitatẽ. Tertia eſt malignitas,cõtẽnens bonitatẽ,ſiue gloriã diuinã. Quarta eſt præſumptuoſitas,nõ videns gehennã,& nõ timẽs iuſtitiã.

Cæcitas quadruplex.

[Egreſsis aũt]de domo[illis]ſcilicet duobus cæcis iã illuminatis [obtulerũt ei]homines illius terræ [hominẽ mutũ]& quod peius eſt[habẽtẽ dęmoniũ.]

Muti dæmoniaci curatio.

Hic ſcđm Chryſo.nõ erat mutus à natura,ſed à dæmone inſidiãte & linguam tenẽte:& ideo[eiecto]& expulſo per dñm[dæmonio locut⁹ eſt:]quia amoto impedimẽto,habuit loquẽdi officiũ,ſicut prius.

L

In quo,ſecundum Hilariũ,rerum ordo ſeruatus eſt:nã dęmoniũ prius eijcitur,& tũc reliqua corporis officia ſuccedũt.[Et miratæ ſunt turbæ].ſ.ex ſignorũ nouitate[dicẽtes:Nũquã apparuit ſic in Iſraël]id eſt talia miracula nõ ſunt viſa inter Iudæos. Vbi Chryſo. Præponebãt quidẽ cæteris cũ:nõ quia curabat ſolũ,ſed qm̃ facilè,& velociter,& infinitas ægritudines & inſanabiles ſanabat.Phariſæi aũt dicebant: In principe dæmoniorũ,eijcit dæmonia:quaſi dicerẽt:Nõ eſt hæc ptãs à ſe,vel à deo,ſed à diabolo. VbiHieron.Quia virtutẽ negare nõ poſſunt:opus calũniantur.Et Remigius :Scribæ nãq; & phariſæi,facta domini negabãt,quæ poterãt:& quæ nõ poterãt negare,in ſiniſtrã partẽ interpretabantur.

Scribarum malitia.

M

Turbæ nãq;,id eſt deuoti &ſimplices,opera dei cõfitebantur,& cum dei reuerẽtia &laude admirabãtur:ſed phariſæi inuidi & inſidiãtes,expulſionem dæmonis,principi dæmoniorum aſcribebant,& opera dei calumniabantur. Odium enim & inuidia,faciunt interpretari facta in deteriorem partem,& peruerti iudicia.Phariſæi autem odiebant Chriſtũ,quia acriter arguebat vitia eorũ: & ideo miracula à Chriſto facta virtute diuina,dicebant eſſe facta arte magica.

Odiũ phariſæorum.

Et eodem modo,eiectionẽ dęmonum factam per Chriſtũ,dicebant fieri virtute cuiuſdam dæmonis ſuperioris,ſibi familiaris & priuati,quem vocabãt Beelzebub, cui inferiores dæmones obediebant ad nutum,de corporibus exeũdo.Sed iſtud inferius de alio dæmoniaco,rationabiliter reprobatur à Chriſto. Myſticè autẽ, in turbis confeſsio nationum:in Phariſæis,infidelitas ſignatur Iudæorum.Et ſicut in duobus cæcis ſignatus eſt vterq; populus,Iudęorũ,& Gentium: ſic in homine muto & dęmoniaco,generaliter ſignatum eſt omne genus humanum. Vnde prædicatores obtulerunt domino hominem mutum,



id eſt genus humanũ,mutũ a confeſsione fidei, dęmoniũ habentẽ,& idololatriæ deditũ.

A

Sed [eiecto dęmonio] & idololatria relicta [locutus eſt mut⁹] & Chriſtum cõfeſſus.Per iſtum etiã mutum,ſignatur quilibet homo poſſeſſus à dæmone per peccatũ mortale.

Peccator cẽſetur dęmoniacus.

Et dicitur mutus:quia loqui non põt meritoriè.Sed deo curãdus offertur,quãdo iuſti pro eo deprecantur:& tunc dæmon eijcitur,quãdo peccatum ipſius,à deo per infuſionem gratiæ relaxatur: tuncq; ſoluitur eius lingua, ad dei præconia perſoluenda. Quando enim à dæmone per peccatũ poſsidetur quis,ſi cõuertatur, & ad pœnitentiã redeat, mox videbis mutũ loquentẽ,deũ laudantẽ,ſeipſum accuſantem,& veritatẽ prædicantẽ.Phariſæi autẽ hoc dæmoniorũ principi attribuentes,ſicut homines maligni, bona aliorũ deprauare & peruertere ſtudentes.Dominus autẽ non deſiſtebat à prædicatione,propter illorũ deprauationem,docẽs nos accuſatoribus noſtris retribuere, nõ accuſationes,ſed beneficia.Vnde Chryſ. Voluit dominus ipſo facto accuſationem redarguere phariſæorũ, dicentium

B

[in principe dæmoniorũ eijcit dæmonia.] dęmon enim conuitium paſſus, nõ benefacit,ſed nocet eis qui eum inhonorãt: dominus autẽ contrariũ facit, qui poſt conuitia & cõtumelias,non ſolũ nõ punit, ſed etiam nec increpauit,quinimo beneficia pręſtitit.Vnde ſequitur: [Et circũibat Ieſus] hoc eſt cõtra negligentes [omnes ciuitates & caſtella] id eſt omnia loca,maiora,& minora: hoc eſt cõtra locorum,vel perſonarũ acceptores. Vnde Theophilus. Nõ ſolum in ciuitatibus: dominus prædicabat,ſed etiam in caſtellis : vt diſcamus parua loca nõ ſpernere,neque magnas ſemper quærere ciuitates: ſed verbum dei in vicis abiectis & vilibus ſeminare.

Parua loca nõ ſpernenda.

[Circuibat,inquã,docens in ſynagogis eorũ] id eſt in locis cõmunibus & debitis, vbi erat conuentus hominũ:non in latibulis,ſicut mos eſt hęreticis [& prædicans euangeliũ regni] id eſt legem nouã,quę immediatè ducit ad regnũ, quod non faciebat lex vetus:non fabuloſa,inutilia, vel curioſa [& curans omnẽ languorẽ] prolixum:qui licèt non ſit multũ vehemens, grauat tamẽ ex diuturnitate [& omnẽ infirmitatem] ſcilicet vehementẽ, quæ grauat ex paſsionis acerbitate:vt nõ ſermone tantum, ſed & opere perſuaderet.

Languor.

C

Infirmitas.

Ex quo patent multa miracula hîc in quodã generali cõcluſa ad cõfirmationem legis euangelicæ à Chriſto facta.Hîc enim ponũtur miracula in generali:quia euangeliſtę nõ poterant omnia facta Chriſti ſcribere in particulari. Nã,vt dicit Ioannes,multa alia ſigna fecit Ieſus,quæ non ſunt ſcripta in libro hoc.

Ioan. 20.

Sãctorum numerus.

Sicut enim in eccleſia legitur & dicitur in martyrologio, & aliorũ plurimorum ſanctorum martyrũ, & confeſſorũ, atque virginum,hac ſcilicet de cauſa.Quia Karolus magnus fecit inquiri diligẽter obitus,& actus martyrum,& aliorũ ſanctorum:& inuẽtum eſt ꝙ diebus ſingulis,occurrebant plus quàm trecenta feſta:propter quod ſtatutum eſt, vt ĩ fine martyrologij,addatur clauſula prędicta:vt ſaltẽ in generali,fiat memoria ſanctorũ,in die tranſitus eorũ. Ita ſimiliter euangeliſtæ, quia non poterãt oĩa miracula Chriſti in particulari ſcribere:ideo frequẽter multa cõcludunt,in quadam generalitate: ſicut patet hic & alibi in diuerſis locis euãgelij. [Circuibat ergo Ieſus] nõ ad deuorandũ & perdendũ,ſed ad maxima beneficia eis afferendũ.

D

Vnum quidẽ regni euãgelium,aliud autẽ omnium ægritudinum curationẽ: in quorum primo ſalus animarũ, in ſecundo ſalus corporum exprimitur:& illos quos corpore ſanabat extrinſecus, etiam mente ſanabat intrinſecus. Omnium quidẽ ſalutem affectabat, & bonũ cõmune,magis quàm priuatũ ꝓcurabat. Sed prohdolor, hodie bonũ priuatũ,magis quàm commune quęritur:& per hoc in magna parte mundus deſtruitur.

Mũdi pereuntis cauſa.

Hoc autẽ procedit ex defectu charitatis: quæ non quærit quæ ſua ſunt,ſed quæ aliorũ. Vnde Chryſ.

1. Cor. 10.

Hæc eſt perfecta gratia charitatis,quãdo quis alijs feſtinat amplius vtilis & lucroſus eſſe, quàm ſibi. Igitur ad tam piũ Samaritanum,ad tã ſalutarẽ paſtorem & medicũ,in omni neceſsitate, ſemper eſt recurrendum:& non ſolũ animarũ, ſed corporũ ſalus,ab ipſo ſolo eſt quærenda,& in eo tota ſpes noſtra eſt ponẽda: ipſe enim melius nouit & conſiderat quid cuilibet expediat.

Lucæ 10.

Ioan. 10.

Lucæ 5.

E

Vnde Aug. Bonũ eſt vt de ſalute corporis non ſatagas: niſi vt à deo illa petas.Si ſcit tibi prodeſſe:dabit illã. Si non tibi dederit:non tibi proderat habere illã. Nouit deus quid nobis expediat. Id agamus:vt ſanũ ſit cor noſtrum à peccatis.

Matth. 6.

Et quãdo fortè flagellamur in corpore: ipſum deprecemur. Hæc fratres ideo dixi, ne quis quærat aliquid præter auxiliũ dei. hæc Aug.Permittit quidẽ deus tribulationes & tẽtationes aduenire:& ſcit quãdiu debeãt durare:ipſe enim qui earum nouit principium & introitum : nouit etiã finem & exitũ.Et ideo omnia patienter feramus,& ad ipſum ſolũ recurrentes,omnia ſibi cõmittamus. Vnde Chryſo.Orationibus cũ diligentia intendamus:& ſi nõ acceperimus, immoremur vt accipiamus.Ideo eñ aliquãdiu,& annuere precãtibus differt,& tribulationes irruere permittit,vt continuè ad ipſum refugiamus, nec ab eo aliquãdo diſcedamus.Quia ſi quales in tribulatione ſumus,tales eſſemus etiã in requie:nequaquã egeremus afflictionibus erudiri.Et q̃d dico de vobis . Etenim omnes quicunq; vnquã clariores induti ſunt coronas, à tribulationibus & tentationibus induti ſunt, & famoſi effecti.

Tribulatio coronat.

F

Quæ omnia cognoſcẽtes, ne feſtinemus in tẽpore inductionis mali:ſed vnum ſolum erudiamur,vt viriliter cũcta toleremus:nec de his quę nobis accidũt,quæſtionẽ curioſitatis moueamus.Scire eñ quãdo oporter ſolui tribulationes,permittentis eſt eas aduenire:illatas aũt,cũ omni ferre gratiarum actione,noſtræ eſt bonæ mẽtis opus. Quod ſi fiet, oĩa bona ſequẽtur.Vt igitur hæc cõſequamur, & ꝓbabiliores hîc, & clariores illic fiamus, omne quodcũq; ſuperuenerit, æquo animo ſuſcipiamus] gratias agentes ei qui ſuper oẽs ſcit magis id quod nobis expediat:& his qui genuerũt vehemẽtius nos diligẽti,& ad ſingula quęq; diſcrimina, has vtraſq; excogitatiões in nobiſipſis cãtantes, iuſtitiã cõprimamus.Glorificemus autẽ in oĩbus deũ,pro nobis cuncta facientẽ,nobisq; oĩa ꝓuidentẽ.Sic eñ facilè & eas qui virtuti opponunt expellemus inſidias, & ĩmarceſsibiles cõſequemur coronas.hæc Chryſ.

Oratio.

ORATIO.

G D Omine Ieſu Chriſte, lumen charitatis æternæ, illumina oculos meos interiores, ne vnquam obdormiã in morte animæ: vt per tuã gratiam illuminatus, omnia quæ agenda ſunt videam, & per eandem adiutus ad implendum quæ videro coualeſcam: ac inde tua beneficia enarrem, ad tui gloriam & aliorum vtilitatem. Aperi etiã domine os meum mutum, peccata mea per infuſionem gratiæ relaxando, & linguam meam ad tua præconia ſoluendo: vt loquendi gratia percepta me ipſum accuſem, te deum laudem, proximum ędificem, & prędicem veritatem. Amen.

De miſsione apoſtolorũ ad prędicandum cum poteſtate curationum. Caput II.

Matt.9.& 10.Mar.4 & Luc.9. P Oſita euãgelica legiſlatione, ꝑ Chriſti prędicationem: & deſcripta eiuſdem legis confirmatione, per miraculorum operationem: nunc conſequenter ponitur prædictę legis promulgatio, per diſcipulorũ miſsionem. Vbi Chryſ. H Attende autẽ opportunitatem miſsionis. Poſtquã eum viderunt mortuos ſuſcitantem, mare increpantem, & cętera huiuſmodi, & ſufficiẽter virtutis ei' demonſtrationem ſuſceperant per verba & opera, tunc eos emitit. Vnde & gloſ. Non ab initio miſit illos: ſed poſtquam viderũt paralyticos curatos, & mortuos ſuſcitatos. Quia ergo multi Ieſum ſequebantur: tũ propter prædicationẽ audiendã: tum propter infirmitatũ curationem habendã. Ieſus eñi ita pauper erat, ꝙ nec domicilium, vbi caput reclinaret, habebat: & ideo turbæ ſequẽtes eum, feſſi & vexati ſub diuo, ſuper terrã iacebant. Propter quod [videns] intuitu clemẽtiæ [turbas] ad ſe cõgregatas, viſcera miſericordiæ expandẽs circa ipſas [miſertus] & cõpaſſus [eſt eis: quia erãt vexati] labore corporali, & etiã ſpirituali, ſcilicet corporũ & peccatorum, & abiectè iacentes: ſicut oues paſtorẽ, qui eos dirigeret, nõ habentes. In quo pontifices Iudęorum redarguit, qui magis lupi, quàm paſtores erãt. Vnde Hiero. Vexatio gregis & ouiũ atq; turbarũ, paſtorum culpa, & vitiũ magiſtrorum eſt. Sacerdotes enim & doctores illius tẽporis, intẽti auaritiæ, non vacabãt debito modo eorũ doctrinæ: ſed erant ſicut lupi rapaces, ſpoliantes populũ bonis tẽporalibus, per malum exẽplum reuocãtes à ſpiritualibus. Ieſus verò tanquã paſtor bonus, paſcebat eos continuè, verbo doctrinæ ſuę ſpiritualiter, & aliquando etiam tẽporali ſubſidio corporaliter. Sicut autem tunc, ſic & hodie proh dolor, multi qui paſtores dicuntur, attamẽ ea quæ luporũ ſunt, facere nõ verentur. Non ſolũ enim nõ emendant ſubditos, ſed per negligentiã & mala exẽpla, nocent eorũ profectibus. Mittunt collectores decimarũ, & cõfiſcatores rerum temporalium: nõ inquiſitores hæreſum, & emendatores vitiorũ: & ideo tot & tantæ hæreſes, & ſentes vitiorum in horto eccleſię iã pullulant & creſcunt, ꝙ vix eradicari & exterminari poſſũt. Vexatio ergo ouiũ, & negligentia paſtorũ, fuit occaſio mittendi apoſtolos ad prædicandũ populo, & ſanãdum infirmos: vt nõ eſſet neceſſe ꝙ turbę currerent poſt Ieſum tãto labore. Et quamuis primò

Miſsio diſcipulorũ opportuna.

Paſtorum culpa. I

apoſtolis, & poſtmodum ſeptuaginta duobus diſcipulis, cùm eos mitteret, præcepta quædã dominus K dederit: tamẽ quia ferè omnia, & his, & illis: & nõ ſolum ipſis, ſed & eorũ ſucceſſoribus & imitatoribus conuenire videtur: ideo in ſequẽtibus, ſimul ordine congruẽti ponũtur. Cõſiderans itaq; Ieſus vexationem ouium, & negligentiã paſtorum, poterat dicere diſcipulis ſuis: [Meſsis quidẽ multa] id eſt, multitudo præparata, ad hoc quod per fidẽ colligatur, & in horreũ reponatur. Vnde & alibi dicitur: Leuate oculos veſtros, & videte regiones: quia albę Ioan.4. ſunt ad meſſem. [operarij autẽ pauci] id eſt doctores & prædicatores veri, reſpectu tantæ multitudinis cõuertendæ: quia adhuc nondũ prædicauerant Chriſti diſcipuli. Meſsis, eſt turba credentium: in Meſsis qua nunc ſunt grana cũ paleis, id eſt boni cũ malis: legemina ſed in futura meſsione ſeparabũtur. Dicitur enim vno modo meſsis, collectio hominũ ad fidem: alio modo, collectio fidelium ad retributionẽ. Operarij Operarij ſunt in eccleſia, qui quærũt opus, non otiũ: onus, nõ honorem: animas, nõ decimas: prodeſſe, nõ præeſſe. Pauci autẽ ſunt operarij, ſed multi cõductitij: pauci L operarij, ſed multi mercenarij: pauci operarij ſalutem animarũ quærẽtes, ſed multi quæſtuarij, lucrũ temporalium ſectantes. Et ideo rogãdus eſt dñs: vt operarios multiplicet & mittat eos: quia etſi ſunt qui bona audiãt, deſunt tamẽ qui dicant. [Rogate ergo dominum meſsis] ſcilicet me qui ſecundum ꝙ deus, ſum dominus meſsis [vt mittat operarios in meſſem ſuã] id eſt prędicatores ad erudiendum populũ: quia nullus fit aptus ad prædicationẽ verbi diuini, niſi per gratiã dei: & ab eo miſſus immediatè vel mediatè. Ecce optima & neceſſaria oratio, Mittẽdi quã quotidie debemus deo facere, vt mittat inquit, bonos prædicatores non vt ipſi ſe ingerãt, ſicut fures & latrones faciũt, dicuntur mittuntur in meſſem ſuã, id eſt in ſalutẽ animarũ. Ad hocẽm mittuntur: ſed multi cõuertunt falcem ſuã in meſſem alienã, ſcilicet in tẽporalia, ad quę non diriguntur. Dñs mittere proponit, & tamẽ rogari vult, & Oratio hoc propter rogantiũ excitandã charitatẽ, & augẽdũ meritum: quatenus fideles ſui, non ſolũ de operatione, verũetiam de affectu & volũtate remunerentur. Ex quo patet, ꝙ licèt deus velit aliquid facere, vult tamen quãdoq; pro hoc, à iuſtis exorari. M [Et cõuocatis duodecim apoſtolis, dedit eis poteſtatem] eijciẽdi ſpiritus immũdos ab obſeſsis [& curandi omnẽ languorem] corporũ [& infirmitatẽ] animarũ: quę quidẽ dñs facit poteſtatiuè, ſed diſcipuli fecerunt in eius nomine, id eſt, inuocatione & virtute. Vñ Beda: Benignus & clemẽs dñs, nõ inuidet ſeruis atq; diſcipulis ſuis virtutes ſuas. Et ſicut ipſe Miracu curauerat omnẽ languorẽ, & omnem infirmitatẽ: diſcipulorum apoſtolis quoq; ſuis, dedit poteſtatẽ, vt curẽt omnẽ languorẽ, & omnẽ infirmitatẽ. Sed multa diſtãtia eſt inter habere, & tribuere: donare, & accipere. Iſte quodcũq; agit, poteſtate agit: illi ſi quid faciũt, imbecillitatem ſuã, & virtutẽ domini cõfitentur, dicentes: In nomine Ieſu, ſurge & ambula, hęc Beda. Per iſtũ numerũ apoſtolorũ duodenariũ, qui cõponitur ex denario & binario: ſignificatur ꝙ apoſtoli eorũ & eorũ ſucceſſores, debẽt prę cęteris implere decalogum legis, & duo præcepta charitatis. [Et miſit illos



A illos binos] in ſignum charitatis, quæ requiritur in prædicatoribus: & vt haberẽt mutuò ſolatiũ ſocietatis: quia adhuc erant infirmi. Quando autẽ erant perfecti, ſcilicet poſt perceptionẽ ſpiritus ſancti, miſit eos ſimpliciter, ſiue binos, ſiue ſolos: quia tũc erant ſpiritu ſancto ſolidati. [Miſit] inquam [illos prędicare regnũ dei] id eſt euangeliũ, quod promittit regnũ dei, & docet qualiter ad hoc itur & peruenitur: quia per pœnitentiam. Vel [prædicare,] id eſt in ſua prædicatione pœnitentibus promittere regnũ dei: [& ſanare infirmos,] corporaliter, & ſpiritualiter. Hoc etiã quotidie facit prædicatoribus euangelij, ſi faciãt quod in ſe eſt: quia dat eis poteſtatem eijciẽdi dæmones ſpiritualiter de cordibus hominũ, & ſanãdi languores vitiorũ. Inſtruxit etiã dominus apoſtolos quò pergerent, & quid facerẽt: quo vterentur, & à quo abſtinerẽt, & à quibus cauerent, & à quibus nõ timerẽt. Sicut itaq; ex prę cedentibus & ſequẽtibus poteſt intelligi, nõ niſi virtuoſi ſunt miſsi, pauperes & expediti, ſtabiles, impigri, & benigni: non malis cõmunicantes, nec cupidi debẽt prædicare regnũ dei. [Miſit] ergo [duodecim, præcipiens eis, & dicens: In viam gentium] ſcilicet quæ ad gẽtes ducit [ne abieritis] vbi prohibuit eis, ne irent ad prædicandũ gentibus extra terram promiſsionis: [& in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis:] qui Samaritani, licẽt eſſent in terra promiſsionis, tamen erãt partim Gẽtiles, & partim Iudæi: quia receperunt libros Moyſi, & cũ hoc ſeruierunt idolis. Ideo autẽ apoſtoli ſunt prohibiti prædicare prædictis gẽtibus: quia vſq; ad paſsionem Chriſti non erat magnũ tempus: & cõueniẽs erat vt eius aduentus primò denuntiaretur Iudęis, quibus principaliter erat miſſus: & ideo tẽpus quod erat vſq; ad paſsionẽ Chriſti futurũ, erat neceſſarium ad manifeſtandũ Iudæis, per apoſtolos, Chriſti aduentum. Et hoc eſt quod ſubditur, [ſed potius ite ad oues domus Iſraël, quæ perierunt] propter idololatrię peccatũ, & legis pręuaricationẽ. Nõ ergo negat quin aliquando ad illos ituri ſint ad Gẽtes ſed poſtus & primò ad Iudæos, ne Iudæi haberent excuſationem, & cauſam nõ recipiendi dominũ & euãgelium: quia ad Gentes miſit apoſtolos, dicẽtes ſe, qui proprij erant, eſſe reiectos. Vnde poſt reſurrectionem, aſcenſurus in cœlum, dixit eis: Euntes in mundum vniuerſum, prędicate euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Qui verò nõ crediderit, condemnabitur. Vbi Hiero. Non eſt contrarius locus iſte, ei pręcepto quo poſtea dicitur: Euntes docete omnes: quia hoc ante reſurrectionẽ, illud poſt reſurrectionem præceptum eſt. Et oportebat prius aduentũ Chriſti nuntiare Iudæis, ne iuſtã haberẽt excuſationem, dicẽtes ideo ſe dominũ reieciſſe: quia ad Gentes & Samaritanos apoſtolos miſerit. Vnde & Greg. Redemptor noſter, prius ſoli Iudæę voluit, & poſtmodum cunctis Gentibus prædicari: vt dum illa vocata, cõuerti renueret, prædicatores ſancti ad vocationem Gentiũ per ordinẽ, venirent: quatenus redemptoris noſtri prædicatione, à proprijs repulſa, gentiles populos quaſi extraneos quærerent. hæc Grego. Miſticè in viam Gentiũ nõ eſt abeundum,

Matt.6.& Luc.10.

Miſſorum qualitates

B

Samaritani.

Quando gentibus prædicare congruit.

C

Marci vlt.

id eſt modus viuendi eorum non eſt tenendus: & in ciuitates Samaritanorũ, per quas ſignificãtur conuenticula hæreticorũ, non eſt intrandum per conſenſum. Sicut enim Samaritani, id eſt Gẽtiles partim tenebant vetus teſtamentum, & partim negabant: ſic hæretici, partim confitẽtur fidem Chriſti, & partim negãt. Deinde oſtenditur forma docendi, cùm dicitur: [Euntes autem prædicate, dicẽtes quia appropinquabit regnũ cœlorum.] quaſi diceret: Prędicate quia propè eſt: vt aperiatur ianua regni cœleſtis, ſcilicet mea paſsione: quod regnũ ante Chriſti aduentũ erat longè: quia nullus poterat illuc peruenire. Hoc regnũ diuerſimodè nominatur. Aliquando regnũ dei, à regnante: aliquando autem regnũ cœlorum, à ſubditis angelis, & ſanctis, qui cœli dicuntur. Item etiã quia propè eſt, vt rex cœlorũ regnet in hominibus ſibi ſubditis in fide, & hominibus obediẽtibus. Vel [appropinquabit regnum cœlorũ,] id eſt, Chriſtus, qui eſt dator regni cœlorum. A prędicatione igitur regni cœlorũ, incipit Ioannes, & Chriſtus, & diſcipuli eius. Et quia doctrina non eſt efficax, niſi aſsit probatio, ſequitur modus cõueniens ad probãdum veritatẽ huius doctrinæ, ſcilicet opera facta virtute diuina, cùm dicitur: [Infirmos] corpore vel mente [curate: mortuos] in corpore vel in anima [ſuſcitate: leproſos] reſperſos maculis in corpore vel anima [mundate: demones] ab obſeſsis, & crimina à peccatoribus [eijcite.] Hîc ponuntur quatuor genera miraculorum, ad prædicationis confirmationẽ. Procedit aũt ordo ſecũdum myſteriũ: quia Infirmi ſunt, qui tentationibus conſentiunt. Mortui ſunt, qui operãtur, & digna mortis opera faciũt. Leproſi ſunt, qui conſuetudine ſe & alios inficiunt. Dęmoniaci ſunt, qui contemnunt. Hæc aũt ideo dominus conceſsit: vt ipſa miraculorũ operatio, fidem ſermoni eorũ faceret. Vnde Hierony. Ne hominibus ruſticanis, & abſq; eloquij venuſtate indoctis & illiteratis, pollicentibus regna cœlorũ, nemo crederet, dat poteſtatem miracula faciendi: vt magnitudinẽ promiſſorum, probet magnitudo ſignorum. Vnde & Greg. Adiuncta ſunt aũt prędicatoribus ſanctis miracula, vt fidem verbis daret virtus oſtenſa: & noua facerent, qui noua prædicarent. Et iterũ: Hęc autem ſigna in exordio eccleſię neceſſaria fuerũt: vt enim fides creſceret credentiũ, miraculis erat nutrienda. Et Chry. Poſtea autẽ ſteterũt, reuerentia fidei vbique plantata. Si aũt & poſtea facta ſunt, pauca & rara fuerunt. Deinde excludens ab eis cupiditatẽ, ſubiungit: [Gratis] & ſine pretio [accepiſtis] poteſtatem miracula faciendi, gratiã prędicandi, & miniſterium, ſacramenta diſpenſandi, & dona alia à deo vobis collata [Gratis] & ſine pretio [date] alijs eodem modo quo accepiſtis, ne deſinat eſſe gratia, ſed merces videatur: ne vileſcat ineſtimabile, dum pretiabile reputatur. Quaſi dicat ſecundũ Hiero. Ego magiſter & dominus abſq; pretio hęc tribui: ergo & vos ſine pretio date. Vnde & Chry. Ne videatur eorũ beneficium, ſuperbiã eorum cõprimit, dicens: Gratis accepiſtis: & ab amore pecuniarum eos mũdos pręparat dicens: Gratis date. Et iterũ. Quaſi dicat: Nihil vos de veſtro largimini ſuſcipientibus:

D

Regni cœlorum nomina.

E

Miraculorum quatuor genera Apoſtolis cõceſſa.

Cauſę miraculorũ cõceſſorũ.

F

Gratis date.

pientibus:neque enim mercede hoc accepiſtis: ne-
G que laborantes in ea eſt gratia:gratis enim accepi ſtis,ita igitur alijs date : neq; enim eſt condignum pretium eorum inuenire.hæc Chry.Hæc audiant Simoniaci:hoc audiant illi qui ſpiritualia vendere vel emere non formidant. Pro ſpiritalibus enim actibus:vt pro adminiſtratione ſacramentorũ , & prædicatione,vel miraculorũ operatione,& conſimilibus,nõ debet aliquid quaſi pretiũ accipi : quia non eſt pretiũ eorum dignum inuenire.Deinde ab omni eos liberat ſolicitudine:vt vacationẽ omnem tribuat verbo dei:& tota ſolicitudo eorũ congregata,conuertatur ad prædicationẽ euangelij,dicẽs: [Nihil tuleritis in via]euntes ad prædicandũ [neq; aurum,neq; argentũ,neq; pecuniam aliquã in zonis]& burſis[veſtris]ad prouidẽdum,ſcilicet vobis, in via de neceſſarijs:[neq; ſacculum,neq; peram]id eſt repoſitoriũ ciborum,ad portandum in via[neq; panem]qui magis videtur neceſſarius inter alia,& multò minus cibaria delicata,[Neq; duas tunicas]

Contra Simoniacos

H id eſt veſtes ſuperfluas [habeatis:] quotquot enim ſunt neceſſariæ, pro vna reputantur. [neq; calciamenta]ſcilicet integra:quia apoſtoli ſandalijs vtebantur:[neq; virgam]quæ ſcilicet itinerarijs præbet auxilium.Qui enim domini habet auxilium: cur baculi,vel alterius rei quærat præſidiũ ? Sed ſi prohibet virgã & quædã alia,quæ videntur neceſſaria:quid de equis & equorũ phaleris,vel ceteris ſuperfluis.Vbi omnis cupiditas , & auaritiæ occaſio,& ſolicitudo tẽporalium tollitur, omne ſuperfluum amputatur, & ſola neceſſaria conceduntur. Denique expeditur via,& fugit timor,creſcit ſecuritas.Vnde nõ immeritò poëta Iuuenalis ait:Cantabit vacuus corã latrone viator. Hoc ergo totum dicit,ad excludendum à prędicatione verbi diuini ſolicitudinem temporalium.Temporalia enim,in ſui acquiſitione moleſtant animum: & adhuc plus in ſui poſſeſsione turbant eum:quia iam ſunt quaſi membra,ipſi habenti incorporata : & ideo magis trahunt animũ hominis ad inordinatam dilectionem ſui.Et quia hoc ſuffocat verbum dei:ideo non debet eſſe in prædicatoribus euangelij.Igitur,vt di-

Cõtra põpoſos monachos.

Satyra 10.

Temporaliũ ſolicitudo proſcribitur à prædicantibus.

I cit Grego.tanta prædicatori debet in deo eſſe fiducia,vt præſentis vitæ ſumptus , quãuis non prouideat,tamen ſibi hos nõ defecturos certiſsimè ſciat: ne dum mens eius occupatur ad temporalia,minus alijs prouideat æterna.Et ſecundum Gregor. Nazianzenum,horũ ſumma eſt,vt adeo virtuoſi exiſtant,ꝙ non minus propter vitæ modum , quàm propter eorũ,verbum euangelium proficiat. Vnde & ſecundum Chry.hoc etiam eis dominus præcepit,vt per habitum oſtenderent quãtum à diuitiarum deſiderio diſtabant.Et ſecundũ Theophilum, vt videntes eos prędicare paupertatẽ, acquieſcant, cùm apoſtoli nihil habent.Ita autem expreſsè prohibuit poſſeſsionem temporalium: quia ſic oportebat in primitiua eccleſia,vt oſtenderent omnia gubernari diſpenſatione diuina : & oſtenderetur virtus fidei,contra errores hominum:qui curſu ſyderum,vel fortuna,credebant agi omnia : & hoc adhuc comperit apoſtolicis viris,apoſtolorum ſucceſſoribus.Quidam tamẽ ſunt qui poteſtati,nõ pau-

pertati,ſuccedere volunt:cùm tamen non poteſtati,ſed paupertati , regnũ cœlorum ſit promiſſum. K Tres ergo ſunt rationes, quare hoc præcepit. Prima,ne ſint quaſi cupidi & ambitioſi. Secunda,ne ſolicitè quaſi puſillanimes.Tertia,vt mittentis virtutem oſtenderet,quando nihil eis deeſt.Si quæritur an alij ad hoc obligantur. Dicendum ꝙ conſilium eſt,nõ præceptum.Sed certè non auderet aliquis vtile & ſanũ conſilium repellere in facie eius: quantò magis illud , quod dedit magni conſilij angelus.& quicũque huic conſilio fiducialiter adhæreret,non dubiũ quin deus ſufficiẽter ſibi prouideret.Quando enim miſsi fuerunt apoſtoli ad prædicandum,ſine ſacculo & prouiſione aliqua neceſſariorum,fuit diuinitus eis lautè prouiſum:quia nihil eis defuit: quãdo verò relaxatum fuit illis prouidere ſibi de neceſſarijs in via, paſsi ſunt penurias multas poſtea.Hoc autem fecit deus ad dandum fiduciam pauperibus prædicatoribus , ad exequendum conſtanter prædicandi officiũ. Vbi nota pulchrum de duobus religioſis , vltra mare ad terram ſanctã profectis,exemplum.Cùm enim vltra mare , & redeundo circa mare , adhuc inter ignotos eſſent,ſemper in deo ſolo ſpem habebant , & nihil L de neceſſarijs eis deficiebat.Cùm autem perueniſſent ad dulce natale ſolum, dixit vnus inter eos ad alterum:Modò pericula euaſimus:quia iam in terra noſtra,& inter notos ſumus.Et cùm ſic ponerẽt ſpem in homine,inceperunt in neceſſarijs deficere, & maiorẽ paſsi ſunt penuriam,quàm antè.Et quia quodammodo nudos & expeditos,ad prędicãdum diſcipulos dominus miſerat, ſeueritatem præcepti in ſequenti ſententia tẽperauit,dicens:[Dignus eſt enim operarius]id eſt,predicator, qui operatur opus dei ad vtilitatẽ proximi [cibo ſuo]id eſt,neceſſarijs ad vitã:quia in cibo intelligitur etiam veſtimentum & domicilium,ſine quibus decenter non viuit genus humanum.quaſi diceret: Tantum accipite,quãtum in victu & veſtitu, vobis neceſſarium eſt. Vnde & Apoſtolus replicat:Ordinauit deus his qui euangeliũ annuntiant,de euangelio viuere. Et iterum: Habentes victũ & veſtitum,his contenti ſimus. Hinc eſt ꝙ diaconus procedit à presbytero, quaſi miſſus à domino , ad prædicandum euange- M lium:cui ſubdiaconus fert puluinar quo liber ſuſtẽtatur:quia alij debent prædicatorẽ ſuſtentare. Dignus eſt enim operarius mercede ſua : non ſolum æterna,quę debetur in patria ad remunerationem: ſed etiã temporali,quæ debetur in via,ad ſuſtentationem,ſcilicet conuenienti victu,ac veſtitu,& domicilio. Hîc eſt duplex honor,quo digni ſunt qui bene præſunt.Nam ſecundum Grego.merces prędicatiõis hîc inchoatur,& in cœlo perficitur: quia vni noſtro operi, duæ mercedes debentur : vna in via,quæ nos in labore ſuſtentat:alia in patria,quæ nos in reſurrectione remunerat . Ergo qui non operatur nec laborat , non manducet , nec mercedem exigat. Ecce quare præcepit eis nihil ferre: quia omnia debentur eis pro labore.De iure enim naturali eſt,& diuino,ac etiam humano:vt illis qui ſeruiunt communitati in ſpiritualibus , ſcilicet in diuino cultu & doctrina , prouideatur à communitate

Rationes

ne paupertatis prædicatori, alij ferare teneatur.

Religioſi peregrini

Victus prædicatoribus accipiendus

1. Corin.

1. Timot.

Prædicatorum merces



nitate in temporalibus neceſſaria.Non ergo prohi-
A buit eis ferre neceſſaria,ad ſuſtentationẽ huius vitę:ſed vt demonſtraret hæc eis deberi ab illis quibus prædicarẽt.Nec omnino & ſimpliciter præcepit eis illa: ſed magis ad reuocandũ eorum affectũ ab inordinato amore temporaliũ: vt non quęrerẽt ſuperflua,ſed eis ſufficerent neceſſaria , quæ in eis non defectura dñs ordinauit,dando eis poteſtatẽ ſumendi ea ab his quibus euangelizabãt: & ſic carnalia meterent,qui ſpiritualia ſeminabant.Nec tamẽ inobedientes ſunt,qui de ſuo iure cedunt.Vnde Augiſt. Apparet autẽ hæc non ita præcepiſſe dñs tanquã euãgeliſtæ viuere aliunde non debeant, quàm eis præbentibus,quibus annuntiãt euangeliũ.Alioquin contra hoc præceptũ feciſſet Apoſtolus, qui victũ de manuum ſuarũ laboribus tranſigebat , ne cuiquã grauis eſſet:ſed poteſtatẽ dediſſe apoſtolis, in qua ſcirẽt ſibi iſta deberi . Cùm enim à dño aliquid imperatur,niſi fiat,inobediẽtiæ culpa eſt. Cũ autem poteſtas datur,licet cuiq; non vti, & tanquã
B de ſuo iure cedere.hæc Aug. Et nota ſcdm Chryſ. quod Matthæus & Lucas nõ calciamenta,neq; baculum portare permittit,quod oſtendit perfectiſsimum eſſe. Marcus verò iubet baculũ aſſumere, & ſandalijs calciari,quod dictũ eſt permiſsiuè. Vnde & illud de duabus tunicis non portandis , exponit Hiero. non ad literã:ſed ꝙ vna tunica dicatur veſtimentũ neceſſarium,ſecunda ſuperfluũ:ne alio veſtiti aliud nobis futurorũ timore ſeruiemus. Sed ſi non propter timorẽ:multò minus propter oſtentationem.In quo cõprehenduntur,qui particas veſtiunt,& arcas implent:& qui equos mutatorijs veſtimentorũ onerant.Vnde Aug.Hoc de duabus tunicis intelligendũ eſt, ne quiſquã eorũ præter eam quam eſſet indutus,aliam portandã,putaret ſolicitus:ne opus eſſet,cùm ex illa poteſtate poſſet accipere.In Matthęo etiã & in Marco,virga accipitur equiuocè.In Matthæo enim accipitur metaphoricè:vt ſit ſenſus:Neq; virgã,id eſt, nec minimas res. Vel nõ innitamini ſubſidio temporali,ſicut corpus
C innititur baculo ſuſtentãti,& ſimilibus. In Marco autẽ,vbi dicitur:Niſi virgã, tantũ accipitur ad literam:per quã tamen intelligitur poteſtas accipiendi ſumptus,qua vti potuerunt,vel non vti,ſecundũ quod voluerint.Vnde doctores Hebręorũ,in ſignũ doctrinæ,virgam in manu portabant:quia apud Iudæos conſuetũ erat prouideri eis de victu à populo quẽ docebant. Ideo Chriſtus voluit, ꝙ hoc eis pro alia prouiſione ſufficeret.Per hoc enim oſtendebatur,ꝙ populus cui prædicabant,prouidere eis debebat.Igitur non prohibet dñs neceſsitatẽ, ſed ſuperfluitatem & prohibet euangeliũ annuntiantibus, nimiam curam & ſolicitudinẽ de temporalibus, ne velint portare vltra neceſſaria aliud,timentes ꝙ ſibi deficiat.Item vt ſub quãta feſtinatione ad prędicandum pergere debeant oſtendatur , adiunxit: [Et neminem per viam ſalutaueris.]Non ſimpliciter ſalutationem prohibuit:ſed cum mora & confabulatione,hanc fieri noluit:ne occaſione ſalutationis,impedirentur à curſu prædicationis: quominus citò ſalutem prædicarent auditoribus. Vel prohibuit ne ſalutarent , ſcilicet ex curioſitate . Sicut

Viuere de ſuo licet prædicantibus.

Poteſtate non vti licet.

Tunicæ duæ.

Virga non portanda.

Salutare in via prohibitum.

quidam faciunt,qui non ex ſtudio ſalutem optandi,ſalutare conſueuerũt:ſed non prohibuit hoc fie- D ri ex charitate,& ad conſulendum,ac ſtudio optandi ſalutem. Vbi oſtenditur quanta diligentia & feſtinatione,prædicator verbi diuini debet officium ſibi iniunctum exercere:quia non debet ab officio huiuſmodi,propter familiaritatem cum aliquo retardari.Et ideo prędicator multum debet plangere tempus,quo prætermittit fructũ prędicationis: & ſimiliter alij debent plangere tẽpus,quo prętermittunt ſpiritualia exercitia,ad eorum ſtatũ pertinentia.Item omniũ eis aperiens domos de neceſſario cibo,fecit eos cõfidere,dicens:[In quãcunq; autẽ ciuitatẽ aut caſtellũ,]id eſt,in quęcũq; loca maiora vel minora[intraueritis,interrogate quis in ea dignus ſit,]id eſt,fidelis & bonæ famæ,& non ſuſpectus ipſe vel locus eius:ne infamia ſuſcipientis, fama & dignitas prædicatorũ maculetur , & eorum prædicatio & doctrina deturpetur,ac tanquã ſuſpecta impediatur. Vbi Hiero. Teſtimonio vicinorũ & per famam,eligẽdus eſt hoſpes:ne eius infamia, prædicatio lædatur.Ergo multò magis ſocius eligendus eſt dignus.Item hoc dicit,vt ſciat hoſpes ſe magis gratiã accipere,quàm dare.[Et in quãcunq; domum intraueritis]cauſa hoſpitandi [in eadẽ manete]non ſine honeſta cauſa inde exeundo:nec curioſè & inutiliter diſcurrendo[donec exeatis]tranſituri ſcilicet aliô ad prædicandum.Non eſt tamen intelligẽdum,ꝙ per hoc velit excludere cauſas honeſtas exeundi:vt ad docendũ,vel aliquid huiuſmodi faciendum,cùm propter hoc intrauerint ciuitatem vel caſtellum:ſed per hoc vult diſcurſus vagos excludere,qui non debent eſſe in prædicatore : ſed magis ceſſante neceſsitate exeundi , debet vacare cõtemplationi,vt ibi hauriat , quod populo poſtea effundat.Item hortatur eos ad temperantiã,dicens: [edentes & bibẽtes,quæ apud illos ſunt,]id eſt,non quærentes,nec quæri facientes extra domum,delicata & ſuperflua,quæ apud illos non ſunt: ſed manducate quæ vobis ſponte apponuntur & offerũtur ab illis,quãuis modica ſint & vilia, non quærentes F lautiora vel plura,etiam ſi apud illos ſunt talia. Et certè quãto paucioribus & vilioribus vtuntur,tanto amplius implent quod hîc dicitur: Dignum eſt, vt ibi maneant,& ab eis conſequãtur terrena, quibus offerunt cœleſtia [ dignus eſt enim operarius mercede ſua]non ſolum æterna in patria ad remunerationẽ,ſed etiam temporali,in via, ad ſuſtentationem. Item iubet ne de domo ad domũ quadam vaga facilitate demigrent : hoſpitem propter lautiora habenda non mutent:quem etiam ex hoc infamare poſſent. Vnde iubet hoc ideo ſecundum Chryſoſt.ne leues & vagabundi diſcurſores videantur & guloſi:quibus non ſufficit vnius hoſpitis victus neceſſarius:& ne contemnere & iniuriari, ſeu contriſtari viderentur ſuſcipientẽ,vt ingrati. Duo ergo hîc mandantur : vnum de electione hoſpitij: aliud de impermutatione electi . Nec dicitur hîc quin liceat prædicatori aliquando mutare hoſpitium,vel cum alijs comedere,maximè vt non grauet hoſpitem ſuum:dum tamẽ ad dignos diuertat & honeſtos: ſed prohibuit dominus mutationem

Hoſpes eligendus. E

Diſcurſus vagi prohibentur.

Sobrietatẽ & tẽperantiam præcipit.

Hoſpes nõ mutãdus.

hoſpitij,ratione triplici. Vna eſt vitatio leuitatis:
G quæ nullo modo debet apparere in prædicatore.
Hoſpitij non mutādi rationes.
Alia,ſuſpitio guloſitatis:quia conſueuerunt nouos
hoſpites lautius procurare.Tertia,declinatio infamiæ
hoſpitis: quia ſi dimitteretur, videretur indignus.
Item iubet vt cū benedictione intrent domū
dicens:[Intrantes autē in domū,ſalutate eam]ſcilicet
familiā,ſcilicet homines habitantes in ea: vt ſit
lata relatio,ſcilicet antecedens pro continēte,& relatiuū
pro contentis[dicentes:Pax huic domui,] id
eſt,familiæ: vt qui cibū & neceſſaria recipiunt,ſalutē
pacis beneficiū largiantur. Quia prædicator
debet habitātibus in domo quā intrat pacē offerre
& optare:& non ſolū optare, ſed etiā euangelium
Chriſti,quod eſt euangeliūverę pacis,prędicare,&
eos ad pacē internā & fraternā inducere: ac ſalutē
habitantiū,bonis verbis & exemplis procurare: vt
appareat eos legatiōe fungi ꝓ Chriſto Ieſu,qui eſt
Pax vobis ab epiſcopis in prīcipio miſſæ dicitur.
vera pax,& ſalus omniū.Ob hoc ſolis vicarijs apoſtolorū,ſcilicet
epiſcopis præcipuis eccleſiæ ſponſis,licet
in principio miſſę ſalutare populū,& dicere:
Pax vobis.Pax peccatorū,pax tēporis,tādē pax
Pax & ſalus.
ęternitatis.Fit ergo introitus,cum optatione ſalutis:
ſalus,cum optatiōe pacis.Et hęc duo ſunt optāda
hoſpitibus:ſalus,in amotione malorum: pax, in
H adeptione bonorū:ſalus cōtra periculū damnationis:
pax quantū ad bonū recōciliationis.Hunc autē
modum intrandi & ſalutandi, dn̄s dedit: vt ex hoc
oſtēderet ad quid veniret,pacē ſcilicet facere,bella
ſedare,prædicatores nō de nugis, ſed de ſalute animarū
loqui debere[& ſi fuerit domus illa digna]recipiendi
pacē oblatā,id eſt,ſi fuerit eius familia ad
vitam æternam prædeſtinata[& ibi fuerit filius
pacis, id eſt,amator vel obſeruator, vel hæres pacis,
ad pacem æternam ordinatus [veniet] & requieſcet[ſuper
illā pax veſtra]à vobis nuntiata, &
eis optata:quia oratio veſtra & prędicatio habebit
ibi effectū:recipiētq; pacificè veſtrā doctrinā,& ſequentur
eam,quæ prouocat ad pacē æternā.[Si au
I tem non fuerit digna,]id eſt,ad vitam æternā non
ordinata:& nullus doctrinā veſtrā receperit & ſecutus
fuerit: vos tamen non eritis ſine fructu, nec
priuati merito veſtro:quia[pax veſtra,]id eſt,meritum
& merces optatæ pacis, ad vos reuertetur: nā
vobis à deo recōpenſabitur. Et quāuis non habeat
quantū ad ipſos effectū: vos tamen habebitis mercedem
inde apud deum,à quo pro labore veſtri operis,
reddetur vobis præmiū.[Et quicūq; non receperint
vos] hoſpitio, neceſſaria vobis miniſtrando,
[neq; audierint ſermones veſtros] veſtris monitis
obtēperando, [exeuntes de domo] vel ciuitate illa
[excutite puluerē pedum veſtrorū in teſtimonium
Signum triplex.
illis]ſiue ſignum ſcilicet triplex: quia Iudæi ſigna
quærunt,& mos fuit Iudæorū typicis & figuratiuis
vti operibus.Primū,vt dicit Hiero. in teſtimoniū
laboris ſui,ſcilicet ꝙ ingreſsi ſunt ciuitatē: &
Pulueris excuſsio.
prædicatio ad illos peruenit. [Excutite ergo puluerem]id
eſt,minima itineris & laboris,quæ pro illis
ſuſtinuiſtis exponite: & erit eis occaſio maioris dānationis.
Secundum ſignum eſt:quia puluis in pedibus,
ſignū eſt laboris: excuſsio pulueris, inutilitatē
ſignificat laboris: inutilia enim excuti ſolent &
abijci.Excutiendo ergo puluerem, oſtendunt quia
inaniter laborauerunt:& ideo inexcuſabiles erunt: K
nec iniuſtè damnabuntur qui ſalutē ſibi oblatā recipere
noluerunt.Tertium ſignū eſt:vt oſtenderēt ſe
ab eis nihil terrenū quærere:nec etiam minimum
de terrenis opibus accipere: vt nec etiā puluerē de
terra ſua ſibi paterentur adhærere,cùm incorrecti
fuerint,& euangeliū ſpreuerint. Ergo nihil vnquā
nec etiā neceſſaria accipiantur ab incorrectis, & à
contēptoribus euangelij & indignis. Vel[excutite
puluerē pedum,]id eſt,leuia peccata,quę ſolent ex
talibus accidere,etiā in hominibus perfectis.Moraliter
pedes iubentur excuti in ſignū excuſsionis terreni
appetitus,vel humanæ laudis. Prohibentur ergo
in prædicatoribus & prælatis, ſarcinarū multiplicitas,
victus curioſitas,temporaliū cupiditas,veſtium
ſuperfluitas,inſtabilitas, & malorū communicabilitas.
Et ne leuis culpa videatur apoſtolos nō
recipere,ſubdit:[Amē dico vobis, tolerabilius erit
terræ Sodomorū & Gomorræorum in die iudicij,
quā illi ciuitati,]id eſt,habitatoribus illius ciuitatis L
quæ ſpreuit vos & ſermones veſtros. Huius ratio
ſcd̄m Hiero.quia illis nō fuit prædicatum: huic autem
cùm prædicatū ſit,non recepit euangeliū. Et
ſecundū Rabanū,quia illi ſolū legem naturæ tranſgreſsi
ſunt:ſed iſti etiā legem ſcriptā,& dicta prophetarum
& apoſtolorum. Non fit comparatio horum,
Grauitas peccati prædicatorem repudiantis. Ezech.
quantū ad peccatum carnale, quo Sodomitæ
grauius peccabant: ſed quantū ad peccatū inhoſpitalitatis,
quo iſti magis peccabāt: quia de illis dicitur
quòd egeno manum non porrigebant: ſed iſti
tantos poſt auditam veritatē repellebant:& nō eſt
dubium quòd grauius peccatum eſt negare victum
ſeminantibus ſpiritualia,quibus tenentur homines
de iure naturali,diuino,& humano,quàm manum
non porrigere egeno ſimplici ſpiritualia non ſeminanti.
Cui enim multū datum eſt:multum quæretur
ab eo. Vnde Beda: Sodomitæ, etſi inhoſpitales
fuerint,inter cætera carnis animæq; flagitia, nulli
tamē apud eos tales hoſpites, quales apoſtoli reperti
ſunt. Et Loth quidem aſpectu & auditu iuſtus
erat:non tamen ibi aliquid docuiſſe,aut ſigna feciſ M
Sodomitici criminis deteſtatio.
ſe,perhibetur. Vnde & Remigius:Specialiter tamē
Sodomorū & Gomorræorū mentionem facit: vt
per hoc demonſtret,quia illa peccata ſunt deo magis
odibilia,quæ fiunt cōtra naturā,pro quibus deletus
eſt mundus aquis diluuij,& quatuor ciuitates
ſubmerſæ, & mundus quotidie diuerſis malis affligitur.
Sodomiæ abominatio.
Vnde ſecundum Hiero. videns dominus hoc
peccatū in carne,penè deſijt incarnari:quia naturā
quam aſſumpturus erat,corruperat.Summa enim
mūditia,talem ſummā immunditiā maximè abominatur,
& ſuſtinere non poteſt. Vnde etiam dicit
Auguſt.Qui autem faciendo quod malum eſt,etiā
mala conſuetudine ſe implicant: vt ipſa conſuetudo
mali non eos ſinat videre quia malum eſt: fiunt
defenſores malorum factorum ſuorum:iraſcuntur
cùm reprehenduntur: intantū vt Sodomitæ quondam
dicerent Loth reprehendenti nequiſsimam
Gene.
voluntatem habitare veniſti,non leges dare. Tanta
enim ibi nephandæ turpitudinis conſuetudo erat,
vt iam nequitia eſſet iuſtitia: & prohibitor potius
reprehende-



A reprehenderetur,quàm factor.hæc Auguſt.Quàm
Sodomiæ punitio.
grauiter autem hoc peccatum deus punierit, teſtatur
mare mortuū,ſiue diaboli:& verè mortuū,quia
nil viuū recipit:& diaboli,quia inſtinctu eius quatuor
ciuitates,igne ſulphureo concrematę, in illud
ſubmerſæ ſunt. Vnde merè maledictū etiam appellatur,
ſemper fumans,& tenebroſum de vaporibus
Mare maledictum.
quaſi ſit inferni caminus.Eſt vltra Hierico, nō longè
poſitū:diuiditq; Iudæā & Arabiam:& habet in
latitudine,ſeptem leucas. Et licèt quinq; ciuitates
fuerint deſtructæ propter hoc peccatū:tamen duæ
nominātur tantū:quia maiores & famoſiores erāt
in multitudine populi,& turpitudine peccati.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, qui diſcipulos tuos ad
prædicandū mittens, dediſti eis poteſtatē curandi,
ac præcepta viuēdi & conuerſandi: dirige
pedes meos in viam pacis: & da mihi ſalutem
mentis & corporis: & vt habeam in operibus iuſtitiam,
B in moribus diſciplinā,& in omnibus tuum timore
& amorē:mortifica in me omnia vitia:meq;
tuis donis interius & exterius reſtaura: vt ea quæ
diſcipulis tuis præcepiſti,pro modulo meo merear
imitari:& cum ipſis,æterna gloria, de tua miſericordia
numerari.Amen.

De patientia in aduerſis habenda. Caput LII.

Matth.10.
ET quia omnem ſolicitudinem diſcipulorū
abiecit,& eos ſignorū oſtenſione
armauit,ac ferreos quoſdā operatus
eſt & fecit, ab omnibus huius
vitæ negotijs eos eruens,& ab omni
temporanea ſolicitudine liberans: nūc poſt proſpera,
dicit etiā illa quæ debent eis contingere mala,
ad prędiandū contra mundū & diabolum:eos præparans,
& ad patientiā contra aduerſa tolerāda inſtruens.
Quia vt dicit Seneca, cuiuis dolori eſt re-
Patientia prædicanti neceſſaria.
medium,patiētia.Et hæc præcipuè diſcipulis erat
neceſſaria.Qui enim,vt dicit Greg.locum prędicationis
ſuſcipit,mala inferre nō debet, ſed tolerare:
vt ex ipſa ſua manſuetudine,iram ſæuientium mi
C tiget & peccatorū vulnera in alijs,ipſe afflictionibus
vulneratus ſanet.Dicit ergo[Ite]ſcilicet ad prędicationis
officiū[ecce ego]dn̄s & magiſter veſter
qui vos elegi,vos docui:ego dn̄s omnipotēs,qui vos
armaui:ego cui nemo reſiſtere valet:ego inquā qui
dn̄s ſum meſsis[mitto vos]homines electos,doctores
inſtructos,milites armatos,medicos peritos[ſicut
oues,]id eſt, ſimplices & innocentes,per arma
vos nō defendētes:vt lacte doctrinæ alios nutriatis
exemplo manſuetæ cōuerſationis attrahatis: pro
eis etiā corpora exponatis[in medio luporū,]id eſt
ſcribarū & phariſæorū,& aliorū crudelium perſecutorum
& detractorū: qui dicuntur lupi propter
rapacitatē, crudelitatē,& diſsimilitudinē.q.d. Sicut
manſueti inter crudeles,ad patiendū itis:patientiam
& innocentiā cuſtodite. Non vos defendatis:
Venator mirabilis dominus.
quia oues eſtis,ſæuiant illi qui lupi ſunt. Mirabilis
venator eſt dominus,qui per agnos,ſiue oues,capit
& deuincit lupos:per patientiam,vincit potētiam.
Et bene dicit [in medio luporum] vt patientia ſit
quaſi centrum ad omnem iniuriam circundantem.
Item[in medio]per communem omnium conuerſionem,
ac propter ouium vnitatem in fide,& luporum
pluralitatem in errroribus. Et hæc vnitas ma D
ximè facit vincere.Quia vt dicit Ambr.omnis pugna
vnanimiter aggreſſa,parit victoriam.Dicit autem:[
Ecce ego mitto vos] vt dum mittentis poteſtas
cōſideratur,periculi magnitudo non timeatur.
Vnde Chryſoſt. Quæ igitur horum erat conſola- Mittentis virtus.
tio?Mittentis virtus.Ideóq; hoc ante omnia poſuit,
dicens:[Ecce ego mitto vos.]Sufficit hoc ad confitendum,
& nullum formidandum ſuperuenientiū:
vides autoritatem: vides poteſtatem: vides virtutē
inexpugnabilem.hæc Chryſo. Mittit dominus diſcipulos,
ſicut oues inter lupos:ſed heu hodie multi
prælati ſunt inter ſuos,ſicut lupi inter oues.[Eſtote
ergo prudentes ſicut ſerpentes] contra ſcribarū
aſtutiam & fallaciā, ſcilicet ad intelligendas & cauendas
fraudes & inſidias [& ſimplices ſicut colūbæ]
contra tyrannorū crudelitatem & malitiā,ſcilicet
ad ſuſtinendas,& ignoſcendas læſiones & iniurias.
Prudentia eſt neceſſaria,in præcauendis ma E
lis:ſimplicitas,in faciendis bonis.q.d.Sicut ſerpen- Prudentia & ſimplicitas neceſſarię ſunt.
tes reſiduū corporis,pro capitis periculo exponūt:
& caput in quo vita eſt, toto corpore occultādo cuſtodiunt,
& lætale vulnus excludunt: ita & vos totius
corporis periculo,caput veſtrū,id eſt,me,ac fidem,
& animam,integrè & incorruptè ſeruate, &
cuſtodite.Et ſicut columbæ ſine felle & amaritudine
malitiæ ſunt,& nulli malum faciunt: ita & vos
innocentiā cuſtodiendo,malum inferre vel referre
alijs nolite: vt per prudentiā, malum deuitetis: &
per ſimplicitatē, nulli malū faciatis. Poteſt etiam
Prudentia ſerpentis in tribus.
prudentia ſerpentis cōſiderari in tribus. Veterem
enim pellem ad arctū foramē deponit: corpus pro
capitis ſalute exponit: & cùm ſit frigidæ naturæ,
ſolem diligit. Pellis depoſitio pertinet ad inſipientes,
qui debēt deponere, ſecundum priſtinā conuerſationem
veterē hominem,cum actibus ſuis. Corporis
expoſitio pro capite,ad proficientes pertinet:
qui pro mente defendenda,quę eſt caput hominis,
totum hominē morti tradunt.Solis dilectio pertinet
ad perfectos qui inſiſtunt diuinæ contēplatio- F
ni,qua & illuminantur & inflantur. Sic enim ſerpens
propter duo diligit ſolem: ſcilicet propter calorē,
quo natura vigoratur:& propter lucē,quia illuminatur:
quia cùm ſeneſcit,amittit viſum:ſed ad
radios ſolis,directè oculos opponēs,recipit eum.In
Serpenti aſsimilari debemus.
his tribus nos dn̄s voluit aſsimilari prudentiæ ſerpentis:
ſed non in venenata cōplexione,non in anfractuoſa
deambulatione.Simplicitas ſimiliter colūbina
debet eſſe in tribus, ſcilicet Cognitionis in
Simplicitas columbina in tribus.
iudicando:habet enim blandos oculos, & dulcē aſpectum.
Affectionis in diligendo: figitur enim in
amore ad genus ſuum,vnde & frequentat oſculū.
Intentionis operando: reſidet enim ſuper fluenta
Prudentia ſimplicitati adiūcta.
aquarū,vt accipitris inſidias caueat per vmbram.
Et ſecundū Remigium, bene adiungit prudentiæ
ſimplicitatem:quia ſimplicitas abſq; prudentia,facilè
decipi poteſt:& prudētia periculoſa eſt ad decipiendum,
niſi ſimplicitate temperetur. Vnde patet
quòd aſtutia vulpina vituperabilis eſt, & ſimiliter
ruditas bouina: ſed medium eſt tenendum, &
medio modo eſt incedendum. Vnde & Gregori.

Vtraq; neceſſariò in admonitione coniunxit:vt ſim-
G plicitatem columbæ,aſtutia ſerpẽtis inſtrueret: & rurſus ſerpentis,aſtutiã,columbæ ſimplicitas temperaret. Vnde & Chry. Eſtote ergo prudẽtes ſicut ſerpentes,ad intelligendas fraudes:eſtote ſimplices ſicut colũbæ,ad ignoſcendas iniurias. Nolo vos eſſe ſemper quaſi columbas,ne propter ſimplicitatẽ nimiam,per ſeductionẽ in laqueum incurratis. Nolo vos eſſe ſemper ſicut ſerpentes, ne ex corde contra aliquẽ venena fundatis:ſed ſecundũ tempus & perſonas mutetis&mores. Et,vt breuiter dicam,eſtote prudentes ſicut ſerpẽtes,vt omne malũ intelligatis & caueatis:eſtote ſimplices vt columbæ,vt non faciatis vllũ malum:quia intelligere malũ,laudabile eſt:facere autem vituperabile. Nec qui intelligit malũ,ille facit malũ,ſed qui facit malũ.hęc Chry. Et ſubiungit aperiendo quos lupos dixerit: [Cauete autẽ ab hominibus] ſcilicet lupis deterioribus,id eſt,ab hominũ perſuaſionibus,qui quærũt fraudulenter vos decipere,& violenter peruertere. Vbi ſe
H exponendo dñs declarat ꝙ lupos nõ bruta, ſed homines dixerit. Vnde Chry.ita dixit: Attendite vobis ab hominibus,quaſi à quibuſdã peſſimis malis, & ſuper omnia mala malis:oſtẽdere volẽs quia prę omnibus malis,homo eſt peſſimũ malum. Nam ſi beſtię eum cõparare volueris,peiorẽ inuenies eum. Beſtia enim, quãuis ſit crudelis,tamẽ quia irrationalis eſt, declinabitur ab homine crudelitas eius. Homo autem crudelis,cùm ſit rationalis,non facilè euadetur crudelitas eius. Si cõparaueris hominẽ ſerpenti,peiorẽ inuenies eum:quoniã ſerpens, etſi malitiã habet,tamẽ & hominis habet timorẽ. Ideo ſi quidem potuerit,mordet:ſi autẽ non potuerit,fugit. Homo autẽ malitiã habet ſerpentis: & timorẽ non habet ſicut ſerpẽs. Ideo quãdiu non habet tempus,latet ſicut ſerpens:ſi autẽ tempus inuenerit, irruit ſicut beſtia. Adhuc autem omnis beſtia,ſi quidem irritata fuerit,ſęuit:ſi autẽ irritata nõ fuerit,

Homo malus, peſſimum malum, & beſtia peior.

I in ſilentio tranſit. Homo autẽ non irritatus,inſanit à quibus nõ fuerit irritatus. Et vt breuiter dicam, vnaqueq; beſtia,vnum & propriũ malum habet:homo autẽ omnia mala habet in ſe. Deniq; homo malus,peior eſt quàm ipſe diabolus. Diabolus enim ſi viderit hominẽ iuſtum,non eſt auſus ad eum accedere:homo autẽ malus,quãuis hominẽ ſanctũ viderit,non ſolũ illum non timet, ſed adhuc magis contemnit:nõ enim diabolus præſtat homini virtutẽ, ſed homo diabolo. Arma ergo diaboli, homo eſt malus. Sicut enim homo ſine armis non poteſt aliquid facere cõtra hoſtem:ſic & diabolus ſine homine non valet contra ſanctos. Et iterum: Virtus diaboli,homines mali ſunt:nec enim põt aliquod malum ſeminare in mundo, niſi per ſuos miniſtros: quia in ſanctis nõ inuenit locum. hæc Chry. Vnde & Aug. Si Chriſtianus es,ipſe mũdus inimicus eſt, abſq; priuatis inimicitijs. Non enim eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinem : ſed aduerſus principes & poteſtates, & ſpiritualia nequitiæ, id eſt,aduerſus diabolũ & angelos eius:quia & quando patimur homines importunos ille inſtigat, ille inflãmat,ille tanquã vaſa ſua mouet. Attẽdamus ergo duos hoſtes:quem videmus,& quẽ non videmus:

Homo omnia habet mala, beſtię vnũ

Homo malus, arma diaboli.

Ephe.6.

hominem videmus,diabolum non videmus: homi- K
nem diligamus,diabolũ caueamus:pro homine oremus,cõtra diabolũ oremus. hæc Aug. Vnde etiã legitur in vita ſancti colũbani,quod cùm ipſe per opaca ſaltus inter deuia ambularet:& librũ humeris ferẽs,de ſcripturis ſacris ſecum diſputaret, ſubitò cogitatio in mentẽ ruit,quid eligeret,melius in hominũ iniurias incidere,an ferarũ ſæuitiã ſuſtinere. Cumq; vrgeret cogitatione illata ſeueritas,crebrò frontẽ ſigno crucis armans, atq; orans,inter ſe ait: Melius eſſe ferocitatẽ beſtiarũ abſq; alieno peccato,quàm hominũ rabiem ſuſtinere,cum dãno animarum. Vnde interrogatus quidam à philoſophis quare horribilis homo grauior eſſet ei,quã quodlibet põdus,taliter eis reſpõdiſſe fertur: Homo,inqt, horribilis põdus eſt ſolius animę:alia verò põdera, animæ & corporis ſunt. Vñ Senec. Quid eſt homini inimiciſſimũ? Alter homo [Cauete igitur ab hominibus] vos malitioſè & inſidioſè ad peccatũ trahere nitẽtibus,ne vos decipiant, ne vos ſeducãt, ne vos blãditijs & perſuaſionibus,ne vos minis & fla- L
gellis à veritate deuiare faciãt [Tradẽt enim vos] primũ in cõſilijs,id eſt,in locis priuatis, vbi conuenientes cõſiliatur quaſi rationabiliter operẽtur,vos ibidem cõueniendo,vel prohibendo, ne prædicetis in nomine meo,& deinde incorrectos [flagellabũt vos in ſynagogis ſuis,] id eſt,in publicis cõuentibus & cõgregationibus, vbi cõueniũt ſub ſpecie cuiuſdam iuſtitię & ſanctitatis:& tandẽ ad magiſtratus id eſt,principes ſynagogæ, ſcilicet põtifices [& ad reges,] id eſt, ad maiores principes [& præſides] id eſt principes maiores,ſcilicet Romanorũ [ducemini] ſcilicet violẽter,non manſuetè:vt ſcilicet condẽnemini ad mortẽ quod nõ licebat Iudæis:quia erãt ſubditi Romanis [propter me,] id eſt,cõfeſſionem nominis mei:ecce optimus titulus & honeſtiſſima cauſa patiẽdi. Quia,vt dicit Beda,fœlix iniuria,cui deus eſt cauſa. Vnde & Chry. Nõ enim praua cõſolatio eſt, ꝓpter Chriſtũ pati:quoniã no vt pernicioſi & nociui hoc patiebãtur. Et hoc [in teſtimoniũ illis] ſcilicet Iudæis de eorũ peruerſitate [& gentibus] de earũ correctione:illis ad accuſationẽ,& gentibus ad cõpunctionem & correctionẽ:[in teſtimo- M
nium] quippe ſaluationis electorũ: & [in teſtimonium] damnationis reproborũ:quia contra illos,& pro iſtis,feretis teſtimonium. Vnde Chry. Ante reges & præſides ſtabitis,in teſtimoniũ illis & gentibus:& dum apoſtoli accuſantur,dum reſpõdent in quibuſq; prætorijs,Chriſti veritas prædicetur, Iudæorũ perfidia demonſtretur,& gentibus ad ſalutẽ credẽtibus myſteriũ reueletur. Et iterũ: Mors quippè iuſtorũ,bonis in adiutoriũ eſt:malis, in teſtimonium:vt inde peruerſi ſine excuſatione pereant,vnde electi exemplũ capiunt vt viuat. hæc Chry. Futuris ergo aduerſis,vt præuiſa minus lædant,à domino prædictis: quia tot terroribus auditis, diſcipuli turbari poterant:coniungit contra terrores cõſolationem,dicens:[Cùm autem] inducent,& [tradent vos] ad indices adducendo oppoſitiones contra vos, machinando vt me negetis [nolite cogitare ] & ſoliciti eſſe, vos præ ſolicitudine anxiando: qualiter aut [quomodo] id eſt,de modo proferendi

Homo horribilis põdus.

Iniuria fœlix.

Mors iuſtorum.



rendi,quoad formam [aut quid] id eſt de modo in-
A ueniendi,quoad materiam [reſpondeatis] interrogantibus vel [loquamini] diſcere volentibus [dabitur enim vobis] ſcilicet à patre luminũ [in illa hora] ſcilicet ad reſpondendũ opportuna] quid loquamini] id eſt ſapientiã in mente, & eloquentiam in ore. Non confidatis de ſcientia veſtra & eloquẽtia, ſed de diuina prouidẽtia:quia ſpiritus ſanctus docebit vos:tunc ſine præmeditatione veſtra,quid loqui oporteat. [Nõ enim vos eſtis qui loquimini] id eſt, non ex ſolo ingenio veſtro, procedũt verba veſtra: ſed ex ſpiritus ſancti gratia: [ſpiritus enim patris veſtri,eſt qui loquitur in vobis] vt in organis: quia ſicut organa emittunt modulatione ad motũ temperantis:ſic bonũ quod prædicator loquitur,advoluntatem patris inſpirantis. Per hoc autem, vt dicit Chry. ad prophetarum eos dignitatẽ reduxit, qui ſcilicet dei ſpiritu ſunt locuti. Vnde Gregor. Ac ſi membris ſuis infirmantibus dicat: Nolite pertimeſcere:vos ad certamen acceditis,ſed ego prælíabor: vos verba editis,ſed ego ſum qui loquor. Hinc Paulus ait: An experimentum quæritis,eius qui in me
B loquitur Chriſtus? Securi ergo ibant, quocunque ducebantur. Securus enim ad prælium vadit, qui talibus armis,& ſub tali principe pugnat: ſecurus ad concilium pergit, qui tali proſocutore cauſam ſuam defendit. Vnde Chry. Cùm aũt tradent vos,nolite ſoliciti eſſe quomodo aut quid loquamini:mea eſt enim cauſa. Ideo vos mihi tantũmodo perſonas præſtate:& ego vobis ſenſum. Nã ſolicitum eſſe ante iudicium,non eſt præparatio rei,ſed deſperatio de deo. Sinite ergo,vt in cauſa ſua, deus loquatur pro vobis: qui conſcientiã interrogantis agnoſcit. Nõ enim eſt poſſibile,vt rex qui milites ſuos mittit ad bellum,nõ præſtet illis arma aduerſus hoſtẽ. Qui ergo ſolicitus eſt quid loquatur,in ſua ſapientia ſperat, quæ eſt prima cauſa ruinæ. Nam in perſecutionibus virtus dei nõ requiritur, niſi præceſſerit fides. Vnde & Hierony. Cùm ergo propter Chriſtũ ducimur ad iudices: voluntatem
C tantum noſtrã pro Chriſto debemus offerre. Cęterùm ipſe Chriſtus, qui in nobis habitat, loquitur pro ſe:& ſpiritus ſancti,in reſpondẽdo, gratia miniſtrabitur. hæc Hiero. Per hoc tamen, non intendit excludere meditationẽ reſpõdendi, & viã prouidendi de reſponſione,ſi tẽpus & ſciẽtię facultas adſit: ſed promittitur ſecuritas ſi iſta deficiant. Quod frequenter contingebat in primitiua eccleſia:quia tunc ſępe fideles illiterati & ſimplices, ſubitò trahebãtur ad iudices,& deus prouidit. Vnde non debẽt propter hoc conturbari,ſi iſta deficiant: quia hominibus de deo confidentibus,ſpiritus ſanctus nõ deficit in neceſſitate, cùm nõ poſſunt aliter occurrere. Et itẽ,quia in tali caſu ſufficit ad ſalutem,cõfiteri conſtãter in generali,fidẽ: quod poteſt facere quilibet Chriſtianus, quantũcunq; ſimplex. Et patet ex prædictis ꝙ non loquitur hîc de verbis prædicatoris. Debet enim prædicator verbi diuini,precogitare qualiter debeat verbũ dei proponere:aliter tentaret deũ,ſi negligeret de hoc cogitare:dum tamen de hoc tempus opportunũ poſſit habere. Hãc prohibet dominus prouiſionẽ, in di-

Prophetarum dignitas apoſtolis collata

2.Cor.3.

Solicitudo ante iudicium.

Spiritus ſanctus loquitur in bonis: ſed cũ bonis.

Simplex bene reſpondere poteſt. Prædicator præcogitet dicenda.

cendis ornatũ,& nimiam ſolicitudinẽ,per multum D
temporis. Facile eſt enim veritatẽ dicere, quę ſine ornatu perſuadet vt recipiatur vbiq;. Et ne in auxilio amicorũ confidant,ſubiungit grauiorẽ perſecutionem quæ eſt ab amicis. Quia ſecundum Greg. plus in nobis ea tormenta ſæuiũt, quę ab illis patimur,de quibus præſumebamus:quia cũ damno corporis, mala nos cruciant,amiſſæ charitatis. Vnde ait: [Tradet aũt frater fratrem,pater filiũ,& filius parentes in mortẽ] ſcilicet infidelis fidelem. Quia, vt ait Hiero. non eſt inter eos vllus fidus affectus: quorum diuerſa fides eſt. Vnde Chry. Nemo ſperet in patronis,nemo in amicis,aut parẽtibus:cùm etiã frater fratrem tradat in mortẽ, pater filium, & filius patrem. Vide quale tunc incendium perſecutionis ardebit: vt nec ſibijpſi parcat natura. Quomodo aũt tunc patronorum, aut amicorũ fidem integrã quæras: cùm videris amicitiã fraternitatis & paternitatis eſſe extinctam? Si enim amicitia in ipſa natura deficiet: quomodo inuenietur extra naturã? hæc Chryſ. [Et eritis odio omnibus hominibus] humana ſapientibus, ſcilicet amatoribus mundi,qui inimici ſunt dei. Homo enim hîc E
magis dicit vitiũ,quàm naturam:quia multum repugnat amor dei,& mũdi: diſtãt enim plus,quàm cœlum & terra. q.d. Eritis odio nõ ſolum inimicis, ſed etiã amicis:nõ ſolum extraneis,ſed etiam propinquis,ſcilicet parentibus & fratribus. Sequentes enim Chriſtũ,frequenter ſunt odioſi alijs,etiã carnalibus fratribus. Et ſubditur [propter nomẽ meũ] quod additur propter conſolationẽ eorũ:quia delectabile eſt propter amorem nominis domini, eſſe odioſum. Quod enim habetur odio,propter nomẽ Chriſti,cauſa eſt ſufficiẽs patienter perſecutiones ſuſtinendi:& ad hoc magnũ ſequitur prœmiũ:quia non martyrẽ facit pœna, ſed cauſa. Et ne in tribulationibus deficiant,cõſolatur eos ſubiungẽs: [Qui autẽ perſeuerauerit vſq; in finem] ſcilicet in gratia permanẽdo,nõ finaliter ſuccũbendo. Vel ſecundũ Remig. qui præcepta fidei nõ deſeruerit,& in perſecutionibus nõ defecerit [hic ſaluus erit] quia finis F
nõ pugna,coronat:nõ enim cœpiſſe,ſed perfeciſſe, virtutis eſt. In quo non modicã dat conſolationem inter perſecutiones,& in tolerãtia tribulationum: quia nõ inchoãtibus,ſed perſeuerãtibus, confertur præmiũ. Non enim coronabitur,niſi qui legitimẽ certauerit. Hoc ſignificatur in ſigno Tau, quæ eſt vltima litera,quo omnes ſaluãdi ſignantur. Dicit enim hîc,in ſignũ diſcretiõis,ſingularitatis,& paucitatis. Vnde Chry. Quia incipere multorũ eſt, finire paucorũ:ſemper in principio delectatio eſt,in fine probatio. Cura bonę fidei,eſt exitus bonus: qa nõ incipere aliquod bonũ glorioſum eſt,ſed finire. Quod propter deũ fit,æternũ eſt: ſicut deus æternus eſt. Cùm ergo cõuerſus fueris ad deũ,& cœperis deo ſeruire,& opera iuſtitiæ facere, aliquando acta tua præterita recorderis, ſed finẽ tuũ cogita: quia præteritorũ operũ bonorũ cõſideratio, negligentiã vel iactantiã operatur: cõſideratio aũt finis timorẽ. Vnde & Ber. Perſeuerãtia eſt vigor viriũ, conſummatio virtutũ,nutrix ad meritũ,mediatrix ad præmium,ſoror patiẽtiæ,conſtantiæ filia, ami-

Amicorũ perſecutio cur grauior.

Perſecutio fratrũ.

2.Timo.2

Perſeuerantia.

Finis coronat.

Perſeuerãtiæ laus.

ca pacis,amicitiarum nodus , vnanimitatis vincu-
G lum,ſanctitatis propugnaculū. Tolle perſeueran-
tiam,nec obſequiū habebit mercedē,nec beneficiū
gratiam,nec fortitudo laudem. Deniq; non qui in-
ceperit,ſed qui perſeuerauerit,ſaluus erit.hęc Ber.

*Perſeuerātia duplex*

Et nota ꝙ duplex eſt perſeuerantia. Vna eſt,conti
nuatio in bonis operibus:hæc non eſt in præcepto.
Alia,perſeuerātia volūtatis in propoſito bene agē-
di:& hæc eſt in præcepto. Et quia apoſtoli adhuc
erant infirmi,nōdum virtute ex alto induti, docet
eos tanquā teneros fugere,vt pluribus poſsint pro
deſſe,dicens:[Cū autē perſequentur vos in vna ci-
uitate:fugite in aliā]vt amplius diuulgetur nomen
veſtrū,& veſtra prædicatio audiatur: & vt veſtræ
infirmitati prouideatur,& hoſtibus parcatur. Vn

*Fugę ſuaſio à domino.*

de Chry. Sciens in tentationibus infirmitatē hu-
manæ naturæ:ſi quis vos,inquit, perſecutus fuerit
in ciuitate iſta:fugite in alterā. Non enim contēno
timidos,nec eligo tantū fortes:quia nō virtutē ho-
minū deus cōſiderat,ſed voluntatē. Nā ille qui fu-
H git,etſi virtute quidē diſsimilis eſt,volūtate tamen
æqualis eſt. Nā ſicut iſte ideo paſſus eſt , ne ſe ma-
gis videatur amare,quàm deū:ita & ille ideo fugit,
ne victus in doloribus,theſaurū Chriſtianitatis a-
mittat. Hoc aūt mandat,non vt qui ſteterit peccet:
ſed vt qui fugerit,non peccet. Infirmitati humanę
conſulit:nō fidei prōptioris virtutē excludit. Dici-
mus aūt ad cōſolationē fugientiū Chriſtianorum,
quoniam ſtare quidē fortis fidei eſt:magnæ aūt hu
militatis,fugere.hæc Chry. Vnde & Remig. Sicut

*Licētia fugiendi infirmis conuenit.*

præceptū perſeuerādi in perſecutionibus ſpeciali-
ter ad Apoſtolos ptinet,& ad eorū ſucceſſores viros
fortes:ſic licētia fugiēdi ſatis cōuenit infirmis in fi
de. Cuilibet cōdeſcēdit pius magiſter, ne ſi ſe vltro
ad martyriū obtuliſſēt,fortaſsis poſiti in tormētis
negarēt:leuius eñ erat fugere, quàm negare. Sed
quāuis fugiendo perfectæ fidei cōſtantiā in ſe non
oſtēderēt:tamen magis meriti erāt quoniā omnia
pro Chriſto parati erāt deſerere fugiēdo. Niſi aūt
illis licentiā fugiēdi dediſſet:dicerēt eos aliqui alie
I nos eſſe à gloria regni cœleſtis hęc Remigius. Vbi

*Perſecutio perſonalis.*

ſciendum ꝙ perſecutio aliquādo eſt perſonalis : vt
quādo quis quęritur ad mortē:nō quia fidelis prin-
cipaliter,ſed propter odiū perſonę determinatę,&
tunc eſt ſemper fugiendū. Sicut Paulus quęrebatur
ad mortē in Damaſco. Quod patet ex hoc,ꝗa alij
fideles permittebātur ibi pacificè habitare:ſed quę

*2. Cor. 11.*

rebāt ſolum Paulū interficere. Ideo dimiſſus à fra-
tribus per murū,fugit perſecutionē perſonalem:
non timēdo perſecutionē, ſed potius declinādo, vt
multis prodeſſet. Itaq; nō eſt imperfectionis fuge-
re,ſecundū dictamen rectæ rationis ad tēpus ſalu-
brius:vt ſaluetur fugiens ad maiores fructus. Ali-

*Perſecutio fidei.*

quando aūt non ſolūm eſt perſecutio perſonæ, ſed
etiam fidei & iuſtitiæ:& tūc ſi homo percipiat pro
babiliter ꝙ ex fuga ſua ſequatur deriſio fidei,& de
preſsio iuſtitiæ:fuga eſt mala,& peccatū mortale.
Si aūt non apparet hoc probabiliter,ſed magis con
trarium:vtpote,quia ex fuga tali poteſt alibi fieri
vtilitas eccleſiæ:ex manſione aūt non habetur niſi
occiſio miniſtrorū eccleſiæ,& conculcatio articu-
lorum fidei ab obſtinatis infidelibus,tūc eſt fugien
dum,& alibi proficiendum:qui enim non poteſt in
vno loco proficere,debet ad alium tranſire. Vnde K
Aug. Faciāt ergo ſerui Chriſti, quod præcepit vel

*Fugam ſuadet.*

permiſit:ſicut ipſe fugit in Aegyptum. Fugiant o-
mnino de ciuitate in ciuitatē,quando eorum quiſ-
quam ſpecialiter à perſecutoribus quæritur : vt ab
alijs qui nō ita quærūtur,nō deſeratur eccleſia , ſed
præbeant cibaria conſeruis,quos aliter viuere non
poſſe,nouerint. Cùm aūt omnium,id eſt epiſcopo-
rum,clericorū,& laicorum eſt cōmune periculum,
hi qui alijs indigent,nō deſerantur ab alijs quibus
indigent. Aut igitur ad loca munita omnes tranſ-
eant : aut qui habent neceſsitatē remanendi,nō re-
linquantur ab eis,per quos illorū eccleſiaſtica ſup-
plenda eſt neceſsitas:vt vel pariter viuant,vel pari-
ter ſufferant quod eos paterfamiliâs volet pati.hęc
Aug. Sed ne dicerēt , Iuſsiſti ne ad Gentes iremus:
quid ergo faciemus ſi omnes ciuitates Iudęæ cir-
cumiemus,& nos abiecerint?Hoc præuenit, hunc
timorem remouendo dicens: [Amen dico vobis,
non conſummabitis ciuitates Iſraël] prædicando

*Aduentus Chriſti.*

ſcilicet ibi aduentū,vel fidē Chriſti, [donec veniat
filius hominis]reſurgendo ſcilicet à mortuis: quia
denuntiato aduentu Chriſti ab apoſtolis per ciui- L
tates Iudeę , immediatè paſſus eſt Chriſtus: & à
mortuis reſurgēs, apparuit diſcipulis. Vnde Raba-
nus: Prædicit ꝙ nō ante prędicationibus ſuis,ad fi-
dem perducerēt ciuitates Iſraël, ꝙ reſurrectio do-
mini fuerit perpetrata,& toto orbe terrarū,prędi-
candi euangeliū poteſtas conceſſa. Vel ſi intelliga
tur de aduentu Chriſti ad iudicium , tunc intelli-
genda eſt conſummatio prędicationis apoſtolorū,
per totum orbem,quantum ad conuerſionis effe-
ctum:quia vbiq; diſperſi ſunt filij Iſraël,ſecundum
prædeſtinationē. Licèt enim prædicatio apoſtolo-
rum,diſcurrerit per totū orbem , tēpore ipſorum:
quia in omnem terrā exiuit ſonus eorū:tamen effe

*Pſal. 18.*

ctus conuerſionis fideliū,quantū ad eos qui genera
liter cōuertendi ſunt ad fidē,habebit plenariè effe-
ctum circa mundi finē. Vnde dicit. [Amen dico vo
bis:non conſummabitis]id eſt cōplebitis[ciuitates
Iſraël]fugiendo,vel fidē prædicando , & ad fidem
conuertēdo[donec veniat filius hominis]ſcilicet ad M
reſurrectionē generalē,in gloria patris. Nō enim
conuertētur cōmuniter filij Iſraël,donec prope fi-
nem mūdi. Vnde Chry. Et quaſi dicētibus eis,quā
diu poſſumus fugere. Grauior eſt enim fuga lōga,
quàm velox mors cōſolans eos. Propterea dominus
ait:[Nō conſummabitis ciuitates Iſraël,donec ve-
niat filius hominus.]Si de apoſtolis hoc tantū intel
ligitur dictū,non procedit intellectus: cùm multò
antè defuncti ſint apoſtoli , quàm Chriſtus adue-
niat. Sed omnia quæ ad apoſtolos loquitur,etiā ad
illos loqui videtur,qui poſtmodū per illos fuerant
credituri,vſq; ad exitū mūdi. Ipſi enim duodecim
erāt capita totius Chriſtianitatis futurę. Et quēad-
modū,quod in os miſeris,per tota corporis mēbra
diſpargitur:ſic & apoſtolis quod dicebatur,ad totā
plenitudinē Chriſtiani corporis pertinebat. Scie-
bat enim dominus quia notitia eius tot occupatura
fuerat ciuitates:ita vt penè omnes totius orbis ter-
rę ciuitates Iſraëliticę dicerentur.hæc Chryſoſto.
Deinde



A Deinde poſt oſtenſam magnitudinē tribulationis

*Tribulatio tolerāda.*

imminentis,hortatur diſcipulos ad eius tolerantiā,
& conſolatur eos ſuo exemplo , & procedit à mi-
nori ſic:Si in magiſtro , in domino , in patrefami-
liâs blaſphemias iniecerunt,& iniurias multas ſine
cauſa fecerunt, & ipſe patienter & intrepidè ſuſti-
nuit:multò plus fiet in ipſis qui ſunt vt diſcipuli,ſer
ui,& famuli:& ipſi ſimiliter debēt patienter ſuſti-
nere. Vnde dicit: [Non eſt diſcipulus ſuper magi-
ſtrum,neque ſeruus ſupra dominū ſuum,] intelli-
gendum eſt donec & quamdiu fuerit diſcipulus:&
ſeruus non eſt inquam ſuper magiſtrū & dominū,
ſecundum honoris naturā:vel [non eſt diſcipulus,]
id eſt,non debet eſſet [ſupra magiſtrū, nec ſeruus]
debet velle [ſupra dominū ſuū:] cōtraria , & quaſi
potentiora magiſtro , & domino ſuo operādo.q.d.
Non dedignemini tolerare vos ſerui & diſcipuli
quod ego tolero, vel tolerabo, dñs & magiſter: ꝗa

*Exemplū Chriſti.*

dñs ſum faciēs quod volo, & magiſter docēs quod
vtile ſcio. Mea exēpla vos doceant:ad me reſpicite
B quid in me fieri videtis,hoc in vobis ne formidetis.
Qui me offendere & perſequi nō timent,vos quo-
que offendere & perſequi nō timebunt. Vñ Chry.
Nunc incipit eos cōſolari in paſsionibus eorū futu-
ris ſuo exēplo . Naturalis eſt res ſi pro deo iniuriā
patimur , ab aliquibus indignis iraſcimur & dole-
mus. Si verò audierimus aliquā præclarā perſonā
quę ſimiliter paſſa eſt,refrigeramur:& inflatio in-
dignationis noſtrę laxatur. Dicimus enim ſi vir il-
le qui clarior eſt quàm ego , paſſus eſt talia : planè
ego iniuriæ meæ nō debeo ſentire dolorē . Quātò
magis conſolabuntur diſcipuli in paſsionibus ſuis
cùm diſcipuli eſſent, & ſerui , recordantes Chriſtū
dominū & magiſtrū talia aut maiora perpeſſum.
hæc Chryſoſt. Et ideo debent dominū non ſolum
patienter,ſed etiam gaudenter ſequi:quia, vt dicit

*Miles malus.*

Seneca: Malus miles eſt, qui imperatorē gemēs ſe-
quitur. Et ſubiūgit: [Sufficit diſcipulo,] id eſt,ſuf-
ficere debet, [vt ſit ſicut magiſter eius:& ſeruo, vt
ſit ſicut dominus eius:] iniurias ſuſcipiens, & vin-
C dictam nō quærens:mala recipiēs, & beneficia cō-
ferens:vel ſufficere debet ei ſi nō plus cōculcetur &
contēnatur. Perfectus autē erit ſi ſit ſicut magiſter,

*Magiſtri aſsimilatio.*

& dominus eius ipſum in ſuis imitando operibus:
quia perfectio & aſsimilatio magiſtri. Vnde Beda:
Si magiſter nō ſuas vult vindicare iniurias ꝗ deus
eſt:ſed ipſos mauult inſectatores patiendo reddere
mitiores,eandē neceſſe eſt diſcipuli qui puri homi
nes ſunt,vt regulā perfectionis ſequātur. Hęc Bed.
Hoc autem dictū domini in propoſito eſt verū,vbi
de ſe loquitur,qui eſt magiſter & dominus:imò pa
ter omnium:ſe enim dicit magiſtrū & dominum.
Apoſtolos autem & eorum imitatores vſq; ad finē
ſeculi dicit diſcipulum & ſeruum. Huius magiſtri,
& domini imitatio , eſt humana perfectio . Vnde

*Imitatio Chriſti, hominis eſt perfectio.*

Aug. Summa Chriſtianę religionis,eſt imitari quē
colis. Nō autem dicit hoc dominus de alio: ſi enim
magiſter indoctus fuerit,nō ſufficit diſcipulo igno
rantia magiſtri:& ſi dominus miſer fuerit, nō ſuf-
ficit ſeruo miſeria domini. Vel ſecundum Chryſo.
Non ſecundum ea quæ rarò contingunt: ſed ab
amplioribus & ab his quæ ſunt in pluribus ſuſci-
pit hunc ſermonē. Et addit: [Si patremfamiliâs,]
id eſt,me qui paternam gero ſolicitudinem, patris D
habens autoritatem , [Beelzebub vocauerunt,] id
eſt,me operari in Beelzebub dixerunt,[quātò ma-
gis domeſticos eius:] ſcilicet vos in hoc etiam diffa
mabunt? Quòd enim Apoſtoli facerent miracula
virtute dæmonis,ſæpe dixerunt Iudæi & gentiles,
vt patet multipliciter ex Apoſtolorū legendis. Nō
ergo boni contriſtari debent, ſi fortè ab aliquibus
prauis hominibus ſine culpa detrahatur eis : quia
ad conſolationē noſtrā ſua dominus opprobria ad-
ducere dignatus eſt , dicēs: [Si patrēfamiliâs Beel-
zebub vocauerūt, quantò magis domeſticos eius?]

*Detractio quibuſdā expedit.*

Sunt eñ plurimi qui vitā bonorū fortaſſe amplius
laudant quàm debēt : & ideo ne eis elatio de laude
ſurrepat, permittit omnipotens deus malos in ob-
trectatione prorūpere: vt ſi qua culpa ab ore laudā-
tium in corde bonorū naſcitur , per obtrectationē
malorum ad pœnitentiā reuocētur. Sed inter ver-

*Te non quæſieris extrà.*

ba laudantiū & vituperātium, ad mentē ſemper re
currere debemus, & ſi in ea nō inuenitur bonū qđ
de nobis dicitur: magna triſtitia in nobis generari
debet:& ſi in ea non inuenitur malū quod de nobis E
dicitur,in magnā lætitiam reſilire debemus. vnde
Grego. In omne quod de nobis dicitur,ſemper ta-
citi ad mentē recurrere debemus interiorem teſtē,
& iudicem quærere. Quid enim prodeſt ſi omnes
laudent,cùm cōſcientia nos accuſet? Aut quid pote
rit obeſſe,ſi omnes nobis derogent,& ſola nos con-
ſcientia defendat? Vñ Cato: Cùm te quis laudat,iu-
dex tuus eſſe memēto. Plus alijs de te,quàm tu tibi
credere noli. Sed vt dicit Greg. Qui nō amat glo-
riam,non ſentit contumeliā. Et de virtutibus alijs

*Laudari in pręſentia periculoſum eſt.*

& vitijs ſimiliter iudicabis. Valde autem periculo
ſum eſt hominē in pręſentia ſua laudari,quia opor
teret eum valde fortē in deo eſſe,ꝙ non elevaretur
intus in corde: vt etiā conſulit Oratius: Quales cō-
mendes aſpice,ne mox incutiāt tibi aliena peccata
pudorem. Igitur loco gloriæ id amplectimur,ſi do

*Tribulatur Eccleſia militās*

mino noſtro in paſsionū cōditionibus adęquamur.
Quia eñ in igne tribulationis peccata purgantur:
ideo ſicut tunc caput Eccleſiæ Chriſtum fluctibus
paſsionum deus expoſuit:ſic & corpus eius,ſcilicet F
Eccleſiam ſuā vſq; in finem ſeculi , ad probationē
& purgationē tribulari permittit. Aſpera enim &
dumis,ac ſentib⁹ plena & horrida eſt virtutis via.
Sic patriarchæ,ſic prophetæ,ſic Apoſtoli,ſic mar-
tyres, ſic confeſſores, & virgines,& quotquot pla-
cuerunt deo:per multas tribulationes trāſiere fide-
les: ſic etiam omnia Chriſti membra vſq; ad diem
iudicij pertranſibunt. Vnde Auguſt. Nullus ſeruus
Chriſti ſine tribulatiōe eſt. Si putas nō habere per-
ſecutiones,nondū cœpiſti eſſe Chriſtianus. Et ſub-
iungit dominus concludendo, [ne ergo] domeſtici
& imitatores mei, [timueritis eos:] ſcilicet perſe-
cutores , homines fragiles & peccatores, nec eorū
blaſphemias,vel ſæuitias,omittēdo veritatem fidei
propter perſecutionis timorē:ſed ferte patiēter in-

*Paſsionis Chriſti memoria.*

iurias,propter dei amorem. Ad tolerandum igitur
patienter aduerſa,multū iuuat, ſi quis Chriſtū pro
ſe paſſum cogitat. Vñ Aug. Noli eſſe puſillanimis:
ſi eñ pleno corde intuitus fueris quid pro te Chri-

 ſtus

ſtus paſſus fuerit, nec tu puſillanimitate deficies:
G ſed magnanimiter & tu quicquid aduerſi acciderit tolerabis, inſuper & gaudebis: quia inuentus es in aliqua ſimilitudine paſsionum regis tui. Et iterum

Ioan.14.

ſi ille ꝙ veriſsimè dixerat: Ecce venit princeps mũdi huius, & in me nihil inueniet: dictus eſt peccator iniquus, Beelzebub inſanus, tu dedignaris ſerue audire pro meritis tuis quod dominus audiuit nullis meritis ſuis? Ille venit vt præberet tibi exemplum, quaſi gratis hoc fecerit ſi tu nõ proficis. Quare eñ ille audiuit, niſi cùm audires tu non deficeres? Ecce tu audis, & deficis. Fruſtra ergo ille audiuit: nõ eñ propter ſe, ſed propter te audiuit. Ideo enim prior ille ſuſtinuit, vt nos ſuſtinere diſceremus: & ſi ille qui non habebat quod ſibi obijciebatur: quãtò magis nos qui & ſi non habemus peccatũ quod nobis obijcit inimicus, habemus tamen alterum quod dignè in nobis flagellatur. Neſcio quis furem te dicit, & nos es fur: audis opprobrium, non tamen ſic non es fur vt non ſis aliquid quod deo diſpliceat. Et iterum: Vnuſquiſque cõſiderans conſcientiã ſuam,

Contumeliã & opprobria audire docemur.

H ſi mundi amator eſt, mutetur: fiat amator Chriſti, ne ſit antichriſtus. Si quis ei dixerit ꝙ antichriſtus ſit, iraſcitur iniuriã ſibi factã putat. Dicit ei Chriſtus, Patiens eſto. Si falſum audiſti, gaude mecum: quia & ego ab antichriſtis falſa audio. Si autẽ verum audiſti, conueni conſcientiã tuam: & ſi audire times eſſe, plus time. Hæc Aug. Vñ & Grego. Tũc illata cõuitia bene toleramus, cùm in ſecreto mentis ad mala perpetrata recurrimus. Leue quippe videbitur ꝙ iniuria percutimur, dùm in actione noſtra conſpicimus, ꝙ peius eſt quod meremur. hæc Gregorius: Deindè dominus hortatur diſcipulos, ad tolerantiam, ex conſideratione diuini iudicij, in quo oĩa manifeſtabuntur: q̃a bona & mala omniũ erunt omnibus manifeſta, tale enim erit iudicium quod omnibus videbitur iuſtum: quod non poſſet eſſe niſi merita, & demerita viderẽtur ab omnibus manifeſtè. vnde dicit: [Nihil enim eſt opertum,] in præſenti tempore quantũ ad operata quæ occultantur ex induſtria, [quod non reueletur,] in iudi-

Antichriſti q̃ ſint.

Conuitiorum tolerãdorum facilitas.

I cio futuro: [& nihil eſt occultum,] nũc quantũ ad cogitata quæ occultantur ex propria natura, [qđ] tunc [nõ ſciatur:] quia non ſolum opera: ſed etiam cordis ſecreta quæ ſoli deo ſunt nota, tunc erunt nobis manifeſta. q.d. ſecundum Hieronymũ: Nolite timere perſequẽtium ſæuitiam, & blaſphemantiũ rabiem, neq; æmulemini ſimulatores: quia veniet dies iudicij, in quo & veſtra virtus, & eorum nequitia omnibus demõſtrabitur, & cuilibet ſecundum opera ſua tam interiora quàm exteriora reddetur: quia tunc patientia martyrium præmiabitur, & nequitia perſecutorum punietur. Nolite ergo euãgelium erubeſcere: ſed tota intentione verbo operãdate, fixa mente retinentes illum extremę retributionis diem, quo illuminabit deus abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit cogitationes cordiũ: tunc enim erit vobis à deo laus, & aduerſarijs veritatis pœna manet æterna. Conſideratio huius manifeſtationis debet dare magnam audaciam in veritatis prædicatione, & prædicatores monere ad prædicandum veritatẽ ſecurè. Propter quod ſubditur:

[Quod dico vobis,] ſcilicet modò exiſtẽtibus, [in tenebris:] ſcilicet timoris, id eſt, dum adhuc in ti-
K more carnali eſtis, [dicite,] id eſt, prædicate [in lumine,] id eſt, in fiducia ſecuritatis: quod & fecerũt accepto ſpirituſancto [& quod in aure auditis,] id eſt, ſolo auditu percipitis, [prædicare,] opere cõplendo; exiſtẽtes, [ſuper tecta,] id eſt, corpora veſtra, quæ ſunt animarum domicilia. Vel [quod dico vobis in tenebris: dicite in lumine;] id eſt, quod auditis in myſterio, & enigmate, prædicate apertius & manifeſtè, & qđ in aure auditis: prædicate ſuper tecta,] id eſt, quod vos erudiui in paruulo Iudeæ loco, audacter dicite in toto mundo: vel [quod dico vobis in tenebris,] id eſt, in locis priuatis, [dicite in lumine,] id eſt, in locis publicis & cõmunibus: quia Apoſtoli poſtea in palàm populo prædicauerunt ea quæ ſeorſum à Chriſto didicerũt, [& quod in aure auditis,] id eſt, in ſecreto ſoli: prędicate ſuper tecta, id eſt, publicè coram omnibus nulli abſcondentes verbũ, quaſi quis ſtet ſuper tectũ, & clamet in publicum. Et loquitur ſecundũ modum

Super tecta prędicare.

L in Palæſtina, vbi domus nõ habent tecta cacuminata, ſed plana: & ibi ſolebant ſermones fieri ad populum inferius in terra poſitũ. Conſidera hîc: quia diſcipuli domini exponũtur perſecutionibus, nos autem in pace pigritamus: propter quod venia digni nõ ſumus. Vndè Chryſ. Quo vtiq; erimus digni, in pace molliti & pigritantes? Nullò denique bellãte occidimur: nullo perſequente diſſoluimur: In pace ſaluari iuſsi, & neque hoc poſſumus: quæ igitur nobis venia? Non flagella, non carceres, nõ principes, non ſynagogę, non aliud aliquid talium imminet: ſed & contrarium vniuerſum. Nos regnamus, etenim reges pij ſunt: & honores multi ſunt Chriſtianis, & neque ita ſuperamus. Si igitur fieret præliũ eccleſiarum, & perſecutio: excogita quãta eſſet deriſio, quanta opprobria. Et valde decenter: Cùm enim in palæſtra nullus exercitatur, qualiter in agone erit clarus? Sta igitur aduerſus paſsiones, fer vtiliter dolores qui ſunt mentis: vt & eos qui ſunt corporis ſuſtineas. Etenim beatus Iob, niſi bene eſ-

Teſtis leſtimoni.

Pigritia noſtra reprehenditur.

M ſet exercitatus ante agones, nõ vtique ita clarus in agonibus effulſiſſet: niſi meditatus fuiſſet extra omnem triſtitiã eſſe, dixiſſet vtiq; aliquid pertinax, nunc autem ad omnia ſtetit certamina. Hanc igitur fortitudinem, hanc manſuetudinem, & nos zelemus illius qui ante legem & gratiã fuit: vt æternis cum eo poſsimus communicare tabernaculis. Hæc Chryſoſtomus.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte Clementiſsime, qui diſcipulos tuos ad præliandum contra mundũ & diabolum ſicut oues inter lupos miſiſti: & eis conſolationem intolerantia tribulationum præſtitiſti, confirma fragilitatem meam & mihi contra mundi pericula, & inſidias diaboli, præbe firmitatem: cuſtodi me ab hoſtibus meis viſibilibus & inuiſibilibus; & dà mihi patientiam in aduerſis & tribulationibus, vt te meum creatorem ſemper ſentiam meum defenſorẽ: & in præſenti vita ſemper à te defenſus, poſt hanc ad te perueniam à peccatis omnibus abſolutus. Amen.

De non



De non timendo mortem, & confidendo Chriſtum. Caput LIII.

A

Matth.10.

POſtquam dominus excuſsit diſcipulis timorem perſecutionum, & infamiæ, ſeu maledictionis: cõſequenter aufert eis timorẽ mortis corporalis quæ eſt vltimũ omnium terribilium in hoc mundo & finis. Et vt ait Chry. Non promittit eis ereptionẽ à morte: ſed permittit mori, maiora largiens quàm ſi non feciſſet hoc pati: ſuadere enim contẽnere mortẽ, maius eſt quã eruere à morte. Euacuat autem dñs timorẽ mortis ſex rationibus: quæ in ſerie literæ ponuntur. Prima eſt ex cõſideratione humanæ impotẽtiæ: quia homines nõ poſſunt lædere niſi in minimis, ſcilicet in corpore, & ſic læſus proficit in magnis: ſcilicet in anima. Vnde ait: Dico autem ſpecialiter vobis amicis meis, qui nihil terrenũ cupitis: qui debetis alijs eſſe exemplum fortitudinis. [Nolite timere eos qui occidũt

Timor mortis expellitur ſex rationibus.

B corpus,] id eſt, hominẽ in corpore tantũ, & ad tempus [animã autem nõ poſſunt occidere,] quin deus eam corpori reddat, & ipſum corpus reſuſcitet. Vbi Chry. Nolite timere eos qui occidũt corpus, ne fortè propter timorẽ mortis, non liberè dicatis in lumine quod audiſtis in tenebris: nec fiducialiter prędicetis omnibus, quod in aure ſoli audiſtis. Sicut ergo ex his verbis oſtenditur, non ſolũ ille eſt proditor veritatis, qui tranſgrediens veritatẽ palàm pro veritate mendaciũ loquitur: ſed etiam ille qui non liberè pronuntiat veritatẽ, quã liberè nũtiare oportet: aut non liberè veritatẽ defendit, quã liberè defendere cõuenit, proditor eſt veritatis. Non ſolum ille tranſgreſſor eſt veritatis, qui palàm denegat veritatem: ſed etiã ille qui propter timorẽ eorum qui poſſunt occidere corpus, tacet veritatẽ. Et quid dico, quia propter timorẽ mortis tacent homines veritatem: propter miſerum ventrẽ, & propter ſpem vani honoris tacent homines veritatẽ. Sed fortè dicis: Si taceo veritatẽ ante aduerſarios, nunquid conſentio mẽdacio eorũ? Dic mihi: Si princeps aliquis

Vera taceri nolũt.

Proditor veritatis.

C Romani imperatoris, videns ciuitatẽ Romanam ab hoſtibus expugnari, cùm poſsit liberare, defendere neglexerit: num ipſe videbitur tradidiſſe: quã potuiſſet liberare ſi voluiſſet: ſic & tu videns veritatem dei ab impijs expugnari, cùm poſsis eam defendere ſi loqui voluiſſes, tacens expugnaſti per hoc ipſum ꝙ eam paſſus es expugnari. Et ſi propter timorẽ eorum, qui occidunt corpus tacere veritatem impietas eſt: quomodo non ſit impietas maior tacere veritatẽ, propter miſerũ ventrẽ, & ſpem vani honoris, melioreq; facere gratiã panis & honoris, quàm gratiam veritatis dei. [Et nolite timere eos qui occidant corpus,] quoniã corpus & ſi ab impijs occiſum nõ fuerit, propter deum, à ſeipſo poſt modicum morietur propter naturã: ergo occiſi ſecundum corpus ab impijs, nihil perdunt niſi mortis dilationẽ, magis autẽ nec ipſam dilationẽ. Si enim verum eſt, ꝙ nec foliũ cadit de arbore ſine præcepto dei: & quia numerati ſunt nobis dies ad vitam, credere debemus ꝙ nec moriuntur ante diem, nec trãſire poſſumus diem. Tamen ponamus quoniam & ante diem moritur, qui moritur propter deum. Si

Ante diẽ mori.

ergo & gratis poſt modicum morituri ſumus, nulla
D dei cauſa propoſita, quare non ante modicũ in cauſa dei cum gloria morimur, vt fiat ſacrificiũ voluntariũ propoſita cauſa dei: vt offeramus deo pro munere quod aliquando reddituri ſumus pro debito. Ecce ſi mutuo acceperis vt puta bouẽ, aut equũ, aut aſinum, nonne aſsiduè opus tuũ operaris in eum? Dicis enim apud te, hodie aut cras tollendus eſt à me: quia non eſt meus. Et in corpore corruptibili natus, quare non ad vtilitatẽ animæ tuæ vteris corporali corpore tuo, ſciens quia poſt modicũ tollendum eſt à te: quia non eſt tuũ. Quę eſt iſta inſipientia noſtra odire quod noſtrũ eſt, & amare quod noſtrum nõ eſt? Studere quod ſeruare non poſſumus, & negligere quod in æternũ habebimus? Nolite timere eos, occidũt corpus.] Quid eſt timor mortis? Non dolor exeundi de corpore: ſed deſperatio vitæ poſt mortẽ, id eſt, timet mortem, qui non putat ſe viuere poſt mortem. Vis ſcire: Ecce frequenter homines grauẽ dolorem patiuntur in infirmitate, & non moriuntur & tamẽ magis contenti ſunt grauẽ

Mutuo accepit anima corpus

Timor mortis quid ſit.

E dolorẽ pati, & nõ mori. Vides ergo quia non dolor mortis, ſed mors ipſa timetur. Et iterũ: Qui malæ cõſcientiæ eſt, ſemper puſillanimis ac timidus eſt. hæc Chry. Vnde ait Seneca: Timidũ non facit animum, niſi reprehẽſibilis vitæ cõſcientia mala. hæc Seneca: Sit ergo tibi ſingularis & ſuperexceſsiua fiducia in Chriſto, & eius promiſsis & verbis in omni periculo & dubio, & in omni inopia cor ineffabiliter aſſecurans: ita ꝙ ſi omnia caſtra dęmonum & tota ſynagoga peccantiũ, ac tota caterua mundanorũ ſapientium & principũ te obſideãt, habeas oẽs pro fumo volatili, & pro ſtupa, & pro ſpuma gracili & inani: & ſi in principio tẽtationis fortis fueris: poſtea minus vinci poteris. Vñ Chry. Omnis operatio inimici talis eſt. In primis grauis, & ferè intollerabilis eſt impetus eius. Quia ſi quis forti animo ſuſtinuerit eum, ſecũdò inueniet eum infirmiorẽ. Et quãtò plus repercuſſus fuerit, tantò magis frigeſcit. Vñ puto in perſecutionibus Chriſtianis

Impetus aduerſarij noſtri.

F ſi in primis quando cõprehenduntur non denegauerint territi, nullis poterunt poſtea vinci doloribus: quia diabolus non tantũ habet in ſe virtutis, quantũ terroris. hæc Chry. Secunda ratio eſt, ex cõſideratione diuinæ potentiæ: quia deus poteſt poteſtate ordinaria, non ab alio delegata vel permiſſa, & animã & corpus perdere, quod plus eſt quàm corpus occidere. Vnde dicit: [Sed potius eum timete, qui poteſt corpus & animam perdere in gehennam,] quæ eſt mors animæ æterna. Manum enim omnipotẽtis nullus poteſt effugere, neq; viuus, neq; defunctus. Vnde in Eccleſiaſte: Deum time, & mãdata eius obſerua hoc, id eſt, ad hoc, eſt omnis homo. Nullum ſiquidẽ ſummè pius perdit: ſed perdere dicitur quãdo nõ ſeruat: ſicut indurauit cor Pharaonis, id eſt, non emolliuit, ſed indurari permiſit. vt autem dicit Greg. Magna ſecuritas eſt nihil timere præter deum: & ſtultus timor eſt, quo plus timetur humana indignatio quàm diuina. Nam vt dicit Sapiens, Qui timet hominem, citò corruet: qui ſperat in domino, ſubleuabitur. Sed proh dolor, hodie à multis plus timetur offenſa hominis,

Eccleſiaſtes 12.

Securitas magna.

Prouer.19

nis,quàm dei:& magis damnũ corporis,quàm animæ. (G) Iuſtum enim eſt vt timeamus non timenda, qui timere volumus timẽda. Vnde Chryſo. Quia enim quæ oportet non timemus, propter hoc quæ nõ oportet formid mus. Timore igitur mundi ex pulſo,ſeruite dño timore gehẽnæ:donec illum charitas foras mittat permanente caſto timore,id eſt, reuerentia ſine fine deo exhibenda. vt enim dicit Chry. In natura creauit deus timere carnalia mala,vt per timorẽ carnalium magis timeamus ſpiritualia. Et ſciendum ꝙ multiplex eſt timor:ſcilicet humanus,mundanus,naturalis,ſeruilis,initialis,filialis,ſiue caſtus. Duo primi ſunt vitia, duo vltimi ſunt virtutes:duo medij nec vitia, nec virtutes.

Timor naturalis.
Timor multiplex

Humanus timor ille eſt quo quis à bono declinat ad malũ:vt vitet corporale periculũ. Sicut Petrus qui ne mortẽ incurreret,vitã negauit: immemor eius qđ audierat à magiſtro,nolite timere eos qui corpus occidunt,animã autem non poſſunt occidere.

Humanus timor quis eſt.

Mundanus timor eſt ille quo quis à bono declinat ad malũ:vt vitet temporale incõmodũ ſiue damnũ. Sicut Herodes qui ne regnũ perderet innocẽtes occidit,illic trepidans timore vbi non erat timor. (H) Naturalis timor eſt ille quo quilibet homo naturaliter horret pœnã,& timet nocumentũ naturæ. Sicut & ipſe Chriſtus, de quo legitur ꝙ Ieſus cœpit pauere & tedere,cõtriſtari & mœſtus eſſe.

Mũdanus & naturalis timor quis eſt.
Pſal.52.
Marc.14.

Seruilis timor eſt ille quo quis timet peccare propter gehẽnam,& nõ amore iuſtitiæ:ſed formidine pœnę cohibet manũ,ſed non animũ à peccato. Et de tali timore legitur. Timor nõ eſt in charitate,ſed perfecta charitas foras mittit timorẽ. Initialis timor eſt ille quo quis timet gehennã:& cum hoc dei offenſam,ac declinat à malo partim amore iuſtitiæ, & partim formidine pœnæ. De hoc timore legitur: Initium ſapientiæ timor dñi, intellectus bonus omnibus facientibus eum. Omnes iſti timores ſunt imperfecti:quia perfecta charitas foras mittit timorẽ. Sed filialis ſiue caſtus timor eſt ille,quo quis amore boni & virtutũ ſuccenſus purè timet offendere deum:& ab eo ſeparari,ac declinat à malo tãtũ amore iuſtitię. (I) Iſte timor eſt perfectus & nõ expellitur per charitatẽ, imò augetur ſcđm augmentũ charitatis. Et de iſto timore legitur: Timor dñi ſanctus permanens in ſeculũ ſeculi. Prohibet ergo dñs ne timore humano vel mũdano:& propter corporale periculũ,vel temporale commodũ de virtute ad vitiũ declinemus. De timore ſeruili,& filiali: ſeu caſto,ſpecialiter ſic dicit Aug. Eſt timor ſeruilis,& eſt timor caſtus. Eſt timor ne patiaris pœnã. Eſt alius timor ne amittas iuſtitiã. Timor ille ne patiaris pœnã,ſerui eſt. Non eſt magnũ timere pœnã,ſed magnũ eſt amare iuſtitiam. Eam deus innocentiã probat,qua homo non metu pœnæ fit innocens:ſed amore iuſtitię. Nam qui timore nõ peccat quanuis non noceat cui vult nocere ſibi tamen plurimum nocet & abſtinens ab iniquo opere,ſola tamen reus eſt voluntate. Et iterum: Inaniter putat victorem ſe eſſe peccati,qui timore pœnæ non peccat:quia etſi non impletur foris negotiũ malę cupiditatis, ipſa tamen mala cupiditas intus eſt hoſtis. Nam quantũ in ipſo eſt,mallet & non eſſe iuſtitiã punientem peccata. Inimicus iuſtitiæ eſt qui pœnæ timore nõ peccat, amicus aũt erit ſi ex amore (K) iuſtitiæ non peccauerit. Mandatũ dei ſi timore potius fit pœnæ quàm amore iuſtitię,ſeruiliter fit & non liberaliter:& ideo nec fit. Non enim bonus fructus eſt qui non de charitate procedit. Nemo inuitus facit bonũ,etiã ſi bonũ eſt quod facit:quia nihil prodeſt ſpiritus timoris,vbi non eſt ſpiritus charitatis. Hæc Aug. Vnde & Chry. Qui in timore ſeruit deo pœnã quidem euadit,mercedẽ autem iuſtitiæ non habet:quia inuitus fecit bonum propter timorem. Vnde etiã dicit poëta Oratius: Oderũt peccare boni virtutis amore. Oderunt peccare mali formidinę pœnæ. Vnde dicit Seneca: Non putes virtutem hoc effecturã, quod efficit nimia formido.

Servilis timor quis eſt.
1.Ioan.4.
Eccleſiaſtici 1.
Filialis timor.
Pſal.18.
Timor ſeruilis & caſtus.
Bonum nemo inuitus facit.
Oratius epiſtolis.

Tertia ratio eſt,ex conſideratione diuinæ prouidentiæ: quia prouidentia dei ordinatur vita & mors ſanctorũ,quia & irrationabiliũ animalium, ergo non eſt eis timendũ:ſiue viuant,ſiue moriantur. Vnde dicit: [Nõnne duo paſſeres aſſe veneũt,] id eſt,venduntur: (quia veneo venis habet ſenſum paſsiui ſub voce actiua) [& tamen vnus ex illis,] (L) quantumcunq; ſint parui pretij & valoris,[non cadet ſuper terrã,]& in laqueũ,id eſt, non morietur [ſine patre veſtro,]id eſt, ſine dei patris prouidentia in qua ſunt omnia,quaſi dicat: Nolite timere mortẽ:quia mori nõ poteſtis ſine nutu & voluntate dei patris quod liquet in minoribus. Si enim paſſeres qui parui & viles ſunt in auibus, & minimi pretij ſine dei volũtate vel permiſsione nõ poſſunt mori:quãtò magis vos qui pluris eſtis,hoc eſt apud deũ maioris dignitatis & pretij:quia rationales ac empti pretio magno, & redẽpti ſanguine Chriſti, nõ moriemini ſine ordinatione dei. Non eſt enim proportio valoris infinitorũ paſſerũ ad vnũ ſpiritũ. Et ita patet rõ ſcđm appretiabilitatẽ. Itẽ põt pbari ſcđm æternitatem,& eſt ſenſus ſecundũ Hiero. Si peritura ſine dei prouidẽtia nõ pereunt, vos qui æterni eſtis timere non debetis ꝙ abſq; dei prouidentia viuatis. Vbi Chry. Si ergo paſſeres in volun(M)tate dei poſiti ſunt:non in poteſtate hominis, quos deus ad vſum hominũ fecit:quantò magis vos non eſtis in poteſtate hominũ:ſed in voluntate dei,quos deus ad ſuam gloriã fecit. Si paſſer euentu nec moritur, nec cadit, propter hoc ipſum quia opus dei eſt:quãtò magis iuſtus homo nõ eſt in euentu poſitus,quia imago dei eſt:ſed aut à deo traditus, aut à deo liberatus euadit. Si in paſſeribus nihil ſine ratione agitur,quorum duorum pretium vnus eſt aſſis:quantò magis in vobis ſine deo nihil agitur, quorum pretium eſt ſanguis meus. Si ſic habentur paſſeres, quomodo habendi ſunt filij? Ideoq; non debetis timere homines,quia non eſt in vobis illorum poteſtas:ſed dei. Non enim quando volunt impij tunc poſſunt nocere ſanctis: ſed quando illis nocendi tempus conceſſerit, vt prouideat ſanctis ſuis coronam. Quæ eſt ergo ſapientia illum non timere qui dat poteſtatẽ: ſed illum timere qui accipit? Si ergo non es traditus, ſine cauſa times: & ſi traditus es,pariter ſine cauſa times. Deo enim liberante homo tibi nocere non poteſt:deo autem tradente, homo tibi parcere non poteſt: & ſi vult.

Paſſer non cadit ſine deo.

Neſcitis



Neſcitis qũo Pilatus volebat dimittere Chriſtum: (A) ſed nõ potuit,quia deus eum tradebat. Hæc Chry. Vnde dicit & Seneca: Vir bonus quicquid illi acciderit,æquo animo ſuſtinebit:ſcit eñ id accidiſſe lege diuina,qua vniuerſa procedunt. Myſticè ſecũdum Hylarium: Duo paſſeres ſcilicet corpus & anima minimo pretio venduntur,cũ pro minima delectatione diabolo tradũtur. Quarta ratio eſt ex conſideratione reſurrectionis futuræ,quæ ſolum pertinet ad hominem:quia deus habet prouidentiã de minoribꝰ,ſcilicet de capillis qui ſunt extrema pars & de ſuperfluo hominis,vt corpore in debito numero redeant:ergo nõ eſt timendũ de alijs maioribus ſi propter deum morti tradantur. Vnde dicit: [Veſtri aũt & capilli capitis oẽs nũerati ſunt]apud deũ,& in dei præſentia:& redibũt,quantũ ſufficit ad ornatum corporis,in reſurrectione futura:& lõgè magis corpus & partes corporis,etiã ſi à beſtijs comeſta fuerint,quãtũ ſufficit ad debitã ſubſtãtiã, in reſurrectione redibũt. Quaſi diceret: Mori ne timueritis,quia in plenitudine reſurgetis. Vnde glo. Vt de tota taceã maſſa corporis,etiã minimæ par(B)ticulæ futurę reſurrectioni ſeruãtur. Meditatio huius reſurrectionis multũ facit ad tolerantiã martyrij:quia per reſurrectionẽ redibunt in electis,nõ ſolum illa quæ ſunt de neceſsitate humanæ naturæ, ſed etiã ea quæ faciunt ad decorẽ,cuiuſmodi ſunt capilli. Non ergo noſtrorũ corporũ caſum pertimeſcamus:ſed oẽm curam in eum apud quem nec capillus perit,proijciamus. Secundum Hiero. Non dixit ſaluator ꝙ capilli oẽs ſaluandi ſunt, ſed numerati:vbi ſcientia numeri demonſtratur,nõ eiuſdem numeri cõſeruatio:quod immẽſam dei erga homines oſtendit prouidẽtiam,& ineffabilẽ affectum ſignificat:quia nihil noſtrorum deum lateat. Non ergo actu cõputationis,ſed facilitate cognitionis ſunt à deo omnia numerata:quia cũ cognita ſunt omnia,numerata ſunt omnia. Bene etiam numerata dicũtur quæ ſeruat,quia illa quæ volumus ſeruare numeramus:vnde capilli numerati ſunt, vt ſeruẽtur ad reſurrectionẽ glorioſam: ſicut nu(C)meratur pecunia vt ſeruetur. Myſticè, ſecundum Remigium,Chriſtus caput eſt,inde prodeũt capilli:ſcilicet oẽs iuſti,qui pulchrè numerati dicuntur: quia nomina ſanctorũ ſcripta ſunt in cœlis. Et ſecundũ Cyrillũ: Caput hominis eſt intellectus, capilli verò minutiſsimæ cogitatiões,quæ patẽt deo diſcutientur in iudicio. Et bene per capillos intelliguntur cogitationes:ſicut eñ capilli capiti,ſic cogitationes cordi adhærẽt:& oẽs iſtæ numeratæ ſunt vt bonæ remunerẽtur,& malę puniantur. Omnia etiam opera noſtra,ſiue bona,ſiue mala,deo numerabilia ſunt & nota:vt iſta remunerentur,illa puniantur. Deinde concludendo ſubiungit: Nolite ergo timere,ſcilicet mortem,quia multis paſſeribus meliores vos eſtis:ſcilicet quoad ſtatum naturæ, quia rationales & perpetui: quoad ſtatum gratię, quia per adoptionẽ filij:quoad ſtatũ futurũ, quia in gloria beatificãdi:& pluris ac maioris reputationis eſtis apud deũ,quia ad imaginẽ eius facti,quod non cõpetit creaturæ irrationabili. Quinta ratio eſt,ex cõſideratiõe beatę retributionis,quia omnis qui cõfitebitur me,& fidẽ meã,corã hominibus ſcilicet malis,nõ timẽdo eos apud quos cõfeſsio Chri(D)ſti eſt odibilis:ſed non eſt magnum confiteri corã bonis,confitebor & ego eũ gloria & vita æterna dignũ,corã patre meo rege ſummo,qui eſt in cœlis æternæ beatitudinis:vt approbet,vt recipiat,vt remuneret. Qui ergo Chriſtum hîc confitebitur,id eſt,ſimul corde,& opere fatebitur,nõ recuſans mori pro eo,& cõfeſsiõe nominis Chriſti,ac mãdatis eiusvſq; ad mortẽ fideliter firmiterq; perſiſtẽs:confitebitur & Chriſtus eum de diuino iudicio coram patre ſuo pro eo atteſtans,ac ipſo affectu remunerationẽ teſtimonij adiecit,dicẽs: Venite benedicti patris mei percipite regnũ. Non ſolum enim martyres:ſed & confeſſores Chriſtum confitentur. Vnde Anſel. quem olim venerandi confeſſores,& doctores doctrinis ſacris,& operibus iuſtis confeſsi ſunt coram hominibus:nunc confitetur eos coram patre ſuo,& ſanctis angelis eius. Quanto aũt melior eſt deus homine,tanto melior eſt cõfeſsio eius confeſsione hominis. Sexta ratio eſt,ex conſideratione futuræ damnationis:quia[qui corã hominibus,]vbi debet prodeſſe cõfeſsio nominis mei,[ne(E)gauerit me]non audens me confiteri,& veritatem euangelij [negabo & ego eum coram patre meo,] tanquã indignum conſequi gloriam in cœlo. Qui ergo hîc Chriſtum negauerit corde non credendo in eum,vel ore quia nõ ſolum corde credere eſt neceſſariũ ad ſalutem:ſed etiã confiteri ore pro loco & tempore caſu recurrẽte,vel opere:quia qui pręceptis nõ obedit,& ſi ore confiteatur,factis tamen negat:hunc Chriſtus negabit in tempore, ſcilicet extremæ neceſsitatis, quando dicet: Neſcio vos, & ite maledicti in ignem ęternum. Vbi Chryſoſt. Omnem rem poſsibilem quãtum ad naturam carnalem mandauerat,nunc & pœnã proponit & pręmiũ:vt modò timore pœnæ,modò deſiderio præmij:virtus animæ adiuuetur. Sed prius dicit præmium,poſtea pœnam: quia miſericors deus paratior eſt ad remunerandum quàm ad puniendum. Igitur,vt ait Augu. Ama quæ pollicetur omnipotens deus,time quæ minatur omnipotẽs: & ſic vileſcit omnis mundus, ſiue promittẽs, ſiue terrens. qui mũdus ſecundũ Aug. periculoſior eſt blãditijs quàm moleſtijs, & magis cauendus cùm allicit ſe (F) diligi:quàm cùm admonet,cogitq; contemni.

Reſurrectionis meditatio.
Capilli numerati.
Matth.25.
Confeſſores.
Oris confeſsio interdum eſt neceſſaria
Matt.25.
Cõtra mũdi minas & pollicitationes.

## ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte, da mihi vt ſic omnes cupiditates terrenas, & delectationes vitioſas deſpiciam: quòd nihil pro tuo nomine in terris pati timeam, ſed tuum nomen & tua paſsio ſic cordi meo ſemper inſcribantur,vt palmam victricem contra omnia aduerſa & proſpera anima mea habere mereatur: & ſic te confitear corde, ore, & opere coram hominibus in terris: quòd tu ſecundum promiſſum tuum cõfitearis me coram patre tuo in cœlis,vbi de tua pietate & miſericordia cum ſanctis & electis tuis percipere merear gaudia, per te bone Ieſu ſic confitentibus repromiſſa. Amen.

De quibuſdam

G De quibuſdam impedimentis perfectionis, & ſequelæ Chriſti. Cap. LIIII.

Luc. 12. & Matth. 10.

ET quia dñs Ieſus valde nos dilexit: & ita etiã diligi vult à nobis: ideo vehementiã amoris quẽ expetit oſtẽdens conſequẽter ſubiungit, dicẽs: [Ignẽ,] ſcilicet diuinũ, id eſt, feruorẽ ſpiritus ſancti, ac charitatẽ dei & proximi, [veni] per incarnationẽ, [mittere in terrã,] id eſt, in homines ad cõſumptionẽ peccatorũ, & innouationẽ animarũ, [& quid volo,] niſi vt mediante ſufflatorio diuinę inſpirationis, vel humanæ prædicationis, vel ſecretę meditationis: accendatur, id eſt, ardeat & augmentetur: quia charitas meretur augeri, vt aucta mereatur perfici. Vnde Greg. Ignis quippe in terram mittitur, cũ per ardorẽ ſpiritusſancti afflata terrena mẽs à carnalib⁹ deſiderijs ſuis cõcrematur. Succenſa aũt à ſpirituali amore malũ quod fecit plangit, & ſic ardet terra: quando accuſante ſe conſciẽtia, cor peccatoris in dolore pœnitẽtię concrematur.

Ignis ĩ terrã miſſus.

H Vnde Beda: Ignem quippe dicit ſpiritusſancti feruorẽ, qui ſecreta cordis illuminãs cõtinuis motibus ad ſuperna prouocat, vitia concupiſcẽtię carnalis quaſi ſpinas tribuloſq; cõburit: aurea domini că domus vaſa probando meliorat, & lignũ, fœnũ, ſtipulãq; cõſumit: & qui ob hoc ſolũ de ſinu patris exiui, & veni in mundũ, vt homines à terrenis cupiditatibus ad cœleſtia deſideria ſuccendã: quid volo aliud quã vt huius incendij iubar cunctas mundi plagas illuſtret: huius flãma deuotionis, vſq; in finẽ ſeculi, fidelium ſemper augeſcat in corde: neq; vllo infideliũ, vel fluctuũ, extinguatur incurſu, vel flatu. hæc Beda. vnde etiã Hugo, de ſancto Victore: Homines gratiæ ſunt hi qui per aſpirationẽ ſpiritus ſancti ſunt illuminati: vt bonũ quod faciendũ eſt agnoſcant, & inflammati vt diligant. hæc Hugo: Si ergo te à vitijs purgaueris, accẽdes in te ignẽ diuini amoris: ſi dulcedinẽ diuini amoris in te perfectè guſtaueris, de dulcedine temporali non curabis. Et ſubdit tẽpus miſsionis iſtius ignis: quia

Homines gratiæ qui ſunt.

I nõ perficietur eius miſsio donec ipſe paſſus fuerit. vnde dicit: [Baptiſmo aũt habeo prius baptizari,] id eſt, ſecũdũ Bedam, ſanguinis proprij tinctione prius habeo perfundi: & ſic corda credentiũ ſpiritus igne inflammare, quod eſt dicere, antequã mitto ſpiritũ: dabo me crucifigendũ. Vnde dicitur, nõ erat ſpiritus datus: quia Ieſus nondũ fuerat per reſurrectionẽ, & paſsiõis victoriã glorificatus. Quia enim paſsio Chriſti quã ex magna charitate pro nobis ſuſtinuit, eſt maximũ charitatis incentiuũ: ideo dicit ſe prius baptiſmo baptizandũ, baptiſmũ hîc appellans effuſionem & tincturã ſui ſanguinis in ſua paſsione benedicta, ex quo baptiſmus & alia ſacramẽta Eccleſiæ habẽt efficaciam. q. d. vt ignis iſte accẽdatur, quo à meis omnia terrena deſpiciãtur, reſperſiõe proprij ſanguinis perfundi habeo: vt baptizatus in ſanguine meo alios baptizẽ in eo, vt eos magis in meũ accendã amorẽ. Nihil eñi eſt quod ita excitet, & accendat nos ad diligendũ deũ: ſicut ꝙ paſſus eſt pro nobis, & in ſanguine ſuo lauit nos à peccatis noſtris. vt autẽ dicit Ambr. Tanta eſt domini dignatio: & infundendæ nobis deuotionis, & cõſummãdę perfectionis in nobis, & maturandæ pro nobis paſsionis ſtudiũ ſibi ineſſe teſtatur.

Ioannis 7.

Paſsio Chriſti.

Baptiſm⁹ eius.

Paſsio domini inflãmat nos.

K Vnde ſequitur: [Et quomodo coartor,] vel angor, & contriſtor [vſq; dum perficiatur,] per paſsionẽ meus baptiſmus & hominũ ſalus, id eſt, quanto deſiderio affecto orationẽ meã & paſsionẽ pro ſalute generis humani conſummari. Quaſi diceret, multũ: Per hoc ergo intelligitur magnũ deſideriũ eius perficiendi noſtrã ſalutẽ per ſuã paſsionẽ. Vnde alibi: Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum, vt mihi vniremini per dilectionẽ. Vnde Ambr. Cũm enim in ſe nihil habuit quod doleret, noſtris tamen angebatur erumnis, & tẽpore mortis mœſtitiã prætendebat, quam non ex metu mortis ſuæ, ſed ex mora noſtræ redẽptionis aſſumpſerat. vt autẽ dicit Beda: Quomõ poſt baptiſma ſuæ paſsiõis, poſt ignis ſpũalis aduentũ terra ſit arſura, declarat ſubdẽs: [Nolite arbitrari,] i. falſo iudicio ratiõis opinari: [q̃a veni mittere,] id eſt, procurare, vel confirmare [pacẽ in terra,] id eſt, cõcordiam prauæ colligationis ſuę carnalis afflictionis.

Deſideriũ domini.

Lucæ 22.

L Non veni pacem ſcilicet talem mittere, quia guerram conſtituit & hominẽ inimicum dei facit: [ſed gladium,] id eſt, ſeparationẽ & præciſionem eius quæ pacem induxit, & hominẽ deo coniungit. [Veni ſeparare filium aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam, & nurum aduerſus ſocrum ſuam,] id eſt, ſecundum gloſam. Veni priuatos carnis affectus extinguere: quibus ita inuicem diligunt vt deo minus ſeruiant, vel pœnitus à dei ſeruitio ſe auertant. Vnde loquitur hîc de ſeparatione ſpirituali: ſcilicet ab amore amicorum inordinato, non de corporali quando eſt ſine contumelia creatoris & offenſa: & inimici hominis, qui ſcilicet ſic operatus eſt ab alijs: vel fidẽ, vel religione: & moribus ſunt domeſtici eius, qui etiã ante ſeparationẽ & ſi carnaliter diligunt, tamen ſpiritualiter odiunt dum curſum vitæ ſpiritualis impediunt. Deinde oſtendit modũ quo venit ſeparare hominẽ ab amicis, & ponit primũ impedimẽtum perfectionis & ſequelæ Chriſti, quod eſt inordinatus amor propinquorũ, dicens:

Gladius mittere ... minus.

M Qui amat patrẽ aut matrẽ, vel filiũ, aut filiã pluſquã me: quod fit multipliciter, cũm propter eos ad fidẽ nõ venit, vel acceptã dimittit, vel mortale cõmittit, vel ſtatus ſui periculo ſe exponit: nõ eſt me dignus: me ſcilicet in mũdo habere hoſpitẽ, in iudicio teſtẽ, in regno remuneratorem. ſcdm enim Aug. Peccator etiã non eſt dignus pane quo veſcitur. Quaſi diceret dñs: Si veni ſeparare hominẽ à patre vel amicis nõ quin patrẽ diligat, & in parentes pietatẽ ſeruet, ſed ne paternã pietatem ſuæ ſaluti, diuinę religioni, ac pietatis cultui anteponat: & vbi patri vel matri non poteſt ſeruari honor aut pietas ſine offenſa dei, & iactura proprię ſalutis: tunc odiũ in ſuos, pietas eſt in deum: & ſalubriter relinquitur pater & mater: quia præferendus eſt creaturæ creator. Charitas enim eſt ſic ordinata quòd homo debet deum diligere ſuper omnia, etiã ſuper ſeipſum: & ideo pro nullius quãtumcuq; amicitia debet retardari, quin proſequatur ea quæ pertinent ad honorem dei. Sub deo, & propter deũ quicquid amatur eſt amandum.

Impedimentum ſequelæ domini.

Peccator indignus pane.

Charitas ordinata.



A Vnde Hieron. Hic ordo in omni affectu neceſſarius eſt. Ama poſt deum, patrem: ama matrem: ama filios: ſi autẽ neceſsitas venit vt amor parentum ac filiorum amori dei cõparetur, & nõ poſsit vterque ſeruari: etiã odium in ſuos, pietas in deum eſt. Circa hoc primum impedimẽtũ ſequẽdi Chriſtũ, nota hîc vtile exemplũ. Cũm enim quidam amore propinquorum detentus, per hoc à ſequela domini eſſet impeditus: quadam vice volens apponere remedium, conuocauit eos ad conuiuiũ, & inter epulas rogauit vnũ ex illis quem magis ſibi fidelem eſſe credebat præ cæteris: vt ſi eum diligeret, digitum ſuũ minimum pro eo in ignem mitteret: ſed ille pœnam timens hoc facere renuit, nec fidem quam ſimulauerat ei exhibuit: & deinde cæteris omnibus per ordinem ſimiliter requiſitis, idẽ quod in primo, etiam repperit in eis. Tunc propoſitum ſuũ aperiens omnibus dixit, ꝙ ob ſolũ amorem eorum hactenus à ſequela domini retardatus eſſet: ſed quia fidẽ in eis non inuenit, amplius retardari nollet: & q̃a ipſi minimũ mẽbrũ corporis noluerunt pro eo ad horam exponere igni trãſitorio,

Exemplũ de parentum exigua fidelitate.

B nec ipſe totum corpus & animam pro eis exponere vellet igni perpetuo: & valedicẽs omnibus illis, receſsit ab eis. Deinde ſubiungit, de non diligendo corpore proprio pluſquam Chriſtũ: & ponit ſecundum impedimentũ, quod eſt amor carnalis voluptatis, dicens: [Et qui nõ accipit crucẽ ſuam,] quotidie [& ſequitur me, nõ eſt me dignus:] quia nec meo cõſortio per gratiam, nec meo ſolatio per familiarem præſentiam, nec meo conuiuio per gloriã. vt enim dicit Berñ. Delicata eſt diuina conſolatio, & non datur admittentibus alienã: crucem autem accipimus, cũm propter fidem Chriſti martyrium ſuſtinemus, paſsionẽ domini per ſanguinis effuſionem imitando: aut cũ pœnitẽtiæ onus aſſumimus, cõcupiſcentias carnis per eius afflictionem reprimendo, aut cũm proximis cõpatimur: neceſsitatẽ illius noſtram cõpaſsionem putãdo. In cruce enim omnia tormẽtorum genera deſignãtur. Vnde crux à cruciatu dicitur, & cruciari dicitur qui quolibet

Corpus proprium minus deo diligẽdum.

Crux aſſumenda.

C modo affligitur: & quotidie ac ſemper crucẽ portare debemus, vt amorẽ Chriſti oſtendamus, & ſemper nos Chriſtũ amare doceamus. Nõ ſunt aduerſa timẽda, nõ proſpera & carnalia deſideria ſectãda: vt crux ipſi feratur quæ neceſſariò in hac vita eſt ferenda. Vnde Aug. Crux domini nõ tantũ illa dicitur, quæ tẽpore paſsionis ligni affixione cõſtruitur: ſed & illa quæ totius vitæ curriculo cunctarũ diſciplinarum virtutibus coaptatur: tota enim vita Chriſtiani hominis, ſi ſecundũ euangelium viuat, crux atq; martyrium eſt. Vbi Chryſ. Crucem ſuã tollit, qui paratus eſt ad omne periculum propter deum: ſi neceſſe fuerit vſq; ad mortẽ, magis quàm relinquere Chriſtũ. Ille talis & ſi miſericordia dei euadat, tamen quantum ad propoſitum ſuum quotidie cruciatur: ideo & ſi nihil tale paſſus fuerit, tamen mercedem accipiet: volũtas enim apud deum remuneratur, non opus: quia voluntas ex arbitrio noſtro procedit, opus autẽ dei per gratiã cõſummatur. Hæc Chryſ. Et quia crucis acceptio poſſet fieri ſiniſtra intẽtione: ideo additũ eſt, [& ſequitur me:] non mundum. per viam cupiditatis: non carnẽ, per viam voluptatis: non homines, per fauorem & gloriam vanitatis.

D Dominum enim ſequitur, licet crucem ferre videatur, qui nõ propter dei laudẽ & æternam intentionẽ: ſed propter inanem gloriã, & temporale lucrũ, aut commodum, imitatur domini paſsionem, ſeu affligit carnẽ, ſeu proximo carnaliter cõpatitur, vt culpæ eius faueat: vel etiã qui in angaria vt rota fœnum crucẽ portat. Quia verò, vt dicit Chryſoſtomus, præcepta hæc quę iniũgit, onerosa videbantur: ponit & vtilitatẽ eorũ maximam, dicens: [Qui inuenit animam ſuã:] ſcilicet hanc præſentem vitã quæ cauſatur ab anima exiſtente in corpore, & quærit eã ſaluã facere: ſcilicet potius Chriſtum & nomen eius negando, vel amore eius carendo: vel quodcunq; opus iuſtitiæ deſerendo, vel etiam carnis deſideria ſectãdo: vel aliàs verbo, aut opere poſtponendo, quàm vitã præſentẽ temporaliter amittendo, [perdet eam,] æternaliter: quia perdet vitã æternã.

Vita præſens non amanda.

E Vnde Remigius: Quí hanc præſentem vitã & lucem, ac eius delectationes & voluptates ad hoc deſiderat: vt ſemper inuenire poſsit iſtã quã ſeruare cupit perdet, & animã ſuam æternę damnationi præparat, [& qui perdiderit,] tẽporaliter [animã ſuam,] id eſt, vitã hanc animalem: & paratus eſt perdere eã ad mortẽ temporalem, eã pro Chriſto exponẽdo, & omnia Chriſti amore poſtponendo: & ideo ſequitur, [propter me:] ſcilicet diligendũ in corde, confitendũ in ore: imitandum in opere, nõ propter ſe vt latrones: vel propter fauorem humanũ, vt ſuperbi vanè gloriãtes, nõ propter temporalem mercedẽ: vt cupidi terrena ſectãtes, [inueniet eam] in futuro ſaluã: quia inueniet & accipiet pro trãſitoria æternam. Vnde Aug. Quiſquis propter deũ hanc vitam, quæ nunc corporis viuificatione ex anima tẽporaliter mortalis, cõſtat libenter deſpexerit: in futuro eandẽ corporis, non ſolũ animę, vitã æternam & immortalẽ recipiet. Hæc Aug. Animam ergo in hoc loco pro vita præſenti poſuit: quia omnis vita noſtra in anima eſt.

Animę acceptiones.

F Anima quippe dicitur, inquantum corpus animat, ſiue viuificat: ſpiritus, dum ſpirat: mẽs, inquantum recordatur ſeu meminit: animus, dũ vult: ratio, dũ rectũ iudicat: ſenſus, dũ ſentit: memoria, dum recordatur: voluntas, dũ conſentit. Hęc nomina diuerſa ſunt animæ, nec propter animę pluralitatem, ſed propter effectum multitudinem. Vnde Augu. Anima ex eo dicta eſt, ꝙ animet corpus ad viuendum, hoc eſt viuificet: ſpiritus eſt ipſa anima, pro ſpirituali natura: vel pro eo quòd ſpiret in corpore: ſpiritus ad ſubſtãtiam dicitur, anima ad viuificationem. Eadem eſt ſubſtãtia, ſed proprietas diuerſa. Nã vnus & idem ſpiritus, ad ſeipſum dicitur ſpiritus: ad corpus anima. Hęc Augu. Spiritus ergo qui eſt ſubſtantia noſtrę animę, ſi deſiderat ea quę ſunt corporis: in his perditur totum bonũ eius, quia totum bonum ſpiritus noſtræ animę eſt in auertẽdo ſe à carne, & abſtrahendo ſe à deſiderijs concupiſcentiæ: ſic enim vincit paſsiones, & virtute perficitur: & cõtẽplationi coniungitur ſuperiorum, & depuratur & mundatur, vt ſic honeſtati ſubiectum, & diuinæ ſapientiæ ſpeculum. [Qui] ergo [animam]

Spirit⁹ noſtri bonũ.

[animam,] id eſt, vitam pręſentem in anima deſi-
G gnatam [inuenit,] & amat inordinatè, in ea carna
liter viuere cupiendo: vnde & dicitur animalis ho

**Res quæ perditur.**

mo: [perdet eã,] in futuro. Res enim perditur quę
finem debitum non cõſequitur: ſicut medicina per
ditur, cùm per eam ſanitas nõ acquiritur: & eodem
modo vita præſens, quæ finaliter ad conſecutionẽ
vitæ æternæ ordinatur, rectè perditur, quando per
ipſam ad æternã vitã non peruenitur: quod illi cõ-
tingit qui inordinatè ipſam diligit. Et econtrariò,
[qui perdiderit,] vitã præſentem propter Chriſtũ
negligendo: talis enim dicitur perdere nõ ſecundũ
veritatem, ſed tantũ ſecundũ hominũ opinionem:
[inuenit eam,] accipiẽdo pro tranſitoria ęternam.
Non debet ergo homo trahi à bono: propter dulce-
dinem præſentis vitæ, quæ eſt breuis & trãſitoria,
& ad merendũ æternã vitam ordinata: finis enim
melior eſt his quæ ſunt ad finẽ: imò ea quæ ſunt ad
finem, non ſunt niſi propter finis aſſecutionẽ: ideo
de ipſis non curatur, niſi ꝙ finis habeatur: propter
quod non eſt curandũ de vita præſenti, ſed aſſecu-
H tione vitæ æternæ. Vnde Chryſ. Melius eſt pro tẽ-

**Moriendũ pro vita cũ deo habenda.**

pore mori, & in perpetuũ viuere: quàm pro tẽpore
viuere, & in perpetuũ mori. Si ille pro nobis mor-
tuus eſt, qui mori nõ poterat, niſi voluiſſet: quanto-
magis nos ꝓ eo mori debemus, qui & ſi nolumus,
mortales ſumus. Si dominus ꝓ ſeruo mortuus eſt,
& hoc ſine præmio: iuſtius eſt vt ſeruus pro domi-
no moriatur, & hoc cũ præmio. Vnde & Auguſt.
Non habebat ille quare moreretur, & mortuus eſt:
tu habes, & quare mori dedignaris? Dignare æquo
animo pati per meritum tuũ, quod ille pati digna-
tus eſt, vt te à ſempiterna morte liberaret. Circa
prædictum ſecundũ impedimentũ, nota hîc pro ę-

**Exemplũ contemnẽdi mundũ.**

dificatione exemplũ. Nam cùm quidã monachus
deuotione motus, vitam auſteram duceret: & parẽ-
tes ſui hoc cognito ad eum venientes, ipſum ſuper
hoc arguerẽt: tale eis dedit reſponſum, corde & me
moriæ commendandũ: Tanta & talia audiui, & le
gi de vita æterna, ꝙ non curo quantũ mihi cõſtet,
& quid expendã pro ea. Quia autẽ dicit Matthęus
I de nõ amare patrẽ, & huiuſmodi, plus quàm Chri-

**Lucæ 14.**

ſtum: hoc refert Lucas de odire, dicẽs: [Si quis ve-
nit ad me,] id eſt, vult venire per fidẽ credendo, vel
ſtatum perfectionis aſſumendo, [& nõ odit patrẽ
ſuum, & matrem, & vxorẽ, & filios, & fratres, &
ſorores: adhuc autẽ & animã ſuam,] id eſt, anima-
litatem, & vitam animalẽ ſeu corporalem, eam cõ
temnẽdo propter deũ, paratus ſi opus fuerit pro fi-
de exponere, & eligens occidi potius quàm in deũ
peccare: eiuſq; acquieſcendo deſiderijs carnalibus,
[non põt meus eſſe diſcipulus,] quod valde damno

**Odiũ nullum ſit in naturam, ſed in vitia.**

ſum eſt: quia ipſa eſt veritas, & vera docet. Non ꝙ
propinquorum naturã odiamus: ſed ea quibus no-
bis in itinere dei obſiſtunt, & nos impediunt: ne ad
Chriſtum, fide, & charitate accedamus. Nullus enĩ
odio eſt habendus, etiã ſi ſit malus. Vnde Boëtius:
Apud ſapientes nullus prorſus odio locus relinqui-
tur: nã bonos quis niſi ſtultiſsimus oderit: malos ve
rò odiſſe, ratione caret: nã ſi vti corporũ languor,
ita vitioſitas quidẽ eſt quaſi morbus animorũ: cùm
ægros corpore minimè dignos odio, ſed potius mi-
ſeratione iudicemus: multomagis nõ inſequẽdi, ſed
miſerendi ſunt, quorũ mẽtes omni⁹ languore atro- K
cior vrget improbitas. Hæc Boëtius: Vnde excludi

**Amor parentũ exclusus.**

tur hîc affectio carnalis, ſcilicet amor inordinatus
parentum & coniunctorũ: & hoc eſt vnũ impedi-
mentum ſuprà ſecũdùm Matthæum etiã dictum,
quod obeſt ſequelæ Chriſti, & volẽtibus venire ad
ipſum. Vbi Ambro. Etenim ſi propter te dominus
ſuæ renuntiauit matri, dicẽs: Quæ eſt mater mea,

**Matth. 12. Natura non ferenda.**

aut qui fratres mei, cur tu domino tuo cupias ante
ferri? ſed neq; ignorare naturã, neq; ſeruire naturę non
dominus iubet: ſed ita indulgere naturæ, vt venerã dum
ri autorem, nec à deo parentũ amore deſiſtas. Vnde
Greg. Quiſquis iam æterna concupiſcit, in ea quã
aggreditur cauſa dei extra patrem, extra vxorem,
extra filios, extra cognatos, extra ſemetipſum fieri
debet: vt eò verius cognoſcat deũ quo in eius cauſa
neminem recognoſcit. Amandi ergo ſunt proxi-
mi: impendenda charitas omnibus & propinquis,
& extraneis: nec tñ pro eadẽ charitate à dei amore
flectendum. Fideles quiq; compatiantur proximis
per charitatem, & tamẽ de via dei non exorbitent L
per compaſsionem. Secundũ impedimentũ, etiam
ſecundũ Matthæum ſuprà poſitũ eſt amor carnalis
voluptatis: & hoc tangitur ſecundũ Lucã, cùm ſub-
ditur: [Et qui non baiulat crucẽ ſuam & venit poſt
me, non põt meus eſſe diſcipulus.] Nã, vt ait Chry
ſoſtomus, perfectus Chriſti diſcipulus eſt, q̃ omnia
mala patitur, aut pati paratus eſt propter Chriſtũ.
De his duobus impedimẽtis iam ſuprà dictum eſt
latius: ſimile etiã habes infrà ante domini transfi-
gurationem: ſed non eſt idem. Tertiũ impedimen-
tum, eſt inconſiderata leuitas mentis, qua quis im-
peditur à perſeuerantia vitę aſſumptæ: dũ inconſi-
deratè aggreditur viam quã non põt perficere. Vn
de huic qui aggreditur viam perfectionis, neceſſa-
ria eſt diſcretio, vt conſideret ſi habeat illud quod
ad hoc requiritur: quod eſt fortitudo animi ad re-
linquendũ omnia, & ſuſtinendã aduerſa pro deo:
ne propter indiſcretionẽ reſileat ab incepto: & hoc
oſtendit per ſimilitudinẽ de volente ædificare tur- M
rim, id eſt, aggredi perfectionem euangelicam, &
vitæ ſublimitatem: per quã Chriſti ſumus diſcipu-
li, qui ergo Chriſti diſcipulus eſſe & dici deſiderat:
ſedeat prius & cõputet, id eſt, deliberans conſideret
ſi habeat ſumptus requiſitos ad perficiendũ: ſi diſci
pulorum vitam tenere, patientiã habere, laborem
ſuſtinere, & ſimul cum eis turrim virtutũ ædifica-
re, contra hoſtes pugnare, & cætera quę ſequuntur
agere valeat. Magna etenim turrim ædificare inci

**Turris magna ...**

pit, qui mundi honores, diuitias, & dignitates, con-
temnens, omnia relinquit, & Apoſtolum vitam, ac catio
monachorũ conuerſationẽ promittit: ſed iſte prius
computare debet quàm arctã & laborioſam viam
aggrediatur, & quam magnũ & difficile opus age-
re incipiat: quia ſecundum Gregoriũ: Omne quod
agimus, præuenire per ſtudium cõſiderationis de-
bemus. [Sedens] igitur, id eſt, à vita veteri, & à tu-
multibus mundi & paſsionum quietatus & quie-
ſcens, [computet] & diligenter diſcernat erogan-
dam eſſe ſubſtantiam temporalem, & cor à cupi-
ditatibus auertendum, & animam contra ſeculi
aduerſa



aduerſa præparandam. Debet etiã cogitare ſi ha-
A beat ſumptus ſpirituales virtutũ & bonorum ope-
rum: ſumptus enim tẽporales potius ſpargẽdi ſunt,
antequã congregãdi. [ſi habeat,] in quã, [ad perfi-
ciendum,] opus intentũ, id eſt, humilitatẽ, patien-
tiam, obedientiã, & perſeuerantiã quę cõſummat,
tenere & cuſtodire valeat: ſine quibus hoc ædificiũ

**Sumptus quæ ſunt.**

perfici non poteſt. Sumptus quidẽ ſunt ea quæ de-
bes deo, tibi, & proximo. Aedificans ergo ſpiritua-
liter cõſidera ſi piè, ſobriè, & iuſtè vixeris: ]ne po-
ſteaquã poſuerit fundamentum, ]quod conſiſtit in
obſeruantia mandatorũ, [& non potuerit perfice-
re, ]à bono propoſito declinando: & in ædificio bo
næ operationis deficiẽdo, irriſionẽ patitur ab ini-
micis: ſcilicet malignis ſpiritib⁹, noſtris bonis ope-
ribus ſemper inſidiantibus, & ex noſtris defectibus
gratulantibus: [& omnes qui viderint] eũ deficere,
[incipiant illudere ei, ]aut homines in vita, aut dę-
mones in morte: aut dominus in iudicio, & etiam
ſancti qui ſuper eum ridebunt, dicentes, [quia ho-
mo cœpit ędificare, ]iter perfectionis aſſumendo,
[& nõ potuit conſummare,] in incepto perſeuerã

**Matth. 10.**

do. Sed quid ei cœpiſſe prodeſt, ſi ſaluus non erit?
B Non enim qui cœperit: ſed qui perſeuerauerit, hic
ſaluus erit. Quartũ impedimentũ, eſt confidentia
ſtultæ ſecuritatis, dum quis confidit in ſecuritate
ſuarum virium vel meritorũ: quibus violenter cre-
dit cœleſte regnũ obtinere, & ex meritis ſaluari iu
ſtè: ſed quia non poteſt, cùm nullus meritis ſuis ad
gloriam pertingere poſsit, niſi ſeueri iudicis ſenten
tia tẽperetur per miſericordiã: neceſſe eſt vt præ-
mittens legationẽ lachrymarũ & operum bonorũ,
[roget ea quæ pacis ſunt,] & ad pacem animę per-
tinent: in cõſpectu enim eius omnis homo imper-
fectus eſt, & nullus iuſtus. Et hoc oſtendit per ſimi
litudinem de rege volente cõmittere bellum aduer
ſus alium regem: qui cùm non poſsit cum decem
millibus occurrere, veniẽti cum viginti millibus

**Rex hoc loco quomodo capitur.**

quærit pacem. Si rex à rege pacem quærit, mul-
tomagis nos infirmos cũ deo pacẽ habere cõgruit.
Hîc quippe accipitur rex, quicũq; vult aggredi ſta
tum perfectiõis: quia debet bene regere operatio-
nes & cogitationes ſuas, omneſq; ſenſus ſuos inte-
C riores & exteriores: & habet cõmittere bellum ad
rapiendum ſibi cœleſte regnũ: quia regnum cœlo-
rum vim patitur, & violẽti rapiunt illud. Eccleſiã
quaſi cõmittere bellum cũ deo: eſt aliquẽ confide-
re ſe ex meritis debere ab eo ſaluari. Sed quaſi cũ
decẽ millibus deo occurrit, qui offert opera & ob-
ſeruãtiam decẽ mandatorum quę exterius geſsit.
Deus verò cœleſtis duplicẽ obſeruantiã exigit ab
eo, ſcilicet mandatorũ & conſiliorum: quia prima
non ſufficit ad perfectionis ſtatũ acquirẽdum. vel
ſecundum Grego. Deus rex quaſi cũ duplo exerci
tu contra ſimplum venit, quia nos vix in ſolo ope-
re præparatos, ſimul de opere & cogitatione diſcu-

**Deus rex placandus nobis.**

tit: vel quia multo plura ſe pro nobis ſuſtinuiſſe al-
legabit. Mittamus ergo ad eũ nobis placandum le-
gationem, aſſentiẽdo ei in obſeruantia cõſiliorum
vel offerendo munera lachrymarum, orationũ, &
bonorum operum. Sicut ergo præmeditatio eſt ne
ceſſaria ad cauẽdam inimicorum irriſionẽ, ita eſt
neceſſaria ad impetrandam iudicis miſericordiã.
Vnde hæc ſimilitudo eadẽ eſt quæ & ſuperior, ni- D
hil enim aliud his verbis admonemur: niſi vt vltra

**Diuitiæ nõ amãdę**

vires noſtras nos nõ extendamus. Quintũ impedi-
mentum, eſt amor ſubſtantiæ tẽporalis, qui multũ
impedit perfectionem & ſequelam Chriſti. Vnde
ſubiungit inferens ex ſimilitudinibus præmiſsis,
ſic ergo [omnis ex vobis qui nõ renuntiat omnibus
quæ poſsidet, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus:] quia
non poteſt quiſque deo ſeruire ſimul & mũdo, pro-
pterea, vt ait Proſper, voluit deus cultores ſuos o-
mnibus renũtiare: vt excluſa mũdi cupiditate, diui
na in eis charitas poſsit augeri & perfici. Vnde Au

**Mũdus nõ amãdus.**

guſt. Diſce nõ diligere mundum, vt diſcas diligere
deũ: funde vt implearis, auerte vt cõuertaris: dile-
ctio ergo tẽporalium, nõ poſſeſsio hîc reprehendi-
tur: quia vt dicit Aug. nõ damnat deus diuitias, vn-
de meremur cœlum: ſed cor appoſitũ quod eas nõ
expendit, ſed recõdit. vnde Abrahã legitur multas
poſſeſsiones habuiſſe, & tamẽ fuit perfectus. Non
dixit ei dominus, relinque omnia: ſed ambula co-
ram me, ſcilicet perfectè me amãdo, & ſic eſto per
fectus. Sed quia difficile eſt diuitias habere in arca E
per poſſeſsionẽ, & non in animo per amorem: ideo

**Matth. 19.**

conſùlit dominus iuueni diuiti, dicẽs: Si vis perfe-
ctus eſſe, vade & vẽde omnia quæ habes, & da pau-
peribus, & ſequere me. Hac igitur cõcluſione ſecũ-
dum glo. oſtẽditur ꝙ ædificare turrim, facere cum
fortiori pacẽ: nihil aliud eſt quàm eſſe diſcipulum.
Chriſti: præparare verò ſumptus, mittere legatio-
nem, nihil aliud eſt quàm renuntiare omnibus: &
ideo infert ex prędictis ſimilitudinibus, ꝙ ſicut nõ
poteſt ædificare qui non cõputat ſumptus: nec ſecu
rè occurrere qui nõ pręmittit legationẽ: ſic [omnis
ex vobis qui non renuntiat omnibus quæ poſsidet
non poteſt meus eſſe diſcipulus.] Hæc omnia ſunt
non ſolum tẽporalia: ſed & amor proximorum, &
& ipſa anima quibus omnibus deũ præponere de-
bemus, vt renũtiemus temporalibus, & carnalibus
propinquorũ affectibus: & animalitati noſtræ, vt
etiam ipſam animã, vitam ſcilicet præſentem, pro
deo & proximo ſi opus fuerit, ponamus. Vnde di-
cit, [omnibus:] vt innuat ꝙ integra debet eſſe renũ F

**Gene. 12.**

tiatio, ſcilicet quoad ſua: quoad ſuos: & quoad ſe: ſe
cundum quod dictũ eſt Abrahę: Egredere de terra
tua, &c. Vnde quidã ait: Chriſte tuos, tua, te, gratis „
accepimus à te. Ergo meos, mea, me, meritò nunc „
exigis à me. Iſtud quod dictũ eſt Abrahę, poteſt ex
poni de religioſo, cui loquitur deus, dicẽs: Egrede-
re de terra: per votũ paupertatis: quia ſicut lutũ &
puluis adhærẽs fatigat & impedit ambulantes, ſic
terrena cupiditas poſt dominũ ire volentes. Et de
cognatione tua: quantũ ad votũ caſtitatis: in cogna
tione enim tangitur carnalitas, quæ multũ impe-

**Monach⁹ Melchiſedech. Heb. 7.**

dit caſtitatẽ. Et de domo patris tui: quantũ ad votũ
obedientiæ: quia monachus debet eſſe in religione
ſine patre, ſine matre, ſine genealogia. Iſta tria ſi-
gnificata fuerunt per munera Magorũ: per aurũ,
votum paupertatis: per mirrhã, caſtitatis: per thus
deuotæ obedientiæ, humilitatis Et veni in terram
quã mõſtrauero tibi, ſpiritualiter nõ dedero, quia
adhuc quãdiu ſumus in hac vita nõ datur terra pa-

radiſi:ſed oſtēditur. Et nota ꝙ ſecūdum Bedam,di
G ſtat inter renūtiare omnibus,& relinquere omnia:
Renūtiare omnib⁹. Relinquere omnia. paucorū enim,ſcilicet perfectorū,eſt relinquere omnia:hoc eſt omnia tēporalia,& curas mūdi poſtponere,& ſolis ęternis inhiare:cunctorū autē fidelium eſt,renūtiare omnibus:hoc eſt,ſic gerere terrena,& tenere quę mūdi ſunt,vt tamen per ea non teneātur à mundo:ſed tota mēte tendant ad cœleſtia. Vnde renūtiare cōuenit omnibus,eis qui licitè mundanis vtūtur:relinquere verò omnia,perfectorū eſt:vt Apoſtolorū & ſuorū ſequaciū. Omnibus ergo renuntiat,qui quāuis aliqua poſsideat, omnia tamē ſi neceſſe ſit pro Chriſti nomine amittere nō timeat. Nā ipſi quoq; Apoſtoli & veſtimēta & calciamēta qualiacūq; habebāt,quibus tamen iam renūtiauerāt:quoniā,ſi neceſſe eſſet, ea ſimul
1. Timo. 5 cū ipſa vita perdere nō timebāt. Habētes igitur victum & quibus tegamur,his cōtenti ſimus. hoc eñ,
Diſcipulatus Chriſti duplex vt ait Ber. eſt perfectio euāgelica. Et ſecundū hoc conſidera,ꝙ duplex eſt diſcipulatus Chriſti. Vnus eſt neceſsitatis:& ſic in primitiua Eccleſia omnes dicebantur diſcipuli,qui nūc dicuntur Chriſtiani.
H Alius eſt ſupererogationis,quo quis Chriſtū ſequitur in cōſilijs euāgelicis. Primò diſcipulatui neceſſariū eſt renūtiare omnibus , quantū ad affectū,ne quis ita afficiatur ad bona tēporalia , vt poſtponat æterna,& amore tēporaliū ſuperatus ordine peruerſo diligat creaturā ſuper creatorē. Secūdo diſcipulatui neceſſariū eſt omnia relinquere , nō ſolum quantū ad affectū,ſed etiā quantū ad rē in effectu ſicut Apoſtoli omnia reliquerūt per voluntariam paupertatē:non ergo omnes tenētur omnia relinquere,quantū ad affectū,niſi perfecti,qui voto paupertatis ſunt aſtricti:omnes verò tenētur renūtiare omnibus quantū ad affectum,ne plus afficiātur ad iſta quàm ad deū. Similiter relinquēdi ſunt parentes & propinqui ſecūdum carnē,& amici ſecundū ſeculum:quia aliter nō poteſt quis eſſe Chriſti diſcipulus. Quod quantū ad primū diſcipulatū intelligendum eſt,ſic ꝙ homo huiuſmodi propinquos & & amicos nō amet niſi in ordine ad honorē dei:&
I ideo ſi inſtigēt ad aliquid quod ſit cōtra diuinū honorem,tūc ſunt odiendi & relinquēdi. Sed quantū ad ſecundū diſcipulatum,relinquēdi ſunt realiter, quantū ad omnē conuictū mundanū , etiā in licitis,niſi quantū cedit ad honorē dei. Tertiò, relinquendum eſt corpus proprium,& vita corporalis: quod ſignificat dominus per animā,ſecundū vnum ſenſum,cùm ait:adhuc aūt & animā ſuā. vbi,vt ſuprà dictū eſt,anima accipitur pro vita animali,pro
Anima odienda eſt dupliciter vt anima viuificat corpus & delectatur in eo. Et ſic ſecundum Aug. Anima eſt dupliciter odiēda. Vno modo,vt homo mortem pro Chriſto nō timeat:vt cum Chriſto in perpetuū viuat. Alio modo,vt huius vitæ delectationē reſpuat:vt voluptatē fœliciter in regno dei inueniat. Et vtrūq; horū eſt neceſſariū,ſi velimus eſſe diſcipuli Chriſti,quantū ad diſcipulatū vtrunq;. Nam primo diſcipulatui neceſſarium eſt,vt quis in cauſa fidei interrogatus & exactus,mori pro Chriſto nō timeat, ſecundū præparationē animi,quantū ad primū:& in delectationibus corporalibus ad peccandū nullatenus acquieſcat,quantū ad ſecundū. Secūdo aūt diſcipulatui neceſſariū eſt:vt quis etiā nō exactus,cùm de fide agi-
K tur,ad mortē ſe offerat:& hoc quantū ad primum. Rurſus quantū ad ſecundū huic diſcipulatui cōuenit:vt quis nō ſolū nō frāgatur delectatione carnali,ſed etiā vt corpus nō nutriatur propter voluptatem,ſed propter ſolā naturę neceſsitatem:nec hoc propter ſe,ſed ꝓpter honorē diuinū: vt ex hoc deo expediti⁹ ſeruiat,ita ꝙ homo imaginet quaſi deus ſedeat in mēte:expetēdo corporis neceſſaria tanq̃ ſui mācipij:& ſic quicqd homo de cibo vel potu ſumit,per hoc intēdat nō ſolū ſuæ neceſsitati ſubuenire:ſed etiā deo principaliter miniſtrare, & propinquare pro ſui mācipij ſuſtētatiōe. Similiter eſt intelligendū de quolibet cōmodo corporali. Quartò,relinquēda eſt anima propria accipiēdo pro nobiliori vi animæ,qualis eſt volūtas:& ſcd̄m hoc in
Voluntas deo ſubdenda. propoſito relinquere animā,nihil eſt aliud q̃ volūtatē propriā relinquere:& eā diuinę volūtati cōformare. Quod cōtingit dupliciter ſcd̄m duplicē diſcipulatū. Vno modo quantū ad diuina præcepta, quib⁹ homo nō velit aliqualiter cōtraire:& hoc eſt neceſſariū primo diſcipulatui. Alio modo quantū
L ad quæuis diuina beneplacita , quibus homo voluntatē ſuā inquantū ſcit,& pōt,per oīa cōformat. Ita ꝙ animo quaſi ſui,& omniū exteriorū oblitus: ſe totū in diuinā volūtatē transformet. iuxta illud
Lucæ 9. verbū dñi: Qui vult venire poſt me,abneget ſemetipſum. Vbi dicit Baſil. ꝙ abnegatio ſuijpſius eſt totalis ſui obliuio,& receſſus à proprijs volūtatib⁹:& iſto modo relinquere animā propriā cōuenit ſecūdo diſcipulatui. Et nota ꝙ hęc omnia prędicta propter Chriſtū relinquēda,cōprehendūtur in profeſ-
Profeſsio religioſorum continet relinquenda. ſione religioſorū:etiā hoc modo & aliter q̃ ſuprà: nā relictio rerū exteriorū ac etiā propinquorū, & amicorū cōprehendūtur in voto volūtariæ paupertatis:relictio vitæ carnalis,& delectatiōis corporalis,intelligitur in voto caſtitatis:relictio proprię volūtatis,intelligiť in voto obediētię. ORATIO.

M Domine Ieſu Chriſte,ſplēdor paternę glorię, mitte in me ignē & feruorē ſpiritus ſancti: vt accēdatur & augeať, ac perficiatur in me charitas dei & proximi. Da mihi affectionē carnalis propinquitatis,& amorē corporalis delectationis omnino relinquere: teq; ſuper omnia diligere,ac per cōſiderationē & diſcretionē in omnibus agēdis habere,& nunquā in ſecuritate viriū vel meritorū meorū confidere:ſed legationē lachrymarū & bonorum operū ſemper ad te mittere, pacemq; à te petere & reportare. Da etiā mihi vt omnibus renuntiē ex affectu,& omnia relinquā in effectu: vt ſic tuus verus ſim diſcipulus. Amen.

De conſolatiōe diſcipulorū inter onera pręceptorū. Cap. lv.

Matt. 10. Ioan. 13. QViaverò dñs ſeparat diſcipulos ab amicis & tpalib⁹ bonis,dat eis ꝑ cōſolatiōe alios qui eos charitatiuè ſuſcipiēt,& ipſis domos ſuas aperiēt:ac neceſſaria miniſtrabūt vitę, ꝓpter ſpē retributiōis ęternę,dicēs:[Qui recipit vos,]corporaliter,[me recipit,]ſpūaliter:[& q̃ me recipit,recipit eū q me miſit.]Simile alibi habeť: vbi dicit; [qui accipit ſi quem miſero: me accipit. Qui autem me



tem me accipit,accipit eum qui me miſit.] Quia
A inquit,vos membra mea eſtis:& ego in vobis ſum, [qui recipit vos,me recipit.]Similiter autem quia ego & pater vnū ſumus,& ego ſum in patre, & pater in me eſt:]qui me recipit,]in mēbris meis,[recipit eum qui me miſit:]ſcilicet patrē. Et per cōſequens etiā recipit ſpiritū ſanctū, qui cum patre &
Trinitatē recipit qui Chriſtū recipit. Chriſtum recipere. filio ꝑ gratiā inhabitat recipiētis mentē. Vñ manifeſtū eſt:q̄a & patrē & filiū totāq; trinitatē recipit. Qui dei nūtiū venerať & recipit: Qui verò dei miniſtro iniuriā facit,deo omnipotēti & trinitati inſeparabili iniuriā facit. Et certè hoc magnū eſt pręmiū,ꝙ tu recipiēdo hoīem efficiaris toti⁹ trinitatis habitaculū. Et ꝑ hoc hortať eos qui diſcipulos ſuos & nuntios recipiūt,oſtēdēs magnitudinē p̄mij quā habebūt. vñ Chry. Seipſum poſuit in eis, vt ad ſuſceptionem eorū omnem Chriſtianū populū prouoca-
B ret:ſibi imputans acceptū quod eis foret datū. hæc
Cōtra prędicatores. Chry. Sed ſtudeant prædicatores & diſcipuli dñi, vt ſe tales exhibeant, ꝙ cæteri bonorū operū eorū exemplo prouocati, beneficia charitati libētius eis
Exemplū quia vt Martha Chriſto ſic Chriſtus deeſt Marthæ. impendant. Vnde dum quidam in prædicando exclamationē non modicam faceret,de hoc ꝙ charitas & affectus hominum multorū ad deum & ad ſanctos eius defeciſſet:& ꝙ Chriſtus ſuam Marthā in mundo iam non inueniret,quæ tot vt olim obſequia ſibi faceret: poſt cōpletū ſermonē quædā matrona deuota ip̄m adijt,eiq; quaſi ſubſtomachādo dixit: O frater ſi Martha nunc vt olim inueniret ſuum Chriſtū:vtiq; Chriſtus nunc quoq; ſicut olim inueniret ſuam Marthma. Intendens ꝙ ſi quidam de prædicatoribus eſſent ſicut deberēt:adhuc eſſent qui eis cum omni deuotione ſubuenirent. Et vt in ſuſcipiendis diſcipulis vnuſquiſq; credentium Chri-
In nomine Chriſti recipere. ſtum ſe ſuſcipere arbitraretur,adiungit: [Qui recipit prophetā,]non ſimpliciter:ſed[in nomine prophetæ:& iuſtū,]non ſimpliciter:ſed [in nomine iuſti:]id eſt,non ex affectu carnis,ſeu propter cōſan-
C guinitatē vel affinitatē,aut quia amicus eſt, ſeu cōpatriota vel huiuſmodi,nec propter lucrū : vel cōmodū temporale : quia ſic nō recipit eum purè in dei vel prophetæ ſeu iuſti nomine: ſed quia dei miniſter eſt,ac Chriſti fidē prophetat & nuntiat , vel iuſtitiæ opera facit,[mercedē prophetæ,vel iuſti,à deo] cuius propheta ille eſt: & qui hunc iuſtificat,
Recipitur quis dupliciter. [recipit.]Recipitur enim dupliciter:vel intuitu doctrinæ ſuæ,ſic dicit prophetā:vel intuitu bonæ vitæ,ſic dicit iuſtū. Meritò prophetię & iuſtitiæ mercedem accipiet,qui intantū prophetiā & iuſtitiam diligit : vt omnibus hominibus ex affectu ſeruiat, in quibus prophetā vel iuſtitiā eſſe cognoſcit. Nam quaſi operarios in prophetia & in operibus iuſtitię ſibi conſtituit, dum ſua largitate eos ſuſtentat, ne propter inopiam deficiant:qui enim ſpiritualia dona habentibus tēporalia ſubſidia tribuit,in ipſis ſpiritualibus donis eis collaborat & cooperator exiſtit:& idcirco cum illis apud deum prēmia habebit & princeps meriti eorum erit. Similiter qui ſacerdotes pro Chriſti nomine,& quia ſacerdotes ſunt, veneratur & recipit : mercedē ſacerdotij habebit. Eandem itaq; mercedem habebit recipiens de receptione,quam propheta de prophetia,& iuſtus de iuſtitia,& ſacerdos de ſacerdotio: & poteſt eſſe æ- D
Recipientium merces. qualitas quantū ad mercedē ſubſtantialē, ſi æquali operentur charitate. Vbi Chryſ. Prophetæ doctores intelliguntur,iuſti autē omnes Chriſtiani. Prophetæ ergo nomine voluit oſtendere omnes prædicatores Chriſti:iuſti autē nomine omnē hominem Chriſtianum . In nomine prophetæ, id eſt, quaſi prophetam Chriſti in nomine iuſti,id eſt, quaſi iuſtum Chriſti ſeruū. Qualem autē mercedē habet ille,qui propter deū peregrinatur : talem mercedē habet,& iſte qui ſuſcipit propter deum peregrinātem,& fiunt ambo æquales:& iſte qui propter deū laborat,& iſte qui propter deum laborantē refrigerat:vtpote ſuſcepiſti ſacerdotem , ſacerdotis habes
Tribuendum omnibus. mercedē:ſuſcepiſti laicum iuſtum,laici iuſti habes mercedem. hæc Chry. Si ergo omnibus ſufficis,omni petenti & indigenti ſine perſonarū electione
E Eccleſiaſtici 29. tribue,des naturæ,vel gratiæ,nunquā culpæ : ſi nō omnibus ſufficis,des tantū gratiæ. iuxta illud: Deſudet eleemoſyna in manu tua,donec iuſtum inuenias:tamē ſi opus fuerit,paſce fame morientē:alioquin ſi non paueris,occidiſti. Et ſcd̄m Hiero. Ne
E quis poſſet ſe per paupertatem excuſare ac cauſari & dicere,paupertas me retinet quòd hoſpitalis eſſe non poſſum,hanc excuſationē leuiſsimo præcepto deleuit dicens:[Et quicunq; potū dederit,] nō dico aliud: [vni,] non pluribus:[ex minimis meis,]non ſolū maioribus:[calicē,]non lagenā:[aquæ,] nō vini:[frigidæ,]non calidæ:[in nomine diſcipuili,]id eſt,intuitu iſto, quia eſt diſcipulus meus & ſidelis denuntiās fidē Chriſtianā,[amē dico vobis,] id eſt, fideliter & certitudinaliter promitto,[non perdet mercedē, ] quā ex bono affectu potius meruit quā ex actu:quia & actu meruit,& affectu:nō enim inquit , de maiori obſequio , ſed de minimo quoque
Aqua frigida. mercedē ſuſcipiet, quicunq; in noīe diſcipuli vobis ſeruierit. Hoc autē de aqua frigida dicit, vt nemo excuſetur excuſando ſe per inopiam:non enim ait
F aquæ calidę,ne in calida & paupertatis penuria de lignorum occaſiōe quæreretur:& ideo qui non habet vnde aquam calefaciat , ſaltem frigidam det pro deo petenti. Quilibet ergo quantumcunq; pauper poteſt aliqua pietatis opera facere : quia poteſt aquæ frigidæ potum dare. In his enim quę dantur propter Chriſtū,non tm̄ penſatur quātitas doni qđ datur: quantū pēſatur quātitas bonæ voluntatis ex qua datur:nō quantū des,ſed ex quāto,attēdit deus Vtrūq; quidē attēdit:ſed potius hoc quā illud. Vñ
Iudex iuſtus deus. Chry. Verè iuſtus iudex:qui eñ & pro verbo otioſo conſtituit pœnā:iuſtum erat vt pro aqua frigida daret mercedem . Frigidam aquam ideo dixit: vt nec calefaciendi impendat laborem , non quia aliquid eſt quod dat , ideo habet mercedem: ſed quia magnus eſt propter quē dat. Quid enim ſi aliquid amplius voluit dare & non potuit : nunquid iuſtum eſt vt ſecundum modicum opus anguſtetur larga voluntas ? Melius eſt ergo vt opus extendatur ſecundum voluntatem, quàm larga voluntas anguſtetur ſecundum opus : quomodo ergo omnes pauperes volentes benefacere confortat,ita nolētes benefacere inexcuſabiles reddit: qui enim aquæ frigidæ mercedem conſtituit : puto quòd ſi-

G ne opere nudæ voluntati reddet mercedem. Hæc
Chry. Et nota ꝙ triplicẽ recipiendorũ differentiã
ponit:ſcilicet prophetã,& iuſtum,& minimum di
ſcipulum. In propheta,pręrogatiua doctrinęin iu-
ſto,prærogatiua vitæ. In minimo diſcipulo,præro
gatiua ſupererogationis: ſecundũ gloſam enim mi
nimi ſunt, qui nil penitus ex hoc mundo habent:
& ideo iudices cum Chriſto erunt. Vltimo autẽ lo-
quitur de receptiõe diſcipulorũ:quia hoc principa
liter intendebãt,quaſi ex præmiſsis,concludere ſic
maior eſt imitatio diſcipuli ad magiſtrũ, quã pro-
phetæ vel iuſti:ſed illorũ receptio remunerabitur
à Chriſto:ergo multò plus diſcipulorũ Chriſti rece
ptio. Magno ergo affectu recipiendi ſunt diſcipuli
propter Chriſtũ,qui tam minima beneficia nõ eua
cuat à mercede. Ea enim quæ fiunt Chriſti fideli-
Acto.9. bus,reputat ſibi fieri Chriſtus:& hoc tam in factis
malis ſicut ibi:Saule,Saule quid me perſequeris:id
eſt,fideles meos:quàm etiã in bonis, ſicut patet hîc
ex pręmiſsis:quia dicit ſe eſſe receptũ in diſcipulis
ſuis. Vñ Benedict⁹ in regula:Omnes ſuperuenĩetes
Matth.25. hoſpites tanquã Chriſtus ſuſcipiantur:quia ipſe di
H cturus eſt,hoſpes fui & ſuſcepiſtis me. Omnibus ve
nientibus ſiue diſcedẽtibus hoſpitibus inclinato ca-
pite Chriſtus in eis adoretur,qui & ſuſcipitur. Pau
perũ & peregrinorũ maximè ſuſceptio omni cura
ſolicitè exhibeatur:quia in ipſis magis Chriſtus ſu
ſcipitur. Infirmorũ cura ante omnia & ſup omnia
adhibenda eſt,vt ſicut reuera Chriſto,ita eis ſeruia
Ibidem. tur:quia ipſe dixit:Infirmus fui, & viſitaſtis me.
Et quod feciſtis vni de his minimis meis,mihi feci
Hoſpitalitatem cõmendat. ſtis. Hæc Benedictus. Igitur,vt dicit Chry. cauea-
mus ne ſi nos duri in hoſpitũ receptione fuerimus:
poſt hanc vitã nobis hoſpitia ſanctorũ denegẽtur.
Obedientiam commendat. Deinde ad cõmendandũ obedientiam ſubiungit:
[Qui vos audit,audit me:& qui vos ſpernit,me ſper
nit:qui aũt me ſpernit] in vobis,[ſpernit eũ qui me
Lucæ 10. miſit:]ſcilicet patrẽ,quia ego & pater vnũ ſumus.
Hoc addit ſaluator,ad oſtendendũ ꝙ doctrina diſci
I pulorũ eius eſt deuotè & reuerenter audienda,ſal-
tem propter reuerentiã ipſius dei, cuius principali-
ter eſt hæc doctrina:quia enim Chriſtus in diſcipu
lis,pater verò in filio,& filius in patre eſt: non põt
Prædicat in ſuis dominus. vnus honorari ſine alio,vel contẽni. Igitur in audiẽ
do euãgelij prædicatores,ſciat ſe quiſq; non viles
perſonas quaſlibet audire vel ſpernere: ſed ipſum
dominũ ſaluatorẽ & ſuum patrẽ. In diſcipulo enim
magiſter auditur,& in filio pater honoratur: qui-
cunq; ergo es qui ſacerdotes audire contẽnis,& eo-
rum verbis & exhortationibus acquieſcere deſpi-
cis,ſaltẽ deum ipſum non paruipendas, & eum au
dire non faſtidias. Si deſpicis audire ſacerdotẽ,au-
di vel dñm in eo loquentẽ:per eum te admonentẽ,
& ad vitam reducentẽ. In ſacerdotibus enim & di
ſcipulis Chriſtus loquitur: & in eis honoratur vel
2.Cor. 13. contemnitur. vnde Apoſt. An experimentũ quæri
tis eius qui in me loquitur Chriſtus? Noli itaq; ſper
nere diſcipulos & nuntios Chriſti,ne ad illum per-
ueniat quod illis feceris:imò noli deum ſpernere in
diſcipulis & nuntijs ſuis. Hîc ergo Chriſtus nos in-
ſtruit,vt præceptis eccleſiæ & prælatorũ obedia-
mus:ne ad deum perueniat iniuria quã illi feceri-
mus,& ideo quilibet ſic miſſum & propoſitũ acci-
piat:vt in eo mittentẽ & proponentẽ attendat, vt K
in Petro Chriſtũ:ſcilicet in ſeruo dñm, in Chriſto
patrẽ:ſcilicet in vnigenito genitorẽ,& deo ac præ-
lato non in his quæ expreſsè docent vel dicunt:ſed
in his quæ nouerit eorum præciſè eſſe voluntatis,
vel conſilij obediat. Vnde Aug. Magna eſt vtilitas Iubẽti deo ſeruiendũ in cognitione.
hominis iubẽti deo, etiã incognita iuſsionis ratio-
ne,ſeruire:iubendo enim deus vtile facit,quicquid
iubere voluerit: de quo metuendũ non eſt, ne non
pro futura recipiat:nec fieri poteſt vt volũtas pro-
pria nõ grandi ruinæ pondere ſuper hominẽ cadat
ſi eam voluntati ſuperioris extollendo præponat.
Et iterum:Suam voluntatẽ homines faciũt:nõ dei:
quando faciunt quod volunt,non quod iubet deus,
vt diuinæ ſeruiant voluntati: quãdo autẽ ita faciũt
quod volunt,quãuis volentes agant quod agunt,il-
lius tamen voluntas eſt à quo præparatur & iube-
tur quod volũt. Volens fac quod iuberis:atq; ita &
hoc facies quod vis:& non voluntatẽ tuã facies,ſed
iubẽtis. Vnde Ber. Spiritum diſcretionis nihil ita L
extinguit ſicut propria voluntas: voluntatem dico Voluntas propria eius mala.
propriam,quæ non eſt cõmunis cum deo & homi
nibus:ſed noſtra tantũ:id eſt,quãdo quod volumus
non ad honorem dei, non ad vtilitatẽ proximi,ſed
propter noſmetipſos facimus,non intendentes pla
cere deo,& prodeſſe proximis: ſed ſatisfacere no-
biſipſis. Huic contraria charitas eſt, quæ eſt deus:
quid enim odit,aut quid punit deus,præter volun-
tatem propriã? Ceſſet voluntas propria,& infernus
non erit:vt autem ait Hiero. Tantum virtuti adij-
cies,quantũ voluntati ſubtraxeris:& ergo nõ confi
das in orationibus & operibus priuatis, contempto
mãdato ſuperioris. Quia,vt dicit Aug. citius exau Obediẽtiæ merita.
ditur vna oratio obedientis, quàm decẽ millia con
temptoris. Et ideo,vt dicit Ber. grande malum eſt
propria voluntas,qua fit vt bona tua tibi bona non
ſint. Quando verò magis,& quãdo minus merito-
ria ſit obediẽtia,oſtendit Greg. Obedientia aliquã
do ſi de ſuo aliquid habeat,nulla eſt: aliquãdo autẽ M
ſi de ſuo aliquid non habeat,minima. Nam cùm
huius mundi ſucceſſus præcipitur, cùm locus ſupe
rior imperatur:is qui ad percipiẽda hęc obedit,obe
dientiæ ſibi virtutẽ euacuat, ſi ad hæc etiã ex pro-
prio deſiderio anhelat. Neq; enim ſe ſub obediẽtia
dirigit, qui ad percipienda huius mũdi proſpera li
bidini proprię ambitionis ſeruit. Rurſum cùm mũ
di deſpectus præcipitur:cùm probra adipiſci & cõ
tumeliæ iubentur, niſi hæc ex ſemetipſo animus
appetat:obediẽtiæ ſibi meritũ minuit,quia ea quæ
in hac vita deſpecta ſunt,inuitus nolenſq; deſcẽdit.
Debet ergo obediẽtia & in aduerſis ex ſuo aliquid Obediẽtia in aduerſis & proſperis.
habere,& rurſum in proſperis ex ſuo aliqd omni-
no non habere:quatenus in aduerſis tãto ſit glorio-
ſior,quãto diuino ordini etiã ex deſiderio iungitur
& in proſperis tanto ſit verior, quanto à præſenti
ipſa,quã diuinitus percipit gloria,funditus ex mẽn
te ſeparatur. hæc Greg. vt autẽ dicit Ber. Tria vin
cula debet habere vera obediẽtia,videlicet celerita
tem in iuſsione,iucunditatẽ in labore, perſeueran-
tiam in operis executione. Quantum verò bonum
ſit obedientia: & per oppoſitum quantum malum
inobedientia:



A inobediẽtia,oſtendit Auguſt. dicens: Perfectè deus
Inobedientiæ mala. euidenterq; monſtrauit quantũ ſit bonũ obediẽtia,
cùm hominẽ in paradiſo poſitũ ab ea re prohibuit,
quæ nõ erat mala. Sola ibi obedientia potuit tene-
re palmã,ſola inobedientia incidit pœnã. Vnde &
Berna. Inobedientia deũ offendit,angelos alienat:
eijcit à cõmunione ſanctorum,vitã ęternã amittit
gaudiũ facit dæmonibus,æternum meretur ſuppli
cium. Et iterũ: Nõ dabit inobedienti copiã ſui tan
tus amator obedientiæ,qui maluit mori quàm nõ
obedire:& ne perderet obedientiã,perdidit vitam.
Hæc Bern. [Cũ ergo conſummaſſet Ieſus,] ſermo
nes prædictos,[pręcipiẽs duodecim diſcipulis ſuis]
modum ſcilicet prædicandi & viuendi prædictũ,
tranſit inde vt doceret & prędicaret in ciuitatibus
eorũ:ſcilicet diſcipulorũ,quarum domini nõ erãt:
ſed in quibus nati vel enutriti,ſeu morati fuerant:
hoc eſt vt prædicaret Iudæis quib⁹ miſſus erat. Prę
dicant itaq; ibidẽ Iudæis,nõ Samaritanis,non gen
tibus,fecit quod docuerat & mandauerat diſcipu-
lis, vt ſecundũ promiſſa prius offerretur Iudæis oc
caſio ſalutis. Hic ergo dat maioribus prælatis exẽ-
B plum:vt ipſi prædicare non deſinant,quanuis alios
Prędicent prælati. deſtinent ad prædicãdũ,ne alijs laborantibus otio-
ſi fiant:& bonorum glorioſum fructum perdant.
Sed heu,hodie multi prælati vicarios,non adiuto-
Contra prælatos. res,quærunt:& quieſcere,non collaborare volunt:
opinantes ꝙ ſic ſuæ & ſubditorum animæ requie-
ſcant in pace. Imò,quod peius eſt,prædicationibus
omiſsis,quidam vacant guerris & pugnis: & qui
prædicando deberẽt animas viuificare,guerras fa
ciendo non timẽt & corpora & animas perimere:
& ſic lotis extrinſecus manibus,ſed pollutis intrin
ſecus cordibus ad altare accedere. Vbi Chryſo. Cũ
Magiſter nõ ceſſet. conſummaſſet Ieſus pręcipens diſcipulis ſuis exijt
ad prædicandum,ne laborantibus diſcipulis otio-
ſus eſſet magiſter. Non enim vicarios operis ſui il-
los ordinauerat,ſed adiutores:& ideo feſtinantibus
mercenarijs,neceſſe erat vt amplius ipſe paterfa-
miliâs feſtinaret:nam in ſecularibus qui fuerit ma
ior aut clarior,& habuerit ſecus ſe minores aut ſub
ditos,à deo omnia quęcunq; neceſſaria fuerint ipſi
C adimplent:ille autem in ſuo honore cõſtitutus tan
tummodo iuſsionibus præeſt,ab omni labore ſecu
rus eſt. In ſpiritualibus autem viris non eſt ita:ſed
qui maior eſt,maiorem habet laborem:ideo prędi
cantibus Apoſtolis amplius laborabat Chriſtus:mi
ſerat em̃ illos quaſi Sol radios ſuos:quaſi roſa ſua-
uitatis odores,quaſi ignis ſcintillas ſuas diſperſit:
vt ſicut Sol in radijs ſuis apparet,ſicut roſa in odo-
ribus ſuis ſentitur:ſicut ignis in ſcintillis ſuis aſpi-
citur,ſic in illorum virtutibus Chriſti potentia co-
gnoſcatur. Quis enim videns diſcipulos ſuos bene
inſtructos,non ſcientiam magiſtri collaudet? Aut
opera eorum magna conſiderans,non potentiã ad
miretur autoris? faciebat enim Chriſtus miracu-
la,faciebant & diſcipuli eius:& inter mirabilium
Exitus diſcipulorũ. operationes maior virtutum fama creſcebat. Hæc
Chryſo. Exeuntes autem xij. diſcipuli circũibant
per caſtella euangelizantes,non ſolum procuratio
nem recipientes & curantes in anima & corpore,
nõ malo exemplo occidẽtes,& hoc vbique ſine per
ſonarum acceptione. Exierunt ab arce contempla
tionis ad actionem prædicationis & curationis:in D
ducendo homines verbo & exemplo,vt pœniten-
tiam agerent de peccatis:ſed heu multi hodie exe-
unt à latebris peruerſæ cogitationis,ad actionem
iniquitatis,corrumpendo homines verbis & exẽ-
plis malis.

## ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte magiſter bone,da mihi
prophetas:ſcilicet qui doctrina te prædicant
& iuſtos,qui bona vita te demonſtrant:ac di
ſcipulos,ac nũtios tuos,qui te quoquo modo denũ
tiant:ſic pro nomine tuo venerari & recipere, ac
eis charitatis obſequia,& beneficia impendere: vt
mercedem cum eis merear,te donãte,meritis eorũ
obtinere. Da mihi etiam domine deus meus pręla
tos prædicatores & ſacerdotes reuerenter audire,
& eorum admonitionibus obediendo acquieſcere:
vt cum veris obediẽtibus valeam apud te gratiam
inuenire. Amen.

De quæſtione Ioannis Baptiſtæ,& eius com
mendatione. Cap. lvi.

IOannes aũt Baptiſta in vinculis & in
carcere cõſtitutus,cũ per diſcipulos E
ſuos magis inuidia,quã ſimplici cor Matth.11.
de ſtimulatos,audiſſet opera & mira
cula quæ faciebat Chriſtus: plus de
diſcipulorũ ſalute q̃ de ſuo periculo ſolicitus,mit-
tens duos de diſcipulis ſuis dubitãtibus,vt ipſis re-
uerſis crederetur ab alijs:quia in ore duorũ vel triũ
teſtiũ ſtabit omne verbũ,[ait illi:] ſcilicet Chriſto, Deut.19.
per diſcipulos ſuos miſſos. q.d. ſi mihi non creditis
qui teſtimoniũ de Chriſto perhibui,vos ipſi dicite
ei:[Tu es qui venturus es Chriſtus,] & Meſsias in Quæſtio Ioannis.
lege promiſſus,qui debes ſaluare Iſraël,[an alium
expectamus,] ad ſaluandum? Ioannes interpreta-
tur gratia, Ioannes ergo in vinculis eſt:cùm gratia Ioannes in vinculis.
in aliquo vinculis mundi, vel carnis,vel peccati li-
gata tenetur ne proficiat. Heu in multis hodie Io-
annes tenetur vinculis:corpus enim carcer eſt im-
pediens hominẽ à contẽplatione veritatis: nõ autẽ Corpus carcer eſt.
ipſe Ioãnes dubitauit,nec dubitando quæſiuit qui
de Chriſti præſentia in vtero matris exultauit,qui Lucæ 1.
ei etiã ad baptiſmũ venienti dixerat: ego à te de- F
beo baptizari, & tu venis ad me: & in baptiſmo Matth.3.
eum per colũbam deſcẽdentẽ,ac per patris vocem
& teſtimoniũ agnouit,& poſtea digito demõſtra Ibidem. & Ioan.1.
uit:qui etiã pro Chriſto ac fide eius,& iuſtitia po-
ſitus eſt in carcere, & paratus mortẽ ſuſtinere: ſed
morẽ dubitãtis gerens quæſiuit, vt diſcipulorum Ioannes quęſiuit vt ſuos doceret.
dubitationi cõſulendo eos per Chriſtũ cõfirmaret,
& Chriſti diſcipulos faceret:quos de Chriſto ad-
huc dubitãtes nouerat,vt vidẽtes ſigna & correcti
dictis crederẽt:ſcandalũ enim patiebãtur, quia Ie-
ſum præponi & præferri ſuo magiſtro audierant.
Vnde Auguſtin. Ite dicite illi,nõ quia ego dubito:
ſed vt vos inſtruam:quod ego ſoleo dicere, ab ipſo
audite:audiſtis præconem,confirmamini à iudice.
Vnde & Hylarius: Ioannes igitur nõ ſuæ ſed diſci
pulorum ignorantiæ cõſuluit:vt enim ſcirẽt non
alium à ſe prædicatum, ad opera eius intuenda
diſcipulos ſuos miſit, vt autoritatem dictis illius

opera conferrent, nec Chriſtus alius expectaretur quàm cui teſtimoniũ opera pręſtitiſſent.

G

Vnde etiã Chryſ. Ioãnes in carcere ſciens ſe eſſe iam in exitu conſtitutũ, volebat diſcipulos ſuos Chriſto adiungere, tanquã ſi prouidus pater moriens filios ſuos conſignet fideli tutori: deſiderabat enim viuens plenã fidem videre diſcipulorũ ſuorum, & ſine dubitatione aliqua credentes Chriſto. Sicut pater moriens ſi viderit filios ſuos bonis moribus ornatos, & omni ſapentia perfectos, quaſi ſecurus moritur, nihil de cætero timens de illis: ſic & Ioannes volebat diſcipulos ſuos perfectos videre in Chriſto, vt iucũdius moreretur. Magis autem non ſicut pater filios ſuos cõmendauit Chriſto quaſi tutori, ſed quaſi pedagogus alienos filios quos ad tẽpus accepit vt erudiret eruditos volebat chriſto reddere, quaſi proprio patri ipſorum: ideo interrogabat per diſcipulos ſuos non vt ipſe accipiens reſponſum à Chriſto audiret

H

& diceret: ſed vt miſsi diſcipuli oculis ſuis viderẽt opera eius & crederẽt. Miſit Ioannes diſcipulos ad Chriſtũ vt miracula eius viderent, qui tot fecit vt paucorũ animas lucraretur: quia melior eſt apud deum vnus iuſtus, quàm totus mundus peccatoribus plenus. hæc Chry.

Iuſti pretium.

Sed ſecundum Greg. Quęrit Ioannes per diſcipulos: tu qui veniſti in mundũ naſcendo, es tu venturus ad inferos moriendo? Et poteſt dici quòd nõ ſimpliciter dubitauit de deſcẽſu ad inferos: ſed de deſcenſu in anima & corpore ad eos. Ieſus autem amouit dubitationẽ diſcipulorum: & oſtendit eis primò factis, & poſtmodũ verbis: quia ipſe eſſet Chriſtus, ſecundũ illud: cœpit Ieſus facere & docere.

Acto. 1.

In quo prædicatores & doctores inſtruxit: vt non ſolũ verbis, ſed etiam factis doceant. In eorum enim præſentia, & multorum qui ibi aderant, cæcos, ſurdos, claudos, & leproſos curauit, & alia miracula fecit: populo prędicauit, cuius euangeliũ primò pauperes receperũt: quia pauperes & humiles magis credunt euãgelio, quàm diuites.

Miracula Chriſti.

Et per hoc reſpondit quęſtioni Ioannis, vel magis diſcipulorũ eius,

I

oſtendens per miracula ſoli diuinæ virtuti poſsibilia, ꝙ ipſe eſſet verè Chriſtus. Hæc enim plenum perhibebant ei teſtimonium ꝙ eſſet dei filius. Nam etſi ante euangelium aliqui ſimilia egerunt, rari tamẽ fuerunt, & ſua autoritate & iuſsione, ſed miniſterio & oratione hęc fecerũt. Vnde dicitur, [& reſpondens Ieſus:] ſcilicet verbis & factis, [ait illis: Ite & renuntiate Ioanni quæ audiſtis,] ab alijs antequã veniretis, [& vidiſtis,] pręſentialiter ad præceptũ meum fieri poſtquã veniſtis, & vos de me certificemini per eum potiuſquã ipſe: vel [quę audiſtis,] in prædicatiõe, [& vidiſtis,] in miraculorũ operatione. q.d. Videris me, agnoſcite me: videtis facta, agnoſcite factorẽ. Cæcos illumino, mortuos ſuſcito: pauperes ad fidem conuerto, & cætera facio quæ me facturũ prophetæ nuntiauerunt. Ipſa opera quæ ego facio teſtimonium perhibent de me. Vnde ſi mihi nõ creditis, vel operibus credite. Conferte opera quæ in me vidiſtis, cum prophetarum oraculis quæ legiſtis, vt & me illum de quo dixerunt eſſe cognoſcatis. [Cæci vident,] vt impleatur illud propheticũ, tunc aperientur oculi cæcorum,

Eſai. 35.

[claudi ambulant,] vt impleatur illud: tunc ſaliet ſicut ceruus, claudus. [Leproſi mundãtur,] vt impleatur illud: Languores noſtros ipſe tulit, cuius liuore ſanati ſumus.

K

Eſa. 53.

[Surdi audiũt] vt impleatur illud: & aures ſurdorum patebunt.

Eſa. 35.

[Mortui reſurgũt,] vt impleatur illud: Viuent mortui, interfecti mei reſurgent.

Eſaie 26.

Pauperes euangelizãtur,] id eſt, per euangeliũ inſtruuntur & illuminantur, & ad fidem conuertuntur: vt impleatur illud: euãgelizare, vel ad annuntiandũ pauperibus miſit me.

Eſaie 61.

Fit autem potius mentio de pauperibus, quàm de diuitibus, quia pauperes conuertuntur facilius.

Pauperũ cur mẽtio fiat.

Vbi Hiero. Pauperes autẽ euãgelizantes intellige, vel pauperes ſpiritu, vel certè opibus pauperes, vt nullam inter nobiles & ignobiles, inter diuites & egenos, in prædicatione diſtantia ſit. Narrate ergo Ioanni, quę quidem audiſtis in prophetis per Meſſiam fienda, vidiſtis modò per me impleta: ea enim tunc agebat Chriſtus, quæ prophetæ loquentes de tempore Meſsiæ prędixerant eum facturũ.

L

Ratio reſponſionis Chriſti.

Subtiliter ergo reſpondit, innuẽs talem rationẽ: Qui operatur opera omnem naturæ facultatẽ excedentia, & quæ prophetæ prædixerãt de Chriſto, ille profectò Chriſtus eſt: ſed ego talia operor, ergo ego ſum. Vtiliter ergo ad Ioannis diſcipulos reſpondit dominus, potius per opera, quàm ſi dixiſſet ego ſum: vt ipſa opera eius manifeſtarẽt eis ꝙ ipſe eſſet Meſſias, potiuſquã verba: quia teſtimonium quod eſt de rebus & operibus, credibilius & validius eſt teſtimonio quod eſt à verbis: & validior eſt vox operis, quàm ſermonis. Noluit etiã apertis verbis dicere, ego ſum: propter arrogãtiæ vitandæ exemplũ: ſed tamẽ euidentiſsimè oſtẽdit ſe eſſe illũ de quo quęrebant eum.

Sex opera Chriſti contra ſex mala.

Moraliter per ſex opera Chriſti mirabilia hîc poſita, quibus liberauit homines à corporalibus defectibus: poſſunt accipi ſex mala à quibus quotidie ſpiritualiter liberat animas. Cæcitas eſt ignorãtia, & error ratiõis eligẽtis. Claudicatio, eſt infirmitas & curuitas affectionis mouẽtis. Lepra, eſt cõcupiſcẽtia & immũdicia cõcupiſcẽtię carnalis. Surditas, eſt malitia & duritia obſtinata mentis. Mors, eſt ſeparatio animæ à deo, per mortale peccatũ. Paupertas, eſt defectus gratiæ & virtutũ.

M

Hęc ſex mala ꝓ magna parte, nobis ex peccato primi hominis inflicta tollit fides & prædicatio Chriſti deuotè accepta. Nã ratio illuminatur, affectꝰ certificatur, cõcupiſcẽtiæ ardor extinguit, obſtinatio frangitur peccatũ fugatur, & gratia cõfertur.

Cæci.

Quidã enĩ ſunt cęci ꝑ ignorantiã: quos liberat Chriſtus illuſtrãdo mentẽ ad diuinorũ cognitionẽ.

Claudi.

Quidã ſunt claudi, in affectu prauæ volũtatis: qui bñ vidẽt quid agendũ ſit, & quomodo derelicto mũdo Chriſtus ſequẽdus eſſet: ſed nolũt, vel partim volũt ſequi mundũ, partim Chriſtũ, claudicãtes in duas partes id eſt, verſus deum & mundũ: quos liberat Chriſtus diſponẽdo mentẽ ad diuinæ volũtatis expletionẽ.

Leproſi.

Quidã ſunt leproſi lepra luxuriæ, quę corpus & animã maculat, vel alterius peccati cõtagione: quos liberat Chriſtus depurãdo mentẽ omnimodo à culpabilibus defectibꝰ quibuſcunq;.

Surdi.

Quidã ſunt ſurdi per cordis duritiã & in miſericordiã, ſiue ad prædicationis vocem, ſiue ad pauperũ clamorem, quos liberat Chriſtus inclinando mentem ad verbi dei





Mortui.

& pauperum obauditionem. Quidam ſunt mortui

A

per peccati mortalis obſtinationem, quos liberat Chriſtus viuificando & renouando mentẽ, & hominem interiorẽ.

Pauperes

Quidam ſunt pauperes à cœleſtibus gratijs & virtutibus nudi & miſeri, quos Chriſtus liberat ditando mentẽ gratijs & veſtiendo virtutibus. Iſta aũt miracula ſpiritualia ſunt maiora quàm corporalia: magis enim eſt, ſecundũ Auguſt. iuſtificare impiũ, quàm creare cœlum & terram plus eſt iuſtificare animã in ęternũ victuram, quàm ſuſcitare carnẽ iterum moriturã: plus eſt in anima reformare imaginẽ dei, quàm in corpore reformare materiam noſtri limi.

Iuſtificare impium.

Deinde dominus ſubiũgit: [Et Beatus eſt qui nõ fuerit ſcãdalizatus in me,] ſcilicet in infirmitate & humanitate mea dubitando de deitate & diuina potẽtia, credens me purum hominẽ eſſe: quia me videt in paſsibili carne, beatus qui me pati viderit: & nõ me negabit, cuius fidei nihil tentamẽti affert, crux, mors, & ſepultura. Vnde & latro fuit beatus, quia nõ fuit ſcandalizatus.

Latro beatus

q.d. Licèt operer vt deus mirabilia, quia tamen vt homo ſum crucifigẽdus: cauendũ eſt valde hominibus, ne in me mortẽ deſpiciant, qui ſigna venerantur.

B

Et bene dixit in me, nõ à me: quia Chriſtus nũquã fuit cauſa ſcãdali actiuè, ſed potuit eſſe quodãmodo materia ſcandali & occaſio. Vnde & dicitur petra ſcãdali, petra enim nullũ ſcãdalizat: quia naturæ ſuæ debitũ facit, ſed de petra cęcus, vel incautus ſcandalizatur qui lęditur.

Scandalizari in Chriſto.

In hoc ergo dominus internuntios Ioannis qui eũ Chriſtũ non credebãt percutit, & à perfidiæ ſcandalo caſtigat. Hoc enim induxit vt Ioãnis diſcipulos ad ſe traheret qui de eo offendebãtur: quia Ioãnes in operibus maior clarebat, quaſi eis diceret: Videte ne ſcãdalizemini in me, & ne in aliquo de me minus ſentiatis. Sicut aũt præcurſor intendebat amouere à diſcipulis dubitationẽ de Chriſto, ſic ſaluator viceũerſa à turbis de præcurſore: cõmendans eũ multipliciter turbis, quæ neſciebãt myſteriũ ſecretum, ſeu cauſam interrogatiõis: ne turbę ſuſpicarẽtur Ioãnem malè motũ fuiſſe: & ideo diſcipulos miſiſſe, ac per hoc minus crederent pręteritis teſtimonijs

C

Ioannis. Audiẽtes enim quęſtionẽ à diſcipulis ioãnis Chriſto propoſitã, putare poterant Ioannẽ leuem in fide, & mollẽ in vita: quia videbatur prius dum erat liber de Chriſto affirmaſſe, quę modò in carcere quaſi aduerſitate fractus videtur quærere. Leuitas, ad hæſitationẽ rationis: mollicies, ad cõcupiſcẽtiam voluptatis pertinet: & vtraque dominus à Ioanne cõcludit: & eũ de cõtrarijs, & quibuſdam alijs commendat.

Commendatio Ioãnis in abſentia à cõſtantia

Magis autem voluit cõmendare Ioannẽ in abſentia diſcipulorũ eius, quàm in præſentia, vt eius cõmendatio non ex fauore humano, vel ex adulatione: ſed amore veritatis procedere videretur. Et per hoc docuit nos fugere notam adulationis in cõmendatione aliorũ, & maximè magnorum in præſentia eorũ.

Adulatio vitanda.

vnde Chry. quàm bene recedentibus diſcipulis cœpit laudare Ioãnem. Non ſicut quidã homines blanditores, qui libẽter homines in facie laudant: aut quando vident amicos eius fideles, aut domeſticos eius quos credũt nuntiaturos illi quicquid audierint. Nam qui inſipiens eſt, gaudet laudatus in facie: vir autẽ ſapiens quãdo laudatur in facie, flagellatur in corde.

D

Laudari in facie.

Propter duas ergo cauſas homo in facie laudari nõ debet. Primùm, ſi ſapientẽ illum putas, grauiter ſuſcepturus eſt: Et quare illi laudibus tuis moleſtiam facis? Si inſipientẽ illum exiſtimas, extollẽdus eſt: quare inſipientiam eius laudibus tuis nutris? Hæc Chry. Deinde conſequẽter commendat Ioannem à multis, & primò à cõſtantia fidei & mentis. Dicit ergo: [Illis autem,] ſcilicet diſcipulis Ioannis, [abeuntibus] ſcilicet à Chriſto, & reuertẽtibus ad Ioannẽ, [dixit Ieſus ad turbas. Quid] id eſt, qualẽ [exiſtis in deſertũ videre,] nõ modò: ſed olim cùm adhuc Ioãnes eſſet in deſerto, nũc enim erat in carcere. Quaſi diceret: Qualis creditis ꝙ ſit ille ĩ quẽ iandudum ante vincula frequẽter, [exiſtis videre?] Vnde Chry. Ac ſi diceret propter quid ciuitates dimittentes: conueniſtis in deſertũ? non plebs tanta cum tanto deſiderio in eremũ veniſſet: niſi magnũ quendam & mirabilem, & petra ſolidiorẽ ſe videre æſtimans. [Exiſtis inquã videre arundinẽ vento agitatam?] q.d.

E

Arundo non fuit Ioannes.

Non fuit mobilis ſicut arundo, vt leuitate mentis & fidei de domino ambigeret quem antea prædicauerat: ſed ita cõſtans ꝙ nec timore, nec fauore à veritate declinabat. Nõ fuit arũdo Ioannes, ſed columna: non mouebatur vẽto: nec proſperis erigi, nec aduerſis inclinari nouerat, ſed inter aduerſa & proſpera immobilis permanebat, ſeruans in proſperis humilitatẽ, & in aduerſis patientiam: non quatiebatur timore, nec flectebatur adulatione: nec eũ blandum gratia, nec aſperũ ira cuiuſlibet faciebat: vno eodemq; vultu reſpiciebat illos qui eũ laudabant, & illos qui eũ vituperabant. Sic inimicos, & amicos diligebat: ſic potentes & impotentes arguebat: arundo igitur vento agitata Ioannes non erat, quem à ſtatu ſuæ rectitudinis nulla rerũ varietas inflectebat.

Calamus.

Vnde Chry. Calamus eſt vacuus, & nullam habens virtutẽ: & ideo qualis vis vẽtus leuis flauerit ſuper eũ: huc & illuc flectit eũ: ſic & homo carnalis & ſecularis in quo fidei nulla eſt medulla, & virtus veritatis nõ inuenitur in eo, qualiſcunq; tẽtatio venerit ſuper eum: curuat eũ.

F

Arũdo ne ſimus.

Vnde & Grego. Diſcamus ergo fratres chariſsimi arundo vẽto agitata nõ eſſe: ſolidemus animũ inter auras linguarũ poſitum: ſtet inflexibilis ſtatus noſtræ mentis, nulla nos detractio ad irã prouocet, atq; ad remiſsionẽ inutilis gratiæ nullus fauor inclinet: nõ nos proſpera eleuent nõ aduerſa perturbẽt, vt qui ſoliditate fidei figimur: nequaquã rerum tranſeuntiũ mutabilitate moueamur. Hæc Grego. Myſticè hîc Ioannẽ laudat; vt ſic ipſe nec mortis timore, nec carnalis vitæ amore formã iuſtitiæ deſeruit: ſic nec nos vtilia relinquamus pro vanis, vel æterna pro tranſitorijs, & crucẽ potiuſquàm phaleras mundi elegamus.

Commendatur à veſtitu.

Secũdò cõmendat eũ ab auſteritate vitæ & pœnitentiæ: quia non fuit mollibus veſtitus, nec delitijs vſus. Vnde dicit: [Sed quid exiſtis videre hominem mollibus veſtitum?] ſcilicet per carnis curã delitioſum? nõ dicat, nõ: quia, vt dictũ eſt ſupra, Ioannes habebat veſtimentum de pilis camelorũ, & eſca eius erat locuſta & mel ſylueſtre: vt ipſo conuerſationis ſuę teſti

Veſtitus Ioannis.

monio contemneret mundum cum bonis & delitijs ſuis. G Ad hoc etiã manebat in deſerto: vt auſteram vitam duceret, non ſolum victu & veſtitu, ſed etiam ex loco : propter quod ſubditur: [Ecce qui mollibus veſtiũtur,] & delicijs vtũtur, non in deſerto: ſed [in domibus regum ſunt:] quia ibi vita delitioſa agitur. Ad hoc enim multi magnatibus adulantur, vt cũ ipſis cõmorantes delitijs vtantur : ſed homines veritatis talia aſpernantur. Vnde narrat Valerius Maximus, ꝙ quidã dixit Diogeni olera lauanti. Si tu Dionyſio adulari velles, iſta nõ ederes. Cui reſpondit: Si tu iſta edere velles, Dionyſio adulari nolles. & ſequitur: hic veredicus veritatis annuntiator, malens oleribus ſuſtentari, quàm magnatibus adulari: ſed heu hodie multi etiã religioſi contrarium faciunt, & pro modico maioribus & etiam alijs adulari nõ erubeſcunt. Et bene dicit [in domibus regum,] nõ pontificũ. Debent enim pontifices & omnes prælati Eccleſiæ, & etiam eorum familia indui veſte ſimplici & religioſa non molli & pretioſa. Vnde legitur de beato Aug. ꝙ veſtimenta eius erãt nec nitida plurimũ, nec abiecta nimis. Vnde & Hiero. Ornatus & ſordes pari modo fugiendi ſunt: quia alterũ delitias, alterũ gloriam redolet. H Quomodo ergo clerici & religioſi æquè mollibus & delitijs vtuntur, ſicut & hi qui in domibus regum ſunt: ſed timeãt & caueant ſibi, quia non cœleſti ſed terreno regi militant qui pro deo perpeti aſpera fugiunt: ſed ſolis exterioribus dediti, præſentis vitę mollitiẽ & delectationẽ quęrunt. Si ergo vilibus veſtimẽtis indui virtus nõ eſſet, nequaquã dominus Ioannẽ de veſtimenti ſui aſperitate laudaſſet. Et ſi pretioſis induiveſtimentis peccatũ non eſſet, nequaquã de pœna diuitis locuturus præmiſiſſet, quia induebatur purpura & byſſo. Quàm verò periculoſum ſit vti mollibusveſtibus, patet per Chry. qui dicit: Mollis veſtis diſſoluit rigidam animã: & ſi rigidũ corpus aſſumat & aſperum, facilè per huiuſmodi mollicię delicatũ reddit & fragile. Facto aũt corpore molliori, neceſſe eſt & animam participare læſionẽ: namvt plurimum operationes ipſius conſonant diſpoſitionibus corporis. I hæc Chryſoſtomus, Myſticè per veſtitos mollibus, poſſunt intelligi adulatores: quod bene ſignificatur per indumentũ: ſicut enim indumentũ adaptat ſe illi cuius eſt, ſic adulatores adaptant ſe malis, vt qui timore perſecũtionis, vel amore laudis peccantiũ vitia nõ redarguunt: & vt tẽporalia lucra vel cõmoda conſequi poſſint, illis ſe conformare non metuũt. Sed ſecundũ Grego. Ioannes ſic mollibus veſtitus nõ erat: quia peccantiũ vitia non blandiendo fouere, ſed increpando caſtigare nouerat. Moraliter ſecundum Hiero. & Rabanũ: Docemur hîc ꝙ prædicatores veritatis declinare debẽt molliũ palatia, quæ mollibus induti adulatores frequentant: qui vitã peccantium palpant, vngunt, & non pungũt. Item notatur hîc, ꝙ prædicatio veritatis cõuenit cũ duritia cibi & veſtis: qui autẽ falſa prædicãt, adulatores ſunt, lucra ſectãtur, diuitias quęrunt, delitijs affluũt. Et tales ſic mollibusveſtiti, [in domibus regũ ſunt,] id eſt, ſecundũ Greg. exſorres regni cœleſtis ſub iure diaboli ſunt, qui ſunt

Domus diuitum vitandæ.

Ariſtipp*.

Veſtis eccleſiaſticorum.

Veſtitus mollis.

Veſtiti molliter.

Prædicatores vitẽt palatia.

reges tenebrarum. Per deſertum quoq; poteſt intelligi religio: quia ſicut deſertũ fuit medium, & quędam K via inter Aegyptũ & terram ſanctã promiſſionis: ſic religio eſt quoddam mediũ inter cœlum & mundum, & quaſi quædam via directa qua itur ad cœlum. Per Ioannẽ exiſtentem in deſerto, intelligitur religioſus qui non debet eſſe arundo, id eſt, hypocrita exterius: ſicut arundo virẽs & interius vacuus: ſed exterius debet virere per honeſtã conuerſationem: & interius debet eſſe plenus per fidẽ & feruentẽ deuotionem. Itẽ non debet eſſe fragilis ſicut arũdo, & omni vento cedere: ſed debet eſſe firmus, & omni tentationi reſiſtere: & nec benedictione, nec maledictiõe debet moueri. Itẽ non debet eſſe mollibus veſtitus id eſt adulator, ſed ſerioſus ad vitia: & nullius in hoc perſonæ acceptor. Tertiò cõmendat ſaluator Ioannẽ ab excellentia perſonæ & claritate notitiæ: q̃a pluſquã propheta fuit. Propheta quidẽ fuit: q̃a Chriſtũ prędixit, quod & alij prophetæ fecerũt. Vnde ſuprà dictum eſt : Tu puer propheta altiſsimi vocaberis. L Itẽ pluſquàm propheta fuit. Primò, quia à deo per angelum prophetatus fuit. Secundò, quia in vtero matris prophetare cœpit. Tertiò, quia filius* prophetarũ fuit. Quartò, quia Chriſtũ à ſe & ab alijs præuiſum & prędictũ digito demõſtrauit, quod alij non fecerũt. nam ſecundũ Greg. Prophetę officium eſt ventura prædicere: ſed non etiã demonſtrare. Quintò, ſecundũ Aug. & Ambro. eſt maior prophetis: quia prophetæ dominũ venturũ prænunciauerunt, quẽ videre deſiderauerunt, & non viderunt: huic aũt preſtitũ eſt quod illi quæſierũt. Sextò, ſecundũ Hiero. quia ad priuilegium prophetale etiã baptiſtę acceſſit premiũ, vt ſuum & prophetarum baptizaret dominum. Septimò, quia angelus, & ſi nõ natura, tamẽ officio dictus eſt. Octauò, q̃a proximior Chriſto fuit, & penè cũ ipſo venit, vnde Chry. Omnes quidem prophetę ante faciẽ Chriſti tranſmiſſi ſunt : ſolus aũt Ioannes ſic miſſus eſt ante faciẽ Chriſti vt penè cũ Chriſto veniret. Quãtum prę cęteris prophetis Ioannes in tẽpore iuxta M Chriſtũ tantũ iuſtitia prę illis ꝓximior erat Chriſto. Multę quidem ſtellæ ante lucẽ præcedũt, nũtiãtes lucis aduentũ: nulla earũ Luciferi nomẽ habere meruit niſi vna: quia cũ ipſa luce procedit. Sic omnes prophetę ante faciẽ Chriſti pręcedũt nuntiãtes aduẽtũ eius: ſolus tamẽ Ioãnes pręcurſor eſt appellatus: quia nõ ſolũ aduentũ eius annũtiat, ſed etiam illũ digito oſtẽdit dicẽs. Ecce agnus dei. hęc Chry. Quartò cõmendat eũ ab autoritate doctrinę, & officij dignitate, cùm dicitur: [Hic eſt enim de quo ſcriptũ eſt] in Malachia, & ſunt verba patris ad filiũ Ioannẽ commendãtis & dicẽtis. [Ecce ego mitto angelũ meũ] id eſt nuntiũ ſcilicet Ioannẽ baptiſtã: qui etiã vitã duxit angelicã [ante faciẽ tuã] id eſt ante preſentiã tuã tẽporalẽ: & ante eiuſdẽ potẽtię * manifeſtationẽ & cognitionẽ [qui pręparabit viã tuã] prędicãdo pœnitentiã: baptizando ad aſſuefactionẽ, te annũtiando ac manifeſtãdo, ac corda auditorũ ad recipiendũ te & tuam prædicationem peruia reddendo [ante te] id eſt ante oſtenſionẽ tuam ad mundũ: ſic officiũ prędicatorum eſt præparare

Deſertum moraliter religio.

Ioannis commendatio à perſona.

Lucæ. I.

Ioannes pluſquam propheta.

* ſimul.

Angelus Ioannes.

Ioan. I.

Commendatur Ioannes ab autoritate doctrinæ &c.

* præſentiæ.



præparare corda auditorum, ante aduentũ domini A ad iudicium, vel in mentem. Dictus eſt autẽ Ioannes angelus, propter duo. Primò, propter officij dignitatem: quia nuntius. Officium enim angelorũ, eſt arcana reuelare: ſic officium Ioãnis, arcana prędicere. Nam ſicut angelus Gabriel natiuitatẽ ſaluatoris paucis annũtiauit perſonis, ſcilicet virgini, Ioſeph, paſtoribus, & Magis: ita Ioãnes palàm illum toti mũdo nuntiauit. Vnde Beda: Angelus vocatur Ioannes, nõ naturæ ſocietate, ſed officij dignitate. Quo nomine, rectè appellari potuit homo ille, qui fuit miſſus à deo, vt teſtimoniũ perhiberet de lumine, & venientem in carne dominũ, mundo nuntiaret. Et ſacerdotes angeli nuncupãtur. Vñ Apoſtolus prohibet, ne mulieres detecto capite orent, propter angelos dei, id eſt ſacerdotes. Et ſecundũ Grego. Vnuſquiſq; fidelis, ſi à prauitate proximũ reuocat, & ad bonum exhortatur, ſi ęternũ regnum vel ſupplicium erranti denuntiat, profectò angelus, id eſt nuntius domini eſt. Secundò dictus eſt angelus, B propter vitæ angelicæ puritatem, quã duxit in ſolitudine, id eſt virginitate, in contẽplatione. Vnde Chryſ. Beatus Ioãnes, qui talem meruit habere laudatorem. Audi nunc & intellige dignitatẽ : puto ſi nõ eſſet audaciæ dicere ꝙ glorioſior eſt Ioãnes, q̃a homo fuit, & ꝓpter meritum virtutis angelus eſt vocatus, quàm ſi nomine angelus & natura fuiſſet. Angelus enim hoc ipſum ꝙ angelus eſt, non tantũ eſt virtutis præmium, quantũ naturæ proprietas. Iſte autem mirabilis eſt, qui in natura humana euãgelicam tranſgreſſus eſt ſanctitatẽ. Et hoc obtinuit per gratiam dei, quod nõ habuit natura. hęc Chry. Et vt ſummam virtutũ cõmendationis eius dñs breuiter cõprehendat, ſubdit: [Amen dico vobis, inter natos mulierũ nõ ſurrexit maior Ioãne baptiſta.] Signanter dicit [natos,] non natas, ne virgini matri Chriſti præferri, vel æquari quoad ſanctitatem intelligatur, quæ prælata eſt oĩbus ſanctis, & poſt Chriſtum ſanctior fuit vniuerſis. Dicit autẽ [mulierum] nõ virginis, ne Chriſto cõparari videatur: quia mulier ibi non ſolũ ſexum, ſed etiã corruptio C nem ſignificat: ſecundũ quẽ modũ, beata virgo mulier non fuit. Et ſi mulier aliquãdo in euangelio nũcupatur, ibi mulier ꝓ fœmina & ſexu ponitur: nec cęteris prophetis, & patriarchis, cunctiſq; hominibus præfertur hîc Ioannes: ſed æquatur, vel nullus ei anteponitur. Non enim ſtatim ſequitur, vt ſi alij eo meliores non ſunt, ille maior alijs ſit. Vnde non negat, quin æqualis ſibi aliquando ſurrexit: vtrum verò poſtea ſanctior eo aliquis fuerit, vel adhuc futurus ſit, indiſcuſſum relinquitur. Vnde Chryſoſ. Scriptura quidem nõ dicit Ioannẽ maiorẽ eſſe cęteris ſanctis: ſed cæteros ſanctos non eſſe maiores Ioanne. Coęquauit enim cæteris, nõ præpoſuit. Et iterum: Quod autẽ dicit tale eſt. Non peperit mulier iſto maiorẽ. Et ſufficit quidẽ hęc annuntiatio Chriſti. Si autem vis à rebus ipſis diſcere: hîc excogita eius immenſam conuerſationẽ, & mẽtis altitudinem. Velut eñ qui cœlitus deſcendiſſet degebat in terra, ferè nullã gerens curã de corpore intellectualiter erectus in cœlũ, & ſoli deo coniunctus, de nullo mundanorũ ſolicitus: ſicut eñ in cœlo ita cõ-

Ioãnes angelus propter duo.

Ioannis I.

I. Cori. II.

Ioannis laus ꝙ homo & angelus.

Mulier.

Coæquatio Ioannis.

Ioãnis vita & conuerſatio.

uerſabatur, & naturæ neceſsitatibus ſuperior effectus, extraneã quandã ambulabat viam, in hymnis D & orationibus omne pertranſiens tempus, hominũ quidem nulli, deo autem continuè ſoli colloquens. Neq; enim vidit aliquẽ conſeruorum, neq; viſus eſt alicui horũ: nõ lacte vſus eſt, non lectulo, nõ tecto, non foro, non aliquo quoq; potitus eſt humanorũ: ſermo ſeuerus & lenis. Nam cũ populo Iudęorum viriliter & feruenter, cũ rege audacter, cũ diſcipulis leniter conferebat: nihil fruſtra, vel leuiter, ſed omnia cõuenienter agebat: propter hoc dixit: Non ſurrexit in natis mulierũ, maior Ioanne baptiſta. hæc Chryſo. Et quia multa eſt Ioannis cũ filio dei collatio: ideo ſecundũ Chry. vt copia laudũ Ioãnis, Iudæis occaſionẽ non daret præferendi Ioannem Chriſto: ſubdit diſtinguẽdo excellentiã Chriſti, ab excellentia Ioannis, dicens: [Qui autẽ minor eſt] ſcilicet ætate & multorũ opinione [in regno cœlorum] id eſt in eccleſia ſanctorũ militante [maior eſt illo] ſcilicet dignitate & maieſtate. Quod de Chriſto rectè accipitur: qui tũc in eccleſia militan E te, quę à primo iuſto incipiens, vſq; ad vltimũ electum perdurat, minor à multis reputatur. Sed ſecũdum Chryſ. Non putes ꝙ comparatiuè ſe dixerit maiorem Ioanne. Vt enim etiã dicit Amb. alia eſt iſta natura, nec cũ humanis generationibus cõparãda: non enim põt homini cũ deo vlla eſſe collatio: vel nouiſsimus angelorũ, qui in regno cœlorum, id eſt in eccleſia triumphante miniſtrat: ſeu minimus ſanctorũ, qui iam ibi cũ deo regnat, maior eſt eo, propter ſtatũ fruitionis: quia quilibet beatus, & cõprehenſor quantumcũque minimus, maior eſt actu, quàm quilibet viator purus: licèt aliquis viator ſit maior in potentia, aliquo iã beato. Vñ Hiero. Nos autem ſimpliciter intelligamus, ꝙ omnis ſanctus qui iam cũ deo eſt, maior ſit illo qui adhuc cõſiſtit in prælio. Aliud eſt enim coronã victorię poſſidere, aliud adhuc in acie dimicare: intellige tñ quantum ad præmij ſecuritatem, non quantũ ad meriti magnitudinẽ. Deinde quaſi declarãdo ꝙ erat pluſ F quam propheta, cõmendat eũ à temporis cõmoditate, in quo venit: quia in tẽpore gratiæ, cõmodo, & vtili humano generi. [A diebus eñ Ioannis] id eſt poſtquã cœpit Ioannes prædicare conſecutionẽ regni cœleſtis per pœnitentiã [vſq; nũc] incluſiuè: quia tempus gratiæ, à tempore prædicationis Ioãnis inchoatũ, ſemper erit: quãdiu nunc dici põt, & vſq; ad finem mũdi durabit [regnum cœlorũ vim patitur] à pœnitẽtibus: [& violẽti] illi ſcilicet qui non videntur habere ius: ſicut publicani & peccatores [rapiũt illud] excluſis ſcilicet filijs regni. A ſimili dictũ eſt, ſicut ſi aliquod regnum datũ eſſet extraneis, quaſi violẽtia videretur ĩferri ipſo regno. Vnde Hilarius: Regnum cœlorũ vim patitur: quia gloria dei Iſraël patribus debita, à prophetis prænũtiata, à Chriſto oblata, fide gentiũ occupatur, dum per pœnitentiã quam Ioãnes prædicauit, fideles ad cœleſtem patriam, quaſi in locũ alienum penetrãtes. Vnde Chryſ. Vides ergo quia magnus eſt Ioannes: in cuius tempore, tanta gratia effuſa eſt ſuper terram: & quod in diebus omniũ prophetarum factum non eſt, in illius tempore factum eſt: & ipſe

Chriſti cũ Ioanne cõparatio.

Commẽdatur Ioã nes à temporis commoditate.

Regnum cœlorum vim patitur.

factus eſt gratiæ huius miniſter. hæc Chryſoſt. G [A diebus ergo Ioannis regnum cœlorum] patuit pœnitentibus: à quibus [vim patitur] & violenter rapitur: quia primus pœnitẽtiã prædicauit, qua velut quadam violẽtia nos affligendo, & pro peccatis ſatisfaciendo, regnum cœlorũ, quaſi violenti, non pigri, rapimus & intramus. A quo enim per peccatum, alieni facti ſumus, vi & virtute pœnitẽtię acquirimus: & id quod nobis de iure non debetur, labore & violentia rapimus. Quaſi rapere quidẽ eſt, vbi nullum ius habemus: & quod angelorũ eſt poſſeſſio acquirere. Non pốt enim homo natus in terra, rapere cœlũ, niſi ſibi faciat violentiã, coërcẽdo à delectationibus propriũ appetitum, & ſubiugãdo ſpiritui carnem ſuã. Vnde Hiero. Grandis eſt violentia, nos in terra genitos eſſe, & cœlorũ ſedẽ quærere: poſsidere per virtutẽ, quod non tenemus per naturam. Vnde & Ambr. Et ideo faciamus vim regno cœlorũ. Omnis enim qui vim facit, vehemẽti ſtudio properat, nõ torpẽdi lẽteſcit affectu: & ideo vim facimus naturæ, vt non ad terrena demergat, H ſed ad ſuperna ſe ſubrigat. Vnde & Greg. Cùm peccatores ad pœnitentiã redeunt, quaſi in locũ alienũ intrant, & violenter regnum cœlorũ rapiũt. Et iterum: Recogitemus ergo fratres chariſsimi mala quæ fecimus: & noſmetipſos aſsiduis lamentis atteramus: hæreditatẽ iuſtorũ quam nõ tenuimus per vitam, rapiamus per pœnitentiã: vult à nobis omnipotens deus talem violentiã perpeti. Nam regnũ cœlorũ rapi vult noſtris fletibus: quod noſtris meritis nõ debetur. Vnde & Euſebius: Nõ ſine violẽtia fieri pốt, vt vnuſquiſq; iracundiã patiẽtia, ſuperbiã humilitate cõmutet: amore paupertatis & indigentiæ, affluentiam ſuperet: vinolentiã ſobrietate, luxuriam caſtitate cõmutet: & homo ſubitò in virũ alterum trãſmutetur: & ſic à talibus, per violentiã regnum cœlorũ diripitur. Vnde etiã in collatione abbãtis Abrahã, ſic dicitur: Regnũ etenim cœlorũ non deſides, non remiſsi, nõ delicati, non teneri, ſed violenti diripiunt: qui nõ alijs, ſed animę ſuæ præclaram inferunt violẽtiam: omni eã præſentiũ re- I rum voluptate fraudãtes. Iſto profectò ſunt laudabiles violẽti: qui vim faciunt perditioni ſuę. Homo enĩ, vt ſcriptũ eſt, in doloribus laborat ſibi: & vim facit perditioni ſuę. Perditio noſtra, eſt oblectatio pręſentis vitę: & executio deſideriorũ voluptatũq; noſtrarum: quas ſi quis ab anima ſua ſubtraxerit, ac mortificauerit, glorioſam profectò, & vtilẽ perditioni ſuæ vim facit: abnegãs dũtaxat ei iucundiſſimas volũtates. hęc Abrahã. Secũdum Ber. Quidã regnum dei mercãtur: vt qui exercent opera miſericordiæ, eleemoſynam, & huiuſmodi. Quidã furantur: vt qui faciũt occultas pœnitẽtias. Quidam compellũtur intrare: vt pauperes neceſſarij, nõ voluntarij. Quidã rapiũt: vt pauperes voluntarij: qui pauperes ſpiritu ſunt. Si autẽ adhuc dubitas regnũ conſequi, fortè propter defectũ meriti, vel auxilij, audi Auguſtinũ dicẽtem tibi: Si quæris quomodo iſtud pốt fieri, quibus meritis, quibúsve auxilijs, audi: Res iſta eſt poſita in poteſtate faciẽtis, quoniam regnum cœlorũ vim patitur. Regnũ cœlorũ ô homo, aliud non quærit pretiũ, niſi teipſum: tantũ valet, quãtum es: te da, & habebis illud: quid turbaris de pretio? Chriſtus ſemetipſum tradidit, vt te ac- K quireret regnũ deo patri: ita temetipſum da, vt ſis regnum eius: vt non regnet peccatum in tuo mortali corpore: ſed Chriſtus in acquiſitionem vitę. Et iterum: Venale habeo: quid dic? Regnũ: quo emitur? Paupertate regnũ: dolore gaudiũ: labore requies: ignominia gloria: morte vita. Vnde Chryſo. Qui ſeipſum donauit hominibus: quomodo regni ſui ſocietatẽ non dabit? hæc Chryſ. Igitur nõ cures quid vel quantũ modo cõſtet: & quid vel quãtum de cõmodis ſeu lucris temporalibus perdas: aut quid vel quantum de incõmodis ſeu damnis temporalibus ſuſtineas: vt regnum illud, de quo tã glorioſa dicta ſunt, rapias & poſsideas. Deinde ſubditur [omnes enim prophetiæ & lex] quæ erãt de Chriſto venturo, durauerunt [vſq; ad Ioãnem] id eſt vſq; ad tẽpus Ioannis, & etiã Chriſti: quia Chriſtus & Ioannes fuerunt quaſi contẽporanei: extunc enim ceſſauerunt legalia & prophetica. Vbi Chriſti tempus oſtenditur: vt quem illi venturũ eſſe dixerunt, Ioãnes veniſſe oſtenderet: nõ ꝙ tunc lex & prophetia L fuerit annihilata, imò impleta, & imperfectio eius amota: quia ex tunc prædicari cœpit perfectio euãgelica. Ita Ioãnes initiũ eſt euangelij, & terminus legis & prophetarum. Lex enim & prophetia ibi finit, vbi id quod præfigurauerat, & ꝓphetauerat, adimpletur. Nam vſq; ad Ioannẽ, lex & prophetæ figurant & promittũt: ſed extũc in antea, figurata & promiſſa ſuccedũt: quia in lege & in prophetis, veritas de Chriſto erat ſub figuris & enigmatibus: ſed à Ioanne eſt manifeſtè oſtenſa: quem enĩ lex & prophetæ venturũ prædixerãt, Ioãnes veniſſe oſtẽdit, dicens: Ecce agnus dei. Et quãuis poſt Ioãnem fuerunt prophetæ: vt Agabus, & quatuor filię Philippi: non tamen de Chriſto in carne venturo ſunt vaticinati, vt pręcedẽtes, de quibus tantũ eſt hic ſermo. Vñ Beda: Lex & prophetæ, vſq; ad Ioannẽ: q̃a non potuit vltrà venturũ prophetari, ꝙ Ioãnes præconio, iam veniſſe clarebat. Vñ & Augu. Inter oẽs diuinas autoritates, euangelium meritò excellit. M Quod enim lex & prophetæ futurũ prænuntiauerunt: hoc redditum atq; completum in euãgelio demonſtratur. Nõ obſeruamus ſacramẽta, quæ in lege & ꝓphetis pręcepta ſunt: quia mutata ſunt: quia intelligamus quę ibi prędicta ſunt, & tenemus quę ibi promiſſa ſunt. Vnde etiã Chryſ. Ergo finis promiſsionis, Ioãnes eſt. Si autẽ finis promiſsionis Ioãnes eſt: & initiũ beatitudinis ipſe eſt. Quæcũq; enĩ promiſſa ſunt ſeculo iſti: vſq; ad Ioãnem promiſſa ſunt. Ex illo autẽ iam nõ ꝓmittũtur futura: ſed ea quæ promiſſa fuerant, adimplẽtur. Vſq; ad eũ fuit ſpes: ex illo autẽ cœpit eſſe res. De commẽdatione etiam Ioãnis, ſic dicit Bernã. Ioãnes vbiq; maior, in omnibus ſingularis, mirabilis ſuper oẽs. Quis ſic glorioſè annũtiatus eſt? Quis ſic ſpecialiter in matris vtero, ſpiritu ſancto legitur fuiſſe replet⁹? Quẽ legiſti intra matris vterũ exultaſſe? cuius natiuitatẽ vidiſti eccleſiã celebrare? Quis ſic puer eremum cõcupiuit? Quis ita ſublimiter legitur cõuerſatus? Quis pœnitentiã & regnũ cœlorũ primus oſtẽdit? Quis regẽ gloriæ baptizauit? cui ſe primũ trinitas ſic apertè

Rapere.

Vim facere perditioni.

Regnum cœlorum ementes.
Furantes.
Compulſi intrare.
Regni cœlorũ acquiſitio & pretium.

Vendit d[…] minus re[…]gnum cœ[…]lorũ. Regnum cœ[…]lorum i[…]tur.

Ioãnis [et] Chriſti [tem]pus.

Lex vſq; ad Ioan[nem].

Euangel[ij] laus.

Ioan. la[us].

Ioan. ex[]cellentia.



A ſic apertè reuelauit? cui tale teſtimoniũ perhibuit dñs Ieſus Chriſtus? Quẽ ſic honorauit eccleſia? Ioãnes patriarcha, imò patriarcharũ finis & caput. Ioannes propheta, imò plus quã propheta: quia quẽ veniẽtẽ nũtiat, digito demõſtrat. Ioannes angelus: ſed & inter angelos electus, ſaluatore atteſtãte, cũ dicit: Ecce mitto angelũ meũ &c. Ioãnes apoſtolus ſed & apoſtolorũ primus & princeps: quia fuit homo miſſus à deo. Ioãnes euãgeliſta: ſed & euãgelij primus inceptor, prædicãs euangeliũ regni. Ioãnes virgo, imò virginitatis norma, pudicitiæ titulus, caſtitatis exẽplũ. Ioãnes martyr, ſed & martyrij lumẽ, inter natiuitatẽ ſiquidẽ mortẽq; Chriſti cõſtãtiſsima forma martyrij. Ipſe vox in deſerto clamãtis, præcurſor iudicis, præco verbi. Ipſe eſt Helias, vſq; ad quẽ lex & prophetæ, lucerna ardẽs & lucẽs amicus ſpõſi, ſpõſæ præparator. Silẽtio trãſeo cęteta: ſic nouẽ ordinibus angelorũ inſertus eſt: vt etiã ad Seraphim apicẽ trãsferatur. hæc Bern. Deinde dñs ſubdit: [Et ſi vultis recipere] & intelligere, [ipſe eſt Helias,] nõ in perſona, ſed in ſpiritu: quia fuit B ſimilis Heliæ: & hoc in tribus. Primò, in auſteritate pœnitẽtiæ: quia de Helia ſcribitur ꝙ erat vir piloſus: quia habebat veſtẽ hirſutã & aſperã, & zona pellicea accinctus renibus. Similiter de Ioãne dicitur ꝙ habebat veſtimẽtũ de pilis camelorũ, & zonã pelliceã circa lũbos. Secũdò, in ſoliditate cõſtantiæ: de Helia enĩ ſcribitur, ꝙ ipſe cõſtãter arguebat regẽ Achab, & regẽ Ochoziã: & ſimiliter Ioannes cõſtãter arguebat Herodẽ. Tertiò, in autoritate doctrinæ: quia ſicut Helias vẽturus eſt, per prædicationẽ ſuã denũtiãs Chriſti aduẽtũ ſecũdũ: ita Ioannes, vt ſuprà dictũ eſt, præuenit primũ. Et ſecundũ Hiero. hoc dictũ ipſe eſt Helias, myſticũ eſſe, & egere intelligẽtia, ſequẽs dñi ſermo demonſtrat, dicẽs: [Qui habet aures] cordis [audiẽdi,] id eſt intelligẽdi, [audiat:] id eſt, intelligat. ſ. quia nõ dixit Ioannẽ eſſe Heliã in perſona, ſed in ſpiritu. Vel [qui habet aures] ad officiũ audiẽdi exterius, [audiat,] interius adhibẽdo diligẽtiã, circa ea quę dico & dixi ſuperius. Vtitur aũt Chriſtus talibus verbis, proponẽdo aliquod arduũ vel myſticum: & hoc vel vt C moueat intellectũ ad intelligẽdum, vel affectũ ad acquieſcẽdũ & exequẽdum.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, q̃ tu es qui vẽturus es ad ſaluãdũ nos, & aliũ nõ expectamus: da nobis vt vincti tuo amore & timore exeamus de arũdineto vanitatis, & de molli veſtitu voluptatis, in deſertum pœnitẽtiæ. Renũtia nobis per effectũ miſericordiæ tuæ: quia tu es veritas, qua mẽte cæci vidẽt: charitas, qua affectu claudi ãbulãt: hũilitas, qua ſuperbi leproſi mũdãtur: verbũ, quo ſurdi audiũt: vita, qua mortui reſurgũt: & virt⁹, qua pauperes euãgelizãtur: vt oẽs ad te cõuertantur. Amẽ.

## De increpatione & condemnatione infidelium Iudæorum. Cap. LVII.

Præmiſſa igitur cõmẽdatiõe Ioãnis increpat & cõdẽnat dñs ſuperbiã Iudæorũ: qui prædicatiõe Ioãnis moti nõ ſunt: ſed & ipſius Chriſti prædicationẽ deſpexerũt: & cõparat eorũ generationẽ peruerſam & obſtinatã: per quã tã prædicãtes, quã audiẽtes cõprehendit, [pueris in foro D clamãtibus, & eorũ coæqualibus] id eſt in partes æquales, diuiſis, ac ſibi inuicẽ improperantibus, & dicẽtibus: [Cecinimus vobis, & nõ ſaltaſtis: lamẽtauimus, & nõ plãxiſtis.] Vbi ſciẽdũ ꝙ pueri Hebreorũ, ad exercẽdum ſe in ludis honeſtis, inducẽtibus ad virtutes, & retrahẽtibus à vitijs, talẽ ludũ habere cõſueuerunt. Diuidebãtur in medio ciuitatis, in duas partes æquales: & illi qui erant ex vna parte, cantabãt carmẽ lętitiæ: & alij ex oppoſita parte, carmẽ lugubre, deridẽtes tranſmutationẽ repẽtinã præſentis vitæ: & poſtea ſibi mutuò exprobrabãt, & exultãtes dicebant alijs, quare ſibi nõ cõgaudebant & ecõtrariò alij, quare ſibi cõpatiendo nõ cõdolebant. Et hoc fiebat ad cõprimendã vanã lætitiã hominũ, & defectũ cõpaſsionis & amicitiæ, ad inuicẽ in hoc mundo: ſicut videmus frequẽter fieri in eadẽ ciuitate, imò & in eodẽ vico, vel etiã eadẽ domo, ꝙ aliqui lætantur, & aliqui ex oppoſito triſtãtur, & q̃nq; modicũ ſibijnuicẽ cõpatiãtur. Huic E negotio, ſimile eſt negotiũ circa Iudæos, & poſtea Chriſti tẽpore factũ. Multi enĩ prophetarũ, ſedẽtes propter docẽdi & iudicandi autoritatẽ in foro, id eſt in eccleſia, vbi lex & iura promuntur: & canẽtes per gaudiorũ æternorũ promiſsionẽ, monuerũt Iudæos exultare pro ſpe futurorũ, & exultare noluerunt. Multi etiã lamẽtantes, per tormentorũ cõminationẽ, monuerunt eos dolere pro peccatis, & noluerunt. Propter hoc igitur poterant eos arguere prophetæ, dicẽtes: [Cecinimus vobis, & nõ ſaltaſtis,] ad laudes dei aſſurgẽdo, [lamentauimus, & nõ plãxiſtis,] pœnitẽtiã agẽdo. Id eſt, inuitauimus vos ad exultãdũ pro ſpiritualibus bonis, & nõ exultaſtis niſi in terrenis: monuimus ad pœnitẽtiã, & nõ pœnituiſtis, nec doluiſtis. Eo modo etiã factum eſt tẽpore Chriſti. Ioãnes enĩ ieiunãs & abſtinens, inuitabat eos ad dolẽdũ pro peccatis, & dolere noluerunt: dñs aũt comedens & bibens cum eis, inuitabat eos ad exultandũ pro gratijs: quia mos comedentium eſt exultare, & noluerũt hoc facere. Sub ſimilitudine ergo, eos increpat: quia nec habuerũt F planctum compunctionis, ex pœnitentia prædicata à Ioanne: nec ſaltum exultationis, ex miſericordia exhibita à ſaluatore. Ioannes enim prędicabat lamenta pœnitentiæ: Chriſtus exultationem miſericordiæ: ſed generatio Iudaica non plorat cum Ioanne plorante: nec gaudet cum Chriſto gaudente. Per clamantes ergo, intelliguntur prædicantes, ſcilicet Ioannes & Chriſtus: & per coęquales, ipſi quibus prædicant, ſcilicet auditores. Nam ꝙ ait: [Lamentauimus, & non planxiſtis:] ad Ioannem pertinet: cuius abſtinentia à cibo & potu, luctum pœnitentiæ ſignificabat: quòd autẽ ait [cecinimus, & nõ ſaltaſtis:] ad ipſum dominum pertinet: qui vtendo cum cæteris cibo & potu, lætitiam futuri ſeculi & regni figurabat. Ioannes enĩ præceſsit in typo præſentis vitæ, quæ debet eſſe in lamento: ſed Chriſtus ſecutus eſt in typo futuræ, quę erit in gaudio. Vnde Pſal. Qui ſeminant in lachrymis: in exultatione metent. Sed peruerſi Iudæi, videntes auſteritatem Ioannis, per hoc moti non ſunt ad pœnitentiam: & poſtea dulcedinem Chriſti, & tamen

Ioãnes oĩs ſanctus.
Matth. 11. & Mar. 1. Ioannis 1.
Helię ſimilis Ioãnes.
4. Reg. 1.
3. Reg. 21. & 4. Regum 1. Mar. 6. & Lucæ 3.
Matth. 11
Ludus Iudæorum. Cantilenę Iudæorũ.
Increpantur Iudæi.
Pſal. 125.

per hoc

per hoc moti non ſunt ad pietatẽ. Vnde Hiero. Di-
G
cunt ergo, cecinimus vobis, & prouocauimus vos: vt ad noſtrũ cãticum bona opera faceretis, & noluiſtis: lamẽtauimus, & vos ad pœnitentiã prouocauimus: nec hoc quidẽ facere voluiſtis, ſpernentes vtranq; prædicationẽ, tam exhortationis ad virtutes, quã pœnitentiæ poſt peccata. hæc Hiero.

Cantus docentium.
Doctor vel prædicator cãtat, quãdocũq; ſcilicet de virtutib⁹ & æternis gaudijs docet, vel prædicat: & tũc auditores extra vitia, vt mundũ, ſaltare debẽt: quã-

Lamẽtum eorum.
doq; lamẽtatur, quandocunq; ſcilicet vitia & inferni dolores deteſtatur: & tunc auditores plãgere debẽt, & pœnitere. Spiritualiter, pueri ſunt prædicatores & doctores: pueri, per conuerſationis humilitatem, per columbinã ſimplicitatẽ, & per vitæ puritatẽ, ſedentes in foro: quia venditores cœleſtiũ: iu-

*Regaliũ
dices animarũ, & præcones regulariũ * præceptorũ, clamãtes prædicãdo coęqualibus, ſecundũ capacitatẽ auditorum doctrinã cõtemperando: canentes miſericordiã peccatorum, gratiã iuſtorum, gloriam beatorum exprimẽdo.

H
Carmẽ triplex.
Nuptiale.
Familiare
Triũphale.
Saltatio triplex.
Triplex ergo canunt carmẽ, ſcilicet Nuptiale, pro vnione dei & animę. Familiare, pro inhabitatione diuinæ præſentiæ. Triumphale, pro cõſummatione victoriæ. Et non ſaltant mali ſaltu cõuerſionis, quoad primũ: ſaltu deuotionis, quoad ſecundũ: ſaltu cõtẽplationis, quoad tertiũ. Lamẽtant oſtẽdentes culpã multiplicem miſeriã præſentẽ, pœnã æternã: ſed mali non plangũt planctu cõpunctionis, pro culpa: plãctu cõpaſſionis, pro miſeria: plãctu orationis, pro pœna. Deinde applicãdo ſimilitudinẽ ad propoſitum, ſubdit increpationis duplicẽ rationẽ: quia nõ crediderũt Ioanni, ad pœnitentiã exhortanti: nec ſaluatori, ad miſericordiã aduocanti. Nã nec prædicatio & pœnitentia Ioannis, eos ad luctũ & pœnitentiã inflexit: nec prædicatio & cõuictus Chriſti, eis placuit: ſed remãſerunt obſtinati in peccatis, vtriuſq; prædicationẽ contẽnendo, & vtriuſq; vitã in malũ in-

Nõ manducãs Ioãnes.
terpretando. [Venit eñ Ioannes, non manducans, neq; bibens,] id eſt in abſtinẽtia maxima viuẽs. Ille enim qui parũ comedit, dicitur nõ comedere, ſecũdũ cõmunẽ modum loquendi. Vel [nõ mãducãs ne-

I
que bibẽs] delicata: ſcilicet vel [nõ mãducans,] ſcilicet panẽ: [neq; bibẽs,] ſcilicet vinũ & ſicerã. Secundum Augu. Ioannes dictus eſt nõ manducans neq; bibens: quia illo victu quo Iudæi vtebantur, nõ vtebatur: hoc ergo dñs, niſi vteretur, nõ in eius cõparatione manducãs & bibens diceretur. Ecce vnus puerorũ lamentãtium, id eſt prophetarum, ad pœnitẽtiã verbo & exemplo prouocãtium: & tamen non credunt ei Iudæi: ſed dicunt [dæmonium habet:] q. d. more dæmonũ, nõ comedit neq; bibit: vel dæmoniacus & inſanus eſt, auſteritatẽ eius dæmoni attribuendo. Dæmoniaci eñ poſſunt multa agere & pati, quæ nõ poſſunt alij. Vel nõ eſt hic homo à deo, ita rigidus ſibi & alijs, cũ dominus ſit ſuauis & mitis. [Venit filius hominis] ſcilicet virginis: nõ hominũ, ſcilicet viri & mulieris, [mãducans & bibens] ſcilicet in mundo & in publico, cum alijs hominibus, id eſt cõmunẽ vitã inter homines ducẽs: hoc enim facere debebat: quia mediator dei & hominum erat: & ideo talem vitã debuit cõmuniter ducere: vt cõmuniter viuẽtes peccatores, acceſſum familiarẽ ad ipſum poſſent habere.

K
Ecce vnus puerorũ gaudẽtiũ, id eſt prophetarum lætitiã promittentiũ [& tamen dicunt] pueri generationis & Phariſæi malè interpretando. [Ecce homo] nil habẽs diuinũ [vorax] per auiditatẽ [potator vini] per conſuetudinem [publicanorum] id eſt peccantium publicè [& peccatorum] id eſt peccantium occultè [amicus] ſcilicet per malam ſocietatem, cũ illis manducãs & bibẽs: quod tamẽ nõ faciebat vt eorũ vitia amaret: ſed magis vt ſanaret, & eos alliciẽdo attraheret, & ad pœnitentiã cõuerteret. Ipſe enim homines attrahebat, & victus cõformitate, & familiaritatis oſtenſione. Vbi Hiero. Si ergo ieiunium placet vobis: cur Ioannes diſplicuit? Si ſaturitas vobis placet: cur nõ placet filius hominis? Quorũ alterum dæmoniũ habentẽ: alterũ voratorẽ nuncupaſtis & ebrium. hæc Hieron.

Lingua peſſima.
L
Ecce peſſima lingua, quæ & mãducantes iudicat, & nõ manducãtes: & ex vtraq; parte ſcindit: quia maledicit deũ & homines: nec eſt enim qui ſe abſcõdat à furore eius. Abſtinentia quidẽ Ioannis, fuit alijs exẽplum auſteritatis & pœnitentiæ. Manducatio verò Chriſti, fuit alijs exẽplum condeſcẽſionis & miſericordiæ.

Iudicantini qui & detractores.
Per illos igitur qui vtrũq; in malũ interpretãtur, ſignificantur detractores, bonos actus aliorũ nequiter deprauantes. Sũt nãq; quidã peruerſi, iſtis ſimiles, de omnibus malè iudicantes. Dicunt eñ, ſi quis ſtudet & vacat humilitati, ꝙ hypocrita eſt: ſi pietiẽtię & mãſuetudini, timidus eſt: ſi iuſtitię, impatiẽs eſt: ſi ſimplicitati, fatuus eſt: ſi prudentiæ, malitioſus eſt: ſi maturitati, flegmaticus eſt: ſi iucunditati, diſſolutus eſt: ſi religioni, ſingularis eſt: ſi ſocietati, ſecularis eſt: ſi ſilentio & paci, melãcholicus vel diſſimulator eſt: ſi aliorũ correctioni, turbator pacis & præſumptuoſus eſt: ſi diſſimulat, negligẽs eſt: ſi inſtat vigilijs & orationibus, indiſcretus eſt: ſi cõmuni dormitioni, ſomnolentus eſt: ſi prædicationi & aliorũ ſaluti, appetitor laudis eſt: ſi deſiſtit, remiſſus eſt: ſi habet gratiã hominũ, adulator eſt: ſi adulari renuit, ſuperbus eſt: & ſimiliter in multis alijs, temerè iudicãt: & quæ bene fieri poſſunt, in malũ interpretantur.

M
Iob 30.
Qui cũ talibus habitat, põt dicere illud Iob: Frater fui draconum: & ſocius ſtruthionum. Dñs ergo, & per ſe, & per Ioannẽ, conatus eſt Iudæos, in regnum introducere, ac ſi cum propheta diceret: Quid debui facere vineæ meæ, & nõ feci?

Eſaiæ 5.
Venator dominus.
Et ſecundũ Chryſo. fecit ſicut faciũt venatores: qui per duas vias cõtrarias, alicui inſidiantur animali: vt in alterã incidat & capiatur. Miſit eñ Ioãnẽ, cum vita auſtera: venit ipſe, cũ cõmuni vita: ſed ipſi renuerunt, & vtranq; viã ſalutis reſpuerũt: quia nec cum Ioãne lugere, nec cũ Chriſto gaudere voluerunt. Iſtis Iudæis ſimiles ſunt multi: qui nec flagellis, nec beneficijs, à malo reuocari, vel ad bonũ prouocari poſſunt: & ideo cum ſuperbis & peruerſis Iudæis, in faſciculis ſimul colligati, pœnas meritò ſuſtinebunt.

1. Corin.
Et licèt Chriſtus, qui eſt ſapiẽtia dei patris, ſit prædicto modo reprobatus à Phariſæis & legiſperitis, qui dei cõſiliũ & vitæ documẽtum ſpreuerunt: tamen iuſtificatus eſt, id eſt cognitus, & cõprobatus iuſtus [à filijs ſuis] id eſt diſcipulis, & ab eis



& ab eis qui regnum cœlorũ fidei iuſtificatione di-

A
ripiũt: qui ſunt filij Chriſti per adoptionẽ, cõfitentes iuſtum ſapientiæ opus, ac dei diſpoſitionẽ & doctrinam.

Ciuitatũ exprobratio.
Deinde poſt cõmunem Iudæorũ increpationẽ, quaſi nominatim increpat tres ciuitates Galilææ, ſitas in littore laci Genezareth: quibus ſpecialiter prædicauerat, & miracula fecerat, nec tamen cõuerti volebãt. [Tunc] enim ſcilicet poſtquã increpauit Iudæos in cõi, & vidit eos obſtinatos [cœpit] in ſpeciali [exprobrare,] id eſt, ad modum exprobrãtis, mala futura prædicere [ciuitatibus, in quibus factæ ſunt plurimę virtutes eius:] vt ſaltem operũ magnitudini & multitudini crederẽt, [quia pœnitentiã non egiſſent.] q. d. & doctrinã audierũt & miracula viderũt, & tamen credere noluerunt,

Exprobrãdi modus & intentio domini.
ſed peiores gẽtibus remãſerunt. Exprobrat eis dñs ad correctionẽ: & cõminatur eis væ, id eſt, æternã damnationẽ, prædicendo ventura, non optãdo mala, ſicut & cum dicitur: Maledicã illis, qui maledi-

B
cent tibi: id eſt, qui malè facient, infligã eis pœnã Maledictio enim in ſcriptura, nunquã eſt imprecatiua, ſed prophetica. Vbi Chry. Deplorat autẽ dñs, ad noſtrũ exemplũ: eo ꝙ effuſio lachrymarũ, & gemitus amarus ſuper patientes, inſenſibilitatẽ doloris, non modicũ antidotum eſt, & ad correctionem patientiũ, & ad remediũ ingemiſcentiũ ſuper eos. hæc Chry.

Corozaĩ.
Dicit ergo [væ] ſcilicet dãnationis ęternę imminet tibi [Corozaim] prope quã ciuitatem Iordanis ingreditur mare Galilææ: & in qua nutrietur Antichriſtus.

Bethſaida
[væ tibi Bethſaida,] de qua ciuitate fuerunt Petrus & Andreas, Iacobus & Ioannes: & diſtat à Corozaim, quarto milliario] quia ſi in Tyro & Sidone,] quæ fuerunt vrbes Gentiliũ idololatriæ & vitijs deditæ: quæ tantũ legem naturalem habebãt [factæ eſſent virtutes,] id eſt, diuina prodigia & miracula, quæ facta ſunt in vobis frequenter, & prædicatũ eis fuiſſet ſicut vobis: olim pœnitentiã quã vos non feciſtis, ipſi egiſſent dolentes de peccatis in cinere, ex conſideratione mortis: & cilicio, ex cõſideratione peccati pungẽtis: ſedentes, id eſt, in cõſcientijs ſe humiliãtes. Vel in cinere

C
humiliatio interior: in cilicio, exterior deſignatur. hæc addit: quia antiquitus erat mos ſic agere pœnitentiã. Veruntamẽ dico vobis] Iudæis [ꝙ Tyro & Sidoni] licèt non ſunt cõuerſi [remiſſius erit in die iudicij, quàm vobis:] quia minus punientur quã

Gẽtilium transgreſſio.
vos Iudęi obſtinati: nam minus peccauerũt illi. Gẽtiles enim, neq; legem ſcriptã receperunt: neq; prædicatores habuerunt: neq; miracula viderunt: ſed tãtum legẽ naturæ tranſgreſſi ſunt. Iudæi verò doctrinã audierunt, & miracula viderũt, & poſt trãſgreſſionẽ legis naturalis & ſcriptę, etiã legẽ gratię, & ſigna paruipenderũt: & ideo propter ingratitudinem punientur, iſti ſeuerius, & illis remiſſius: quia grauius eſt fidem auditã repellere, quã mori in gẽtilitate. Eſt argumentũ, ꝙ cæteris paribus, maior erit pœna Chriſtianorũ, quàm infideliũ: clericorũ, quàm laicorũ: ſapientũ, quàm ſimpliciũ: prelatorũ

Lucæ 12.
Sapien. 6.
Lucæ 12.
quàm ſubditorũ: nam cui multum donatũ eſt, multum ab eo quæretur: & potentes, potenter tormenta patientur: & ſeruus ſciens voluntatẽ dñi, & non faciens, plagis vapulabit multis. Deinde ſeparatim

D
Capharnaum.
exprobrat ciuitati Capharnaũ: quia diſtrictius alijs iudicãda: eo quòd bona à dño acceperat crebriora. Item quia duas alias arguerat de omiſſiõe pœnitẽdi & negligentia: hanc verò de contẽptu & ſuperbia. Vnde & alijs cõminatus eſt pœnam in genere, cùm ait [Væ:] huic aũt in ſpecie, quod apparet plus eſſe. Dicit ergo: [Et tu Capharnaũ] ponẽdo, vt ſuprà cõtinens pro contẽto. [nunquid] ſecundũ opinionẽ tuam [vſq; in cœlũ exaltaberis?] q. d. non. Imò pro-

Lucæ 14. & 18.
pter peccatũ ſuperbiæ & ingratitudinis [vſq; in infernũ deſcendes.] Nã qui ſe exaltat, humiliabitur. [Quia ſi in Sodomis] qui tamẽ fuerũt homines peſſimi [factæ fuiſſent virtutes] quæ frequẽter factæ ſunt in te, fortè permanſiſſent vſq; in hanc diem: quia feciſſent pœnitentiã, vt Niniuitæ fecerũt, ad

Fortè, dictum à domino.
Ionæ prædicationẽ. Dicit autẽ fortè, non ad denotandũ dubitationẽ ex parte ſua, ſed ad denotandum mutabilitatẽ liberi arbitrij ex parte hominis. [Veruntamen dico vobis, quia terræ Sodomorũ remiſſius erit in die iudicij, quã tibi:] id eſt, minorẽ pœnam ſuſtinebũt, ratione incredulitatis: ſed maiorẽ, ratione enormitatis peccati & criminis. Per iſtas ciuitates, quibus Chriſtus frequenter prędicauerat & miracula fecerat: ſignificantur illi qui frequenter audiunt verbum dei, & vident exempla virtu-

Ingratitudinem grauãtia tria.
tum, & tamen in peccatis ſuis obdurantur: propter quod, cęteris paribus, grauius alijs puniẽtur. Specialiter autẽ per has tres ciuitates, aſſignantur tria in hominibus, quę maximè aggrauant ingratitudinẽ in eis. Primũ eſt, literatura & ſapientia, quod per Corozaim, quę interpretatur ſecretũ mihi, vel myſterium meũ. Secundũ eſt ordo vel prælatio, quod per Bethſaidã, quæ interpretatur domus pecudum & domus venatorũ, ſeu domus frugum. Sunt enim domus dñi peculiares, & refugiũ pecudũ, id eſt, ſubditorũ & cæterorũ. Tertium eſt religio, quod per Capharnaũ, quę interpretatur villa pulchritudinis, ſeu conſolationis, vel ager pinguedinis: & vtinã interius ſicut exterius. Et iſti ſi inuenti fuerint negli-

E
gentes, ſeu peccatores, & Chriſto inobedientes, durius quàm cæteri redarguẽtur, & acrius puniẽtur. Vel per Corozaim, ſignificantur huius ſeculi ſapiẽtes: per Bethſaidã, diuites: per Capharnaũ, carnales, qui ſpecialiter Chriſtũ repellũt, ſicut illæ ciuitates

Miracula nobis oĩa ſunt facta: quia ſcripta.
fecerunt. Vbi Chry. Conſiderate Chriſtiani: quia quædã miracula facta ſunt in Corozaim, quædã autẽ in Bethſaida, alia in Capharnaũ: apud nos autem Chriſtianos, omnia facta ſunt. Quæ enim facta ſunt in Corozaim, forſitã Bethſaida nõ cognouerat: & quæ facta ſunt in Bethſaida, forſitan Capharnaũ neſciebat. Nos aũt Chriſtiani, quicquid vbiq; operatus eſt Chriſtus, omnia euãgelio referẽte didicimus. Si ergo ſic Chriſtus luget ſup illas ciuitates: quia pœnitentiã non egerũt, quę nõ omnia mirabilia viderunt: putas quomodo quotidie luget ſuper nos Chriſtianos: qui quotidie virtutes eius in eccleſia legimus & audiuimus, & tamen pœnitentiam peccatorũ noſtrorum non agimus? Si tempore Sodomitarũ Chriſtus veniſſet, & talia demonſtraſſet, forſitan cõuerſi fuiſſent. Illi, quia Loth hominem iuſtum non audiuerunt, ſulphure & igne combuſti ſunt. Nos quæ & qualia expectant tormenta

G

*Cœpit improperare ſignãter dictum.*

menta, qui ipſum cõtemnimus Chriſtum? Et vide quia non dixit. Tunc improperauit ciuitatibus: ſed tunc cœpit improperare. Si ergo tũc cœpit, & vſq; nũc quotidie improperat talibus. Et quoties legitur in eccleſia, improperãs, improperat his qui tales ſunt in eccleſia. Væ ergo vobis Chriſtianis: quibus quotidie oẽs ſcripturæ vociferãtur: & vos tanquã aſpides ſurdæ, obturantes aures veſtras, non auditis voces earũ. Quidã enim dicũt: Peccata noſtra erubeſcimus cõfiteri. Dic homo, quid eſt peius facere malũ, an dicere? Si ergo ante dei cõſpectũ facere malũ non erubuiſti: quomodo ante cõſpectũ hominis, erubeſcis dicere? Ad iracundiã deũ excitare non timuiſti: & ad miſericordiã eum flectere dubitas. hæc Chry. Oportet igitur lectioni ſcripturarũ vacare, & intẽdere: ita enim peccator ad melius poterit proficere. Vnde idem Chry. Debemus ſcripturas ſcrutari cum diligentia, & non ſimpliciter: poterimus ſalute noſtra potiri, ſi ſemper eis immorabimur. Et ſi vehemẽter durus quis fuerit, & ſi nihil lucratus fuerit in alijs tẽporibus: tẽpus ſaltem lucrabitur hoc, & ſuſcipiet aliquã vtilitatẽ. Quid igitur ais? quoniã audiens non facio, non paruũ lucrũ miſerũ vocare ſeipſum, nõ inutilis hic timor. Si ingemueris ſolũ quoniã audiens nõ facis: omnino ad faciendũ venies quãdoq;. Non enim eſt deo loquentem & audientẽ deum, loquentẽ non luctari. Et iterum: Quicquid quæritur ad ſalutẽ: totum iam adimpletũ eſt in ſcripturis. Qui ignarus eſt: inuenit ibi quod diſcat. Qui contumax eſt & peccator: inuenit ibi futuri iudicij flagella, quæ timeat. Qui laborat: inuenit ibi glorias promiſsionis perpetuę vitæ: quas manducando, amplius excitetur ad opus. Qui puſillanimis eſt & infirmus: inuenit ibi mediocres iuſtitiæ cibos: qui etſi pinguem animã non faciunt tamẽ mori nõ permittũt. Qui magnanimus eſt & fidelis: inuenit ibi ſpiritualiores eſcas, cõtinẽtioris vitæ, quæ perducẽt eum propè ad angelorũ naturã. Qui percuſſus à diabolo vulneratus eſt in peccatis: inuenit ibi medicinales cibos, qui eum per pœnitentiã reparent ad ſalutẽ. hæc Chry. ſcd̃m Bedam: Quare non olim, his qui credere petuerũt, verùm Iudęis qui credere noluerũt, ſit euangelizatũ, ipſius eſt ſcire cuius vniuerſæ ſunt viæ miſericordia & veritas. Quia ſcd̃m Anſel. alio modo, iuſtè dãnat malos: alio modo, iuſtè parcit malis. Nam cùm damnat malos, iuſtũ eſt, quia illorũ meritis conuenit: cùm verò parcit malis, iuſtum eſt, nõ quia illorum meritis, ſed quia bonitati ſuę cõdecẽs eſt. Parcendo ergo malis, iuſtus eſt ſecundum ſe: & miſericors, ſcd̃m nos, non ſecundũ ſe. Non enim ideo eſt miſericors, quia miſerũ cor habeat: ſed quia circa miſeros, cor pietatis impendit. Qui etiã ſcd̃m Auguſt. cuius vult miſeretur, nõ in iuſtitia, ſed gratia: quem vult obdurat, non iniquitate, ſed veritate vindictæ. Sic tñ miſericordia & veritas obuiãt ſibi: vt nec miſericordia ĩpediat veritatẽ, qua plectitur dign⁹: nec veritas miſericordiã, qua liberat indignus. Deus quidẽ, ab æterno ſciẽs cõuerſationẽ hominũ malã futurã: & quia nec ſola ſeueritate poſſet ſaluari nec ſola miſericordia peruenire ad profectũ meritorũ: decreuit quod in vnoquoq; tpe prædicãdũ eſſet, vnũquenq; permittens ſuo iudicio, id eſt, naturali legi, quæ dicit in corde, quod tibi fieri nõ vis, alijs ne feceris. Sed quia naturalis lex obtorpuit cõſuetudine peccãdi, prædicata eſt, quæ refrenaret peccãtes. Et quia iterũ homo, nõ ſe per legis ſeueritatẽ cohibet, imò per interdictũ reus tenebatur, prædicata eſt, miſericordia, quæ ſaluaret cõfugientes ad eam, vt excæcaret refutantes, mittẽs gentes ad promiſsionem Iudæorũ, vt ipſi Iudæi, ſaltẽ emulatione gentiũ cõuerterẽtur. Et hæc eſt altitudo cõſilij dei: quo mira prouidẽtia, Iudæos & Gẽtes reduxit ad vitã quã perdiderant in Adam.

*Sacræ ſcripturę intẽdendũ eſt.* — *Scripturarum laus & vtilitas.* — *Iudicia dei occulta.* — *Pſal. 118.* — *Roma. 9.*

H — I — K

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, qui nos verbo & exemplo prouocaſti ad dolendũ pro peccatis, & ad exultandum pro ſpiritualibus bonis: da mihi gratiã lacrhymarũ, & terrã cordis mei aridã, irriguo cœleſti fœcũda: vt plangam me quotidie in omni vita mea: itavt efficiãtur mihi lachrymę meę panes die ac nocte: & mens mea oblita vanitatis & miſeriæ, ardeat in tuo amore: ita vt ſaltando ad bona opa, & laudes dei aſſurgẽdo, nũc exultẽ in ſpe: & tãdẽ ſemp te laudãdo, tecũ gaudeã ſine fine. Amẽ.

L

De reuerſione apoſtolorũ, ac miſsione, & reuerſione ſeptuagintaduo diſcipulorũ. Caput lviii.

Reuertentes autem apoſtoli] de prędicatione [ad Ieſum, nuntiauerũt ei quę docuerant] prædicando, & fecerant miracula, operãdo: oſtendentes quòd mandatum eius, fideliter executi fuerunt: & gratias referentes ſuper his, quę acceperũt. Veniunt apoſtoli ad Ieſum, riui ad fontẽ, ad locum vnde exeunt flumina reuertũtur, vt iterum fluant. Ibant animalia de quiete cõtemplationis, ad laborẽ actionis: & reuertebãtur iterũ ad quietẽ contẽplationis. Et compatiendo eis de laboribus ſuis, duxit eos [ſeorſum in deſertũ locũ] vt poſt laborem quieſcerent [puſillũ] ſegregati à tumultu populorũ: & vt ſe colligerẽt in oratione, ſicut diſperſi fuerãt in prædicatione [nec enim ſpatiũ edẽdi habebãt] prę turbis quæ veniebãt & redibãt. Vñ Beda: Vbi magna tpis illius fœlicitas, de labore docentiũ ſimul & diſcentiũ, ſtudio demonſtratur, quæ vtinã in noſtro ęuo rediret: vt tanta miniſtris verbi frequẽtia, fideliũ inſiſtat auditorũ, quæ nec liberũ eis curandi corporis ſpatiũ cõcedat. Nam quibus neceſſaria curãdi corporis hora negatur, quãtò minus illecebris animæ ſuę, carnis ſtudendi facultas adeſt: quin potius à quibus verbũ dei, & ſalutare myſteriũ opportunè, importuè exigitur, horũ animus cõſequẽter, ad agẽda ſemper, & cogitanda cœleſtia ſuccẽditur: ne ea quæ verbis docent, factis impugẽt. hęc Beda.

*Marc. 6. Lucæ 9. & 10. Matth. 11.* — *Eccleſiaſtes 1.*

M

Myſticè autem ſecundum Hiero. ſeorſum ducit dominus quos elegit: vt inter malos viuentes, mala non intendant. Et bene dicitur, vt quieſcerẽt puſillum: quia puſilla requies eſt hîc, ſanctis & labor magnus: ſed poſtea dicetur eis: vt requieſcant à laboribus ſuis: opera enim illorũ, ſequuntur illos. Vnde dicit Greg. quòd tanto tunc maior requies erit, quanto modo ob amorem conditoris ſui, requies nulla fuerit. Et econtra intellige ô piger, quòd tanto tunc minor requies erit, quantò nunc ob amorẽ carnis, requies maior fuerit. Et ideo vt tunc gaudere

*Electorum ſegregatio.* — *Requies ſanctorum in terris puſilla.* — *Apoc.*



poſsit dulcedine quietis, nõ abhorreas nũc

A

guſtare amaritudinem laboris, attendẽs verba Boëtij dicẽtis: Dulcior eſt apium melle labor, ſi malus ora prius ſapor edat. Quieſcere ergo facit Chriſt⁹ diſcipulos ſuos: vt diſcant omnes, & maximè qui præſunt, quod qui laborãt in opere & ſermone, requiẽ promerentur. Per hoc etiam oſtenditur, quod prædicatores, poſt prædicationis diſcurſum, redire debẽt ad contẽplationis ſecretum: & opera ſua corã deo diſcutere, & diligenter examinare: vt de bonis gratias agãt, & de defectibus veniã petant. Admonemur itaq; hîc in domini factis, vt aliquando ab actione quieſcamus, & ad ſecretũ contemplationis tranſeamus: quia in actione exteriori, ſpatiũ contẽplandi nõ habemus. Quæ contẽplatio, rectè deſertum dicitur: quia à multis deſeritur, & à paucis inhabitatur: in qua requieſcimus puſillũ, quia pro noſtra fragilitate, non diu diuinę viſioni valemus inhærere: nec pro neceſsitate proximi, illius curam diu prætermittere. Taceas ergo ad tẽpus, à proximorum ædificatione: vt tacẽdo diſcas, qualiter ſuo tempore vtiliter eloqui valeas. Rogãdo tamẽ deũ, quod per ſeipſum ſuppleat cordibus proximorum, interius ea inſpirando, à quibus interim te abſtineas, linguam per ſilentium edomando. Vnde Gregor. Nemo debet propter contẽplationem dei, omnino poſtponere neceſsitatem proximi: nec propter neceſsitatem proximorum, contẽnere cõtemplationẽ dei. Quid enim prodeſt, ſi amãtes noſmetipſos, relinquamus proximos? Vel quid rurſus prodeſt, ſi amãtes vel zelãtes proximos, relinquamus noſmetipſos? Et [poſt hæc dñs Ieſus deſignauit] id eſt ſignanter elegit, & ab alijs diſtinxit, ac inſtituit [ſeptuagintaduos] diſcipulos [alios] prętter duodecim prædictos: in ſignũ quod poſt Chriſti reſurrectionem & aſcenſionem in cœlũ, fides Chriſti prędicanda erat gentibus, ſeptuagintaduarũ lignarũ: ſicut antè duodecim tribubus, ſecundũ numerũ duodecim Apoſtolorum. Prima ergo lingua, inter omnes erat Hebraica: quæ poſtea in ſeptuagintaduas fuit diuiſa. Et ſicut apoſtoli formã demonſtrabãt epiſcoporũ, id eſt primi ordinis & maiorum ſacerdotũ: ſic & iſti figurã gerebant præsbyterorũ, id eſt ſecũdi ordinis, & minorũ ſacerdotũ, ſcilicet curatorũ. In primis tamẽ eccleſiæ tẽporibus, vtiq; presbyteri, vtiq; vocabantur epiſcopi. Qui ergo epiſcopi ſunt, ſunt ſucceſſores apoſtolorũ: ideo ſi gaudẽt de apoſtolico honore, debẽt eis ſimiles eſſe ĩ labore. Septuaginta quoq; conſurgũt ex ductu denarij per ſeptenariũ, ideo ſignificant impletionẽ decalogi, cũ ſeptem donis ſpiritusſancti. Per binariũ verò ſuperadditũ, ſignificatur maximè gemina charitas, ſcilicet dei, & proximi, quæ oĩa debent eſſe in prædicatoribus euãgelij. [Et miſit illos binos] ſic etiam ſecũdum Orige. & duodecim bini & bini numerati fuerũt: vt in eorũ catalogo Matthæus oſtendit. Miſit autẽ binos. Primò, propter duos populos conuertendos, Iudæorũ ſcilicet & Gentiũ. Secũdò, propter ſalutẽ duplicẽ operandã, corporis ſcilicet & animę. Tertiò, propter duplex mandatũ charitatis: ſcilicet dei & proximi, quę debet eſſe in prædicatore euãgelij. Quartò, propter geminã perfectionẽ, ſcilicet vitæ & ſciẽtiæ prædicatori neceſſariã. Quintò, propter mutuam conſeruationem, & ſecuritatem cuſtodię: vt vnus eſſet cuſtos caſtitatis alterius, & bonorum cæterorũ. Sextò, propter mutuam conſolationẽ, & ſocietatis emolimẽtum. Septimò, propter cõfirmationem veritatis prædicandę ab ipſis, & eius teſtimonium: vt in ore duorũ teſtiũ, ſtaret verbũ [ante faciem ſuam] ſcilicet ante præſentiã, vt aduentus Chriſti non lateret, & vt ei viã & hoſpitiũ in cordibus hominum prępararent, [in omnẽ ciuitatem & locum] quia indifferẽter Chriſtus & diſcipuli eius prædicabant in ciuitatibus & locis, paruis & magnis [quò erat ipſe venturus] ſcilicet in Iudæã. Poſt reſurrectionẽ tamẽ & aſcenſionẽ domini, ad prędicandum etiã Gentibus miſsi ſunt, ſecundum Greg. Prædicatio præuenit, & ſic ad habitaculum mẽtis dñs venit: quia verba exortationis percurrũt, per quã veritas in mente ſuſcipitur. [Et dicebat illis: Meſsis quidem multa: operarij autẽ pauci.] Iſta & plura alia quæ ſequũtur, modum prędicandi & viuendi diſcipulorum cõtinentia, dicta ſunt ſuprà de miſsione apoſtolorũ: & ideo hîc repetere, nõ eſt neceſſariũ. Expleto autẽ miniſterio legationis ſuę, reuerſi ſunt ſeptuagintaduo diſcipuli [cũ gaudio] tum de fructu prædicationis ſuæ, per quã populũ ędificauerant: tũ de miraculorum operatione, quia dæmones eiecerãt, gloriãtes, & [dicentes] ſibi [in nomine] & inuocatione nominis Chriſti, non ſolum languores & infirmitates, nõ ſolum homines iniquos, ſed [etiã dęmonia] ſubijci: quæ tñ ſunt tantæ poteſtatis, vt nõ ſit poteſtas ſuper terrã, quę cõparetur eis. Vbi Beda: Bene quidẽ profeſsi ſunt, deferentes honorem nomini Chriſti: ſed infirma adhuc fide, gaudebant in virtutibus. Et quia diſcipulos, de ſignorũ operatione dñs vidit elatos: qui ex hoc nimis gloriabãtur, tanquã infirmi & imperfecti: ideo hęc gloria eorũ reprimitur, cùm ſubditur: [Et ait illis: Vidi Satanam, ſicut fulgur de cœlo cadentem:] quia præſens erat quãdo corruit, imò eũ præcipitauit. Fulgur eñ cadit celeriter, & manifeſtè, & cũ fetore & inflammatione: ſic dæmones de cœlo empyreo ceciderũt in inſtanti, & videntibus ſanctis angelis, & cũ fetore proprij peccati, ad inflãmandum hoĩes per tentationẽ parati. Et cauſa huius ruinę fuit elatio, ſiue ſuperbia de ſua excellẽtia. q.d. ſaluator diſcipulis ſuis: Cauere diligẽter debetis, ne ex elatione & poteſtate cõceſſa ſuper dęmones, nimis eleuemini, & ſic corruatis. Satanę ergo exẽplo deterrentur, & ad humilitatẽ reuocãtur: vt qui hũc ob ſuperbiã de cœlo recordarentur eiectũ, multò magis ſe de terra ędιtos, ſi ſuperbierint, humiliandos: vt caſum propriũ hoc exẽplo caueãt: & qui ſtat, videat ne cadat. Et ſi ille propter ſuperbiã de cœlo cecidit, multò minus ſuperbus illuc aſcendet: quia vt alibi dicitur, turpius eijcit, quàm nõ admittitur hoſpes. Vñ Greg. Mirè autẽ dñs, vt in diſcipulorũ cordibus elationẽ premeret, iudiciũ ruinę retulit, quod ipſe magiſter elationis accepit: vt in autore ſuperbię diſcerẽt, quid de elationis vitio formidarent. Vñ Iſido. Quiſquis iã ex deteriori, melior eſſe cœpit: caueat de acceptis extolli virtutibus: ne grauius per vanã gloriã corruat, quàm prius per lapſum vitiorum

*Quieſcẽdum ĩterdum eſt.* — *Contemplandũ interdum.* — *Prima lingua.* — *Apoſtolorum & diſcipulorũ ſignificatio.* — *Septuaginta.* — *Bini cur mitti dicãtur.*

B — C — D — E — F

*2. Corĩ. 13.* — *Reuerſio diſcipulorum.* — *Vidit caſum Luciferi dominus.* — *Fulguris caſus.* — *Caſus, cur mentio facta.* — *1. Cor. 10.*

vitiorum iacebat. Itaq; nõ cõfidas in naturę digni-
G tate, non ſuperbias de ſapientia, non de honore, nõ
de ſtatu, non de poteſtate: quia in omnibus natura
angeli te excedit, & tamen ex ſuperbia cecidit, &
ex cœlo eſt eiectus, & tuis pedibus ſubiectus. Vt
Humilitatis excellẽtia.
enim dicit Aug. Melior eſt in malis factis humilis
cõfeſsio, quàm in bonis ſuperba gloriatio. Et plus
placet deo humilitas in factis malis, quàm ſuperbia
in bonis. Humilitas tamen nõ illa tãtum laudatur,
quæ de conſcientia peccatorũ venit: ſed illa quę ex
virtute deſcẽdit, deo cara eſt. Igitur nõ debet homo
gloriari in gratia gratis data, quæ malis & iniuſtis
quãdoq; confertur: ſed in gratia gratũ faciente, per
quã in libro vitæ aſcribitur, & cum humilitate, in
omnibus gratias agere. Vnde ait, [Ecce dedi vobis
poteſtatem calcãdi] ſcilicet pede ſpirituali [ſuper
ſerpẽtes & ſcorpiones, & ſupra omnẽ virtutem] &
multiplicia ſpiritualia nocumẽta inimici, & omne
genus immundorũ ſpirituũ, de obſeſsis corporibus
Serpẽtes. Scorpiones.
eijciendi, & nihil vobis nocebit. ſecundum Bedam.
Quia ſerpentes dente, & ſcorpiones cauda nocẽt.
H Serpẽtes enim morſu oris, & ſcorpiones pũctione
caudæ, venenum fundunt. Ideo ſerpẽtes apertè ſe-
uientes, ſcorpiones clãculò inſidiãtes, vel homines,
vel dęmones ſignificant. Vel ſerpentes ſunt qui in-
choandis virtutibus, venena prauę perſuaſionis ob-
ijciunt: ſcorpiones, qui cõſummatas virtutes, ad fi-
nem vitiare intendunt, ſecundũ Theophil. Serpẽtes
ſunt, qui viſibiliter nocẽt: velut fornicationis, & ho
micidij dæmon: qui verò inuiſibiliter nocent ſcor-
piones vocãtur, ſicut in vitijs ſpiritualibus. Inſuper
etiam calcare ſerpentem, eſt ſubijcere rationi ſen-
ſualitatem: quæ ſecundũ Aug. ſignificatur per ſer-
pentem: & calcare ſcorpionem, eſt deteſtari detra-
ctorem: & calcare omnem virtutẽ inimici, eſt obij
Mali poſſunt malos ſpirit' arcere.
cere omnẽ occaſionẽ mortalis peccati. Verũtamen
in hoc nolite gaudere, quia ſpiritus vobis infirmis
ſubijciuntur: nã malos ſpiritus arcere, & alia ſigna
facere, aliquando conceſſum eſt, etiã malis homini
bus: non propter ſeipſos, ſed ad confirmationẽ fidei
Chriſti prædicatę per eos: & aliquando nõ eſt me-
I riti eorũ qui operantur, ſed potius per inuocationẽ
nominis Chriſti conceditur: vel ad maiorẽ condẽ-
nationem eorũ qui inuocant: vel ad vtilitatem eo-
rum qui vident & audiunt: in quo ſemper honora-
tur deus: per cuius nomẽ miracula fiunt, licèt deſpi-
Eijcere dæmones.
ciantur qui faciũt. Vnde Chryſ. Eijcere dæmones,
cõmune opus eſt, inter miniſtros dei, & miniſtros
diaboli. Veritatẽ confiteri, & iuſtitiã facere, priua-
tum eſt opus tantum ſanctorum. Ideo quẽ videris
dęmonia eijcientem, ſi nõ eſt confeſsio veritatis in
ore eius, nec iuſtitia in manibus eius: nõ eſt homo
dei. Si autem videris veritatem confitentẽ, & iuſti-
tiam facientem: & ſi dæmonia nõ eijcit, homo dei
eſt. Et iterum: Non ſigna pete: ſed animæ ſanitatẽ.
Si autem ſigna vis facere, eruaris à delictis, & oĩa
Peccatum dæmõ eſt.
expleſti. Etenim magnus dæmon eſt peccatũ: & ſi
aufers, maiora decem mille dęmones abigentibus
operatus es: ſigna enim multoties alijs profuerũt,
Miracula omnibus conceſſa.
facienti autẽ obfuerunt, in elationẽ extollentia, &
vanam gloriã, vel in alio aliquo modo. In operibus
verò nihil tale ſuſpicari eſt, ſed & participantibus
eis & alijs multis, proſunt. Hęc itaq; cũ magna di-
ligentia operemur. Si eñ ab inhumanitate, ad elee K
moſynam tranſmutatus fueris: ſiccam manũ exi-
ſtentem extẽdiſti. Si à ſpectaculis deſiſtens, ad ec-
cleſiam ieris: claudicantẽ pedem correxiſti. Si autẽ
deſtiteris oculos tuos à meretrice, & pulchritudine
aliena: cæcos exiſtentes aperuiſti. Si pro ſatanicis
vijs, didiceris pſalmos ſpirituales: mutus exiſtẽs, lo-
cutus es. Hæc itaq; miracula ſunt maxima: hæc ſi-
gna ſunt ĩopinabilia. Si hęc ſigna fecerimus, & ipſi
magni quidẽ & mirabiles per hęc erimus, & perni
tioſos vniuerſos ad virtutem attrahemus, & futu-
ra fruemur vita. hæc Chryſ. De hoc etiã habes ſu-
prà, circa finẽ ſermonis dñi in monte. Si ergo non
eſt gaudendũ in ſubiectione ſpirituum: multò mi-
nus eſt gaudendũ in ſubiectione hominũ: & adhuc
minus in ſubiectione rerum temporaliũ: de quibus
tamẽ gaudent multi, etiã qui vidẽtur ſpirituales &
deuoti. Et ſubiungit: [Gaudete autẽ, quia nomina
veſtra ſcripta] & ſine obliuione memoriæ tradita
[ſunt in cœlis,] id eſt in libro vitæ, licèt deleantur L
tanquam malũ & eijciãtur in terris, & hominum
reputatione. Econtra nomina malorũ ſcribũtur, &
magnificãtur in terris: & ideo nõ in cœlis. In libro
vitæ, aliquorum nomina dicuntur ſcripta duplici-
ter. Vno modo, ſecũdum præſentẽ iuſtitiã, quę ſcri
ptura eſt delebilis. Alio modo, ſecũdum æternã prę
deſtinationẽ, quę ſcriptura eſt indelebilis: & vtroq;
modo nomina eorũ erãt ſcripta in cœlis: quia erãt
prædeſtinati: & cũ hoc habebant gratiam dei: quia
iſta gloriatio quã habuerũt de eiectione dæmonũ,
non fuit mortale peccatũ. Si autem & tuũ nomen
vis ſcribi in cœlis, ſtude vt bonũ, & non malũ ope-
reris: quia qualia opera facis, talibus nomẽ tuũ in-
ſcribitur literis. Et ex his literis, elicietur iudiciũ:
quia in Apoc. dicitur: Iudicati ſunt mortui, ex his Apo[c.]
quæ ſcripta erãt in libris, ſecundũ opera ipſorum.
Vnde Beda: Salubriter autẽ intelligendũ eſt, ꝙ ſiue
cœleſtia, ſiue terreſtria quis opera geſſerit: per hæc
quaſi literis annotatus, apud dei memoriã ſit ęter-
naliter affixus. Quædã autem ſunt quæ ſcribũtur,
quidẽ non in vita, ſed ſecũdum Hieron. in terra: v: M
ſecundũ hoc intelligatur duplex quędã cõſcriptio:
horum quidẽ ad vitam, illorũ ad perditionẽ. Quòd
autem dicitur, de libro viuentiũ, intelligitur de his
qui digni putabãtur in libro dei cõſcribi. Et ſecun-
dum hoc fieri dicitur ſcripturæ mutatio, quando à
virtute dilabimur in peccatũ, vel econtra. hęc Bed.
Gaudeant ergo diſcipuli Chriſti, nõ de humiliatio
ne dęmonũ, qui per ſuperbiã, cœli ſedẽ amiſerunt:
ſed de ſua ſublimatione: quia in locũ illorum electi
ſunt: vt vnde illi ceciderunt ſublimitati, illuc iſti a-
ſcendant humilitati. Illud eñ gaudiũ, vanũ & tẽpo
rale eſt: hoc autẽ, vtile & æternũ. Illud, ad vanã re-
ſpicit gloriã: hoc, ad gloriã ſpectat ęternã. Et illud
quidem ſimul habere poſſunt & mali, & boni: hoc
autẽ, non niſi boni. Et qa regreſsi diſcipuli, de duo-
bus gaudebant: primò, quia prędicationẽ eorũ rece
perãt illi ad quos miſsi fuerãt: ſecũdò, qa dæmonia
ſubijciebãtur eis: ideo repreſſa ſuperbia in diſcipu-
lis, & audita fide eorũ & illorũ qbus prædicauerãt
verbũ ſalutis, [exultauit] dñs Ieſus in donis ſpiri-
tuſſancti:



tuſſancti: & gratias egit pro ſalute hominũ deo pa-
A tri. vnde Theophi. Sicut benignus pater vidẽs filios
ſuos dirigi, gaudet: ſic Chriſtus exultat ꝙ diſcipu-
li tãtis bonis facti ſunt digni. Vnde & Cyrillus: In-
ſpexit quidẽ per ſpiritus operationẽ, quã apoſtolis
tradidit, pluriũ acquiſitionẽ. Vnde & in ſpiritu ſan
cto lætatus dicitur, id eſt in effectibus qui per ſpiri
tum ſanctũ proueniũt. Quaſi enim amator homi-
num, gaudij reputabat materiã cõuerſionẽ erran-
tiũ: de quo gratias egit. hæc Cyrillus: Gratias ergo
egit dicẽs: [Cõfiteor tibi] id eſt, gratias ago: & lau-
do te pater per æternã generationẽ [dñe cœli & ter
ræ] inuiſibiliũ & viſibiliũ: per tẽporalẽ creationẽ
[quia abſcõdiſti] per iuſtitiã [hęc] ſcilicet myſteria
fidei & arcana ſapientiæ tuæ: quæ in aduentu filij
Sapiẽtia mundi.
ſunt impleta [à ſapiẽtibus & prudentibus] ſecundũ
ſuã reputationẽ: & in oculis ſuis, ſcilicet ſcribis &
phariſęis, & alijs ſuperbis ſapiẽtibus quidem in di-
uinis: vt in lege & prophetis: & prudẽtibus in mũ-
danis, ſeu humanis vel [ſapientibus] ſcd̃m philoſo-
1. Corin. 1.
phiam humanã: de qua Apoſtolus: Stultã fecit de'
ſapientiã huius mũdi. Hæc aũt eſt triplex: ſcilicet
B terrena, propter affectũ terrenę cupiditatis: anima
lis, propter affectũ carnalis voluptatis: diabolica,
propter affectũ mũdialis ſublimitatis. Terrena, eſt
in cupidis & auaris. Animalis, in voluptuoſis & lu
xurioſis. Diabolica, in ſuperbis & ambitioſis [& re
uelaſti ea paruulis] id eſt humilibus, & intellectum
in obſequiũ fidei captiuãtibus, ſcilicet piſcatoribus:
& alijs ſimplicibus ſe exaltare neſciẽtibus: vt humi
les ad te veniãt: & ſuperbi à te recedãt. Chriſtus in
eo ꝙ deus, eſt ęqualis patri: in eo ꝙ homo, confite-
tur: id eſt gratias agit deo patri, imò indiuiduę tri-
Sapientia reuelata paruulis.
nitati. Pulchrè aũt ſapiẽtib' & prudẽtib', nõ inſipiẽ
tes & hebetes: ſed paruulos, id eſt humiles oppoſuit:
vt ſecundũ Grego. probaret ſe dãnare tumorem &
ſuperbiã: nõ acumẽ ingenij & ſapientiã. Et ſcd̃m
Chry. vt erudiret per omnia nos ab elatione erui,
& humilitatẽ zęlare. Magnus honor ex hoc eſt hu-
milibus veris: quia ſunt de ſecreto conſilio ſummi
Humilitatis laus.
regis: vocati & admiſsi ad notitiã veritatis: vt enim
dicit Beda: Humilitas eſt clauis conſciẽtiæ, qua ad
notitiã veritatis Chriſti poterit ꝑueniri. vbi Chry.
C Gratias agit, qa illuminati ſunt ruſtici & ſimpli-
ces homines qui totũ quicquid fecerint boni, impu
tant autori: nõ ſapiẽtes Iudæorũ, qui prius ſapien-
tes videbãtur in eloquijs dei, cùm nõ eſſent ſapien-
tes: ſapiẽtia enim eſt, nõ eloquia dei ſcire, ſed ſecũ-
dum eloquia dei, viuere. Tu aũt ad quaſcũque vo-
lueris perſonas potes dilatare tractatũ: quoniã &
omnibus ſapiẽtibus, qui ſecundum ſenſum carnis
ſunt ſapientes: & nõ ſecundũ ſpiritũ cordis: abſcon
dit deus ſemper myſterium veritatis: & reuelat il-
lud paruulis. Sic ergo ꝙ Iudæi quotidie meditan-
tes, legẽ dei inuenire non potuerunt: piſcatores &
ruſtici inuenerũt, quotidie tractãtes retia manibus
Lętitiæ Chriſti ratio.
ſuis. hęc Chry. Nõ lętatur dominus, quia eſt ſapiẽ-
tibus occultatũ: ſed quia humilibus eſt reuelatum:
quia hoc dignũ eſt lętitia: illud aũt mœſtitia. Vnde
Chry. Quid igitur in perditione lætatur: & quia
nõ didicerũt hoc illi? Nequaquã. Reuelatum enim
eſſe his dignũ eſt lętitia: occultari aũt ab illis non
lætitia, ſed lachrymis eſt dignũ. Hoc deniq; & fe-
cit lugẽs ciuitatẽ. Nõ ergo propter hoc lętatur, & D
gratias agit ꝙ dei myſteria latebãt ſcribas & pha-
riſęos: nõ enim erat materia alacritatis, ſed gemi-
tus: ſed quia quod ſapiẽtes nõ nouerãt, humiles no-
Confeſsio domini.
uerũt: hæc Chry. Accipitur ergo hîc cõfeſsio, pro
gratiarũ actiõe & laude: quia (vt ait Hiero.) cõfeſ-
ſio nõ ſemper pœnitentiã, ſed & gratiarũ actionẽ
ſignificat. Vnde & Aug. Nõ ſolius eſt cõfeſsio pec
catoris: ſed aliquãdo etiã laudatoris. Cõfitemur er-
go ſiue laudãtes deũ, ſiue accuſantes noſmetipſos.
hęc Aug. Et ſic patet ꝙ cauſa ex parte credentiũ
fuit eorũ humilitas: quæ ad ſapientiã diſpoſuit: qa
vt dicitur in Prouerbijs: vbi humilitas, ibi ſapiẽtia. Prouer. 11.
Et vt dicit Ptho. philoſophus: qui inter ſapiẽtes eſt
humilior, inter ſapientes eſt ſapientior. Ex parte
autẽ nõ credẽtiũ, fuit eorũ ſuperbia: quæ eſt intelle
ctus excęcatiua: ſed ex parte dei cauſa fuit ſimplex
volũtas diuina. & hoc eſt quod ſubdit: [Ita pater fa
ctum eſt: quoniã ſic placitũ eſt ante te] id eſt tibi
in cõſpectu tuo: ante quẽ ſcilicet nihil iniuſtũ po-
teſt placere. Nullam verò aliã rationẽ reddere vo-
luit filius: quia pater illos reprobauerit & hos ele- E
gerit: niſi ſolũ beneplacitũ ipſius patris: in exemplũ
ne ſecreta dei diſcutiamus: & in cõfuſionẽ illorum
qui de ſecretis dei volunt quęrere rationem. Vnde
Secreta nõ inquirẽda.
Greg. His domini verbis exẽpla humilitatis accipi
mus: ne temerè diſcutere ſuperna cõſilia de aliorũ
vocatione: aliorúmve repulſione præſumamus.
Cùm enim pręmiſiſſet vtrũq;: nõ mox rationẽ red
didit: ſed ſic deo placitũ dixit: hoc videlicet inten-
dens ꝙ iniuſtũ eſſe nõ poteſt quod placuit iuſto. In
cunctis ergo quæ exterius à deo diſponũtur, aper-
ta cauſa rationis eſt, occulta iudicia volũtatis. Vnde
& Chry. Nõ dicit, qua ratione ſic ei placuit: ſed tã-
tum gratias agit patri: quia ſic ei placuit. Sic & tu
nunquã diſcutias cõſilia dei in operibus eius, quid
fecit, aut qua ratione fecit: ſed quocũq; modo rem
ſuã voluit ordinare, gratias ei agas: ſufficit tibi ad
teſtimoniũ ipſa dei natura: quia deus ſine ratiõe &
ſine iuſtitia nihil facit. Nõ enim ad diſcuſsionẽ ſuã
ſed ad honorẽ ſuũ creauit te: nec iudicem te voluit F
Iudicem nec dei, nec operũ eius eſſe licere.
eſſe actuũ ſuorũ, ſed ſeruũ pręceptorũ. Boni enim
domini, eſt omnia prouidere quę ad vtilitatẽ perti
nent ſerui: boni aũt ſerui eſt, fideliter operari, & nõ
diſcutere dñi ſui actus. hæc Chry. Vnde & Augu.
Quare illum trahit, & illum nõ trahit: nolli velle
dijudicare, ſi nõ vis errare. Vt autem dicit Proſper:
Deus neminem cogit.
deus reſiſtentẽ nõ trahit: inuitumq; nõ cõpellit: ſed
ex inuito, volentẽ facit: & infidelitatẽ reſiſtẽtis in-
clinat, vt cor audiẽtis obediẽdi in ſe delectatiõe ge
nita ibi ſurgat vbi premebatur: inde velit, vbi nole-
bat. hæc Proſper. Et licèt in ſpeciali nõ poſsit aſſi-
gnari ratio quare illum eligat, & illũ dimittat: ni-
ſi eius ſimplex volũtas. Quod tamẽ aliqui ſint ele-
cti, & aliqui reprobati, bene põt aſsignari cauſa in
generali: etiam ex parte dei, vt in electis appareat
dei miſericordia: in alijs aũt, eius iuſtitia: quia ſicut
ad gloriã regis & decorẽ ſui regni nõ ſolũ pertinet
aula in qua ſtrennui milites honorãtur: ſed etiã pa
tibulum in quo malefactores puniũtur. ſic ad glo-
riã dei nõ ſolũ pertinet pręmiatio bonorũ: ſed etiã

G punitio reproborũ. Et quia dictũ eſt de vocatione
humilium: conſequenter ponitur huius vocationis
medium. Chriſtus enim mediator dei eſt & homi-
num: debitus autẽ proceſſus eſt, vt ab extremo in
extremũ procedatur per mediũ: ideo omnis proceſ
ſus gratiæ deriuatur ad nos per Chriſtũ: & hoc eſt
quod dicit [omnia mihi tradita ſunt à patre] quia
ſecundũ naturam diuinã, Chriſtus habet eſſe à pa-
tre: & per cõſequens poſſe: licèt habeat idẽ eſſe nu-
mero, & poſſe cũ ipſo: & ſic omnia tradita ſunt ſi-
bi à patre ab æterno: Secundũ aũt naturã humanã,
omnia tradita ſunt in poteſtate Chriſti & domino,
à deo patre. Vno modo, quantũ ad autoritatẽ: & ſic
ſibi ſunt tradita ab inſtanti conceptionis: quia eo-
ipſo ꝙ natura humana verbo ẽſt vnita: omnia crea
ta ſibi ſunt tradita. alio modo, quãtũ ad effectum:
& ſic in iudicio omnia erunt ſubdita pedibus eius:
quia tunc eius voluntas perfectè implebitur in o-
mnibus. Et quia ſecundũ diuinã naturam eſt idem
cum patre: ideo ſubdit, [Et nemo nouit filium, niſi
pater: neq; patrẽ quis nouit, niſi filius.] nec tamen
per hoc excluditur ſpiritus ſanctus: quia fit expro-
H prio eſſentialis, non perſonalis: ſed ſpiritus ſanctus
nõ eſt alterius eſſentiæ, quàm pater. Et quia Chri-
ſtus eſt mediator dei & hominum: ideo notitia di-
uinorum ad nos deriuatur per Chriſtum: propter
quod ſubditur: [Et cui filius voluerit reuelare.]
non quòd iſti quibus reuelatiotio fit mediante
filio, habeant notitiam comprehenſionis ſicut fi-
lius: quia hoc eſt impoſsibile creaturæ: illud enim
quod comprehenditur, totaliter & perfectè co-
gnoſcitur. Et quia (vt dictum eſt) Chriſtus eſt me-
diator dei & hominum: ideo cõſequenter oſtendit
ꝙ familiariter & ſecurè ad ipſum eſt accedendũ.
Vnde nos ad hoc inuitans ait: [Venite] credẽdo &
obediendo, nõ pedibus, ſed moribus: nõ corpore, ſed
fide. Iſte nãq; ſpiritualis eſt acceſſus, quo quiſq; deo
appropinquat verius ad me orandũ per fidẽ, ad me
comitãdũ per imitationẽ, ad me fruendũ per glo-
rificationẽ. ergo [venite] vos clauſi [ad me] oſtiũ ve-
ritatis [venite] vos ęgri ad me medicũ ſalutis [ve-
I nite] vos naufragi ad me portũ quietis. Fœlix ter-
minus à quo. ideo ait: [Omnes qui làboratis] ſiue ſe
cundũ naturã in qua naſcimur: ſiue ſecundũ culpã
qua trãſgredimur: ſiue ſecundũ pœnã, in qua mori-
mur: ſpecialiter tamẽ loquitur hîc de dolore infide-
lium in cultura idolorũ. O tamen quantũ laborat
luxurioſus in voluptatibus, auarus in cupiditatibus
ambitioſus in dignitatibus? [& onerati eſtis,] tripli
ci onere: ſcilicet veteris legis, phariſaicę traditiõis,
diabolicę ſeruitutis. O dei noſtri dignatio admira-
bilis, ô charitas ineffabilis, ô verba dulcia, verba dei
fica. Ecce inuitat inimicos, hortatur reos, allicit in-
gratos. vbi Chry. Non aũt dixit, venite ille & ille:
ſed, omnes qui in ſolicitudinibus, qui in triſtitijs,
qui in peccatis eſtis: nõ vt expetã noxas: ſed vt ſol-
uam peccata. venite, nõ quoniã indigeo veſtra glo-
ria: ſed quia volo veſtrã ſalutem. Vnde dicit: & ego
non ſolũ exonerabo: ſed etiã [reficiã vos] triplici ci
bo: ſcilicet doctrinæ, euchariſtiæ, & gloriæ. Vel re-
ficiã vos, id eſt interna refectione: & iucũditate ſa-
turabo & recreabo: & in præſenti per gratiã, & in

Medium vocatiõis humiliũ.

Tradita oĩa Chriſto.

Diuinorũ notitia eſt nobis à Chriſto.

Onus triplex.

Saturatio domini.

futuro per gloriã, vbi Chry. Nõ dixit, ſaluabo ſolũ:
ſed quod mùltò amplius eſt, reficiã vos, id eſt in o- K
mni quiete cõſtituã. Ad ipſum quippe eſt venien-
dum: qui eſt quies laborãtibus: eſt ſubleuator onera
tis: eſt refectio famelicis & deficiẽtibus: & nõ venit
vocare iuſtos: ſed peccatores ad pœnitentiã. vnde
Ber. Mũdus clamat, ego deficiam: caro clamat, ego
interficiã: Chriſtus clamat, ego reficiã. ad quẽ ibis?
Iugũ ergo legis ac peccati & ſolicitudinis tẽpora-
liũ quę vobis laborioſa ſunt & oneroſa, abijcite: & mi
ita [tollite] id eſt volũtariè accipite [iugũ] à iũgẽdo
dictũ: iugũ inquã euãgelicæ lectionis & eruditiõis
eo ꝙ Gẽtes & Iudęos in vnã fidẽ iũgat: iugũ amo-
ris & dilectiõis, eo ꝙ homines deo iũgat: iugũ cru-
cis ſiue mortificatiõis, eo ꝙ carnẽ ſpiritui ſubijciat
[meũ] dicit: qa prius pro nobis illud tulit. primum:
docendo, ſecundũ diligẽdo, tertiũ ſuſtinendo [ſuper
vos] vt ĩpleatis & in honore habeatis: ne fortè ſub-
tus ponẽtes & contẽnentes, pedibus vitiorũ cõcul-
cetis. Vbi Chry. O gratiſsimũ põdus qđ magis cõ-
fortat portãtes. Nã põdus terreſtriũ dominorũ at-
terit paulatim miniſtrãtiũ vires: põdus aũt Chriſti
magis adiuuat baiulantẽ. qa nõ nos portamus gra-
tiã, ſed gratia nos: nec nos ad auxiliũ gratię dati ſu L
mus, ſed gratia magis ad noſtrũ. hæc Chry. [Et di-
ſcite à me] magiſtro, docẽte verbo & exẽplo [quia
mitis ſum] exterius, in morib⁹: interius, in affecti-
bus: corde, & non fictus ꝓ humanis laudib⁹. [mitis
ſum] qa nullũ lędo [humilis] qa nullũ deſpicio: ſed
[corde] qa nullũ decipio. Ecce tria imitãda: mititas
in cõuerſatiõe: humilitas, in cogitatiõe: veritas in
intẽtiõe: quibus maximè generatur ac nutritur &
cõuerſatur dilectio. q.d. [Diſcite à me] ꝟ ſitis mi-
tes moribus: vt neminẽ lędatis. Humiles mẽtibus:
vt neminẽ cõtẽnatis. Corde: vt qđ extrà eſt in ope-
re, ſit & intus in corde: ne lateat ſerpẽs in ſpecie co-
lũbę. Meritò ergo iugũ eſt tollendũ: qa mitis eſt &
humilis: libẽtius eſt enĩ qs ſub iugo dñi mãſueti &
humilis, quàm rigidi & ſuperbi. Cõſidera hîc, qa
dñs inter cęteras ſuas virtutes ſpecialiter ad humi-
litatẽ nos remittit: vt hãc ab eo diſcam⁹: qa omniũ
virtutũ radix fundamentũ eſt. vnde Ambr. Nõ di-
xit, diſcite à me qa potẽs ſum. Nõ dixit, diſcite qa M
glorioſus ſum: ſed, diſcite qa humilis ſum: qđ pote
ſtis imitari. vnde Aug. Fratres mei, tota medicina
noſtra eſt iſta: diſcite à me qa mitis ſum & humi-
lis corde. Diſcite inquit, à me, nõ mundũ fabricare
nõ cũcta viſibilia creare, nõ ĩ ipſo mũdo miracula
facere, & mortuos ſuſcitare: ſed qa mitis ſum & hu
milis corde. vnde etiã Ber. Quid deinde autor & da
tor virtutũ Chriſtus in quo omnes theſauri ſapien
tiæ & ſciẽtiæ ſunt abſcõditi: in quo omnis plenitu-
do diuinitatis habitat corporaliter, nõne tamẽ ipſe
de humilitate tanq̃ ſumma ſuę doctrinę, ſuarumq;
virtutũ gloriat⁹ eſt? Diſcite, ait, à me, nõ ꝙ ſobrius
aut caſtus, aut prudens, aut aliquid huiuſmodi: ſed
quia mitis ſum & humilis corde: à me, inquit, diſci
te: nõ ad doctrinas patriarcharũ, nõ ad prophetarũ
libros vos mitto: ſed meipſum vobis exemplũ, me
formã humilitatis exhibeo. Neſcio quo pacto fa-
miliari⁹ ſemper humilitati ꝓpinquare ſolet diuini
tas. Deniq; illa ſe induit, vt appareret hominibus
ſubſtantiam

Iugum domini.

Iugum.

Pondus gratum.

Diſcenda à Chriſto, mititas & humilitas.

Collo.

Ibidem.

Superbiã vitãdam docet.



ſubſtantiã, formam, habitũ geſtauit humilẽ: ipſius
A nobis cõmendans virtutis excellentiã: quã ſpeciali
ſui voluit honorare præſentia. Vnde & Greg. Ad
hoc nanq; vnigenitus dei filius formã infirmitatis
noſtrę ſuſcepit: ad hoc inuiſibilis, non ſolũ viſibilis:
ſed etiã deſpectus apparuit: ad hoc cõtumeliarum
ludibria, & irriſionũ probra, paſsionũ tormenta to
lerauit, vt ſuperbũ non eſſe hominem doceret deus.
Quãta ergo humilitatis virtus eſt, propter quã ſo-
lam veraciter edocendã, is qui ſine ęſtimatione ma
gnus eſt, vſq; ad paſsionem factus eſt paruus. Ecce
quippe nouimus eum de ſuæ celſitudinis culmine:
vt humano generi gloriã daret ad ima deſcendiſſe.
Quia enim originẽ perditionis noſtræ ſe præbuit
ſuperbia diaboli, inſtrumentũ redemptionis noſtrę
inuẽta eſt humilitas dei: quia igitur redẽmptor no
ſter corda regit humilium: & Leuiathan rex dici-
tur ſuperborũ: apertè cognoſcimus quia euidentiſ-
ſimum reproborũ ſignũ ſuperbia eſt: ac cõtrà ele-
ctorũ humilitas. Cùm ergo quam quiſq; habeat co
gnoſcitur, ſub quo rege militet inuenitur: vnuſ-
B quiſq; enim quaſi quendã titulũ portat operis, quo
facilè oſtẽdat ſub cuius ſeruiat poteſtate rectoris.
hæc Greg. Et breuiter dicit Caſsiodo. Tanta fuit
in ſancta incarnatione humilitas: quãta eſt in diui-
nitate incõprehenſibilis maieſtas. Elige ergo ma-
gis ſub rege cœli, quã principe mundi militare: &
magis ſub dei, quã hominis poteſtate ſeruire. Et ad
hoc faciendũ nota hîc vtile exemplum. Cùm enim
quidam miles domino ſuo, ſcilicet cuidã Marchio
ni militãdo, diu ad voluntatẽ deſeruiſſet: tandẽ ad
infirmitatẽ de qua & mortuus eſt peruenit. Quem
& ipſe Marchio in infirmitate eadẽ viſitãs, exhibuit
ſe paratũ ad omnia quę pro eo facere poſſet, dicẽs,
ꝙ nec auro nec argento pro ipſius neceſsitate par-
ceret. Cui miles gratias agens, dixit ꝙ eum iuuare
non poſſet: quia ipſe ſcđm Medicorũ iudiciũ mori
turus eſſet. Deinde idem miles aduocans ſimul in
vnũ, nobiles, & alios qui circa Marchionẽ erãt: ad-
monuit eos, dicens: Chariſsimi, quia videtis ꝙ dñs
C meus Marchio cui diu ad nutũ ſeruiui, iam me in
neceſsitate poſitũ iuuare nõ poteſt: quãuis etiã vel-
let: & ſic corpus & tempus, ac ſeruitiũ meũ perdi-
di vanè, quod me pœnitet: rogo vos & admoneo, vt
tali dño ſtudeatis ſeruire, qui vobis in neceſsitati-
bus omnibus poterit ſubuenire. Deinde ſubiungit
præmiũ, dicens: Et ſi iugum acceperitis & didice-
ritis obediẽdo [inuenietis requiẽ animabus veſtris]
ſcilicet in præſenti & futuro: quæ requies hîc in-
choatur: ſed in patria perficietur. Vnde Chry. Non
dixit, & inuenietis requiẽ, & tacuit: ſed addidit, ani
mabus: qm̃ mãdata Chriſti in hoc ſeculo animarũ
requies ſunt, nõ corporũ. Qm̃ etſi laborãt & triſtã
tur in corpore: requieſcũt & gaudent in ſpiritu &
in ſpe. Ideo alibi dicit: Hæc autẽ locutus ſum vobis
vt in me pacẽ habeatis: in hoc mũdo autẽ tribulatio
nes. Et ne ex iugo legis euãgelicæ tanquã graui &
oneroſo aliqui terreãtur & timeãt: & quare ſub iu
go dñi requiẽ animabus ſuis inueniãt, ſubiungit di
cẽs: [Iugũ enim meũ ſuaue eſt] ſed graue erat iugũ
legis propter multiplicitatẽ ceremonialiũ: propter
auſteritatẽ iudicialium: propter defectũ ſacramen

Humilitatis excellẽtia.

Exemplũ vt deo ſeruiamus.

Premium ſeruientiũ deo.

torũ iuſtificantiũ: ſed non ſic erat euãgelij iugum D
Vnde & ſequitur [& onus meũ leue] quia ſufficit
charitas pro huius oneris releuatione. vnde Hiero.
Nil amãtibus durũ: nullus labor difficilis. Amem⁹
Chriſtum: & facile nobis videbitur omne difficile.
Vñ etiã Quintilianus dicit, ꝙ nulla pœna eſt, niſi
inuito: nullũ habemus niſi de impatientia dolorem
& vt crudele aliquid ſit, metus facit. Quæritur aũt
qualiter iugũ euangelij ſuauius ſit, q̃ legis? Cùm in
lege adulteriũ, in euãgelio cõcupiſcẽtia: in lege ho-
micidiũ, in euãgelio ira puniatur. Et reſpondetur
ſcđm Hiero. quia in lege, opera requirebantur: in
euãgelio, ſola bona volũtas premiũ non amittit. Itẽ
cur dicit, on⁹ leue: cũ ſuperi⁹ dixerit, anguſtã portã
& arctã viã, quę ducit ad vitã. Et reſpõdetur ſcđm
Aug. & Hilariũ, ꝙ arcta vel anguſta via dicitur: qa
anguſtat in initio: graue eſt enim cõſuetudinẽ di-
mittere: ſed in proceſſu tpis, ineffabili dilectionis
dulcedine dilatatur: ſicut ſtupentibus dentibus gra
uat in principio comedere: ſed poſtea delectat. Sua
uis ergo & leuis eſt impletio euangelij amãti, atq;
charitatẽ habenti: vel in progreſſu cõſueſcenti: vel E
in reſpectu operum legis: vel reſpectu expectatæ
mercedis.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte, da mihi per ſanctam di
ſcipulorũ tuorũ prędicationẽ ſic gratia tua e-
doceri: ꝙ non in vanitatibus vel quibuſcunq;
eleuationẽ & extollentiã mihi ingerentibus, ſed in
tua cruce & ſingulis humilitatẽ in me excitãtibus
mihi libeat gloriari. Ipſa ſancta doctrina euãgeli-
ca in profunda humilitate, & in omnibus virtuti-
bus cor meũ cõfirmet ſemp & corroboret, vt à vi-
tijs purgat⁹ & virtutibus ornat⁹ merear in præſen
ti vita & in futura requiẽ animæ inuenire: qa in-
quietũ eſt cor meũ, donec requieſcat in te Ieſu bo-
ne. Amen.

De homine ſauciato & vulnerato à latronibus. Caput LIX.

ET quia dixerat dñs Ieſus myſteria fi-
dei & arcana ſapiẽtiæ abſcõſa ſuper-
bis, & reuelata humilib⁹: cõſequẽter
omiſſa Iudæorũ excæcatione oſtẽdit F
diſcipulorũ illuminationẽ: vt oſtẽdat
eos eſſe paruulos, quib⁹ pater aduẽtus ſui myſteria
reuelauit. Vñ dicit eos beatos: quia in eis fuit cõple
tũ quod antiquis patribus fuerat promiſſum. [Bea-
ti] inquit [oculi qui vidẽt quæ vos videtis.] Et per
hoc beatos dicit: qa dñm Ieſum & corporaliter ocu
lis exterioribus: & mẽtaliter oculis interioribus vi
dere meruerũt. Vidẽtes enim Chriſtũ per fidẽ cha-
ritate formatã, beati ſunt in ſpe: & ſi perſeuerẽt bea
ti erũt in re. [Dico enĩ vobis ꝙ multi ꝓphetæ] pol
lẽtes in cogitatiõe [reges] ſeu iuſti pollẽtes in ſancti
tate: quos enĩ Lucas reges dicit, Matt. iuſtos appel-
lat: qa magni reges ſunt, qui tentationũ ſuarũ mo-
tibus non cõſentiẽdo ſuccũbere, ſed regẽdo prę eſſe
nouerũt: [voluerũt videre quæ vos videtis, & nõ vi
derũt: & audire quæ audiſtis, & nõ audierũt.] deſi-
rauerũt enim videre & audire eo modo, quo diſci-
puli viderũt & audierũt: ſed nõ viderũt, neq; audie
rũt eo modo: qa nõ corporaliter, licet ſpiritualiter:
ſed diſcipuli vtroq; modo. Nam exterius viderunt
præſentiã corporalem, & miracula conſpiciendo:
 interius

Onus domini leue.

Iugũ euangelij.

Quomodo leue.

Lucæ 10.

Videre ſpũaliter Chriſtum.

interius viderunt diuinitatem latentem, intelligen
G do:& exterius audierũt vocem, doctrinã percipien
do:& interius audierunt, per fidẽ aſſentiendo, Pro-
phetæ ſiquidem & reges à longè aſpiciẽtes per fi-
guras vel viſionũ ſpecies: quaſi per ſpeculum & in
ænigmate Chriſtũ viderunt & audierũt per fidem:
ſed diſcipuli præſentem dñm habentes, & ab ipſo
quæ volebant interrogantes: docebãtur per ipſum
apertè non per angelos, aut varias viſionũ ſpecies
in ænigmate. Non beatificat eos: qui enim corpo-
raliter & non mentaliter per fidẽ eum viderunt, vt
Iudæi qui increduli remanſerunt, & quẽ corporali
ter viderunt, mẽtis oculis non viderũt: & ideo eorũ
oculi nõ beati, ſed maledicti. Sed eos beatificat, qui
eum per fidem videbãt, non ſolũ exteriora cõſpiciẽ
do, ſed etiã virtutẽ diuinitatis latentẽ intelligendo:
quorum interiores oculi beati, per quos etiam præ
ſentem cernere meruerunt. Viderunt enim apoſto
li gratioſam præſentiã, in aſſumpta humanitate:
viderũt ſanctitatẽ vitę, in eius conuerſatione: vide-
H runt eius poteſtatẽ, in miraculorũ operatione: vide
runt eius gloriã, in trãsfiguratione. Beati & illi qui
licèt corporaliter non viderunt per fidẽ: tamen &
mentis oculis viderunt & crediderũt, quod per ſpe
ciem & facie ad faciẽ quandoq; videbũt. Vtriq; bea
ti per fidẽ, & hoc in ſpe: ſed illi qui nõ viderũt pro-
pter difficiliorem aſſenſum, in quo maior ſtrennui
tas: iſti qui viderunt propter præſentialiorem aſpe-
ctum, in quo maior delectabilitas. Vbi ſcd̃m Chry.
vtriuſq; teſtamenti liquet veritas, vt quod patres ve
teris teſtamẽti futurum præuiderunt, & videre cu
pierunt, hoc in nouo eſt completũ: & ab eodem ſpi
ritu & eadem fide antiqui viderunt futurum Chri
ſtum, quẽ apoſtoli præſentem viderunt, & nos cre
dimus adueniſſe: vt eadem fides probetur in nobis
Videtur & in patribus: & idem autor non autores contrarij
Chriſtus fuerunt vtriuſq; teſtamenti. Et notandum ꝙ qua-
quadrupli druplicitervidetur Chriſtus, ſcilicet oculo corpora
citer. li, quomodò viſus eſt in carne. Iſta autem viſio nõ
beatificat: quia ſic etiã eum viderunt Iudæi & infi-
I deles. Secundò, viſione corporali oritur in mente
Ioann. 20. admirabilis viſio, qua ipſe creditur filius dei. Vnde
eſt illud. Quia vidiſti me Thoma, ſcilicet oculo fi-
dei. Hæc viſio beata non eſt: ſed huius beatitudinis
mercatio, qua meremur beatitudinem. Tertiò, ex
viſione fidei, oritur viſio qua Chriſtus ipſe videtur
oculo intellectiuæ contemplationis: & hæc viſio
Pſal. 33. iam eſt aliqua beatitudinis participatio: inde vide-
tur & guſtatur quoniã ſuauis eſt dominus. Quarta
viſio qua ipſe videtur ſicuti eſt in lumine gloriæ.
Hæc viſio beatificat intellectũ: quemadmodũ per-
fecta charitas, beatificat voluntatem noſtram. [Et
ecce tunc quidam legiſperitus,] peritia literali, non
intelligentia ſpirituali: verba legis tenens, vim au-
tem legis ignorans: [ſurrexit] vt melius audiretur
vel vt bonus videretur [tentans eum] non vt addi-
ſceret: ſed vt reprehẽderet [& dicẽs: Magiſter, quid
faciendo vitam æternã poſſidebo?] Magiſtrum vo-
cat, non dominũ: quia vult ſcire, nõ ſeruire: audire,
non obedire. Magiſtrum vocat, cuius non vult eſſe
diſcipulus: & ſignificat laudatores ſanctorum, non
imitatores. Et benedicit [quid faciendo] quia non

auditores legis, ſed factores iuſtificabũtur: & non in
ſermone eſt regnum dei, ſed in virtute. Et dominus K
dixit ad eum. [In lege] ſcilicet diuina] quid ſcriptũ
eſt? Quomodo legis?] ſcilicet de habendo vitam æ-
ternam. hæc lex diuina, eſt lex legũ: de qua fiet in-
terrogatio in examine diſtricti iudicij. ſecundum Roma. 2.
illud Apoſtoli: Qui in lege peccauerũt: per legẽ iu-
dicabuntur. In hac ergo ſtudere debemus: vt de ea Pſal. 1.
reſpondere poſſimus, ſicut vir iuſtus, de quo in Pſal
mo dicitur: Et in lege eius meditabitur die ac no-
cte. Sed vt ait Hiero. tanquã maiora ſint imperato
rum ſcita, quàm leges Chriſti, ea amamus, euange-
lia contemnimus: ſecundũ Bedã. Iſte tentãdo quæ-
ſiuit de vita æterna: ſi fortè diceret aliquid contra
Moyſen: & ideo Chriſtus per verba Moyſi reſpon
dendo, cõfudit eum: per hoc oſtendens ꝙ deriſores
fidei catholicæ ſunt confutandi, per illud quod te-
nẽt indiſcuſſe, ſcilicet Iudæi per ſcripturas Hebręo
rum: & Sarraceni per legem Machometi. [Ille] ve
rò [reſpondens, dixit] quod legerat, ſed nondum im
pleuerat. [Diliges dominum] quia per ſuam poten L
tiam te creauit [deum] quia per ſuã ſapientiam te
docuit [tuũ] quia per ſuam bonitatem ſe tuum fe-
cit, & ſic te redemit: [ex toto corde tuo,] id eſt, ex
tota volũtate tua: quia ſicut ex corde oritur motus
ad alias partes corporis: ita voluntas mouet animę
potentias [& ex tota anima tua,] id eſt, ex apetitu
ſenſitiuo, qui mouetur per voluntatẽ. Vnde pars ſen
ſitiua poteſt hîc intelligi per animã, ſecundũ quod Animã.
ſcribitur in Gene. Factus eſt homo in animam vi- Gene. 1.
uentem, id eſt, vt dicit glo. vitam animalem, id eſt,
ſenſibilem corpori dantem [& ex tota mente tua]
id eſt, ex toto intellectu qui etiam mouetur per vo
luntatẽ ad aſſentiendũ his quæ ſunt fidei: & ad me
ditandũ de deo dilecto [& ex omnibus viribus tuis]
vel ex tota fortitudine, ſeu virtute tua, quod idem
eſt: per quod notantur potẽtiæ motiuæ & executi
uæ: quæ etiã mouentur per voluntatẽ ad operandũ
ex dilectione viriliter: & nõ remiſsè. Vbi Maximus Triplex di
Cùm hac igitur intentione, trinam ad deum dile- lectio dei.
ctionẽ lex pertractat: vt euellat nos à trina mundi M
habitudine, qua reſpicitur ad poſſeſsiones, ad gloriã
& ad voluptates: in qua etiã tentatus eſt Chriſtus.
Sequitur, [& proximũ tuum,] id eſt, omnem homi
nem [ſicut teipſum,] id eſt, eo affectu quo teipſum:
vel ad quod teipſum: ſcilicet ad gratiã in præſenti, Dilectio-
& gloriã in futuro. vbi Baſilius: Eſt igitur primũ nis manda
& præcipuum mandatũ diuinæ dilectionis. Secun tum.
dum autem primi cõpletiuum, & ab eo completũ
quo cõmonemur diligere proximũ. Vbi & Chry.
Tu autẽ attende qualiter ſi rè cum eodẽ exceſſu po
ſtulat vtrũq; præceptũ. De deo enim ait, toto cor-
de tuo: de proximo, ſicut teipſum. Quod ſi diligen
ter obſeruaretur, nec ſeruus eſſet, nec liber: nec vi-
ctor, nec victus: nec diues, nec pauper: nec notus vn
quã eſſet diabolus. Potius enim paleæ ignis ſuſtine
rent immiſsionẽ, quàm feruorem charitatis diabo
lus: adeo cuncta ſuperat dilectionis conſtantia. Vn
de etiam Grego. Cùm autẽ dicatur: diliges proxi-
mum tuum ſicut teipſum, quomodo alteri miseren
do pius eſt, qui adhuc iniuſtè viuendo fit impius ſi-
bimetipſi? De hac materia habes latius infrà, ſcili-
cet feria



cet feria tertia poſt palmas. [Dixit illi] dominus,
A [Rectè reſpondiſti. Hoc fac,] ſcilicet deũ & proxi
mum diligẽdo. Et dicit, fac quia non ſufficit dilige
re, niſi dilectio demõſtretur in opere: quia probatio
dilectionis, exhibitio eſt operis. [& viues:] ſcilicet
vita perpetua. Hæc eſt enim excellentior via eundi
ad vitã æternã. q. d. Hæc dicis, ſed nõ facis: & ideo
ad vitã non vadis. [Ille autem volens iuſtificare ſe-
ipſum,] id eſt, iuſtũ oſtendere ſcd̃m apparentiã, pu
tans ſe eſſe ante hominẽ, qui tantũ videt exterius:
& nõ ante deũ, qui videt interius, dixit ad Ieſum:
[Et quis eſt meus proximus?] In quo à dilectione
proxmi, vacuũ ſe oſtendit: quia proximũ nõ nouit.
Forſitã putabat ꝙ Chriſt9 diceret, Iudęus eſt proxi
mus tuus: & tunc reſponderet, deũ & Iudęũ diligo:
& ſic appareret iuſtus. [Suſpiciẽs aũt Ieſus,] id eſt,
ſurſum aſpiciens Ieſus, propoſuit ei parabolã de ho
mine, qui deſcẽdẽs ab Hieruſalem in Hierico, inci
dit in latrones. Ideo ſurſum aſpexit: quia de rebus
Surſum magnis locuturus erat Vnde ſcilicet humanum ge
aſpicere. nus deſcenderat, dum per peccatũ cecidit. Secundũ
B aliquos eſt hîc parabola, ſecundũ alios eſt res geſta:
quia inter Hieruſalẽ & Hierico, erat quædam ſoli
tudo, vbi frequẽter homines trãſeuntes ſpoliabãtur
& occidebãtur à latronibus, deſertũ illud inhabitã
tibus. Allegoricè [Homo] iſte deſignat genus huma
nũ: qui in primis parẽtidus [deſcẽdebat ab Hieruſa
lem,] quæ viſio pacis dicitur, id eſt, à paradiſo & ſu
Hierico pernæ ac cœleſtis beatitudinis pace & viſione, [in
luna inter Hierico,] quæ luna interpretatur: & mutabilitatẽ
pretatur. ſignificat: id eſt, in defectum & miſeriã huius vitæ
mutabilis & erroneę: quia in cõtemplatione ſuper-
na & vita pacifica, quã in paradiſo habuiſſet, ad mu
tabilitatẽ huius exilij, & terrenæ miſeriæ per cul-
pam corruit: [& incidit in latrones,] id eſt, in pote-
ſtates dæmonũ, ſeu in diabolicas, vel etiã humanas
tentationes, in quos non incidiſſet, niſi prius intus
Prouer. 16. tumuiſſet. Vera eſt enim ſententia, dicẽs: Ante rui-
nam exaltatur cor. [qui eum deſpoliauerunt,] ve-
ſtem innocentiæ, & immutabilitatis, ſeu immorta
litatis, per fraudulentiã auferẽdo. Veſte innocẽtię,
C ſeu ſtola prima amiſſa, cognouit ſe eſſe nudum glo
riãq; imortalitatis perdita: pelliceũ, hoc eſt, morta-
le ſumpſit indumentũ. Vnde in ſignũ mortalitatis,
induit deus primos parentes tunicas pelliceas, quæ
de mortuis fiũt animalibus: [& plagis] peccatorũ
[impoſitis] & illatis, id eſt, naturalibus per pecca-
tũ vulneratis & debilitatis [abierũt,] nõ ab inſidijs
ceſſando, ſed eas occultando. Primò enim ſenſibili
ter, in ſpecie ſerpentis, diabolus decepit: ſed pòſt oc
cultè & inuiſibiliter tẽtauit: ſemiuiuo relicto] quia
& ſi immortalitatis poteſt auferri, oculus tamẽ ra
tionis remanet hominũ, quo deus poteſt cognoſci.
Semiuiuus Vnde Beda: Semiuiuũ reliquerũt: quia beatitudinẽ
derelictus. vitæ immortalis exuere, ſed non ſenſum rationis
abolere valuerũt. Ex qua enim parte ſapere & co-
gnoſcere deum poteſt, viuus eſt homo: ex qua verò
peccatis cõtabeſcit, & miſeria deficit, mortuus idẽ,
letiferoq; eſt vulnere fedatus. Vnde & Theophilus:
Ac ſemiuiuus dicitur homo, poſt peccatũ: quia ani
ma immortalis eſt, corpus verò mortale: ita vt me
dietas hominis ſuccumbat. Vnde Aug. Semiuiuus

enim habet vitalẽ motum, id eſt, liberum arbitriũ
vulneratũ, quo ad ęternã, quã perdiderat, redire nõ D
ſufficiebat. Et ideo iacebat, quia vires ei propriæ
ad ſurgendũ non ſufficiebant: vt ad ſe ſanandũ me-
dicũ, id eſt, deum requireret. Vel ſemiuiuũ relique
runt, remanẽte vita naturæ, non vita gratiæ: iuxta
illud Apoſtoli: Viuo autẽ, ſcilicet vita naturæ, iam
non ego, ſcilicet vita culpæ: viuit verò in me Chri- Gala. 2.
ſtus, ſcilicet vita gratiæ. Fecerat enim deus homi-
nẽ ad imaginẽ ſuam, ſcd̃m rationẽ, ad ſimilitudinẽ Gene. 1.
ſcd̃m dilectionem: vt per vtrũq; deo adhæreret, & &. 9.
inhærẽdo beatus eſſet. Sed diabolus humanę beati
tudini inuidens, cõtra duo bona prædicta, duo ho-
mini in originali, intulit principalia mala. In eo
nãq; ꝙ factus erat ad imaginẽ, ſeu ſecundũ rationẽ
vulnerauit eum per ignorantiã boni: in eo verò ꝙ
factus eſt ad ſimilitudinẽ dei, ſecundũ dilectionem
vulnerauit eum per concupiſcentiã mali. Homo
ergo vulneratus, ſemiuiuus relictus eſt: quia etſi in
humana natura poſſit diuina ſimilitudo, quæ in di
lectione eſt, penitus corrũpi: diuina tamen imago,
quę in ratione eſt, nõ poteſt penitus deleri. Quam- E
uis enim tãta malitia poſſit affici, vt nil diligat bo
ni: nõ tamẽ ignorãtia tãta excęcari poteſt, vt nil co
gnoſcat veri. [Sacerdos] autẽ [& leuita] deſcẽdentes Sacerdos
[eadẽ via: viſo] ſpoliato & vulnerato [pręterierũt] & leuita.
& vitæ præſentis ſtatũ tunc ſanctè viuẽdo pertran
ſierũt: ſed humanũ genus per culpã vulneratũ, ſana
uerũt minimè: quia ſacerdotiũ legis & eius mini-
ſteriũ: peccata non curauerũt, ſed ſolũ oſtenderunt.
Impoſsibile enim erat ſanguine vitulorũ, & agno-
rũ, & hircorũ, auferri peccata hominũ. Vel ſacer-
dos & leuita, intelligũtur lex & propheta, quæ ho
minẽ non ſanauerũt: ſed peccata oſtẽderunt, & re-
prehenderũt. [Samaritanus verò iter faciẽs,] id eſt,
Chriſtus, qui animas cuſtodit per humanitatẽ, mo-
menta vitæ huius currẽs: pro nobis enim factus eſt
homo in mũdo, [venit ſecus eum,] id eſt, vulneratũ
quia in ſimilitudine hominũ factus, & habitu inuẽ
tus eſt vt homo: [& vidẽs eum] oculo clementiæ,
[miſericordia motus eſt] ex cõpaſsione. [Et appro
pinquãs] homini vulnerato miſerationis exhibitio F
ne [alligauit vulnera eius,] quia redarguẽs peccata Vulnerũ
cohibuit [& vinculis] gratiæ [ligauit infundẽs oleũ curatio.
mitigatiuũ, ſpem veniæ pœnitentibus promitten-
do: [& vinũ] pungitiuũ, terrorem pœnæ peccanti-
bus incutiẽdo. Alligat ergo vulnera, dum pręcipit, Matth. &
Pœnitentiã agite: infundit oleũ, dum addit appro- Lucæ 3.
pinquabit enim regnũ cœlorũ: infundit vinũ, cùm
dicit, omnis arbor quæ non facit fructũ bonũ, exci Matt. 3.
detur, & in ignem mittetur. Quia in re docuit nos
dñs, qualiter infirmis, & ad pœnitentiã veniẽtibus
mederi debeamus. Vulnera enim ligamus, qñ per
peccatorẽ, à peccato ceſſare iubemus. Oleum autẽ Olei infu-
infundimus, qñ miſericorditer & blãdè cõſolando, ſio.
indulgentiã peccatori promittimus. Inſuper & vi- Vini infu-
nũ infundimus, qñ aſperè & auſterè increpãdo ie- ſio.
iunare, & carnẽ macerare iubemus. Non ſit igitur
oleum ſine vino: neq; vinũ ſine oleo. Vnde Grego.
Miſcendã ergo eſt lenitas cum ſeueritate, faciendũ
eſt quoddã ex vtroq; temperamentũ: vt neq; multa
aſperitate exulcerentur ſubditi, neq; nimia beni-

gnita e ſoluantur. Vnde & Ber. Semper punire, fe
G rocitatis eſt: ſemper parcere, puſillanimitatis: nec
hoc nec illud æquitatis habere: plus amaritudinis,
quàm ſuauitatis, dānabile eſt: ecōuersò cōmendabi
le, vtrūq; tolerabile. [Et] leuans [illum in iumentū
ſuum impoſuit, ac ducēs in ſtabulū, curā eius egit.]
Iumentū dicitur hîc caro Chriſti: in qua ad nos ve-
nire dignatus eſt. Huic iumento ſauciatū impoſuit
fidē incarnationis inſpirando: & peccata noſtra, in
corpore ſuo, ſuper lignū portādo: & iuxta aliā pa-
Lucæ 17. rabolā inuentā quæ errauerat ouem, humeris ſuis
impoſitā, ad gregē reportando. [Et duxit in ſtabu-
lum,] id eſt, intra ſanctā præſentem eccleſiam col
locauit: vbi depoſito onere peccatorū, viator laſſus
reficitur: & refectus ſalubri paſcua reparatur. Non
domū, ſed ſtabulū vocat: quo nomine, fetores & mi
ſerias huius præſentis vitæ ſignificat: ne homo in
hoc exilio, tanq̄ in patria gaudeat. Et vt bonus me-
dicus & neceſſarius [curā eius egit,] quādiu in hac
vita cū eo fuit: quia circa ægrotū ſolicitus fuit. [Et
H altera die] poſt peractū miniſteriū redēptionis, ſci
licet poſt dñi reſurrectionem, quæ magis ſplendet,
quàm tēpus præcedēs. Prima enim dies, fuit dies
mortalitatis & paſsibilitatis. Altera dies, fuit im-
mortalitatis & impaſsibilitatis: quando ſplēdor lu
cis æternæ magis effulſit [protulit duos denarios,]
ſcilicet duo teſtamēta: in quibus & nomē & imago
regis æterni cōtinētur: & quorū pretio, vulnera no
ſtra curātur, [& dedit ſtabulario,] quia diſtribuit
vtriuſq; teſtamēti ſcientiā, & prædicādi gratiā apo
ſtolis: quibus ſenſum aperuit, vt ſcripturas intellige
rēt, ac prælatis & omnibus qui eccleſiā gubernare
Supererogatio. debent: vt curā ægroti agerēt & haberēt. Qui etiā
debet in hac cura aliquid ſupererogare: vt non ſolū
ea quæ in duobus teſtamētis continentur ſtudeant
prædicare: ſed & alia multa, ſcd̄m ea quæ ſcripta
ſunt, laborēt alijs prædicatiōe manifeſtare. Super-
erogat etiā, qui ſine ſumptibus, exemplo Apoſtoli,
prædicat: & ab eis quibus prædicat, ſumptus nō ac
cipit. Item ſupererogat, qui non ſolū præcepta, ſed
I etiā conſilia implet vel prędicat. In die autē iudicij
cùm dñs redierit, totū quod promiſerat, tanquā de-
bitor reddet, cū fideli ſeruo dicet: Quia ſuper pau-
ca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in
Peccator vulneratus. gaudiū dñi tui. Quilibet ergo peccator, qui peccan
do mortaliter, à deo, qui eſt pax noſtra, tanquā ab
Hieruſalem ſe auertit, & ab Hierico, id eſt, ad cul-
pabilem defectū ſe cōuertit: & ſic à bono incōmu-
tabili, ad bonum cōmutabile deſcēdit. Homine au-
tem ſic lapſo in latrones, & ſpoliato, ac vulnerato,
& relicto, quid aliud reſtat niſi flagitare? Vt ſamari
tanus ille, id eſt, cuſtos animarū, Ieſus Chriſtus iter
miſerationis ſuæ, per nos faciat, latrones fugitet,
ſpoliatos gratia reſtituat, & vulnera noſtra liget,
ſemiuiuos in integrū habilitet: & ſic demū in cœle
ſtem Hieruſalē nos perducat. Moraliter per Hieru
ſalē, ſtatus virtutis deſignatur. Et ideo per hominē
deſcendentem ab Hieruſalem in Hierico, deſigna-
tur peccator, deſcendēs à ſtatu iuſtitiæ, in peccatū
mortale: qui incidēs in latrones, id eſt, dęmones ſpo
liatur per eos gratuitis, & vulneratur in naturali-
bus, ac relinquitur ſemiuiuus: quia tollitur ab eo vi
ta gratiæ, remanente vita naturæ. Sacerdos & leui
ta tranſeuntes, ſunt mali miniſtri eccleſię: ſamari- K
tanus eſt cōfeſſor, & prædicator, motus ex charita
te, alligās vulnera ſauciati, per ſanū conſiliū: infun-
dens oleū miſericordiæ, & vinū iuſtitiæ, & impo-
nit illū in iumentū: quia non ſolū mente prębet au
xilium, ſed etiā prout poteſt corpore, quod eſt ani-
mæ iumentū: & ducit in ſtabulū & domū eccleſiæ
vbi datur pabulū verbi dei, & ſacramēti euchariſtię:
& altera die, poſtquam duxit in ſtabulum, protulit
duos denarios, per quos deſignatur gratia in præ-
ſenti, & gloria in futuro: & dedit ſtabulario, id eſt,
dandos denuntiauit bono curato, faciēti debitū ſuū
erga peccatorē ſibi ſubditū: & ei curam peccatoris
cōmendauit dicens, [curā illius habe,] debitū tuum
exercēdo: [& quodcūq; ſupererogaueris,] faciendo
circa debitū aliquod bonū, ad quod nō teneris, [red
dam tibi:] id eſt, reddendū denuntio, promittēs ei vi
tā æternā, pro ſalario. Et interrogatus legiſperitus
à domino, quis prædictorū proximus fuiſſet ei qui Proxim' noſter.
incidit in latrones, reſpondit: [Qui fecit miſericor
diam in illum.] Vbi Cyrillus: Neq; enim ſacerdos, L
neq; leuita factus fuit proxim' patiētis: ſed ille qui
eſt eius miſertus. Inutilis eſt enim ſacerdotij digni
tas, & legis ſcientia, niſi per bona opera cōfirmetur
Vnde Beda: Iuxta literā, manifeſta eſt dñi ſentētia:
nullū nobis amplius, quàm qui miſeratur eſſe pro-
ximū. Sic ciui Hieroſolymitę, non ſacerdos, nō le-
uita ex eadē gente: imò in eadē vrbe nati & nutri
ti, ſed externæ gentis accola, quia magis miſertus
eſt, factus eſt proximus. Deinde dominus, ex legiſ-
periti reſponſione & confeſsione, oſtendens omnē
hominē miſericordiā facientem eſſe proximū, &
ſpecialiter ipſum dei filiū, concluſit dicens: [Vade]
ſcilicet de virtute in virtutem [& tu fac ſimiliter]
proximo, ſicut Samaritanus fecit Iudęo: ꝙ ſcilicet
omnē hominem, etiā inimicū, proximū reputes: &
ei miſericordiam affectu, affatu, & effectu impen-
dendo neceſsitates eius, ſubleues: vt te proximū dili
gere ſicut teipſum manifeſtes. Vnde Chry. quaſi di M
cat: Si quem vides oppreſſum, non dicas vtiq; nequā
eſt: ſed ſiue ſit Gentilis, ſiue Iudæus, & ope indiget,
non cauilleris: ius habet auxiliū, quicunq; mala fue
rit paſſus. hæc Chry. Ex reſponſione quoq; legiſpe
riti, dñs concludit ꝙ propinquitas generis nō facit
proximū, ſed opus miſericordiæ impenſum. Ac ſi
dicat ei: Tu ergo me dilige, & in me vtrunq; mādā- Dilectio vtraque in Christo, qui deus & proximus, implēda est.
tum legis implere ſtude: quia ſum deus, & ſum ille
tuus proximus: & quicquid vales in proximi neceſ
ſitate ſubleuanda, vel corporali, vel ſpirituali deuo
tus operare, vt manifeſteris proximus eſſe. Vnde &
Ber. Vtranq; teneo dilectionē dei & proximi, cùm
te amo domine Ieſu, qui meus proximus es, quoniā
homo es, & feciſti mecum miſericordiā. hæc Ber.
Ex vtraq; ergo domini cōcluſione legiſperitus cō
uincitur: quia Chriſtum deum & hominem proxi
mum non dilexit: qui ſuſcipiēs carnem noſtrā per
humanitatem factus eſt nobis proximus, & tot mi
ſericordiæ opera impendit: vnde meritò diligi de-
bet. Ad dei enim dilectionem in nobis excitan-
dam, nutriendam, & augendam, nihil ita valet ſi-
cut beneficiorum eius frequens & diligens conſide



A ratio. Magna eſt igitur miſericordia, quę ignotis &
Miſericordiæ laus. ex traneis nos proximos facit: magna eſt miſeri-
cordia, per quā vita poſsidetur ęterna. Ille quippe
eſt proximus tibi, cui miſerēdo appropinquas: qui
verò nulli miſeretur, nullū proximū habet. In illo
ergo mandato, Diliges proximum tuum ſicut tei-
pſum, dominus proximū intelligit omnem homi-
nem: hîc autem eū qui implet legem naturalem: vt
qui facit alij, quæ ſibi fieri vult. Vbi Ambro. Ergo
quoniā nemo magis proximus, quàm qui vulnera
noſtra curauit: diligamus eū quaſi dominū diliga-
mus & eū quaſi proximū. Nihil enim tam proxi-
mum, quàm caput membris. Diligamus etiā eum
qui imitator eſt Chriſti. Diligamus eū, qui inopię
alterius corporis vnitate cōpatitur. Neq; enim co-
gnatio facit proximū, ſed miſericordia: quia miſe-
ricordia ſecundū naturam eſt. Nihil enim tam ſe-
cundum naturā, quàm iuuare conſortē naturę. hęc
Ambr. Ad hoc quoq; faciendū, horratur nos Aug.
dicens: Nunc cùm in hac vita, id eſt, in hac via ſu-
B mus, inuicē onera noſtra portemus: vt ad eā vitam
Dilectiōis officium. quæ caret omni onere, peruenire poſsimus. Dile-
ctionis officiū eſt inuicē onera noſtra portare. Ni-
hil enim ſic probat amicū, quemadmodum oneris
amici portatio. Neq; vlla res officioſum iſtum la-
borem, ad portandum onera aliorum, facit libēter
impendi: niſi cogitemus quanta pro nobis pertulit
dominus. Hinc admonēs, ait Apoſtolus: Hoc ſenti-
Philip. 2. te in vobis, qđ & in Chriſto Ieſu. Hinc cogitationi,
accedit etiā illa: quia homines ſumus: & ꝙ egritu-
dinē, ſiue animi, ſiue corporis, quā in homine alio
videmus, etiā nos habere potuimus aut poſſumus.
Exhibitio operis miſericordię Hoc ergo exhibeamus ei, cuius infirmitatē porta-
re volumus: quod ab illo vellemus nobis exhiberi,
ſi fortè nos in eo eſſemus, & ipſe non eſſet. Ad hoc
pertinet quod Apoſtolus ait: Omnibus omnia fa-
1. Corin. 9 ctus ſum, vt omnes lucrifacerē: cogitādo ſcilicet in
eo vitio ſe eſſe potuiſſe, vnde cupiebat aliū liberare.
Deinde etiā illud cogitandū, nullū eſſe hominē, qui
non poſsit habere aliquod bonū, quod tu nō habes,
etiam ſi lateat: in quo ſine dubio poſsit te eſſe ſupe
Philip. 2. rior. Vnde Apoſtolus: Nihil per contentionē, neq;
C per inanē gloriā: ſed in humilitate mentis, alter al-
terum exiſtimātes ſuperiorē ſibi. Iſtę cogitationes
deprimentes mentis ſuperbiā, & acuentes charita-
tem, faciūt onera fraterna inuicē non ſolum ęquo
animo, ſed etiā libentiſsimè ſuſtineri. hęc Auguſt.
Vnde & Grego. Si quiſq; ſua incōmoda, quæ ab a-
lijs portātur, cōſiderat: ea quæ ab alijs ſuſtinet, le-
uius portat. Et iterū: Quia illa interna pacis viſio,
ex ſanctorū ciuium cōgregatione cōſtruitur: Hie-
ruſalem cœleſtis vt ciuitas ædificatur. Quæ tamē
in hac peregrinatiōis terra, dum flagellis percuti-
tur, tribulationibus tunditur, eius lapides quotidie
quadrātur. Quæ videlicet ciuitas habet hîc in ſan-
ctorum motibus, magnū iam ędificiū ſuū. In ędifi-
cio quippe, lapis lapidem portat: & qui portat
alterum, portatur ab altero. Sic nunc in ſancta ec-
cleſia vnuſquiſque & portat alterum, & portatur
ab altero. Nam viciſsim ſe proximi tolerant: vt
per eos ędificiū charitatis ſurgat. Omne autē pon-
dus, fabricę fundamentū portat: quia redēptor no-
ſter: de quo paulus apoſtolus ait: Fundamētū aliud 1. Corin. 3.
nemo ponere poteſt, prętерid quod eſt poſitū, quod D
eſt Chriſtus Ieſus. Omnia noſtra tolerat: ſed in ipſo
malum nō fuit, quod tolerari debuiſſet. hęc Greg.
Ex his verbis Gregorij colligitur ꝙ quanto plura
quis pro deo portauerit: tanto erit ipſi fundamēto,
ſcilicet Ieſu, propinquior, & quanto pauciora por-
tauerit, tanto erit ab ipſo fundamento remotior.
Hæc igitur omnia bene cōſidera, & proximorum
infirmitates, ac defectus & onera, nō ſolum patien
ter, ſed etiā libenter pro deo porta & tolera. Vnde
Anſelmus: Qui bonis alterius arridet, ſanctis con-
ſentit: qui verò inuidet, diabolis. Siquidem magis
puto, ſaluationē eius ſperandam, qui parū boni fa- Charitas.
cit, & factis aliorū fauet: quàm qui multa, & inui-
det. Et iterū: Charitas quæ colligit & viuificat o-
mnia membra eccleſię, cùm nos viderit de alterius
ruina gaudere, ſtatim nos præcidit de corpore. For
tè igitur nō dolemus de ruina proximorū noſtro-
rum: quia præciſi ſumus à corpore. Si eñ ibi eſſe-
mus, ſine dubio doleremus: quia tandiu dolet mem E
brum, quandiu in corpore cōtinetur. Si aūt abſci- Membrū
ſum fuerit, nec ſentire. Ex his ergo homo poteſt Chriſti
perpēdere, ſi eſt membrū Chriſti. Et ſicut dictum quis ſit.
eſt de compaſsione, & congratulatione: ita intelli-
ge de communicatione: quia in corpore humano,
vnum membrū cōmunicat alteri, indigenti ſuum
officium, & cibum quem recipit: ita in corpore
Chriſti, quod eſt eccleſia, quilibet debet alteri com
municare gratiā ſibi diuinitus datā, ac cibū & etiā
tēporalia omnia à deo recepta. Similiter intellige
de cōſideratione: vt ſicut mēbra inter ſe adunātur
tanta amoris cōcordia, vt nulla ratione inter ſe va-
leāt diſſentire occaſiōe aliqua: ita etiā ſit inter vos.
Similiter intellige de ſupportatiōe: vt ſicut vnū mē
brorū ſupportat alterū, & ſuſtinet lęſionē pro cura
tiōe, ſiue protectiōe: alterius: & ſi lęditur ab alio, ſi-
ne vltione ſuſtinet lęſionem, ſic debet eſſe in nobis.
hæc Anſelmus.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte, cuſtodi nos deſcenden-
tes de contemplatione ad actionem, ne inci-
damus in latrones ſenſuum appetitus, nec F
ſpoliemur gratuitis, nec vulneremur in naturali-
bus, ſacerdos & leuita ſuperior, & inferior portio
ratiōis nō deſcēdant eadē via cōſentiēdo in pecca-
tū, ſed potius aſcēdāt ſurſum. Samaritanus verò gra
tia prædeſtinatiōis, ſecus nos appropiet, nobis vul-
nera peccatorū liget, infundēs oleū ſpē veniæ, & vi
nū timorē iuſtitiæ imponat in iumentum, ordinā-
do rationē ſupra ſenſualitatē: ducat in ſtabulum in
cōſideratiōe peccatorū: altera die reſurrectiōis det
duos denarios: ſtolā animæ & corporis. Amen.

De pœnitentia Mariæ Magdalenæ. Cap. Ix.

POſt hæc aſcendit Ieſus de Galilæa Lucæ 7.
in Iudæam: vbi quidā [de phariſæis]
ſcilicet Simon leproſus, volens ſe iu-
ſtificare, & de iuſtitia iactare, roga-
uit dominum Ieſum [vt cū illo man-
ducaret,] Cuius tamen ſimulatam iuſtitiam, be-
nignus medicus non vitauit: ſed magis curare vo-
luit [& ingreſſus domum phariſæi diſcubuit.] Le-
gitur autem Chriſtum manducaſſe cum publica-

G nis & peccatoribus,vt eos ad pœnitentiā prouoca-
Mãducandi cũ peccatoribus ratio. ret:ſicut quãdo in domo Matthęi, cũ publicanis co
medit.Itē cùm iuſtis eũ diligētibus:vt eorũ amorē
& deuotionem nutriret & augeret: ſicut dicitur
Martha & Maria.Item cũ cognatis & pauperibus:
Marc.2.& vt eorum inopiam ſuppleret:ſicut habetur de nu-
Lucæ 5. ptijs, vbi aquam in vinum vertit. Item cum pha-
Luc.10.& riſęis ſuperbientibus: vt eorum ſuperbiam repri-
Ioan.12. meret, & eorum vitia argueret: ſicut in hoc loco
Ioan.2. facit. Aliquando etiam humiliter, & cum gra-
tiarum actione,cùm inuitabatur,recipiebat pro lo
co & tempore,ex paupertatis amore: quia pauper
erat,& de huius mundi ſubſtantia,parum habebat.
Non immeritò talis & tantus hoſpes eſt inuitãdus:
& cùm ſe inuitat,libētius ſuſcipiēdus: veniũt enim
omnia bona pariter cu illo. Audiens autē hoc Ma-
gdalena,quæ iam fortè ipſum prædicantē audie-
rat,tacta dolore cordis intrinſec⁹ pro peccatis ſuis,
& de eis plenè & perfectè contrita, amorisq; eius
igne accenſa,cũ alabaſtro,id eſt tali vaſe vnguenti,
Alabaſtrũ quid eſt perrexit ad locũ conuiuij. Vt enim dicit Beda,ala-
baſtrũ eſt genus marmoris candidi, varijs colori-
bus intertincti,quod ad vaſa vnguētaria cauare ſo
H lent:eo ꝙ optimè ſeruare incorrupta dicatur. Iſte
phariſęus,quãdoq; in euangelio Simon leproſus di
citur:cuius lepra non ſine cauſa memoratur. Vnde
Chry. Nõ ſimpliciter autē lepræ Simonis memi-
nit euangeliſta:ſed vt oſtendat vnde confidens ac-
ceſsit hæc mulier:quia enim lepra videbatur valde
immunda eſſe paſsio & abominabilis, vidit autē ꝙ
Ieſus curauerat illũ hominem: confidit quoniã &
animæ eius immunditiam facilè expurgabit. hæc
Chry. Et cùm mulier ad locũ perueniſſet,facie in-
clinata,& oculis in terram demiſsis,ante conuiuas
tranſiens, non quieuit donec ad Ieſum perueniret:
& tunc illico retrò ad pedes eius proſtrata: quia ſe
antè ponere nõ audebat,prę peccatorũ ſuorum ve-
recundia: & procumbens vultu ſuper pedes ipſos,
cum quadam cõfidentia:quia iam intensè,& ſuper
omnia eũ diligebat,& in eius amore ardebat: cœ-
pit fortiter fletibus & ſingultibus abundare:ac la-
I chrymis largiter decurrētibus,pedes domini bal-
Contritio Magdalenæ. neare & lauare. Vnde patet magnitudo contritio-
nis,ex qua lachrymas pœnitētiæ, ſanguinē cordis
fundens,tantũ fleuit,ꝙ pedes vnius hominis laua-
re potuerunt:tandē à fletu ceſſans,capillis ſuis pe-
des Ieſu lotos exterſit,& amore creſcente, oſcula-
batur eos ſępe dulciter & amãter:nec de hoc ſatia-
ri potuit. Et quia propter itinera ſqualidi & laſsi
erant,eos etiã vnguento pretioſo vngebat,ad refri-
gerium caloris, & mitigationē doloris, ex labore
itineris. Et hęc quidem quæ dicta ſunt, agebantur
exterius:quę verò reuoluebat eius intentio, multò
feruentiora erãt quæ ſolus deus inſpiciebat. Vnde
Greg. Nicenus:Indignitatē autem ſuã oſtendens,
ſtabat poſt tergũ,deiectis luminibus, & effuſa co-
ma pedes amplectens,lachrymisq; eos perfundēs,
rebus triſtē animũ oſtendebat,veniam implorans.
hæc Greg. In eo ergo ꝙ mulier retrò ſtat,deuotio
& humilitas agnoſcitur:in eo verò ꝙ lachrymis
pedes rigat,vera pœnitētia & cordis cõpunctio de-
mõſtratur. Et quoniã eaſdē lachrymas capillis ter
gendo abſcõdit & delet,ſeſe de illis nõ eſſe oſtēdit
qui opera ſua faciũt:vt ab hominibus videantur:in K
oſculo,pacē,amorē,& dilectionē mõſtrabat:in vn-
guento verò,cordis intima blãdimēta,& deuoti ob
ſequij affectionē ſignificabat. Per alabaſtrũ pectus
& cordis ſecretariũ,plenũ fide & charitate poſſu-
mus intelligere:tale enim alabaſtrũ,huiuſmodi vn
guentũ cõſueuit ſeruare. Vbi Greg. Cogitãti mihi
de pœnitētia Marię:flere magis libet,q̃ aliquid di Pœnitētia Magdalenę.
cere. Cuius enim vel ſaxeũ pectus,ille huius pecca-
tricis mulieris lachrymæ,ad exēplũ pœnitēdi nõ
emolliãt? Cõſiderauit nãq; quid fecit:& noluit mo
derari quid faceret. Super cõuiuantes ingreſſa eſt:
nõ iuſſa venit:inter epulas,lachrymas obtulit. Di-
ſcite quo dolore ardet:quę flere & inter epulas nõ
erubeſcit. Sed quia turpitudinis ſuę lachrymas a-
ſpexit:lauãda ad fontē miſericordię cucurrit:con-
uiuãtes nõ erubuit. Nã quia ſemetipſam grauiter
erubeſcebat intus:nihil eſſe credidit,qđ verecũda-
retur foris. hęc Greg. Myſticè,pedes dominici cor
poris ſunt pauperes:q̃a ſunt inferior pars corporis Pedes domini.
myſtici,per deiectionē:& cruci affixi,per afflictio
nē. Diues ergo & peccator,volēs obtinere veniã in
præſenti:& regni,quod pauperũ eſt, gloriã in futu
ro:debet ſec⁹ pedes iſtos ſtare per familiaritatis ex L
hibitionē,& amicitiæ acquiſitionē: lachrymis ri-
gare,per cõpaſsionē:capillis extergere,per ſqualo-
rē paupertatis:& refouere per tēporaliũ,quę per ca
pillos deſignatur cõmunicationē, & miſerię reue-
lationē:oſculũ dare,per affabilitatē,& blandã allo
cutionē,fraternitatisq; amorē:vnguēto vngere,per
miſerēdi hilaritatē,& cordis benigni dulcedinē,ac
cõſolatiõis ſuauitatē. Aliter enim,ſcđm Aug. non
poſſunt diuites dicere cõpetēter,Pater noſter, niſi Fratres pauperũ qui filij domini.
ſe fratres pauperum cognoſcãt. Sed heu,multi fa-
ciũt his cõtraria:& ergo cũ Phariſæo, nec gratiam
merētur,nec gloriã. Vnde Greg. Nos ergo,nos illa
mulier expreſsit,ſi toto corde ad dominũ poſt pec
cata redeamus,ſi eius pœnitētiæ luctus imitemur.
Quid aũt vnguēto,niſi bonus odor opinionis expri Vnguentum fundere &c.
mitur? Si igitur recta opera agimus,quibus opinio
nis bonę odore eccleſiã reſpergimus, quid aliud in
dñi corpore,niſi vnguētũ fundimus? Contra pedes M
dñi ſtetimus,cùm in peccatis poſiti,eius itineribus
renitebamur. Sed ſi ad verã pœnitētiã poſt pecca-
tũ cõuertimur:iam retrò ſecus pedes ſtamus: quia
eius veſtigia ſequimur,quē impugnabam⁹. Lachry
mis mulier pedes rigat:qđ nos quoq; agim⁹,ſi qui
buſlibet vltimis mēbris dñi,per cõpaſsiõis affectũ
inclinamur. Capillis pedes dñi tergim⁹,quãdo ſan-
ctis eius quibus ex charitate cõpatimur,etiã ex his
quæ nobis ſuperfluũt,miſeremur. Oſculatur mu-
lier pedes quos tergit:qđ nos quoq; agimus, ſi ſtu-
dioſè diligim⁹ quos ex charitate continemus. hęc
Greg. Per hãc ergo mulierē peccatricē ad dñi pe-
des accedētē,ſignificatur quęlibet perſona verè de Pœnitens contraria faciat.
peccatis pœnitēs,& cõtrita:ad qđ requirit ꝙ ſicut
deũ offendit per culpã,ita ei ſeruiat per pœniten-
tiã: ſcđm illud Apoſtoli: Sicut exhibuiſtis mēbra
veſtra ſeruire immũditiæ, & iniquitati ad iniqui- Roma 6.
tatē:ita exhibete nũc ſeruire iuſtitiæ in ſanctifica-
tionem, & ſic fecit hęc pœnitens. Vnde Gregor.
Liquet



Liquet fratres ꝙ illicitis actibus prius intenta vn-
A guentum ſibi pro odore ſuę carnis adhibuit. Quod
ergo ſibi turpiter exhibuerat, hoc iam deo laudabi
liter offerebat. Oculis terrena concupierat: ſed hos
iam per pœnitentiam cõterens,flebat. Capillos ad
cõpoſitionem vultus exhibuerat:ſed iam capillis la
chrymas tergebat. Ore ſuperba dixerat:ſed pedes
domini oſculans,hoc in redēptoris ſui veſtigia fige
Holocauſta Magdalenæ. bat. Quot ergo in ſe habuit oblectãmenta,tot in ſe
inuenit holocauſta. Conuertit ad numerũ virtutũ
numerum criminum,vt totũ ſeruiret deo in pœni
tentia, quicquid ex ſe deum contēpſerat in culpa.
hæc Greg. Cõſimile inducit Hieronymus,de bea-
Paulæ pœnitentia. ta Paula,dicens: Cumq; à nobis crebrius monere-
tur vt parceret oculis:vt eos euãgelicæ ſeruaret le-
ctioni:aiebat. Turpanda eſt facies, quã contra dei
pręceptũ,purpuriſſo, & ceruſſa & ſtibio depinxi.
Affligendum eſt corpus, quod multis vacauit deli-
tijs:longus riſus perpetuo compenſandus eſt fletu.
Mollia lintheamina, & ſerica pretioſiſsima, aſpe-
ritate cilicij ſunt cõmutanda. Quæ viro & ſeculo
B placui,nunc Chriſto placere deſidero. hæc Hiero.
Pœnitentiæ agēdæ forma. Hinc ergo habemus quomodo faciēda ſit pœnitē-
tia. In quo enim quis peccat,in eodē per contrariũ
pœnitentiam agat. Verbi gratia: Peccaſti nimis po
tando,pœnitētiã age à potu abſtinēdo. Qui nimis
comediſti vel pretioſiora,ieiuna & comede vilio-
ra. Et ſic de alijs ſuo modo. Conſpice igitur bene
hanc mulierem,& eius deuotionē,& ſuper his mo-
roſè meditare:quia factum hoc ſolenne fuit valde.
Conſpice etiam dominũ Ieſum quàm benignè eã
ſuſcipit,& quàm patienter ſuſtinet quicquid facit.
Ceſſat & quieſcit à comedendo,donec negotiũ cõ-
pleatur:ceſſant & conuiuæ, & oēs ſuper hac noui-
tate mirantur. Sed [phariſæus qui eũ vocauerat,]
non tamē inuocauerat,quod melius fuiſſet:fallaci-
ter iuſtus, ac de falſa & putatiua iuſtitia veraciter
ſuperbus:nullaq; cõpaſsione naturæ motus, & ſuæ
fragilitatis oblitus,de hoc murmurãs, [ait ĩtra ſe,]
contra ſuũ hoſpitē murmurando dicens: [Hic ſi eſ-
ſet propheta,] verus, ſciens occulta, [ſciret vtique
C quæ,] in perſona [& qualis,] in vita [eſt mulier
quæ tangit eũ:] & per cõſequens non permitteret
ſe tangi ab ea, [quia peccatrix eſt:] & ideo vnguē-
Reprehēſio iniqua phariſæi. tum eius vitare deberet. Aegrã reprehendit de æ-
gritudine,quæ potius erat cõmendanda: quia lan-
guoris ſui remedium quærebat apud tantũ medi-
cum:quem etiã reprehendit de ſubuētione, de qua
gratiarum actiones erant referendæ:qui ipſe quo-
que de elationis vulnere ęgrotabat,& ideo nec me
dicum pro ſubuētione requirebat. Neſcis phariſęe
ſtulte,neſcis,nuper te mundauit à lepra,quē modò
non credis eſſe prophetam. Et propheta quidē eſt,
& optimè ſcit quia peccatrix eſt mulier quæ eum
tangit. Ad hoc eñ ipſe venit, ad hoc ipſe de cœlis
Matth.4. deſcendit. Non eñ venit vocare iuſtos, ſed peccato
res ad pœnitentiã:hoc ipſe teſtatur,eius verba ſunt
hæc. Nõ horret ergo peccatores,qui pro peccatori-
bus factus eſt homo. Igitur ſecundũ Greg. Neceſſe
Peccatore viſo flendũ nobis. ſemper eſt, vt cùm peccatores quouſq; cõſpicimus,
noſmetipſos prius in illorũ calamitate defleamus:
quia fuiſſe in ſimilibus aut lapſi ſumus,aut labi poſ
ſumus,ſi lapſi non ſumus. Per iſtũ phariſæum qui
Chriſtum notauit de ignorãtia,& mulierē de im- D
munditia ſignificatur hypocrita de falſa iuſtitia Hypocrita.
præſumens & alios contēnens:quia ſecundũ Greg.
vera iuſtitia cõpaſsionē habet, falſa verò indigna- Iuſtitia vera.
tionē:propter quod iſte phariſæus arguitur de pie-
tatis omiſsione immodicis reſpectiuè, & mulier
commendatur de maioribus valde. Vnde dñs Ieſus Cogitationē nouit dominus.
non verba phariſæi audiens,ſed cogitationes inſpi
ciens, reſpondit cogitationi eius ad cõfutationē il-
lius:per hoc enim ꝙ ad eius reſpõdit cogitationē,
quæ ſoli deo eſt nota,oſtēdit ſe plus quàm prophe-
tam,& dominũ prophetarũ: & propoſuit ei para-
bolam de duobus debitoribus,vt conuenientius cõ-
cludat contra eum ex reſponſione ipſius. Cùm eñ
de ſua ſententia phariſæus cõuincitur: quaſi phre-
neticus funem portat cũ quo ligetur. Iſti duo debi-
tores erant Maria deo debitrix quingentorũ dena-
riorum, & phariſæus qui quinquaginta debebat:
quia minus ſe peccaſſe credebat:& ideo Maria plus
diligere debebat:quia maiorē remiſsionem accepe
rat:& plus diligebat, ideo maiora obſequia Chri- E
ſto præbebat. Exēplo igitur debitorum & fenera-
toris conuincit phariſæum,ꝙ hęc mulier eſſet gra
tia diuini amoris iuſtificanda:& dignior amari,&
peccata ſibi remitti,quę plura grata deo obtulit in
hoc facto, quàm ſuperbus phariſęus in cõuiuando:
quia amor in humanis plerunq; cauſatur ex donis Amoris mundani cauſa.
præcedentibus, & per conſequens maior ex donis
maioribus. Vnde dñs enumerãs bona peccatricis,
& mala falſi iuſti, redarguit phariſæũ ex defectu Phariſæi defectus tres.
triplici:ſcilicet pietatis,quia nõ dedit aquã pedibus
ſuis: qui tñ erant feſsi & dolētes ex labore itineris,
ac lutoſi,ſeu puluerizati:eo ꝙ incedebat ſine calcia
mētis. Vñ Titus:quaſi dicat, Facilis eſt vſus aqua- Lacrymarum difficultas.
rum,nõ eſt facilis lachrymarũ effuſio:tu promptis
non es vſus,hæc effudit non prõpta:lauans lachry-
mis pedes meos,lauit lachrymas proprias. Secũdò
redarguit ex defectu charitatis: quia non dedit ei
oſculũ,quod eſt ſignũ amicitię & dilectionis. Ter-
tio ex defectu hilaritatis, quæ deſignatur in nõie
olei,quo nõ vnxit caput eius: tria eñ prædicta fa- F
ciebant olim ſuis hoſpitibus,quia primò dabãt oſcu
lum in ſignum ſecuritatis: deinde lauabant pedes,
propter laborem itineris:poſtea vngebãt caput vn-
guentis refrigeratiuis,cõtra æſtum caloris. Et prę- Hoſpitalitatis cõditiones.
dicta tria ſcilicet charitas,pietas,& hilaritas, req-
runtur in hoſpitalitate vera & gratioſa: ex qua ad
obſequium magis tenebatur phariſæus,quàm mu-
lier ſuperueniens ab extrà. Vnde cõſidera, ꝙ præ-
fertur hîc deuotũ obſequium largitioni cibi & po
tus,quos credibile eſt phariſęũ in domo ſua domi-
no præbuiſſe. Hinc põt elici argumentum, ꝙ cùm
ſuſcipitur quis hoſpitio:magis meritoriũ eſt ei be-
nignè miniſtrare,quàm ipſum cibũ & potũ exhi-
bere. Et econuersò laudat dñs mulierē, de triplici Perfectio triplex Magdalenæ.
perfectione,defectibus phariſęi oppoſita,prout cla
rè patet in litera. Ex factis ergo mulieris apparet,
ꝙ dominum multũ dilexit, & ideo veniã reportãs
iuſtificata fuit:ꝓpter qđ & ex peccatis multis ſibi
dimiſsis magis in amore eius exarſit. Vñ volēs dñs
monſtrare, ꝙ omnia in dilectione cõſummantur,

dixit Simoni: [Propter quod dico tibi, remittun-
G tur ei peccata multa:quoniam dilexit multũ.] cha
Iacobi 4. ritas enim operit multitudinẽ peccatorũ. Et tu plu
rimum dilige, vt tibi plurimum remittatur. Vnde
Chryſ. Nam qui vehemẽter ſe ingeſſerunt malis,
rurſus & bonis vehemẽter inſiſtent, cõſcij ad quot
debita ſe obligauerunt. [Cui autẽ minus dimitti-
tur,minus diligit:] vt ſcilicet tu phariſæe. Sed non
ſuperbias,ſi in paucioribus teneris, quia tu quoque
venia eges: nullus enim põt,per ſemetipſum,à de-
bito peccati liberari: niſi diuina gratia veniã cõſe-
quatur. Igitur,vt ait Chryſoſt. Opus eſt nobis fer-
uenti anima: quia nihil impedit hominẽ fieri ma-
Matth.21. gnum. Nullus ergo conſtitutorum in peccatis, de-
ſperet:neq; virtuoſus dormitet. Nec hic confidat,
ſæpe enim meretrix præcedet eũ:nec ille diffidat,
Dilectio eſt ignis cõtra rubiginem peccatorum. poſsibile nanq; eſt eum etiã primos ſuperare. hæc
Chryſ.vnde & Greg. Quid fratres mei eſſe dile-
ctionem credimus,niſi ignẽ? Et quid culpã,niſi ru-
biginem? Vnde nunc dicitur, [remittuntur ei pec-
cata multa: quia dilexit multum.] Incendit planè
H peccati rubiginẽ:quia ardet valde per amoris ignẽ.
Et ſi durum eſt valde quod coquitur, abũdat tamẽ
amoris ignis quo etiã dura cõſumantur. Tanto nã-
que amplius peccati rubigo cõſumitur,quãto pec-
catoris cor magno charitatis igne concrematur.
Debemus quia nõ cõmiſimus. Vbi Augu. Hic multa commiſit,& multorum de-
bitor factus eſt ille,gubernãte deo, pauca cõmiſit.
Cui deputat ille quod dimiſit huic, & iſte deputet
quod non cõmiſit. Nullum eſt enim peccatũ quod
facit homo, quod nõ poſſet facere & alter homo,ſi
deſit rector à quo factus eſt homo. Vnde & Berñ.
Quis non videat ꝙ ſicut in multa peccata cecidi,
ſic & in multa alia cecidiſſem,niſi omnipotens pie
Pſal.93. tas ſeruaſſet? Fateor & fatebor, niſi quia dñs adiu-
uit me, paulominus habitaſſet in inferno aĩa mea:
videlicet cecidiſſet in omne peccatum anima mea.
Peccator nõ eſt ſoluendo. Myſticè fenerator iſte deũ ſignificat, qui pro cul-
pa pœnã:& pro donis gratiarũ, meritũ bonorũ exi
git. Debitores dici poſſunt. Maria, & phariſæus,
quãtum ad propoſitũ:vel populus gentium, & Iu-
daicus:vel peccator notorius,& occultus. Vel cle-
I ricus,& laicus: & ſic duo debitores ſunt duo popu-
li,vel duo ſtatus peccatorũ: primi debẽt quingẽtos
denarios,quia plus peccant:ſecundi quinquaginta,
quia minus. Sed nõ habent vnde reddant,quia nul-
lus prædictorum põt abſolui proprijs viribus abſq;
gratia:& ideo donat vtriſq;,id eſt, donum gratuitũ
dat,per quod eis debitum dimittit:nõ enim ſine do
no dei gratuito fit culpę remiſsio. [Dixit autẽ do-
minus ad mulierem,remittuntur tibi peccata:] ſci
licet non ſolũ quantum ad reatum & culpam, ſed
etiam quantum ad reatus pœnã:& hoc fit ex vehe-
menti amore dei, & horrore peccati præteriti. O
Munera ĩ Magdalenam collata. fœlix Maria,cui tot dantur munera. Nam primò
datur ei peccatorum remiſsio:vt hîc dicitur: Secũ-
dò fit ſpiritualiter familiaris domino,vt in ſequẽti
capitulo ſubditur. Tertiò fit ei dominicæ reſurre-
ctionis prima apparitio:prout infrà de reſurrectio
ne domini narratur. Et accũbentes ſimul cum do-
mino, [dicebant infrà ſe,] in corde ſuo: [Quis eſt
hic qui etiã peccata dimittit?] Hoc dicebant, quia
humanitatem exterius apparentem, quæ non põt
peccata dimittere,tantum videbant. Sed dominus K
cogitationes eorũ paruipendens, dixit ad mulierẽ,
[Fides tua,] id eſt,à deo tibi infuſa,[te ſaluã fecit:] Fides Magdalenæ.
quia iſta fides charitate formata fuit:& ideo habẽ-
tem dignum vita æterna fecit. ſecundũ Gregoriũ,
Fides eã ſaluã fecit:quia hoc quod petijt,poſſe acci
pere nõ dubitauit. Spem enim iam ab illo accepe-
rat,à quo ſalutẽ quærebat. [Vade in pace,] id eſt,
in quiete & ceſſatione à vitijs, non diſcordando à
gratia tui amoris. In pace ire præcipitur, vt in ve-
ritatis itinere perſeueret, & ab eo in vita ſcãdali vl
terius non declinet. Vnde Theophil. Poſtquã autẽ
ei peccata dimiſit, non ſiſtit in remiſsione peccati,
ſed adijcit operationẽ boni. Vnde ſubditur: [Vade
in pace:] id eſt, in iuſtitia. Nã iuſtitia eſt pax ho- Iuſtitia eſt pax, &c.
minis ad deũ: ſicut peccatũ eſt inimicitia inter deũ
& hominem. Quaſi diceret: Operare omnia,quæ
ad pacem dei te ducunt. Hæc Theophilus: In hoc
ergo ꝙ dicitur, [vade in pace:] notatur ꝙ ipſa iuit
ſolicitè per bona opera: & ꝙ ipſa habuit pacem in
conſcientia. O verbũ delectabile & ſuaue:quàm li- L
benter id Magdalena audiuit,& quàm iucundè re-
ceſsit,& perfectè ad deũ conuerſa, deinceps hone-
ſtè & ſanctè vixit, ac dño Ieſu & matri eius perſe-
ueranter adhæſit. Et bene ait,in pace, poſt remiſ-
ſionem peccatorũ:quia iuſtificatis eſt pax,cùm cõ-
ſcientia non remordet:ſed nõ eſt pax impijs & exi
ſtentibus in peccatis. Hîc habes apertè ꝙ charitas
reformat pacẽ inter deũ & peccatorẽ. vnde & bea-
tus Petrus dicit, ꝙ charitas operit multitudinẽ pec 1.Petr.4.
catorum. Sine qua profectò impoſsibile eſt place-
re deo,cũ qua ſine dubio placet quicunque: & ideo
hanc præcipuè debemus deo referre. Vnde Ambr.
Quoniam nihil eſt quod dignè referre deo poſſu- Charitas pacifica eſt deo præcipuè offerenda.
mus,quid enim referamus pro ſuſceptæ carnis in-
iuria? Quid pro verberibus? Quid pro cruce,obitu,
ſepultura? Væ mihi ſi non dilexero. Audeo dicere,
non reddidit Petrus:& ideo plus dilexit. Nõ reddi-
dit Paulus: Reddidit quidẽ mortem pro morte,ſed
alia non reddidit: quia multũ debebat. Reddamus
licèt crucem pro cruce:funus pro funere, nunquid M
reddimus:quia ex ipſo,& per ipſum, & in ipſo ha-
bemus omnia? Reddamus ergo amorẽ pro debito,
charitatem pro munere: gratiã pro ſanguinis pre-
tio. Plus eñ diligit,cui donatur amplius. Hæc Am.
Nemo ergo deſperet, nemo de dei miſericordia Deſperandum non eſt.
diffidat. Clemens eſt dominus,qui ex corde cõuer-
ſis tam facilè miſeretur. Vnde ſi quid confeſsio &
lachrymæ poſſunt,videre vis:vide quid fides & di-
lectio operatur. Paruo tẽporis ſpatio iuſtificata eſt
mulier,& ab omni peccato mundata, quæ vniuer-
ſis vitijs plena,& tã peccatrix fuerat vt eam phari
ſæus videre dedignaretur. Hãc igitur imitans pec-
cator,peccata nunc defleat,vt eius lachrymas quã- Lachrymarũ virtus.
doque deus abſtergat. Nã vt ait Berñ. Fœlices la-
chrymæ quas benigna manus cõditoris abſterget:
& beati oculi qui in talibus liquefieri fletibus po-
tius elegerũt, quàm eleuari ĩ ſuperbia, quàm omne
ſublime videre, quàm auaritię petulãtia famulari.
Vñ & Chry. Sicut autẽ vbi vehemẽs hymber pro-
rumpit,fit ſerenitas: ſic lachrymis effuſis apparet
tranquilli



trãquillitas,& perit caligo reatũ. Et ſicut per aquã
A & ſpiritũ purgamur,ſic per lachrymas & cõfeſsio
nẽ denuò mundamur. Vbi Anſel. Iam nunc ingre-
dere domũ phariſæi,recũbentem ibi dñm tuũ attẽ
de:accede cum benigniſsima peccatrice ad pedes
eius,laua lachrymis,terge capillis,demulce oſcu-
lis,foue vnguentis. Nõne iam ſacro liquoris illius
odore perfunderis? Si tibi adhuc ſuos negat pedes,
inſta,ora,& grauidos lachrymis oculos attolle:tuiſ
Gene.32. que ſuſpirijs inenarrabilibusq; gemitib⁹ extorque
quod petis,luctare cũ eo:ſicut Iacob vt ipſe ſe gau
deat ſuperari. Videbitur tibi aliquando ꝙ auertat
oculos,ꝙ aures claudat, ꝙ deſideratos pedes abſcõ
dat. Tu nihilominus inſta oportunè, importuneq;
Abacuc 1. clama:vſquequo clamabo & non exaudies. Redde
mihi Ieſu bone lætitiã ſalutaris tui,quia tibi dixit
cor meũ:quæſiui faciẽ tuam,faciẽ tuã requiram.
Hæc Anſel. Nullus ergo peccator debet de clemẽ-
tia dei deſperare:quia præſto eſt cunctis debita re
laxare,& pœnitentes ad regnũ cœlorũ reuocare.
Manaſſes pœnitens. Iſtud deus per Manaſſem regẽ Iſraël olim præfi-
gurauit,quẽ propter pœnitentiã ad gratiã reuoca
B uit. Manaſſes infinitis deũ offenderat. Eſaiã qui eũ
4.Reg.21. de peccatis ſuis redarguit,ſerra lignea per mediũ
deſecari fecit:& tot prophetas ipſum arguẽtes tru-
cidauit,ꝙ plateas Hieruſalẽ ſanguine prophetarũ
purpurauit. Tandẽ ab hoſtibus eſt captus,& in exi
liũ deductus,carceri deputatus,vbi cœpit pœnite-
re,& ex corde ſcelera ſua deflere. Et cũ lachrymis
In oratiõe eius in fine ſecũdi paralipo. orauit dominũ,dicens: Peccaui domine ſuper nu-
merũ arenæ maris,& iam non ſum dignus videre
cœli altitudinẽ,propter iniquitatũ mearum multi
tudinẽ. Miſertus dominus,pœnitentiã eius accepta
uit. Nam de captiuitate eũ liberauit,& in regnum
ſuũ in Hieruſalẽ reuocauit. Per hunc peccator de-
ſignatur:qui prophetas domini ipſum arguentes
cruciat, quando prædicatores & doctores audire
recuſat. Et quãdiu talis perſeuerat in peccato mor
tali,tãdiu eſt in captiuitate diaboli:ſi aũt ex corde
egerit pœnitentiã,deus paratus eſt eũ ſuſcipere ad
2.Reg.11. gratiã. Hoc idem præfiguratũ fuit in rege Dauid,
C qui adulterium & homicidiũ perpetrauit. Cumq;
2.Re.12. redargutus à Nathã peccaui diceret:ſtatim Nathã
reſpondit, Dominus trãſtulit peccatũ tuum,id eſt,
dimiſit. O quã magna eſt pietas domini, & quàm
ineffabilis qui nullũ pœnitentẽ deſpicit cuiuſcun-
que conditionis. Non ergo propter immanitatem
peccatorum noſtrorũ deſperemus:quia diuerſos te
ſtes diuinæ miſericordiæ habemus. Neq; vltra pec
catis ſeruiamus:quia magnam dignitatẽ amittunt
miſeri homines ſeruiendo peccatis,quidã carnis vo
luptates & concupiſcentias,quidam aſpirando ad
honores,& excellẽtias:quidã pertinaci ſtudio quæ
rentes mundi facultates & diuitias. Et quia pauci
ſunt hodie qui iſtum trinarium nephandum nõ ſe
quantur,certè miſeri meritò dicuntur:quia illis re
bus quæ eis deberẽt ſeruire & obſequi,ſeruiunt &
Diogenes in do[?]o ia cẽs,& Alexãder Magnus. obſequũtur. Tales proculdubio ſeuiles oſtendũt nõ
nobiles,non dominos:ſed potius garſiones & ſer-
uos. Exemplũ de Diogene,de quo legitur ꝙ cùm
quadã vice ratione ſuæ eminentis ſciẽtiæ & ſapiẽ-
tiæ imperator eum viſitaret,philoſophus ei aſſur-
gere noluit:quod vidẽs imperator iracũdia motus
retroceſsit,veneruntq; ſerui eius & dixerũt ad eũ. D
Domine quare ſic agere voluiſti? Non modicũ te
imperator honorabat,quia te pauperẽ talis ac tan-
tus viſitabat,tu verò econuerſo ipſum inhonoraſti
quia ei aſſurgere noluiſti. Quibus reſpondit: Nõ de
cet dignitatem meam,vt ſeruo ſerui mei reueren
tiam faciam. Seruit iſte ſeruo meo:ſcilicet mundo Mũdus nobis ſeruire debet.
qui mihi ſeruit,eo factus eſt vt mihi ſeruiat. Igi-
tur non decuit me ſignum alicuius reuerentiæ ſibi
exhibere. Bene dominabatur iſte mundo & impe
rabat,bene naturæ ſuæ dignitatem & præſidẽtiã
obſeruabat.

ORATIO.

O Ieſu bone ſpes pœnitentiũ,qui Mariæ pec
catrici ad tuos pedes flẽti,& eos lachrymis
riganti,capillis tergẽti,labijs oſculãti,pieta
tis ſignũ aperiẽs peccatorũ veniã tribuiſti:ne deſpi
cias Ieſu miſericors me peccatorẽ ad clemẽtię tuę
veſtigia prouolutum,rigãtẽ lachrymis intimę cõ-
punctionis,oſculantem labijs deuotæ orationis:&
fac me audire vocem tuam pietate & clementia, E
ſuauitate,& miſericordia plenam,quã audire me-
ruit & ipſa:vt dimittãtur mihi peccata mea multa
per tuam gratiam & ipſius merita. Amen.

## De miniſterio Martæ,& otio Mariæ Magdalenæ. Cap. lxi.

ET poſt hæc quadam vice,[intrauit Ie Luc.10.
ſus in quoddam caſtellum:] ſcilicet
Bethaniam,quę interpretatur domus
obedientiæ,per quod ſignatum eſt ꝙ
libenter intrat dominus domum con
ſcientiæ,vbi ei obeditur deuotè. Et venit ad domũ
Marthæ & Mariæ,ad illam enim domum frequẽ
ter diuertebat:& ſecurè propter ſpecialem ibi ha-
bitantium amicitiam & deuotionem. Sed Marthę
domus hîc appellatur cũ dicitur,[& mulier quæ-
dam Martha nomine,excepit illum in domũ ſuã:]
quia maior natu erat & curam domus habebat. At
illæ ſorores toto affectu Ieſum diligentes reueren
ter,& alacriter eum ſuſceperũt,de tãti hoſpitis ad
uentu gaudentes. Et martha quidem ſe incontinẽ-
ti ad refectionem domino,& diſcipulis ſuis procu F
randam parauit,& in miniſterio laborauit,vt eis Martha.
conuenienter prouideret: Maria verò ad pedes do-
mini ſe poſuit:vt diligentiam,aſsiduitatem, ſoler-
tiam erga auditionem oſtenderet,& multã reue- Magdalena.
rentiam quã ad dominũ habebat. Illa ſtabat & ſa-
tagebat vt paſceret dominũ, cibo vtiq; corporali:
hæc ſedebat & audiebat, vt paſceretur à domino
ſuo cibo ſpirituali. Sanè quanto melior eſt anima
corpore,tanto dulcior eſt cibus ſpiritualis in men
te quàm carnalis in ventre. Vt autem dicit Augu-
ſtinus: Quanto humilius ſedebat,tanto amplius ca
piebat:confluit enim aqua ad humilitatem cõual- Humilitas Magdalenæ.
lis,denatat de tumoribus collis. Et cùm dominus
more ſuo,nolens ſtare otioſus,verba vitæ loquæ-
retur æternæ:per hoc dans exemplum diſcipulis,
& cùm recipiuntur in domibus,ſuſcipiẽtes repleãt
ſacris doctrinis,Maria oculis & auribus in eum in
tenta ſpecioſiſsimã faciem eius contemplabatur:
& in eius ſuaui ſermone reficiebatur,& vltra q̃ di
ci poſsit in aſpectu & verbis eius iucundabatur,
nec

G nec quicquã aliud cogitabat:ſed tantum dulcedini verbi diuini & operibus vitæ contẽplatiuæ intẽta erat,& de illa mẽſa domini opulẽta micas de verbo domini colligebat.Martha verò in operibus vitæ actiuæ occupata ſtetit,& ſubſtitit quaſi fatigata & feſſa labore miniſterij ceſſans aliquantulũ:& moleſtè ferens ꝙ ipſa ſola in neceſsitatibus domus laboraret,ſoror verò eius otio & quieti vacaret,& dño hoc permittenti conquerẽs poſtulauit ab eo,vt ad laborandũ ſecũ in miniſterio & iuuandũ illam cõpelleret:ſed cõtrariã ſentẽtiã reportauit.Maria aũt Marthã adiuuat conſilijs,opera eius dirigendo,

Marthę & Magdalenæ ſtatus.

& ſuffragijs pro ipſa orando. Ecce ꝙ ſorores iſtę nec ſeruũ nec ancillã habebãt,qui eis ſeruirẽt:nec dñs coquũ vel hoſtiariũ qui eius cõmodo prouiderent:ex quo habes argumentũ cõtra ſuperbiã præſertim prælatorũ.Martha de ſorore conquerẽs ex

Contra ſciolos & ignaros.

illorũ perſona loquitur,qui adhuc diuinæ cõtẽplationis ignari ſolum quod didicerunt fraternæ dilectionis opus deo placitũ ducunt:ideoq; cũctos qui

H Chriſto per contẽplationẽ deuoti eſſe volunt,huic mãcipandos autumant.Hanc ignarorũ obiectionẽ ſoluit Hiero.in epiſtola,in qua inuitat nobilem & diuitem matronã ad eremũ dicens:Quando finem habebit iſta ſeruitus imperfecta?Nunquid non habebit dñs,vnde alet pauperes niſi per te?Inuenitur

Accuſatio Magdalenę triplex

aũt Maria accuſata tripliciter:ſcilicet à phariſæo, de præſumptione & temeritate, eo ꝙ peccatrix Chriſtũ recũbentem tetigit.A Iuda,de prodigalitate:eo ꝙ prætioſum vnguentũ effudit,ac caput& pedes domini vnxit.A ſorore,de otioſitate:ſicut patet hîc,& vbiq; Maria tanquã patiens tacuit & Chriſtus ſemper pro ipſa reſpondit & eam excuſauit,

Defenſio eius.

oſtendens phariſæo ꝙ factum Mariæ nõ erat præſumptionis:ſed deuotionis:oſtendens quoq; Iudę,& alijs diſcipulis,ꝙ illa effuſio vnguẽti nõ erat prodigalitatis,ſed pietatis:oſtendens etiã ſorori,ꝙ ſeſsio Mariæ nõ erat otioſa:ſed melioribus actibus occupata.Maria aũt quæ in verbis domini quieſcebat,& mira ſuauitate tenebatur,ad clamorẽ ſororis quaſi ſomno euigilãs de quiete ſua timuit,&

I facie inclinata in terra ſiluit:ac cauſam ſuã tãquã otioſa iudici cõmiſit,non parans reſpondendi ſermonẽ,ne remitteret vel interrumperet audiendi intentionẽ.Et dominus excuſando Mariam,dixit ad Marthã.[MarthaMartha,]repetitio nominis ſignum eſt dilectionis,vel monendæ intentionis:vt ſcilicet audiret intentius:[ſolicita es,& turbaris erga plurima,]ac circa multa es occupata:opera eñi vitæ actiuæ ſolicitudinẽ & diſtractionem mẽtis inducunt,& frequenter perturbationem ingerunt.

Eccleſiaſtic. 12. & 38.

Si ergo vis cum lætitia viuere, noli multa agere: quia in multis actionibus minor eris.[Porrò vnũ eſt neceſſarium:]ſcilicet deo iugiter inhærere.ſecundũ illud:

Pſal.26.

Vnã petij à domino, hãc requirã,&c. Vel[vnũ,]ſcilicet ipſe deus,qui vnus eſt præ omnibus quærendus:vel[vnum,]id eſt,vnitas mentis ad deum:quia per vitam cõtemplatiuam mens adhæret deo,qui eſt ſimpliciter vnus,ſicut ecõtrà per vitam actiuã intendendo creaturis,quæ multę ſunt, anima diuiditur,& per multa diſtrahitur.Et tamẽ multa ſunt neceſſaria tẽdẽtibus ad vnũ,quod omnibus eſt præferendum.[Maria optimam partẽ elegit,]ſecurã magis & digniorẽ.q.d.Nõ tu malam,

K ſed illa meliorẽ.Ne ergo conqueraris de otio ſororis:quia maior eſt qui recũbit, quã qui miniſtrat.

Lucę 22.

Sed qũo dicitur optima,cũ eã tantum ſit conſecutura in patria?Sed & illã optimitatem dulcedinis, & iucunditatis patriæ iam hîc prægustauit,non ſicut in futuro apprehendit.Non tamẽ reprehenditur pars Marthæ,quia & ipſa eſt bona:ſed laudatur pars Mariæ,quia optima,cuius cauſam ſubiungit:quia[nõ auferetur ab ea:]hoc eñ elegit quod ſemper manebit.In hac vita incipit & augetur,in alia vita plenius perficietur:quia quod non videt per ſpeculũ in ænigmate,tunc videbit facie ad faciem.

1.Cor.13.

Et amoris ignis qui hîc ardere inchoat,cùm ipſum quẽ amat viderit,in amorem amplius inardeſcet.Charitas nunquã excidit:quia vna & eadẽ charitas hîc,& in patria remanet.Ignis eſt in Siõ, & caminus in Hieruſalem:ita & cõtemplatiua eadem eſt hîc & in patria:ſed hîc iucunditas mentis eſt ſemiplena,& ibi erit perfecta.Nõ ergo cõtemplatiua auferetur,quæ ſubtracta præſentis ſeculi

Ibidem. Contęplatiua vita manet.

L lucta perficietur:actiua verò ſicut & fides euacuabitur quandoque,& auferetur:quia in æterna patria non erunt opera pietatis neceſſaria,in quibus ipſa exercetur.Maria ergo per domini excuſationẽ excuſata,deinde ſecurius ſedit,& iucũdius quieuit.Vnde Augu.Dominus pro Maria reſpõdit Marthæ,& ipſe eius factus eſt aduocatus qui iudex fuerat interpellatus.Quæ ſententia interpellanti reſpondit,& ſuſceptam defendit.Intenta erat Martha quomodo paſceret dominum, intenta Maria quomodo paſceretur à domino.A Martha conuiuium domino parabatur,in cuius cõuiuio iam Maria iucundabatur.Mira enim ſuauitate tenebatur, quæ profectò eſt maior mentis,quàm ventris.Excuſata eſt,ſedit ſecurior.Non ergo dominus opus reprehẽdit,ſe munus diſtinxit:vna eſt theorica, id eſt,contemplatio dei,cui meritò vniuerſa virtutũ

M

ſtudia poſtponuntur.Vnde & Ambroſius:Agat te ſicut Mariam deſideriũ ſapiẽtię:hoc enim maius, hoc perfectius opus.Nec miniſterij cura à cognitione verbi cœleſtis te auertat. Nec arguas eos & otioſos iudices quos videas ſtudere ſapientiæ.

Sapientiæ ſtudentes non ſunt otioſi.

Nec Martha tamen in bono miniſterio reprehẽditur, ſed Maria,quòd meliorẽ partẽ ſibi elegerit, antefertur. Ieſus enim multis abundat,& multa largitur:& ideo ſapientior quod principale aduertit, elegit.Deniq; Apoſtoli optimũ nõ putauerũt relinquere dei verbũ,& miniſtrare mẽſis.

Acto.6.

Hęc Ambroſius: Itaq; Mariæ pars, id eſt,contemplationis otiũ Marthę miniſterio prælata eſt, quia dignior: ſcilicet angelorum conuerſationi vicinior:& quia ſecurior,& quia quietior,& quia iucũdior,& quia diuturnior:quia[nõ auferetur.]Illa verò periculoſior,propter lutũ & puluerem pedibus actiuorum adhærentem:& laborioſior, propter ſolicitudinẽ & occupationẽ: proximis tamen vtilior, propter ſubuentionẽ & ædificationẽ.

Actiua.

Actiua autẽ,quędam eſt prælationis & prædicationis: quædã miniſtrij & vitæ communis. Sicubi ergo legitur actiuam præferri cõtemplatiuæ,intelligendũ eſt de actiua prælationis



prælationis & prædicationis:in aliquo eñ excedit

A actiua cõtẽplatiuã,& in aliquo exceditur per illã.

Actio duplex.

Vbi ſciendũ,ꝙ diſtinguitur duplex actio à doctoribus.Vna quæ conſiſtit in exercitio virtutũ moralium,& iſta diſponit ad contẽplationẽ.vnde Grego. Qui contẽplationis arcẽ tenere deſiderant,neceſſe eſt vt prius in cãpo actionis ſe probẽt.Sedatis eñ paſsionũ tumultibus per exercitium virtutũ moralium,diſponitur anima vt liberè poſsit eleuari in contẽplationẽ virtutis:ex quo patet ꝙ talis actio ordinatur ad contẽplationẽ ſicut ad finẽ:finis autẽ melior eſt,his quę ſunt ad finem.Et ideo de tali actione concedunt oẽs ꝙ contemplatio eſt melior. Alia aũt actio eſt,quæ ſequitur contẽplationẽ,procedens ex plenitudine contẽplationis:ſicut eſt docere,& in regimine animarum laborare:& huiuſmodi opera facere:& de tali actione dicunt aliqui, ꝙ eſt melior ipſa contẽplatione:& de iſta actione nõ loquitur hîc Chriſtus,vt patet intuentibus. Alij verò dicunt,ꝙ etiam in iſta actione cõtẽplatio melior eſt,quia id quod ſimpliciter pręeligitur,vide-

B tur eſſe melius abſolutè,quã id quod præelegitur in caſu:ſed contẽplatio eſt per ſe eligenda:cura aũt animarum in caſu neceſsitatis fraternæ eſt ſuſcipienda.Vnde Augu. Otiũ ſanctum quærit charitas,negotium iuſtũ ſuſcipit neceſsitas charitatis:

Otiũ ſanctum.

quam ſarcinã ſi nullus imponit intuendæ veritati vacandum eſt:ſi aũt imponitur ſuſcipienda eſt,propter charitatis neceſsitatẽ.Hæc Augu.Hę duę ſorores domino dilectæ, ſcilicet Martha & Maria,

Vita duplex.

duas vitas demõſtrant ſpirituales, quibus præſens exerceretur eccleſia.Martha actiuã,qua proximo in charitate aſſociamur.Maria cõtẽplatiuã,qua in dei amore ſuſpiramus.vnde nõ Maria,ſed Martha Chriſtũ ſuſcepiſſe dicitur in domo ſua.Maria eñ non habet domũ,quia vita contemplatiua oẽm huius ſeculi ſpernit habere poſſeſsionẽ. Sufficit ei ad pedes domini ſedere,& verbũ dei ſemper audire, ac mentẽ potius quã ventrẽ nutrire.Sufficit ei remotis omnibus curis & ſolicitudinis lectioni & orationi aſsiduè inſiſtere:& in dei contẽplatione vacare:crebra quoq; lachrymarũ cõpunctione, pro

C peccatorũ remiſsione,& æternæ vitę ſuſceptione, dulciſsimè ſuſpirare.Tales enim prophetę fuerũt. Tales & apoſtoli.Tales & multi alij,omnia relinquẽtes,mundũ fugientes,domino adhærentes:tanquã nihil habentes,& omnia poſsidentes. Actiua verò vita dicitur,quia ſemper in actu,ſemper in fatigatione & labore eſt:& vix aliquando in quiete põt eſſe.Vnde hîc de Martha dicitur,quia[ſatagebat circa frequẽs miniſteriũ.]Videmus enim multos eccleſiarum præpoſitos & miniſtros,ac multos

Cõtra ſolicitudinẽ eccleſiaſticorum.

alios ſolicitè diſcurrere,laborare,æſtuare,& multis modis fratrum & proximorũ neceſsitatibus,& miſericordiæ operibus inſudare:vt eos quoq; non immeritò circa frequens miniſteriũ ſatagere dicamus.Et ideo Maria ſedet,quia cõtemplatiua,pacatis vitiorũ tumultibus,optata iam in Chriſto quietę mentis perfruitur.Martha verò ſtat,quia actiua laborioſa deſudat in certamine.vnde Augu.Remãſerunt ergo in illa domo,quæ ſuſceperat dominũ, in duabus fœminis duæ vitæ, ambæ innocentes, ambæ laudabiles.Vna laborioſa,altera otioſa:nulla

D

Vita duplex innocentiæ.

la facinoroſa,quã cauere debet laborioſa:nulla deſidioſa,quã cauere debet otioſa.Erãt ergo in domo illa duæ vitæ & ipſe fons vitæ.Hæc Augu.Hæ autẽ mulieres prudẽtiſsimæ totius eccleſiaſtici exercitus duces & præuiæ ſunt.has cætera turba ſequitur.alij poſt Marthã,alij poſt Mariã vadunt.Nulli enim cœleſtẽ illam patriam ingrediuntur,niſi qui hanc vel illam ſequuntur.Sed in his neceſſe eſt, vt

Delectus vitę habẽdus.

vnuſquiſq; vires ſuas conſideret:& ad quod opus aptior ſit.Si enim ad contẽplationẽ ſit habilior,& ad orandũ deuotior:tutè ſe transferat ad eremum, pro ſe & alijs oraturus.nec ſic abſcondit talentum in terra,ſed in domino,licet nõ prædicet:quia talentũ orationis & deuotionis in quo amplius valet, & meliorẽ ſe ſentit,omnibus erogat.nec piger dici debet,qui totus in ſancta deuotione & oratione,ieiunijs,& vigilijs,& lachrymis eſt. Et de actiua ſimiliter ſuo modo accipe & intellige.Non tamẽ fit diuiſio inter has ſpecies vitæ,quaſi poſt oppoſita,

E ſed per officia:cõueniunt enim etiã eiſdẽ,ſed officia habent diſtincta.Actiuus enim ſæpe eſt contẽplatiuus & econuersò.qui tamen denominatur ab altera,cuius ſcilicet plura,& frequentius gerit officia.

Officia vitę actiuæ.

Sunt autẽ officia actiuæ legere,in publico prædicare,corripere,errantes reuocare,neſcientes docere,pauperes ſuſtentare & alere,petentibus conſilium & auxiliũ dare,inopẽ de manu fortis eripere,infirmantis curam gerere,cõmiſsis nobis qualiter ſubſiſtere valeant prouidere,quæ ſingulis quibuſq; expediant diſpenſare,opera pietatis omnia exercere.

Cõtemplatiuæ vitæ officia.

Officia contẽplatiuæ ſunt,ſibi & in ſecreto legere,in lege dei meditari,ſecretò orare,ſuauitatẽ & dulcedinẽ patriæ cum angelis prægustare & præſentire,ſoli deſiderio conditoris inhærere, exutã mentẽ à cunctis habere terrenis,eamq; quãtum humana imbecillitas ſinit vnire cũ Chriſto,vt nil iam agere libeat:ſed calcatis curis omnibus ad videndam faciẽ ſui creatoris animus inardeſcat:

F adeo vt conuerſatio contẽplatiui,iam quaſi in cœlis ſit,& nihil de terrenis ſapiat.

Cõtẽplatiui fidelitas.

Contemplatiuus enim & verè ſpiritalis homo tam fidelis debet eſſe in tota vita ſua,& in omni opere ſuo,ac ſi ſingulis horis iudicari debeat corã deo:& tam ardẽti deſiderio viuere & ardere,quaſi ſingulis horis debeat iungi angelorũ cœtibus ad fruendũ deo æternaliter:& qui habet cor in ſupernis eleuatũ quãdo ſedet,quãdo ambulat, quãdo requieſcit, quandò aliquid facit,cor à deo nõ recedit omnes ad dei amorem exhortatur,deridet huius mundi gloriam & fœlicitatem:miratur hominũ cæcitatem,& quàm ſtultum ſit in trãſitorijs fiduciam habere oſtendit. Contemplatiuus tamen pro oportunitate tẽporis & neceſsitate inſtãte,alter alterius ſumat officia, fitq; de contemplatiuo actiuus,& ecõuersò,cũ expedire viſum fuerit eccleſiæ.Vnde Cenomanenſis ſcribens cuidam aſſumpto in prælatum, conquerenti ademptam ſibi eſſe contẽplationis requiem, & actiuæ ſolicitudinis ſarcinam ſe inuitum ſuſtinere ait: Ad pedes domini cum Maria ſedebas: nunc cum Martha domino miniſtras.Species Rachelis te allexit, ſed nec faſtidias Liam lippam: quia gignit

quia gignit ſibi ſobolem. Maria à dño fercula ſumit: G Martha dño præparat,& apponit:hæc deũ reficit,illa à deo reficitur,hæc miniſtrat panẽ hominum:illi miniſtratur panis angelorũ.In mẽſa eius nil faſtiditur:in menſa Marthæ multa.Ibi audiebas canticum angelorũ:videbas lilia virginum,roſas martyrum,violas cõfeſſorum:hîc filium dei de cœlis deſcendentẽ & dicentẽ:gaudiũ maius eſt angelis dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente &c.

Lucæ.15.

Vtraq; vita in eiſdẽ.

Videtur tibi contemplatiuã actiuę debere prę poni:tamẽ ſi ſolicitè conſideres,actiua materia eſt ad gloriã,ſicut contẽplatiua nõ deſcenſus ad ruinã quarũ vtranq; in eodẽ & in diuerſis inuenies.Chriſtus enim docens in cãpeſtribus,in monte orauit. Moyſes in mõte & in tabernaculo loquebatur cũ domino deſcendens de monte,& egreſſus de tabernaculo,loquebatur cum populo.Petrus cui dictũ eſt in cœnaculo,macta,& manduca:prædicauit populo.

Actuũ 10.

Apoſtolus raptus in paradiſum,factus eſt doctor gentiũ.Maria legitur tantum ſediſſe & audiſſe: H nec aliquando ſorori diſcurrenti ſubueniſſe:licèt eius auxilium quadã mentis amaritudine anxia ſoror poſtularet.Martha nequaquã legitur partem Mariæ ſuo miſcuiſſe obſequio:& ideo ſicut dominus teſtatur[Maria optimã partem elegit,quæ non auferetur ab ea.]Per Mariã ergo ſignãtur quorũ cõuerſatio in cœlis eſt,vt qui dicunt:Ecce elongaui fugiens &c.

Pſal.54.

Contra ſacerdotes ſecularia tractantes.

Per Martham,negotioſi ſacerdotes reprehenduntur,in quibus turba negotiorũ cõtemplationis excludit ſacrariũ,& contriti cordis extinguit ſacrificium.Neq; enim fieri poteſt,vt aliquando loquatur cum domino qui etiam ſilens cũ toto fabulatur mundo.Talibus occurſant inimica negotia,quorum recordatio illos ſequitur vſq; ad ſacra altaria,qui illis furantur orationũ ſuffragia, & defraudant ſuis tẽporibus eccleſiaſtica officia. Martha miniſtrauit,ſed Chriſto diſcurrit,ſed pro Chriſto.Si nobis diſcurrimus,quærentes quæ noſtra ſunt,aucupantes tẽporalia,nec Martha ſumus, ſed negotiatores.

Vita actiua.

Vnde ſic diſcurris,iuſta eſt tibi flẽdi & cõquerẽdi ratio. I Cæterũ ſi Marthã ſimpliciter agis,bene agis.

Vita mixta.

Si inter Lyam diſcurris & Rachelẽ:melius agis.

Vita cõtẽplatiua.

Si cũ Maria ſederis,& audieris: optimè.Bonũ eſt ſeminare quod illa fecit,melius eſt metere quod iſta.Hæc idcirco dixerim vt magnum reputes bonum ſic alternare ſtudia iſtarum vt nunc quieti vaces,nunc proximorum vtilitati. Vna quippe & eadem eſt ſcala qua Iacob aſcẽdentes & deſcendentes vidit angelos.

Cen.28.

Rachelem diligas pro ſpecie:Lyam pro prole.Neutra ergo prælato eſt poſtponenda,ſed vtraq; amplectenda. Vtrã verò alteri præponas,ignoro.Verũ hoc ſcio,ꝙ duo ſunt in lecto,vnus aſſumetur,& alter relinquetur &c.

Matt.24.

Hæc Cenomanenſis.

Aſſũptionis Marię cur hoc euãgelium.

Hęc aũt hiſtoria quę hîc tangitur,licèt ad beatã Mariã non pertineat:tamẽ hoc euangeliũ in die aſſumptiõis eius legitur:quia ipſa eſt caſtellũ in quod dominus intrauit,vel quia vitas & officia iſtarũ ſororũ habuit.

Mariæ caſtellum.

Caſtellũ quippe fuit corpus intemeratæ virginis Mariæ, quod intrauit dominus Ieſus in conceptione.

Caſtelli nobilitas.

Quod bene dicitur caſtellũ,propter ſeptẽ,quæ cõſtituũt nobile caſtrũ.Primũ eſt ſitus altus,vt videlicet caſtrũ ſit in alto ſitũ:per quod ſpiritualiter altitudo vitæ ſpiritualis accipitur,vt homo ſpiritualis ſit eleuatus K ab inquietudine & affectione eorũ qui in mundo ſunt,& in altitudine cœleſtiũ deſideriorũ,& cõtemplatione diuinorũ.Talis fuit beata virgo Maria,quæ altitudinẽ vitæ ſpiritualis excellẽtiſsimè in ſe habuit,quoad omnia prædicta. Secundũ eſt, murus clauſus & firmus:per quem intelligitur firma clauſura,& vigil cuſtodia virginalis integritatis:quæ excellẽtiſsimè fuit in beata virgine:quam ita murus virginalis integritatis vndiq; vallauit,vt nullus vnquã libidinis acceſſus ad eã eſſet:nec ſenſus eius ſola etiã cogitatione ab aliqua tangeretur libidine:vnde in ea verificatũ eſt illud cãticorum: Hortus cõcluſus es,fons ſignatus.

Canti.4.

Tertiũ eſt turris per quã intelligitur humilitas,quæ hominẽ prouehit in altũ vſq; ad cœlũ.iuxta illud:Qui ſe humiliat,exaltabitur:

Luc.14.

& ſicut turris eſt ad protectionẽ omniũ qui ſunt in caſtro:ſic humilitas protegit & cõſeruat oẽs virtutes in homine.Et hoc munimentum turris humilitatis,valde conueniẽs eſt ad murum virginitatis,quæ duo inuicẽ ſe defendunt,& L excellẽtiſsimè in beata virgine fuerunt.Quartũ eſt foſſatũ,per quod intelligitur paupertas,quę omnẽ terreneitatẽ euacuat ab anima:& hæc fuit in virgine Maria:de qua dicitur ꝙ nõ erat ei locus in diuerſorio,quo ſuũ pareret filiũ.

Luc.1.

Quintũ eſt armatura ad protectionẽ caſtri,& confugientibus ad id neceſſaria:per quã intelligitur abundãtia pietatis, quæ eſt in virgine beata,qua protegit peccatores, & ab hoſte cõpreſſos fugientes ad eã.Sextũ eſt alimenta,ſine quibus caſtrum conſeruari non poteſt, per quę intelligitur copia alimenti ſpiritualis,quã ſufficientiſsimè in ſe beata virgo habuit:ipſa enim intra ſe continebat panem viuum & verum qui dę cœlo deſcẽdit.

Ioan.6.

Septimũ eſt fluuius cõfluẽs,per quẽ intelligitur plenitudo gratiæ,quæ cõfluxit in beata virginę.

Plenitudo gratię Mariæ.

Vnde Hierony Cæteris per partes:Mariæ autem ſe totam infudit plenitudo gratiæ.[Intrauit ergo Ieſus in quoddam caſtellum]ſcilicet in beatam virginem:in quã venit ipſe deus ad expu- M gnãdum diabolum:[& mulier quædã Martha nomine,]id eſt beata virgo[excepit illum in domum ſuã,]id eſt in vterum ſuũ:]& huic erat ſoror nomine Maria.]

Maria Martha fuit & Magdalena.

Beata virgo Martha fuit & Maria: Martha,propter ſtudiũ bonæ actionis:Maria,propter otiũ contẽplationis.Martha enim & actiua in Chriſto filio ſuo fuit,qñ omnia opera miſericordiæ & pietatis circa illum exercuit,& curam eius obnixè ſicut mater egit. In membris eius etiã quãdo Elizabeth cognatæ ſuæ præcurſorem domini parienti miniſtrauit,& ipſum præcurſorem in cunabulo fouit,& in balneo lauit:aliaq; obſequia vtrique humiliter exhibuit.Fuit etiam Maria & cõtẽplatiua audiendo angelum & dominum : & cũ eis loquendo,ac ſeruans & conferens ea quæ videbat & audiebat in corde ſuo:quæ nõ niſi tempore ſuo aperuit:cùm ſcilicet euangelium ſcribi cœpit, & tũc docuit apoſtolos ea quæ didicerat,in quo actiua erat.

Luc.1.

Ideo dicitur hîc[& huic erat ſoror nomine Maria.]Quæ ſtetit conſtans in fide[& ait:Domine non eſt tibi curæ &c.]Iſta Martha quæ conqueritur



queritur de ſorore ſua,eſt ratio inferior:attendens A & videns filium ſuum ad mortem cõprehendi inter hæc ſolicita naturali compaſsione,quaſi ſatagebat eũ liberare:ſed Maria eſt ratio ſuperior,contẽplans diuinam voluntatẽ , & attẽdens totũ factum eſſe ex dei ordinatione quaſi [ſedens ſecus pedes eius,audiebat] ea quæ filius ſuus prędixerat de ſua paſsione,& conformans ſe diuinæ volũtati conſentiebat ꝙ ſic fieret:ita ꝙ quaſi ratio inferior beatæ virginis cõquerebatur de ſuperiori. Sed quid reſpõdet dominus,audiamus. [Martha Martha ſolicita es,& turbaris erga plurima] quia beata virgo ſolicita fuit, quando Herode perſequente in Aegyptũ fugit:quando Iudæos filium ſuũ perſequentes cognouit: [ſed vnum eſt neceſſariũ] vt ſcilicet vnus moriatur pro populo, & non tota gens pereat:& [Maria] ſcilicet ratio ſuperior , [optimam partẽ elegit] ſcilicet in omnibus conſentire diuinę volũtati:& ideo [nõ auferetur ab ea] quia ſic oportuit Chriſtum pati,& ita intrare in gloriã ſuam. vnde Anſel.

Caſtellum Maria dicitur.

Hoc caſtellũ quod intrauit Ieſus ſingulariter intemeratam virginem,eiuſdem Ieſu genitricẽ B Mariam,per ſimilitudinem accipimus. Caſtellum enim dicitur quælibet turris, & murus in circuitu eius:quæ duo ſeſe inuicẽ defendũt,ita vt hoſtes per murum ab arce,& à muro per arcẽ arceantur.Huiuſmodi caſtello non incongruè virgo Maria aſsimilatur, quã virginitas mẽtis & corporis,ita quaſi murus vndiq; vallauit,vt nulli vnquàm libidini eſſet ad eã acceſſus,nec ſenſus eius aliqua corriperetur illecebra.Et quia virginitatẽ cùm libido vincere non poſsit,ſolet impugnare ſuperbia: eſt in eadẽ virginitate turris humilitatis,omnẽ repellẽs ſuperbiam.Itaq; hæc duo, murus videlicet virginitatis, & turris humilitatis ab alterutro muniũtur,vt nũquam in humili virgine fuerit nec ſuperba virginitas,nec inquinata humilitas : ſed ſemper in eadem permãſerit & humilis virginitas,& virginalis humilitas.Duæ iſtæ ſorores (ſicut ſancti patres pleniſsimè expoſuerunt) duas in ſancta eccleſia vitas deſignãt:Martha,ſcilicet actiuã: Maria verò contẽ C platiuam. Iſta laborat ad exhibẽda indigẽti oĩa humanitatis officia: illa vacat, & videt quoniã ſuauis eſt dñs.Iſta circa exteriora occupatur: illa interiora contẽplatur. Sicut autẽ Maria ſingularis eſt mater domini: ita & effectus iſtarũ vitarum, quarum iſtę duę ſorores typũ tenẽt,in ea extitit ſingularis. Nũqnãm in aliqua perſona, imò in oĩbus, Martha ſic eſt operata:nunquã ſic aliàs Maria contẽplationi vacauit: nunquã ſic aliàs hęc vel illa quod ſuum eſt exhibuit. alterã Martham & Mariã dico, eorũ ſignificãtiam intelligo. Sed iã videamus actionem huius Marthæ : deinde conijciamus contẽplationẽ huius Mariæ : & vt plenius id faciamus , quid alij per Marthã operãtur: & quid iſta operata eſt cõferamus. Alij hoſpitem quẽlibet in domo ſua ſuſcipiunt:iſta non quẽlibet, ſed propriũ filium dei, qui non habet vbi caput ſuũ reclinet, non in domo,ſed in vtero ſuſcepit. Alij nudum quẽlibet veſte mutabili atq; corruptibili vndelibet cõpoſita operiunt, iſta verbum dei, quod in eadem virgine carnem in vnitate perſonę aſſumpſit,quæ ſine fine incorruptibilis atq; incommutabilis permanebit. Alij quẽli- D bet eſurientem,vel ſitientẽ,cibo vel potu exteriori reficiunt:iſta hominem deũ humanitus indigentẽ: non ſolum exterioribus cibis vel potibus pauit,verumetiam interiori ſuo lacte aluit .

Opera miſericordię

Et vt breuiter ſex illa opera miſericordiæ percurramus , quæ ſi vni ex his minimis fiũt , deus ſibi facta confitetur:

Matth.25.

iſta nõ quẽlibet ex minimis, ſed ſummũ dei filium hoſpitem ſuſcepit:nudũ carne , vel etiã panis, operuit:eſurientẽ pauit:ſitientẽ lacte potauit: infirmũ per infantiam & iacentem non ſolũ viſitauit, ſed & balneando,liniendo,fouendo,geſtando frequẽtauit: vt meritò de illa dicatur [Martha autẽ ſatagebat circa frequens miniſterium.] Comprehenſo & crucifixo,quaſi in carcere poſito, affuit: ſicut ſcriptum eſt: Stabat autẽ iuxta crucẽ Ieſu mater eius.

Ioan.19.

Marię turbatio.

Inter hæc ſolicita erat: & turbabatur cùm fugeret in Aegyptũ à facie Herodis : turbabatur cùm Iudæos inſidiantes, & mortem ei inferre volẽtes,cognoſceret.Ad vltimũ turbata eſt valde , cùm vidit E filium ſuum talẽ cõprehendi, ligari,flagellari,conſpui,ſpinis coronari,derideri,colaphizari, crucifigi, mori,ſepeliri . Vnde ei congruit quod dicitur: [Martha Martha ſolicita es,& turbaris erga plurima.Nemo verò dubitat quin beata Maria filiũ vellet de omni tribulatione eripi,& ſeipſam ĩ perturbatione adiuuari à diuinitate,quã eidẽ filio ſciebat ineſſe per theoricam,quæ eſt pars Mariæ. Hoc eſt quod Martha cõqueritur:ꝙ eam ſoror reliquit ſolam miniſtrare,& eius auxiliũ in miniſterio flagitat.Hæc de parte Marthę.

Pars Marię matris domini.

Porrò de parte Marię, quæ optima prædicatur : quãta vel qualis fuerit in beata Maria,quis dignè loquatur? Si talis eſt vt diximus:imò melior eſt,quàm diximus in beata Maria pars Marthæ,quæ tamẽ à dño nõ laudatur: ſed tñ non vituperatur,qualis eſt pars quã optimã Maria elegit,quæ ſic laudatur:vt ab ea nõ auferri dicatur.O quàm magna multitudo dulcedinis dei fuit in beata virgine Maria,quãdo ſpiritusſanctus in eã ſuperuenit:& virtus altiſsimi ei obumbrauit,& de F eodem ſpirituſancto cõcepit : quid de eo nõ ſapiebat,in qua ſapiẽtia dei latebat,& ĩ cuius vtero corpus ſibi aptabat.Hæc autẽ non ſolũ [ad pedes] ſed ad caput [dñi ſedens : audiebat verbũ ex ore eius.] Hæc conſeruabat omnia verba angelorum, paſtorum,magorum : nec non ipſius filij ſui,conferẽs in corde ſuo.Nemo vnquam ſicut iſta guſtauit quàm ſuauis eſt dominus:inebriabatur ab vbertate domus dei,& torrente voluptatis eius potabatur.Nec mirum,quoniam apud eã,imò intra eam,erat fons vitæ de quo manabat tanta perfectio vtriuſq; vitæ. Circa plurima,vt Martha,occupabatur:circa vnũ, vt Maria,delectabatur.[Porrò vnũ eſt neceſſariũ:] quia plurima auferuntur,vnũ manet.Singulariter igitur partẽ Marthæ peregit, ſingulariter optimã Mariæ partẽ elegit.Sed pars Marthæ ei aufertur:

Marthæ pars ablata Mariæ matri domini.

tum enim nõ erit ſolicita vt miniſtret ei ſicut puero,cui omnes angelorũ ordines miniſtrãt ſicut domino.Iam nõ triſtabitur fugiens in Aegyptũ à facie Herodis:quia ipſa aſcendit in cœlũ, & Herodes deſcendit ad infernum à facie eius.Iam non turbabitur erga plurima , quæ fecerunt filio ſuo Iudæi:

quia

quia omnia ſubdita ſunt ei. Iã filius Marię à Iudęis
G vel militibus non flagellabitur nec occidetur: quia Chriſtus reſurgens à mortuis, iam non moritur: mors illi vltrà nõ dominabitur. Pars ergo Marthę aufertur: ſed bono ſuo: quia pars Mariæ ei præficitur, quæ nõ auferetur ab ea. Exaltata enim eſt ſuper choros angelorum: repletũ eſt in bonis deſiderium ſuum. Videt deum facie ad faciem ſicuti eſt: gaudet cũ filio ſuo in æternum. Hæc eſt pars optima, quæ non auferetur ab ea. Cuius & nos participes ſimus, meritis & precibus eius, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Amen. Hæc Anſel. Ipſa etiam virgo Maria elegit optimã partẽ, & in gratia, & gloria. In gratia quidẽ in vita iſta per omnimodã virtutũ ſuperabundantiã. quia (vt dicit Hiero.) Sicut in cõparatione dei nullus homo bonus: ſic in comparatione matris domini, nulla inuenitur perfecta, quantũcunq; virtutibus eximia cõprobetur. Ideo bene de ea canit eccleſia. Nec primam ſimilẽ viſa eſt, nec habere ſequentẽ. In gloria etiã elegit optimam partẽ: illam videlicet partẽ: quia
H in cœlo citra thronũ dei maieſtatis ſublimior: quia exaltata eſt ſuper omnes choros angelorũ, & hæc pars optima nunquã auferetur ab ea in æternũ. De hac parte optima Aug. loquens ad eã dicit: Ad hãc vſq; gloriã tu virgo glorioſa prouecta es, vt ſuperno regi nil ſuperius habeas in ſupremis, quæ etiam angelicam tranſcendens dignitatẽ ad ſuperni regis es ſublimata conſeſſum. Vbi eñ rex filius tuus poſuit quod ex te ſumptum eſt, ibi poſuit & te matrẽ ex qua ſumptus eſt. Neque enim fas eſt credere te eſſe alibi, quàm vbi id eſt quod ex te ſumptum eſt. Hæc Aug. Moraliter exponitur iſtud de religioſis vt caſtellum ſit ipſa religio: muri iſtius caſtelli eſt abbas & prælati cæteri: foſſata ſunt paupertas, quę foſſata diabolus, vt caſtellum poſſit capere conatur abundantia diuitiarũ implere: aqua circũdans hoc caſtellum, eſt fons lachrymarũ: alimenta, ſunt vigiliæ, ieiuniũ, diſciplinæ quibus caro attenuatur, ſed anima impinguatur: turris eſt contẽplatio. In hoc caſtello eſt Martha, ſcilicet officiales qui ſunt ſo-
I liciti, & turbantur erga plurima: & Maria, ſcilicet clauſtrales in clauſtro circa pedes domini reſidentes. Ad iſtud caſtellum venit Ieſus, quando aliquis cauſa hoſpitalitatis ad ipſam religionẽ declinat: Ieſus enim recipitur, quãdo aliquis nomine eius recipitur. Igitur Ieſus in mẽbris ſuis [intrat in quoddã caſtellum,] id eſt religionis locũ [& mulier quędã Martha,] ſcilicet cõpaſſio: & ſignificat ꝙ officiales debent eſſe mites, benigni, & ſeduli circa hoſpitum receptionem, [& huic erat ſoror noĩe Maria] non domina: non ancilla: quia officiales in clauſtro non debent eſſe domini clauſtraliũ, nec econuersò, ſed omnes fratres: quia magiſter vnus eſt Chriſtus, & vnus eſt pater Chriſt⁹: vna mater regula. [Quę ſedens ſecus pedes domini] vbi deſcribitur officiũ clauſtralium, ſcilicet ſedere, tacere, meditari, audire dominum loquentem in ſcriptura, & in cordibus eorum. Sed Martha conqueritur: dicens. [Domine nõ eſt tibi curę &c.] quia officiales qui ſunt circa temporalia occupati, debent de clauſtralibus qui vacant cõtemplationi conqueri: pacem cõtemplationis appetendo, & tumultum negotiorũ mundanorum fugiendo. vnde Bernar. Fœlix domus &
K beata congregatio, vbi Martha cõqueritur de Maria: nam Maria Marthã æmulari indignũ eſt profus: nam Maria optimam partẽ elegit, ſcilicet clauſtrales qui vacant contemplationi, quæ non auferetur ab ea: quia nullus hodie appellat cõtra clauſtralem, qui vult in clauſtro reſidere: ſed bene appellatur contra eum qui vult abbas fieri, vel quæ nõ auferetur ab ea: quia vita actiua cũ vita præſenti deficit: vita verò contemplatiua, poſt hanc vitam proficit.

Magdalenæ pars permanẽs

Maria optimã partem elegit

In officio matutino.

Moraliter de religioſis.

## ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte qui pro nobis veniſti in carnem per diuinę naturę & humanę vnionem: moueãtur viſcera miſericordię tuę ſuper me indignũ ſeruum tuũ peccatorẽ & reũ: & illius Marthę quę te in virginali vtero ſuſcepit hoſpitio: & illius Marię, quę verba tua cõſeruauit cõferens in corde ſuo, ſcilicet illius clemẽtiſſimę genitricis tuę fide meritis & precibus: veni & in mentem meã per gratię infuſionem: vt nil pręter te diligã, nil quęrã, nil etiã cogitare cõcupiſcã: ſed tu ſolus
L mihi ſis ſpes & omne opus. Oro, vt & hîc prelibare aliquatenus valeã cõſolatiõis tuæ dulcedinẽ. Amẽ.

## De muliere Samaritana. Caput LXII.

EXijt iterum Ieſus in Galilæã, de qua venerat in Iudæam. Antequã veniret autẽ in Galilæam [oportebat eum tranſire per Samariã] regionẽ, non ex intentione declinandi ad Samaritanos ne doctrinæ ſuæ videretur contrarius, qui dixit diſcipulis ſuis: In viam gentiũ ne abieritis, quia Samaritani partim erant gentiles, ſed ex viæ diſpoſitione & neceſſitate: quia Samaria media eſt inter Iudæã & Galilæam. [Venit ergo iuxta Sychem] ciuitatẽ regionis Samariæ: quę corruptè Sychar dicebatur: nunc verò Neapolis dicitur: quarto milliario à ciuitate quæ Samaria dicebatur: nunc verò Sebaſte dicitur: à qua tamẽ adhuc regio Samaria denominatur. Diſtat verò Sichẽ de Hieruſalẽ xiij. leucis ad Aquilonem. Vt autem in Geneſi dicitur: Iacob veniẽs de Meſopotamia emit agrum ab Emor principe ciuitatis Sychem: & ibi ad tempus habitauit iuxta vrbẽ: ſed propter raptũ Dynæ filiæ ſuę occiſi ſunt habitatores illius à filijs Iacob: & ſic ceſſit in poſſeſſionẽ eius: quẽ locum dedit Iacob moriens filio ſuo Ioſeph: ſed tẽpore procedente venit ad Samaritanos & Gẽtiles: [Erat autem ibi fons Iacob,] id eſt puteus nõ longè à porta Sychem auſtrali: quẽ ipſe foderat, quãdo ibi habitabat: qui hactenus ſic vocatus fuerat, ſed ex euentu qui ſequit: poſtea puteus Samaritanæ eſt denominatus: ſuper quẽ eccleſia fuit cõſtructa in modũ crucis: in cuius medio ipſe puteus eſt ſitus: ad cuius ſiniſtram oſtenditur manſio Iacob, & prædiũ quod dedit filio ſuo. Iſte puteus eſt fons dictus, qa omnis puteus fons eſt: ſed nõ omnis fons puteus. Fons em̃ dicitur vbicũq; manat aqua de terra: ſed ſi ĩ ſuperficie ſcaturit, fons tantũ: & propriè dicitur: ſi in ꝓfundo ſcaturit: ita puteus appellatur, vt nomẽ fontis nõ amittat: hîc aũt fons ꝓ puteo ponitur. [Ieſus ergo fatigatus ex itinere] in quo apparebat veritas

Ioan. 4
Matth.
Samar[ia]
Syche[m]
Neapo[lis]
Sebaſte
Gene.
M
Puteus [Ia]cob
Samari[ta]næ.
Fõs, [pu]teus.



tas humanę naturę, ex infirmitate: [ſedebat ſuprà]
A id eſt iuxta [fontem,] ſeu puteũ, propter loci aptitudinem, ad quieſcendum & docendum: vt ſcilicet requieſcere faceret corpus: quia ſeſſio propter laborem facta eſt: vt dicit Chry. Et iuxta fontẽ erat locus aptus Chriſti doctrinæ, apud quẽ eſt fons aquæ ſapientiæ, gratiæ, & vitæ: vnde etiam propter autoritatẽ docẽdi ſedebat: qui ſummus doctor erat. Hora autẽ erat quaſi ſexta. Hoc dicitur ad oſtendendum cauſam fatigationis: quia per magnum tempus etiã prædicando laborauerat, nõ enim iumentum habebat. Iſta fatigatio Chriſti hora ſexta fuit ſignũ paſſionis eius futuræ tali hora. Fatigatur dominus ſecũdum carnẽ, cuius fortitudine conditi ſumus: fatigatur, per quẽ fatigati recreantur: fatigatur, quo deſerente fatigamur: quo præſente, firmamur. Suſcepit enim omnia, quę noſtræ infirmitatis ſunt ſine peccato: vt nos à peccato liberaret, & nos quaſi infirmus infirmos nutriret. Fortitudo nanq; eius nos creauit: infirmitas nos recreauit. Aſſumpſit nõ ſolum naturã humanam: ſed etiã
B defectus circa naturã: quos videlicet ipſum decuit aſſumere. Vnde cùm pœnæ ſint exercitatiuę virtutis perfectę, & teſtificatiuę humanæ naturæ: nõ ſimulatiuè aſſumpſit pœnalitates, tam corporales, quàm ſpirituales: quę reſpiciũt noſtrã naturam in communi, ſicut famẽ & ſitim in abſentia alimenti triſtitiam & timorẽ, in præſentia nocumẽti, & cętera huiuſmodi: vt eſt calor & frigus, laſſitudo, & ſimilia. Nec tamen omnes defectus aſſumpſit corporales, ſicut ſunt defectus ægritudinũ multiformium: nec omnes ſpirituales ſicut ſunt peccatum, ignorãtia, rebellio carnis ad ſpiritũ. Chriſtus quippe volens oſtendere veritatẽ humanæ naturæ, permittebat eã agere: & pati quæ ſunt propria hominis, volens etiã in ſe oſtendere voluntatẽ diuinæ naturæ, faciebat & operabatur opera dei. Vnde quãdo retrahebat influxũ diuinæ naturę virtutis à corpore, eſuriebat & fatigabatur: quando vero ipſam virtutẽ diuinã corpori exhibebat, ſine cibo non eſuriebat, & in laboribus nõ fatigabatur. Iuerũt autẽ
C diſcipuli in ciuitatẽ Sychẽ, vt cibos emerent. Hinc ſecundũ Chry. Euangeliſta oſtẽdit Chriſti humilitatem, in eo ꝙ ſolus relinquebatur: etenim ita diſcipulos aſſuefecit omnẽ ſuperbiã conculcare. Vbi etiam nota Chriſti parſimoniã: nam ita parum de cibis curabat, ꝙ nihil comeſtibile ſecũ ferebat. Et [venit mulier de Samaria] regione, ſcilicet de ipſa ciuitate Sychem, tunc Samaritanorũ metropoli, [haurire aquam] literaliter propter defectũ corporalem: ſed in myſterio propter defectum ſpiritualis doctrinæ & gratiæ prædicto peiorẽ: inter quam & Chriſtũ dialogus fuit: quia plures locutiones mutuo habuerunt. Domino ergo potũ petente, quaſi fidem eius ſitiente: quia & ſitiebat aquã propter itineris fatigationẽ: & ſalutem hominis propter eius amorẽ: mulier notans eũ & cognoſcens ex fimbrijs pallij ipſum eſſe Iudæum: dixit Iudęos non coũti Samaritanis: quia Iudæi abſtinent à rebus eorũ. Ex habitu ergo quẽ portabat cognouit mulier, ꝙ Iudæus eſſet: quia ſicut erãt diſtincti ab alijs in cultu dei, & in corporali circuncisione: ita etiam in veſte. Iudæi enim habebant fimbrias in veſtibus, per quas diſcernebantur à gentibus. Ergo &
D tu ex habitu cognoſcaris eſſe Chriſtianus: ex habitu & ſobrietate ciborũ & ędificiorũ & huiuſmodi clericus, vel religioſus. Sed heu hodie vix cognoſcuntur, & ab inuicẽ diſcernũtur clerici à laicis, & Chriſtiani ab infidelibus. Et ſciendũ hîc ꝙ ſublatis decem tribubus in captiuitatẽ: rex Aſſyriorũ miſit proprios homines in odiũ Iudæorum, ad incolendum regnum decẽ tribuum, ſcilicet terrã Samariæ, & miſit dominus leones eos deuorãtes: & ideo rex Aſſyriorũ habito ſuper hoc conſilio, miſit vnũ de ſacerdotibus captiuis, vt doceret eos colere deũ: qui conſilio perſuaſi receperunt ob metũ ferarum à deo immiſſarum libros Moyſi & Ioſue diſcipuli eius, & legitima terrę: nõ autem prophetias: & inde illis circũciſio inerat: nõ tamẽ ab idololatria ceſſabant: quia cũ lege etiã idola colebant: & ſic partim erant Gentiles, & partim Iudæi: qui primò Cynei
E à fluuio vocati: tunc dicebantur Samaritani: quaſi inter Gentiles & Iudæos medij. Hos igitur Iudæi execrantur: abſtinẽdo ſe à cibis & vaſis eorũ: ſupplantatoresq; vocant: quia hæreditatẽ patriarchæ Iacob ſibi vendicat: à quo etiã Samaritani Iacobitæ ſunt dicti. Licèt enim eſſet Iudęis præceptũ ne iungerẽt fœdus & amicitias cũ nationibus: tamen ſpecialiter abominabãtur Samaritanos: & eos habebant tanquã excõmunicatos. Tum quia terram eorum pro parte occupauerãt. Tum quia eis multas moleſtias in reędificatione tẽpli & ciuitatis fecerant: tum quia idola colebãt: tum quia in monte & nõ in tẽplo dei orabant. Cumq; colloquẽdo cum Ieſu mulier accepiſſet ab eo, ꝙ quinq; viros, ſcilicet legitimos habuerat: & ſexti cõcubina erat: quia nõ erat ſuus legitimus vir: licèt hoc ab hominibus loci illius crederetur, ait: [Video,] ſcilicet per effectum: hoc eſt per ſecreti reuelationẽ. [quia propheta es tu] quaſi dicat ſecundũ Chry. In hoc ꝙ mihi occulta dicis, oſtenderis propheta eſſe. Et ideo conuertit ſe ad interrogandum eũ de quodam dubio: quod inter Iudęos & Samaritanos vertebatur, ſci-
F licet de loco debito orationis, qui apud eos alius & alius habebatur. Dicebant enim Iudęi propriũ locum adorãdi eſſe Hieruſalem, & tẽplum à Salomone in monte Moria ędificatũ: pro quo tẽplo Iudæi ſe Samaritanis præferebãt. Econtra verò Samaritani montẽ Garizim iuxta Sychem ſitũ iuxta fontem prędictũ ad dexteram: in quo patres eorũ adorauerunt: quia ante tẽpli ædificationẽ Iudæi in mõtibus adorare & ſacrificare conſueuerunt: & ideo probabile eſt, ꝙ Iacob & filij eius, qui prope locũ illum manſerunt: in monte Garizim orationes, & ſacrificia fecerunt. Vbi eſt adhuc phanũ Iouis hoſpitale: de quo dicitur ſecundo libro Machabęorũ: vt patet intuenti. Pro hoc ergo mõte Samaritani, aduerſus Iudæos ſe iactabãt: qui adhuc celebris locus erat. Et vocabãt Samaritani patres veteris teſtamenti patres ſuos: quia receperãt libros Moyſi: & in parte erant Iudæi. Sciendum tamen, ꝙ locus conueniẽtior erat in Hieruſalem: quia erat à deo electus, vt eſſet orationis, & ſacrificij locus. [Ieſus autem] reſpõdens [dixit,] tempus veniſſe, ſcilicet

Hora ſexta fatigatio Chriſti.

Suſcepit Chriſtus infirmitatẽ noſtrã.

Non oẽs defectus noſtros aſſumpſit.

Chriſti humilitas.

Habitus Iudaicus Chriſto fuit.

Samaritanorum religio, ob leones introducta.

Cynæi.

Iacobitę Samaritani odio habiti.

Orandi locus.

publicationis euangelij:[quando neq; in Hieruſa-
G lem adorabunt homines,quia cęremoniæ ceſſaue-
runt Iudæorum,[neque in monte] illo:quia ſimi-
liter cultus ceſſauit Gentiliũ: ſed [veri adoratores
Adoratio patris.
adorabunt patrẽ in ſpiritu & veritate.] Dicit autẽ
patrem:quia adoratio legis non erat patri, ſed do-
mino:nos enim adoramus,vt filij per amorem: illi
verò adorabant,vt ſerui per timorẽ. Dicit etiã [in
ſpiritu]per quod excludũtur figurales, & carnales
cerimoniæ legis & Iudæorum. Et ſubdit [& veri-
tate,]per quod excluditur fallſitas & error idolola
triæ,qui erat in cultu Gentiliũ: quia vtrunque eſt
amotum per Chriſtũ. A tempore enim prædica-
tionis Chriſti incepit prædicatio euãgelij:per quã
introductus eſt verus cultus diuinus: & ex Iudæis
& Gentibus factus eſt vnus populus Chriſtianus,
Cùm ergo vmbra ablata,lux veritatis fidei radia-
uit:apparebat nõ eſſe deũ in locis materialibus:ſed
potius in puris mẽtibus. Quaſi diceret:nõ pręfero
locum loco in adorãdo:vbiq; adoretur deus,tãtum
[in ſpiritu & veritate,]id eſt in feruore ſpiritus,&
ex dilectione,ſeu charitate,quæ eſt à ſpiritu:& pro
his quę verè ſunt,id eſt pro ęternis:vel[in ſpiritu&
H veritate,]id eſt intimo cordis ſpeciali adoratione,
ac veritate fidei,& eius cognitione. Nec puteris ora
tionem eſſe meliorẽ ratiõe corporalis loci: ſed ma
gis ratione feruoris,& deſiderij. Cùm enim deus ſit
ſpiritus,& nõ corpus:ſpiritualem locũ, ſcilicet cor
mundum & deuotũ:ac puram mentẽ, & non fictã
quęrit:nõ corporalem locũ & montem,vel tẽplum
in quo orãdum ſit:quia locus non eſt de ſubſtantia
orationis,ſed eius tẽplum eſt ſpiritus purus: in quo
oretur de veris bonis,ſcilicet æternis:non de vanis
Deus vbique adorari vult.
& tranſitorijs. Qui ſicut vbiq; eſt:ita vbiq; adorari
vult & poteſt. Vnde Dauid ait: In omni loco domi
Pſal.102.
nationis eius benedic anima mea domino. vnde
Theophil. Samaritanorũ erat opinio, ꝙ deus loco
Loco non circũſcribitur deus.
concluderetur:& ꝙ in hoc loco deũ adorare opor-
teat:contra quos dicit:ꝙ[veri adoratores]nõ loca-
liter:ſed ſpiritualiter adorant. Iudæis verò omnia
ſub figura erãt:& ideo dicit ꝙ veri adoratores non
in figura adorabũt,ſed in veritate. Quia enim deus
I ſpiritus eſt:ſpirituales adoratores quęrit:quia veri-
tas,veros. Vnde & Aug. Quęrebas montẽ fortè ad
orandum,vt deo eſſes propinquior:ſed ipſe qui in
Pſal.18.
altis habitat humilibus appropinquat,ergo deſcen
de vt aſcendas,aſcenſiones, inquit, in corde eius in
conualle plorationis,quæ humilitatẽ habet. In tem-
plo vis orare:in te ora,ſed prius eſto tẽplum dei. Et
ſic patet ꝙ Chriſtus inſtruxit mulierẽ de vero cul-
tu diuino in proximo futuro:quia idololatriæ gen
tium,& cerimoniæ Iudæorũ conuertẽdæ erant in
ſpiritualem nouæ legis cultũ diuinum. [Et venien
tes diſcipuli de ciuitate,]cũ cibis emptis[miraban-
tur quia cũ muliere loquebatur,] non propter ali-
quam ſuſpitionẽ:ſed ꝙ talis & tãtus doctor,ac do-
minus orbis terræ dignatus eſt alloqui vnã ſolam
Loqui cũ muliere conſueuit dominus.
mulierẽ pauperculam & gentilem. Nõ miraban-
tur,ꝙ cũ muliere loquebatur:quia mulieribus,quã
doq; loqui cõſueuerat:& quãdoq; in comitatu eas
habebat:ſed mirabantur clementiã qua gentilem,
& alienigenam erroneam docebat:ignorãtes my-
ſterium ꝙ mulier iſta typum gereret eccleſiæ de
gentibus futuræ:quã quærebat qui venit quærere, K
& ſaluũ facere,quod perierat. vnde Chryſo. Mira-
bantur quidem ſuperabundantẽ Chriſti manſuetu
dinem & humilitatẽ:quoniam ita perſpicuus exi-
ſtens ſuſtinuit loqui cũ tanta humilitate inopi, &
Samaritanæ. [Nemo tamen illorum dixit ei:quid
quęris,aut quid loqueris cũ ea?] ſcientes ꝙ eius lo-
cutio cũ muliere,non erat inutilis & vana, quãuis
hoc non viderent,quod bene ex ſequẽti effectu pa-
tet. Nam[mulier] edocta à Chriſto ex feruore de-
nuntiãdi quod audierat,] reliquit hydriam ſuam,
& abijt in ciuitatẽ,]annuntiare de Chriſto magna
lia:monẽs ciues egredi ad videndum hominẽ: qui
dixit ei quęcũque fecerat,etiã occulta. Ex quo pa-
tet eius deuotio quã conceperat de Chriſto:quia o-
blita aquæ neceſſariæ ad vitã corporalem, cucur-
rit ad denuntiãdum aquæ ſapientiæ neceſſariã ad
vitam ſpiritualem:nõ curans de corporali commo
do propter ſalutẽ. In quo etiã ſequitur exemplum
apoſtolorum:qui relictis omnibus ſecuti ſunt do-
minum. Ex hoc diſcant euangelizaturi: prius de- L
ponere curã,& onus ſeculi. vnde Chry. Sicut apo-
ſtoli vocati dimiſerunt retia:ita hæc dimittit hy-
Hydria dimiſſa.
driam,& euangeliſtarũ opus facit:& non vnũ tan-
tum vocat,ſed ciuitatem integram. vnde & Aug.
Oportebat autẽ vt Chriſto credens ſeculo renũtia-
ret:& relicta hydria cupiditatẽ ſecularem ſe reli-
quiſſe demonſtraret. Proiecit ergo cupiditatem,&
properauit annũtiare veritatẽ. Diſcant qui volunt
euangelizare,vt prius hydriã ad puteũ proijciant.
Hęc Aug. Item ex eo patet mulieris deuotio:quia
Samaritanę deuotio.
non veretur fateri ſuam turpitudinẽ, vt eos addu-
cat ad Chriſti prædicationẽ. vnde Chry. Non ve-
recundata autem eſt hoc dicere: anima enim cùm
ignita fuerit igne diuino,ad nihil eorum quę ſunt
in terra de reliquo inſpicit:neque ad gloriã, neque
ad verecundiã,ſed ad illam ſolam quę detinet eam
flammam. Et dicebat:[nunquid ipſa eſt Chriſtus?]
quaſi dicat ſic videtur per effectum. Videtur enim
magis deus quàm homo:quia ſolus deus nouit co-
gitationes & ſecreta hominũ. Nota hîc ꝙ Chriſtus M
hanc mulierẽ,& nos in ea ad tria induxit. Primò
ad cõtemnendum amorẽ mũdi cùm dixit:[Omnis
qui biberit ex aqua hac:] ſcilicet materiali [ſitiet
iterum]licèt ad tempus ſitim auferat: amor enim
mundanorum, ſcilicet diuitiarum, delitiarum, &
honorum, ſitim non extinguit, ſed auget: de qui-
bus dicitur in Prouerb. Sanguiſugę duę ſunt filię,
Prouer. Sanguiſuga quid eſt.
quæ ſemper dicunt affer,affer. Sanguiſuga eſt ma-
ter ſuperbię quę eſt cauſa & initium omnium ma
lorum:habet autem duas filias:ſcilicet cupiditatem
& voluptatem: quia ſuperbus non tantum hono-
res ambit:ſed etiã bona aliorum rapit, voluptuosè
viuit. Iſta autem quàm ſint vacua & vana,in mor-
te oſtenditur Alexandri:qui cùm eſſet totius mun-
Alexãdri Magni diuitæ.
di dominus, diuitijs plenus, & libidinoſus: & eius
oſſa in vaſe aureo repoſita fuiſſent, philoſophi ibi-
dem conuenerunt. Vnus ergo volens ſuum domi-
num oſtendere vanum fuiſſe, ait: Heri iſti non
ſufficiebat totus mundus: hodie parua ſepul-
tura eſt contentus. Alius volens oſtendere va-
num eſſe



num eſſe aurum & argentum congregare,ait: He-
A ri iſte faciebat theſaurũ de auro: hodie aurum the-
ſaurum faciet de ipſo. Alius volens oſtendere vanũ
eſſe corpus delitijs nutrire, dixit: Heri iſte nutrie-
bat corpus ſuum diuerſis delitijs:hodie verò come-
ditur à vermibus. Secundò Chriſtus inducebat iſtã
mulierem,& nos in iſta,ad deſiderandum amorem
Fons aquę viuæ.
dei,cùm ait: [Qui autem biberit ex aqua quã ego
dabo ei, ] ſcilicet de gratia ſpiritus ſancti [non ſi-
tiet in æternum]quia amor ſpiritus ſancti extin-
guit amorem mũdanarum delitiarũ, & honorum.
Gutta fontis viui.
Vnde Auguſt. Qui biberit de fluuio paradiſi,cuius
vna gutta maior eſt Oceano: reſtat vt in eo omnis
ſitis mundi huius penitus extincta ſit. hæc Auguſt.
Huius fluuij paradiſi vnam guttã perceperat Pau-
lus:& ſtatim extinxit in eo omnem ſuperbiam:ita
quòd ferocem lupum mutauit in agnũ manſuetũ.
Perceperat Matthæus, & mox extinxit in eo o-
mnem auaritiã:ita ꝙ rapacem conuertit in contẽ-
platorem:nam qui prius rapiebat aliena,poſtmodũ
contempſit propria. Perceperat Maria Magdalena
B & mox extinxit in ipſa omnem luxuriã:ita ꝙ cor
niculã nigram cõuertit in columbã candidam Ter
Gradus in cognoſcendo.
tiò inducebat eam,& nos in ſui cognitionẽ. Grada
tim autem mulier ſurrexit ad cognitionẽ Chriſti:
nam primò dixit eum eſſe vnius dei cultorẽ:in hoc
ꝙ dixit eum eſſe Iudæũ:& hoc fuit magnum. De-
inde dixit eum eſſe prophetam, & hoc fuit maius:
tandẽ dixit & credidit eum eſſe Chriſtum, & hoc
fuit maximum. Per hoc datur intelligi,quòd debe
mus à minimis & paulatim aſcendere ad maiora.
Marc.4.
Iſte gradus ſignificatur in Marco,vbi dicitur: Vltrò
terra fructificat:primò herbam,deinde ſpicam,de-
inde plenum fructum in ſpica. hoc eſt ſecundũ glo
ſam:timorem pœnitentiam,& charitatem. Primũ
pertinet ad incipientes: ſecundum, ad proficientes:
tertium ad perfectos. De hoc habebis latius,infrà
poſt ſequens capitulum in ſecunda parabola, quæ
eſt de zizania. [Et exierunt] homines de ciuitate
venientes ad Ieſum,]vt pręſentialiter audirent eũ.
C In quo datur intelligi,ꝙ ſi ad Chriſtũ volumus ire
oportet nos ciuitatem exire,id eſt, amorem carna
lis cupiditatis deponere. [Interea,]ſcilicet dum mu
lier abeſſet,ac ciuibus prædicaret:& antequam Sa
maritani ad eum veniſſent: [rogabant eum] quem
fatigatum videbant[diſcipuli]qui cibos attulerant
vt manducaret, quia hora comedendi, & locus ad
hoc aptus erat, & ſimiliter tempus aptum ad pran
dium in abſentia aliorum. Habita autẽ occaſione
ex cibo corporali, incipit loqui de cibo ſpirituali,
ſcilicet de conuerſione Samaritanorũ:qui per eius
prædicationem ſunt ei incorporati. Vnde ſubdit:
[Ego cibũ habeo,] ex patris ordinatione [mandu-
care,]id eſt, mihi in corpore: [quem vos neſcitis,]
q.d. alius cibus,ſcilicet conuerſio gentium plus me
delectat,quàm cibus per vos apportatus. Vbi Theo
Cibus Chriſti.
philus: Hominum ſalutem hîc cibum vocauit:oſtẽ
dens quantum deſiderium habet noſtræ ſalutis. Si-
cut enim nobis concupiſcibile eſt comedere: ita ei
ſaluare nos. Hæc Theophilus: Dicãt ergo hoc præ
lati eccleſiæ exemplo domini, cùm eis offeruntur
exenia ciborũ & huiuſmodi:ego cibum habeo mã-
ducare quem vos neſcitis,& contemnãt oblata eis,
quia excæcant oculos cordis. Et adiungit: [Meus D
cibus eſt,]id eſt,in hoc eſt mea refectio:& delecta-
tio,ac firmitas & ſuſtentatio: vt non curans de cor
porali cõmodo propter ſalutẽ: in quo etiam ſequi-
tur exemplum apoſtolorũ,qui relictis omnibus ſe-
cuti ſunt dominum, [vt faciam voluntatẽ eius,qui
miſit me,]vt perficiam & compleã opus eius,quod
ſcio eum velle in hominum conuerſione & redem
ptione,qui vult omnes homines ſaluos fieri: & ad
agnitionem eius venire. Voluntas quippe patris eſt,
vt in filium eius credamus:opus verò patris eſt,pro
uiſio noſtræ redemptionis. Cibus ergo & potus,
id eſt, delectabilis refectio Chriſti,noſtra eſt fides,
& noſtra eſt ſalus quam ipſe cum magno quære-
bat deſiderio: cuius delitiæ ſunt eſſe cum filijs ho-
Intentio debita.
minum. Tunc ergo deo cibum ſpiritualem offe-
rimus, quando per præuenientẽ gratiam ab eo ſa-
lutem noſtram poſcimus:cùm ſcilicet petimus,fiat
voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra. Secundum
E Origenẽ: Omnis homo qui bene operatur, ad duo
debet dirigere ſuam intentionem, ſcilicet ad hono
rem dei,& vtilitatem proximi:quia finis præcepti
1.Timo.1.
eſt charitas,quę continet amorem dei & proximi:
& ſic quando aliquid facimus propter deum, finis
præcepti eſt deus: quando verò propter vtilitatem
proximi,finis præcepti eſt proximus. Facit ergo
voluntatem patris,docẽdo credere in ſe: facit opus
eius,manifeſtãdo myſteriũ incarnationis,quouſq;
per paſsionẽ & cætera perficiat illud & compleat.
Et quòd inſtet tempus hoc faciendi, oſtendit di-
cens: [Nónne vos dicitis,quia adhuc quatuor men
ſes ſunt,& meſsis venit: ] vnde perpenditur (ſicut
in ſcholaſtica hiſtoria dicitur,) quòd hyemis tem-
pore hoc factum eſt:& videtur quòd factum ſit in
mẽſe Ianuarij:quia in illa calida regione ſunt meſ
ſes tempeſtiuæ. Vnde in feſto Pentecoſtes offere-
bantur frugum primitiæ,quaſi dicat Chriſtus,licèt
tempus meſsis corporalis adhuc diſtet: tempus ta-
Meſsis,quid dicitur.
mẽ meſsis ſpiritualis iam inſtat. Dicitur enim meſ
ſis materialis & corporalis collectio frugum,& ad
F huius ſimilitudinem meſsis intelligibilis & ſpiri-
tualis dicitur vocatio & collectio hominum ad fi-
dem,per quam cõgregamur in domini horreum.
Vnde ſequitur: [Ecce dico vobis: leuate oculos ve-
ſtros,] ſcilicet ſpirituales: [& videte regiones,] ad
fructum fidei diſpoſitas,[quia iam albæ ſunt,]ſci-
licet cãdore deuotionis veſtitę & maturæ,[ad meſ
ſem]& metẽdum. Hoc dicebat propter Samarita-
nos ad ipſum venientes, quos vocauit ſegetes albas
& paratas ad meſſem, id eſt, paratos & diſpoſitos
ad credendum. Ex ciuitate autem illa, quæ dice-
batur Sychem, multi Samaritanorũ crediderunt
in eum, propter verbum mulieris teſtimoniũ per-
hibẽtis,quia dixit ei quæcunq; fecerat, quæ etiam
Samaritanorum deuotio.
occulta erant. [Cùm ergo Samaritani] audita fa-
ma Chriſti, [ad eum veniſſent: rogauerunt vt ibi
maneret]vt ab eo inſtruerentur melius,& firmi in
fide fierent. Ecce deuotio auditorum: quia accepta
fide deſiderabant per eius doctrinam amplius in-
formari ad ſuam confirmationem. In quibus o-
mnibus ecõtrariò arguitur duritia Iudæorum, qui

in omnibus fecerunt contrarium. Vnde Chry. Sic
G ergo ſolo mulieris teſtimonio credentes : & nullũ
ſignũ videntes, exierunt deprecantes Chriſtum, vt
apud eos maneret. Iudæi verò miracula videntes,
omnia egerũt vt à regione eorũ eum abijcerent. Et
Iudęi quidẽ etiam viſis ſignis incorrecti manſerũt:
hi autẽ & ſine ſignis multã circa eum fidem demõ-
ſtrauerunt. Et acquieſcens dñs petitioni eorũ, quæ
erat honeſta & deuota, manſit ibi: quia ſemper ſa-
tisfaciat deuotis in oratione ſua: per duos dies: pro-
pter duo præcepta charitatis, quibus inſtruit credẽ
tes. Tertius autẽ dies, eſt dies gloriæ, & in hoc non
manſit ibidem: quia Samaritani nondũ erant capa
ces gloriæ. Sic & hodie quotidie mulier, id eſt, ec-
cleſia his qui foris ſunt Chriſtũ annuntiat: veniunt
ad Chriſtũ per famam, & credũt: & Chriſtus ma-
net per charitatem biduo apud illos: hoc eſt, dat eis
duo præcepta charitatis, ſcilicet dilectionis dei &
proximi, in quibus pendet lex & prophetæ. Ro-
gemus eum & nos, vt & nobiſcũ duos dies maneat:
H quatenus duo pręcepta charitatis: duorũq; teſtamẽ
torum fidem & amare, & tenere nos doceat. [Et
multoplures, quã in principio crediderũt,] propter
ſermonẽ eius quẽ ſicut verba vitæ præferebãt ver-
bis mulieris, quia nunquã ſic homo eſt locutus. [Et
mulieri dicebant, quia iam propter loquelã tuam
nõ credimus,] quæ nihil eſt in cõparatione eius, qđ
vidimus. Licèt enim ex doctrina alicuius induca-
tur quis ad credenddũ: fides tamen ſecundũ ſe inni-
titur diuinæ veritati, ſeu virtuti ad id quod credit
firmandũ. [ipſi enim] exterius & interius audiui-
mus ſapientiæ verba, ab ipſo qui eſt deus & homo,
[& ſcimus] firmiter credẽdo, quia in fidẽ eſt maior
certitudo adhærentię quàm in ſcientia, & quia nõ
ſufficit corde credere: ſed oportet fidẽ confiteri ore.
ideo fidem ſuam cõfitentur dicendo, [quia hic per
eminentiã ſingularẽ [eſt ſaluator] per efficaciã ſalu
Meditatio historiæ. tarẽ: [mundi] per influentiã generalem. Conſpice
nunc dñm Ieſum, quia itinerãdo non vtitur ſubiu-
galibus aut vecturis: ſed pedibus incedebat, ne gra-
I uius eſſet his ad quos declinabat; & quomodò fati-
gatus planè & moroſè incedit, ac tandem ad quie-
Fatigatio Chriſti. ſcendũ ſuper puteũ ſe ponit. In hoc ergo ꝙ fatiga-
tus eſt ex itinere, datur nobis exemplũ non refugiẽ
di laborem pro aliorũ ſalute: ſimulq; datur & pau-
pertatis exemplũ: quia prædicabat & ſedebat ſic:
prout contigit iuxta puteũ, ſuper nudũ locum. q. d.
ſecundum Chry, Non in throno, aut puluinari, ſed
ſimpliciter iuxta puteum: & vt contingebat ſuper
terram. Sępe fatigatus eſt dominus Ieſus, & tota vi-
Pſal. 87. ta ſua in paupertate & labore fuit. Vnde Pſal. in
perſona ipſius. Pauper ſum ego, & in laboribus à
iuuentute mea. Vnde Chry. Chriſtus igitur in Sa-
mariam accedens facilẽ & delitioſam vitam abij-
ciens, laborioſam verò & strictã ſequens, non ſub-
iugalibus vtitur: ſed ita validè & difficulter ince-
dit vt ex itinere fatigetur. Ex hoc vbiq; erudit ſe
operatorẽ eſſe, & non ſuperflua petere, & non mul-
tis indigere. Ita enim vult à ſuperfluis alienos nos
eſſe, vt & ipſorum neceſſariorum multa abſcindã-
Matthę. 8. mus à nobis. Propterea dicebat: Vulpes foueas ha-
& Lucę 9. bent: & volucres cœli habitationes, filius autem ho
minis non habet vbi caput reclinet. Pręterea & in
montibus quamplurimũ conuerſatur, nõ ſolum in K
die, ſed & in nocte, & in deſertis. Hæc Chry. Con-
ſidera etiam quia diſcipuli nõ deferebãt victualia:
ſed hora comedendi inſtante ibant ad cõparãdum
ea. vnde Chry. Diſcimus autem domini nõ ſolum Venimus gulæ contempta.
circa itinera validum robur: ſed etiam circa ciba-
ria negligentiã. Non enim diſcipuli eius deferebãt
victualia, ſed viaticula: & oſtendit hoc alius euan-
geliſta dicens: Cùm de fermento Phariſæorum eis
loqueretur, quoniam illi ęſtimauerunt: quia panes
non portauerunt, & cùm eſurientes inducit, & inci
dentes ſpicas & comedẽtes, & cùm dicit eum ad fi-
ſcum propter eſuriẽ veniſſe: nihil aliud per omnia
non erudit, quàm hoc, ſcilicet contemnere ventrẽ:
& non ſtudioſam eius ęſtimare eſſe miniſtrationẽ.
Intuere equidem eos & hîc: neq; deferentes vtiq;
quid, neq; quia non portabant ſtatim ab initio diei
huius ſolicitos, ſed ſecundũ tempus, ſecũdum quod
omnes pulmentũ accipiunt, eſcas comparantes: ſed
non vt nos qui mox è lectulo ſurgentes præ alijs L.
hæc intendimus: coquos & menſæ poſitores vocan
tes, & cum multo hoc ſcrutantes ſtudio, & poſt illa
ita alia tangentes, ſecularia ante ſpiritualia facien-
tes, & quæ ſuperuacua habere oportebat vt neceſ-
ſaria honorantes, propter hoc omnia ſurſum & in-
ferius ſunt. Contrarium enim oporteret omnium
ſpiritualium multã facientes rationem. Poſtquam
compleuerimus, illã tunc tãgere hæc. Hæc Chry.
Ambulauit ergo Chriſtus ſine equis, vſq; ad laſſitu-
dinem, ſine expenſis, vſq; ad eſuriem: ac ſine ſerui-
toribus & pompis, vſq; ad miniſtrationem. Conſpi- Meditatio operum Chriſti.
ce etiam quomodo non dedignatur cum neglecta
& alienigena muliere loqui: monſtrans quàm mi-
tis, quamq; humilis ſit. Non deſpicit perſonas vi-
les & humiles, tales enim interdum capiunt arca-
na ſalutis pluſquam diuites & nobiles. Item conſpi-
ce quomodo intentus erat ſtudio ſpirituali, quia cũ
eſſet tempus comedendi: voluit tamẽ differre vt in-
tenderet prædicationi: & diſtulit refectionem cor- M.
poris accipere, nolens comedere antequã illis de ci-
uitate prædicaret: quanuis iam eſſet hora ſexta, &
ipſe etiam ex itinere fatigatus eſſet: volẽs prius in-
tendere conuerſioni Samaritanorum, & operari ea
quæ erant ſpiritus, quàm ea quæ erant corporis,
quantumcunq; tunc indigeret. In quo dans exem-
plum alijs ſimiliter faciendi: oſtendit verbo & fa-
cto quantum prædicator euangelij debet eſſe ſolici-
tus de ſalute hominum, & poſtponere omne aliud
negotium, & quòd homo debet eſſe magis ſolicitus
de ſui proximi ſalute ſpirituali, quàm de propria
neceſſitate corporali. Item conſpice quomodo fati-
gatus & famelicus ſedet in terra nuda, non ſuppoſi-
to puluinari, & reficitur cũ diſcipulis ſicut aliquis
pauper de populo communi, nec ad magna hoſpi-
tia in ciuitate declinat, ſicut nos miſeri. Non enim
legitur, ꝙ ciuitatem tunc intrauerit: ne ſibi cõtra-
rius eſſet qui diſcipulis dixit, & in ciuitates Sama- Matt. 10.
ritanorum ne intraueritis. Nec credas, ꝙ ſolà hac
vice in terra comedit dominus humilis & amator
paupertatis; ſed ſæpe cùm ibat per mundum come-
debat extra ciuitatem & villam, ad aliquem riuum
vel fon-



vel fontem: quantumcunq; fatigatus foret & affli-
A ctus. Non habebat cara & exquiſita cibaria, non va
ſa diuerſa vel curioſa, nõ pretioſa & delicata vina:
ſed habebat aquã puram de ipſo fonte vel riuo, quę
vineas fecundat, & panem tanquam pauper ſedens
in terra humiliter comedebat, qui eſcam omni car
ni miniſtrat. Cõpatere ſibi, quia vides eum fatigatũ
& ſic humiliatũ, ac ſuſtentatione potus & cibi cor
poralis indigentem, & ſicut cæteros de populo his
vtentem. Vnde Aug. eſuriuit qui omnes paſcit, ſiti
uit qui eſt fons ſitientium, fatigatus eſt ex itinere,
qui viã nobis fecit in cœlum.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte diues omniũ bonorum
& largitor opulentiſsime: da mihi fatigato
in huius vitæ itinere cibum & potum, vt refi
ciar à te: fons vitæ & omnium gratiarũ vberrime,
cor meũ ab vbertate voluptatis tuæ inebria: vt obli
uiſcatur omnia iſta tranſitoria, panis viuus qui nũ-
B quam deficis: da mihi hunc cibũ ſpiritualẽ, vt tuam
in omnibus faciam voluntatẽ. mane apud me duos
dies: quatenus duo præcepta charitatis, duorũq; te-
ſtamentorũ fidem me amare facias & obſeruare,
ac tertia die. ſ. gloriæ, apud te ſemꝑ manere. Amẽ.

De filio reguli ſanato. Caput lxiii.

Ioannis 4. DEinde poſt duos dies quibus dñs
Ieſus manſit apud Samaritanos
[exijt inde,] ſcilicet de Samaria
cõfirmatis Samaritanis in fide, [et
abijt in Galilæam] vbi fuerat nu
tritus: per qđ ſignificatur, ꝙ in fi-
ne ſeculi cõfirmatis gentibus in fide & veritate, re-
uertetur ad Iudæos conuertendos: [venitq; iterũ in
Chana Galilæę, vbi] in nuptijs [fecit aquã vinum,]
coram diſcipulis ſuis. [Et erat quidã regulus cuius
filius infirmabatur Capharnaũ, hic cùm audiſſet Ie
ſum,] ad partes ſibi vicinas aduenisse [abijt ad eum]
in Chana, vbi eum nouerat eſſe [& rogabat eum vt
deſcẽderet,] ſcilicet in Capharnaũ, quæ erat in baſ
ſo reſpectu loci in quo Ieſus erat [& ſanaret] præ-
C ſentialiter [filiũ eius,] quẽ diligebat: quaſi nõ poſſet
ſanare, niſi præſens eſſet. Secundũ Theophilũ. Iſte
regulus interfuit miraculo facto in nuptijs, quãdo
Chriſtus aquã in vinũ mutauit: quia tunc credidit,
ſed tamẽ Chriſti diuinitatem perfectè non cogno-
Regulus multipliciter dicitur uit. Dicitur autem regulus multipliciter: Vno mo-
do paruus rex, qui paruo præeſt regno: & hoc mo-
do non accipitur hîc: quia tunc tẽporis nõ erat rex
in Iudæa. Romani enim volentes frangere Iudæo
rum ſuperbiã, abſtulerunt ab eis regiam dignitatẽ,
regnũ Iudææ in quatuor tetrarchias diuidentes, ad
præcauendũ eorum rebellionẽ. Alio modo, ſcđm
Chryſo. dicitur regulus, aliquis de ſtirpe regia: ſeu
generis exiſtẽs regalis: nec hoc modo accipitur hîc
Tertiò modo dicitur aliquis regulus, regũ officia-
lis: & iſto modo accipitur hîc: quia erat officialis
imperatoris, deputatus ad cuſtodiã Galilææ, pro-
pter quod manebat in Capharnaũ: quæ erat metro
polis illius terræ: vel fortè aliquis de familia Hero
dis tetrarchę, pollens aliqua principatus dignitate.
Regulus iſte auditis miraculis Chriſti, ſperauit ab
eo impetrare ſanitatem filij ſui: & credidit ipſum
poſſe ſanare filium ſuum à quo ſalutẽ quæſiuit: ſed
in fide dubitauit in hoc, ꝙ præſentiã eius requirẽs D
non niſi præſentia corporali, & tactu eum poſſe ſa
nare putauit: non enim vbiq; præſentem eum eſſe
credidit, ſicut Centurio, qui ait: Domine non ſum Matt. 8.
dignus vt intres ſub tectũ meum, ſed tantũ dic ver-
bo, & ſanabitur puer meus. Agnoſcens itaq; domi-
nus cor diffidentis: arguit hominẽ in fide tepidum,
dicẽs. [Niſi ſigna,] ſcilicet cõmunia: [& prodigia] Prodigia.
ſcilicet ſigna maiora quæ ſunt ſine exemplo, eo ꝙ
ſimilia eis non ſunt viſa vel audita: & ideo procul à
digito, id eſt, à ſimiliũ demonſtratione dicta [vide-
ritis,] ſicut increduli [non creditis.] nam ſigna dan
tur infidelibus ad confirmationẽ doctrinę, non fide
libus, qui aſſentiuntur ſcripturæ. Non reprehendit
eum de petitiõe ſalutis filij ſui, ſed de defectu fidei.
Veruntamẽ quia ex deuotione repetit petitionem
dicẽs: [Domine deſcende priuſquã moriatur filius
meus,] ideo exauditur à dño. Ieſus tamen ibidẽ re-
manens: & propter ſemiplenã fidẽ eius ſe non deeſ- E
ſe, ſed vbiq; ſicut deum præſentialiter eſſe indicans
ſolo iuſſu & verbo filiũ abſens ſanat, vt pater am-
plius credat dicens: [Vade] non enim voluit Ieſus
ire corporaliter: vt amoueret ab eo falſam æſtima
tionem, qua putabat ipſum poſſe ſanare tantũ per
præſentiã corporalem, [filius tuus viuit,] id eſt, re-
ſtitutus eſt perfectæ ſanitati, de ianua mortis cui
appropinquauit: quia mori incipiebat. [Credidit
homo ſermoni Ieſu] quia fides requiritur ad obti-
nendũ dei beneficiũ: & ibat ſine corporali præſen-
tia Chriſti: credens, quia vbiq; eſſet virtus eius ad cu
randum. Iam incipit credere, quia ſermone ſanat:
& ita eum deũ eſſe & pręſentẽ vbiq; exiſtere, quod
non ſuprà credebat. Ad informationẽ ergo noſtrã Doctrina, quibus cedamus.
ceſſit dñs ſuperbo regulo, ne iret cum eo ad filium
ſuũ: conceſſit humili Centurioni, vt iret ad eius ſer
uum. Vnde Greg. Quid eſt ꝙ regulus rogat, vt ad
eius filiũ veniat: & tamen corporaliter ire recuſat:
ad ſeruũ verò Centurionis nõ inuitatur: & tamẽ ſe
corporaliter ire pollicetur. Reguli filio per corpo-
ralẽ præſentiã non dignatur adeſſe: Cẽturionis ſer F
uo non dedignatur occurrere. Quid eſt hoc, niſi ꝙ
ſuperbia noſtra retũditur: qui in hominibus nõ na-
turã, qua ad imaginẽ dei facti ſunt, ſed honores &
diuitias veneramur: Cumq; pẽſamus quæ circa eos
ſunt, profectò interiora minimè prouidemus. Dũ
ea conſideramus, quæ in corporibus deſpecta ſunt:
negligimus penſare quod ſunt. Redẽptor verò no-
ſter, vt oſtenderet: quia quæ alta ſunt homini, ſan-
ctis deſpiciẽda ſunt: & quæ deſpecta ſunt homini,
deſpicienda non ſunt: ad filium reguli ire noluit: ad
ſeruũ Cẽturionis ire paratus fuit. Increpata eſt er-
go ſuperbia noſtra, quæ neſcit pẽſare homines pro
pter homines. hæc Greg. Non ergo conſideremus
aut pẽſemus, quę circa homines ſunt, ſed quid ſunt
Multi enim negligentes quod ſunt, ſolicitè gloriã Ne te quæ ſiueris extrà.
aliundè ſibi quærunt. Vnde Chry. Nabuchodono-
ſor itaq; plurimi nunc inueniũtur imitari. Vt enim
ille tunc de imagine: ſic modò alij de veſte pretioſa
de equis, vel curribus: de amplitudine domorũ: de
pulchritudine columnarum: & picturis parietum
opinãtur eſſe meliores. Quia enim quod erant ho-

mines perdiderunt: ſolicitè huc illucq; circumeunt

G

aliunde ſibi gloriam colligentes omni ſanè irriſione pleniſsimam. hæc Chry. [Credidit ergo regulus ſermoni Ieſu,] nō tamē integrè, neq; ſanè, quod oſtenditur ex hoc quod ſequitur. Nam eo deſcēdente de Chana Galilææ in Capharnaum, quæ magis eſt in valle: cùm ſerui ſibi occurrerent: & congaudendo filiū ſuum ſanatum nunciarent: [interrogabat horam ab eis in qua melius habuerat.] Quod fecit ad certificationē miraculi reſpectu ſui, volebat enim ſcire vtrū caſu hoc factū eſſet, vel ex præcepto Chriſti. [Et dixerunt ei, quia heri hora ſeptima reliquit eum febris.] Vbi Chryſ. Vide qualiter miraculū manifeſtū eſt: non enim ſimpliciter: neq; vt contigit à periculo erutus eſt, ſed repentè & ſimul: vt appareat non eſſe ex naturæ cōſequentia quod fiebat, ſed actiōe Chriſti. Vnde ſequitur: [Cognouit ergo pater quia illa hora erat in qua dixit ei Ieſus,] autor ſalutis: [filius tuus viuit,] & quod in hora verbi dominici ſanatus eſſet [& credidit ipſe & domus,] id eſt, familia eius tota.

H

& hæc eſt cōclusio intenta.

Miraculi finis.

Ad hoc enim factū eſt iſtud miraculum, vt regulus cum familia ſua crederet in Chriſtum: & ex tunc perfectus in fide fuit, quia perfectè credidit. Vnde ſecundū Augu. & Bedam datur

Gradus in fide.

intelligi & in fide gradus eſſe ſicut & in alijs virtutibus, ſcilicet initium, incrementū, & perfectionē. Huius ergo reguli fides initium habuit, quando dominum rogauit: vt deſcenderet & filiū ſuum ſanaret: tunc enim & credidit, & dubitauit. Credidit quidem ꝙ filium ſuum ſanare poſſet: ſed non credidit quòd eum ſanare poſſet, niſi & corpore præſens eſſet. Deinde fides eius accepit incrementum: quando ſcilicet credidit ſermoni domini dicentis: Vade filius tuus viuit: Sed perfectionem obtinuit, quando ſcilicet ſerui ſanitatem filij nuntiauerunt: quia tunc perfectè credidit, & domus eius tota. ſecundū

Lucæ 19.

illud Lucæ: Hodie huic domui ſalus à deo facta

I

eſt. Iam ergo hic regulus euāgeliſta efficitur: dum

Regulus Homo. Pater.

ad fidem ſuſceptā alios inducebat. Et ideo ſignanter qui prius regulus in euāgelio eſt vocatus: poſtea creſcente fide homo eſt dictus: & cōſequenter propter perfectam fidem pater eſt appellatus. Item notandum quòd tribus vicibus in hoc euangelio de vita filij iſtius reguli habetur oſtenſio. Primò per dominum qui dixit, [filius tuus viuit.] Secundò, per ſeruos: qui nuntiauerūt dicentes, ꝙ filius eius viueret. Tertiò, pater cognouit [quia illa hora,] id eſt, ſeptima ſanatus eſſet: & hoc ad denotandum quòd

Mors, & vita triplex.

triplex eſt vita triplici morti oppoſita. Prima naturæ, quæ habet oppoſitā mortem naturæ. Secunda gratiæ cui opponitur mors culpæ. Tertia gloriæ, cui opponitur mors gehennæ.

Myſticè.

Myſticè iſte filius reguli, ſignificat humanum genus: filium reguli propagatum de Adam: qui de rege factus eſt regulus, quando perdita charitate factus eſt malus. Hic filius reguli febre laborabat: quando per diuerſa vitia genus humanum æſtuabat: cuius ſalus inter Chana & Capharnaum completur, ad dandum intelligere, quòd de zelo miſericordiæ diuinæ: quia Chana zelus interpretatur: proceſsit ſalus in homine qui erat in Capharnaum: hoc eſt commeſſationibus & ebrietatibus deditus: quia Capharnaum

K

interpretata, pinguedo dicitur.

Illuſtrationes ſolis iuſtitiæ.

Horæ autem ſeptem: ſunt ſeptem illuſtrationes ſolis iuſtitiæ, qui eſt Chriſtus, ſcilicet ſanctificationis naturæ, in incarnatione: viſitationis hominum, in natiuitatis humilitate: & condemnationis concupiſcentiæ, in circūciſione: regenerationis noſtræ, in baptiſmo: ſanctificationis pro nobis, in ieiunio: eruditionis noſtræ, in prædicatione & miraculis: & redemptionis noſtræ, in paſsione: quādo hora ſeptima ſol declinauit: & infirmitas ſanata fuit, & hoc ſignificabatur in libro Regum, vbi dicitur: Vade lauare ſepties in Iordane, & cætera.

4. Reg.

Iordanis enim, humilis decurſus interpretatur: & ſignificat per ſeptem horas deſcendentem ad nos dominum: in cuius gratia lauamur ad ſanitatem. Vel horæ ſeptem, ſunt ſeptem recordationes ſolis iuſtitiæ: quia in nocte in matutinis recolimus domini captiuitatem: in prima, illuſionem: in tertia, productionē ad iudicium in ſexta, ſententiam: in nona, mortem: in veſpera, ſepulturam: in completorio, poſitionem cuſtodum

L

circa ſepulchrum. His enim horis perducimur ad vitam & ſalutem. Vnde in Pſalmo: Septies in die laudem dixi tibi, ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ.

Pſal.

Myſticè etiam iſte cuius filius infirmabatur, non rex, ſed regulus appellatur. Nam ſicut in Prouerbijs dicitur: rex qui ſedet in ſolio iudicij, diſsipat omne malum intuitu ſuo.

Prouer.

Qui ergo ſeipſum bene diſponit regere, ſedeat in ſolio iudicij diſcutiens omnia opera ſua: vt ſi quid intermiſceat, diſcutionis intuitu illud diſsipet: quoniam qui regnum ſuum bene adminiſtrat, meritò rex dicitur. Vnde Seneca: Vis habere magnum honorem: dabo tibi imperium, impera tibi.

Imperare ſibi.

Qui verò malè regnum adminiſtrat: non rex, ſed regulus dici debet. Quilibet peccato poteſt dici regulus diminutiuè: quia deficit in ſuiipſius regimine: & tunc eius filius infirmatur, quando rationi ſenſibilis appetitus contrariatur: qui debet obedire rationi, ſicut

M

filius ſuo patri: ſed cùm homo per rationem Chriſtum fideliter deprecatur: tunc iſte filius per virtutem Chriſti ſanatur, per quem ſenſibilis appetitus ſub ordine rationis collocatur. Ipſa ergo ratio rex eſt in regno: quæ bene rex dicitur, quia totum corpus hominis per eam regitur: & affectus hominis ab ea dirigitur & informatur: nec non & filiæ, ſcilicet vires animæ, eam ſequuntur. Sed quandoque dicitur regulus, quando ſcilicet diminuitur in cognitione: & obſcura ſequitur inordinatas paſsiones, & non reſiſtit eis: & ideo filius eius, id eſt, affectus infirmatur, id eſt, deuiat à bono & declinat ad malum. Si enim ratio fuiſſet rex, id eſt, fortis: filius eius non infirmaretur: ſed quia regulus eſt, ideo filius eius infirmatur. Serui rationis, ſunt opera hominis: quia homo eſt dominus actuum ſuorum, & affectus partis ſenſitiuæ quia obediunt rationi imperanti & dirigenti. Iſti autem ſerui annuntiant quòd filius reguli, ſcilicet rationis, viuit: quando reducet in opere quòd vires inferiores obediunt rationi. Per horam autem ſeptimam in qua puer à febre dimittitur, ſignantur ſeptem dona ſpiritus ſancti: in quo omne peccatum



tum dimittitur, & vita ſpiritualis in anima crea-

A

tur: ac tota & perfecta ſalus mētis & corporis conſiſtit.

Horæ ſeptem.

Horæ etiā ſeptem quibus anima de peccato per pœnitentiā reſurgit, poſſunt dici iſtæ: Vna eſt in cōtritione, tres in cōfeſsione quæ eſt vera, ſimplex, & integra: & tres in ſatisfactione, ſcilicet ieiuniū, oratio, & eleemoſyna. Iſtæ ſeptē horæ ſignificantur in lib. Regū, vbi dicitur ꝙ puer ab Helizęo reſuſcitatus oſcitauit ſepties, & rediit ad vitā:

4. Reg. 4.

quia iſtis ſeptē reſurgitur à portis mortis ad vitā:

Regulus quilibet.

vbi Theophi. Regulus eſt omnis homo: nō ſolum quia regi vniuerſorū propinquus ſecūdum animā exiſtit, ſed quia ipſe ſuper omnia principatū ſumpſit: cuius filius, id eſt mens, febricitat voluptatibus prauis & deſiderijs. Accedit aūt ad Ieſum & deprecatur vt deſcendat, id eſt vt condeſcēdens miſericordiæ vtatur: & peccatis parcat priuſquā à voluptatum infirmitate mortificetur. Sed dominus dicit, vade: id eſt, profectū continuum circa bonū oſtendas: & tunc filius tuus viuet. Si autē ambulare ceſſaueris, mortificabitur tibi intellectus circa boni operationem. hæc Theophi. Quotidie etiā regulus pro filio infirmo ſanando intercedit: dum prælatus

B

quiſq; pro ſuo ſubdito varijs tentationibus deprauato, vt à domino ſanetur preces effundit. Infirmus verò ſanatur, dum per culpā deprauatus, per gratiam ad iuſtitiā reuocatur. Debemus ergo rogare deum, vt à peccatis ſanemur: quia nullus per ſe poteſt ad ſtatū redire iuſtitiæ: niſi à deo ſanetur. In hoc autē ꝙ infirmabatur Capharnaum: notantur tria quæ ſunt cauſa ſpiritualis infirmitatis.

Capharnaū quid interpretetur.

Capharnaum enim interpretatur ager pinguedinis, vel villa conſolationis: erat etiā ciuitas magni honoris. Ex quibus habetur ꝙ ſæpe cauſa ſpiritualis infirmitatis eſt abundantia rei tēporalis: & nimia conſolatio mundana: & nimia exaltatio terrena:

Proſperitas nocet.

quia proſpera plus nocent homini, quàm aduerſa. Vnde Boëtius: Plus hominibus reor aduerſam, quàm proſperā prodeſſe fortunā. Vnde & Seneca: Tunc cōſilia ſalutaria aduoca, cùm tibi alludit vitæ proſperitas. Tunc te velut in lubrico ſuſtinebis ac ſiſtere: nec dabis tibi impetus liberos, ſed circunſpicies quò eundum ſit, vel quouſque. hæc Seneca.

C

In hoc etiā ꝙ erat filius reguli, datur intelligi, ꝙ nobilitas generis ſæpe eſt cauſa infirmitatis ſpiritualis: quia nobiles ſæpe efferuntur in ſuperbiā: ſæpe exercent rapinā: ſæpe etiā immergunt ſe in lutum luxuriæ, & laſciuiā. Cauendū ergo in proſperitate huius mundi: ne ſpiritualiter infirmemur, quia tunc facilius & frequentius per peccatū arripimur. Vnde Chry. Quando proſperitate perfruimur, cùm in malignitate viuamus: tunc magis nobis eſt, ac magis dolēdum. Nā ſemper quidem nos oportet metuere peccantes: maximè aūt cùm nihil triſte perpetimur. Quando enim per partes ab vnoquoq; noſtrum pœnas exigit: leuiorem nobis ipſam animaduerſionē facit. Quando verò patientius noſtra videtur diſsimulare delicta, ad maximam nos in talibus permanentes pœnā reſeruat. Sanatur autem filius hora ſeptima in virtute verbi dei. hora enim ſeptima declinat ſol à meridie & vergit ad occaſum. Cùm ergo vitæ noſtræ videmus tranſiſſe meridiem, & nos in declinatione poſitos: tempus eſt vt in virtute diuinæ prædicationis re-

D

linquat nos febris, & ad dominū conuertamur. Et

Febris.

notandum ꝙ bene per febrē ſignificatur peccator: & febricitans poteſt intelligi peccator. Sicut enim febricitans nunc habet calorē, nunc frigus & tremorem, ſic peccator habet modò cupiditatē: & inordinatum amorem boni tranſitorij, & hîc eſt calor animæ: modò habet timorē, qui eſt frigus eiuſdem animę.

Peccatorū origo.

Vnde dicit Auguſt. ꝙ omnia peccata duæ res faciunt in homine, ſcilicet timor & cupiditas. Timor facit fugere omnia quæ ſunt carni moleſta: cupiditas facit appetere omnia quæ ſunt carni ſuauia. Et ſecundū hæc duo duplicē pœnam habebit peccator in inferno: ſecundū illud Iob: Ad

Iob 24.

nimium calorē tranſibit, ab aquis niuiū. Inter cætera etiam incōmoda quæ patitur febricitans, eſt illud, ꝙ habet palatum inordinatū: propter quod dulcia videntur ſibi amara & inſipida: & ecōuerſò eodem modo peccator ſic habet inordinatū palatum, ꝙ omnia ſpiritualia ſibi videntur inſipida: dicitur autē febris à feruore: & ideo omnis inordina-

E

ta paſsio, feruens igne maligno, febris eſt animæ.

Febrium ſpecies.

Sicut autē ſunt diuerſæ ſpecies febriū: ſic etiā ſunt diuerſa genera peccatorum. Prima eſt ephemera, quę dicitur ab ephemero piſce marino: qui eodem die quo naſcitur, moritur: & ſignificat motū inordinatæ paſsionis: & ſpecialiter ſubitū iræ motum, qui debet finiri ante ſolis occaſum, ſecundū illud apoſtoli.: Sol nō occidat ſuper iracundiā veſtram.

Epheſ. 4.

Secunda febris eſt tertiana, quæ vno die interrumpitur: qua laborāt illi qui cùm peccauerint dolent de peccato: & ſic habent vnum diem pœnitentiæ, quæ eſt contritio: ſed ad ſecundum diem confeſsionis nō perueniunt, & ideo ſtatim in idem redeunt. Tertia febris eſt quartana: vbi duos dies abſq; acceſsione ſunt. Quidam enim poſt acceſsionem peccati, duos dies pœnitentiæ, ſcilicet contritionem & confeſsionem aſſumunt: ſed quia iuxta ſacerdotis arbitrium ad diem tertium, ſcilicet ſatisfactionis non perueniunt: ideo rurſus in peccati paſsionem incidunt. Quarta febris eſt quotidiana: eorum vide-

F

licet quæ abſque contritione aliqua frequentant mala: qui ad literam omni die gulæ ſeruiunt: aut mendacijs & litibus, ſeu iurgijs vacant. Sed hanc ſequitur febris quinta: ſcilicet continua, quia frequentationem ſequitur continuitas. & hac febre maximè laborant luxurioſi & inuidi & auari, qui propter conſuetudinem difficulter poſſunt curari.

Ethica febris.

Sexta febris eſt iam generatæ conſuetudinis: quæ per ethicam intelligitur. Ethica enim dicitur, quæ in morem eſt deducta: ἔθος nanque mos appellatur. Hæc autem febris radicatur in membris: & naturalem humiditatem aſſumit & conſumit: & ſpecialiter ſignificat ſeculi triſtitiam quæ oſſa exiccat: & mortem operatur. Vnde in Prouerbijs: Spiritus triſtis exiccat oſſa: id eſt robur virtu-

Prou. 17.

tum. Septima febris eſt acuta, quæ eſt defenſio conſuetæ iam nequitiæ: cùm quis iam non erubeſcit, nec timet, nec paueſcit facere, quæ conſueuit. De ſalute talis valdè timendum eſt: quia in tali febre ſolent medici deſperare. [Hoc, ite-

rum ſecundum ſignũ fecit Ieſus] in Chana Gali-
G læ,vbi primò mutauit aquã in vinũ : & nunc ſecundò ſanauit reguli filiũ. Quãuis enim filius reguli,cùm ſanaretur,Capharnaũ fuerit: Ieſus tamẽ in Chana hoc ſignum fecit : quia ibi corporaliter
Myſticè. exiſtens,verbo eũ abſens ſanauit. Myſticè autem per duplicẽ domini aduentũ in Chana,ſignificatur duplex effectus verbi dei in mẽte. Primò enim lę-
Pſal.103.b tificat:& ſignificatur in miraculo vini:quod lętificat cor hominis.Secundò ſanat:& hoc ſignificatur in cura infirmi. Item per hoc ſignificatur duplex aduẽtus filij dei:ſcilicet primus,qui fuit mãſuetudinis ad lætificãdum:quia in natiuitate eius angelus nuntiauit paſtoribus,& omni populo magnũ gaudium:& hoc ſignificatur per vinũ.Secũdus aduentus eius in mundum,erit maieſtatis : quãdo veniet tollere infirmitates,& pœnalitates noſtras: & configurare nos corpori claritatis ſuæ,&hoc ſignificatur in cura infirmi.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte,qui de Iudęa angelicæ cõfeſſionis & laudis:in Galilęã totam huius mundi aduenisti:quoniã infirmus ſum,tẽporalium rerũ pulchritudine tentatus:& ideo incipio
H mori tẽtatione fatigatus . Miſerere mei priuſquã moriar morte culpę,vel corporis,aut gehennæ: vt virtute verbi,humilitate cõfeſſionis, ieiunio, oratione,pietate,& exẽplo per gratiam tuã liberer à febre fomitis,& ægritudine peccati , & nulli ſuccumbam inordinatæ paſsioni.Amen.

De quatuor parabolis domini ad turbas,& tribus ad diſcipulos habitis. Caput lxiiii.

Matth.13.
Lucæ 8.
Marci 4.
POſt hęc dominus Ieſus iuit ad mare piſcaturus homines in terra exiſtentes:& prę turba ad eũ congregata aſcendẽs cũ diſcipulis in nauiculã : & ſedẽs in ea docebat turbas ſimplices & deuotas in littore ſtantes.vnde Chry. Aſcẽdit in nauẽ,vt poſt ſe neminẽ dimitteret:ſed omnes auditores ante faciẽ haberet, & vt audiret eũ populus, & videret,& viſus delectaret auditũ & auditus viſum.vbi & Beda:
Nauis eccleſiam ſignificat.
Præfigurabat hæc nauis eccleſiã in medio nationũ ædificandã:in qua dñs dilectam ſibi cõſecrat manſionẽ.Et propoſuit dominus turbis quatuor parabolas diuerſas , diuerſis cõditioni-
I bus hominũ congruẽtes:vt pro varietate morborũ, varia eſſet medicina : alij enim amaris , alij dulcibus,auſterioribus,alij lenibus delectantur cibis:Vt
Turbę varietas.
enim ait Hiero.Turba nõ vnius ſentẽtię eſt:ſed diuerſarũ in ſingulis voluntatũ , & ideo loquitur ad eam in multis parabolis:vt iuxta varias volũtates, diuerſas reciperẽt diſciplinas, & quaſi diues pater familiâs inuitatos diuerſis reficiẽs cibis:vt vnuſquiſque ſcđm naturã ſtomachi ſui alimẽta varia ſuſciperet. Et ſciendũ ſcđm eundẽ Hiero.ꝙ nõ omnia
Parabolicè quędã duntaxat.
locutus ſit eis in parabolis,ſed multa. Si eñ dixiſſet cũcta in parabolis, abſq; emolumẽto populi receſsiſſent:perſpicua miſcet obſcuris: vt per ea quæ intelligũt,prouocẽtur ad eorũ notitiã quę nõ intelligũt.In his aũt quatuor parabolis,& alijs tribus cõſequẽter ſibi ſuccedẽtibus , ponitur decurſus eccle-
Parabola prima.
ſiæ à prædicatiõe Chriſti vſq; ad finẽ mũdi.In prima parabola,quæ eſt de ſemine proiecto in terrã, cuius quarta pars tantũ fecit fructũ:denotatur prę-
K dicatio Chriſti,& apoſtolorũ qui prædicauerũt Iudæis indifferẽter bonis & malis:& pauci cõparatiuè crediderũt:pro maiori aũt parte in infidelitate remanſerũt.Prima ergo eſt de ſemine,& verbo dei quod ipſe exiens à patre,quãdo de inuiſibilitate patris mũdo viſibilis apparuit ſeminauit in mũdo,& in quatuor locis cecidit,ſcilicet in terrã tripliciter malam nec ferentẽ fructũ:& in terrã bonã, facientem fructũ triplicẽ Seminauit aũt plura genera ſe-
Seminum dei genera.
minum.Primò ſeminauit legem naturalẽ in mente cuiuſlibet hominis , ſicut eſt: quod tibi fieri non vis,alijs ne feceris : & quod tibi fieri vis,alijs feceris.Itẽ ſeminauit per angelos reuelatiões:per Moyſen legẽ ſcriptã,ſcilicet præcepta & prohibitiones: per prophetas promiſsiones & cõminationes : ſed nũc exijt ſeminare per ſeipſum legẽ euangelicam omnibus fidelibus.Nõ ceſſat etiã ſemper in noſtris animabus ſeminare:nun ſolũ cùm docet,ſed etiam cùm creat in eis ſemina bona virtutũ,ſcilicet donorum.[Exijt]ergo dei filius de ſinu patris, nõ ſecundum diuinitatẽ:quia ſic eſt vbiq; , ſed ſecundũ humanitatẽ&carnis aſſumptionẽ. Vnde Chry.Exijt
L autẽ qui vbiq; eſt,nõ localiter,ſed incarnatione:& per amictũ carnis propinquior nobis factus.Exijt inquã [qui ſeminat,]id eſt qui habet officiũ,ſcientiam,& gratiã ſeminãdi:[ſeminare ſemen ſuũ,]id eſt doctrinæ verbũ.Seminator ergo propriè Chriſtus eſt prędicator enim potius eſt cophinus ſeminatoris,quàm ſeminator.[Et dum ſeminat,]id eſt doctrinam indifferẽter ſpargit[aliud cecidit ſecus viã,]id eſt ſuper cor deuiũ,per errores:vagũ,per laſciuias:attritũ,per carnales affectiões: ac ſuggeſtionibus dęmonũ,& varijs tẽtationibus vitiorum ad modũ vię expoſitũ,per carnis cõcupiſcẽtias:& horum omniũ ſedulo trãſitu & frequẽti meatu ſemẽ verbi cõculcatur,ne germinare poſsit [& volucres cœli,ſcilicet aërei,id eſt dæmones qui volucres cœli dicũtur:ſiue propter aëris inhabitationem , quia per aëra diſcurrunt: ſiue propter naturã cœleſtem, quia cœleſtis ſiue ſpiritualis naturæ ſunt, ſiue propter velocitatẽ ad malum: quia ad hoc ſemper intendunt[comederũt illud,]id eſt ſua ſuggeſtione rapuerũt:& fructũ impediuerũt, & ſic tollunt verbũ
M & memoriam verbi de corde:vt nec memoria,nec mens teneat quod opere exercere neglexit:vt impedito verbo,impediatur fides , nec credentes ſalui
Roma.
fiant,quia fides ex auditu eſt. Hi ſunt qui audiunt: ſed in verbi virtute nõ afficiũtur. Vnde neq; naſcitur,quia diabolus de corde eorũ tollit . verba ergo dei mente retinẽda ſunt,& ſicut ſemen ſub terra, ita verbũ dei in memoria debet occultari vt fructificet.quia ſecundum Greg.ſicut de eius vita deſpe-
Stomachus languens ægrot.
ratur qui languẽte ſtomacho alimẽta non retinet: ſic æternę mortis periculum formidare debet qui verba vitę,id eſt alimẽta iuſtitiæ in memoria non tenet.[Aliud cecidit ſupra petrã,] id eſt ſupra cor petroſum & durũ ac rebelle,& proteruũ per ſuperbiam [& natũ] ſtatim ſole & feruore tentationis orto[aruit]& vigorẽ *fidei perdidit,[quia nõ habe-
*virorem
bat profunditatẽ terrę,]id eſt ſtabilitatẽ patientiæ [& humorẽ]deuotionis & gratiæ.Hi ſunt qui audiunt,



& aliquo modo afficiuntur : ſed non propo-
A nunt facere quod dicitur vnde non radicatur in eis verbum per bonũ propoſitũ . In cordibus enim duris quandoq; citò ad horã naſcitur germen cõpunctionis,cùm verbum cõminationis audiunt,& ſtatim feruore perſecutionis vel cuiuſlibet tribulationis & tẽtationis areſcit:cùm per impatientiã deſolantur & deficiunt : quia verbũ prædicationis ſine humore gratię & amore virtutis nõ proficit.Et hi radices non habent,ſcilicet profundæ firmitatis & firmi deſiderij:& ideo ad tẽpus credunt,& in tẽpore tentationis recedũt : quia verbũ prius receptum
Tranſplãtatio frequens nocet.
renuunt.Et ſicut arbor quę ſępe tranſplãtatur,radices fixas non habet: ſic hi frequẽter de bono in malum mutãtur:& ideo in bono non radicãtur.Tentatione nempe probatur ſi verbũ dei radices fixerit: ſicut impetu ventorum apparet ſi arbor bene radicata ſit : tales inſtabiles ſunt de familia regis Saul, qui inter prophetas erat propheta , & inter ſtultos ſtultus.[Aliud cecidit inter ſpinas,] id eſt in corda
B diuitiarũ ambitione ſolicita:& ſolicitudinibus earum lacerata:ac curis tẽporalibus nimis dedita per auaritiam,[& ſimul exortæ ſpinæ] id eſt multiplicatæ diuitiæ [ſuffocauerũt illud] id eſt impedierũt fructum prædicationis occupando mentẽ , vt in ea proficere non poſſet fructus ſpiritualis.Hi ſunt qui audiunt & afficiuntur, & proponunt bonũ facere, ſed non perficiũt: quia ſuffocatur in eis bonum propoſitum,præualẽtibus in eis curis & diuitijs & voluptatibus.Euntes eñ à loco prædicationis ad mũdana,ſuffocãtur:à ſolicitudinibus , quæ important auaram acquiſitionẽ:& diuitijs,quæ notãt auaram conſeruationẽ:& voluptatibus vitæ, quæ importãt laſciuam fruitionem:& fructũ non referunt : quia hæc tria ſemẽ ſpirituale fructificare nõ ſinũt: ſicut ſpinæ ex condenſatione ſemẽ immiſſum ſuffocãt,
Diuitiæ ſunt ſpinę
& oriri nõ permittũt. Diuitiæ quippe & honores, ſpinę ſunt:quia ſicut ſpinæ ſui: pũctionibus corpus laniãt & cruentant,ac turpe & fœdũ in oculis hominum reddũt: ſic amor & ambitio diuitiarum &
C honorũ,cogitationum ſuarũ punctionibus,ac curis & ſolicitudinibus:quę ſunt ſpes acquirẽdi, ac timor perdendi,& ſolicitudo conſeruãdi animã lacerant: & cùm vſq; ad peccatum pertrahunt,quaſi inflicto vulnere cruentãt:ac miſeram & infœlicẽ corã oculis dei faciunt.Et tamẽ ſub his ſentibus,eſſe delitias multi reputant,& quãdo de ſpiritualibus cogitare incipiunt, ſtatim ſe tẽporalibus immiſcẽt:ac ſuffocati & emolliti rigorẽ virtutũ amittunt.Sicut ouis cõuerſans inter ſpinas,ſemper ibi de lana dimittit: ſic vacans curis tẽporalibus & mundo,multa bona ſpiritualia amittit. Vñ Chryſ. Quẽadmodũ ſpina vndecũq; detineatur,pungit eum qui detinet:ita & ſecularia vndecũq; detineãtur,cõtriſtant eũ qui cõſtringit ea & fouet.Sed nõ quę ſpiritualia talia,ſed margaritę alicui aſsimilãtur,vndecũq; circũ volueris delectant oculos.hęc Chry. Vel diuitiæ dicũtur ſpinæ:quia pungunt aĩam in mundo, in iudicio,& in inferno. In mũdo triplex eſt pũctura:ſcilicet laboris,in acquiſitione:timoris,in poſſeſsione:& doloris,in amiſsione. In iudicio etiã pungunt mentẽ:
Matth.25.
quando dñs dicet auaris:Eſuriui,& nõ dediſtis mihi mãducare: ſitiui, & nõ dediſtis mihi bibere &c.
D Iſtæ puncturę erunt ita pœnoſę,ꝙ ipſi auari quaſi
Lucæ 23.
cupiant non eſſe:quia dicẽt montibus, cadite ſuper nos:& collibus, cooperite nos. In inferno etiã iſtæ ſpinæ pungent animã perpetuò cruciatu : quia ex eis paratur ignis , quo peccatrix anima cõburitur.
Seminum nõ fructificantium ordo.
Et nota ordinem iſtorum prædictorũ triũ ſeminũ non fructificantium.Primũ non germinat: ſed cõculcatur, & ab auibus comeditur. Secundũ germinat,ſed nõ multũ erigitur : quia humorẽ nõ habet. Tertium verò iam in ſtipitẽ eleuatur, ſed non fructificat : quia à ſpinis ſuffocatur. [Aliud] ſcilicet quartum [cecidit in terrã bonam:] quæ eſt nigra per deſpectum,pinguis per affectum,culta per virtuoſum exercitium:& ſic fecunda per fructũ,id eſt inter fidelẽ & deuotum [& ortũ fecit fructũ] bo-
Terra bona.
norum operum. Vbi Beda: Terra autẽ bona,eſt electorum conſcientia:quæ omnibus prędictis tribus terris cõtraria facit:quia & cõmendatũ ſibi ſemen verbi libenter excipit:& exceptũ inter aduerſa &
E proſpera conſtanter ad fructus vſq; conſeruat.hæc
Status tres fidelium.
Beda. [Aliud autẽ fecit fructũ centeſimũ:aliud ſexageſimum:& aliud triceſimũ.] Iſta verò triplex differentia fructuũ primò põt conſiderari quãtum ad tres ſtatus fidelium:qui ſunt incipiẽtes,proficiẽtes,& perfecti. Incipiẽtes ſunt tanquam terra quę profert fructum triceſimũ: quia ſufficit vt habeãt fidem trinitatis,cũ impletione decalogi.Proficientes ſunt tãquam terra quæ profert fructũ ſexageſimum:quia non tantũ habent fidẽ trinitatis, & ſeruant decem præcepta : ſed etiã exhibent ſex opera
Perfecti.
miſericordiæ.Perfecti ſunt tãquam terra optima, quæ profert fructũ centeſimum: quia habẽt duplicem perfectionem,ſeruãtes veteris legis præcepta, & euangelij conſilia.Iſte triplex gradus: ſcilicet incipientiũ,proficientiũ, & perfectorũ, tangitur infrà in ſecunda parabola,vbi dicitur: Vltrò eñ terra fructificat:primò herbã,deinde ſpicã,& deinde ple-
Status ſaluãdorum tres.
num fructum in ſpica. Secundò põt cõſiderari quãtum ad tres ſtatus ſaluandorũ: ſcilicet virgines,viduas,& coniugatos.Aliud ergo fecit fructum cen-
F teſimum:ſcilicet in virginibus. Virgines eñ nolũt multiplicari per opus carnale in alijs : ſed per opus ſpirituale in ſeipſis:& ideo ſignificãtur per cẽtenarium,qui fit ex ductu denarij in ſeipſum.Aliud autem fecit ſexageſimũ:ſcilicet in viduis & cõtinentibus: ſexageſimus eñ cõſtat ex denario ducto per ſenarium:in quo ſignificatur decalogus cũ ſenario operum miſericordiæ.Aliud verò facit triceſimũ: ſcilicet cõiugatis,propter fidẽ trinitatis,cum obſer-
Gradus caſtitatis tres.
uantia decalogi. Vbi tangũtur tres gradus caſtitatis.Primus eſt,caſtitas cõiugalis:per quẽ gradũ vitatur illicitus concubitus, licito tñ concubitu retẽto in matrimoniali actu.Secũdus gradus eſt,caſtitas vidualis: per quẽ euitatur de cętero omnis cõcubitus:vt animus poſsit de cetero liberius deo ſeruite: licèt poſsit licitè matrimoniũ contrahere.Tertius gradus eſt virginalis, quę eſt ſuperior iſtis:per quẽ omnis cõcubitus ſimpliciter euitatur: vt mens ipſa tanquã ſponſo ſuo ſoli deo per amorẽ copuleẽ. Vñ Theoph.Qui in centũ fructificãt,ſunt qui perfectam habẽt vitã:vt virgines & eremitæ.Qui aũt

 in ſexa

in ſexaginta,qui mediocriter ſe habent:vt continẽ- G tes,& qui in cœnobijs ſunt. Qui autẽ in triginta, qui parui quidẽ ſunt ſecundũ propriam virtutẽ fructum ferentes:vt laici,& qui in cõiugio ſunt. Vnde & Aug. Cẽteſimus fructus eſt martyrum,propter ſanctitatem vitæ,vel contẽptum mortis:ſexagenarius,virginũ,propter otium interius: quia non pugnat cõtra cõſuetudinem carnis. Triceſimus verò, coniugatorũ:quia hęc eſt ętas pręliantium:ipſi enĩ acriorem habent cõflictum,ne libidinibus ſuperẽtur.hęc Aug. Vel triceſimum fructũ affert,qui detrimẽtum in exterioribus bonis cõſtanter ſuſtinet: ſexageſimum,quãdo ſuſtinet detrimentũ etiã proprij corporis,per flagellationẽ & incarcerationem & cætera huiuſmodi:centeſimũ,quãdo contemnit etiam totam vitam per martyrium. Vnde Chryſ.

Terra bona.

Terra bona ſunt,qui abſtinẽt ſe à malis, & ſecundum vires ſuas faciũt bona : & eſt iſte fructus eorũ triceſimus. Si autẽ & omnia bona ſua contemnãt, & accedãt ad ſeruiẽdum deo , habent ſexageſimũ. Si autem & præceptũ imperialis ſententię de mor- H te eorum proceſſerit,habẽt centeſimum: aut ſi bona eorum percuſſa fuerint & filij,habent ſexageſimum:ſi autem infirmitas aliqua corporis eis cõtigerit,& fideliter ſuſtinuerint,habent centeſimum. Nam Iob ante tentationem triceſimum habuit in facultatibus ſuis iuſtè viuẽdo:poſt dãna ſubſtantiæ & filiorum,ſexageſimum:poſt plagam autẽ corporis,centeſimum fecit. Qui cẽteſimum habet in ſe, & ſexageſimum habet,& triceſimum Ecõtra qui triceſimum habet,ſexageſimum non habet:& qui ſexageſimũ habet,non etiã centeſimũ habet.Semper enim maius,quod minus eſt in ſe habet incluſum:illud aut quod minus eſt,maius in ſe nõ habet. hæc Chry. Itẽ,vt dicit Remigius,ſemen verbi dei, triceſimum fructũ facit, quando bonã cogitationẽ gignit:ſexageſimum,quãdo bonam locutionem:cẽteſimum, quãdo ad fructum boni operis perducit. Hi ergo per terram bonã deſignati, in corde bono quod intẽdit verbũ dei audire: & optimo quod in- I tendit ſecundum hęc operari: audiẽtes verbum dei deuotè,retinẽt fideliter in memoria,& fructũ afferunt in patiẽtia:ſcilicet vſq; ad finem, expectando præmia: quia ſecũdum Grego. dum æquanimiter proximorũ mala tolerãt , & humiliter flagella ſuſcipiunt:poſtmodũ ad requiẽ ſublimiter ſuſcipiuntur. Et aduertẽ ꝙ bona terra habet cõditiones penitus oppoſitas alijs in quibus ſemen cecidit. Quia enim hi audientes verbũ retinent:eſt cõtra eos qui ſunt ſecus viã: & venit diabolus , & tollit verbũ de corde eorũ. ꝙ autẽ fructũ afferũt,ſanctarũ ſcilicet operationum,eſt cõtra eos qui ſunt ſpinæ ſuffocãtes dei verbum. ꝙ verò hoc faciunt in patientia,eſt contra eos qui ſupra petrã:qui ad tẽpus credunt,& in tẽpore tẽtationis recedunt.

Terra mala diſtinguitur.

Terra ergo mala in loca ſecus viam petroſa & ſpinoſa diſtinguitur:ſed terra bona nõ ſubdiuiditur:qa vna eſt eccleſia: vna eſt columba mea:licèt fructus & virtutes eius ſubdiuidantur in centeſimũ,ſexageſimũ,& triceſimũ: ita etiã & præmia diuerſa ſunt:quia differt ſtella à ſtella in pręmio,ſicut & in merito. De ſemine itaque tres partes prohdolor pereũt : ac vna tantũ ſaluatur & proficit:& neq; hoc ęqualiter,ſed cũ multa differentia. Quãuis enim ſemen diuini verbi de ſe ſit fœcundum: K fit tamẽ (vt viſum eſt) tripliciter infructuoſum. vnde Theophi. Vide quomodo mali ſunt plurimi, & pauci ſaluãtur: quarta enĩ pars ſeminis ſaluata inuenitur. Ex quo patet ꝙ exemplo Chriſti, prædicator verbi diuini nõ debet ceſſare à prædicatione: licèt videat inde paucos proficere: quia faciẽs quod in ſe eſt,meritũ ſuum non perdit. Vnde nota ſecundũ Theophil. ꝙ nõ dixit,ꝙ ſeminans aliud proiecit ſecus viã,& cætera: ſed ꝙ ſemẽ cecidit.

Cecidit ſ. iactũ ſemen.

Qui enim ſeminat,docet rectum ſermonẽ: ſed ſermo diuerſimodè cadit in audiẽtes:quia ſemẽ quodlibet recipitur ſecundum modũ & diſpoſitionem terræ in qua ſeritur: quæ ſi ſit fertilis & culta,profert bonum fructũ:ſi autẽ ſit ſterilis & inculta,germinat ſpinas & tribulos,vel etiã nullum fructum: ita ꝙ ſecundum variã diſpoſitionẽ terræ,ſemen diuerſimodè proficit ad fructum : ſic in nobis ſecũdum variam diſpoſitionẽ cordis noſtri,diuerſimodè recipitur ſemẽ,quod Chriſtus verus agricola de cœlo nobis adduxit. L Primũm ergo debemus verbum dei cũ deuotione audire:ac cum gaudio & deſiderio ſuſcipere. Deinde intelligere:ac inter proſpera & aduerſa vtiliter conſeruare : & deniq; fructus facere,vel centeſimum, vel ſexageſimum,vel triceſimum.

Parabola ſecunda.

In ſecunda parabola quæ eſt de zizania,deſcribitur ſtatus eccleſiæ, ſequens immediatè poſt mortem Chriſti & apoſtolorũ : quia diabolus fidei in cordibus fidelium ſeminatę inuidit:& ideo poſt Chriſti & apoſtolorũ dormitionẽ: per mortẽ aliquos inter fideles ad perfidiã hæreſis cõmouit, quaſi ſeminans zizaniam in medio tritici ad ipſius deſtructionẽ.

Zizania.

Põt autẽ omnis immũditia in ſegete zizania dici:vt loliũ, ſterileſq; auenæ,& huiuſmodi. Sicut ergo zizania boni ſemini:ſic hęreſis bonis ſcripturis ſuperſeminãtur, & eis ſe admiſcẽt. Vnde Augu. Neq; natæ ſunt hæreſes & quædã dogmata peruerſitatis illaqueãtis aĩas & in profundum pręcipitantis,niſi dũ ſcripturæ intelligũtur non bene: & quod in eis non bene intelligitur,etiã temerè & audacter aſſeritur. M Et notãdum ꝙ Chriſtus habet triplicem agrum ſuũ propriũ : in quo ſeminat triplex ſemen bonum.

Ager Chriſti triplex.

Primus ager eſt mũdus,in quo Chriſtus ſeminauit ſemẽ verbi dei,ſiue doctrinam veritatis. Secũdus ager eſt eccleſia catholica:in qua Chriſtus ſeminauit fideles hoĩes qui ſunt filij regni, id eſt ſancti & electi viri,qui inter filios regni cõputantur. Tertius ager eſt aĩa:in qua Chriſtus ſeminat duplex ſemen bonũ.

Semen bonum duplex.

Primum ſemẽ eſt bona voluntas:& hoc ſemen debet proferre fructũ bonę operationis. Secundum ſemẽ eſt cognitio ſui,mundi,& dei. Ex cognitione ſui, quaſi ex quodã ſemine oritur dolor,ſecundum illud Eccleſiaſtes : Qui addit ſcientiã: addit dolorẽ.

Eccleſiaſtes 1.

Ex cognitione mundi oritur timor:qa in medio laqueorũ homo ingreditur. Ex cognitione dei oritur amor:qa ipſe eſt creator,redemptor,& glorificator. Primũ ergo ſemen ſeminat deus in agro affectus:ſcdm, in agro intellectus: ſed inimicus diabolus ſuperſeminat zizaniã, ſcilicet errores in intellectu, & cogitiões malas in affectu.

Semen extinguitur.

Hoc ſemẽ tripliciter extinguitur. Primò, igne



cõtritionis. Secundò,per præciſionẽ cõfeſſio- A nis. Tertiò,per eradicationẽ ſatisfactionis. Studeat ergo anima fidelis,vt ſemẽ dei in ea germinet ſanctis deſiderijs,& operibus virtuoſis. Hic aũt ager, ſ. anima,ſepitur fide,aratur prædicatione, cõpluitur pluuia gratiæ,& rore miſericordiæ. Secũda itaque parabola eſt de zizanijs & lolijs,bono ſemini ſuperſeminatis,quæ deſcribit cœtũ hæreticorum. [Simile eſt enim regnũ cœlorũ]id eſt eccleſia militans,ſeu ſtatus eius,[homini] ſ. Chriſto , qui dat regnare in cœleſtibus: & cui ſeruire regnare eſt, [qui]per ſe & apoſtolos[ſeminauit in agro ſuo]id eſt in mũdo,ſeu in eccleſia labore & ſanguine,Chriſti exculta[bonũ ſemẽ]id eſt ſanctã doctrinã & fidẽ catholicã:ac eos quos filios regni vocat. Et nota hîc ꝙ in iſtis parabolis nõ fit cõparatio perſonę ad perſonam: ſed negotij ad negotiũ,ſeu facti ad factum:ac ſi diceret:factũ quod agitur circa regnũ cœlorũ & circa eccleſiã,ſimile eſt tali facto vel negotio.

Cõparatio factorum.

[Cũ autẽ dormirẽt homines]id eſt cuſtodes B interius,qui ad tutelã & cuſtodiã ſunt deputati:per quos ſignificãtur pręlati,quorũ ſomno,id eſt negligentia interueniente diabolus ſuperſeminat zizaniã,ſeu loliũ. Dormiunt enim prælati tripliciter: vel cũ torpent inertia,vel cũ reſoluuntur laſciuia, vel cũ premuntur ignorãtia ſiue culpa . Hæc autẽ dormitio nõ ſolum ſignificat ſuperiorẽ negligentiã,circa cuſtodiã gregis:ſed etiã negligentiã cuiuſlibet,circa cuſtodiã ſuæ propriæ perſonæ & ſalutis. Vtrãq; enim negligentiã explorat diabolus:& ſic per ſuggeſtiones malas ſeminat zizaniã in cordibus humanis. [Cũ ergo dormirent,venit inimicus]id eſt diabolus[& ſuperſeminauit zizaniã]id eſt errores & ſequentes iniquitates,ac eos quos filios maligni dñs interpretatur,[in medio tritici] id eſt electorũ:hoc eſt,hęreticos permiſcuit electis

Zizania.

Zizania alio nomine dicĩ loliũ : & eſt fœminini gñis in ſingulari:ſed neutri vel fœminini ĩ plurali Vnde eſt verſus : Eſt zizania:ſunt zizania plura, nięq;. Et dicũt aliqui ꝙ zizania in ſingulari penultimã producit:ſed in plurali corripit. Vigilẽt ergo C præpoſiti eccleſiæ & ſubditi:ne per eorũ negligentiã diabolus valeat zizaniã ſeminare. [Cũ autẽ creuiſſet herba]per profectũ fidei:[& fructum feciſſet]per effectũ operis boni:quia fides ſine operibus mortua eſt:[tunc apparuerunt zizania]per manifeſtationẽ errorum & ſordiũ peccati,& perſecutionẽ fideliũ Chriſti.

Iaco. 2. d.

Et cũ ſerui hoc dño dicerent, [ait illis:Inimicus homo fecit hoc.]

Inimicus hõ,dicitur diabolus.

Diabolus dicitur inimicus homo:quia ſub ſimilitudine rationis humanæ hominem decipit. vel ex eo ꝙ homini à principio inimicatus ſit. vel ab euẽtu:quia hominẽ vicit. ſicut ab Africa,dicitur Scipio Africanus:quia Africam deuicit. Serui iſti ſunt patres antiqui,qui fuerunt in primitiua eccleſia:qui admirãtes perfidiã hæreſis inſurgentẽ in ea,acceſſerũt ad deũ per orationẽ,inquirentes vnde oriretur talis perfidia: quibus fuit diuinitus reuelatum,ꝙ hoc erat ex diaboli opere,deo permittente factũ:& hoc vt ſtabilitas probaretur fidelium. Diabolus quidẽ in mũdo ſeminauerat tria ſemina peſtifera. ſ. ignorãtiam obtenebrantẽ,culpã infrigidantẽ,& miſeriã ignominioſam. Ideo de cœlo venit cœleſtis agricola , portans tria ſemina illis cõtraria. ſ. ſapientiam illu- D minantẽ,gratiã inflãmantẽ,& gloriã exaltantem. Seminauit quoq; Chriſtus ſanctã doctrinã & fidẽ catholicã:& ſuperſeminauit diabolus errores & iniquitates multiplices. Seminauit deus in mundo pacem & fraternã charitatẽ: ſuperſeminauit diabolus inuidiã & malã voluntatẽ. Seminat etiam deus quotidie in agro interiori,id eſt mente,bona propoſita:diabolus ſuperſeminat deſideria carnalia. Seminat deus in agro exteriori,id eſt in corpore, mundítiã & puritatẽ: ſuperſeminat diabolus immunditiã & carnalitatẽ. [Serui aũt dixerũt]id eſt ſancti patres per orationẽ diuinũ cõſilium quæſierunt. [Vis imus & colligimus ea?]ſeparãdo malos à cõmunitate eccleſiæ,per excõmunicationẽ:& tãdem dimittendo iuſtitiæ ſeculari,exterminandos per mortẽ. [Et ait:nõ,ne fortè colligentes zizania eradicetis ſimul]cũ eis[& triticũ]id eſt,illud quod eſt triticũ quoad ſe:ſicut ſi aliquis fidelis damnare- E tur ſola ſuſpitione. vel quod eſt triticũ quoad alios ſicut ſi eradicatur nõ primò victus:tunc alij fideles ſcãdalizãtur:quia nõ ſeruatur ordo iuris:& ſic eradicatur triticũ,id eſt alij fideles per ſcandalum: vel quod eſt futurũ triticum:quia modò eſt aliquis malus,qui cras erit bonus.

Eradicatio triplex

Vbi prohibetur eradicatio feſtinata,dãnoſa,& ſuſpicioſa. Feſtinata eſt,quã nõ præcedit admonitio. Dãnoſa eſt,quando multitudo eſt in cauſa vel princeps: niſi fuerit cauſa manifeſta redũdans in iniuriã eccleſiæ. Vnde Aug. dicit ꝙ aliquando tolerãdi ſunt mali pro pace eccleſiæ:quãdo timetur de ſchiſmate. Suſpitioſa eſt,quãdo nõ habetur certitudo de alicuius hæreſi vel vitio. Tales ergo nõ ſunt excludendi:quia in his tribus modis prohibetur hîc eradicatio fieri. [Sinite vtraq;] ſ. zizaniã & triticũ,malos & bonos[creſcere vſq; ad meſſem]id eſt vſq; ad cõſummationẽ ſeculi & diẽ iudicij. & hoc eſt intelligẽdũ de illis qui nõ ſunt notorij neq; pertinaces:neq; per eos imminet vniuerſale dãnũ eccleſiæ . Hîc datur pœniten- F tiæ locus,& diſcretionis exẽplũ. In hoc enim monemur ne occultorũ iudiciũ nobis vſurpemus : ſed deo illud referuem⁹,qui tribuit vnicuiq; iuxta opera ſua. Nec iſtud eſt cõtrariũ Apoſtolo:qui ait: Auferte malũ ex vobiſipſis:quia hoc dictũ domini intelligitur de ambiguis:illud aũt Apoſtoli,de manifeſtis.

1. Cor. 6.

Hîc etiã innuitur diuina benignitas,& patiẽtia dilationis:ſuſtinet enim patiẽter diuina clemẽtia zizanias cũ tritico,hoc eſt,malos cũ bonis. Suſtinet autẽ eos tribus de cauſis. Prima , vt ſi velint conuertantur,& per bonos adiuuentur.

Suſtinentur mali tribus de cauſis.

Secũda,vt iuſti plurimum deo regratientur,ꝙ electi ſunt per gratiã de numero pereuntium:& eorum cõparatione,plus nitãtur ad bonum. Tertia,vt bonis proficiat,& eis merita ſua augeãt. Proſunt enim mali bonis purgando:vt ſi qua eſt in eis peccati rubigo, eliminetur.

Mali proſunt bonis

Exercitãdo:vt virtus in bonis latẽs manifeſtetur. Ac ſtimulãdo:vt electi in via huius exilij ſegnes nõ efficiantur,ſed ad patriam ſuam feſtinent. Et coronando:quia dum tribulationes iuſtis ingerunt,lapides pretioſos in corona cœleſtis gloriæ apponunt. Seruiunt ergo mali bonis,pręictis modis

parabolis dixit eis:vt.ſ.mouerētur ad interrogādū
G de auditis.Quia eñ hominibus rudib⁹ loquebatur
de regno dei:opus erat induci eos talibus parabo-
lis:& rerū ſenſibiliū eis cognitarū ſimilitudinibus
ad diuinorū arcana:vt ex his quę animus nouit,ſur
gat ad incognita:& exēplo viſibilium,rapiatur ad
inuiſibilia:ac per ea quæ viſu didicit,diſcat amare
quæ nō nouit:vt qui cœleſtia capere nō poterant,
Parabola. per ſimilitudinē terrenā audita perciperent.Para
bola eñ Græcè,ſimilitudo dicitur Latinè:per quā
veritas demōſtratur:& in qua aliud dicit,& aliud
rōnabiliter intelligitur.Vnde ſubdit admonitionē
[hęc dicēs clamabat:Qui habet aures audiendi au
diat.]Hāc admonitionē addit dñs in locis pluribus.
Aures audiendi. Nā ſecundū Hiero.vbicunq; ponitur hoc verbū,de
ſignatur myſticus intellectus:quia ſub verbis pa-
rabolicis,alius ſenſus eſt per intellectū requirēdus.
Et ſecundūBedā,aures audiēdi ſunt aures cordis&
ſenſus interiores.ſ.aures intelligendi,obediendi,&
faciēdi quæ iuſta ſunt.Innuit ergo triplicē auditū:
Auditus triplex. ſ.ſentiendi,intelligendi,obediendi.Primus eſt ex
terior in corpore:de quo dicit [qui habet aures.]
H Secūdus interior in mēte:de quo ſubdit[audiēdi.]
Tertius vtrūq; cōplectens de quo addit,[audiat.]
Primus auditus eſt ſenſitiuè.Secundus, intellecti-
uè.Tertius,affectiuè.De his dicitur in Pſal.per or
Pſal.44. dinē.Audi filia,quoad primū:& vide,quoad ſecun
dum:& inclina aurē tuā,quoad tertium.Et in Iob:
Iob 42. Auditu auris audiui te.In hoc aūt ꝙ Ieſus hæc di-
cēs clamabat,tangitur magnitudo affectus eius in
prædicando.Clamor enim iſte,ſignū erat magni
efectus in ipſo.De hoc clamore Chriſti,dicit Aug.
Intonuit dñs IeſusChriſtus clamās,dictis,factis,vo
Clamor domini. ce,vita,deſcenſu,aſcenſu vt redeamus ad eum.Cla
mat ſurdis,vt audiant:clamat dormientibus,vt eui
gilēt:clamat tranſeuntibus, vt attendant:clamat
ignorātibus,vt intelligant:clamat errantibus,vt re
deant:clamat peccatoribus,vt pœniteāt.Clamauit
quippe prædicando,clamauit orando,clamauit La
zarū reſuſcitando:clamauit tandē moriendo:quoti
die in cœlis exiſtens clamat ad nos,dicens:Venite
Matth. 11. ad me oēs qui laboratis & onerati eſtis:& ego refi
I ciā vos.Et nos miſeri adhuc tantos clamores cōtē-
nimus.hæc Aug.[Tunc dimiſsis turbis]quæ eùm
nō interrogauerunt:& ſecedens à tumultibus[ve-
nit in domum]vt diſcipuli tanquā digniores habe
rent opportunitatē quærendi & interrogandi eū.
[Et acceſſerunt ad eum diſcipuli eius] tanquā fa-
miliares:nō tā corpore,quā diſcendi voluntate,quę
rentes[quare in parabolis]loqueretur turbis,cum
ipſi nō caperent:& petentes vt eis parabolas expo
neret.Quia enim percipiebant Chriſtū myſticè lo
qui,quæſierunt intellectū,& ſibi exponi.Qui re-
ſpōdens ait:[Vobis]credentibus,vobis humilibus,
vobis obedientibus,vobis mihi adhęrentibus & di
lectis,vobis mundo abiectis & odioſis.Vobis volē-
tibus,& ſimpliciter dignis,ac veſtris ſequacibus ad
me accedentibus,[datū eſt]diuinitus, & ex gratia
dei,nō ex merito veſtro[noſſe apertè]ſine parabo
larum inuolutione[myſteria regni dei]id eſt ſecre
ta & intelligentiam ſacræ ſcripturæ quæ cōtinet
ſtatuta atq; decreta illius regni ſeu abdita:& pro-
funditatē veritatis euangelicæ:quę ducit ad regnū
cœleſte.Vel[myſterium regni cœlorū]id eſt eccle K
ſiæ militāris,ſiue triūphātis.Apoſtoli eñ erāt qua Apoſtoli
ſi fundatores eccleſiæ poſtChriſtū:& ideo ad ipſos fundatores
pertinebat ſcire ſecreta eccleſię:de quibus erat pro eccleſiæ.
ceſſus eccleſiæ vſq; ad finē mundi:quia iſta erāt fu
tura in diuina diſpoſitione præordinata: & iſtud
pōt hîc vocari[myſteriū regni cœlorū]id eſt ſecre
tum eccleſiæ.[Cæteris aūt]qui foris ſunt:qui clau
ſis ſenſibus nō curāt intrare & cognoſcere veritatē
ſ.vulgaribus turbis,ſeu etiā ſcribis,& phariſęis in-
credulis:nō eſt datum neq; cōceſſum iſta intellige-
re:& propter hoc loquebatur eis talia parabolicè
[vt videntes]id eſt videre ſe reputantes,nō videāt
ſecundū veritatē[& audientes]id eſt intelligere ſe
putantes[nō intelligāt]ſententiā interiorē:nā hæc
eſt vna cauſarū quare dñs loquebatur in parabolis:
vt.ſ.veritas occultaretur malis,& boni ad inquirē
dum exercerentur in eis.Vnde ſequitur:[Qui ha-
bet].ſ.amorē verbi[dabitur ei].ſ.intelligētia verbi L
amati[& abūdabit]ſcilicet ſenſu intelligēdi:quia
habentibus deuotionē & fidē,datus eſt verus ſacræ Luc.24.
ſcripturæ intellectus.Dicitur enim in Luca,ꝙ ape
ruit eis ſenſum vt intelligerēt ſcripturas:& ex abū
danti reuelatus eſt eis eccleſiæ proceſſus.Itē[qui
habet]opus[dabitur]ei intellectus[& abundabit]
augmento profectus.Itē[qui habet] gratiā [dabi-
tur ei]perſeuerātia[& abundabit]gloria:quia gra
tiā & gloriā dabit dñs.[Qui aūt nō habet].ſ.amo-
rem verbi[id quod videtur habere]ſcilicet natura Auferri nō habē.
li ingenio,vel literarum ſtudio[auferetur ab eo:]
quia nulla veræ ſapientiæ gaudebit dulcedine.Vn
de nō habentibus fidē & deuotionē ad Chriſti do-
ctrinā,intellectus ſcripturæ veteris teſtamēti abla
tus eſt propter eorū incredulitatē:& datus eſt Gen
tibus propter eorū fidē.Item qui non habet opus:id
quod videtur habere,ſcilicet intelligentiæ,aufere-
tur ab eo:quia fides ſine operibus mortua eſt.Itē ſi
cut auarus multas habet opes & nullas:ſic qui non
diuinā ſapientiā habet,nullā habet:quia ſecundū
Hiero.literas neſcit,qui ſacras ignorat. Secūdum
Ambr.intelligitur,quod habet,id eſt quod ſe putat M
habere.Seorſum autem,ſcilicet in domo,diſcipu-
lis ſuis diſſerebat omnia.Vnde patet quòd nō ſolū
parabolas,de quibus eum interrogabāt:ſed etiam
alia ibidem eis expoſuit:licèt de aliarum expoſitio
ne mentio hîc non fiat.Et tunc etiam in parabolis
locutus eſt diſcipulis:propoſuitq; eis tres parabolas Parabolæ
alias à prædictis.In quarum prima quæ eſt de the primæ diſcipulis
ſauro abſcondito in agro:deſignatur ſtatus eccle- facta.
ſiæ ſequēs poſt prædictum:quia diuulgata fide in
orbe terrarum per prædicationem ſanctorū:mul-
ti valentes & literati viri,vt Augu.& alij,ad fidē
catholicam conuerſi, inceperunt ſe exercere,&
ſcientiam ſuam ad vtilitatem animarum conuer- Theſaurus
tere.Aſsimilat ergo regnū cœlorum,id eſt cœle- abſcōditus.
ſtem patriam theſauro abſcōdito in agro:qui ager
omnibus venditis emitur,vt theſaurus ibidem in-
uētus habeatur.Ager iſte,labor eſt in exercitio vi-
tæ actiuæ,& operibus omnibus miſericordię in re
gimine eccleſię.Theſaurus autem abſconditus,eſt
præmium cœleſte:cuius diuitiæ nondum omni-
bus



Pſal.30. bus apparēt manifeſtè, ſecūdùm illud Pſal.Quàm
A magna multitudo dulcedinis tuæ:quam abſondiſti
timentibus te.Inuenitur tamē ipſe theſaurus: & ſi
non ad plenum, quoniā ſanctorū doctrina & præ-
dicatio qualis quātaúe ſit,ex magna parte declara-
tur:hunc autē theſaurum inuentū abſcondit,qui co
gnito qualis ſit corde retinet,& mēte diligit:eiuſq;
nullo modo obliuiſcitur.[Et præ gaudio illius va
dit] pedibus mētis ipſum affectādo, [& vēdit vni-
uerſa quæ habet] tēporalia ac voluptates carnis,&
deſideria terrena contēnendo. [Et emit agrū illū]
omnibus alijs dimiſsis in agro dominico propter
cœleſte præmiū laborando: & totaliter cœleſtibus
inhiando. Contēnere ergo ſecularia debet, & totū
poſsideat:& vt ſit ei poteſtas vtendi theſauro cum
agro: quia cœleſtes diuitiæ non niſi damno ſeculi
Virginum laus. poſsidentur ab aliquo.Ad laudem virginū exprimi
tur iſta parabola:& ſic theſaurus in agro, eſt virgi
nitas in carne. Circa iſtum theſaurū conſideranda
ſunt tria.Primū eſt,ꝙ inueniatur. Secūdum, quòd
inuentus abſcondatur.Tertiū,ꝙ abſconditus cęte-
B ris præponatur. Non autē inuenitur in luxurioſis:
non abſconditur in vanigloriosis:nō pręponitur in
auaris:ſic ergo habemus triplicem virtutem: ſcili-
cet virginitatis,humilitatis, & paupertatis. Virgi-
nitas nouit theſaurum inuenire,vt habeatur:humi
litas nouit theſaurū abſcondere,ne amittatur:pau-
pertas nouit theſaurum omnibus præponere,ne vi
Secūda parabola ad diſcipulos Margarita. lipendatur.In ſecunda parabola quæ eſt de marga-
rita, declaratur ſtatus eccleſiæ immediatè ſequens
præcedentem:quia poſt ſtatū pręditum inceperūt
aliqui contēptis mundi diuitijs & honoribus,intē-
dere vitæ contemplatiuæ: ſicut beatus Benedictus
& alij ſequentes eū in diuerſis ſtatibus & gradibus
religionum, Et iſte ſtatus figuratur per margaritā
quæ inuenitur in conchilijs maris:quia religio fun
datur & nutritur in humore deuotionis. Iſta autē
margarita dicitur vna & pretioſa.Vna:quia homi
nem vnit:Actiua autē vita magis diuidit: & ꝓpter
Lucę 10.g hoc dicitur ꝙ Martha erat circa multa occupata?
Maria verò circa vnum intēta.Dicitur etiā pretio-
C ſa:quia vita contemplatiua ſimpliciter & abſolutè
melior eſt quàm actiua:licèt in caſu actiua ſit ma-
gis fructifera: propter quod dicitur:Maria optimā
partem elegit. Aſsimilat ergo [regnū cœlorū] id
eſt pręſentem eccleſiā, [homini negotiatori:] quia
ſicut homo ille vnius margaritæ deſiderio oīa ven
dit & emit eā:ſic & iſta [inuēta vna pretioſa mar-
garita] ſcilicet dulcedine vitę contēplatiuę [vadit]
ad forum ſpiritualiū mercationum [& vendit oīa
quę habet] per contēptum terrenorū [& emit eā]
Moraliter imitanda tria. per conatum & deſideriū æternorū. Moraliter in
hac parabola,proponūtur nobis tria imitanda:ſcili
cet officiū ſanctorū,ſtudium morū,deſideriū ęter-
norum.Officiū notatur,in negotiando:ſtudium,in
quęrendo:deſiderium,in operādo.Fœlix qui nouit
negotiari ſpiritualiter:ſiue quātum ad ſtatū actio-
nis,operibus miſericordiæ intendēdo: ſiue quantū
ad ſtatum perfectionis,pro Chriſto oīa relinquen-
do:ſiue quantū ad ſtatū ſupererogationis,per præ-
dicationem animas deo lucrificādo.Itē fœlix nego
tiator, q̄ nouit quærere nō nocina,ſicut ambitioſi:
non inutilia ſicut curioſi: ſed ſalubria, ſicut ſancti.
Item fœlix qui inuētis bonis mercibus bene nouit D
lucrari:qui ſcilicet abijt à ſe,per carnis mortifica-
tionem: vēdidit terrā pro cœlo,per omniū abrenū-
tiationem:cōparauit eā,per propriæ volūtatis ſub-
iectionem. Et quia iſte ſtatus duraturus eſt vſq; ad
finē mundi:ideo nō ponitur alia parabola poſt iſtā,
niſi illa quæ finem mundi ſignificat:quæ eſt de ſa-
gena in mari miſſa. Igitur quia ſub parabola the-
ſauri & margaritæ,induxit nos ad æternæ beatitu
dinis amorē:conſequēter ſub parabola ſagenę,indu
cit nos in timorē:vt mala caueamus & bona ſecte-
mur. Aſsimilat ergo [regnū cœlorū] quod hîc no Parabola
tat præſentem eccleſiā [ſagenæ] quia piſcatoribus tertia.
eſt cōmiſſa: & per eā quiſq; ad æternū regnum de Sagena.
præſentis ſeculi fluctibus trahitur,ne æternę mor-
tis profundo mergatur [miſſæ in mare,] id eſt in
mundū,qui dicitur mare propter magnitudinē, &
propter amaritudinem [& ex omni genere piſciū]
id eſt hominum [cōgreganti] ſcilicet bonorum &
malorum:quia miſſa in huius ſeculi fluctibus, nul-
lum reſpuit:ſed malos cū bonos capit:& omnis ge- E
neris homines ad veniā vocat. [Quàm cùm imple
ta eſſet] quod erit in fine ſeculi,quādo humani ge-
neris ſumma cōcluditur, & numerus electorū im-
pletur [educētes] ſcilicet de mari & de fluctibus vi
tæ huius,& trahētes ad littus vitę alterius:quia ſe-
cundum Glo.ſicut mare ſeculum: ita littus maris
eſt finis ſeculi: [& ſecus littus ſedētes] per immor-
talitatem [elegerūt bonos in vaſa ſua:malos aūt fo
ras miſerunt.] Nūc eñ malos bonoſq; cōmuniter
quaſi permixtos piſces ſagena fidei cōtinet:ſed lit-
tus indicat quos ſagena eccleſię trahebat.Nā ſicut
non diſtinguūtur boni piſces à malis, quādiu ſage-
na eſt intra aquas:ſic in eccleſia militāte permixti
ſunt mali cum bonis. Sed in fine mūdi trahetur ad
littus per apertū iudiciū:q̄a tūc erūt manifeſta ab-
ſcondita cordiū.Vñ ſubditur: [Sic erit in cōſumma
tione ſeculi,] id eſt in fine mūdi.Et dicitur cōſum-
matio tripliciter:vel q̄a tūc cōpletus erit numerus
electorū: vel q̄a terminabitur ſtatus meritorū:vel
quia ceſſabit ſucceſsio rerū mutabiliū.[Exibūt an- F
geli] de cœlo empyreo ad conuocandū populū iu-
dicandum [& ſeparabūt malos de medio iuſtorū.]
O quàm dura ſeparatio quippe malis: q̄a irreme-
diabilis,quia irreuocabilis. [Et mittēt eos] ſcilicet
malos [in caminū ignis] inferni, torrēdos & exſic
candos: & ſic eccleſia purgata offeretur deo patri
ſine macula & ruga: tūc eñ boni mittētur in vaſa
cœleſtium manſionū: malis ſeparatis & detruſis in
infernū.Sic introductis prudentibus virginibus,& Matt.25.a
excluſis fatuis, claudetur ianua regni cœleſtis.Et
ſubditur de pœnis malorū: cùm dicit: [Ibi erit fle- Tormēta
tus] prę ardore [& ſtridor dētiū] prę frigore.Tūc malorum.
ſerò mali pœnitebūt & īgemiſcēt:ſerò ſibijpſis ira
ſcentur & indignabūtur ꝙ tā ꝑtinaci īprobitate de
liquerint.Apertè in multis locis ſacrę ſcripturę di-
citur de tormētis malorū,ne q̄s ſe excuſet per igno
rantiā:& toties cōmemorātur ſupplicia gehēnalia:
vt ſitiamus & anhelemus ad gaudia cœleſtia.Dein
de ponit cōcluſio pricipalis:ad hoc eñ in prædictis
parabolis perſcriptus eſt ꝓceſſus eccleſię militātis:
vt apoſtoli

vt apoſtoli qui erant ipſius fundatores poſt Chri-
G ſtum, intelligerent huiuſmodi proceſſum. Vñ ſubiungitur: [Intellexiſtis hæc omnia?] ſcilicet parabolas prędictas. q. d. ad vos pertinet intelligere eas. vnde Glo. Ad apoſtolos fit ſermo: quos non tantum vult audire vt populos: ſed etiam intelligere. Et eſt argumentum ꝙ non ſufficit maioribus tãtum audire ad faciendũ: ſed oportet etiã intelligere ad docendum. [Dicunt ei, etiam] ſcilicet, intelligimus. Deinde vtitur exhortatione ad alios docendũ: cùm ſubditur: [Ait illis: ideo omnis ſcriba] id eſt doctor: vt enim dicit Aug. apoſtoli ſunt ſcribæ & notarij Chriſti, verbũ eius ſignantes in tabulis cordis: doctus & inſpiratus in his quæ neceſſaria ſunt ſibi & alijs: [in regno cœlorũ] id eſt in eccleſia militãte. Vbi tria dicit: ꝙ ſit doctus, per habitum ſciẽtiæ: ſcriba, per officium doctrinæ: in regno cœlorũ, per meritum vitæ [ſimilis eſt homini patrifamiliâs,] id eſt, mihi. Et intelligitur de ſimilitudine imitationis, nó æquiparationis [qui profert de theſauro

Facere & docere decet.

H ſuo] id eſt de ſcientia ſua in corde abſcondita [noua & vetera] id eſt autoritates noui & veteres teſtamenti: ex quibus teſtamẽtis cõtexta eſt eccleſiæ ſagena. Vel ſecundũ Greg. [noua] de ſuauitate regni: [& vetera] de terrore ſupplicij: vt ſcilicet pœnæ terreant: quos præmia non inuitãt. Vel [noua] per admonitionem virtutũ: [& vetera] per deteſtationem vitiorũ. Ex quo patet ꝙ epiſcopi, qui ſunt ſucceſſores apoſtolorũ, debẽt habere notitiã vtriuſque teſtamẽti: in cuius ſignũ portant mitrã in capite cum cornu duplici. Et bene cõparat eum patrifamiliâs: quia ſicut paterfamiliâs habet paſcere filios pane corporali: ſic iſte paruulos fideles pane ſpirituali. Hortatur ergo dominus diſcipulos ꝙ parabolas intelligant: vt alios docere ſciãt: quia ideo ſimiles ei erunt, ſi alios docebunt. ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte fac me de veteri vita exire: ne ſemen verbi tui, quod in meo intellectu: boni ꝓpoſiti, quod in meo affectu: boni operis, quod in meo actu ſeminaſti, comedatur à volucribus inanis glorię: ne cõculcetur in via aſ-
I ſiduitatis: ne areat in petra durę obſtinationis: & ne ſuffocetur in ſpinis ſolicitudinis: ſed potius in terra bona & optima cordis humilis cõpatiẽtis & hilaris, centeſimũ fructũ afferat in patientia. Fac etiã me hæc omnia in parabolis dicta intelligere & facere: ac verbo, vel ſaltẽ exẽplo alios docere. Amen.

De aduentu domini in Nazareth: quando legit in ſynagoga eorũ: & ipſi volebant præcipitare eum. Caput lxv.

Matth. 13. Marc. 6. Lucæ 4.

ET factum eſt cùm conſummaſſet Ieſus parabolas iſtas, tranſijt inde cum diſcipulis ſuis, & abijt per patriã illam, ſcilicet Galilæã [& docebat in ſynagogis eorũ:] tũ ꝓpter plurium ibi conuenientiũ vtilitatem: tum propter maiorem autoritatem: [& magnificabatur] propter doctrinæ & miraculorum excellentiã [ab omnibus] id eſt pluribus, & de omni ſtatu: non tamen ab omnibus vniuerſaliter, cùm multi eum contẽnerent, & ſibi contradicerẽt. [Et venit in Nazareth, vbi erat nutritus] licèt in Bethlehem fuiſſet natus. [Et] die ſabbati quãdo plures cõueniebant [intrauit ſecundum conſuetudinem ſuam in ſynagogam] quæ
K erat locus orationis & doctrinę legis, quibus Iudęi ſecundum præceptũ legis, vacare debebant in ſabbatis. [Et ſurrexit legere] vt non prædicaret ſeipſum verbo ſuo tãtum: ſed etiam teſtimonio ſacræ ſcripturæ. Ergo nõ eſt legendũ in eccleſia niſi ſtãdo: pſallere tamen poſſumus ſedendo. [& traditus eſt ei] à miniſtris, quorum officiũ hoc erat [liber Eſaiæ prophetæ] clauſus: qui de Chriſto loquitur apertius, & ſecũdum Hiero. non tã propheta quàm euangeliſta eſt dicendus. Myſticè autẽ ſecundum Glo. ideo traditus eſt ei liber propheticus, vt oſtẽderetur eſſe qui locutus eſt in prophetis: & ꝙ omnes prophetiæ ad ipſum pertinent, & in ipſo implẽtur, & per ipſum aperiuntur. Itẽ vt in hoc oſtẽderetur ꝙ omnes prophetæ libros ſuos ei tradiderũt, id eſt illi aſcripſerunt quicquid dixerunt. [Et vt reuoluit] id eſt aperuit librũ: in quo intelligere dedit ſe illum eſſe qui aperiret ſcripturas, [inuenit] non à caſu, ſed ex propoſito: quia ſciebat paſſus ſcripturæ loquentes de ſe [locũ vbi] ſecundũ tranſlationem lxx. interpretum [erat ſcriptũ: Spiritus domini ſuper me] &c. prout patebit infrà. Circa quod ſciendum ꝙ Iudæi expectant illa quæ eis promittuntur in hac prophetia impleri per Meſsiã quẽ expectãt futurum, & toti mũdo tẽporaliter dominaturum: & educturum Iudæos de captiuitate: & poſiturum eos in maxima gloria & honore ſuper omnes gentes. Sed quia tempus aduentus Chriſti tranſijt: ideo Chriſtus hunc locũ cõueniẽter de ſeipſo expoſuit, dicẽs: [Spiritus domini] ſcilicet patris [ſuper me] ſcilicet requieſcit tãquam ductor & præceptor: cuius exhortationibus ſemper obedio: [propter quod vnxit me] idẽ ſpiritus ab inſtãti cõceptionis plenitudine gratiæ in regẽ, in pontificẽ, in prophetã, & in deitatis tabernaculũ [euangelizare] id eſt bona nuntiare [pauperibus] id eſt humilibus quibus doctrina proficit: nõ ſuperbis] miſit me] quod & ipſe perfecit, dicens: Beati pauperes ſpiritu: quoniã ipſorum eſt regnũ cœlorũ. & per hoc [ſanare] non tãtum corporaliter: ſed & ſpiritualiter [cõtritos corde] vulneratos à peccatis: & [prędicare captiuis] à diabolo peccatorum cũ carcere & vinculis [remiſſionem] ſcilicet ad pœnitentiã eos vocando [& viſum] id eſt veram dei cognitionem [cæcis] id eſt Gentilibus excæcatis per errorẽ [dimittere cõfractos & depreſſos importabili põdere legis [in remiſsionem] ſcilicet per gratiã nouę legis alleuiando [prædicare annum domini acceptũ] annũ ſcilicet benignitatis: quia nunc tẽpus acceptabile, nũc dies ſalutis. Iſte annus eſt totum tẽpus eccleſiæ, & ſpecialiter annus paſsiõis Chriſti, in quo dominus placatus eſt humano generi, ſoluta emenda primi peccati: [& diẽ retributionis] extremi iudicij ſententiam comminando ſecundum merita: vbi retribuetur vnicuiq; ſecundum opera ſua. Tangũtur autem hîc ſex cõditiones, quas debet habere prædicator vel prælatus. Prima eſt, miſerorũ cõſolatio: ibi, [euangelizare pauperibus.] Secunda eſt, pœnitentium confortatio: ibi, [ſanare cõtritos.] Tertia eſt, captiuorũ viſitatio: ibi, [prędicare captiuis remiſſionem.]

Liber traditus Chriſto.
Expoſitio loci.
Math.
M
2. Cor.
Annus
Prædicatoris & prælati conditiones.



ſionem.] Quarta eſt imperitorum inſtructio: ibi,
A [cæcis viſum.] Quinta eſt oppreſſorum releuatio: ibi, [dimittere confractos.] Sexta eſt pigrorũ excitatio: ibi, [prædicare annum domini acceptum, & diem retributionis.] Reuolutum ergo librũ legit: quia palàm locutus eſt, & omnem veritatẽ docuit. Et deinde plicuit librũ in quo legerat: in quo intelligere dedit, ꝙ non omnia omnibus ſunt prædicanda. Hoc etiam fecit, ad oſtendendum ꝙ libri ſacræ ſcripturæ reuerenter tractandi ſunt. Vnde & Iudæi hanc reuerentiã faciunt libris veteris teſtamenti: ꝙ nullo modo iuxta illos ſederẽt tam altè, quàm libri ſunt poſiti: multò magis debemus nos reuerentiam libris euangelij exhibere, quod tantæ eſt reuerentiæ, vt ſecũdum Chry. Si euangelium ſuſcipere oporteret non lotis manibus: non vtiq; eligeres hoc facere. Ex quo patet ꝙ Chriſtiani ſunt multum reprehendendi: qui non ſolum libros veteris teſtamenti, ſed etiam noui, & ſacra euangelia ita irreuerenter tractant, & quãdoq; irreuerẽtius, quàm libros Gentiliũ damnatorum: ſeu veſtes: &
B multa alia rerũ tranſeuntium. Et bene dicit, reuoluit & plicuit: nec dicit, aperuit & clauſit: quia libri Iudæorũ in rotulis ſunt: [deditq; miniſtro] librum plicatũ: quia alijs tradidit euangelizandi officium: & pro captu audientium, commiſit diſpenſandum verbum. [Et ſedit:] vt ſedendo exponeret maturè, quod ſtando legerat reuerẽter & deuotè. Stans ergo legit: quia dum nobis ſcripturas aperuit, in carne operatus eſt: ſed poſtea ſedit: quia ſe supernè quieti reſtituit. Et inſtruimur hîc: quia primò nobis eſt ſedendum & flendum per humilitatẽ pœnitentiæ: deinde ſurgendum à vitijs per ſerenitatem conſcientię. Tertio legendum, id eſt bene operandum, & prælato etiã prædicandum, & poſtea reſidendum, prẹmia quietis expectãdo: vt ea demum accipiamus, in quibus in æternũ quieſcamus. [Et omnium in ſynagoga oculi erant intendentes in eum] propter efficaciã verborum, & aſpectũ humilem & decorũ: quia in facie eius, quidam fulgor diuinæ gratię relucebat: qui animos intuentiũ attrahebat. Fuit enim pulcherrimus: vtpote virgo de
C virgine: nõ ex voluntate viri, ſed ex deo natus. Fuit & eloquentiſsimus. Et de vtroque ſic ei dictũ fuerat per prophetã: Specioſus forma præ filijs hominum: diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Et prophetia quam legerat in ſeipſo impletã oſtendens, dixit ad illos: Attendite & intelligite [quia hodie impleta eſt ſcriptura hæc in auribus veſtris] ſcilicet in meipſo. Impletam dicit eſſe ſcripturam: quia ſicut illa prædixerat: ſic ipſe faciebat: quaſi diceret: in me impletã & videre poteſtis oculis: quia cæci vident, claudi ambulant, pauperes euangelizantur: & audire etiã & intelligere auribus mentis: cùm vobis eã expoſuerim ad me eſſe referẽdam. Conſpice bene dominum quomodo humiliter ſuſcipiens lectoris officium, benigno & placito vultu legit inter eos. Vt enim ait Ambr. ita ad omnia ſe curuauit obſequia: vt nec lectoris quidẽ aſpernaretur officium. Conſpice etiã quomodo humiliter ſe manifeſtans dicit [Hodie impleta eſt ſcriptura hæc in auribus veſtris: quaſi diceret: Ego ſum ille de quo loquitur. Igitur exemplo ſuo approbat officium lectoris in
D hoc loco. Officium oſtiarij, quando eiecit vendentes & ementes de templo? Officium exorciſtæ, dæmones de obſeſsis corporibus expellendo. Officiũ acoliti, ſiue ceroferarij, ſe lumen mundi oſtendendo & dicendo. Sic ergo patet dominũ quatuor officia minorum ordinũ in quatuor ſuis operibus exercuiſſe & approbaſſe: propter quod nullus quantumcũque magnus, debet dedignari minores ordines ſuſcipere, vel eorũ officia exequi & exercere. Cùm enim Chriſtus ea exercuerit, nobis vtiq; reliquit exemplum vt ſequamur veſtigia eius. Siquidem omnis Chriſti actio, noſtra eſt inſtructio. Subdiaconatũ verò exercuit, quando lintheo ſe præcinxit, & pedes diſcipulorum lauit. Diaconatum exercuit, quando in cœna corpus & ſanguinẽ ſuum miniſtrauit. Presbyteratum exercuit, quando in cœna panẽ & vinum in corpus & ſanguinem ſuum mutauit. Deinde vt pontifex in ara crucis ſe obtulit. [Et omnes] id eſt multi de omni populo [teſtimonium illi dabant] ſcilicet ꝙ illa ſcriptura eſſet impleta: & ꝙ ipſe eſſet ille de quo Eſaias & alij prophetæ ſcripſerunt. & hoc erat ſignum veritatis: quia vt dicit Seneca, veritatis argumentum eſt,
E omnibus aliquid videri. [Et mirabantur in verbis gratiæ] id eſt gratioſis [quæ de ore eius procedebant.] Bonus enim homo de bono theſauro cordis ſui profert bona: ergo de theſauro gratiæ, verba gratioſa. In ipſo autem erat theſaurus gratiæ: quia plenus gratiæ & veritatis: de cuius plenitudine nos omnes accepimus. Deinde poſt atteſtationem ſimplicium de Chriſto: ſubditur ſcribarũ & Phariſęorum detractio & æmulatio: cùm dicitur: [Et dicebant] ſcilicet ſcribæ & phariſęi ei inuidentes: dicebant inquam deſpectiuè & eum deridentes. [Vnde huic ſapiẽtia hæc?] in doctrina & in verbis [& virtutes] in operibus miraculoſis: hoc dicebant, quia non viderant eum literas diſcẽtem, nec in lege ſtudentem: quaſi dicerent: Non habet hæc à deo, vel exercitij ſtudio: ſed magis habet à diabolo: quod arguunt ex infirmitate & paupertate parentum, dicentes: [Nonne hic eſt fabri filius?] id eſt, Ioſeph,
F qui erat faber lignarius: cuius ipſe putabatur filius: quia eum Maria Ioſeph deſponſata genuerat. Putabatur quidem: ſed non erat. [Nónne mater eius dicitur Maria? & fratres eius] id eſt conſanguinei, [& ſorores eius] id eſt cognatę] nónne omnes apud nos ſunt?] Secundum enim conſuetudinem ſcripturarum, cõſanguinei & propinqui domini more Hebraico fratres & ſorores eius ſolent appellari. [Vnde ergo huic omnia iſta?] quaſi diceret: Si non habet ex exercitio, vel ex genere: ergo habet ex dęmone: & ideo ſequitur: [Et ſcandalizabãtur in eo] id eſt conturbabantur & indignabantur: conſiderantes generis paupertatem & humilitatem: ac ſi ſapiens & virtuoſus nõ poſſet de pauperibus & humilibus procreari: cùm potius oporteret propter hoc maximè obſtupeſcere, & ipſum honorare: quia maius miraculum & amplior ſtupor erat ꝙ de talibus exiſtens, talia loquebatur & faciebat: quia manifeſtè apparebat, ꝙ non ex humana diligentia, ſed à diuina gratia erat. Humilia enim do-

Plicatio libri.
Libri Iudeorũ in rotulis.
Pulchritudo & preeminentia Chriſti.
Pſal. 44.
Lector dominus.
Lectoris officiũ approbatum.
Officia quatuor minorum ordinum exercuit Chriſtus.
Diaconus dominus
Presbyter
Matth. 12. & Luc. 6.
Ioan. 1.
Phariſęorum detractio.
Fratres domini.

minus re

minus reſpicit: & alta à longè cognoſcit. Irrationa-
G biliter ergo mouebantur, deſpicientes eum propter paupertatem & humilitatem generis: & attribuentes virtuti dæmonis, quod debebat attribui virtuti diuinitatis. Quia dauid qui fuit radix regum, & eximius prophetarum, fuit paſtor ouium, & cuiuſdam agricolæ ſcilicet Ieſſe filius. Sed & Moyſes legiſlator valde à ſe deficientem habuit patrem: & in pluribus alijs ſimile poteris reperire: à quibus ergo oportebat admirari dominum, ab his qui contemnunt eũ. Vnde & hoc quod veritatis eſt, & honoris, pro vituperio inducunt: dicentes eum fabri filiũ ſeu fabrũ. Sicut enim pater per filiũ in principio omnia fabricauit: ſic ipſe filius per quẽ omnia facta ſunt, omniũ fabricator exiſtit: vt verè & fabri filius, & faber dici poſſit. In illorum ergo ergo errore veritas latet: nam vtiq; fabri filius erat: ſed non illius cuius ipſi putabant: ſed fabricatoris omnium: qui fabricatus eſt auroram & ſolem, id eſt eccleſiam primitiuã & ſequentem. Magna cæcitas eorum erat: quia eum in verbis & factis illius
H Chriſtum cognoſcere poterant: & tamen propter generis notitiam eũ contemnebant: & ex paruitate generis, & infirmitate carnis, volebat ab eo excludere potẽtiam maieſtatis. Et quia auditis famoſis miraculis, ab eo frequenter in Capharnaum factis, illi de Nazareth indignati ſunt contra eum: nec credebant miracula eius eſſe vera: ipſe intrens eorum corda, obiectionem eorum tacitam ſibi ipſi obijcit: vt ad eam congruenter reſponderet. Vnde ſubditur: [Et ait illis Ieſus:] ſcilicet ſcribis & phariſeis [Vtique dicetis mihi] qui multos in Capharnaum curauit [hanc ſimilitudinem] id eſt obiectionem à ſimilitudine medici corporalis ad ſpiritualem ſumptã [medice cura teipſum] id eſt tuos compatriotas: quibus magis teneris impendere beneficium charitatis. Sicut enim medicus verus citius & libentius curat ſeipſum, & alios ad ſe pertinentes quàm extraneos: ita dicebant & ei, Si tu faceres vera miracula: citius faceres ea in ciuitate tua: & potius inter propinquos tuos, quàm inter extraneos. Vnde ſubiungitur: [Quanta] miracula [audiuimus
I facta à te in Capharnaum: fac & hic in patria tua.] id eſt in tua ciuitate, vbi conceptus es & nutritus: tot & tanta vt credamus: quia quæ facis apud alienigenas, magis debes facere apud compatriotas: magis enim teneris beneficia impendere tuis compatriotis, quàm alienis. quaſi dicant: Multa audiuimus à te facta miracula: ſed nõ credimus quod incerta vulgauit fama, cùm apud nos nihil tale feceris: quibus conuenientius talia impendenda erant beneficia quàm cæteris. Sed dominus conſequenter reſpondens, oſtendit ꝙ non dimittebat inter eos facere miracula propter odium patriæ, vel defectum potentiæ: ſed propter eorũ incredulitatem & malitiam. Quòd enim ibi miracula non faciebat, non erat propter hoc ꝙ patriam ſuã deſpiceret: quã ſua conceptione & educatione honorauerat: vel propter hoc, ꝙ ipſe impotẽs eſſet: ſed quia ipſi indigni erant. Et ad hoc inducit ſacræ ſcripturæ exempla. Vnde ſequitur: [Ait aũt Ieſus: Amen] id eſt verè [dico vobis: quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua] in qua natus eſt: [& in domo ſua:] ex qua ſecundum carnẽ proceſſit: & hoc vt in
K pluribus ac eũ debito honore & reuerentia. Minus enim Helias & cæteri prophetæ in ſuis ciuitatibus fuerunt honorati, quàm in alijs. Eſaias ſectus, Hieremias carceratus, & cæteri vituperati. Mos enim & penè naturale eſt, ciues ciuibus inuidere: & non præſentia viri opera, nec virtutes conſiderare: ſed infantiæ fragilitatem recordari: quaſi non & ipſi per eoſdem ætatis gradus ad maturã ætatẽ peruenerint: dum enim ciuis & contribulus ad alicuius virtutis vel probitatis eminentiã aſcendit, eiuſq; fama creſcit: cõciues & contribuli qui non ſic laudantur, inde grauius ſauciantur, & æſtimãt ſe contẽni ſi eis in laude & fama probitatis, preſertim minor genere, preferatur. Hinc habemus in Ioſeph exemplum reſpectu fratrũ ſuorum. Vnde contingit ꝙ facilius promouent homines in terra aliena, quàm in patria propria. Idcirco igitur non curo patriam meam: quia ei acceptus non ſum: & quia fidẽ in ea non inuenio: & mihi ſicut cæteri nõ credit: tantoq; minus me cognoſcit, quanto plus præ cæteris me notum habuit [&] quia nõ erat acceptus eis: nec ei credebant: ideo [virtutes multas] id eſt ſigna & mi-
L racula [ibi facere nõ poterat:] non de impotentia: ſed de inconuenientia: non enim conueniens fuit: quia digni nõ erant: & cauſa ſtatim ſubditur: ſcilicet [propter incredulitatem eorum] propter quam etiam dominus [mirabatur:] quia ipſum etiã præſentem habentes Chriſtum, agnitionẽ fidei & ſignis eis ingerentem: nihilominus increduli perdurabant. In hoc patet ꝙ fides maximè cooperatur in miraculis faciendis: quia propter incredulitatem ſubtracta ſunt illis: aliquas tamen virtutes ibi fecit, ſcilicet paucos infirmos fideles & deuotos manibus deificis impoſitis curando: quod patet ex hoc quod ſuprà dixerunt: vnde huic ſapientia hæc, & virtutes? Pro tanto ergo non poſſe dicitur: quia noluit: nec decuit propter incredulitatem eorum: vt negetur potentia non abſoluta, ſed ordinata, ac congruitatis & decentiæ, qua ſe diſpoſuerat nõ facturum: quia non erat decens & congruum ꝙ ibi miracula faceret & multa: fides enim credentium
M eſt meritoria, de congruo, ꝙ eis fiat miracula. Ideo autem aliquas virtutes ibi fecit: vt fideles cõfirmaret: & infideles excuſationem de peccato ſuo non haberent: dum opera diuinitatis in eo viderent: nec fecit multas, ne infideles amplius damnarentur, id eſt plus punirentur: dum ſcilicet contemnerent. Vnde Chry. Pauca fecit ſigna: ne diceret, hoſtis eſt nobis, & proprios deſpicit: ſi facta eſſent ſigna, & nos vtique credidiſſemus. Propter hoc ergo fecit, vt quod ſuum eſt impleat: ſed continuit, vt non illos amplius condemnet. Ad ſui autem excuſationem quare ipſe dominus in patria ſua vbi acceptus non erat, multas virtutes non fecit: oſtendit exemplo Heliæ & Heliſæi, ꝙ ſimiliter prophetæ veteres in maiori honore habebantur apud extraneos, quàm apud domeſticos: & ꝙ plura miracula faciebant apud alienos quàm apud ſuos. Helias enĩ à Iudæis expellebatur & contemnebatur: à gentibus autem & alienis recipiebatur & honorabatur: & ibi miracula

Dauid.

Cæcitas phariſęorum.

Medici curatio.

Propheta in patria non accipitur.

Fidei



racula operabatur. [Miſſus] enim [ad viduam in Sa-
A repta] vrbe Sydoniæ prouinciæ, receptus eſt honorificè: ibiq; duo miracula fecit: quia farina & oleum nõ defecit: & filiũ viduæ mortuũ ſ. Ionam prophetam ſuſcitauit: non ergo in Iſraël vbi multæ viduę erãt, ſed in Sydonia operabatur miracula: quia viduæ Iſraël non erãt ita deuotæ, ſicut illa mulier Sareptana: & quia Helias perſecutionẽ patiebatur in terra Iſraël: quæ debuiſſet ſibi eſſe grata & gratioſa. Sarepta vrbs Sydoniæ eſt, in littore maris: ante cuius portã oſteditur locus vbi Helias venit ad viduam eiuſdẽ vrbis. Deinde eſt quędam capella, vbi erat cenaculũ in quo quieuit, & vbi filium viduæ ſuſcitauit. Quare autẽ oratione Heliæ clauſum eſt cœlum, & facta fames, oſtendit Baſilius dicens: Vt enim aſpexit ex ſaturitate non modicum generari dei opprobriũ: per famẽ illi ſic ieiuniũ attulit: quo culpam illorũ quæ immẽſum creſcebat, cohibuit. Nõ ergo nunc mirentur homines ſi propter eorum laſciuiam fiat fames. Heliſæus etiã à Iudæis deriſus & contẽptus: à Naaman Syro deuotẽ eſt quæſitus: quem à lepra ſua curauit, quia deuotionẽ eius agnouit, qui ante curationem bonus fuit: quia per illum deus ſalutẽ Syriæ dedit: & poſt curationem adhuc
B melior ac valde gratus deo & Heliſæo fuit. Curauit ergo alienũ & Gentilẽ: ſed non cõciues & conſortes, propter eorũ erga deum ingratitudinẽ: quia regnũ Iſraël declinauerat ad idololatriam, colendo vitulos aureos quos fecerat Hieroboã. Si ergo iſti famoſiſſimi prophetæ non fuerunt accepti cõpatriotis ſuis: non propter ſuã ſed propter cõpatriotarum malitiam & inuidiã: multo fortius nec minores prophetę fuerunt accepti in patria ſua. Ex quo patet verum eſſe quod dixerat: [quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua.] Moraliter autẽ vidua (de qua dictum eſt) ſignificat animã peccatricem: quæ priuata eſt amplexibus ſponſi ſui Chriſti: modò multæ viduæ tales ſunt in mundo: tamen ad nullam mittitur Helias, niſi ad illã quæ eſt in Sarepta Sydonię. Sarepta interpretatur incendiũ, vel anguſtia panis: Sydonia, venatio inutilis: & ſignificat
C animã peccatricẽ: quę propter hoc quòd cõſiderat ꝙ quicquid quæritur in mundo, eſt venatio inutilis, ſiue diuitiæ, ſiue delitiæ anguſtiantur: quia perdidit illum panem verũ quo reficiebatur: Chriſtũ ſcilicet qui dicit: Ego ſum panis viuus: qui de cœlo deſcendi. & inceditur per contemptũ terrenorũ, & deſiderium ſupernorum. Ad talem animã venit verus Helias Chriſtus: vt eam paſcat & reficiat cum filijs ſuis, id eſt cogitationibus & affectionibus ſuis. Similiter Naaman Syrus ſignificat peccatorẽ: eo ꝙ peccatum ſicut lepra inficiat hominem. Modò mult. tales ſunt in mundo: tamẽ ad nullũ venit Heliſæus niſi ad Naaman Syrũ. Naaman interpretatur decorus, vel cõmouens me: Syrus ſublimis. & ſignificat peccatorẽ, qui cõmouet ſeipſum per contritionẽ: currit ad Iordanem, qui interpretatur riuus iudicij, id eſt ad confeſſionẽ: & ibi induit gratiæ decorem. & per hoc efficitur ſublimis: quia per hoc eleuatur ad deum. Ad talem venit verus Heliſæus, id eſt, Chriſtus. [Et omnes in ſynagoga hæc audientes:] ſcilicet quòd eos indignos reputaret inter quos miracula faceret: indignati ſunt: [& repleti ira:] qui ex Chriſti doctrina quieſcere debebant
D à malitia. Per iſtos ſignificantur illi qui perſequuntur prædicatores & defenſores veritatis: eo ꝙ dicunt diſplicentia illis. Hoc autẽ facto probatur verbum Chriſti quod dictum eſt ſupra [quia nõ eſt acceptus propheta in patria ſua.] Nam cùm audirent Nazareni ꝙ prophetis prophetã ſe comparabat: & quia eos de incredulitate notabat: & deuotionẽ Gẽtium, quas vt canes abominabantur, deuotioni eorũ præferebat: creuit zælus: creuit ira: creuit inuidia. Et quod dominus de eis dixerat & teſtabatur verbo: hoc ipſi oſtendunt & teſtantur facto, mala pro bonis retribuendo. Vnde [ſurrexerunt,] & eum tanquam dignum morte, extra ciuitatem ſuam Nazareth eiecerunt, vt illum interficerent. Vnde dicit Ambro. Non mirũ ſi perdiderunt ſalutem, qui de finibus ſuis eiecerunt ſaluatorẽ. Dominus autẽ qui docuerat exemplo ſui omnibus omnia fieri: nec volentes repudiat: nec inuitos alligat: nec eijcientibus reluctatur: nec rogantibus deeſt. [Et duxerunt illũ vſq; ad ſupercilium montis:] ſuper quem ædificata
E erat ciuitas eorũ: vt præcipitarẽt eum.] Nazareth quidẽ ædificata erat ſuper montẽ, ſed non in cacumine: vnde extra ciuitatẽ, ad cacumẽ duxerũt eum ad præcipitandũ. In quo (ſecundum Bedam) Iudæi diſcipuli peiores diabolo magiſtro ſuo oſtẽduntur: quia ille verbo tentans ait: Mitte te deorſum. Iſti facto, de ſupercilio montis eum mittere & præcipitare conabatur. Ieſus autem virtute diuinitatis, qua poterat ſe ſeruare illeſum quãdo volebat, [tranſiẽs per medium illorũ ibat:] & deſcendit de monte nõ viſus ab eis quos deſerebat, mente furientium ſubitò per deum mutata vel obſtupefacta. Etenim quãdo vult capitur: quando vult labitur: quãdo vult ſuſpẽditur: quãdo vult non tenetur. Quòd capitur & tenetur à paucis, voluntatis eſt: ꝙ à populo non tenetur, ſed tranſit, maieſtatis eſt: non ergo reſiſtit, nec ſe vindicat: docẽs nos in hoc vt non quæramus vindictã de iniurijs nobis factis: ſed per mediũ inimicorũ tranſiens, canes hinc inde latrantes contemnit: malens eos ſanare quàm perdere: vt caſſatã videntes ſuam nequitiam, deinde deſiſterent ab eius
F morte. Tunc enim euadere voluit: quia pœnitẽtiæ locum adhuc illis reſeruabat: & quia nondũ hora paſsionis eius venerat: nec tunc in loco paſsionis erat: & quia hoc genus mortis (qui crucifigẽdus prędicabatur) non elegerat. Adhuc ibi oſtenditur locus qui dicitur præcipitiũ & ſaltus domini, ſcilicet per milliare à Nazareth, contra Meridiem, verſus Hieruſalem. Vbi ſecundum Bedam: Cùm dominus de manibus illorum elapſus per mediũ illorum de rupe deſcenderet: atq; in ipſa rupe latere vellet: ſubitò ad tactum dominicæ veſtis, ſaxum illud ſubterfugit: & inſtar ceræ reſolutum quendã ſinum quò dominicum corpus reciperetur effecit: tantæ vtiq; capacitatis quantæ ipſum dominicũ corpus extitit quantitatis: in quo veſtigia pedum & vniuerſa liniamenta & rugæ veſtis quæ à tergo domini fuerant: velati de manu ſculptoris impreſſa ſeruãtur. Saxea duricies ſub deſcendẽte recedit: & quaſi nolẽs lædere ei cedit, & ſub pede preſſa emolleſcit. Mira res.

Sarepta vrbs eſt.

Heliæ oratione clauſum eſt cœlum.

Heliſæi deriſio.

4. Reg. 2. & 4. Reg. 5.

Moraliter

Sarepta Sydonia.

Ioannis 6.

Naaman.

Iordanis.

Potentia Chriſti.

Præcipitiũ domini & ſaltus.

ra res.Lapis emolleſcit:& ipſe homo emolliri ne-
G ſcit,ſed lapideſcit:agnoſcit dominum lapis emolli-
tus:& ipſe homo,à quo erat cognoſcendus,erat for
tius.Et notandum ꝙ quatuor modis eſt dño mors
intentata:quidam enim tentauerunt eum perime-
re gladio,ſicut Herodes:quidã præcipitio,ſicut hîc
Nazareni:quidam lapidatione, ſicut in templo Iu-
dæi:quidam crucifixione,ſicut in paſsione etiã Iu-
dæi. Adhuc etiã Chriſtus ſpiritualiter crucifigitur
in noſtra recidiuatione:lapidatur,in noſtra obdura
tione præcipitatur, in noſtra deſperatione : gladio
perimitur,in blaſphematione.

## ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte,qui ſic ad omnia te hu-
miliaſti obſequia,vt nec officium lectoris ſu
ſcipere dedignareris: ac tandem poſt doctri-
næ beneficiũ Nazarenis humiliter impenſum,ma
la pro bonis patiẽter recepiſti:cũ te ab ipſis pręcipi
tare te volẽtibus duci ſine reſiſtẽtia ꝑmiſiſti:da mi
hi bone Ieſu hãc gratiã:vt te imitãdo ad omnia hu
militatis obſequia me curuare appetam, & paratũ
H gaudenter exhibeam : da etiam mihi iniurias pa-
tienter tolerare : & de ipſis vindictã non quærere:
omneſq; meos aduerſarios ex corde diligere,& eis
beneficia exhibere.Amen.

## De decollatione Ioãnis Baptiſtę. Cap.lxvi.

Matt. 14. & Marc.6.

POſt hæc autem imminente paſcha-
li feſtiuitate,paſsio & mors Ioannis
baptiſtæ eſt ſubſecuta : & ponitur
motiuũ continens multiplicem cul-
pam.Herodias enim timens ne prę-
dicatione Ioannis Herodes pœniteret:& ipſam fra
tri redderet:cum quo nõ ſine periculo remaneret:
ideo cogitauit modum quo interficeretur Ioannes
abſq; ſeditione populi:& Herodes cõſcius fuit eiuſ
dem doli.[Cùm igitur Herodes]tetrarcha (qui ali
quando rex dicitur:non à regia dignitate: ſed à re-
gendi officio)diem natalis ſui celebraret corã prin
cipibus & primis Galilææ[ſaltauit filia Herodia-
dæ,]id eſt tripudiauit in medio vt videretur ab o-
I mnibus:& hoc fuit ex diſpoſitione matris & Hero
dis:[& placuit Herodi:]quod tamen deberet erube
ſcere:quia ſignum fuit impudicę filiæ & diſſolutę:
Iuratio Herodis. [& cum iuramẽto promiſit ei dare quicquid ab eo
peteret.]Secundũ Hierony. Ad hoc fortè iurauit,
vt occaſionem apparẽtem ad occidendũ Ioannem,
& reprimendũ populi ſeditionem haberet:vt vide-
retur facere inuitus,quod faciebat ſpontaneus. Et
præmonita à matre, petijt pro munere dari in di-
Diſcus. ſco,id eſt ſcutella,Caput Ioãnis baptiſtæ.Eſt enim
in hoc loco diſcus,vas rotundũ,deſuper extenſum.
quandoq; etiã menſa inferior diſcus dicitur: & ali
quando mappa ſeu menſale diſcus appellatur.Vn-
Acto.10. de & animalia dicuntur Petro apparuiſſe in diſco:
qui in Actibus apoſtolorũ lintheum vocatur.Vnde
Chry.Hæc eſt mulier antiqua malitia,quę Adam
eiecit de paradiſi delitijs: hæc cœleſtes homines fa
cit terrenos:hæc humanum genus merſit in infer-
num:hæc vitam abſtulit mundo propter vnius ar-
boris pomum:hæc malum fecit quod homines in-
ducit ad mortem:hæc inuenit verum laborem &
preſſuram,quæ nunc occidit baptiſtam,deijcit pue
ritiam,perdit iuuentutem,allicit & inquietat mor K
tuam ſenectutem.[Et contriſtatus eſt rex.]ſimula Herodis
toriè,nõ verè:vt poſtea videretur implere coactus, diſsimula
quod diſpoſuerat facere voluntarius. Dicitur ergo tio.
contriſtatus,id eſt,triſtari viſus:quia ſecundum Be
dam: Diſsimulator mentis ſuæ,triſtitiam pręfere-
bat in facie:cùm tamen lætitiam haberet in mente
ſcelus excuſabat iuramento:vt ſub occaſione pieta
tis magis impius fieret. Et ideo per ipſum Hero-
dem ſignificantur illi qui ſub ſpecie religioſitatis,
machinantur opus facere malignitatis.Per Hero-
diadem verò ſignificatur luxuria: per ſaltatricem,
diſſolutio libidinoſa:per quas Ioannis,id eſt,homi-
nis gratioſi frequẽter procuratur mors ſpiritualis,
& aliquando corporalis. Rex verò noluit eam con
triſtare[propter iuſiurandũ:]quod tamen non erat
obſeruandum: quia ſecundum Iſidorũ:Non eſt iu-
ramentum obſeruandum,vbi malum incautè pro-
mittitur:& in malis promiſsis,reſcindéda eſt fides.
Quaſi diceret rex:Non eſt ex malitia quod ego fa
cio:ſed [propter iuſiurãdum] quod tranſgredi non
licet.Fuit enim doloſus in promittendo:& ſacrile- L
gus in ſoluendo:[& propter ſimul recũbentes] co-
ram quibus publicè iurauerat:vt omnes fierent ſce
leris ſui conſortes,non correptores non reſiſtentes.
Ecce quàm de facili peccatum tranſit de vno in o-
mnes.Similiter etiam qui ludum & ſpectaculũ il- Spectatores
lud inſpiciebant:cõſortes ſceleris cum facientibus ſcelus
fiebant.Nam ſecundum Chry. Sicut ſi non eſſent
inſpectores, non vtiq; eſſent qui talia exercerent:
ita quia ſunt,& ipſi eorũ quæ fiunt ignem vel ſcan
dalum ſentiunt.O quàm multi ſubditi hodie peri-
clitantur in conſciẽtia,& anima,propter præſiden
tium facta minus iuſta.[Miſitq; ſpiculatorem]qui
ex officio portabat ſpiculum quo amputabãtur ca
pita damnatorum:[& decollauit Ioannem in car-
cere]occultè pro vitanda populi ſeditione:[& attu
lit caput eius in diſco:]cruentas epulas in luxurio-
ſum conuiuium : & tam digno ferculo indignum:
[& dedit illud puellæ]in pręmium ſaltationis ſuę:
[& puella dedit]in ludibriũ matri ſuæ:vt illi mor- M
tuo illuderet, qui ſuum inceſtum reprehenderat:
& vt in ſua poteſtate linguam haberet,quæ illici-
tas nuptias arguebat. Ecce quatuor crudelia:ma- Crudelitas
gna enim crudelitas quòd ſanctum caput eſt decol quatuor
latum:maior,quòd allatum & homicidium oſtenta in decolla
tum:& adhuc maior,quòd ſaltatrici datũ: ſed ma- tione
xima, quòd in poteſtatem adulteræ aſsignatum.
Conuiuante itaq; Herode, pauloante horam diei
nonam, ſanctus Ioannes baptiſta eſt decollatus in
cuſtodia,clamãdo voce magna: Domine deus meus
tibi commendo ſpiritum meum:& nudus ſub aëre
admodum deſpectiuè iacuit,expoſitus ſpectaculis,
donec tolleretur à diſcipulis.Per hoc quòd in con-
uiuio iuſſus eſt Ioannes decollari, ad ſaltatricis &
ſuæ matris adulteræ petitionem : oſtenditur quòd
multa mala fiunt propter crapulam, & mulierum
malitiam. Vnde in Eccleſiaſtico: Vinum & mu- Eccleſiaſtici
lieres,apoſtatare faciunt ſapientes.Secundum Re-
mig. in Herode minus peccatum factum eſt cauſa
maioris peccati. Nam quia libidinoſam voluntatẽ
non extinxit:ideo vſque ad luxuriam peruenit. &
quia



quia luxuriam non coërcuit:ad reatum homicidij
A deſcendit.Sed contra Herodis impietatẽ,qui Ioan-
nem propter veritatẽ decollauerat, & inſepultũ re
liquerat:cõmendatur diſcipulorũ religioſa & offi-
cioſa pietas:quia hoc audito,venerũt & tulerũt cor
pus eius de carcere:quod rex ipſis reddi iuſsit:& ſe
pelierunt illud reuerenter vt decuit : & venientes
nuntiauerũt Ieſu , ſcilicet paſsionẽ Ioannis,ac etiã
Diſcipulorum Ioannis deuotio. opera & doctrinã. In omnibus verò oſtẽdunt diſci
puli deuotionẽ ſuam ad magiſtrum:& ꝙ venerunt
velociter:& tulerunt reuerenter: [& ſepelierũt]hu
maniter:& ꝙ[nuntiauerunt]cõpatienter.Iſti erãt
diſcipuli Ioannis:qui ad Chriſti diſcipulatũ tranſie
runt:huius enim pietatis officio tranſire in Chriſti
ſocietatem meruerunt. Vnde Chry. Tu autem mi
hi intende qualiter diſcipuli Ioannis iam magis fa
miliares facti ſunt Ieſu. Ipſi enim ſunt qui nuntia
uerunt quod factum eſt de Ioanne:& vniuerſos di-
De loco necis Ioannis. mittentes ad ipſum confugiunt.Secundum Hiero.
& Ioſephum,Ioannes occiſus eſt Sebaſte vrbe Pale
ſtinæ:quæ olim dicta eſt Samaria:vbi Herodes fe-
B cerat domũ regiam:ſed ſepultus eſt in Matheronta
oppido Arabiæ trans Iordanem: in ſorte duarũ tri
buum & dimidiæ.Sed hoc videtur contrarium ec-
cleſiaſticæ hiſtoriæ:in qua dicitur ꝙ in Matheron
Caput Ioãnis. ta ſit occiſus:ſed in Sebaſte ſepultus. Caput verò fe
cit Herodias in Hieruſalẽ deferri: & ibidem iuxta
Herodis habitaculũ cautè ſepeliri : timens ne pro-
pheta reſurgeret ſi cum corpore caput ſepultũ eſ-
ſet:quod poſtea reuelatione beati Ioannis,duo mo-
nachi inuenerunt, ſaccis cilicinis inuolutum:veſti-
bus(vt æſtimatur)quibus in deſerto fuerat indutus
& in Hieruſalem inter Heliſæum & Abdiam pro
Decollationis Ioãnis dies. phetas fuit ſepultus. Decollatus eſt autem Ioannes
non eo die quo decollationis eius feſtiuitas celebra
tur,ſed circa dies azymorũ paſchæ Iudæorum : in
anno paſsionem Chriſti præcedente: cùm iam vno
anno ſtetiſſet in carcere. Oportuit autẽ vt propter
dominica ſacramẽta paſsionis & refectionis Chri
ſti,minor ſcilicet Ioannes cederet maiori , ſcilicet
C Chriſto:& ob hoc decollationis feſtiuitas fuit alio
tempore fieri inſtituta.ſ.eo die quo caput eius in-
uentum eſt,ſiue eleuatum.Vnde ait Aug. Factum
eſt Ioanni quod ipſe prædixerat : de domino enim
Ioannis 3. Ieſu Chriſto dixerat: Illum oportet creſcere : me
autem minui.Iſte minutus eſt in capite: ille creuit
in cruce.Secundũ Greg.Decollatio Ioannis mino,
rationẽ famæ illius qua Chriſtus à populo credeba
tur inſinuat:ſicut exaltatio ſaluatoris in crucè,pro
fectum deſignabat fidei:quia & ipſe qui prius à tur
bis propheta eſſe credebatur: dñs prophetarum &
dei filius à cũctis fidelibus eſt agnitus. Vnde Ioãnes
quem oportebat minui : cùm diurnum lumen de-
creſcere incepit natus eſt:dominus autem eo tem-
pore,quo dies creſcere incepit. Vbi Hiero. Hoc iu-
xta literam factum ſit:nos autem vſq; hodie cerni-
mus in capite Ioannis prophetæ,Iudęos Chriſtum
qui caput eſt prophetarũ perdidiſſe. Et iterum ca-
put legis quod eſt Chriſtus de corpore abſcinditur
proprio,id eſt Iudaico populo:& datur Gẽtili puel
læ, id eſt, Romanæ eccleſiæ : & puella dat matri
ſuæ adulteræ, id eſt , ſynagogæ credituræ in fine.
Corpus Ioannis ſepelitur:caput in diſco collocatur
litera humata tegitur : ſpiritus in altari honoratur D
ac ſumitur.hæc Hiero.Ioannẽ etiã incarcerat,quã
do quis dona gratię quę habet,ad terrena deflectit:
aufert ei caput,quãdo bona quæ habet, de ſe non à
deo habere præſumit.Conſpice nunc Ioannẽ reue Meditatio
renter,qualiter ad iuſſum vilis ſpiculatoris collum
parat:humiliter genua flectit:& gratias deo agens
ceruicẽ extendit:& patiẽter ictus ſuſtinet quouſq;
caput totaliter abſcindatur. Sanctus ergo domini
præcurſor qui ante faciem eius baptiſmũ in aqua
præparauerat,baptizando:& baptiſmũ in lachry-
mis cõpunctionis prædicando:modò præparat ba-
ptiſmũ in ſanguine paſsionis moriendo.Ecce quo-
modo vadit Ioannes amicus intimus dñi Ieſu:& cõ
ſanguineus ac dei maximus ſecretarius:& qualiter
talis & tantus vir imperante nequitia ac ſi eſſet vi
liſsimus malefactor,occubuit.O impietas:ô crude
litas:iuſtus decollatur: fit caput eius pretiũ ſaltatio
nis:in diſco affertur:conuiuãtibus apponitur: ma-
gnum quidem ferculũ,ſed horribile ad videndum. Ioan.laus.
E Vnde Chryſ. Hodie nobis Ioannis virtus:Herodis
feritas cùm refertur,cõcuſſa ſunt viſcera: corda tre
muerunt:caligauit viſus:hebuit intellectus : aufu-
git auditus:aut quid cõſtat in ſenſibus humanis qñ
virtutũ magnitudinẽ operit criminũ magnitudo.
Ioannes ſtola virtutum,magiſteriũ vitæ, ſanctita-
tis forma,norma iuſtitiæ, virginitatis ſpeculũ pu-
dicitiæ titulus,caſtitatis exemplũ,pœnitentię via,
peccatorũ venia,fidei diſciplina.Ioannes maior ho
mine, par angelis, legis ſumma,euangelij ſanctio,
apoſtolorũ vox , ſilentium prophetarum , lucerna
mundi,præcurſor iudicis, Chriſti mediator , teſtis
domini,totius medius trinitatis . Et hic tantus da-
tur inceſtui,traditur adulteræ,addicitur ſaltatrici.
Meritò ergo cõcuſſa ſunt viſcera:corda tremuerũt:
Et iterum: Deus autẽ ſuſtinuit, & iuſtum amplius
coronans:& his qui poſtea iniuſtè patiuntur,multã Ioannis
derelinquens mitigationẽ. Audiamus igitur quicũ- innocẽtia.
F que in virtute viuentes,mala patimur à pernitioſis
hominibus. Etenim deus tũc ſuſtinuit eum qui in
eremo,eum qui in zona pellicea,eum qui in cilici-
no veſtimẽto,eum qui propheta prophetarũ minor
erat,eum qui nullũ maiorẽ habebat, occidi à puel-
la incontinẽte & corrupta meretrice: & hoc leges
defendentẽ diuinas.Hæc itaq; cogitantes feramus
vniuerſa viriliter quæcunq; patimur. Quis enim
non vtiq; horreſceret,ſacrum illud caput ſanguine
ſtillans,videns in cœna præpoſitũ? Si enim nos au
dientes hæc horreſcimus:quid dignum erat viſum
illum tunc operari:quid pati eos qui ſimul recũbe-
bant nouiter occiſi capitis ſanguinẽ ſtillantem vi-
dentes in medio cõuiuij? Sed non iniquus Herodes
neq; abominabilior eo mulier, neq; ſanguinis vora
trix illa,paſſa eſt aliquid ob ſpectaculum iſtud.hæc
Chryſ.Vnde & Greg.Non ſine admiratione gra-
uiſsima perpendo quòd ille prophetiæ ſpiritu in-
tra matris vterum repletus: quo inter natos mulie
rum nemo maior ſurrexit:ab iniquis in carcerem
mittitur:& pro puellæ ſaltu capite trũcatur:& vir
tantæ ſanctitatis pro riſu turpium moritur. Nun-
quid nam credimus aliquid fuiſſe in eius vita,quod

illa ſic deſpecta mors tergeret? Sed quando iſte vel
G in cibo peccauit, qui locuſtas ſolūmodo & mel ſyl-
ueſtre edit: quando conuerſatione ſua offendere po
tuit, qui de eremo nō receſsit? Quid eſt quod omni
potens deus ſic vehementer in hoc ſeculo deſpicit,
quos ſic ſublimiter ante ſecula elegit, niſi quod pie
tati fidelium patet, quoniam idcirco ſic eos premit
in infimis, quia videt quomodo remuneret in ſum-
mis: & foras vſq; ad deſpectū deijcit, quia intus ad
incōprehēſibilia perducit. Hinc ergo vnuſquiſq; col

Martyr Ioannes.

ligat quid illic paſſuri ſint quos reprobat, ſi ſic cru
ciat hîc quos amat. hæc Grego. Mortuus eſt igitur
Ioannes pro Chriſto: quia pro veritate. Vnde Gre.
Neq; enim baptiſta Ioannes de cōfeſsione Chriſti,
ſed de iuſtitię veritate requiſitus occubuit. Sed quia
Chriſtus eſt veritas: idcirco vſq; ad mortē pro Chri
ſto, quia ſcilicet pro veritate, peruenit. Ex quo pa-
tet ꝙ non ſolum pro fide, ſed etiam pro veritate iu
ſtitiæ martyr quis efficitur. Vnde dicit Aug. quòd
cùm mors pro veritate iuſtitiæ ſuſcipitur, marty-

Eccleſiaſtici 4.

rem facit. Vñ & in Eccleſiaſtico dicitur: Certa vſq;
ad mortē pro iuſtitia. Martyrē enim non facit pœ
H na, ſed cauſa, id eſt, mors propter Chriſtū ſuſcepta.

Martyr fit multipliciter.

Vbi nota, ꝙ multis de cauſis poteſt quis martyr
fieri: ſcilicet pro iuſtitia, vt Abel. pro lege: vt Ma-
chabæi. pro aſſertione veritatis: vt Eſaias & Hiere.
mias. pro argutione peccati, vel etiā aſſertione ve-
ritatis: vt Ioānes baptiſta. pro ſalute populi: vt Chri
ſtus. pro fide Chriſti: vt Stephanus. pro Chriſto, vt
Innocentes. pro libertate eccleſiæ: vt Thomas Can
tuarienſis. Et non ſolum mors pro veritate & alijs
prædictis cauſis ſuſcepta, ſed etiam vera in aduer-
ſis patientia, martyrē facit. Vnde Greg. Duo quip
pe ſunt martyrij genera: vnum in mente: aliud in
mente ſimul & actione. Itaq; ſine ferro martyres
eſſe poſſumus: ſi patientiam veraciter in animo cu

Patientia vera.

ſtodimus. Patientia autem vera ſecundum eundem
Greg. eſt iniurias fortiter ſuſtinere: & poſtea vindi
ctam nō quærere: ſed ex corde ei qui mala irrogat
ignoſcere, & cōtra eum nullo dolore morderi. Ille
enim veraciter patiēs eſt, qui & ipſum amat quem
I portat: nam tolerare & odiſſe non eſt virtus man-
ſuetudinis: ſed velamentū furoris: vt etiā dicit Ber.
Vera patientia eſt pati vel agere cōtra quod libeat:

Martyriū perfectū.

ſed non præter quod liceat. Inſuper ſcđm Chryſo.
Martyriū non ſola ſanguinis effuſione; ſed & abſti
nentia peccatorū & exercitatione præceptorū dei
perficitur. Vnde & Ber. Semper Chriſtiani perſe-
cutionē patiuntur. Omnia quæ in mūdo ſunt per-
ſequuntur Chriſtianū. Si comedero paululū, & cor
puſculū meum fuerit robuſtū: ſanitas corporis mei
perſequitur animam meam. Quocunq; me verte-
ro, perſecutio mihi eſt. Si videro mulierem: oculus
meus perſequitur me: cupit enim interficere ani-
mam meā. Si videre diuitias, ſi aurū, ſi poſſeſsiones
ſi delitias corporales, ſi pulchra veſtimēta: quodcū-
que videro perſequitur animā meam. Adoleſcen-
tulū libido perſequitur. Nō putemus tantū in effu-
ſione ſanguinis eſſe martyriū Chriſtianis ac reli-
gioſis. Si ergo ſunt martyria in pacis tēpore: ſunt
& negationes. Ego hodie qui videor monachus, ſi
ſupero propoſitū meum, Chriſtum negaui. Et ſi in
pace Chriſtum nego: in perſecutiōe quid facerem?
Hoc ergo dico: quia omni tempore ſunt martyria: K
ſunt & perſecutiones. hæc Ber. Sicut ergo patiēter
ſufferre debemus iniurias ab alijs in nos delatas: ita
& tribulationes infirmitatū, & pœnas quæ nobis
eueniūt, patienter ſufferre neceſſe eſt. Multis enim

Tentatio

calamitatū tentationibus mentes bonorum pulſan
tur: & multis modis à diabolo tentantur. Sed non ſatis
amplius tentat eos, quàm dei voluntas permittit: &
ſi nolens, tamē vtilitati eorū ſeruit, quādo eos tenta
tionibus ſuis non decipit, ſed potius erudit. Tentat
aūt eos aliquā per ſtimulos paupertatis: & cùm per
ſtimulos paupertatis non pōt eos mouere, diuitias
adhibet ad ſeducendū, & dum per contumelias &
opprobria nō præualet: laudes & gloriā adhibet. Si
per ſalutē corporis non pōt, ægritudines mittit: &
dum per delectationes ſeducere vos non poteſt, per
moleſtias quæ cōtra votū eueniūt, eos conatur ſub-
uertere. Infirmitates verò etiā quaſdā aduerſus eos
qui tentādi ſunt adhibet: vt per eas puſillanimes fa
ciens, cōturbet charitatē eorū quā habēt ad deum.
Sed quāuis concitatur corpus, & febribus validiſsi-
mis inflāmetur: inſuper etiā ſi intolerabili cōtritio L
ne affligatur: quiſquis es qui hæc ſuſtines, recorda
re futuri ſeculi pœnas, & æternū ignem, & perpe-
tua tormēta: & hæc cogitans, nō deficies ad ea quæ
in præſenti cōtingunt. Inſuper etiā gaude: quia vi-
ſitauit te deus. Quē enim diligit deus, corripit: & Hebr.
flagellat omnē filiū quē recipit. Exulta videns cui
ſimilis factus es. Nam Paulo apoſtolo ſimile donū
accipere meruiſti: qui dicit: Libenter gloriabor in 2.Cor.
infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus Chri
ſti. Et rurſum: Quādo enim infirmor: tunc fortior Ibidem
ſum & potēs. Si frigore, ſi febribus caſtigaris: me-
mor eſto quod ſcriptura dicit: Trāſiuimus per ignē Pſal.
& aquā: quia reſiduū eſt vt inducaris in refrigeriū.
Clama etiā cum propheta: In tribulatiōe dilataſti Pſal.
me. Perfectus enim eris per huiuſmodi tribulatio-
nes. Si forte amittis oculos, nō feras grauiter: extol
lentiæ enim inſtrumentū amiſiſti: ſed interioribus
oculis gloriā dei ſpeculari ſtude. Surdus factus es,
non contriſteris: quia auditū vanū amiſiſti. Manus M
tuę ex aliqua paſsiōe debilitatæ ſunt: ſed interiores
paratas habeas aduerſus inimici tētatiōes. Infirmi-
tas totū corpus tuū tenet: ſed interiori homini ſani
tas creſcit. Nihil enim aliud eſt ęgritudo corporis,
quā ſanitas mentis. Si infirmitas talis tibi fuerit vt
nō poſsis ſtare ad orandū & pſallendū, non cōtriſte
ris inde: quia ipſa infirmitas orat pro te. Si ieiunas,
nō tibi inuenias occaſionē: dicēdo quia grauatus in
ægritudinē incurriſti: quoniā & qui non ieiunant,
ſimiles ægritudines incurrunt. Inchoaſti aliquid
boni, nō reuoceris per impedimēta inimici: quoniā
ieiunia & labores nobis cōſtituti ſunt propter tur-
pes delectationes. hæc omnia nobis proficiunt ad
deſtruenda corporis deſideria. Quapropter diſcat

Murmurandum non eſſe.

nō murmurare qui patitur, ſi ignorat cur patitur: dum
& per hoc iuſtè ſe pati arbitretur, ꝙ ab illo iudica-
tur, cuius nunquā iudicia iniuſta ſunt. Qui ergo in
flagellis murmurat: iuſtitiam iudicantis accuſat.
Qui verò iuſtè recognoſcit à iuſto iudice pati quod
ſuſtinet, (etiam ſi cauſam pro qua patitur ignoret)
per hoc



per hoc iam iuſtificatur, per quod ſeipſum accuſat,
A & dei iuſtitiam laudat. Igitur pro Chriſto, pro fi-
de, pro veritate, pro iuſtitia viriliter vſque ad mor-
tem certemus: & ad ſufferendum pro deo patien-
ter aduerſa, nos quotidie præparemus. Et ideo

Martyres maximè commendantur. 2.Machabęorum.

martyres maximè commendantur: quia plura ſu-
ſtinuerunt propter amorē dei: tentationes contra
humanam voluntatem. Vnde Eleazar dum plagis
perimeretur, ingemuit & dixit: Domine qui habes
ſcientiam ſanctam: manifeſtè ſcis tu, quia cùm à
morte poſſem liberari, duros corporis ſuſtineo do-
lores: ſecundum animā verò propter amorē tuum
libenter hæc patior. In martyrio enim non debe-
tur pręmium ſecundū hoc quod ab exteriori infli-
gitur: ſed ſecūdum hoc quod pro Chriſto volunta-
riè ſuſtinetur: quia non meremur niſi per ea quæ
ſunt in nobis: & non per ea quæ ſunt extra nos: ſi-
cut nec demeremur, niſi per ea quæ ſunt intra nos.
Quanto autē illud quod quis ſuſtinet voluntariè:
difficilius eſt voluntati ſuſtinere: tāto voluntas quę
propter Chriſtū illud ſuſtinet, oſtenditur firmius
B in Chriſto fixa eſſe: & ideo excellentius ei pręmiū

Merendi tres cauſę.

debetur. Ad efficaciā quippe merendi, tria valent.
Primum eſt, difficultas operis: quod patet in mar-
tyrio: quia vt ait Grego. maioris meriti eſt aduer-
ſa patienter tolerare, quàm bonis operibus inſuda-
re. Secundum eſt, promptitudo voluntatis: quia ſe-

2.Cori. 9.

cundum Apoſtolum, Hilarem datorē diligit deus,
Et ſecundum Aug. Nemo inuitus benefacit: etiam
ſi bonum ſit quod facit. Tertium eſt magnitudo

Leuit. 27.

charitatis: quia ipſa charitas pondus eſt ſanctuarij:
ſecundum quod omnia quæ in templo erant pon-
derabantur. Et ideo opus tantum in conſpectu iu-

Opera bona.

dicis ponderat, quantum amor vnde procedit. Ope-
ra autem bona meritoria ſunt trium: ſcilicet vitæ
æternæ, augmenti gratiæ, remiſsionis pœnæ. Pri-

Pręmium duplex.

mum ſcilicet ſubſtantiale pręmiū, vitæ æternæ, re-
ſpondet radici operis: ſcilicet charitati. Pręmium
verò accidentale, ſcilicet augmentum gratiæ
reſpondet generi operis: quia operibus excel-
lentibus, & operibus ſupererogationis meremur
magis augmentum gratiæ, quàm operibus alijs.
Remiſsio autē pœnæ, reſpōdet pœnalitati operis.
C Nam opera quæ magis ſunt pœnalia, magis ſunt
meritoria remiſsionis pœnæ. Eſt enim regula in
theologia, ꝙ pœna pœnæ eſt reſolutoria. Sancto-
rum igitur pugnam & patientiā ante oculos pona-
mus: vt ſingula nobis aduerſa & cōtraria faciamus

Memoria ſanctorū.

pro deo libētius, aut patiamur. Vnde Grego. Labo-
res præcedentiū ſanctorū recolamus: & non erunt
grauia quæ toleramus. Vnde & Chry. Sanctorum
luctamina in corde noſtro ſicut in tabula deſcriba
mus: & aſsiduè meditemur contra omnē ſpiritua-
lium inimicorum armaturā: & eorum patientiam
nobis proponamus ad exemplum inuictæ virtutis:
vt iſtic æmulantes fortitudinem illorum ſimiliter
illic eorum coronā poſsimus adipiſci. Quantam
illi patientiā in periculis corporalibus oſtenderūt:
tantā nos in paſsionibus irrationabilibus cōtinen-
tiam demonſtremus, id eſt contra irā, vel auaritiā,
vel inanis glorię cōcupiſcentiā, & huiuſmodi diui-
no timore munitis ſenſibus repugnātes: & cōſimi-
lia figmēta diaboli deſtruētes in nobis. Si enim cu-
piditatum & vitiorū huiuſmodi ignes vicerimus, D
ſicut illi tyrannidis ignē vicerunt: poterimus iuxta
ipſos pari gloria conſtituti ſimiles haberi. Et ite-

Speculum ſpirituale.

rum: Speculum eſt & ſpirituale bonorū virorum
memoria: & beatæ vitæ ipſorū hiſtoria: & ſcriptu
rarum lectio: & quę à deo datę ſunt leges. Et ſi vo-
lueris ſemel ſolum inſpicere ad ſanctorū illorum
imagines: & turpitudinē videbis mētis tuę, & vi-
dens nullo indigebis alio in liberationē ſordis hu-
ius. Etenim in hoc vtile eſt nobis ſpeculum, & faci
lem facit tranſpoſitionē. Neq; enim monſtrat de-
formitatē ſolum: ſed tranſponit eā ad pulchritudi-
nem ineffabilem ſi voluerimus. hæc Chryſ. Vnde
etiam Aug. Chriſtū animo attende: attēde apoſto-
los: attende animo tot martyrū millia. Ibi videbis
non ſolum viros: ſed etiā fœminas: poſtremò pue-
ros & puellas nec imprudentia decipi, nec iniquita
te peruerti, nec periculorū timore frangi, nec ſecu
li amore corrūpi. Ita te non inuenientē quid excu-
ſes: non ſolum præceptorū ineuitabilis rectitudo:
ſed etiā exemplorū innumerabilis multitudo cir-
cundabit. hęc Aug. Sed vę nobis miſeris: qui nec fle E

Induratio noſtra.

ctimur præceptis, nec monemur exemplis. Vt eñ
ait Grego. Nos plerunq; à bono opere verba reuo
cant: ſanctos viros à ſancta intētione frangere nec
tormenta potuerūt. nos ad præcepta dominica lar
giri, noſtra ſaltē ſuperflua, nolumus: ſancti non ſo-
lum deo ſuam ſubſtantiam cōtulerunt, ſed pro illo
etiam propriam carnē dederūt. hæc Greg. Et ma-
gna quidē alacritate hoc multi fecerūt: & illam ho
ram tanquā ad nuptias inuitati expectauerūt. Vn-

Præſentia martyrū.

de Iſaac abbas Syriæ dicit de multis martyribus,
ꝙ in hac die qua pręſtolabantur coronā percipere
martyrij: ſi præſciebāt, hoc eſt ex reuelatione, vel
ab aliquo amico ſuo, in illa nocte aliquid nō guſta
bant: ſed à ſero vſq; ad mane ſtabant vigilantes in
oratione, glorificātes deū in pſalmis, & hymnis, &
canticis ſpiritualibus: & in lætitia & exultatione
ſperabant horā illam ſicut illi qui ſunt ad nuptias
præparati, præſtolātes occurrere gladio in ieiunio
ſuo. Nos quoq; qui ad inuiſibile martyriū vocati
ſumus: ad recipiendas ſanctificatiōis coronas, vigi F
lemus: nec in aliqua parte negotiationis ſignū no-

Sanctorū imitatio neceſſaria

ſtris inimicis exhibeamus. hæc Iſaac. Vides ergo
quia ſecundū doctorū conſiliū, debemus labores &
agones ſanctorū nobis ante oculos ponere in exem
plum. Vę ergo illis qui geſta ſanctorū tanquā apo-
crypha exufflātes, nō ſolū legere nolūt, ſed quantū
in ipſis eſt, nec inter alios legi permittunt. Et ideo
tanquam illegitimi à ſanctis patribus in religione
Chriſtiana degenerātes, ſortē hæreditatis inter fi-
lios dei nō merētur: nec merita ſanctorum qui pro
deo paſsi ſunt, eis ſuffragātur. Cōtra quos pulchrè
& cōgruè in quodā prologo paſsiōis beatę Anaſta
ſię, ſic dicitur: Omnia quę à ſanctis geſta ſunt, vel
gerūtur, ſi quis voluerit ſtudioſè perquirere, & ſibi
& plurimis ædificationis exhibet fructū: & quaſi
arbor fructifera nō ſine cauſa probatur terrā occu
pare dum viuit: cùm ipſe ſuis pomis ornatur: & o-
mnis qui ex eo fructus percipit, ſaginatur. Scribi-
mus vt in geſtis inuenimus, quid egerint: quid locu

ti q̃d paſsi ſint ſancti. Oſtẽditis vos eſſe catholicos,
G qui Chriſti victorias libẽter legitis, libẽter auditis.
Interrogo vos, q̃ iſta inter apocryphas literas exuf-
flandas cẽſetis, per quos ſtat canon ſcripturarũ o-
mnium diuinarũ: nunquid nõ per eos qui pro ipſo
canone occidi magis optauere, quàm vici? Quid
enim tenuerunt martyres? Fidem certam, quæ ſa-
cris voluminibus, certo librorũ numero, continen-
tur. Agũt illi gratias apices ſacratiſsimi: quia per
eorum perſeuerantiã perſeuerant. Et ideo volunt
eorum geſta cõſcribi, vt in conſpectu dei & homi-
num ſemper ſancti laudentur: qui in conſpectu in-
credulorũ, pro eorum defenſione, tormẽta imma-
nia pertulerunt. Nihil ergo præter ſcripturas cano
nicas recipientes, eorũ geſta ſtudioſè cõſcribimus:
oſtendentes dogma catholicũ, per catholicos mar-
tyres cuſtoditũ. exemplum poſteris damus: ædifica
tionem credentibus tradimus: artem belli Chriſti
militibus demonſtramus. Cõſtat eos quidem nolle
pugnare, ſi neceſſe ſit, qui nolunt legere pugnato-
res. Imperent ſilentium infideles: ſpectent pugiles
diabolicos, qui athletas domini ſpectare cõtemnũt:
H nos diuinas virtutes loquimur, ſcribimus, prędica-
mus. Prohibeant æmuli, imperent ſilentiũ timidi,
verberent contemnentes, legẽtes increpent, liben-
ter hęc audientes accuſent: glorioſos faciũt milites (Gloria militum.)
vulnera pro imperatoris laude ſuſcepta, pro cuius
amore etiam animas ponere libenter optamus.
Triumphum Chriſti, ac victoriã laborioſi exerci-
tus, de occultis foras proferimus. Scimus enĩ quæ
illi viſibiliter paſsi ſunt: inuiſibiliter nobis excitari
quotidie: & negligẽter pugnãtes acrius vulnerari.
Ergo vt arma pertractes: attende bellãtes. Da mẽ-
tem ſtudijs: vt hoſtis incipiat te timere. hæc vbi ſu-
prà. Vides ergo impudens ſanctorum detractor, &
Chriſtianæ religionis impugnator, quia ſecũdum
hęc dicta, tanquã arbor infructuoſa, terrã occupas
dum viuis: & non te catholicum, ſed infidelem eſſe
oſtendis: ideóq; timere habes ne meritò excidaris,
& in ignẽ mittaris, ac partẽ cum infidelibus cõſe-
quaris. Da ergo miſer gloriã ſanctis: vt cũ eis par-
I tem habere merearis.

ORATIO.

O Beate pręcurſor & alme baptiſta, & ma-
gne amice Chriſti Ioannes: lucerna lucens
& ardẽs: ora pro me miſero ad deũ patrem
miſericordiarũ: vt cor meũ tenebroſum & frigidũ
illuminet & accẽdat: & ita vt te imitãdo pro Chri
ſto, pro fide, pro veritate, pro iuſtitia patienter ad-
uerſa ſuſtineã: & viriliter etiã vſq; ad mortẽ cer-
tare non timeã: vt poſt hanc fragilem vitã, tuis me
ritis & precibus intercedẽtibus, fœliciter peruenire
valeam ad regales nuptias immaculati agni, quem
tu almo tuo digito populo oſtendiſti. Amen.

## De refectione quinque millium hominum. Caput lxvii.

(Matth. 14. Ioan. 6. & Lucæ 9.)

CVm autem audiſſet Ieſus necem Io-
annis, propter doctrinam veritatis,
[aſſumptis diſcipulis aſcẽdit in naui
culam: & abijt trans mare Galilææ,
in montem, & deſertum locum ſeor
ſum] deuotioni & doctrinę aptum: iuxta Tyberia-
dem ciuitatem Galilęæ: & ibi ſedebat cum diſci-
pulis ſuis, & docebat eos: vt dicit Chry. Aſcendit in
montem erudiẽs nos à tumultibus & ab ea quę eſt K
in mundo turbatione quieſcere. [Seceſsit] autẽ do-
minus, & declinauit Herodis tyrannidem: non ti-
mens mortem: ſed quia nondum venerat hora ſuæ
paſsionis: & vt parceret inimicis, ne homicidiũ do-
mini iungerent homicidio Ioannis: & vt oſtende-
ret q̃ aliquando ad tempus eſt cedendum humanæ
malitiæ: quódque licitum eſt Chriſti fidelibus fu-
gere in perſecutione, vt ſe ſeruent pro multorũ ſa-
lute: & vt præberet nobis exemplum vitandæ te-
meritatis vltrò tradentiũ ſeipſos: quia non omnes
eadem conſtantia perſeuerant in tormentis, qua ſe
offerunt torquendos. Seceſsit etiam vt probaret fi-
dem credentiũ: ſi ſcilicet ſequerẽtur eum. Vnde ſe-
quitur: [Cùm] autẽ [cognouiſſent] hoc [turbæ] ſim-
plices ſcilicet & humiles, ac pauperes: non ſapien-
tes huius mundi, nõ potentes, nõ diuites, ſecuti ſunt
eum:] non in iumentis & vehiculis: ſed proprio la-
bore pedum, & [pedeſtres] vt ardorem mentis &
deſiderium ſuæ ſalutis oſtenderent. Erubeſcebant
etiam dominum pedeſtrem, in equis ſequi & qua-
drigis. Minores ſequebantur: ſed maiores perſeque L
bantur. Adhuc temporibus iſtis pauperes & popu-
lares magis currunt ad ſermones, quàm diuites &
potentes. Circa eos autẽ benignitas Chriſti multi- (Christi be-nignitas multiplex — partly cut off)
pliciter apparuit: qui viſcera miſericordiæ in eis
expandit. [Cùm enim ſubleuaſſet oculos: & vidiſ-
ſet eos] venientes ad ſe, deſcendens de mõte, & ob-
uiam eis exiens, curialiter illos excepit: [& miſer-
tus] in corpore & anima [curauit] vt plena fides ſta
tim pręmium haberet. Nam quoſcunque in corpo
re ſanabat: eos pariter & in anima reformabat. Se-
cundum Bedam: Per hoc quod dicitur ſubleuaſſe
oculos Ieſus, datur intelligi q̃ oculos non erigebat
huc atque illuc: ſed pudicè ſedebat attentus cum di
ſcipulis ſuis. Et ſecũdum Chry. Non ſimpliciter &
otioſè ſedebat: ſed diligenter loquens eis aliquid, &
eos ad ſeipſum conuertens. Quatuor aũt beneficia (Benef[icia] fecit do[mi]nus q[ua]tuor in[sibi] ſequen[tibus] — partly cut off)
fecit dominus ſe ſequentibus: excepit enim fatiga-
tos, docuit inſcios, ſanauit infirmos, refecit fameli
cos: per hoc quantum deuotione credentiũ lętetur,
inſinuans. Hęc ſunt quatuor beneficia, quæ domi-
nus ſpiritualiter exhibet ſequẽtibus eũ. Primò ſu- M
ſcipit ad pœnitentiã, operibus peccatorum fatiga-
tos. Secundò illuſtrat per gratiã, tenebris peccato-
rum excæcatos. Tertiò ſanat per iuſtificationẽ, ia-
culis peccatorũ vulneratos. Quartò reficit per in-
ternam cõſolationem, pondere peccatorũ debilita-
tos & deſolatos. Sic etiã debet bonus prælatus face
re ſubditis: ſcilicet ſuſcipere dulciter, docere ſapien
ter, ſanare efficaciter, reficere ſpiritualiter. Qui er
go inter deſerta Chriſtũ quærunt, & nõ faſtidiũnt,
à Chriſto ſuſcipiuntur: ac corporaliter & ſpiritua-
liter ſi indigent curãtur. Sed nemo cibũ Chriſti ac-
cipit, niſi antea ſanatus fuerit: quia poſt remiſsio-
nem peccatorũ, tribuitur alimonia cœleſtis. [Erat
autem proximũ paſcha, dies feſtus Iudęorũ.] Iſtud
erat ſecundũ feſtum paſchale: & in eo nõ fuit domi
nus in Hieruſalem. Sicut enim ſeruãdo legẽ oſten-
debat ſe eſſe verũ hominem de filijs Iſraël ſecun-
dum carnem: ſic aliquãdo pręetermittẽdo obſerua-



A tionem eius, oſtendebat ſe eſſe deum ſupra legem.
Vbi nota, q̃ iſtud euangelium bis in anno in eccle- (Euangeliũ bis recitatum.)
ſia recitatur, ſcilicet in quarta dominica quadrage
ſimæ: & hoc propter principium euãgelij, vbi dici-
tur [erat proximum Paſcha, dies feſtus Iudæorũ.]
& in vltima dominica ante aduentum: & hoc pro-
pter finem euangelij: vbi dicitur, hic eſt propheta,
qui venturus eſt in mundũ. [Veſpere autem facto,
iam hora] redeundi ad propria & comedẽdi: [prę-
terijt] & ideo refectio neceſſaria fuit. In quo oſtẽ-
ditur deſiderium ſaluatoris, quod de ſalute anima-
rum habebat: quia vſq; ad veſperam ſermonẽ pro-
trahebat: & turbarum deuotio, quæ dulcedine ſer-
monis dominici tenebantur: nec propter noctẽ im-
minentem ab eo recedebant: quàmuis alimenta nõ
haberent. Tantũ enim deſiderabãt audire Chriſtũ,
q̃ omiſerant apportare ſecum alimentum, propter
quod neceſſarium erat fieri miraculũ. Vbi Chryſ.
Turbarum fidem oſtendit, q̃ dominum etiã famẽ
patientes, expectabant vſq; ad veſperã. [Cùm ergo
B ſubleuaſſet Ieſus oculos] miſericordiæ ſuæ: [& vi-
diſſet] miſerationis intuitu, quia multitudo maxi-
ma venit ad eum:] totius mundi ſignificabat mul-
titudinem concurrentẽ ad Chriſtum: incipit cõfer-
re cum Philippo de tantę multitudinis refectione,
qui ſecundum Chryſoſtomum magis rudis fuit, &
magis indigens inſtructione: & cognouit referẽte
Andrea, q̃ vnus puer ĩter eos, quinq; panes hordea-
ceos, & duos piſces tãtum haberet: quos eo iubente
in medium attulerunt, propter ſpiritualẽ refectio-
nem, quàm continuè à domino habebant, nõ mul-
tum de corporali refectione ſibi curabant prouide
re. In quo arguũtur ſucceſſores eorum, qui de deli-
tijs ſibi prouidere nõ ceſſant. vbi Chryſo. Addiſci-
mus autẽ in hoc diſcipulorum philoſophiam, qua-
liter cõtempſerunt eſcam. Duodecim enim exiſtẽ-
tes, quinq; panes habebãt, & duos piſces: contẽpti-
bilia enim eis erant corporalia, & à ſpiritualibus
poſsidebantur. Oportebat autẽ erudiri, diſcipulorũ
exemplo, quoniã & ſi pauca habuerimus, oportet
C tribuere indigẽtibus. Iuſsi namq; diſcipuli afferre
quinque panes: nõ dicunt, vnde mitigabimus famẽ
noſtram? ſed obediunt cõfeſtim. Et fecit turbas di-
ſcumbere, id eſt ordinatè ad comedendũ ſedere, ſu-
per fœnum, id eſt ſuper herbam agri viridẽ: in quo
oſtenditur, q̃ locus erat aptus ad ſedendũ. Vbi in- (Fides turbæ.)
nuitur probatio fidei turbarum: quia aliter non ſe-
diſſent ad comedẽdum, niſi credidiſſent miraculũ.
[Diſcubuerunt ergo quinq; millia virorũ,] perfe-
ctorum, abſq; paruulis & mulieribus. ſecundũ mo-
dum enim Hebraicum ſoli viri à viginti annis, &
ſuprà numerantur: ſed paruuli & mulieres tacẽtur.
Hoc autem dicit euãgeliſta, vt appareat maius mi-
raculum. [Accepit ergo Ieſus panes,] & piſces in
manibus glorioſis & venerabilibus: quæ vim mul-
tiplicandi habebant: vt ſacratiſsimarum manuum
tactu multiplicarentur, ac magna munera daturus
prius in cœlũ aſpexit: vt omne datũ optimum & (Iacobi 1.)
donum perfectum deſurſum eſſe inſinuaret: vt pa-
trem ſuum honoraret, & non virtute elementari, (Christus gratias egit.)
ſed cœleſti hoc factũ eſſe oſtẽderet. Deinde orauit,
patri [gratias agens,] vt oſtenderet quantũ de no-
ſtris profectibus gratuletur, & ſecundum Chryſo.
vt informaret nos ad agendas ſemper deo gratias, D
cùm vel in carne reficimur, vel in aĩa: & nõ prius
tangere menſam, donec gratias egerimus ei, qui ci
bum hunc nobis præbuit: & dat nobis eſcam in tẽ-
pore oportuno. Similiter etiã [benedixit,] vt ſua (Pſal. 144.)
benedictione multiplicarentur: ſic enim in princi-
pio creationis rerũ omnibus creaturis benedicens, (Gene. 1. & 9.)
contulit illis naturalem virtutẽ: vt ex ſeinuicẽ na-
turaliter multiplicarentur: cuius benedictione ſe-
mel accepta, vſq; hodie fructificare non ceſſant: in
quo dat exemplũ, q̃ in principio menſæ debemus
panem deo offerre, & benedictionem ſupernã ſu-
per ipſum elicere: & quòd nõ debemus ad menſam
accedere, vel cibum ſumere: niſi præmiſſa benedi-
ctione. Et iſtã benedictionẽ (vt creditur) Chriſtus (Christi benedictio.)
aliquibus verbis expreſsit: quibus creaturã & ſan-
ctificauit, & multiplicauit: ſed quæ illa verba fue-
rint, euangeliſtæ non ponunt: quia fortè ſecretè ea
protulit. [Et fregit] in groſſas partes, nõ ſcidit per
minutias: vt nos doceret panẽ noſtrũ frangere de-
bere, & dare pauperibus: & ſic multiplicata eſt illa E
materia inter manus Chriſti frangentis: quia hoc
fiebat, virtute deitatis: cuius organũ & inſtrumen-
tum eſt humanitas eius. ſecundũ Chryſo. Multipli-
cat panes & piſces: ad ſignificandum, q̃ tam mari,
quàm aridæ dominatur. Fregit ergo, & frangẽdo
multiplicauit: [deditq; diſcipulis ſuis,] ſcilicet pa-
nes & piſces multiplicatos, vt ponerẽt ante turbas,
in ſignum q̃ data ſunt tẽporalia prælatis, propter
pauperes paſcendos: & ſic per diſcipulos diſtribuit:
id eſt diſtribui fecit diſcũbentibus: officium enim
prælati eſt miniſtrare, & nõ miniſtrari. Ipſos autẽ
panes & piſces dñs ita multiplicauit: vt oẽs pro li-
bitu ſuo comederent: & multa fragmenta ſupera-
rent. vnde ſequitur: [Vt autem impleti ſunt,] quia
omnes manducauerũt & ſaturati ſunt, quod ſigni-
ficat cœleſtem refectionem, in qua ſancti plenè ſa-
tiantur: dixit Ieſus diſcipulis ſuis,] vt fragmẽta re-
ſidua colligerent, vnde poſtea cibũ egentibus præ- (Lucæ 16.)
berent: non ſic diues epulo fecit, cuius reliquias ca-
nes non pauperes comedebãt: cui hodie multi ſunt F
ſimiles, idem vel peius facientes. In hoc quippe, q̃
turbam pauit, dedit nobis exemplũ, vt operibus mi
ſericordiæ inſiſtamus: & licèt hoc ſit laborioſum:
tamen eſt multũ fructuoſum. [Collegerũt ergo &
impleuerunt] de reliquijs, [duodecim cophinos,]
hoc eſt magnas ſportas, quæ circulis per quos bra-
chia inſeruntur in dorſo portãtur: vnuſquiſq; enim
apoſtolorum implet cophinũ ſuũ: vt quodlibet vnũ
ſuper humerum apportãte, ineffabile videretur mi
raculum. Hîc domini miraculũ augmentatum eſt.
Magnum enim miraculũ eſſet, ſi de quinq; panibus
& duobus piſcibus q̃nq; millibus hominũ ſatiatis,
nil ſupereſſet. Sed ſignũ creuit iuxta admirationẽ:
quia non ſolum quinq; millia hominũ ſatiati ſunt:
ſed etiam tot fragmenta remanſerũt, vnde duode-
cim cophini replerentur. Hoc ergo etiã ad euidẽ-
tiam miraculi facit, quòd plus remanſit, quàm à
principio fuit. Et ſecundum Cyrillum: Hoc factũ
eſt, vt hinc eſſet manifeſta certificatio, q̃ opus cha-
ritatis in proximos, vberẽ vendicet retributionem

 à deo.

à deo. & ſecūdum Theophil. vt addiſceremus quātum hoſpitalitas pōt, & quantum augentur noſtra: cùm indigētibus ſubuenimus. [Illi ergo homines] aliquid de ratione habētes, [cùm vidiſſent] potentiam diuinam per effectum probatā [quod faceret ſignum] aliàs non auditum: in quo probauit ſe eſſe deum: quia illa multiplicatio per Heliſæum facta, multum deficiebat ab iſta: [dicebant] magnificantes deum, [quia hic eſt verè propheta:] imo ſecundum Aug. Ipſe dominus prophetarum, de quo dixit Moyſes: prophetā ſuſcitabit vobis, dominus de fratribus veſtris: tanquam me audietis eū, ſecundū legis dictum: venturus eſt in mundū ad ipſum ſaluandum: ſic autem non venerūt alij prophetæ: ſed ſolum ad denuntiandū iſtius aduentū. Vbi ſciendū quòd Chriſtus promiſſus erat in lege, tanquā propheta cæteris excellentior: & ideo viſo miraculo prædicto, populus cōfeſſus eſt illum eſſe, de quo loquitur prædicta ſcriptura, & ſic cōfitebatur eſſe verum Chriſtum. Cōſpice igitur dominū Ieſum, qualiter indigentibus miſericorditer condeſcendit & ſubuenit, ac omnia ordinatè facit: & qualiter illos comedentes aſpicit, & in eorū iucunditate lętatur: & quomodo illi ſuper iſto miraculo admirātur: & vnus ad alterū inde loquitur, dicentes, [quia hic eſt verè propheta,] & plura alia ad laudē eius pertinentia. Lętantur, & cum gratiarū actione manducant: nō ſolum corporaliter cibū ſumentes, ſed etiā mentaliter, ſaltem aliqui ex eis, refectionem percipientes. Sta & tu à lōge famem deſiderij, & miſeriam lachrymis prode: manū tanquā medicus extende, ſi fortè de dei donis & beneficijs ſaltē modicum quid merearis accipere, vbi cōſiderāda eſt parſimonia victus diſcipulorū Chriſti, in duobus: Primò, in qualitate: quia pane hordeaceo vtebātur, qui eſt cibus iumentorū. Secūdò, in quātitate: quia duodecim viri, & Chriſtus cū eis: & fortè nonnulli de alijs diſcipulis eos comitati, non niſi quinq; panes hordeaceos habebant: in quo notatur mira inopia Chriſti & diſcipulorum, q̄ paucos panes habebāt, & viles: vnde & frequēter cum domino paſſi ſunt famem. In quo etiam apparet, quantū eſcam carnalem contēpſerunt, ſolis ſpiritualibus intēdentes. vnde Chryſo. Diſcamus autem hinc, qui voluptati attendimus, quæ comedebant mirabiles viri illi & magni, & quantitatem eorū quæ inferebantur, & vilitatem menſæ eorū. Et iterum: Ioannes autē panes hordeaceos eſſe dicit, nō inaniter hoc enarrās: ſed tumorem pretioſitatis erudiēs nos conculcare: talis enim prophetarum menſa erat. Et iuſſit eos ſuper fœnum iacere, philoſophari turbas erudiens. Nō enim nutrire corpora ſolū volebat: ſed & animam erudire. Et à loco igitur, & à nihil amplius panibus dādo & piſcibus & ab apponēdo omnibus eadem, & à faciēdo cōmunia, & à nihil alteri plus præbendo: & humilitatem, & parſimoniā, & charitatem qua omnia æſtimarent cōmunia, eos erudiuit: & quod videbatur in eremo Iudæis eſſe mirabile, dicebant quippe: nunquid & panem pōt dare, vel parare mēſam i deſerto: hoc per opera oſtēdit, ppter hoc & in deſertū eos ducit: vt ſine omni ſuſpitione ſit hoc miraculum: & nullus æſtimet ex caſtello aliquo propè exiſtenti, inferri aliquid ad menſam. hæc Chryſo. Voluit etiam in deſerto hoc miraculum facere: vt ſignificaret ſe eſſe illum, qui quadraginta annis pauit populū in deſerto: qui patribus erat promiſſus. Itē in ſignum futuri, quia in regione & ſtatu multorum: vbi nec ſeminatur, nec metitur paſcit deus ſeruos ſuos. vñ ſecundū Theophilum: Addiſcimus ex miraculo perpetrato non fieri puſillanimes in coartationibus paupertatis. Et bene panibus pauit hordeaceis: quia panis delicatus non hîc, ſed in futuro eſt guſtādus. Quoties autem dominum legimus ex paucis panibus multas hominum turbas paviſſe: non tantū eſt mirādum, quantum venerandum. Nō eſt mirum quia pauit: ſed potius venerandum, quia facere voluit. Qui enim ex nihilo cuncta creauit: non eſt mirū, ſi ex paucis panibus multas turbas pauit. Myſticè per quinque panes, quinq; libri Moyſi: per duos piſces, prophetę & pſalmi intelliguntur. In his enim tribus, ſcilicet lege, prophetis, & pſalmis, totum vetus teſtamentum cōprehenditur. Per quinq; autē millia virorum, dominum ſequentium, deſignantur actiui omnes quinq; ſenſibus interioribus & exterioribus, quæ poſſident bene vtentes: per mulieres verò & paruulos, ſignificantur infirmi nondū pugnę idonei, qui numero ſunt indigni. Hi ergo prędicti rectè quinque panibus aluntur: quia tales neceſſe eſt legalibus adhuc præceptis inſtitui: nā qui mundo ad integrum renuntiant, quatuor ſunt millia: & ſeptē panibus refecti: hoc eſt euangelica perfectione ſublimes, & ſpirituali ſunt gratia docti. Cùm ergo in hoc conuiuio domini tantùmodo viri fuiſſe dicūtur, myſticè monemur: vt ſi quàm ſuauis ſit d̄ns, guſtare deſideramus: viri, id eſt fortes contra tentationes ſimus: vir eñ à viribus dicitur: & virorum nomine illos ſcriptura ſāncta deſignare conſueuit, qui viriliter tentamēta vicerunt. Qui ergo cœnam domini manducāt, virtute mentis & ſenſu viri eſſe debent: nō in concupiſcentijs emolliti ſicut fœminæ: nec puerile ſenſum habentes, ſicut pueri. Per diſcubitum autē, & ſeſſionē corporis, intelligitur quies mentis: qui enim à deo ſpiritualiter paſci deſiderat: oportet q̄ ſedeat, id eſt à curis ſuperfluis, & turbationibus cōquieſcat. Secūdum Bedam quoq; ſuper fœnū diſcubentes dominicis paſcuntur alimentis, qui per continentiā calcatis concupiſcentijs, audiēdis implendiſq; dei verbis operam impendunt. Fœnū enim carnem ſignificat, ſecundum illud: Omnis caro fenū, nec ad mēſam dei dignè ſedere poterit, qui carnē per ſeruitutem ſpiritui nō ſubijcit. Qui ergo vult refici pane gratiæ ſpiritualis, congruū eſt vt fœdeat ſuper fœnum, id eſt vt dominetur corpori ſuo, & mortificet carnem ſuā. Saluator autem nō noua creauit cibaria, ſed præſentibus benedixit: quia veniens in carne, nō alia quàm quę lex & prophetæ prędixerant prædicauit: & ea myſterijs gratia grauida demonſtrauit. Reſpexit in cœlū: vt illuc dirigendam mentis aciem, ibi lucē ſcientiæ doceat eſſe quærendam. Sed tripliciter impeditur quis ne oculos ſubleuet ad deum. Primò, quādo nimis occupatur circa ſenſibilia, id eſt terrenas diuitias: quia tunc oculus fœdatur

[Margin, p. 298: G — Deut.18.c — Chriſtus promiſſus vt propheta. — H — Chriſti inopia. — I — Hordeaceus panis — K — In Exodi libro, & Numeri — Myſticè — L — Vir. — M — Fœnum — Ocul… ſubleua… dominu… plex im… dimen…]



lus fœdatur, puluere auaritiæ. Secundò, quando occupatur circa delectabilia, id eſt, circa carnales delicias: quia tūc oculus excæcatur igne cō cupiſcētiæ. Tertiò, quādo occupatur circa ſublimia, id eſt circa ambitiões mūdanas: quia tūc oculus obſcuratur fumo ſuperbiæ. Fregit quoq;, & ante turbas ponenda diſcipulis diſtribuit: quia clauſa ſacramēta legis, & prophetiæ ſanctis doctoribus, qui hæc toto orbe prædicēt patefecit. Quod autē turbis ſuperat, à diſcipulis colligi voluit: quia ſecretiora intelligētiæ, & ſacratiora myſteria, quæ à rudibus capi nequeūt: nō ſunt negligēter omittenda: ſed à diſcipulis domini, & eorū ſucceſſoribus diligenter inquirēda: & illis qui idonei ſunt alios docere, cōmittēda. Nā per cophinos duodecim, apoſtoli, & ſequētes viri apoſtolici, & doctores figurātur: foris quidē hominibus deſpecti: ſed intus ſaluatoris cibi reliquijs cumulati. Cophinis enim ſeruilia & ruſticana agūtur opera & officia: & deus infirma mūdi elegit, vt cōfundat fortia. Eſt autem Cophinus, ſecundū Iſidorū: vas ex virgultis factū: & de iuncis vel viminibus, aut folijs palmarū contextum: aptū ad portādam purgamēta, & ad ſeruilia opera. Vnde in Pſal. de Ioſeph dicitur: manus eius in Cophino ſeruierūt. Sicut autē pauci panes & piſces fracti, in multas reliquias excreuerūt, ſic cibus verbi dei, quantò magis diſtribuitur, tantò magis multiplicatur. Nec à caſu, ſed ex diuina diſpoſitione impleti ſunt duodecim cophini, ſecundū numerū duodecim apoſtolorum: nec data ſunt turbæ fragmēta portāda: ſed diſcipulis, vt per hoc deſignaretur quod fragmēta, & reliquiæ verborum Chriſti, per apoſtolos erāt per mūdum portāda: & per eos corda ieiuna paſceda, qui bene duodecim eſſe dicūtur: quia fides ſanctę trinitatis, in quatuor mūdi partibus, per eos erat prædicāda. vnde Ambroſius: Hic verò panis quē frangit Ieſus, miſticè quidē dei verbū eſt, & ſermo de Chriſto, qui dum diuiditur augetur: de paucis enim ſermonibus, omnibus populis redūdantē alimoniā miniſtrauit. Dedit ſermones nobis, velut panes: qui noſtro dū libātur ore, germinātur. Hęc Ambroſius. Moraliter per apoſtolos, intelligūtur prelati: per quinque panes hordeaceos quinq; bona ſpiritualia, quibus anima à deo reficitur in pręſenti. Sicut enim in domo patrisfamiliâs ſolet eſſe multiplex panis, ſcilicet pauperū, famulorum, filiorū, dominorū, & amicorum: ſic in domo dei, quæ eſt eccleſia, ſunt diuerſa genera panū ſpiritualiū. Primus eſt panis naturæ, & abſtinetiæ corporalis: hic eſt panis pauperum, id eſt peccatorū: hunc enim panem largitur dominus, etiā peccatoribus, qui verè pauperes ſunt. de quo in Geneſi dicitur: In ſudore vultus tui, veſceris pane tuo. & in Eſaia: Dabit tibi dominus panem artū, & aquam breuem. Iſtum panē debemus pauperibus cōmunicare, ſi volumus q̄ facta noſtra deo ſint grata: aliàs enim bona noſtra opera deo non placet, niſi eleemoſynis ornata ſunt. Secūdus eſt panis pœnitētiæ luctualis: hic eſt panis famulorū: de quo in Pſalmo dicitur: Fuerūt mihi lachrymæ meæ, panes die ac nocte. Et iterū: Cibabis nos pane lachrymarū, & potum dabis nobis in lachrymis in mēſura, ſcilicet proportionis, id eſt pro modo culparū: quia quantum homo delectatus eſt in peccatis, tātum debet ſe affligere, in pœnitētiæ lamentis. Hunc panē dat dominus, per prælatos pœnitētibus: inducēdo eos ad cōtritionem, & iniungendo pœnitētiam. Tertius eſt panis intellectualis & doctrinalis: hic eſt panis filiorū: de quo in euāgelio dicitur: Nō eſt bonū ſumere panē filiorum. Et in Eccleſiaſtico: Cibauit illū pane vitæ & intellectus. Hūc panē miniſtrat dominus fidelibus, per prelatos & curatores, verbum dei ſeminando, vnumquemq; pro modulo ſuo paſcēdo. Quartus eſt panis euchariſtiæ ſacramētalis: hic eſt panis dominorū, de quo in euāgelio dicitur: Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcēdi. Et apoſtolus: Probet autē ſeipſum homo: & ſic de pane illo edat. Hunc panē dat dn̄s per prælatos mūdis & peccato dominantibus: quia immūdis & malis nō eſt dādus. Quintus eſt panis deuotionis internalis: hic eſt panis amicorū: licet enim paterfamiliâs habeat in domo ſua panē bonū, tamē amicis ſuperuenietibus quærit meliorē. de quo in Eſaia: Erit panis terræ noſtræ vberrimus & pinguis. Duo autē piſces dulcorantes hos panes, ſunt ſpes veniæ, & amor dei: vel intellectus, & operatio: quia ſine eis nullus iſtorū panū eſt ſapidus. Iſtis verò quinq; panibus & duobus piſcibus, reficit dominus animā in præſenti effectiuè, & prælatus miniſterio. O quam fœlix anima eſt illa, apud quā inuēti fuerint iſti panes & piſces, vt de ea dicatur: [eſt puer vnus hîc, qui habet quinq; panes & duos piſces.] Per puerū enim intelligitur fidelis anima à puritate innocētiæ puer dicta, quæ in quolibet fideli, etiā obnoxio peccatis, debet per pœnitētiam reparari: ad quod aſſequendum requirūtur quinq; panes: & qui habet illos, eſt verè puer euāgelicus. Eſt & panis cœleſtis, quē ſancti māducabunt in menſa Chriſti, de quo in Luca dicitur: Beatus qui māducat panē in regno dei. Et de iſta māducatione dicitur in eodē: Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnū: vt edatis & bibatis ſuper mēſam meā in regno meo. Moraliter etiā ſimul & allegoricè & anagogicè faciamus quinq; panes pœnitētiæ, doctrinæ, & refectionis æternæ. Moraliter pœnitētiæ quinque ſunt panes, ſcilicet panis cōpunctionis ex cōſideratione peccati: panis afflictionis ex conſideratione paſſionis Chriſti: quē ille comedit, qui cōſiderādo Chriſti paſſionē corde & corpore, ſe mortificādo ſubijcit: panis cōpaſſiōis, ex cōſideratiōe defectuū, & miſeriarū proximi: panis timoris & tremoris, ex conſideratione futuri ſupplicij: & panis ſuſpirij, & deuotionis ex conſideratione dilationis cœleſtis gaudij & præmij. Omnes iſti panes ſunt hordeacei: ideoq; ſunt cū amaritudine ſumēdi. Piſces autē duo: ſunt ſpes veniæ, & dulcedo vitæ æternæ. Allegoricè aūt panes doctrinę ſunt quinq; libri Moyſi: hordeacei, propter literæ duriciē: reficientes tñ propter ſpirituale intellectū reficiētem. Duo autē piſces, ſunt dulcedo prophetiæ, & dulcedo pſalmorum. Anagogicè verò, refectionis æternę ſunt panes quinq; ad quos ſuſpiramus: & ex quibus reficimur in æternis: quorū vnus eſt præſentia dei.

Secundus

[Margin, p. 299: A — Cophinus — B — Pſal.80. — C — Moraliter — Panis multiplex. — Geneſ.3. — Eſa.30. — Pſal.41. — Pſal.79. — D — Matth.15. — Eccleſiaſtici 15. — Ioan.6. — 1. Cori.11. — Eſa.30. — Piſces duo — E — Lucæ 9. — F — Moraliter — Allegoricè. — Anagogicè.]

Secũdus eſt,pulchritudo viſionis faciei dei. Tertius G eſt,ſocietas angelorũ:inter quorũ ſortes,eſt ſors noſtræ beatitudinis. Quartus eſt,cõſortium ſanctorũ,qui cũ Chriſto regnãt in cælis. Quintus eſt,dulcedo internę beatitudinis,quã hîc parumper experimur. In omnibus his hordeũ eſt,dilatio ſuſpirãtis ad iſta. Dulcedo aũt duorum piſciũ cõſolantiũ,certitudo cõſcientiæ,& certitudo fidelitatis diuinæ. Item primus panis hordeaceus,qualis cõuenit peccatori,verè pœnitenti,eſt contritio in corde. Secũdus eſt,pudor in confeſsione. Tertius eſt,ieiunium in carne. Quartus,oratio in mente. Quintus,pietas in opere. Duo verò piſces cõdientes hordaceos panes,ſunt timor,qui capitur in ſalſiſsimo mari, id eſt pœnis inferni:& ſpes quæ capitur in dulciſſimo fluuio paradiſi:ſi cogitas quia nõ ſunt condignæ paſsiones huius tẽporis ad futurã gloriã,quæ reuelabitur in nobis.

Moraliter

Quinq; dona dei ſenſuum.

Inſuper moraliter quinq; panes ſignificant quinq; quę dñs dat nobis ad ſpiritualem quinq; ſenſuũ refectionẽ. Primò dat pręſentia,quo pane reficitur viſus,dum videt omnia tranſitoria eſſe,& caduca. H Secundus panis quẽ dat,ſunt præterita,quo pane reficitur auditus,quãdo audit, ꝙ omnia trãſeunt velut vmbra,& ideo ſpernis ea. Tertiò dat futura:quo pane reficitur odoratus,qñ cogitat mortẽ futurã,& inferni pericula:& ideo ſe cõprimit operibus virtuoſis. Quartò dat ſpiritualia ęterna,ſcilicet bona cœleſtia:quo pane ſatiatur guſtus,quando propter amorẽ eorum omnia contemnuntur. Quintò dat flagella:quo pane ſatiatur tactus,quando per flagella mouetur ad dilectionẽ dei,& contẽptum mundi. Et piſces ſecundũ iſtum modũ ſignificant cognitionẽ,quæ illuminat intellectũ:& dilectionẽ,quæ inflãmat affectũ. Cognitio enim tribus primis dat ſaporem:quia cognitio præſentia intelligit:futura præuidet,& præterita recordatur. Dilectio ſimiliter duabus vltimis dat ſaporẽ,quia diligens deum præ amore,& deguſtatione cœleſtiũ:& in flagellis domini delectatur.

Cognitio dat ſaporẽ

Hoc autẽ facto miraculo[ſtatim cõpulit dominus diſcipulos aſcendere in nauiculã:& præcedere trãſ I fretum ad Bethſaidam] ciuitatẽ. Andreæ & Petri & Philippi apoſtolorũ:vt ab illo loco recederent, donec turbas dimitteret,ſub forma alicuius benedictionis & valedictionis:volebat enim ſeparare ſe à turbis:quia ſciuit ꝙ venturi erant,vt facerent eũ regẽ:& ideo ſe à diſcipulis,inter quos à turbis quærebatur,ſeparauit. Coëgit eos,quia nõ libenter recedebant abſque magiſtro ſuo,eius ſocietate & doctrina delectati. vnde Chryſ. Cũ autem dicat,coëgit,multam diſcipulorum inſtantiã oſtendit: quia nõ de facili ab eo poterãt ſeparari:& hoc quidem tum propter nimium affectum,quem ad eum habebant:tum quia ſolicitabantur,qualiter ad eos veniret. Et Hiero. Quo ſermone oſtenditur inuitos eos à domino receſsiſſe,dum amore præceptoris, nec puncto quidem temporis ab eo volunt ſeparari. Rectè autem quaſi inuiti,& retractantes apoſtoli à domino receſſerant:ne illo abeunte naufragia ſuſtinerent. Et quia Chriſtus erat promiſſus rex futurus:ideo poſtquam confeſsi ſunt eum Chriſtum: voluerũt conſequenter ipſum facere regem:conſiderabant enim ꝙ ipſe qui eos ſatiauit,poſſet eorũ neceſsitatibus ſubuenire:& ſub tali rege videbatur K eis nõ poſſe egere. Putauerunt forſitã illum ſic veniſſe,vt iam regnaret:& volebant præuenire tempus eius,quod ipſe apud ſe vſque in finẽ ſeculi occultabat. Vbi Beda: Turbæ viſo tanto miraculo intellexerunt piũ atque potentẽ:& idcirco voluerũt eũ facere regẽ:& homines nanque volunt habere regẽ pium ad regendũ,& potentem ad tuendũ. vnde & Chryſo. Nouit enim eos,quia tam faciliter multos procurauit:& ideo ſub ipſo otioſam & reſolutã & gaſtrimarginoſam putabant ducere vitam: qui omnibus abundarent,& nihil loborum,vel impenſarũ impenderent:& ideo corruptã eorum nouit eſſe intentionẽ,& non conſentiens reſolutæ otioſitati,& guloſitati,fugit ab eis:quia quãuis bonũ vellent,nõ tamen bene voluerunt. vnde etiã Augu. Fugit Chriſtus cũ eũ voluerunt facere regem.

Coactio turbæ.

Fuga Chriſti.

Omnia enim bona terrena contempſit homo Chriſtus,vt contemnenda monſtraret:omnia mala ſu- L ſtinuit,vt nec illis quęreretur fœlicitas,nec in iſtis timeretur aduerſitas. [Ieſus ergo] ſcrutator cordiũ cognoſcens voluntatem eorum poſtquam præcepit diſcipulis ſuis transfretare[fugit ipſe ſolus] à turbis[in montem orare,]& gratias patri pro beneficijs agere,& nobis in hoc formam dare:ita ꝙ illi non perpenderunt:nec eum inuenire tunc potuerunt. Sequere autem tu eum à longè,ſi fortè dignabitur te vocare:vel ſaltem aliquid de reliquijs refectionis & gratiæ tibi impartiri. [Fugit ergo dominus in montem,] id eſt celeriter aſcendit:noluit enim temporaliter honorari,exemplo ſuo nos docens,vt vanam gloriam fugiamus: & in bonis, quæ agimus humani fauoris retributionem vitemus. vnde Chryſoſtomus: Conſiderandum autem, quòd cùm dominus magna operatur,dimittit turbas:docens nos nunquam gloriam, quæ à multis eſt perſequi:neque attrahere multitudinem. Et vt dicit Auguſtinus: Noluit rex ab hominibus fieri: quia humilitatis viam oſtendit miſeris. Dedit ita- M que nobis exemplum humilitatis,& fugiendi honores & acceptãdi labores:quia quæſitus ad regnũ & honores fugit:quæſitus ad paſsionem & mortem,vltro ſe obtulit:vt ſcilicet exemplo eius parati ſimus ad aduerſa toleranda:cauti ad blandimẽta declinãda:& ne nos aduerſa fatigando deijciant, vel proſpera emolliendo decipiant:crebris precibus à domino imploremus:& eius auxilium inuocemus.

Chriſtus rex eſſe noluit.

Omnem ergo laudem humanam fugias, cũ honore,tanquam venenũ mortiferũ,& omnem cogitatum ſuggerentẽ tibi appetitum cuiuſcũque altitudinis,ſub quocunque prætextu charitatis,in ipſo principio & ortu ſuo,velut caput draconis infernalis,tam citò mortifices cũ baculo crucis. Præpara quoque teipſum ad quæcunque opprobria, quæcunq; aſpera,quæcunque aduerſa,pro Chriſti nomine ſufferenda:& in deſpectu tuo gaudeas:teipſum talẽ verè & ex corde reputans,qui merito ab omnibus deſpici debeas:ſemper tibi Chriſti humilitatẽ & duriſsimã paſsionẽ reuocãdo ad memoriã:qui regnũ fugiens,crucẽ volũtariè eſt amplexus,omni confuſione cõtẽpta. [Aſcendit] itaq; dominus

Laus humana fugienda.



dñs[in montẽ]velut in locũ cœlo proximiorẽ:in- A nuens vt ad ſublimia vitæ virtutũ cliuum aſcendamus,& cœlo proximi eſſe cupiamus:& orare,vt ſi bene orare velimus,mentẽ ſurſum à terrenis leuemus:& ſolus,vt nõ in ſtrepitu,ſed in loco quieto oremus:& nos totos & vires noſtras ad deũ colligamus. Et bene cõiũgit iſta duo.ſ.ſolus,& orare:quia ſolitudo amica,& vtilis eſt orationi,ſecundũ illud: Tu autẽ cũ oraueris,intra in cubiculum:& clauſo oſtio,ora patrẽ tuũ in abſcõdito:habemus hîc exẽplum triplex.ſ.à terrenis recedendi,orandi,& nobiſipſis vacandi. Et eſt notandus ordo:quia orationẽ præcedit dimiſsio turbarum:dimiſſa eñ turba, ſ.tumultu hominũ,affectionũ,cogitationũ:aſcẽdit in mõtẽ ad orandũ,& comitatur ſolitudo:quia ſolus aſcẽdit cum intentione orandi:& ſequitur nobiſipſis vacatio:quia[veſpere facto ſolus erat ibi.] In quo dat exẽplum,ꝙ homo poſt ſermonem, vel aliud opus bonũ debet à turbis recedere & tumultibus,& redire ad locum ſolitarium,vt proprios defectus qui cõtrahuntur ex cõuerſatione cũ homi- B nibus,recolligat & abſtergat:profectꝰ verò,ſi quos inuenit,dei gloriæ aſcribat:& debet aſcendere in montẽ ad orandum,vt deũ orando quærat:nõ eñ debet orans in terrenis deſiderijs iacere. nã ſecũdũ Bedã: Qui de diuitijs & honore ſeculi obſecrat:& in infimis iacet,viles ad deũ ꝑces mittit. debet etiã ſibi vacare vt hauriat,quod poſtea docendo effundat:vel operãdo exerceat. Hîc datur intelligi,quia dũ dñs ſederet in monte cum diſcipulis ſuis,& videret turbas ad ſe venientes,deſcendit de mõte:& circa inferiora loca turbas pauit,& deinde fugiendo honorẽ regiũ,iterũ in montẽ ſolus aſcendit. vñ Chry. Faciebat aũt hoc,rurſus erudiẽs nos neq; turbis commiſceri continuè,neq; fugere multitudinẽ ſemper:ſed alterutrum vtiliter facere.

Orare cõpetit ſolis.

Meditatio

Cõſpice nũc dñm Ieſum,quomodo fugit honorem,& aſcendit in montem orare:videlicet docẽs mundi proſpera fugere,& contra ea deum inuocare,& quomodo quærit loca ſolitaria,& vadit ad ea:affligit ſe & vi- C gilias longas impendit,pernoctans in orationibus, & ſe humilians coram patre intercedit paſtor fidelis pro ouibus ſuis. Orat enim nõ pro ſe:ſed pro nobis,tanquam aduocatus noſter,& mediator apud patrem. Orat etiã vt det nobis orandi exẽplũ. Frequẽter inde diſcipulos monuit,& hîc opere cõprobauit. Nõ orat inquantũ deus,quia ſic ei orare non cõpetit:ſed inquantũ homo,& ſic ei cõpetit:quia aduocatus noſter factus eſt,& ideo pro peccatis noſtris interpellat.

Oratio domini pro nobis.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte fac me oculos mentis à carnalibus delitijs,à terrenis diuitijs,& à mũdanis ambitionibus ad te ſubleuare:& ſuper fœnum carnalis voluptatis,temporalis poſſeſsiõis, & mundialis gloriæ diſcumbere:vt merear ſatiari quinque ſpiritualium panum refectione:ſcilicet timore diuini iudicij,horrore peccati,dolore cõtritionis,pudore confeſsionis,& labore ſatisfactiõis: ac duobus piſcibus,ſtabilitate ſcilicet propoſiti,& deſiderio in melius commutandi & proficiendi: quos puer vnus,ſcilicet humilitas habet,quæ gratiam & gloriam mereri ſolet. Amen.

### De ambulatione,& quibuſdã alijs clericorum & religioſorũ defectibus. Cap. lxviii. D

Circa præmiſſa meditare & conſidera,quomodo dominus verè,& non fictè honorem regium fugit & declinauit:non ſicut illi,qui ne apud homines vileſcãt,recuſant orare quod corde deſiderant. Sunt enim multi, & potiſsimè religioſi,qui dignitates ſe non appetere ſimulant, ſed cùm offeruntur, manibus & pedibus prõptiſſimi occurrũt,& læti ſuſcipiũt: imò & quãdoque voluntariè ſe offerunt. Sunt etiã ex his aliqui, qui in dignitatibus poſiti fingũt ſe velle eas nõ habere: ſed nihilominus per ſe,& mediatores procurãt,& occaſiones quærunt ſolicitè, quòd poſsint in ipſis officijs remanere. Nõ fuit huiuſmodi ſimulatio & fictio in domino,prout patet ex eius facto. Miſit enim diſcipulos per mare:nec cũ eis nauem intrauit:ne turbę eũ inter diſcipulos quærerẽt: & deinde ipſis nõ aduertẽtibus ſolus in mõtem aſcendit, & ſic manus eorũ euaſit. Vide cũ quanto ſtu- E dio & cautela fugit,& declinauit honorẽ. Exemplum dedit nobis,vt & nos ita faciamus. Nõ enim Ioan. 13. pro ſe,ſed pro nobis fugit. Cognoſcebat nãq; quãtæ ſit temeritatis,ſi ad honores aſpiceremus. Honor enim de maioribus eſt laqueis, & grauioribus põderibus ad ſubuerſionẽ animarũ, ſiue ſit honor pręlationis,ſiue potẽtiæ,ſiue ſciẽtiæ,& ſimilium. Vix enim fieri põt,quòd qui in honore delectatur in periculo vel pręcipitio nõ ſit:vel quod eſt peius, iam præcipitio colliſus. Ambitio enim eſt vitium peſsimum, ac cauſa & radix multorum aliorum vitiorum. Multos quippe hæc paſsio ſic excæcat, vt etiam ea quę multis alijs manifeſta ſunt ipſi nõ videant:ſicq; in foueã primæ culpæ:& deinde gehennæ cadãt. Et quid prodeſt eis ſi mundũ lucrentur vniuerſum:ſeipſos autẽ perdant,& detrimentum ſui faciãt. Si fortè blãdiũtur ſibi aliqui ambitioſi ſub ſpecie lucri animarũ,quaſi ſic melius poſſent intendere ſaluti aliorum. Quibus Bernardus reſpondet dicens: Vtinam quiſquis ſic intrat,ſi fieri poſſet,tam fideliter miniſtraret, quàm fiducialiter ſe ingeſsit. Ac difficile fortaſsis & impoſſibile eſt:vt ex amara radice ambitionis, ſuauis F fructus prodeat charitatis. Sed heu communiter hodie honor & nõ onus,gloria & non pœna attenditur:& honoris nomẽ virtutis tenetur. Vnde Bernardus: Curritur à clero paſsim ab omni ætate & ordine:à doctis pariter & indoctis:ad eccleſiaſticas curas,tanquã ſine curis iam quiſq; victurus ſit: cùm ad curas peruenerit. Multi non tanta fiducia, & alacritate currerent ad honores:ſi eſſe ſentirent & onera. Grauari profectò metuerent:nec cum tanto labore & periculo, quarumlibet affectarẽt infulas dignitatum. Nunc verò quia ſola attenditur gloria,& non pœna:purum eſſe clericũ erubeſcitur in eccleſia:ſeq; viles æſtimant & inglorios, qui quocunque eminentiori loco nõ fuerint ſublimati. Idem etiam Bernardus,quaſi ſubſannando alloquitur ambitioſum,ſic dicens: Age ergo quoniam duriſsimum iudicium his qui præſunt fiet: & potentes potenter tormenta patientur: aſcen- Sap. 6. dis

Ambitioſi clericitaxantur.

Honorum pericula.

Ambitionis malum.

Marc. 8.

Onera hominum.

In ambitioſos.

dit ſuperbia tua ſemper: ſequere regẽ tuũ, omne ſu
G blime videant oculi tui: feſtina multiplicare prębẽ
das, in archidiaconatũ vola: deinde ſpira ad epiſco
patũ: nec ibi quidẽ requiẽ habiturus, quĩ ſic itur ad
aſtra. Quo progrederis miſer? An vt ab altiori gra
du ſit caſus grauior? neq; enim ſic paulatim deci
des: ſed tanquã fulgur impetu vehementer, quaſi al
ter Sathanas ſubitò deijcieris. hæc Bern. vnde Hie
ro. Lætamur ad aſcenſum: timeamus lapſum: non
eſt tanti gaudij excelſa tenuiſſe, quanti terroris de
excelſis cecidiſſe. hæc Hieron. Timeat ergo ambi
tioſus & ſe corrigat: ne apud homines exaltatus, &
ad tẽpus falſis floresbonis, apud deũ humilietur: &
in æternũ veris pereat tormentis. Quanto eñ ma
iori honore ſublimatus quis fuerit: tanto maio-
ris virtutis debitor erit, aut maiori ſupplicio ſubia
Honores incendij materia.
cebit. Honores enim ſunt, quaſi quędã ligna ad au
gmentandũ ignẽ in futura pœna. Vnde Chryſ. Ho
noris ſiquidem magnitudo his, qui nõ dignè viuũt
in honore, cumulus incipit eſſe pœnarũ. hæc Chry
H ſo. Et tunc ambitioſus nullã requiem habebit: ſicut
nec in pręſenti habere voluit. Cor eñ ambitioſi nũ
quam quieſcit: ſed vel honorem, quem non habet
appetit: vel eum quẽ habet amittere metuit: & ſic
diabolus cor eius ſemper mouet & rotat, tanquam
molendinũ quod nunquam pauſat. Et nota circa
hanc materiam, ꝙ præter ſimoniam & alia mala,
quæ frequenter non ſine graui ſcandalo cõmittun
tur ſunt adhuc quędã mala: quibus hodie multi,
Beneficia petentes.
quaſi non mala ſed licita eſſent, implicãtur. Primũ
malum eſt, quia pleriq; antequam vocẽtur promo
ueri ad dignitates & curas eccleſiaſticas, per ſe, &
per alios ſolicitè quærunt nec vocationem humi
liter expectant, ſed ambitiosè præueniunt. Hi ma
lè accedunt teſtante apoſtolo, qui ſic ait: Nec quiſ-
Heb. 5.
quam ſumit ſibi honorem: ſed qui vocatur à domi
no tanquam Aaron. Quantumcunque enim ſuffi-
ciens, quis fuerit & virtuoſus: profectò non erit di
gnus, ſi non aſſumatur inuitus. Nam cũ quis hono
ris primatũ ambit: ex hoc ſolo efficitur indignus:
qua indebitè præſumit. vnde Aug. Status ſuperior
ſine quo reſpublica non regitur, & ſi bene admini
I ſtretur, indecẽter tamen appetitur. vnde & Grego.
Virtutibus pollens coactus ad regimen veniat: vir
Oſee 8.
tutib⁹ verò vacuus, nec coactus accedat. De his qui
ſeſe in patrimonium Chriſti ingerunt, ſic dicit Ber
nar. Audi querelas domini, quid ſuper hac temeri
tate loquatur. Ipſi inquit regnauerũt, & nõ ex me:
principes extiterunt, & ego non vocaui eos. Quid
iſtud temeritatis: imò quid inſaniæ? vbi timor dei?
vbi mortis memoria? vbi gehennæ metus, & terri
bilis expectatio iudicij? hæc Bernardus. Vnde ſi ali
quis ad primum locum in eccleſia eligitur: tolera-
bile eſt licet periculoſum: quia ſecundum Bernar-
dum: non omnes qui vocantur ad miniſterium, eli
guntur & ad regnum: ſicut patet de Saule in regno
& de Iuda in ſacerdotio electis à deo: ſed ſi ſe inge
rit procurando ſe eligi, damnabile eſt & pernicio-
ſum omnino, nemo enim debet eligi, vel promoue
ri, ſeu præfici, niſi de quo ſpiritus ſanctus inſpira-
uerit: alioquin ipſi ſpiritui ſancto iniuria fit. Vbi
nota ꝙ cum ſanctus Ludouicus rex Frãciæ, à quo
dam deuoto quæreret, cur epiſcopi modò, ſicut o- K
lim ſancti nõ eſſent: ille (vt creditur) nutu diuino
Ludouici regis Franciæ petitio.
reſpondit: quia tunc epiſcopi per inuocationẽ &
inſpirationẽ ſpiritus ſancti, ab electoribus canoni
cè eligebantur: nunc verò per ſupplicationes & pro
curationes aliãs de eis prouidetur: & ob hoc modò
ſancti nõ ſunt, ſicut olim cõmuniter fuerũt. Quo
audito rex dixit, ꝙ de cætero nullatenus pro ali-
quo ſupplicaret. Non ſolum aũt qui ad curas & di
gnitates ſe ingerunt, in periculo ſunt: ſed etiã qui
ad eas cũ delectatione accedunt, vel in eis cũ dele-
ctatione perſeuerant. Vnde Greg. Vnuſquiſque ſu
perbus rector toties ad culpam apoſtaſię dilabitur
quoties præeſſe hominibus delectatur, ac honoris
ſui ſingularitate lætatur. Vnde aũt hæc vitiorũ ra
dix pullulat in corde regentium, niſi ex imita- Luciferi imitatores.
tione illius qui deſpectis angelorũ ſocietatibus di-
xit: Aſcendã ſuper altitudinem nubium & ſimilis
ero altiſſimo. Vnde magnopere curandum eſt: vt Eſa. 14.
qui regendis hominibus præfertur: apud ſe penſet,
quia ad ſatisfaciendũ diſtrictio iudici de ſua tantũ L
modo anima vix ſufficit: & quot regendis ſubditis
præſto eſt reddendæ apud eum rationis tẽpore, vt
ita dicam, tot ſolus animas habet. Nam cui eſſe nũc
iudicem libet, huic videre tunc iudicem non libet.
Numerari enim culpę nequeunt, quæ habende po Diligẽtes honores.
teſtatis amore perpetrantur. Hæc Grego. nõ dicit
qui iudex eſt: ſed cui iudicem eſſe libet: animũ vi-
delicet, non gradum redarguẽs: & ad voluntatem,
non ad factum vituperationem referens. Cui autẽ
videre tunc iudicem non libet: de numero repro-
borum ſe eſſe non dubitet. Sicut enim electi tunc
de viſione iudicis gaudebunt: quia appropinquat
eorũ redemptio, ſic reprobi de viſione iudicis dole
bunt: quia appropinquat eorum perditio. Vnde &
alio loco euangelij, dominus dicit: Væ, id eſt æter- Lucæ 11.
na dãnatio vobis, ſcilicet imminet, qui diligitis pri
mas cathedras: non dicit, qui habetis: ſed qui diligi
tis: non arguens eos qui his vtuntur ex officij ordi
ne: ſed eos qui hæc dũ habent amant, vel dum non
habent affectãt, quod procedit ex ambitione. Væ M
quippe in ſcriptura ſacra, notat æternam damna- Væ quid notet.
tionem, & gehennæ ſupplicium: ſed heu huius ſe-
culi peregrinationem, & præſens exilium. Vnde Heu quid.
& Chryſoſtomus: Hæc dictio væ ſemper in ſcri-
pturis dicitur de his qui non poſſunt euadere à fu
turo ſupplicio. Solent autem ambitioſi ſe excuſan
do quãdoq; allegare illud apoſtoli, & dicere: Qui
epiſcopatũ deſiderat: bonũ opus deſiderat. Quibus 1. Timo. 3.
reſponderi poteſt, quòd opus eſt bonũ: ſed deſide- Deſiderare.
rare eſt malum. Sic & dici poteſt: qui aurum fura-
tur, bonam rem furatur: quia aurum bona res eſt,
ſed furari malum eſt. vnde apoſtolus ipſum opus,
tanquam bonum & fructuoſum, cõmendat: Chri-
ſtus verò ipſum deſiderare, tãquã malũ & vanum,
condemnat. Sic ergo patet ex Chriſti verbis & cæ
teris ſcripturis, quod ambitioſus nõ eſt in ſtatu gra
tiæ & ſalutis. Patet hoc etiã ex quibuſdam rationi
bus & cauſis: quia in tot humanis defectibus, nullus Ambitioſus inexcuſabilis.
relinquitur ambitioſo locus excuſationis, & per
hoc graue ei imminet periculũ perditionis. Mul-
ti enim per infirmitatem vel ignorantiam: aut in
toto



toto aut in parte de peccatis excuſantur: ſed ambi-
A tioſus cui præeſſe libet, per nullum horum defendi
tur. Non quidem per infirmitatem: quia ducatum
gregis libens ſuſcepit & tenuit: & ideo tãquã aries
in grege fortis prę cęteris eſſe debuit, nec per igno
rantiam, quia magiſterium aliorũ aſſumere & te-
nere ſibi placuit: & ideo ignorare non debuit qui
magiſter eſſe voluit. Talem ergo ſcilicet ambitio-
ſum, & cæcitatẽ eius valde plangere debemus: quia
hominem ad dei imaginẽ factum ipſum Luciferũ
(vt ſuprà per Gregoriũ dicitur) imitari videmus.
Et quia ambitioſus in tãto verſatur periculo, ideo
qui ſcienter talẽ eligũt vel promouent, aut in ſta-
tu ſuo fouent & defendunt: grauiter deũ offendũt,
& ſe participes cum eo in culpa faciũt. Vnde timẽ
dum eſt conſentientibus ambitioſo, ne cadant cum
eo: ſicut cõſentientes Lucifero ceciderũt cum illo.
Iſta maledicta peſtis ambitionis, totam inficit re-
ligionem Chriſtianitatis: & ſcandalũ toti mundo
parturit, non ſolum in clericis, ſed & in religioſis.
Væ ergo miſeris ad quos Phariſęorum, quibus dñs
B væ imprecabatur vitia tranſierunt: qui per breue
Phariſęorum vitiũ ambitio.
& incertum huius vitæ ſuę curriculũ, quo peccata
plangere debuerunt, ad dignitatem, & honorẽ aſpi
rare: vel pro his laborare, ſeu etiã certare dei timo-
Secũdum malũ, affectio carnalis.
re poſtpoſito non metuunt. Secundũ malũ eſt: quia
ſæpe carnales amici in beneficiorũ collatione alijs
melioribus, & dignioribus præferũtur: quorũ pro-
motoribus vę damnationis propheta comminatur
Abacuc 2.
dicens: Væ qui ædificat Sion in ſanguinibus. Multi
enim qui pro amicorum carnalium promotione,
& corpus & animã æternis exponunt incẽdijs: qui
Cõſanguineorũ pręlatio dominatur.
ecõuerſò pro eorũ liberatione extremũ digiti vix
ad horam ponerent in tormentis. Multis quidẽ prę
latis, procurat diabolus amicorum carnaliũ multi
tudinem: vt eorũ in carnali affectione & promotio
ne, obſcuret dignitatem & ſanctitatẽ. Sæpe nanq;
nepotes prælatorum, & alij carnales amici, qui an-
te ipſorum pręlatorum promotionẽ nõ apparebãt,
poſt promotionẽ eorum apparere incipiunt: quaſi
vna die, ſcilicet promotionis nati videãtur. Sed ſu-
C per hoc poteſt eccleſia dicere illud Eſaię: Quis ge-
Eſa. 49.
nuit mihi iſtos? Ego ſterilis & non pariẽs, tranſmi
grata & captiua, & iſtos quis enutriuit? Ego deſti-
tuta & ſola: & iſti vbi erant, ſcilicet ante prælati
Verſus.
promotionẽ? Vnde ait quidam: Cùm factor rerum
priuaret ſemine clerum. Ad Sathanæ votũ ſucceſ-
ſit turba nepotum. Hi tales qui in promotionibus
amicos carnales præferunt factis & operibus ſuis,
illud Pſalmiſtæ dicunt: Hæreditate poſſideamus
ſanctuarium dei. Et ideo timere habẽt maledictio
nem, quæ ibidem ſequitur, quam non ſolũ eccleſia
& alij: ſed etiã ipſimet ſibijpſis imprecãtur ſæpius,
Pſal. 82.
cùm orant dicẽtes: Deus meus pone illos vt rotam:
& ſicut ſtipulam ante faciem venti. Sicut ignis qui
cõburit ſyluam: & ſicut flamma cõburens montes.
Ita perſequeris illos in tẽpeſtate tua: & in ira tua
turbabis eos. Imple facies eorũ ignominia: & quę-
rent nomen tuum dñe. Erubeſcant & cõturbentur
Viſio pontificis.
in ſeculũ ſeculi: & cõfundantur & pereãt. Vbi no-
ta viſionem de quodam põtifice nimis ad carnales
amicos affecto: quę ſtatim poſt mortẽ eius oſtenſa
eſt cuidam legato eccleſiæ in via iam poſito. Quo-
dam enim mane, cùm idem legatus excitatus à ſo- D
mno vellet orare vt conſueuerat: ſubmiſſus eſt qui-
dam lectus, in ſuperficie aureis tapetijs circunſe-
ptus, in camera vbi quieſcebat: in quo reſidere vide
batur ipſe defunctus, ad modũ põtificis ornatus, &
in gyro eius multi de genere ſuo per eũ promoti,
& ditati choreã ducebant: & cãtilenas lugubres cã-
tantes in hunc modum proclamabant: Maledicta
promotio, & exaltatio tua: tu enim es perditionis
noſtræ cauſa. Ille verò circunquaq; reſpiciens: ma-
ledictionem ſimiliter eis imprecabatur dicẽs: Ma-
ledicti vos à deo, quia ꝓpter vos traditus ſum igni
perpetuo. Et hæc dicens coopertoriũ aureum ele-
uauit, & flamma de lecto cum fumo fœditiſſimo
aſcendit: & ſic viſio diſparuit. Hæc autẽ viſio præ-
dicto legato, angelo ſibi referẽte ideo oſtenſa fuit,
vt ipſe à ſimilibus abſtineret: quia defuncti ſucceſ-
ſor futurus eſſet. Poſt hæc quodã tempore, quidam
pontifex alius promotioni carnaliũ amicorum ni-
mis intentus, cùm ex infirmitate in qua per medi-
cos neglectus fuerat, morti eſſet propinquus: quaſi E
de ſalute corporis & animæ deſperãs, dixit pluri-
bus circũſtantibus & audiẽtibus: Medici abſtulerũt Amici animam auferunt.
mihi corpus, & amici animã. Ecce qualẽ retribu-
tionem de amicis habuit, quos ſic carnaliter dile-
xit & promouit. Sic & hodie multi religioſi carna
litatem nimis ſequẽtes: non ea quæ ſpiritus & dei
ſunt: ſed quę carnis & diaboli ſunt, in electionibus
ſuis ſapiunt, & magis corpori quàm animæ proui-
dere ſoliciti ſunt. Multi eñ potius eligunt bonũ co- Cocus pręlatus ſæpè.
cum, qui carnalibus voluptatibus eorũ ſatisfaciat:
quàm virum deuotũ qui vtilitatibus animarũ pro-
ficiat, vt ſic ſimul cũ illo ducant in bonis dies ſuos,
& quaſi de alia vita deſperati: recipiãt bona in vita
ſua, ac ſi ſic iret ad aſtra. Hi tales ſimiles illis ſunt:
de quibus Seneca ſic dicit: Quidam voluptatibus ſe Gulę conſuetudo.
immergunt, quibus in cõſuetudinẽ adductis carere
non poſſunt: & ob hoc miſerrimi ſunt, ꝙ eò perue-
nerunt, vt illis quæ fuerunt ſuperuacua facta ſint
neceſſaria. His etiam talibus applicari põt, quod de F
quodam patre factum eſt. Qui cùm quadam vice
melius ſolito refeciſſet: nocte ſequẽti diabolus ſibi
aſsiſtens, ventrẽ eius ſuauiter quaſi manibus cõtre-
ctando deliniuit: & quaſi eum ſubſannando dixit: Modò bene.
Modò bene, modò bene. Ille autẽ diaboli illuſionẽ
intelligens, pœnitentiam de hoc exceſſu egit, & ad
abſtinentiã cõſuetam redijt. Iſtud etiã verbum, ſci-
licet modò bene, modò bene, põt dici cuilibet ĩ hac Lucæ 19.
vita ꝓſperatè vel delicatè viuẽti. Et ſimiliter iſtud
euangelij, & quidem in hac die tua quæ ad pacem
tibi: nunc autẽ abſcondita ſunt, ab oculis tuis, ſci-
licet mala futuri tẽporis. Tertiũ malũ eſt, quia ple- Tertium malũ, promotio malorum.
runque cauſa mala mouente & alliciente: indigni,
& quandoque etiã mali & hoſtes Chriſti ad eccle-
ſiaſtica beneficia promouentur: & magis perſonis
quàm eccleſijs: magiſq; vtilitati priuatæ, quàm cõ-
muni prouidetur: nec fiunt clerici vel prælati deo,
ſed mũdo. Vnde magna cura eſt multis, vt in domo
ſua officiales vtiles pręficiãt: ſed parua cura eſt eis,
vt in domo dei miniſtros idoneos inſtituant: quia
heu quaſi nulla miniſtrorum Chriſti eſt electio:
cùm tamen

cùm tamen miniſtri hominum ſæpe cum magno G eligantur conſilio. Prohdolor ſæpe magis inſufficientes aſſumuntur ad ſtatum clericorũ, & ad eccleſiaſtica beneficia etiã curata:quàm ad ſtatũ mechanicorum, vel ad aliqua huiuſmodi officia. Qui enim mechanicus eſſe voluerit, neceſſe eſt vt ad ſuum officium ſpectãtia ſciat, vel addiſcat:ſed plerunque in clericis hoc fallit. Quomodo ergo tales per ignorantiam poterunt excuſari: maximè ſi ad dignitates & beneficia curata fuerint promoti? Vñ Bernardus: Quę ignorantia excuſare poſsit hominem,qui ſe magiſtrũ infantium,doctorem inſipiẽtium profitetur? Talium quippe dum quis promouetur, rectè à diabolo ſupra tẽpli pinnaculũ eleuatur:cui diabolus quaſi ſubſannando tunc loquitur: Si filius dei es, mitte te deorſum. Iã inter filios dei computatus es:iam ab his qui te nó cognoſcunt,videris eſſe quod non es. Fac igitur aliquid vnde lauderis:vnde glorioſus habearis, & vnde magnus ab hominibus videaris. Mitte te deorſum: Quid enim tam propriũ diabolo quàm ſuadere, vt vnuſquiſq; H indignius eccleſiæ ſe ſibi ſubmittat? Et reuera hi tales ſemper deorſum ſe mittunt: quia ſolas diuitias, dignitates & gloriã quærentes,quotidie deteriores fiunt. Promotores etiam talium in quacunq; dignitate,quaſi ſupra templi pinnaculũ conſtituti, ſe ad perſuaſionẽ & cõſilium diaboli deorſum mittunt, quando per carnalẽ affectionẽ,vel aliã cauſam malam eos excęcantẽ,talibus condeſcendẽdo:eos promouent: vel eorum promotionibus acquieſcunt. Simia quippe ponitur in tecto:& latro in ſcalis coram populo,non ad ſui honorẽ,ſed ad deriſionẽ:ſic etiam eſt de indigno in eccleſia exaltato. vñ Senec. Loco ignominiæ eſt apud indignum dignitas. Vt autẽ dicit Greg. Neceſſe eſt vt is q̃ pręeſt,quæ exẽpla ſubditis præbeat ſolerter attendat, & tantis ſe ſciat viuere quãtis præeſſe. Et ideo vt idẽ dicit: Nõ debet hominum ducatum ſuſcipere: qui neſcit homines bene viuẽdo præire: neq; ad hoc eligatur, vt aliorum culpas corrigat, qui quod reſecare debuit ipſe cõmittit. Et iterum: Durũ quippe eſt vt qui ne I ſcit tenere moderamina vitæ ſuæ: iudex fiat vitæ alienæ. Hęc Greg. Sic & hodie apud multos etiam religioſos in electionibus & prouiſionibus timore dei poſtpoſito, Ieſus, id eſt vir bonus & dignus,ac dei amicus,q̃ ſe & alios ſaluare ſtudet,reprobatur: & Barrabas latro inſignis,id eſt malus & ĩdignus, ac Chriſti hoſtis, qui ſe & alios in anima perimit, eligitur. Vñ qui in talibus promotionibus, faciẽdo vel conſentiendo culpabiles ſunt: ipſo ſuo facto,vel conſenſu,cum Iudæis dicunt: Nõ hunc,ſed Barrabam. Et ideo timeant tales,ne alienati à Ieſu ſaluatore,partẽ ſortiantur cum Barraba latrone. Tales quippe ſic electi ſunt ſubditis magis in ruinam & ſcandalum, quàm in reſurrectionẽ & boni exẽplũ: & hoc fermentum prælatorum corrumpit totam maſſam ſubditorum:quia dũ caput ægrotat: cętera membra dolent. Agrotant quidẽ, ſed non ſanãtur: quia morbum noli me tangere habere videntur:& intacti remanentes, per eos quorũ intereſt debitè non corriguntur. Et ideo heu,iã apud plures de capite facta eſt cauda:de priore poſterior: & de magiſtro diſcipulus: & vtinam Chriſti, non diaboli. Sed timere habent homines in his culpabiles,ne iu K ſtitia per eos neglecta ad ſupernum iudicẽ querelã ſuam dirigat: & ille voces querimoniæ eius ſuſcipiens,iuſto iudicio ſuo vindictam ſuã ſuper pręuaricatores rectitudinis inducat. Et iſtud in multis talibus factũ nouimus,& adhuc frequẽter fieri videmus, ſed quidam miſeri ſic ſunt excæcati, ꝙ nec cognoſcere defectus ſuos volunt. vnde talia flagella procedunt:& ideo ſæpe grauiora eis ſuperueniunt.

Ignorãtia non excuſans.

Matth. 4.

Simia in tecto, latro ĩ ſcalis

Dignitas indignorũ Prælatorũ onus.

Ioan. 18.

Caput ſit cauda.

Quartum malũ eſt, quia vnus beneficio vno nõ eſt contentus in alterum clericorum præiudicium & damnũ: plura occupat, & alijs eſurientibus ipſe ſe põpis & vanitatibus inebriat. Pauperum enim neceſsitatibus ſubtrahitur, quicquid diuitũ vanitatibus accedit:& multitudo ſeruorum,multitudinem pauperum facit. vnde eſt quod cõmuniter dicitur: Quicquid delirãt reges plectũtur Achiui. Et quod peius eſt, interdum vnus ad vnũ etiã beneficiũ minus idoneus, plura occupat: & qui vnicũ quamuis modicum vix officiũ implere ſufficeret, plurimorum ſtipendia ſibi vendicat. Plura quidẽ beneficia L habentibus,paratur vagãdi & delinquẽdi materia: diuinus cultus & hoſpitalitas in ipſis beneficijs minuitur:eccleſiarum cõmodis & honori detrahitur, quæ per hoc in ſpiritualibus & tẽporalibus multipliciter collabũtur. Sed eſto ꝙ tales habeant diſpẽſationem,ſuper pluralitate beneficiorum: nunquid diſpenſationem habere potuerunt,ſuper perpetratione prædictorum malorum? Quę quidẽ mala tãta ſunt,ꝙ ſola ad dãmationem ſufficiunt: & reum in infernum detrudere poſſunt: vbi vnus vt plures in beneficijs,erit vnus vt plures in tormentis. Iſtos ſecundum Bernardũ ſupra montẽ excelſum valde diabolus ducit:quibus etiã omnia regna mundi, & eorum gloriã oſtendit:& oſtenſa ſi procidẽtes eum adorant dare promittit,& reuera poſtquàm auaritiæ ſuæ conſulẽdo, multa beneficia adepti ſunt, eũ adorant,eum colunt & venerantur, eũ quaſi deum ſequuntur: & poſt eum in tenebris demerguntur. Vbi nota quędã exempla de hac materia. Guillielmus Pariſienſis epiſcopus, in theologia regens,cõuocationem fecerat magiſtrorũ. Et propoſita quę- ſtione de pluralitate beneficiorum:ſolerti & longa M diſputatione probatum eſt,duo beneficia,dũmodo vnum quindecim libras Pariſienſes valeret,ab vno teneri cum ſalute non poſſe. Hoc determinauit prędictus epiſcopus, hoc omnes alij magiſtri theologię determinauerũt:exceptis duobus,ſcilicet magiſtro Philippo Pariſienſi Cancellario: & magiſtro Arnoldo poſtmodum Ambianenſi epiſcopo. Quid uatem prędicto Philippo cõtigerit audiamus. Agonizantem in morte dominus Guillielmus epiſcopus,tanquã bonus paſtor viſitauit: rogans eum vt ſingulari opinioni de pluralitate beneficiorũ cederet,& oĩa beneficia ſua vno excepto in manus eccleſiæ reſignaret. Sed renuit,dicẽs ſe velle experiri vtrum eſſet dãnabile plura beneficia ab vno teneri. Mortuus eſt ergo ſic: & poſt paucos dies dicto Pariſienſi epiſcopo in terra & miſerabili forma apparuit,dicẽs inter cætera, propter pluralitatẽ beneficiorum ſe eſſe damnatũ. Similiter alius quidã clericus magnę literaturę, apparens cuidã poſt mor- A tem ſuã,dixit ſe damnatũ ob hanc ſolam cauſam, quia duas tenuit præbẽdas. Super hac eadem quęſtione Robertus Romanæ eccleſiæ cardinalis, & magiſter in theologia, interrogatus morti vicinus, reſpondit: Dico iam migraturus à vita, ꝙ mortale & damnabile eſt,plura tenere beneficia. Hoc idem ſanctæ memoriæ Petrus Cantor pariſienſis,& dixit,& ſcripſit. Hoc idẽ magiſter Guilhardus Cameracẽſis epiſcopus,verbo huiuſmodi cõfirmauit: Nollem, inquit,pro toto auro Arabiæ vna nocte duo beneficia detinere, & hoc propter diſcrimen incertæ vitæ. Super hoc etiã narrante Bernardo, quondam domini papæ pœnitentiario:cùm beatę memorię Gregorius papa nonus interrogaretur,ſi poſſet de plenitudine poteſtatis cum plurium beneficiorum detentoribus diſpenſare: reſpondit: Non poſſum, inquit, niſi tantum ſuper vexatione detinentium diſpenſare. Quod fortè ideo dixit:quia vt viſum eſt,plura mala ac peccata gra- B uia & ineuitabilia inde ſubſequuntur,ſuper quibus faciendis diſpenſatio cadere nõ videtur:quia peccatum in nullo caſu cõceditur. Quis ergo erit ſapiẽs qui ſe fallat,& tanto diſcrimini cõmittatur. Eſto ꝙ multi dicant hoc,& multi alij in contrariũ opinentur,hoc ſolum tamẽ mortale ab Auguſtino doctorum maximo iudicatur,cùm quis incertitudinis periculo,aut mortalis peccati diſcrimini ſe cõmittit. ſic & hodie multi religioſi nõ ſolum grangias, ſed & eccleſias nõ ſine animarũ periculo ſibi incorporando multiplicare ſoliciti ſunt,exponentes ſe periculo reddendæ rationis de animabus eccleſiarum,quarum decimas & fructus percipiunt.

Qua[rtum] malu[m] ... neficio[rum] plura[litas]

Hora[tius] in prin[ci]pio ep[isto]larum.

Diſpe[nſa]tio.

Matth.

Guil. P[ari]ſienſis q[uæ]ſtio.

Philip[pus] Cãcel[larius] dãna[tus].

Diſpenſatio papę.

Quintum malum est, quia pleriq; in beneficijs nõ reſident,& fructus eorũ percipientes debitum pro his laborẽ vel ſeruitiũ eccleſijs nõ impendunt. Gaudent & ſe iactant,quia habent tot florenos ſibi apportatos,ſed timeant ne ſint floreni eos ad infernũ portantes. Fruſtra enim ſe iactant habere beneficium,vel mercedẽ cuius non exhibent operationẽ. C Sed eſto ꝙ tales habeãt diſpenſationẽ,ſuper abſentia ſeu non reſidentia,nunquid diſpẽſationẽ, ſuper re potuerunt ſuper peccatis, & malis cõmittendis quæ ineuitabiliter ſequuntur ex eorũ abſentia & negligentia? Et ideo bene eis ceſſet, ſi haberent vicarium in tormẽtis,ſicut excuſando ſe dicũt habere in beneficijs. Qui enim reſidere nolunt in beneficijs,timere habent ne reſidentiã perpetuã faciant in tormentis. Et in hoc magis delinquunt prælati, & curã habentes animarũ:quia ex illorum abſentia maius ſequitur periculum. Pauci quidẽ ex eis paſtores,ſed multi mercenarij ſunt: quia nõ lucrũ animarũ,ſed mercedem tẽporalis cõmodi, aut lucri,vel honoris quærunt. Iſtis bene congruit illud Bernardi vbi ait: Vę tibi clerice,mors in olla, mors in huiuſmodi delitijs. Peccata enim populi comedis,ac ſi propria minus ſufficere viderentur. Sumptus eccleſiaſticos gratis habere te reputas:ſed bonum erat magis fodere & mendicare. Et iterum: Indignus lacte & lana conuincitur, ſi non paſcit oues:ſi nõ vigilat in cuſtodia gregis, iudicium ſibi manducat & veſcitur. Quid tibi inſipiens delitiæ ſapiunt: quid diuitiæ illæ cæcos delectant oculos, quibus mereris tam graue iudicium, tam durè te- D metipſum obligas rationi. Vniuerſa ſiquidem vſq; ad quadrantem nouiſsimũ exigeris. Hæc Ber. Et iterum ſuper illo verbo prophetæ. Peccata populi mei comedent. Quaſi dicat, peccatorũ pretia exigunt:& peccantibus debitã ſolicitudinem nõ impendunt. Quem dabis mihi de numero præpoſitorum, qui non plus inuigilet ſubditorũ euacuandis marſupijs,quàm vitijs extirpandis? Vbi qui orando flectat iram:qui prædicet annũ placabilem domino. Leniora loquimur,grauiora grauius manet iudicium. Miniſtri Chriſti ſunt,& ſeruiunt antichriſto. Honorati incedũt de bonis domini, qui domino honorẽ non fecerunt. hęc Ber. Sunt autem quidam qui eccleſijs & ouibus ſuis proprijs derelictis alijs deſeruiunt eccleſijs vel prædicãt populis: ſed per hoc de negligentia eccleſiarũ,& ouiũ ſuarum non excuſantur apud deũ:quia reddent rationẽ de omnibus vſq; ad quadrantẽ nouiſsimum. Allegant etiam quandoq; non reſidentes,ꝙ in eccleſijs eorũ E ſunt rebelles & tyranni,vel infideles & huiuſmodi. In quo ſeipſos magis redarguunt:quia vident lupũ & fugiunt,cùm tamen pro illorũ & eccleſiæ vtilitate deberent tũc potius reſidere. Sic & hodie multi in religione curã animarum habentes clauſtrum quaſi carcerẽ fugiunt,& cum Sathan circumeundo terrã,& perambulando eam quaſi vagi diſcurrunt:parũ timentes,ꝙ ligatis vagis eorum pedibus proijciantur in tenebras exteriores. Primi quidem religionis patres,vrbes & palatia relinquẽtes ſolitudinem petebant:dicentes cũ Hieronymo, Oppidum mihi carcer eſt,& ſolitudo paradiſus: ſed iſti vagi ſolitudinẽ deſerẽtes, vrbes & palatia quęrũt, quaſi intra ſe dicentes: ſolitudo mihi carcer eſt, & oppidũ paradiſus. Vnde talibus bene cõpetit:& de eis ſcribi poſſet,quod de quodam huiuſcemodi poſt mortem eius,quaſi pro epitaphio,quidã verſificator ſic ſcripſit: Dum fuit in mundo, per mundum vexit eundo. Hæc poſtrema dies, hæc ſibi prima quies. Sextũ malum eſt,quia multi fructibus bene F ficiorum & bonis eccleſiaſticis abuti nõ metuunt, ac patrimonium Chriſti,& res pauperũ in vſus ſuperfluos & illicitos cõuertunt. Quantũcunq; enim vtiliter in beneficio quis laboret, vltra tamen victũ & veſtitũ ſibi vendicare non debet. Quicquid amplius eſt,pauperũ eſt. Vnde Ber. Sed eſto ſtudioſè quis & fructuoſè laboret, viuat de altario vt alimenta & quibus tegatur habens, his contentus ſit. Non ſuperbiat,nõ luxurietur, deniq; non ditetur, nec ex clericatu ditior fiat:non ſibi de bonis eccleſiæ ampla palatia fabricet,nec loculos inde cõgreget,nec in vanitate aut ſuperfluitate diſpergat,non extollat de facultatibus eccleſiæ conſanguineos ſuos aut nepotes, ne filias dixerim nuptui tradat. Res pauperum non pauperibus dare,par ſacrilegij crimen eſſe dignoſcitur. Nec enim ordinauit deus his qui euangelio ſeruiunt de euangelio quęrere aut habere delitias,aut ornatũ:ſed viuere ait apoſtolus de eo,vt videlicet ſint contenti alimẽta corporis,non gulæ irritamẽta,aut incentiua libidinis: & quibus tegantur,non quibus ornentur,accipere.

Quintum malum, Abſentia fructus habentium.

4. Reg. 4.

Oſee. 4.

Matth. 5.

Clauſtri fuga.

Epitaphium vagi.

Sextum malum, Bonorum eccleſiæ inutilis aſſumptio.

Et iterum: Pauci admodum ſunt qui non quæ ſua

G ſunt quærant. Diligunt munera, non poſſunt pariter diligere Chriſtum: quia manus dederũt mammonæ.

Prelatorũ pompa.

Intuere quomodo incedunt nitidi & ornati, circumamicti varietatibus, tanquam ſponſa procedens de thalamo ſuo: nónne quempiã talium repentè eminus procedentem aſpexeris, ſponſam potius putabis, quàm ſponſæ cuſtodem. Vnde veró hanc illis exuberare exiſtimas rerum affluentiã, veſtiũ ſplendorem, menſarum luxuriã, congeriem vaſorum argenteorum & aureorum, niſi de bonis ſpõſæ? Inde eſt, ꝙ illa pauper & inops, & nuda relinquitur, facie miſeranda, inculta, hiſpida, exanguis. Propter hoc nõ eſt hoc tempore ornare ſponſam; ſed ſpoliare: non eſt cuſtodire, ſed perdere: non eſt defendere, ſed exponere: non eſt inſtruere, ſed proſtituere: nõ eſt paſcere gregẽ, ſed mactare & deuorare: dicente de illis domino, qui deuorant plebem

Pſal.13. Pſal.78.

meam vt cibum panis: & quia comederunt Iacob, & locum eius deſolauerunt. Hæc Ber. Sic & hodie multi religioſi bonis monaſterij abuti non verentur: & diuitem purpura & byſſo indutum imitan-

Lucę 15.

H do, quærunt ad induendum non quod vtilius, ſed quod ſubtilius inuenitur: nõ quod frigus expellat, ſed quod ſuperbire compellat, & cum eodẽ diuite epulari quotidie ſplendidè volunt: & pro carnibus, à quibus abſtinetur, ſtudium ſuũ in piſcibus & delitijs varijs ponunt. Et ſecundum quod de quibuſdam dicitur, plus in Salmone, quàm in Salomone ſtudent: quod ſecundum proſperũ, non eſt delitias reſecare, ſed vnam in aliam cõmutare. Vnde & Auguſt. Qui ſic à carnibus ſe tẽperant, vt alias eſcas, & difficilioris præparationis & pretij maioris inquirãt multum errant. Non enim eſt hoc ſuſcipere abſtinentiã, ſed mutare luxuriã. Iſti non intelli-

Hamus in cibis & veſtibus ſuperfluis.

gunt ꝙ in his hamum accipiunt: quia pœnam pro ſingulis exoluent, & quantum ſe glorificauerunt & in delitijs fuerunt: tantum de tormento & luctu habebunt. Vtinam multi mercenarij, & pſeudopaſtores hęc attenderent: qui plus de ſeipſis etiam ſanis, quàm ſuis ſubditis etiam infirmis, ſoliciti ſunt:

I plusq; ſibi in voluptatibus, quàm ſubditis in neceſſitatibus condeſcendunt. Et ideo ſæpe huiuſmodi mercenarij diris à deo caſtigantur flagellis: ſed intelligere nolunt vnde hæc flagella procedunt, conquerentes quandoque de percuſsione, ſed tacentes de cauſa mouente: ſecundum illud quod cõmuniter dicitur: percutitur puer & queritur, ſed tacetur. Quandoque etiam iuſto dei iudicio tales in neceſsitate deſeruntur ab alijs, vt ſicut fecerunt fiat & ipſis: & vtinam hæc ſaperent, & intelligerent, & ſe emendarent.

Septimũ malum, Curioſitas clericorũ.

Septimum malum, quod præcedenti ſæpe malo eſt annexum, eſt maledictum curioſitatis vitium, à quo tam in faciendo, quàm vtẽdo tanquam à venenoſo ſerpente eſt omnibus dei ſeruis abſtinendum. Curioſa enim qui faciunt, & qui eis vti volunt, mundo viuunt & ſeruiunt. Talia namq; ſunt ornamenta mundi, & blaſphemia dei. Qui vero in puritate conſcientiæ intendit viuere: mirum quomodo in faciendo vel vtendo ſe audet hac fece fœdare. Eſt enim periculoſum, & eſt valde magnum vitium. Primò, quia tempus ad laudandum deum conceſſum perditur, & cõtra ipſum

K in vanis expenditur.

Curioſitatis pericula & mala.

Multo enim plus de tempore occupat curioſum opus, quàm expediat: & hoc valde malum eſſe nullus ſapiẽs ignorat. Secundò, quia faciendi eſt cauſa vanæ gloriæ & iactantiæ. O quoties cogitat & recogitat, ac mente reuoluit, etiam quando non operatur, ac etiam quando diuinis intendere debet: vt pulchrum opus faciat. O quoties illud aſpicit, & inde ſe reputat & apud alios reputari vult & ſe iactat. Tertiò, quia etiam ei cui facit, eſt cauſa & occaſio ſuperbiæ. Tali enim oleo ignis ſuperbiæ nutritur, & magis accenditur. Nam ſicut rudia & groſſa ſunt humilitatis fomentum, ſic curioſa & pulchra ſunt ſuperbię nutrimentum. Quartò, quia eſt materia & occaſio retrahẽdi animum à deo. Nam ſecundum Grego. Tanto quis à ſuperno amore diſiungitur, quanto inferius delectatur. Quintò, quia eſt cõcupiſcentia & voluptas oculorum. Ad nihil enim talia curioſa valere videntur: niſi vt inde oculi paſcantur, & per conſequens etiã animus ex eis diſtrahitur. Sextò, quia multorum aliorum eſt laqueus & ruina. Nam talia reſpiciẽtes multis modis offendere poſſunt, vel

L delectabiliter aſpiciendo & ſimilia concupiſcẽdo, vel detrahendo & maledicendo: ſeu alijs ſcãdalum & malum exemplum inde trahendo. Cogita ergo quoties deus offendi poterit antequã illa curioſitas deleta ſit. De omnibus aũt illis offenſis ipſe qui tale opus fecit, vel fieri procurauit, eſt in cauſa, & per conſequens in culpa. Ecce quot mala ex tali curioſitate proueniunt. Adhuc eſt & aliud magnum malum valde: quia curioſitas directè obuiat paupertati. Et vltra omnia prædicta eſt hoc malum, ꝙ leuis ac vani & inconſtantis animi eſt indicium, & ſuperbiæ in corde latentis ſignum. Hoc autem malum curioſitatis non ſolum reperitur in

Curioſitas religioſorum.

clericis: ſed etiam pleriſque religioſis. Quidam enim eorum relicta, & quaſi contempta antiquorum patrum ſimplicitate & humilitate, nouitates ſeculares in multis ad vſum pertinentibus adinueniunt, & diabolum adulterantem cum ſuis ſatellitibus in religionem introducunt: vnde non viden-

M tur filij religionis veri & legitimi, ſed potius adulteri: quia à ſanctis patribus degenerantes, adulterinas nouitates & curioſitates adinueniunt, & quales ſunt, talia opera faciunt. Vnde de eis illud vulgare

Verſiculus.

dici poteſt: Qualis erat mulier, tale coquebat hordeum. Miniſtri ergo diaboli ſunt: quia opus eius faciendo ſibi ſeruiunt. Et ideo propter nullum de mundo tale opus quis facere debet, nec velle pro ſe fieri etiam ſi gratis fieret: quia nulla de cauſa peccato eſt conſentiendum, & ab offenſã dei eſt omnibus modis abſtinendum. Nam vt dicit Anſelmus:

Peccati mala.

Omne peccatum per præuaricationem deum exhonorat. Si ergo peccare, eſt deũ exhonorare: hoc homo facere non deberet, etiam ſi neceſſe eſſet perire omne quod deus non eſt. Mirum ergo valde quomodo homuncio, cinis & puluis, tam audacter deum & tantam maieſtatem præſumit offendere. Vnde Bernardus: Tangit montes & fumigant, &

Pſal.143.

tam tremendam maieſtatem audet irritare puluiſculus vno leui flatu diſpergendus, & minimè recolligendus.



colligendus. Et ſi propter nullum alium curioſa fa-

A cere deberes: quantò magis offendis ſi proprio motu ad ſolã complacentiã talia facis: volens magis cõ-

Periculũ clericorũ.

placere creaturæ, quàm creari. Ex præmiſsis igitur apparet aliquantulũ in quali & quanto periculo ſit hodie ſtatus clericorum: & quanta per eos veniunt ſcandala, quantamq; perſecutionem ſuſcitãt in eccleſia. Illi enim verè eccleſiam perſequuntur, qui vitijs & malis exemplis perſequuntur. Illi acer-

Scandalizantium malum.

bius ſanguinem fundunt, qui Chriſtum quantum in ipſis eſt in homine occidunt. Vnde Ber. Si dominus proprium ſanguinẽ dedit in pretium redemptionis animarũ: nónne tibi videtur grauiorem ſuſcitare perſecutionem, qui ſuggeſtione mala, exemplo pernicioſo, ſcandali occaſione, auertit ab eo animas quas redemit, ab illo qui ſanguinem ſuum fudit? Et iterum: Quis obſecro laicorum auidius clericis acquirit temporalia: & ineptius vtitur acquiſitus. Cùm tantum faſtum videant laici in ſupellectile clericorum, nónne per eos potius inuitantur ad

Lucæ 4.

mundum diligendum, quàm negligendum? Medi-

B ce cura teipſum. Si mundum prædicas contemnendum, cõtemne tu prius: & ad ipſum alios efficacius inuitabis. Da voci tuæ vocem virtutis: conſonet

Hęb.4.

vita verbis, & ſtatim erit in ore tuo viuax, & efficax ſermo dei, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Non ſic profectò eſt: ſed ſicut populus, ſic ſacerdos: ſicut laicus, ſic & cleric⁹: vterq; cupit, vterq; diligit mundum, & ea quæ in mundo ſunt. Laicus tamen cum labore, ſed clericus ſine labore volunt poſſidere totum mundum. Communicare volunt cupiditati & ſuperfluitati hominum, ſed non labori. Peccare volunt, ſed non flagellari cum hominibus. Vnde timendũ eſt quod flagellentur cum dæmonibus. Quomodo ſeculares non expẽderent ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſè etiam in pręſentia ſacerdotium: quomodo non intenderent vanitatibus & lenocinijs huius ſeculi? quomodo non eſſent

C inſolentes & elati, cùm tantum faſtum, tantam inſolentiam videant clericorum? Nónne in pręſentia eorum irreuerenter abutimini eleemoſynis pauperum? De patrimonio crucis Chriſti non facitis co-

Thren.4.

dices in eccleſijs: ſed paſcitis pellices, impinguatis canes, adornatis equos. Et verè in capitibus omnibus omnium platearũ diſperſi ſunt lapides ſanctua-

Lapides ſanctuarij

rij. Plateæ latæ ſunt: & lata eſt via, quæ ducit ad mortem. Lapides ergo ſanctuarij, id eſt, ſacerdotes ſunt in capitibus, id eſt, in introitu latarum viarum docent enim populos per praua exempla ingredi vias latas quę ducũt ad mortẽ: & demergũt in profundũ inferni. Dolor capitis in mẽbra redũdat. Et

Eſaiæ 38.

meritò clamat ſancta eccleſia hodie. Ecce in pace amaritudo mea amariſsima. Multa eſt hodie & lõgè & grauior, quàm credi poſsit perſecutio ſanctæ eccleſiæ: & talis incumbit qualis non fuit à principio. Multis modis perſecutus eſt eam diabolus, ſed nunquam grauius quàm hodie: quia nunquam fuit maior perditio Chriſtianorum, nec liberior aut ſecurior tranſgreſsio diuinorum præceptorũ: eccleſiam incipientem perſecutus eſt per tyrannos: proficientem perſecutus eſt per hæreticos: iam lætam & florentem perſequitur per motus illicitos. hæc

Bernar. Adhuc autem vnũ de clericis in fine ſub-

D iungo exemplum:

Exemplũ de clerico.

Clericus quidam in ſynodo epiſcoporum prædicare cõpulſus anguſtiabatur non modicum, quidnam dignè poſſet coram tot eccleſiæ prælatis prædicare. At vbi acceſſurus in oratione iaceret, venit ad eum diabolus, & dixit: Quid anguſtiaris iſtis clericis prędicare? Dic eis iſtud, & nõ aliud: Princeps inferni ſalutat principes eccleſiæ. Lęti omnes nos eiſdem referimus gratias, quia per eorum negligentiam ad nos ferè totus mundus deuoluitur: quia cum ipſis prælatis nobis eorum ſubditi pariter offeruntur. Inuitus quidẽ tibi dico, ſed altiſsimi iuſsione coactus. Quàm vera iſta ſint, ſtatus procuìdubio eccleſiæ monſtrat: qui nullam triũ malorum quæ in mundo ſunt, ſcilicet ſuperbiæ, auaritiæ, luxuriæ comparationẽ recipit in clericis & prælatis. Vide moderatores orbis, & reges magnos: vide duces, comites & barones, nihil videbis in eorum cultu & apparatu tam ſingulariter exquiſitum, tam pompoſum. Eorum auaritiam ſi attendas, nullam mercatorum, nullam ciuium talem re-

E peries. Qui tamen hæredes legitimos ſi haberẽt, tolerabilior inſania videretur. De luxuria verò eorũ nihil diffinire præſumo: niſi quòd illam ſolus nouerit omnipotens qui renum & cordium ſcrutator

Luxuria clericorũ. Pſal.7.c.

eſt deus. A qua quidem luxuria valde terrere deberent eos, quorundã clericorum exempla, de quibus noui quoſdam ſubitò & improuiſè in latrina & fœtore vitã ſuam fœtidã terminaſſe: & quendã in ipſo actu ſimul cum fine operis expiraſſe. Et ſi quæris de gula, quæ fomentum eſt luxuriæ: inuenies populum ſemel in anno carniſpriuium facere, ſed clerũ quotidie. In ſabbato quoq; delitijs affluere mos erat Iudæis veri ſabbati ignaris: quos clerici in hoc ſatis imitantur, in feſtis diebus delicatius conuiuantes, nec aliter diem feſtum, niſi plus ſolitò ſe ingurgitent reputantes. Vnde Hierony.

Mõſtrum ex vitijs malus clericus eſt.

Cùm ſuperbia propria ſit dæmonibus, ſiue mulieribus: luxuria, pecudibus: auaritia, mercatoribus: ex his factum eſt monſtrum, quòd eſt malus clericus. Similiter in religioſis inuenire poteris vnum monſtrum ex huiuſmodi malis compoſi-

F tum. Quandoque enim præſidens eſt ſuperbus & ambitioſus, diligens præeſſe, & quærens modis omnibus in officio remanere. Eſt etiam quandoque cum hoc concupiſcentiæ carnis deditus: quærens frequenter occaſiones vacandi delitijs & voluptatibus. Eſt inſuper quandoque concupiſcentia oculorum, & auaritia cæcatus pro quæſtu faciendo: diſcurrens & qualitercunque temporalia acquirens, vel acquiſita recipiens. Et quia in

Tria capitalia mala. 1.Ioan.2.

ſe habet hæc tria ex quibus oriuntur omnia huius ſeculi mala: nam teſtante Ioanne. Omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ: ideo expectare habet pro retributione condigna omnia ſeculi alterius incommoda. Si quis propter prædicta mihi ea ſcribenti iraſcitur, talis de ſeipſo quod huiuſmodi ſit confitetur. Multi enim cùm eis veritas proponitur indignè ferunt: & cùm aliter euadere non poſſunt, reſpondent quod de talibus ſibi conſcientiam non faciũt: & hęc eſt ma

G la conſcientia:quia veritati & rationi cõtraria.Vn
Conſcien- de notandum ꝙ quadruplex eſt cõſcientia: ſcilicet
tia quadru duæ bonæ,& duæ malæ.Prima eſt bona & tran-
plex. quilla:& hæc eſt illius qui peccata pręterita punit,
& cõmittenda diligenter refugit. De qua in Pſal-
Pſalm. 31. mo:Beatus vir cui non imputauit dominus pecca-
tum.Omnę autem quod ipſe non imputare decre-
uit,ſic eſt quaſi nõ fuerit. Secunda eſt bona,ſed tur
bata:quæ ſe leuat,nõ tamẽ in dulcedine,ſed in ama
ritudine repugnante ſenſualitate:ita vt dura videa-
tur ei via recta, parca vita, longa vigilia, oratio
prolixa,rudis veſtis, cibus agreſtis: & tamen reti-
Luc.22. net ſe freno timoris. Sed audiet iſte à Chriſto
cum apoſtolis: Vos eſtis qui permanſiſtis mecum
Pſal.90. in tentationibus meis: & illud Pſalmi: Cum ipſo
ſum in tribulatiõe.Tertia eſt mala & turbata,quæ
non tantum timet peccatum, quantũ deprehendi
in peccato:& minus timet dei offenſam,quàm pec
Pſal.9. cati infamiam. De qua in Pſalmo: In operibus ma
nuum ſuarum comprehenſus eſt peccator. Et ite-
Pſal.82. rum:Imple facies eorum ignominia, & quærent
H nomen tuũ domine. Quarta eſt mala & trãquilla,
ac per hoc ſummè periculoſa. Iſta nec timet deum
offendere,nec hominem veretur ſcandalizare,quę
Prouer.18 cùm venerit in profundũ peccatorum, contemnit:
Peccare & ideo in peccato quietè manet. Sed nihil eſt quo
cum ſecu- tantum prouocetur vindicta iudicis,ſicut cum ſecu
ritate. ritate peccare,& non deſiſtere à peccatis. Talis eſt
conſcientia quorundam, qui cùm errant & maleſa
ciunt,ita ꝙ etiã ſcriptura vel ratione conuinci poſ
ſunt:poſtpoſito dei timore, dicunt ꝙ non faciunt
ſibi cõſcientiã:putantes ꝙ deus in iudicãdo eorũ ſe
quatur opinionẽ phantaſticã, & relinquat iuſtitiã.

ORATIO.

Iacob. 4. Domine Ieſu Chriſte,qui ſuperbis reſiſtis, &
humilibus das gratiam:da cunctis ſtatum di
gnitatis & regiminis pro bono obediẽtiæ hu
militer & ſine ambulatione ſuſcipientibus, & ſic
in eo perſeuerantibus,gratiã in præſenti,& gloriã
in futuro:& reſiſtere ambitioſis, ſępiendo vias eo-
rum ſpinis,ne proſperentur in eis:ita vt neq; pręeſ
I ſe hominibus delectentur,neq; honoris ſui ſingula
ritate lætentur:ſicq; tandem illuminati, & ad cor
reuerſi,à peſtifero vitio ambitionis deſiſtant, & ta
les eſſe deſinant,vt te miſerante in æternũ non pe-
reant.Amen.

De eo quòd dominus ſupra mare ambulauit: & Petrum ne mergeretur erexit. Cap. LXIX.

Matt. 14. INterim autẽ quòd dominus orauit
Ioannis 6. in mõte ſolus,[nauicula] in qua erãt
Marc.7. diſcipuli[in medio maris iactabatur
fluctibus,]& laborabant in remigan
do, [quia ventus erat eis cõtrarius.]
Ex quo aduerte quàm formidanda ſit Chriſti ab-
ſentia,quia illi qui Chriſti ſocietate carent, tẽtatio
nibus exponuntur.Conſpice igitur eos,& ipſis cõ-
patere,quia in magna ſunt anguſtia & tribulatio-
ne.Tempeſtas enim eos inuaſit,& tempus noctur-
num eſt,& abſq; domino ſuo ſunt. Cùm autem à
Noctis ſero & deinceps, quaſi per totã noctẽ laboraſſent:
quatuor [videns eos dñs,oculis miſericordiæ,in mari labo-
partes. rantes]quarta vigilia noctis,de mõte deſcendit:[&
ambulans ſupra mare]eis appropinquauit. Diuidi
tur aũt nox in quatuor partes,ſcdm quatuor excu- K
bias,ſeu vigilias quas faciũt in caſtris excubãtes,&
& per vices quatuor ſibi ſuccedẽtes. Prima dicitur Contici-
conticiniũ:quia tunc oẽs dormiẽdo cõticent & ta- nium.
cent.Secunda,intẽpeſtũ: quia nondũ eſt tempus ad Intempe-
ſurgendũ vel operandũ.Tertia,galliciniũ:quia tũc ſtum.
excitatur gallus ad cantandũ.Quarta,antelucanũ: Gallicin-
quia ante lucẽ.Vnde quælibet vigilia tres horas ha Antelu-
bet,quia(vt ait Hiero.(Stationes & vigiliæ milita num.
res in trina horarũ ſpatia diuiduntur.Patet ergo ꝙ Vigiliæ
quaſi per totã noctem periclitati fuerũt, quia penè tres.
iam nocte finita dñs ad eos venit:& nõ mox,ſed de
mũ tamẽ eis ſuccurrit:quia & ſi ad horã differre vi
detur auxiliũ tribulatis, tandẽ tamẽ eos cõſolari &
corroborare nõ deſinit.Vnde Theophilus:Permi-
ſit aũt dñs periclitari diſcipulos,vt fierent patiẽtes:
vnde nõ ſtatim eis aſtitit,ſed per totã noctẽ pericli
tari permiſit: vt doceret eos patiẽter expectare,vt
nõ à principio in tribulationibus ſperarẽt ſubſidiũ.
Et iterũ: Vide quomodo non in principio periculi
dñs aſtitit:ſed in fine:permittit nãq; nos eſſe in me L
dio periculorũ,vt certãtes in tribulationibus proba
biliores fiamus:& vt ad ipſum ſolum recurramus,
qui potẽs eſt ex inſperatis nos liberare. Cùm enim
intellectus humanus ſibi prouidere nõ poterit: tũc
ſalus diuina aduenit.Conſidera nunc dñm quomo Meditã
do fatigatus ex vigilia longa, & oratione prolixa, vigiliæ
ſolus deſcẽdit noctis tpe pedibus nudis de monte là minica.
borioſo & fortè petroſo & vehemẽter ei cõpatere,
& quomodo vadit ſupra mare firmo veſtigio,& nõ
infuſis pedibus ſicut ſupra terrã:non quidẽ aſſum-
pta agilitate,ſed corporis grauitate, & aquarũ li-
quiditate manẽte:cognouit enim creatura ſuũ crea
torẽ:cuius etiã poteſtate ſubiectæ ſunt oẽs tribula-
tiones mũdi.vnde miraculosè hoc fecit,ſicut quũ vir
go manẽs,virgo peperit:& cũ manẽte corporis ſo-
liditate,per clauſa oſtia dñs intrauit.. Cùm aũt ap- Ioan.14.
propinquauit naui, diſcipuli videntes eum turbati
ſunt,& præ timore[clamauerũt, putãtes eſſe phan
taſma]& apparitionẽ rei nõ exiſtẽtis, vel alicuius M
ſpiritus nocere volẽtis:& tñ iam viderãt eum tan-
ta miracula feciſſe,ꝙ credere deberẽt ipſum ſuper
aquas poſſe ambulare.Et quia (vt ex hoc apparet)
paruę fidei erãt:ideo[eos præterire volebat,]id eſt,
ad modũ volẽtis ſe habebat,eo modo ſicut poſt re-
ſurrectionẽ ſuã ambulãs cum duobus diſcipulis fin Luca 24.
xit ſe longius ire, quia nõ cognoſcebatur:tales enĩ
apparitiones fiunt communiter ſcdm diſpoſitio-
nem interiorem ipſorum quibus oſtẽduntur. Ideo Gratia di-
etiam ad horam præterire volebat,vt dilata gratia lata dul-
magis grata foret, & liberatio dulcior eſſet: ſic & cior.
finxit ſe longius ire,vt deſideriũ accenderet. At be-
nignus dominus amplius eos vexari nolẽs,ne abſor
berẽtur à timore:quia propè eſt omnibus inuocan- Pſal.144.
tibus eum in veritate:ſtatim aſſecurauit eos dicens:
[Habete fiduciã,]ſcilicet liberationis, contra deſpe
rationẽ tribulationis:[Ego ſum]liberator,non phã
taſma,[nolite timere,]quia poſſum vos de pericu-
lo aquæ eripere.Secundùm Hieronymum non di-
xit quis eſſet:quia ex voce ſibi nota poterant ma-
giſtrum agnoſcere,vel vt intelligerent ipſum eſſe
qui Moyſi



Exod.3. qui Moyſi dixerat, qui eſt miſit me ad vos. Vbi
A Chryſ.Non cognoſcebant perſonã eius propter te
nebras:ſtatim autẽ in voce cognouerũt eum,& ti-
mor ſolutus eſt. Vbi & Theophilus: Cùm autem
homines vel dæmones nos per timorem nituntur
mouere:audiamus Chriſtum dicentem:[Ego ſum,
nolite timere:] id eſt, ego ſemper aſsiſto: & ſicut
deus permaneo,& nunquã pertranſeo.Non perda-
tis in me fidem,pro falſis terroribus. Tunc Petrus
amore vehemẽti ſuccenſus,& ſtimulatus:cupienſ-
q; ad dominũ venire,& illi propinquior eſſe dixit:
[Domine ſi tu es,]ſcilicet liberator & ſaluator:[iu
be me venire ad te ſuper aquas,]quaſi diceret ſecun
dum Hiero.Tu præcipe, & illicò ſolidabuntur vn-
Ambula- dę:leue fiet corpus,quod per ſe eſt graue Et innuit
tio Petri illi dominus,voce & manu,vt veniret. Et confiſus
ſuper ma- de domini potentia,inſilijt in mare:cœpitq; & ipſe
re. ſupra mare ambulare: vt ad Ieſum poſſet venire.
Fœlix motus:quia ſuper aquas mundanę proſperi
tatis per contemptũ:ſed fœlicior terminus,quia vt
veniret ad Ieſum ſaluatorẽ animarum. Intantum
Petri fer- enim deſiderabat Chriſti ſocietatem, quòd no-
uor. lebat expectare aduentum eius vſq; ad nauem: ſed
B volebat occurrere ſuper aquam,oblitus prę amore
Chriſti aquæ periculũ. Vbiq; Petrus frequẽtiſsi-
mæ & ardentiſsimæ fidei fuiſſe monſtratur. Neq;
enim profundiſsimo pelago ſeſe crederet: niſi fidẽ
certiſsimã de dño haberet. Sciebat enim ſaluatorẽ
noſtrũ omnia poſſe:& nihil minus de poteſtate in
mari,quã in terra eum credebat habere. Et in hoc
miraculũ maius apparuit:quia non ſolum Chriſtus
virtute diuinitatis ſuper aquas ambulauit, ſed etiã
Petrus eadẽ virtute ad ipſum venit.Sed poſtea Pe-
trus videns ventũ validũ & vehementẽ, timuit ex
infirmitate hominis,& titubauit:& quia parũ du-
bitauit,parũ ſubmerſus fuit.Fides ardebat: ſed hu-
mana infirmitas in profundũ trahebat. Supra ma-
re dñs eum ambulare facit,vt diuinitatis ſuę poten
tiã oſtendat:mergi facit, vt propriã infirmitatem
cognoſcat:ne putet ſe æqualẽ deo,& ſuperbiat. Re
linquitur ergo paululũ tentationi:vt ita per oratio
C nem augeatur fides eius, credentis ſe dñi imperio
Petri hæſi poſſe liberari. [Et cùm cœpiſſet mergi,]ſtatim do
tatio. minum inuocauit:& dextera dñi eum ne mergere
tur erexit,ac naui reſtituẽs dixit ei: [Modicæ fidei
quare dubitaſti?]In hoc enim paruitas fidei in Pe-
tro apparuit: quia ex quo ad præceptum dei ſuper
aquas liquidas ambulauerat:de vento contrario ti-
mere nõ debebat. Vnde Chry. Vt igitur monſtra-
ret quoniam non venti immiſsio,ſed illius modica
crudelitas periculum operabatur: ſubditur, modi-
cæ fidei quare dubitaſti. In quo manifeſtat, quia
neq; ventus nocere potuiſſet, ſi fides firma fuiſſet.
Modicæ fidei erat Petrus,reſpectu eius quæ expe-
diebat ei:magnæ tamẽ & ardentiſsimæ, reſpectu
noſtræ fidei.vnde Hiero.Si apoſtolo Petro qui con
fidenter ſaluatorẽ rogauerat, dicens: Dñe ſi tu es,
iube me venire ad te ſuper aquas:quia paululum ti
muit:dicitur modicæ fidei quare dubitaſti?quid no
bis dicendum eſt,qui huius modicæ fidei nec mini
mã quidẽ habemus particulã. Intrauit autẽ dñs na
uem[ceſſauitq; ventus]& tempeſtas,& omnia ſunt
pacata.In hoc Chriſtus ſe oſtendit dominum aëris:
ſicut in deambulatione ſuper aquas oſtenderat ſe D
dñm maris.Vnde datur intelligi, quòd dñs patitur
nos ad tempus tribulari, vt virtus noſtra probetur:
finaliter tamen & in neceſsitate non deſerit,ſed no
bis proximus fit [Et ſtatim]virtute diuina[fuit na
uis ad terram]ad quã ibant, ſcilicet Bethſaidã ciui
tatem[in terra Genezareth.] Quòd autẽ Ioannes
dicit diſcipulos veniſſe trãs mare in Capharnaum:
non eſt contrariũ,quia Capharnaũ & Bethſaida in
eodem littore ſunt & vicinæ: & fortè diſcipuli ve-
nerunt in cõfinio vtriuſq;: medium autẽ ab vtroq;
extremo poſſumus denominare.Vel vento compel
lente venerunt primò Capharnaũ: & poſtea inde
Bethſaidã.Et ſic à deſerto Bethſaidæ, id eſt, quod
pertinet ad terminos ciuitatis Bethſaidæ: in quo
deſerto dñs turbas pauit,migrauerunt vſq; ad ciui-
tatem Bethſaidæ:quia inter ciuitatẽ & deſertum,
pertinens ad ciuitatẽ,eſt mare,ſeu ſtagnũ medium.
Pluries legimus diſcipulorũ nauiculam fluctibus
& ventis exagitatam,ſed nunquã ſubmerſam.Sem Tribula-
per enim deus adeſt ſuis in tribulatione: quia pro- tis bonis
miſit cum eis tunc eſſe.Vnde Ber.Quantumcunq; adeſt deus
ſæuiat tribulatio,nõ memineris te derelictum: ſed E
memineris eſſe ſcriptũ,cum ipſo ſum in tribulatio Pſal.90.
ne. Et ego aliud interim in tribulatione, quid re-
quiram? Bonum mihi domine tribulari dummo-
do ipſe ſis mecum,quàm regnare ſine te:epulari ſi- Myſticè.
ne te,gloriari ſine te. Myſticè nauicula iſta eſt ec-
cleſia,vel quælibet fidelis anima:quæ fluctibus per
ſecutionum & tentationũ ſeculi,modò in hęreticis
modò in tyrãnis,modò in falſis fratribus tunditur
& turbatur:cùm ad patriã cœleſtem tendere cona
tur.Ventus contrarius,eſt malignorũ ſpirituum fla
tus:labor diſcipulorum in remigando, labores deſi
gnat fidelium ad quietem patriæ cœleſtis perueni-
re conantium,ſed dominus videns laborantes pieta
tis intuitu corroborat,& aliquãdo manifeſto adiu-
torio liberat. Non enim aufert auxiliũ, etſi diffe-
rat:nõ derelinquit,etſi quãdoq; preſſuras exponat.
Diluculo autẽ appropinquãte,dñs ſupra mare am-
bulans & preſſuras ſeculi cõprimens, venit ad eos: F
quia cùm homo mentẽ ad ſuperni lumen præſidij
erexerit:aderit dñs,qui ſicut Lucifer matutinus oẽs
tenebras pellit,& pericula tentationũ ceſſare facit:
deo enim præſente pacificatur anima,& fit trãquil
la.Quia verò hæc nauicula non torpẽtes vehit,ſed
fortiter remigãtes:ſignificat ꝙ in eccleſia nõ deſi-
dioſi & molles,ſed fortes & in bonis operibus per-
ſeuerãtes,perueniũt ad portũ æternæ ſalutis.Mora Moraliter
liter mare mundus eſt:nauicula, eſt pœnitentia vel
crux Chriſti:motus aũt maris, motus eſt tentatio-
num ex flatu dæmonũ:diſcipuli ſunt in naui: quia
pœnitẽtia,quæ eſt participatio crucis & paſsionis
Chriſti,non cõtinet niſi diſcipulos dñi.Ieſus nõ eſt
in naui:quia pœnitẽtia non indiget eo quòd aquas
concupiſcentiæ calcauit. Hæc eſt ſecunda tabula Tabula ſe
poſt naufragiũ,vt dicit Hiero.ſine qua nullus venit cunda eſt
ad littus ſolidæ æternitatis.Ieſus autor ſalutis indu pœnitẽtia
cit tranquillitatem,quia ſedat tentationem: turbæ
admirantur, quia nihil talis tranquillitatis in ſe
experiuntur, quia non eſt pax impijs Petrus am- Eſai.45.

bulans ſuper aquã,nil mali paſſus eſt ab aliqua, ſed
G à vento,qui eum ferè ſubmerſit:ſic homines ambulando ſuper aquã mundi,per contemptũ diuitiarũ, nil ab eis mali patiuntur:tamen debent timere periculum venti ſuperbiæ & elationis,propter contemptum huiuſmodi exurgentis.Hoc debent timere illi qui in anguſta pœnitentia vel religione ſunt, & terrena dimiſerunt:& pedibus,id eſt,affectionibus & deſiderijs quibus anima graditur,ſup aquas ambulant:ne vento ſuperbiæ agitentur,& ſubmergantur.

Gene.1.

Vnde primo homini dictum eſt: Dominamini vniuerſis quæ mouentur ſuper terram.

Nauis moraliter.

Item moraliter nauis eſt corpus humanũ : in quo anima eſt ſicut nauta in naui,quę fluctibus paſsionum iræ & concupiſcentiæ,quæ in organis corporalibus ſunt, frequenter impellitur,& aliquãdo periclitatur: nã motus paſsionis aliquãdo ſubuertit iudicium rationis.Sed quarta vigilia,quæ terminatur in luce matutina,Chriſtus venit : quia dum mens ad ſuperni luminis claritatẽ oculos erigit,paſsionum impetus conquieſcit.Et tunc fit applicatio ad terrã Genezareth,id eſt,generantis aurã:per quã ſignificatur ſpi-
H ritus auræ lenis , vbi eſt dñs, & ſanantur infirmi à languore peccati.

Miraculũ triplex.

Sic ergo triplex hîc cõcurrit miraculum.ſ.ambulatio ſuper mare,ſubita tempeſtatis ſedatio, & nauis multũ à terra diſtantis ad portum deductio :vt diſcamus ꝙ fideles, in quibus eſt Chriſtus,tumorem mundi premunt:fluctus tribulationum calcant:& velociter ad terrã viuentium tranſeunt.Vbi Aug. Attendite ſeculum quaſi mare. Ventus validus & magna tẽpeſtas , vnicuiq; ſua cupiditas.Amas deum,ambulas ſuper mare:ſub pedibus tuis eſt ſeculi tumor.

Amor ſeculi.

Amas ſeculum : abſorbet te.Amatores ſuos vorare nouit , non portare. Sed cùm fluctuat cupiditate cor tuũ vt vincas tuã cupiditatem:inuoca Chriſti diuinitatem.Diſce calcare ſeculum:memento fidem in Chriſto.Et ſi motus eſt pes tuus,ſi titubas,ſi aquã non ſuperas,ſi mergi incipis: Dic pereo, libera me. Dic pereo,ne pereas.Solus enim à morte carnis liberat te, qui mor-
I tuus eſt in carne pro te.hæc Aug.vbi & Beda:

Tentatonum ceſſatio.

Nec mirandum ſi aſcendẽte in nauiculã domino ventus ceſſauit:in quocunq; enim corde deus per gratiam ſui adeſt amoris mox vniuerſa vitiorum & aduerſantis mundi,ſiue ſpirituum malignorum,bella cõpreſſa quieſcunt.Et vt ait Theophilus . Si voluerimus Chriſtum in nauiculam noſtram ſuſcipere, id eſt,in cordibus noſtris habitare:ſtatim inueniemur in terra,ad quã ire volumus,id eſt, cœlum. [Cùm autem]dominus Ieſus & diſcipuli eius[transfreraſſent, venerunt in terram Genezareth,] ſic dictam à loci vicinitate,& gentes regionis illius cognouerunt Ieſum:alij rumore & fama,alij facie & præſentia.Et perquirentes infirmos vniuerſæ regionis illius,adduxerunt eos ad Ieſum,[vt vel fimbriã veſtimenti eius]mererentur tangere:ſcientes ꝙ poterat eos curare:& cõſequebantur beneficia curationum,tam mente quã corpore:quia illos quos Chriſtus ſanabat corpore,ſanabat & mente. vbi Chry.

Fimbria veſtimenti Chriſti.

Nos autem non ſolum fimbriam aut veſtimentum Chriſti habemus,ſed etiam corpus eius vt comedamus.Si ergo qui fimbriã veſtimenti eius tetigerũt, tantam acceperunt virtutem:multò magis qui totum ipſum ſument.hæc Chry.

Geraſe... rum fides.

Mira fides Geraſe- K norum,vt non tantum præſentium ſalute contenti ſint:ſed mittant ad alios per circuitum , vt currant omnes ad medicum.Curre & tu pro quacunq; infirmitate ad Ieſum autorem ſalutis,vt beneficium curationis conſequi merearis. Hoc autẽ facto domini Ieſu ſignificatur,quòd prædicator euangelij debet curare languidos ſpiritualiter,medicina prædicationis,& ſanctæ operationis.

Myſtice Transfretatio.

Myſticè transfretatio hæc ſignificat tranſitum Chriſti ad Gentiles per apoſtolos.Innuit ergo primò tranſitum apoſtolorum ad gentilium conuerſionem.

Genez...

Genezar enim interpretatur vitiũ natiuitatis: & ſignificat gentilitatem:ſecundò ſequentẽ fidei cognitionẽ, quia cognouerunt eum: tertiò, fideliũ multiplicationem, quia ad congregandũ infirmos miſerunt in vniuerſam regionem.Et audiuit Herodes tetrarcha famã de Ieſu,id eſt,de doctrina&miraculis eius,ita vt& ipſe,& quidam alij mirarentur in eo Ioannẽ reſurrexiſſe à mortuis.Et verè de mortuis ſurrexit, qui de morte huius miſeriæ corporalis, ſecundum ſpi- L ritum,in vitam immortalẽ tranſiuit.

Reſur... ctio de... ctos...

Opinio enim omniũ loquentium de reſurrectione & immortalitate animæ,fuit:quòd poſt reſurrectionẽ ſit homo maioris & excellentioris potentiæ & virtutis quã antè,dum adhuc grauaretur infirmitate carnis: & ideo licèt Ioannes Baptiſta non feciſſet miracula in vita ſua·Herodes tamen credens eum ſurrexiſſe à mortuis, aſſerebat eum facere miracula. Vnde Theophilus,Sciens Herodes quòd Ioannẽ iuſtum exiſtentẽ ſine cauſa occiderat:credebat eum à mortuis ſurrexiſſe,& ꝙ ex reſurrectione ſuſcepiſſet miraculorũ operationem.hæc Theophili.Per hoc autem moraliter deſignatur , quod reſurgentes de morte culpæ,maiora virtutum opera debent facere quàm antè,vt ſic oſtendant ſe gratos de ſua reſurrectione.

Decol... Ioann... quis di... tur.

Moraliter quoq; Ioannẽ decollat,qui bonum propoſitum ab aliquo aufert , vel in ſe necat. Herodes verò inter dubium timidumq; vacillans: optabat ſępius & quęrebat videre Ieſum:magis ductus curioſitatevidendi miracula,quàm deuotione: M & vt ſi fortè ſic Ioannem poſsit agnoſcere:imò volebat eum occidere.Per hunc ſignificantur curioſi, qui facta miracula videre quærunt & audire, ſed non imitari.Tremebat quidem & formidabat Herodes Ioannẽ adhuc viuum , pauperem prorſus & nudũ: timebat etiã & formidabat eũ iam occiſum & mortuum.

Ioann... rat ... etiã ... functus

Vnde Chryſo.Sed nec abſciſſum eius caput ſecurè poterat ac libenter aſpicere:quia poſt mortem quoq; Ioannis in illo terror vigebat.

Virtutis vis.

Tanta eſt vis quippe virtutis,vt poſt mortem quoq; ſit viuentibus fortior:adeo eſt imbecillis nequitia,etiã ſi honore regis iuuetur:etiam ſi præſidio multitudinis , atq; vniuerſa huius mundi potentia fulciatur: omnes tamen quorum pectoribus ineſt , cunctis omnino rebus fragiliores facit.Et iterum:Peccatores enim,ſcientes & neſcientes quenq; ſtrepitum pertimeſcunt:peccatum enim,nemine arguẽte,hominem prodit:nemine accuſante cõdemnat: & timidum,& pigrum reddit delinquentem. hæc Chryſoſtomus.

Oratio.



## ORATIO.

A Domine Ieſu Chriſte clementiſsime,dignare in nauiculam pectoris mei aſcendere: & ſuperbię ventoſitatẽ , ac vitiorũ inſurgentium procellas ſedare:ne me in aliquo tentationũ ventus ſubuertat,vel vnda ſubmergat.Da mihi in perturbatione conſiliũ,in perſecutione auxiliũ, in tribulatione ſolatiũ,in aduerſitate fortitudinẽ, in omni tentatione virtutẽ. Libera me à tẽpeſtatibus huius procelloſi maris:& perduc me ad tranquillitatem quieti littoris: dans mihi nunc pacem temporis & pectoris,& poſt hoc æternitatis.Amen.

De verbis domini propter quæ quidam retrò abierunt. Caput lxx.

Ioan.6.

POſtquam ergo dominus Ieſus tranſfretaſſet cũ diſcipulis à deſerto vſque ad Genezareth , [altera die turbæ quas parauerat,nõ inuenientes eũ in loco vbi hoc fecerat : intrauerunt in naues ſuperuenietes à ciuitate Tyberiade: quæ eſt iuxta idem deſertũ,& transfretãtes[venerunt Capharnaum.] Et inueniẽtes Ieſum mirabãtur quo-
B modo illuc veniſſet:cùm ſolã nauiculam vidiſſent: quam cum diſcipulis nõ intrauerat,& dixerunt ei. [Rabi quãdo huc veniſti?]qui ſcilicet nec diſcipulorũ,nec aliam nauẽ intraſti. [Reſpõdit eis Ieſus,] non ad quęſtionẽ eorum:ſed ad intẽtionẽ. [Amen dico vobis,]licètvos quaſi deuotos oſtẽdatis,tamen [quæritis]& ſequimini[me,]ſcilicet aliqui ex vobis,etſi nõ omnes] non propter ſigna quæ vidiſtis] quibus me cognoſcere potuiſtis:nõ propter ſermonem quẽ audiſtis:non vt mihi vel ſignis meis, quæ facio credere velitis: ſed quia mãducaſtis ex panibus & ſaturati eſtis.] hoc eſt , non propter me: ſed propter refectionẽ:ne pro victu oporteat vos laborare & habere ſolicitudinẽ: quaſi diceret , propter carnẽ me quæritis,nõ propter ſpiritũ, quia ſcilicet vt ſaturemini iterũ:ſed deberetis magis eſſe ſoliciti de cibo ſpirituali quo anima ſuſtẽtatur:quia tan-
C to melior eſt cibo corporali , quo corpus reficitur, quanto anima melior eſſe corpore dignoſcitur.

Panes hordeacei ſuauiſsimi.

Cõſidera modò quantæ ſuauitatis fuerunt panes illi quamuis hordeacei:quorũ dulcedine illæ turbæ captæ adhuc dominũ ſequebantur,tam ſoliciti. Nec mirũ:quia ſuauis & dulcis erat prouiſor & diſpenſator panũ illorũ. Similiter quotidie multi quęrũt Ieſum,nõ propter Ieſum:ſed vt bene ſit eis in hoc tempore & præſenti vita,vt aſſequantur cõmoda, & vitẽt damna.Multi etiã cõficiunt Ieſum:nõ propter Ieſum,ſed propter nũmum. Hic lætus obuiat intrantibus religionẽ , & aſſumẽtibus clericatũ ex ignauia,vt ſic otiosè,& ſine labore panẽ manducẽt. Quibus ait dominus: [Quæritis me,]ab ambitione pluriũ reddituum eccleſiarũ: celebratione plurium miſſarũ:& propter alia huiuſmodi,[nõ quia vidiſtis ſigna,]id eſt opera in quibus velitis me imitari : de quibus ô domine fac mecũ ſignum in bonum,[ſed quia mãducaſtis] ex redditibus & oblationibus,[nec tamẽ ſaturati eſtis,]quia ſecundũ di-

Pſal.85.

" ctum commune,quò plus ſunt potę,plus ſitiũtur a-
" quę.Ita etiã eſt de cupiditatis pane.vnde Grego.de

Panis cupiditas.

panibus enim fuerãt ſaturati ; & per eorũ perſonã dominus illos intra ſanctam eccleſiam deteſtatur, D qui per ſacros ordines ad dominũ propinquantes, non in eiſdem ordinibus virtutũ merita : ſed ſubſidia vitæ præſentis exquirunt:nec cogitant quid viuendo imitari debeãt,ſed quæ cõpendia percipiendo ſatiẽtur.

Panũ ſectatores.

Satiatos quippe de panibus dominum ſequi,eſt de ſancta eccleſia tẽporalia alimẽta ſumpſiſſe:& non pro ſignis dominum, ſed pro panibus quærere:eſt ad religionis officiũ non pro agendis virtutibus,ſed pro requirẽdis ſubſidijs tẽporalibus inhiare.

Ieſus propter ſe quærẽdus.

vnde & Chry.Diſcamus aſsiſtere Ieſu,ſed non propter dationẽ ſenſibiliũ „vt non exprobremur,ſecundũ Iudæos.Etenim quæritis me ait:non quoniã vidiſtis ſigna:ſed quoniã comediſtis ex panibus & ſaturati eſtis.Propter hoc neq; cõtinuè facit hoc ſignũ:ſed ſecũdò ſolum, vt erudiat eos non ventri ſeruire ,ſed ſpiritualibus adhęrere cõtinuè. His itaq; adhęreamus & nos:& quęramus panem cœleſtẽ,& accipientes omnẽ proijciamus vitæ huius ſolicitudinẽ.vnde etiã Augu.

Chriſti quęſitores

Quàm multi non quærunt Ieſum , niſi vt illis faciat bene ſecundum tempus.Alius negotiationẽ habens:quęrit interceſ- E ſionẽ clericorũ.Alius premitur à potentiore:fugit ad eccleſiã.Alius vult pro ſe interueniri apud eum, apud quẽ parũ valet.Ille ſic:ille ſic. Impletur quotidie talibus eccleſia. Vix quæritur Ieſus propter Ieſum.vnde & Beda:Illi etiã qui in oratione quærunt nõ æterna,ſed tẽporalia : quærunt Ieſum non propter Ieſum, ſed propter aliquid aliud. Et quia turbæ in hoc operabantur,ſcilicet ſequendo Chriſtum propter cibũ corporalẽ : inducit eos ad opera meritoria,vt ad reficiendũ quærant cibũ ſpiritualem.Vnde ſatagens eorũ ſatiare mentes, quorũ ſatiauerat ventres,altiorẽ eis panem oſtendit, & ait: [Operamini,]id eſt operãdo quærite:ſeu operibus mereamini [non cibũ qui perit,] ſcilicet corporalem, [ſed qui permanet in vitã æternam,] ſcilicet ſpiritualem qui æternã tribuit vitam.

Cibũ qui perit operari.

Cibum qui perit operatur omnis ille qui intentionẽ ſpiritualem ad tẽporale refert lucrũ : ſicut illi qui dominũ ſequebantur ad hoc ꝙ corporaliter paſcerẽtur:qui F autem laborẽ corporalem per intentionẽ refert ad ſpiritualia:hîc[operatur cibũ qui nõ perit , ſed qui permanet in vitã æternam] hic autẽ cibus eſt verbi dei & gratiæ,pro cuius deuotione ſequi debuerant præcipuè.Opus ergo noſtrũ , id eſt principale ſtudium & intentionẽ noſtrã , dirigamus ad quærendum cibũ qui ducit ad vitã ęternã,ſcilicet bona ſpiritualia.Ad tẽporalia aũt non debemus principaliter accedere,ſed acceſſoriè ſolum ea procurare,ratione corporis corruptibilis,quod in hac vita oportet ſuſtẽtari.Vbi Chry.Quaſi diceret,vos exquiritis eſcam tẽporalem: ego autẽ corpora veſtra nutriui : vt per hoc exquireretis illam eſcam quæ non tẽporalem,ſed æternã tribuit vitã.Et iterum: Sed quia quidam eorũ qui volunt pigrè nutriri,abutuntur hoc verbo:neceſſariũ eſt inducere id quod eſt Pauli: Qui furabatur, iam non furetur : magis

Epheſ. 4.

autem laboret manibus ſuis vnde tribuat neceſsitatem patienti.Sed & ipſe Corinthum veniẽs mo-

Act.18.

rabatur apud Aquilam & Priſcillam, & operabatur.Dicendo ergo, ne operemini cibum qui perit:

non inſinuat ꝙ oporteat pigritari, ſed ꝙ oporteat

G

operari & dare: hoc enim eſt cibus qui non perit. Operari autem cibum qui perit, eſt affici ſecularibus rebus. Hoc igitur dixit, quia illi nullam fidei curam habebant: ſed ſolum volebant ventrẽ implere nihil laborantes: & hoc decenter cibũ qui perit vocauit. hæc Chry. Quem cibũ permanentem filius hominis dabit vobis, id eſt, paratus eſt dare, quia ad hoc venit in mũdum miſſus à patre. Hunc enim filium hominis deus pater ſignauit, id eſt, ad hoc ipſum ſpecialiter aſsignauit & inſtituit, mittendo in mundum, vt daret vitam æternam mundo. Vnde infrà dicit: Ego ad hoc veni in mũdum, vt teſtimonium perhibeam veritati: & hoc eſt dare cibũ ſpiritualem. Operam ergo date, vt poſsitis cibũ ſpiritualem habere. Quæritis me propter aliud: quærite me propter me, nõ propter aliud, qui ſum cibus permanens in vitã æternã. Seipſum enim hunc cibum inſinuat, vt ſtatim patebit. Operamur ergo opus dei, id eſt, quod ipſe acceptat, & per quod conſequi poſſumus hunc cibũ qui non perit: dum per

Cibus ſpiritualis qui non perit.

Ioan. 18.

H

fidem verã, & bona opera nos Chriſto incorporamus, & efficimus eum noſtrũ mentis cibum: quem ipſe per gratiam ſeipſum nobis dat, vt maneat nobiſcum in æternum. Ipſe enim eſt cibus quo viuũt angeli: qui permanet in vitam eternam. Sed Iudæi quaſi ingrati de cibo, quem eis dominus dederat: manna quod patres in deſerto comederant præferebant dicẽtes: [Patres noſtri manducauerunt mãna in deſerto: ſicut ſcriptũ eſt: Panem de cœlo dedit eis mãducare.] Quaſi dicerent: Tu adhuc non feciſti ſimilia Moyſi: Moyſes enim dedit manna, & annis quadraginta: Tu autem panem hordaceũ, & pauiſti nos ſemel tantum. vnde Aug. Attendebant itaque qualia feciſſet Moyſes: & adhuc aliqua maiora volebant fieri. Quaſi dicant: Tu promittis cibum qui non perit, & non talia operaris, qualia Moyſes: panes enim hordaceos ille nõ dedit, ſed manna de cœlo. Et [dixit eis Ieſus. Moyſes panem,] ſcilicet ſignificatiuum de aëre, quia deſcendebat vt ros vel pruina, & non verum [panem de cœlo] deſcendentem vobis tunc [dedit: ſed] modò

Pſal. 77.

I

[pater meus dat vobis panẽ de cœlo verũ:] ipſum ſcilicet dominum Ieſum, quem ille panis figurabat: nam ille panis figura erat iſtius panis qui veritas eſt. Vnde non diuiditur ſed diſtinguitur hîc verum contra, quia panis ille verus nõ falſus fuit: ſed contra figurale, & ſic panis ille propriè nõ fuit panis verus, quia fuit figura panis ſubſtãtialis dati in ſacramento, & ideo iſte panis eſt verus, qui fuit per illum figuratus. [Panis enim dei verus,] nõ figuralis [eſt qui deſcendit de cœlo: & dat vitã mundo:] effectus nanque panis eſt, vitã conſeruare: & ideo ille eſt verus panis ſpiritualis; qui dat & conſeruat vitam ſpiritualem: hoc autẽ competit verbo incarnato: cuius egreſsio à ſummo cœlo, id eſt à patre: vnde venit, [vt vitam daret mundo.] Panis corporalis non dat vitam: ſed tantum præexiſtentem conſeruat ad tempus: panis verò ſpiritualis ita viuificat, ꝙ ipſe dat vitã: nam anima incipit viuere per hoc, ꝙ adhæret verbo dei: & ideo ipſum verbũ dei principaliter dicitur panis vitæ: propter quod

Verus panis.

Chriſtus dicit: [Ego ſum panis vitæ,] id eſt dans vitam per diuinitatem: [qui de cœlo deſcendi,] per aſſumptã humanitatẽ: [ex quo ſi quis] dignè [manducauerit,] ac ei fide & dilectione coniunxerit ſe, [nõ morietur] morte animæ, [ſed viuet] non tantum in præſenti: & tunc vita gratiæ, ſed etiã in futuro & in æternũ vita gloriæ. Non ſicut [patres] eorum, qui ſimiles iſtis erant: [manducauerunt manna, & mortui ſunt] morte animę: quia quod videbãt, intelligebant: quod nõ videbant, nõ intelligebant. Iuſti autem qui ſimiles iſtis nõ erant, nõ ſecundum animam mortui ſunt: quia viſibilem cibũ ſpiritualiter intellexerũt. Vnde erga deuotos habebat omne delectamentũ ſuauitatis: malis autem erat inſipidus: quorũ anima nauſeã habebat, ſuper cibo illo quando edebãt. Sic euchariſtia dignè ſumẽtibus, eſt vitæ ſpiritualis ſolatiũ: & indignè ſumentibus, iudicium. Ille ergo eſt verè panis vitæ, ſeu viuus, & de cœlo deſcendens: qui poteſt pręſeruare à morte ſecundum animã: & dare vitam æternam: talis verò panis eſt verbũ incarnatũ: non aũt datus à Moyſe in deſerto, quia multi qui ex illo manducauerunt, mortui ſunt in anima, & morte æterna. Et tunc inter cætera dixit eis Ieſus verba ſpiritualia de corpore & ſanguine ſuo. [Panis] inquit: id eſt ſignatũ per panẽ, [quẽ ego] ſummus ſacerdos [dabo] ſacramentaliter & ſpiritualiter, vel ſaltẽ ſpiritualiter, manducanti, [caro mea eſt] latens ſub ſpecie panis: pro mundi totius vita ſufficiẽter: & ſi in quibuſdam nõ efficit, culpa eorũ eſt. Et iterũ: [Niſi manducaueritis carnẽ filij hominis] viuificã ad vitam gratiæ & gloriæ, [& biberitis eius ſanguinẽ] intima aſpergentẽ & emendantem [nõ habebitis vitã in vobis,] id eſt pignus vitæ, gratiæ, & gloriæ. Et iterum: [Qui manducat carnẽ meam] quæ pignus eſt vitæ, quia in carne eſt deitas quæ viuificat: [& bibit meũ ſanguinẽ] potu ſpirituali, qui inquãtum manducat & bibit vt debet, ſcilicet nõ ſolum ſacramentaliter: ſed etiã ſpiritualiter [habet vitã æternã] quia habet principiũ viuificans in æternũ. Et iterũ: [Caro mea verè eſt cibus, inquantũ eſt coniuncta verbo dei, quod eſt cibus quo viuũt angeli: [& ſanguis meus verè eſt potus,] quia totus purus, nihil habens de contrario admixtũ: & cætera huiuſmodi dixit tunc eis. Qualiter aũt eius verba intelligere debeamus, ipſe dominus exponit dicens: [Qui manducat carnem meã] vt ſpiritualem cibũ, [& bibit ſanguinem meum,] vt ſpiritualem potũ, [in me manet] per vitæ conformationẽ [& ego in illo] per gratiæ inhabitationẽ. Profectò fides in corde tuo, eſt Chriſtus in corde tuo: crede ergo in eũ, & manducaſti. Hæc fides per dilectionẽ operans eſt opus dei, vt initium & finis omnis boni: quia per fidem veram homo incorporatur deo. vnde Aug. Credere in eũ, eſt credendo amare, credendo diligere, credẽdo in eum ire, & eius mẽbris incorporari. Ipſa eſt fides quam de nobis exigit deus, quæ per dilectionẽ operatur. Credere ergo in eũ, eſt manducare cibũ qui manet in vitã æternã. Vt quid paras dentes & ventrem? Crede & manducaſti. hæc Aug. Caro enim Chriſti duplex eſt: ſpiritualis, ſcilicet eccleſia: materialis, quã aſſumpſit de virgine Maria. Comeſtio ergo fit

Nutriu[...]

L

Panis ſacramentalis.

M

Crede[...] manduca[...]

Credere in Chriſtum.

Chriſti [...]ro dup[...]



ergo fit duobus modis: ſcilicet ſpiritualiter, quando

A

quis eccleſiæ vnitur: & ſacramẽtaliter, quãdo corpus & ſanguis in altari ſumitur. Vnde panis in altari, eſt ſacramentum corporis Chriſti: quod eſt in eccleſia: & quod ſumpſit de Maria. Et [cùm hæc dixiſſet in ſynagoga] vbi locus cõmunis & publicus erat docendi, docens in Capharnaum: quæ erat metropolis Galilęæ. Per quod oſtenditur ꝙ Chriſtus in palã docebat: ſicut habẽs doctrinam ſanã, & non ſuſpectam: & hæc dicendo charitatem ſuã nobis commendaſſet in dando corpus & ſanguinem ſuum [multi ex diſcipulis eius] id eſt ex his qui eũ ſequebãtur: ea tanquã carnales propter cæcitatem cordis non intelligentes: ſed carnaliter accipiẽtes, & abhorrentes, murmurabant: & dixerũt (ſcilicet ſecretè) apud diſcipulos. [Durus eſt hic ſermo:] atq; difficilis [quis põt eũ audire:] id eſt intelligere & obedire. Durum enĩ putabant, ad intelligendum: inaudibilem, ad faciendũ. Hoc autẽ, ſecundũ Aug. dominus diſpenſatiuè permiſit, vt bene docẽtibus cauſam patiẽtiæ & conſolationis, cõtrà

Durus ſermo.

B

malignantes eorũ dicta, pręberet: cùm diſcipuli etiam verbis Chriſti detrahere præſumant. [Sciens autẽ Ieſus] qui ſcrutatur corde [quia de hoc] occultè [murmurarẽt] ſoluit quod illis mouebat, & aperit vnde fuerunt ſcandalizati, ſi tamẽ intelligerẽt. Illi enim putabant eũ erogaturum corpus & ſanguinẽ ſuum: ipſe autem dixit ſe aſcẽſurum in cœlũ vtiq; integrum: & ergo de ſpirituali manducatione hoc intellexit, non de carnali. [Cùm videritis] inquit, oculis cordis [filium hominis aſcendentẽ] vbi erat prius quàm aſſumeret carnem, certè vel tũc intelligetis, quia gratia eius nõ cõſumitur morſibus: & quia nõ eo modo quo putatis erogat corpus ſuum. Ipſi enim intellexerũt carnẽ, quomodo in cadauere laceratur, aut in macello venditur: nõ quomodo ſpiritu vegetatur. Vbi Auguſt. Filius hoĩs Chriſtus ex virgine Maria hîc eſſe cœpit in terra: vbi carnẽ aſſumpſit ex terra. Quid ergo ſibi vult quod ait: Cùm videritis filiũ hominis aſcendentem vbi erat prius] niſi vt intelligamus vnam perſonã eſſe Chri

Chriſtus in cœlo fuit.

C

ſtum deum & hominẽ, non duas: ne fides noſtra nõ ſit trinitas, ſed quaternitas. ſic ergo erat filius hominis in cœlo, quẽadmodum filius dei erat in terra in ſuſcepta carne, filius hominis in cœlo in vnitate perſonæ. Vnde & Theophil. Nõ ergo propter hos putes ꝙ de cœlo corpus Chriſti deſcẽderit: ſed quia vnus & idẽ erat filius dei & hominis. Deinde dicit: [Spiritus eſt qui viuificat] id eſt, verba ſecundũ ſpiritualem ſenſum intellecta viuificant & vitã dant: [caro autem nõ prodeſt quicquã] ſine ſpiritu, id eſt ſecundum carnalẽ ſenſum intellecta nihil proderunt, imò nocent. Sicut ſciẽtia ſine charitate inflat: ſed per charitatẽ ędificat. [Verba quæ ego ſum locutus vobis] ad vtilitatẽ veſtram, de corpore meo manducando, & ſanguine bibendo, [ſpiritus & vita ſunt] id eſt ſpiritualẽ habent intellectũ: & ſpiritualiter & non ad literã intelligẽda ſunt, & viuificant. Litera enĩ occidit: ſpiritus autẽ viuificat. Nã ſicut palea frumetum: ſic & litera tegit ſpiritum. Hinc enĩ voluit intelligere mãducatores & potatores carnis & ſanguinis ſui: vt in illo maneant: &

1. Corin. 8.

2. Cori. 3.

ipſe in illis. [Ex hoc autẽ multi diſcipulorũ eius] in doctrina eius non perfectorũ: qui ad audiendum eius doctrinam ipſum ſequẽtes videbãtur: ſed non erant verè diſcipuli [abierũt retrorſum] & retroceſſerunt [& iam non cũ illo ambulabant] credẽtes, vel per pœnitentiã redeuntes. [Dixit ergo Ieſus ad duodecim: Nunquid & vos] quos ſpecialiter elegi [vultis abire?] Nõ perit quaſi ignorans: ſed vt oſtendat ſe eis nõ indigere: quia ponit in eorũ optione cum alijs recedere. [Et Petrus] qui erat principalior, & obediẽs, ac firmus ſicut petra: & in oĩbus maximè ad interrogandũ dñm, eiq; reſpondendũ promptus: ex feruore charitatis pro ſe & alijs [reſpondit:] Dñe in cuius ditione cuncta ſunt poſita [ad quẽ ibimus?] quia nõ eſt dux veritatis niſi tu. q.d. Similẽ tui inuenire nõ poſſumus: tu ſolus ſufficis nobis, propter quem oĩa reliquimus. Et cùm nõ ſit ſimilis tibi: non eſt à te ſed ad te eundẽ. vñ Aug. Si nos repellis à te: da nobis alterũ te quem ſequamur. In Petri reſpõſione, exprimitur maxima dilectio ad Chriſtũ. vnde Chryſ. Petrus fratrũ amator, amicitiæ cõſeruator, ꝓ toto reſpõdet collegio: [domine ad quẽ ibimus?] Hoc autem verbũ multæ amicitiæ eſt oſtẽſiuum: iam enĩ Chriſtus eis honorabilior erat quàm patres & matres. [Verba vitæ æternæ habes,] id eſt verba vitę æternæ promiſſiua, & ad eã inductiua: quibus qui nõ crediderit, in æternũ peribit. Qui in miniſtratione corporis & ſanguinis tui ꝓmittis vitã: etiã in verbis prędicationis tue promittis eã: virtus enĩ dei eſt in euangelio. Moyſes habuit verba dei, ſimiliter & prophetę: ſed raro verba vitę æternę: tu verò ꝓmittis vitã æternam. Quid ergo aliud maius quęrimus? Exprimitur enĩ in Petri reſpõſione vera cõfeſsio fidei: cùm ſubditur: [Et nos credimus corde] & cognouimus ſignorum virtute: vel [credimus & cognouimus:] quia de credere procedit & intelligere: [quia tu es Chriſtus,] quantũ ad humanitatẽ: in qua vnctus es vnctione deitatis vt rex & ſacerdos [filius dei] patris naturalis quantũ ad diuinitatẽ: & per cõſequẽs æqualis ei in natura & potẽtia, id eſt (ſecundũ Augu.) quia ipſa vita æterna tu es: & nõ das in carne & ſanguine niſi quod es, ſcilicet vitã ęternã. Panẽ ac carnẽ & ſanguinem ſuũ vocat hîc dñs fidelium ſocietatem in corpore ſuo, quod eſt eccleſia. Panem: quia eccleſia quotidie reficit quos recipit: & in ea quouſq; ad plenã ſatietatẽ perueniatur, alter alterũ verbo & exẽplo paſcit Vnde dñs ad Petrũ: Paſce oues meas. Caro autem & ſanguis Chriſti eccleſia dicitur: quia incarnatione verbi, fide & ſacramẽtis vnita, viuit de ſpiritu Chriſti. Sicut enim corpus vniuſcuiuſq; hoĩs viuit de ſpiritu ſuo, id eſt de anima ſua: ita fideles animæ viuunt de ſpiritu ſancto. Vnus ergo panis, & vnum corpus, ſiue vna caro & ſanguis Chriſti, multi ſum⁹. Cõformitas etiã Chriſti & eccleſię, pariter & caro & ſanguis Chriſti appellatur: eo ꝙ ſit proprius effectus incarnationis verbi, & finalis cauſa dominicę paſsionis. Vñ Aug. Hunc itaq; cibũ & potum, ſocietatẽ vult intelligi corporis & mẽbrorũ ſuorũ, qđ eſt eccleſia. Huius rei ſacramentũ, id eſt vnitatis corporis & ſanguinis Chriſti, in dominica menſa pręparatur, & de mẽſa

D

Petri feruor.

E

F

Panis & ſanguis, eccleſia eſt.

Ioan 21.



UNIVERSITA DE GRANA

domini ſumitur. Qui accepit myſterium vnitatis,
G & non tenet vinculum pacis: nõ myſteriũ accipit
pro ſe, ſed teſtimonium cõtra ſe. Hoc eſt ergo mã-
ducare illam eſcam, & illum potũ bibere, in Chri-
ſto manere: & illum manentẽ in ſe habere. Ac per
hoc qui non manet in Chriſto: & in quo nõ manet
Chriſtus: proculdubio non manducat ſpiritualiter
eius carnẽ: nec bibit eius ſanguinẽ: licèt carnaliter
& viſibiliter premat dentibus ſacramẽta corporis
& ſanguinis Chriſti: & tantæ rei ſacramentum, ad
iudicium ſibi mãducat & bibit. Signum ergo quia
manducauit & bibit hoc eſt, ſi manet & manetur:
ſi habitat & inhabitatur: ſi hæret & nõ deſeratur.
Manemus autẽ in illo, cùm ſumus mẽbra eius: ma-
net autem ipſe in nobis, cùm ſumus templum eius.
Manducã- Hæc dicũtur vt amemus vnitatẽ: & timeamus ſe-
di corpo- parationem. Hoc totũ quod dominus de carne &
ris Chriſti ſanguine ſuo locutus eſt, ad hoc nobis valeat, vt car
forma. nem & ſanguinẽ Chriſti non edamus & bibamus
tantũ in ſacramento, quod multi faciunt mali: ſed
vſq; ad ſpiritus participationẽ manducemus & bi-
H bamus: vt in domini corpore tanquam mẽbra ma-
neamus, vt eius ſpiritu vegetemur. hęc Auguſt. Et
ſecundum eundem, ille ſacramentaliter manducat
& bibit, qui ipſum ſacramentũ tantum ſumit: ſpiri
tualiter verè, qui pertingit ad rẽ ſacramẽti. quę eſt
res duplex: vna ſignata & cõtenta: quę eſt Chriſtus
integer: qui cõtinetur ſub ſpecie panis & vini. Alia
res eſt ſignata & nõ cõtenta: & hoc eſt corpus Chri
ſti myſticum: quod eſt in prædeſtinatis vocatis, &
iuſtificatis. Et ſciendũ ꝙ nonnulli doctores aliqua
de prędictis incidentaliter ad altaris ſacramentum
referunt: ſed in continua expoſitione nullus: quia
de ſacramẽto altaris propriè habetur infrà in cœ-
na domini, quando hoc ſacramentum inſtituit.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte, ſufficiens ſalus animæ
meæ: da mihi te ſolũ deſiderare: deſiderãdo
te propter te, nõ propter aliud quærere: quę-
rendo inuenire: inueniendo tenere: tenẽdo amare:
amando peccata redimere: redẽpta non iterare. Il-
I luſtra quæſo domine cor meum lumine tuę gratię
diuinę: vt te ductorem in omnibus vijs meis habeã:
& ſemper te, qui es ſuper omnia, præ omnibus ti-
meam & diligã: tuãq; in omnibus faciã voluntatẽ:
nec vnquam à te recedam: ſed ſemper tibi adhæ-
ream: quia tu ſolus ſufficis, & vitam ęternã promit
tis: ad quam miſericorditer perducere me digneris.
Amen.

De tranſitu domini & diſcipulorum
per ſata. Caput lxxi.

Lucæ 6. Matth. 12. DEinde cùm dominus quadã die ſab-
bati [tranſiret per ſata] ſeu blada, id
eſt per cãpos vbi erãt ſegetes [diſci-
puli eius] vt hoĩes eſurientes [velle-
bant ſpicas] propter ciborũ defectũ
& penuriam: [& manibus ſuis cõfricantes edebãt
Fames grana] cõſolando famis inopiã. Ecce fercula apo-
apoſtolo- ſtolorum, ſcilicet grana ſpicarũ: erant eñ colũbæ:
rum. quarum eſt grana comedere. Eſuriebant tũ ex pau
pertate, tũ ex turbarũ importunitate: in quo ſigna-
tur ꝙ prædicatores & pręlati debẽt poſtponere ci-
bum corporũ, propter ſalutẽ animarũ. Vñ Beda: nõ
habẽtes enim diſcipuli ſpatiũ manducandi propter K
importunitatẽ turbarum, eſuriebant vt homines,
ſed vellentes ſpicas inediã conſolabantur: quod eſt
indicium auſterioris vitæ, nõ præparatas eſcas ſed
ſimplices quęrere cibos. Vnde & Chry. Putas quã-
tam occupationem doctrinæ habebant apoſtoli: vt
nec mãducandi licentiã inuenirẽt. O beati apoſto-
li, in quibus tũc corpus quod ſuũ eſt ſuggerebat: qñ
animus quid ageret nõ habebat. Carnales autẽ ho-
mines: nec tunc ſpiritualia curãt: cùm nihil habue-
rint carnale quod agãt. [Phariſęi aũt videntes] re-
prehenderunt dñm de hoc: quaſi contra legẽ agerẽt
diſcipuli ex doctrina magiſtri: & dicũt: [Ecce di-
ſcipuli tui faciũt quod nõ licet eis facere ſabbatis.]
Non arguebant eos agere cõtra legẽ, quaſi raperẽt
alienum: quia ſecundũ legẽ licitũ erat famelico in- Deut. 23.
trare ſegetẽ vel vineam proximi & comedere: non
tamen falcẽ mittere, ſeu foras eijcere vel portare:
ſed ſuper eo ꝙ ſpicas vellẽdo, & fricãdo die ſabbati
cibum præparabãt ſibi: quia præceptũ erat in lege
ꝙ cibaria præpararentur die præcedẽti, & non in L
die ſabbati. vbi Chryſ. Iudæi ſciẽtes quia diſcipuli Diſcipũ
quaſi ſpeculũ ſunt magiſtri: quia in diſcipulis magi ſpeculum
ſter videtur: propter hoc errorẽ diſcipulorũ volẽtes ſunt ma
in opprobriũ Chriſti vertere, ita dicebant: Nõ pro- ſtri.
pter iniuriã legis dolẽtes: ſed detractionis occaſio-
nem inuenire cupiẽtes, iſta dicebant. Nec eñ pote-
rant alijs contra legẽ agentibus cõtriſtari: cùm ipſi Dolere de
quotidie in legẽ peccarent. Nã qui alio peccãte do- peccato
let: ipſe circa iuſtitiã multũ eſt perfectus. Nec eñ alieno.
põt aliquis alteri amplius miſericors eſſe quàm ſi-
bi. hæc Chryſ. Dominus autẽ confutat phariſæos,
diſcipulos rationabiliter excuſando: & quòd cõtra
legem nõ faciebant oſtendẽdo. Et primò per exẽ-
plum: in quo duplex tangitur ratio. Prima eſt à ſi-
mili, ex parte ſumentiũ: quia ſimilis neceſsitas fuit
in diſcipulis, quę fuit in Dauid, quãdo comedit cõ- 1. Reg. 21.
ſecratos [panes ꝗ poſitionis, quos nõ licebat ei ede-
re, neq; his qui cum eo erãt.] Si ergo Dauid excu-
ſatur, quia comedit in neceſsitate, qđ aliâs nõ lice-
bat: per cõſequens & diſcipuli excuſantur, quia ne- M
ceſsitas eis imminebat. Secũda eſt à minori, ex parte
ſumptorũ: quia Dauid in neceſsitate comedit ſan-
ctos panes licitè, quod licebat ſolis ſacerdotibus: er-
go multò magis diſcipuli ſpicas cõmunes omnibus
q. d. ſi neceſsitas ibi legẽ non habuit: nec hîc habere Neceſsi-
debet. Neceſsitas eñ facit aliquid licitũ, quod aliâs tas legem
eſſet illicitum. Et ideo diſcipulis eſurientibus, quod nõ habet.
licitum nõ erat in lege: factũ eſt licitum famis ne-
ceſsitate. Sic hodie, ſi qs ęger ieiuniũ fregerit: reus
non habetur. Cùm ergo phariſæi illa legũt, laudãt
miſericordiã factã in Dauid & ſuis: & quando iſta
vident, reprehendunt tranſgreſsionẽ in diſcipulis:
ex quo apparet ꝙ non legis iniuriã defendunt: ſed
ſuam malitiã oſtẽdunt. Alia ratio eſt à maiori: quia
ſacerdotes quorũ intereſt maximè cerimonias le-
gis obſeruare, violãdo ſabbatũ quãdoq; ſine crimi-
ne ſunt: vt dũ in tẽplo opera manualia circa ſacrifi-
cia faciũt, animalia occidẽdo, excoriãdo, hoſtias la-
uãdo, carnes coquẽdo, & cõſimilia faciẽdo: vel etiã
du pueros circũcidunt. Ergo multo plus diſcipuli, q
nullius



nullius in hoc legis ſunt, vel ordinis, vellẽtes ſpicas
A in die ſabbati, & comedẽtes ſine crimine ſunt. De
inde poſt autoritates alienas, cõuicit eos autorita-
te propria. Et primò per aſſertionẽ veritatis: & eſt
ratio talis: quia potẽtius eſt tẽplũ ſpirituale quàm
figurale: ſed figurale potuit defendere ſacerdotes ſi
bi ſeruientes: ergo multo plus ſpirituale, quod eſt
Chriſtus: diſcipulos ſibi credẽtes: de quo tẽplo di-
Ioan. 2. cit: Soluite tẽplum hoc: [quia maior tẽplo eſt hic]
ſcilicet Chriſtus: quia eſt tẽpli dominus. Secũda ra
tio eſt, in qua cõuicit eos per affectũ pietatis: & eſt
talis: Magis vult dominus affectũ miſericordiæ &
pietatis, quã cerimonias veteris legis. Sed paſcere
eſuriẽtes, eſt opus miſericordiæ: & obſeruare ſab-
batũ, vel victimas offerre, eſt cerimõiale: ergo &c.
Vnde magis vult deus miſericordiã, qua quis ſub-
uenit alteri, vel ſibi indigẽti, quã ſacrificiũ: & ope-
ra miſericordiæ ſunt magis accepta deo, quã victi
mæ: hoſtia enim deo placabilis, eſt ſalus hominũ.
Tertia ratio eſt, in qua cõuicit eos per ſuæ poteſta
tis oſtẽſionem: & eſt talis: Dominus põt diſponere
in his rebus quibus totaliter præeſt: ſed Chriſtus
præeſt totaliter & diſcipulis, & ſabbato: ergo põt
B diſpenſare cum diſcipulis de opere in ſabbato. Ipſe
Sabbati eñ fecit ſabbatũ propter hominẽ: vt in eo quieſcat
dominus. & deo vacet: & nõ hominem propter ſabbatum: &
ita [dominus eſt etiã ſabbati.] Et ideo ſecundũ Am
broſium, ſicut poſuit ſabbatũ: ita poteſt etiam de-
ſtruere. Quia ergo ſabbatũ propter hominẽ fecit:
& dominus ſabbati eſt: magis curã adhiberi voluit
ſaluti hominũ, quã cuſtodiæ ſabbati: permittendo
diſcipulos ſpicas vellere, & famem repellere. Chri
ſtus itaq; nõ ſubeſt obſeruationi legis: ſed præeſt,
& eam mutare poteſt: & ideo nõ peccat qui ſecun
Gala. 4. dum ordinationẽ eius obſeruat. Quòd autẽ dicitur
factus ſub lege: ſubiectio illa erat volũtatis, nõ ne-
ceſsitatis: ideo quandocunq; ſe ſubiecit, propter hu
militatem: quandoq; ſe præfuiſſe oſtendit, propter
Sabbati autoritatem. Vbi Chryſo. Sabbatum non propter
inſtitutio. otium factum eſt: vt omnino in die ſabbati vacent:
C ſed vt otiãtes meditentur deum, ſuum eſſe factorẽ:
& per vacantiam, dei opera recordentur: vt dũ va-
cantiæ illius ratio quæritur, deus rerum opifex de
monſtretur. Ipſe enim legem dans ſabbati: nihil fa
cietis, ait, præter ea quę faciet anima: hoc eſt enim
feſtum, ſi intendantur ſpiritualia, & ſecedãt terre-
ſtria, & vacemus vacatione ſpirituali. hæc Chry-
ſo. Miſticè, per apoſtolos intelligi poſſunt prædica
tores & prælati: per eſuriem, fames ſalutis huma-
næ: per ſata, mundus in quo ſunt diuerſa hominũ
genera ſeminata: per diuerſas ſegetes, diuerſæ na-
Homines tiones: per ſpicas, homines: per paleas, corpora: per
per ſpicas grana, animæ: quia ſicuti in ſpica duo ſunt, ſcilicet
denotãtur granum & palea: ſic in homine corpus & anima.
Diſcipuli ergo, id eſt prædicatores & prælati, eſu-
rientes hominum ſalutem, debent trãſire per ſata,
id eſt per mundum prædicando: & euellere ſpicas
homines à terrenis, quibus corde inhæſerant, ſepa
rando: cõfricare manibus, exemplo ſuæ operatio-
nis ad bonũ prouocãdo: in qua ſeparatur vitium à
virtute, ſcilicet palea à grano: & ſic manducare, ec
cleſiæ incorporando: & ſabbato debẽt hoc agere,
ſcilicet ſpe quietis æternæ, ad quã alios volunt in-
uitare. Et de hoc conqueruntur phariſæi, id eſt de- D
mones: & infideles, phariſæorũ cõſortes. Vbi Beda:
Vellere itaq; ſpicas, eſt homines à terrena intẽtio- Vellere
ne, qua ſolũ mentis quaſi radice fixerant, eruere. ſpicas.
Fricare aũt manibus, exẽplis virtutũ ab ipſa carnis
cõcupiſcentia quaſi folliculis atq; integumẽtis ari
ſtarum puritatẽ mentis exuere. Grana verò man-
ducari, eſt emundatũ quẽq; ab omni inquinamẽto
carnis & ſpiritus per ora prædicantiũ eccleſiæ mẽ
bris incorporari. hæc Beda. Item per ſata, intelligi
tur ſacra ſcriptura: quæ diuinarũ ſententiarũ ſemi
nibus eſt ſeminata. Per diuerſas ſegetes, diuerſi li-
bri: per ſpicas, ſententiæ. Item per ſata prædicato-
res cũ dño ambulãt, cũ ſacras ſcripturas deuotè ſtu
dendo & meditando inueſtigant. Eſuriunt, dum in
eis panẽ vitæ pro ſe & alijs inuenire deſiderãt: ſpi-
cas euellunt, dũ ea quæ ſibi vtiliora videntur in eis,
colligunt: collectas cõfricãt: dũ tãdiu diſcutiũt, do-
nec ſub paleis literæ, grana ſpiritualis intelligẽtiæ
inueniãt. grana verò ipſa mãducant, cũ ſibi & alijs
miniſtrando per impletionẽ operũ incorporãt, & E
virtutes roborãt: & hoc ſabbato faciunt, dũ à terre
nis neceſsitatibus, & etiã turbidis cogitationibus
quieſcentibus, deo vacant: ſecundũ illud Eccleſiaſti
ci: Sapiẽtiam ſcribe in tẽpore vacationis. Hoc do- Eccleſia-
minus ſabbati, ſcilicet Chriſtus, probat: ſed Iudæi ſtic. 38.
vel adulatores, mẽtis refectionẽ & requiẽ anima-
rum neſcientes, reprobãt: dicentes quia quieſcẽdũ
eſt ſaltẽ in ſabbato, nõ intelligentes ꝙ tunc magis
debemus videre quoniã ſuauis eſt dominus, & re- Pſal. 33.
quiem cœleſtẽ quærere operando. Conſidera nũc 85. 99. &
& intuere diſcipulos, & in tanta neceſsitate conſti 144.
tutis compatere: quãuis ipſi gaudenter hoc faciant
paupertatis amore. Quid enim eſt cogitare princi
pes mundi pręſente omniũ cõditore, ad tam tenuẽ
paupertatem redactos, vt tali pabulo more anima
lium oporteat ſuſtentari? Vnde Chryſo. Tu autem
admirare diſcipulos, qui ita erant ſuppreſsi, & nul
lam temporalium habebant curam: ſed cõtẽnebãt
carnalem menſam, & fame oppugnabantur conti
nua: & neq; ita deſiſtebant à Chriſto. Niſi enim eos
coegiſſet vehementer eſuries: nequaquam hoc fe- F
ciſſent. hæc Chryſoſto. O quàm dulcis erat ille ci-
bus eſurientibus, ſicut & illa aqua inſtar mellis ſi- Pſal. 80.
tientibus obtinere videbatur: de qua dicitur: De pe
tra melle ſaturauit eos. Aſpiciebat eos dominus, &
eis compatiebatur: quia tenerrimè eos diligebat.
Sed nihilominus gaudebat, tam propter eos quos
in hoc multum mereri ſciebat, quàm propter nos
quibus exemplum relinquebat. In hoc enim exem
plo ad multas virtutes proficere poſſumus. Nã hîc Paupertas
mirabiliter paupertas relucet: pompa mundi con-
temnenda oſtenditur: ſumptuoſa & ſaporoſa cibo- Voluptas.
rũ præparatio deſtruitur: & gulæ voracitas cũ tur
pi vnctuoſitate & inſatiabili appetitu totaliter e-
neruatur: inſuper & beſtialitas multorum homi-
num hîc confunditur: quia vt dicit Auguſtinus,
appetere voluptates corporis, & vitare moleſtias,
ferinæ vitæ actio eſt. Igitur, vt ait Bernardus, Ri-
diculum eſt ſanctos honorare conuiuijs: qui deo
abſtinentijs placuerunt. Hîc etiam renouata vi-
detur

detur primæ ætatis beata ſimplicitas:in qua homi
G nes fructibus arborũ,ac herbis & aqua cõtenti vi-
" uebant.Vnde Boëtius:Fœlix nimium prior ætas,
" Cõtēta fidelibus aruis:Nec inerti perdita luxu.Fa
" cili quæ ſera ſolebat Ieiunia ſoluere glãde.Sõnos
" dabat herba ſalubres:Potũ quoq; lubric⁹ annis:Vm
" bras altiſsima pinus.Vtinã modò noſtra redirent
" In mores tẽpora priſcos:Sed ſæuior ignib⁹Ethnę,
" Feruens amor ardet habendi.hæcBoëtius.Vnde&
" Hiero.Vidẽs deus ꝙ diligenter appoſitum eſſet ad
Gene .8. malitiam cor hominis ab adoleſcentia:& ſpiritus
eius in his permanere nõ poſſet:quia erant caro:o-
pera carnis diluuio cõdẽnauit:& auidiſsimã homi
nũ gulã probans,dedit eis licentiam comedenda-
Carnium eſus. rum carniũ.Eſum enim carniũ vſque ad diluuiũ
ignoratũ fuiſſe ſcias:poſt diluuiũ aũt quaſi in ere-
Exodi 16. mo murmuranti populo coturnices ita dẽtibus no
Vini inuẽtio. ſtris neruos & virulentas carnes ingeſtas .Vinum
eñ cũ carnibus poſt diluuiũ dedicatũ eſt.Vñ etiã
H PetrusDamianus:Pöſt mundi naſcẽtis exordium,
per mille ferè atque ſexcẽtos annos humanum ge
nus ſine vini poculo & eſu carniũ vixit:nec tamen
quiſpiã eorũ quos ſcriptura cõmemorat languore
contabuit.hæc Petrus.Tunc ergo ſimplex erat ci-
bus,& morbus rariſsimus:nunc aũt cõtrarium vi-
Morbi origo ex cibo vario. demus.vnde Seneca:Immunes erant ab iſtis malis
qui nondũ ſe delitijs ſoluerãt.Multos morbos mul
ta fercula fecerunt:variusq; ex diſcordi cibo mor
bus eſt.Innumerabiles eſſe morbos non miraberis,
coquos numera.Ex iſtis non ſingulares morbi na-
ſcuntur:ſed inexplicabiles , diuerſi , multiformes.
Vnde & Chryſoſt.Voluptas & ingluuies ſanitatis
noſtræ ſtabilitatẽ oẽm ſubtrahit facilè.Et ſi iueris
ad medicinalẽ locum:& accedens interrogaueris,
omnes ferè ægritudinũ cauſas illinc inuenies exi-
ſtentes.Nãvilis quidẽ & parua menſa,ſanitatis ma
ter eſt.Propterea & medici ita eã vocarunt,non ſa
turari demũ ſanitatẽ vocantes:inſatietas eñ cibi,
ſanitas eſt:indigenter cibari,matrẽ ſanitatis dicen
Sanitatis, mater,indigentia. tes.Si verò indigentia eſt mater ſanitatis:manife-
ſtum eſt quoniã plenitudo mater eſt morbi & æ-
gritudinis:& generat paſsiones,& ipſorũ ſuperex
I cedens medicorũ artem.Etenim pedũ dolores,&
capitis grauedinẽ,& caligines,& manuũ dolores,
& tremores,& diſſolutiones membrorum,& ịcteri-
tiæ,febres longæ & flãmææ,& his multò amplio
Gulæ mala. ra,nõ parſimonia & philoſophica dieta:ſed ex abũ
danti comeſtione & plenitudine generari apta na
ta ſunt.Si verò vis & animæ ægritudines videre
quæ hinc naſcuntur:aſpicias quoniã auaritię,luxu
riæ , melancholiæ,deſidiæ,incontinentiæ,inſcitię
omnes hinc habent principiũ.Quæ omnia excogi
tantes,fugiamus & ebrietatẽ & voluptatẽ:nõ eam
tantũ quę in menſis eſt:ſed & aliã omnẽ quæ eſt in
rebus mundanis:& pro ea permutemus eã quæ à
ſpiritualibus eſt voluptatẽ:& ſecundũ prophetam
voluptemur in domino,in his quæ hîc ſunt,& fu-
turis potiamur bonis.Hæc Chryſoſto.Voluptates
Voluptas ſpernẽda. ergo corporis ſpernendæ ſunt.quia dolores inge-
rendo nocent.Vnde Horatius:Sperne voluptates:
Horatius in epiſtolis nocet empta dolore voluptas.Nec ſolum corpori
nocent:ſed & animã occidunt . Vnde Gregorius:

Dum os delectatur in cõdimentis:anima necatur
comedentis.Et ideo qui ſapiens eſt:voluptatẽ cor- K
poris in voluptatem animi cõmutet.Vnde Raba-
nus:Si dulcedinem diuini amoris perfectè guſta-
ueris:de temporali dulcedine non curabis.Vnde &
Seneca: Animi voluptates quiſquis ſequitur,& be
ne intelligit:omniũ ſenſuum blandimenta contẽ-
nit.Si ergo ſic hodię fieret,prout tunc diſcipuli,&
in prima ætate communiter homines faciebant:
non indigeremus apparatu rerũ,nec ſupellectili va
ria & põpoſa:in quibus genus humanum eſt inex-
tricabiliter intricatum.Vnde Chryſoſt.Vbi enim
coquorũ ars vtilis eſt,nobis nuſquam:ſed & valde Coquorũ ars inutilis
inutilis & nociua,corpori & animæ nocens,& ma
ter eſt vniuerſarum ægritudinũ,& paſsionum:&
laſciuiam,cum multa munificentia inducit.Vnde
& Seneca:Si audire humanum genus voluerit:tam
ſuperuacuum ſciet ſibi coquum eſſe quàm militẽ.
Non deſiderabis artifices,ſi quæris naturam.Sim
plici cura conſtant neceſſaria:in delitijs laboratur. L
Vnde etiam Boëtius:Si de eo quod naturæ ſatis eſt
replere indigentiam velis:nihil eſt propter quod Natura contenta paucis
fortunæ affluentiam appetas : paucis enim mini-
miſque natura contenta eſt. Cuius ſatietatem ſi ſu
perfluis vrgere velis:aut iniucundum quod infude
ris,aut noxium erit.Quàm modicis autem natu-
ra contenta ſit,oſtendit Seneca,qui dicit,Panem&
aquam natura deſiderat:nemo ad hæc pauper eſt.
Et Lucanus: Diſcite quàm paruo liceat producere »
vitam. Et quantum natura petat fluuium Cere- »
remque. Si verò iſtis famem pro condimento, & Cõdimentum ſal famem
ſalſa addideris:miro modo ſapida reperies,quę ſi-
ne hac inſipida videntur. Vnde Bernardus: Pru-
denter ſobrieque conuerſanti , ſatis eſt ad omne
condimentum ſal cum fame . Qua ſola non ex-
pectata, neceſſe eſt alias atque alias de neſcio qui-
bus ſuccis extraneas confici permixtiones:quę vi-
delicet & palatum reparent, gulam prouocẽt,ex-
citent appetitum.hæc Bernardus.Igitur ( vt dicit Voluptatibus reſiſtendum.
Seneca)voluptatibus reſiſtamus:quia facilius non
recipiuntur,quàm exeũt.Et iterum:Proijce quę-
cunque cor tuum laniãt, voluptates præcipuè ex- M
tirpa, & inimiciſsimas habe more latronum, qui
in hoc nos amplectuntur vt ſtrangulent. Et ( vt
idem dicit ) ad rabiem cogunt venire delitiæ: vt
quicquid non ex voluntate reſpõdet, iram euo-
cet. Ad debellandum autem voluptates , multum
valet fugere earum occaſiones. Vnde Seneca:De-
bellandæ ſunt in primis voluptates: & nihil deli-
catè, nihil molliter faciendum : his cogitationi-
bus intentum loca ſeria ſanctáque eligere opor- Amœnitas nimia vitanda.
tet. Effœminat animos amœnitas nimia: nec du-
biè aliquid ad corrumpendum vigorem regio po-
teſt. Sed quidam excuſantes ſe,dicunt quia debi-
les ſunt: & quia aſſuetis carere non poſſunt. Qui-
bus idem Seneca reſpondet, dicens:Occurres hoc
loco mihi illa voce:Nimis dura præcipis: nos ho-
munciones ſumus:omnia nobis negare non poſ-
ſumus. Scis quare non poſſumus iſta ? quia nos
poſſe non credimus. Nolle in cauſa eſt : non poſſe
prætenditur. Et iterum:Moleſtum eſt,inquis, ca-
rere aſſuetis voluptatibus : abſtinere cibo, ſitire,
eſurire.



A eſurire.Hæc prima abſtinentia grauia ſunt dein-
Prĩa abſtinẽtia dũtaxat dura. de cupiditas relangueſcit:inde moroſus eſt ſtoma-
chus:inde quibus fuit auidus,tibi odium eſt:deſide
ria ipſa moriuntur.Non eſt acerbũ carere eo quod
cupere deſieris. Quemadmodum pernicioſior eſt
hoſtis fugientibus:ſic omne incommodum magis
Cupiditas in vilibus nocet. inſtat cedenti & auerſo.hæc Seneca.Expedit au-
tem vt non ſolum in delicatis,ſed etiam in vilibus
eſcis concupiſcentia inordinata vitetur:ad cauen-
dum murmur,quo deus multum offenditur.Vnde
Auguſtinus:De nulla re magis deum offendiſſe il-
le populus dictus eſt,quàm contra deum murmu-
rando.Sed vt ſciremus non dei creaturam eſſe cul
pabilem,ſed inordinatam cupiditatem non pro-
pter porcum,ſed propter pomum mortem primus
homo inuenit:& Eſau primatus ſuos,non propter
gallinam,ſed propter lenticulam perdidit.Et ite-
rum:Daniel ideo vir deſideriorum appellatus eſt,
quia panem deſiderij nõ comedit:& potum concu
piſcentiæ non bibit:quia magis Chriſtum quàm
Animi voluptas refrenanda. epulas deſiderabat.hæc Auguſtinus.Et non ſolum
corporis:ſed & animi voluptates ſunt debellãdæ:
quia(vt dicit Gregorius)Incaſſum caro atteritur,
B à prauis ſuis voluptatibus animus non refrenatur.
Tu ergo hoc exẽplo diſcipulorum animatus,pau-
pertatem totis amplectere viribus:quę ſic emicuit
in præfatis mundi principibus,& ſimiliter in do-
mino Ieſu & ſua matre,& in omnibus qui volue-
runt eos perfectè imitari.Spiritu autem eam cõm
plectere,& corde dilige:quia aliâs meritoria non
eſſet.Laudabile quidem non eſt pauperem eſſe:ſed
in paupertate paupertatem amare ,& paupertatis
inopias propter Chriſtum gaudenter & hilariter
ſuſtinere. Prohdolor,quia multi de paupertate ſo-
lo nomine gloriantur:ſed quo pacto vt eis penitus
Paupertatis ſodales. nihil deſit.Dicunt ſe amicos dominæ paupertatis:
ſed paupertatis ſodales & amicos fugiunt toto poſ
ſe:ſcilicet famem,ſitim,frigus,defectus , contem-
ptum,deſpectum,& huiuſmodi.Et vt dicit Bernar
dus,volunt eſſe pauperes ſine defectu,humiles ſine
defectu, patientes ſine contumelijs.Tu verò nun-
C quam pro aliqua re ipſam paupertatem lædere ve
lis:& nihil omnino vltra neceſsitatem habeas,vel
habere deſideres.Et ſi quæris quæ ſit illa neceſsi-
tas?Reſpondeo tibi quòd quanto intimius pauper
tatem dilexeris,tanto ſubtilius de neceſsitate iudi
Neceſſaria nobis. cabis.Illa nanq; neceſſaria ſunt nobis,ſine quibus
eſſe non poſſumus.Vide ergo ea ſine quibus com-
modè potes eſſe:& illa nec habere , nec appetere,
nec procurare,nec à ſponte dantibus recipere.Vn-
de Seneca:Circuncide ſuperflua,& in arctum deſi
deria tua conſtringe. Conſidera tecum quantum
natura poſcat,non quantum cupiditas expectat.
Impone cõcupiſcentiæ frenũ:omnia quę ſunt blã
dimẽta reijce.hęc Señ.Sed multi in iudicãdo de ne
ceſſarijs & ſuperfluis decipiũtur & ſuperfluis tãquã
neceſſarijs vtuntur.Vnde Aug.Multa nos in facul
tatibus noſtris ſuperflua habere probamur,ſi neceſ
ſaria ſola retineamus:nã vana quærentibus nihil
ſufficit:& aliorum quodammodo retentor eſt,qui
profutura pauperibus inutiliter habet.Vnde & Se-
neca:Quàm multa ſuperuacua eſſent non intelle-

ximus,niſi deeſſe ceperint.Tota mihi vita menti- D
tur:neceſſaria indicat quorum magna pars ſuper-
uacua eſt:quæ ſi quandoque neceſsitas abſtulit,nõ Neceſſaria contẽnenda.
ſentimus ablata.hæc Seneca.Non ſolum autem ſu
peruacua:ſed & neceſſaria ſunt quandoque cõtem
nenda.Vnde iterum Seneca:Non te laudes ſi con-
tempſeris aureos lectos,& gemmeam ſuppellecti-
lem:quæ eſt enim virtus ſuperuacua contemnere?
Tunc te admirare cùm contempſeris neceſſaria.
Non magnam rem facis,ſi viuere ſine apparatu
potes:tunc te mirabor,ſi contempſeris etiam ſor-
didum panem:ſi tibi perſuaſeris herbam,vbi neceſ
ſe eſt non pecori tantum:ſed homini naſci.Et no-
tandum quòd abſtractio à rebus mundanis(ſecun- Abſtinentia tribus modis fit.
dum Bernardum)fit tribus modis.Primus modus
eſt,quòd quis ſolum in neceſſarijs contentetur:&
tanquam aduenam & peregrinum ſe reputans,vi-
ctu & veſtitu contentus,graue exiſtimet alijs one
rari:quia(ſecundum Gregorium)hoc ipſum graui
ter tolerant,quòd feſtinantes ad patriam in itine-
re multa portant. Secundus modus eſt,quòd quis
nec in neceſſarijs delectetur:& in nullo ad tempo-
ralia ſit affectus: ſed tanquam mundo & mundia-
libus mortuus abundantiam & defectum & op- E
probriũ æqualiter accipiat. Mortuo enim ſi quid
defuerit nõ ſentit: ſic anima in ſuis affectib⁹ mor
tificata,cõmodũ & incõmodũ non diſcernit.Ter-
tius modus eſt,quòd quis in vſu neceſſariorũ nõ ſo
lũ nõ delectetur:ſed potius affligatur & crucietur:
vt dicere poſsit cum Apoſtolo: Mihi mundus cru- Gala.6.
cifixus eſt, & ego mundo. Talis nanque non ſo- Philip.3.
lum mundo eſt mortuus, quia mundana non ſen-
tit: ſed etiam mundo crucifixus, quia omnia velut
ſtercora arbitratur. Tali pœna eſt res creatas pro
quacunque neceſsitate proſpicere: ſed ſolum dele-
ctetur per amorem deo dulciter adhærere. Nec
tamen dominum in paupertate perfectè imitari Paupertatis dominicæ excellentia.
poteris quantumcunque te aſtrinxeris. Nec vide-
tur quod noſtra paupertas ſuæ æquiparari poſsit,
quantumcunque à nobis totis viribus obſeruata
fuerit. Ad quod,omiſsis alijs reddi poſſunt ratio-
nibus,ſcilicet & quia deus eſt,& quia ditiſsimus,
& omnium dñs,& quia perfectiſsimus,& huiuſmo
di ſimilibus,hãc ſpecialẽ adduco rationẽ:quia ipſe F
nõ ſolũ paupertatis penuriã,ſed eius opprobrium
aſſumpſit. Nã noſtra paupertas, quia volũtariè &
pro dei amore aſſumpta eſt,reputatur & eſt virtuo
ſa:& ideo nõ opprobrioſa,ſed honorifica habetur,
etiã apud malos.Ipſius verò nõ ſic:nõ eñ cognoſce
batur:nec ſciebatur ꝙ voluntariè pauper eſſet: ſed
credebatur ꝙ neceſſaria paupꝑtas eũ teneret:& hęc
opprobriũ & cõtẽptũ parit.Cùm eſſet abſq; domo
& poſſeſsionibus & diuitijs, ſcientibus hoc vniuer
ſis,magis habebatur cõtẽptui à multis: huiuſmodi
eñ pauperes quaſi ab omnib⁹ cõculcãtur:ſi ſapien-
tes ſunt,nõ eis creditur:ſi nobiles,nihilominus de-
ridẽtur & cõtẽnũtur: imò qđ plus eſt, ſapientia &
nobilitas,& omnis virtus in reputatiõe hominum
in eis extincta videtur. Deijciũtur enim quaſi ab
omnibus:adeo vt nec amicitiæ antiquę nec ſangui
nis vincula vt plurimũ eis proſint; cũ omnes ferè
tales amicos vel cõſanguineos habere recuſent. Vi-
des bene

des bene quomodo nec eius paupertati æquiparari, nec eum imitari potes in tam profundæ paupertatis & humilitatis abiectione. Et propterea pauperes mundi contemnendi non ſunt: qui ipſum dominum repræſentant. Quantum etiam noſtra paupertas à domini paupertate diſtet: conſiderare potes ex pluribus quæ ſimul tangit Chryſoſtomus, dicens: Cùm naſciturus erat, non exquiſiuit claram domum, neque matrem diuitem, ſed pauperem, & ſponſum tectorem habentem. Et in tugurio naſcitur, & in præſepio ponitur: & diſcipulos eligens, non rhetores, non ſapientes, non diuites, non nobiles, ſed pauperes & ex pauperibus, & vndique ignobiles elegit: & menſam apponens, quandoque quidem hordeaceos panes apponit: quandoque autem ipſo tempore diſcipulos à foro emere iubet. Et ſedilia faciens de fœno facit. Et veſtimenta induens vilia: & à multis illo in tempore differentia circumamicitur: domum autem non habuit. Si autem tranſire de loco ad locum oportebat, ambulans hoc faciebat, & ita ambulans quòd fatigabatur. Et ſedens nō throno opus ei erat, neque puluinari, ſed pauimēto. Sic ergo Chriſtus pauper erat: qui tamen dominus omnium, rex expectabilis erat. hæc Chryſoſtomus. Attendamus hęc, & erubeſcamus nos miſeri: quia talibus non contenti, dominum contemnimus imitari. Et maximè hoc tempore malo, quo omnis qui panem habet, contentari deberet. Vnde Hieronymus: Iuxta miſerias huius temporis, & vbique gladios ſæuientes, ſatis diues eſt qui pane non indiget: ſatis potēs qui ſeruire non cogitur.

G

**Paupertatis noſtræ à dominica diſtãtia Paupertas domini.**

H

## ORATIO.

Domine deus omnipotens, qui omnia quę cœli ambitu continentur, ſub pedibus hominis ſubiecisti: vt ſolus homo tibi ſubiectus eſſet totus: exteriora nempe pro hominis corpore cuncta creaſti, ipſum verò corpus pro anima, animã verò pro te, vt tibi ſoli vacaret, & te ſolum amaret: qui etiam das iumentis eſcam ipſorum, ac volucribus cœli, & piſcibus maris paſtum: da mihi huius vitæ neceſſaria ad ſalutem meam, & ad laudem tuam: vt ſic per te prouiſus, melius tibi vacare valeam: da quoque mihi in omni defectu & penuria patientiam, ne puſillanimitate fractus deficiam. Amen.

**Pſal. 146.** I

## De manco manum aridam habente. Caput lxxii.

Lucæ 6. Marci 3.

Factum eſt autem poſt hæc in alio ſabbato [vt intraret Ieſus in ſynagogam eorum & doceret.] Nã ſecundum Hilarium, præmiſſa in campo dicta ſunt & geſta: & poſt hoc ſynagogam ingreditur. Sabbato intrauit ſynagogam ad docendum, propter maiorem populi frequentiam & conuentum. Vnde Beda: Sabbatis præcipuè dominus in ſynagoga docet, operaturque virtutes, non ſolum propter inſinuandum ſpiritale ſabbatum: ſed etiam propter celebriorem eo die populi conuentum: cui tunc moris erat, quia vacare à labore per legem iubebatur, legendis audiendiſque ſcripturis operam dare. Nam ſicut hi quibus venandi ars eſt, vbi feras, vbi piſces & volucres plus abundare didicerint: ibi maximè ſua rhetia tendunt: ita dominus ſemper docuit in ſynagoga & in templo, quo omnes Iudæi conueniebant: volens omnes homines ſaluos fieri: & ad cognitionem veritatis venire. hæc Beda. Ecce in Chriſto tria: ſcilicet Mentis ſtabilitas: quia licèt phariſæi inſidiarentur ei: non tamen metuebat venire vbi erant: & hoc eſt contra puſillanimes. Doctrinæ veritas: quia in publico docebat: & hoc eſt contra hæreticos. Zæli immenſitas: quia totum hoc propter ſalutem animarum faciebat: & hoc eſt contra eos qui inde quærunt vanam gloriam, vel temporale lucrum ſeu commodum. [Et erat] in ſynagoga [homo habens manum aridam] & contractam: [& obſeruabant] id eſt dolosè ſeruabãt eum phariſæi ſi ſabbato curaret: vt illum arguerent vel accuſarent. Vnde interrogabant eum maliciosè, ſi licet ſabbatis curare? vt ſi diceret non, arguerent eum de immiſericordia vel impotentia: ſi diceret ſic, accuſarent eum de ſabbati tranſgreſsione. Vbi Beda: Quia ſolutionem ſabbati quam in diſcipulis arguebant excuſauerat, ipſum calumniari volentes obſeruabant vt ſi in ſabbato curet, tranſgreſsionis eum accuſent: ſi non curet, crudelitatis aut imbecillitatis arguant. Vt enim ait Bernardus: In factis obſeruatores, in verbis exprobratores, in tormentis ſuſtinuit illuſores. Et videns dominus cogitationes eorum: iuſsit hominem infirmum ſurgere & ſtare in medio: vt miraculum eſſet magis manifeſtum: & euidentius argueretur cæcitas malignantium: & quaſi repetendo quæſtionem ab eis motum, ſub alijs verbis hoc idem quæſiuit ab ipſis. Illis autem ſic tacentibus, propoſuit ſimilitudinem de animali: & ſoluit quæſtionem prius verbo, oſtendens per rationem quòd licitum eſt ſanare hominem die ſabbati. & eſt ratio talis: Magis ſubueniendum eſt homini quàm animali: ſed animal ſi ceciderit in puteum vel foueam, extrahitur & liberatur die ſabbati: ergo multo plus homo qui eſt nobilior & melior: cùm ſit factus ad imaginem dei, ſi in infirmitatem ceciderit, curatur die ſabbati. Si enim hoc fit propter cupiditatem temporalium: multò magis debet iſtud fieri vbi ſalus quæritur animarum. Et ſic ipſi vitæ communis & proprię conſuetudinis vincuntur exemplo. Vnde Chryſoſtomus: Vobis ouem licet in ſabbato ſaluare: & mihi hominem non licet? Vobis manibus licet extrahere: mihi nec verbo licet curare? Ecce nec medicinam conficio nec manum meam ſuper illum extendo. Dico verbo, & ſanatur infirmus: & legem ſabbati veſtri non tranſgredior: & ſine opere opus virtutis conſumo. hæc Chryſoſtomus: Sed auari phariſæi plus diligunt ouem quàm hominem proximum: & laudant impendere ſubſidium in oue: & accuſant beneficium charitatis in homine. Vnde Hieronymus: Sic ſoluit quæſtionem propoſitam, vt interrogantes auaritię condēnaret. Si vos, inquit, in ſabbato ouem & quodlibet aliud animal in foueam incidens eripere feſtinatis: non animali, ſed veſtræ auaritiæ conſulentes: quantò magis ego hominē

K

Venatores.

Mentis Chriſti præcipua tria.

Sabbato curat.

L

M

Cur in C facult



ego hominem, qui multo melior eſt oue, debeo liberare? Vnde & Rabanus: Competenti ergo exemplo ſoluit quæſtionem eorum: vt eos oſtēdat ſabbatum violare in opere cupiditatis, qui eum violare arguunt in opere charitatis, legem malè interpretantes: qui dicunt in ſabbato à bono feriandum, in quo à malis tantum feriandum eſt. Vnde opus ſeruile non facieris in eo, id eſt peccatum: quia qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati. Sic in æterna requie à malis tantũ feriabitur, nō à bonis. hæc Rabanus. Secundò ſoluit quæſtionem facto, hominem habētem manum aridam ſanando. Tunc enim ait illi, extende manũ tuam: & cùm extenderet, ſtatim reſtituta eſt ſanitati. In quo patet perfectio ſanitatis. vbi Chryſo. Vt propoſitum legis, quam Iudæi non intelligunt, ſanitas manifeſtat. Si enim deus offenditur in opere ſabbati, ſine dubio infirmitas nō fugatur: quia non pōt iniuriã dei beneuolentia ſequi. Iſte mancus, ſecundum Hieronymum, in euãgelio quo vtuntur Nazaræi, cemētarius ſcribitur, iſtiuſmodi vocibus auxiliũ precans: Homo cementarius eram, manibus victum quęritans: precor te Ieſu vt mihi reſtituas ſanitatē: ne turpiter mendicē cibos. Dominus Ieſus maximè in ſabbatis docebat, & operabatur virtutes. Primò, vt oſtenderet ꝙ euangelicum & ſpirituale ſabbatum, melius & fructuoſius veteri ſabbato ſuccedebat. Secundò, vt ſabbato pluribus occurrentibus, proficeret pluribus: & ſaluator mundi ex miraculorum virtute manifeſtus fieret. Tertiò, vt dominus legis & ſabbati probaretur. Quartò, vt malum intellectum Iudæorum de obſeruantia ſabbati auferret, dũ bene operãdo ſabbatum ſe nō violare probaret, qui in ſabbato curabat, & in hoc corã pluribus legiſperitos cōfutabat. Circa quod ſciendum, ꝙ aliqui ſunt actus boni in genere entis, qui tamen ex ſe nō habent bonitatem in genere moris: ſicut ædificare domũ, vel huiuſmodi: & talia nō erant licita in die ſabbati. Alij autem ſunt actus boni in genere moris, ſecundum ſe: ſicut ſunt opera virtutũ: & talia licita ſunt in die ſabbati: de quibus erat ſanatio manus aridę: q̃a erat opus pietatis: & cum hoc erat ad gloriam dei manifeſtã dam, inquãtum fiebat miraculosè & ſupra naturã: & ideo talia poſſunt fieri in die ſabbati, non ſolum licitè, ſed & laudabiliter. Myſticè, ſecundũ Bedam & Rabanum, homo qui habebat manum aridam, humanũ genus indicat in bono opere arefactũ, pro manu in primo parente ad pomum vetitũ extēſa: ſed in miſeratione domini, ſaluti & bonorum operum fructibus, per innocētes Chriſti manus in cruce extēſas, eſt reſtituta. Et bene manus in ſynagoga erat arida: quia vbi maius donũ ſciētiæ, ibi trãſgreſſor maiori ſubiacet culpæ: & grauius eſt periculum inexcuſabilis noxæ. Sananda manus arida iubetur extendi: quia infructuoſa debilitas animę, nullo melius ordine quàm eleemoſynarũ largitate curatur. Habebat autē homo dexteram manũ languidam: quia ab eleemoſynis torpebat: ſiniſtrã ſanam, quia ſuæ vtilitati intendebat. Sed veniēte domino, dextera ſanatur vt ſiniſtra: quia quod cōgregauerat auidè: modò diſtribuit charitatiuè. Myſticè etiam in hoc infirmo docuit quatuor neceſſaria pœnitenti: ſcilicet ꝙ ſurgat à culpa, per pœnitentiam: ꝙ ſtet in gratia, per perſeuerantiam: ꝙ in medio, per boni exempli euidentiam: ꝙ extendat manum, per bonam operationem. Extende ergo manum primò ad pauperes, in eleemoſynarum largitione: ſecundò ad deum, in feruenti oratione: quia ſecundum Gregorium: Fruſtra pro peccatis rogaturus ad deum manus expandit, qui eas pro poſſe ad pauperes nō extendit. Moraliter homo habens manum aridam, eſt peccator: habent enim quidam cor aridũ, quia ſine bona affectione, ſine cōpaſsione: quidã linguam aridã, quia ſine bona locutione, ſine dei laude: quidam manum aridã, quia ſine bona operatione. Hęc autem triplex ariditas ſumitur ex ſimilitudine arboris aridę: quia tũc eſt verè arida, quando eſt ſine ſucco, ſine folijs, ſine fructu. Cor habent aridũ, inuidi: linguam, maliloqui: manum, auari. Iſte ex obedientia diuina manũ debet extendere ad proximũ, per eleemoſynarum largitionē. Ille lingua loqui ad deum, per deuotam orationē. Alius cor eleuare ad cœlum, per ſanctã meditationem: & ſic ſanatur peccator. Itē ſecundũ Theoph. Aridam dexteram habet manũ, quiſquis nō operatur quæ ſunt dexteræ partis: quia talis eſt impotēs ad bona, ſed potens ad mala. Ex quo enim manus conſtituitur in operibus prohibitis, extunc areſcit in operibus bonis. Iterum verò reſtaurabitur: quãdo in virtute ſtans operabitur. Per manũ enim, quę eſt organum organorum, cōuenienter intelligitur opus meritorium: & ideo manus eſt arida, quæ eſt ad hoc opus inualida: ſed cùm ad verbũ Chriſti ſurgit per gratiã, tunc manum extendit per ſanctam operationem. Pōt etiam per hominē, manum aridã habentē, ſignari piger & otioſus: quia ad operandũ eſt inualidus: ſed cùm ad verbũ Chriſti ſtat in medio virtutis: manus eius ſanatur, & in bonis operibus exercetur. Specialiter tamen & præcipuè per hunc hominē auarus ſignatur: cuius manus ad opera pietatis & largitatis inualida reperitur. Huius manus ſunt quinq; digiti. Primus, inordinatũ deſiderium habēdi. Secũdus, labor acquirēdi. Tertius, ſolicitudo cōſeruandi. Quartus ſtudium multiplicandi. Quintus, infidelitas diſpēſandi. Sed vt ſanetur, ei per gratiam dicitur: extēde manum tuã: quia cùm ex dei dono ad opera pietatis extēditur, tunc ſanatur. Vnde Ambro. Audiſti domini verba dicētis: extende manum tuã. Cōmunis iſta generaliſq; medicina eſt. Et tu qui putas manum habere te ſanam: caue ne auaritia, caue ne ſacrilegio contrahatur. Extende ſæpius eam. Extēde illam ad pauperem, qui te obſecrat. Extēde, vt proximum iuues: vt viduæ præſidium feras: eripias iniuriæ quē vides iniuſtè calumniæ ſubiacere. Extēde ad deũ pro peccatis tuis. Sic manus extēditur, ſic ſanatur. hæc Ambroſius. Igitur ô auare, qui manum aridam & contractam habens nō vis dare, vis accipere: nō vis largiri, vis prædari: extēde manus tuas vt tribuas indigētibus: quia in hoc tibijpſi prouidebis, & theſaurizabis in cœlis. Vnde Chryſoſtomus: Eleemoſynam faciamus, & ne deſpiciamus à fame correptos. Etenim tibijpſi benefacies magis, illis benefaciens. Nam his quidem præſentia porriges tibijpſi

A

Exo. 20. et Leuit. 23. Ioan. 8.

**Mãcus aridam manum habens.** B

**Sabbato præcipuè operatus eſt dominus virtutes.**

**Actus boni in genere duplici.**

C

**Humanũ genus.**

**Pœnitēti quatuor neceſſaria.** D

**Ariditas triplex.**

E

**Manus dexteræ ſignificatio**

**Digiti quinque auari.**

F

**Extendēda manus noſtra eſt.**

tibiipſi verò futuram gloriam prædæ ponis. hæc G Chryſ. Inter omnia ergo opera miſericordiæ prę-rogatiuã habet eleemoſyna, quam toties, & tã attentè nobis inculcat diuina ſcriptura. [Phariſęi autem] repleti in ipiẽtia, id eſt, irrationabili iracundia, cùm magis deberẽt eſſe grati de diuino beneficio, [exeuntes] de ſynagoga, & de cõſpectu Chriſti, & à lumine recedentes [ſtatim cũ Herodianis] principis ſecularis ſatellitibus [cõſilium faciebant aduerſus Ieſum, quomodo eũ perderent] ſecũdum Ambroſium: quomodo vitam perderẽt: nõ quomodo vitam inuenirẽt. Iam ergo de morte ipſius tractabant: & hîc primò loquitur de procuratione mortis Chriſti, pro qua tunc primò conſiliũ faciebant.

Phariſęorum mala & cęcitas. Magna inſipiẽtia de nece eius tractare, cuius beneficijs plurimum indigebãt: quos etiam ad hoc non eius culpa, ſed liuor mouebat. Magna etiã eorũ fuit obſtinatio, quia nec verbis Chriſti, nec factis, reſilierunt à malo ſuo: ſed amplius inuidia permoti, remanſerũt in malo obſtinati. vnde Chryſ. Phariſæi autem conſiliũ acceperunt, ſcilicet à diabolo, H vt perderent eũ. Inuidẽtes enim Chriſto, nolebant eum facere ſigna, ne gloriã acquireret, & diſcipulos congregaret: ſed turpitudinẽ inuidię ſuę, ſabbati defenſione tegebãt: vt in prima quidẽ facie viderentur ſabbati iuſtitiam defendere: reuera autẽ ſuã exequerentur inuidiã. [Ieſus autẽ] ſciẽs machinationes eorũ, quia nihil eũ latebat, receſsit inde [cũ diſcipulis ſuis, & ad mare ſeceſsit.]

Receſſus Chriſti cauſæ. Receſsit autem inde propter multa. Primò, vt eis parceret, & occaſionem impietatis auferret: maioriq́; vtilitati eccleſiæ ſe ſeruaret. Secundò, ꝙ nondũ venerat tẽpus paſsionis ſuæ præfinitũ à patre: necdũ implete erãt prophetarum ſcripturæ. Tertiò, quia nõ aderat locus, ſcilicet Hieruſàlẽ, extra quã non fuit locus paſsionis eius. Quartò, propter dandũ ſuis in perſecutione fugiẽdi exemplũ: ne fuga eorũ imputaretur in peccatum. Quintò, propter humilitatis & patiẽtiæ indicium, & cùm poſsit aduerſarios ſuos nutu deijcere in abyſſum. Sextò, ad oſtendendũ verę humanitatis ſignũ: cùm licèt ipſe mortẽ non timeret, I tamen tanquã homo fugit à cõſilio malignantium.

Recedendum ab obſtinatis in malo. In quo etiã nos docuit, vt ab illis recedamus, quos bonis monitis ſemper deteriores fieri videmus: homines enim in malis obſtinati, vix poſſunt per rationem cõpeſci. Vnde Chryſ. Sciens aũt dñs cõſiliũ eorum, nõ diu contẽdit, ſed vna reddita ratione receſsit: ne magis inſaniam eorũ excitaret: quia non põt fieri, vt malitia ratione placetur. Ignorãtia quidem ratione placatur: malitia autẽ amplius excitatur. Sciens ergo paratos illos eſſe ad malefaciendũ ſeceſsit: non quaſi timidus ſubtrahens ſe ab eis: ſed quaſi miſericors parcens eis: ne eos ad opus impiũ amplius irritaret. quãuis eñ qui paratus eſt malũ facere, apud deum iam fecit: tamẽ qui intelligit paratum eſſe aliquem opus malum facere, & irritat eum, dans ei occaſionem vt compleat malum, ipſe particeps eſt peccati eius. Vt quid eñ res mala per te exitum ſuum inuenit. Et qui ſine te fuerat periturus, aut quantum ad voluntatem ſuam perditus erat: vt quid per te impleta eſt perditio eius? hæc Chryſo. [Et multi] infirmi [ſecuti ſunt eum] ex eo quòd viderant prædictum hominem curatum [curauit eos omnes] remunerãs fidem ipſorũ, forſitan quia omnes digni fuerãt curatione. K Docti ergo, viſis ſignis, perſequuntur: indocti, opinione eius ducti, amando ſequuntur: & ideo curari merentur. Vnde Remig. Quẽ phariſæi conſilio perdere quęrunt: turba indocta vnanimi dilectione ſequitur: vnde mox ſui deſiderij cõſequitur effectũ: ſi vis & tu curari, ſi vis ſanari, ſi vis à mortis periculo liberari: ſequere & imitare Ieſum, ipſe enim neminẽ repellit: oẽs qui eũ ſequuntur ſanat. Per phariſæos qui diuiſi interpretãtur, diſcoli qui diſſenſiones faciunt ſignanter: per Horodianos verò ſuperbi, qui glorioſi in pellibus interpretantur. Iſti verò conſilium faciunt cõtra Ieſum: qui cũ humilibus & charitatem habentibus cõmorantur: & ideo recedit ab illis ſe elongãdo, & humilibus eum ſequẽtibus benefacit, beneficia ſalutis impẽdendo. [Et præcepit eis] qui curati erãt [ne] eum diuulgarent & [manifeſtum facerent] vt inanẽ gloriam & gloriandi de ſe iactantiã declinaret, & vt nobis exẽplum vitandi eam daret. L Non prohibuit dominus miraculorum prædicationes ad vtilitatem audientiũ, ſed in beneficijs vanæ glorię appetitum. Vnde Ambr. Hîc myſticè inſtruit nos, ne cùm magnum aliquid facimus, laudem foris quæramus. Vnde & Chryſ. Vbi quidem propter alios alij curantur, nõ præcepit eis vt nemini dicerent: quale eſt vbi oculos cæci nati aperuit: & paralyticũ triginta & octo annis iacentem erexit. Vbi autem non propter alios, ſed propter meritum ipſius curat hominẽ, pręcipit ei vt nemini dicat, ſicut & læproſo mandauit. Ideo & iſtis præcepit ne vulgarẽt eũ: quia propter ipſos ſolos curauerat eos: quia nõ ęſtimationem hominũ miraculis venabatur, ſed credentiũ deſiderabat ſalutem: hęc Chryſoſtomus. [Et venerunt in domũ] quandam ad hoſpitandum [& conuenit iterũ turba] ad audiendum dei verbum: & tunc ita feruẽter intendebant pręedicationi, ꝙ ipſi diſcipuli eius non habebant tempus panem manducãdi. Hoc eſt contra illos qui dimittunt opus prædicationis, propter curam & ſaturitatem commeſtionis. vbi Beda: O M quàm fœlix occupatio ſaluatoris: quàm beata frequentia turbæ confluentis: cui tantum ſtudij ad audiendum verbum dei, tantũ fuit curæ ad obtinendam ſalutẽ, vt autori ſaluti cum his qui ſecũ erant ne veſcendi quidem hora, à ſolatio vitę miſeris impendendo, libera maneret. Vtinam domine Ieſu, & in noſtri temporibus æui, tantũ gratiæ tuis fidelibus largiaris, qui doctores ſuos aſsiduitate diſcendi non ſolum ab appetitu carnaliũ voluptatum, verumetiam nonnunquam ab ipſa quoq; panis quotidiani perceptione præpediãt. hęc Beda. [Et cùm ſui] ſcilicet Iudæi, qui ex parte matris de cognatione ſua erãt, viderent inſolutum feruorem in eo, & audirent altitudinem diuinæ ſapientiæ, quam capere non volebant: æſtimabant eum mente alienatum, & in furorem verſum, ſenſu perdito loqui: & [exierũt tenere eum] & ligare, ne ſibi vel alijs poſſet nocere. Vbi Beda: Vere ſicut ipſe dicit alibi: Non eſt propheta ſine honore, niſi in patria ſua, & in domo ſua. Quem enim exteri quaſi autorem vitæ



vitæ, & ſapientiã dei adire & audire deſiderãt: hũc A propinqui quaſi mẽtis impotẽ eſſe ligandũ decernunt. Allegoricè aũt in eo ꝙ turba ad illũ conueniente frequẽti, vt furioſus à ſuis contẽnitur: ſalus credentiũ de gẽtibus approbatur: & inuidia Iudęorum & perfidia notatur: de quibus ait Ioannes: Ioan. 1. In propria venit, & ſui eũ nõ receperũt. hęc Beda. Similiter & hodie qui ad ſequendũ Chriſtũ ſunt feruidi, à mũdanis hominibus inſani reputãtur: & per eos quantũ poſſunt à bono retinẽtur. O quantũ vna non dico mẽſura, ſed gutta huius vini valeret, quæ hanc inſaniã induceret. Fœlices qui hac laborãt inſania: vt de illis dici poſsit illud ſapię: Sapiẽtię 5. Nos inſenſati vitã illorũ æſtimabamus inſaniã: vtinã & ego miſer vnus de illis merear fieri: ac cũ eis inter filios dei cõputari: & inter ſanctos ſortẽ habere. Oratio.

Domine Ieſu Chriſte rogo te per viſcera miſericordiæ tuæ, vt me mancũ, ad faciendum opera bona inualidũ, digneris miſericordi-B ter ſanare: & ad omne opus bonũ, fortẽ & aptũ facere. Fac me ſtare in medio virtutũ: vt te iubẽte & faciẽte, extendã ad iuſtitiã, non ad iniquitatẽ, manus meas: meq́; in bonis exercẽdo, tuũ beneplacitũ in omnibus faciã: & in malis areſcendo, ab offenſa tua omnino abſtineam. Da mihi bone Ieſu: vt præ omnibus diuitijs & delitijs ſeculi, intendam verbo dei, ac meæ & aliorum ſaluti. Amen.

De dæmoniaco, cæco, & muto. Cap. lxxiii.

Matth. 12. Lucæ 11. Poſt prædicta, oblatus eſt ei homo dęmoniũ habens, cęcus, & mutus: ſed Lucas mutũ tantum, non cęcũ dicit, tacẽs ꝙ Matthęus expreſsit. Nec talia ſunt in dæmone formaliter, ſed ſolum effectiuè: quia effecerat hominem cęcum & mutũ: & ideo ipſo eiecto, vidit, & loquebatur homo. Vnde ſequitur: [Et curauit eũ,] in quo notatur à dęmonio liberatio: [ita vt videret,] in quo cęcitatis illuminatio: [& loqueretur:] in quo loquelæ reſtitutio.

Dęmoniacus cęcus & mutus. Vbi Hiero. Tria ſigna ſimul in homine perpetrata ſunt: cæcus videt: mutus loquitur: poſſeſſus, à dęmone liberatur. Quod tũc quidẽ carnaliter G factũ eſt: ſed quotidie cõpletur in cõuerſione fidelium: vt expulſo dęmone primùm lumen fidei accipiant: deinde in laudes dei tacẽtia prius ora relaxentur. Vnde & Aug. Dęmoniũ enim habẽs, cęcus & mutus eſt, qui non credit deo: & ſubditus eſt diabolo, qui nõ intelligit, & nõ confitetur ipſam fidem: vel qui non dat laudem deo. Vnde etiã Chry. Ne aliquis putet quia ſufficit homini fideli cognoſcere deũ, eſt & neceſſariũ confiteri deũ: & ideo cęcum & mutũ curauit: oculos ad cognoſcendum: os ad cõfitendum deũ. Qui cognoſcit, & non confitetur: ille etſi oculos mẽtis habeat curatos, tamẽ adhuc mutus eſt. Qui ergo videns non facit pręcepta dei: & qui loquens nõ loquitur laudẽ dei & gratia: ille etſi loquitur & videt quantũ ad deum: tamen & mutus & cæcus eſt. Nõ enim ille videt deũ, qui ſcit deum: ſed qui timet & diligit deum. Et qui orat & pſallit, & non facit quæ laudat: ille corpore loquitur, animo aũt tacet. hæc Chry.

Moraliter. Spiritualiter dęmonium ille habet, qui in peccato mortali perſeuerat. Quandiu enim peccatum in homine regnat, tandiu victus & captiuus à diabolo poſsidetur & ca-D ptiuatur.

Dęmoniũ vexãs mẽtẽ, triplex peccatum eſt, faciens mutum & cęcum. Vexat autẽ dæmoniũ triplex: ſuperbia in mẽte: cõcupiſcẽtia in carne: cupiditas in rebus: qa omne quod eſt in mũdo, cõcupiſcẽtia carnis eſt, aut cõcupiſcẽtia oculorũ, aut ſuperbia vitę. Hoc autem triplex dæmoniũ facit mutũ: nã cùm loquela data ſit homini ad laudandũ deũ, & gratias agendũ: ad loquendũ veritatẽ, & ędificandũ proximũ: ad cõfitendũ peccatũ, & veniam de eo petendũ. Primã loquelã aufert ſuperbia: quæ quod dei eſt, ſcilicet laudem, vſurpat ſibi. Secundã aufert auaritia: quæ ſoli ſibi intẽdit, nõ proximo. Tertiã aufert luxuria, & maximè contra naturã. Vnde Sodoma interpretatur ſilentiũ, ſiue muta. Itẽ facit cęcũ: vt ad ſalutem ſuã pertinẽtia & ſibi proficua nõ videat: & eã lucẽ, quæ ait: Ego ſum lux mũdi, non ſequatur: ſed in tenebris ambulet. Ioan. 8. b. Hic dęmoniacus, cæcus, & mutus ſi domino offeratur, ſi ad pœnitentiã conuertatur, mox Ieſus curabit eũ: ita vt eiecto dęmonio, videat & loquatur. E Abũdat dæmonis malitia: ſuperabundat diuina clemẽtia. In iſto dęmoniaco, malitia dęmonis multũ abũdauit: quia cùm tenebat obſeſſum ipſum fecerat cęcũ & mutũ: ac (ſcd̃m Chryſ.) etiã ſurdum: ſed dei miſericordia in ipſo abũdauit: quia dæmoniũ ab obſeſſo eiecit: loquelã ſibi reſtituit: lumen reparauit: & auditũ reſerauit.

Iuſtificato cõferũtur quatuor beneficia. Per hũc igitur hominẽ ſic curatũ, intelligere poſſumus peccatorẽ iuſtificatũ: cui deus ſpiritualiter quatuor beneficia ſupradicta cõcedit. Primũ eſt, ꝙ diabolũ ab eo expellit. Peccator enim diabolũ in domũ animæ ſuę inducit: ſed Chriſtus eũ expellit vt eam inhabitet. Domus aũt animæ, tria habet ſolaria: vnũ ſuperius ſcilicet ſpiritũ: aliud inferius, ſcilicet corpus: tertiũ mediũ, ſ. animã. Deus in ſuperiori ſolario, ſ. ſpiritu, habitat: quãdo ipſe ſpiritus cõtemplationi vacat: habitat in ſolario medio, id eſt, in anima, quando ipſa intẽdit internæ meditatiõi: habitat in ſolario inferiori, id eſt in corpore, quãdo ipſum corpus exercitatur & intẽdit mortificationi.

Lingua cur data. Secundũ beneficiũ eſt: quia deus peccatori linguã aperit. Deus dedit homini linguã ad tria: ſcilicet vt deũ laudet, vt proximũ ædificet, vt in cõfeſsiõe corã deo ſe repre-F hendat & accuſet. Peccator aũt quia lingua ſua ad iſta tria non vtitur: ideo rectè mutus dicitur. Cùm ergo deũ incipit laudare, proximũ ædificare, & ſe accuſare: tũc loquitur, & lingua ad debita officia vtitur.

Oculos habere antè & retrò. Tertiũ beneficiũ eſt, quando deus peccatori lumen reſtituit. Signũ aũt ꝙ ipſe ſic illuminatus eſt, quando videt antè & retrò, à dextris & à ſiniſtris. Ille habet oculos retrò: qui cõſiderat & cogitat peccata quę fecit, quàm turpia, ꝙ multa, quàm grauia & inde habet dolorẽ. Ille habet oculos ante ſe, qui videt & cogitat de iudicio dei futuro, & inde habet timorẽ. Ille habet oculos à dextris: qui videt & cogitat mũdi proſpera, quàm ſint caduca & vana: & ad ea nõ allicitur per amorẽ: ſed reſilit per aſpernationẽ. Ille habet oculos à ſiniſtris, qui videt mundi aduerſa, quàm ſint breuia & vilia: & ideo in eis nõ frangitur per impatientiã. Quartũ beneficiũ eſt, quãdo deus peccatori auditũ reſtituit. Eſt eñ peccator ſurdus: quia nõ audit deũ admonentem, nec deũ benefacientẽ, nec deũ inſpirantẽ, nec deũ com-

minantem:tunc aũt ſurdus auditũ recipit, quando
G deũ in huiuſmodi audit.[Et ſtupebant turbæ,] ſci-
licet ſimplices,diuinã virtutẽ in Chriſto admiran-
tes.[Et dicebãt:Nũquid iſte eſt filius Dauid?]q.d.
ſic.quia hic eſt Chriſtus nobis promiſſus de ſemi-
Moraliter ne Dauid.Moraliter eijcitur dęmoniũ,in cõtritio-
ne:loquitur qui prius erat mutus,in cõfeſsione:ad-
mirantur turbæ,in ſatisfactione:ſcilicet quãdo vi-
dent bene operari eos qui nõ ſolebant niſi mala fa
cere.Scribæ aũt & phariſæi,ſcilicet literati & ma-
iores inuidiæ nequitia pleni, audiẽtes turbas, ſcili-
cet ipſum confitentes eſſe Chriſtũ,propter euiden-
tiam facti:[dixerunt] in corde & cogitatione. [In
Beelzebub principe dæmoniorũ, eijcit dæmonia:]
& ſic in ſpiritũ ſanctũ blaſphemabãt: quia ſpiritui
ſancto(cuius opus eſt dęmones eijcere,& ſanitates
perficere)cõtumeliã inferebant. Quia enim factũ
mirabile negare non poterant:ideo modũ faciendi
calũniabantur:& ſic factũ infamare conabãtur:di-
centes Ieſum Chriſtũ per aliquẽ dæmonẽ ſuperio-
H rem ſibi,etiã familiarem & priuatũ,eijcere dęmo-
nes inferiores de corporibus obſeſſorũ. Nam vt ait
Inuidiæ Chry.Inuidia nõ quærit quid dicat: ſed ſolũ vt di-
mos. cat. Sic & hodie, multi cùm non poſſunt aliorum
verba vel facta directè reprehendere:conantur in-
tentionẽ & modum eorũ infamare.Vbi Beda:Tur
bis aũt,quæ minus eruditę videbantur, domini fa-
cta mirantibus,ſcribæ & phariſæi,vel negare, vel
ſiniſtra interpretatione peruertere laborabãt:qua-
ſi non diuinitatis,ſed immundi ſpiritus opera fuiſ-
Idolorum ſent.Secundũ eundem Bedã,nomina idolorũ,à Be-
origo. lo habuerunt originẽ.Ninus enim rex cõditor, vel
potius reparator, Niniue : Belo patri ſuo (qui fuit
primus rex Aſſyriorũ)ſtatuã poſt mortẽ eius con-
ſecrauit:ad quã confugientes qui forfecerant, ve-
niam merebãtur. Vnde ipſam ſtatuã cœperũt ve-
nerari:& tandẽ inſtigante diabolo, diuini honores
ſunt ipſi ſtatuę attributi:& incepit cultus idolola-
triæ.Cuius ſimulacri conſuetudinẽ Chaldęi ſuſci-
pientes, vocauerũt Beel, Palęſtini Baal, Moabitæ
Beelphegor,ſecũdum diuerſitatẽ linguarũ. Iudæi
I autẽ vnius dei cultores, in deriſionẽ Gẽtiũ Beelze-
Beelze- bub appellabãt:qđ ſonat vir,ſeu princeps muſcarũ:
bub. ꝑpter multitudinẽ muſcarũ,quę in tẽplo eius erãt
propter ſordes ĩmolati ſanguinis:quẽ muſcę ſequi
ſolebãt . In hoc ſimulacro dicebant Iudęi principẽ
dęmoniorũ habitare:tũ qa in eo fuit principiũ ido
lolatrię.tũ qa nullũ idolũ inueniebatur illo effica-
cius: tũ qa cultus eius erat generalior apud oẽs gẽ-
tes .Licèt eñ quælibet natio habeat alios deos ſpe-
ciales:hunc tamen tanquã vniuerſalẽ deũ venera-
bantur omnes.Itaq; in virtute principis dęmonio-
rum,qui in hoc idolo habitabat, phariſæi dominũ
facere miracula dicebãt. Vnde Remig. Beelzebub
Bel. autẽ ipſe eſt Beel,& Baal,& Beelphegor. Bel fuit
pater Nini regis Aſſyriorũ.Baal dictus eſt:quia in
excelſo colebatur.Beelphegor,à loco,id eſt à mon
Zebub. te Phegai.Zebub , ſeruus fuit Abimelech filij Ge-
deonis:qui occiſis lxx.fratribus,ædificauit templũ
Baal:& cõſtituit eũ ſacerdotẽ in ipſo,ad abigendas
muſcas,quæ ibi cõgregabantur, propter nimium
cruorem victimarũ. Zebub namq; muſca dicitur.

Beelzebub ergo vir muſcarũ interpretatur. Vnde
propter ſpurciſsimũ ritũ colendi, dicebãt eum eſſe K
principem dęmoniorũ. Nihil ergo ſordidius inue-
nientes,quod domino obijcerent: dicebant eum in
Beelzebub eijcere demonia.hæc Remig. Hoc au-
tem totum ex inuidia faciebant :de qua hîc dicit
Chry. Tale quid eſt ęmulatio:qua nõ vtiq; erit ma Aemulationis mala.
litia alia deterior. Sicut eñ porcus gurgite, & dę-
mones iactura noſtra:ita & æmulator proximi lę-
tatur malis:& quẽadmodũ ſcarabæi nutriũtur ſter-
core:ita & hic aliorum infortunijs.hęc Chry.Vbi
notandũ ꝙ dæmones habent ſua officia valde ordi Dęmonum prælatijs.
nata in malum.Eſt enim vnus dæmon, qui præeſt
ſuperbiæ,& vocatur Lucifer : & iſte multos habet
ſatellites qui ſibi aſtant:& multos ſubiectos quibus Lucifer.
principatur : ſcilicet ſuperbos. Vnde Iob: Ipſe eſt Iob 41.
rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Et hic expellitur
per verã humilitatẽ cordis. Alius qui præeſt luxu-
rię:& iſte vocatur Aſmodęus:de quo dicitur in To Aſmod.
bia,ꝙ interfecit ſeptẽ viros Saræ.Iſte enim odit le Tobit 3.
gitimũ matrimoniũ:& ideo per hunc modũ vole- L
bat trahere hanc puellam ad fornicationis vitium.
Et iſte dæmon multos habet ſatellites,qui ſibi aſſi
ſtunt:& multos habet ſubiectos, ſcilicet omnes lu-
xurioſos. Et hic expellitur per ieiuniũ & mortifi-
cationẽ corporis. Tertius eſt qui præeſt auaritiæ:
& vocatur Mãmona.Vnde dicitur in Mattheo:Nõ Mãmona. Matth.6
poteſtis ſeruire deo & Mãmonæ.Et iſte multos ha
bet ſatellites qui eũ iuuant : & multos ſubditos ſu-
per quos regnat : ſcilicet ſuper omnes auaros. Et
hic expellitur per tẽporaliũ abiectionẽ:quæ fit aut
totaliter,ſicut faciũt perfecti,qui omnia dimittũt:
aut particulariter,ſicut faciũt qui de ſua abũdantia
pauperibus largiũtur. Quartus eſt qui præeſt im-
mundis cogitationibus,& rãcoribus,& inuidijs,&
malis affectionibus:& vocatur Beelzebub,id eſt vir Beelzebub.
muſcarũ:immittit eñ muſcas , id eſt, cogitationes
immũdas,odia,& volũtates malas,quę dicũtur mu
ſcæ:quia ad animã citò volãt,& ipſam cõmaculãt.
Iſte aũt dæmon multos habet ſatellites qui eũ adiu
uant:& multos ſubditos,quibus præeſt.Et expelli-
tur per cõfeſsionẽ & ſacerdotalem abſolutionem. M
Ieſus aũt [vidẽs cogitatiões eorũ] probat pluribus
rationibus ꝙ nõ in Beelzebub:ſed in digito & ſpi-
ritu dei eijcit dæmonia:& ꝙ miracula quæ facie-
bat:nõ poterãt attribui ſpiritui maligno:ſed opor-
tebat ea attribui ſpiritui diuino.Cõparatur aũt ſpi Digito comparatur spiritus sanctus.
ritus ſanctus digito , propter tria. Primò,propter
proceſsionẽ:quia ſicut manus & brachiũ procedũt
de ſubſtãtia corporis,& digitus de manu & brachio
& etiã à corpore:ita filius à patre , & ſpiritus ſan-
ctus à patre & filio.Secũdò,propter partitionẽ: qa
ſicut in digito ſunt plures articuli diſtincti: ita di-
uerſa & diſtincta ſunt dona ſpiritus ſancti.Tertiò,
propter operationẽ:quia ſicut manus & brachiũ o-
peratur per digitos : ſic filius per ſpiritũ ſanctũ: fi-
lius aũt,manus & brachium patris dictus eſt: quia
cuncta per eũ operatur.Ad cogitatiões verò eorum
ſpõdit,& in hoc deitatẽ ſuã oſtẽdit:quia ſolus deus
cogitationes ſcit: vt vel ſic cõpellerẽtur credere in
eũ: qui cordis occulta videbat. Nã ſecũdum Chry.
Cùm eorum ſuſpitio irrationalis eſſet : metu mul-
titudinis



titudinis non audebãt eum diuulgare. Probat ergo
A primò ratione tali:quia ſi per dæmonem aliquem
eijciebat alios,ſequitur ꝙ diuiſio eſſet inter eos: &
ſic nõ poſſet diu ſtare poteſtas diaboli:& ex hoc ſe-
quitur aduentus Chriſti,per quẽ poteſtas dęmonis
Regnum diuiſum. debebat auferri. Vnde dicit: [Omne regnum in ſe
& cõtra ſe diuiſum:] vtpote per diſcordias princi-
pum,contra ſe alternatim pugnantiũ[deſolabitur]
& diſsipabitur : & omnis ciuitas vel domus diuiſa
cõtra ſe per cõtrarias volũtates & operationes,non
« ſtabit:ſed diſſoluetur.Nam ſecundũ Saluſtiũ, con-
« cordia paruæ res creſcunt:diſcordia maximæ dila
Vnitas tri buntur.Inductionẽ facit in tribus:in regno: in ciui
plex. tate:in domo:ſecundũ triplicem vnitatẽ, ſub qua
viuunt homines. Aliqui enim viuunt tantũ ſub vna
lege vel iure,& hi per regnũ:alij ſub vna conſuetu-
dine,& hi per ciuitatẽ:alij ſub vno victu & ſocieta
te,& hi per domum. Item à regno,ciuitate,& do-
mo,ſumit exemplũ, id eſt,à magnis, mediocribus,
& paruis,vt per hoc rationẽ ſuam oſtendat fortio-
rem & ſufficientẽ. Vnde Chry. Nihil enim eſt in
B terra regno potẽtius: ſed tamen per altercationem
perit. Quid autẽ dicendũ de ciuitate, vel de domo?
Siue magnum,ſiue paruũ fuerit,cõtra ſeipſum pu
gnans perit.hæc Chry. Sed [ſi Satanas] per me &
ad meum imperium expellit & [eijcit Satanam,]
dæmonũ regnum diuiſum eſt contra ſe,& diſcors
ſibi:quia contra ſe pugnant: & ergo regnũ & pote
ſtas malitię ipſorũ ſtare non poteſt:& ita finis mũ
di erit:quia vſq; ad finem mundi ſtabũt hîc,ad ten-
Regnum Satanæ. tandum nos. Regnum enim Satanę,eſt in malis ho
minibus,quos ſibi ſubditos tenet : quod ante finem
mundi non ceſſabit : tum propter diuinæ iuſtitiæ
ordinationẽ,& hoc ad hominũ excitationem:tum
propter prophetiarum nondũ impletionem. Vnde
Chry.q.d.Regnum contra ſe inteſtino bello diui-
ſum neceſſe eſt deſolari: quod & in domo & in ci-
uitate videtur. Quocirca & ſi Satanæ regnũ in ſe-
ipſum diuiſum eſt:ita ꝙ Satanas ab hominibus Sa-
tanam repellat:deſolatio regni dæmonum appro-
pinquauit: regnum autem eorum in hoc eſt ꝙ ho-
C mines ſubditos tenent.Si igitur ab hominibus pel-
luntur,hoc non eſt aliud,quàm regnũ eorum diſſol
ui.Si autem adhuc in hominibus poteſtatẽ tenent:
manifeſtũ eſt ꝙ regnum maligni adhuc ſtat:& nõ
Moraliter regnum diuiſum. eſt contra ſeipſum diuiſum. hæc Chry. Moraliter
regnũ diuiſum,eſt anima hominis mali, cuius ſen-
ſualitas rebellat rationi,& hoc regnum deſolatur:
quia Chriſtus qui eſt veritas,inde recedit:& diabo
lus ingreditur.Item per regnũ in ſe diuiſum,ſigna
tur omnis congregatio,carẽs concordia & pace:in
qua ſunt duo Satanæ : quorũ quilibet nititur ſuã
partẽ ampliare:vt ſic poſsit alteri patri præualere:
& talis cõgregatio deſolabitur, & cõcordia diſsipa
bitur:quia ſi ſunt à ſe diuiſi,per contrarietatẽ effe-
ctuum non poteſt durare: ſed deficit domus & con
gregatio eorũ. Sed heu vix inueniuntur aliqui ho-
mines,qui tantam concordiã habent in bono,quan
tam mali ſpiritus in malo. Cùm enim ſint infiniti
& innumerabiles: oẽs tamen in eo concordant, ꝙ
nihil niſi malefacere deſiderant. Et vtinã ſic homi
nes in bono concordarent : & ad faciendũ bonum

ſe mutuo animarent. Deinde probat idem hoc ſe-
cũda ratione,quę talis eſt:Eiuſdẽ poteſtatis eſt eie D
ctio dæmonũ per me & per filios veſtros:ſed illi,ſe
cundũ vos , non eijciunt dæmonia in principe dæ-
moniorum:ergo nec ego. Vnde dicit: [Et ſi ego in
Beelzebub,]id eſt,autoritate principis dęmoniorũ
[eijcio dęmonia]à corporibus obſeſsis:[filij veſtri]
id eſt,exorciſtæ,ſecundũ Bedam & Rabanum:vel
apoſtoli de eis nati,ſcđm Aug.& Hiero. [in quo,]
id eſt,in qua poteſtate[eijciunt?]q.d.Cùm non poſ
ſitis attribuere eiectionẽ per filios veſtros factam,
niſi virtuti diuinæ:per conſequens nec eiectionem
factã per me.[Ideo ipſi iudices veſtri erunt,] ſcili-
cet exorciſtæ, vos condẽnantes de mendacio quod
dicitis cõtra me:quia ſi in virtute dei eijciunt:mul
tò plus & ego:cuius oppoſitũ mendaciter affirma-
tis,hoc dæmoni attribuẽdo. Vel apoſtoli de eorum
ſtirpe geniti:qui ſibi bene conſcij ſunt:nil malæ ar
tis à Chriſto didiciſſe:erunt iudices eorũ in futuro:
ſcilicet aſſeſsione & approbatione iudicij:quia ſede
bunt in duodecim ſolijs,iudicãtes duodecim tribus Matt.19.
Iſraël. Deinde eliſa falſitate phariſæorũ,aſtruit ve E
ritatem:quia ex quo non eijcit virtute diaboli : ſe-
quitur ꝙ eijcit virtute dei,cùm aliud medium non
poſsit dari. Dicit ergo:[Si,]id eſt,quia[in digito &
ſpiritu dei eijcio dæmonia:]& ſic expello regnum
diaboli,vt concluſum eſt ex prædictis: & expulſio
vnius contrarij,eſt introductio alterius: [ profectò
peruenit in vos regnũ dei,]id eſt,ego Chriſtus qui
deus debeo regnare ĩ vobis: quare ergo me blaſphe
matis? Vel[regnũ dei,]id eſt,tempus gratię,ad me-
rendũ regnũ gloriæ,quod vobis offertur , dum per
verba veritatis,& miracula poteſtatis prædicatur.
Vel[peruenit in vos regnũ dei,]id eſt, aditus regni
cœlorũ patefactus eſt vobis & credentibus. Proba
to ergo ꝙ dæmon nõ eſt actor miraculi: deinde cõ
ſequẽter probat Chriſtus multipliciter,ꝙ ipſe non Chriſtum nõ eſſe miniſtrũ diaboli probat.
eſt miniſter diaboli. Et prima ratio eſt talis:Mini-
ſter nõ eſt potẽtior actore:ſed Chriſtus potẽtior eſt
diabolo:ergo Chriſtus nõ eſt miniſter diaboli. Hoc
aũt oſtẽdit ſic: Nõ enim[põt quiſquã intrare in do-
mum fortis] domũ ſuã cuſtodientis: [& bona eius F
diripere,niſi prius]tanquã fortior [alligauerit for-
tem:& tũc]eo victo [domũ & vaſa,arma & ſpolia
illius diripiet,]auferet,[& diſtribuet.]Diabolꝰ for Diaboli fortitudo.
tis eſt fortitudine naturaliũ bonorũ: de quo ſcribi-
tur in Iob,ꝙ non eſt poteſtas ſuper terrã,quæ ei cõ Iob 14.
paretur. Arma eius ſunt aſtutiæ & doli nequitiarũ Arma diaboli & diuitiæ.
ſpiritualium:& oẽs ſpecies peccatorum. Domus &
atriũ eius,eſt mundus in quo principabatur vſq; ad
ſaluatoris aduentũ . Vaſa & ſpolia eius,ſunt homi-
nes obſeſsi vel decepti à diabolo. Quo cuſtodiente
atriũ ſuum,in quo ſicut in domo habitabat: in pace
fuerũt omnia ſua:qa nemo ſibi reſiſtebat: & adhuc
[in pace ſunt]ad eũ[omnia quæ poſsidet,id eſt,oẽs
peccatores qui ei obediũt & fauẽt:quia ſcđm Gre.
Illos pulſare negligit,quos quieto iure poſsidere ſe
ſentit. Sed[fortior eo,]ſcilicet Chriſtus [ſuperueni
ens,]id eſt,deſuper de cœlo veniẽs[vicit eum]tenta
tionibus eius viriliter reſiſtẽdo,& paſsionem ab eo
procuratã patienter ſuſtinẽdo:eoq; in infernũ rele
gato,& ſub pede dñi cõtrito [ vniuerſa eius arma]

id eſt, callidiſsimas verſutias nequitiæ ſpiritualis
G [in quibus confidebat] abſtulit, eas cõpeſcendo &
detegendo:[& vaſa eius diripuit,]id eſt,peccatores
diabolo ſubiugatos à poteſtate eius eripuit:[& ſpo-
lia eius diſtribuit,] id eſt,peccatores prius à diabo-
lo captos diuerſis officijs eccleſiaſticis aſsignauit:
quia quoſdã apoſtolos,alios euãgeliſtas,hos prophe
tas,illos paſtores & doctores ordinauit.Secundũ Be
dam:diſtribuit ſpolia in regno eccleſiæ, tam mili-
tantis, quã triũphantis, in diuerſis dignitatibus &
præmijs.Et quia Chriſtus iſta fecit, ſequitur quod
potẽtior eſt dæmonibus:& ideo nõ eſt miniſter eo-
rum:nec virtute eorũ egens ad eijciendũ. Ex quo
etiã cõcluditur ꝙ ipſe ſit verè Chriſtus:quia in ad-
uentu Chriſti,poteſtas dæmonis erit diminuẽda &
arcenda.Non ergo debemus eſſe ſecuri:quia aduer
ſarius noſter fortis,victoriſq; vocibus cõprobatur:
nec debemus deſperare: quia princeps noſter for-
tior illo non dubitatur. Vnde Chry. Non debet ho-
ſtem timere fortẽ:qui habet principẽ fortiorẽ. Sed
vigilemus & laboremus:ne fiducia principis fortio

Aduerſarius noſter fortis eſt: ſed dñs fortior.

H ris contẽnamus aduerſariũ noſtrũ.Nam ſi conten-
dimus contra eum,fortiores illo ſumus: ſi autẽ ne-
gligimus,ille fortior inuenitur. Fortem enim dia-
bolũ,noſtra negligentia facit,nõ illius potẽtia.hæc
Chry. Vnde & Greg. Diabolus cũ ei reſiſtitur, eſt
debilis ſicut formica:cùm verò eius ſuggeſtio reci
pitur,eſt fortis vt leo. Et Hiero. Tentamẽta ſi ad te
reſpicias,grandia ſunt:ſi ad deũ bellatorẽ fortiſsi-
mum,ludus & vmbra ſunt. Deinde ponit ſecundã
rationem,quæ talis eſt:Miniſter & autor * concor
dant in volũtate:ſed Chriſtus & diabolus habẽt cõ
trarias volũtates:ergo Chriſtus nõ eſt miniſter dia
boli. Et hoc eſt quod dicit:[Qui non eſt mecũ,] in
bono cõueniens meæ volũtati,[cõtra]ſeu aduerſum
[me eſt.]Et huiuſmodi eſt diabolus: quia Chriſtus
vult animas ſaluare: ſed diabolus vult eas perdere.
Chriſtus vult homines à peccatis retrahere, & ad
virtutes reuocare:diabolus ad peccata trahere,& per
vitia diſtrahere. Vnde Hiero. Diabolus qui cũ dño
non eſt,cõtra ipſum eſt:quia ille vult animas tene-
I re captiuas:quas Chriſtus liberare deſiderat. Dein
de ad idẽ ponitur tertia ratio talis: Eadẽ ſunt ope-
ra autoris * & miniſtri,ſed nõ eadẽ Chriſti & dia-
boli:ergo Chriſtus nõ eſt in operãdo eius miniſter.
Et hoc eſt quod dicit:[Et qui nõ cõgregat ſeu col-
ligit mecũ,]ſcilicet in fidei vnitatẽ, in eccleſiæ ſinũ
in ſolium ſupernũ:[ſpargit,ſiue diſpergit,] ſicut lu-
pus:& hic eſt diabolus,qui diuerſas ſectas & hære-
ſes,ac ſchiſmata quantũ poteſt introducit. Diuerſa
enim ſunt opera Chriſti & diaboli: quia Chriſtus
colligit diſperſa:ſed diabolus diſpergit colligata. Il
le prædicat idola:hic vnius dei notitiã. Ille trahit ad
malũ:hic reuocat ad bonũ. His ergo & alijs modis
diabolus eſt cõtrarius Chriſto:& nõ eſt ſecũ per cõ
cordiã in voluntate & facto:& ideo nõ eſt ſecũ,nec
cooperatur ſibi in eijciẽdo dæmones & expellẽdo.
Vnde Chry. Qui igitur non mecũ eſt,neq; mecum
congregat,non erit mihi cooperator, vt mecũ dæ-
mones eijciat: ſed magis quæ mea ſunt,ſpargere de
ſiderat. Deinde poſt inſtructionẽ veritatis, ſubdit
cõminationẽ damnationis. Quia enim eos indura-

* aliâs, actor.

* aliâs, actoris.

tos ſermonibus inſuaſibiles videt,ad cõminationes
terrores ſe cõuertit, & blaſphemiã ſpiritus ſancti K
per quem peccabant, dicentes opus ſpiritus ſancti
in Beelzebub fieri: dicat omnino carere venia in
hoc ſeculo & in futuro:intellige tamen, niſi pœni-
teant de peccato. Vnde Chry. Quia dominus pha-
riſæis excuſando reſpõderat,iam eos terret: eſt enĩ
hæc correctionis nõ parua pars, non ſolũ excuſan-
do reſpondere,ſed & cõminari. Dicit ergo:quia nõ
vultis acquieſcere ratiõibus nec operibus:imò blaſ-
phematis [ ideo dico vobis ] veraciter & pro certo
[quòd omne peccatũ & blaſphemia,] ſcilicet pro-
cedens ex humana infirmitate,vel ignorantia,[re-
mittetur hominibus]per pœnitentiã,id eſt,remiſsi
bile peccatũ eſt de ſe:quia non obuiat directè prin
cipio per quod fit peccatorũ remiſsio: ſicut obuiat
peccatum in ſpiritum ſanctũ:cuius ſex ſunt ſpecies
ſcilicet, Deſperatio, Præſumptio, Obſtinatio, Fina-
lis impœnitentia, Inuidentia fraternæ gratiæ, Im-
pugnatio veritatis agnitæ. Vnde ſubditur:[Spiritus
autem blaſphemiæ non remittetur,]id eſt, diffici-
lè & vix remittetur:quia vix aut nunquã tales pœ L
nitent:& hoc peccatũ non habet annexã excuſatio
nis rationem. Ex hoc patet differentia inter pecca
tum, blaſphemiã, & ſpiritum blaſphemiæ: quia duo
prima ſunt remiſsibilia:tertium non. Peccatum in
ſe vel in alterũ: blaſphemia, in deum:quæ ſi eſt ex
ignorãtia vel infirmitate, dicitur ſimpliciter blaſ-
phemia:ſi eſt ex certa malitia,dicitur ſpiritus blaſ
phemiæ. Vnde blaſphemia erat in turbis:ſed ſpiri-
tus blaſphemiæ in phariſæis:qui ſcientes ſcripturas
ex inuidia impugnabãt opera Chriſti: & ex certa
malitia blaſphemabant deum: dicẽtes falſa de ipſo
quãdo miracula diuinitus facta attribuebant diabo
lo:quod erat impugnatio veritatis agnitæ, quædã
ſpecies peccati in ſpiritũ ſanctũ. Blaſphemia quip-
pe eſt,per quã de deo falſa dicũtur. Sed ſcd̃m Aug.
raro iam inueniũtur q blaſphemãt lingua:ſed mul
ti vita. Quidam aũt blaſphemant ex coactione, &
hi peccant in patrẽ per infirmitatẽ, quæ eſt cõtra-
ria patris potentiæ:quidã ex deceptione,& hi pec-
cant in filiũ per ignorantiã,quæ cõtrariatur filij ſa
pientiæ:quidã ex ſtudio, & hi peccant in ſpiritum
ſanctũ per malitiã,quæ eſt cõtria bonitati ſpiritus M
ſancti. Primum & ſecundũ dimitteretur dignè pœ
nitentibus:quia ex aliqua circunſtãtia remiſsione
dignum eſt:ſcilicet quia per infirmitatẽ vel ignorã
tiam commiſſum eſt,quæ peccatum attenuant:ſed
tertium non remittetur, id eſt, remiſsione dignum
non erit:quia circunſtantiam excuſantem non ha-
bet. Inexcuſabiliter enim meretur ſupplicium,qui
ſi voluiſſet potuit vitare peccatum. Vnde Bernard.
Potentia ad patrem, ſapientia ad filium, charitas
pertinet ad ſpiritum ſanctum. Hoc eſt quod alibi
dicitur:peccare in patrem peccare in filium:pecca
re in ſpiritum ſanctum. Quando enim ex fragili-
tate peccamus, in patrem quaſi contra potentiam
peccamus:quando ex ignorantia peccamus,in filiũ
quaſi contra ſapientiam peccamus,quando verò ex
maleuolentia peccamus,in ſpiritum ſanctum pec-
camus,quaſi contra dilectionem. Et ideo peccare
in patrem & filium, hîc ſiue in futuro remittitur:
quia qui

Peccatorũ in ſpiritũ ſanctũ ſpecies.

Peccatũ. Blaſphemia. Spiritus blaſphemiæ.

Blaſphemia.

Blaſphemãtes triplicitẽr in tres perſonas diuinis.



quia qui ex fragilitate vel ignorantia peccat, ſicut
A aliquam excuſationem habet in culpa:ita etiã ali-
quam remiſsionem habere debet in pœna:ſiue in
hoc ſeculo,ſi pœnituerit,vt facilius cõſequatur in-
dulgentiã:ſiue in futuro,ſi in malo perſeuerauerit,
vt tolerabiliorẽ ſentiat pœnã. Qui verò ex malitia
peccant,eorũ delictum nullã excuſationem habet:
& ideo pœna eorum remiſsionẽ habere non debet:
quia ſi pœnituerint in hoc ſeculo, plena ſatiſfactio
ne mulctandi ſunt:ſi non pœnituerint,plena dam-
natione in futuro ſeculo:non quia pœnitẽtibus ve-
nia denegetur:ſed quia pleno peccato, plena retri-
butio debeatur.hæc Ber. Spiritus ergo blaſphemiæ
non remittetur homini:non ꝙ ei negetur remiſsio
ſi pœniteat: ſed quia hic blaſphemus,exigentibus
malis meritis,ſicut nunquã ad remiſsionem, ita ad
pœnitentiã perueturus eſt. Vnde ait Ioannes: Eſt
2. Ioan. 5. peccatũ ad mortem,nõ pro illo dico vt roget quis.
Secundũ Greg. Peccatũ ad mortem, eſt peccatum
vſq; ad mortem,pro quo non eſt rogandũ:quia ſci
B licet peccatum quod hîc non corrigitur, eius venia
fruſtra poſtuletur. Peccatum ergo in ſpiritum ſan
ctum,eſt obſtinatio vel pertinacia mentis in nequi
tia obduratæ,procedens ex præſumptione vel de-
ſperatiõe. Qui enim præſumit de miſericordia dei,
promittens ſibi impunitatẽ,putans ita deum pecca
ta impunita relinquere, eo ipſo obſtinatur, id eſt,
pertinaciter in peccato obduratur,peccata peccatis
ſuperaddens. Et ita peccat contra iuſtitiã ſpiritus
ſancti:qui ita miſericors eſt in iuſtitia,ꝙ eſt & iu-
ſtus in miſericordia:qui oleum habet cum vino,&
viceuerſa. Qui autem propter magnitudinẽ ſcele-
ris deſperat de miſericordia dei, tanquã magnitu-
do peccati ſui excedat magnitudinẽ miſericordiæ
dei:inde obſtinatur, peccata peccatis ſuperaddens,
de peccato in peccatũ effrenata libertate ruẽs quo-
uſq; ad cumulũ damnationis veniat. Sed quãuis to-
ta etiã trinitas peccata remittat:huiuſmodi tamen
peccatũ ideo ſpecialiter attribuitur ſpiritui ſancto
quia ſpiritus ſanctus,amor eſt patris & filij, & be-
C nignitas vtrorũq;. Qui aũt deſperat,vel præſumit:
ſpecialiter facit illi iniuriã,cuius benignitati attri-
buitur remiſsio peccatorũ:quia putat eum immiſe
ricordem vel iniuſtum: quia ſicut ex miſericordia
peccata remittit:ita ex iuſtitia ea impunita non re
linquit. Malè ergo de iuſtitia vel miſericordia ſpi-
ritus ſancti ſentit,qui deſperat vel præſumit. Sicut
ergo morbus incurabilis dicitur, qui directè tollit
remedia per quæ expellitur morbus & curatur:vt
cùm tollit virtutẽ naturæ vel viriũ naturaliũ:deus
tamen qui eſt ſuper omnia poteſt curare eum: ſic
peccatum in ſpiritum ſanctũ contemnit & exclu-
dit illa per quæ peccatum debet curari & vitari,vt
timorem diuinæ iuſtitiæ,& ſpem veniæ,& huiuſ-
modi:& ſic ex ſui natura dicitur irremiſsibile:deus
tamen ſua benignitate, omne peccatũ pœnitenti-
bus remittit. Vnde dicitur irremiſsibile, quaſi de
difficili & vix remiſsibile. De hac materia ſic di-
cit Augu. Dico charitati veſtræ, fortè in omnibus
ſanctis ſcripturis nulla maior quæſtio,nulla diffi-
cilior inuenitur,in eo quod ait: Qui blaſphemaue-
rit in ſpiritũ ſanctum, non habet remiſsionem in

Spũs blaſphemiæ quõ ſit irremiſsibilis.

Peccatum ad mortẽ.

Peccatum in ſpiritũ ſanctũ ex præſumptione.

Ex deſperatiõe peccatum.

Cur in ſpiritum ſanctum dictum.

Morbus incurabilis.

Irremiſsibile peccatum.

æternũ:non quocunq; modo blaſphemauerit, reus
erit huius irremiſsibilis delicti: ſed modo quodam D
quẽ nos quærere atq; intelligere voluit qui hãc ſen
tentiã veram terribilẽq; deprõpſit. In ſpiritu enim
ſancto,quo in vnũ dei populus cõgregatur: eijcitur
ſpiritus immundus,qui in ſeipſum diuiſus dicitur.
Contra hoc donũ gratuitũ:contra iſtam dei gratiã
loquitur cor impœnitens. Ipſa ergo impœnitentia,
eſt ſpiritus blaſphemiæ:[quæ non remittetur,neq;
in hoc ſeculo,neq; in futuro.] Contra ſpiritũ enim
ſanctum quo baptizantur, quorum peccata omnia
dimittuntur,& quem accepit eccleſia,vt cui dimi-
ſerit peccata,dimittantur ei:verbum valde malum
& nimis impium:,ſiue cogitatione,ſiue etiam lin-
gua ſua dicit:quẽ patientia dei,cùm ad pœnitentiã
adducat ipſe,ſecundũ duritiam cordis ſui,& cor im
pœnitens theſaurizat ſibi iram in die iræ & reue-
lationis iuſti iudicij dei: qui reddet vnicuiq; ſcd̃m
opera eius. Hæc ergo omnino impœnitẽtia nõ ha-
bet remiſsionẽ,neq; ĩ hoc ſeculo,neq; in futuro:q a
pœnitentia impetrat remiſsionẽ in hoc ſeculo,quæ E
valet in futuro. Sed iſta impœnitẽtia vel cor impœ
nitens,quãdiu quiſq; in hac vita viuit,nõ poteſt iu-
dicari:de nullo enim deſperandũ eſt,quãdiu patiẽ-
tia dei ad pœnitentiã adducit:nec de hac vita rapit
impium,qui non vult mortẽ impij,quantũ conuer
tatur & viuat. Ideo autẽ omne prorſus peccatũ &
blaſphemia remittetur hominibus: quia vbi hoc
peccatũ non fuerit cordis impœnitentis cõtra ſpi-
ritum ſanctũ,quo in eccleſia peccata ſoluũtur,cun
cta alia dimittuntur. Quomodo autẽ hoc dimitte-
tur, quod etiã remiſsionẽ impedit aliorũ. Omnia
ergo dimittũtur eis,in quibus hoc non eſt qđ nunq̃
dimittetur. In quibus aũt eſt,quoniã hoc nunquã di
mittitur,nec alia dimittũtur:quia omniũ remiſsio
vinculo iſtius impeditur. Ideo peccatũ omne atq; o
mnis blaſphemia dimittetur hominibus in hac cõ
gregatione,quã in ſpiritu ſancto,& non aduerſum
ſeipſum diuiſo congregat Chriſtus. Ipſius aũt ſpiri
tus illa blaſphemia qua fit vt corde impœnitenti F
huic tãto dono dei vſq; in finẽ vitæ iſtius reſiſtatur,
non remittetur. Vnum ergo ſuffugium eſt, ne ſit ir
remiſsibilis blaſphemia:cor impœnitens caueatur
nec aliter pœnitentia prodeſſe credatur, niſi vt te-
neatur eccleſia vbi remiſsio peccatorũ datur, & ſo
cietas ſpiritus in pacis vinculo cuſtoditur. hæc Au-
gu. Deinde ad refellendũ & corrigendũ Phariſæo-
rum errorẽ,inducit ſententiam ſub ſimilitudine ar
boris:oſtendens ꝙ miracula ſua nõ ſunt in virtute
maligna & diabolica:ſed à virtute bona & diuina.
Vnde dicit [aut facite arborẽ bonã, & fructũ eius
bonum:aut facite arborẽ malam, & fructum eius
malũ] Loquitur vulgariter facite,id eſt,dicite:ſecũ
dum quod dicitur,iſte facit bonum,id eſt,dicit. Ar
bor autem hîc accipitur principium ipſorum ope-
rum:& fructus,ipſa opera. Inter arborẽ verò & fru
ctum,ſemper eſt ſimilitudo: quia arbor bona ſem-
per fructũ bonũ,& arbor mala fructũ malũ produ
cit:ergo quia opera miraculoſa quæ Chriſtus facie
bat,nõ erãt mala & vana,ſicut quæ fiũt arte magi-
ca,ſed erãt bona & ſalubria, cõcludit ꝙ principiũ
per quod talia faciebat, erat ſanctũ & bonum. q.d.

Impœnitẽtia.

Cor impœnitens.

Facere pro dicere & æſtimare.

Conſiderate fructum arboris bonæ,& fructum ar
G boris malæ,vt ex fructu cognoſcatis vtrum ſit bo-
na an mala:quia[ex fructu arbor cognoſcitur.]Si-
militer conſiderate opus actoris, vtrum ſit bonum
an malũ:quia opus bonum,procedit à bono princi-
pio: & malũ à malo: & ſic ex bonitate operũ quæ
ego facio, poteſtis perpẽdere quòd virtus per quã
ea facio,nõ eſt mala, ſed bona:& ex operibus quæ
fiunt per artẽ magicam,cùm ſint mala & vana,po
teſtis perpẽdere quæ fiunt virtute maligna. Opus
ergo eijciẽdo dæmonia,cùm ſit bonũ,non eſt à ma
lo principio,quale eſt dæmoniũ: ſed à bono princi
pio,quod eſt ſpiritus ſanctus. Malè ergo dicitis,q̃a
Bonę arbo- ego in Beelzebub eijcio dęmonia. Vbi Aug. In hoc
res vti ſi- admonuit nos dominus vt bonæ arbores ſimus: vt
mꝰ monet bonos fructus habere poſsimus. Vbi enim ait: Faci
te arborẽ bonam,& fructũ eius bonũ:eſt præceptũ
ſalubre,cui obediẽtia neceſſaria eſt. Quia autẽ di-
cit,Facite arborẽ malam,& fructũ eius malũ: non
eſt præceptum vt faciatis, ſed monitio vt caueatis.
hæc Auguſt. Deinde quaſi explanãdo & aptando
H dictã ſimilitudinẽ phariſæis, oſtendit falſitatis eo-
rum radicẽ. Radix enim iſta erat inuidia & odiũ:
quia licet phariſæi & legiſperiti primò cognoue-
rint Chriſtũ: tamẽ quia cœpit reprehendere vitia
eorum,ideo conceperunt odium & inuidiã contra
ipſum:ex quibus excęcati,ceciderunt à prima no-
titia in errorẽ:quia talia peruertũt iudicium ratio-
nis rectum:& ex tunc inceperunt omnia facta eius
interpretari in malum,ad diffamandũ ipſum. Oſtẽ
dit ergo illos eſſe malam arborem ex mala radice
& malos fructus dare , cùm intentione cordis eo-
rum malitia abũdet inuidię dicens:[Progenies ſeu
genimina viperarum,]id eſt,venenati filij venena-
torum Iudæorum:quia venenũ inuidiæ ex veſtris
parentibus traxiſtis : qui perſecuti ſunt prophetas
ex inuidia:& vos ex eadem ratione perſequimini
me patrem Chriſtum,& matrem eccęſiã[quomo-
do poteſtis bona loqui, cùm ſitis mali? ] q.d. Non
poteſtis de me bona loqui,inuidia prohibente: cùm
enim ſitis arbor mala,non poteritis fructũ bonum
ferre:vtilia quidem alijs poſſunt loqui, ſed non me
I ritoria ſibi. Vbi Chry.non poteſt fieri vt alia ger-
mina producãtur:niſi qualis fuerit radix in terra.
Voluntas Voluntas enim hominũ,radix eſt : verba autem &
radix eſt. opera,fructus ſunt voluntatis. Ideo quale cor vnuſ
quiſq; habuerit:talia & verba loquitur, & opera fa
cit.hæc Chry.Et ideo ſubditur:[Ex abũdantia eñ
cordis os loquitur:]quia verbum exterius,eſt ſigni
ficatiuũ interioris conceptus.q.d. Cor veſtrum ple
num eſt veneno,&eructat de pleno.A parte autem
totum intellige:ſcilicet per locutionẽ oris,locutio-
nem cordis,& locutionẽ operis.Per oris enim locu
tionẽ,vniuerſa quæ actu,vel cogitatu,vel ſermone
Verbum de corde proferuntur dominus ſignificat.Nam ver
pro facto. bum pro facto quãdoq; poni ſolet. Vnde Eſaias de
4.Reg.20 Ezechia Non fuit verbum quod non oſtẽderet eis,
id eſt,res digna verbo. Vbi Chry.Et vide ad maio-
rem accuſationem malorum: & maiorem laudem
bonorum,quòd dicit:[Ex abundantia cordis os lo-
quitur:] id eſt, cùm homo locutus fuerit verbũ bo-
num vel malum:ne putes quia tantum boni vel ma
li habet in corde quantũ oſtendit in verbo:ſed mul
tò amplius.Ex abũdantia enim boni vel mali quæ K
eſt in corde,ſermo procedit. Quod enim exterius
dicitur,eſt ſuperfluentia eius quod intus eſt.In quo
eos vehemẽter tetigit. Si enim quod dictum eſt ab
eis, ita malũ eſt : excogita radicem verborũ quàm
eſt magna.hæc Chry.Et ideo vt dicit Greg.Curã-
dum eſt & omni cuſtodia mens ſeruanda: nõ enim
ante oculos dei tranſuolant cogitationes noſtræ:&
nulla momenta temporis per annũ tranſeunt ſine
ſtatu retributionis. Et quia [ex abundantia cordis
os loquitur:]ideo bene ſequitur : [Bonus homo de
bono theſauro,]id eſt de bona intentione & volun-
tate:quę ſicut theſaurus abſcõditus latet interius in
mẽte,[profert bona]cogitationis,locutionis, & o-
peris: [ & malus homo de malo theſauro ſuo pro-
fert mala:] quia cõtrariæ cauſæ habẽt cõtrarios ef
fectus. Acſi dicat: Vos mali eſtis: ideo de theſauro
cordis veſtri nõ niſi mala profertis,ſcd̃m glo. The Theſaur
ſaurus cordis,eſt intẽtio ex qua deus iudicat opera. cordis.
vnde aliquando minora maiorẽ, & maiora mino- L
rem habent mercedẽ.Sæpe enim maiora in genere
minori fiunt charitate,& ecõuersò. Sicut ſæpe ali-
quis maiori charitate dat eleemoſynã,quàm alius
cãtat miſſam:ideoq; hic magis meretur de eleemo
ſyna,quã ille de miſſa. vnde paupercula vidua,dan Lucæ21
do duo minuta,parificata eſt diuiti Zachęo:q̃a deꝰ
non penſat quantũ,ſed ex quanto. De prædicta ſi- Lucæ19
militudine arboris & alijs iam tactis, habes etiã ſu
prà circa finẽ ſermonis domini in mõte: vbi plura
de his videre poteris. Poſtquã autẽ proceſsit probã
do & arguendo,cõſequenter procedit cõminando,
ne credant paruũ vitiũ male loqui , & mala verba
non puniri. Ita ergo malus profert mala verba,quę
quidẽ non ſunt paruipendenda,[quoniam de omni Ratio-
verbo otioſo,]non tantũ pernicioſo, [reddẽt homi dendi
nes rationem:]quod erit valde difficile:quia locuti omni ver-
ſunt ſine ratione vel[reddent rationẽ,]id eſt,ſoluẽt bo otioſo.
[in die iudicij]pœnam quod iudiciũ erit terribile,
quia ſine ſpe veniæ.Si aũt dicitur ꝙ verbũ otioſum Verbum
eſt,quod ratione vacuum eſt: ergo de eo non debet otioſum.
quæri,nec poteſt ratio reddi: reſpondendũ ꝙ licèt M
otioſum ſit ratione vacuũ:tamẽ quia verbũ debuit
habere rationẽ: ideo de ipſo exigitur ratio, ſcilicet
omiſsionis rationis. Et ex hoc patet ꝙ longè ma-
gis verbũ nociuum & criminoſum acriter punie-
tur:& reddet homines in die iudicij cõdemnabiles
quale eſt verbum eorũ quo opera ſpiritus ſancti ca
lumniabantur,& blaſphemabant,dicentes:[In Be-
elzebub eijcit dæmonia.]Et eſt ſenſus ſecundũ Hie
ro. Si otioſum verbum non eſt abſq; periculo eius
qui loquitur:& in die iudicij reddet vnuſquiſq; ra-
tionem ſermonũ ſuorum:quãtò magis vos redditu
ri eſtis rationem calumniæ veſtræ? Caueant ergo Detra-
ſibi detractores, opera proximorum minuẽtes vel ctorum pe-
infamãtes, dicendo illa eſſe facta in hypocriſi: vel riculum.
pro vana gloria, vel aliquo indebito fine : & ita in
Beelzebub dæmoniorũ principe. Si enim ita iudi-
cat dominus de verbo otioſo:quantò magis de no-
ciuo & crimino ſo? Vt autem dicit Hieron. Otio- Otioſum
ſum verbum eſt quod ſine vtilitate loquentis dici- verbum.
tur & audientis:ſi omiſsis ſerijs de rebus friuolis lo
quamur,



quamur,& fabulas narremus antiquas. Cæterum
A qui ſcurrilia replicat,& cachinnis ora diſſoluit, &
aliquid profert turpitudinis:hic non otioſi ſermo-
nis,ſed criminoſi tenebitur reus : ideoq; in verbo-
rum pondere probatio conſiſtit humanæ vitæ. Et
iterum: Quicquid non ędificat audiẽtes:in pericu-
lum vertitur audientium. Et Origenes : Inanis eſt
omnis ſermo,in quo nõ eſt intrinſecus aliquid pro
deo,vel pro dei mandato. Vnde etiã Grego. Otio-
ſum verbum eſt,quod aut ratione iuſtæ neceſsita-
tis,aut intentione piæ vtilitatis caret. Et ſi de ver-
bo otioſo &cogitatione minutiſsima reddenda eſt
ratio in die nouiſsimo: penſandum eſt quãta pec-
cata ſequantur multos.Sic enim deus vniuſcuiuſq;
vias conſiderat:ſic greſſus enumerat: vt nec minu-
tiſsimæ cogitationes,aut tenuiſsima verba, quæ a-
pud nos viluerũt,eius iudicio indiſcuſſa remaneãt.
Vnde & Chry. Otioſum verbum intelligitur,non
malum,ſed bonum quod non operatur,id eſt quod
non ædificat audientẽ. Si ergo pro bono verbo &
otioſo rationẽ ſumus redditur i : quid ſperamus de
malo?Et ſi de malo verbo rationem daturi ſumus:
B quid ſperamus de opere malo?hæc Chry. Et ideo
cauendum eſt à verbis otioſis & malis. [Ex verbis
enim tuis] ſi fuerint bona,ac bonitate mentis cõſo
na,& ſub debitis circunſtantijs prolata[iuſtificabe-
ris]id eſt mereberis:vel tanquã iuſtus remunerabe
ris[& ex verbis tuis condemnaberis]ſi fuerint ma-
Prou.18. la,& prædictis contraria.Scriptum eſt enim, quia
mors & vita in manibus linguæ.Et ideo ex ſermo-
nibus tuis iuſtificaberis vel condemnaberis , quod
omnium eſt iuſtiſsimũ:Etenim tu dominus es : &
dicendi,& non dicendi.Vnde Chryſ. Manſuetum
iudicium non enim ex quibus alius dicit de te: ſed
ex quibus ipſemet locutus es , calculationes iudex
feret: & tu dominus es dicendi. Et iterum: Vnuſ-
quiſque hominũ ex voluntate ſua ſola , aut pecca-
tor aut iuſtus conſtituitur.Conuincitur aũt vniuſ-
cuiuſque peccatoris voluntas teſtimonijs tribus,id
eſt,cogitationũ,verborum,& operum.hæc Chryſ.
Os cuſto- Hîc ergo docemur vt os noſtrum cuſtodiamus : ne
diendum verba otioſa vel mala loquamur:q̃a ſicut vas quod
eſt nobis. non operitur, citò immundum fit : & quicquid eſt
C interius frigeſcit:ſic eſt & de corde:niſi os quod eſt
eius operculum,teneatur cũ diſcreta cuſtodia clau
ſum.Et vt dicit Grego.Ab omni rectitudinis ſtatu
Pſal. 140. pereunt:qui per noxia verba dilabũtur.Et ideo fre
quenter oremus,dicentes:Pone domine cuſtodiam
ori meo:& oſtiũ circunſtantiæ labijs meis. Vnde
Chry.Magis vtiq; virgine aliqua cuſtodi linguam.
Equus eſt regalis lingua. Si igitur impoſueris fre-
num : & docueris ambulare cũ bona compoſitio-
ne,quieſcit ſuper eam:& deſuper ſedebit rex.Si au
tem infrenatam dimiſeris ferri,& ſaltare : diaboli
& dæmonum ſeſsio fit.hæc Chry.Vnde & Orige-
nes:Eorum qui verba dei loquuntur , os deus ape-
rit:illorum verò qui loquuntur mendaciũ , falſum
teſtimoniũ,ſcurrilitates,turpitudines, ſuſurronum
quoq; & detractorũ,& eorum qui otia loquuntur,
Loqui de diabolus os aperit.Magnum ergo periculum eſt lo
ſecularibꝰ qui de ſecularibus & vanis: cùm multa ſint diuina
& vtilia de quibus loqui poſſumus. Vnde Ambro.
Non mediocre periculum eſt,cùm tãta habeamus Detractio
eloquia dei,&opera quę fecit:his prætermiſsis lo- vitanda.
qui quæ ſeculi ſunt.Et maximè à verbis detracto- D
rijs cauere debemus : ne malè loquamur de alijs.
Vnde Augu.Vide quomodo iraſceris , ſi quis de te
mala loquatur:quomodo iraſceris alteri, quãdo de
te malè loquitur:ſic iraſcere tibi,quando de altero
malè loqueris.Et nõ ſolum cauere debemus ne ver Detra-
ba detractoria loquamur:ſed etiã ne audiamus:q̃a ctor non
ſi non eſſet auditor,non eſſet detractor. Vnde Ber. audiendus
Detrahere,& detrahentẽ audire,quid horũ damna
bilius ſit,nõ facilè dixerim.Et iterũ: Lingua detra
ctoris,& auris auditoris,diabolus ſedet ſuper vtrã-
que.Cauendum eſt etiã valde à verbis cõtentioſis& Contẽtio
rixoſis: quia occaſionem dant multis malis. Vnde vitanda.
Chry.Cõtentio,eſt altercatio longa. Naſcitur aũt
ex vana gloria:quæ dicitur amor victoriæ. Nemo
enim diu cõtendit,niſi qui vincere cõcupiſcit.Glo-
riam tibi putas eſſe ſi viceris:ſed occidiſti gladio a-
micum & amicitiã eius in ipſo: & ideo quaſi de a-
mico occiſo dabis rationẽ.Nã ſi hominẽ non occi-
diſti ferreo gladio:amicum tamen occidiſti gladio E
contẽtioſi ſermonis.hæc Chry. Multũ inſuper ca- Iudicatio
uere debemus,ne proximũ verbo vel cogitatu iudi vitanda.
cemus.Vnde Chry.Ex ſermonibus tuis condẽna-
beris ait:Non audis quoniã & phariſęus vera locu-
tus eſt:ſed tamen vltimã dedit vindictam. Etenim
habet iudicem qui deliquit.Ne igitur capias digni Ioan.5.
tatem vnigeniti:illi iudicij thronus cõſeruatus eſt.
Sed ſi vis iudicare:eſt tibi iudiciũ multum lucrum
habens.Sedere fac in conſcientia tua intellectũ di-
ſcernentẽ:& affer in mediũ omnia delicta tua : &
inueſtiga omnia peccata animæ:& expete cũ dili-
gentia noxas,& dic:Propter quid hæc & hæc tu fa
cere auſus es?Et ſi hæc quidem fugerit omnia:quæ
autem aliorũ ſunt inueſtigauerit,dic ad eam:Non
pro his te iudico : nõ pro his intraſti te accuſatura.
Quid enim ſi ille debeat : tu cur hæc & hæc deli- Accuſa &
quiſti?Excuſantẽ te accuſa:quę tuiipſius ſunt intue iudica tei-
re,non quæ aliorũ. Et cõtinuè in hanc deduc ago- pſum.
niam.Deinde ſi nihil habere dicat: ſed retardatur:
dilania,flagella eã velut quandam ancillam elatam F
& fornicatã.Et hoc ſecũdum vnamquanq; diẽ con
ſtitue iudiciũ: & ſubſcribe flumen ignis , vermem
conſcientiæ venenũ emittentem, & alia loca tor-
mentorum:& ne dimittas eã eſſe cũ diabolo. Et ſi
doluerit hæc audiens,nec ſubtrahas manum. Non
enim morietur ſi percuſſeris:à morte aũt eam eri-
pies.Et paruorũ magnas expete noxas:vt neq; pro
pe magna deuiat.Si hæc feceris, ſcd̃m vnamquãq;
diem cũ libera propalatione ſtabis ſecus tribunal
illud terribile.Ita Paulus factus eſt purus. Propter
hoc & dixit:Si noſmetipſos iudicaremus:non vtiq; 1.Cor.11.
iudicaremur.hæc Chry.Moraliter aũt in verbis,ſi Moraliter
ue in loquẽdo,attẽdenda ſunt quinq;: ſcilicet quid, Quinq; at-
cui,vbi,quãdo, & qualiter dicatur. Iſti ſunt quinq; tendenda
digiti in manu linguæ.Quid determinat Apoſto- locuturo.
lus,dicẽs.Sermo veſter ſit ſemper in gratia ſale cõ- Quid lo-
dîtus,id eſt gratus,vtilis,ſine otioſitate.Otioſa ſunt quendum.
omnia quę aut inutilia, aut inhoneſta, aut nociua Coloſ.4.
ſunt.Inutilia ſunt quę nec loquẽtibꝰ,nec audiẽtibꝰ inutilia.
pſunt.Inhoneſta,quę nec dignitati loquẽtis,nec au Inhoneſta



dientis

Nociua.

audientis cõueniunt. Nociua ſunt, quæ vel ad errorem, vel ad prauitatẽ ducunt.

Cui loquẽdum. Eccleſiaſtici 22.

Cui determinat ſapiens, dicens: Cum ſtulto ne multũ loquaris. Qui ergo cum alio loquitur: cõſideret an propter ſe, vel propter aliũ loqui habeat. Si propter illũ, vtrum ſit

G

talis qui ſua correctiõe indigeat, vel qui correctionem nõ recipiat.

Vbi loquẽdum.

Vbi: quædam enim ſunt loca, vbi nullo modo, vt in ſanctuario: quædã vbi raro, vt in conuiuio: quædã vbi moderatè, vt in locutorio eſt loquendũ.

Quando loquendũ. Eccleſiaſtes 3.

Quando: determinat Eccleſiaſtes, dicẽs: Tempus tacendi, & tẽpus loquendi. Tacendum eſt aliquando propter auditorum infirmitatẽ: aliquando propter vitandã pręcipitationẽ: aliquando propter perſonæ alterius reuerentiã: aliquando propter auditorũ indignitatem.

Quomodo loquendum.

Quomodo autem loquendum, id eſt, quo geſtu: quo ſono: qua ſignificatione. Sit ergo geſtus ſimplex & humilis: ſonus mitis & ſuauis: ſignificatio verax & dulcis. Compendium aũt omnium prædictorũ hoc eſſe videtur: vt

Loquendum raro

tardè & raro quis loquatur. Vnde Seneca: Summa ſummarum hæc eſt: tardiloquum te eſſe iubeo. Et iterum: Quicquid dicturus es, antè quàm alijs, di-

H

xeris tibi. Magna eſt res, vocis & ſilentij tẽperamentum. Et iterum: Quod tacitũ eſſe vis, nemini dixeris: quia non poteris ab alio exigere ſilentiũ, ſi tibijpſi nõ præſtas. hęc Seneca. Sed heu ſunt aliqui non ſolũ ſeculares: ſed & religioſi, qui quandoque etiam ſine cauſa rationabili alijs irati toruos oculos & vultus oſtendunt: ac inſuper dentibus ſtridendo, voces furioſas emittunt: & ſic dæmonẽ qui intus eos poſsidet, alijs extra prodũt. Hi tales bene in hoc Datiano in beatũ Vincentium ſæuienti aſsimilantur: de quo in ſermone Aug. ſic dicitur: Per furioſas enim Datiani voces: per truces oculos & minaces vultus: & totius corporis motus ille habitator eius interior mõſtrabatur: & per hæc ſigna viſibilia tanquam per ſui vaſculi quod impleuerat

Silentium malignorum.

crepãtis rimulas videbatur. hæc Aug. Tales etiam quandoq; ſuis linguis acutis parcũt: & ſe abſcõdentes taciturnitati inſiſtunt: ac ſilentiũ quod boni ex religionis obedientia deo ſacrificãt: ipſi ex peruerſitatis malitia dęmonis, & nõ deo, immolant. Vnde in collatione abbatis Ioſeph, de amicitia ſic de ta-

I

libus dicitur: Illud verò quale eſt, ꝙ interdum patientes eſſe nos credimus, quia reſpondere cõtemnimus laceſsiti: ſed ita cõmotos fratres amara taciturnitate, vel motu geſtuq; irriſorio ſubſannamus, vt eos magis ad iracundiam vultu tacito prouocemus, quàm tumida potuiſſent incitare conuitia: in eo nos æſtimãtes minimè apud deũ reos, quia nihil ore protulimus, quod nos notare hominũ iudicio aut condẽnare potuiſſet. Ita igitur tacere nihil prodeſt: ſi idcirco nobis indicimus ſilentiũ: vt quod agendum conuitio fuerat, hoc taciturnitate faciamus: aſsimilantes quoſdã geſtus, quibus & ille quẽ curare nos oportuit, vehementiore inardeſcat iracundia. Vtique enim tale ſilentium erit æqualiter noxium: quia ſicut exaggerat in alterius corde triſtitiam: ita in ſuo non permittit extingui. Nõnulli quoq; cùm triſtificati fuerint, vel irati: ab ipſo etiã

Ieiunia diabolica.

pertinaciter abſtinent cibo. In quo planè ſacrilegij crimen euidenter incurrunt: ieiunia ſcilicet quę ſoli deo pro humiliatione cordis, & purgatione vitiorum, ſunt ſpecialiter offerẽda, pro diabolico tumo-

K

re tolerantes. Quod tale eſt ac ſi orationes atq; ſacrificia nõ deo, ſed dæmonibus deferãt: illam quoque Moſaicam increpationẽ mereantur audire: Sacrificauerunt dæmonijs, & nõ deo, dijs quos ignorabant.

Deu. 32.

Hęc vbi ſuprà. Sic ergo prędicti miſeri tam peruersè litigando, quàm malitioſè tacendo dæmonibus ſeruiunt: qui vtrobiq; ſe ingerendo eis illudunt. Quorũ illuſiones nõ incurrerent, ſi non fictam, ſed veram humilitatẽ & charitatem haberent: quia nec tunc ad tantã impatientiam deuenirent. Et (quod adhuc peius eſt) tales ſæpe abſq; fratris offenſi reconciliatione accedũt ad altare: & ſic

1. Corin.

accedentes iudicium ſibi manducant & bibunt. Et inſuper à diabolo excęcati, quandoq; ſe excuſando dicunt: quia nihil aduerſus aliũ habent: non intelligentes quia ſecundũ euangelium attendere debent, ſi alius aduerſus eos quid habet? Aufer domine opprobrium talium peruerſorum à religione ſeruorum tuorum.

ORATIO.

O Vera virtus, eijce à me dęmonium per contritionem. O verbũ patris, ſana mutum per

L

confeſsionẽ. O intima lux, illumina cęcum per ſatisfactionem: & vt fortis armatus me non poſsideat, vniuerſa arma eius, ſcilicet vires animæ meæ interiores, & corporis ſenſus exteriores in tuum conuerte obſequium. Opto etiam & deſidero deus altiſsime: vt quotieſcunq; malignus ſpiritus abominandas cogitationes blaſphemiæ mihi immiſerit: toties ex voto omniũ deſideriorũ meorum ineffabilis laus & gratiarum actio tibi ſit in perpetuas æternitates: & blaſphemia ſua ſecum ſit in perditionem. Amen.

De Iudæis ſignũ de cœlo quęrẽtibus, & de ſpiritu immũdo olim eiecto ab eis. Cap. lxxiiii.

Matth. 12.

Initis autem verbis domini aduerſus blaſphemiã ſcribarũ & phariſęorum: quidã ex eis procaciores volentes experiri voluntatẽ Chriſti, & capere eũ, dixerũt: [Magiſter, volumus à te ſignũ videre:] ſcilicet nõ quodcunq;: ſed de cœlo. Reputabãt enim miracula Chriſti parua, eo ꝙ

M

erant vt cõmuniter circa inferiora: vtpote circa ſanitates corporũ & ſimilia. Ideo quærebãt ab eo ſigna fieri circa corpora cœleſtia, fortè manna deſcẽdere, vt tẽpore Moyſi: vel ſonare tonitrua, ſicut

Exodi 16. 1. Reg. 12. Ioſuę 10.

tempore Samuelis, quod magnũ fuit in Palæſtina tempore æſtatis: propter defectũ materiæ, & potentiam agentis, ſcilicet ſolis omnes vapores conſumentis: vel ignẽ de ſublimi deſcẽdere, vt tempore

4. Reg. 1. 4. Reg. 4. Reg. 20. b.

Helię: vel ſolẽ ſtare: ſicut tẽpore Ioſuę: vel retrocedere, vt tẽpore Ezechiæ: vel alia huiuſmodi, quaſi non poſſent & illa calũniari & dicere, ex occultis & varijs paſsionibus accidiſſe. Nã qui calumniatur eis quæ oculis videt, manu tenet, vtilitate ſentit: quid facturus eſt de his quæ de cœlo venerint? Vtique reſpõdebit, & magos in Aegypto multa ſigna feciſſe de cœlo: vel calumniabitur alio modo. Vnde Chryſoſt. Cùm multa ſigna vidiſſent, tanquam ſi nullum vidiſſent ita ſignum petebant. Verè enim nullum viderunt: quia corporali aſpectu viderunt,



A

Chriſti miraculis detractũ eſt dupliciter.

nõ ſpiritali affectu. Vbi ſciendũ ꝙ aliqui malignantes detrahebant miraculis Chriſti dupliciter. Vno modo attribuebãt ea virtuti dęmonis, vt viſum eſt ſuprà in præcedenti capitulo. Alio modo reputando ea parua, vt dicitur hoc loco. Iſti enim ac ſi ſigna eius nõ vidiſſent, vel quaſi quę viderant parua vel nulla fuiſſent, tentantes eũ de cœlo ſignũ quærunt: non ex deuotione vt ex hoc credant, ſed magis ex curioſitate: & vt facilius quàm primis cõtradicant. Adulantes autẽ dicunt, magiſter: vt blãditijs alliciant, quẽ conuitijs blaſphemauerãt. vnde

Verba Phariſæorum.

Chryſ. Hi quos oportebat admirari & obtupeſcere, & credere: nunc à nequitia nõ deſiſtũt. vnde autem verba & adulatione, & ironia ſunt plena, putabant enim allicere per hoc. Et nunc quidem cõuitiantur, nunc adulantur, nunc autẽ dæmoniacũ vocant, nũc magiſtrum: vtraq; pernitioſo cõſilio: & ſi contraria ſint quæ dicebantur, propter hoc & eos, & vehementer tetigit. hæc Chryſoſt. Et quia malè quærebant, ideo non dat ſignũ: ſed [reſpondens ait

B

illis: Generatio mala] in opere, [& adultera] in fide: quia relicto proprio viro, ſcilicet deo, idolis ſeruiebant: etſi idola non colebãt, tamen à verò ſpõſo Chriſto ſe alienabant, [ſignum de cœlo quęrit] ad calumniam cõtra me, quaſi alia quę viderunt ſigna

Chriſtus neq; cõuitijs, neque blanditijs captus eſt.

non fuerint. Vide quomodo cùm Iudæi Chriſto conuitiabantur, dicentes in principe dęmoniorum eijcit dæmones: manſuetè eis reſpõdet per rationes improbans dictum eorum: hìc verò cùm laudando adulantur, magiſtrum vocãtes, aſperè eos tãgit: demonſtrans (ſecundum Chryſoſtomũ,) ꝙ vtraque paſsione erat ſuperior: & neq; cõuitijs in irã cõducitur, neq; adulatione mollitur: in quo oſtẽdit amplectenda eſſe opprobria, & adulationes vitandas. Nã (vt ait Chryſoſt.) Vir ſapiens in faciẽ cęditur,

Adulatores vitãdi.

quando in facie laudatur. Nõ ſic multi maiores huius tẽporis faciunt, qui bona ſuadẽtes contẽnunt: & eis tanquã conuitiãtibus iraſcuntur: ſed mala ſuggerentes audiunt, & eorũ adulatione molliuntur.

Eccleſiaſtes 7.

Vtinam attenderent conſilium ſapientis, qui dicit:

C

Melius eſt à ſapiẽte corripi: quàm ſtultorum adulatione decipi, deinde ſubiungit: [Et ſignũ non dabitur ei,] ſcilicet poteſtatis: & de cœleſtibus quale petit ad calumniam: [niſi ſignum Ionæ prophetæ,] quod fuit humilitatis & abiectionis contra eorum ſuperbiam, quaſi diceret: Tu generatio praua petis ſignum cœleſte, & ſignũ potẽtiæ vel glorię de ſublimi: & tibi non dabitur, niſi ſignũ terrenum, & ſignum paſsionis & infirmitatis, ſignificatum ſigno

Ionas fuit ſignum.

& facto Ionæ prophetę. Ionas enim fuit Niniuitis ſignum dupliciter, ſcilicet verbo & facto. Verbo, quia viua voce eis ſignificauit, perirent niſi conuerterẽtur. Facto, eo ꝙ fuerit in ventre ceti, tribus diebus & noctibus. Vbi fuerunt tria, ſcilicet abſorptio, detentio, euomitio. Abſorptio fuit ſignũ mortis Chriſti: detentio, ſepulturæ: euomitio, reſurrectionis. Et ſic dabitur eis ſignum, id eſt ſignificatio in facto Ionæ: vt ſcilicet cõuertantur & ſaluentur.

Chriſti mors ſignum maximum.

Non hoc eſt dictum, quaſi alia ſigna ante mortem Chriſti non fuerint data: ſed quia mors & paſsio Chriſti fuit ſignum pręcipuũ & vltimum: & ſignũ ſignorum, in quod omnia ſigna ducebant: ideo dãdum Iudæis dicitur, quia ſi illi crederent, ſaluarentur: ſi non crederent damnarentur: ſicut Ionas fuit

D

ſignum Niniuitis, vt ſi vellẽt credere, ſaluarentur: ſi autem, ſubuerterẽtur. Non ergo dat eis ſignũ diuinitatis de cœlo quod quærebãt: quia propter eorum curioſitatem & malitiã videre indigni erant: ſed de abyſſo maris, & profundo inferni, quale Ionas à ceto voratus, ſed de abyſſo mortis liberatus: & accepit & dedit ſignũ videlicet incarnationis, nõ diuinitatis: paſsionis, nõ glorificationis.

Matth. 17.

Diſcipulis autem ſuis ſignũ de cœlo dedit, quibus æternæ beatitudinis gloriam, & prius figuraliter in mõte transfiguratus: ac poſtea veraciter in cœlũ ſubleuatus oſtendit. Quia enĩ Iudæi terreni & infimi erãt, ideo de terrenis & infimis ſignũ debebant habere. Vnde dat eis ſignũ de imo ſuę paſsionis & ſepulturæ dicens:

Mar. vlti. Ionæ 2.

[Sicut enim fuit Ionas in vẽtre ceti, tribus diebus & tribus noctibus: ita erit filius hominis in corde terræ, tribus diebus & tribus noctibus,]

Synecdoche.

per ſynecdochen, accipiẽdo ſcilicet partẽ ſextæ feriæ, & totã diẽ ſabbati, & partẽ diei dominicæ re-

E

ſurrectionis, ꝓ tribus diebus & noctibus. Per iſtos qui quęrebãt ſignũ de cœlo, ſignãtur curioſi & ſuperbi, qui ſuprà vires cœleſtia rimantur, & nimis curioſè diuina ſcrutãtur de cœlo: & cœleſtibus ac ſecretis diuinis diſputãtes, vel de reuelationibus & viſionibus præſumẽtes, omiſſa via, ſcilicet præceptis dñi & conſilijs, quibus venitur ad illa, propter quod opprimũtur à gloria, q̃a per hoc aliquãdo labuntur in erronea documẽta: vel quandoq; in peccata ſpiritualia & carnalia, propter qđ dicitur eis, [generatio mala & adultera & cætera.] quia quęrunt quæ nõ ſunt ſcibilia, nec ad fidẽ vel mores vtilia, & ideo nõ dabitur eis ſignũ, niſi ſignũ Ionæ ꝓphetæ, quẽ deglutiuit cetus: & ſic deludit & deglutit eos diabolus. Deinde Iudæorũ malitiã quã obſtinatam, & obduratam, dñs præuidit, exẽplis quibuſdam condemnat, quia cõuerſio Niniuitarum & factum reginę Auſtri oſtendit iſtos in iudicio, quo omnes tã boni quàm mali ſurgẽt, grauius puniendos: & cõdemnabit eos, id eſt oſtẽdet condẽnãdos:

F

Niniuitarum cũ Iudęis cõparatio.

quia ex illorũ facto apparebit iuſta iſtorũ condẽnatio. vnde dicit: [Viri Niniuitæ] qui ſunt Aſſyrij [ſurgent] ſcilicet in reſurrectione generali [in iudicio] futuro [cũ generatione iſta,] ſcilicet Iudaica, quę ſimiliter tunc ſurget, [& condemnabũt eam,] id eſt condẽnandã oſtendẽt, ſcilicet primò ex cõparatione populi ad populũ: quia ibi Niniuitæ, Gentiles, & Barbari: hìc Iudæi populus dei. Secũdò ex cõparatione prædicãtis ad prædicantẽ, quia ibi Ionas propheta purus homo: hìc Chriſtus dominus prophetarum, deus & homo, vbi Ionas peregrinus: hìc Chriſtus cõciuis ſuus. Tertiò ex cõparatione prædicationis ad prædicationem, quia ibi Ionas tantũ tribus diebus: hìc Chriſtus tribus annis prædicauit, ibi Ionas nullum miraculum: hìc Chriſtus multa fecit. Quartò ex cõparatione effectus ad effectum, quia illi egerunt pœnitentiã: iſti verò nõ: ſed etiam addiderunt blaſphemiam vbi Chryſoſt. Illi prophetam ſuſceperunt: iſti dominũ Ieſum repulerunt. Illi neq; in lege inſtructi, neq; prophetis admoniti ad dominum conuerſi ſunt, cognoſcentes

ſuum peccatum : iſti tot præceptis eruditi legis &
G prophetarum,à domino receſſerũt. Illi qui ſemper
fuerunt populus diaboli, infrà tres dies facti ſunt
populus dei: iſti qui ſemper videbantur populus
dei, infrà tres dies facti ſunt crucifixo Chriſto po-
3.Reg.10. pulus Satanæ. Deinde ſubditur: [Regina auſtri,]
id eſt,regina Saba : cuius regnum erat in Auſtrali
parte reſpectu Hieruſalem, quæ non dubitatur
electa eſſe, & ſecundum quoſdã dicebatur Sybilla
[ſurget,] id eſt reſurget [in iudicio] extremo, [cũ
generatione iſta] peſsima [& condẽnabit eã,] id
eſt oſtendet cõdemnandã:hoc eſt ex facto ſuo oſtẽ-
detur iuſta iſtorũ cõdemnatio [quia venit à finibus
terræ,] id eſt à longinquis partibus [audire ſapiẽ-
tiam Salomonis,] qui tamen non fuit niſi ſolũ for-
ma Chriſti. Ex his aggrauatur Iudæorũ malitia:
quia illa mulier, iſti viri: illa à remotis venit, iſti
præſentẽ habuerũt:illa cũ labore, iſti ſine difficul-
tate. Illa laudauit alienigenam,iſti condẽnauerunt
propriũ terrigenam. Illa ad ipſum venit, quẽ ſola
H fama cognouit: iſti probatum miraculis contẽpſe-
runt.Illa ad purum hominẽ:iſti ad deum & homi-
nem.Illa cum muneribus:iſti cũ opprobrijs & vul-
neribus. [Et ecce plus quàm Salomõ hic,] ſcilicet
Chriſtus præſentialiter poſitus: quia hic deus, ille
homo:ille ſcientiam habuit terreſtriũ, hic omniũ:
Ille ędificauit tẽplum defectibile,hic indefectibile.
Regina Auſtri. vbi Chryſoſt. Regina Auſtri cùm eſſet gentilis,&
mulier ob tantam longitudinem itineris venire ad
eum,nec propter infirmiorẽ ſexũ impedita eſt:cõ-
cupiſcentia enim ſapiẽtiæ infirmitati dabat virtu-
tem:iſti autem viri & ſacerdotes quorum propriũ
eſſe debuerat amare ſapientiã ante oculos ſuos,&
in medio gremio ſapientiã poſitam contẽpſerunt.
Illa ad hominẽ cucurrit:iſti à deo receſſerunt. Illa
munera multa obtulit vt audiret eũ: iſti autem nec
præmia regni cœlorũ accipere volunt, nec credũt.
Et iterum : Regina Auſtri venit à finibus terræ ad
audiendum Salomonẽ,& Chriſtiani nolunt venire
de plateis ad audiendum Chriſtũ: multi etiã de ec-
cleſia exeunt, & ibi Chriſtum ſolũ relinquũt.hæc
I Chryſo.Myſticè hîc dãnata plebe Iudæorũ, eccle-
Eccleſiæ myſteriũ. ſiæ myſterium ſecretũ exprimitur,quę in Niniui-
tis,& in regina Auſtri de totius finibus orbis con-
gregatur,& in illis fides gentiũ Iſraëli antefertur.
Eccleſiæ partes duę Duæ enim ſunt partes eccleſiæ,vel duo genera ho-
minum in ea,vnum quod peccauit: ſed deſiſtit per
pœnitentiam, & hoc ſignatũ eſt per Niniuitas de
quorum peccato legitur.Alterum ꝙ mortaliter nõ
peccauit, & hoc ſignatum eſt per reginã Auſtri:de
peccato cuius nõ legitur.vnde Ambroſius:Eccleſia
fidelium ex gẽtibus collecta, quæ in Niniuitis per
pœnitentiam præterita peccata delet,& in regina
Auſtri quæ electa eſſe nõ dubitatur, per ſapiẽtiam
cauet futura : in iudicio condẽnabit generationem
hanc nequã: damnabit autem nõ ſine poteſtate,ſed
operationis exẽplo,quia prefertur eccleſia ſynago-
gæ. Ex duobus igitur conſtat eccleſia:vt aut pecca-
re neſcias,aut peccare deſiſtas:pœnitentia eñ pec-
cata abolet,ſapientia cauet. Hæc Ambroſius. Per
Niniuitę. Niniuitas etiam ſignãtur peccatores ad vocẽ præ-
dicatoris pœnitentiã agentes,& per reginã Auſtri
ſimplices ſapientiam Chriſti deuotè quęrẽtes,quo-
rum ſalus ſecundum ſentẽtiam ſaluatoris pręponi- K
tur ſaluti eorum, qui videñtur iuſti vel ſapientes,&
de ſua iuſtitia vel ſcientia præſumentes. Niniuitæ
quoq; interpretãtur germina pulchritudinis: ideo
etiam ſignificare poſſunt iuuenes exiſtẽtes in ſtatu
potiſsimo iuuẽtutis,qui ſolent de facili ad vitia de-
clinare, & ad bonam intẽtionẽ de facili pœnitere,
propter quod ſubditur, ꝙ fecerũt pœnitentiam ad
prædicationem Ionæ,qui colũba interpretatur:&
ideo per eũ ſimpliciter admonens ſignificatur. Per
reginã verò Auſtri, ſignari põt anima rationalis, Moral.
quæ ſi bene regat vires inferiores per dictamẽ le-
gis naturæ,dicitur regina: ſed ſi hoc facit ex chari-
tatis feruore,tũc dicitur regina Auſtri, eo quòd ab
Auſtro prouenit feruor caloris ſignans feruorem
charitatis. Et hæc regina venit ad verũ Salomonẽ
Ieſum Chriſtum per deuotionem afferẽs ei aurum
ſapientiæ & gemmas virtutum, & aromata bonæ
famę:iſtis vtẽdo ad diuinum honorẽ.Ex hoc facto
igitur iuuenum prædictorũ,obſtinati ſenes: ex fa-
cto animæ bene & ex charitate ſe regentis,anima L
frigida & negligẽs:condemnabiles oſtendũtur:qui
per generationem Iudæorũ ſignãtur.Poſt hæc do-
minus contra Iudæos nolẽtes aſsimilari Niniuitis,
quia eo pœnitentiam prædicante nõ pœnituerũt:
vel reginæ Auſtri,quia eo docẽte nõ didicerũt, in-
ducit exẽplum ad arguendum ingratitudinẽ eorũ:
oſtendens eos ſimiles homini prius à dæmone ob-
ſeſſo:& pòſt liberato,& iterum propter negligen-
tiam plenius poſſeſſo. Nã primo diabolus habita- Diabolus inuidens
uit in eis,quãdo erant in Aegypto viuẽtes,ſecundũ
ritum Aegyptiorum,qui expulſus fuit ab eis, quã-
do in figura Chriſti mactauerũt agnũ, & ſanguine
eius liniti ſunt:quãdo & legem acceperũt,quæ ex-
cludebat cultum dæmonum, & inducebat ad colẽ-
dum vnum verum deũ:& ſic eiectus trãſijt ad poſ-
ſidendum plenius gẽtiles,ſine lege & prophetarum
oraculis viuẽtes, & ideo eos tenebat in idololatria
ſubiectos. Sed adueniente Chriſti prædicatione &
apoſtolorũ, Iudæi pro maiori parte increduli per- M
manſerunt : Gẽtiles verò deuotè fidẽ Chriſti acce-
perũt: & ſic diabolus eiectus à gẽtibus, reuerſus eſt
ad poſsidendum populũ Iudaicũ errore excæcatũ,
& facta ſunt nouiſsima huius populi peiora prio-
ribus:quia peior eſt modò [quàm à principio ante Immũdi ſpiritus.
legem datã fuerit] ſtatus eius.vnde ait: [Cùm im-
mundus ſpiritus,] ſcilicet diabolus immundũ fa-
ciens,& immundiciam diligens vel inhabitãs: dæ-
mones enim dicũtur ſpiritus immũdi,vel affectio-
ne:quia diligũt immũda,vel perſuaſione, quia ſua-
dent immunda,vel inhabitatione, quia inhabitant
corda immũda [exierit ab homine,] ſcilicet à po-
pulo Iudaico,quia ſecundum Amb. In homine to-
tius Iudaici populi cõparatio eſt:à quo viuente ad-
huc ſub lege naturæ immũdus ſpiritus exierat per
ſuſceptionẽ legis Moſaicæ [ambulat per loca ari-
da & inaquoſa, ] id eſt,corda Gentilium prius hu-
more gratiæ & virore fidei, ac pinguedine ſpiri-
tuſſancti carentia ritũ idololatriæ & maculas cri-
minum eis immittẽdo [quærẽs] in eis [requiem,]
id eſt,perpetuam manſionem, appetens ibi finali-
ter ma



ter manere per infidelitatem & dominationẽ,[&
A nõ inuenit,]quia aduenięte Chriſto,& prædicanti
bus apoſtolis,ſuſcepta Chriſti fide inde eiect⁹ fuit.
[Tũc dicit,]intra ſe.[Reuertar in domũ meã],id
eſt ad populum Iudaicum,[vnde exiui]eos dimit-
tendo.[Et veniens inuenit eã vacantẽ]ab obſeruã-
tia legis:& operibus virtutum per negligentiã,ac
fide & bonis operibus vacuã,& Chriſtum hoſpitẽ
non habentẽ,[& ſcopis mundatã]ab operibus vitio
rum ſuperficialiter,& ſecundum apparentiã:quia
populus Iudaicus habebat quandã exteriorem mũ
ditiam:ſicut enim ſcopa non tollit tenaces ſordes,
ſed ſuperficiales:ita ipſi quod de foris eſt ſcopabãt
Matth.23. &mundabant,ac mundiciã exteriorem quærebãt:
ſed intus ſordidi manebãt,& ornatã exterius per
hypocriſim & boni ſimulationẽ propter legis ap-
parentiam,& traditionum Phariſæorum obſeruã
Diabolo locũ dãtia tria. tiã.Tangit ergo tria quæ dant locum diabolo,ſci-
licet otioſitatem,ſanctitatis præſumptionẽ,& vir-
tutis ſimulationem.Similiter hodie timendum eſt
eccleſię,ne olim expulſus ab ea diabolus eam inue
B niat vacantem ab obſeruantia mandatorũ dei,[&
ſcopis mundatã,]ſecundum exteriorem apparen-
tiam[& ornatam,]per exteriorem cultum & ob-
ſeruantiã humanarum traditionum.Multi eñ ho-
Eccleſiæ ornatus exterior. die plus attendunt ad cultum eccleſiæ corporalem
quã ſpiritualẽ:quia parietes eccleſiæ & altaria or-
nãtur,& de ornatione &purgatione miniſtrorum
parum curatur.Sed ecõtrariò in eccleſia fuit primi
tiua maior eñ vis fiebat in ornatu ſpirituali & in-
teriori.Et ideo multũ diſtat nũc eccleſia in hoc tẽ
pore malo à ſtatu ſuo priſtino.Vnde Hiero.Chri-
ſti eccleſia prius nata,& poſt adulta,perſecutioni-
bus creuit,martyrijs coronata eſt.Et poſtquam ad
Chriſtianos principes venit,potentia quidẽ & diui
tijs maior,ſed virtutibus minor eſt facta.[Tunc]
vt firmius poſsideat Iudæos [vadit] per conatum
[& aſſumit ſeptem alios ſpiritus]per quos vniuer-
ſitas dæmonum & vitiorum quibus tẽtat intelligi
Septenarius. tur,quia vniuerſitas hoc numero ſæpe deſignatur:
hæc ſunt ſeptem gẽtes pugnãtes cõtra filios Iſraël.
C Iſte aũt ſeptenarius ſeptem donis ſpirituſſancti ex
pellitur.Et addit[nequiores ſe]vel propter nume-
rum,vel propter conatum, vel propter effectum
quẽ inducunt:quia eos ad quos redeunt nequiores,
quã antè,faciunt.[Et intrantes,]ſeu ingreſsi[habi
tant ibi,]& ſic omnia cumulãtur in eis vitia.Hæc
eſt enim intentio dæmonũ,vt nõ tranſeant ad ho-
rã vel tempus modicũ:ſed vt immorẽtur vſque ad
obitum.[Et fiunt nouiſsima hominis,]ſcilicet po-
puli Iudaici[peiora prioribus,]quia Iudæi ante le
gem datã fuerunt peccatis irretiti,& à diabolo poſ
ſeſsi:ſed poſt aduẽtum Chriſti in peccato ſuo obſti
nati ſunt peiores facti:quia eorũ peccata propter
ingratitudinẽ ſunt quaſi duplicata : deteriores eñ
ſunt Iſraëlitæ blaſphemantes Chriſtũ in conuenti
culis ſuis,quã olim fuiſſent in Aegypto ante noti-
tiam legis:quia maior infidelitas eſt veniẽtem nõ
ſuſcipere,quã venturũ nõ credere.Deinde ſimilitu
dinẽ dictã,& quò tendat parabola,exponit:quod-
que hîc quaſi de vno homine per ſimilitudinẽ di-
ctũ de toto populo Iudaico intelligatur,oſtẽdit di-
cẽs:[Sic erit generationi huic peſsimæ,]ſcilicet Iu
daicæ,prout ſuprà dictũ eſt de homine vno.Mala D
fuit generatio hæc in deſerto, qñ vitulũ adorauit,
quãdo contra dominũ murmurauit,quando terræ
promiſsionis detraxit : ſed peior in terra promiſ-
ſionis ante aduentum Chriſti,quãdo filios & filias
dæmonijs immolauit:ſed peſsima poſt aduentum
Chriſti,quãdo dei filiũ ad eã miſſũ crucifixit.Mo- Moraliter
raliter exponitur iſtud exẽplũ de homine qui poſt De recidiuante.
gratiã baptiſmalẽ,vel pœnitentialẽ, recidiuat in
culpã,ſicut canis reuerſus ad vomitũ:diabolus eñ Prou.26.
ab homine exit,quando in baptiſmo põpiſillius,&
præcedentiũ peccatorũ illecebris homo abrenun-
tiat:vel quando per pœnitentiã & cõfeſsionẽ à pec
catis mundatur,proponens ꝙ ab eis abſtineat : qui
eiectus[ambulat per loca arida & inaquoſa,]quia
corda iuſtorũ ab omni carnalis cõcupiſcẽtiæ amo
re ſiccata & immunia tẽtando explorat,ſi quos ibi
nequitiæ ſuæ greſſus figere poſsit.Sed in eis,tan-
quã per gratiã dei ſolidatis,requiem non inuenit:
quia qui prauis cogitationibus & actibus paſcitur
in mẽtibus fidelium omnia ſua tentamẽta ceſſare
perpẽdit.[Et volens reuerti in domũ]priorẽ:pecca
tor enim eſt domus diaboli,ſicut iuſtus templũ dei
[inuenit eã vacantẽ]à bonis actibus per negligen-
tiã,& ſcopis mũdatã]à ſordibus vitiorũ,ſecũdum
apparẽtiam[& ornatã]ſimulatis virtutibus.ſ.exte
rioribus & apparentibus:nõ interioribus & veris.
[Tunc aſſumit alios ſeptẽ ſpiritus nequiores ſe,]id
eſt,vniuerſa vitia diabolo nequiora:quia diabolus
ſolum ſuggerit malum:habitus autem vitioſi intra
nei cũ quadã violentia ad malũ inclinant & ingreſ
ſi inhabitant vacantem & torpẽtem:à tot enim dę
mõibus homo poſsidetur,quot vitijs ſubijcitur:ſin
gulis enim vitijs ſinguli dæmones præſidere dicũ-
tur.[Et fiunt nouiſsima hominis illius peiora prio
ribus,]& hoc propter ingratitudinẽ doni & gratię
præcedẽtis:grauiora enim ſunt crimina poſt ba-
ptiſmum,vel pœnitentiã,quia melius eſt,id eſt mi
nus malũ eſt viã veritatis non agnoſcere,quã poſt
agnitam retrorſum conuerti:id eſt leuius eſt com- 2.Pet.2.
mittere aliquod peccatum cũ ignorantia, quã idẽ F
cum ſcientia quoad pœnam:minorem enim pro
illo patietur pœnæ vindictam,quia per contẽptũ
gratiæ,quam de ſe malè viuendo pellit.deteriora
ſupplicia meretur:& vulnus iteratum tardius ſana
tur.vnde Chryſo.Hæc autem non ſolum ad illos,
ſed ad nos etiam dicta eſſe rationem habet,ſi illu-
minati & à prioribus eruti malis,rurſus ab eadem
poſsideamur nequitia.Etenim difficilior iam erit
pœna poſteriorum peccatorum propter quod pa- Ioan.5.
ralytico dixit Chriſtus:Ecce ſanus factus es:noli
peccare,ne deterius aliquid tibi contingat.Et ite-
rum cùm ſemel aliquis liberatus à malis non ſo-
brius efficitur,multo difficiliora patietur priori-
bus.Etenim difficilior iam erit pœna poſteriorũ
peccatorum:hinc autem non ſolum pœnam exco
gita,ſed etiam infinitam dei longanimitatem.Sed
ne confidamus, ſed timeamus. Etenim Pharao Exo.5.& ſequen.
ſi in prima plaga eruditus fuiſſet,non vtique acce-
piſſet experientiam poſteriorum:non vtiq; poſtea Ibidẽ 14.
ſimul cum ipſo exercitu ſubmerſus eſſet.Sed non
rubrum

rubrum mare iam pertranſire nūc eſt: ſed pelagus G eſt ignis: pelagus nō tale neque tantum, ſed multò maius & ſylueſtrius. Ideo rogo vt cōpungantur ſermones gehēnę audientes. Nihil enim delectabilius eſt diſpoſitione hac, quare hac nihil amarius. Conuertit enim animas noſtras, & erigit intellectū, & pernitioſam cōcupiſcentiarū captiuationē proijcit, & medicina nobis hæc fit. Excogitemus igitur & mittamus principiū vel nunc, & oſtiū pœnitentię: & tangamus viā arctā. vſquequo laſciuia, vſquequo remiſsio, nō impleti ſumus pigritantes, deridētes, tardātes? Non eadē rurſus erunt mēſa & ſaturatio, & ſuperabundantia, & pecunię, & poſſeſsiōes, & fabricationes. Et quis finis? Cinis, & puluis, & ſepulchra, & vermis. Oſtendamus itaq; nouā quandam viam, faciamus terram: cœlum: & omnino aſſumamus virtutē, vt futuris potiamur bonis. Hæc Chryſoſtomus.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte magiſter bone, fac mecū ſignū gratię tuę in bonū, vt me miſerum H quē cetus & draco ille magnus abſorbuit peccatis ſpiritualibus & carnalibus tanquā diebus & noctib⁹, & hoc tribus: quia cōſenſu, & opere, ac cōſuetudine, tu miſericorditer de faucibus eius digneris liberare. Fac etiā me præterita peccata plangere, & futura cauere. Exicca me ab humore concupiſcētiæ, vt quietem nō inueniat in me, munda me ſcopis confeſsionis à vitiorū ſordibus: & orna me veris virtutibus, ne me à bonis vacantem inueniat, & iteratò deterius peccare faciat. Amen.

De muliere vocem de turba extollente: ac de matre & fratribus domini eum quærentibus. Cap. l x x v.

Lucæ 11.

FActū eſt aūt cū dn̄s Ieſus hæc diceret, reſpondēs blaſphemijs Iudæorū, [extollens,] id eſt ex corde tollens: ac conſtanter & altè proferēs [vocē] in Chriſti cōmendationem, & iudęorū blaſphemantiū cōfutationē, [quædā mulier] non diues, nō potens, non nobilis, ſed pauper, [de turba] & de cōmuni plebe, & popularibus. Solent enim populares deuotiores eſI ſe maioribus, prorupit in laudem Chriſti contra vituperium Iudæorū. Et dicitur fuiſſe ſancta Marcella ancilla beatæ Marthæ: quæ nō potuit amplius blaſphemias Iudæorū cōtra Chriſtum ſuſtinere, & cōtra blaſphemos vocē extulit in laudē Chriſti & matris ſuæ: cōmendans eius conceptū, & partum corporalē, & dicens: [Beatus eſt venter qui te] beatū [portauit] per quē oēs beatificamur [& beata] ſunt [vbera quæ ſuxiſti.] Matrē beatificat & laudat ex filio, & non econuerſò, quia gratia & gloria prouenit principaliter ab ipſo. Vbi apparet magna cōfidentia, & audacia, & fides, & deuotio iſtius mulieris in duobus. Primò, in eo ꝙ non ſilenter & in aure loquebatur. ſed extollens vocē in altū non timuit, ſuauitate eīn verborū Chriſti accenſa fuit. Secundò, in eo ꝙ Scribis & phariſæis dn̄m tentantibus, ſimul & blaſphemantibus ipſa magna fiducia dei filiū confitetur, vt & præſentiū Iudęorū calumniā, & futurorū hæreticorū perfidiam confundat. Nam ſicut tunc Iudæi blaſphemātes, & eū in Beelzebub eijcere dæmonia dicentes, negabant eū eſſe dei filiū: ita poſtea quidā hæretici negabant eū eſſe K verum hominē, dicentes eū nō verā carnē ex Maria virgine aſſumpſiſſe, ſed corpus æthereū attuliſſe. Hæc aūt mulier vtroſq; confutat, quia & verum dei filiū patri conſubſtantialē aduerſus blaſphemātes confitetur, cū matrē ex filio tanquā principio ratione diuinitatis beatificat: & verū nō phātaſticū hominis filiū matri conſubſtātialē teſtatur, cū eū ventre portatū, vberibuſq; lactatū ſignificat. Spiritualiter aūt iſta mulier ſanctā eccleſiā ſignat, quæ inter turbas Iudęorū, paganorū, & hæreticorū credula voce dn̄m IeſumChriſtū cōfitetur: cuius reuera voce vēter Mariæ virginis beatus prædicatur, qui totius mūdi redēptorem portare meruit, ſicut ipſa de ſe ait: Ex hoc beatā me dicēt oēs gn̄atiōes. vbi Beda: Et nos igitur extollamus vocē cū eccleſia catholica, cuius hæc mulier typū geſsit: extollamus & mentē de medio turbarū, dicamuſq; ſaluatori: Beatus vēter qui te portauit: & vbera quæ ſuxiſti. Verè eīn beata parens, quæ ſicut quidā ait:

Fides & deuotio mulieris.

Marcella.

Laus Mariæ.

L

Enixa puerpera regem,
Qui cœlum terramq; regit per ſecula: cuius
Nomen ab æterno, complectens omnia giro.
Imperium ſine fine manet. quæ ventre beato
Gaudia matris habens, cum virginitatis honore.
Nec primā ſimilē viſa eſt, nec habere ſequentem.

At Ieſus cōfirmando verbū mulieris & cōmēdando laudē matris, ac fidē & conſtantiā eiuſdē mulieris aliorūq; ſimiliū dixit: [Quinimo: beati qui audiunt verbū dei, & cuſtodiūt illud.] Per quod ſignauit beatā virginē ſe cōcepiſſe fœlicius, per fidē & deuotionē ſpiritualiter, quā corporaliter. Ac ſi dicat: Iuxta tuā ſententiā principaliter beata eſt illa cuius venter me portauit: ſed nō ſolū ipſa beata eſt, imò etiam omnes ſunt beati in præſenti in ſpe, & tandē in futuro in re [qui audiunt verbum dei] corde credentes, [& cuſtodiunt illud,] opere adimplētes. Beata quidē & fœlix eſt mater mea, quæ me portauit & lactauit: ſed magis ideo fœlix atq; bea M ta, quia verbū dei audiuit, audiendo credidit, credēdo cuſtodiuit: hoc enim niſi feciſſet, nec fœlix, nec mater mea eſſe potuiſſet. Vnde Elizabeth ad eam ait: [Beata quę crediſti: qm̄ perficiētur in te quæ dicta ſunt tibi à dn̄o.] Beatior ergo fuit, quia verbū ſpiritualiter mente concepit, auditu fidei ſuſcepit, memoriterq; ac ſtudiosè operatione cuſtodiuit, quia conceptio ſpiritualis, qua Chriſtus in corde concipitur, fœlicior eſt quàm carnalis. Fides enim per dilectionē operans beatitudinem æternā promeretur: non autem conceptio vel portatio ſine fide, quia impoſsibile eſt ſine fide deo placere. vnde ſecundum Auguſtinum: Beatior fuit Maria profitendo fidem Chriſti, quàm concipiendo carnē Chriſti: & fœlicius concepit deum mente per fidem, quàm corpore per carnis aſſumptionem. Nihil eīn Mariæ materna propinquitas profuiſſet, niſi illū fœlicius corde quàm carne geſtaſſet. vnde Chryſoſtomus: Neque concipere Chriſtum, neque mirabilem illum fœtum pârere habet aliquam vtilitatem, virtute non exiſtente: quoniam nulla huius ei vtilitas ſi non vniuerſa quæ oportet fecerit: & nihil

Lucæ 1.

Beata Mariæ, ex fide præcipue.



& nihil partus ei profuiſſet, niſi valde bona & fide A lis eſſet. Si verò Mariæ nihil prodeſſet ſine ea, quæ ſecūdū animā eſt virtute, genitū ab ea eſſe Chriſtū multò magis nos & ſi patrē, & ſi filiū habuerimus virtuoſum & nobilē: ipſi verò longè erimus à virtute illius, nobis prodeſſe poterit. hæc Chryſo. Vbi Beda: Pulchræ atteſtationi mulieris annuit, nō tā tantūmodo quæ verbū dei corporaliter generare meruerat, ſed & oēs verbū dei ſpiritaliter auditu fidei concipere, & boni operis cuſtodia, vel in ſuo vel in proximorū corde pârere, & quaſi alere ſtuduerint aſſerens eſſe beatos: quia & eadē dei genitrix, & inde quidē beata, quia verbi incarnādi miniſtra facta eſt temporalis: ſed inde multo beatior, quia eiuſdē ſemper amandi cuſtos manebat æterna. Qua ſentētia ſapiētes Iudæorū tāquā indignos beatitudine clam percutit, qui verbū dei nō audire & cuſtodire: ſed negare & blaſphemare quærebāt. hæc Beda: Et ſecundū eundē tota vitæ cœleſtis perfectio duobus his cōprehenditur, vt verbū dei audiamus & faciamus. Quem ergo beatitudo Marię B delectat, verbū dei libenter audire & cuſtodire ſtudeat, & beatus erit. Quiſquis enim verbū dei libēter audit, Chriſtū cōcipit: ſi autē opere impleuerit Chriſtū parit: quem Maria portauit corporaliter, ipſe portat ſpiritualiter. Vnde Auguſti. Qui corde credit ad iuſtitiā, concipit Chriſtum: & qui ore cōfitetur ad ſalutem, parit Chriſtum. vnde dominus, alibi: Si quis fecerit volūtatē patris mei: ipſe meus frater, ſoror & mater eſt. Hac laude Chriſti matriſq; eius cū ſe audiret laudari à quadam muliere Robertus, fundans & ædificans monaſteriū Præmonſtratēſe ait ei: Et maledicta tu, & qui tibi ſuggeſsit verba dominica, & laudem eius in me miſerum retorquere, qui etiam modica laude capi conſueueram. Verbum domini debet audiri reuerēter propter pretioſitatē. Si enim aliquis haberet particulam de veſte domini, vel lachrymā quę exiuit de oculis eius, vel ſtillā ſanguinis quæ exiuit de car C ne ipſius: valde reuerenter ſuſciperet & ſeruaret: multò fortius verbum domini quod nō ſolum egreditur de ore eius, ſed de intimis cordis ipſius. Item patienter nō cum tædio, vel murmure & detractione. Item obediēter, vt ſcilicet quod quis audit opere impleat. Mali libēter debent audire verbum dei vt corrigantur: nā verbum dei eſt medicina animę contra morbū peccati. Boni etiam, qui ſunt in ſtatu triplici, libenter debēt audire verbum dei. Incipientibus enim hoc conuenit vt erudiantur: & illis verbum dei eſt lac. Proficientibus etiam conuenit audire verbū dei, vt dirigantur in via profectus ſpiritualis. Perfectis etiam cōuenit audire verbum dei, vt amplius perficiantur: quibus verbum dei eſt ſolidus cibus. Eſt enim verbū dei māna cœleſte, & ſapit cuilibet pro ſuo velle. vnde Origenes: Nūc ergo feſtinemus cœleſte manna ſuſcipere: illud enim māna prout quiſque deſiderat, talem ſaporem reddit in ore eius. Tu ergo ſi verbum dei, quòd in eccleſia prædicatur, tota fide, & tota deuotione ſuſcipias: fiet tibi ipſum verbum quodcunque deſideras. Verbi gratia: ſi tribularis, conſolatur te dicēs: Cor contritum & humiliatum, deus non deſpicies. Si lę

Verbū dei audire nolētes beati eſſe nequeunt.

Roma. 10

Matth. 7.

Robertus Præmonſtratenſe.

Verbi domini prætioſitas, & qūo audiendum ſit.

Verbū dei audiēdum incipientibus, Proficientibus, Perfectis. Verbū dei eſt manna

Pſal. 50.

D taris proſperè, futurorū cumulat tibi gaudia dicēs: Lætamini in domino & exultate iuſti. Si iracūdus es, mitigat te dicens: Deſine ab ira & delinque furorem. Si in doloribus es, ſanat te dicēs: Dominus ſanat oēs languores tuos. Si in paupertate cōſumeris, cōſolatur te dicēs: Dn̄s alleuat de terra inopem & de ſtercore erigit pauperē. Sic ergo māna verbi dei reddet in ore tuo ſaporē quęcunq; volueris. Hęc Origenes. [Adhuc aūt] domino Ieſu prædicāte & quæ ſuprà dicta ſunt [ad turbas loquēte: mater eius & fratres,] id eſt conſanguinei venerunt: [quærentes eū,] licèt eīn Phariſæi eſſent mixti cū turbis, tamē principaliter prædicabat propter turbas erudiendas. Et quia faciliter eū adire præ turba non poterant, & etiā ne fructū diuini verbi impedirent, [foris ſtabant] & miſerunt ad eū vocantes ipſum. Fratres hîc vocantur cōſobrini domini, ſecundum morē ſcripturæ, quæ ſæpe cōſanguineos ſolet fratres nominare. Et cū dominus erat occupatus in officio prædicandi: primò vnus, & poſt illū plures de E turba dixerunt ei: [Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant quærētes te.] Iſti inſidias tēdebāt, ac malitiosè & inſidiando hæc dicebant: ſcilicet ad tētādum & explorandū, ſi carnis affectu prædicationē inceptā dimitteret, vel interrūperet, vt ſi ſpirituali operi præferret carnē & ſanguinē, arguerēt ipſum eſſe purū hominē, natū propter affectionē carnalē & vt populus videns ꝙ parentes carnales haberet, ipſum filiū dei non crederet, cū deus carnaliter nō generet. Et ideo multas implicant circunſtantias quæ ipſum mouere poterant ad ceſſandū dicentes: [Ecce mater tua,] quæ præcipitur honorari: [& fratres tui] quos & natura & lex iubet diligi, [foris ſtant] expectantes te in loco exteriori, vbi verecundū eſt ſtare. [quærentes te,] quaſi propter te tātum venerint, & ideo debes meritò ad eos egredi. vnde Chryſ. Videns diabolus quia perſuadebat populo Chriſtus, eſſe ſe filiū dei: dicens: & ecce plus quàm Salomō hîc: timens ne ſi filius dei cognoſceretur, qui putabatur homo, ipſe derelinqueretur ab omnibus: ad conuincendos ſermones eius, ſubintro F duxit parentes ipſius carnales, vt per eorum contēplationē diuinitatis eius obſcuraret naturā. Ideoq; venit aliquis, quaſi diaboli aduocatus, qui humano ore verba diabolica loqueretur dicens: [Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant volentes loqui tecū.] ac ſi dicat: Quid gloriaris ô Ieſu de cœlo dicens te deſcendiſſe, qui radices habes in terra? Ecce mater tua, & fratres. Nō poteſt eſſe filius dei, quē homines genuerūt: nō poteſt in te filiū abſcondere, quem natura conuincit. Hæc Chryſoſto. Sic & hodie multis prælatis procurat diabolus propinquorum multitudinē, vt in carnali affectione obſcuret eorū dignitatē & ſanctitatem. Et bene dicitur foris ſtant: ad ſignificandū, ꝙ carnales amici clericorum debent eſſe remoti ab eis, vel ſaltem à cordibus eorum, quantum ad carnalem affectum, & tamen in multis videmus hodie contrarium. Myſticè ſecundum Bedam: Mater & fratres Ieſu poſſunt dici ſynagoga, & Iudæi ex quibus ſecundum carnē erat editus, qui foris ſtare dicūtur Chriſto prædicante, quia gentibus Chriſto credētibus ſynagoga

Pſal. 31.

Pſal. 30.

Pſal. 102.

Pſal. 112.

Fratres domini.

Matth. 12. & Luc. 11.

Foris ſtēt parentes.

Myſticè.

G ſynagoga cũ Iudæis extra fidẽ manſit pro maiori parte. Et notãdũ de beata virgine, ꝙ tãquã pia mater filiũ quærebat paruulum, quia eius abſentiã nõ ſuſtinebat. ſ. qñ eum amiſerat: quærebat adultum, quia eius præſentia ſatiari nõ poterat, vt hîc patet quęrebat magiſtrũ factum. ſ. crucifixum: quia iam eius præſentiã amittebat, quãdo iuxta crucem ſtabat. Sed inuenit primò in medio doctorũ interrogantẽ, nũc in medio populorum prædicantẽ: vltimo in medio latronũ patientẽ. Primò, in tẽplo. Secũdò, in domo. Tertiò, in patibulo. Ibi cupiebat inuenire, & ideo laborabat & dolebat in quærendo filium: hîc cupiebat videre, & ideo ſtabat foris expectando eius aſpectũ: ibi cupiebat ſimul crucifigi & ideo ſtabat iuxta crucẽ vſq; ad finẽ ſuum. Ieſus aũt ad requiſitionẽ matris vocatus, prædicationis officiũ, propter matris affectũ (licèt eã ſummè diligeret & honoraret) relinquere, vel interrũpere noluit: quia nobiliora ſunt opera miſericordiæ ſpiri-

Maria Chriſtum quæſiuit ter.

Nõ intermittenda officia diuina.

H tualis, quã corporalis: & vtilitas matris eccleſiæ, præferẽda eſt vtilitati matris propriæ. In quo feruor Chriſti apparuit: quẽ in prædicãdo habuit. Vnde inſidiãtes cõfutauit, & ſicut qui intus prauã intentionẽ vidit, malignũ eorũ verbũ rationabiliter repulit, oſtẽdens ꝙ ſpiritualis occupatio carnali affectioni, & opus dei negotijs familiariũ perſonarũ præponi debet, dicens: [Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei?] Acſi diceret matri & proximis. Neſcio vos in opere ſpirituali, & patris mei prædicatio nõ eſt propter vos dimittẽda, ſeu etiã interrũpẽda. [Et] quaſi ad proteſtandũ veritatẽ [extendẽs manus in diſcipulos ſuos,] qui in circuitu eius ſedebãt [dixit: Ecce mater mea,]. ſ. hi qui me in ſuo corde cõcipiunt, & me per prædicationẽ in cordibus auditorũ pariunt, [& fratres mei] qui opera patris mei faciunt, & mihi in cœlo cohæredes erũt: quaſi diceret, intantũ eſt mihi aliquis propinquus, inquãtum eſt ſpiritualibus actibus intẽtus. Et ille eſt mihi magis propinquus, qui ſpiritualibus operibus eſt magis intentus. Spirituales proximos præfero carnalib⁹, & vtiliora opera minus vtilibus: adeo vt ſpi-

I rituali operi vacãs omnino carnales poſtponã affectus. Dñs ſe noſſe matrẽ diſſimulat, & per cognationẽ proximos, dicens ſibi proximos eſſe per ſpiritum cõiunctos. Quo exemplo nobis monſtrauit, quod verbo docuit. ſ. qui amat patrẽ aut matrẽ plus quã me, nõ eſt me dignus: id eſt, qui operi ſpirituali carnales præponit affectus. Qui ergo in conferẽdis beneficijs & dignitatibus eccleſiaſticis, perſonas accipit, præferens carnẽ ſpiritui, & opus minus vtile vtiliori: formã à domino pręſcriptã relinquit & maximè deũ offendit. vnde Hiero. Nõ matrem negauit, ne natus de phantaſmate putaretur: ſed apoſtolos cognationi prætulit, vt & nos in cõparatione dilectionis carni ſpiritũ præferamus. vñ & Ambro. Nec tamen iniuriosè refutãtur parentes, ſed religioſores copulæ mentiũ docentur eſſe quã corporũ: nec putet eſſe aliquis offendiculũ pietatis vbi mandatũ legis impletur. vnde etiã Chryſ. Non ſpernẽs gñationẽ carnalẽ, neq; erubeſcens humanã conceptionẽ tale dedit reſponſum: ſed volẽs oſtẽdere quia præponenda eſt cognatio ſpiritalis car-

Matrem noſſe diſſimulat dominus.

nali. Deinde dominus Ieſus, quaſi rationẽ dicti ſui reddit quaſi dicendo: nec ſolum diſcipuli ſpecialiter, ſed etiã quicunque fideles, & iuſti æternaliter ſunt mater mea & fratres mei. [Quicunque enim fecerit] corde, ore, & opere [voluntatem] in præceptis ac conſilijs & exẽplis [patris mei qui in cœlis eſt: ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt:] frater & ſoror credendo, quia filius dei eſt: dedit enim eis poteſtatẽ filios dei fieri, his qui credũt in nomine eius. Frater quippe & ſoror dicitur, propter vtrunque ſexum qui ad fidẽ colligitur. Qui aũt Chriſti frater & ſoror eſt credendo, mater eius fit prædicando: & in cordibus proximorũ dicto, vel exẽplo eũ generãdo. Igitur qui filij & filiæ ac hæredes dei ſunt per gratiã, fratres, & ſorores, & matres, ac hæredes Chriſti ſunt, qui eſt dei fili⁹ per naturã. Hinc etiã eos & fratres, & ſorores, ac matres vocat, quoniam quaſi fratres, & ſorores ac matres diligit. Et his quidẽ verbis apertiſsimè monſtratur ꝙ carnali amori ſpiritualis amor debet præferri: & propinquitas charitatis propinquitati conſanguinitatis. Eo enim amore & matrẽ, & fratres, omneſq; propinquos noſtros diligere debem⁹, quo Chriſtus matrem & fratres ſuos dilexit. Diligebat enim eos, nõ quia magis ſecundũ carnẽ propinqui erãt: ſed quia voluntatẽ patris eius magis faciebãt. Ille ergo magis Chriſto eſt propinquior, qui eſt melior: quia vt dicit Hiero. Non in ſexibus, ſed in factis diſcernit. Et vt ait Grego. Apud dominum nõ gradus elegãtior, ſed vitæ melioris actio comprobatur. Hãc autem ſententiam, ſecundum Chryſo. dominus induxit, vt nullus de generis nobilitate, aut ſanctorum propagine ſine virtute confidat: docens nos in nulla cognatione confidentes virtutem negligere. Si enim Mariæ nihil prodeſſet matrẽ eſſe, niſi virtus adeſſet: quis vtiq; alius per cognationẽ ſaluabitur? Vna enim nobilitas ſola eſt, voluntatem dei facere, & hic nobilitatis modus eſt illo melior & principaliter.

K

Ioann. 1.

L

Amor ſpiritualis præferendus carnali.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, da mihi vt verbũ tuum audiam fide credendo, & cuſtodiã opere adimplẽdo: fac me ſpiritualiter per auditũ portare, & per cuſtodiam nutrire idipſum dei verbum. Da mihi domine deus meus vt occupationem ſpiritualem omni affectione carnali, & opus dei negotijs humanis, ac vniuerſaliter vtiliora minus vtilibus, te rectore, te duce præferam ſemper & præponam. Fac me corde, ore, & opere tuam in præceptis, conſilijs, & exemplis facere volũtatem: vt merear ſeruitor tibi gratus fieri, & tandem inter dei filios & hæredes per tuam gratiam computari Amen.

M

De increpatione Phariſæorum & legis doctorum. Cap. lxxvi.

Cvm autem dominus iam præmiſſa loqueretur, [rogauit eum quidam Phariſæus vt pranderet cum illo.] Inuitabant Phariſæi dominum non vt reficerent: ſed vt comprehenderent, accuſarent, & perderent. Vnde ad domum Phariſæorũ non intrabat niſi rogatus, ſed ad conuiuium Publicanorum bene ibat etiam non inuitatus.

Lucę 11. Matth. 15.

Inuitatio Phariſæorum.



tatus. Supponendum eſt ꝙ dominus poſt ſermonẽ

A exiens de domo, in qua hoſpitatus fuerat & docuit, locutus eſt matri, decentem honorem exhibens ei: & deinde iuit ad domũ Phariſæi, magis intendens reficere, quàm refici. vñ Cyrillus: Sed Chriſtus qui Phariſæorum nequitiã nouerat, diſpenſatiuè cõdeſcendit, ſatagens cõmonere eos, ad ſimilitudinem optimorum medicorũ, qui grauius infirmantibus afferunt remedia ſuæ induſtriæ. Et [ingreſſus] domum [recubuit] & requieuit, id eſt ad comedendũ ſe poſuit. Omiſit autẽ lauare manus, vt illorũ errorem corrigeret qui credebant, ꝙ illa lotio ad ſalutẽ neceſſaria eſſet: & vt per eam interior mundatio à peccatis fieret: & vt demonſtraret ꝙ non lotis manibus manducare, hominem non coinquinat. Vnde Phariſæus intra ſe murmurauit, & reputauit magnam eſſe culpam ꝙ ſecundum traditiones Iudęorum non eſſet lotus ante prandiũ. Mira ſtultitia: filium dei arguit, quia pręcepta hominũ non ſeruat, qui traditionibus hominum ſubiectus nõ erat. Dominus autem cogitationi illius reſpondit: oſtendẽs

Manuũ lotio ante prandiũ.

B per hoc eſſe deum, cui nuda & aperta ſunt ſecreta cordium, & arguit ipſos Phariſæos, qui quod foris erat à ſordibus exterioribus mundabãt: & quod intus erat, à macula rapinæ, & iniquitatis, & fraudis non mundabant: quia de munditia exteriori in vaſis & corporibus ſuis erant multũ ſoliciti & diligẽtes, & de mundicia interiori ipſius mẽtis negligentes, & non curantes? cùm tamẽ meritò deberet eſſe econuersò, quia interior munditia eſt neceſsitatis: exterior autem ſolũmodo honeſtatis: vnde nõ interior, ſed exterior ſine peccato omitti põt. Et ideo Chriſtus exteriorem lotionẽ omiſit, vt haberet occaſionem arguendi Phariſæos: de exteriori munditia tantũ curãtes, & interiorem negligentes: exterius ſimulantes iuſtitiam, & ſanctitatẽ, intus retinentes nequitiam & iniquitatem. Sed ô Phariſæe munda prius quod intus eſt, ſcilicet cor & animam à fraude & malis deſiderijs vt mundũ fiat, quod eſt de foris, vt foris per opera veraciter ſanctitatẽ oſtẽdere poſsis. Qui enim vtranq; hominis naturã, ſci-

Interiora mundãda ſunt.

C licet corpus & animã fecit, vtranq; mundari deſiderat. vbi Beda: Hoc cõtra illos qui corporalia peccata, fornicationem, videlicet, immunditiã, libidinem, furtum, rapinam & cętera talia, quaſi grauiſſima deteſtantur: ſpiritualia verò quæ non minus damnat apoſtolus, hoc eſt amaritudinem, irã, indignationem, clamorem, blaſphemiam, ſuperbiã, & auaritiam quæ eſt idolorum ſeruitus, vt leuia contemnunt. Hæc Beda. Per hoc etiã arguũtur illi qui de minoribus magnam vim faciunt, & de maioribus parum curãt. Sicut aliqui religioſi plus ponderant fractionem ſilẽtij, vel aliquid eiuſmodi, quàm iniuſtum grauamen proximi, vel aliam etiã tranſgreſsionem præceptorum dei. Phariſæis etiã ſimiles ſunt clerici, qui bene tõſo capite & raſa corona in veſte alba & munda, & lotis manibus accedunt ad altare intus pleni auaritia & iniquitate: alijſq; immunditijs multipharie: ac legẽ dei poſtponẽtes, & traditiones hominũ in exterioribus ſolicitè cuſtodientes. Deinde d̃is, quaſi bonus præceptor, docet qualiter noſtri contagiũ corporis mũdare debemus, dicẽs: [Verũtamen] do vobis ſalutis conſiliũ, ſcilicet [quod ſupereſt] id eſt, de eo quod ſupereſt

Spiritualia vitia nõ minus fugienda.

Epheſ. 5.

Phariſęorum ſimiles.

D poſt aliorũ reſtitutionẽ [date eleemoſynã,] quia primò debet fieri reſtitutio, & de eo quod remanet eleemoſynarum elargitio: vel ſecundũ Bedam, de eo quod ſupereſt victui & veſtitui neceſſario. Neq; enim ita facienda iubetur eleemoſyna, vt teipſum conſumas inopia: ſed vt tui cura corporis expleta, inopẽ quantũ vales ſuſtentes. [Et ecce omnia mũda ſunt vobis,] quia eleemoſyna magnã habet virtutẽ ad peccatorũ remiſsionẽ. vnde in Daniele dicitur: Peccata tua eleemoſynis redime. Vel [verũtamẽ] conſilium & remedium, [quod ſupereſt] & reſtat poſt tãta ſcelera do vobis: hoc ſcilicet, [date eleemoſynã,] ſcilicet ordinatè vt ĩcipiatis à vobis. Quod dictum ſic eſt intelligendũ, vt prius homo ſibi faciat eleemoſynam mũdando ſe interius per fidẽ & baptiſmum, credendo in Chriſtum: & ſi poſt baptiſmum immunditia innocẽtiæ fuerit fœdata, emũdet conſcientiam per pœnitẽtiam: qui eñ vult ordinatè eleemoſynam dare, id eſt, miſericordiã facere: à ſeipſo debet incipere, & eã primò ſibi dare.

Danielis 4.

E Eſt enim eleemoſyna omne opus miſericordię. vñ in Eccleſiaſtico dicitur: Miſerere animę tuę placẽs deo. Nullũ enim opus hominis deo placere poteſt, niſi ipſe prius placeat. vñ in Gene. legimus ꝙ deus prius reſpexit ad Abel quàm ad munera eius. Et tunc ſupereſt, vt qui proprię ſubuenit miſerię: ſubueniat & alienæ dando eleemoſynã procedentem ex fide & charitate, & ſic per miſericordiam ſui & proximi omnia munda ſunt: & nullã mentẽ inquinant, & immundã faciunt. Ergo miſericordia & abolitio peccati ꝓmittitur omnibus miſericordiã faciẽtibus. Quod itaq; hîc dicitur [date eleemoſynam] ad oĩa quæ vtili miſeratione fiunt valet. Nõ enim ſolũ qui dat eſuriẽti cibũ, & cætera huiuſmodi: verumetiam & qui dat veniã peccanti, atq; orat pro eo: & q̃ corripit, & alia emẽdatoria pœna plectit, eleemoſynã dat. vnde Aug. Facere eleemoſynam, eſt facere miſericordiã. Si intelligis, à te incipe. Quomodo enim miſericors es alteri, ſi crudelis es tibi? Audi ſcripturã dicentẽ: Miſerere animę tuę

Eccleſiaſtici 30.

Homo placeat.

Gene. 4.

Eleemoſynam facere.

F placens deo. Redi ad conſcientiam tuã quicunque malè aut infideliter viuis, & ibi inuenies mendicãtem animam tuã: inuenies egentẽ, pauperem, erũnoſam? inuenies fortè nec egentẽ, ſed egeſtate obmuteſcentem: quãdo inueneris animã talẽ intus in corde tuo, illi fac prius eleemoſynã. In iudicio & charitate fac eleemoſynã cũ anima tua. Quid eſt iudicium? Diſplice tibi. Quid eſt charitas? Dilige deum, dilige proximum. Hanc eleemoſynã ſi prętermittis, quantũuis ames: nihil facis, quando tecũ non facis. Hęc Aug. Et quia Phariſæi ex hypocriſi non ſolũ quærebant exteriorem munditiã, ſed etiã apparentem iuſtitiã, ac decimas dabãt: & eleemoſynam faciebant: putauerunt Chriſtũ inaniter loqui, quaſi eis qui eleemoſynam non facerent, & eũ in cordibus ſuis deridebant. Non ſolum enim triticum, vinum, & oleum: ſed etiam res contemptibiles: ſcilicet ciminum, rutam, mentam, & huiuſmodi decimabant: & de reſiduo eleemoſynam faciebant, quod non facile facit Chriſtianus aliquis

Decimatio Phariſæorum.

vt per hoc

vt per hoc apparerent iuſti, quaſi volendo implere G mādatum dei de decimis reddēdis, etiā circa minima, vt per hoc crederētur multū voluntarij ad implendum diuina mādata, cùm tamē eſſent trāſgreſſores in maioribus, & vt de eis diceretur à videntibus quoniam omniū decimas dant, qui etiā olerū decimas dare non negligūt. Dominus verò cogitatum eorum ſciēs, ſubiunxit dicēs: [Væ,] ſcilicet dānationis [vobis Phariſæis qui decimatis mentā, & rutam, & omne olus,] ſcilicet minuta & contēptibilia fructuū veſtrorū [& relinquitis] grauiora legis, ſcilicet [iudicium & iuſtitiam] ſubuertēdo [ac charitatem,] & opera miſericordiæ omittēdo. Nō eſt hoc tacere miſericordiā & eleemoſynā, [hæc] enim, ſcilicet iudiciū & charitatē: [oportet facere] primo loco: quia hæc præcepta ſunt ad dei honorem, & illa ſcilicet decimā & eleemoſynam nō omittere, quæ ſunt ad ſacerdotum & proximi neceſſitatem. Illa facite, & iſta præponite. Non enim per eleemoſynam emitur impunitas in iniquitate manentibus. Decimantes igitur & eleemoſynā faH cientes, exteriora mundabant: ſed quia iudiciū & charitatem relinquebant, interiora nō mundabāt.

Iudiciū & charitas. Optimè autem coniunguntur iudiciū & charitas, quia iudiciū ſine charitate vergit in crudelitatē: charitas ſine iudicio in remiſsionē: charitas cum iudicio in æquitatē.

Decimare. Iſtud autē de decimatione pōt dupliciter intelligi. Vno modo reſpectu ſui, quia licèt miniſtri tēpli acciperent decimas à populo: tamen de illis acceptis à populo, & de his quæ habebāt ex labore ſuo, decimas reddebant ſacerdoti ſummo: & ideo ad ſimulationem ſanctitatis reddebant eis decimas de minimis. Hoc etiā faciebāt ratione cupiditatis: vt per exemplū ſui inducerent populum ad reddendum, ſibi decimas de omnibus vſq; ad minima. Alio modo pōt intelligi reſpectu aliorū, quos per doctrinam ſuā inducebant ad decimas ſtrictè ſibi ſoluendas. Illud etiā quod de omiſsione grauiorum legis additur, ſimiliter dupliciter intelligitur. Vno modo reſpectu ſui, quia iſta quæ erāt magnæ neceſsitatis facere omittebant. Alio modo reſpectu I aliorum, quia alios ad talia obſeruāda inducere negligebant.

Prēlatorū auaritia. Similiter hodie faciūt ſacerdotes eccleſiæ & prēlati q ſoliciti ſunt circa ſubiectos de redditione decimarum, & ſimiliū quē eis debentur, & parum curant ſi in maioribus criminibus inuoluātur. Et quia honor eſt præmiū virtutis, & ex appetitu apparentis iuſtitiæ, ſequitur appetitus indebiti honoris: ideo conſequēter arguit arrogantiā & ambitionem Phariſæorum, cōminando eis vē & pœnam æternam, dicens: [Væ,] id eſt æterna dānatio imminet [vobis Phariſæis qui diligitis primas cathedras in ſynagogis.] Non dicit qui habetis cathedras: ſed, qui diligitis: has enī appetere, ambitionis eſt: iniunctas ſuſcipere, charitatis. In quo reprimit omnem indebitū appetitū honoris, & inſtruit nos vt ambitione careamus, & primatū in eccleſia non ambiamus. Væ ergo miſeris ad quos Phariſēorum vitia tranſierūt: qui per breue & incertū huius vitē ſuæ curriculum quo peccata humiliter deplangere debuerunt, ad prioratū aſpirare, vel pro eo certare non metuunt. Et non ſolū volebāt eſſe doctores & magiſtri in ſynagogis, volentes vocari ab omnibus rabi: ſed etiam quērebāt [ſalutationes in foro] cauK ſarum & negotiorū, ex quo videtur ꝙ ijdem erant in ſynagoga magiſtri, & in foro aduocati.

Litibus abſtineat clericus. Sed non conuenit vt litibus intēdant qui diuino officio mācipantur: nemo enī militās deo implicat ſe negotijs ſecularibus. vnde Rabanus: Culpa non carent ſi in foro litibus intendāt, qui in cathedra Moyſi & ſynagogæ magiſtri cupiunt appellari. Et quia vitia occulta punientur adeo grauius, quanto peccatores tales volunt alijs præferri in honoribus: ideo poſt hæc arguit eorū ſimulationem, cōminando eis væ pœnæ æternæ, quia erāt quaſi ſepulchra quæ non apparēt,

Sepulchra. ſcilicet exterius qualia ſunt interius, quia aliquando exterius ornātur, & fœtore interius replentur: & homines ambulātes ſuprà, neſciūt qualia ſunt intrà. Sic quicūq; decepti per Phariſēorum & hypocritarum ſentētias eos imitantur, quaſi ſuprà ſepulchra ignorāter gradiuntur. Et bene cōparat eos mortuorum ſepulchris, quia anima mortua eſt in corpore hypocrytæ & peccatoris. Vñ ſepulchrum dicitur, quaſi ſemi pulchrum, & tales ſunt L hypocritæ exterius nitidi, & interius fœtidi.

Sepulchra. Tales non ſunt filij ſpōſæ, id eſt eccleſiæ quē dicit: Nigra ſum, ſcilicet exterius: ſed formoſa ſum, ſcilicet interius: ſed iſti ecōtrariò ſunt diſpoſiti.

Simulatio proſcribitur. Hîc reprehenditur quælibet ſanctitatis ſimulatio falſa: vt abſtineamus ab ea. vñ Cyrillus: Per ea q̄bus illos reprehendit, nos facit meliores: vult enī ambitione nos carere, & nō plus venari apparentiā, quàm veram exiſtentiam, quod tunc Phariſæi agebant. vnde & Chryſ. Sed ꝙ tales extiterint Phariſēi nō eſt mirabile. Si autē nos digni reputati fieri templa: fiamus repētè ſepulchra ſolū fœtorem continētia, hoc eſt extremæ miſeriæ. [Quidam autem legiſperitus] dicta à Chriſto contra Phariſæos in cōtumeliā legiſperitorum, retorquet dicens: [Magiſter hæc dicens,] non tātum Phariſēis, ſed [etiā nobis] legiſperitis qui maiores ſumus [cōtumeliam facis.] Hîc legiſperitus ignorabat imperitus legē veritatis: q̄a redargutio culpæ, nō eſt cōtumelia perſonæ: & qui erubeſcit redargui, ceſſat à culpa: nec offendat eum M corripientis charitas, ſed ꝓpria iniquitas. vbi Bed.

Conſcientia miſera. Quàm miſera cōſcientia, quē audito dei verbo, ſibi cōtumeliam fieri putat: & cōmemorata pœna perfidorum, ſe ſemper intelligit eſſe damnandā. Vnde mihi meiſq; ſimilibus vnū ſupereſt ſuffragiū domino cum propheta ſupplicare:

Pſal. 118. Vtinā dirigantur viē meæ, ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas: tunc non confundar, dum reſpiciam in omnia mandata tua. hæc Beda. Communiter ſcribē & legiſperiti erant doctores legis, quæſtiones legis ſoluentes: Phariſæi verè, ſcilicet ſacerdotes Iudæorum, diuiſi ab alijs, quaſi religioſi videbātur. Dominus aūt liberrimus vitiorum corrector, nec legiſperitorū altitudinem verebatur: ſed eos redarguit, quia peccata eorū publica & manifeſta erāt, & ideo publicè eos arguēdo, contumeliam eis nō faciebat: prout iſte legiſperitus ſibi imponebat.

Perſonarum acceptio. Sed nō ſic hodie noſtri maiores faciunt qui in corrigēdo perſonas accipiūt. vnde Auguſtinus: Noſtri principes cùm pauperes delinquentes publicè arguant & confundant, diuiti-

bus maiora



bus maiora peccantibus, nec nutum faciunt. QuaA propter Anaxagoras leges principū telis aranearum cōparabat, quæ minora animalia capiunt, & maiora tranſmittunt. Vnde Chry. Si poſsibile eſſet in diuites vindictam procedere: videres ex eis repleri carceres vniuerſos. Sed cū omnibus ſuis hoc malum habent diuitiæ, ꝙ in malignitate peccātes abvltionibus eruunt.

Valerius Maximus. Latrones magni ſuſpendunt paruos. Vnde etiā Valerius maximus narrat, ꝙ Socrates videns vnum duci ad ſuſpēdium riſit, & interrogatus cur rideret reſpondit. Video magnos latrones ducentes paruū latronem ad ſuſpendium. Minuta ſacrilegia puniūtur: ſed magna triumphis extolluntur. Vnde & Aug. Remota iuſtitia, quid ſunt regna niſi magna latrocinia? & latrocinia quid ſunt niſi parua regna? Ideo eleganter & veraciter Alexandro Magno quidā pirata comprehenſus, cū ab eo interrogatus quid ſibi vt mare

Piratē reſponſum. infeſtum haberet: ille libera voce reſpondit, quid tibi vt orbē terrarum? Sed quia ego exiguo nauigio facio, latro vocor: quia tu magna claſſe, imperator.

B Et reuera ſic heu eſt & hodie: nā minores & pauperes pro leui trāſgreſsiōe grauiter puniūtur: ſed maiores & potētes etiā pro enormibus nihil patiūtur. Sed nō gloriētur q̄a in prēſenti ſic intacti permanent: nā in futuro pœnas debitas cū vſura recipiēt. Tūc potētibus qui hîc perperā pauperes innocētes iudicabant: nullum erit conſiſtoriū, nullū tribunal: ſed corā illis tunc iudicio ſtabunt, quos hîc ſuo peruerſo iudicio nedum iudicabant, ſed & ſæpius condemnabāt.

Iudicia iniqua. O quot iniuſtitiæ fiunt hodie in vna ciuitate, de quibus non eſſet mirū ſi ipſa & tota patria redigeretur in nihilum. Aliter enim iudicant extraneo quàm domeſtico. Aliter minori quàm maiori. Aliter per carnē cōiuncto quàm remoto. Aliter pauperi quàm diuiti: quod omnino & manifeſte eſt cōtra legē dei altiſsimi. Nullam quippe legem ſcriptam in iudicādo reſpiciunt, ſed ſecundum affectiones varias quas ad diuerſas perſonas habent, ſententias varias proferunt: dicentes, ſic vel ſic mihi videtur: nec dicunt, ſic vel ſic in lege ſcriptum habetur. Quanta autē mala iniuſtitia indu-

Iuſtitiæ laudes. C cit, patet ex bonis quæ iuſtitia facit. de quibus Cyprianus ſic ait: Iuſtitia regis, pax populorū, tutamē patriæ, vnitas plebis, munimentū gentis, cura languorum, gaudium hominum, tēperies maris, aëris ſerenitas, terrē fœcunditas, ſolatiū pauperum, hæreditas filiorū, & ſibimetipſi ſpes futuræ beatitudinis. hēc Cyprianus. Horū omnium cōtraria timenda & expectanda ſunt de iniuſtitia: quia in lege veteri & euangelica legitur populus punitus propter mala iudicia. Et heu iniuſtitia & malorū conſuetudo in multis locis intantū excreuit, ꝙ vix extirpari poſsit.

Conſuetudo mala plus nocet igne. Vnde quia mala conſuetudo multa mala inducit: ideo apud Longobardos cōmuniter dici conſueuit, ꝙ melius eſt in ciuitatem ignem ponere, quàm malam conſuetudinem inducere: quia ad extinguendum ignem omnes currunt, ad malam verò conſuetudinem ampliandam omnes intendunt. Sed vtinā ſequerentur doctrinam & conſilium Senecē, qui ſic dicit de cōſuetudine: Bona conſuetudo excutere debet, quod mala induxit. Et primò redarguit dominus legiſperitos de immoderata dominatione & inordinata auſteritate, cōmiD nando eis [vē] damnationis, quia alijs onera importabilia imponebāt: & ipſi nec vno digito tāgere ſarcinas curabāt: id eſt, alijs impoſita nec in minimis perficiebāt: alijs erāt ſeueri, & ſibi nimis propitij:

Contra onera imponentes. cōtra ius naturale in alijs fieri volebāt q̄d ſibi nolebāt: dicebāt & nō faciebāt: docebant grādia, & nō faciebāt minora. Iſti diuerſa pōdera habebāt: aliter enim facta propria, & aliter aliena pōderabāt. Vbi Theophil. Quoties enī doctor facit quē docet, alleuiat faſcē tradens ad exēplum ſeipſum.

Faſces alleuiare. Quādo verò nil agit eorū quæ docet: tūc graues faſces videntur eis qui doctrinā ſuſcipiūt: vtpote quē nec à doctore poſſunt portari. Per iſtos ſignātur prælati, alijs imponētes grauia & magna, & pauca faciētes aut nulla. Vnde Grego. Nicenus: Tales ſunt modò multi iudices ſeueri peccantiū, & debiles agoniſtē: intolerabiles legiſlatores, & debiles portitores: nec appropinquare volētes nec palpare vitē honeſtatē, quā irremediabiliter exigūt à ſubiectis. Deinde reE darguit legiſperitos, condēnando eos de ſimulata deuotione, & falſa religione: quia ob fauorē vulgi captandū ſimulabāt ſe horrere & condēnare acta & peccata ac perfidiā patrū ſuorū, [monumēta prophetarū quos occiderunt patres] eorū per hypocriſim & nō ex pietate, magnificè ædificādo & ornando: quaſi de morte innocentū prophetarū dolentes & dicētes ꝙ ſi fuiſſent in [diebus patrū] ſuorū [nō] eſſent [ſocij in ſanguine prophetarū,] vt viderētur iuſtiores patribus ſuis, qui occiderūt illos: ſed ipſo opere teſtificabātur quantū paternæ nequitiæ conſenſerint perſequēdo Chriſtū dominū prophetarū eis promiſſum, & ab ipſis prophetis prēnuntiatū. Defectus aliorum videbāt & nō ſuos. quia vt dicit hîc Chry. Alter alterius culpā facilè intelligit, ſuā difficilè. Secundū literalē ſenſum hoc faciebant vt viderētur horrere crudelitatē patrū ſuorū: & ſimiliter faciūt qui vitia verbis deteſtātur, vt ab eis immunes ab ignorātibus videātur. Deinde redarguit legiſperitos condēnando eos de praua & peruerſa ſcripturarū expoſitione: quia gloriabātur ſe habere notitiā legis & prophetarū, quā Chriſtus vocat F clauē ſcientiæ: quia per hāc notitiā potuerunt in fidem & veritatē Chriſti intrare: ſed ipſi malitia ex-

Clauis ſcientiæ. cæcati hanc clauē abſtulerūt: dicta legis & prophetarū, vel truncādo, vel peruersè intelligendo & exponendo, ac Chriſti dogmata & opera denigrando: vt ipſi ad intellectū veritatis & fidē non intrarent, nec alios qui intrare deſiderabāt, intrare permitterent: quia peruerſitate doctrinæ ſuæ prohibebāt. Clauis ergo ſcientiæ eſt autoritas docendi, per quā debet intellectus verus latēs interius aperiri, & ipſi econtrariò claudebāt peruersè interpretādo, & alios in errorē ducēdo: vt patet circa prēceptū de honore parentū, quod per ſuā euacuabāt doctrinam: & etiā circa alia plura domini præcepta ſecūdum Bedā. Omnis etiā doctor qui auditores quos verbo ædificat, exēplo ſcādalizat: nec ipſe regnum dei intrat, nec eos qui poterāt intrare permittit. De prēmiſsis redargutionibus Scribarū & Phariſēorū habes latius infrà feria tertia poſt palmas: vbi ponuntur multa ſimilia, ſed nō ſunt eadem, quia diuerſis

y temporibus

temporibus dicta. Vltimò exaggerat Phariſęorũ G & legiſperitorum nequitiã & obſtinationẽ,qui ex verbis Chriſti nõ fuerunt emendati: ſed magis peiorati,quia[cùm] dominus[hęc]præmiſſa[ad illos diceret] veritate offenſi cœperũt doctorem veritatis perſequi,[ & doloſè ſibi inſidiari:quia cœperũt grauiter inſiſtere,]id eſt reſiſtere ac inſtare, [& os eius cõprimere,]id eſt ſermonẽ eius in pluribus interrumpere,ſeu verba oris eius calũniari [de multis inſidiantes ei,&]multa ab eo inſidioſè[quęrentes]vt eũ terrerent & ſtupefacerent:quia cõturbati minus præuident,& ſic ex varijs quęſitis & obiectis aliquid calumniabile de ore eius extraherẽt: & in verbis eũ caperent vt accuſare eũ poſſent.Doctrina ergo veritatis fiebãt deteriores,qui inde debuerãt fieri meliores.vnde Beda:Quàm vera perfidiæ ſimulationis & impietatis ſuæ ,crimina audierint,ipſi teſtantur,qui tanto intonante turbine, non ipſi reſipiſcere:ſed doctorem veritatis inſidijs moliuntur aggredi.

Phariſæorum obſtinatio.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte,da mihi ante prãdium ſpirituale,ſcilicet ante perceptionem ſanctę eucharistiæ,per confeſsionẽ puram ſpiritualiter baptizari & lauari,vt ab inimicorũ inſidijs& H accuſationibus te protegentevaleã liberari.Da mihi vitare omnem hypocriſim & ſimulationem:omnem arrogantiam & ambitionẽ:ne peccem in te vel in proximũ meum per mendacẽvſurpationem perfectionis,per excellentiã ſingularitatis, per temeritatem iniuſti iudicij , vel per prauitatẽ cuiuſcunq; mendacij,ne cũ Phariſęis in vanitate participem,ſed te veritate me ducẽte,per te viam,ad te vitam miſericorditer perueniam.Amen.

De fratre petente diuidi hæreditatem,& de diuite volente horrea ampliare. Cap. lxxvii.

Lucę 12.

QVidam autem de turba cognoſcens Ieſum eſſe iuſtũ, dixit ei: [Magiſter dic fratri meo,vt mecũ diuidat hęreditatẽ] Non fuit iſte expertus quàm bonum, & quàm iucundũ , habitare fratres in vnum. Inconuenienter autẽ petebat,quia nec tempus,nec locus erat:& Chriſtus tẽporalibus I non intẽdebat:imò ea contẽnere docebat , qui etiã tantum colligere & nõ diſpergere venerat:& ideo reſpondit dicens:[Homo,]ſcilicet carnalis & terrenus,humũ ſapiens, & ſecundum hominẽ ambulans, [quis me conſtituit iudicem,] ſcilicet litium [aut diuiſorem,]ſcilicet facultatũ [ſuper vos,]ſcilicet qui fratres eſtis:inter quos nõ iudex, ſed pietas debet eſſe ſequeſtra,quaſi diceret:Nõ ſum miſſus,ſiue cõſtitutus ad iudicium terrenarum poſſeſſionum,ſed cœleſtiũ.Nõ ſum diſſenſionis deus, ſed collectionis,& pacis,& vnitatis:qui veni homines pacificare cũ deo & angelis,& vt multi cor vnum & animam vnã habeant:non vt diuidantur per diuerſa, ſed vt colligantur & habeant omnia cõmunia:nec ſit aliquis egens inter illos , ſed diuidatur ſingulis,prout vnicuiq; opus fuerit.Ille qui nõ colligit mecũ,eſt fraternitatis diuiſor & diſſenſionis autor.vbi Beda:Qui magiſtro ſupernæ pacis gaudia cõmendanti terrenæ diuiſionis vult ingerere moleſtiam:meritò homovocatur.ſecundum illud:

Pſal.132.

Chriſtus litium iudex eſſe noluit.

Acto.4.

Cùm ſit inter vos zelus & cõtentio: nonne homi- K nes eſtis?vbi Ambroſ. bene ergo terrena declinat, qui propter diuina deſcenderat.Nec iudex dignatur eſſe litiũ & arbiter facultatũ , viuorum habens mortuorumq; iudiciũ&arbitrium meritorũ:Non ſolum ergo quid petas , ſed à quo poſtules intuendum eſt.Nec maioribus intento animo, putes minoribus obſtrependum.Vnde non immeritò refutatur hic frater , qui diſpenſatorẽ cœleſtiũ geſtiebat corruptibilibus occupare.hæc Ambr. Per hoc ꝙ Chriſtus noluit ſe intromittere de diuiſione hęreditatis terrenę:oſtendit ꝙ prædicatores euangelij,& ſpiritualibus dediti,non debent ſe intromittere de negotijs ſecularibus , ob quæ minus ſoliciti ſint de ſpiritualibus.Sic & apoſtoli vt poſſentvacare verbo dei,curam tẽporalium à ſe abiecerunt dicentes : Non eſt ęquũ nos derelinquere verbũ dei, & miniſtrare menſis.Sed heu hodie perſonæ eccleſiaſticæ litibus & cauſis eoúſque occupantur,vt his ſolummodo vacare videantur:vtiliora poſtponentes,& legem dei:auaritia ad hoc tracti & inuitati. Primò quidẽ floruit eccleſia in ſtrage martyrum. Secundò,creuit in perſecutione hæreticorũ : nunc autem corruptione falſorũ fratrum litibus &inutilibus creſcere nõ deſinit.Quãuis ergo dominus poterat,tamen diuidere nolebat : ne , ſicut multi faciunt, ſpiritualia propter tẽporalia intermitteret: & ne fauere videretur auaræ cupiditati petentis, qui ad circunueniendũ fratrẽ hoc petebat:& quem non tam ius,quàm res & amor habendi trahebat: quiq; terrena &nõ cœleſtia ſapiebat, ſicut terreni inter quos huiuſmodi zelus,& contẽtio diuidendæ hæreditatis eſſe ſolet.Vnde & ex hoc conſequẽter auaritiã quæ à deo ſeparat:ſtatim reprehendit, & cauere docuit dicens,tam ad turbas quàm ad diſcipulos,quia auaritia cõmune vitium eſt tam clericorũ,quàm laicorũ: tam religioſorũ, quàm ſecularium:tam minorũ,quàm maiorũ,quia omnes auaritię ſtudẽt. Vnde eos,ſcđm Bedã,occaſione huius ſtulti petitoris aduerſus auaritię peſtẽ , quæ radix omniũ malorũ eſt,pręceptis pariter & exẽplis munire ſatagit dicẽs:[Cauete ab omni auaritia,] ſcilicet tam interiori quàm exteriori, quæ conſiſtit in cupida acquiſitione tẽporalium ,&tenaci retentione eorũ.vnde Beda: Dicit aũt[ab omni,]quia nonnulla ſimpliciter ab hominibus geri videntur : ſed internus arbiter qua intẽtione fiant,quia cernit,diiudicat.vel ſcđm Cyrillum, dicit ab omni, ſcilicet magna & parua. [Quia nõ in abundantiã diuitiarum cuiuſquã vita eius eſt,]ſcilicet ſpiritualis, per quã coniũgitur deo,quia nõ in ſolo pane viuit homo:nec etiã corporalis,quia tẽporalis vita diuitiarum multitudine nõ protẽditur: imò frequẽter ex ſolicitudinibus animarũ,& delitijs corporũ,minuitur. Vita hominis tẽporalis nõ conſiſtit in abũdantia rerũ:quia quãdoq; plus minuitur& abbreuiatur in proſperitate,quàm aduerſitate. Vita etiã ſpiritualis nõ conſiſtit in abũdantia:imò frequẽter periclitatur.vnde Chry.Neq; enim animę ſoli,ſed ipſi corpori ſunt nociuę delitię:eo ꝙ ex fortiſit debile, &ex ſano ęgrotiuũ:ex agili graue,ex formoſo deforme,ex iuuene veternoſum.vñ & Seneca:Pót no-

1.Cor.3.

Prædicatores à ſecularibus abſtineãt.

Actuũ 6.

Eccleſiæ vigor.

L

Auaritia dãnatur.

1.Timo.6

M

Diuitiæ non beant

Matth.4

Delitię nocent





ſtra prouidentia languorem prorogare huic corpu A ſculo moram : ſi voluptates quibus maior pars perit,poterimus regere & coërcere.hæc Senec.Propter abundantiam quoq; & ſuperfluitatẽ ciborũ & potuum,mors plurimum acceleratur.Plures enim ex repletione quàm ex attenuatione moriũtur. vnde dicit Hypocrates ꝙ ex plenitudine , quæcunq; ægritudine generantur. Vitę etiam pauperum nullus ſtruit inſidias:diuites autem in omni loco, cibo & potu timent eas. vnde Theophilus:Hoc dicit dominus refellens auarorũ intentiones, qui videntur coaceruare diuitias,quaſi diu victuri. Sed nunquid te opulentia longæuum efficiet?Quid igitur manifeſtè ſuſtines mala tam incertæ quietis. Nam dubium eſt an debeas attingere ſenium , cuius gratia theſaurizas.Et ad deteſtandum auaritiã , & ad ſuũ propoſitum declarandum,inducit ſimilitudinẽ.Vnde Theophilus:Dico ꝙ ex affluentia opum nõ protelatur vita humana:ad huius fidem parabolã ſubdit:[Hominis cuiuſdam diuitis vberes fructus ager attulit,]id eſt,abundantes & multò plures quàm ſo B lito curſu conſueuit:& cogitabat præ ſolicitudine, quia abundantia diuitiarum inducit ſolicitudinem & per conſequens animi anxietatem,quia non ſupplent indigentiam. [Cogitabat inquam intra ſe dicens:]non extra ſe proferens , ne audiretur : diues enim auarus omnẽ hominem timet: nam ſecundũ Aug.Videt diuitem,& æſtimat prædonem : videt pauperem,& ſuſpicatur furem. [Quid faciã quia non habeo quò congregem fructus meos.] Anguſtiabatur iſte diues ex opulentia,infœlix in pręſentibus bonis,infœlicior in futuris:ager enim ei non tam redditus, quàm gemitus attulit grauiores : & ſolicitudo nimia creuit ei ex auaritia , & anguſtia ex ſatietate [deſtruam horrea mea, & maiora faciam.] Non oportebat eum horrea dilatare: bene erant horrea parata , ſcilicet pauperum eſurientiũ ventres, ſed non meminit communis naturæ , nec ſciebat cogitare,niſi de congregatione temporali, non de cœleſti,cuius horrea ſunt pauperes Chriſti. [Et illuc inquit congregabo,] cùm econtrariò de C beret dicere,diſpergam pauperibus[omnia quæ nata ſunt mihi,]id eſt,propter me ſolum, vel meo labore,[ & bona mea]in quo dicit mendacium,quia ex iniquitate dictum eſt meum & tuum : cùm omnia iure naturæ eſſent communia.Bona ſua reputant temporalia,cùm tamen hominis,vt homo eſt, ſint bona ſpiritualia,& non terrena. Vnde Grego. Non eſt hominis terrena poſſeſſio,ſed cœleſtis. Et Ambro. Non ſunt bona hominis,quæ ſecum ferre non poteſt: ſola miſericordia eſt comes defunctorum.Vnde dixit quidam philoſophus,qui de incendio euaſerat: Ego nihil perdidi:bona mea mecum ſunt:animo enim illa porto,non humeris.Bona noſtra,bona interna ſunt.Vnde Seneca:Sapiens intra ſe omne bonum terminabit.Et idem dicit Seneca, quòd quidam captat patria & liberis amiſsis:cum ex incendio publico ſolus, & tamen beatus exiret: interroganti victori num aliquid perdidiſſet,nihil inquit perdidi:bona mea mecum ſunt . [Et dicam animæ meæ,]id eſt,animalitati meæ,vel mihimet ipſi,ſecundũ quòd totus homo denominatur à par-

Crapula nocet.

Diuitię vitam nõ augent.

Diuites omnes formidoloſi ſunt.

Horrea dilatare volens.

Bona noſtra.

Bias.

te digniori.[Anima mea habes multa bona: ] imò habebatur ab eis[poſita,]id eſt,repoſita & congre- D gata ad obſeruandũ auarè:non ad erogandũ liberè [in annos plurimos.]Vbi Cyrillus:Diues igitur nõ parat permanentia horrea ad caduca,& quod ſtultius eſt,vitæ ſibi taxat longitudinẽ.Sed ô diues,fructus quidem habes in horreis , ſed annos plurimos vnde poteris obtinere?Hîc arguitur habentiũ redditus ſibi ſufficientes reprehenſibilis detẽtio,& collectio ſupra annum eorum,quę ſingulis annis redeunt & innouantur.Et ſubiungit:[Requieſce,] ſcilicet à labore, vbi peſti auaritiæ peſtem iungit deſidiæ,vt nec pro tẽporalibus deum interpellet , ecce otioſitas:[comede,]ecce guloſitas:[bibe,]ecce ebrietas:[epulare]ſplẽdidè & ſuperbè magno delitiarũ apparatu,vbi prædictis malis etiã laſciuiã & voluptatẽ addit,ecce cõmeſſationis celebritas.Hîc ergo exprimuntur quatuor mala quæ euenire ſolent ex diuitiarũ abundantia.Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſuperbia in epulatione,ſaturitas panis in cõmeſtione,& abundãtia in ebrietate,& otiũ in requie . vbi Beda:Cui ſimile eſt quod in Eccleſiaſtico legitur: eſt qui locupletatur parcè agendo , & hæc eſt pars mercedis illius in eo ꝙdicit inueni requiẽ mihi,& E nunc mãducabo de bonis meis ſolus:& neſcit ꝙ tẽpus prętereat&relinquat omnia alijs.Secundũ eundem Bedã non reprehẽditur iſte diues in eo,ꝙ terram coluerit,& fructus ſeruare voluerit : ſed ꝙ omnẽ vitæ ſuæ fiduciã in ſua abundantia poſuerit: fructusq; natos fructus ſuos & ſua bona cõputans, nihil pauperibus erogare conſtituerit,iuxta imperium dñi dicentis:Quod ſupereſt date eleemoſynã ſed ſuæ in futurũ eleemoſynæ reſeruare ſtuduerit. Sed(vt dicit Baſilius) dum in abſcondito loquitur, eloquia eius examinãtur, vnde ſibi reſponſa proueniunt.Sequitur enim: [ Dixit aũt illi deus,] id eſt, contrariũ ſuæ cogitationi fecit:dicere enim dei,facere eſt:ſcđm illud Pſal . Ipſe dixit & facta ſunt. [Stulte]qui nõ cogitas de dei prouidẽtia &iuſtitia. Vbi Baſilius: Audi cõueniẽs tibi ſtultitiæ nomẽ,quod tibi nullus imponit hominũ,ſed ipſe deus [hac nocte repetẽt,] ſ.exactores & dæmones.[ à te animã F tuã]tanquã ſuam , & ſibi per peccatũ venditam & obligatã,vt de cętero tẽpus nõ habeas emẽdandi & te redimendi.Vnde in Eccleſiaſtico nihil iniquius quàm amare pecuniã,hic enim animã ſuamvenalẽ habet.Vbi Beda:Qui multa tibi delitiarũ tpa promittebas, ꝓxima hac nocte morte præreptus alijs cõgregata relinques.Hæc à deo ad homines dicere eſt prauas eius machinationes ſubita animaduerſione compeſcere.Dies enim exitus tanquã fur in nocte cõprehendit,quãdo ſtultorũ animas futura non præmeditãtes eijcit.Vnde & Greg. Eadẽ enim eſt nocte ſublatus,qui multa fuerat præſtolatus , vt.ſ. qui in longum ſibi ſubſidia colligendo proſpiceret, ſubſequentẽ diem vel vnum minimè videret.In nocte autẽ ablata eſt anima,quæ in obſcuritate cordis eſt euulſa.In nocte ablata eſt,quę cõſiderationis lucem habere noluit, vt quod pati poterat præuideret.hæc Greg. [Quæ autem paraſti cuius erunt?] Quaſi diceret,non erunt tua, quia non portabis ea tecum ; ſolas enim diuitias virtutum portat homo

Detentio bonorum taxatur.

Exech.16.

Eccleſiaſtici 11.

Diuitis reprehendendi ratio.

Lucæ 11.

Pſal.157.

Pecunia non amanda.

Eccleſiaſtici 10.

Nocte ablata anima.

ſecum. Vnde Chryſoſtomus: Hîc enim ea deſeres,
G non ſolum nullum inde percipiens cõmodum: ſed
Opum cõgeſtio. etiam ſarcinam peccatorũ portans ſuper humeros
proprios,& quæ quidé à te congeſta ſunt,plerunq;
in manus inimicorũ peruenient:à te verò ſuper his
ratio requiretur.vnde & Ambro.Fruſtra enim cõ-
gregat opes,qui ſe his neſcit vſurum.Neq; enim no
ſtra ſunt, quæ non poſſumus auferre nobiſcũ.Sola
virtus comes eſt defunctorũ:ſola nos ſequitur miſe
ricordia,quæ tabernacula defunctis acquirit æter-
na.hæc Ambro.Hæc quæſtio,ſcilicet [quæ paraſti
cuius erunt] potiſsimè poteſt fieri perſonis eccle-
Eccleſiaſtes 4. ſiaſticis,quæ non poſſunt relinquere bona eccleſiæ
hęredibus ſuis.Vnde in Eccleſiaſte:Vnus eſt,& ſe-
cundum non habet:non filiũ,non fratrem,& tamẽ
laborare non ceſſat:& non ſatiantur oculi eius diui
tijs. Et applicando ad propoſitum, ſubiungit: [Sic
eſt,]videlicet ſimiliter ſtultus,& ad ſimilem finem
vẽturus,ac in nocte & improuisè à diuinis iudicijs
rapiendus,[qui ſibi,]id eſt,vtilitati priuatę[theſau
rizat,ſcilicet bona tẽporalia non diſtribuens pau-
H peribus,vt ab eis recipiatur in æterna tabernacula:
talis enim in morte pauperrimus erit,quia theſau-
rizat,& ignorat cui ea cõgregabit: an tineæ demo
lienti,an furi effodienti,an hoſti diripienti,an igni
deuoranti:[& non eſt diues in deum,]quia vacuus
bonis ſpiritualibus,& ſine theſauro meritorũ: cu-
ius expectatio non eſt dominus,nec apud deum eſt
In deum diues. ſubſtantia eius.In deum namq; diues eſt, qui tranſi
toria contemnens pauperibus tribuit: cuius expe-
ctatio eſt dominus,cuius ſubſtantia,id eſt,conſcien
tia fides,& poſſeſsio qua ſuſtentatur & paſcitur eſt
apud deum:non ſacculis & inferioribus terræ hu-
ius.Sed(vt dicit Greg.)tanto quiſq; minus dolet,ꝙ
deſunt æterna:quantò magis gaudet,ꝙ aſſunt tem
poralia. vbi Beda: Si is qui ſibi theſaurizat, & non
eſt in deum diues,ſtultus eſt & in nocte rapiendus:
ergo qui vult eſſe in deum diues: non ſibi theſauri-
zet,ſed poſſeſſa pauperibus diſtribuat: ſic enim ſa-
piens & filius lucis eſſe merebitur. Vnde bene &
Pſal.38. Pſalmiſta,cùm de auaro quolibet diuite pręmiſiſ-
I ſet:ſed & fruſtra conturbatur,theſaurizat & igno-
rat cui congregabit ea: mox vbi cordis ſui theſau-
rum locaſſet aperuit,dicens:Et nunc quæ eſt expe
ctatio mea:nónne dominus,& ſubſtãtia mea,apud
te eſt?hæc Beda. Per iſtum ergo diuitem intelligi-
tur omnis homo congregans & conſeruans bona
temporalia,vt indè otiosè & delitiosè viuat: & fre
quenter contingit ꝙ tales ſubitò moriuntur:& ſic
à propoſito ſuo defraudantur.Cum iſto enim diui-
te,& multi hodie dicunt apud ſe: Epulare, lætare,
quieſce,plenus es bonis,vtere, lætus eris: non curo
qualia ſint poſt me tempora:fiat tantum pax & fer
tilitas in diebus meis.Sed timeãt tales ne ſubitò &
improuisè animã ab eis rapiant dæmones exacto-
res.Vnde bene de talibus& ſimilibus,ſic dicit Aug.
Gaudet piſcis quando hamum nõ videns eſcam de-
uorat.Sed cùm piſcatur eum adducere cœperit,vi-
ſcera eius torquentur primò: deinde ab omni læti-
tia ſua per ipſam eſcam de qua lætatus eſt ad com-
ſumptionem trahitur.Sic ſunt omnes qui de bonis
temporalibus beatos ſe putant.Hamum enim acce
perunt & cum illo vagantur, veniet tempus vt ſen
tiant quanta tormenta cũ auiditate deuorauerunt. K
hæc Auguſt.Quis intelligens hæc in diuitijs ſpem
ſuam ponet:cùm & diuitię tam facilè amittantur,
& homo tam ſubitò moriatur?Qui enim iſta bene Mortis
attẽderet:de facili ab auaritia caueret. Nam vt ait memoria.
Hiero.Facilè contemnit omnia,qui ſe cogitat mo-
riturum. Diuitiæ ergo ſi affluant,noli cor appone- Pſal.61.
re:& ſi non affluant, noli ſolicitus pro eis eſſe: ne
immunda peſte maculeris auaritiæ. Nam vt ait
Ambr.Omnes cupidi,omnes auari,Giezi læpram 4.Reg.5.
cum diuitijs ſuis poſsident.Et,vt dicit Chryſ. Qui
auaritiæ ſeruit:& præſentibus cõpedibus conſtrin
getur,& futuris incendijs præparatur. Dicitur tan
tum malum eſſe in inferno quòd ſemper ſitiant,&
nunquam ſatientur:& hanc pœnam auari iam ſu-
ſtinent, qui tantam cupiditatem acquirendi diui-
tias habent,vt nullo modo ſatientur.Vnde dicit Ba
ſilius de iſto diuite,quòd horrea quidem crepabant
præ copia conditorum: auarus tamen animus ne-
quaquam implebatur. Quæ eſt iſta auiditas homi Auaritia deteſtatio.
num,cùm ipſius beluę modum non habeant.Tunc L
enim beluæ rapiunt, quando eſuriunt:parcunt ve-
rò prædæ,cùm ſaturitatem ſentiunt. Inexplebilis
eſt auaritia hominum: ſemper rapit, & nunquam
ſatiatur: nec deum timet,nec hominem reueretur:
nec patri parcit, nec matrem agnoſcit: non fratri
obtemperat, non fidem amico ſeruat: viduam op-
primit, pupillum inuadit. Quæ eſt inſania hæc,
acquirere aurum,& perdere cœlum? vt autem di-
cit Petrus Damianus:Auaritia quaſi biceps eſt co-
luber:vtroque conſueuit ore mordere,vtroq; peſti-
ferum virus influere,dum aut aliena res quæritur,
aut habita delectabiliter poſsidetur.Aliena etiam, Retentio taxatur.
ſecundum Gregorium,rapere conuincitur,qui vl-
tra ſibi neceſſaria retinere probatur.Vnde dicit hîc
Baſilius:An iniuſtus eſt deus inæqualiter res nobis
diſtribuens? Cur tu abundas: ille verò mendicat,ni
ſi vt tu bonæ diſpenſationis merita conſequaris:Il-
le verò patientiæ brauijs decoretur? At tu nónne
ſpoliator es,quę diſpenſanda ſuſcepiſti propria rẽ-
putando?Eſt panis famelici,quem tu tenes:nudi tu M
nica,quam in conclaui conſeruas: diſcalciati cal-
cius qui penes te marceſcit, indigentis argentum
quod poſsides:quocirca tot iniuriaris,quot dare va
leres.Vnde Bernardus:Clamant nudi,clamant fa-
melici conqueruntur,& dicunt diuitibus:Nobis fa
me & frigore miſerabiliter laborãtibus quid,con-
ferunt tot mutatoria, vel extenſa in perticis, vel
plicata in manticis? Noſtrum eſt quod effunditis:
nobis crudeliter ſubtrahitur,quod inaniter expen-
ditis. Et nos enim dei plaſmatio, Chriſti nos ſan-
guine redempti ſumus. Nos igitur fratres veſtri vi
dete quale ſit de fraterna portione paſcere oculos
veſtros,vita noſtra cædit vobis in ſuperfluas copias
Noſtris neceſsitatibus detrahitur quicquid accedit
vanitatibus veſtris.Duo denique mala de vna pro-
deunt radice cupiditatis: dum & vos vanitando pe
ritis: & nos ſpoliando perimitis.Vnde Chryſoſto-
mus: Omnia quæ nobis deus dat, per nos alijs dat:
vt de eo quod accepimus,partem impotentibus fa-
ciamus.



## ORATIO.

A NE reuoces me domine in dimidio dierũ meo
rum:nec morte improuiſa me perire permit
tas,ſed ſpatiũ veræ & fructuoſæ,& tibi gra-
tæ pœnitentiæ mihi cõcedas, vt ſic valeã tranſito-
ria contemnere:& digna ſatis factione in hac vita
peccata delere:quatenus poſt hancvitã merear ſine
impedimẽto te videre,& ad te lætus ac ſecurus per
uenire.Tu es enim dñe expectatio mea: & apud te
eſt mea ſubſtantia:tu es pars hæreditatis meæ, qui
reſtitues hæreditatẽ meam mihi: vbi cũ fratribus
meis electis tuis quieſcã,epuler,& iucunder in con
ſpectu tuo,in æternum. Amen.

## De probatica piſcina,& paralytico. Caput lxxviii.

Ioannis 5. Pentecoſte. POſt hæc aſcendit Ieſus in Hieruſalẽ,
ad diem feſtum Iudæorum,] ſcilicet
Pentecoſtes:& hoc erat feſtum nouo
rum, quia in hac ſolennitate menſis
primitiuorũ offerebantur primitiæ
Feſta Iudæorum tria. frugum. Vbi notandum ꝙ apud Iudęos erant præ
cipuè tria feſta,in quibus debebat quilibet aſcende
re ad locum ſtatutum à deo,ſicut erat tunc templũ
B ſcilicet in ſolennitate azimorũ,in ſolennitate heb-
domadarũ, & in ſolennitate tabernaculorũ.Prima
ſolẽnitas,ſcilicet azimorũ,quę vocabatur Phaſe,fie
bat annuatim in primo menſe, hoc eſt in Martio:
ad cõmemorandũ beneficiũ liberationis de Aegy-
Phaſe trãſitus interpretatur. pto,quia Phaſe interpretatur tranſitus. Iſtud feſtũ
ſpiritualiter celebramus, quando iam dimiſsis vi-
tijs ad virtutes tranſimus.Secundũ feſtum, ſcilicet
hebdomadarũ,hoc eſt,Pentecoſtes,fiebat in memo
riam legis datæ, quæ data fuit quinquageſima die
ab exitu de Aegypto.Hoc feſtum nos celebramus,
cùm legibus obtẽperamus. Tertium feſtũ, ſcilicet
tabernaculorum,hoc eſt, ſcenophegia fiebat ad re-
memorandũ diuinum beneficiũ protectionis,& de
ductionis per deſertum:vbi in tabernaculis habita
uerunt ſub vmbra ramorum, ad ſignandum ꝙ per
aridam terrã deſerti eos duxerit ad terram promiſ
ſionis.Hoc feſtũ nos celebramus, quando per hunc
C mundum quaſi peregrini tranſimus: & ſic tranſeũ
do virides ramos habere,& de virtute in virtutem
proficere debemus. Ad dies feſtos Iudæorum dñs
aſcendit homo cum hominibus ſolennitates cele-
brans,& cum eis dies feſtos agens,ne legi cõtrarius
videretur,& vt populis vndiq; tunc cõfluentibus fi-
dei doctrinã annũtiaret,& impartiretur: ſalutiſq;
myſterium panderet,& veritatis lumen oſtẽderet:
ac virtutem ſuam manifeſtaret, & eos per doctri-
Piſcina probatica. nam,& ſigna attraheret.[Erat autem in Hieruſa-
lem]iuxta templum [probatica piſcina,]in qua a-
quæ pluuiales à templo & ædificijs templi ſtillan-
tes colligebantur. Et dicebatur piſcina: quia aqua
non habẽs piſces in aliqua cõcauitate collecta, etiã
piſcina,quaſi per cõtrariũ dici ſolet.Et à probaton,
Græcè,quod eſt ouis Latinè, dicebatur probatica
quaſi ouina,ſeu ouiaria vel peculialis,quia miniſtri
ſcilicet Nathinæi qui aquę baiuli in templo erant,
exta & cadauera pecudum, & præcipuè ouiũ quæ
vt plurimũ in ſacrificijs offerebantur in ea ad ſacri
ficium primò lauabant,& poſtea in luteribus in a-
trio ſacerdotum exiſtentibus: cuius interpretatio-
nem ponit,in Hebraico dicẽs: [qui cognominatur D
Hebraicè Bethſaida,]id eſt,domus pecorũ, ſeu pe-
culialis:quia ibi corpora pecorũ in porticu iacebãt
donec lauarẽtur à miniſtris.Et[habebat quinq; por
ticus,] & aditus in circuitu, vt per plura loca poſ-
ſent miniſtri ad aquã deſcẽdere,& inde hoſtias ab-
luere.[In his,] ſ.porticibus[iacebat]in caſulis,& lo
cis ad quieſcendum paratis[magna multitudo lan-
guentiũ,cæcorũ,claudorũ,aridorũ,] & aliorũ infir
morũ[expectantiũ aquę motum.]Et ſubditur cau
ſa.[Angelus autem dñi ſcđm tẽpus,]aliquod,id eſt
in diuerſis tẽporibus per interpolationẽ [deſcende-
bat in piſcinã,& mouebatur aqua:]ex deſcenſu an
geli qui dabat virtutẽ ſanatiuã aquæ illi,[Et ſana-
batur]vnus infirmus,ſcilicet qui primus deſcende-
bat in aquam poſt eius ab angelo motionẽ,[à qua-
cunq; detinebatur infirmitate.] Quia enim incer-
tum erat tẽpus quo angelus in piſcinã deſcendere,
& aqua moueri debebat:ideo languẽtes cõtinuè ibi
iacebãt vt parati eſſent. Dicũtur aũt languẽtes,diu
ex quacũq; infirmitate infirmati: quia languor eſt Languor.
longus angor.Cauſa verò deſcẽſus angeli & ipſius E
miraculi aſsignatur à quibuſdã dicentibus ꝙ in pi-
ſcina fuit lignũ dñicæ crucis:& propter eius præ- Lignum crucis.
ſentiã & reuerentiã fiebant iſta:quod ibi per aquæ
motionẽ enatauit tpe conuenienti, ſcilicet appro-
pinquante paſsione Chriſti.Per hoc etiã oſtendeba
tur ꝙ natura humana à morbo peccati per lignũ
dominicæ crucis erat ſanãda.Et quia hoc autorita Piſcinæ mouendæ cauſa.
te non probatur:ideo potius eſt dicendũ ꝙ piſcina
reuerentiã accepit,tum à facto,tum à myſterio.A
facto aũt duplici. ſ.ab ablutione ſacerdotum & ho
ſtiarũ,& ab hoſpitalitate pauperũ ibi receptorũ. A
myſterio aũt quia ibi ſpiritus ſanctus dignitatẽ fi-
guraliũ hoſtiarũ oſtendere voluit, propter dignita
tem paſsionis Chriſti,quæ in eis ſignificata fuit:&
ideo angelus locũ illum viſitauit,& mouebatur a-
qua vt infirmi ex ipſo aquæ motu ſcirẽt gratiã cu-
ratiõis adeſſe.Mouebatur aũt forti motu & turba-
batur, quia à fundo cõmiſcebatur qđ relictũ fuit
ex ablutione de carnibus ſanctis cũ aqua ſanctifica F
tionis & curationis,vt baptiſmus ſignificaretur cõ
mixtus cũ paſsione Chriſti qui curationẽ ſpiritua-
lem perfectã fuit exhibiturus.Voluit ergo dñs ex-
preſſam figurã baptiſmi in hac piſcina oſtendere,
quæ cõueniebat cum baptiſmo in mundãdo & ſa-
nando virtute occulta dei ad motionẽ angeli:ſicut
baptiſmus ſub ſenſibili elemento mundat animam
virtute occulta verbi: & aliquãdo cũ hoc ſanat cor
pus miraculosè.Veruntamẽ quia figura eſt,defecit Piſcinæ ſanatio defecit.
à figurato:ideo iſta piſcina nõ ſanabat niſi corpus,
& vna vice nõ ſanabat niſi vnũ. Baptiſmus aũt per
tingit ad animã,& ſanat oẽs quotquot veniunt ad
ipſum:niſi ponãt impedimentũ. Hæc itaq; piſcina
ſanãs infirmitates, inuiſibili virtute apparuit ante
baptiſmũ Chriſti ad ſignandũ virtutẽ huius baptiſ
mi[quinq; porticus habens,]id eſt, aditus per quos
ſignãtur lex,prophetæ,agyographa,euangeliũ, & Quinq; de Chriſto teſtificantia.
apoſtolica doctrina:hæc enim quinq; mentionẽ fa
ciunt de Chriſti baptiſmate,quaſi ad ipſum præbẽ
tes aditũ:tria prima figuratiuè,duo alia exhibitiuè.

G Per angelum deſcendentē in piſcinā, ſignatur Chriſtus, qui dicitur magni conſilij angelus. *Eſai. 9.* Ipſe enim deſcēdens in Iordanevim regeneratiuā dedit aquis tactu ſanctiſsimæ carnis ſuæ. Sed quoniam diuina virtus nō alligatur ſacramētis: ideo ad hoc ſignificandū languidus iſte de quo hîc agitur non fuit ſanatus per deſcenſum in piſcinā: ſed per Chriſti ſermonē cùm ei dixit [ſurge tolle grabatū, & ambula.[ Multi erāt ibi infirmi, ſed vnus ſanabatur: quia ſolus in vnitate fidei & eccleſiæ, quæ vnū deum colit, conſiſtens iuſtificatur vnus dūs, vna fides, vnum baptiſma. *Epheſ. 4.* Væ ergo illis qui vnitatē odiūt, & in hominibus partes faciūt. [Erat autē ibi] paralyticus iacens in grabato, & [trigintaocto annos habēs in infirmitate ſua.[ In quo oſtenditur infirmi patientia, qui tot annis expectauit eripi, & non deſiſtebat & per hoc dignior ad ſanandū apparebat. Iſte enim propter peccatū pręcedens infirmitatē incurrerat, & diu punitus fuerat: & quia pœnā patienter ſuſtinuerat, ideo dignū erat vt ei ſubueniretur. Propter

*Paralytici infirmitatis cauſa.*

H quod dominus non ſolū oculo corporis, ſed etiā miſerationis eum videns: dixit ei, vis ſanus fieri?] quaſi diceret, in voluntate tua eſt: quia tu tibi per peccatum fuiſti cauſa infirmitatis, & ideo voluntatem ad me à peccato conuerte, ſicut ad autorem ſalutis & curaberis. Non petit quaſi dubitans de voluntate: ſed vt eum erigat in ſpem ſanitatis, de qua iam quaſi deſperabat: & vt magis excitet deſideriū eius quia per hoc homo dignior efficitur accipere dei donum. [Reſpondit ei languidus,] oſtendens ſuum deſideriū. [Domine hominē nō habeo, vt cùm turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinā: dum enim venio ego, alius ante me deſcendit,] quaſi diceret: Multum deſidero & bene habeo voluntatē, ſed inopia tanta eſt ꝙ non habeo adiuuantē & portantē: & ego tam debilis ſum, ꝙ ita citò ſicut alij venire non poſſum. Peccator enim omni deſtituitur auxilio humano, & hoc quidē facit peccatum in homine ipſo, quia tollit cōmunionem ſanctorū per quā deberet habere adiutoriū ab alio, & vulnerat ipſam naturam per quā deberet habere auxiliū in ſeipſo:

I hoc autē dicebat paralyticus, quia videbat Ieſum fortem, & aptum ad portandum eum: & magnum reputaret, ſi in hoc ei ſeruire vellet: ſed ſtatim contulit ei maius beneficiū, videlicet ſanitatē perfectā. vnde ſequitur: [Dicit ei Ieſus. Surge] reſtitutus ſanitati [tolle grabatū tuum] reſtitutus priſtino vigori [& ambula,] ad declarationē diuini miraculi. Grabatum Siriacè dicitur à graba, quod eſt caput, quia eſt lectus portabilis in quo tantū capiti aliquid ſubſtratum eſt, & ſolum caput in ſtramēto requieſcit, ſicut pauperes infirmi habere ſolent. [Et ſtatim ſanus factus eſt,] quia diuina virtus infinita eſt, & in inſtanti operatur: ſanitas autem quæ virtute naturæ reſtituitur, in tempore eſt, & non in inſtāti acquiritur [& ſuſtulit,] ſeu portauit, [grabatū ſuum & ambulabat] in ſignum reſtitutæ virtutis. Et ſic portat pœnitens onus peccati in quo prius requieuit, quādo iniunctā ſibi pro peccato pœnitentiam ſuffert & ambulat, ſicut gradu corporis, ita profectu virtutis. Grabatum enim in quo iacet peccator: eſt peccati delectatio, quia quādiu homo portatur

*Grabatū literaliter.*

*Grabatū moraliter.*

ab iſto grabato, vel de eo ſurgere non poteſt, infirmus eſt: ſed cùm ſurgit deo & portat eum: tunc eſt

K perfectæ curationis ſignū, ſed multoties impeditur homo ne portet grabatū ſuum, propter peccati conſuetudinē. Sic ergo factum eſt miraculū, & intus in anima, & exterius in corpore. Ad literā quippe præcepit vt ſurgeret, & tolleret grabatū & ambularet: vt oſtenderet perfectā ſanitatē homini reſtitutā. In omnibus enim miraculis, ſecundū ipſius naturę optimū, domin' opus fecit perfectū: ſicut de aqua perfectū fecit vinū, quia dei perfecta ſunt opera. Nihilominus tamen hęc tria in iuſtificatione præcepit peccatoris. Primò, ꝙ ſurgat: recedendo à peccatis. Secundò, vt tollat grabatū: portando onus pœnitentiæ pro eo. Tertiò, vt ambulet: proficiēdo in bonū, & de bono in melius: & eundo de virtute in virtutē. Conſidera hîc ꝙ trigintaocto annos iſte infirmus habebat: & tamen non deſperabat in quo peccatoribus exemplū datur patientiæ, & vt perſeueranter inſiſtent orationi cum ſpe ſalutis conſequendæ ab eo qui ait: Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis. *Lucæ 11.* Vñ Chry.

L Oſtenditur patientia paralytici: triginta enim & octo annos manens hic, & ſecundū vnumquenq; annum alios quidē erutos videns, ſeipſum verò detentum ægritudine, neq; ita recedit, neq; deſperauit. *Paraly[tici] patientia.* Et nimirū non ſolū præteritorū triſtitia, ſed & futurorū deſperatio, ſufficiens erat eum (niſi patiens eſſet) abigere ab hoc loco. Sed tunc quidē infirmitas impedimentū volenti curari fiebat: nūc autem potens vnuſquiſq; eſt accedere. Non enim angelus eſt qui turbat, ſed angelorū dominator, qui omnia operatur. *Curatio noſtri [...] teſtas.* Non eſt nunc dicere, laborantē hominē non habeo: non eſt dicere, in quo venio deſcendere, alius ante me deſcēdit: ſed & ſi orbis terrarum vniuerſus veniat, gratia non conſumitur, neq; actio finitur, ſed ſimul manet, & talis qualis ante hoc: & ſicut ſolares radij per vnāquanq; illuminant diē, & non cōſumūtur, neq; à multa largitione minor eius fit lux: ita & multò magis ſpiritus actio in nullo minuitur à multitudine eorū qui potiūtur ea. Et iterū: Erubeſcamus delicti & ingemiſcamus in multa

M deſidia. Triginta & octo annos habebat aſsiſtēs paralyticus: & nō potitus eſt his quę volebat, & nō poteſtiebatur: nō à propria negligētia, ſed prępeditus ab alijs, & vim patiens, & neque ita torpebat. *Orandi perſeuer[antia].* Nos autem ſi decē diebus aſsiderimus ſtudioſè pro aliquo rogātes: & non potiti fuerimus, negligimus de reliquo eodē vti ſtudio. Et hominibus tantò quidem aſsidemus tempore militantes, & afflicti, & in fine multoties ab ipſa ſpe excidentes: dominatori verò clemēti, vbi omnino eſt recipere retributionē multò maiorē laboribus, non ſuſtinemus aſsidere cum decenti ſtudio. Et quāto hæc ſupplicatio digna? Et ſi nihil ſuſcipere eſſet hoc ipſum, ſcilicet continuè ei loqui, nónne infinitis dignum bonis eſſet æſtimare? Sed laborioſum, ais, continua oratio. Et quæ tibi gratia vtique eſſet, vt eius rei ſuſciperes mercedem: ſi nō laborioſa hæc res eſſet? Quoniam circa illa magis anima affectuoſè diſponitur pro quibus laborauit. hæc Chryſoſto. Conſidera etiam quòd ſicut dominus requiſiuit infirmū ſi vellet ſanus fieri



nus fieri: ita nobis ſine noſtro conſenſu ſalutē non

A dabit. Et faciliter conſequitur homo veniam à deo dummodo velit, & obicem nō ponat. Et ideo inexcuſabiles ſunt peccatores voluntati domini, & ſuæ ſaluti non cōſentientes: quia, vt ait Aug. Qui creauit te ſine te: non iuſtificabit te, ſine te. Moraliter probatica piſcina, id eſt, ouilis in qua oues lauabantur, quæ in ſacrificio deo offerebantur, cōuerſationem deſignat ſanctā, & religioſam: in qua lauatur anima, quæ ouis debet eſſe per innocētiam, vt offeratur domino per operationē bonam. Habet iſta piſcina quinque porticus, propter quinque ſenſus corporis: per quos omnis noſtra actio ad effectum, ſeu profectū ducitur. In his autē, id eſt ſenſibus noſtris iacet multitudo magna languentiū, quia multiplex eſt corruptio ſenſuum corporalium. Quotquot enim in aliquo ſenſu illicitos appetitus quis habet: tot in eodē ſenſu languentes continet. Aqua in qua languidi ſanabātur ſignificat compunctionem: angelus verò qui mouebat aquam, ſpiritū ſanctum. Angelus domini deſcēdebat in piſcinam: &

*Moraliter*

*Senſus noſtri.*

B mouebatur aqua, & ſanabatur infirmus. Sic ſpiritus ſanctus quoties in nos deſcendit, & in nobis excitat gratiā cōpunctionis, ſanatur noſter animus: vel ſenſus à quacunque detinetur infirmitate corruptionis. Circa iſtos infirmos prædictos notatur morbi diuerſitas. Omne enim peccatū, aut fit per inertiam & deſidiam, aut per ignorantiā, aut per infirmitatem humanā, aut per certā malitiam, aut per conſuetudinē longam. Illi qui peccāt per inertiam & deſidiā: ſunt languidi qui languēt, propter inopiam & defectū gratiæ & boni. Illi qui peccant per ignorantiam intelligūtur per cæcos, quia cæci ſunt qui lumen fidei nō habent: vel qui nec dominum nec eius mādata cognoſcunt. Illi qui peccant per infirmitatē humanā, intelligūtur per claudos: claudi enim ſunt qui firmū greſſum nō habent, & in ſemita iuſtitiæ, ac bonorū operum greſſus non dirigunt: vel qui quę vident operari nō poſſunt. Illi qui peccant per malitiā, intelliguntur per aridos: tales enim arefacti ſunt ab humore gratiæ & vo-

*Peccati procreatio.*

C luntatis bonæ: nā aridi ſunt, qui quicquid agāt ſine pinguedine charitatis ſunt & operantur, vel qui in bona actione, vel eleemoſynarū largitione manus non porrigūt. Illi qui peccant per conſuetudinem inueteratā: intelliguntur per infirmū qui trigintaocto ānos, infirmitate ſua habebat. Ideo aūt potius ſanauit iſtū inueteratū, quàm aliquē cęcum, claudum, vel aridum: ad innuendū ꝙ ſi deus aliquando iuſtificat hominē, qui peccauit per conſuetudinem longam: non debet deſperare aliquis qui peccauit, aut per deſidiā, vt languidus: aut per ignorantiam, vt cęcus: aut per infirmitatē, vt claudus: aut per malitiam, vt aridus. Quòd aūt vnus tantū ſanatur de multitudine languidorū, ſignat ꝙ pauci ſaluantur de multitudine vocatorū: qui langueraт ſurgit ac grabatum domi reportat & ambulat: cùm anima à vitijs ſurgens, & à torpore ac praua cōſuetudine ſe erigens, peccatorū remiſsione curata ſe ad internam ſui cuſtodiā cum ipſo corpore refert; ne quid iterum vnde feriatur admittat, ac de virtute in virtutem ambulans: & in bono opere proficiens, vſq;

*Saluandorum paucitas.*

ad viſionem dei feſtinat. [Erat autem ſabbatum

D die illa, quando fiebant iſta in quo nō eſt licitū opera facere ſeruilia. [Dicebāt ergo Iudæi illi qui ſanatus fuerat. Sabbatū eſt,] id eſt dies feriatus: [non licet tibi] propter legis prohibitionē, [tollere grabatum tuum,] quaſi dicerēt: Si ſanitas nō erat differenda, nunquid & opus fuerat imperandū? Sic dicunt mali conſiliarij, feſtum eſt, nō licet tibi ieiunare, aut pœnitētiam facere. Iſti falſum dicebant, quia opera corporalia quæ ad cultū & honorē dei ſunt, in ſabbato licitè fieri poſſunt. Sicut ſacerdotes corporaliter operabātur in tēplo, ipſum templum ornando: hoſtias lauando & immolando, & conſimilia faciendo. Similiter portatio illius grabati erat ad magnificentiā diuini miraculi: ſicut & modò illi qui de carceribus & huiuſmodi liberantur: portant cōpedes ſuos publicè ad manifeſtationem ſuæ liberationis miraculoſę. Sed tamē aliter ſe excuſat iſte ſanatus, quia autorē ſanitatis ſuæ obijciēs calumniantibus & autorē dominicæ legis pręten-dens, [reſpōdit eis dicens: Qui me ſanum fecit,] &

*Sabbato ieiunare licet.*

E per hoc ſe diuinā virtutem habere oſtēdit [ille] tantæ autoritatis & virtutis [mihi dixit: tolle grabatū tuum & ambula:] & huic obediendū fuit, quaſi diceret: Ille qui me diuina virtute ſanauit: eadē virtute & autoritate mihi præcepit: & per conſequens ſibi qui tantus eſt, & beneficiū mihi tale contulit, obedire teneor, nec ſum tranſgreſſor. Quare enim non acciperē iuſsionem à quo accеperā ſanitatem? Non cędit aduerſarijs, nec timet prædicare eū qui eum ſanū fecit. Sed quis vel vbi eſt qui nunc cōtra ſæuitiam principū, vel damnum propriū eum prędicet? Et quia curatū hominē qui per curantem ſe conueniēter excuſabat calūniari non poterāt: ideo Chriſtum curantē calumniari nitentes, quęrebant de eo: nō quidem bona intētione vt proficerent, ſed maligno animo vt perderēt. Et hanc eorū malitiā ipſorū verba manifeſtant: cùm eñ dñs & ſanauerit languidū, & tolli iuſſerit grabatū: primū virtutis diuinę oſtēſiuū, & irrefragabile ſignū ſubticēt, & aliud qđ trāſgreſsio legis videbatur replicāt, interro-

*Paralytici ſanatio.*

F gādo eū dicētes: [Quis eſt ille homo qui tibi dixit: tolle grabatū tuū, & ambula?] quaſi dicerēt: Malus homo eſt, qui talia pręcepit. Nō calūniātur de collatiōe ſalutis, ſed de portatiōe lecti: & ſic accipiebāt quod poſſent ſaltē apparēter reprehēdere, nō quod poterāt laudare. Sic mali homines & maliciosè cōtra aliquē agētes, frequēter notāt & cōſiderāt in alijs, quod poſsint reprehēdere & accuſare: nō quod poſsint laudare, & ad ædificationē trahere: ſi quid boni in eis vidēt, tacēt: & mala ſi qua vidēt, manifeſtāt: & quādoq; etiā bonū in malū conuertūt. vbi Chry. Videamus quantū liuor malū, & qualiter animæ oculos excęcat, aduerſus eius qui captus eſt ſalutē. Inuidi eñ propriè rationē nō faciūt ſalutis, & feris ſunt deteriores. Illę quidē aut cibo indigentes, aut prius à nobis exacerbatę aduerſus nos armātur. Hi verò & benefaciētes multoties his quę ſunt iniuſta faciētiū benefactores diſpoſuerūt. Igitur feris quidē hi ſunt difficiliores, demonibus pares: fortaſsis aūt illis deteriores. Illi enim ad nos quidem inexpiabilem habent inimicitiā: his autem quibus

*Malicioſorum mos.*

*Liuoris ſeu inuidiæ mala peſsima.*

ſunt eiuſdem generis,non inſidiantur.Hi verò neque cōmunionem naturæ verecūdantur, neq; ſibiipſis parcunt: prius enim quàm eorū quibus inuident,ſuas ipſorū animas torquent, tumultu omni & triſtitia implētes eas vanè & inaniter.Hęc paſſio,& fornicatiōe,& adulterio multū eſt deterior. Nam hæc quidē vſq; ad eū qui egit ſtant: liuor verò tyranni eccleſias integras euertit,& orbē terrarum vniuerſum læſit.Hęc homicidij mater eſt:Interfecit fratrē Cain,ita Iacob Eſau,ita Ioſeph fratres,ita homines vniuerſos diabolus. Et nimirum alijs eſt difficilior: Etſi enim miſerearis,etſi vigiles,etſi ieiunes: omnibus ſordidior factus es inuidens fratri.hęc Chry.Is autē qui ſanus fuerat effectus[neſciebat] de Ieſu [quis eſſet,] ſcilicet,genere & patria:licèt ſciret in perſona & præſentia,& q̃a diu lāguidus iacuerat:ideo & facta Chriſti,& eius famam ignorabat. [Ieſus aūt] nolens ſe iactare de miraculo,[declinauit à turba cōſtituta in loco]per mittēs ab ipſis ſuū factū examinari, vt eo abſente

H teſtimoniū fieret inſuſpicabile:dās quoq; exēplū nō quęrēdi in bonis operibꝰ laudē & fauorē hominū: ac declinandi aliquādo cōſortia calūniari volentiū, fugiendi oculos inuidorū in operibus noſtris,ne ex hoc inuidia creſcat in eis.[Poſtea]propalato miraculo & ſoluta turba[inuenit eū Ieſus in tēplo,] q̃a ad agendū gratias de ſanitate ſibi collata frequētabat tēplum,quod eſt locus ad orandū.In turba poſitus nō cognouit Ieſum,ſed pòſt in tēplo inuenit, & cognouit eū. In quo myſticè datur intelligi ꝙ Ieſus in multitudine hominū, & in turbine curarū temporaliū de facili nō inuenitur, ſed in ſpirituali ſecreto,& in tēplo cordis,quod deus inhabitare dignatur.vnde Chry.Inuenit eū in templo,quod maximè religionis eſt ſignum. Non enim ſeceſſit ad nundinas & circuitiones:neq; voluptati aut negligentiæ & remiſſioni dedit ſeipſum: ſed in templo conuerſabatur.Ieſum in turba nō cognoſcebat: cognouit in templo,in loco ſacrato.vnde & Auguſt. Difficile eſt in turba videre Ieſum.Solitudo quædam neceſſaria eſt menti noſtræ. Quadam ſolitu-

Turba impedit inuenire Chriſtum.

I dine intentionis videtur deus.Turba ſtrepitum habet,viſio iſta ſecretum deſiderat.hęc Augu. In hoc ergo datur nobis intelligi : quia ſi gratiā cōditoris cognoſcere & ad eius viſionē venire volumus : fugienda eſt turba cogitationum & effectuū prauorum:declinanda ſunt conuenticula hominū malorum:& fugiendum eſt ad tēplum cordis noſtri, & internæ orationis,id eſt,ad ſecretum mundæ conſcientiæ,vt noſipſos templum dei ſtudeamus facere,quos deus inuiſere, & in quibus manere dignetur.[Et dixit ei:]inſtruens eū ad cautelam futurorum. [Ecce ſanus factus es] dei beneficio: iam noli,]id eſt non velis[peccare]de cætero: hoc eſt, habe voluntatem firmā nō peccandi: quia omne peccatum ex voluntate,ſicut ex radice,procedit.Deinde ponit & oſtēdit quàm periculoſa ſit recidiuatio in peccatum,dicens:[ne deterius aliquid tibi contingat,vel hîc,vel in futuro:quia in recidiuante nouiſſima fiunt peiora prioribus. Et iſtud periculum attenditur.Primò ex parte dei,quia recidiuās grauiter peccat, propter ingratitudinē : & ideo à deo

Periculū recidiuantis.

grauius punitur. Secundò attenditur ex parte diaboli,quia ſicut miles caſtrū quod ſemel perdidit, ſi K poſtea illud recuperat fortius munit,& cautius cuſtodit:ſic diabolus fortius munit recidiuantē, quia ſeptem ſpiritus nequiores ſe ibi ponit,& ad omnia ſeptem peccata mortalia ipſum trahit. Tertiò attenditur ex parte hominis,quia recidiuans facilius poſtea in peccatū cadit:iam enim,ex quadam mala conſuetudine,peccare pro nihilo ducit.In his ergo verbis ſuis innuit dominus, ꝙ propter peccata paralyticus languebat:& ꝙ infirmitas illa propter peccata inflicta fuerat.vnde Chry.Vbi diſcimus ꝙ ex peccatis ei nata eſt hæc ægritudo. Quia enim ſæpius anima in nobis ęgrotante inſenſibiliter nos habemus:corpus autē ſi paruam ſuſceperit læſionem,omne facimus ſtudiū vt ab infirmitate liberemur:propterea deus punit corpus,pro his quę anima deliquit. Cū his & illud diſcimus,ꝙ ſi grauem ſuſtineamus pœnā pro prioribus peccatis: deinde in eadem inciderimus, grauiora patiemur: & hoc decenter:qui enim neq; ſupplicio factus eſt melior L vt inſenſibilis de reliquo & contemptor, ad maius ducetur tormentū. Si autem hîc nō omnes pro peccatis torquētur,nō confidamus: nihil enim nos hîc pati pro peccatis, ſignū eſt maioris illic ſupplicij. Cauere ergo debemus ne deū in pœnis contemnēdo,tāquam indurati, in peccato permaneamus: vel ſanati à domino,tanquam ingrati,in peccatū relabamur:ne propter contēptum vel ingratitudinem deterius nobis contingat:vel quia deteriores efficeremur,vel grauiori ſupplicio hîc,vel in futuro traderemur.Ieſus ergo ſicut exterius corpore,ſic interius mente paralyticū ſanauit:præmonens ne iterum peccaret,& grauius iudiciū incurreret: quaſi diceret,Præcedens peccatum eſt tibi dimiſſum,ne iterum peccando conſtituas te magis reum. Quis enumerare ſufficiat mira & magna opera domini, exquiſita in omnes voluntates eius : quæ in materiam laudis ſuæ, & in vſum neceſſitatis noſtræ creauit? Vidit deus omnia quæ fecerat:& erat valde bona,& nihil odit eorum quę fecit. Solum peccatum,quod nihil eſt,odit,perſequitur,& deſtruit. M Vnde cùm ſex diebus ſolo verbo cuncta creauit: annis pluſquam triginta ad deſtruendū peccatum in mundo laborauit.Hoc ſolum eſt quod ei diſplicet : quod oculos maieſtatis eius offendit: quod ipſum mitē & ſuauem,nobis aſperū & durum reddit:hoc eſt quod de angelo diabolum fecit, de amico inimicū:de libero,ſeruum:de incorrupto,mortalem & corruptū:de beato,miſerum : de ciue, exulem & eiectū:de filio dei,filiū diaboli:hoc eſt quod nunquam impunitū eſt relinquēdum. [Tunc abijt ille homo]ad publicandū Chriſti virtutē:[& nuntiauit Iudęis, quia Ieſus eſſet qui fecit eū ſanum.] Ecce nunc in mēte ſanatus fide cognouit dominū, & eo noto nō eſt piger in annuntiando illum. vnde Aug.Nunc autē ille poſteaquā vidit Ieſum, & cognouit eum ſalutis ſuæ autorem: non fuit piger in euangelizando quę viderat. Iſte ergo nuntiauit ſalutem vt ſequatur, ſed illi econtrà perſequuntur. vnde ſequitur : [Propterea perſequebantur Iudæi Ieſum,]tanquam violatorē legis diuinæ:[quia hoc faciebat

Peccatū cauſa morbi.

Pſal.111.

Opera domini.

Geneſ.1.

Peccati deſtructio difficilior quàm mūdi creatio.



faciebat in ſabbato,] agens contra deū,qui requie-

A uit in eo: opinantes ꝙ nihil penitus eſſet in ſabbato faciendum,ſed ab omni opere hominum vacandū, quantūcūq; ſit vtile & diuinū. Malè de ſabbato intelligebant:quia hominē in ſabbato curare, ac pietatem & miſericordiam exercere,peccatū eſſe putabant. Iudæi perſequebantur Chriſtum, opus eius bonum peruertentes in malum : & adhuc multos habent ſequaces,frequenter ſeruos Chriſti propter opus bonum moleſtātes. Cùm ergo arguerēt eum, & murmurarent de hoc ꝙ in ſabbato operabatur, excuſans ſe,ait illis: [Pater meus] qui eſt in cœlis, quāuis in ſabbato ceſſauerit ab omni opere creationis,diſpoſitionis,& ornatus:tamē [vſq; modò operatur] gubernādo & inſtaurando quod corrūpitur in opere,& propagādo: & per hoc nō ſoluit ſabbatum:ergo cùm & ego operor, reſtaurās & reparās corrupta,& ſanans infirma,nō ſoluo ſabbatum:ſed in operādo,me patri cōformo:& ſicut in principio creando,diſponēdo,& ornando operatus ſum cum ipſo:ita facio & modò.ac ſi dicat:Nō tātum ſex die-

Operatur ſemꝑ deus

B bus primis (vt putatis) operatus eſt pater meus, creaturas nouas cōdendo & producēdo, à quibus requieuit die ſeptima:ſed vſq; modò, & ſemper vſq; in finem cōtinuè operatur, in eſſe cōſeruādo & gubernando,vt cōdita permaneāt. Non ſolū eñ deus omnia fecit:ſed & facta,ne deficiāt,in eſſe conſeruat:ita ꝙ ſi ſe rebus ſubtraheret,& eas manu regiminis nō retineret:ſicut de nihilo facta ſunt, ſic in nihilum vniuerſa tēderent & defluerent. Vnde ſic deus intelligēdus eſt requieuiſſe ab omnibus operibus ſuis,vt iam nullā nouam creaturā conderet:nō vt conditas cōtinere & gubernare ceſſaret : cū quo in cunctis pariter [& ego] operatus ſum & [operor:] quia ſum verbū patris,per quod omnia facta ſunt,& cōſeruantur in eſſe : & ergo bonū eſt quod ago:nec mirū ſi hominē in ſabbato ſano, qui deus cum patre omnia ſemper operor.In nullis eñ quæ fiunt, operatio mea deeſt operationi patris : ſed in omnibus ſimul ego cū patre operor:cùm diuina po-

Cōſeruat oīa deus.

Ioannis 1.

Operatio trinitatis indiuiſa.

C tentia nihil niſi per ſapientiā ſuā faciat.Si ergo me in aliquo quod per me factū ſit reprehēdere pręſumitis,reprehēdite & deū patrē, pariter mecū operantem: cuius vos populum peculiarē eſſe iactatis. Vbi & Aug. Quomodo ipſe pater & filius inſeparabiles ſunt:ſic & opera patris & filij inſeparabilia ſunt:non tātum patris & filij, ſed etiā ſpiritus ſancti:ſicut ęqualitas & inſeparabilitas eſt perſonarū, ita etiam opera inſeparabilia ſunt.hęc Augu.Hinc autem totius trinitatis opera indiuiſa, id eſt,cōmunia eſſe dicūtur: quia quicquid potētia geritur, idē ſapientia moderatur,& bonitate cōditur. Vñ bene in his quæ facimus,vel deū facere exoramus,cōmemorationē trinitatis facimus,dicentes: In nomine patris,& filij,& ſpiritus ſancti:vel,In nomine ſanctæ & indiuiduę trinitatis:vt ſicut perſonarū indiuiſa eſt operatio:ſic & earū ſit īſeparabilis inuocatio. Et ſic Chriſtus excuſatur in ſabbato operādo. Sed quia ex hac excuſatione ſequitur ꝙ Chriſtus ſit æqualis deo patri:ideo ex hoc verbo magis perſequebantur eum tanquā blaſphemū,quia blaſphemia maius peccatum eſt, & acrius punitur in lege,

Trinitas inuocāda.

quàm violatio ſabbati. Vnde ſubditur: [Propterea ergo magis] id eſt, auidiori aīo & feruētiori zelo, D quàm prius pro opere ſabbati [quærebāt Iudæi interficere eum:quia non ſolū] vt eis apparebat [ſoluebat ſabbatum: ſed & patrem ſuum] naturalē & ſibi conſubſtantialē [dicebat deum:] nō vt nos,qui adoptati patrem vocamus eū, æqualē ſe faciens & oſtendens deo per æqualitatē naturæ & poteſtatis: quod illi blaſphemiam eſſe dicebāt. Cùm enim eū tantūmodo hominē putarēt, imponūt ei ꝙ rapinā faciat,ſe æqualē faciēs deo:quaſi nō eſſet,cùm reuera eſſet talis:quia ipſe per naturā natus eſt ei ęqualis. Duo quippe crimina in lege morte punita fuerunt:ſcilicet crimē ſolutionis ſabbati:& magis crimen blaſphemię.Et hęc duo ei imponebāt:& propterea eū occidere quęrębant. Et quia excuſauit ſe de primo,cōſequenter excuſat ſe de ſecūdo, probās ſe eſſe filium dei & æqualē patri.Et ne Iudęi dicerent:Tibi nō credimus: nullus enim ſibi teſtans dignus eſt fide.Ideo ad cōfirmationē propoſiti multiplex inducit teſtimonium,ſcilicet Ioānis,& operum:ac patris, & ſcripturarū.Dicit ergo: [Si ego E teſtimonium perhibeo de meipſo:teſtimoniū meū non eſt verum:] id eſt,efficax ſecundū reputationē veſtram,quāuis in ſe ſit efficaciſſimū. Vnde ſecundum Chry hoc quod dicit,non eſt verū nō quātum ad dignitatem ſuā: ſed quantū ad illorum ſuſpitionem loquebatur Nota ergo ꝙ in teſtimonio ſunt quatuor teſtes filij: quia in teſtimonio poſſunt quatuor reperiri:ſcilicet veritatis demōſtratio, veritatis cōfirmatio,veritatis immobilitas, & ipſa veritatis veritas. Demonſtratio autē fiebat per Ioānem. Ipſe enim Ioānes ad quē Iudæi miſerunt: & quem magis omnibus fide dignū putabant, teſtimonium perhibuit:nō ſibi,ſed veritati Chriſto,ſicut amicus veritatis.Confirmatio fiebat per opera fortiſſima. Quòd enim cæcos illuminauit : aures aperuit:ora mutorū reſoluit: dæmonia fugauit: mortuos reſuſcitauit:hæc opera teſtimoniū Chriſto perhibebāt. Immobilitas patebat per atteſtationem patris, qui teſtimonium perhibuit de Chriſto:quia vox patris audita eſt in baptiſmo:& in mōte ipſo Chriſto trāſ F figurato.Veritas aūt oſtēdebatur ex ſcripturis,quæ mentiri nō poterāt, eo ꝙ à ſpiritu veritatis proceſſerunt: ſcripturę eñ legis quę datæ ſunt per Moyſen & prophetas, perhibēt de Chriſto teſtimoniū. Et ſic penes hęc quatuor,quę omne teſtimoniū veritatis fulciunt:iſta quatuor teſtimonia accipiūtur. Et quāuis eſſent per tot incōtradicibilia inducti,& cōuicti teſtimonia:tamē nolebant credere in eum. Vñ dicit: [& non vultis venire ad me,] ſcilicet per fidem,id eſt,non vultis credere in me:& à me quęrere veram ſalutē,ex ſola malitia veſtrę volūtatis: quia nihil aliud impedit vos,niſi odium contra me conceptum à vobis: [non vultis] inquā credere in me: [vt vitam æternam habeatis:] nūc in ſpe,& in futuro in re,quę habetur per fidē formatam charitate:ita nec veritas vos cōuincit: nec ꝓmiſſio vitæ vos trahit.Deinde redarguit eorū duritiā & tarditatem ad credendū, dicens: [Ego veni in noīe] & ad honorē[patris mei:] vt per me pater glorificetur:quod patet per prædicta teſtimonia: & nō ac-

Philip.2.

Verū non eſſe teſtimonium Chriſti de ſe.

Teſtes q̃tuor veritatis.

Ioannis 1.

Matth.3.

Duritia Iudæorū ad credendum.

cepiſtis me:nec in me creditis:ſed magis perſequi-
G mini,quia dilectionẽ dei nõ habetis. Et inde pœna peccati vobis hæc erit:quia aliũ, id eſt Antichriſtũ in nomine ſuo veniẽtem,id eſt,non habentẽ prędicta teſtimonia & ſuam gloriã propriã quærẽtem accipietis pro Chriſto & verò deo:vt ſecundũ apoſtolum credant mendacio qui noluerũt credere veritati.q.d.Quia non accepiſtis me,id eſt, quia non credidiſtis me eſſe Chriſtum, hæc pœna infligetur vobis vt decepti pro Chriſto Antichriſtũ recipiatis. Per hoc arguitur ꝙ Iudæi primi erunt qui ad Antichriſtum cõuertentur. Iudęi enim in fine Antichriſtum recipiẽt, & tẽplum ei faciẽt:quia faciet ſe circuncidi:& dicet ſe eis promiſſum:& ei adhærebunt quouſq; eius falſitas detegatur per Enoch & Heliam,ſecundũ Aug. Antichriſtus ceremonias legis tentabit reſtaurare,vt euãgelium ſoluat: quæ res Iudæos pro Chriſto recipere ſuadebit. Deinde cauſam infidelitatis eorũ ſubdit [quia gloriam humanam ab inuicẽ accipiẽtes] & acceptãtes, id eſt, ex ſuperbia humanum fauorẽ captãtes [quæ à ſolo

*Antichriſtum Iudæi ſuſcipient primi.*

H deo eſt] id eſt humilitatem quæ eſt vera gloria:vel gloriam cœleſtem nõ quærebant. Non ergo: quia non eſt aperta veritas non credũt:ſed quia ſuperbia eos excæcat: quæ laudari, & ſe ſuper alios efferre deſiderat. Ideo enim in Chriſtum credere non poterant:quia cùm ſuperba mens eorũ gloriã & laudem appeteret,& ſeſe ſuper alios efferret, reputabant inglorium & dedecus in Chriſtum credere,qui abiectus & pauper videbatur:& ideo ei credere nõ poterant:ſed ille in eũ credere põt qui cor habẽs humile ſolius dei gloriã quærit, & ei placere appetit. Ex quo apparet ꝙ multũ periculoſa eſt inanis gloria. Vnde Chryſo. Nihil ita deformat animã,ſicut gloriam deſiderare terrenam:nõ enim eſt poſsibile qui hãc gloriam amat,gloriã quęrere crucifixi. Vñ dicit & Tullius,ꝙ cauenda eſt hominũ gloria,quę aufert animi libertatẽ: pro qua magnanimis viris omnis debet eſſe contẽtio. Et ideo ſecũdum gl. magnum vitium eſt iactantia & humanæ laudis ambitio:quæ de ſe æſtimari appetit quod in ſe nõ ha-

*Cur in Chriſtum nõ credãt Iudæi.*

*Gloria vitanda.*

I bet:& gloriam ſuã,non dei,quærit. Econtrà verò, magna virtus eſt humilitas, quæ ſe nihil reputat, & ſolius dei gloriã quęrit,eiq; ſoli placere appetit. Hęc eſt etiã cauſa cur mãdata dei non impleamus: quia non humiles, ſed ſuperbi & ambitioſi ſumus, præſumentes de induſtria & viribus noſtris: vt ad ea implenda nequaquàm humiliari poſsimus. Vel hoc impediuit Iudæos à fide Chriſti in parte: quia ſolum attendebãt,& adhuc intendũt ad gloriam & exaltationem tẽporalem,dandã eis per Meſsiã. Videbant autẽ Chriſtũ pauperẽ & abiectum: & ideo non receperunt eũ:non attendentes ſcripturas prophetarum,quę de eius paupertate & abiectione loquuntur. Gloria autẽ & exaltatio,quę per Chriſtũ danda promittitur:illa eſt gloria cœleſtis, quã non intelligebant:& ideo gloriã quę à ſolo deo eſt, non quærebant:& propter hoc in infidelitate permanſerunt. Ipſe ſolus poteſt Chriſto pauperi & abiecto credere,qui non propriã,ſed dei gloriã quærit. Vbi de vitio vanę & humanę glorię ſic dicit Beda:Hoc autem vitiũ caueri melius non põt,quàm vt ad cõ-

*Gloria tẽporalis à Iudęis expectata.*

*Glorię ſuperãdę via*

ſcientias noſtras redeamus, noſq; puluerẽ eſſe conſideremus:& ſi quid boni nobis ineſſe deprehenda- K mus:non nobis,ſed deo aſcribamus.hæc Beda. Vbi & Chryſ. Vanam gloriã fugiamus omni ſtudio. Et qualiter eam ſuperabimus,ais: Si ad aliã reſpexerimus gloriã quæ ex cœlis eſt,à qua eijcere nos hæc cogit. Quæ igitur nobis ſpes erit ſalutis, cùm iuſsi eſſe ab his exteri, quæ hîc ſunt exteri à cœlis ſumus,& eorum quę illic ſunt. Quid hac inſenſibilitate deterius fiet vnquã, cùm ſecũdum vnãquamq; diem,ea quæ iudicij,ea quæ regni audiẽtes,eos qui ſub Noë & in Sodomis erãt imitemur, experiẽtia rerum expectãtes oĩa diſcere. Et nimirum propter hoc omnia illa ſcripta ſunt: vt ſi quis futuris decredit,ab his quæ facta ſunt manifeſtam & de futuris demõſtrationem accipiat. Hæc igitur intelligẽtes, & præterita & futura,parũ ſaltẽ reſpiremus à difficili hac ſeruitute,& aliquam animę faciamus rationem: vt & præſentibus & futuris potiamur bonis.hæc Chryſo.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte, ſana me languidũ lon- L go languore malè vexatum: & paralyticum diutino torpore boni grauatum: da mihi vt ſurgam,recedendo à peccato:ac tollã grabatũ,portando onus pœnitẽtiæ pro eo:& ambulẽ proficiendo in bonum,& de bono in melius:& eundo de virtute in virtutem:ſanus quoq; factus, tuo beneficio ſtudeam à peccatis abſtinere decætero: ne deterius mihi aliquid cõtingat,vel hîc,vel in futuro. Da mihi etiam bone Ieſu, vt te humilẽ ſequens, humanã & terrenã gloriã cõtemnã: ac laudari & me ſuper alios efferri non cupiã: ſed tui ſolius gloriam quęram:& tibi ſoli placere appetam. Amen.

## De arbore infructuoſa:& muliere curuata. Caput lxxix.

ET relictis illis in incredulitate ſua, [iterũ abijt] Ieſus [in Galilęã.] Cũq; ibi maneret & doceret [aderãt eo tẽpore quidã] Iudæi [nũtiantes] Chriſto ꝙ Pilatus quoſdam [de Galilęis,] ſcilicet viginti viros,dũ ſacrificarent, & in actu in ſacrificijs occupati eſſent, interfecit: [& ſanguinẽ eorũ cũ ſacrificijs miſcuit:] qa morte cũ ſacrificijs cõcurrente,ſanguis interfectorũ cũ ſanguine ſacrificiorum mixtus fuit. Secundũ Cyrillũ,iſti erãt ſequaces dogmatũ Iudę Galilęi:cuius mẽtionem Lucas in actibus apoſtolorũ facit:qui dicebat ꝙ illicitum erat Iudęis cognoſcere aliquẽ dominũ præter deũ:& multi cõſenſerunt ei,intãtum ꝙ prohibebãt oblationes ſtatutas à populo fieri pro ſalute Romani imperij. De quo Pilatus indignatus, venit ſuper eos ſacrificantes,ſecũdum ritũ ſuum: & inter ipſas victimas quas ritu legis ſe offerre putabãt,eos occidit:ita ꝙ ſanguis offerẽtiũ, oblatis victimis miſceretur. Vñ ortæ ſunt inimicitię inter ipſum & Herodem:quia Galilæi de Herodis poteſtate erãt. Et quia aliqui de vulgo,illam occaſionẽ ſubitã & horrendam,horribilibus peccatis ipſorũ occiſorũ imputabant,credẽtes iuſtiſsimè eos talia paſſos eſſe:narrauerũt hoc ſaluatori, volẽtes percipere qd ei ſuper hoc videret. Dñs aũt nõ negat:ſed ponit eos peccatores fuiſſe,& ꝑpter hoc perijſſe:nõ tñ aſſerit talia eſſe paſſos

*Lucæ 13.* M

*Iudas Galilæus Actuũ 5. Pilatus interfecit Galilæorum.*



eſſe paſſos eos, tanquã peiores non patiẽtibus:quia
A talis mors nõ eſt argumẽtum ſufficiens ꝙ grauius peccaſſent cęteris oĩbus:qa frequẽter deus peccata minus grauia punit in præſenti vita,& grauiora poſt vitã præſentẽ differt grauius puniẽda. Myſticè Pilatus ſignat diabolũ,ſemper animas occidere paratũ:ſanguis exprimit peccatũ:& ſacrificia bonas actiones. Galilæi qui interpretãtur trãſmigrãtes,ſignãt huius mũdi viatores:mors quoq; iſtorũ corporalis,ſignat ſpiritualem mortẽ eorũ qui non purè offerũt ſacrificia. Pilatus ergo ſanguinẽ Galilæorũ,cum ſacrificijs eorũ miſcet,quãdo diabolus preces,eleemoſynas,ieiunia,cæteraq; bona opera fideliũ, vel mortifera carnis & ſanguinis delectatione,vel odij meditatione,vel inuidiæ furore,vel humanæ laudis ambitione,vel ſiniſtra intentione, vel alia qualibet nepharia peſte cõmaculat:vt quãuis oblata dño videantur,nihil tamẽ proſint offerẽtibus,ſed potius interdũ fiant in peccatũ. De Iuda enim qui inter ſacrificia poſitus,proditionẽ domi

*Myſticè.*

B nici ſanguinis cogitabat,ſcriptũ eſt: Et oratio eius fiat in peccatũ. Et ait dñs eis qui hæc ſibi nũtiabãt, Iudæos non minus illis Galilæis ſceleratos:& niſi de peccatis pœnituerint,ſimiliter ĩ corpore & anima perituros. Sola eñ pœnitẽtia liberat à periculo:quia eſt ſecũda tabula poſt naufragiũ. Illi quidẽ Galilæi,nõ ſolum quia peccatores fuerũt,ſed & in terrorẽ aliorũ puniti ſunt:quia frequẽter mouẽtur homines ad pœnitentiã ex morte aliorum horrida & repentina. Vnde Chryſ. In hoc aũt oſtẽdit ꝙ illos permiſit talia pati:vt viuẽtes,alienis periculis territi,fierẽt hæredes regni. Quid igitur,dices,vt melior ego fiã:ille punitur? Non ideo:ſed punitur quidẽ propter alia crimina:fit verò ex hoc videntibus ſalutis materia. Deinde ponit aliud exẽplum de decẽ & octo Hieroſolymitis:qui dum ædificarẽt quãdã turrim in Syloa,ſubitò cecidit ſuper eos & oppreſsit:punitiq; ſunt inſtrumẽto ſuæ offenſionis:quã ruinã aliqui imputabant enormitati peccatorũ ſuorum:de quo ſimilẽ ſententiam dicit Chriſtus,ſicut & de primo exẽplo ſupradicto. Vnde Be-

*Pſal. 108.*

*Puniturne mo immeritò:vt alius emendetur.*

*Ruina oppreſsi.*

C da:Illi etiã Hieroſolymitæ à ruina turris oppreſsi, ſignificãt Iudæos qui pœnitere noluerint,cũ mœnibus ſuis eſſe perituros:illa turris ſignat illũ qui eſt turris fortitudinis:quę meritò eſt in Syloa,quę interpretatur miſſus:ſignat enim eum qui miſſus à patre,venit in mundũ:qui oẽs ſuper quos ceciderit,cõterat.hæc Beda. Super quo dixit eis ſimilitudinẽ ficulneæ fructũ nõ facientis,& terrã inutiliter occupantis:quã dñs vineæ ſuccidi voluit: quia tertio anno fructũ in ea quærens,nõ inuenit:ſed à cultore vineæ circa eã fodere,& ſtercora mittere volente:rogatus etiã ipſo anno tertio, propter ſpẽ emendationis dimiſit. Cõcludens ꝙ Iudæi ſimiliter eſſent prẽſcindẽdi de vita præſenti,& puniẽdi, niſi fructũ pœnitentiæ & bonorũ operum facerẽt. In hac ſimilitudine,quanta ſit dei patiẽtia,quanta ſit hominis negligẽtia,manifeſtatur. Ficulnea plãtata in vinea,eſt ſynagoga erecta in domo Iſraël & plebe Iudaica:tres anni viſitationis,ſunt legis edicta, prophetarum conteſtationes,& coruſcantis euangelij gratia:in quibus deus quæſiuit fructum

*Ficus ſterilis.*

*Moraliter*

bonorũ operũ à Iudæis,& nõ inuenit,niſi in valde
paucis,qui quaſi nihil cõputabãtur,reſpectu tantę D multitudinis. Et quãuis cultores eius circa illã foderent ligone acutæ inuectionis eã humiliãdo, & terrorẽ diuinorũ iudiciorũ ſibi immittẽdo,ac ſtercora mitterent:fœditatẽ & abominationẽ peccatorũ ſuorũ ei oſtẽdendo,per quæ ſolent humilitas & cõpũctio ſuſcitari:& homines de peccatis ſuis pœnitere:parũ tamen cultores profecerunt:& ideo Iudæi ſuccidi meruerũt. Dei etiã ager & vinea mundus dicitur:cuius arbores & vites ſunt homines:& aliæ quidẽ fructuoſæ,aliæ verò infructuoſæ. Huius verò cultores,ſunt prælati & ſacerdotes. Sed & cuiuſlibet anima eſt arbor,vinea,ortus,& ager illius qui illam excolere habet vt fructus faciat. Sed heu in multis terrã inutiliter occupãtibus,fructus nõ inuenitur:& ideo timere habent pœnã quã eis dominus nõ cõminatur. Vnde Greg. Tertiò aũt dominus ad ficulneã venit:quia naturã generis humani ante legẽ,ſub lege,ſub grã expectando,admonẽ-

*Tertio an novenisse.*

E do,viſitãdo requiſiuit: ſed tñ in tribus annis fructũ ſe nõ inueniſſe cõqueritur:quia quorundã prauorũ mẽtes nec inſpirata lex naturalis corrigit:nec præcepta erudiunt:nec incarnationis eius miracula cõuertunt. Sed cũ timore audiendũ eſt quod dicitur: [Succide eã:vt quid terrã occupat?] Vnuſquiſq; eñ iuxta modũ ſuũ ſi fructum bonæ operationis non exhibet,velut infructuoſa arbor terrã occupat. hęc Grego. Cultores verò ſunt qui ficulneę præſunt,& eius curã gerunt: vel ſancti qui intra eccleſiã orãt pro eis qui extra eã ſunt:qui oẽs interpellant dñm pro ficulnea,dicentes: [Domine dimitte illam hoc anno] id eſt tẽpore iſto ſub gratia [vſq; dum fodiam circa illã] excolẽdo,& vitia reprehendẽdo: [& mittam ſtercora] per fœtorẽ peccatorũ ad pœnitẽntiã ſuſcitando. Circunfodere eñ,eſt humilitatẽ pœnitentię & patientiã docere: foſſa nãq; eſt humilis terra:ſtercus aũt ſordes ſunt,& memoria peccatorũ, & fructum dant. Quid enim ſtercore ſordidius? & tamen ſi bene vtaris,quid fructuoſius. Vnde Grego. Ex ſtercore igitur ad fructũ reuiuiſcit arbor: quia de conſideratione peccati,ad bona ſe opera re-

*Pœnitẽtię humilitas.*

F ſuſcitat. Vel foſsio,eſt peccatorũ recognitio: peccator enim peccata ſua cooperit:ſed fodiẽdo videbit abominationẽ peccatorum,& inde erubeſcet. Stercoratio aũt,vel fimi appoſitio,eſt mortis recordatio:in morte enim homo ſtercus efficitur & putredo:ipſa nãq; mortis memoria à peccato pręſeruat, in bono opere ſolicitat,& gratiã dei conſeruat. Per arborem etiam fici moraliter poteſt quælibet perſona in eccleſia dei ad fructificandum plantata ſignari:& per tres annos in quibus non facit fructũ, iuuẽtus & ætas media & ſenecta intelligi:propter quod meruit per mortẽ de præſenti vita ſuccidi: per cultorẽ aũt,angelus cuſtos huius hominis accipitur:qui rogat vt adhuc in ſenio viuere dimittatur:vt per eius diligentiã circa talẽ hominẽ ſe emẽdet,& fructificet:alioquin ſuccidatur,& in ignem mittatur. Põt etiam moraliter arbor fici dici religio:quam dominus eius qui eam ſeruat, ſcilicet Chriſtus [habebat plantatam in vinea ſua,] id eſt, in eccleſia:ſcilicet per Antonium,per Benedictũ,

*Moraliter*

per Augu-

per Augu.[& venit quærens fructū,]ſcilicet religionis & ſanctitatis,profectū in illa ſcilicet religione:[& nō inuenit niſi folia tantū]& nihil de veritate religionis,præterverba & exteriorē habitū. [Dixit aūt ad cultorē vineę].ſ.ad cœtū pręlatorū & doctorū:quorū officiū eſt ſarmenta amputare, ſpinas euellere,& cætera huiuſmodi facere.[Ecce tres anni ſunt,].ſ.tēpus Antonij,Benedicti, & Auguſti.[ex quo venio quærens fructū,].ſ.virtutū & operum:[& nō inuenio]illum:nimis enim prope viā & mūdum erat:& ideo fructus vſq; ad maturitatem & finē ſeruare nō poterat.Sed reuera omni religioſo timor incutitur,cū hîc dicitur:[Succide ergo illā,]id eſt ſuccidēdam annuntia:quia eſt infructuoſa:[vt quid terrā occupat?] & tēporalibus vtitur:quia locū quē tenet,operibus bonis nō exercet.Vt enim dicit Aug.peccator non eſt dignus pane quo veſcitur.[Et reſpondēs]prælatus:quia prælati debent ſe opponere pro ſubditis[dixit,].ſ.orādo pro eis:[domine dimitte illā & hoc anno]ſcilicet vt pœniteat & fructificet.Sed heu quia conceſ-

H

Spatio pœnitentiæ abutentes.

ſo ſpatio pœnitentiæ multi abutuntur in ſuperbia ſe non emendando:[vſq; dum fodiā circa illā,]ſcilicet per increpationē hūiliādo:& ob amorē terrenorū reuocādo:qui enī fodit,terrā extrahit,& foſſam id eſt hūilitatē facit:& mittā ſtercora,]ſcilicet malorum quæ facit abominationē & fœditatem, & vtilitatem ad memoriā reducendo.Sunt tamen multi qui nec ſic pœnitere volunt:ſed murmurant contra illos qui eis peccatorum ſuorū abominationem ad memoriā reducunt:ſiue in prædicatione, ſiue in lectione,ſiue in correptione,ſiue in accuſatione:& ideo timendū eſt eis ne ſuccidantur : quia arbor quæ non facit fructū bonum,excidetur , &

Vota oīs religionis

in ignē mittetur.Tres etiā anni poſſuntſignificare tria vota cōmunia omni religioni,ſuper quibus dominus quēlibet noſtrum interrogabit cū exactiōe magna quomodo fuerint obſeruata:ſed timēdum eſt multis,ne iſta vota inueniat fracta,vel malè obſeruata.Cultor etiā huius vineæ poteſt ipſa ratio eſſe,quæ debet fodere circa conſcientiam ſuā,in faciendo foueā humilitatis:& ipſam euacuando ab

I

omni appetitu mundi huius:& debet mittere circa illam ſtercora,conſiderando huius mundi miſeriam:quia omnia mundana,ſecundū Apoſtolum, non ſunt niſi ſtercora:& iſtorū conſideratio & foſſio prædicta faciunt ficū conſcientiæ religioſi fructificare.Et bene per arborem fici,intelligitur re-

Religio ꝑ arborē fici intellecta.

ligio.Primò,quia ſicut ficus ſub vno cortice multa grana continet in quadā dulcedine:ita religio ſub vno modo viuendi,& ſub vna regula,multos habet homines concorditer viuentes.Secundò , quia folia ficus habent quaſi ſimilitudinē manus humanæ:ſic verba religioſorum,quæ per folia ſignificātur,debent operibus adæquari:vt quicquid dicunt, illud faciant.Tertiò,quia tauri ferociſſimi dicun-

Tauri ad ficū ligati manſueſcunt.

tur manſueſcere,quando ficui alligantur:ſic iuuenes inſolentes & diſſoluti māſueſcūt,& Chriſti iugo humiliter ſubijciuntur,quādo religionē ingrediūtur,& ceremonijs ordinis alligātur.Sed nota ꝙ

Hiere.24

in Hieremia dicitur:Quid tu vides Hieremia?Ficus bonas,bonas valde:& ficus malas,malas valde:

K

quia qñ religioſus eſt bonus,nō eſt melior eo:& qñ eſt malus,nō eſt peior eo.Vnde Augu.Simpliciter fateor ex quo deo ſeruire cœpi,qm ſicut difficilè expertus ſum meliores,quā qui in monaſterio profecerūt:ſic nō ſum expertus peiores,quā qui in eis defecerūt.

Religioſi optimi aut peſſimi.

Docemur ergo hîc & monemur,vt non ſimus ſteriles,ſicut arbor infructuoſa:& terrā inutiliter nō occupemus:ne ſine fructu bonorū operū inuēti,ſuccidamur,& in ignē mittamur.Quia(vt ait Ber.)arbori infructuoſæ,duo debentur:ſecuris, & ignis.

Terra ſterilis.

Pōt aūt per terrā ſterili ficu occupatā,eccleſia ſignificari:quæ noxia prælatorū & præpoſitorū vmbra premitur,ne lumē veritatis videat:&

Contra prælatos ignauos. Mat.23.b

exēplis eorū impeditur,ne ſole dilectionis dei caleſcat:de quibus bene dici pōt:Væ vobis ſcribæ & phariſæi:qui clauditis regnum cœlorū ante homines.Vnde Ambr.Inutiliter terrā occupat,qui locū quē tenet,bonis operibus nō exercet:qui exemplo prauitatis,impedimētū præſtat cæteris.Sed vt ait Hiero.Qui viderit ſe inſufficientē eſſe,vel nō proficere in loco in quo miniſtrare & alijs prodeſſe debet:tenetur cædere, ne melioris locū occupet.

Cædendi meliori.

L

Vbi & Aug.Nihil eſt quod ſic quiſq; cogitare debeat, niſi vt in ſemetipſum oculos conuertat,ſe diſcat,ſe diſcutiat,ſed quærat,& ſe inueniat:& qđ diſplicet, necet:quod placet,aptet & placet.Cū enim ſe homo inanē inuenerit meliorē bonorū:vt qđ eſt auidus exteriorū bonorū?Ecce quid prodeſt plena bonis arca,ſi inanis eſt cōſcientia?

Bona interiora quærenda.

Bona vis habere:& bonus nō vis eſſe.Nō vides erubeſcere te debere de bonis tuis,ſi domus tua plena eſt bonis,& te habet malū? Quid enim eſt quod velis malū habere, dic mihi?Nihil omnino.Nō vxorē,non filium,nō ſeruum,nō villā,non tunicā,poſtremò nō caligam:& tamen vis habere vitā malā,

Malā rem nullā volumus præter vitam.

Rogo te præpone vitam tuā caligæ tuæ.Omnia quæ circūiacēt oculis tuis elegātia & pulchra,tibi chara ſunt,& tibi ipſi vilis es,fœdus es.Si poſſunt tibi reſpōdere bona,quibus plena eſt domus tua, quæ habere optaſti, quæ perdere timuiſti,nōne tibi clamarent:tu nos bona vis habere,ſic & volum⁹ bonū habere dominū?Tacita voce interpellant contra te dominū ſuū:Ecce

M

tāta bona dediſti huic:& ipſe malus eſt. Quid enī prodeſt quod habet: quādo eū qui omnia dedit nō habet?Hæc Aug.Per hęc verba prædicta quēdam lubricum à peccatis retraxit Auguſtinus in quodam ſermone ſuo.

Auguſtini verba quibus lubricū conuertit.

[Erat autē docens in ſynagoga eorum]in loco cōmuni,vbi cōueniebant Iudæi: & [in ſabbatis] in quibus homines debent intendere diuino cultui ad audiendū verbū dei: vt ibi prædictam ſimilitudinē proponēs,eā ad ſynagogā pertinere iudicaret:& quod ſynagogā infructuoſæ arbori cōpararet.Arboris enim ſuccisio,ſignificabat ſynagogæ exciſionē quoad quoſdam reprobos : & damnandos: ſed mulieris de qua ſequitur erectio, eccleſiæ exaltationem & cuiuſlibet fidelis animæ erectionē,ſiue ad fidem & gratiā,ſiue ad gloriam.

Clemētia domini.

Vnde Ambr.Quàm clemēs dominus,quàm pius in vtroq;,cū aut miſeretur, aut vindicat: in ſynagogæ typo, arborē excidi iubet: in typo eccleſiæ, fœminā ſaluat.

Mulier incuruata.

Tūc ergo mulierē quandam [quæ habebat ſpiritum infirmitatis, ] id eſt, infirmitatē à ſpiritu





A

à ſpiritu maligno inflictā & cauſatā:quia erat à Satana[decē & octo annis]vinculo infirmitatis alligata:& more brutorū incuruata:ita vt[nec poſſet ſurſum reſpicere]in cœlū,ad quod erat facta:quia terrena ſapiens,& infima requirēs,cœleſtia & ſuperiora cogitare nōdum ſciebat:cū eā videret,vocauit ad ſe,& ſanauit:& cū manus ei imponeret, [confeſtim erecta eſt:& glorificabat deū]pro beneficijs acceptis:ſolam enim gloriam retinet deus de operibus ſuis:totā verò vtilitatē concedit nobis.

Humilitas domini.

In hoc oſtendit dñs ſuā humilitatē:quia infirmos non dedignabatur tangere , quantūcunq; deformē vel grauē haberent infirmitatē.Licèt aūt iſta inclinatio mulieris intelligitur de inclinatione infirmitatis,quā diabolo vexāte ſuſtinebat:tamē accipimus eam moraliter ſic:ꝙ vtinā omnis mulier ſi haberet vultum & oculos ad terrā demiſſos,ꝙ in perpetuum hominē nō reſpiceret:quia aſpectus eius valde eſt periculoſus.

Aſpectus mulieris.

Hîc erudimur ne vita noſtra ſit terrenis implicata:ſicut mulier terræ erat inclinata.

B

Quia,vt dicit Augu.quantò magis quiſq; terrenis occupationibus implicatur:tātò magis à ſui cōditoris viſione præpeditur.Et vt dicis Grego.Concupiſcens viſibilia:inuiſibiles virtutes amittit.Ille quippe homo curuus eſt,qui inclinatus ad culpam, ſurſum reſpicere nō pōt per iuſtitiā:quia terrenis voluptatibus deditus,ſola terrena & tranſitoria cogitat & diligit:ad cœleſtia contēplanda,mētis oculos non erigit:& æternæ fœlicitatis diuitias nō requirit.

Peccator incuruus eſt.

Hunc aūt ſi dominus per gratiā tangat:& ſuæ miſericordię manū ſuper eum ponat : ſtatim per iuſtificationē erigitur,& terrenorum oblitus, cœleſtia cōtemplatur.Vnde Grego.Omnim enim peccator terrena cogitans,& cœleſtia non requirens,ſurſum reſpicere non valet:quia dū deſideria inferiora ſequitur,à mētis ſuæ rectitudine curuatur: & hoc ſemper videt quod ſine intermiſſione cogitat.Et quia ad cœleſte deſideriū non aſſurgit, quaſi mulier inclinata,ſurſum reſpicere nequaquā poteſt.

Conſuetudo mala.

Vſitata etenī culpa obligat mentē:vt nequaquam aſſurgere poſſit ad rectitudinē. Conatur &

C

labitur:quia vbi diu ſpōte perſiſtit,ibi & cū noluerit coacta cadit.Si ergo iam bona patriæ cœleſtis agnouimus:diſpliceat nobis ꝙ curui ſumus.Ponatur ante oculos mulier curua:& arbor infructuoſa.Vnde & Auguſt.Ergo qui ſterilis eſt,agat pœnitentiā,& faciat fructū dignū pœnitentiiæ.Qui curuus eſt vt terram intueatur : terrena fœlicitate

Erigat ſe homo ad cœleſtia.

lætetur & erigatur.Si per ſeipſum nō pōt:inuocet deum.hec Aug. Et meritò ſe erigere debet homo: habet enim faciē ad cœlū erectā: vt plus intendat cœleſtibus & æternis,quàm iſtis tēporalibus & caducis.Vnde Aug.Erecta in cœlū corporis forma: admonet quæ ſurſum ſunt ſapere.

Os hominis ſublime.

Beluas dñs proſtratas in faciē fecit,paſtū quęrentes de terra:te in duos pedes erexit:tuā faciē ſurſum attēdere voluit Non diſcordet cor tuum à facie tua:vt habeas faciem ſurſum,& cor deorſum. Vnde & Baſilius: Beſtiæ terreſtres ſunt ad terrā reſpiciētes: ſed cœleſtis arbor homo, quantū figura corporalis plaſmationis,tantū & dignitate animæ differt. Quadrupedum figura qualis eſt?Capite vel corpore ad terram reſpicit:ſuper ventrem vadit: & quicquid

D

voluptuoſum eſt,ex omni parte proſequitur. Tuū caput ad cœlū erectū eſt:oculi tui ſuperiora cōtēplantur:vt ſi quādo tu paſſionibus carnis teipſum conuitiaberis vētri ſeruiēs : & his quæ ſub ventre ſunt:cōparatus es beſtijs inſipiētibus, id eſt, nō ſapientibus,& aſſimilatus es eis: alia tibi ſolicitudo eſt digna,quæ ſuperius ſunt quærere:vbi Chriſtus eſt,ſuperq; terreſtria eſſe mēte: vt formatus es: ita diſpone tuijpſius vitā. Vrbanitatem habes in cœlis:vera tua patria, quæ ſuperius eſt, Hieruſalem.

Pſal.48.

Curuitas animæ.

Vnde & Bern.Curuitas animæ eſt,quærere & ſapere quę ſuper terram ſunt.Turpe eſt in humano corpore,quod eſt erectæ formæ,beluinā mentem gerere.Et iterum: Corporis ſtaturā dedit homini deus rectā:forſan vt iſta corporea exterioris vilioriſq; rectitudo figmēti,hominē interiorē illū,q ad imaginē dei factus eſt ſpiritalis ſuæ ſeruādæ rectitudinis admoneret: & decor limi deformitatē argueret animi.Quid enī indecētius:quàm curuū recto corpore gerere animū ? Peruerſa res & fœda, luteū vas,qđ eſt corpus de terra,oculos ſurſum habere,cœlos liberè ſuſpicere, cœlorūq; luminaribus

E

oblectare aſpectus:ſpiritalē verò cœleſtēq; creaturam ſuos econtrariò oculos, id eſt, internos ſenſus atq; affectus trahere in terrā deorſum: & quæ debuit nutriri in croceis,hęrere luto quaſi vnā de ſuibus,amplexariq; ſtercora. hæc Ber. Vnde & Boētius: Qui recto cœlū vultu petis,ætheriſq; frontē. In ſublime feras animū quoq;,ne grauata peſſum: Inferior ſidat mēs,corpore celſius leuato.Et Ouidius:Pronaq; cū ſpectēt animalia cætera terram. Os homini ſublime dedit, cœlūq; videre Iuſſit:& erectos ad ſydera tollere vultus.Nota etiā,vt dicit Ariſto. in lib.de animalib⁹, ꝙ aues claudāt oculos cū palpebra inferiori:animalia verò groſſa, cū palpebra ſuperiori.

Palpebra auium.

Per aues intelligūtur viri ſpūales: qui ad inferiora & terrena oculos claudūt,ac cœleſtibus & ſuperiorib⁹ intēdūt.Per aīalia verò groſſa intelligūtur viri mūdani,q habēt oculos clauſos ad cœleſtia & ſpūalia:& apertos ad terreſtria ſecularia.

F

Anima peccatrix.

Per hāc mulierē curuā ſignat peccatrix aīa,& mēs auara.mulier: quia ꝓpter abſentiā charitatis frigida. inclinata:q a lōgo tēpore,diabolo ꝓcurāte,ſic ad inordinatū amorem terrenorū eſt incuruata,quòd propter lōgam cōſuetudinē aſpicere nō poteſt ſuperna,tāquā cœli oblita.Fratres enim fuerunt Manaſſes, id eſt, obliuio, & Effraim, id eſt, frugifer.habēs ſpiritū infirmitatis:quia ad ſpūalia infirma. decē & octo annis : quia valde diuturna. Secūdum enim Hiero.Cùm cætera vitia,homine ſeneſcente,ſeneſcant:ſola auaritia iuueneſcit. Sed Ieſus eā tāgit in ſabbato,quando eius inſpiratione quieſcit à peccato: & ſic erigitur ſurſum per cœleſtium appetitū. In ſanatione autē mulieris, fecit dñs quinq;: vidit miſericorditer,vocauit, ſanauit, tetigit,& erexit. Sic dñs animam peccatricē perfectè curuaturus.Primò, videt eam per pietatem. Secundò,vocat eam per internam inſpirationem. Tertiò,ſanat per peccati remiſſionem. Quartò, tangit per ſatisfactionis dolorem.Quintò, erigit ad ſuperna,per amoris feruorē. Per archiſynagogum verò

cordis inflationē.Secundò habet ſpirituū cōpreſsionem:ſic inuidus bona comprimit, ne publicētur & veniant ad lucē.Tertiò,ſitis ardorē:ſic auarus quātò plus de diuitijs bibit,tātò plus ſitit. Quartò,humorum indigeſtionem:ſic iracūdus per iram diminuit dies ſuos.Quintò,pedū pigritiam: ſic acedioſus pigritiam affectionū & cogitationum ab bene operandum.Sextò,genitalium inflationē:ſic luxurioſus eorundem tumefactionē. Septimò,oris fœtorem:ſic guloſus oris corruptionē. Specialiter autem hydropiſis auaritiā deſignat: quia hydropicus quantò magis abūdat humore inordinato,& quātò plus bibit,tantò amplius ſitit:ſic auarus,quantò eſt copioſior diuitijs ꝗbus nō bene vtitur: & quò plus diuitias adeptus fuerit: tantò ardentius eas cōcupiſcit:quia vt Iuuenalis dicit: Creſcit amor nummi, quātum ipſa pecunia creſcit. Ferociſsima peſtis eſt cupiditas:quæ eos quos capit,egenos efficere ſolet, dum finem inquirēdi nō inuenit : ſed vt magis quò fuerit locupletata mēdicat. Et iſte auarus ſtat ante Ieſum,cùm cōuertitur ad deum , paratus acquiſita diſpenſare ad honorem diuinū:& ſic recuperat ſanitatem: quia de cupiditate mutatur in liberalitatem:& ideo ante Phariſæos hydropicum curat:& mox eos per exēplum animalis bruti ſic cōuincit: vt eoſdem etiā auaritiæ cōdemnet. Cōparatur etiā hydropicus ſpiritualiter ei quē fluxus carnaliū voluptatum exuberās aggrauat.Hę enim ſunt duę filiæ ſanguiſugæ:quæ ſemper dicūt,affer affer:ſcilicet carnis voluptas,& auaritiæ cupiditas.Deſignat quoque hydropiſis ſpecialiter ſuperbiā : quia ſicut in hydropico erat turgēs corporis inflatio:ſic in ſuperbo eſt tumens mentis elatio: & ideo corā ſuperbis Phariſæis curat hydropicū corporaliter:vt hoc exēplo ipſi diſcant curari ſpiritualiter:& per iſtius ægritudinem corporis,oſtēdit in illis ęgritudinem mētis:quod enim iſte in corpore, hoc illi geſtabant in mēte. Vnde intendēs quomodo primos accubitus,id eſt,primas & honorabiliores ſedes ī cōuiuijs ſolennibus eligerent, hortatur eos ad humilitatem proponens exemplū vnius operis humiliter faciendi:vbi loci ſuperioris arcetur appetētia: vt ad ſimilitudinem eius fiant cætera: & docēs humilitatem non ſolū apud deū, ſed etiā apud homines eſſe laudabilem. Non enim intēdebat principaliter docere quod hîc dicitur ad literā: ſed myſticè aliud intendebat ſecundū ſpiritualē intelligētiam . Monet ergo inuitatos ad nuptias,vt non in primo,ſed in nouiſsimo recumbāt loco:iuxta illud Sapiētis: Quātò maior es:tātò te humilia in omnibus . Vt enim ait Chryſ.Nihil ita deo amicum eſt,vt cū vltimis ſeipſum numerare: hoc enim philoſophiæ vniuerſæ principium eſt. Hoc autē non tantū corporaliter, ſed & ſpiritualiter intelligi debet.Multi enim cum iactātia & ſuperbia cordis recumbūt in nouiſsimo loco:non niſi vt iuſti & humiles ab alijs videantur: & multi verè humiles recūbentes in cornu,couſciētia & corde reputāt ſe in nouiſsimo loco eſſe.Vnde Chry.Iubet nos dominus in vltimo loco recūbere: nō ſolū vt corpore in nouiſsimo iaceamus:ſed etiā animo,vt nouiſsimos nos eſſe omnium iudicemus. Sine cauſa loco ſe humiliat , qui corde ſe præfert.

G
Auaritia.
Auaritia fera peſsima.
H
Prou.30.
Superbia.
Inuitat ad humilitatem.
I
Eccleſiaſtici 3.
Humiliationis vtilitas.

Vbi notandum ꝙ ſunt quędā nuptię ſpirituales:& quædam cœleſtes. Spirituales ſunt quas facit deus in præſenti cū anima in thalamo cōſcientiæ.Coniunctio autē animæ cū Chriſto,fit per fidem & dilectionem. Ex qua coniunctione venit triplex bonum:ſcilicet fidei,prolis,& ſacramenti. Bonū fidei eſt,ne diabolum adulterum ſuſcipiat. Bonū prolis eſt,vt ſpōſa Chriſti per bona opera ſe exerceat. Bonum ſacramēti eſt, vt inter ſpōſum & ſponſam diuiſio nunquàm fiat. Nuptiæ cœleſtes ſunt refectio viſionis diuinę:vbi erit plena ſatietas:in nuptijs enī conſueuerunt omnia abūdare. Via autē veniēdi ad iſtas nuptias,eſt humilitas:quod notatur cùm dicitur: [vade & recūbe in nouiſsimo loco.] Et cōcludendo ſubiūgit rationē. [Quia omnis qui ſe exaltat] ſuperbiēdo [humiliabitur] vel hîc vel in futuro. Non dicit,exaltabitur:quia ſecūdum Greg. Nō poteſtas ſed elatio in crimine eſt. [Et qui ſe humiliat volūtariè: nō qui humiliatur quaſi ex neceſsitate [exaltabitur] in futuro:& quādoq; etiā in hoc mundo. Hęc ſentētia infallibiliter eſt vera in conſpectu dei:in cuius iudicio ſuperbi abiecti ſunt, & humiles accepti: quāuis in iudicio hominū aliquando fit econtrà, vt ſuperbi ſint in gloria, & humiles contēpti. Et ſi ſuperbi exaltātur in hoc mundo, humiliabuntur in inferno: & ſi humiles abijciūtur in hoc mūdo, exaltabūtur in cœlo. Vn̄ Cyrillus: Hoc dicitur ſecūdum diuinū iudiciū, non ſecūdum humanam cōſuetudinē,ſecundum quā plures cōcupiſcentes honorē conſequūtur. Alij verò ſe humiliātes,inglorij remanent. Vn̄ & Theoph. Porrò nō finaliter,nec oībus hominibus eſt reuerendus qui ſe honoribus ingerit,ſed dū à ꝗbuſdā honoratur, alij detrahunt ei,& quādoq; etiā ipſi honorātes. Vbi nota ꝙ cùm quidā ſuperbus per procurationē ſuam exaltatus audiret in eccleſia legi hæc verba euāgelij [Omnis qui ſe exaltat humiliabitur:& qui ſe humiliat exaltabitur] hoc verum eſſe nō reputans:& quaſi in verba blaſphemiæ prorūpens dixit, ꝙ ſi ſe humiliaſſet & nō ſe exaltaſſet, ad ſtatū illū nō perueniſſet:& ſtatim in eodē loco cecidit:& à diabolo ſuffocatus expirauit. Heu quàm multi hodie hoc dicunt corde vel facto,ſi nō verbo: quaſi nunquam exaltari poſſent,ſi ad hoc per ſe nihil facerent. Per primū ergo locū,non ſolū intelligitur hîc honorabilior ſeſsio in cōuiuijs ſolēnibus : ſed etiā quęlibet dignitas in eccleſia,ſeu primatus. Ad dignitates enī nullus catholicus ad Chriſti & eccleſię nuptias inuitatus,ſe debet ingerere, ſed alios meliores pręponere quātum in ſe eſt:alioqn inuitator principalis, ſcilicet deus,à quo eſt omnis poteſtas , deijciet eū à ſua dignitate,ſaltē ſpiritualiter,ſentētia ęternę dānationis: aliquādo etiā deijcit tales pœna dānationis temporalis. Si autē humiliter & ex corde refugiens (ſicut faciebāt antiqui patres:vt Greg. & cōſimiles)dignitatē ex obediētia ſuſceperit:& ex charitate fraterna bene ea vſus fuerit:tandem cœleſtē gloriā obtinebit. [Quia omnis qui ſe exaltat]pręſumptiōe ſe dignitatibus ingerēdo,[humiliabitur] modo prędicto: [& qui ſe humiliat] nō fallaciter & fictè,ſed veraciter & ex corde [exaltabit:] quia ſecundū quod dicitur in Prouerbijs,humilē ſpiritu ſuſcipiet

K
Nuptiæ ſpirituales.
Bona matrimonij ſpiritualis.
Nuptiæ cœleſtes.
L
Superbi abiecti ſunt deo.
Superbi exēplum.
M
Locus primus.
Prou. 29.d.



A ſuſcipiet gloriā. Vbi ſciendum,ꝙ humilitas meritoria cui debetur exaltationis gloria cōſiſtit in tribus. Primò,in proprię ęſtimationis annihilatione: & hæc inducit cōtemptū ſui, ita vt homo nihil reputet ſeipſum:& omniū quę habet recognoſcat datorem eſſe deū. Quid enī habes inquit Apoſtolus, quod nō accepiſti? Secūdò,cōſiſtit in dignitatūvilipenſione: & hæc inducit honorē dei, & hæc habetur quādo homo in magnis virtutibus,donis & honoribus cōſtitutus inde non extollitur:ſed totū illi infundit & integrum reſtituit,à quo omne bonum fluit. Tertiò,cōſiſtit in aliorū ſibi prælatiōe:& hęc inducit proximi appretiationē . quomodo ſeruare poterimus quod dicit apoſtolus, honore inuicē pręuenientes:niſi alios digniores nobis in virtutū meritis æſtimemus? Homo enim illū quo ſe digniorem æſtimat,vix honorat:ſed potius contēnit. Poteſt & hoc quod dictū eſt de dignitate,etiā accipi de meritorum præſumptiōe. Vnde Beda: Myſticè quiſquis nuptias Chriſti & eccleſię inuitatus adierit,membris eccleſiæ per fidē coniūctus nō ſe extollat quaſi ſublimior ceteris,gloriādo de meritis. Dabit enī locū honoratiori pòſt inuitato,cùm illorū qui ſe in Chriſto ſecuti ſunt,agilitate præitur. Et cū rubore nouiſsimū locū tenet,quando de alijs meliora cognoſcēs,quicquid de ſua operatiōe celſum ſentiebat humiliat. Sed recūbit aliquis in nouiſsimo loco ſecundū illud:quātò magnus es humilia te in omnibus. Veniēs aūt dominus quem humilē inuenerit, amici nomine beatificās ſuperius aſcendere pręcipiet. Quicūq; enim humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte,hic eſt maior in regno cœlorū. Pulchrè aūt dicitur,[tūc erit tibi gloria,] ne nūc quęrere incipias quod tibi ſeruatur in fine. Poteſt etiā & hoc in hac vita intelligi : quia quotidie dominus ſuas nuptias intrat ſuperbos deſpiciens , & humilibus ſæpe tāta ſui ſpiritus onera præſtans : vt diſcūbentiū cœtus eos admirādo glorificet. Qui enī ſe de meritis eleuat humiliabitur à dn̄o,& qui ſe de beneficijs humiliat exaltabitur ab eo. Hęc Beda. [Cùm ergo inuitatus fueris,] à dn̄o per prędicatores ſuos ad nuptias ſpirituales,quę cōſiſtūt in cōiunctiōe Chriſti & eccleſię,ad quas nuptias inuitati ſunt oēs Chriſtiani: quorū quidā cæteros dignitate pręcedūt:alij verò merito virtutū,& excellit vnus vna virtute, & excellit alia:alij verò excellunt ſacra intelligētia, [nō diſcūbas in primo loco,] aut meritorū tuorū præſumptiōe,aut bonorū mūdanorū ambitiōe,aut appetitu inanis gloriæ. Quare autē primus locus nō ſit ambiendus,probat ex tribus. Primò,ex cōparatione dignioris, [ne fortè honoratior,] id eſt, dignior maiori honore, [ſit inuitatus ab eo,] & talē debes tibi pręponere. Dignior enim maiori honore eſt virtuoſior,& ideo quilibet quantacunque dignitate polleat,habet incitatiuū fugiēdi honorem ſi attendat ꝙ in cōgregatione eſſe poteſt aliquis eò honoratior. Nō enim dignitati debetur excellētia honoris,niſi quia ipſa atteſtatur excellentiā virtutis. Secūdò hoc idem probat ex indigni eiectione: quia locus ſublimis indigno nō eſt ſtabilis,ſed ſępe inde eijcitur. Vnde dicitur: [Et veniens,] per effectum [qui te inuitauit & illū,dicat tibi,] facto ſcilicet te humiliādo,& aliū tibi præferendo, [da huic locū,] quo reputabas te dignū. Hoc ſæpe euenit,ꝙ qui putabat ſe dignū honore, eijcitur à ſua cogitatione,& expellitur inde. Tertiò,hoc idē probat ex confuſione quæ ſequitur. Vnde ſubditur: [& tunc incipias cū rubore nouiſsimū locū tenere,[erubeſcens ſcilicet,quādo qui de te maiora præſumpſiſti incipies humiliari,quaſi deiectus in animo tuo,aut eiectus de tuo officio,aut deiectus poſt mortem in inferno. Deinde oſtēdit quid ſit obſeruandū ei qui vult honorē acquirere: qa debet humilia de ſe ſentire. Vnde dicit: [Sed cùm inuitatus fueris vade,] nō te excuſa,[& recūbe in nouiſsimo loco,] minorem te alijs reputādo,& te eſſe in omnibus in imo merito,& ſi fortè ſis excellētior dignitate vel originis nobilitate. Et notandū , ꝙ triplex diſtinguitur nouiſsimū.ſ.ſtatuū,graduū,& locorū. Inter ſtatur locus nouiſsimus eſt incipientiū,medius proficientiū,ſupremus perfectorum. Inter gradus locus nouiſsimus eſt ſubditorū,medius prælatorū minorum,ſupremus maiorū. Inter loca nouiſsimus eſt inferni,medius mūdi,ſupremus cœli. Recūbe ergo aut in nouiſsimo primo , ſcilicet in ſtatu incipientium te reputādo per humilitatē: aut in nouiſsimo ſecūdo,ſcilicet in gradu ſubditorū per dei timorē: aut in nouiſsimo tertio,ſcilicet in inferno per iugē meditationē. Et adducit tria,propter quæ nouiſsimus locus eſt eligēdus. Primùm eſt,quia ex hoc habetur gratia amicitiæ: [vt cùm venerit,] mētes viſitādo,vel merita poſt mortē diſcutiēdo, [qui te inuitauit ad nuptias dicat tibi, amice] ſcilicet ꝑpter tuā humilitatē. Secūdū eſt cōſecutio loci dignioris, [aſcēde ſuperius,] & in præſenti per gratiam,& in futuro per gloriā:quia te humiliaſti,& quia etiam amicus. Tertiū eſt honoris gloria quæ ſequitur dignitatē, [tūc erit tibi gloria] honoris [corā ſimul diſcumbētibus,] in eadē fide vel in eadē beatitudine quieſcētibus : tum quia humilis, tum quia amicus principis,tum quia alto gradu ſublimatus. Et nota, ꝙ dominus nō intēdit hîc dicere,quomodo acquirere debeamus humanā gloriā: ſed exēplo acquirēdi gloriā iſtā humanā docet nos acquirere gloriam cœleſtē,ita ꝙ ſicut humilitas eſt neceſſaria ei qui cupit exaltari honore eccleſiaſtico : ſic eſt neceſſaria ei qui cupit exaltari honore gratiæ & gloriæ. Sed differētia eſt:quia quicūq; ſe humiliat vt exaltetur promotiōe eccleſiaſtica,peccat: eſt enim falſa humilitas in qua latet immūda ſuperbia: qui verò ſe humiliat vt exaltetur donis gratiarū & premio gloriæ,habet rectā intētionem. Quia vt dicit Hiero. Sancta ſuperbia eſt virtutes apparere. Vltimo aſsignat rationē dicti,quātū ad omnia pręmiſſa. [Quia omnis] ſiue laicus,ſiue clericus,ſiue religioſus [qui ſe exaltat] ſcilicet ſuperbiēdo [humiliabitur] ſpōte vel neceſſario,hic vel in futuro. [& qui ſe humiliat] volūtarie,nō qui humiliatur quaſi ex neceſsitate [exaltabitur] vel hîc vel in futuro : & hoc aut in officio,aut in merito,aut in pręmio. Humiles dicti ſunt ab humo cui proſtrati ſunt , eo ꝙ nihil inferius ſe niſi humū reputāt, & ſe cōculcandos omnibus exhibēt, & propter hoc exaltari merētur:& ideo homo qui factus eſt de humo humiliari debet

Humilitas meritoria cōſiſtit in tribus.
1.Cori. 4.
Iacobi 1.
Roma.12.
Meritorū præſumptio.
B
Matth.18.
C
Locus primus non appetēdus
D
Nouiſsimum triplex
E
Nouiſsimi loci appetēdi rationes.
Gloriam cœleſtē docet acquirere.
F
Humiliandi ſui cauſa.
Humiles vnde dicti

liari debet,&exaltatio nõ debetur ei niſi per humi-
G
litatis meritũ &talis humilitas ducit ad lętabundũ gaudiũ. Vnde Ber. Semper in corde tuo debes habere, ꝙ ſis peccator viliſsimus, & omni dono & gratia dei indignus:nec ad hoc aliquo modo aptus, vt deus orationẽ tuam exaudiat. Multũ ergo debemus fugere ſuperbiã, quæ nos deriſibiles & inimicos deo & hominibus cõſtituit:& amplecti humilitatẽ,quæ nos deſiderabiles & amicos eiſdẽ facit.

Hũilitatis præmia.

Vnde Chry.Ne timeas honore tuo deſtructo ſi humiliaueris teipſum.Ita enim magis extollitur gloria tua:ita maior efficitur.Hæc regni eſt ianua. Si voluerimus magni apparere,nõ erimus magni:ſed & omnibus dehonorabiliores. Qui enim deriſibiles ſunt, & omnibus inimici: & ab inimicis facilè captabiles,& immũdi: apud deũ hi maximi oĩum ſunt. Quid autem humilibus eſt delectabilius, aut beatius,cùm humiles & deo ſint deſiderabiles?Sed & ea quæ ab hominibus eſt gloria,hi maximè potiuntur: & omnes eos velut patres honorant, ſicut
H
fratres ſalutant, ſicut propria membra amplexantur.Hæc Chryſoſtomus.Et quia dominus inſtruxit inuitatos ad humilitatẽ:nunc inſtruit inuitantes ad miſericordiæ pietatẽ,& ad pauperũ ac debiliũ potius quàm amicorũ & diuitũ inuitationẽ: vt cõuiuia faciant,nõ propter hominũ fauorem & vanitatẽ, ſed propter charitatem & pauperũ neceſſitatẽ:arguens per hoc phariſæos,qui faciebãt cõuiuia,nõ moti pietate,ſed magis cupiditate,intẽdentes per hoc cõſequi vilitatẽ,ſeu honorem tẽporalẽ.

Miſericordiã ſuadet dominus.

Vnde Dominus,vt pro refectione corporali rependeret ſpiritualẽ:ſcilicet documẽtum pietatis,[dicebat ei qui ſe inuitauerat,]& per hoc etiã alios aſsidentes qui erãt in hoc culpabiles arguebat:] Cùm facis prandiũ,aut cœnã,noli vocare amicos,]id eſt propter amicitiã ſecularẽ]neq; fratres tuos,]id eſt, propter cõſanguinitatem,]neq; cognatos ,] id eſt, propter affinitatem, [neq; vicinos,]id eſt, propter familiaritatem, [neque diuites,]id eſt,propter aliquã vtilitatẽ conſequendã:hæc determinatio ſcilicet diuites,omnibus prædictis videtur debere ſub-
I
intelligi,& ita fratres,& cognatos, amicos,&vicinos pauperes ſicut &alios egenos vocare potero:vt eis ſicut & alijs pauperibus diſtribuam pro deo.Et ſubditur cauſa,cùm dicitur,[ne fortè &ipſi reinuitent te.Hæc enim eſt cõſuetudo carnaliũ hominũ: ſcilicet reinuitare inuitãtes ſe, [& fiat tibi retributio,]ab homine,nõ à deo:in præſenti, nõ in futuro: iſta nanq; reinuitatio intelligitur cuiuſq; boni temporalis recõpenſatio.Vnde dicit Ambr.ꝙ hoſpitalem remuneraturis eſſe,affectus auaritiæ eſt.

Hoſpitalis in diuites, intẽtio attenda.

Sciẽdum tamẽ,ꝙ ſi vocẽtur prædicti ad conuiuia propter caritatẽ mutuo nutriendã meritoriũ eſt.Si autem ad laſciuiã vel ad gulã exercendã,vel ad inanẽ gloriã,peccatũ eſt:& inuitãs ſuſtinebit pœnã.ſi autem ad reinuitandũ:recepit mercedẽ ſuã. ſi autẽ ad beneuolentiã ſeu liberalitatẽ,indifferẽs eſt : & poteſt bene fieri & malè,prout ad finẽ vlteriorẽ ordinatur,qui poteſt eſſe bonus vel malus.

Bona eccleſiæ expẽdãtur in pios caſus.

Vnde hęc inuitatio permittiť niſi de patrimonio Chriſti, quod totũ debet in vſus pauperũ expẽdi:ſicut de teſtamẽto mihi cõmiſſo ad faciendũ eleemoſynã, nõ poſſum in alios vſus expendere quicquam. [Sed cùm facis conuiuiũ,]motus pietate[voca pauperes,]cen-
K
ſu:qui nõ habent de ſuo ad viuendũ: [& debiles conatu,qui potentiã nõ habẽt ad laborandũ.[& claudos]greſſu:qui ire nequeũt ad mẽdicandũ. [& cæcos] viſu:qui nõ vidẽt ad aliquod artificiũ operandum.[& beatus eris:]ſcilicet in præſenti beatitudine ſpei,& in futuro beatitudine rei: [quia] inuitati [nõ habẽt retribuere tibi:]& ideo deũ nunquã obliuiſcentẽ habebis debitorẽ,pietas enim ad omnia vtilis eſt,promiſsionẽ habens vitæ quæ nũc eſt, & futuræ.Vbi Chry.Nõ ergo turbemur cùm nõ recipimus beneficij recõpenſationẽ: ſed cùm recipimus. Quoniã ſi receperimus,nõ amplius recipiemus illic:ſed ſi minimè retribuit homo, tũc tibi deus retribuet. Vnde ſequitur:[Retribuetur eñ tibi:] ſcilicet à domino,[in reſurrectiõe iuſtorũ.] ſecundum Bedam:Et ſi omnes reſurgãt,ſingulariter tamẽ & quaſi propriè nõ immeritò reſurrectio iuſtorũ dicitur,qui in ea immutãdi ſunt,& ſe beatos eſſe fu-
L
turos nõ dubitãt.

Retributio à domino petẽda.

Vbi Grego.Niſſenus:Nõ ergo negligas iacentes,quaſi nullo ſint digni.Cogita quid ſint,& pretioſitatẽ eorũ inuenies.Saluatoris induerunt imaginẽ,futurorũ bonorũ hęredes, regni clauigeri,accuſatores &excuſatores idonei:nõ loquẽtes,ſed inſpecti à iudice.

Pauperes honorãdi pro Chriſto.

Vbi & Chry.Deceret ergo eos ſurſum in ſolario ſuſcipere.Si nõ placet ſaltem deorſum:vbi ſunt ſubiugalia & famuli.Chriſtum ſuſcipias,fiat ſaltẽ pauper editurus. Vbi eſt eleemoſyna,nõ audet intrare diabolus.Et ſi ſecũ cõſedeas,mitte ei de mẽſa fercula.Et iterũ:Sed dicis: Immũdus eſt pauper & ſordidus. Laua eum,& fac tecũ in mẽſa ſedere.Si veſtes ſordidas habet, mundum indumentũ exhibeas.Chriſtus accedit per eũ, & tu friuola loqueris.Hęc Chry.

Immũdus pauper mundãdus.

Moraliter [cùm facis cõuiuiũ,]id eſt,cùm accedis ad orationẽ,vt reficiaris pane lachrymarũ,& inebriaris vino compunctionis[noli inuitare amicos,]id eſt, noli orare tantũ pro amicis &cõſanguineis tuis:& pro diuitibus,id eſt,pro iuſtis qui ſunt diuites in virtutibus:ſed pro inimicis & peccatoribus,qui verè pauperes ſunt.Vnde ſubdit:[Sed voca pauperes,]id eſt,
M
aſſocia in tua oratione peccatores: & ſubdiuidit in tria genera peccatorũ,dicẽs:[debiles,] id eſt peccãtes ex infirmitate,[claudos,]id eſt peccãtes ex malitia,ſcilicet qui habẽt pedẽ intellectus ſanũ:ſed pedem affectus infirmum,[& cæcos,]id eſt,peccãtes ex ignorãtia.Prædicator etiã verbi diuini facit ſpirituale cõuiuiũ:ſed ſi facit honoris vel lucri tẽporalis cõſecutionẽ,nõ habebit à deo mercedẽ:ſi verò facit propter animarũ ſalutẽ,recipiet cũ iuſtis vitam æternã.

Conuiuiũ prædicatoris.

Ex eo autem ꝙ dominus hîc ait:[retribuetur in reſurrectione iuſtorũ:quidã de ſimul diſcumbentibus,]rudis & carnalis, motus verbis Chriſti, credidit ꝓ reſurrectio futura eſſet ad vitã cibis corporalibus indigentẽ, & ꝙ Chriſtus promitteret eſcas corporales in regno cœlorũ,&[dicit ei beatus eſt qui mãducat panẽ in regno dei.] Vnde Cyrillus:Homo iſte animalis erat,non diligenter percipiẽs ea quę Chriſtus protulerat.putauit enim corporeas eſſe remunerationes ſanctorũ. Sed quidam dicunt,ꝙ per panẽ iſte intelligebat beatitudinem veram



veram quæ cõſiſtit in viſione & fruitione deitatis
A
Chriſti principaliter, & humanitatis ſecundariò, qui vocat ſe panẽ vitæ.

Panis regni dei.

Vnde Aug.Vel quaſi in longinqua iſte ſuſpirabat,& panis iſte,ſcilicet quẽ deſiderabat,ante illum diſcumbebat. Quis enim eſt panis regni dei,niſi qui dicit : ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi? Noli parare fauces, ſed cor. hæc Aug.[Beatus igitur qui hunc panẽ,] qui refectio animarum eſt,[manducabit in regno dei,]videndo ſcilicet & fruendo,de quo dicitur in Eccleſiaſtico.Qui edunt me adhuc eſurient, nõ propter famis inediam:ſed propter faſtidij abſentiã. Vnde Beda:Panis qui manducatur in regno dei,non corporalis intelligendus eſt cibus,ſed ille vtiq; qui ait: Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi : ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternũ,id eſt, ſi quis meæ incarnationis ſacramento perfectè incorporatus meę diuinę maieſtatis viſione frui meruerit, hîc perpetua vitæ immortalis beatitudine gaudebit.hæc Beda.

Ioannis 6. Eccleſiaſtici 24. Ioannis 6.

ORATIO.

B
DOmine Ieſu Chriſte, manu miſericordiæ tuæ me apprehẽde,& protege:ne præualeat in me hydropiſis carnalis voluptatis vel auaritiæ,aut ſuperbiæ:& da mihi vt per verã cordis, oris,& operis humilitatẽ in nouiſſimo loco recumbam minorẽ me alijs reputando,& per miſericordiam indigentes inuitare non omittã, eorum neceſſitatibus pro poſſe ſuccurrendo.Largitor opulentiſſime deus,da mihi miſero panẽ cœlicũ (qui tu ipſe es)mãducare in regno dei:pro quo pane tibi domine quotidie militamus,pro quo tota die mortificamur,vt in tua vita viuamus. Amen.

De inuitatis ad cœnam magnam.

Caput lxxxi.

Lucæ 14.

ET quia nonnulli terrenis,vel voluptatibus mũdi huius dediti,hunc panem de quo dictũ eſt, fidetenus quaſi odorando percipiunt, dulcedinẽ verò attingere veraciter guſtãdo faſtidiunt: ideo ad oſtẽdendũ talium teporem cœleſtibus epulis non eſſe dignum, ſubiungit dominus parabolã,
C
in qua demonſtrat diuinæ largitatis effluentiam, & arguit multiplicem Iudæorũ ingratitudinẽ, qui prę cæteris gentibus fuerunt inuitati ad cœleſtem beatitudinem.

Ingratitudo Iudęorum.

Primò,per prophetas. Secundò,per ipſum Chriſtũ.Tertiò,per apoſtolos:& tamen renuerunt venire per fidem: & ita vocati ſunt Gentiles.Dicit ergo.[Homo quidam,]id eſt,Chriſtus verus homo & verus deus, qui dicitur homo ratione veritatis naturæ humanæ:quidam,ratione ſingularitatis perſonæ reſpectu aliorũ,[fecit cœnam magnã,]id eſt,præparauit futurã gloriæ & vitæ æternæ refectionẽ,& cœleſtem ſeu æternam beatitudinẽ,quã ſanctis animabus ab æterno pręparauit dominus.

Cœna magna.

Quæ vocatur cœna eo ꝙ eſt refectio vltima:quia ſicut cœna paratur declinante die, poſt quam nulla refectio ſequitur:ſic vita æterna datur per diem præſentis vitæ, vbi nihil aliud expectatur.Item dicitur cœna magna imò ſic maxima, vt eius immenſitas in cor hominis non poſsit aſcendere, [& vocauit multos] quia vult omnes homines ſaluos fieri & beatos.

Vocatio domini.

Vocauit dñs quoſdam per angelos,quoſdam per patres,quoſdam per prophetas, quoſdã per ſeipſum,quoſdã per apoſtolos,quoſdam
D
aliorũ prædicatorũ verbis, quoſdã inſpirationibus internis,quoſdã beneficijs & proſperis, quoſdã flagellis & aduerſis.[Et miſit ſeruum ſuũ,]id eſt,prædicatorẽ euangelicũ:& licet plures ſint ſerui perſonarum ſtatuũ & habituũ diuerſitate, vnum tamen debẽt eſſe fidei & charitatis vnitate.[hora cœnæ,] id eſt,vltima ætate & tempore gratiæ.Hora cœnę eſt finis ſeculi,ſcilicet vltima ætas. Nam etſi homines in alijs ætatibus ad cœnã inuitabantur, nullus tamẽ recipiebatur ad cœnã: ſed oẽs ad limbum deſcendebãt, [dicere inuitatis vt venirent,] id eſt, ad veniendũ per bona opera ſe præpararẽt: [quia iam parata ſunt omnia.] Ante aduentũ Chriſti, nondũ erat cœna Chriſti parata:quia nullus poterat ingredi vitã æternam:ſed agno Chriſto immolato apertus eſt regni cœleſtis aditus, & tunc miſsi ſunt apoſtoli ad quos antè fuerãt prophetæ miſsi.

Cœnæ tẽpus.

Sicut eñ Chriſtus miſſus fuit à patre vt inuitaret ad cœnã: ita ipſe ſeruos ſuos apoſtolos ſuos miſit & mittit prædicatores,vt dicant nobis:venite ad cœnã quia
E
parata ſunt omnia.Cõſiſtit aũt illa cœna in tribus: ſ.in beata viſione diuinarũ perſonarũ, in ſocietate angelorũ, & in conſortio ſanctorũ: quæ omnia vt hic dicitur ſunt parata.

Cœna cœleſtis conſiſtit in tribus.

[Et cœperunt ſe ſimul oẽs excuſare,]id eſt,per mala opera ſe retrahere : quia plus dilexerunt terrena & corporalia,quàm cœleſtia & ſpiritualia. Oẽs ſe excuſant,& ſi non verbo ſaltẽ cogitatu vel facto. Oẽs dicit,id eſt,pro maiori parte:quia pauci ſaluantur reſpectiuè ſecundum Greg.Multi vocãtur,ſed pauci veniunt:quia multi qui per fidem ei ſubijciuntur,malè viuẽdo eius cõuiuio cõtradicunt.

Omnes pro plurimis.

Sed væ nobis:quia ſecundũ eundem Greg.Ecce homo diues inuitat:& pauper occurrere feſtinat:ad dei inuitamur cõuiuium, & excuſamus.Dominus clemẽter oẽs inuitat: ſed qui venire nolũt excuſant,& ſic æternum conuiuiũ quod deus non rogatus ſed gratis offert volẽtibus,ſibi intercludunt.Excuſatio enim iſta eſt indiſpoſitio voluntaria:qua alij cadunt in ſuperbiam, alij in auaritiam,alij in luxuriam.

Excuſatio à cœna.
F

Primi ſignantur per villam emptam videntes. Secundi per iuga boum empta probãtes.Tertij per vxorem ducẽtes: & oẽs iſti ad cœnam dominicã ſunt inepti. Vnde conſequenter excuſantiũ cauſæ ſubduntur, cùm dicitur. Primus dixit[Villam emi,&neceſſe habeo exire,& videre illam. ] Vbi notantur ſuperbi amatores mundi, in quibus eſt ambitio dignitatum & huiuſmodi. In villa enim empta dominatio notatur & ſuperbia: quia ſuperbi volunt alijs dominari.

Villam emit amator mundi ſuperbus.

Et alter dixit [Iuga boum emi quinq;, & eo probare illa,] Vbi intelliguntur auari & cupidi quinq; ſenſibus,& terrenis nimis intenti:in quibus eſt cupiditas terrenorum & mundanorum: per boues enim qui terram verſant terrena ſignantur.

Iuga boũ auarus.

Et alius dixit[Vxorem duxi,& ideo non poſſunt venire.] Vbi notãtur carnales &luxurioſi delitijs carnis dediti:in quibus eſt amor voluptatũ carnaliũ, vxor enim ad voluptatẽ carnis pertinet. Dicit autẽ ſecundum Baſiliũ,non poſſum venire:eo ꝙ intellectus humanus vergens ad humanas illecebras, debilis eſt ad agendum diuina.

Vxorẽ duxit carnalis.

G uina.Omnes ergo prædicti ſunt indigni cœna nu-
Verſiculi. ptiarũ agni. Vnde ſunt verſus iſti: Villa boues, vxor
cœnam clauſere vocatis. Mundus, cura, caro, cœlũ
clauſere renatis. Ad iſta verò tria vitia, reducuntur
omnia à beatitudine cœleſti excludentia. Quia (vt
1.Ioan.2. ait Ioannes) Omne quod eſt in mundo, aut eſt con
cupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorũ, aut
ſuperbia vitæ. Vnde Aug. O qui ad cœnam dei ve
nitis: nolite diligere mundũ, neq; ea quę in mundo
Amor ter renorum. ſunt. Amor rerum terrenarũ, viſcus eſt ſpiritualiũ
pœnarum: *quoniam omnia quæ in mundo ſunt,
*pennarũ concupiſcentia carnis ſunt, & concupiſcentia ocu-
lorũ, & ambitio ſeculi. Concupiſcentia carnis, vxo
rem duxi: concupiſcentia oculorũ, quinq; iuga bouũ
Excuſatio tollatur. emi: ambitio ſeculi, villam emi. Tollamus ergo de
medio excuſationes vanas & malas: & veniamus
ad cœnã: quia intrinſecus ſaginabimur. Nõ nos im
pediat extollentia: nõ ſuperbia extollat: non nos te
neat curioſitas illicita & auertat à deo: non nos im
pediat voluptas carnis à voluptate cordis. Venia-
mus & ſaginemur. hæc Augu. Secundum Chryſo.
H Quamuis videantur rationabiles excuſantiũ occa-
ſiones eſſe: tamẽ hinc diſcimus: & ſi neceſſaria fue-
rint quæ detinent omnibus prima facere ſpiritua-
lia. Excuſat quippe omnis qui plus terrena, quàm
cœleſtia diligit: etiam ſi ſe ad cœleſtia tędere dicit.
Quòd hodie clericis & religioſis multis obijci po
teſt, qui curam & ſolicitudinem tantam habent de
terrenis & omibus quibus laici occupantur, vt nul
la differentia inter hos & illos videatur. Vnde Gre.
Sed ecce inter hæc penſare poſſumus, quid ſibi cor
da noſtra reſpondeant. Occultis enim fortaſſe ſibi
cogitationibus dicant: Excuſare nolumus: ad illud
enim ſupernæ refectionis conuiuiũ & vocari & ve
nire gratulamur. Loquentes nobis talia mentes no
ſtræ verum dicunt ſi non plus terrena, quàm cœle
ſtia diligũt: ſi non amplius rebus corporalibus, quã
ſpiritualibus occupantur. hæc Grego. [Et reuerſus
ſeruus, nũtiauit hæc domino.] Prædicatores exeũt
ad prædicationem: reuertuntur ad dei contempla-
tionem: nuntiant quid egerũt per interiorem con-
I feſsionẽ. [Tunc iratus paterfamilias,] ſcilicet Chri
ſtus (cuius familia ſunt omnes angeli, omnes electi
fideles) cõtra ſuæ cœnæ contẽptores ira, non affe-
Ira dei iuſta. ctus, ſed effectus: quia punit vt iratus. Nam ſecun-
dũ Aug. Ira dei eſt vindicta peccati. Et iuſtè iraſci
tur deus de negligẽtijs hominũ, ꝙ paratam pro eis
æternę vitæ cœnã contẽnunt, & vilibus cibis mẽ-
tem im plent. Iratus (inquit) dixit [ſeruo ſuo,] ſci-
licet prædicatori euangelico: [Exi] citò ſcilicet
ab oſtio ſtudij & contẽplationis, ad publicũ actionis
Iudæorum vocatio. & prædicationis [in plateas & vicos] ciuitatis. Per
vicos & plateas ciuitatis, quæ ſcilicet clauſurã ha-
bent intelligitur vocatio Iudæorũ, qui clauſi erant
legalibus obſeruãtijs, & quaſi dei ciues: vtpote eius
legem tenẽtes: quorũ quidam erãt in plateis, id eſt,
in lata via proſperitatis & voluptatis: quidã in vicis
id eſt, in anguſtia aduerſitatis & tribulationis. Vi-
cus enim arctior eſt quàm platea: & pauperes pro-
pter defectũ gratiæ & virtutis: & debiles, propter
defectũ bonæ operationis: & cæcos propter defe-
ctũ veræ cogitationis: & claudos, propter defectũ

rectæ affectionis & intẽtionis: hoc eſt humiles, qui
ſe tales reputãt, & intrare deſiderãt, introduc huc. K
tales enim vult dñs ad pœnitentiã vocari, & ad ſuũ
conuiuiũ introduci. Nam principibus & ſacerdoti
bus, ac legiſperitis Iudæorũ, propter ingratitudinẽ
& ſuperbiã dimiſsis à deo, & relictis: humiles, ſim-
plices, & publicani illius populi ſunt vocati: vt pa-
tet in apoſtolis & pluribus alijs ex decurſu euange
lij. Vnde Greg. Quia ergo venire ſuperbi renuunt, Pauperũ electio.
pauperes eliguntur: quia infirma mũdi elegit deus
vt confundat fortia: peccatores ſuperbi reſpuuntur 1.Corin.1.
& peccatores humiles eligũtur: hos itaq; elegit deus
quos deſpicit mundus: quia plerunq; ipſa deſpectio
hominẽ reuocat ad ſemetipſum. Pauperes ergo & Veniunt
debiles, cæci & claudi, vocãtur, & veniunt: quia in- ad cœnam
firmi quiq; atq; in hoc mũdo deſpecti, plerũq; tan- qui ſunt.
to celerius vocẽ dei audiunt, quanto in hoc mundo
non habent vbi delectẽtur. Vnde & Auguſt. Et qui
venerunt niſi mendici, debiles, claudi, cæci? Illi au-
tem non venerũt diuites, ſani, quaſi bene ambulan
tes, & acutè cernentes, multũ de ſe præſumẽtes: & L
ideo tanto deſpectiores, quãto ſuperbiores. Veniãt
medici: quia ille inuitat qui propter nos factus eſt 2.Cor.8.
pauper, cùm diues eſſet: vt illius paupertate mendi
ci ditaremur. Veniãt debiles: quia nõ eſt opus ſanis Matth.9.
medicus, ſed malè habentibus. Veniant claudi, qui Pſal.16.
ei dicant: cõpone greſſus meos in ſemitis tuis. Ve-
niant cæci, qui dicant: illumina oculos meos, ne vn Pſal.12.
quam obdormiã in morte. hæc Aug. [Et ait ſeruus
Domine factũ eſt vt imperaſti:] ſed etiã eo modo
vt imperaſti: & ſic notatur perfecta obediẽtia: ſcili
cet in opere & in modo: [& adhuc locus eſt.] q.d.
Multos introduximus de Iudæis [ſed adhuc eſt lo-
cus] vbi recipiantur Gẽtiles. hoc etiã ideo dicitur:
quia eccleſia plures recipere ſemper eſt parata. [Et
ait dñs ſeruo: Exi citò in vias & ſepes,] id eſt, extra Vocatio
Iudæam diſcurrẽdo ad Gentilẽ populum. Per vias Gentium.
enim & ſepes intelligitur vocatio Gentilium: qui
tanquã agreſtes in vijs & ſepibus erant diſperſi, &
direptioni hoſtiũ expoſiti in vijs, ſcilicet mundanę
proſperitatis, & ſepibus aduerſitatis: [& cõpelle in-
trare] inſtãtia & importunitate prædicationis. Vo M
cantur enim, qui à malo retrahuntur feruentibus
exhortationibus: cõpelluntur, qui trahuntur duris
comminationibus. Vnde Iudæos monet vocari, &
Gentiles cõpelli: quia Iudęis tanquã legem & pro-
phetas habẽtibus, leuior vocatio debebat ſufficere,
quæ non ſufficiebat gentibus [vt impleatur domus
mea] ſcilicet cœlum & cœleſtis patria, vbi ſit æter
num conuiuiũ debito numero prædeſtinatorũ: qui
numerus non remanebit inexpletus. Vel compel Intrare
luntur intrare hæretici: qui per eccleſiã, puniti re- pulli.
ſipiſcũt: vel quicunq; alij qui huius mundi aduerſi-
tatibus fracti, ad dei amorem redeunt. Fœlix nece-
ſitas, quæ ad meliora cõpellit. Multi enim qui in ſe Tribula
curitate & proſperitate mundo viuunt, inſtãte ad- tionis
uerſitate & periculo ad deum fugiũt. Vnde Chry- na.
ſoſto. Multo laborioſius eſt in ſecuritate concupi-
ſcentias vincere, quàm in periculo diuitias poſſe cõ
temnere. Ipſe enim timor periculi adiuuat ani-
mũ, & facilè vincitur delectatio corporalis. Quot
enim ſunt qui in ſecuritate non fuerunt contenti
pauperes



pauperes eſſe: & tamen videntes perſecutionẽ, ma-
A gis contenti fuerunt bona ſua dimittere, quã peri-
re. Illos tales ſciens deus, frequenter præcidit diui-
tias eorũ: vt à ſolicitudinibus releuati, ſecurius &
melius permaneãt deo. hæc Chry. Liquet ergo (vt
ait Greg.) ꝙ alij vocantur, & venire contẽnunt: vt
qui donum intellectus accipiunt, ſed eundẽ intelle-
ctũ operibus non ſequuntur. alij vocãtur & veniũt:
vt qui acceptã intellectus gratiã operãdo perficiũt.
alij intrare cõpelluntur: vt quos eccleſia temporali
ter punit. In fine autẽ concludendo ſubiungit: [Di
co aũt vobis] cuius dicere infallibile eſt [ꝙ nemo
virorũ illorũ qui vocati ſunt] & ſe excuſantes veni
re noluerũt [guſtabit cœnã meam] imò nec videbit
ſed ſancti guſtant & vident etiã in præſenti, ſecun
Pſal.33. dum illud Pſal. Guſtate & videte quoniã ſuauis eſt
Prædeſti- dñs. Implenda eſt enim domus dei numero præde
nati ſolum ſtinatorũ: ſed ſuperbi peccatores qui vocati venire
ad cœnam noluerũt, ſeipſos irrecuperabiliter excuſarũt. Hæc
recipiẽtur ſententia dñi (vt ait Grego.) valde timenda eſt. Ne-
mo ergo venire contemnat: ne dum vocatus excu-
B ſat, cùm voluerit intrare nõ valeat. Et certè qui nõ
intrauerit, famelicus & inanis à refectione diuinæ
fruitionis & viſionis remanebit. Ecce quàm peri-
culoſum eſt contẽnere inuitationẽ Ieſu Chriſti: ta-
les enim à refectione eius in pręſenti per gratiã, &
in futuro per gloriã, merentur excludi. Hæc igitur
omnia, & ad quæ vocati ſumus, diligenter conſide
remus: & præſentia deſpicientes, ad futura nos pręe
paremus. Vnde Chry. Permaneamus igitur cuſto-
dientes eam quã initiò ſuſcepimus dignitatẽ: & fu
tura quotidie regna quæramus: Omniaq; præſen-
tia, vmbras eſſe prorſus ac ſomnia iudicemus. Neq;
enim ſi rex terrenus aliquis, aſſumens te pauperẽ
ac mendicũ, repẽtè ſibi adoptaret in filiũ: tu iam ad
tugurij tui reſpiceres vilitatẽ. Ita nunc igitur nihil
præſentiũ putes eſſe pretioſum. Longè quippe ma-
iora ſunt ad quæ vocatus es capeſſenda. hæc Chry.

## ORATIO.

C Domine Ieſu Chriſte, qui omnes homines vo
lens ſaluos fieri, refectionẽ cœleſtis beatitudi
nis omnibus præparaſti: & multos ad eam
multis modis vocaſti: ne me miſerũ excludas ab il-
la gratia generali quã omnibus veniſti impartiri:
& da mihi calcare omnẽ ſuperbiã & ambitionem,
auaritiã & cupiditatẽ, concupiſcentiã carnis & vo
luptatẽ: ne hæc vel alia impediẽtia, mihi æternum
intercludant conuiuiũ: ſed qui ſum pauper in gra-
tia & virtute, & debilis in bona operatione, ac cæ-
cus in vera cognitione, & claudus in recta affectio
ne, miſericorditer introducat in idipſum. Amen.

## De ſcenophegia feſtiuitate Iudæorum.
## Caput lxxxii.

Ioannis 7. Poſt hæc ambulabat & manebat ad-
huc [Ieſus in Galilæa] docẽdo in ſy-
nagogis eorũ: [non enim volebat in
Iudæã ambulare: quia Iudæi quære
bant eũ interficere.] Licèt enim poſ-
ſet inter eos ſine nocumento eſſe: voluit tamen ali
quãdo ante tẽpus paſsionis, ſe ab eis ſubtrahere. Pri
mò, ratione ſui quia nondum venerat tẽpus quo vo
lebat occidi. Secundò, ratione noſtri: vt noſtrã con-

ſolaretur infirmitatẽ: dando nobis exemplum, ꝙ
poſſumus aliquãdo declinare perſecutionem. Ter- D
tiò, ratione Iudæorũ: ne manens in medio eorum:
magis eos incitaret in odium. [Erat autem in pro-
ximo dies feſtus Iudæorũ ſcenophegia,] id eſt feſti
uitas tabernaculorũ, quando habitabant filij Iſraël
in tabernaculis ſeptẽ diebus, ſub vmbra ramorum,
in ſimilitudinẽ & memoriã tabernaculorũ, in qui-
bus habitauerunt patres eorũ, cùm educti ex Aegy
pto peregrinarentur in eremo, velut reminiſcentes
beneficia domini, qui erant dominũ occiſuri. Et eſt
ſcenophegia dictio græca, cõpoſita à ſcenos quod Σκηνοπηγία quid
eſt vmbra: & phagin quod eſt comedere: quia in eſt.
vmbraculis comedebãt, durante illa feſtiuitate. Et
celebratur collectis fructibus anni in Septẽbri men
ſe ſeptimo: quia illo tempore quo vuæ erant colli-
gendæ, exiuerunt de eremi tabernaculis, & vene-
runt in terrã promiſsionis, vnde exploratores por-
tauerũt in vecte vuas. Et tũc Iudæi habitabãt in vm Numeri 13.
braculis: quia patres eorum per quadraginta annos
habitabãt in tabernaculis. Imminente igitur ſceno
phegia, [fratres,] id eſt, conſanguinei dñi, non apo- E
ſtoli, ſed alij propinqui eius cognatiõe ex parte vir
ginis Mariæ: quia viderũt ipſum non eſſe paratum
ad aſcendendũ, inuitabant eum vt ad diem feſtũ in
Hieruſalẽ, quæ caput regni eſt, aſcẽderet: ibiq; glo-
riam miraculorum oſtenderet, & ſe manifeſtaret.
Chriſtus enim habebat quoſdã cognatos ſecũdum
carnem, qui more Iudæorũ fratres dicebantur. Et
dixerunt ad eum: [Tranſi hinc, & vade Iudæam,]
hoc eſt Hieruſalẽ Iudææ metropolim: [vt & diſci
puli tui,] id eſt, turbæ te ſequentes, ſeu aliæ vnde-
cunq; illud cõuenientes [videant opera tua] & mi-
racula. Ac ſi (ſecundũ Bedam) dicãt: Tu ſigna facis
& pauci ea vident. Tranſi ergo ad regiã vrbem vbi Amicorũ
ſunt principes: vt viſis ſignis laudẽ conſequaris ab carnalium
eis: carnales amici gloriã eius quærentes: vt illius conſilium.
participes fierent: & per miracula eius magnifica-
rentur, carnale conſiliũ dabãt, quo ſaluator noſter
mundi gloriam acquireret: & ſuum nomẽ longius F
dilataret: ideoq; non in occulto & abſcondito: ſed
palàm & in conuentu multorũ, miracula dominũ
Ieſum facere admonebãt. Eſt nanq; proprium ina-
nis gloriæ cupidorũ: vt quicquid glorioſum ſuum
vel ſuorum extiterit, oſtendatur in publico. [Neq;
enim fratres,] id eſt, conſanguinei [eius] humanam
& mundanã gloriã requirentes fideliter [credebãt
in eum] æſtimantes eum vanè glorioſum, & glo-
riæ hominũ amatorem & cupidum. Facis inquiũt
miracula, ſed in abſcondito: manifeſta & appare ho
minibus, vt laudari poſsis ab hominibus. Putabant
enim ꝙ laus & fauor mundi eſſet fructus virtutũ,
& miraculorũ ſuorum. Et quia ſuggerebant ei ma
lum, ſcilicet gloriam mundanã quærere: ideo recu
ſauit, & eis non acquieuit: vt daret nobis exemplũ
non quærendi gloriã huiuſmodi, dicens: [Tempus
meum,] id eſt, gloriæ meæ manifeſtandæ [nondũ
aduenit:] quia poſt reſurrectionẽ manifeſtãda erit
[tẽpus aũt veſtrũ,] ſ. mundanæ gloriæ, quo & mun
di laude, hominũq; fauore & vana gloria decipia-
mini [ſemp eſt paratũ:] id eſt, mũdi gloria quã affe
ctatis & quæritis, ſemper eſt parata vobis. Ea enim,

quæ omnibus horis mundus exhibet quæritis, ſcilicet

G

honores diuitias, & delitias: & ideo ſicut vos tẽpori parati eſtis, ita tẽpus paratũ eſt vobis. Mundani ergo habent tẽpus gloriæ paratũ: quia eadem amant quę mundus & mundo conſentiunt: & ideo quod quærunt, ſemper inueniunt: ſancti verò, qui quęrunt gloriã ſpiritualẽ, non habent hìc tẽpus paratũ: quia vituperãt quæ mundus amat, & mundũ contẽnunt. Et ideo dicit: [Non poteſt mundus,] id eſt, mũdani [odiſſe vos:] quia cum mundo conuenitis, & de amatoribus eius eſtis: & ſimiliũ in volũtate, & voto, & opere nõ eſt odiũ, ſed amor & amicitia. Vnde Chry. Qualiter eos mundus odit, qui eadem cum mũdo volunt & pro eo ſtudent? [me autem] & meos [odit] propter diſsimilitudinẽ quę eſt in volũtate, voto, & opere: quia opera eius mala nõ approbamus, ſed magis redarguimus.

Gloria & feſtum duplex.

Sicut autem duæ gloriæ, ita diuerſa ſunt feſta. Mũdani enim habent feſta tẽporalia. ſ. gaudere, epulari, & huiuſmodi delitias exteriores: ſancti verò habẽt feſta ſpiritualia, quę cõſiſtunt in delectationibus ſpiritus. Et

H

ideo bene ſubdit: [Vos] qui gloriam mundi & feſta gaudiorũ mundanorũ quæritis [aſcendite ad diem feſtum hunc] in quo videri & videre in vanitate & concupiſcẽtia vultis, id eſt, ad feſtũ lætitiæ tẽporalis. Vbi laus humana & voluptas quæritur: vbi carnalia gaudia extẽduntur [ego] qui talibus nõ delector [non aſcendã.] ſ. vobiſcũ [ad diem feſtũ iſtum] & hoc modo ſicut vos vultis. ſ. quærẽs gloriã [quia tempus meũ,] id eſt, gloriæ meæ ſecundũ humanitatem, ad quã perueniendũ eſt, impleta prius humilitate [nondũ eſt impletũ] nõ enim niſi impleta humilitate paſsionis, ſequitur tẽpus gloriæ & immortalitatis. Vel [vos aſcẽdite ad diem feſtum hũc,] id eſt, ad principium ſolennitatis huius: quia Iudæi magis vacabant epulis & lætitiæ in principio feſti quàm in fine: ego aũt non aſcendã ad diem feſtũ] ſcilicet primũ: [quia tempus meũ nondũ eſt impletum.] Tempus enim aptũ doctrinæ veritatis, propter quã ſaluator venerat, non erat ſic in principio

I

ſolennitatis propter prædicta, ſicut circa finẽ: quia tunc paratiores ſunt omnes ad doctrinã. Dicendo autẽ, vos aſcendite, non conſulit nec præcipit: nec eos ad talia inuitat: ſed prædicit & præmittit, & oſtendit quid ipſi quærebãt qui mũdana adhuc tantum ſapiebãt.

Feſta appetentes.

Iſti ſemper volebant eſſe in feſto, & non in vigilia, qui ſemper volebant habere mundi laudem & voluptatẽ, & nullam ferre mundi moleſtiam. Similes ſunt multi in præſenti vita, qui ſemper volunt habere feſta, & ideo in futuro facient vigiliã: volunt enim modò eſſe in comeſſatione, & ebrietate, ac riſu & vanitate: & ideo ſemper erũt in fame, & ſiti, & fletu, & tribulatione.

Feſtũ diabolicum.

Iſtud autem feſtum diabolicũ triplici de cauſa non eſt faciendũ. Primò quia hæc vita eſt vigilia: ideo debemus ieiunare & peccata noſtra plangere: vt poſsimus ad feſtum cœleſtis patriæ perire.

Matth. 5.
Vigilia huius mundi
Lucæ 6.
Exiliũ huius mũdi.

Vnde Matthæ. Beati qui lugent, ecce vigilia: quoniã ipſi conſolabũtur ecce feſtum. Sed vani homines volunt hìc feſtũ facere: & ideo venient ad vigiliã. Vnde Lucas. Væ vobis qui ſaturati eſtis, ecce feſtũ: quia eſurietis, ecce vigilia. Secundò, quia iſta vita eſt exilium: & ſtultus eſſet ille peregrinus qui in exilio poſitus vellet facere feſtũ: ſed debet expectare quouſq; ad patriã

K

ſuam redeat: patria aũt noſtra, eſt regio cœleſtis, quæ nos expectat: & quia peccatores de hoc exilio patriã faciunt, ideo à patria cœleſti exules & banniti ſemper erunt. Terriò, quia iſta vita eſt locus laboris: & ideo ſerui dei ſunt in labore cõtinuo, & de labore veniũt ad quietẽ: vani autem homines volũt eſſe in otio, & ideo de otio veniunt ad laborẽ.

Labor huius mundi

Hìc ergo oſtenditur diſcretio ſeu diſtinctio bonorum à malis: tẽpus enim glorię malorũ ſemper eſt in pręſenti, vbi dies mali ſunt, & mali florent: tẽpus verò glorię bonorũ erit in futuro, quando cũ Chriſto regnabunt: ad quã gloriã per paſsiones & tribulationes perueniũt. Dicant ergo deuoti alijs ad cõuiuia & laſciuias eos inuitãtibus [Vos aſcendite ad diem feſtũ hũc] nos qui talia nõ appetimus, non aſcendimus. Non enim debet ſeruus Chriſti in talibus delectari: quia delicatus miles eſt, qui vult ſimul gaudere cũ ſeculo, & regnare cũ Chriſto, cùm dictum ſit: Væ his qui in bonis ducũt dies ſuos: quia in puncto horę deſcẽdent ad inferni nouiſsima: receperũt

Iob 21.

L

enim bona in vita ſua. Vnde Aug. Simus recti corde, tẽpus gloriæ noſtræ nondũ venit. Dicatur amatoribus huius ſeculi, quales erãt fratres dñi: Tempus veſtrũ ſemper eſt paratũ: tempus noſtrũ nondũ venit. Audiamus enim & hoc dicere & nos. Et quoniam corpus dñi noſtri Ieſu Chriſti ſumus, quoniã mẽbra eius ſumus: quoniã caput noſtrũ gratanter agnoſcimus, dicamus prorſus: quoniã propter nos & ipſe dignatus eſt dicere, quando nobis inſultant amatores huius ſeculi, dicamus eis: Tempus veſtrũ ſemper eſt paratũ: tẽpus noſtrũ nondũ venit. hæc Aug.

Tẽpus noſtrum n[illegible] dum ve[illegible]

Tempus etiã diuitum ſemper eſt paratũ: quia eſt in burſa eorũ: ſi enim eſt frigus, bene ſe induunt vel aliter calefaciũt: ſi eſt calor, habent domos frigidas, vel ſubuertiones alias: & ſimiliter in alijs defectibus corporũ, promptũ habẽt remediũ: & ideo tempus eorum ſemper eſt paratum: pauperes verò totũ habent contrariũ: ſed aliter erit in alio ſeculo.

M

[Hæc cùm dixiſſet Ieſus, mãſit in Galilæa] ex ratione ſupradicta. [Poſtquã autẽ aſcenderũt fratres eius] duobus diebus tranſactis, latenter aſcẽdit ſine eis. Sicut enim noluit eſſe in principio feſtiuitatis, ne fratribus ſuis malũ perſuadẽtibus videretur fauere: ſic noluit ſe omnino ſubtrahere: nec doctrinã ſalutis omittere, quã venerat docere: [Aſcẽdit ergo ad diem feſtũ:] ſed non ad illũ ad quem fratres eius aſcenderũt: nec vt illi, ſcilicet manifeſtè & cum magna comitiua: nec vt videretur ab hominibus, ne occaſionẽ maioris inuidiæ daret Iudæis: quia non cupiebat gloriari tẽporaliter: ſed aliquid docere ſalubriter: homines corrigere: de feſto æterno admonere: amorem ab hoc ſeculo auertere: [ſed aſcendit quaſi in occulto] in hoc cõdeſcẽdẽs fidelibus qui timore mortis occultãdi erãt: & ne ſe hominibus oſtẽdens, fauorem humanũ quæreret: quia dies feſtus domini, non exterius, ſed interius: non facie, ſed in mẽte agitur: de quo in Pſal. dicitur: Quoniã cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi. Sic ergo age diem feſtum, ſi ad tuam feſtiuitatẽ vis venire Ieſum. Qui enim

Pſal. 7[illegible]

Feſta ſ[illegible] Qui rẽ agend[illegible]



A

agunt in manifeſto, vt ab hominibus videantur, receperunt mercedem ſuam.

Myſticè.

Vbi Beda: Myſticè autem deſignatur ꝙ ſingulis quibuſq; carnalibus, humanã gloriam quærẽtibus, dominus manet in Galilęa: quę interpretatur tranſmigratio facta, id eſt, in mẽbris ſuis, quę tranſmigrant de vitijs ad virtutes, & in eis proficiũt. Poſtmodum verò dominus aſcendit: quia mẽbra Chriſti nõ huius vitæ, ſed æternæ gloriã quęrũt: occultè aũt dominus aſcendit: quia omnis gloria eius ab intus, id eſt, de corde puro, & conſciẽtia bona, & fide non ficta. hęc Beda.

Gloriam fugit dominus gloriæ.
Eccleſiaſtici 3.

Nota quia dominus docturus miracula, imò in omnibus magnis operibus potentiæ & virtutis ſuæ gloriã fugit: nolens ſocios habere, vel nuntios pręambulos: vt patet hìc & in pluribus alijs. quaſi diceret: Quantò maior es: humilia te in omnibus. In operibus verò humilitatis, turbã comitem habuit, veniens ad paſsionẽ: & diſcipulos præmiſit, vt ſibi aſinam & pullũ adducerent. Etiã comeſturus agnũ paſchalem, præmiſit qui pręparent locũ: ſed hoc

B

fecit in tanti ſacramẽti myſteriũ: quod nõ debet ſumi, niſi cũ magna præparatione virtutũ & bonorũ operum. [Iudæi ergo] cõmuniter [quærebant eum in die feſto] antequã aſcenderet. quia non viderant eum adeſſe cũ fratribus: [& dicebãt: Vbi eſt ille?] ſcilicet talis & tantus prędicator, & miraculorum operator.

Quærentium dominum intentio.

Non nominant eũ nomine proprio, tam quærentes eũ animo bono, quàm malo. Quidam enim quærebant deũ deſiderio addiſcendi, vt eius doctrinã deuotè audirent: alij deſiderio malignandi, vt eũ interficerent: alij vana curioſitate, vt eum viderent. Illi ergo qui quærebant eũ ex odio, dedignabantur eũ nomine proprio nominare: quia nomen ſuũ fuit eis graue. Sed illi qui quærebant eum ex deuotione, nõ audebant eũ nominare: vel ita reputabant eũ famoſum & authenticũ ꝙ non oportebat nomen propriũ exprimere. Vani autẽ non curabant de ſuo nomine. [Et erat murmur de eo in turba] & diſſenſio propter contrarietatẽ opinionũ de eo: [quidã enim] ſcilicet qui pia intentione quęrebant eum [dicebant quia bonus eſt] approbantes

C

eius doctrinã & miracula: [alij autem] ſcilicet qui mala intentione quærebant eũ [dicebant, non: ſed ſeducit turbas] dicta eius perſequẽtes & opera. Vbi Chry. Illam quidem æſtimo opinionẽ multitudinis eſſe: hanc verò principũ & ſacerdotum. Vides vtrique principatũ corruptũ: eos autem qui principatui ſubijciuntur ſanos iudicio. [Nemo tamen] ſcilicet illorũ qui dicebant quia bonus eſt [palàm loquebatur de eo propter metũ Iudæorum,] ſcilicet principalium, ne extra ſynagogã & congregationem fieret aliorũ. Ex quo patet ꝙ principes populi illius dicebant eum ſeductorẽ: & maior pars dicebat contrarium. Seducit turbas, clarius ſonabãt: ſed bonus eſt, preſsius ſuſurrabant.

Veritas deprimitur: & falſitas extollitur.
Peccatur in veritatẽ tripliciter

Ecce quantũ deprimitur veritas: & extollitur falſitas. Quidã erant ibi formidoloſi & timidi qui in Chriſtũ credebãt, ſed veritatẽ dicere nõ audebant: & ideo in veritate peccabant. Tribus enim modis (ſecundũ Chry.) in veritate quis peccare poteſt. Aut veritatẽ pre timore tacendo. Aut ipſam veritatẽ in mendaciũ commutando. Aut ipſam veritatẽ non defendendo. De pri-

D

mis dicitur: [alij dicebant quia bonus eſt: nemo tamen palàm loquebatur de illo propter metũ Iudæorum.] Vt dicit Aug. Vterq; eſt reus apud deum: & qui veritatẽ tacet, & qui mendaciũ dicit: ille quia prodeſſe non vult: iſte quia nocere deſiderat. De ſecundis ſubditur [alij aũt nõ: ſed ſeducit turbas.] De talibus dicit Apoſtolus: Cõmutauerunt dei veritatem in mendaciũ.

Roma. 1.

De tertijs dicitur: [multus murmur erat de eo in turba.] Murmurabant quidẽ de eo ꝙ Phariſæi Chriſtũ perſequebantur, ſed tamen eum nõ defendebãt: nec apertè reſiſtere audebant: cùm tamen dicat Sapiens: Vſq; ad mortẽ certa pro iuſtitia.

Eccleſiaſtici 4.

De omnibus ſeruis Chriſti, hoc idem dicitur. Sed non mirũ ſi de eis iniqui homines aliquando malè loquũtur, cùm de ipſo dei filio talia loquerentur. Vnde Aug. De omnibus ſeruis eius intelligendum hoc dicitur modò.

Detractio cõmunis eſt.

Quicunq; apparuerit in aliqua gratia ſpirituali: alij dicunt bonus eſt: alij, non: ſed ſeducit turbas. Quod dictũ eſt ergo de domino, valet ad conſolationẽ noſtrã: de quocũq; hoc dictum fuerit Chriſtiano. hęc Aug.

E

Sed ſi bene conſideras, hęc malorũ derogatio cõmendatio eſt. Vnde Grego. Stultũ valde eſt ſi illis placere quęrimus: quos non placere deo ſcimus. Peruerſorũ autem derogatio, vitæ noſtrę approbatio quia iam oſtenditur aliquid iuſtitiæ nos habere, ſi illis diſplicere incipimus, qui non placent deo. In omni igitur quod de nobis dicitur, ſemper tacitè recurrere ad mentẽ debemus, interiorẽ teſtem & iudicẽ quærere. Quid enim prodeſt ſi omnes laudent, cùm cõſcientia accuſet? Ad quid poterit obeſſe ſi omnes derogent: & ſola conſcientia defendat?

Diſplicendũ malis.

Vnde & Boëtius: Itaque nihil eſt quod admireris, ſi in hoc vitæ ſalo circunflantibus agitemur procellis: quibus hoc maximè propoſitũ eſt peſsimis diſplicere. Vnde etiã Seneca: Tam turpe eſt laudari à turpibus, quàm laudari ob turpia, vel eſſe turpem.

Famã potius quàm innocentiã amittas.

Et iterum: Nemo mihi plus videtur æſtimare virtutẽ: nemo illo magis deuotus, quàm qui boni viri famam perdidit ne conſcientiam perderet. Honeſta turpitudo eſt pro bona cauſa. hęc Seneca. [Iam aũt die feſto mediãte,]

F

id eſt in medio ſolẽnitatis, ſcilicet de quarta: quando etiã deus ab initio mũdi coruſcare fecit lumẽ in cœlis [aſcẽdit Ieſus in tẽplum] publicè: quia ibi erat locus cõmunis aptus doctrinę: [& docebat] quia in principio feſti his quę feſti erãt magis intendebãt: & ideo poſtea Chriſtũ attentius audiebãt.

Scenophegię duratio.

Euãgeliſtę quãdoq; more Iudęorũ dies ſeptẽ, quibus celebritas durabat, diẽ feſtũ propter vnã feſtiuitatẽ appellauerũt. Octauus aũt dies de integritate ſcenophegię nõ erat: & tamẽ totus celebris manebat. Fiebat eñ in eo collecta ad opus pauperũ: & in neceſſitates fabricę & vtẽſiliũ eius. Et quidã de turba dicebãt eũ vere prophetã & Chriſtũ.

Calũnia domini.

Alij dicebãt eũ habere dęmoniũ: qđ patet manifeſtè falſum: q̃a dęmonia expellebãtur per ipſum. Dñs aũt non turbatus: ſed trãquillus nõ reddidit maledictũ pro maledicto: ſed trãquillè ad omnia reſpõdit. In quo ſecũdum Bedã nobis patiẽtię reliquit exẽplum: vt quoties nobis ab aliquo falſa obijciũtur cõuitia, patienter tole-

ter toleremus:& vera quę poſſumus non obijciamus,

G

ſed ſalutaria monita prædicemus.[Et quęrebant apprehendere eũ] ad occidendũ : ſed repreſſi ſunt diuina virtute: [& nemo miſit manus in illũ:] quia nihil ei facere poterãt: niſi quantũ & quando ipſe permittebat:[quia nondũ venerat eius hora]id eſt ab eo ordinata de captiõe ſua. Voluit enim pręmiſſa longa ſerie pręconũ, oportuno tẽpore naſci: ſimiliter prædicato euãgelio oportuno tẽpore mori.[Quidã aũt de turba,]humiles & pauperes,pręedicatione & miraculis eius moti [credebãt in eũ,] verba & facta eius glorificãtes. Nõ dicit de principibus:quia quantò maiores erãt,tantò magis inſaniebant.[Audiẽtes aũt principes & phariſæi] turbam de illo bona ſecretò murmurantẽ,& eum glorificantẽ:quia turbæ nõ audebant cõfiteri palàm: & propter cõtrarias de eo opiniones diſſenſionem in turba factã,inuidia cõmoti[miſerũt miniſtros] ſcilicet ſatellites præſidis,quos ad hoc cõduxerant, [vt eũ apprehenderent.] Nõ ſunt auſi ire perſonaliter ad capiendũ Chriſtum timore turbarũ:ſed miſerunt miniſtros, tanquã periculis expoſitos : quia

H

tales perſonæ pleni pretio non timent ſe periculis exponere. Ipſi quidẽ maiores ſtantes in littore, nõ timent alios ſubmergere. Inſani audito murmure ꝙ Chriſtus à turba glorificaretur,& tanta bona de ipſo dicerent,doluerũt valde,& quærebant eũ occidere.[Dixit ergo eis Ieſus:] erudiens ad ſalutẽ etiã pertinaciũ peruicaciã[Adhuc modicũ tempus vobiſcũ ſum,]quid feſtinatis me interficere? paruum tempus,ſcilicet ſeptẽ menſiũ,expectate:quod modò facere vultis, facturi eſtis,non modò:quia iam nolo.q.d Non modò implebitis quod vultis : quia adhuc modico tẽpore volo manere in populo,ad docendum,& miracula faciendũ. In vanũ laboratis & vos & principes veſtri:quia nõ in veſtra ſed in mea poteſtate eſt vt me apprehẽdatis. Expectate dũ tẽpus adueniat:citò vos relinquã : & perfecto opere redẽptionis propter quod vobiſcũ ſum,[vado]quaſi ſpontaneus,ſcilicet per paſſionẽ & mortẽ [ad eum qui miſit me]ſcilicet ad patrẽ. Implere debeo meã diſpenſationẽ:prædicando ſcilicet & miracula faciendo:& ſic peruenire ad meã paſsionem,cõpleto diſpenſationis officio.[Quęretis me & nõ inuenietis. Hoc ſecũdum Aug. fuit poſt Chriſti aſcenſionem, quando multi Iudæi cõpuncti ad prædicationem apoſtolorũ crediderunt. Iſtud autem quotidie accidit:quia Chriſtũ multi quęrũt & nõ inueniunt: quia quęrunt eũ non ibi vbi eſt:ſed vbi nõ eſt. Chriſtus nõ eſt in delitijs,nec in diuitijs, nec in honoribus:& ideo nõ ibi inuenitur. Vnde in Iob: Non inuenitur in terra ſuauiter viuentiũ, quantũ ad delitioſos:abyſſus dicit non eſt in me , quantũ ad auaros:quorũ cupiditas non habet fundũ : & mare loquitur non eſt mecũ,quantũ ad ſuperbos, qui ſemper ſunt tumidi & inflati. Inuenitur aũt in humilitate,paupertate,& aſperitate:quia ibi eſt. Iſta enim tria Chriſtus in hunc mundũ veniens ſecũ portauit:& cũ iſtis naſci voluit. Vnde in Luca: Inuenietis infantem,ecce quãta humilitas : pannis inuolutum,ecce quanta paupertas : & poſitũ in pręſepio, ecce quanta aſperitas.[In nouiſsimo autem die feſtiuitatis]ſcilicet die ſeptimo:qui ſicut primus erat celeberrimus:& in quo maior erat populi concurſus:

K

vel[in nouiſsimo]id eſt in octauo:quia peractis ſeptem diebus feſtiuitatis tabernaculorũ , in octauo die erat feſtum cœtus vel collectę:& dicebatur illa dies ſanctiſsima in lege: quia figurabat cõgregationem ſanctorũ in ſuperna fœlicitate[ſtabat Ieſus]firmè,qui ſe nunquã deflectebat à rectitudine [& ]conſtãter[clamabat]prædicando verbũ dei publicè. Vocat dominus Ieſus non vtrunq; loquendo: ſed clamãdo vocis intẽtione:vt omnes poſſent eum audire. In quo oſtẽdit ſui feruoris deſideriũ,& affectus magnitudinẽ,ad noſtram informationẽ & ſalutem. Secundũ Chry. Primo die laudibus & ſacrificijs dediti erant:intermedijs diebus epulando coram domino voluptati vacabant:in vltimo die feruentius audiebant: vt doctrinę aliquid ſecũ recedẽtes portarẽt:& ideo illo die dominus magis doctrinæ inſtabat:& quaſi viatica ſalutis in doctrina dabat:quæ percipientes ſecũ meditarentur vſq; ad aliud feſtũ,quo iterũ doctrinã perciperent. Septem autem iſti dies , ſignificant ſeptẽ feſta cordis , quæ domino agimus: in quorũ primo ſacrificiũ laudis

L

offerimus:, quinq; autẽ ſequẽtibus refectiones coram domino accipimus. Primò quidem in pane lachrymarũ pro peccatis. Secundò,in confortatione conſcientiæ,& refectione virtutis. Tertiò,in pane ſerenatæ conſcientiæ à peccatorũ reliquijs. Quartò,in refectiõe deſiderij. Quintò,in cõſolatiõe ſpiritus ſancti. Sexto,in refectione ſacramenti. Septimo die ſurgit Ieſus,reficiẽs in pane verbi. Quid autem docebat,ſubditur:[Si quis ſitit,] ſcilicet intus, id eſt deſiderat aquã gratiæ,doctrinã vitæ,& gratiam ſpiritus ſancti neminem compello:ſed ſi quis multum deſiderat,& feruens deſideriũ habet,hunc ego voco: generaliter loquitur ſi quis, nullum excipiendo,cuiuſcunq, ſtatus & cõditionis:quilibet ſecundam ſuã ſitim potũ inueniet apud deũ. [Si quis inquã ſitit, veniat ad me]fontẽ aquæ viuæ: veniat autem,nõ corporis,ſed fidei formatæ paſsibus:non pedibus,ſed affectibus:nõ migrando,ſed me amando,& ab amore mundi recedendo[& bibat] abundanter aquã ſapientię ſalutaris:& ſpiritũ ſanctum,

M

non ſolum ad ſufficientiã,ſed etiam ad redundantiam:& tunc]flumina aquæ viuæ]purgantis mentes,ac viuificantis,& ſemper agẽtis: ſcilicet doctrina ſacra,& dona gratiarũ,ac beneuolẽtia:quę vult cõſulere proximis [fluent abundãter de vẽtre eius] interioris hominis:ſcilicet cõſcientia cordis ad alios per redundantiã,quia fides & bonitas vnius fidelis debet ad alios deriuari : nõ enim fluunt aquæ viuæ de eius vẽtre:qui quod bibit,putat ſibi ſoli ſufficere. Si aũt proximo conſulere feſtinat: ideo non ſiccatur,quia manat. Propter quod admonendo dicit Petrus: Vnuſquiſq; ſicut accepit gratiã in alterutrum illam adminiſtrãtes : dominus vocat illos ſitientes qui ſunt vacui ab amore mundi: ad aquas gratię,ſcilicet ad amorẽ dei. vnde Augu. Si habitat amor mũdi in te:non eſt quò intret amor dei in te. Vas es,ſed plenus es:funde qđ habes,vt recipias qđ nõ habes:funde amorẽ ſeculi, vt amore dei implearis. hęc Augu. Vocatur aũt ſecundũ Chryſ. ſpiritus ſanctus

Tempus domini implendum erat.

Quęrẽtes & non inuenientes Chriſtum

Iob 28.

Chriſti locus.

Lucæ 1.

Septẽ feſta cordis

2. Petri 4.

Amor ſeculi effundendus



A

ſanctus flumen:quia ſicut flumen nõ reuertitur nec ſtat,ſed ſemper currit:ſic & illi qui habẽt ſpiritum ſanctum,non reuertuntur ad peccata,nec ſtant per otium,ſed ſemper currunt ad fortia : dicitur quoq; ſpiritus ſanctus aqua viua,quãdo aliquis habet gratiæ continuationem & perſeuerantiã: ſine qua nihil valerent omnia pręcedentia. vnde Bernar. Tolle perſeuerantiã, nec obſequium mercedem habet: nec beneficium gratiã,nec laudem fortitudo. [Miniſtri] ergo ſermonibus eius delectati,& doctrinæ ſuę verbis capti redierunt,ſe excuſantes & dicẽtes: quia [nunquã ſic locutus eſt homo ſicut hic homo loquitur:] quaſi dicerent. Ita bene loquitur, ꝙ non videtur homo purus,ſed plus:propter quod temerariam eſſet ponere ſuper eum manus: vtinam & vos pręſentes fuiſſetis, vtinã & vos eius verba audiſſetis:nũquam fortaſſe vlterius aduerſus eum aliquid ageretis. Pharisęi ergo inuidia moti reputabãt eos ſeductos:ſicut & turbam, quæ de facili põt ſeduci, per ignorãtiam,quos & maledictos dicũt. ſecundũ illud Deuteronomij: Maledictus qui nõ permanet

B

in lege. In me (vt dicit Auguſtinus) ſit iſta maledictio. Ita etiam & nũc in eccleſia, ꝙ ſimplices & laici ſunt aliquando deuotiores,quàm alij. ſecundũ illud Eſaiæ: Cognouit bos poſſeſſorẽ ſuum, & aſinus pręſepe domini ſui: Iſraël autẽ me non cognouit. Et quia Chriſti doctrina,miniſtrorũ pręconia, populorum fides Phariſæos à ſua malitia non traxerant:ſurgit ad hoc Nicodemus,qui ad Ieſum nocte venerat:qui & vnus ex ipſis erat, & legis autoritate nititur eos à perſecutione & captione Chriſti cõpeſcere:ac Chriſtum in quẽ occultè credebat excuſare ex lege,dicens: [Nunquid lex noſtra hominẽ iudicat:niſi prius audierit ab ipſo, & cognouerit quid faciat?] Nemo enim ſecundũ legem cõdemnatur:niſi ex ſe confeſſus,vel ab alijs cõuictus: & præſens,non abſens : quia in dãnatione hominis non leuiter eſt procedendũ. Nam etiam ſecundum leges ciuiles diligens inqſitio debet pręcedere ſententiam: Sed illi volebant peruersè antè eſſe damnatores,quàm cognitores. Credebat Nicodemus,

C

ſi tantummodo dominum Ieſum vellent patiẽter audire,ꝙ verbũ Chriſti eſſet tãtæ efficaciæ,ꝙ fortè ſimiles fierent illis, qui ad tenendum eum miſsi fuerant,& ad verba eius conuerſi ſunt in eo facto ad quod miſsi erant, & crederẽt,ſicut illi crediderunt . Et ideo volebat per hoc eos inducere ad audiendum Chriſtũ,vt conuerterẽtur per verba eius: ſicut etiam ipſe fuit cõuerſus. Phariſæi verò inuidia & iracundia agitati non recipiẽtes de veritate perſuaſionem:ſed magis Nicodemo cõtradicentes: tandem [reuerſi ſunt cõfuſi in domũ ſuam,] & in propria,nullo perfecto negotio,vacui fide,& fraudati à malo deſiderio ſuo,vel [in domum ſuam,]id eſt in propriam cordis malitiam,ſcilicet in infidelitatem & impietatem ſuã: valde dolẽtes,ꝙ facere non potuerunt voluntatis ſuæ propoſitũ:quia conſilium eorũ per diuiſionem fuit diſsipatum. [Ieſus autẽ] qui miſericordię viſceribus abundabat [perrexit in montẽ Olíueti,] in cuius latere Bethania erat,& domus Marthę in qua hoſpitari ſolebat:nã dominus hanc ſibi cõſuetudinẽ fecerat,vt per diem quando Hieroſolymis erat in diebus feſtis in templo prædicaret:ſigna & miracula oſtenderet: & in

D

ſerò reuertebatur in Bethaniam, vt ibi hoſpitando quieſceret.

Flumẽ eſt ſpiritus ſanctus.

Perſeuerãtia neceſſaria eſt.

Deut. 27.

Eſaiæ 1.

Lex nõ dãnat niſi cõfeſſum.

Cõſuetudo domini

## ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte , da mihi corde & deſiderio aſcendere ad diem feſtum ſolennitatis æternæ : & me ſemper ad illã præparare , vt cùm tẽpus viſitationis tuę aduenerit:ad contẽplandum te facie ad faciem merear illuc fœliciter peruenire. O fons aquę viuæ,ſitio & deſidero ego miſer gratiam tuã, venio & ſuſpiro ad te toto affectu requirens eam:da ergo mihi bibere, & tã abundãter de ea percipere, vt dona gratiarũ & mihi ſufficiant:& per beneuolentiã à me ad ꝓximos fluant: eiſq; proficiãt, vt tu vidẽs in me opus miſericordiæ mouearis ampliorẽ gratiã mihi infundere. Amen.

## De muliere in adulterio deprehenſa.

### Caput lxxxiii.

SEquenti autem die [iterum diluculò venit Ieſus in tẽplum,] in quo oſtenditur in eo zelus animarũ [& omnis

E

populus venit ad eũ,] in quo patet deuotio audientiũ, [& ſedens docebat eos] de ſalute animarũ: [ſcribæ verò,] qui habebãt notitiam ſcripturarum [& Phariſęi,] qui videbãtur præ alijs religioſi, inuidẽtes & inſidiãtes ei: qa ſciebant eum manſuetum, & miſericordiæ prędicatorem:& ob hoc habere populi gratiã & fauorẽ, [adduxerunt ei mulierẽ in adulterio deprehẽſam,] & ob hoc ſecundum legẽ lapidandã: [& ſtatuerunt eã in medio,] vt omniũ ore condẽnaretur ad mortem:tentãdo expectãtes Chriſti ſentẽtiam,& quærentes quid de ipſa faciẽdum eſſet: vt ſi eã lapidari iudicaret, quaſi crudelẽ & contrariũ miſericordiæ eum irriderent, & nõ habentẽ miſericordiã quam populo prædicabat: propter quã etiã populus eum diligebat:ſi autẽ dimitti decerneret,quaſi cõtrariũ iuſtitiæ,& præuaricatorẽ legis, quę adulterã lapidari præcipit, cũ ipſa adultera reum mortis iudicarent. Putabant deũ vel immiſericordẽ eſſe in iudicando,vel iniuſtũ. De iuſtitia facienda nõ curabãt: ſed Chriſtum in ſermone capere volebãt. Ipſe autẽ

F

vtrãq; calũniam prudẽter euitauit : quia & iuſtitiã in iudicio ſeruauit, & à miſericordia non declinauit. Protulit enim iuſtũ iudicium ſalua miſericordia:& ſic ſuum ſermonẽ temperauit,vt & legi non contradiceret,& pietatẽ non amitteret. Non tamẽ ſtatim iudicauit:ſed prius [inclinans ſe,]humiliter à rigiditate iuſtitiæ [digito ſcribebat in terram,] tanquam (ſecũdum Aug.) illos tales in terrã ſcribendos ſignificaret:nõ in cœlo. ſecundũ Alchuinũ: Per terram cor humanũ oſtẽditur , quod bonarum vel malarum actionum ſolet reddere fructus: per digitum autem qui articulorum cõpoſitione flexibilis eſt , ſublimitas diſcretionis exprimitur . Nos ergo inſtruit vt auditis malis proximi : non ſtatim ea temerè iudicemus, ſed prius ad conſcientiã cordis humiliter reuerſi digito diſcretionis ea ſolicitè diſquiramus:nos etiam ipſos ſi ſine peccato ſumus, intus diſcutiamus. Iudex igitur q audit accuſantes, non debet ſtatim dare ſententiã,ſed diſcutere:& ea quę audit debet in corde ſcribere,id eſt,diſcretè inquirere,

Ioan. 8.

Prudentia in Chriſti ſermone.

In terra ſcribendi ratio.

Sententia nõ præcipitanda.

quirere,& quæ agenda ſunt videre. Digito quidẽ
G dominus in terra ſcribebat,ac ſi eis diceret: Vos legis mihi teſtimonia affertis, & legis verba narratis,qui legem ipſam non intelligitis: hic eſt digitus ille qui quondã ipſam legẽ ſcripſit in lapide. Præcepit enim lex mulierẽ huiuſmodi lapidari: ſed nõ ſicut vos intelligitis, neq; à talibus quales vos eſtis: præuaricatores legis legẽ implere cupiebat. Vnde [cùm] in temeritate [perſeuerarent interrogantes eum erexit ſe,] ad eorum importunitatẽ reprimẽdam:& propoſuit eis ſententiã iuſtitiæ, dicẽs: [qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat,] ſine peccato,id eſt,ſine crimine: põt enim aliquis ſine crimine eſſe,ſed vix ſine peccato:quaſi diceret aſcendat vnuſquiſq; tribunal mẽtis ſuæ, & inueniet ſe peccatorẽ eſſe. Aut ergo iſtã dimittite, aut ſimul cum illa pœnam legis accipite: puniatur peccatrix,ſed nõ à peccatoribus:impleatur lex quã allegatis,ſed nõ à legis præuaricatoribus.Prius iuſti ſitis:poſtea ream puniatis. Ecce plena iuſtitia, vt iuſtus mala puniat nõ reus.vbi Aug. Non dixit,
H non lapidetur,ne cõtra legẽ dicere videretur: abſit autem vt diceret lapidetur, venit enim nõ perdere

Lucæ 16.

quod inuenerat,ſed quęrere qđ perierat.hæc Aug. Si quis ergo in mortali eſt, neminẽ iudicare debet: quia qui aliũ iudicat de illo,vel conſimili, quo ipſe tenetur ob noxius:ſeipſum in hoc dãnat,vel dãnandum oſtẽdit:ergo antequam aliquẽ iudicemus, cõſcientiam noſtrã videamus,& iuſta examinatione dirimamus.

Rigor iuſtitiæ diuinæ.

Rigor enim diuinæ iuſtitiæ exigit,vt nemo aliũ de crimine arguat,accuſet teſtimonium ferat,iudicet, ſi de pari vel de maiori redarguẽdus eſt.Sed nos hunc rigorẽ nimis tẽperamus,& magis quàm iuſtum eſt relaxamus. Audi de hoc Senecã:

Scriptum à domino in terra.

Te primùm exhibe bonũ,& ſic quęre alterũ ſimilem tui.vide ſi adhuc malus es, & ſimilibus parce. hæc Seneca. Quid autẽ dominus in terra ſcripſit, ad literam incertum eſt. Auguſtinus tamen dicit, quòd ſcripſit illud, qđ voce expreſsit & eis reſpõdit,ſcilicet ꝙ qui ſine peccato eſt veſtrum, & cætera.
I Et ſic ipſe ſecũdum modum iudicialem ſuam ſententiam primò ſcripſit:ſecũdo protulit. Hieronymus autẽ in quadã epiſtola videtur velle eũ ſcripſiſſe: terra terra, abſorbe viros iſtos abdicatos. Vel ſecundũ Ambro. Terra,terrã accuſas:vel ſecũdum quoſdã: primò ſe inclinans ſcripſit verba hęc: Terra,terra,terra,mea eſt æquitas meum eſt iudicium meum eſt iudicare illum vel illã:ſecundò verò ſe inclinans ſcripſit, terra terrã accuſat: meum autem eſt iudiciũ:vel ſecundum gloſſam ſcribebat peccata eorũ,vt eos oſtẽderet ineptos ad huius ſententiæ executionẽ,quæ illi legentes præ verecũdia exierunt. Et erat illa ſcriptura tantę virtutis,quòd quilibet eorum cognoſcebat in ea peccata ſua. Nõ ſcribebat per ſingula,ſed potuit facere virtute diuina ꝙ in aliqua figura ab eo protracta quilibet eorum videret ſua propria peccata, & non alia. [Et iterũ ſe inclinans ſcribebat] ea ſ. denuo [in terra,] quaſi diceret:Si iſta eſt peccatrix & vos ſimiliter

Bis ſcripſit in terra.

eſtis peccatores. Eadẽ denuo inclinatus ſcripſit: vt oſtenderet maiorem ſentẽtiæ ſuæ firmitatẽ: & eos ſua viſione indignos eſſe. vñ cùm eos zelo iuſtitiæ percuſsiſſet, non eſt dignatus eos attendere: ſed obtutum ab eis auertit. In quo docet nos, ſicut prius
K ante correptionem alterius: ita & poſt noſipſos humiliter inueſtigare,ne idẽ vel aliquid ſimile in nobis ſit. Inclinauit ſe, & vultũ alio vertit: benignus dominus etiã pro æmulis & aduerſarijs ſuis, quaſi diſsimulans vt à ſtultitia ſua declinarẽt, & vt eorũ verecundiæ conſulẽs liberam exeundi facultatẽ eis daret:quos citius exituros quàm plura interrogaturos præuidebat. Si enim eos intueretur in facie, magis erubeſcerẽt exire:fac ſimile, ac confuſis cõdole, & in faciẽ noli reſpicere. Hîc inſtruimur ex Chriſti actione qualiter in iudicandis proximorũ defectibus fidelis quiſq; debeat ſe habere. Ad quod

Iudicat quis d… ſeipſum ſed an pec catore

ſciendum primò debet homo ante oculos cordis peccata & defectus ꝓprios ſcribere, vt ſic ſeipſum iudicet:& tunc dignior fit alios iudicare. Quęſtio: Vtrum peccator poſsit iudicare, & reprehendere alios? Ad quod dicendũ ꝙ iudicans aut eſt irreticus ſolum communibus peccatis & leuibus: & tunc ad corripiendum nõ redditur indignus, aut eodẽ pec-
L cato vel maiori de quo corripit alium, & tunc aut peccatum corripiẽtis eſt manifeſtum,aut occultũ. Si manifeſtum,tunc nõ põt corripere propter proximi ſcãdalum.Si occultũ,aut pœnitet:& tunc põt cum humilitate corripere alios, vt & ipſi de ſuis peccatis pœniteant. aut non pœnitet:& tunc nullo modo dignus eſt alios reprehendere:quia talis correctio nõ procedit ex charitate,vel vitij deteſtatione: q̃a alias prius deteſtaretur, in ſe quàm alio:nec homo debet plus diligere proximũ quàm ſeipſum: imo in hoc caſu in quo ipſe alium iudicat,ſeipſum condemnat. Ex hac autẽ propriorum defectuũ cõſideratione innaſcitur humilitas: & hæc humilitas docetur in inclinatione domini deorſum vſque ad terram.

Iudica… rus d… rat da… autem…

Secũdò debet etiã homo antequã aliũ corripiat cum ſumma diſcretione diſquirere duo:primò perſonæ diſpoſitionem:an ſcilicet ſic ſit diſpoſitus vt ex hoc emẽdetur,aut nõ:ſecundò facti qualitatem ꝙ circunſtantiã: an ſcilicet factũ quod reprehendit in alio, ſit ſecundũ ſe malũ: & tũc debet
M corripere, aut ad vtrumlibet, vt ſcilicet bene fieri poſsit & male:tũc eſt in meliorem partẽ interpretandam. Tertiò debet diſquirere propriam intentionem : an ſcilicet ex charitate mouebatur ad talem correptionem,vel ex propria oſtentatione,vel ex paſsione,vel ſuſpitione: de talibus iudicijs temerarijs dicitur alibi: Nolite iudicare,vt nõ iudicemini.

Matth.

At illi [diſceſſerunt omnes vnus poſt aliũ,] quia omnes peccatores ſe eſſe ſciebãt: qđ & ipſo abſceſſu de ſe cõfeſsi ſunt, [incipiẽtes à ſenioribus,] tum quia grauioribus implicati & peccatis & criminibus:tũ quia melius cognoſcebant æquitatẽ ſententiæ prolatæ & euanuerunt eorum aſtutię. [Et remanſit Ieſus ſolus,] ſcilicet ab illis calũniatoribus, quia diſcipuli & multitudo populi mãſerunt cum eo. [Et mulier ſtans in medio.] Relicti ſunt duo, ſcilicet Ieſus miſericordia, & mulier miſeria. Et meritò remanſit miſericordia cũ miſeria:quia miſeriæ neceſſaria eſt miſericordia. Poſito ergo timore iuſtitiæ,cõſequenter Chriſtus ipſum tẽperat dulcore miſericordiæ. Nam confutatis calũniatoribus



[erigens ſe iterũ Ieſus dixit:Mulier,vbi ſunt
A qui te accuſabant?]quaſi diceret: Qui venerant ad quærendũ iuſtitiã,fugati ſunt iudicio iuſtitiæ. Ille aũt qui aduerſarios repulerat lingua iuſtitiæ,leuãs in illã oculos mãſuetudinis,interrogauit eã,dicẽs: [nemo te condẽnauit? Quæ reſpondit,nemo dñe,] iam eñ receſſerãt,& quilibet eorũ ſe ſimiliter inquinatum ſciebat.

Liberatio peccatricis.

Vnde Augu. Ideo enim liberauit dñs peccatricem:quia nõ erat qui iuſtè mitteret lapidem. Quomodo lapidaret, qui ſe lapidãdũ cognoſceret? Hæc Augu. Et quia mulier territa poterat timere ne ipſe qui ſine peccato eſt,eam puniret:& timẽs ei dicere nemo quippe me cõdemnauit,tu autem qui ſine peccato es ſi vis potes,quia tibi ſoli peccaui:ideo ſubditur Chriſti abſolutio.

Pſal. 50.

Vox miſericordiæ dominicę.

Audiuimus ergo ſuprà vocem iuſtitiæ:audiamus nũc vocem miſericordiæ. Nam dixit ei Ieſus,[nec ego te cõdemnabo:à quo fortè te dãnari timuiſti,quia in me peccatum nõ inueniſti:nec mirũ, quia veni
B peccatores ſaluare,nõ cõdemnare. Noli timere,ſed ſecura ſis:crede tãtummodo meis cõſilijs:nõ abijcio peccatores,ſed ſuſcipio pœnitentes,quaſi diceret:Illi dimiſerũt te indamnatam propter peccata ſua:& ego te abſoluo ex miſericordia mea.[Vade] abſoluta à culpa & à pœna,[& iam amplius noli] id eſt,nõ velis[peccare,hoc eſt nõ ſit tibi voluntas peccandi. Magnum ergo peccatum eſt volũtas peccãdi. Facta ſecura de præterito,caue de futuro:de leui quod commiſiſti:obſerua quod præcepi,vt inuenias quod promiſi. Ergo & dominus damnauit, ſed peccatum,nõ hominem:ſaluãdo enim naturã, damnauit culpam,qui ergo amãt in domino manſuetudinem,timeãt & veritatem:etenim dulcis &

Pſal. 24.

rectus eſt dominus. Erectus itaq; dedit ſentẽtiam iuſtitiæ in accuſantes:& iterum erectus ſententiã miſericordiæ circa accuſatam:quia hoc vtrumque facere diuinæ eſt potẽtiæ,& æque vtrumque proprium eſt deo,punire ſcilicet & parcere : & æque iuſtum eſt ſeruare miſericordiam ſicut iuſtitiam. Punit iuſtè,& parcit piè. Et ſicut primò protulit iudicium iuſtitię ſalua miſericordia:ſic ſecũdo pro-
C tulit iudicium miſericordiæ ſalua iuſtitia, ſcilicet vt miſericors peccata præterita dimittẽs:& vt iuſtus ne amplius peccaret interdicens:nam vniuerſæ viæ domini miſericordia & veritas. Sic ergo liberata eſt miſera iubente miſericordia. Licet autẽ deus ſit iuſtus,ſit & miſericors:tamẽ dicitur ei proprium eſſe potius miſereri,quã iuſtũ eſſe:quia nihil requiritur ad cõpledum opus miſericordiæ,niſi volũtas eius tãtum:ſed ad cõplẽdum opus iuſtitiæ requiritur etiã aliquid ex parte hominis,ſcilicet exigẽtia meritorum. Vnde Anſelmus: Occurrat iam nunc memorię mulier illa in adulterio deprehẽſa,& Ieſus rogatus ſentẽtiã ferre:quid egerit quod dixit recordare. In terrã oculos iecit:ne fortè accuſatã reſpiciẽs nimis cõfunderet. Cũ eñ ſcribens in terra terrenos eos,nõ cœleſtes,prodidiſſet: qui ſine peccato,inquit,eſt veſtrũ,primò in illã la-

Bonitas Chriſti ineffabilis.

pidẽ mittat. O mira & ineffabilis Chriſti bonitas. Quã condẽnare iuſtè potuit,aduerte quàm piè,& quã cautè liberauit. Cùm eñ oẽs ſentẽtia terruiſſet & expuliſſet de tẽplo:imaginare quã pius oculos in illã leuauerit,quã dulci & ſuaui voce ſententiã abſolutionis eius protulerit. Puta ꝙ ſuſpirauerit,ꝙ lachrymatus fuerit cũ diceret: Nemo te con- D
dẽnauit mulier & cætera. Fœlix (vt ita dicã) hæc adultera mulier:quæ de præteritis abſoluitur,ſecura efficitur de futuris. Ieſu bone te dicẽte: nec ego te cõdẽnabo,quis cõdẽnabit? Deus eſt qui iuſtificat, quis eſt q̃ cõdẽnet? Audiatur tñ decętero vox tua: vade,& iã amplius noli peccare. Hæc Anſelm.

Pœnitẽtia eſt iniũgẽda.

Et quãuis dñs Ieſus mulierẽ à culpa abſoluendo:& ne amplius peccaret interdicẽdo,nullã aliã iniũgeret ei pœnitentiã ſeu pœnã:tamen hoc factũ Chriſti nõ eſt trahendũ ad cõſequentiã & in cõſuetũdinẽ: vt exẽplo domini aliquis abſq; cõfeſsione,& pœnę inflictione quẽquã abſoluat:quia Chriſtus excellẽtiã in ſacramẽtis habuit:& potuit cõferre effectũ ſacramẽti ſine ſacramento,quod nullus purus homo põt:imò debent ſacerdotes in foro pœnitẽtiali imponere pœnitentiã,ſecundũ conditionẽ peccãtis,& peccati:quia nõ habent talẽ poteſtatẽ remittendi. Poterat etiã Chriſtus illi mulieri tantã cõtritionẽ dare ꝙ ſufficeret ad deletionẽ totius culpę& E
pœnæ,& illã cõtritionẽ cognoſcere:non ſic autem alius ſacerdos põt,qui nec mouet cor,nec videt.

Moraliter

Simili modo quotidie dominus recipit adulterã,cùm per gratiã recipit quãlibet animã à diabolo corruptam per culpã. Per mulierem enim in adulterio deprehenſam,ſignificatur quælibet perſona Chriſto per fidẽ deſponſata:ſed poſtea per mortale peccatum cũ diabolo adulterata : per ſcribas verò & Phariſæos ſignificantur dæmones qui dicũtur hîc ſcribæ,quia peccata noſtra retinent memoriter tã quã firmiter ſcripta:& Phariſæi,id eſt diuiſi rectè dicuntur:quia à Chriſto & ſanctorũ conſortio ſeparantur. Hi mulierem ad iudicium adducũt:quia damnationem hominum ſolicitè quærũt. Et quia dominus nõ vult mortẽ peccatoris,ſed vt magis cõuertatur & viuat:ideo ei dicit,[vade & amplius noli peccare,]quia ſibi ſufficit vera pœnitẽtia de præteritis,& cautela contra recidiuum pro futuris.

ORATIO.

O Ieſu clemens qui deprehenſam in adulterio clemẽter ab accuſatoribus liberaſti,& à te incõdemnatã in pace miſericorditer dimiſiſti:ſtat corã te anima mea adulteratrix, quæ toties à te vero ſponſo receſsit, quoties ſuggeſtionibus adulterantis inimici cõſenſit:accuſat cõſciẽtia,accuſant opera & actio praua:non intres domine in iudicium cum ea:ne memineris iniquitatum eius antiquarum,libera ab accuſatoribus peccatricem & ream,& dimitte in pace ſibi conſcientiam à tuo tremendo iudicio abſolutam:quia tibi proprium eſt miſereri ſemper & parcere : & non eſt numerus tuæ miſericordiæ. Amen. F

De quibuſdam verbis domini,pro quibus volebant eum Iudæi lapidare. Cap. lxxxIIII.

Ioan. 8.

QVia verò, ſecũdum Alchuinum,Ieſus mulierem abſoluerat à crimine: ne aliqui dubitarent, an ille quẽ videbant verum hominem,poſſet peccata dimittere : dignatur ipſe apertius diuinitatis ſuæ potentiam demonſtrare. Vnde dicitur:

G de dicitur:[Iterũ ergo locutus eſt eis Ieſus,dicens:
Lux mundi Chriſt⁹. Ego ſum lux mundi,].ſ.totius,non particulariter
gentis vnius.Et ideo accedẽs ad eũ per fidẽ & deuo
tionẽ,ab eo illuminatur ad ſalutẽ:ab eo verò rece-
dẽs,obtenebratur ad gehẽnam.Chriſtus ſecundum
vtranq; naturã dicitur lux:quia ſecũdum diuinita-
tem illuminat intus animã,& ſecũdum humanita
tem informat exterius vitã:& hoc tripliciter.ſ.mi
raculis,prædicationibus,& exẽplis:& primum eſt
potẽtiæ,ſecundum ſapientiæ,tertiũ bonitatis.Ipſe
Ioan.1. quippe eſt lux,quæ illuminat oẽm hominẽ venien
tem in hunc mũdum:qua ipſe vniuerſaliter oẽs il-
luminat,& eſt ſolus lux per eſſentiã:quia ab ipſo
omnis notitia deriuatur:cuius participatiõe alij ab
hac luce illuminati dicũtur lux,ſed nõ per eſſentiã
vt ipſe,quia ipſe eſt verbum à patre progrediẽs,ſi-
cut lux à luce.Vnde ſecũdum Augu.Lux mundi à
patre egrediẽs nube carnis tegitur:& ſic cõtempe-
rata tolerãda hõibus efficitur,vt per hominẽvenia
tur ad diuinitatẽ.Illa ergo luce illuminãte illumina
H mur modo collyrio fidei,qui de Adã cæci nati ſu-
mus:& ſequitur tam verbis quã exemplis obedien
do:vt excluſis ignorãtiæ,vel peccatorũ tenebris,in
futuro manifeſta viſione deitatis illuminemur.Ita
que ſubiũgit:[Qui ſequitur me,]ſcilicet credẽdo,
amando,& imitãdo:[nõ ambulat in tenebris,]ſcili
cet ignorãtiæ:quia ego ſum veritas:nec culpę,quia
ego ſum via:& per cõſequens nõ venit ad tenebras
gehẽnæ,quia ego ſum vita:fructus aũt huius lucis
ſubditur,[ſed habebit lumen vitæ,]nũc & in futu
ro,quia habebit Chriſtum dei ſapiẽtiam:qui eſt lu
men indeficiens & inextinguibile:hîc per fidem &
ibi per ſpeciem.Vnde hoc quod dicit, [qui ſequi-
tur me:]pertinet ad meritum:ꝙ verò dicit[habe-
bit lumen vitæ]pertinet ad præmium.Vbi Augu.
Ergo fratres mei,qm̃ dominus breuiter ait: Ego
Sequẽdus eſt Chriſt⁹ ſum lux mundi,qui me ſequitur nõ ambulat in te
nebris:ſed habebit lumen vitæ:quibus verbis aliud
eſt quod iuſsit,aliud quod promiſit:faciamus quod
iuſsit,ne impudẽti frõte deſideremus quod promi-
I ſit:ne dicat nobis in iudicio ſuo:Feciſti ne quod iuſ
ſi,vt expetas quod promiſi?Quid igitur iuſsiſti do
mine deus noſter?dixi tibi vt ſequereris me: ergo
modò faciamus,ſequamur dominũ:ſoluamus com
pedes quibus impedimur.Sequamur Chriſtum lu-
men mũdi:ne ambulemus in tenebris:tenebrę me-
tuendæ ſunt,ſed morum nõ oculorum.Et ſi oculo
rum,nõ exteriorũ,ſed interiorum:vnde diſcerni-
tur non album & nigrum,ſed iuſtum & iniuſtum.
Hæc Augu.De ſuperexcellentia autẽ iſtius lumi-
Lucis ęternæ iucunditas. nis nobis promiſsi dicit idem Aug.Tanta eſt iucũ
ditas lucis æternæ,vt etiam ſi non liceret in ea am
plius manere quã vnius diei mora:propter hoc ſo-
lum innumerabiles anni huius vitæ pleni delitijs,
& circunfluentia bonorum tẽporalium rectè meri
toq; contemnerẽtur.Deinde poſt aliqua iam inci
piens ad certamen paſsionis Iudæos prouocare,di-
xit eis:[Cũ exaltaueritis,]ſcilicet in cruce [filium
hominis,]id eſt,filium virginis,ſecũdum cuius car
nem debebat pati:& exaltari in cruce,in qua fuit
extenſus,& exaltatus in aëre,propter quod exalta
tus eſt à deo patre:[tunc cognoſcetis,]ſcilicet ali-
qui ex vobis per fidem:[quia ego ſum,]ſcilicet ve-
rè Chriſtus:[ego ſum,]ſub carne deus abſconditus: K
vbi prædicit quoſdam de eis poſt paſsionem ſuam
cogniturus quis eſſet,& credituros in eum:prænũ
tians eis per quę debeant peruenire ad fidem,quia
per ſuam paſsionẽ.vnde Auguſt.Differo cognitio-
nem veſtrã,vt impleã paſsionẽ meam:hoc oporte- Cognoſci noluit,ne crucifigeretur.
bat impleri per manus eorum,qui poſtea fuerant
credituri.Quare hoc?niſi vt nemo deſperaret in
quocunque ſcelere malè ſibi conſcius,quando vi-
det eis donari homicidium qui occiderant Chri-
ſtum.hæc Auguſti.Tribus modis nos offendimus Offendimus deum tripliciter.
deum,& ipſum humiliam⁹.ſ.malis cogitatiõibus,
malis verbis,& malis operibus. Quãdo verò con-
teritur:confitemur, & ſatisfacimus:tũc ipſum ex-
altamus in anima, ipſum ſuper omnia diligendo,
& per cõſequens cognoſcimus ipſum ſuper omnia
venerando.Si ergo vis cognoſcere deũ,exalta eum
tribus modis prædictis:ſcilicet cordis contritione,
contra malas cogitationes: oris confeſsione, contra
malas locutiones:& corporis ſatisfactione, contra
malas operationes.Deinde quibuſdam Iudæis,tũc L
in ſe credentibus,dicebat:[ſi vos manſeritis in ſer-
mone meo,]id eſt,ſi perſeueraueritis vſq; in finẽ in
fide,quæ in vobis cœpit eſſe per ſermonẽ, à doctri
na & diſciplina mea nõ recedendo: nulliſque tenta
tionibus cedendo:tunc [verè diſcipuli mei eritis]
hoc dixit quia aliqui eorum fictè credebant,& iſti
veri diſcipuli non erant:[& vos cognoſcetis verita
tem,] quæ modò carne tecta loquitur vobis, &
latet vos:vel veritatem doctrinę quã ego doceo,&
fidei quam modò creditis,[& veritas]cognita[li-
berabit vos:]id eſt,liberos faciet:quia in præſenti
liberat à ſeruitute culpę,& dat libertatẽ gratię:&
tunc vera libertas inchoatur, & in futuro libera-
bit à ſeruitute miſeriæ:& dabit libertatem glorię,
& tunc vera libertas perficietur. [Reſponderunt]
alij non credentes,& iactando dixerunt ſe eſſe:]ſe
men Abrahæ] & nemini vnquam ſeruiſſe, quaſi
liberi eſſent,& liberatione nõ indigerent.Sed ma- Seruitus Iudæorum.
nifeſtè patet dictum eorum falſum eſſe : quia pri-
mò in Aegypto fuerũt in magna ſeruitute,& ite- M
rum in Babylone.In terra etiã ſua ſeruierunt regi
Aſſyriorum, & nationibus alijs: & iterũ Roma-
nis,ſoluentes tributa eis.Dñs aũt propoſuit eis ſer
uitutẽ difficiliorem quã hominum, dicens:Amen
dico vobis,quòd omnis qui facit peccatũ]cuiuſcũ
que conditionis ille ſit,ſiue nobilis,ſiue ignobilis,
Iudæus vel Græcus,diues vel pauper,imperator vel
mẽdicus,[ſeruus eſt peccati.]vnde Chryſoſtomus:
Omnis qui diaboli ſequitur voluntatẽ,ſeruus eſt,
etſi ſit liber.Qui autem deo obedit,ille verus inge Libertas Seruitus & libertas duplex.
nuus eſt:etſi fuerit ſeruus.Ingenuitatem enim ſpi-
ritalem non ſordidat ſeruitus corporalis,nec turpi
tudinẽ ſpiritalem honeſtat corporalis libertas.Ser
uitutem enim nõ dei diſpoſitio,ſed humana violẽ-
tia introduxit.Omnis enim homo liber creatus
eſt,quẽ deus in libero arbitrio poſuit,niſi ipſe ſe fe
ciſſet ſeruum.vnde & Auguſtinus:Bonus etiã ſi ſer
uiat,liber eſt:malus autem,etiam ſi regnet,ſeruus
eſt:nec vnius hominis,ſed quod eſt grauius,tot dñorum,
quot vitiorum.Seruus eſſem vtinã hominis,
non pec-



A nõ peccati.Et iterũ:Omnis qui facit peccatũ,ſer-
Seruitus peccati peſsima. uus eſt peccati.O miſerabilis ſeruitus:plerunq; ho
mines cũ dominos malos patiuntur,venales ſe pe-
tunt:nõ quęrentes dominũ nõ habere,ſed ſaltẽ mu
tare.Seruus peccati quid faciat?quem interpellet?
apud quẽ venalẽ ſe petat?Deinde ſeruus hominis
aliquãdo ſui domini duris imperijs fatigatus fu-
giendo requieſcit.Seruus peccati quò fugit?ſecum
ſe trahit quocũq; fugerit.Non fugit ſeipſam mala
conſciẽtia:nõ eſt quo eat:ſequitur ſe, imò nõ rece-
dit à te.Peccatum enim quod facit, intus eſt: fecit
peccatũ vt aliquã corporalẽ caperet voluptatẽ.Vo
luptas tranſit,peccatũ manet.Pręterijt quod dele-
ctabat:remanſit quod pungat. Mala ſeruitus. Ad
Chriſtum omnes fugiamus:contra peccatũ deum
liberatorẽ interpellemus: venales nos petamus, vt
eius ſanguine redimamur.Liberat ergo ab hac ſer
uitute ſolus dñs.Qui illã nõ habuit, ipſe de illa li-
Peccator ſeruus. berat. Solus enim in hac carne venit ſine peccato.
B hæc Auguſtinus.Peccator ergo,vt dictũ eſt,ſeruus
eſt tot dominorũ,quot vitiorum. Vnde legitur de
Diogenis verbum. Diogene philoſopho, ꝙ cũ Alexander diceret ſe
dominatorem orbis:ille ait:nequaquam es domi-
nus,ſed ſeruorum meorum ſeruus.Superbia enim,
dña tua & ancilla mea,te circunducit:ego autẽ eã
ſuppeditaui:carnalis cõcupiſcẽtia & gula ſunt do-
minę tuæ,& ancillæ meæ,quæ te ducũt & tibi do-
minãtur:ego autẽ eas ſuppeditaui & vici,& ideo
tu es ſeruorũ meorũ ſeruus.Deinde oſtẽdit pœnã
huius ſeruituris, dicens:[Seruus autẽ,] ſcilicet cul-
pæ[nõ manet in domo,]id eſt,in eccleſia[in æter-
num] licet modò ad tẽpus in quãtum eſt de nume-
ro fidelium: quia modò ſunt admixti mali cũ bo-
nis:& in futuro abinuicem ſeparabũtur,ſicut oues
ab hœdis:[filius autẽ, ] ſcilicet dei naturalis:[ma-
net in æternum,]quia ſolus eſt ſine peccato, & ſic
habet poteſtatẽ alios liberandi à peccato: faciendo
eos filios dei per gratiam adoptionis, vt ſecũ ma-
neant in domo libertatis:& hoc eſt quod cõcludit,
dicens:[Si ergo filius]qui verè liber eſt, & potens
C in domo libertatis:[vos liberauit] à ſeruitute cul-
pæ:[verè liberi eritis,]nõ à Barbaris, ſed à diabo-
lo:non à corporis captiuitate,ſed ab animæ iniqui
tate,vt peccatũ nõ dominetur in vobis,quia in hoc
cõſiſtit vera libertas.vndè dicit Gregor.Quẽ con-
ſciẽtia defendit,etiã inter accuſatores liber eſt.Vñ
& Boëtius:Liber eſt qui habet liberã cõſcientiam:
Conſcientia liberat patet ergo ꝙ mũdana libertas,dè qua gloriabãtur,
non eſt vera libertas:nec carnis nobilitas, eſt vera
nobilitas.Sed hodie heu ſunt multi qui de carnali
nobilitate,& libertate quærunt extolli:nõ verecũ
dãtes de ſeruitute peccati.ſecũdùm Augu.Qui ex
Peccati differẽtię. amore peccat,nõ ex languore naturæ,nec ex igno
rãtia leui,ſeruus eſt peccati:alia eñ ſunt peccata in
firmitatis,alia imperitiæ,alia malitiæ.Infirmitas
& imperitia cõtraria ſunt virtuti & ſapiẽtiæ:mali
tia contraria eſt bonitati.Deinde oſtendit eos non
eſſe filios Abrahæ,de quo gloriabantur:ſed potius
degeneres,quia eum operibus fidei non imitantur.
Filiatio vera. Vera eñ filiatio declaratur per imitationẽ pater-
næ cõditionis;quia imitatio patris eſt ſignum verę
filiationis,Iudæi aũt nõ imitabantur facta Abra-
hæ,quia quærebãt eũ interficere,quod Abrahã nõ
fecit,ex quo ſaluator cõcludit ꝙ eius verè filij non D
erãt,quamuis ab eo carnaliter deſcẽdiſſent.Vnde
erãt filij Abrahæ tãtũmodo carne,ſed nõ operum
& fidei imitatione.Caro quidẽ illorũ ex ipſo erat,
ſed vita nõ erat.Ex hoc patet ꝙ fruſtra quis gloria
tur:quia ſecũdum habitũ eſt filius Auguſtini,vel
Benedicti,ſeu alterius ſancti:niſi opera ipſius ſecũ
dum ſuã poſsibilitatẽ ſtudeat imitari. Vidẽtes autẽ
Iudæi ꝙ ex operibus filiationẽ arguebat:ideo dixe
runt ſe filios dei,cuius legẽ & cerimonias ſeruabãt
nõ ſicut alij idololatriæ dediti,vnde dicũt ei:[nos]
vnius dei cultores[ex fornicatione.]ſcilicet ſpiri-
tuali gentilitatis,quæ fornicatur cum multis dijs:
[nati nõ ſumus]idola colẽtes ſicut ipſi , ſed in fide
vnius dei:fornicationẽ enim vocãt idololatriam,ſi
cut & frequẽter nominatur in ſacra ſcriptura,quia
anima ſeparatur à deo per eã[vnum patrem]ſpiri
tualẽ[habemus deum.]quem colimus:quia nõ co- E
lebant pluralitatẽ deorum,ſicut gentiles.Sed hanc Deum patrem habẽtes.
paternitatẽ ſaluator excludit:& deum non eſſe eis
patrẽ oſtendit,quia nõ diligunt , nec cognoſcunt
eius filium.ſ.ipſum Chriſtum ab eo miſſum:nã di-
lectio & notitia Chriſti,eſt ſignum filiationis dei:
eorũ enim quæ ab vno procedunt mutua eſt dile-
ctio in illo à quo procedunt.Deinde oſtẽdit cuius
ſint filij,& dicit eos ex patre diabolo eſſe:nõ crea- Filij diaboli.
tione,ſed imitatione:quia deſideria patris ſui,ſcili
cet diaboli,volũt perficere,& innocentem occide
re:quod probat conſequẽter,cõditiones diaboli ex
plicans,& poſtea ad ipſos applicans:vnã aũt condi
tionem diaboli primò tangit dicens:[Ille homici- Homicida animarũ occiſor eſt
da erat ab initio]mundi,& cõditi hominis:primos
homines malis ſuaſionibus occidẽdo,& eis immor
talitatẽ auferẽdo.Homo enim in ſpecie humana
reponitur per animam:& ideo magis propriè eſt
homicida qui animam per peccatum mortale oc-
cidit,quã ille qui occidit corpus,per quod homo cũ
brutis conuenit.vbi Auguſtinus:Noli te ergo pu-
tare nõ eſſe homicidã,quando fratri tuo malè per-
ſuades. Si fratri tuo malè perſuades,occidis : & vt
ſcias quòd occides,audi pſalmũ:Filij hominũ, den F
tes eorũ arma & ſagittæ,& lingua eorũ machęra Pſal.56.
acuta.Alia conditio diaboli tangitur, cũ ſubditur.
[& in veritate]operis & iuſtitiæ[nõ ſtetit,]id eſt,
in debita obediẽtia ad deum:quia nõ eſt veritas in
eo.Res enim dicuntur verę,in quantum cõformã- Res veræ quæ ſint.
tur veritati primæ: à qua veritate deuiauit diabo-
lus per peccatum ſuperbiæ,& deſeruit ordinatio-
nem naturæ ſuę:quę erat vt deo ſubijceretur con-
tinuè, nec ſtetit in veritate vocis & loquelæ : quia
mendax eſt, & pater,id eſt, inuentor eius, ſcilicet
mẽdacij:ſicut deus pater eſt veritatis.Ante ipſum
non erat mendacium:ab ipſo,& per ipſum eſt fa-
ctum,vt ſit omnis homo mẽdax.Ille quidẽ dicitur
mendax,non tantum pater mendacij, qui menda-
cium ab alijs in mẽtem refert,ſed mẽdax eſt & pa Mendacij pater.
ter mendacij,qui non ſolũ refert illud,ſed & facit:
& propter hæc diabolus dicitur pater mendacij:
quia primum mendaciũ adinuenit dicẽs mulieri:
Nequaquam moriemini:Hãc ergo proprietatem, Gene.3.
hanc nephariam hæreditatem filijs ſuis diabolus
dereliquit.

dereliquit:vt mẽtiãtur & patrẽ ſuũ diabolũ mẽtiẽ
G do ſequãtur.Cũ enim mentiuntur à diabolo acci-
piũtur,& eũ imitantur. Attẽdant mendaces illud
Ioan.14. verbum Chriſti dicẽtis:Ego ſum via,veritas,& vi
ta:quia recedendo à veritate,recedũt à via & vita.
Tales ergo tanquã illegitimi in religione Chriſtia
na meritò ſunt habendi:quia à deo patre degene-
rãtes facti ſunt filij diaboli.O quã multi ſunt hu-
iuſmodi filij diaboli etiã religioſi,& quã plenus eſt
de eis mũdus.Et vtinã oẽs tales characterẽ patris
ſui diaboli in frõte geſtarent vt cognoſcerẽtur:ne
alij per eorũ mendacia deciperẽtur.Sed heu aliqui
habent frontẽ meretricis,& parũ erubeſcũt de mẽ
dacijs.Vt quid terrã occupãt tales peſtiferi ſedu-
ctores,errantes & in errorẽ mittentes:ac ſi patrem
ſuũ qui vniuerſum orbẽ ſeducit imitantes.Mẽdax
Diabolus nomen cõmune offi cij. ergo in loquẽdo,& mẽdacia fingendo,proprietatẽ
diaboli aſſumit malè viuendo.Vnde dicit Auguſt.
Quòd diabolus nõ ſpeciale nomẽ eſt,ſed cõmune:
H & in quocunq; opera diaboli fuerint inuenta,dia-
Veritas in Chriſtiano. bolus eſt appellãdus:operis enim nomẽ eſt,nõ na-
turæ.Erubeſce ergo ô Chriſtiane, & maximè tu
religioſe,de hoc nomine:& ab omni mẽdacio abſ-
tine:quia in quolibet Chriſtiano debet eſſe veritas
tanta,vt inter iuramentũ & ſimplicẽ affirmationẽ
nulla ſit differentia.Et quia ſolent innocẽtes ante
quã ſubeãt iudiciũ paſsionis,expetere iudiciũ exa-
minationis:ideo dñs noſter ſciens Iudæos in mor-
tem ſuã conſpiraſſe,iudiciũ examinationis ab eis
expetijt:ad oſtendendã ſuã innocentiã,& Iudæorũ
malitiã,& ad cõuincendã apertius eorũ iudiciariã
iniuſtitiã.Quãuis enim vltro mortẽ pati voluerit:
ipſe tamen Chriſtus ſuã innocentiã omnibus mani
feſtã eſſe voluit.Vnde dicit: [Quis ex vobis] corã
quibus palã docui,& miracula feci[arguet] & re-
prehẽdere põt me de peccato?quaſi diceret:vos vul
tis me interficere:oſtẽdite peccatũ quo meruerim
mortem·quod ſi nõ poteritis manifeſtũ erit,ꝙ me
innocenter occiditis.Secũdum Gregor.Penſanda,
I eſt manſuetudo dei qui venerat pctã relaxare:quia
Manſuetudo Chriſti nõ dedignatur ex ratione oſtendere ſe peccatorem
nõ eſſe,qui etiã ex virtute diuinitatis poterat pec-
catores iuſtificare.Et ideo cũ nõ poſsitis me de pec
cato arguere[ſi]id eſt quia[veritatem dico vobis]
qm̃ ſcilicet dico me filium dei[quare vos nõ credi
tis mihi]& in me,ex quo nõ ſum peccator ſicut cę
teri?Et ſubdit cauſam dicens:[Qui eſt ex deo] nõ
Audimus ad quæ afficimur. natura,ſed fide:nõ ore,ſed amore & per conformi
tatem voluntatis[verba dei audit,]& hoc aure cor
Verba dei audiendo ex deo ſumus. dis,nõ ſolũ corporis audit ea libẽter & amat,quia
qlibet libẽter audit doctrinã ad quã affectũ habet
quia quaſi connaturalis eſt.Ille enim quia veraci-
ter in deũ credit,ac veraciter deũ timet & diligit:
dei verba libenter audit.Qui verò nõ habet fidem
nec amorẽ,ſicut Iudæi erãt:verba dei audire non
poſſunt.In his verbis domini vnuſquiſq; conſcien-
tiam ſuã probare põt,vtrũ ex deo ſit an nõ:qui eñi
verba dei & cœleſtem patriam deſiderare , carnis
deſideria & mundi gloriã contemnere,aliena non
appetere & propria largiri,& alia huiuſmodi iu-
bentis libenter audit,& libentius opere complet:
nullo modo ſe ex deo eſſe dubitet.Qui verò vęcors
& durus verba dei audire contemnit:vel ſi hoc au
re corporis audierit,& tamen nullo ſtudio vel labo K
re in opus mittere conat᷑ fuerit:profectò ſe ex deo
nõ eſſe oſtendit.Et tales erant iſti,quibus cõcluden
do à dño hîc dicitur [Propterea vos non auditis,]
id eſt non recipitis verba dei ex ore meo,& mihi
nõ creditis,[qa ex deo nõ eſtis,]propter vitiũ quod
à deo non eſt:ſed à diabolo ſuggeritur,& à mala vo
luntate perficitur.Et quia non eſtis ex deo,non ha
bentes fidem nec amorem : ſequitur quòd ſitis ex
diabolo,non per creationem,ſed per imitationem.
Vnde Auguſtinus:Cùm dicit ex deo non eſtis:noli
attendere naturam,ſed vitium:ex deo quidem ſunt
ſecundum naturam,ſed ex deo nõ ſunt vitio & pra
ua affectione.Eſt autem ſecundum Gregoriũ tri- Affectorum gradus.
plex gradus malè affectorum.Nam ſunt nonnulli
qui præcepta dei nec aure corporis,id eſt exterio-
ri auditu percipere dignantur:quidam verò perci
piunt,ſed nullo mentis deſiderio complectuntur, L
non habentes voluntatem implendi quæ audiunt:
quidam autem libenter audiendo compunguntur,
ſed poſt lachrymas tribulationibus preſsi aut deli
tijs allecti ad iniquitatem reuertuntur:hi profectò
verba dei non audiunt,quia exercere in opere con-
temnũt.Licèt ergo omnes ſint filij dei per naturã:
illi tamẽ ex diabolo per vitium ſunt,qui verba dei
non diligunt.Qui verò ex deo generationis ado-
ptione renati ſunt,audiunt verba dei & cuſtodiunt.
Dum terra eſt ſub tecto & non cõpluta,latet quos
fructus ſit ferre apta:ſed ſi eſt ſub aẽre nudo & cõ-
pluta,patet quis fructus veniat ex ea.Igitur ſi diui
nus ſermo ſit tibi grauis,& quaſi ſarcinat aures:ti-
me ne ſis præſcitus cum Iudæis quos imber verbi
compluit,& ipſi ſpinas & tribulos exercuerunt:
quo patuit quòd terræ maledictio proxima erat,
quam ignis deuaſtare debuit.Et quia Iudæi con-
uicti ſunt non eſſe filij Abrahæ vel dei,ſed diabo-
li:ideo neſcientes contradicere veris,contradicunt
iniurijs:& ingerunt conuicia , quia reſiſtere non M
poſſunt ex veritate aliqua . Modus enim homi- Cõuitiãdi de peccato modus.
num qui neſciunt rationabiliter reſpondere,eſt ad
conuicia ſe conuertere:& ideo Iudæi non haben-
tes quid rationabiliter Chriſto reſponderent,ad cõ
uicia ſe conuertunt . Vnde contradicentes dicunt
eum Samaritanum eſſe,& dæmonium habere:li-
cèt enim Chriſtus eſſet genere Iudæus & non Sa-
maritanus:tamen vocant eum Samaritanũ ex cau Samaritanus cur Chriſtus.
ſis pluribus.Samaritani enim qui erant Gentiles,
Iudæis infeſti & odibiles erãt,eo quòd terram eo-
rum poſsidebãt:& ideo vulgare erat apud Iudęos,
quòd homines malos & eis odibiles etiam ſi Iudęi
eſſent vocabant Samaritanos:talis autem erat Chri
ſtus ſecundum opinionem eorum,quem credebãt
arguere eos propter odium:ideo vocabant eum Sa
maritanum,& quaſi aduerſarium.Vel quia Sama
ritani partim legem ſeruabant , & partim nõ ſer-
uabant:videntes Iudæi Chriſtum in aliquo legem
ſeruantem & in aliquo diſſoluentem , vocabant
eum Samaritanum , quaſi à lege diuina alienum.
Vel à Samaritanis cum quibus conuerſatus erat,
eum Samaritanum quaſi peccatorem vocabant:
quia peccatores illos reputabãt,nec eis coùti vo-
lebant.



A lebant.Dicebant etiam eum dęmoniũ habere,pro-
Dęmoniũ habere dicitur ſaluator. pter mirabilia quæ faciebat, quæ magicis artibus
imputabant : vel quia cogitationes & ſecreta eorũ
reuelabat & frequenter dicebat: quod dæmoni at-
tribuebant,cui tamen cordiũ occulta ſunt abſcõdi-
ta.Vel quia aliquando quædam alta,& ſubtilia lo-
quebatur quę non intelligebant,credebant ꝙ quaſi
dæmonio plenus loqueretur,& eũ arrepticium re-
putabant.Dominus autẽ hîc, ſicut & vbiq;, ad pa-
tientiæ & manſuetudinis exẽplum nos prouocat:
quia manſuetè iniuriã declinat.Acceptá iniuria nõ
iraſcitur,neque cõuitijs conuitia reddit,&, vt dicit
1. Petri 2. Petrus,cùm malediceretur nõ maledicebat. Et at-
Reſpõſio Chriſti ſemp mollis. tende ꝙ licèt dominus Iudæos ſæpe docendo , vel
corrigendo durè & aſperè reprehẽderit:tamẽ dura
verba vel facta inferentibus,nunquã vel hîc vel ali
bi durè vel aſperè reſpondit.Erudiens nos ſecundũ
Chryſoſtomum,quæ ad deum pertinẽt,vindicare:
quę verò ad nos,deſpicere.vnde cùm in veritate eis
reſpondere poſſet,vos dæmoniũ habetis : tamẽ no-
B luit,ſed malum quod in eis eſſe cognouit , patiẽter
Mala proximi tacẽda. tacuit:imitabilem nobis patientiã oſtendẽs, vt quo
ties à proximis iniurias patimur, eorum etiã vera
mala patienter taceamus : ne fortè talis correptio
Impatiẽtia noſtra. non ex dilectione,ſed ex odio nata videatur.In his
ergo,ſecũdum Gregorium,ſuperbia noſtra cõfun-
ditur,quæ ſi exagitata vel leuiter fuerit,atrociores
iniurias reddit,quàm acceperat:facit mala quæ po
teſt,& minatur facere quę non põt.Duo quippe ei
illata fuerãt:vnum negauit, & aliud tacendo cõſen
ſit.Tacuit quod recognouit, & patiẽter repulit qđ
dictum fallaciter audiuit. Dæmoniũ ſe nõ habere
reſpondit, ſed tamẽ Samaritanum nõ eſſe negauit.
Samaritanus. Quia enim Samaritanus interpretatur cuſtos, &
ipſe præcipuè cuſtos noſter eſt:non enim dormitat
Pſal.120. qui cuſtodit Iſraẽl:ideo ſe Samaritanũ eſſe non ne-
gauit.Negauit autem dæmonium habere:diabolus
enim honori dei reſiſtit: qui ergo honorẽ dei quæ-
rit,alienus à diabolo eſt,& ideo Chriſtus qui hono
rificat patrem ſuum, ſcilicet deũ, dæmonium non
C habet.vnde ait: Sed honorifico deũ [patrem meũ:]
declarãdo eius virtutem in miraculis , & omnia ei
attribuendo,pro cuius honore [vos me inhonora-
ſtis,] per falſa opprobria, & qđ virtuti diuinæ at-
tribui debet,dœmoni aſcribendo.Imò in hoc quòd
inhonoraſtis me, inhonoraſtis & patrem meũ: qui
enim non honorificat filiũ,non honorificat patrem
qui miſit illum.Itẽ habens dæmonium, qui eſt rex
ſuper omnes filios ſuperbiæ, ſuperbus eſt,& ſe ex-
tollit quærẽdo gloriam ſuã: [ego autẽ non] ſic: nõ
enim, [quæro gloriã meã,] ſicut ſimulatores , qui
ſe oſtendunt, & quærunt videri quod non ſunt. Et
Philip.2. verè nõ quærit, qui ſemetipſum exinaniuit formã
ſerui accipiens.Non quęſiuit in iſto mundo gloriã,
nec vllam magnificentiam : venit enim vt doceret
omnem mundi gloriã contẽnendam.Inquantũ ho-
mo eſt loquẽs dicit: [ego gloriam meã non quæro,
ſolus enim deus eſt,qui põt gloriam ſuam quærere
abſque culpa & peccato: alij autem nõ niſi in deo.
Sed [eſt qui quærat] veram & debitã gloriã meã
[& iudicet,] ſcilicet iudicio diſcretionis , id eſt,à
gloria veſtra humana:& ſecũdum ſeculũ diſcernat
& ſeparet:ſcilicet pater meus qui me & glorificã-
D tes me remunerat,& vos & omnes qui me nõ glo-
Gloriam ſuam non quæſiuit Chriſtus. rificant dãnat.Cùm itaq; filius dei multa ſigna fa-
ceret,& virtutes multas oſtẽderet,gloriam ſuã non
quæſiuit : vt nos eius exẽplo inſtructi diſcamus de
bono qđ agimus nõ gloriari, & cùm à patre omne
Ioan.5. iudicium,ſibi datum eſſet:illatas iniurias patris iu-
dicio ſeruauit , vt nobis inſinuaret quantũ nos eſſe
patientes debemus , dum ſe vlciſci non vult & ipſe
qui iudicat. Accepta ergo contumelia meditemur
in opere vocem domini illã, [ego nõ quæro gloriã
meam:eſt qui quęrat & iudicet.] Et quia,ſecundũ
Gregorium,cũ malorum peruerſitas creſcit,nõ ſo-
lum prædicatio frangi nõ debet, ſed etiam augeri:
ideo dominus poſtquam habere dęmonium dictus
eſt,prædicationis ſuæ beneficia largius impendit.
In quo oſtenditur magna Chriſti benignitas: quia
illis à quibus tantum receperat conuitium , nõ ne-
gauit ſuæ doctrinæ beneficium.vnde dicit: [amen
amen,] id eſt fideliter [dico vobis : ſi quis ſermonẽ
meũ ſeruauerit,] non ſolũ fide,ſed etiã vita & ope-
re: [mortem nõ videbit,] id eſt non experietur [in E
æternum,] hoc eſt æternæ mortis amaritudinem,
ſed vitam habebit ęternã.Deinde ex his verbis do-
mini volentes oſtendere eum habere dæmoniũ,di-
xerunt: [Abraham mortuus eſt & prophetæ,] ſed
fundabant rationem ſuam ſuper falſum, ſcilicet ꝙ
Chriſtus dixiſſet de morte tẽporali,qui tantum in-
tellexerat de morte æterna:& poſt pauca ſubiũgit:
[ſi ego,] ſcilicet ſolus , ſine patre meo [glorifico
meipſum,] ſcilicet inaniter : & quæro gloriã meã
præter regulã diuinæ veritatis , vt vos mihi impo-
nitis [gloria mea] quã dicitis meã [nihil eſt,] &
falſa,quia falſum eſt non ens,& nihil. Gloria mũ-
di nihil eſt,quia eſt fumus tranſiẽs,& vẽtus tumẽs,
& ad nihil culpæ & ad infernũ deducens . Sed glo-
ria mea eſt à deo patre,à quo nullũ falſum põt eſſe.
[Eſt enim pater meus ſubſtantialis, [qui glorificat
me] voce & per miraculorũ operationẽ : & poſtea
glorificabit per reſurrectionis , & aſcenſionis glo-
riam, [quẽ vos dicitis:qa deus noſter eſt,] per ope-
rum imitationẽ,ſed hoc eſt falſum quod probat di- F
cens: [& non cognouiſtis eũ,] ſcilicet per fidẽ for-
matam,in qua conſiſtit dei ſimulatio per adoptio-
nem.Et quia dicentes, [nunquid tu maior es patre
noſtro Abrahã?] reputabant dominum eo minorẽ:
ideo oſtendit ſe eſſe maiorem, quàm Abrahã:quia
Abraham ab eo tanquã à maiore bonũ redẽptionis
expectat ſibi promiſſæ.vñ dicit [Abrahã pater ve-
ſter,] ſecundum carnẽ, de quo ſcilicet gloriamini:
credens [exultauit] in ſpiritu ſperãdo, [vt videret Chriſti
diem meũ] intelligẽdo & cognoſcendo tantũ my- dies Abra
ſterium,quia deſiderauit cognoſcere tẽpus aduen- hæ viſa.
tus Chriſti,quod eſt videre Chriſtum in ſpiritu: &
vidit in figuris & fide diẽ ęternitatis, & diẽ futurę
tẽporalis meę natiuitatis,quando in figura triũ an- Gene.18.
gelorum,ſibi apparẽtium,cognouit trinitatis my-
ſterium:& quãdo dictũ eſt ei, in ſemine tuo bene- Gene.22.
dicentur oẽs gentes terrę : & in oblatione Iſaac,in Gene.26.
loco q ideo dictus eſt dñs videt.Quia dominus fę-
cit Abrahã videre occultũ Chriſti myſteriũ [& ga
uiſus eſt,] ꝓpter bñficiũ à me vt à maiore ſibi pro-
miſſum.

G miſſum. Ineffabili namq; gaudio exultare potuit, quando & verbũ apud patrẽ manens, & idẽ aliquãdo in carnem venturũ non de patris gremio receſſurum perſpexit: quãdo eum de ſtirpe ſua naſciturum præuidit, per quem non ſolũ ipſe ſaluaretur: ſed etiã totus mundus redimeretur, & facta eius de Chriſto repromiſſio impleretur. Et cùm Iudęi ſolam in eo ætatem carnis non diuinam naturã penſantes, & de verbis ſuis mirantes dicerent ad eum [quinquaginta annos nõdum habes, & Abrahã vidiſti?] ꝗ ſcilicet ante mille annos eſt mortuus: quaſi dicerent, hoc eſt impoſſibile: volẽs eos ab intuitu carnis ad deitatẽ trahere reſpõdit eis: [Antequam Abraham fieret,] ſcilicet temporali generatione: [ego ſum] æternaliter manẽs: non dicit Abraham eſſet, ſed fieret: quia Abrahã creatura fuit: nec dicit ego fio, ſed ego ſum, quod eſt verbũ ſubſtantiuum: quia nõ creatura, ſed creator eſt omniũ. Vbi oſtenditur eius æternitas coniũgendo verbũ præſentis, ſcilicet ego ſum, cum verbo præteriti, ſcilicet antequam fieret:

Gaudium Abrahæ de Chriſto.

Eſſe & fieri.

H quia æternitas omni tempori aſſiſtit. Vnde deus ſolus habet eſſe perfectũ: quia illud perfectum eſt, cui nihil deeſt extra ipſum: & ideo diuinum eſſe cùm totum ſimul ſit, nec quicquã de illo præterierit aut futurum ſit, perfectiſſimũ eſt: noſtrum autẽ eſſe quia habet aliquid extra ſe imperfectũ eſt. deeſt enim nobis aliquid quod de noſtro eſſe iam præterijt, vel quod futurũ eſt. Quantũ erad ſubſtantiã diuinitatis Chriſtus eſt ante Abrahã: ſed ſecũdum naturã aſſumptã fuit poſt Abraham. Vnde Chriſtus vidit Abrahã oculo diuinitatis, & Abraham vidit Chriſtũ oculo cordis, fide videlicet illuminatus. At infideles inſenſati Iudęi cõſiderantes ꝙ æternitas non niſi deo conuenit: & ꝙ ſe per æternitatẽ deũ eſſe profiteretur & oſtẽderet: iſtaq; ęternitatis verba intelligere & ſuſtinere nõ valentes, reputabant ea blaſphemiã: quodq; pro tali blaſphemia eſſet lapidãdus: & ideo ſecũdum legis mãdatum eum tãquam blaſphemũ lapidare volentes, [tulerunt lapides vt iacerẽt in eũ,] ſicut in blaphemum &

Eſſe dei.

I mortis reũ. Quia enim non volebãt ſapiẽtię quę loquebatur reſiſtere: nec ſciebãt verbis eius rationabiliter cõtradicere loquendo: ideo cõuertẽtes ſe ad lapides contradixerunt corporaliter perſequendo: & quẽ intelligere cuiuſque ſermoni reſiſtere non poterant, cũ lapidibus obruere quærebant. Lapides enim cordis cõtra veritatẽ, ac duri & inflexibiles ad credendum erant: & eorum animus facto eorundem conſonabat. Vnde ad hoc ſignificandum lex ſcripta eſt in tabulis lapideis per dominum. Vbi Augu. Tanta duritia quo curreret, niſi ad lapides ſibi ſimiles? Sed dominus ꝗ ſolo verbo eos ſuperare poterat, vindicare ſe noluit: quia pati venerat, & hoſtes ſuos nõ poteſtate ſed humilitate vincere: & ideo abſcõdit ſe vt homo & vt humilis: [& exiuit de tẽplo,] quia cõmendanda erat patientia, non exercẽda potẽtia [Abſcondit ſe] nõ timore mortis: neq; impotentia reſiſtendi eis, ſed cedens furori eorũ vſq; dũ veniret hora paſſionis, & docens nos furore hoſtiũ quandoq; & pro tẽpore declinare, [& exiuit de templo] ab eis, deſignãs derelictionem Iudæorum, & tranſitum ad gentes.

Lapides Iudæis cõgruentes.

Domini abſconſio.

Notandũ autem ꝙ dominus aliquando fugiebat, aliquando occurrebat, aliquãdo ſe occultabat. Fugiebat quidem honores, vt quando venturi erant vt facerent eum regem: occurrebat ſuis crucifixoribus, quando volebant capere eum: abſcondebat ſe ſicut hîc patet à Iudæis furentibus, vt occaſionẽ furendi ſubtraheret ab eis. Per iſta tria exempla, dat nobis tria ſalutaria documẽta, ſcilicet vt fugiamus mundi proſpera: deſideremus pro Chriſto pati aduerſa: & vitemus iurgia. Nos autẽ contrarium facimus quia honores appetimus & procuramus: aduerſa fugimus & vitamus: & litigijs nos immiſcemus. Cõſidera hîc (vt ait Gregorius) ſaluatoris noſtri manſuetudinem & humilitatẽ: qui cùm potẽtia diuinitatis nutu tacitæ mẽtis ſuos perſecutores poſſet ſubitò in pœnas mortis obruere, tãquam pauidus humiliter ſe abſcondit. Hoc autẽ fecit propter tria. Primò, quia tẽpus mortis ſuę nõdum aduenerat. Secundò, quia tale genus mortis nõ elegerat. Tertiò, vt daret nobis intelligere, ꝙ liceat perſecutores declinare: & hoc quando eſt perſecutio

K

Fuga domini.

Domini occurſus.

Abſcõſionis cauſa.

L perſonalis, ſecũdum illud quod dixit diſcipulis: Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliã. Sed quando nõ eſt perſecutio perſonalis: tunc prælatis nõ licet fugere, vt patet de mercenario & paſtore. Ideo etiã abſcondit ſe ab eis corpore, quia nõ merebantur eum videre mente. Vnde Grego. Illis ipſa veritas abſconditur, qui eius verba ſequi contẽnunt, quia eam quã non inuenit humilẽ veritas fugit mentem. Et Aug. Tanquam homo à lapidibus fugit, ſed væ illis à quorum lapideis cordibus deus fugit. ſecundum Auguſtinum: Non abſcondit ſe in angulo tẽpli quaſi timẽs, aut in domunculã fugiẽs, vel poſt murum aut columnam diuertẽs: ſed cœliſca poteſtate ſe inuiſibilem inſidiãtibus conſtituens, per medium illorum exiuit: à ſuis tamẽ diſcipulis videbatur, quia illi eum ſequebãtur. Hoc ergo exẽplo ſuo dominus nos inſtruit vt locum iræ demus: & vt perſecutorum ac malorũ ſæuitiam quantũ ſine fidei periculo fieri põt, fugiamus. Vnde Grego.

Matth.

Ioan.

Abſcõdi locus forma.

Abſcõdi occaſio.

M Quid autem nobis hoc exẽplo loquitur: niſi vt etiã cùm reſiſtere poſſumus, iram ſuperbientium humiliter declinemus? Quanta humilitate iram proximi fugere debeat perpẽdat homo, ſi furores iraſcentium abſcondendo ſe declinauit deus. Nemo ergo ſe contra acceptas contumelias erigat: nemo conuitijs conuitium reddat. Imitatione etenim dei glorioſius eſt iniuriam tacendo fugere, quàm reſpondendo ſuperare. Hæc Greg. Sunt autem multi qui Iudæorum duritiam repræhendunt, ſed ſuã minimè attendunt. Vnde Gregorius. Quàm multi ſunt hodie, qui Iudæorum duritiam deteſtantur, quia prædicationem domini audire noluerunt: & tamen quales illos arguunt fuiſſe ad fidem, tales ipſi ſunt ad operationem. Præcepta dei audiunt, miracula cognoſcunt: ſed conuerti à ſuis prauitatibus renuunt. Hæc Gregorius. Conſpice hîc dominum Ieſum bene, & cum væhementi dolore, quomodo volens Iudęorum furori cedere abſcondit ſe: & intuere ipſum ac diſcipulos tanquam imbecilles mœſtè & inclicato capite recedere: & eis ex corde compatere.

ORATIO.



## ORATIO.

A Domine Ieſu Chriſte, qui ad audiendum verbum dei nos inuitas: doce nos cõtumelias & iniurias ſufferre, propriã gloriam non quærere: veritatem vitæ, iuſtitiæ, & doctrinæ propter ſcandalum vitandũ non omittere: propter iteratam contumeliam & iniuriam à prædicatione non deſiſtere. Ieſu Chriſte ſumma veritas, bonitas, iuſtitia, miſericordia, largitas, munditia, ſobrietas, humilitas, charitas, qui lapidaris, & abſcõderis à mendacibus & malitioſis, iniuſtis, impijs, cupidis, immundis, luxurioſis, ſuperbis & odioſis: ne exeas à templo animę meę: redde me corrigibilem, & tecum per omnia concordantem. Amen.

## De cæco à natiuitate, illuminato. Caput lxxxv.

Ioan. 9.

ET præteriens inde Ieſus, in exitu tẽpli [vidit hominem cæcum à natiuitate,] qui ibi ſedebat mendicans eleemoſynam ab ingredientibus in templum: & diligenter intuitus eſt eum

B Ieſus, vt dicit Chry. quaſi vellet aliquid agere circa eum, vt ex hoc ſe miſericordem ad miſerũ oſtenderet: & diſcipulos in admirationẽ, & ad quęrendum prouocaret: & ideo diſcipuli moti ſunt ad quærendum de cauſa cæcitatis eius dicentes: [Rabbi quis peccauit: hic, aut parẽtes eius, vt cæcus naſceretur?] in vindictam ſcilicet talis ſui, vel parentũ peccati. Putabant enim pœnã ſine culpa non infligi: & ideo crediderunt ꝙ peccatũ ipſius, vel parentes eius eſſent cauſa huius cæcitatis. Ieſus aũt non negat ſimpliciter ipſum peccaſſe, vel parẽtes eius: ſed ſolum ad id de quo eſt interrogatus, dicẽs: [Neq; hic peccauit, neq; parentes eius,] ſcilicet vt ideo cęcus naſceretur: quaſi diceret, Neq; peccato proprio cæcus natus eſt: quia ante natiuitatẽ peccare non potuit: in quo apparet quæſtio apoſtolorũ ſimplex quantum ad hanc partem: nec mirum, quia adhuc rudes erãt ante ſpiritus ſancti receptionẽ. vel poteſt eſſe ſenſus talis: [Rabbi quis peccauit, & cętera.] Hoc eſt, vtrũ peccatũ originale huius: an peccatũ actua-

C le in parẽtibus fuerit cauſa cęcitatis iſtius? Oẽs eñi filij iræ naſcimur: filius aũt iræ meritò punitur. Et obijcitur quia ſic quilibet puniẽdus eſſet, cùm quilibet in originali concipiatur. Dicendũ ꝙ miſericordiæ diuinæ eſt quando alicui parcitur: iuſtitiæ autem eſt, quando aliquis punitur. vnde in Threnis: Miſericordię domini multæ, ꝙ non ſumus cõſumpti. Et apoſtolus: Omnes peccauerunt, & egent gratia dei: & ſic quęſtio ad hanc partem fuit bona. Neque peccato parentũ hoc cõtigit, licèt peccauerint. Vbi ſciendum ꝙ eſt duplex pœna, qua homines puniuntur. Vna ſpiritualis, quantũ ad animam, qua nunquam filius pro patre punitur: quia anima filij non eſt ex patre, ſed à deo, ſcilicet per creationem. Alia corporalis quantũ ad corpus, qua filius, cùm quantum ad corpus ſit res quædã patris, pro patre punitur tẽporaliter: hoc eſt malus pater in filio, vt filium videndo torqueatur. [Sed] hæc cauſa cęcitatis huius, ſcilicet [vt manifeſtentur opera dei in illo,] in eius illuminatione mirabili: ac ſi dicat, Non eſt cęcus natus ad punitionem peccati: ſed potius cæcitas iſta eſt diſpenſatiua, vt manifeſtato opere mirabili, in eius illuminatione filius dei manifeſtetur, & diuina eius virtus declaretur: & ſic ad fidem homines ædificentur. Vbi conſiderandum ꝙ egrediens de templo ſtudioſè venit ad opus ſui manifeſtatiuũ. Ipſe enim vidit cæcum: & non cæcus acceſſit ad eum. vnde dicit Chry. Quòd exiens de templo curauit cęcũ, & abſentatione furorem mitigans: & per operationem ſigni duritiã & inſanabilitatẽ eorũ molliens: & his quæ dicta ſunt fidem faciens. Et expuit in terrã: vt oſtenderet ꝙ virtus ſanatiua quodãmodo erat ab eius humanitate, inquantum eſt organũ diuinitatis: ſaliua enim fluit à capite: [& fecit lutum ex ſputo,] vt oſtenderet ſe eſſe illum, qui formauit primum hominẽ de limo: & liniuit lutum ſuper oculos eius: ſic & homo excæcatus per peccati delectationẽ apponere debet, pro remedio peccati vtilitatẽ: [& miſit eũ ad natatoria Siloë] ad lauandũ: vt cęcus trãſeundo ſic per ciuitatẽ linitus luto, à multis videretur: & per cõſequẽs miraculũ magis, diuulgaretur, & firmaretur, [quod

Threno. 3.

Rom. 3.

Pœna duplici homines puniuntur.

D

E interpretatur miſſus:] hoc addit euangeliſta volens interpretari nomen Hebraicũ, & ad deſignandum myſterium Chriſti,] miſſi ad ſalutẽ hominum: & abijt & lauit, & venit videns: non virtute luti vel aquæ: ſed virtute diuina qua fuit illuminatus. Eſt autem Siloa fons ad pedem & radicem montis Sion deſcendendo in vallem Ioſaphat, qui non iugibus aquis: ſed in certis horis per concaua terrarũ ebullit, quia non ſingulis & continuis, ſed interpolatis diebus, ter vel quater in hebdomada dulces aquas ex viſceribus ſuis emittit: de quibus cùm exciperẽtur, quaſi ſtagnum non longè à fonte conſtructum erat, quam collectionẽ modò piſcinam, modò natatoria ſcriptura vocat. Ibi eſt & fons virginis Mariæ, de quo ipſa aquam pro ſe, & pro ſuo filio hauriebat, & ſuos pannos lauabat. Erat autẽ ſabbatum quando hæc fiebant: & ideo Phariſæi hæc cognoſcentes reprehendebant: ſed errabãt, quia opera ad dei magnificentiam: ordinata licitè in ſabbato fiebant. Vnde Chry. Ipſe potius ſabbatum cuſtodie-

Siloa quid eſt.

Fons Mariæ.

F bat qui ſine peccato erat. Sabbatum enim obſeruare ſpiritualiter, eſt non habere peccatũ: & hoc admonet deus, quando commendat ſabbatum: omne opus ſeruile, non facietis in eo. Quid ſit opus ſeruile, à domino audite: Omnis qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati. Sed iſti ſabbatũ carnaliter obſeruabant, ſpiritualiter violabant. Hęc Chry. Ecce quomodo hi traditionibus ſuis innitebantur, vt nullo modo violari eas permitterẽt: & mandata dei magis neceſſaria omittebant, colantes culicem, & glutientes camelum. Sic & hodie multi ſuas traditiones & inſtituta magis ſequũtur & obſeruãt, quàm dei mandata: ſimiles in hoc Phariſæis in opere, ſed timeant ne etiã in mercedis retributione. Et cùm ſchiſma & diſſenſio inde fieret, cæcus illuminatus conſtanter & viriliter etiã contra maiores Iudęorum partẽ domini defendit. In quo gratitudo eius magna apparuit: & per hoc etiam oſtendit quòd quilibet gratanter & conſtanter beneficium diuinum recognoſcere debet. Conſtans athleta & immobilis cõfeſſor veritatis, apertè fatetur beneficiũ,

Sabbatum obſeruare

Ioan. 8.

ne incurrat ingratitudinis damnũ. Annuntiat gra-
G tiam, euangelizat & confitetur liberè veritatẽ ad
gloriam dei & laudem: hoc non niſi à domino, nec
à diſcipulis niſi deus eſſet in eis, fieret. Vnde Chry.
Veritatis præco.
Vides præconem veritatis: vides quanta audiuit ex
initijs, & quanta paſſus eſt, & per verba, & per ope-
ra: & qualiter teſtatus eſt: non enim verecundatus
de priori cæcitate, neq; formidauit furorem ple-
bis, neq; renuit oſtendere ſeipſum, vt prędicet be-
nefactorem: hęc autem ſcripta ſunt, vt & nos imi-
temur. Et iterum hæc veritatis eſt natura, per quæ
putatur inſidias ab hominibus pati, per hęc fortior
Mendaciũ
fit: per hæc claret, per quæ obumbratur. Menda-
cium verò ſibijpſi obuiat: & per ea per quæ lædere
veritatem videtur, per ea clariorẽ ea oſtendit: quod
& nunc factum eſt, ſecundum eundem Chryſ. Ex
Veritatis firmitas.
iſta cæci conſtantia apparet, quàm forte quid ſit
veritas: quæ ſi deſpectos aſſumpſerit, claros & for-
tes eos facit & oſtendit: & quàm imbecille quid
ſit mendacium: quod etſi cũ fortibus fuerit, imbe-
H cilles eos mõſtrat, & reddit. Tandem poſt longam
concertationem maledixerunt ei, ſecundum ſuam
reputationem: licet magis eſſet benedictio, ſecun-
dum veritatem & dixerunt: [tu diſcipulus illius ſis.]
Vnde Aug. Maledictum eſt, ſi cor diſcutias, non ſi
verba perpendas. Tale maledictum ſit ſuper nos,
Diſcipuli Moyſi.
& ſuper filios noſtros. Et ſequitur, [nos aũt Moyſi
diſcipuli ſumus.] Moyſes prędicauit ſeruãtibus le-
Chriſti diſcipuli.
gẽ, fertilitatẽ, & bona tẽporalia, & propter hoc ha-
bet plures diſcipulos quàm Chriſt⁹, qui prędicauit
Eiciẽ ſynagoga.
paupertatem, & ſimilia: [&] iniuſtè condemnan-
tes, [eiecerũt eum foras:] extra ſynagogam, id eſt
extra ſocietatem Iudęorum, tanquam excommu-
nicatum & reprobatum: quod apud eos erat maxi-
mum opprobrium, ſicut apud nos excõmunicatio
& eiectio à ſocietate & communione Chriſtiano-
rum. Ob confeſsionẽ quidem veritatis: & quia do-
mino adhęſit immobilis, eiectus eſt foras à Iudęis
Ipſe ne deum contemneret, voluit cõtemni ab ho-
minibus: nos verò ne ab hominibus contemnamur
deum contemnimus. Deinde cùm cæcus curatus
I foras à Iudæis eiectus eſſet, & ad Ieſum veniſſet, ab
eo interrogatus & inſtructus etiam lumen fidei re
cepit: & fidem ſuam quam corde credidit, ore con-
feſſus eſt dicens: Credo domine,] & opere proteſta-
tus: quia [procidens adorauit eum:] adoratione &
ſeruiture latrię: per hoc eius diuinam virtutẽ oſten
dens, & verbo opus adiungẽs: nam proſtratio & a-
doratio debetur ſoli deo & creatori: in ſignum ꝙ
manu eius de nihilo ſumus erecti: ſicq; eum credi-
dit, & confeſſus eſt, verũ deum & hominẽ. Quem
ergo Iudæi repellebant, hunc Chriſtus recipiebat:
quantò magis enim quis propter deum ab homini
bus contemnitur, tantò magis à deo diligitur: &,
quantò amplius ab illis eijcitur, tantò amplius ab
ipſo recipitur. Vnde Chry. Qui propter veritatem
& Chriſti confeſsionem iniuria opprimuntur, hi
maximè honorãtur: quod in cæco factum eſt. Eie-
cerunt enim eum ex templo Iudæi, & inuenit eum
dominus templi & eum ſuſcepit: ſicut agonetheta
athletam multum laborantem, & coronauit. Hæc
Chry. Chriſtus itaq; hunc totum ſanat: extrà ocu-
los, & intus cor aperit. Iam dominus agnus miſſus
ad tollenda peccata mundi, lauat inuncto faciem K
cordis: iam mentis oculos illuminat, & ille confite-
tur non tantum filium hominis, ſed etiã dei. [Et]
commendando cæcũ ex deuotione, & fidei illumi-
natione, [dixit ei Ieſus. In iudicium,] ſcilicet diſcre
tionis, non damnationis: [ego in hunc mũdum] qui
complectitur bonos & malos, [veni,] ſcilicet per
aſſumptionẽ carnis, [vt] ſimplices & humiles [qui
non vident,] id eſt ſe non videre reputant & confi-
tentur, ac medicũ requirunt, vt [videant] & illumi-
nentur per fidem, & veritatis cognitionem: [ac] le-
giſperiti & ſapientes ſuperbi [qui vident,] id eſt ſe
videre præſumunt, & iactant, ac medicũ non quę-
runt: [cæci fiant] amplius, id eſt in ſua cæcitate per-
maneant, & indurentur per infidelitatem: & quan-
tum ad intuendam veritatẽ nolentes ſuſtinere veri
tatis lucem, vt patet impletum in hoc cęco nato: &
in apoſtolis qui propter ſuam humilitatem à Chri
ſto ſunt illuminati. Sacerdotes autem & legiſperi-
ti, propter ſuam ſuperbiam ſunt excęcati. Item ex L
ponitur hoc de illuminatione Gentilium, per fidei
ſuſceptionem: & obtenebrationem Iudęorum, per
fidei refutationem: quia antè reputabantur Genti-
les cæci, & Iudęi videntes: modo econuerſo Genti
les vident, & Iudęi cęci ſunt: vnde nõ accipitur hîc
iudicium condemnationis & pręmiationis manife
ſtum, quod in ſecũdo aduentu expectatur futurum:
ſed iudicium diſcretionis credentium, & non cre-
dentium occultũ, quod in primo aduentu eſt factũ;
quaſi diceret: In hoc ꝙ te illuminaui, intellige ꝙ
ego veni ſeparare pauperes ſpiritu à ſuperbis, vt
illi illuminentur, iſti cæcentur. Et notat hîc cau- Excęcandi alicuius cauſa non venit Chriſtus.
ſam, quia ad hoc non venit finaliter, vt aliquis ex-
cęcaretur: ſed notat terminũ, quia aduẽtus eius fuit
ad hoc terminatus: ſicut boni medici operatio in
deſperatis terminatus ad mortẽ. [Et audiẽtes Pha-
riſæi] repugnauerunt dicentes: [nunquid & nos cæ
ci ſumus?] qui religioſi & literati in lege ſumus, &
ſpiritualem viſum illuminatũ habemus. Sed ex eo-
rum reſponſione eos confutat dicẽs: [Si cæci eſſe-
tis,] id eſt ignorãtes ſcripturas & prophetias de me M
[non haberetis peccatum,] ſcilicet tantũ quantum
habetis [nunc verò quia dicitis videmus,] id eſt re-
putatis vos intelligere ſcripturas [peccatũ veſtrum
manet,] id eſt aggrauatur, & magis punietur. Ex- Scire, & non facere, graue. Lucæ 12.
quo patet ꝙ ſcientes ſcripturas, & nõ obſeruantes
eas, grauius delinquunt, & grauiorem pœnam in-
currunt. ſecundum illud: Seruus qui ſcit volun-
tatem domini ſui & nõ facit, vapulabit plagis mul-
tis. Poteſt etiam exponi de corporali viſione mira-
culorum & operum Chriſti: quia ſi ea nõ vidiſſent,
haberent aliquam excuſationem de hoc ꝙ ei non
crediderunt: nunc autem quia viderunt, ideo pecca
tum eorum aggrauatur, & magis puniẽdi ſunt: vel
[ſi cęci eſſetis] veſtra reputatione: id eſt ſi ex humi
litate vos cæcos aduerteretis, ſeu reputaretis, reco-
gnoſcentes per humilitatem peccatum veſtrum, &
currentes ad veniam & medicum, [non haberetis
peccatum:] quia ego veni auferre peccatum, quod
remittitur per gratiam, quæ non datur niſi hu-
milibus, & de ſe non præſumentibus. [Nunc ve-
rò] quia



rò] quia ſuperbè [dicitis, videmus,] id eſt, vos videre
A reputatis, ac veniã & medicum non quæritis: pecca
tum veſtrũ manet:] id eſt, non remittitur, & in cæ
Myſticè. Cæcitas mentis.
citate infidelitatis veſtræ permaneretis. Myſticè cæ-
cus iſte à natiuitate, humanũ genus eſt, habens cæ-
citatem ab Adam, vnde ſecundũ mentem cęci nati
ſumus: hæc enim cæcitas contigit in primo homi-
ne per peccatum: de quo omnes originẽ traduxi-
mus, non ſolum mortis, ſed etiam iniquitatis. Cæ-
cus etiam ideo naſcitur omnis habens peccatũ ori-
ginale, quia priuatus eſt dei viſione. Cæcum ergo à
natiuitate, id eſt, omne genus humanũ, dominus in
hunc mundũ veniens illuminauit. Spuit in terram,
deitatem aſſocians naturæ humanæ: ac de ſaliua &
terra lutum fecit: contemperãdo terram ſapientiæ
diuinæ: id eſt, deus homo factus eſt: per ſputũ enim
quod eſt ſaliua de capite deſcẽdens, ſignificatur ver
bum, quod à deo capite omniũ rerum procedit, &
ſapientia quæ ex ore altiſsimi prodijt: ſaliua enim
eſt humor ſalſus: & ſal ſapientiã ſignificat: per terrã
B verò caro & humanitas, quã pro nobis ſuſcepit: lini
uit autem ſeu vnxit oculos, ſcilicet cordis ipſius cæ
ci: id eſt, generis humani, per fidem incarnationis
Chriſti, quãdo fecit catechumenũ, quod interpreta
tur inſtructus: qui fidem habet, ſed nondũ baptiza-
tus eſt: & ideo mittit eum ad piſcinam, vt lauetur
& illuminetur, id eſt, baptizetur, & in baptiſmo ple
nam illuminationem recipiat. Vnde ſecundũ Dio-
nyſium: Baptiſmus dicitur illuminatio, quæ piſci-
na vocatur Siloë, quod interpretatur miſſus: quia
quicunq; baptizantur, oportet quòd baptizẽtur in
Chriſto, qui eſt miſſus à patre: & tunc eum illumi-
nat: niſi enim ille fuiſſet miſſus: nemo noſtrũ eſſet
ab iniquitate dimiſſus. Qui ergo de limo terræ ho
minem formauit, per idem genus luti humanũ ge
nus reformauit: & reformãdo ſignificauit. vnde pul
uerem maſſans de ſputo, liniuit ſuper oculos cæci:
q.d. ei, ego ſum qui puluerem de terra accipiens ho
minẽ plaſmaui. In facto etiam huius cęci illumina
C ti ſignificatur modus curationis, cuiuſlibet peccato
ris iuſtificati: qui bene per cæcum intelligitur: pec-
catum enim mentis oculos obtenebrat & obſcurat.
Cæcitatis ſpiritualis cauſæ.
Vbi notandũ ꝙ cæcitas ſpiritualis cauſatur tribus
modis. Primò, à puluere cupiditatis terrenę. Secun
dò, ex igne carnalis concupiſcentiæ. Tertiò, ex tu-
more ſuperbiæ. Plerunq; etiam peccator, vel ex cõ
ſuetudine peccandi, vel ex obſtinatione mentis, vel
etiã ex obcæcatione diaboli, peccatũ ſuũ non videt:
quia videre non vult: nec peccatũ, reputat peccatũ.
Vñ Greg. Cùm in graui peccato miſer homo labi-
tur, ſuadet ei diabolus ne pœniteat, ne cõfiteaĩ pec-
catum: leue & modicũ in corde affirmat, miſericor
diam prædicat, longum ſpatium vitæ promittit, vt
permaneat in peccato ſuggerit: vt ſic eum in con-
temptum dei, & deſperationem ſui inducat, & per-
Illuminationi neceſſaria.
dat. Ad huius cæci illuminationem tria neceſſe eſt
concurrere. Primum eſt, diuinæ gratiæ præuenien
tis reſpectio. Et ſecundum eſt, cordis de peccatis cõ
punctio. Tertium eſt, pura peccatorum confeſsio:
Reſpectio dei.
hæc tria per ordinem deſignauit dominus in cura
tione iſtius cæci. Primum ſignificauit in eo quod
dicitur, quòd vidit cæcum oculo, ſcilicet miſericor
diæ & gratiæ præuenientis, quæ ante omnia præ-
exigitur, ſed ad conuerſionem peccatoris: homo D
enim per ſe poteſt in peccatũ labi, ſed per ſe reſur-
gere non poteſt ſine auxilio gratiæ dei. Niſi ergo
dominus peccatorem oculo miſericordię reſpiciat Compunctio cordis
reſurgere non valebit. Secundum deſignauit domi
nus per hoc, quòd expuẽs in terram, fecit lutum ex
ſputo, quo liniuit oculos cæci. Per ſputũ vel ſaliuã
quę à capite in os defluit, intelligitur diuina ſapien
tia, quæ ex ore altiſsimi prodijt: per terram autem
intelligitur corpus humanum, quę duo commixta
fuerũt in Chriſto: ſcilicet verbum æternum, quod
per ſaliuam: & caro humana, quæ per terram intel
ligitur: & hoc benedictum lutum eſt remedium cę
citatis noſtræ, ſi tamen ſuper oculos cordis noſtri
liniatur: quod fit quando peccator ad conſideratio-
nem dei, per peccatum offenſi, ad recognitionem
vilitatis ſuę, propter peccatum, inducitur: tũc enim
nobile lutum Chriſti, ſupra vile lutum peccatoris
ponitur, ex quo compunctio cauſatur. Prædicto
igitur luto ſuo, tunc deus luteos oculos peccatoris E
liniuit, quando eum ad conſiderationem ſuæ offen
ſæ, & vilitatis peccati, ac miſeriæ ſui ſtatus inſti-
gat & inducit. Vt autem peccator plenè illumine-
tur ad rectam cogitationẽ, & veram compunctio-
nem: oportet quòd ex gratia dei conſideret hæc Conſiderãda peccatori ſeptem.
ſeptem. Primò, vt conſideret peccatum quod com-
miſit, vt poſsit videre peccati multitudinem, & o-
miſsionem boni, & commiſsionem mali cogitatio
ne, locutione, & operatione, quinq; ſenſibus contra
decem præcepta, contra ſeptem ſacramenta, in ope 2. Par. 36.
ribus miſericordiæ: & tunc dicat peccaui ſuper nu in oratiõe Manaſſes.
merum arenæ maris & cætera. Item peccati ma-
gnitudinem, quòd tam magna peccata fecit, & con Lucæ 15.
tra tam magnum dominum, & dicat: pater peccaui
in cœlum & coram te: & nõ ſum dignus, &c. Item
peccati turpitudinem, quod tam turpia peccata fe-
cit. Secundò, vt videat tempus quod amiſit: vide er
go quot dies, quot menſes, quot annos inaniter con
ſumpſiſti. Et quia ſecundum Bernar. Omne tem F
pus perdidiſti, in quo de deo non cogitaſti. Tertiò,
vt videat pulchritudinẽ animæ, quam polluit, quę
pulcherrima fuit & digniſsima, quia ad imagi-
nem dei creata: & quòd ſe ſic turpiter vilificauit.
Quartò, vt videat gratiam quam amiſit: & quan-
ta bona per peccatum perdidit. O quàm mul-
tam gratiam multi negligunt: deus enim ſemper
paratus eſt dare, ſed pauci volunt accipere. Quin-
tò, vt videat iram dei, quam prouocauit: & quòd
beneficijs dei ita ingratus fuit. Sextò, vt videat
pœnam, quam meruit, quæ eſt æterna, amara, &
diuerſa. Septimò, vt videat gloriam, quam perdi
dit, quæ eſt infinita: pro cuius guſtu ad vnam ho-
ram, ſecundum Auguſtinum, contemnenda eſſent
omnia. His ſeptem conſideratis, bene durum &
lapideum cor haberet homo, qui non amara con- Confeſsio
tritione compungeretur de peccatis ſuis. Tertium,
quod eſt pura peccatorum confeſsio, deſignauit
dominus per hoc quòd iſtum cæcum ſic linitum
miſit lauare ſe per confeſsionem apud ſacerdotem.
Quanuis enim deus dimittat peccatũ ad contritio-
nem peccatoris: obliget tamen eum ad confeſsionẽ

homini vice dei faciendam. Et talis abſolutio facta G in confeſſione (ſecundum Auguſti.) reducit hominem ad baptiſmi puritatem. Præmiſsis autem tribus peractis, tunc incipit peccator videre: & ſic à ſua cæcitate diuina gratia curatus procidat humiliter, & adoret ſuppliciter gratias agens deo. Signū verò eſt quòd peccator ſic illuminatus eſt, quando clarè videt & cognoſcit. Illa autē cognitio in duobus conſiſtit: ſcilicet in cognoſcēdo deum, & in cognoſcendo ſeipſum. Cognoſcere deum in præſenti eſt cognitio ſuæ potentiæ & ſuæ bonitatis. Cognitio autem potentiæ generat in nobis timorem, qui timor facit recedere à malo: cognitio bonitatis generat in nobis amorem, qui amor ducit nos ad bonum faciendum. Cognitio autem noſtri generat in nobis humilitatem, quæ eſt mater omnium virtutum. Et ſic patet quòd hæc duplex cognitio, ſcilicet dei & noſtri, eſt cauſa totius noſtræ ſalutis: nam cognitio potentiæ dei generat timorem, qui facit vitare malum: cognitio bonitatis dei generat amorem, qui facit operari bonum: cognitio noſtri generat humilitatem, quæ nos conſeruat in euitatione mali & in operatione boni. H Tempus igitur obſeruemus & ab intemporaneis abſtineamus: ne cum cæcis Iudæis illud in vanitatibus conſumētes, cum ipſis in cæcitate maneamus. Vñ ait hoc loco Chryſoſtomus: Dedit tibi vitæ terminum deus ad curandam animam: tu verò inaniter, & vanè conſumis. Et ſi argentum paucum conſumpſeris, ſimpliciter damnum rei vocas: dies autem tuos cōſumens in pompas, nullum putas facere inconueniens. Congruo exiſtente in letanijs & orationibus conſumere vitam tuam omnē: tu in tumultibus & turpibus verbis & iucunditate intēporanea, operibus & laboribus laſciuis vitam tuā conſumis inaniter & in malo tuo, neſciens quòd omni rei magis parcere oporteret quàm tēpori. Aurum ſi conſumpſeris poteris rurſum recuperare: tempus verò ſi perdideris difficilè id reſumes: parum enim nobis ſeruatū eſt tempus ſecundum præſentem vitam. Si igitur, inquit, vt oportet eo vſi non fuerimus: quid dicemus abutentes eo? Cùm hoc conſumpſeris inaniter, quam I habebis excuſationem? Et cuius gratia agis, paruū recondidit? O inſenſibilitatis & indeuotionis. Pro quo maximè gratias agere oportebat, quoniā tuos labores & ſudores incidit, & requiem longam & immortalem fecit: pro hoc incuſas & grauaris. hęc Chryſoſt. Vnde & Seneca: Etiam ſi multū ſupereſſet ætatis, parcè diſpenſandum erat vt ſufficeret neceſſarijs: nunc quæ dementia & ſuperuacua diſcere in tantæ temporis egeſtate? Eo magis itaq; indignor aliquos ex hoc tempore quod ſufficere ne ad neceſſaria quidem poteſt, etiam ſi cuſtoditū diligentiſsimè fuerit: in ſuperuacua maiorem partem erogare. Non tam benignū ac liberale tempus natura nobis dedit, vt aliquid ex eo vacet perdere. Et vide quàm multa etiam diligentiſsimis pereant. Aliud valitudo ſua cuiq; abſtulit, aliud ſuorū. Aliud neceſſaria negotia, aliud publica occupauerunt. Vitam nobiſcū diuidit ſomnus. Ex hoc tempore tam anguſto & rapido & nos auferente, quid iuuat maiorem partem mittere inuanum? Hæc Seneca.

Cognitio clara.

Cognitio duplex.

Temporis vſus.

Temporis egeſtas & anguſtia.

## ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, qui illuminaſti oculos K cæci nati: illumina quæſo oculos cordis mei ne in tenebris offendam, vel vnquā in morte obdormiā. Deus vitæ meæ: quàm vanè conſumpta ſunt, quàm infructuosè lapſa ſunt tēpora mea, quæ dediſti mihi vt facerem voluntatem tuam in eis, & non feci. Quot anni, quot menſes, quot dies quot horę perierunt apud me: in quibus ſine fructu vixi coram te? Fiat amande pater hoc reſiduū temporis mei fructuoſum & ſanctificatū in gratia tua: vt in diebus æternitatis inueniat locum, & computabile ſit ante te. Amen.

## De paſtore ouium. Caput lxxxvi.

Ioānis x.

ET quia cæci & increduli Phariſæi & Iudæi non accedentes ad lucem Chriſtum qui eſt via, veritas, & vita: nec intrantes in ouile ouium vt oues domini fierent: iactabant ſe videre ſine Chriſto, & per conſequens poſſe ad veritatem peruenire ſine eo: ideo Chriſtus qui ſuprà incœpit diſputare cōtra ſuperbiam L & iactantiam eorum: nunc vt hanc magis retundat proponit contra eam, ſimilitudinem humilitatis de ouili & oſtio eius: quorum vtrunq; eſt humile, nec admittit niſi humiliantes ſe, ac ſi eis diceret. Si vultis intrare per humile oſtium in humile ouile ouium: oportet vt vos humilietis, nec tam alta de vobis ſentiatis. Et non tantū inducit hanc ſimilitudinem ad humilitatis inſinuationem: verùm etiam vt oſtendat per quod oſtium in ouile ouium ſit intrandum: & exprimitur in ea diſtincta conditio furis & paſtoris ouium, propter diuerſum ipſorum ingreſſum & officium. Dicit ergo, [Amen amen dico vobis: qui non intrat per oſtium in ouile ouiū, ille fur eſt & latro.] Non enim venit propter bonum: ideo quærit indebitum ingreſſum: [qui autem intrat per oſtium paſtor eſt ouium, ] quærens bonū earum. [Huic oſtiarius aperit, ] quia ſcit eum omnibus beniuolum: [& oues vocem eius audiunt, ] id eſt, cognoſcunt: quia bruta animalia ſuos benefactores recognoſcunt: [& proprias oues vocat nominatim, ] quia diſtinctè eas cognoſcit, quod alienus M non facit: & educit eas ad paſtum vitæ huic neceſſarium, [& cùm proprias oues emiſerit, ante eas vadit, ] quia communiter ſolent paſtores præcedere greges, & ad paſtorum greſſum oues diriguntur: ideo ſubditur, [& oues illum ſequūtur, quia ſciunt] & cognoſcunt [vocem eius: alienum autem, ] id eſt, furem [non ſequuntur, ] ſed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum paſtores ſe mentientium. Oſtendit itaq; Chriſtus Phariſeis: quia nec ſapientia, nec obſeruatio legis, nec bona vita quicquā valet niſi per eum: & ꝙ impoſsibile eſt eos videre ſine Chriſto, & ad veritatem peruenire ſine eo, dicens: [Qui non intrat per oſtium, ] id eſt per Chriſtum: [in ouile ouium, ] id eſt in eccleſiam & congregationem fidelium: [ille fur eſt & latro, ] quales ſunt omnes infideles, & etiam mali fideles. Vbi Auguſtinus: Intrat per oſtium, qui intrat per Chriſtum, qui imitatur paſsionem Chriſti, qui cognoſcit humilitatem Chriſti. ] Qui autem intrat per oſtium, id eſt per fidem Chriſti & humilitatem, &

Intrat oſtium

alias eius



alias eius virtutes [ in ouile ouium ] ad paſcendū A eas [paſtor eſt ouium, ] ſecundū veritatem. Non omnis qui intrat per oſtiū paſtor eſt, quia & oues intrant: verùtamen vnitas vniuerſitatis eccleſiæ verbo & exemplo paſcit quotidie. [Huic] ſcilicet paſtori [oſtiarius] ſpiritus ſanctus reuelando [aperit] oſtium veritatis ad rectè intelligendum, & iuſtitiæ ad bene operandū, vt oues paſcere poſsit, [& oues vocem eius audiunt, ] id eſt, doctrinam recipiunt: [& vocat eas nominatim ] condeſcēdendo familiariter ſubditis ſingulis: vt ex familiaritate vnicuiq; det auſum veniendi ad ſe, & educit eas per inſtructionem de tenebris erroris in lumē veritatis & ex mœrore ſeruitutis in regnum libertatis, [& cùm proprias oues emiſerit] de tenebris ignorantiæ ad lumen vitæ, & de carcere culpæ ad libertatem gratiæ: [ante eas vdit, ] per exempla bonorū operum & vitæ, [& oues illū, ]ac veſtigia eius [ſequuntur] per imitationē & rectā operationē, [quia ſciunt vocē eius, ] id eſt, cognoſcūt & in ea delectā B tur: [alienum autem] voce & vita, [nō ſequuntur ] recipientes eius doctrinam vel exempla: quia verba inducunt ad errorē, & exempla ad malū, [ſed fugiunt] ab eo, tanquā à latrone & inimico, [quia nō nouerūt] approbādo [vocē] & doctrinā [alienorū, ] quia alieni aliena loquūtur: & ideo non cognoſcūtur. Ouile ergo ouiū cōe eſt eccleſia catholica, ſub vno paſtore Chriſto: eccleſiæ autē congregationes particulares continentes ſunt etiā ouilia & caulæ ouium: ſicut conuentus religioſorū & eccleſiarum conuentualium & parochialiū: in quibus fecit deus accubare ſuas oues: hoc eſt fideles ſimplices & manſuetos, ſubiectos & humiles. [Qui ergo non intrat per oſtiū, ] hoc eſt qui per principia regionis Chriſtianæ non venit, ſicut per principia veritatis non venit hæreticus: per principia gratiæ non venit ſimoniacus: per principia libertatis non venit potenter vel amatis precibus intruſus: per principia ſimplicitatis non venit doloſus [ſed aſcendit aliunde] quidam enim ad intrandum deſuper per ſcalas C aſcendūt, ſicut ambitioſi cum Lucifero ac cum Datan & Abiron, quos propter ambitionē viuos terra abſorbuit: quidam parietem irrumpunt, ſicut auari cum Simone Mago: quidam fundamenta ſuffodiūt, ſicut hęretici cum Ario: [ille fur eſt & latro.] Qui in hoc differūt, quia fur eſt qui in furuo hoc eſt in nigro, id eſt, in tenebris (ſcilicet ignorantibus hominibus) alienam rem contractat inuito domino. Latro autem eſt qui violentiā infert & manifeſta contractat domino inuito. Et ideo fur eſt qui ouile ouiū ſuffodit, ac oues & vtilitatē ouium clam inuito domino cōtrectat: & iſte eſt occultus & ſubdolus, vel hypocrita, vel hęreticus: quia vterq; oues & vtilitatem ouium furatur. Latro autem eſt qui violentiam facit vt rapiat: & tales ſunt qui potēter ſe intrudere volunt. Fur ergo & latro per oſtium non intrat, quia vel ambitioſè aſcendit aliunde, vel doloſè ſuffodit occultè, vel violentia irrumpit manifeſtè, vt intrudat ſe. [Qui autē intrat per oſtiū] in catholicam vitam & dignitatem, [paſtor] verus [eſt ouium.] Et iſte introitus eſt veritatis, libertatis, gratuitæ bonitatis, & ſimplicitatis. Intrat autem oſtium veritatis per catholicam fidem: intrat oſtium libertatis per ſupernam vocationem: intrat D oſtium gratuitæ bonitatis, nulli propter hoc faciēs aliquam promiſsionem: intrat oſtium ſimplicitatis, non obtinens per aliquā doloſitatē. Chriſtus autem eſt oſtium veritatis & libertatis & gratuitæ bonitatis & ſimplicitatis. Si verò aliquis aliter intrauerit dicetur ei illud: Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialē? & eijcietur extra oues in tenebras exteriores. Huic verò paſtori oſtiarius aperit, qui eſt triplex: Chriſtus quidē exemplo, ſcriptura doctrina, & ſpiritus ſanctus inſpiratiōe: iſti enim ſunt oſtiarij eccleſiæ. Chriſtus dat claues, hoc eſt ligandi & ſoluendi poteſtatem: ſcriptura docet claues voluere, & ſeras reſerare: vnde etiā vna clauium eſt autoritatis diſcernēdi, quæ eſt ſcientia: ſpiritus autem ſanctus dignitatem & idoneitatem confert ad intromittendum: ſicut ianitor fidelis, cui committitur cuſtodia rerum. Talis ergo oſtiarius exemplo Chriſti, doctrina ſcripturæ, E & dignitate ſpiritus ſancti, aperit tali paſtori: aperit autem oſtium humile, ad quod ſuperbi impingunt: vero paſtori humili, vt non impingat: aperit oſtium arctum, per quod auari intrare nō poſſunt: pauperi paupertate ſpiritus, vt non conſtringatur: vt humilem & cōſtrictum in vita recipiat, & alios repellat. Hîc etiam nota quòd tribus modis munera captātur in officijs, ad quæ à pleriſq; feſtinatur. Eſt enim munus à corde, ſcilicet fauor & gratia: munus ab ore, ſcilicet popularis adulatio: munus à manu, ſcilicet præmij donatio. Qui ab his ſe excuſſerit, & ſine horum intentione intrauerit, beatus erit: qui autem horum intentione ingreditur, fur eſt & latro. [Hoc prouerbium dixit eis Ieſus:] prouerbium dicitur, quando verbū pro verbo ponitur. Sic eſt in parabola, quando per vocē vnam rem ſignificātem aliud deſignatur. Et quia illi non intellexerunt, conſequēter exponit dicens: [Ego ſum oſtium ouium ] per doctrinam & exemplum, per quod oſtium eſt intrandum. [Omnes quotquot venerunt] F non per me, & non intrantes per oſtiū: ſed præter me, præter diuinam autoritatē & ſuſpicationem, non cum intentione diuinæ gloriæ quærēdæ: ſed quippe non à deo miſsi, ſed propria ſponte ingerentes ſeipſos impudicè [fures ſunt] alienū, ſcilicet oues dei, ſibi vſurpando [& latrones] malo exēplo & peruerſa doctrina quantū in ſe eſt occidendo. [Sed non audierunt eos oues, ] id eſt, fideles in ouili eccleſiæ permanentes: illi ſcilicet de quibus dictum eſt: Nouit dominus qui ſunt eius. Deinde probat ſe eſſe oſtium, quia officium oſtij eſt ſaluare ea quæ ſunt intra domum, & ꝙ per ipſum ſit ingreſſus & egreſſus: ſic autem eſt de Chriſto, quia per ipſum fideles ſeruantur & ſaluantur, & ſimiliter per ipſum eſt ingreſſus ad fidem & egreſſus ad gloriam. Per Chriſtum enim qui ſolus eſt oſtiū [ſiquis introierit, & perſeuerauerit, [ſaluabitur, ] quia non eſt aliud nomē ſub cœlo datū hominibus in quo oporteat nos ſaluos fieri: [& ingredietur, ] hîc ad fidem & eccleſiam [& egredietur] ab iſta miſeria ad gloriā & vitā æternā, à fide ad ſpem, à credulitate ad contemplationē. [ingredietur] etiā per ſtudium

Ouile eſt eccleſia.

Fur quis dicitur.

Latro quis dicitur.

Oſtiū veritatis Chriſtus &c.

Oſtiarius triplex.

Claues eccleſiæ.

Munera captantur tripliciter

Prouerbiū quando dicitur.

contemplationis,& ſecretũ orationis:[& egredie-
G
tur]per exercitium boni operis,& exemplũ bonæ actionis:[& ſic inueniet]in æterna refectione[paſcua]viriditatis, ſcilicet mel diuinitatis, & lac humanitatis:quia beati reficiũtur interius in aſpectu diuinitatis,& exteri' in aſpectu humanitatis Chriſti,per quã ſunt ſaluati:& ideo dicit[paſcua]in plurali. Vel in eccleſia militante inueniet paſcua, ſcilicet doctrinæ & gratię:& in eccleſia triumphante, ſcilicet gaudij & gloriæ. Vnde Augu. Quamuis ergo & hîc in ipſo ouili non deſint paſcua: inuenient tamen paſcua,vbi ſaturentur:qualia inuenit cui dictum eſt,hodie mecũ eris in paradiſo.[Fur non venit]ad populi ſalutẽ,ſed magis ad eius deſtructionẽ ſcilicet[vt furetur:]quod non eſt ſuũ ſibi vſurpãdo: non de præceptis Chriſti ſuos ſectatores inſtruens, ſed ſuis exemplis eos viuere ſuadens , [ & mactet] prauo exemplo,& mala doctrina ad malũ trahendo:[& perdat] in æternã damnationem mittendo. [Ego veni] nõ ſicut fur,ſed pro hominũ ſalute miſ-

Paſcua inuenienda.

H
ſus à patre:[vt]ingrediẽtes in ouile,[vitam]gratię [habeãt]in pręſenti per fidem in ſpe:quia iuſtus ex fide viuit:[&]egrediẽtes de corpore, vitam gloriæ [abundantius habeãt,]in futuro per ſpẽ in re : quia gloria,eſt gratia cõſummata. Vnde Greg. Oues ergo eius paſcua inuenient : quia quiſquis illũ corde ſimplici ſequitur,æternæ viriditatis pabulo nutritur. Attendamus ergo animũ fratres inardeſcãt ad ſuperna noſtra deſideria . Ab æternæ ſolennitatis gaudio,nulla nos aduerſitas reuocet:quia ſi quis ad bonum propoſitũ ire deſiderat,eius deſideriũ quęlibet viæ aſperitas non immutat. Nulla nos proſperitas blandiens ſeducat: quia ſtultus viator eſt,qui in itinere amœna prata conſpiciens,obliuiſcitur quò tendebat. Vt ſi cœleſtis paſtoris veraciter oues ſumus,quia in via delectationis non figimur,æternis paſcuis in peruentione ſatiemur. hæc Chry. Deinde oſtẽdit ſe etiam eſſe paſtorem: hoc autem patet per hanc rationẽ,quia ſicut per paſtorem grex gubernatur,& paſcitur:ita etiam per Chriſtum fide-

Abacuc 2.

Chriſtus paſtor.

I
les reguntur,& ſpirituali cibo,ac etiam corpore & ſanguine ſuo reficiuntur:ſed ad differentiã mali paſtoris,& furis,addit[bonus.] Bonus quidẽ non ſolũ in natura & gratia:ſed & in paſtorali cura, quia implet boni paſtoris officia. Vnde Chry. Paſtorem ſeipſum,& oſtium,indifferenter prædicat . Quia enim adducit nos patri,oſtium ſe dicit : quia verò procurat,paſtorem:& ponit cõditiones boni & mali paſtoris:quia bonus & verus paſtor, qui attendit ad præmium gloriæ:debet habere affectionem ad gregem intantum,quòd pro eo,ſi neceſſe eſt, ſuſtineat mortẽ.[Bonus enim paſtor animã ſuam]propriã,id eſt, vitã corporalẽ,[dat]cùm opus eſt:ſemper autem paratus eſt dare[pro ouibus ſuis,]& earum ſalute. Si hęc eſt deſcriptio boni paſtoris & ſignum:timendum eſt de paucitate bonorum paſtorum. Cadit enim beſtia proximi,& multi eam ſubleuant:cadit anima iuſti,& non eſt ex omnibus charis eius qui eam releuet : cùm tamen quilibet plus teneatur diligere animam proximi , quàm corpus proprium. Sed quomodo pro ea corpus meum ponam,qui nec rem temporalem dare volo vt eam à

Bonus paſtor quis ſit.

peccato eripiam? Et nota quòd mori pro grege do-
K
minico poteſt eſſe tripliciter: aut pro ipſo de bono in melius promouendo:& ſic eſt ſupererogationis, quãtũ ad oẽs prælatos:ſed ad opera ſupererogationis nullus tenetur,niſi voto ſe aſtrinxerit. Aut pro ipſo ab imminente periculo liberando: & ſic tenetur quilibet prælatus, quia ſuſcepit curã dominici gregis:& de manu eius requiretur ſanguis: Aut pro ipſo in extremo articulo neceſſitatis cõſtituto: qui non poteſt euadere damnationẽ , niſi homo morti ſe exponat,& ſic eſt neceſſitatis:ſicut vendere ſua, & dare pauperibus in extrema neceſſitate exiſtentibus. Sed ſciendũ ꝙ ſi eſt perſecutio generalis,quę populo indicitur:tunc debet paſtor ſe opponere,& animam ſuam ponere,ne totus grex diſpergatur:ſi verò eſt perſecutio perſonalis , & ipſe ſolus quæritur:tunc licet fugere perſecutionẽ exemplo Chriſti,qui à facie Herodis fugit in Aegyptũ: & exemplo Pauli,qui dimiſſus fuit per murũ : oues namq; paſtori in cœlo ſedenti orationibus cõmendabat:ſe autem vtilitati earum fugiendo ſeruabat. Hinc ait

Mori pro grege dominico tripliciter poſſumus.

Fuga paſtoris mala.

L
dominus:Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate,fugite in aliam. Aliquando autem debet fugere, nec animã ſuam ponere:ſed patienter expectare, quando ſcilicet tantũ lana,id eſt,temporalia diripiũtur, nõ perſonę. [Mercenarius autẽ]à mercede dictus, vel quia mercede cõductus eſt,vel quia mercedem terrenã ſperat,[& qui nõ eſt]propriè [paſtor,quia non attendit ad præmiũ gloriæ cœleſtis,ſed ad cõmodum rei temporalis. Talis enim, ſecundũ Gre. meritò nomen paſtoris perdit, eo quòd terrenam ſubſtantiã plus quàm oues diligit:& ideo eius[non ſunt oues proprię,]ſed tantũ vſurpatiuè,quod probat per effectum:quia[videns lupum venientẽ,]ſcilicet diabolum,vt oues rapiat,vel hæreticũ vt decipiat,vel tyrannũ vt corporaliter affligat:& timens damnũ rerũ vel corporis incurrere,[dimittit oues] direptioni patere,[& fugit]tacẽdo,nõ reſiſtẽdo, & auxiliũ debitũ ſubtrahẽdo. Dum enim ſola exteriora cõmoda requirit,interiora & etiã exteriora gregis dãna negligẽter patitur,& cõtra hæc nullo ze-

Matth.

Mercenarius vnde dictus.

M
lo accenditur,nullo feruore dilectionis excitatur: quia mercenarius eſt,ſolũ curans de mercede ac lucro & cõmodo tẽporali,[& non pertinet ad eũ,]id eſt,ad eius curam,[de ouibus,]de quarũ perditione nõ ſolicitatur & curat:quia nõ amore earũ,ſed pro ſua mercede tẽporali laborat,nam ſcdm Aug. Nõ diligit in ouibus Chriſtũ: ſed lac & lanã:[& lupus rapit,]ad malũ & periculũ ptrahẽdo:[& diſpergit oues,]ab vnitate charitatis,& eccleſię ſeparãdo, vel affligẽdo.[Sed bonus paſtor]aduerſus pręadictos lupos[animã ſuã ponit:]quia reſiſtit tẽtationibus diaboli,arguẽdo & increpãdo vitia:reſiſtit fallacijs hęreticorũ,prædicando vera: reſiſtit perſecutionibus malorũ,orando & implorando cœleſte beneficiũ. Bonus paſtor quærit vtilitatẽ ouium:ſed malus paſtor & mercenarius,cõmodum propriũ: [bonus paſtor videns lupum venientem,]id eſt, tentationem diabolicam deceptionẽ hæreticam, vel ſæuitiã tyranicam:opponit ſe,& ſubditos cõtra hunc lupum triplicem tuetur & defendit : ſed malus paſtor fugit & dimittit oues, nec aduerſarijs reſiſtit. Vnde





Zacha.2.

in Zacharia:O paſtor & idolum derelinquens gre-
A
gem:quaſi diceret, Non es paſtor,ſed ſimilitudinẽ & idolum geris paſtoris : bonus paſtor nõ quęrens quæ ſua ſunt,ſed quæ Ieſu Chriſti , ſupra gregem ſuum ſolicitè vigilat:cogitans quotidie quã rationem de commiſsis deo reddat. Vnde Aug. dicebat: Et pertinetis ad curam noſtrã, vt rationem de vobis bonam reddamus:tota aũt ratio noſtra, quæ eſt ſcitis. Domine ſcis quia dilexi,ſcis quia non tacui, ſcis quia ex animo dixi:ſcis quia fleui cùm dicerẽ, & non audirer: ipſa puto ꝙ integra ratio mea eſt. Hæc Auguſt. Mercenarius verò,ſua non quæ Ieſu Chriſti quærens,ſupra gregem non vigilat:nec de grege ſolicitus cogitat quã rationem de eo reddere valeat,quia non propter deũ,ſed propter mercedem tẽporalem,quã hîc recipit,deo militat. Vnde Grego. Mercenarius quippe eſt qui locũ paſtoris tenet,ſed lucra animarũ non quærit. Terrenis cõmodis inhiat:honore prælationis gaudet : tẽporalibus lucris paſcitur:impẽſa ſibi ab hominibus reueren-

Bonus paſtor.

Mercenarius.

B
tia lætatur. Iſta ſunt etenim mercedes mercenarij, vt pro eoipſo quod in regimine laborat , hîc quod quærit inueniat : & ab hæreditate gregis in poſterum alienus exiſtat. Hęc Grego. Deinde quod dixerat probat per ſigna dicens:[Ego ſum paſtor bonus,]& ſubditur ſignum huius: [& cognoſco oues meas,]non ſolũ ſcilicet notitia viſionis,qua omnia nuda & aperta ſunt oculis eius:ſed etiã notitia approbationis & dilectionis,qua cognoſcit ſolum dignos vita ęterna promiſſa eis:cognoſcit etiã Chriſtus oues ſuas per imaginẽ & ſimilitudinem ſuam quam eis impreſsit:per arma & veſtimenta virtutum,quibus fideles ornauit: per ſigna bonorũ operum,quibus eos decorauit:per doctrinam ſuam,& ſpecialiter per charitatẽ adinuicem,qua eos informauit , quę omnia in eis inuenit. [Et cognoſcunt me meæ,]quia verè fideles cognoſcunt Chriſtum, notitia per dilectionẽ operante:& ideo decipi non poſſunt:beneficia quoq; eius manifeſtè cognoſcũt. Boni ergo paſtoris ſignũ eſt,mutua cognitio ipſius & ouium ſuarum:quod prouenit ex hoc , quia paſtor frequenter & ſolicitè oues ſuas viſitat : & ſic

Cognitio gregis, ſignum primum boni paſtoris.

C
particulariter cognoſcit eas , & indiuidualiter & conditiones earum ac diligit, & oues ex frequenti imaginatione beneficij paſtoris ipſum attẽdunt,& ſpecialiter recognoſcunt,ac diligunt. Sic aũt eſt de Chriſto & verè fidelibus , & ergo eſt paſtor bonus & verus. Secundum ſignũ boni & veri paſtoris eſt, affectio quam oſtendit ad oues : quæ nõ poteſt eſſe maior quàm ſe exponere pro ouibus: ſic aũt eſt de Chriſto & fidelibus : & ideo ſubdit, [& animam meam pono pro ouibus meis: ] ſolus enim ouibus Chriſti proficit paſsio eius. Vnde Petrus Rauẽnas: Ecce paſtor bonus animã ſuã pro ouibus ſuis dat, quod vtique facit vis amoris,quia nil durum,nil amarum,nil graue, nil lætale cõputat amor verus: quod enim ferrum, quæ vulnera, quæ pœna, quæ mortes amorẽ pręualent ſuperare perfectũ? Amor eſt impenetrabilis lorica : reſpuit iacula , inſultat periculis,mortẽ ridet. Hęc Petrus. Sed cùm homo habeat tria,ſcilicet res,propinquos,& perſonã propriam: iſta tria pro ouibus ſunt ponẽda: ſua autem

Amor verus, ſecundum ſignũ

Tria pro ouibus ponenda.

pro ouibus non ponunt, qui temporalia eis non tri-
D
buunt:ſuos non ponunt,qui conſanguineos inſufficiẽtes promoueri faciunt:perſonã non ponunt, qui malis non reſiſtunt. Chriſtus aũt iſta tria pro ouibus poſuit. Vnde in Hieremia:Reliqui domum & familiam meã, ſcilicet angelos: dimiſi hęreditatẽ meam,ſcilicet cœleſtem ſubſtantiã: dedi dilectam animam meã in manus inimicorum meorũ. Tertium ſignum boni & veri paſtoris eſt : quia oues omnes ad ouile deducit. Vnde Chriſtus ne crederetur ꝙ pro ſolis Iudęis mori deberet,ſubiungit:[Et alias oues habeo,]iam in prædeſtinatione ex gentibus mihi credituras,[quæ nõ ſunt ex hoc ouili,] ſcilicet de ſynagoga Iudæorũ, ſed de populo Gentiũ:[& illas oportet,]id eſt opportunũ eſt: [me adducere]in fidẽ & eccleſiam cũ populo Iudæorum: quod factum eſt per prædicationem apoſtolorum Chriſto principaliter operãte in prædicatione eorum ſecundũ Chry. hoc quod dicit,oportet,non eſt neceſſitatis demonſtratiuũ,ſed cõfirmatiuum eius

Hiere. 12.

Signum tertium boni paſtoris.

E
ꝙ omnes oues ſuas ſaluas faceret. Et ſubdit,[& vocem meam audient,]& ad fidẽ venient:quia Gentiles ad pręedicationem apoſtolorũ deuotè fidem receperunt:[& fiet vnũ ouile,]& fidelium receptaculum,id eſt,vna eccleſia ex Iudæis & Gentibus collecta , [& vnus paſtor,] qui in cœlo eſt Chriſtus, quia ipſe eſt pax noſtra qui fecit vtraq; vnũ,in terra aũt eſt Papa Chriſti vicarius. Bonus etiam paſtor gregem ſuum paſcere debet. Vnde & à paſcendo nomen accepit:hinc ait dominus Petro,quando paſtorem eccleſię ipſum inſtituit:paſce oues meas. Secundò debet ipſum diligere:ideo Petrus quando debuit præfici eccleſiæ,fuit examinatus de charitate:Petre amas me? Tertiò debet gregem à lupo cuſtodire & defendere. Vnde dominus ait Petro, & tu aliquando cõuerſus,confirma fratres tuos: ſcilicet cõtra quorumcunque luporũ turbationes. Hęc autem tria per quandam excellentiam facit nobis dominus noſter , vt meritò bonus paſtor dici debeat: etenim nos paſcit , nos diligit , nos defendit: oſtendit itaque Chriſtus ſub metaphora prædicta, ꝙ per eum tanquam per oſtium ſit intrandum, &

Paſtor à paſcendo dict .is.

Ioan .21.

Lucę 22.

Paſtor bonus dominus.

F
ꝙ ipſe paſtor bonus ſit ſequendus:bonum ergo paſtorem Chriſtũ ſequamur: ſub eius diſciplina maneamus , & vocem præceptorum, ac conſiliorum eius audiamus,vt ab ipſo paſci mereamur. Quanta verò fuerit huius pijſſimi paſtoris ad perditas oues ſolicitudinis cura,quantaq; clementia: ipſe bonus paſtor alibi in parabola paſtoris & ouis centeſimæ perditæ: multâque cura quæſitæ, ac tandem inuentæ,& in humeris cum gaudio reportatæ, pia metaphora indicat , ſed hîc ſermone expreſſo apertè declarat cùm dicit : [bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis,]& in eo illud propheticum verè & perfectè impletur : ſicut paſtor gregem ſuum paſcet : nam propter hoc labores , laſſitudines , & inedias paſſus : inter Phariſæorum inſidias & pericula multa euangelizando regnum dei , ciuitates circuibat & caſtella , noctes ducebat in oratione peruigiles, nec Phariſæorum veritus murmur & ſcandalum, publicanis ſe præbebat affabilem : aſſerens pro-

pter malè habentes ſe veniſſe in mundum: ad pœ-
G nitentes quoq; paternum prætendebat affectum
apertum eis oſtẽdens diuinę miſericordię ſignum.
Audire hæc paſtores,& ab vno paſtore boni paſto-
Animam pro ouib⁹ ponere. res eſſe diſcite: quod ipſe fecit, hoc & vos, ſi neceſſe
fuerit, facite. Vt autem Hugo dicit, animã pro oui
bus ponit, qui periculoſum regiminis locum aſcen
dens, clauſo ſilentij oſtio clauſtralium gregem in
pace cuſtodit: animã ponit, qui ſolus inter munda-
na pericula exteriora negotia curans, neceſſaria
quęrit: animã ponit, qui ad ſuſtinẽda iurgia rei fa-
miliaris exit: qui inter adulantiũ & detrahentium
linguas medius incedit: qui pro infirmis laborat,&
laborantes paſcit, conſolatur puſillanimes, & cum
ſuperbis increpando cõtendit. Hæc Hugo. Nempe
ad onus curæ paſtoralis portandum,& ſalutẽ pro-
ximorum quærendam, hortatur Ber. ad quendam
Orationis excellẽtia abbatem, ſic ſcribẽs: Paſcas verbo, paſcas exemplo:
paſcas & ſanctarũ fructu orationum. Manent ita-
que tria hęc: verbum, exemplum, oratio, maior au-
tem his eſt oratio: nam etſi vocis virtus ſit opus: o-
H peri tamen & voci gratiã efficaciamq; promere-
tur oratio. Quid cauſaris te aliquorum, qui tecum
ſunt, magis grauari conſortio, quàm frui ſolatio?
Denique inquantũ grauaris, intantum lucraris: &
inquãtum iuuaris, intantũ tua tibi pręmia minuit:
elige ergo quos eligas: an qui grauando iuuant, an
qui iuuando grauãt. Hi tibi promeritores, illi frau
datores meritorum exiſtunt. Nam qui ſocij labo-
ris, proculdubio & mercedis participes erũt. Sciens
ergo te miſſum iuuare, non iuuari: illius te & agno
ſce vicariũ, qui venit miniſtrare,& non miniſtrari.
Beati ſi ſic permanſerimus vſque in finem: ſemper
& vbique quęrentes non quæ noſtra ſunt, ſed quæ
Ieſu Chriſti. Hæc Ber. Sed ad hæc facienda neceſ-
ſe eſt habere cor bene ſibi conſcium, & conſcien-
tiam ſecurã. Vnde idem Ber. In omnibus actis, vel
dictis ſuis, nihil ſuum quis quærat: ſed tantũ aut dei
honorem, aut ſalutem proximorũ, aut vtrunq;: nec
purè valet dei, vel proximi quærere lucra, qui pro-
pria nõ contempſerit. Bona obliuio ſi teipſum ne-
I ſcias, vt proximo proſis. Sanè in tanta obliuione,
ſui neceſſe eſt cor bene eſſe conſcium ſibi: quo ſe in
lucra ſecurius foras extendat, cùm ſecuram intra
Matth.16. ſe reliquerit cõſcientiam. Quid enim prodeſt ho-
mini ſi mundũ vniuerſum lucratur: animæ autem
ſuæ detrimentũ patiatur? Sed & ordinis exigit ra-
tio, vt qui ad ſui menſurã proximum iubetur dili-
Conſcientiam bonã faciũt duo gere: prius ſeipſum diligere norit. Itaque duo ſunt,
quæ poſt peccata bonam reddunt conſcientiã: pœ-
nitere de malis,& abſtinere à malis: hoc eſt (vt ver-
ba loquar beati Gregorij) & cõmiſſa flere, & flen-
da non cõmittere: horum neutrũ ſufficit. Vtriuſq;
virtutis bene conſcius animus, ſecurè iam ſeipſum
deſerat:& quodammodo perdat, vt alios lucrifa-
ciat. Hæc Ber. Caueant autẽ paſtores: ne ſubditos
ſcandalizent, vel occaſionem ruinæ eis præbeant.
Væ enim æternæ damnationis eis imminet, per
quos ſcandala veniunt, & animarũ pericula proce
dunt: nam ſecundũ Grego. tot mortibus prælati di
gni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla
tranſmittunt. Et ſecundum Augu. Qui animas ad
peccandum inflammant,& deo ſubtrahunt: magis
peccant, quàm qui carnem Chriſti crucifixerunt. K
Et ſecundum Iſidorum: Qui exemplis vitam mo-
resq; bonorum corrũpunt: deteriores ſunt his qui
ſubſtantias aliorum prędiaq; diripiunt. Non pręſu
munt tales de quibuſdam iuſtitijs & operibus ſuis,
nec ſperẽt ſaluari, alijs neglectis. Nam vt ait Gre-
go. Nihil ei ſua iuſtitia ſuffragatur: de cuius manu
anima pereuntis exigetur. Vnde & Chryſ. Sacer-
dos & ſi propriam bene diſpenſauerit vitam alio-
rum verò non cũ diligentia curam habuerit, cum
pernitioſis in gehennam vadit. Hæc Chry. Atten- Pręlatorũ culpa.
dant etiam paſtores, quia ſubditorum culpas deus
per ipſos leuius vindicat, ſed prælatorum mala per
ſemetipſum grauius dãnat. Vnde Gregorius: Qui
modò ſubditorum culpas per præpoſitos vlciſci-
tur: tunc præpoſitorum mala per ſemetipſum ſę-
uiens damnat. Attẽdant autem ſubditi ne propter
negligentes & malos paſtores à curſu certaminis
ſibi propoſiti deficiant, ſed aſpicientes in Ieſum to
tius boni ſpeculum: etiam talium iudiciũ patienter
ſuſcipiant: quia tunc poſtmodum non habebunt a-
liud iudicium, cùm nõ puniat deus bis in idipſum. L
Vnde ſuper illud verbum Eſaiæ: Nunquid tota die Eſaiæ [...]
arabit arans, vt ſerat? dicit * gloſator arans. De mi- *aliàs, [...]ſator He[...]ueus, De milio &c.
lio autem & vitia non dicit textus an trituretur:
quia ſubiecti quotidie de ſuis actibus infirmis, per
prælatos iudicantur. Et ſi pręſens iudicium patien
ter ſuſceperint, ac de cætero mores ſuos emendaue
rint, non vltrà iudicabuntur: alioquin & ipſi iudi-
cabuntur. Attendant etiam ſubditi & humilien-
tur, quia defectus & negligentia paſtorum, ſæpe
prouenit de meritis ſubditorum: & à deo idcirco
permittitur, quia bonos paſtores habere non me-
rentur. Vnde Greg. clero Mediolanẽſi, paſtorẽ ab
eo poſtulãti, inter cætera ſcribit: Veruntamẽ quia
antiquæ meæ deliberationis intentio eſt, ad ſuſci-
pienda paſtoralis curæ onera pro nullius vnquam
miſceri perſona: orationibus proſequar electionẽ
veſtram, vt omnipotẽs deus talem vobis paſtorem
præbeat, in cuius lingua & moribus exhortationis
diuinę paſcua valeatis inuenire. Sed quia iuxta me- M
ritum plebiũ ſolent ſuperno iudicio perſonæ pro-
uideri paſtorum: vos ſpiritualia quærite, cœleſtia
amate, temporalia & fugitiua deſpicite: & cer-
tiſsimum tenete, quia placentem deo paſtorem ha
bebitis, ſi vos in veſtris actibus domino placetis.
Hæc Gregorius.

## ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte paſtor bone, qui pro oui
bus tuis poſuiſti animam tuã in pretium, car
nem in cibum,& ſanguinem in potum: qui fa
ctus es nobis oſtium in eccleſiam militantem &
triumphantẽ, vt per te ad ſaluandum introeamus
ad te: cognoſce me inter oues tuas,& miſericordi-
ter nos reſpice in viã ſalutis dirigẽdo, vt cognoſca-
mus te,& tibi conformemur te imitando: non au-
diamus vocem alienorum, ſcilicet mundi, carnis &
diaboli: ſed tãtum tuam, obediendo tuis præceptis
& conſilijs, vt vitam habeamus gratię,& abundan
tius habeamus gloriæ, & apud te paſcua inuenia-
mus refectionis æternæ. Amen.

De Encęnijs



## De Encænijs, in quibus voluerunt Iudæi Ieſum lapidare. Cap. lxxxvii.

A
Ioan.10. Encænia vnde dicãtur.
FActa ſunt autem encænia in Hiero-
ſolymis,& hyems erat.] Encęnia di
cuntur ab en, quod eſt in, & neos, qđ
eſt nouũ, interpoſita ce ſyllabica ad-
iectione,& ſonat innouationes, quã-
do ſcilicet aliqua res noua ſuo vſui applicatur, vel
aliqua res à cõmuni vſu ad celebrem & diuinum
vſum dedicatur: quod enim Latinus dicit dedica-
tionem, Hebræus vocat inchoationem vſus nouæ
rei, ſeu innouationẽ. Vnde & vſus habebat hoc ver
bum, vt ſi quis noua veſte indueretur, encæniare di
Encænio. ceretur: Eſt igitur encęnio ars, id eſt, initiare & ali
quid de nouo facere. vnde veſtem nouã encæniat,
qui primò eam veſtem portat:& epiſcopus eccleſiã
encæniat, quãdo eã dedicat: hîc igitur encænia vo-
cantur feſtũ dedicationis tẽpli: quia in dedicatione
templi applicatur diuino vſui, quod feſtum annua-
tim ſolenniter celebrãt Iudæi. Et dicitur encænia
encæniorũ in plurali: quia iſtud feſtum per plures
B dies ſolebat agi, hoc autem nõ ad primã, neq; ad ſe-
cundam, ſed ad tertiam ſpectabat dedicationem.
Dedicatio templi triplex. Legitur enim triplex dedicatio tẽpli facta à diuer-
ſis, & diuerſis tẽporibus. Prima à Salomone deci-
ma die ſeptẽbris, quæ celebrabatur eadẽ die, quotã-
nis vſq; ad euerſionem tẽpli factam à Babylonijs.
Secunda, tempore Eſdræ à Neemia,& Zorobabel,
& ab his qui redierunt de Babylonica captiuitate
reparato tẽplo, ab eis facta eſt duodecima die Mar-
tij,& eadẽ die quotãnis celebrabatur, quouſq; illud
polluit Antiochus, ponens in tẽplo idolum Iouis.
Tertia, propter hanc contaminationem, facta eſt à
Iuda Machabęo, qui tẽplum prophanatum à genti-
bus mũdauit, quintadecima die decẽbris:& eadem
die exinde celebrata eſt quotãnis, & hęc dedicatio
tempore Chriſti celebrabatur, vnde hîc agitur.
Templũ. Tunc [ambulabat Ieſus in tẽplo,] ſcilicet [in por-
ticu Salomonis,] id eſt, in porticu templi, vbi Salo-
mon ad orandum ſtare ſolebat. nomine enim tẽpli
non ſolum corpus ipſius, ſed etiã porticus,& atria,
C ſeu loca circunſtantia, & ad domũ domini pertinẽ
tia, intelligũtur: in quibus populus ſtabat ad oran-
dum, non in tẽplo: nõ enim licebat ingredi templũ,
niſi ſolis tẽpli miniſtris. Alij autem orabãt extrà in
porticibus, ſeu atrijs templum cingentibus: vbi rex
Salomon ſibi oratorium fecerat, quod hîc appella-
tur porticus, in quo oratorio die dedicationis, colũ-
nam, ſeu baſem æneam, habentẽ quinq; cubitos lõ-
gitudinis,& tres cubitos latitudinis,& tres cubitos
altitudinis erexit, ſuper quam genibus flexis ora-
uit: qui locus etiam regis oratorium dicebatur. Vbi
Oratoriũ regis. Theophil. Satagas tu quoq; dum hyems imminet,
id eſt, vita præſens turbinibus iniquitatis cõcuſſa,
ſpirituales encænias tui tẽpli celebrare, ſemper re-
nouando teipſum,& aſcẽſiones in corde tuo diſpo-
nens: tunc Ieſus erit præſto in porticu Salomonis,
pacificum ſtatũ tibi tribuẽs ſub regimine proprio:
in ſeculo autem futuro nemo renouationis ſolẽnia
perficere poterit. [Circundederũt eũ ergo Iudæi,]
comprimẽtes, animo circũueniendi & perſequẽdi,
vt citius eum in verbis caperent, [& dicebant ei:
Quouſq; animam noſtrã tollis,] id eſt crucias, di-
mittendo nos in ſuſpenſo dubitationis: certificandi D
enim ſumus de te. Adulatoriè loquũtur, volẽtes per
hoc oſtendere ſe deſiderare ſcire veritatẽ de ipſo:
quaſi dicerẽt, aĩa noſtra eſt in ſuſpẽſo deſiderij, quã
diu vinctos nos derelinquis. Spes quæ differtur af- Prouer.13.
fligit animam: per hoc innuentes quod vellent eius
dicto ſtare, & eum libẽter ſicut Chriſtũ recipere:
cùm tamen cõtrarium haberent in corde. [Si tu es
Chriſtus,] id eſt, rex & vnctus: quẽ enim nos regẽ
dicimus, Iudæi appellant Chriſtũ, id eſt, vnctum:
quia vnctio debebatur regibus, [dic nobis palàm,]
vt ſciamus quẽ ſequamur: palàm eñ annuntiandũ
eſt de veritate, quaſi dicerent, peccamus ſi tu es
Chriſtus & Meſsias in lege promiſſus, & tibi non
credimus. Inſidioſè hæc ab eo quærebant, vt ſi ſe
Chriſtum diceret, quaſi ſe regẽ faciens, Cæſari cõ-
tradiceret, mox teneretur:& Romanorũ miniſtris
occidendus traderetur. Vnde gloſa: Non veritatem
deſiderabant, ſed calũniam præparabant: & quia
dòlo loquebãtur, ideo reſponſum tẽperauit dicens:
[Lòquor vobis,] vt verbũ dei,& dico vobis verita- E
tem,& qui ſim ꝓbo per opera, [& nõ creditis mi-
hi. Opera quæ ego facio in noĩe patris mei,] & ad
gloriã eius, confitẽdo eum, & gloriã eius nõ aliam
vbiq; quærendo: eiq; omnia tribuendo, [hæc teſti-
monium perhibẽt de me,] & de mea deitate: quia
ſcilicet nõ poſſunt niſi à deo fieri, & ideo manife-
ſtè apparet, ꝙ à deo veni, quaſi dicat: Vultis à me
audire ſi ego ſum Chriſtus: & ego reſpõdeo vobis,
ꝙ non oportet vt ego dicã verbis, quia [opera quæ
ego facio, illa teſtimoniũ perhibent de me. [Et ſi
operibus nõ creditis, qualiter verbis credetis? & ſic
non dixit expreſſe ſe eſſe Chriſtũ, quod quærebãt:
ſed dixit aliquid æquiualẽs, vel maius, quod tamen
eis non ſufficiebat: vt veritatẽ reſpõderet, & calũ-
niæ malitiam excluderet. Sic ergo tẽperauit reſpõ Reſponſi tẽperatio.
ſum, vt nec illis ſit calũnię locus:& fidelibus ꝓpter
quos hæc referuntur, manifeſtè appareat ꝙ ipſe ſit
Chriſtus: nõ homo tantũ, vt illi putant, ſed verbum
patris,& dei filius. Illi enim Chriſtũ purũ hominẽ
credunt venturum, ſed præ oĩbus regnaturum: nõ F
ergo propter illos tantum reſpõdit eis: ſed & pro-
pter poſteros fideles. Alia teſtimonia ꝙ ſit verus
deus,& verus homo, ponit Ioãnes dicẽs: Tres ſunt 1.Ioan.5.
qui teſtimoniũ dant in cœlo: pater, verbũ,& ſpiri-
tus ſanctus. Et tres ſunt qui teſtimoniũ dant in ter
ra: ſpiritus, aqua, & ſanguis: ꝙ enim Chriſtus fue-
rit cœleſtis, id eſt, verus deus, teſtimoniũ dedit pa-
ter, quando dixit. Hic eſt filius meus dilectus. Te- Matth.3.
ſtimonium dedit ſpiritus ſanctus, quando in ſpecie Ibidem.
columbæ ſuper ipſum baptizatum deſcẽdit. Teſti-
monium dedit ipſe filius quãdo dixit, ego & pater Ioan.10.
vnum ſumus. Quod autẽ fuerit terreſtris, id eſt, ve
rus homo, tres teſtes ſunt: ſcilicet ſpiritus, id eſt, aĩa
quam in cruce emiſit. Aqua, quæ de eius latere,&
ſanquis qui de eius venis effluxit. Cauſa autẽ incre
dulitatis eorũ ſubditur, [ſed vos nõ creditis: qa non
eſtis] nec eſſe vultis [ex ouibus meis,] id eſt, inno-
centes & humiles: ſed ſuperbi & maligni, & ideo
dei iudicio excæcati. [Oues meæ,] id eſt, humiles
quibus reuelatur veritas à me, [vocẽ meã audiũt,]

credẽdo corde, & obediẽdo opere, [& ego cognoſco eas,] nõ ſolum notitia viſionis: ſed etiã approbationis, [& ſequũtur me,] imitando hîc in præſenti per gratiam, & in futuro per gloriã: ideo ſequitur, [& ego vitam æternã do eis] hîc in paſtu mei corporis & ſanguinis, & in futuro in dulcedine fruitionis, [& ideo nõ peribũt in æternũ:] quia prædeſtinatio de eis fruſtrari nõ poteſt. [Et] ideo [non rapiet eas quiſquã de manu,] id eſt, poteſtate [mea] per violentiam hîc trahẽdo ad culpã, vel in futuro ad pœnam: quod probat dicẽs, [Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus eſt:] id eſt, deitas quã habeo à patre: quia omnia excedit in infinitũ. Vñ Aug. Dedit mihi, vt ſim verbũ eius: vt ſim vnigenitus filius eius, vt ſim ſplendor lucis eius. Et nemo põt rapere de manu patris mei per violẽtiam, cùm ſit infinitę potẽtię: ergo nec de manu mea cõtinente eas & conſeruãte. [Ego enĩ & pater vnũ ſumus,] ſcilicet in virtute & potẽtia, ſicut in deitate & eſſentia. Notãdum autẽ, ꝙ ex hoc verbo ſaluatoris, [ego & pater vnũ ſumus:] excludũtur duo errores cõtrarij circa articulũ ſanctiſſimę trinitatis. Sabellius enim poſuit in deo vnitatẽ perſonæ, ſicut & eſſentię: & hoc remouetur cùm dicitur: [ego & pater ſumus:] ſi enĩ pater & filius eſſent vna perſona, dixiſſet ſum in ſingulari. Arrius autẽ ecõtra poſuit diuerſitatem eſſentiarum, ſicut & perſonarũ: & hoc excluditur cùm dicitur, vnũ: ſi enim pater & filius haberent diuerſas eſſentias, nõ diceret vnũ neutraliter, ſed plura: igitur per [ego & pater ſumus,] diſcretio & æqualitas perſonarũ exprimitur, per [vnũ] vnitas diuinæ ſubſtãtiæ intelligitur. In theologia enim per neutrum genus dicitur ſubſtantia diuina, per maſculinum perſonę, per fœminum notio. Vnde patet, ꝙ non debet in hymno cantari vnus patri cũ filio, ſed vnum: quia pater & filius non ſunt vnus in perſona, ſed vna in ſubſtãtia. Vnde Auguſtinus, vtrũq; audi, & vnũ ſumus, ꝙ dixit vnum, liberat te ab Arrio: ꝙ ſumus, liberat te à Sabellio. Si vnum: ergo nõ diuerſum. ſi ſumus: ergo pater & filius. Oues ergo dei per ſigna quatuor cognoſcũtur, quæ hîc per ordinem tangũtur. Primò, per bona opera quę faciunt, cognoſcũtur quia oues Chriſti ſunt. iſtud ſignũ ponit dñs de ſe, qui eſt paſtor, cùm dicit, [opera quæ ego facio, teſtimoniũ perhibent de me.] Notãdum tamẽ eſt, ꝙ ſunt quędam opera quę hominem ſanctũ oſtendunt, ſed nõ faciunt: ſicut ſunt opera miraculorum, quæ etiã aliquando mali faciunt virtute fidei. Alia ſunt opera quæ ſanctum faciunt, ſed nõ oſtẽdunt: ſicut eſt ſimplicitas & humilitas ſanctorum hominũ, & cæteræ virtutes eorum quæ faciunt hominẽ ſanctũ coram deo: ſed ſæpe reddunt deſpicabilem corã mundo. Alia ſunt opera quæ hominẽ ſanctum faciunt, & oſtendunt: ſicut ſunt opera pietatis, quæ ex charitate fiunt. Secundum ſignum eſt, ꝙ oues Chriſti ſunt, quãdo vocẽ eius audiunt. vnde ſubditur: [oues meæ, vocem meam audiunt.] Quatuor autẽ voces iſte paſtor dat ouibus ſuis. Prima, eſt exterior exhortatio. Secũda, interior inſpiratio. Tertia, eſt beneficiorum elargitio. Quarta eſt corporalis flagellatio: ſed multi ſunt qui iſtas voces nõ audiunt, ideo dominus conqueritur dicẽs: [Vocaui,] ſcilicet per exteriorẽ exhortationẽ, [& renuiſtis: extendi manum meam,] multa bona faciendo, & nõ fuit qui aſpiceret: deſpexiſtis omne cõſilium meũ quo vobis bona ꝓpoſita inſpirabã, & increpationes meas neglexiſtis, per quas aliquando vos arguebã, & flagellabã: ideo ſubditur magna cõminatio, ego quoq; in interitu veſtro ridebo. Tertium ſignũ eſt, ꝙ aliqui ſint oues Chriſti, quãdo Chriſtus qui eſt paſtor eas cognoſcit. vñ ſequitur: [& ego cognoſco eas.] Cognoſcit autem, vt etiã ſuprà dictum eſt, fideles ſuos per imaginem & ſimilitudinem ſuã, quàm eis impreſſit: per arma virtutum, quibus eos ornauit: per ſigna bonorum operum, quibus eos decorauit: per charitatem adinuicẽ, qua eos inſtruxit. Quartum ſignum eſt, ꝙ ſint oues Chriſti, quando ipſum verum paſtorem ſequuntur. vnde ſubditur: [& ſequuntur me,] mali autẽ nolunt ſequi Chriſtũ, ſed ab eo fugiunt & ſe auertunt: boni verò ſequuntur ipſum per imitationem bonorũ operũ. Chriſtum etiam quidam ſequũtur fictè, ſicut hypocritę: quidam lentè, ſicut tepidi & negligẽtes: quidã ſolicitè, ſicut amore dei ferventes. Hæc autẽ prædicta domini verba quãdo dixit, ego & pater vnum ſumus, [Iudæi,] cætera ferentes iã non tulerunt: ſed [lapides ſuſtulerũt] & hoc duriſſima intẽtione fecerũt: ſcilicet [vt lapidarent eũ,] ſicut blaſphemũ, moti liuore inuidiæ, non amore iuſtitiæ: quia abſq; legis ordine: quia enim duri erant, & profunda domini verba intelligere non poterãt, lapidibus ſimiles ad lapides currebant. [Reſpondit eis Ieſus,] dulciter eos reprimẽdo, [multa bona opera oſtendi vobis,] ad veſtram vtilitatẽ [ex patre meo,] hoc eſt virtute patris mei facta: ſcilicet veritatẽ docendo, infirmos curando, & alia miracula faciendo, [propter quod horum] operũ, [me lapidatis?] cùm tamẽ ob hoc me honorare deberetis. Vbi ſciendum, ꝙ ſunt qui reddunt mala pro malis, & iſtud eſt prohibitũ: quia deus vindicta ſibi reſeruauit, & dicat: Mihi vindictã, & ego retribuã. Alij ſunt qui reddunt bona pro bonis: & iſtud eſt quoddã naturale debitũ, & non meritorium: quia & publicani hoc faciũt. Alij ſunt qui reddunt bona pro malis: & iſtud eſt perfectæ charitatis indicium: ſic fecit Chriſtus, & docuit ſuos diſcipulos. Alij ſunt qui reddunt mala pro bonis, & iſtud eſt valde iniquum: & tales erant Iudęi circa Chriſtũ, & ideo eos arguit dicẽs: multa bona opera, &c. [Reſponderũt ei Iudæi, dicentes: De bono opere nõ lapidamꝰ te, ſed de blaſphemia: quia tu homo cùm ſis, facis teiſum deũ. Aſſerẽs enĩ ſe eſſe vnum cũ patre, innuit ſe eſſe deum: non autẽ ipſe ſeipſum fecit deũ, ſed pater generãs eum, fecit ipſum deum. Dominus autẽ volẽs eorum furorem tẽperare, [reſpondit eis,] ſe nó eſſe blaſphemũ, dicendo ſe eſſe deũ, vel dei filium naturalẽ, quod probat primò per ſcripturã: quia ſcriptura ſacra, cùm ſit inſpirata, nõ põt eſſe falſa: & hæc tribuit hominibus ſanctis, & ꝓphetis deitatẽ participatiuè: ergo multò magis [quem pater ſanctificauit,] id eſt, ſanctũ ab æterno genuit, ſecundũ deitatẽ: & iã ſanctificauit, id eſt, plenitudine gratię repleuit, quantũ ad humanitatẽ, [& miſit in mundũ,] ad ſaluandũ & ſanctificandũ ipſum, ſicut erat per prophetas dictũ: põt dici deus propriè, cũ tamen dicatur homo deus, & verbum deus diſſimiliter: quia homo adoptione: verbũ naturaliter. Si inquit, adoptiui filij dij dicuntur: quare naturalis filius deus nõ dicatur? Scriptura quidẽ ſacra attribuit hominibus ſanctis deitatẽ participatiuè dictam, ſed Chriſto attribuit deitatẽ propriè dictã: ſecundũ enĩ Augu. tribus modis dicitur deus: natura, vt deus omnipotẽs: adoptione, vt particeps deitatis: de quibus in Pſalmiſta dicitur, dij eſtis: opinione, ſeu nũcupatione, vt idola & dæmones. Deinde hoc idẽ oſtendit per rationẽ, ſ. ex operibus patris quæ faciebat. Omnia enĩ, ſecũdũ philoſophum, determinãtur proprio opere: & ideo per propriam operationẽ certificamur de natura rei, Chriſtus autem faciebat opera diuinitatis propria. ſ. miracula, totã facultatem creaturæ tranſcendẽtia, & virtute propria: non ſolum obſecrando diuinã potentiam, ſed aliquando imperando: ex quo concluditur, ꝙ in eo verè erat natura diuina, & per conſequẽs nõ erat blaſphemus dicẽdo ſe eſſe deũ, vel filium dei: ac ſi diceret, nõ tantum per verba me eſſe filiũ dei credatis: ſed etiã per opera, quæ & modo quo ea facio, & facto ipſo oſtendũt in me naturã & virtutẽ dei eſſe. [Si nõ vultis credere verbis,] fidẽ adhibete [operibus,] vt merito fidei, amplius cognoſcẽdo opera, veniatis ad fidem deitatis, [vt cognoſcatis & credatis quia in me eſt pater,] per naturæ inſeparabilitatem, & ſui cõſenſus volũtatem in omnia facta mea, [& ego in patre] ſicut à quo habeo naturã, & veritatem, & opera. In eo eſt pater, & ipſe in patre, in quãtũ eſt vna natura amborũ ſicut vna operatio. Qui ergo magis diligit, vel credit, amplius cognoſcit. Vide hîc mirabilem Iudæorũ inſaniã. Ipſi volebãt ſcire ſi eſſet Chriſtus: & quia verbis & operibus hoc probabat, eũ lapidare volebãt. Ipſi verò nec verbis, nec operibus inducebãtur ad credendũ, ſed tãquam obſtinati [quærebãt] ſtudioſè [eũ apprehendere,] nõ bona apprehenſione, ſcilicet ad credẽdũ & intelligendũ: ſed mala, ſ. ad ſæuiẽdum & occidendum. Tu apprehendas vt habeas, illi apprehendere volebant vt nõ haberent. [Et exiuit de manibus eorũ,] virtute diuina tranſiens per ipſos, ſicut aliâs fecerat: vt oſtẽderet ſe nõ poſſe detineri: niſi quãdo vellet: & vt daret nobis exẽplũ declinãdi malorũ ſæuitiã, quãdo ſine fidei periculo fieri põt. Nõ enim apprehenderunt: quia manus fidei nõ habuerũt. Et relicta Iudęa, propter incredulitatẽ eorum, [abijt iterum trans Iordanẽ, in locũ vbi Ioannes primũ baptizauerat: & ibi] ad tempus cũ diſcipulis ſuis [manebat,] vt populi venientes ad ipſum, recordarentur de teſtimonio Ioannis, & de teſtimonio dei patris, & alijs ibi factis & dictis: & ſic habita primorũ & nouiſſimorũ collatione, cõfirmarentur in fide ipſius. Conſpice igitur tam eũ, quàm diſcipulos ſuos mœſtos recedere & eis toto poſſe cõpatere. [Et multi venerunt ad eũ,] nõ tam corpore, quã mẽtis deuotione, & crediderunt in ipſum, ex corde. Ecce iſti apprehẽderũt permanentem, vt haberẽt: ſed iniqui Iudæi apprehendere voluerunt diſcedentem, vt nõ haberẽt. Myſticè aũt, ſecundũ Theophilũ, recedẽs ab Hieroſolymis dñs, hoc eſt, à plebe Iudaica, ad loca fontes habẽtia ſe transfert: id eſt, ad eccleſiã ex gentibus, quę habet fontẽ baptiſmi, per quẽ multi ad Chriſtũ accedunt, quaſi trãſeũtes Iordanẽ. Sciẽdum eſt hîc ꝙ mali Iudæi ſunt, nõ ſolum illi qui literæ legis & circuncisioni carnis innitẽtes Chriſtum blaſphemãt, ſicut iſti de quibus hîc dicitur: ſed etiã omnes mali Chriſtiani, qui ſolo nomine Chriſtiani ſunt: & ſolum nomen habẽt Chriſti, à quo appellantur Chriſtiani: qui verbis cõfitentur Chriſtum, factis aũt negant: de quibus etiã verificatur quod hîc dicitur: [quia ſuſtulerũt lapides, vt lapidarẽt Ieſum.] Vnde Ambr. Quod fecerunt tunc Iudæi perſequẽtes, hoc verè faciunt hodie mali Chriſtiani malèviuẽtes: Chriſtũ enim lapidant & occîdunt. Quid eſt Chriſtus? Veritas, pax, & iuſtitia. Qui ergo pro falſitate veritatẽ derelinquunt, pro diſcordia odiunt vnitatem & pacem, pro tẽporali pretio relinquũt iuſtitiam: nil aliud facere videntur quã lapidare, crucifigere, & occidere Chriſtum: quia ipſius dona extinguunt in ſeipſis. Hæc Ambr. Et tales ſunt in triplici genere. Quidã enim lapidant Ieſum corde, quidam ore, & quidã manu. Primi ſunt, corda ſua prauis cogitationibus, & malis voluntatibus indurãtes: ſecundi ſunt, verba blaſphemiæ in deũ & ſanctos proferẽtes: vel præceptis maiorũ & prælatis ſuis recalcitrãtes: tertij ſunt per oppreſſionẽ violentiæ proximos lædentes. Primi ergo lapidãt dominum Ieſum: quælibet enim mala cogitatio, & mala voluntas, eſt vnus lapis qui iacitur contra eũ. Vnde Beda: Quotquot malas cogitationes quis aſſumit, quaſi tot lapides in Chriſtũ mittit. Et ideo beatus Ambroſius nos admonet dicens: Videte fratres ne per opera, vel cogitationes malas, lapidetis Ieſum. Sed dices, quomodo tã graue iudicatur peccatum cogitationis, ſi ad opus nõ procedit? Ad hoc dicendum, quòd tota ratio peccati eſt in corde: actus autem exterior non aggrauat peccatum, niſi extenſiuè. Et quia Chriſtus habet domiciliũ ſuum in corde, dicente Apoſtolo: Vos eſtis templum dei viui: hinc eſt quòd ſicut Chriſtus inuitatur ad templum ſuum, per cogitationes & voluntates bonas: ita expellitur per malas. Et ſecundum hoc quælibet mala voluntas, eſt quaſi lapis quo dominus Ieſus lapidatur, & expellitur de templo ſuo. O quàm deteſtabile eſt dominũ domus lapidare, & eijcere de hoſpitio ſuo? Nam ſicut dicit apoſtolus: Quis conſenſus templi dei, cum idolis? Qui autem aliud ſunt cogitationes quas quis format in corde quaſi quandam imaginationem cõtra honorem dei, niſi quædam idola? Et cum talibus idolis, Chriſtus in eodem templo habitare dedignatur. Vnde ad conſeruandam Chriſti præſentiam in tẽplo ſuo, hortatur nos apoſtolus Petrus: Dominum, inquit, Ieſum ſanctificate in cordibus veſtris. Ille dominũ Ieſum in corde ſuo ſanctificat: qui nihil niſi quod ſanctum, & deo placitum eſt, in corde verſat. Secundi lapidant dominum Ieſum multipliciter, ſecũdum quòd blaſphemia in deum multis modis committitur. Primò enim cõmittitur, quando deo negatur quod ſibi cõuenit, ſicut qui negaret in deo omnipotentiã, & omnem ſcientiã, vel prouidentiam

Margin notes (p. 378): G; Perſonæ in deo plures.; H; Eſſentia vna.; Vnus & vnum.; Ouiũ dei ſigna quatuor.; I; Opera oſtendentia & non faciẽtia ſanctum, &c.; Voces Chriſti quatuor.; Prouer. 1.; K; Cognitio ouiũ Chriſti.; Sequentes Chriſti.; L; Reddentium genera.; Deute. & Rom.; M

Margin notes (p. 379): A; Filij dei participatiuè.; Pſal. 81.; B; C; D; Iudęi mali qui dicendi.; Ad Titũ 1.; E; Lapidãtes Chriſtum triplices.; 2. Cor. 6.; F; Ibidem.; 1. Pet. 3.; Blaſphemiarum ſpecies.

tiam. Et ad hanc ſpeciē blaſphemiæ pertinent illi
G qui in aduerſis ſucceſsibus dicũt in animo ſuo, ve-
rè deus nõ curat res humanas, vel ſimilia: de quibus
dicit Augu. ſuper pſalmo trigeſimoprimo. Itē illi
de quibus dicit Ber. ſuper cãtica, qui vellēt deũ pctã
ſua vel vindicare nõ poſſe, aut nolle, aut ea neſcire.
Vult ergo eũ non eſſe deũ, qui quantum in ipſo eſt
vult eum aut impotētem, aut iniuſtum, aut inſipiē
tem eſſe. Crudelis planè, & omnino extranea ma-
litia: quæ dei potētiam, iuſtitiam, ſapiētiam perire
deſiderat. Qui aũt vult deum eſſe iniuſtũ, vult deũ
nõ eſſe deum: & qui deum deſiderat nõ eſſe, nónne
quãtum in ſe eſt deum lapidat & occidit? Hęc Ber.
Secũdo modo, blaſphemia in deum committitur
quãdo deo attribuitur quod ſibi nõ cõuenit: ſicut il
li qui dicunt deum eſſe autorem peccati. Ad quam
ſpeciem blaſphemiæ pertinent illi qui peccata ſua
in deũ retorquēt, dicentes: deus ſic voluit vt adulte
rarer, furarer, vel occiderem, & vt ſic confunderer
& turbarer: & ita omnia fato aſcribũt. Ad hanc e-
H tiã pertinēt luſores, qui cũ nõ ad votũ proſperãtur
deo maledicũt, & cõuitia in ſanctos proferũt. Simi
liter & illi qui iurãt per deũ verbis execrabilibus &
vituperoſis. ſ. per nares dei per iecur dei, vel per
brachia dei, & ſimilia: quæ ſunt execrabilia audi-
tui. Tertio modo, blaſphemia in deum cõmittitur,
quãdo illud quod dei eſt aliquis ſibi vel alteri crea
turę attribuit: ſicut illi qui ſibi diuinum honorem
vſurpare præſumpſerũt, vt Simõ Magus & omnes
idololatrę. Et ad iſtã ſpeciē pertinēt ambitioſi, ac
ſuperbi, & vane glorioſi: qui ſibi gloriã attribuũt,
quaſi eam ex ſeipſis & meritis ſuis habeãt, cũ tamē
gloria ſit dei propria. Item ad hãc partē pertinent
iracũdi, qui ſibi vſurpant vindictam quæ propria
eſt dei. Similiter & illi temerarij, qui præſumunt
& volunt de aliorum cordibus iudicare, cũ hoc ſit
proprium dei tantũ. Præter hæc eſt & aliud blaſ-
phemiæ genus, quod cõmittitur in ſanctos regnã-
tes cum Chriſto, & in quibus regnat Chriſtus. Vn
de in eis Chriſtus laudatur, ac etiã blaſphematur:
& in prælatos qui ſeruiũt deo in ſubditis, & vice
I dei ſupra ſubditos poſiti ſunt: ac per hoc in eis deus
honoratur, ac etiam blaſphematur. Tertij ſimili-
Lapidãtes opere. ter lapidãt dominum Ieſum, ſicut Iudæi lapidaue-
runt Stephanum: ſic enim mali Chriſtiani ſpiritua
liter nũc lapidãt Stephanum, imò ipſum Chriſtũ,
quando vi opprimunt & affligunt proximũ. Lapis
Lapis vnde dicitur. enim dicitur à lædendo: & ideo cùm proximus qui
eſt membrum Chriſti læditur, ipſe Chriſtus in mē
bro ſuo lapidatur. Sed ſæpe triſtitia taliter oppreſ-
ſorum cõuertitur eis in gaudiũ, ſicut lapides quos
mittebant Iudæi cõtra Stephanũ ad afflictionem
carnis, dulces illi fuerunt ex gaudio mentis, & con
uertebantur in lapides pretioſos ad coronam capi
Pſal. 20. tis: quia poſuit deus in capite eius coronam de lapi
de pretioſo, &c. Poſſet etiam dici, quòd vniuerſali
ter homo Chriſtianus in omni peccato mortali la
pidat Chriſtum. Vnde Ambr. O quã pauci ſunt in
tanta multitudine Chriſtianorum, qui Ieſum non
perſequãtur & lapident & occidant. Huiuſmodi
etiam lapidatio ſic declaratur. Cũ enĩ Chriſtus ſit
aduocatus noſter, & propitiatio pro peccatis no-
ſtris, qui interpellat pro nobis apud patrē: idcirco
ipſe de peccatis dolet & luget, ſicut ecõuerſo de no K
ſtra cõuerſione gaudet. Quotieſcunq; enim pecca-
camus, Chriſtum contriſtamus & lædimus: ac per
hoc eum quodãmodo lapidamus. Et intelligenda
ſunt hæc ſanè, nõ ꝙ Chriſtus in corpore ſuo iã glo
rioſo lædatur ſenſibiliter, cũ corpus illud ſit impaſ
ſibile: vel ꝙ in ipſum cadant paſsiones animæ, vel
partem ſenſitiuã, & quaſi ſic peccatis noſtris lapi-
detur. Sed huiuſmodi lapidatio eſt metaphorica,
ſicut & crucifixio: quemadmodum dicit apoſtolus Hebr. 6.
de quibuſdam baptizatis & prolapſis, rurſum cru-
cifigentes in ſemetipſis filium dei. Vbi gloſa: Non
ꝙ crucifigant filium dei, ſed quia ſimiles ſunt cru-
cifixoribus: crucifigunt aũt in ſemetipſis, id eſt, quã
tũ in ipſis eſt. Sic in propoſito quando mortaliter
peccamus, Chriſtum lapidamus & lædimus & cõ
triſtamus: quia quantum in nobis eſt, eum gaudio
quod ipſe de nobis expectat priuamus. In quo etiã L
ſenſu loquitur Ber. in perſona Chriſti ſic alloquēs
peccatorem. Nónne propter te vulneratus ſum? Nũ
quid non pro iniquitate tua afflictus ſum? vt quid
addis afflictionem afflicto? Magis aggrauãt me vul
nera tui peccati, quàm vulnera corporis mei. Hæc
Bernardus. Sed væ omnibus iſtis dominum Ieſum
lapidantibus: quia abſcõdit notitiam ſuam talibus,
exit de templo cordium eorum, & manifeſtat ſe
amatoribus ſuis, & habitat in illis.

## ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte, fac me encænia & inno
uationes in tēplo cordis mei ſpiritualiter ce-
lebrare: ſemper meipſum renouando, & aſcē
ſiones in corde meo diſponēdo. Da mihi bona ope
ra facere, quæ teſtimoniũ perhibeant de me: ac vo
cem tuam audire credendo corde, & obediēdo ope
re: teq; per imitationem bonorum operum ſequi,
& inter oues tuas à te miſericorditer cognoſci. Cu
ſtodi etiam me domine, ne vnquam malis cogita-
tionibus & voluntatibus, aut locutionibus vel ope-
ribus, quaſi lapidibus te à me expellã: ſed ſemper te
per gratiã in me habitare ſentiam. Amen. M

De traditionibus Phariſæorũ, etiã contra dei
mandatum. Cap. lxxxviii.

QVia verò ſcribæ qui putabãt ſe habe Matt. 15.
re perfectionem ſciētiæ, & phariſæi Marci 7.
qui ſimulabãt ſe habere perfectionē
vitæ, dñm Ieſum in templo reprehē-
dere non potuerunt: veniētes ab Hie-
roſolymis in Galilæam eum inſequuntur. In quo
nimia apparet malitia eorum: quia deſcendētes ab
Hieruſalem ciuitate ſancta, relinquētes templum
ſequebantur eum: & quia ſeniores populi & legiſ-
doctores erant, & non ad ſciendum ſed ad reprehē
dendum dominũ venerant, obſeruando & inſidiã-
do vt eum caperent in ſermone vel facto. Vnde vt
ſaltem ex diſcipulis magiſtrum tanquam contem
ptorem doctrinæ ſeniorum arguant, & ſic eum po
pulo odioſum reddat: videntes diſcipulos eius com
munia gētilibus nõ lotis manibus mãducare: quia
Iudæi communia gentilibus immunda reputabãt:
ei dicebant: [ Quare diſcipuli tui tranſgrediun-
tur traditiones ſeniorum? Non enim lauant ma-
nus, cùm



nus cũ panem mãducãt.] Vbi Beda: Spiritualia enĩ
A prophetarũ verba carnaliter accipiētes, quæ illi de
cordis & operis caſtigatione præcipiebãt dicentes:
Eſaiæ 1. lauamini, mũdi eſtote: &, mundamini qui fertis va
Eiuſdē 52. ſa domini. iſti de ſolo corpore lauãdo ſeruabãt. Su
perſtitioſa ergo hominũ traditio ob mãducãdum
panē præcipit crebrius lauare: ſed neceſſarium eſt
eos qui panem de cœlo deſcēdētem participare de
ſiderant, crebro eleemoſynis, lachrymis, & alijs iu-
ſtitiæ fructibus ſua opera purgare. Hæc Beda. Iſti
gerunt typũ eorũ qui plus zelant trãſgreſsionem
humanarum traditionum quàm diuinorũ præce-
ptorum, plus decretaliũ quàm euãgeliorum, plus
conſuetudinũ quàm vtilitatũ. Per iſtos etiã multũ
ſolicitos de munditia exteriori & modicũ de inte-
riori, ſignantur hypocritæ & ſimulati, arguentes
Lucæ 6. alios de leuibus, cùm tamen ſint infecti grauibus:
vidētes feſtucã in alterius oculo, & nõ trabē in ſuo.
His quoque ſimiles ſunt multi, qui volunt habere
exteriora pulchra, interiora autem habēt fœtida.
B Diſcipuli autem domini inſtructi ea quæ virtutis
tantũ ſunt operari, nõ lotis manibus mãducabant:
quia hoc nõ pertinere ad veritatem vitæ intellige
bant. Vnde Chryſoſtomus: Ideo autē diſcipuli nõ
lotis manibus manducabãt: quia iam ſuperflua de-
ſpiciebant ea ſolum quæ ſunt neceſſaria attenden-
tes ſed, & neq; lauari neq; nõ lauari pro lege habē-
tes: ſed vt cõtingebat alterutrũ faciētes. Qui enĩ &
ipſum neceſſarium cibũ contēnebant, qualiter cir-
ca hoc ſtudiũ haberent? Et quia hæc traditio, ſcili-
cet iubere manus lauari, nõ erat cõtraria legi: ideo
dominus aliã traditionem legi cõtrariam ducit in
Mandatũ faciendũ medium, & quaſi clauum clauo retũdens dicit eos
deficere: quia faciebãt trãſgredi mãdatum domini
propter mandatũ hominum, quod nõ erat facien-
dum: quia ſecundum Bernardum, nihil placet deo
quodcũque ei obtuleris, neglecto eo quod teneris.
Vnde [ reſpõdens ait illi, quare & vos tranſgredi-
mini mandatum dei, propter traditionē veſtram?]
quaſi diceret ſecundũ gloſam: Si vos contemnitis
mandata dei pro traditionibus hominũ, quare ar-
guitis diſcipulos meos, qui mãdata hominum di-
C mittunt vt præcepta dei cuſtodiant? Et dominus
quidem non repræhēdit mũditiam corporalē: ſed
hoc repræhendit, relicta mũditia interiori puta-
bant ſufficere tantũ exteriorem. Deinde hoc quod
dixit, probando ſubdit: [Nam deus dixit, honora]
Honoratio parētũ ſcilicet neceſſaria dando, & reuerentiã exhibēdo:
nam honor iſte nõ ſolũ intelligitur reuerentia, ſed
etiã neceſſariorũ adminiſtratio. [patrē & matrē,]
in quibus etiã proximus quilibet intelligitur: ſed
illi nominantur quibus obligamur. [Et qui male-
dixerit patri vel matri,] non tam verbo vel ſigno,
quã facto [morte moriatur.] Dominus enim imbe
cillitati & pœnuriæ parentum conſulens, hoc per
Moyſen præcipit: & ideo væ illis qui parentes de-
biles vel pauperes cõtēnunt, & debitis obſequijs ſci
licet reuerētia & neceſſariorũ exhibitione defrau
dant. Hãc aũt legē Phariſæi cupidi per ſuã doctri-
nam falſam ſubuertētes vt ſuæ auaritiæ cõſulerēt,
& ſub nomine pietatis impietatem inducerent: do
cebãt filios parentũ, & dicebãt quód melius erat bo
na parētibus adminiſtrando deo fauere & offerre:
tũ quia eſt pater principalis & ſpiritualis, tũ quia D
licèt per talē oblationē parētes ſuſtinerēt detrimē
tum corporale, cõſequebantur tamē bonũ ſpiritua
le, inquantũ illud quod erat in eorũ neceſsitatē cõ-
uertendũ, deo offerebatur: vt ita parentibus ſuis ab
eis neceſſaria exigētibus ea negare poſſent, & di-
tiores frequētius offerrēt: ex quo parētes egeni fie-
bant, & oblatio filiorũ ſub prætextu religionis in
lucra ſacerdotum cedebat. Vnde inſtruebant filios
quid egenis parētibus reſpõderent. & hoc eſt quod
ſaluator dicit: [Vos autē] ſcilicet aduerſatiuè] dici-
tis,] id eſt, in traditione veſtra alios inſtruitis falsò
ſcilicet exponēdo mandatum dei pro lucro veſtro
[quicunq; dixerit,] id eſt, dicere poterit, [patri vel
matri,] ó pater & mater qui idiges & petis munus
à me, [munus quodcuque eſt ex me,] id eſt, ex mea
deuotione deo ſcilicet cõſecratum & oblatũ, [tibi
proderit] ſcilicet ad vtilitatē animæ, magis quàm
ſi darē tibi: quia tũc prodeſſet ſoli corpori. Vel po-
teſt legi interrogatiuè ſic, [munus quodcũq; eſt ex
me,] id eſt, ex meis rebus iã deuotũ deo, [ tibi pro- E
derit? ] quaſi dicat: Quod voui deo vis tuis vſibus
applicare, & tibi prodeſſe? abſit, quia ſacrilegiũ fa-
ceres ſi acciperes. Sic dicebant parētibus: vt illi ti-
mentes accipere quod deo videbant mancipatũ, &
ſacrilegij crimen incurrere, inopem magis vellent
vitam ducere quàm de ſacramentis comedere. Et
eſt hic cõſtructio defectiua. vnde eſt ſenſus. [Qui
cunque dixerit,] &c. ſcilicet licitè, & bene poteſt
dicere illud, & implet præceptũ diuinũ & legem,
& eſt dignus vita æterna & regno cœlorum. quod
tamen eſt falſum: quia ſecundũ veritatē eſt tranſ-
greſſor præcepti. & hoc eſt quod ſubditur [& ] ſic
per veſtras ſuaſiones filius poſtea [ nõ honorifica-
bit patrē ſuũ & matrem,] illud quod erat ſibi debi
tum ſubtrahēdo [&] ita quòd [irritũ feciſtis man-
datũ dei] de parētibus honorãdis & ſuſtētãdis, [pro
pter traditionē, veſtrã] quę veſtræ ſeruit auaritiæ, Parentum
quaſi diceret: mandatum pietatis deſeritis propter ſuſtētatio.
cupiditatem impietatis. Sed vide ne hac autorita-
te (vt plurimi faciũt) abutaris, ſupra modũ de re-
bus eccleſiæ & pauperũ erogans parētibus. ad ma- F
iorem autē intellectũ eſt conſiderandũ, quòd pa-
ter per ſe tenetur filijs prouidere: quia eſt cauſa eo-
rum quantũ ad eſſe, & ideo debet eis nutrimētum
& documentũ. Filius autē tenetur prouidere pa-
rentibus de neceſſarijs per accidens: ſcilicet ſi illi
indigeant, & ipſe ſit potēs. Et ideo ſi pater iam ne-
ceſsitatē incurreret: bona de quibus filius poteſt ei
adminiſtrare, iã ſibi debita ſunt. De alieno autem
nullus poteſt deo facere ſacrificium, & ideo talia
offerre nõ eſt licitũ: quia hoc eſt tranſgredi præce
ptũ de honore parentũ. Secus autem ſi filius bona
ſua vouiſſet antequã parentes in neceſsitate poſiti
eſſent, quia tunc nõ eſſet licitum de eis prouidere
parētibus. Deinde redarguēs eos de ſanctitatis ſi-
mulatione ſubdit, [hypocritæ, bene ꝓphetizauit
de vobis Eſaias dicēs: populus hic labijs me hono-
rat, cor autē eorũ lõge eſt à me:] quia oſtendebant Eſaiæ 29.
ſanctitatē in verbis & exteriori cõuerſatione, cùm
tamē correpti eſſent mala intētione. Hoc põt dici
de illis

de illis qui bene docẽt,& maleviuũt:labijs enim& non corde deũ honorare,eſt bene loqui,& malèviuere.[Sine cauſa,]& fruſtra[colũt me]nõ habẽtes fructũ inde:ſicut enim medicina dicitur fruſtra & ſine cauſa propinari,quæ nõ confert ſanitatem:ſic cultus diuinus qui non ducit ad fœlicitatẽ:[docentes doctrinas & mãdata hominũ,& per hæc tranſgredi dei mãdatũ,propter auaritiã & lucrũ.Et cõfutatis ſuperbis &ſuperſtitioſis,ſcribis &phariſęis qui ad partẽ videntur ſibi prædicta contra diſcipulos dixiſſe:conuertit ſe ad turbã humilẽ & ſimplicem,volens eos à falſa doctrina phariſæorũ reuocare:& cõuocatis eis dixit:[Audite] exterius aure corporis,[& intelligite,]interius aure mẽtis·audite vocẽ,& intelligite virtutẽ.[Nõ ꝙ intrat in os] corporis.ſ.cibus corporalis,[coinquinat hominẽ] ſpiritualiter.ſ.in anima & apud deũ,niſi inquãtũ per delectationẽ malè afficitur quis ad cibum,vel aliàs eſſet ſibi prohibitum:quia non intrat in cor eius,hoc eſt in animã,quæ cauſa eſt omnis immũditiæ ſpiritualis.Vnde corporales ſordes non coinquinãt ſpiritualiter,& ideo nõ eſt curandũ vtrum lotis,vel nõ lotis manibus corporalis accipiatur cibus:[ſed quod procedit ex ore] cordis,& ab interiori radice voluntatis,[hoc conquinat hominẽ:] ſ.verba malæ cogitationis,quæ ſunt malitiæ interioris ſignificatiua:quia ex cibo ſecundũ ſe non eſt culpa,ſed ex his quæ procedũt ex ore cordis & corporis:& ideo os ipſum eſt diligenter cuſtodiẽdum. Et quia nõ ſufficit cuſtodia humana,petẽda eſt cuſtodia diuina:ſicut petebat propheta dicens: Pone dñe cuſtodiã ori meo.[Tunc]ſcilicet,quãdo audierunt illorũ religionem euacuari,[acceſſerũt diſcipuli,]ſimplicitate moti,&dixerũt ei:Scisquia phariſæi,quorũ magna eſt religio in cibis,audito hoc verbo,quod ſcilicet euacuat diſcretionẽ ciborum,& traditionẽ ſeniorũ:ſcandalizati ſunt:id eſt,indignati,vel offenſi.Iſtud non erat ſcãdalum actiuũ,quia neque ex facto,neque ex dicto minus recto: ſed potius paſſiuũ,quia audito verbo veritatis,pietatis,& ęquitatis ſcãdalizati ſunt:quia oculis ęgris odioſa eſt lux.Vnde nõ dicũt,tu ſcandalizaſti, ſed ſcandalizati ſunt.Et propter tale ſcandalũ aliorũ veritas vitæ iuſtitiæ,& doctrinæ non eſt dimittenda:quia procedit ex ipſius ſcãdalizati malitia.Vnde Grego.Si de veritate ſcandalum oritur,rectius oriri permittitur quàm quod veritas relinquatur. [Et dominus reſpondẽs ait:Omnis plantatio]traditionũ humanarũ,id eſt,doctrina ab homine inuenta,quæ legi dei nõ eſt conſona,[quã nõ plantauit pater meus cœleſtis,] imò conſuluit tepiditas carnalis[eradicabitur]cũ plantatoribus ſuis:&hoc à fundamẽto Chriſto,per reprobationem:à fidelibus,per ſeparationem:à terraviuentium,per priuationẽ:quia nõ habet firmum fundamentum & radicem.[Sinite illos,]in præcipitiũ dãnationis ire,& doctrinã illorum euitate.[Cæci ſunt,]in ſe carentes vero intellectu legis,[& duces cæcorum,] in regimine aliorum:quia alios ſuo errore excæcant,& eos ad præcipitium ducunt.[Cæcus autẽ] vt prælatus,]ſi cæco]vt ſubdito[ducatum præſtet: ambo in foueã cadunt,]ſicut obliquitas lineæ,procedit ex obliquitate regulæ.Vnde Gregorius:Cũ paſtor per abrupta vitiorũ graditur,cõſequẽs eſt vt grex in præcipitiũ ducatur.Et Bernar.Ridiculoſa res eſt,imò magis periculoſa,ſpeculator cæcus,doctor inſcius,præcurſor claudus,prælatus negligẽs, præco mutus.Sed heu quia ſicut claudi volũt præire,ita fatui præeſſe.Deinde Petro exigente expoſuit diſcipulis parabolã prædictam.Quia] omne quod in os intrat,]id eſt,aliqua pars de omni quod intrat in os,[in ſeceſſum]per euacuationẽ tãquam ſuperfluũ[emittitur]& aliud tanquã neceſſarium retinetur,& neutrũ iſtorũ coinquinat hominẽ ſpiritualiter:& iſte modus loquẽdi frequẽs eſt in ſcriptura,vt in Michæa:oẽs ſanguini inſidiãtur:id eſt, de omnibus multi:& ſimilia.[Quæ aũt procedũt de ore,intus naſcuntur,&de corde exeũt,]id eſt,de cordis immunditia,ſicut fumus de igne, & fœtor de latrina·[& ea hominẽ]iam inquinatũ cogitatione praua[coinquinant,] id eſt,ſimul & magis inquinant locutione ſordida:quia ſunt cõceptus mẽtis,& malæ cogitationis ſignificatiua.Ex cogitationibus enim malis prouenĩũt,& mala verba, & mala facta:& in actu interiori principaliter eſt culpa,cuius ea quæ extra apparẽt ſunt teſtimonia. Vnde ſubiungit:[De corde enim,]in quo eſt ſedes animæ,& de libero arbitrio,[exeunt cogitationes malæ:]ſicut principia malitiæ:& ex cogitationibus malis mali actus,& verba procedunt vlterius ſcilicet[homicidia,adulteria, fornicationes,furta, falſa teſtimonia,blaſphemiæ ,auaritia,] inquantũ aliqua iniuſtè detinentur[nequitia,]cũ malũ affectamus,& implere nõ poſſumus:[dolus,]qui conſiſtit in deceptione proximi:[impudicitia,]in cogitationibus,in verbis,in aſpectu,in tactu,& quantũ ad quãlibet corruptionẽ mentis & corporis:[oculus malus,]id eſt odiũ & adulatio:nã qui odit,oculum inuidũ & malũ habet ad eũ quem odit, & adulator nõ recto oculo vidẽs quæ ſunt proximi, ad malũ ipſum deducit:ſuperbia,in verbis, factis, vel ſignis:ſtultitia,cũ ſcit malũ,&nõ cauet:vel ſtultitia eſt cũ nõ rectè ſentitur de deo:cõtrariatur eñ ſapientiæ,quæ eſt diuinarũ rerũ cognitio.Omnia hæc mala,& huiuſmodi tranſgreſsiones præceptorũ dei,in corde generantur, & abintus à corrupta volũtate procedunt,ac ſpiritualiter hominẽ coinquinãt:id eſt,immundũ,& impurũ reddunt.Hoc enim in culpã homini imputatur,quod in ſua poteſtate exiſtit:talia autẽ ſunt quæ procedunt ab interiori volũtate,per quã homo eſt actuũ ſuorũ dominus:& ideo cauſa immunditię ſpiritualis nõ eſt niſi mala voluntas. Igitur ſcribarũ & phariſæorum verba maledicta,quæ ex iniqua voluntate contra Chriſtũ & diſcipulos eius procedunt,illa eos coinquinãt.Non lotis aũt manibus manducare,& huiuſmodi trãſgreſsiones ſuperſtitioſarũ traditionũ, nõ coinquinant hominem immunditia ſpirituali: nec faciunt impurũ:quaſi diceret,Ex quo nullus cibus coinquinat ſpiritualiter hominẽ ergo à minori nõ lotis manibus mãducare nõ coinquinat eum: & ſic oſtendit quòd ſpiritualia literaliter intelligi nõ debẽt.Vnde quãdo præcipitur in ſcriptura lotio abſolutè,magis de ſpirituali q̃ de corporali intelligendum

G | H | I | K | L | M

Intrãs per os,nõ coinquinat.

Pſal. 140.

Scãdalum acceptum nõ datum

Veritas nõ eſt relinquenda.

Abuſiones

Omnes pro multis. Michææ 3.

Odium

Peccata corde generantur.



telligendum eſt lotione.Sed vt dicit Chryſoſt.Videmus multos vt intrant eccleſiam lauãtes manus & os:qualiter autẽ mundam offerãt animam, curã nullam facientes.Marcus pro nõ lotis,ponit cõmunibus:& pro coinquinat,ponit communicat,iuxta Hebræorum idioma, qui cõmune immundum dicebant.Iudæi enim partẽ dei ſe eſſe iactitantes: cõmunes cibos vocant quibus omnes vtuntur homines:quos ideo quia in lege prohibiti erant,immundos iudicabant. Cõmune ergo quod cæteris hominibus patet,& quaſi de parte dei nõ eſt, immũdum appellãt.Ex eo autẽ ꝙ dictum eſt, de corde exeunt cogitationes malæ, &c. colligitur ꝙ etſi diabolus quandoque immittit homini cogitationem mali, cogitationem tamen malã non põt immittere:quę mala fit tantũ per cõſenſum qui eſt in corde. Vnde quãdo dicitur cùm miſiſſet diabolus in cor Iudę:& in Pſalmiſta: Immiſsiones per angelos malos:immiſsio accipitur pro ſuggeſtione : aliter enim non põt illabi animæ.Vbi Hieronymus: Ex hac ſentẽtia arguẽdi ſunt,qui cogitatiões à diabolo immitti putant:& non ex propria naſci voluntate. Diabolus adiutor & inuentor malarum cogitationũ eſſe põt,autor eſſe non põt.Si autẽ ſemper inſidijs poſitis leuem cogitationum noſtrarum ſcintillam ſuis fomitibus inflammat, nõ debemus opinari eũ cordis quoq; occulta rimari: ſed ex corporis habitu & geſtibus æſtimare,quid verſemus intrinſecus.Verbi gratia,ſi pulchram mulierem nos crebrò viderit aſpicere: intelligit cor amoris iaculo vulneratum. Vnde & Augu.Internas animę cogitationes diabolum nõ videre certi ſumus: ſed motibus eas corporis & affectionum indicijs, ab illo colligi experimento didicimus.Secreta autem cordis ſolus nouit ille ad quẽ dicitur: Tu ſolus noſti corda filiorũ hominum.Hæc Aug. Solet quippe diabolus antequã veniat præmittere ſui aduentus præcurſorem, ſcilicet mali cogitationẽ:quam ſi quis in corde ſuſceptam nutrierit, diabolus in corde ſuo habitaculum præparauit. Et quãuis diabolus quandoq; ſit adiutor,& occaſio malarum cogitationum,non tamen omnium:quia quandoq; procedũt ex nobis tãtum. Vnde Aug.Non omnes malæ cogitationes noſtrę, à diaboli inſtinctu excitantur : ſed aliquoties ex noſtri arbitrij motu emergunt, bonæ autẽ cogitationes ſemper à deo ſunt.Qualiter autẽ cogitationibus malis reſiſtendum ſit, docet Anſelmus dicẽs: Quomodo autem prauam volũtatem , aut malam cogitationem à vobis excludatis,hoc paruum conſilium quod vobis do,intelligite & tenete:nolite litigare cum peruerſis cogitationibus , vel peruerſa voluntate : ſed cùm vobis infeſtę ſunt, aliqua vtili cogitatione & voluntate mentẽ veſtrã donec illæ euaneſcant fortiter occupate.Nunquã enim expellitur cogitatio vel volũtas, niſi alia cogitatione vel volũtate,quæ non cõcordat illi. Sic ergo vos habete ad inutiles cogitationes: vt toto niſu intendendo ad vtiles mens veſtra dedignetur eas ſaltẽ recordari,vel aſpicere.Cùm autẽ vultis orare:aut in aliquã bonam meditationem intendere, ſi vobis tunc importunæ ſunt cogitationes quas non debetis ſuſcipere, nũquam propter illarum importunitatẽ bonum quod incepiſtis velitis dimittere : ne inſtigator earũ diabolus gaudeat,quiavos ab incepto facit deficere:ſed eo quẽ dixi modo illas contẽnendo eas ſuperate:neque doleatis nec triſtemini de illarum infeſtatione, quamdiu illas,ſicut dixi,contẽnendo nullum eis aſſenſum prębetis,ne occaſione triſtitię iterũ redeant ad memoriam, & ſuã importunitatẽ reſuſcitent.Hanc enim habet mens hominis cõſuetudinem:vt hoc vnde delectatur aut cõtriſtatur ſæpius ad memoriam redeat , quàm hoc quod negligendum ſentit aut cogitat.Similiter ſe debet habere perſona in ſancto propoſito,ſtudioſa in quolibet motu indecẽti corpore vel anima:ſicuti eſt ſtimulus carnis,iræ,inuidiæ,vel inanis gloriæ.Tunc eñ facilimè extinguuntur , cùm & illos velle ſentire, aut de illis cogitare , vel quid eorũ ſuaſione facere dedignamur:neque timeatis ꝙ huiuſmodi motus, vel cogitationes vobis ad peccatum imputentur,ſi nullatenus volũtas veſtra ſe illis aſſociat : quoniam nihil damnationis eſt his qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant.Secundũ carnem enim ambulare,eſt carnis voluntati cõcordare.Carnem autẽ vocat apoſtolus omnem vitioſum motum in anima , vel in corpore, cùm dicit:Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnẽ. Facilè quippè huiuſmodi ſuggeſtiones extinguimus, ſi principium earũ ſecundum prædictũ conſiliũ conterimus : difficilè verò poſtquã caput earum,intra mẽtem admittimus. Hæc Anſelmus. Vnde & Hieronymus : Ad peccatum quod opere perpetratur nunquam peruenies, ſi incẽtiua vitiorum ſtatim in mente iugulabis:& paruulos Babylonis ad petram allides:in qua ſerpẽtis veſtigia non reperiuntur: & tandẽ deo promittis ſi mei nõ fuerint dominati,tunc immaculatus ero.Hæc Hiero. Ad vitandum etiam cogitationes malas , multum habere valet cor vnitum cum deo : quia hoc ipſe à nobis præcipuè requirit.Vñ Hugo: In omni creatura quę ſub cœlo vanitatibus humanis occupatur, nihil humano corde ſublimius,nil nobilius,nihilq; deo ſimilius reperitur:quare nihil aliud quęrit à te niſi cor tuum. Et vniuerſaliter in omni tentatione remediũ ſalubre eſt deo inhærere. Vnde Auguſti. Cùm inhęſero tibi:exonero me,& omnino nuſquã erit mihi labor & dolor.Moraliter autẽ in hoc euãgelio ponit dominus quædam ad increpationem phariſæorum , quædam ad inſtructionem diſcipulorum.Increpat verò phariſęos,de tribus principaliter.Primò,de impietate , cùm dicitur: [quare & vos trãſgredimini.] Secundò,de ſimulatione, cùm ſubditur: [hypocritæ , bene prophetauit de vobis Eſaias.] Tertiò de ſuperſtitione , cùm ſubiungitur: [& conuocatis turbis.] In primò ſuggillantur tyranni,qui mala ſtatuta faciunt. In ſecundo falſi fratres , qui ſimulant exterius quod intus nõ ſunt. In tertio hæretici , qui prohibent homines à cibis quos deus creauit, & non abſtinent à falſis doctrinis,quibus ſe & alios corrumpunt. Circa ſecundũ ponit triplicem inſtructionem: vnam in deſtructionem guloſitatis, cùm dicit, [omne quod in os intrat,] aliam in refrenationem oris , cùm ſubdit, [quæ autem procedunt de ore.] Tertiam in cuſtodiam

A | B | C | D | E | F

Cõmune, pro immũdo.

Cogitatio mali. Cogitatio mala.

Pſal.77.

Diabolus occulta cordis neſcit,& cogitationes malas non facit.

3.Reg.8.

Cogitationes vnde.

Cogitationibus malis reſiſtẽdum eſt.

Principijs obſta. ſero medicina paratur.

Pſal.18.

Ambulare ſecundum carnem.

Caro. Galat.5.

cuſtodiam cordis, cùm ſubiungit: [de corde enim
G exeunt,&c.]

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, da mihi ſic mandata dei ſine tranſgreſsione ſeruare, vt ea omnibus & ſingulis præferam:& ab eis quacunq; occaſione non recedam:da etiã mihi in omni quod in os corporis intrat,guloſitati reſiſtere, ac interiori cordis munditiæ præcipuè intẽdere:& os cordis ac corporis diligẽter cuſtodire. Et quia non ſufficit cuſtodia humana niſi aſsit diuina, ideo te domine ſuppliciter peto: pone tu cuſtodiam ipſi vtriq; ori meo, ne aliquid in illud intret vel inde procedat, quod me ſpiritualiter in anima & apud te maculare valeat.

De muliere Chananæa,& eius filia.
Capur lxxxix.

Matth.15.

Et relictis ſcribis ac phariſæis calũniatoribus, propter ingratitudinem eorũ [egreſſus inde] Ieſus, ſcilicet à partibus Iudęorum, abijt & [ſeceſsit in partes Tyri, & Sidonis,] vt Ty-
H rios Sidonioſq; curaret, & gentibus benefaceret. Tyrus enim & Sidon vrbes fuerunt Chananęorũ, & gentilium, ſitæ tamẽ in terra promiſsionis propè montẽ Libani in corde maris: quia filij Iſraël nõ potuerunt totaliter expellere, & exterminare gẽtiles de terra promiſsionis. Et cùm ingreſſus eſſet quãdam domum cauſa quietis ex labore vię, acceſſit ad eum, [mulier] gẽtilis nõ edocta per prophetas & legem, [Chananæa] natione, Syrophenißa genere: quia Chananæi quãdoq; Syriã & Phœnicẽ tenebant, vt dicatur Syrophenißa: quia à Syris & Phœnicibus deſcenderat. Syria quippe eſt nomen generale prouinciæ, Phœnis nomẽ cuiuſdã ſpecialis contractæ, in illa prouincię ſitæ:& ideo cõponitur Syrophenißa, id eſt, de tali cõtracta oriunda, à finibus illis egreſſa,] nõ ſolũ à ciuitatibus pro peccatorum dimiſsione: ſed à finibus per elongationẽ, & occaſionum vitationẽ: quia iſtud in finibus geſtum eſt gentilium vbi mulier ſequebatur Ieſum. [Mulier à finibus illis,] ſcilicet gentiliũ & pecca-
I torum [egreſſa,] ſignificat animã peccatricẽ, à finibus peccatorum per pœnitentiam ſe auertẽtem. Non eñ ſufficit homini à peccatis ſe auertere, niſi etiam exeat à finibus peccatorũ, qui ſunt occaſiones peccandi & cauſæ. Vnde Aug. Fines peccatorũ exire, eſt cauſas peccatorũ excindere, & eorũ ſuggeſtionibus aditum nõ indulgere. Vbi notãdum, ꝙ quando ſuprà dixit dominus: In viam gentium ne abieritis, ſcilicet ad prædicãdum: iſtud verbũ, prohibet inuitationem, nõ receptionẽ ſi venirent: vnde dominus mulierem exterius non inuitauit: ſed venientem recepit, & hoc ſignificatur in aduẽtu Magorum, qui à dño ſunt recepti quaſi primitiæ gentium. Iſta enim mulier famã & miracula Ieſu audiuerat: ideo firmiter credebat ꝙ filiam ſuã ſanare poterat. Vnde [clamauit dicens ei: Miſerere mei,] quia miſera ſum:& in hoc ꝙ dicit mei, patet vehementia affectus ſui: quia malũ alienũ, ſcilicet filiæ reputat ſuũ: ſic debet facere prælatus quilibet [domine,] propter naturã diuinã, [fili Dauid,] propter humanã: ſed ſimul [dñe fili Dauid,] propter

Tyrus & Sidon.

Syrophenißa.

Matt.10.

perſonam in duabus naturis vnitã, quaſi diceret: ex diuina habes poteſtatẽ, quia potens es domine: ex
K humana voluntatẽ, quia Dauid manſuetudinẽ: ex vnione cõmiſsionem, quia ideo deus factus eſt filius Dauid, vt nos ſalutet. Filium autẽ Dauid appellat: quia Chriſtũ promiſſum Iudæis deſcendere de genere Dauid audiuerat. Magna fides Chananeæ hîc notatur: quia verũ deũ, & verũ hominẽ Ieſum cõfitetur: deum credit vbi dominũ vocat, hominẽ credit vbi filium Dauid dicit. Nihil ex merito poſtulat, ſed ſolum dei miſericordiam efflagitat dicens [miſerere,] quaſi diceret: non allego meritum, nõ peto iudicium, nõ obliuiſcor defectũ: ſed poſtulo beneficium, & ideo [miſerere mei.] Vnde Chryſoſt. Miſerere mei domine fili Dauid. O præclara confeſsio. Euangeliſta fit mulier, deitatẽ eius, & diſpẽſationem annũtians: cõfitetur enim & dominationem, & incarnationẽ eius: miſerere mei. Vides philoſophiam mulieris dicẽtis, miſerere mei. Non, inquit, habeo cõſcientiam bonorũ operum: nec rectæ vitæ fiduciam. Ad miſericordiam cõfugio, vbi ceſ-
L ſat iudicium: ad miſericordiam confugio, vbi ineffabilis ſalus eſt: miſerere mei. Modicus ſermo, ſed immẽſum benignitatis continet pelagus: vbi enim miſericordia poſtulatur, ibi vniuerſa comprehenſa ſunt bona. Hæc Chryſoſt. Et vt magis eum ad cõpaſsionem moueat, totũ ei dolorem enarrat dicẽs: [Filia mea,] nõ ancilla, nõ extranea, ſed filia: quod eſt mihi grauius, [malè vexatur,] nõ quocũq; dolore: ſed [à dæmonio,] quod eſt ei periculoſius. In quo vulnera medico detegit, & magnitudinem & qualitatem morbi qui premit. [Ieſus autem nõ reſpondit ei verbum,] non propter indignationẽ: ſed vt eius conſtantiã probaret, & probatã manifeſtaret, & vt ex perſeuerãtia in prece oſtẽderetur fides eius, & deuotio dignior exauditione:& in illo ſilẽtio ſecundum Auguſtinum, Chriſtus exiuit domũ cum diſcipulis, quos mulier ſequens in via nihilominus inſtabat & perſeuerabat clamans, intantum vt & diſcipuli myſterij ignari miſericordia moti importunitate mulieris victi rogarent pro ea, [dicentes: Dimitte eã,] quã tenes nõ exaudiendo, [qa
M clamat poſt nos,] præ anguſtia quę eam tenet premendo. Fac quod ipſa petit, & ſic recedit: moti eñ erant ad hoc, vidẽtes eius fidẽ & deuotionẽ. [Ieſus autẽ reſpondens ait: nõ ſum miſſus niſi ad oues domus Iſraël,] id eſt, ad Iudæos [qui perierunt,] ſcilicet per infidelitatẽ à deo recedẽtes, ad illos potius venire debuit quibus promiſſus fuit. In hoc vitat ſcandalũ Iudæorum quantũ eſt in ſe, & reddit eos inexcuſabiles. Loquitur de ſua miſsione ad prædicandũ in perſona propria, quia non fuit miſſus niſi ad Iudæos primò & perſonaliter: ſed ex cõſequẽti & per apoſtolos ad gentes, & ideo Iudæis tãquam eorũ apoſtolus principaliter miſſus, in propria perſona tantum prædicauit, & miracula fecit: niſi in caſu ex aliqua cauſa ſpeciali etiam circa alios hoc ageret: vt ſcilicet eccleſiã in fide gentiũ eſſe fundãdam oſtẽderet, ſicut habetur hîc & ſuprà vbi Chriſtus prædicauit Samaritanis deuotè eũ recipientibus, poſt mortẽ autẽ Chriſti prędicata eſt fides publicè gẽtilibus. [Ac illa] miſera miſericordiam ſequitur

Cha- neæ Confeſ. Chana- neæ.

Perſe- tiæ c- datis.

Miſſus Iudæ Chr.



quitur, repulſa non erubeſcit, importunè clamat,
A ſaluatorẽ adoratione latrię adorat, [dicens: Domine adiuua me,] ſe adiuuari poſtulat: infirmitatem enim filiæ ſuã reputat, & per conſequens etiã ſanitatem, quaſi diceret: Si vſq; modò non fui, tamen modò volo eſſe ouis dei: in ſignũ huius adoro te, ſicut ouis paſtorẽ:& ideo [domine adiuua me,] ſicut paſtor adiuuat ouẽ ſuam debilẽ & infirmam. [Qui reſpondens ait: Non eſt bonũ] quia eſt cõtra ordinem iuris, & etiã naturæ [ſumere] & auferre [panem] id eſt, verbũ dei & ſalutis, ſeu doctrinã & operationem miraculoſam [filiorũ,] id eſt, Iudęorum: quia promiſſa ſunt Iudæis, tanquã ſpiritualibus filijs propter cultũ vnius dei, [& mittere canibus] id eſt, dare gentilibus qui ante conuerſionẽ dicebãtur canes ratione immũditiæ, ratione idololatriæ, ratione ſæuitiæ in ſanctos. [At illa dixit,] ecce humilitas mulieris quæ tãtò plus magnificatur, quantò maior fuit obiurgatio: quæ quãta fuit patet ex tribus: quia nõ filia, non pane digna, ſed potius canis
B eſt dicta:& ipſa cõceſsit omnia. Vnde ſequitur [etiã domine:] quaſi diceret, verũ dicis: quia ſum canis. Canẽ me vocas, canis tuus eſſe volo: ergo me canem tuum nutri: quia nõ poſſum relinquere mẽſam domini mei. Domini canes nõ expellunt:& ſi expelluntur per vnã portam, ipſi reuertuntur per aliam. Si ergo ſum canis nõ debes me expellere à te:& ſi expellis me à te, protinus redibo ad te. [Nã & catelli edunt de micis quæ cadunt de menſa dominorũ ſuorum,] quaſi diceret: domine, non peto panẽ, ſed micã: quia iſtud quod peto eſt tibi quaſi mica parua:& quia cõſuetudo eſt ꝙ domini dant canibus & catellis ſuis ſaltẽ micas, ergo da mihi iſtã micam quam peto: ſcilicet filię meæ curationẽ. Vel [etiam domine,] id eſt, bonũ eſt in caſu: vnde non eſt contrarietas in verbo Chriſti & mulieris: quia verbum Chriſti eſt intelligendũ, quod non erat regulariter & vniuerſaliter bonũ cùm Chriſtus eſſet apoſtolus Iudæorum, ſed verbũ mulieris intelligendum eſt in caſu, ſcilicet propter petentis deuotionẽ:& vt
C oſtenderet eccleſiæ gentium futurã fundationem, [nam & catelli edunt, &c.] quaſi diceret: Si catelli aliqua modica, ſcilicet micas cadẽtes de cibo filijs conceſſo percipiũt: ita etiã Gentiles aliquid ſaltem modicum de beneficijs Chriſti percipere debent. Vnde ſic intelligi poteſt, [nã & catelli,] id eſt, Gentiles immundi & miſeri [edunt] id eſt, edere debent [de micis] id eſt, de reliquijs [quę cadunt de menſa dominorum ſuorum,] id eſt, Iudæorũ, quibus menſa ſcripturæ & fercula miraculorũ & alia quæ ad ſalutem noſtrã pertinent poſita ſunt: quaſi diceret: debemus habere aliquã micam tuæ largitatis. Vnde & ſi nõ vis facere nobis ſicut Iudæis varia miracula: ſaltem vnũ fac, ſana filiam meã. Non peto panem integrum cũ filijs in menſa patris: ſed micas & reliquias ſub mẽſa eius cũ catulis, quaſi diceret: Non in dignitate mea, ſed tantum in miſericordia tua cõfidens gratiã tuam petò. In me ſeruetur iſta ſimilitudo panis & canis, & ſi indigna ſum vt panẽ integrum prębeas: vel micã tribue filiam meã ſanando, quod quaſi mica reputabitur reſpectu mirabilium quę feciſti. Vbi Chry. Vide mulieris patientiam & humilitatem: deus enim vocat Iudæos filios, & illa dominos: nec doluit de inimicorũ laudibus, nec de ſuo moleſtata eſt cõuitio: imò amplius ſe humiliauit. nã deus Gentiles vocat canes, & iſta catellos: ille panẽ, hæc menſam dixit. Vnde & Hiero. Mira ſub perſona mulieris chananitidis eccleſię fides, patiẽtia, humilitas. Fides, qua credit ſanari poſſe filiam ſuã: patiẽtia, qua toties contẽpta precibus perſeuerat: humilitas, qua ſe non canibus: ſed catulis cõparat. Scio me, inquit, filiorũ panem non mereri, nec integros capere cibos poſſe, nec ſedere ad menſam cũ patre: ſed contenta ſum reliquijs catulorum, vt per humilitatẽ micarum ad panis integri veniã magnitudinem. Hæc Hiero. Et nota hîc triplicem mulieris petitionẽ. In prima, petit liberari dicens [miſerere mei domine fili Dauid.] In ſecũda, petit adiuuari dicẽs: [Domine adiuua me.] In tertia, petit ſatiari dicens, [nam & catelli edunt &c.] In prima cõfitetur ſe miſeram: ideo ait [miſerere,] in ſecunda infirmã: ideo addit [adiuua me,]
E in tertia mendicam: ideo ſuperaddit, [nam & catelli &c.] quaſi diceret, & ſi à menſa, nõ tamen à micis excludas. Hic eñ eſt ordò: primò fit homo miſer per peccatũ, ſecundò impotens ad reſurgẽdum, & tertiò mendicus ad releuandũ. In illis ergo petitionibus ſignificatur ordo effectuũ gratiæ. In prima petit gratiã remiſsionis & hæc pertinet ad gratiam iuſtificantẽ. In ſecunda gratiam operationis, & hæc ad gratiã operantem. In tertia gratiã conſolationis, & hæc ad gratiam conſummantem. Et quia ſic prudenter habuit ſe: ideo tandẽ benignum audire reſponſum meruit. Tunc enim [reſpondens Ieſus ait illi: O mulier, magna eſt fides tua] quod patet ex verbo & facto ſuo: quia nõ fuit retardata à feruore petẽdi, primò propter taciturnitatẽ, nec poſtea propter eius negatiuã reſponſionẽ, nec propter illatum conuitiũ. Iam te nõ voco canẽ, ſed mulierem fidelem: quia tanta eſt fides tua, ꝙ me ſuperauit & vicit, & ideo [fiat tibi ſicut vis] quaſi diceret: Fides tua hoc meretur, qđ patet ex facto cùm ſubditur [Et ſanata eſt filia eius ex illa hora] ex
F qua ſcilicet dominus dixit, [fiat tibi ſicut vis] dicere enim dei eſt facere: quia enim à feruore petitionis nõ refriguit, ſed perſeuerauit & valde ſe humiliauit: ideo diuina pietas ſe amplius continere non potuit, quæ ſemper in orationẽ humiliũ reſpexit, & preces eorũ non deſpexit. Igitur quia magnã fidem habuit, hoc quod petijt impetrauit: imò plus obtinuit quàm poſtulauit. Nã poſtulauit filiæ ſuæ corporis ſanitatẽ:& nõ ſolum hanc ei obtinuit, ſed etiam mentis iuſtificationẽ & ſibijpſi plenam conuerſionem, Sępe enim propter magnã fidem petentis deus plus exaudit, & plus cõcedit quàm ille petit: Vnde Chry. O mulier, magna eſt fides tua: non vidiſti mortuũ ſuſcitatum, nec leproſum mundatum: nec prophetas audiſti: nec legẽ meditata es: neque mare in diuiſionibus ſcindi vidiſti: nihil horũ contẽplata es: inſuper & deſpecta & contẽpta es à me & nõ receſsiſti, ſed perſeueraſti petẽdo:& quia magna eſt fides tua, copioſa effuſa eſt gratia, [& ſanata eſt (inquit) filia eius ex illa hora,] non ex qua venit mater in domum eius: ſed ex qua domini ſer

B mo pro

Catella Chananęa.

Humilitas & patiẽtia Chananęę.

Petitio triplex Chananęæ.

Fides Chananęæ.

mo proceſsit. Et iterm Chananæam mulierẽ magno dono impletã remiſit. G In hoc euidenter oſtendit, quoniam deus etiam illa quæ nobis parata non ſunt, dare poſsit, ſi vehementius poſtuletur: non eſt, inquit, bonũ tollere panem filiorum & dare canibus: & tamen dedit: quia illa vehementer exegit. Iudæis verò è regione monſtrauit, quia deſidioſis nec illa quidem tribuat, quæ eis fuerant præparata. Denique illi nihil acceperunt, imò etiã propria perdiderunt. Et ideo quia minimè quæſierunt, ne ſua quidem acceperunt: illa verò quia vehementer incubuit vẽdicare, & rem filiorũ accepit canis: tantum quippe bonũ eſt fides ſedula, & deprecatio perſeuerans. Et iterũ: Tu autem intende qualiter apoſtolis victis, & nõ perficientibus ipſa perficit: tam magnum quid eſt inſtantia orationis: etenim pro noſtris noxijs à nobis vult magis rogari, quàm ab alijs pro nobis. Hęc Chry.

Matth. 15.

Sidon & capella eius.

De Sarepta ad duas leucas eſt Sidon ciuitas, ante cuius portam oſtenditur vna capella, in loco vbi locutus eſt dominus Chananęæ: & deinde ſanauit filiam eius in via, quæ ducit Cęſaream Philippi in Ituręam: ſicut autẽ fides matris cooperatur filiæ, ſic fides eccleſiæ paruulis qui baptizantur in eius fide. H Vnde ſecundum Remig.

Catechizandi argumentũ.

Datur hîc exemplum catechizandi, & baptizandi infantes: vt fideles pro ſuis paruulis deo fidem promittant: quatenus ſicut fide iſtius mulieris ſanata eſt filia eius, ita & fide catholicorũ virorum peccata paruulis relaxẽtur. Per fidẽ enim eccleſiæ, & cõfeſsionem, ſeu reſponſionem offerentiũ in baptiſmo, liberantur à dæmonio paruuli, qui nec dum per ſe ſapere, vel aliquid agere poſſunt boni aut mali.

Allegoricè.

Allegoricè autẽ, ſecundum eundem Remig. Hæc mulier ſanctam eccleſiam ſignat de gentibus congregatã. Per hoc enim ꝙ dominus relictis ſcribis & phariſæis, venit in partes Tyri & Sidonis: ſignat quia relicturus erat Iudæos, ac tranſiturus ad gentes. Eſt aũt hæc mulier egreſſa à finibus ſuis quia ſancta eccleſia receſsit à priſtinis erroribus & vitijs. Rogat quoq; pro filia, id eſt, pro populo ſuo nondum credente, vt & ipſi abſoluantur à fraudibus diaboli. Et ſi ad primã petitionem eccleſię dominus I ſalutem animæ differt dare, non eſt deſperandum, vel à petendo ceſſandũ: ſed magis precibus inſiſtendum, & ad deũ, & ad ſanctos recurrendum: & tũc perficietur oratio, vt ſequatur effectus quantũcunque fuerit Chananæus, gentilis, canis & immundus. Meritò autem magna dicitur fides eccleſię de gentibus: quia cùm gentes nec lege fuerint imbutæ, nec prophetarũ vocibus inſtructæ: ad prædicationem mox apoſtolorũ, in auditu auris obedierunt: ideoq; ſalutem impetrare meruerunt.

Moraliter de anima.

Moraliter autem filia eſt anima, vel conſcientia cuiuſlibet intra eccleſiam diabolo mancipata: pro qua mater eccleſia orat, vel ipſe homo pro fœdata conſcientia. Vnde Rabanus: Si quis conſcientiam habet alicuius vitij ſorde pollutam, filiã habet à dęmonio vexatam. Et ſi quis bona quæ geſsit peccatorum peſte fœdauit, filiam habet immundi ſpiritus furijs agitatam. Ideoq; neceſſe eſt, vt ad preces lachrymasq; confugiat: ſanctorumq; interceſsiones & auxilia quęrat. Vnde & Chry. Imitare Chananæam, vir mulierem. Sed forſitan dicis: Non habeo filiam quæ dęmonio plena ſit: ſed habes ani- K mam peccatis refertam. Dicito & tu: miſerere mei domine, quia anima mea malè à dæmonio vexatur: grandis enim dæmon peccatũ eſt. Hæc Chry. Malè autem vexatur anima, quando vexatio non ſentitur: peius, quando morbus deſperatur: peſsimè, quando medicus contemnitur. ſecundũ Theophilum quoque, vnuſquiſque noſtrum cùm peccat, mulier eſt anima eius peccatrix: id eſt, fragilis, infirma: cuius filia eſt operatio praua, quæ filia à dæmone eſt poſſeſſa: quia actus praui dęmonum ſunt.

Peccatores catuli ſunt.

Peccatores nos autẽ exiſtentes, nũcupamur catelli impleti immunditijs: propter quod non ſumus digni panẽ dei recipere, aut participes fieri immaculatorum myſteriorum dei. Si verò cognoſcentes noſmetipſos per humilitatem eſſe catulos, humiliter confiteamur peccata noſtra, tunc ſanatur filia: quia deletur operatio praua. ſecundum verò Aug. per mulierẽ Chananæam poteſt intelligi ratio ſuperior, quæ legibus æternis inſpiciendis & conſulendis intendit: per dæmonem autem intelligendum eſt ipſa ſenſualitas, quę etiã per ſerpentem ſignatur. Sic ergo pariformiter filia mulieris Cha- L nanęæ vexatur, quando per ſenſualitatem inferior ratio ad conſenſum peccati mortalis impellitur, cuius ſanatio per matrẽ, id eſt, rationem ſuperior à domino petitur: nã ratio ſuperior ad optima deprecatur. Et ſicut dominus diſtulit exaudire petitionẽ mulieris Chananęæ, vt eius fides clarius appareret: ſic & dominus aliquando dimittit impulſum ratiõis inferioris per ſenſualitatẽ diutius protrahi, vt augeatur meritum tentati: propter quod Paulo petẽti ſtimulum carnis à ſe auferri dicit dominus, virtus in infirmitate perficitur. 2. Cor. Imitemur ergo & nos eccleſiæ filij hanc mulierẽ, quę de gentibus credẽdo mater noſtra in fide effecta eſt: quia de gentilitate venimus. Habeamus fidẽ, vt vnum & trinum deũ credẽtes, quicquid iuſtè ab eo petimus, nos impetrare poſſe credamus. Habeamus conſtantiam, vt ſi diuina diſpẽſatio preces noſtras tardius exaudierit, tãdiu preces precibus iũgamus, quouſque hoc quod petimus impetremus. Et ſi ad impe- M trandum nos idoneos nõ ſentimus, ſpiritualiũ fratrum orationis adiutorium quęramus: vt ſicut iſta mulier apoſtolis pro ſe interuenientibus quod petebat promeruit, ita & nos communibus precibus magis quàm ſingularibus & proprijs adiuuari credamus. Habeamus humilitatẽ, vt alijs de nobis maiora exiſtimãtibus, nos minores iudicemus, exẽplo huius mulieris: quæ cùm à domino canibus cõparata eſſet, ipſa de ſe humilius ſentiẽs, catellis ſe coęquauit: hanc humilitatem in corde habebat, qui deſpectus ab alijs dicebat: Ludam & vilior fiam plus quàm factus ſum, & ero humilis in oculis meis. David 2. Reg. Oremus inſtãter dominũ, vt ſanet filias noſtras: oremus, vt ſanet à peccatis, & liberet noſtras animas quę malè à dęmonijs & vitijs vexãtur. Clamemus humiliter & perſeuerãter ad eũ, dicẽtes cum Chananęa, miſerere mei domine fili Dauid: &, domine adiuua me. Illa enĩ anima à dęmonio vexatur, quæ peccare non ceſſat, & in crimine perſeuerat: quæ



quæ ſi bene conuerſa fuerit, & de Chriſti miſeri- A cordia non deſperauerit, dicetur ei à pijſsimo domino, fiat tibi ſicut vis: & ſanabitur ex illa hora: quia peccator quacunq; hora conuerſus fuerit & ingemuerit, vita viuet & non morietur. Noli ergo deſperare, vel à petendo ceſſare: quia ſi corde integro, fideli & puro, in oratione perſeuerans, coram deo tuo humiliaueris, reputans te indignum omni beneficio ſuo: certiſsimè credas, ꝙ quæcunq; petieris obtinebis. Et ſicut apoſtoli rogauerunt pro Chananæa, ſic & angelus pro te rogabit: & orationem tuã deo offerens vtilitatem tuam procurabit.

Ezech. 18.

## ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, te rogo & obſecro, miſerere mei, & adiuua me in meis neceſsitatibus, ac tentationum & tribulationum vexationibus, & ſi domine quia canis ſum, & apud te vix vt canis, nõ ſum dignus integrũ à te panem id eſt, magnitudinem donorũ tuorũ recipere: ſaltẽ da mihi micas paruulas, id eſt, aliquantulum de gratia B tua, ſine qua anima mea malè à dęmonio vexatur, cùm ipſa verò quantumcunq; praua fuerit, à peccato & dęmonio liberabitur. Nam gratia tua exiſtẽs in anima, & delet omnia peccata, & deo facit animam filiam adoptiuam. Amen.

## De ſurdo & muto, à dæmone poſſeſſo. Caput XC.

Marc. 7.

ET iterum exiens Ieſus de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos.] Decapolis eſt nomen regionis decem vrbes continentis, & dicitur à decas quod eſt decem, & polis quod eſt ciuitas, & huius regionis vna pars eſt vltra Iordanem, & alia citra. Igitur mare Galilææ, quod eſt quidam lacus per quẽ tranſit Iordanis fluuius, reſpicit vtriuſq; partis regionis prædictæ fines, & terminos. [Et adducunt ei,] per fidei ſuę deuotionem [ſurdum & mutum.] Non erat iſte talis à natiuitate, nec ab infirmitate ſuperueniente, ſed à dæmone ipſum obſedente, ac C eius auditum & loquelam impediente, & in ipſo tria miracula concurrunt: quia auditus & affatus fuit ei redditus, & à dæmone fuit liberatus. [Et deprecabantur eum, vt imponat illi manum,] omnipotentem quæ condiderat eum: efficax eſt enim manus Chriſti ad ſaluandum. Sanatur quem tangit Ieſus, ſanatur quem tangit ſaluator: quia ipſe eſt ſalus & vita, non aliunde quærit harbas: ipſe eſt & medicus, & medicina. Tangit & ſanat: reſpicit, & medetur.

Decapolis

Mare Galilææ.

Moraliter

Moraliter omnis Chriſti actio, noſtra eſt inſtructio: ſi ergo tu vis curari, ſequaris exemplarem inſtructionem medici. Exeas de Tyro, id eſt, de peccato, per contritionẽ: interpretatur enim anguſtia: venias per Sidonem, id eſt, confeſsionem: interpretatur enim venatio: & confeſsio venatur circunſtantias peccatorum, ad mare Galilææ tranſmigrãdo per ſatisfactionem, à delectationibus carnis ad opera ſatisfactoria per medios fines Decapoleos, obſeruando ſcilicet decem præcepta: conducant autem te timor & amor. [Et apprehendens eum Ieſus de turba ſeorſum miſit digitos ſuos in auriculas eius & expuens tetigit ſputo linguam D eius.] Chriſtus aliquando ſanauit infirmos tangendo eos corporaliter, vt oſtenderet humanitatem ſuam eſſe deitatis inſtrumentum: quia per humanitatem faciebat miracula inſtrumentaliter, ſed per deitatem principaliter: [& ſuſpiciens in cœlum ingemuit,] ex compaſsione: vt quærens à deo auxilium, oſtenderet ſe verum hominem, [& ait effeta: quod eſt, adaperire,] ſcilicet tam in vinculis auriũ, quàm in vinculis linguæ, vt audias & loquaris perfectè. In quo oſtendit ſe eſſe verum deum, curando per imperium. Hoc vno ſermone curauit eum: quia ſtatim ad eius imperium, [apertæ ſunt aures eius: & ſoluta eſt lingua eius, & loquebatur rectè.

Tangẽdo ſanati.

Myſticè per ſurdum, & mutum accipitur genus humanum, quod monita ſalutis non audierat: & à laude dei ceſſabat, pro quo deprecabantur patriarchæ & prophetæ incarnationem Chriſti deſiderantes: vt imponat illi manum miſericordiæ, quæ hominem ſanat per aduentum eius in carnem: ſed E & varia peſte, & omnium ferè morbo in primo parente percuſſum eſt genus humanũ. Cæcatur, dum videt non videnda. Surdus fit, dum audit non audienda. Dum odorat, emungitur. Obmuteſcit, dum loquitur. Mancus fit dum manum erigit, & ad vetitum pomum extendit. Incuruatur, dum ſuperbia erigitur. Hydropicus fit, dum concupiſcit. Claudus fit, dum progreditur. Lepra ſuffunditur, dum virtutibus nudatur. Dæmone impletur, dum deitatem appetit. Moritur, dum audacter peccatum excuſat.

Sanandi modus.

Circa ſanationem iſtius languidi, plura hîc tanguntur. Primũ eſt, eius adductio ad deum, per preces eius patrum ſanctorum. Secundum eſt, apprehenſio, vt enim genus humanum liberaret, naturã noſtram apprehendit. Tertium eſt, ipſius à turba ſequeſtratio, vt doceret nos fugere inanem gloriam, in actibus noſtris. Quartum eſt, digitorum immiſsio, vt doceret in eius membris diuinitatem habitare: licèt potens eſſet etiam verbo ſanare. Digiti etiam, qui in aures mittuntur, dona ſpiritus ſan- F cti ſunt: de quo dicitur, digitus dei eſt hic. Exod. 8. Et ita digitos in auriculas mittit: cùm per dona ſancti ſpiritus aures cordis ad intelligendum verba ſalutis aperit, & præceptis ſuam gratiam obediendi tribuit. Quintũ eſt, tactus linguæ eius cum ſaliua, vt oſtenderet quòd omnia membra ſacri corporis eius diuina exiſtunt & ſancta, & etiam ſputum quod vinculum ſoluit: etenim omne ſputum ſuperfluitas quędam eſt: ſed in domino omnia ſunt diuina. Saliua etiam ex capite in os defluens diuina ſapientia eſt, quæ vincula labiorum ſoluit. Et ſic expuens linguam tangit, cùm ad fidei confeſsionem & prædicationem ſapientiam dat, & ora relaxat. Sextum eſt, aſpectus in cœlum, vt inde cunctis infirmantibus medelam ac omne remedium quærendum eſſe oſtenderet, & in cœlum theſaurum cordis noſtri erigere, & ad deum intentionem noſtram ſemper dirigere doceret.

Gemitus Chriſti.

Septimum eſt, gemitus, non quia ipſi opus eſſet cum gemitu aliquid petere à patre, qui cuncta petentibus dat cum patre: ſed vt gemere nos doceret, & gemendi exemplũ nobis daret, cùm prono-

pro noſtris ſeu aliorum exceſsibus &erroribus,vel
G deſiderio patriæ cœleſtis ſupernæ , pietatis præſi-
dia inuocamus.Ingemuit etiã noſtram cauſam ſu-
ſpiciens in ſeipſo: ac naturæ miſertus humanæ, &
cõpaſſus miſeriæ tantarũ infirmitatum,in quas ge
nus humanum incidit propter peccatũ. Octauum
Effeta. eſt,Chriſti imperium,cùm ait,effeta,quod eſt He-
bręum,& idem quod adaperire imperatiuũ paſsi-
ui verbi:id eſt,ſis apertus:quod licet propriè loquẽ
do ad ſolas aures referatur,tamẽ per verbum iſtud
dñs intellexit,ꝙ vtraq; infirmitas curaretur: quod
patet per effectũ ſubſecutum.Vbi ſecundũ Bedam,
vtraq; natura vnius & eiuſdẽ eſt Chriſti manifeſtè
diſtincta.]Suſpiciens enim in cœlum,]quaſi homo
deum precaturus]ingemuit,]ſed mox vno ſermo-
ne,quaſi potẽs diuina maieſtate curauit. Aures de-
niq; infirmi ad audiendũ aperiuntur , & lingua ad
loquendũ ſoluitur:dũ ſurdus qui præceptis diuinis
aures cordis non cõmodat,&mutus qui clauſa in di
uinis laudibus ora tenet , per gratiã dei iuſtificatus
H vtrunq; operatur.Vinculum quoq; linguæ ſoluitur
quando ad orationẽ,ad proximi ædificationem,ad
peccati confeſsionem,& ad dei laudem lingua vti-
mur.Hinc igitur docemur,vt quoſlibet peccatores
quotidie per pręedicationem noſtram deo adducere
ſtudeamus,& pro illis iugiter exoremus.Depreca-
tio enim adducẽtium , ſignificat eccleſiæ interceſ-
Surdus & mutus. ſionem . Vnde Beda: Surdus & mutus eſt, qui nec
aures habet audiendiverba dei:nec os aperit pro lo
quendis:quales neceſſe eſt,vt hi qui loqui iam&au
dire diuina eloquia didicerunt: dño ſaluandos offe
rant.Vnde & Greg.Sed cui aures cordis ad obediẽ
dum apertæ fuerint , ex ſubſequenti proculdubio
etiã linguæ eius vinculũ ſoluitur,vt bona quæ ipſe
fecerit,etiã facienda alijs loquatur . Vnde & bene
ſubditur:[& loquebatur rectè.] Ille enim rectè lo-
quitur dominũ confitendo,vel alijs prædicãdo:qui
prius obediendo fecerit,quę loquẽdo admonet eſſe
Locutio dei ad nos. facienda.Quilibet etiã peccator, quoad deum ſur-
dus eſt:qui obturat aures ſuas ne audiant deum ſibi
loquentem,ſiue per prædicationẽ,ſiue per ſcriptu-
I ram,ſiue per inſtinctũ internũ:his enim tribus mo
dis deus loquitur nobis , & ſurdi ſunt qui eum non
audiunt.Sunt etiam muti,qui deo per multa benefi
cia eos ad ſe vocanti non reſpondent per gratiarũ
actionem, & debitam recognitionẽ: quantum ad
vtrunq; defectum conqueritur dñs per Eſaiam di-
Eſaiæ 65. cens:Locutus ſum inquit,& non audierunt:vocaui
& non erat qui reſpõderet.Surdus igitur eſt inobe-
diens & mutus,laudes debitas dei omittens: & nec
aures,nec os ad dei verba audienda & pronuntian-
da aperiens:ſed tactu Chriſti vtrumq; tollitur im-
pedimentum, quia cùm Chriſtus ſua gratia tangit
cor hominis,fit humiliter obędiẽs,& deuotè deum
laudans:talis verò adducitur & ſanatur in prouin-
cia,vbi ſunt decem vrbes, decalogum ſignificãtes.
Sanandi peccatoris modus. Qualiter autem peccator de vtroq; defectu, per di
uinam clementiã curari habeat,proceſſus ſanatio-
nis huius infirmi declarat: in quo plures concurrũt
circunſtantiæ ſignanter attendendæ. Primò enim
infirmus ad ſaluatorem adducitur. Secundò,ſalua
tor pro illius ſaluatione rogatur. Tertiò,infirmus
à ſaluatore comprehenditur , & à turba ſequeſtra-
tur.Quartò,ſaluator digitos in auriculas eius mit- K
tit.Quintò,linguã eius ſaliua ſua tangit. Sextò,in
cœlum ſuſpicit.Septimò,gemit. Octauò,dicit effe
ta:& ſic nonò infirmus perfectã ſanitatem recepit.
Et hæc omnia circa ſanationem huius infirmi ge-
ſta corporaliter,explentur in ſaluatione cuiuſlibet
noſtrum ſpiritualiter. Primò ergo ad ſaluationem Adducẽdus ad ſaluatorẽ.
peccatoris exigitur,vt ſaluatori adducatur,quod fit
pluribus modis.Aliquando virtute prædicationis:
aliquãdo correptiõe infirmitatis,& præcipuè cùm
timetur ne ſit ad mortem.Aliquãdo hoc fit exem-
plo alterius,vitam præteritã corrigentis. Aliquan
do fit eleemoſynarum largitione.Aliquãdo ductu
proprię cõſcientiæ.Secundò ſaluator rogatur,nam
ſæpe precibus ſanctorum ſalus alicui impetratur:
deus enim vult rogari,licèt tamẽ velit facere.Ter Turba fugienda nobis.
tiò,infirmus à turba ſequeſtratur,quod fit cùm do-
minus quẽlibet impium iuſtificans de ſocietate ma
lè viuentium diuidit,vel à conſuetis malis moribus
euocat & retrahit:quia ſecundum Hieronymum,
Seorſum ſemper à turbulentis cogitationibus, & L
actibus inordinatis ſermonibusq; incõpoſitis,quaſi
de turba educitur qui ſanari meretur . Hic datur
documentum pœnitentibus, abſtrahendi ſe à pra-
uis mundanorum hominum ſocietatibus.Sed quia
non omnes qui per pœnitentiam adducuntur ad
deum,poſſunt ſe ſegregare à turbis fuga corporali
ſaltem hoc debent facere abſtractione mentali, &
ſufficit ad ſalutem. Quartò, ſaluator digitos ſuos
in auriculas peccatoris mittit:quod fit quando deus
conſiderationem peccatorum ſuorum ei immittit
quaſi omnia peccata ſua in corde ſuo digito dei
ſcripta videat.Quintò,ſaluator ſaliua ſua linguam
hominis tangit,cùm ipſum ad confeſsionẽ inſtruit
Et rectè cognitionem veritatis digito dei per au-
res immiſſam,debet ſequi confeſsio,quæ per tactũ
linguæ ſignificatur. Eſt autem triplex confeſsio:
ſcilicet peccatorum,fidei,& laudis diuinæ. Sextò,
ſaluator in cœlum ſuſpicit:docens per hoc peccato
rem conuerſum oculos,intentionis & deſiderij,ſur
ſum ad cœleſtia debere erigere.Quid enim prodeſ M
ſet à terrenis fore ereptum:ſed non animum habe-
re ad cœlum erectũ? Septimò ſaluator ingemiſcit
infirmum ſanandum : docens per hoc nos gemere
debere pro incolatu præſentis miſeriæ,dicendo cũ
Dauid : Heu mihi, quia incolatus meus prolonga- Pſalm.
tus eſt. Præmiſsis ſeptem peractis,dixit ſaluator,
effeta:quaſi per hoc verbum dans peccatori plenã
abſolutionem, à pœna & culpa. Vnde mox ſequi-
tur:[Et ſtatim apertæ ſunt aures eius , & ſolutum
eſt vinculum linguæ eius:& loquebatur rectè.] Et
ſic peccator reſtitutus eſt perfectæ ſanitati,& non
reſtat ei niſi euolare.[Et pręcepit eis,]non præce-
pto obſeruationis, ſed inſtructionis : ad humilian-
dum ſe in factis exemplo ipſius,[ne cui dicerent:]
& per hoc non iactare bona ſua diſcerent:quia ia-
ctantiam in omni opere bono prohibuit.Præcepit Præcipit ne cui dicerent ſ[...] ma & c[...]
ne cui dicerent:Primò,vt doceret non eſſe glorian
dum in virtutibus:ſed in cruce & humiliatione.Se
cundò,vt doceret quòd beneficia largientes, de eis
laudem propriam non debent quærere . Sed quia ſæ-
accipien-



accipientes conuenit laudare benefactores:ideo be
A ne ſubditur: [Quantò autem] ex abundantiore hu
militate[eis præcipiebat,tantò magis pręedicabãt]
gloriam ipſius,& dilatabant: quia humilitas ſem-
per gloriam præcedit. Per hoc autem oſtenditur,
quòd beneficiatus de beneficijs debet ſe gratum o-
ſtendere,& benefactorem laudare,quanuis hoc be
nefactor non quærat,aut velit. Vnde Theophilus:
Docemur autem ex hoc, cùm alicui beneficia elar
gimur,minimè applauſus & laudes appetere: cùm
verò accipimus beneficia, benefactores prædicare
& laudare , quanuis nolint. Per hoc etiam mone-
mur, vt frequenter prædicemus Chriſti gloriam,
qui ab ipſo mandatum habemus , dum eos quibus
datum erat præceptum ſilentij, prædicaſſe conſpi-
cimus.Vnde Auguſtinus:Sciebat ille qui omnia no
uit antequam fiant , quia magis prædicarent : ſed
hoc præcipiendo pigris voluit oſtendere quãto ſtu
dioſius,quantoq; feruẽtius prædicare debeant,qui
iubentur vt pręedicent:quandoquidem illi qui pro-
B hibebantur tacere non poterant.Et quantum ipſe
ex humilitate non dilatari præcipiebat , [ eo am-
plius admirabantur dicentes , ] & eum laudando
prædicantes: [Bene omnia fecit, ] & facere proba
uit:quia [ & ſurdos fecit audire, & mutos loqui, ]
quotquot voluit & ſibi placuit.Licèt enim hîc non
exprimat niſi vnum ſurdum, & mutum eſſe cura-
tum:tamen plures fuerunt ſurdi,& muti, ac cæci,
& claudi,alijq; infirmi curati:vt patebit in capitu-
lo ſequenti, ſed inter illos erat vnus cuius cura fuit
mirabilior inter cæteros:quia in ipſo,ſecundũ Hie
ronymũ,tria concurrerunt miracula:ſcilicet in re
paratione auditus & loquelæ,ac liberatione à dæ-
Bene facere. mone.Et notãter dicitur, [bene omnia fecit:]quia
nõ ſufficit bona facere , niſi bene fiant:bene autem
fiunt, quando dei adiutorium poſtulatur, & quan-
do humana gloria fugitur . Hîc ergo docemur va-
nam gloriam fugere, & hominum iactantiam de-
clinare. Qui ſi aliquid dignum laude aliquando fe
cerimus:hoc nõ ad vulgi fauorem extollere & prę
C dicare, imò humiliter abſcondere & celare debe-
Gloriam non quęrẽdo ſi damus. mus. Et hoc totum vertitur in contrarium : quia
plus laudantur illi qui facta ſua abſcondere volunt
quàm illi qui ea provana gloria manifeſtare cõten
dũnt. Si gloriam mundi fugis, ipſa te ſequitur : &
ſi eam ſequeris, ipſa te fugiet . Vnde Auguſtinus:
Virtutes habenti magna virtus eſt cõtemnere glo-
riam : quia contemptus eius in conſpectu dei eſt,
iudicio autem non aperitur humano . Et qui con-
temnit iudicia laudantium, contemnit etiam ſuſpi
cantium temeritatem. Neque eſt vera virtus, niſi
quæ ad eum finem tendit vbi eſt bonum hominis
Vitandæ gloriæ difficultas. quo melius non eſt. Vndę & Chryſoſtomus: Verſu
ta eſt & vana gloria,& ad ea quæ valde ſunt mani
feſta excęcat mentem eorum,qui ab ea capiuntur.
Ebrietas enim quædam profunda eſt, ideoq; diffi-
cilè reducibilem eum, qui captus eſt facit hæc paſ-
ſio . Hæc eorum quæ capiuntur animã abſcindens
à cœlis terrę affigit,& lucem reſpicere veram non
Gloriationis mala. dimittit. Hæc paſsio auaritiam genuit, liuorem,
accuſationem,inſidias:hæc eos qui nihil mali paſsi
ſunt , aduerſus eos qui nihil mali fecerunt armat,
& irritat. Neq; amicitiã nouit,qui in hanc ægritu
dinem incidit:non verecundari ob aliquem vniuer D
ſaliter ſcit, ſed ab animo eius eijciens bonum,ad o-
mnes bellatur,inſtabilis & ſine amicis exiſtens.Vi
gilemus itaq; dilecti, & ſumamus ſenſum humili-
tatis nobis à deo datæ. Contemnamus multorum
gloriam: nihil enim ita deriſibilem & dehonorabi
lem facit vt hęc paſsio,nihil ita cõfuſione plenum.
Quoniam gloriam quidem cupere ingloriatio eſt:
gloria autem vera eſt hanc deſpicere, & nullã eius
facere curam:ſed ad id quod deo placet omnia dice
re & facere.Ita enim poterimus & mercedem re-
cipere,ab eo qui noſtra videt diligenter, cùm eo ſo
lo contenti fuerimus inſpectore . Nos verò talem
habẽtes dominum, precor alios ne inquiramus in-
ſpectores,qui prodeſſe quidem nobis nihil: nocere
verò ex inſpectione eorum poſſunt,&omnem eua
cuare laborem nobis.Sed vnde habemus mercedes
ſuſcipere , hunc vocemus laudatorem eorum quæ
fiunt,hunc inſpectorẽ.Nihil nobis & humanis ocu
lis ſit.Si enim volumus & hac potiri gloria, tunc E
hac fungemur cùm eam quæ à deo eſt quærimus
ſolam.hæc Chryſoſt.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte, qui finaliter malos de-
ſeris:veni per Sidonem prædicationis,ad ma
re contritionis,Galilææ confeſsionis,ſatisfa
ctionis,& tranſmigrationis, inter medios fines de-
capoleos charitatis,in decalogo proficientis,& ap-
prehende nos ſeorſum à turba tentationis multipli
cis.Mitte digitum diſcretionis in auriculas noſtri
intellectus,& guſtum ſapientiæ in os noſtri affe-
ctus:vt ad confitendum ſoluantur vincula linguæ
noſtræ,& loquamur rectè, verbo & opere non di-
cordante à voluntate,vitemuſq; laudes hominũ: vt
& ſurdi audiant per conuerſionem,&muti loquan
tur per confeſsionem.Amen.

## De refectione quatuor millium hominum. Caput XCI.

DEinde aſcendens Ieſus in montẽ,]& F
deſertum locum & [ſedebat ibi,] ad Mat.15.&
quieſcẽdum,[& acceſſerunt ad eum Marc.8.
turbæ multæ,]quia de multis ciuita
tibus,& caſtellis,& villis venerũt ad
impetrandum ſanationem infirmorum, [habentes
ſecũ mutos,claudos,cæcos,ac debiles,& alios mul-
tos]infirmos: quod addit euangeliſta ad includen-
dum omnia infirmitatum genera, quæ hîc nõ ſunt
nominata[& proiecerunt eos ad pedes Ieſu,]vt fi-
dem & deuotionem non ſolum verbo: ſed & facto
oſtenderent.Fœlices pedes Ieſu vbi peccata purgan
tur:vt ibi ſtans retro ſecus pedes Ieſu,vbi morbi cu
rantur:vt hîc.Vbi verba ſancta diſcũtur:vt ibi,quę
ſedens ſecus pedes domini. vbi gaudia renouantur:
vt ibi,acceſſerunt & tenuerunt pedes eius. [Et cu-
rauit eos,]ſolo verbo. Ille enim ſolo verbo poterat
curare : qui totum mundum ſolo verbo de nihilo
potuit creare, [ita vt turbæ mirarentur, videntes]
omnes ſanatos, & glorificabant deum Iſraël: quia
ſecundum Chryſo.Multitudo eorum qui curaban-

 tur,&

G tur, & facilitas ſanationis eos in ſtuporem mittebat. Hîc enim in quodã generali multiplicant multa miracula, & diuerſorum generum, quæ propter multitudinem in particulari deſcribi non poterãt: quia ſi in particulari explicarentur, vnũ magnum librum implerent: propter quod dicit Ioannes ꝙ ſi omnia facta Chriſti eſſent ſcripta, totus mundus nõ poſſet capere libros, qui ſcribẽdi eſſent. Ponit ergo hîc multiplicitatẽ infirmorũ, & ſpecialiter tangit quatuor: ſcilicet [mutos, claudos, cęcos, & debiles.] Spiritualiter mutos habemus, ex defectu boni ſermonis: claudos, ex defectu boni operis: cęcos, ex defectu veræ cognitionis: debiles, ex defectu bonę voluntatis. Et notandum ꝙ ſecundum Origenem, primò eſt debilitas in voluntate, deinde ſequitur cæcitas in ratione, & ſic claudicat in operatione: & ex his ſequitur mutitas à diuina laude: ſed hîc ordinãtur ſecundum magnitudinem nocumenti. Vbi gloſa: Muti autem ſunt, qui non laudant deum. Cæci, qui non intelligunt vitam vitæ. Claudi, qui per diuia boni operis, & non rectè euntes. Debiles ſunt, qui infirmi ſunt in bonis operibus. Mutos ergo curat, cùm eorum linguas in laudem ſui creatoris ſoluit. Cæcos illuminat, cùm ignorantibus cognitionem ſuę ſalutis infundit. Claudos ſanat, cùm in via iuſtitiæ greſſus eorum dirigit. Debiles fortificat, cùm pigros & acedioſos operari bonũ viriliter facit. Turbæ verò mirantur & deum glorificãt, cùm ex talibus mutationibus quæ ſunt dexteræ excelſi deum laudant. Vbi & Rabanus: Aſcendit autem in montem: vt ſcilicet auditores ſuos erigat ad ſuperna & cœleſtia meditanda. Sedebatq; ibi, vt demonſtraret non niſi in cœleſtibus requiem eſſe quærendam. [Eo autem ſedente in monte,] id eſt, in cœlorum arce: accedunt turbæ fidelium, deuota mente illi appropinquantes, ducentes ſecum mutos, & cæcos, & alios infirmos, eos ad pedes Ieſu proijciunt: quia peccata cõfitentes ipſi ſoli curandos ſubijciũt. Quos ita curat, vt turbæ mirentur & magnificent deum Iſraël: quia fideles quando viderint eos qui ſpiritualiter ægrotauerant, diuerſis operibus virtu-

I tum ditatos, laudem deo decantant. [Cùm ergo turba multa eſſet] cum Ieſu, [nec haberent quod manducarent, [conuocatis diſcipulis,] loquebatur cum eis de hoc quod futurus erat: ſecundum gloſ. prius Chriſtus infirmorũ debilitates abſtulerat, poſteaverò ſanatis cibos offert: quia prius remouenda ſunt peccata, & poſtea anima verbis dei nutrienda. Voluit autem dominus prius diſcipulos conuocare, & cum eis loqui pluribus de cauſis. Prima, ſecundum Hiero. vt magiſtris tribuat exemplum nõ ſemper ſpernere cum minoribus conſiliari, & de agendis quandoq; eos conſulere. Secunda, ſecundũ eundem vt ex collocatione intelligãt ſigni magnificẽtiam. Tertia, vt oſtẽdatur magnitudo miſericordiæ ſuę, quæ diutius intrinſecus latere non potuit. Et ait illis. Miſereor ſuper turbam. Ecce verbũ miræ dulcedinis & amoris procedens ex intimis cordis medullis, & pertingens ſuo vigore vſq; ad intima noſtra. Neq; enim alius eſt qui noſtris miſerijs ſit ſic miſerator, quemadmodum conditor noſter, cuius miſerationes ſuper omnia opera eius. Hoc verbum dixit apoſtolis, vt eorum animos ad pietatem & miſericodiam induceret & inclinaret, ſecundum gloſam. Compatitur vt verus homo, paſcit vt deus. Et

K ſubiungitur ratio miſerationis duplex, ſcilicet longanimitas: [quia iam triduo ſuſtinent me,] pro curatione ſuorũ quos attulerunt expectando, & perſeuerant mecum me ſequendo, verba mea audiendo, miracula videndo. Alia verò ratio miſerationis eſt, neceſsitas: quia [non habent quod manducent,] & tamen non ſolicitantur: & ideo cõgruit eis prouidere. Ex quo patet eorum deuotio, & quanto ei adhærebãt deſiderio, audientes ſuauem doctrinam contemplãtes gratioſam faciem: videntes eius opera mirabilia, ad quæ intantũ afficiebantur, vt quaſi extra ſe rapti de alimoniæ defectu ſoliciti non eſſent, & per tres dies ad loca propria non redirent, manentes cum Chriſto in loco deſerto, & ſub diuo ac ſine cibo: ſed non poterant inuictu deficere: quia erant cum Ieſu ſaluatore. Cibaria quippe quæ de domibus ſuis apportauerant, iam conſumpta erant & in deſerto loco victum acquirere non poterant:

L & ideo prima die vel ſecunda hoc miraculum non fecit, tum quia alimenta adhuc habebant, tum quia miraculum magis apparuit quando eis victus omnino defecit. [Et ſi dimiſero eos ieiunos,] ſic labore & fame affectos, deficient in via, & ideo refectio eſt eis neceſſaria. Tanta eſt creatoris virtus, ꝙ ſi creaturam deſereret, omnino deficeret. [Quidam enim ex eis de longè venerunt, & à domibus ſuis longè diſtabãt, qui fortè die præcedenti etiam parum comederant. Fama Chriſti à remotis diffuſa erat, & ideo multi de longè venerant. [Et dixerunt ei diſcipuli. Vnde iſtos poterit quis hîc ſaturare panibus in ſolitudine?] Quaſi dicerent, locus eſt deſertus & multum diſtant villæ: & ideo non poſſumus per humanam prouidentiam neceſſaria habere. Ipſi hoc infirma cogitatione dixerunt: non enim adhuc intelligebant, neq; virtuti eius propter priora miracula credebant. [Et interrogauit eos. Quot panes habetis?] Non interrogauit dñs quaſi neſciens quid haberent: ſed ad hoc, vt cùm ſeptem

M reſponderẽt, quò pauciores, panes dicerent, eo magis miraculũ diffamarent, & notius fieret, & vt ex eorum reſponſione de modo prouideret. [Qui dixerunt, ſeptẽ:] quod erat quaſi nihil reſpectu tantę multitudinis: & paucos piſciculos, non multos, nec magnos, quia pauci erant in numero, & parui in quantitate. In quo apparet ſobrietas & tẽperantia diſcipulorũ, quia non vtebantur carnibus, ſed piſcibus: & illis non magnis, ſed paruis, & ipſis paucis. Omnia iſta dicuntur ad maiorẽ declarationem miraculi, quòd ex tam paruo cibo potuerit tanta multitudo ſatiari, & hoc fuit ꝑ multiplicationẽ cibi in manibus Chriſti. [Et præcepit turbæ ſuper terrã diſcumbere.] In alia paſtiõe circa paſcha herba ſuper terrã erat, nunc autẽ iam herba defecerat: quia ſecundũ Origenem, & plures alios, in hyeme, ſcilicet in die epiphanię hoc miraculũ factum eſt, quãdo & plura alia miracula per dominum ſunt facta. [Et accipiẽs ſeptẽ panes & piſciculos,] vt multiplicarentur cõtactu manuũ beatarũ, & [gratias agẽs] in quo dedit nobis exemplum gratiarum actionis, oſtendens



oſtendens nos differre à beſtijs: vt cognoſcentes à

A quo, & quid datur, gratias patri luminũ referamus: à quo eſt omne datum optimũ, & omne donũ perfectum: [benedixit,] vt benedictione ſua creſcerent, [& fregit] per minutias, ad diſtribuendũ inter plures: ſed modò vnus ſolus totũ colligere conatur, quod in omnes indigentes à Chriſto frangitur, [& dedit diſcipulis,] non vt ſibi retinerent: ſed vt tanquam miniſtri diſtribuerent, [& turbæ apponerent:] & mãducauerũt quatuor millia hominum, abſq; mulieribus & paruulis, & ſaturati ſunt,] nec mirum: quia bonũ prouiſorem habuerunt. De fragmentis quoq; reſiduis [tulerunt diſcipuli ſeptem ſportas plenas,] vt darent pauperibus: in quo bene apparet eos fuiſſe ſaturatos. Ecce quantũ valet eleemoſyna, & cõmunicatio mutua: quia res diſtributæ creſcunt & ſuperabũdant, coaceruatæ verò putreſcũt, & inopiã faciunt. [Et dimiſit eos.] Magna nanq; ſuauitate verbi, & admiratione vehementi virtutis Chriſti detinebantur: ita vt niſi Chriſto iubente nõ redirent. Myſticè hoc miraculo deſignatur, ꝙ viã vitæ præſentis aliter incolumes tranſire nequimus, niſi nos gratia redẽptoris noſtri alimen-

B to ſuo miſericorditer reficiat. Triduo aũt turba dominum ſuſtinet: quia tertium tempus eſt quo fidei Chriſtianæ gratia data eſt. Primum tẽpus eſt ante legem. Secũdum, ſub lege. Tertium, ſub gratia. Et quia reſtat quartum, quoad cœleſtem Hieruſalem venturi ſumus: dicit ſe turbã reficere, ne deficiant in via: in pręſenti enim vita quaſi in via ſumus, qua ad patriam pergimus. Igitur ne fideles in via deficiant, per prælatos & doctores pane euchariſtiæ, & doctrinæ paſcendi ſunt: quo ſeptiformis gratia ſpiritus ſancti augetur. Et quia ad hoc turba ſuſtinuerat dominũ, vt infirmos ſanaret, ideo ſi infirmitates tuas ſpirituales vis ſanari, exẽplo turbæ ſuſtine dominũ triduo. Vt primus dies, ſit dolor contritionis. Secundus, pudor cõfeſsionis. Tertius, labor ſatisfactionis. Iſtud eſt triduũ quo in deſertũ itur, vt deo gratum ſacrificiũ offeratur. Vel ſecundum gloſam: Turba triduum dominũ ſuſtinet, cùm multitudo fidelium peccata ſua per pœnitentiã decli-

C nans ad bonũ ſe in opere, in locutione, & cogitatione cõuertit. Inuenitur nihilominus triduum multiplex, ſcilicet pœnitentiũ, operantium, cõtemplantium, prę latorum, prædicatorũ. Pœnitentium: contritio, confeſsio, ſatisfactio. Operãtium: cogitatio ſancta, locutio vera, actio bona. Contemplantium: meditationis, lectionis, & orationis. Prælatorum: diſcretio in intellectu, zelus in affectu, iuſtitia in effectu. Prædicatorum: paupertas, caſtitas, & obedientia. Quidam aũt de propè veniunt: vt qui baptiſmalem innocentiã ſeruauerunt: quidã de longinquo, vt qui poſt multa flagitia pœnituerũt: quia quantò plus quis errauit, tantò longius à deo quis receſsit. Sed diſcipuli reputabãt quaſi impoſsibile, ꝙ quis eos ſaturaret panibus, qui non inueniebãtur in ſolitudine. Vbi moraliter notãdum, ꝙ cùm panis animæ ſit cognitio veri, & amor boni: in rei veritate nõ inuenitur in ſolitudine præſentis ſeculi: vnde quis eſurientem animã paſcat, & ſatiare poſſit. Panis enim veritatis mũdanæ ſcientiæ multis eſt admixtus erroribus: quia diminutæ ſunt verita-

D tes, à filijs hominũ. Rurſus panis amoris creaturæ multas habet amaritudines. Vnde Aug. Miſer eſt omnis animus vinctus amicitia rerũ mortalium, & dilaniatur cùm eas amittit. Nec eſt igitur hic panis cognitionis, nec amoris, qui animã noſtram ſatiare poſsit. Et cùm dominus cognoſceret diſcipulos habere ſeptẽ panes, & paucos piſciculos, accepit eos in manus ſuas: in quo oſtendit ſe panum, & omnium dominũ & factorẽ: quia in manu eius ſunt omnes fines terræ, & gratias egit deo patri à quo ſibi poteſtas eſt, vt & ipſe quãtum de ſalute generis humani congaudeat, oſtenderet, & nos ad agendas deo ſemper gratias de omnibus à deo datis informaret. Deinde benedixit, in quo virtutẽ multiplicationis eis dedit. Quia verò fregit, cùm dare vellet diſcipulis: apertionẽ deſignat ſacramentorũ, quibus nutriẽdus erat mundus. Vel etiã fregit, vt multiplicationem panũ ſua virtute fiendam oſtẽderet. In eo aũt ꝙ dedit diſcipulis, vt turbæ apponerent: eos honorauit, ſignificans ꝙ ſpiritualis dona ſcientiæ tribuens apoſtolis, per eorũ miniſterium voluit eccleſiæ ſuæ per orbẽ vitæ cibaria diſtribui. Et hoc

E ſignatum eſt, in diſtributione panũ, vt hîc & ſuprà in ſolutione mortuorũ: vt ibi, ſoluite eum & ſinite abire: & in adductione vehiculorũ: vt ibi, ſoluite & adducite mihi. Eorũ enim miniſterio, & fit adductio ad fidem, & ſolutio ad reconciliationẽ, & diſtributio ad refectionẽ. Dedit panes, quia panis eſt cibus quo ſuſtentatur vita: piſces verò dedit in condimentum cibi, ad oſtendendum ꝙ pani verbi dei addendum eſt condimentum boni exempli: magis enim ſuadent opera, quàm verba. Et appoſuerunt turbæ: in qua appoſitione creuerunt per nouę materiæ creationẽ, & ad illos additionẽ, nõ enim creuerunt per rarefactionem: quia tunc corpus illorum fuiſſet ſubtilius & rarius corpore aliorũ. Vnde Aug. Nil abſurdius quàm dicere, ꝙ aliquid creſcat nullo ſuperaddito, & nõ rareſcat. Studeamus ergo & nos ceptum panẽ diuinæ ſcientiæ, per pręedicationem alijs apponere: ne per noſtrã negligentiam in via deficiãt, & fame pereant. Conuerſi nanque

F peccatores in præſentis vitæ via deficiunt ſi in ſua conſcientia ſine doctrinæ pabulo ieiuni & vacui dimittantur. Ne igitur laſſentur in huius peregrinationis itinere, paſcendi ſunt ſacra admonitiõe. Hoc verò inter hanc refectionem, & illam de quinque panibus & duobus piſcibus diſcat, ꝙ ibi per quinque panes ſignificatur doctrina veteris teſtamenti ſecundum quinque libros Moyſi, hîc per ſeptem panes doctrina noui teſtamenti, in quo plenius & reuelatur & datur ſeptiformis gratia ſpiritus ſancti. Item propter ſeptem beatitudines, & propter ſeptem ſacramenta: & propter ſeptem virtutes, ſcilicet tres theologicas & quatuor cardinales: propterea illi hordeacei, iſti triticei erãt: quia delitioſior, ſapidior, & manifeſtior eſt doctrina noui teſtamenti quàm veteris. Ibi per duos piſces, duæ perſonæ quæ populum paſcebant intelliguntur, ſcilicet rex & ſacerdos qui vngebantur: hîc per paucos piſciculos intelliguntur ſancti fluctibus ſeculi tunſi, qui de turbulentis fluctibus erepti refectionem



Miracula multa ſimul facta.

Ioan. vlti.

Muti. Cæci. Claudi. Debiles.

Diſcipulos alloquẽdi cauſæ.

Domini miſericordia.

Popl… uor.

Diſci… rũ … tas.

Iacobi 1.

Myſticè. Gratia dei opus eſt nobis.

Triduum multiplex

Panis cognitionis.

Fractionis cauſæ

Ioan. 11. Matt. 11.

Multiplicatio panum.

Panum numerus myſticus: & diſcretio à conſimili miraculo alibi facto.

nobis internam exemplo ſuæ vitæ, ac ſopore mortis ac patientiæ præbent: doctrinamq́; noui teſtamenti tanquã panem cõdiunt: quorũ ipſa ſcriptura fidem, vitã, & paſsiones cõtinet, qui dicuntur piſciculi, propter humilitatẽ: ſed pauci, propter perfectionẽ: quia ſtultorũ infinitus eſt numerus: & multi ſunt vocati, pauci verò electi. Ibi ſuper fœnũ, ſed hîc nõ iam ſuper fœnũ, ſed ſuper terrã diſcumbit. ad oſtendendum ꝙ in veteri lege terrena promittebantur, ſed in noua lege illa contẽni, & ſubiugari docentur: quia cõuiuæ noui teſtamenti, diuitias & delitias, ac etiã ipſam carnẽ, quæ fœnum eſt, calcare & relinquere iubentur: quos omni cupiditate ęternali remota ſpei permanẽtis firmamentũ, tanquam terræ ſterilitas nullo fœno interpoſito continet. Ibi fuerunt quinq; millia hominũ, iuxta numerum panũ, & iuxta numerum quinq; ſenſuum quibus inhærebant: hîc quatuor millia, qui ſignificant ſpirituales, propter quatuor euangeliorũ perfectionem, vel propter quatuor cardinaliũ virtutum, quibus in hac ſpiritualiter viuitur, exercitationem.

H Per quatuor etiã millia hominum, qui Chriſtum ſunt ſecuti, ſignificatur multitudo credentiũ in Chriſtum, de quatuor partibus mundi. Erant autem tot, exceptis paruulis & mulieribus, qui nõ numerantur in lege: neminẽ enim dimittit Chriſtus ieiunum: ſed omnes vult ſua gratia ſaturare. Ibi cophinos æquales diſcipulis fecit: vt ſicut duodecim erant Chriſti apoſtoli, ſic duodecim fragmentorũ cophini: hîc verò panibus, vt ſicut fuerant ſeptem panes, ſic ſeptẽ ſportæ.

Septem ſportarũ cauſę.

Quòd autẽ turbis ſaturatis apoſtoli fragmenta colligunt, & ſeptẽ ſportas implent: triplici de cauſa factum eſt. Primò, propter myſterium: quia ſunt altiora perfectiõis pręcepta & conſilia, quę cõmunis turba nequit ſeruando & implendo attingere, quorũ executio reſpicit viros ſpirituales propriè: & ideo apoſtoli ſuſtollunt & implent ſeptẽ ſportas, id eſt, perfectos ſeptiformis ſpiritus gratia illuſtratos, & tamen turba ſaturata eſſe memoratur: quia etſi ſua relinquere nequeũt, tamen audiendo mandata ad vitã ſempiternã proficiunt.

I Secundò, propter exemplũ: vt ea quę nobis ſuperſunt, vel quę ieiunando nobis ſubtrahimus, pauperibus erogemus. Tertiò, propter documentum: vt ex hoc inſtruamur, ꝙ illis qui ſunt pauperibus miſericordes, bona tẽporalia multiplicentur. Vnde datur intelligi, ꝙ pauperes magis paſcunt eleemoſynarios, quàm ecõuersò, vel ſpiritualia bona eis impetrando, vel bona tẽporalia multiplicando.

Cur vtraque refectio in mõte facta fuerit.

Quamuis autẽ, vt viſum eſt, hæc refectio à ſuperiori in pluribus diſtet, tamen vtraque in monte celebrata eſt: quia vtriuſque teſtamenti ſcriptura rectè intellecta altitudinẽ nobis cœleſtium præceptorum & præmiorũ docet, & altitudinem Chriſti qui eſt mons in vertice montium, conſona voce prædicat. Cõſidera nunc hîc quos dominus paſcere dignatur, & quibus gratiæ ſuæ alimentũ impartiatur. Vtique qui in deſerto eũ quęrunt, & cum eo triduò perſeuerãt: quod fit cùm fideles trinitatem credentes, ac cõtriti & confeſsi pro peccatis ſuis ſecundũ poſſe ſatisfacientes, ſe ad deũ in cogitatione locutionę, & opere cõuertunt: ac dei bonitatẽ expectantes neceſsitate tentationis imminente non recedunt.

K Quorũ miſeretur deus, & paſcit eos ſeptẽ panibus, id eſt, ſeptem donis ſancti ſpiritus, ne deficiant in via mundi huius: quibus & ſeptẽ dotes per ſeptem ſportas remanentes ſignificatæ reſeruãtur, poſt hanc vitã dandæ: quæ ſunt clara dei viſio, fruitio, tentio quantũ ad animã: impaſsibilitas, agilitas ſubtilitas, claritas quantũ ad corpus. Vnde Ambr.

Gratiæ quibus pertin[...]

Gratiæ cœleſtis impartitur alimentũ, ſed quibus impartiatur aduerte. Non otioſis, non in ciuitate quaſi in ſynagoga, vel ſeculari dignitate reſidentibus: ſed inter deſerta quærentibus Chriſtum. Qui enim nõ faſtidiunt, ipſi excipiuntur à Chriſto. Diuidit ergo eſcas dominus Ieſus. Et ille quidem vult dare omnibus, negat nemini: diſpenſator enim eſt omnium. Sed cùm ille panes frangat & det diſcipulis, ſi tu manus non extendas tuas vt accipias tibi eſcas, deficies in via. Nec poteris in eũ culpam referre, qui miſeretur & diuidit. Sed his diuidit qui cum eo etiã in deſerto permanent, qui primo & ſecundo die, & tertio non recedũt. Non vult ieiunos dimittere, nec vult vt deficiãt in via.

L Noli ergo deficere à diſciplina dei, neq; fatigeris cùm ab eo increparis: ne fatigeris nunc, ne poſtea fatigeris. Hęc Ambro. Conſidera etiã vtilitatẽ & parſimoniam menſę eorũ, & voluptatem ſperne: quia inimica eſt & corporis & animæ. Vnde Chry.

Voluptatis deteſtatio.

Nihil ita corpori inimicũ & nociuum eſt, vt voluptas: nihil enim ita reſcindit & ſuffodit, id eſt, corrũpit. Et primùm pedes punit, qui portauerunt nos ad pernitioſa illa conuiuia: deinde manus quæ miniſtrant ventri ligans, quia talia & tanta attulerunt cibaria. Multi autem & ipſum os peruerterunt, & oculos & caput. Hęc Chry. Vnde & Horatius:

Horatius in epiſtolis.

Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas. De alijs ad meditationem pertinentibus patet ſuprà, in alia paſtione de quinq; panibus.

Partes pœnitentiæ ſeptem.

M Adhuc autẽ hîc per ſeptem panes, intelliguntur ſeptẽ pœnitentiæ partes. Primus panis, eſt malę vitę ſolicita emendatio. Secundus, vera & humilis defectuum accuſatio. Tertius cõtra exceſſum cõmiſſum iugis indignatio. Quartus, non relabendi anxia trepidatio. Quintus, amplius proficiẽdi affectio. Sextus, ſanctorũ virorum imitatio. Septimus, ſuorũ malorum & aliorũ punitio. Iſtę ſunt ſeptẽ ſpicæ, pullulantes in culmo vno. Iſti ſunt ſeptẽ gradus in ſcala, per quã in cœlum aſcenditur: ſeptẽ peccatorum mortaliũ culpa diluitur: ſeptiformis ſpiritus ſancti gratia infunditur, & virtutũ ſeptenarius acquiritur.

Piſciculorum ſignifica[tio].

Sed cũ iſtis panibus erant piſciculi pauci, ſaltẽ duo: qui ſignificant timorem & amorẽ, qui cum iſtis panibus debẽt edi. Primus piſcis, eſt timor pœnarũ inferni, & iſte capit in aquis inferni. Secũdus piſcis eſt amor & deſiderium ęternorum, & iſte capitur in fluuio paradiſi & dicũtur piſciculi, non piſces: quia timor eſt paruulus, eo ꝙ hominẽ paruulum & humilẽ reddat: & amor ratione ſtatus, quia paruus eſt reſpectu amoris futuri ſeculi.

Panes myſtici[...]

Inſuper ſciendũ, ꝙ ſunt ſeptem panes myſtici cuiuſlibet ſtatus: ſcilicet, incipientiũ, proficientiũ & perfectorũ: de quibus dominus paſcit fideles ſcd̃m diuerſitatẽ ſtatuum eorundem.

Incipientiũ p[anes].

Primos ſeptẽ panes beatus Bernar. proponit claustralibus,



claustralibus, qui gerunt formam incipientiũ, quãtum ad initium ſuæ cõuerſionis.

Matth. 4.

A Primus eſt panis verbi, in quo vita hominis eſt: quia nõ in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod egredietur ex ore dñi. Et vt taceamus de verbo vocali, quo deus aliquando locutus fuiſſe legitur Moyſi, Abrahę, & alijs: ſiue per angelos, ſiue per ſe, ſiue alio modo: ad præſens dicere poſſumus ꝙ verbum egreditur ex ore dei dupliciter.

Verbũ ex ore dei.

Vno modo immediatè, quando videlicet deus loquitur per inſtinctũ ad cor hominis, inſpirando ei quid facere debeat. Hoc modo deus loquitur peccatoribus & hominibus mũdanis, inſtigando eos ad pœnitentiã. Alio modo loquitur deus per aliquẽ hominẽ, ſcilicet prælatum vel prędicatorem, vel doctorẽ, vel aliquem amicũ: per quẽ quaſi per referendarium deus verba ſua tranſmittit ad aures hominis. Eſt & tertius modꝰ quo deus loquitur hominibus, pręcipuè claustralibus, ſcilicet per ſcripturam, quæ ad omnia recipiẽda ſunt ſicut verba dei, cuius inſpiratione ſunt ſcripta, ad paſcẽdum videlicet legẽtes pane vitæ ſpiritualis.

B Secundus panis, ſecundum eundem Bernardum, eſt obedientia, qui bene comitatur primũ. Quid enim prodeſt verba dei audire, niſi quis eis velit & ſecũdum ea vitã ſuam dirigere? Tertius panis eſt meditatio, & hic bene comitatur duos præcedentes. Nã poſtquam verba dei cõmendata ſunt cordi, & eis homo ſtatuit obedire: neceſſe eſt hominẽ continuè meditari qualiter vitam ſuã ſecũdum dei beneplacitum diſponat. Quartus panis eſt orantium lachrymæ, qui panis bene adiungitur præcedenti. Cùm enim meditatur peccatorum ſuorũ ſarcinam, præſentis incolatus miſeriam, & vitæ æternę gloriã, ſuã imbecillitatem, & dei erga ſe bonitatẽ: in tali meditatione exardeſcit ignis deuotionis, & reſoluitur cor in lachrymas cõpunctionis: & tũc recurrit ad pręſidium orationis. Quintus panis eſt labor pœnitẽtiæ, & hic panis vtiq; neceſſarius eſt incipientibus: etiam poſt alios præmiſſos: quia ſecũdum Auguſt. Non ſufficit mores in melius cõmutare, & à malis factis recedere: niſi & de his quę facta ſunt ſatisfacias deo per pœnitentiam, laborẽ, & dolorẽ.

C Sextus panis eſt iucunda vnanimitas ſocialis: & hic bene dicitur panis, quia paſcit & confortat in vita ſpirituali viuentes in congregatione: quantum ad clauſtrales: etiam viuentes in communione eccleſię, & quãtum ad alios incipiẽtes. Septimus panis eſt euchariſtia: & de hoc pane ſatis dicitur alibi in diuerſis locis.

Proficientiũ panes ſeptem.

Prolatis ſeptẽ panibus incipientium, cõſequenter deguſtandi ſunt alij ſeptẽ proficientiũ. Vbi ſciendum, ꝙ ſicut dicit apoſtolus: Non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis dei: oportet enim currere volentem in via profectus ſpiritualis, totaliter inniti diuinæ miſericordiæ: & de bonis iã pręſtitis miſericordias domini cũ gratiarum actione iugiter ante mẽtis oculos habere, & ſic ſemper ad meliora poterit ꝓficere. Propter quod beatus Bernardus omnes miſerationes domini erga ſe recogitans, reducit eas ad ſeptẽ panes, quibus eũ dominus miſericorditer reficere dignatus fuit. Et nos de eiſdem panibus veſci debemus, ſi in vita ſpirituali ꝓficere velimus, vt dicamus cum Pſalmiſta:

Roma. 9.

Pſal. 113.

Veniant mihi miſerationes tuę, & viuam.

D Primus panis, vel prima miſericordia, ſecundum Bernardũ, eſt præſeruatio à multis peccatis, in quæ incidiſſet ſi eum dei miſericordia non cuſtodiſſet: huius panis ſecũdum eundem Bernardum, tria ſunt fragmẽta. Tribus inquit modis à peccatis me memini cõſeruatũ: occaſionis ſubtractione, reſiſtendi data virtute, & affectionis ſanitate. Secũdus panis eſt, pia dei diſsimulatio circa peccantẽ: quia tardabat vltionem, & indulgẽtiam cogitabat: habet & hic panis tria fragmẽta: videlicet longanimitatem, quam exhibuit: electionem prędeſtinationis, quã impleri voluit: & charitatem nimiam, qua nos dilexit. Tertius panis eſt miſeratio, qua cõuertit ad pœnitentiã. Hic etiã panis habet tria fragmenta: quia cor cõcutit, excitans illud vt aduertat ſuorũ vulnera peccatorum, & vulnerum dolorẽ ſentiat: terret, deducẽs ad portas inferi, & præparata iniquis ſupplicia monſtrãs: & ſpem dat intelligentię. Quartus panis eſt indulgentia peccatorũ, ꝙ videlicet deus pœnitentem eũ miſericorditer ſuſcepit. Et hic panis habet tria fragmenta.

E Quia, vt dicit Bernardus. Sic ex toto deus indulſit, & tam liberaliter omnẽ donauit iniuriã: vt iam nec dãnet vlciſcendo, quod eſt primum: nec cõfundat improperdo, quod eſt ſecũdum: nec minus imputãdo, quod eſt tertium. Quintus panis eſt continentia à peccãdo, ſeu virtus cõtinendi & emẽdatius viuendi, ne recidiuũ pateretur. Et hic panis etiam habet tria fragmẽta. Nã hæc cõtinentia habet tres oppugnatores, ſcilicet carnẽ, mundũ, & malignum ſpiritũ, quibus reſiſtere noſtra virtute non valemus: ſed pane iſto diuinæ miſericordiæ cõfortati, habemus in domino hãc virtutem. Sextus panis eſt gratia promerẽdi: qua videlicet minus bonę conuerſationi indulget. Quam gratiã dicit Bernardus in tribus maximè cõſtare, tãquam fragmẽtis: videlicet in odio præteritorũ malorum, in cõtemptu bonorum præſentium, & deſiderio futurorum. Septimus panis eſt ſpes obtinẽdi: qua deus donat homini indigno & peccatori de ſua toties experto bonitate vſq; ad cœleſtia ſperãda pręſumere.

F

Sperandi ratio.

Cuius etiam tria, ſecũdum Bernardũ, ſunt fragmẽta. Tria, inquit, conſidero, in quibus tota ſpes mea conſiſtit: charitatẽ adoptionis, veritatem promiſſionis, poteſtatem redditionis. Refecti duobus ſeptenarijs panum, à beato Bernardo nobis appoſitis, videlicet incipientium, & proficientium: feſtinemus, nunc vtcunque guſtare ſeptem alios à ſpiritu ſancto nobis proponendos, quibus reficiuntur animæ perfectorum:

Perfectorum panes ſeptẽ.

qui panes ſunt ſeptem dona ſpiritus ſancti: fœlix anima quæ his ſaturari meruerit. Et bene hæc dona nomine panum deſcribũtur, quia delectabiliter reficiunt animã in præſenti, & ſatiant in futuro.

Dona ſpiritus ſancti.

Primus panis eſt timor domini: timor inquam filialis: nam timor ſeruilis incipientium eſt. Et hic eſt timor caſtus quo quis ex timore timet à deo ſeparari: & ideo declinat à malo, qđ contrariatur deo. Sed quia oportet etiam benefacere: ſequitur ſecundus panis, qui eſt donum pietatis, quo monet nos ſpiritus ſanctus vt operemur bonum ad laudẽ dei, & ad vtilitatem omniũ proximorum: & hęc eſt pietas quę ad omnia vtilis eſt:

& procedit ex pio corde,quo deus tantum inueni-
G tur:corporalis autem exercitatio, ſcilicet ſine pie-
tate ad modicũ vtilis eſt. Tertius panis eſt donum
ſcientiæ:hoc donum comitatur duo prædicta,quia
vt dicit Chryſoſtomus,nemo pōt cauere malũ,niſi
cognitum:neq; bonum facere quod ignorat:& hoc
datur per donum ſcientię,quo datur homini rectũ
habere iudicium de iſtis inferioribus,ad cognoſcē-
dum quid noxium, & quid expediens ſit ad ſalutē.
Quartus panis eſt donũ fortitudinis. Et bene for-
titudo ſequitur ſcientiam. Nã cognito per donum
ſcientiæ quæ mala cauenda ſunt,& quę bona pro-
ſequenda, opus eſt ſpiritu fortitudinis quo poſsit
proſequi,quæ cognouit tã in vincendo mala,quàm
in aggrediendo bona. Hoc dono dotati fuerũt ſan-
cti martyres: quos nulla tormēta poterant ſupera-
re. Quintus panis eſt donũ conſilij,per quod homo
dirigitur,quaſi cõſilio à deo accepto, in his ad quæ
humana ratio nõ ſufficit.Et bene conſilium ſequi-
tur fortitudinem:quia ſecundam Greg. Valde for-
titudo deſtruitur,niſi per conſilium fulciatur:quia
H quò plus ſe poſſe conſpicit, eo virtus ſine modera-
mine in præceps ruit:& mens quæ intus ſedē cõſi-
lij perdidit, foras ſe per deſideria innumerabiliter
ſpargit. Sextus panis eſt donũ intellectus: & illud
donum ſequitur donum conſilij, & duo bona facit
in anima. Primum,quia illuſtrat intellectũ ad ſanè
capiendum conſilium ſpiritus ſancti ſpeculatiuè.
Secundum, quia depurat affectum ad agendũ pra-
cticè conſultum. Septimus panis eſt donum ſapiē-
tię,quod ſequitur donum intellectus,& omnia do-
na alia,quæ ſine ſapientia nihil ſunt. Sapientia eſt
cognitio ſuauitatis diuinæ per experientiã habita.
Sapientia, quaſi ſapida ſciētia dicitur. Vnde dicitur ſapientia,quaſi ſapida ſcientia. Nam
per donum ſapientiæ iuuatur homo, non ſolum ad
cognitionem diuinorum, ſed etiam ad guſtatio-
nem eorundem.

## ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte miſerere ſuper turbam
pœnitentium,& incipientium iuſtorum,&
proficientium perfectorum,& contēplantiũ
I per triduum cõtritionis,confeſsionis,& ſatisfactio
nis:per victoriam mundi,carnis,& diaboli: per vi-
ſionem corporalem, imaginariã, & ſpiritualē ex-
pectantium veniam,gratiam,& gloriã. Refice pri-
mos per diſcretam ſolicitudinē,cautelã,indignatio
nem,timorem,deſiderium, æmulationē & vindi-
ctam. Refice ſecundos per ſpiritũ timoris, pietatis,
ſcientiæ,fortitudinis,cõſilij,intellectus,& ſapiētię.
Refice tertios per tres animæ,& quatuor corporis
dotes:in præſenti quidem ſpe quæ ſuperexcreſcat
in ſeptem ſportas in futura beatitudine. Amen.

## De fermento cauendo,& cæco Bethſaidæ illuminato. Caput XCII.

Matth.15. & 16.& Marci 8.
ET poſt miraculum de paſsione oſten-
ſum [dimiſſa turba] ſtatim [aſcēdit]
Ieſus cum diſcipulis [in nauiculam]
fugiens turbæ applauſum & reuerē-
tiam,& vt à turba remotus doctrinæ
vacaret diſcipulorum: dans in hoc nobis ſimile fa-
ciendi doctrinam & exēplum. [Et venit in fines,]
ſeu partes [Magedam,] ſeu [Dalmanutha,] quod K
ſecundum Auguſtinum, idem eſt ſecundum rē,&
eadem terra dupliciter vocata:Sed ſecundum alios
ſunt duæ regiones diſtinctæ:ſed in extremitatibus
coniunctæ:& ideo exiſtens in confinio vtriuſq; di-
citur eſſe in fine iſtius,vel illius: & in tali loco erat
Ieſus. [Et acceſſerunt ad eum] non tanquã deuoti
& ſimplices,vt addiſcerent: ſed tanquam inuidi &
inſidiantes,vt ipſum tentarent [Phariſæi & Sadu-
cęi tentantes,] ſcilicet ſi poſſent eum capere in ali-
quo, [& rogauerunt eũ vt oſtenderet eis ſignũ de
cœlo] declarando, ſcilicet tempus aduentus ſui ex
aliquo cœleſti ſigno. Ac ſi dicãt:Si de cœlo veniſti,
proba in hoc ꝙ ſigna de cœlo oſtēdas. Vbi aduer-
tendum,ꝙ aliqui ſcribæ & Phariſęi,omiſſo ſtudio
legis & prophetarum,ſtudebãt in aſtrologia: vnde
& vſq; hodie aliqui eorũ in hoc ſunt valde curioſi:
& quia aſtrologi aliquando per conſiderationem
aſtrorũ volunt iudicare de inchoatione legũ & ſe-
ctarum diuerſarum:ideo iſti per aſtra volebãt prę-
noſticare de aduentu Chriſti,quod erat impoſsibi-
le:quia ad talia non ſe extendit virtus cœli: licèt ſe L
extendat ad prænoſticandum de futura diſpoſitio-
ne aëris vt ſiccitate,& pluuia,& huiuſmodi. Vel ad
cognoſcendum ipſum eſſe Chriſtũ in lege promiſ-
ſum,petebant de cœlo ſignũ maieſtatis ſuæ, vt ful-
gura & pluuias, vel huiuſmodi ſimile: vel quod in
exemplum Moyſi manna cœlitus emiſſo omnem Exod.
populum reficeret multo tēpore,vel ꝙ ſolem ſtare
faceret ſicut Ioſue,vel retrocedere ſicut Eſaias,vel Ioſue
quòd daret ignem de cœlo,ſicut Helias. Dominus 4.Reg.
verò [reſpondens] & eos redarguens, [ait: Facto 4.Reg.
veſpere dicitis,] id eſt,aliquid de futura temporis
diſpoſitione prædicere per conſiderationem cœli
poteſtis, videlicet [ſerenum erit: rubicundum eſt
enim cœlum,] quia talis diſpoſitio in veſpere fre-
quenter eſt ſignum ſerenitatis futuræ: licèt impe-
diatur quãdoq; [& mane,] ſcilicet dicere poteſtis:
[hodie tēpeſtas erit: rutilat enim cœlũ,] quia hoc
vt plurimum eſt tempeſtatis ſignũ. Et eſt ratio ta-
lis: Ex ſignis cœli in quibus non eſtis edocti ſcitis M
iudicare tempora prænoſticando de ſerenitate vel
pluuia:multò magis ex ſcriptura legis & prophe-
tarum in qua eſtis edocti, debetis cogitare me eſſe
Chriſtum ab eis promiſſum. Vnde ſequitur argui-
tio eorum. [Faciem ergo cœli:] id eſt, diſpoſitio-
nem aëris [dijudicare noſtis prænoſticando de fu-
tùris per ſigna, quæ tamen ſunt fallibilia: [ſigna
autem temporum,] ſcilicet aduētus mei à prophe-
tis prædicta à me in effectu exhibita (primus enĩ
& ſecundus aduentus Chriſti ſunt quaſi duo tem-
pora) [non poteſtis ſcire:] facultatem vobis hæ-
reſi & inuidia auferente. Ex dictis enim prophe-
tarum & viſis miraculis quæ nemo alius feciſſet,
ſaluatoris aduentum cognoſcere debuerunt: &
iudicare quòd ipſe eſſet Chriſtus in lege promiſ-
ſus. Moraliter hîc reprehendit dominus iſtos, Moraliter
qui per ſigna apparentia in cœlo quæ ſunt fal- Scriptur
libilia, de futuris iudicabant: & ex his quæ ha- potius
bebant in ſcripturis de Chriſto, quæ quidem ſcri- aſtrolog
pturæ ſunt infallibiles, iudicare neſciebant: & credat.
ſignificant illos qui de factis aliorum ſe intro-
mittere





mittere volunt,& de proprijs conſcientijs in qui-
A bus poſſent legere nõ iudicant. Vnde Hier. Vix in
uenies qui irreprehenſibilē vitã ſuam exhibere ve
lit,vt libenter nõ reprehendat alienã:tamq; huius
mali libido mentē hominum inuaſit,vt etiam qui
procul ab alijs vitijs receſſerunt: in illud tamē qua
ſi extraneũ laqueum diaboli incidãt. Iſtud etiã dici
tur contra illos qui ſoliciti ſunt futuram aëris,vel
aliarum rerũ qualitatem conſiderare,& de tēpore
ſuæ mortis vel futuri iudicij nolunt cogitare. Sed
vt dicit Augu. Laudabilior eſt animus,cui nota eſt
infirmitas propria,quã qui cœlorũ cõſtellationes,
& terrarũ fundamēta ſcrutatur. Moraliter, veſper
Veſper Moraliter eſt hominis ſenectus:mane,iuuentus:rubor,eſt fer
uor charitatis:ſerenitas,trãquillitas mentis. Quan
do ergo in mane iuuentutis rubet cœlum,ſignũ eſt
futuræ tribulationis. Vnde in Eccleſiaſtico: Fili ac
Eccleſiaſtic.2. cedens ad ſeruitutem dei,ſtã in iuſtitia,& timore:
& præpara animã tuã ad tentationem. Quandove
rò in ſero & in fine rubet charitas:ſignum eſt ſe-
B renitatis futurę,quæ ſequitur tempeſtatē. Vnde in
Tob.3. Tobia:Poſt tempeſtatem tranquillum facis: & in
Proue.14. Salomone, Extrema gaudij luctus occupat:& ecõ-
Ioan.16. uersò.& in Ioanne:Triſtitia veſtra conuertetur in
gaudium:ſimiliter quãdo eſt ſerenitas proſperita-
tis in vita præſenti:ſignum eſt pœnæ & tēpeſtatis
in vita futura:& ecõuersò quando eſt ſerenitas in
veſpere & tardè,ſcilicet in vitæ fine,ſignũ eſt ſere
nitatis,& conſolationis vitę futuræ. [Et] dominus
[ingemiſcens ſpiritu,] quia ſicut de hominũ ſalute
lætatur,ita ſuper eorum dolet erroribus,[ait: Ge-
neratio mala] quoad morum peruerſitatem,& a-
dultera:] quoad fidei violationē,recedens à deo ve
ro ſponſo animarum,per infidelitatem [ſignũ quæ
rit,] quoad maieſtatis iudicationem: [& ſignũ non
dabitur ei,niſi Ionæ prophetæ,] id eſt ſignũ infir
Pſal.85. mitatis. De quo Pſalmiſta dicit: Fac mecũ ſignum
in bonum,& cætera. Hoc enim eſt ſignum poſsio
nis,per quod omnis homo eſt adiutus,& conſola-
tus. Simile habes ſuprà. vbi plura de hac videas ma
teria. Et tanquã obſtinatos relinquens Phariſæos
& Saducæos, quoad corporis præſentiam & gra-
C tiæ effectum: [& aſcēdens iterum nauem] cum di
ſcipulis ſuis: [abijt] ab illis [trans fretum,] id eſt vl-
tra ſtagnum Genezareth,relicto ſtrepitu munda-
no. [Et cùm veniſſent diſcipuli trans fretum obli-
ti ſunt panes accipere,] id eſt fragmenta panum ſe
ptem ſportarum [& nõ habebãt,niſi panem vnũ.]
Cauſa autem huius obliuionis potuit eſſe multi-
plex: vna,prohibitio ſolicitudinis de craſtino. Alia
occurſus pauperum, quibus reliquias dimiſerunt:
tertia,ſpes de domino,quia iam viſis miraculis cer
ti erãt ꝙ nihil eis deficeret: quarta,interna dulce-
do vnius & veri panis habentis in ſe omne delecta
mentũ,quē ſecum habebant: illo enim capti,de ex
teriori pane nõ cogitabãt. Vnde Beda: Vnus panis
quem ſecum habebãt in naui, Myſticè ipſum panē
vitæ dominũ,videlicet ſaluatorem deſignat:cuius
amore,quia ſemper intus reficiebãtur in corde,mi
nus de terreno pane,quo corpus paſci ſolet cura-
bant. Hæc Beda. In quo oſtenditur in eis feruor &
deſideriũ ſupernæ doctrinæ,& cõtēptus delitiarũ
mũdi huius:cũ etiam circa vitæ neceſſaria parum
fuerunt ſtudioſi,& eorũ deuotio ad præſentiã Chri D
ſti,quia ſic inſeparabiliter adhærebant ei,quòd ne
ceſſaria vitæ fuerant obliti:& quàm modicã car-
nis curam habebant,in reliquis neceſſarijs,qui nec
viaticũ ſumpſerunt intentione dominici comita-
tus. Vnde Remigius: Tãto enĩ amore migiſtri de-
tinebãtur,vt nec etiã ad punctũ vellēt ab eo recede
re. Animaduertendũ eſt ergo,quantũ alieni eſſent
ab appetitu delitiarum,cũ tam paruã haberent de
neceſſarijs curã,vt etiam obliti ſint panes accipere
ſine quibus humana fragilitas ſubſiſtere nõ poteſt.
Hæc Remigius. Horũ ergo diſcipulorum exēplo,
& tu magis cura de cibo mentis,quàm ventris:&
magis de virtute animi,quã viatico corporis. Nam
ſecundum Chryſoſto. Hoc loco virtutis poſſeſsio
oēm triſtitiam & ſolicitudinē expellit, ac lætitiã
& ſpem magnã immittit:deoq; & hominibus ac-
ceptabiles facit. [Et dixit eis,] Ieſus,[ intuemini]
per diligentē conſiderationem mentis [& cauete,]
per fidei puritatē: [à fermento,] id eſt à corruptio- E
ne & doctrina corrũpente [ Phariſæorum & Sa-
ducæorum:] fermentum enim quandoq; propter
corruptionem ſignificat doctrinam malã,vt hîc:
quandoque propter calorem incluſum ſignificat
feruorē fidei,vt ſuprà: [& à fermento] & corruptio
ne [Herodis,] ſcilicet prauis moribus. Et ſic habe-
tur triplex fermentũ. Primũ, Saducæorũ, qui di- Fermentũ triplex.
cunt non eſſe reſurrectionem:neque angelũ:neque
Chriſtũ:prophetas ſpernunt:ſpe præſentiũ deo ſer
uiunt. Secundum, Phariſæorum,qui decreta legis
diuinæ traditionibus hominum poſtponũt:legem
prædicant verbis,& impugnant factis:in quorum
doctrina duo erant,ſcilicet peruerſitas doctrinę,&
ſimulatio vitæ. Tertium eſt Herodianorum,quod
eſt adulterium,homicidium,temeritas iurandi,ſi-
mulatio religionis. Primum eſt erroris. Secũdum,
ſimulationis. Tertium,praui moris. Primũ corrũ-
pit rationem. Secundũ,intentionem. Tertium,ope
rationem. De his tribus dicit apoſtolus: Non in fer 1.Corin.5.
F mento veteri,quantum ad primum:neque in fer-
mento nequitiæ,quantum ad ſecundum:& mali-
tiæ,quantũ ad tertiũ. Vel ſecundum quoſdam fer-
mentum Herodis vocat etiam doctrinam corru-
ptiuam Herodianorum,dicentium Herodē Chri- Herodiani.
ſtum. Iſti Herodiani,ſecundũ eos fuerunt quidem
Iudæi:fingentes quandã ſectã nouam, dicentes de
Herode Aſcalonita,quòd erat Meſsias:moti falſo
intellectu illius,quod dicitur in Geneſi: Non aufe- Gene.49.
retur ſceptrũ de Iuda & cætera. Vbi dicitur quòd
ablatio regni,à tribu Iudæ erat ſignum aduentus
Meſsiæ. Iſte autem Herodes obtinuit regnum il-
lud,cùm tamē alienigena,quia pater eius fuit Idu
męus,& quia Meſsiã promiſſum intelligebant illi
regnare tēporaliter:nec videbant alium tunc regna
re in Iudæa,niſi Herodem:ideo dixerunt eum eſſe
Meſsiam,cùm tamen prophetia Iacob prædicta
eſſet,ſecundum veritatem de Chriſto,tempore He
rodis nato,intelligenda. Ab his ergo omnibus mo
net diſcipulos cauere, ne in his conſentiant, vel
hæc in eis approbando, vel in his eos imitando,
Non enim viuendum eſt in fermento veteri,quan

tum ad peruerſam doctrinã:neq; in fermẽto mali
G tiæ,quantũ ad morũ prauitatẽ:& nequitiæ,quãtũ
ad ſimulatã iuſtitiam·ſed in azymis ſynceritatis,
quoad vitã & intentionẽ:& veritatis,quoad doctri
nam.[At illi,]id eſt,diſcipuli dictũ domini intel-
ligentes de pane fermẽtato, & materiali,[cogita-
bant intra ſe dicẽtes,] quodam occulto murmure:
quia hoc ideo dicit,[quia panes nõ accepimus:]nõ
vult quòd de pane Phariſęorũ fermentato accipia
mus.Putabãt enim ſe eſſe tacitè notatos de panum
obliuione:& quòd ad literam de pane fermentato
loqueretur,ne ab eis acciperent,eo quòd panes ſe-
cum nõ accepiſſent. Errabant apoſtoli in duobus:
quia & de panũ defectu dubitabant,eo quòd panes
non attulerant:& quia verbũ domini de fermento
ad literam capiebãt.Primò ergo arguũtur de pri-
mo:ſcilicet quòd timebant panis defectũ materia-
lis.[Sciens autẽ Ieſus,] cogitationes eorũ, tãquam
deus,arguit eos de fidei modicitate, quia eo præ-
ſente & cũ eo timebant poſſe egere,dicens:[Quid
cogitatis modicæ fidei,quia panes nõ habetis:] &
H me dixiſſe de panibus terrenis,de quibus dubitare
non deberetis. Panem vitæ, quæ eſt cauſa omniũ
panum,ſecũ habebant:& ideo de panũ defectu du-
bitare non debebãt.Hoc aũt,ſecũdum Chryſo.dñs
facit,vt ſolicitudinẽ eſcarũ ab eis abijciat:quaſi di-
ceret:Ex factis meis præcedẽtibus & doctrina de-
betis ſic eſſe illuminati,ꝙ verbum meũ intellige-
retis nõ de pane materiali,quia de hoc poſſum vo-
bis ſufficiẽter prouidere.Quod probat duplici exẽ
plo,in quo magnã multitudinẽ ſatiauit paruo cibo.
Vnde ſubdit:[Nõdum intelligitis,].ſ.myſterium.
Nam ſi per panes intelligitur doctrina ſana:neceſ-
ſariò per fermentũ intelligitur corrupta.[neq; re-
cordamini,]ſcilicet virtutis in multiplicatione pa
num.Vnde ſequitur,[quinque panũ,]ſcilicet diſtri
butorũ[in quinque millia hominũ:& quot cophi-
nos ſumpſiſtis]de reſiduo:[neque ſeptem panum]
ſcilicet diſtributorum[in quatuor millia hominũ,
& quot ſportas ſumpſiſtis fragmẽtorum.Reducit
eos ad memoriã miraculorum de quinque& ſeptẽ
I panibus,vt cõfidant ꝙ ipſe paſcet eos qui pauit tur
bas.Quaſi diceret:Non eſt vobis timendum , cùm
de tam paucis panibus,tantas feci abundare reli-
quias.Vnde Chryſo.Per hoc in memoriam eis re
ducit ea quæ præterierũt,& ad futura attentiores
facit.Deinde arguuntur de ſecundo,ſcilicet quòd
habebant defectum intellectus ſpiritualis:cùm di-
citur,[Quare non intelligitis,]ſcilicet[quia nõ de
pane dixi vobis.]Quaſi diceret,non eſt vobis dubi
tandũ de pane materiali,quia ita poſſum eũ multi-
plicare ſicut vidiſtis:nec de illo ego ſolicitor,nec lo
quor vobis:ideo potius de alio pane& fermẽto in-
telligere debuiſtis:ſcilicet doctrinæ peruerſæ,quę
more fermenti ſe veri panis ſubſtantiam ſimulat
habere.Sed reuera totam ſubſtantiam eius cui ad-
miſcetur corrumpit ,& ad ſaporem ſuum trahit.
Hoc eſt de quo Apoſtolus,dicit:Modicum fermen
tum totam maſſam corrumpit.Ab iſto ergo ſicut
à nociuo cibo ſummè eſt cauendum.Vnde Ambro
ſius:Cibus corporalis nociuus cum magna ſolici-
tudine cauetur:quantò magis ſpiritualis?[Tũc in-
tellexerũt,quia nõ dixerit cauẽdum à fermẽto pa-
num,]ſcilicet materialiũ:ſed à doctrina Phariſæo K
rum & Saducæorũ,]quæ ratione prædicta voca-
tur fermentũ.[Et venerũt Bethſaidam,vbi cæcũ
ei adducunt:rogantes vt illum tangeret,]& firmi-
ter credentes ꝙ ad tactum eius ſanus fieret·[Et ap
prehenſa manu eius eduxit eum extra vicum,] id
eſt extra vicinitatẽ & tumultum malorum.[Et ex
puens in oculos eius,impoſitis manibus ſuper ocu-
los interrogauit eum,ſi quid videret.Et aſpiciens,]
id eſt aſpicere incipiens,[ait,video homines velut
arbores ambulantes.Non enim diſtinguere pote-
rat liniamenta humanorum corporum,videbat ob
ſcurè corpora eorum moueri de loco ad locum:&
poſtea perfectè illuminauit eum.Nam[iterũ ma-
nus ſuper oculos eius impoſuit,& clarè omnia vi-
dit.]Per hoc arguitur ignorantia diſcipulorum,fa
cto ꝙ ipſis præſentibus illuminauit cæcũ:primò
imperfectè,& poſtea perfectè.Certum eſt enim ꝙ
Chriſtus poterat eum ſtatim perfectè illuminare:
ſed per talem modum voluit facere,vt deſignaret
diſcipulos adhuc in parte obſcuratos caligine igno
rantiæ,& ad clarè intelligendum indigere maiori
illuminatione.Vnde & poſt reſurrectionem ſuam L
aperuit illis ſenſum , vt intelligerent ſcripturas.
Alij dicunt illuminationem huius cæci ſucceſ-
ſiuè factam, propter prauitatem fidei huius cæci
& offerentium ipſum Chriſto: & poteſt eſſe ꝙ
iſta cauſa & prædicta concurrerunt ad iſtum effe-
ctum in ipſo.Per hoc etiam ſignatur ꝙ dominus
aliquãdo dat ſuam gratiam augumentando prius
datam.[Et mittens illum in domum ſuam iuſsit,
vt nemini diceret,]ad vanitatis iactantiam,vt mũ
di gloriam nos doceret fugere·ſed tamen dicere po
terat,& debuit,ad prædicationem laudis diuinæ:
hoc nondum intelligunt,qui omnia opera ſua,vt
ab hominibus videantur,faciunt.De quibus domi
nus ait:Receperunt mercedem ſuam.Ne ergo hîc
recipias mercedem,& recipiendo perdas æternã:
vitioſitatem tuam potius enarra,quàm virtutẽ exẽ
plo apoſtoli dicentis:qui fui blaſphemus,& perſe-
cutus ſum eccleſiã dei.Vnde Auguſtinus:Vis vir-
tutes tuas augeri,prodere noli,fuge videri quod eſ M
ſe meruiſti.Quod manifeſtando potes amittere,
tacendo cuſtodi.Vbi Beda : Cuncti qui à domino
curantur languores,ſpiritualium ſunt ſigna lãguo
rum,quibus anima per peccatũ æternæ morti pro
pinquat.Sicut enim in ſurdo & muto à domino ſa
nato:ſanatio mentis inſinuatur eorum,qui neque
audire verbum dei,neque loqui nouerant:& mox
in refectione turbæ eſurientis,quæ dominum ſecu
ta fuerat ſuauitas figuratur illa qua diligẽtiũ ſe &
quærentium ſolet corda nutrire:ita& in hoc cęco
paulatim curato à domino,illuminatio deſignatur
cordium ſtultorum,ac longè à via veritatis aber-
rantium.Rogabant autem eum vt illum tangeret:
ſcientes quia tactus domini,ſicut leproſum mun-
dare,ita etiam cæcum illuminare valeret.Tangi-
mus autem dominum nos , cùm ei fide integra &
ſyncera adhęremus:tangit nos,cũ mentẽ noſtram
afflatu ſui ſpiritus illuſtrat,atque ad cognitionem
nos propriæ infirmitatis ſtudiúmque bonæ actio-
nis accen

Apoſtolorum error duplex.

1.Cor.5.

Cæci illu- minatio

Cur pri- imperfe- ctè illu- natus ſit cæcus.

Marth.

1.Tim.

Tãgimus dominum



nis accendit.Apprehendit manũ cæci,vt eũ ad ex
A cuſationem bonæ operationis cõfortet.Eduxit ex
tra vicum,vt à vita vulgari ſegregatus voluntatem
ſui conditoris,qua illuminari meretur,liberius ſe-
dulo corde ſcrutaretur.Quiſquis enim lumẽ ęter-
nitatis videre deſiderat:non exẽpla turbarum,ſed
ducatum neceſſe eſt ſemper ſui redemptoris ſequa
tur.Ideo autem cæcum hunc paulatim,& non re-
pentè curat:quem mox vno verbo,ſi vellet,pote-
rat curare,vt magnitudinẽ humanæ cæcitatis oſtẽ
deret:quæ quaſi pedetentim,& per quoſdam pro-
fectuum gradus ad lucem diuinæ viſionis ſolet per
uenire.Sputum quippe ab intus de capite domini
procedit:manus verò ſunt membra corporis,exte-
rius poſita.Expuens ergo in oculos cæci dominus,
imponit manus ſuas vt videat:quia cæcitatem ge-
neris humani,& per inuiſibilia diuinæ pietatis do
na,& per exhibita foris ſacramenta aſſumptæ hu-
manitatis abſterſit.Quòd autem eum in domum
B ire præcepit,myſticè admonet omnes qui cogni-
tione veritatis illuſtrantur,vt ad cor ſuum redeãt:
& quantum ſibi donatum ſit,ſolicita mente perpẽ
dant:donatis collatiſq; ſibi beneficijs digna operũ
executione reſpondeant.Quia verô eum(ſicut &
multos alios quos ſanauit)ſanationem ſuam ſilen-
tio tegere iubet:exemplum ſuis tribuit ne de his
quæ faciunt mirandis,fauorem vulgi requirãt:ſed
diuinis tantum aſpectibus,vbi & merces reſtat,ſint
placere contenti. Hæc Beda.

Myſticè.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte,fac mecum ſignum in-
firmitatis & paſsionis tuæ in bonum:vt inde
per te me adiutum gaudeam & conſolatum.
O panis vitæ,da mihi ſemper tuo amore refici:vt
minus ſoliciter de pane vel quocunque ſolatio tẽ-
porali.Da mihi,vt à fermento peruerſæ doctrinę,
ac ſimulatæ iuſtitiæ,& actionis prauæ caueam:&
in his nec actiuè nec paſsiuè te offendam.O ſplen
dor paternæ gloriæ illumina cor meum , lumine
tuæ gratiæ diuinæ:meq; de omnibus erroribus &
C laqueis erue,ac dirige in viã veritatis & iuſtitiæ,
ac ſalutis æternæ.Amen.

Finit Prima pars,vitæ Ieſu Chriſti.

Sequuntur Tituli capitulorum
Secundæ partis.

DE confeſsione veræ fidei,quam Pe-
trus fecit pro omnibus. Caput j.
De exhortatione ad ſequẽdum Chri
ſtũ,& ſuę paſsionis exẽplũ.cap.ij.
De transfiguratiõe domini. cap.iij.
De ſanatione Lunatici. caput iiij.
De tributo pro domino,& Petro ſoluto:& de quæ-
ſtiõe diſcipulorũ,ſuper maioritate eorũdẽ.ca.v.
De puſillis & paruulis non ſcãdalizandis exterius,
& non contemnendis interius. caput vjj.
De tribus parabolis:videlicet ouis,dragmæ,& filij
prodigi. cap.vij.
De modo fraternæ correctionis,& de dimittendo
fratri ſeptuagieſſepties. cap.viij.
De rege,qui voluit rationem ponere cum ſeruis
ſuis. cap.ix. D
De cauſa dimittendi vxorem,& de paruulis domi
no oblatis. cap.x.
De perfectione paupertatis. cap.xj.
De duodecim conſilijs euangelicis. cap.xij.
De difficultate & impoſsibilitatę intrandi diuitẽ
in regnum cœlorum:& de præmio relinquen-
tium omnia,& ſequentiũ Chriſtũ. cap.xiij.
De denario diurno. cap.xiiij.
De villico iniquitatis. cap.xv.
De diuite epulone & Lazaro mendico. cap.xvj.
De reſuſcitatione Lazari. cap.xvij.
De conſpiratione Pontificũ & Phariſæorũ , cõtra
Ieſum. cap.xviij.
De decem læproſis à domino curatis. cap.xix.
De Samaritanis dño hoſpitiũ negãtibus. cap.xx.
De petitione filiorũ Zebedæi. cap.xxj.
De cæco illuminato añ ingreſſũ Hierico.ca.xxij. E
De Zachæo,& eius conuiuio. cap.xxiij.
De duobus cæcis,poſt egreſſum à Hierico illumi-
natis. cap.xxiiij.
De effuſione vnguẽti,ſuper caput Ieſu. cap.xxv.
De ſeſsione domini ſuper pullũ & aſinã.cap.xxvj.
De glorioſa domini ſuſceptione ipſa die palma-
rum. cap.xxvij.
De fletu domini ſuper Hieruſalem,& ingreſſu ip-
ſius in eam. cap.xxviij.
De ſecunda eiectione ementium & vendentium è
templo. cap.xxix.
De duobus minutis viduæ,ac de Phariſæi & Publi
cani oratione. ca.xxx.
De maledictione ficulneæ,& grano frumenti,&
de principe mundi. cap.xxxj.
De duobus filijs quorum vnus in vineã iuit,& alius
ire neglexit. cap.xxxij.
De locatione vineæ , & ſanguinarijs vinitori-
bus. cap.xxxiij.
De inuitatis ad nuptias,& non habente veſtem nu-
ptialem. cap.xxxiiij.
De quæſtione ſuper tributo ſoluendo,& de mulie
re ſeptem viros habente. cap.xxxv. F
De primo & magno,ac ſecundo & ſimili legis mã
dato. cap.xxxvj.
De ſcribis & Phariſæis in doctrina audiendis,ſed
non in vita imitandis. ca.xxxvij.
Quibus debetur væ æternũ. cap.xxxviij.
De ſignis aduentus domini,& conſummationis ſe
culi. cap.xxxix.
De aduentu,& perſecutione Antichriſti. cap.xl.
De remedijs cõtra ſpirituales nouiſsimi tẽporis tẽ
tationes,& de exercitio mẽtis in deũ. cap.xlj.
De orando & expectando aduentũ domini:& de
poſterioribus ſignis aduentus eius,& cõſumma
tionis ſeculi. cap.xlij.
De aduentu Chriſti iudicis. cap.xliij.
De electorũ cõſolatione ex appropinquãte redẽ-
ptione,& de ſimilitudine ficulneæ. cap.xliiij.
De die domini iuxta exẽplũ Noë,vel Loth ſubitò
vẽturo:ac de vno aſſumpto,& alio relicto. ca.xlv.
De vigilia patrisfamiliâs,cuſtodientis contra furẽ
domũ ſuam. cap.xlvj.

De lumbis

De lũbis pręcinctis,ac lucernis ardẽtibus.ca.xlvij.
G De decem virginibus. cap.xlviij.
De talentis & bonis à domino ſeruis traditis.caput xlix.
De vẽtilatione areæ,in extremo iudicio. cap.l.
De paſcha,& diuerſis huius nominis acceptionibus. cap.lj.
Qua die,& cur Iudas vendidit dominũ. cap.lij.
Meditatio in primis veſperis in cœna dñi.cap.liij.
De ablutione pedum. cap.liiij.
De charitatiua correptione proditoris,& egreſſu eius. cap.lv.
De inſtitutione ſacramenti euchariſtiæ. cap.lvj.
De ſermone domini in cœna. cap.lvij.
De paſsione domini noſtri in generali. cap.lviij.
De primo cõpletorio. cap.lix.
De matutinis. cap.lx.
De prima. cap.lxj.
De tertia. cap.lxij.
De ſexta. cap.lxiij.
De nona. cap.lxiiij.
H De ſecundis veſperis. cap.lxv.
De ſecundo cõpletorio. cap.lxvj.
Epilogus dominicæ paſsionis:& de laude crucis. caput lxvij.
De ſabbato ſancto. cap.lxviij.
De reſurrectione domini noſtri. cap.lxix.
Quomodo dominus Ieſus apparuit matri ſuæ.caput lxx.
Quomodo Maria Magdalena,& aliæ Mariæ,& Petrus atque Ioannes,venerunt ad monumentum. cap.lxxj.
Quomodo dominus apparuit Mariæ Magdalenę. caput lxxij.
Quomodo dominus apparuit tribus Marijs. caput cap.lxxiij.
De mendacio cuſtodum. cap.lxxiiij.
Quomodo dominus apparuit Petro,Ioſeph,Iacobo minori,& patribus in lymbo. ca.lxxv.
Quomodo dominus apparuit duobus diſcipulis eũtibus in Emaus caſtrum. ca.lxxvj.
I Quomodo dominus apparuit apoſtolis, abſente Thoma. cap.lxxvij.
Quomodo dominus apparuit apoſtolis præſente Thoma. cap.lxxviij.
Quomodo dominus apparuit ſeptẽ diſcipulis ſuis, ad mare Tyberiadis. ca.lxxix.
Quomodo dominus apparuit vndecim diſcipulis, & pluſquã quingentis fratribus in Galilæa.caput lxxx.
Epilogus apparitionum domini,poſt reſurrectionem. ca.lxxxj.
De aſcenſione domini. cap.lxxxij.
De ſcripturæ euangelicæ,ac fidei fine,& vtilitate. caput lxxxiij.
De Pentecoſte. ca.lxxxiiij.
De laude diuina. cap.lxxxv.
De aſſumptiõe & laude beatę virginis.cap.lxxxvj.
De finali iudicio. cap.lxxxvij.
De pœna infernali,& gloria cœleſti. ca.lxxxviij.
Concluſio libri,& ſignatio eius. cap.lxxxix.

FINIS.

# DE CONFESSIONE VERAE FIDEI, K

## quam Petrus fecit pro omnibus. Caput I.

PRIMA pars libri huius,quę præcedit,nullã de paſsiõe mẽtionẽ expreſsè facit.Secũda verò pars,quæ hîc ſequitur,freq̃uẽter de paſsione facit mentionẽ:& totã cõtinet paſsionẽ:& eorũ quæ vltrà ſunt ſeriẽ. Poſt præmiſſa ergo [venit Ieſus,] tanquã ſaluator: vbique lumen doctrinæ ſpargens,vbique perditos quærens, vbiq; pœnitẽtes ſaluans:[in partes] & fines ciuitatis,quæ [Cæſaria philippi] vocabatur:ſed nunc Paneas dicitur.Philippus tetrarcha frater Herodis ciuitatẽ illam renouauit & ampliauit,& extunc eã Cæſareã Philippi,in memoriam ſui nominis,& in honorem Tyberij Cæſaris,qui ei quartã partem regni dederat,appellauit.Et eſt ſita in pe- L de mõtis Libani,vbi hincinde in decliui latere mõtis oriũtur duo fontes Ior & dan dicti:qui poſt modicũ ad radicem,& pedem Libani confluentes efficiunt Iordanem,qui poſt longos circuitus ingreditur mare Galileæ,propè Corozaïm ciuitatem.Dicitur etiam Cæſaria Philippi,ad differentiam Cæſariæ Paleſtinæ:vbi Cẽturio Cornelius dicitur habitaſſe.Eſt & alia Cæſaria,metropolis Cappadociæ,quæ eſt in regione Turciæ.In iſta autem ciuitate,ſcilicet Cæſaria Philippi,& in cõfinibus eius, habitabat Gentiũ populus:& ideo ex hoc ꝙ Chriſtus myſterium ſuæ incarnationis hîc reuelare voluit:oſtenditur quòd fundamentum eccleſiæ in fide Gentiũ ſit.Hæc enim ciuitas eſt Phœnicis regionis Gentiũ,& terminus Iudææ ad Septentrionem,ad quã tributum cenſus capitis deferebatur: pro quo ſub Cæſare Auguſto vniuerſus orbis deſcriptus dicitur.Cõgruũ aũt fuit,vt in loco in quo orbis tributum ſoluit:rex regum,& dominus orbis tributum fidei exigeret,quod ſoluitur de capite animæ,id eſt de mente.[Et] cũ eſſet ſolus orans M in via:[interrogauit diſcipulos ſuos,] non quia dubitaret,vel ignoraret,& vt aliquid diſceret:ſed vt eos veritatẽ inſtrueret & doceret,& errorẽ hominum per reſponſionẽ diſcipulorũ eliminaret.Itẽ, vt eis occaſionem merendi daret:& nos fideli eorũ cõfeſsione,in fide ſolidaret.Item,vt fidẽ illorũ perſequẽtẽ approbationẽ & promiſsionẽ in ipſis fortius cõfirmaret,ac differẽtiã Apoſtolorũ & populorũ cõfirmãdo oſtẽderet. Exploraturus aũt fidẽ diſcipulorũ,prius vulgi ſententiã inquirit:quia cõfirmaturus eos in fide,prius opiniones & errores aliorũ à mentibus eorũ remouere voluit,vt de veritate eos melius informaret.Sic doctor euãgelicus debet errores deſtruere:vt melius poſsit veritatem aſtruere. Volens ergo dñs errores exponi,vt eis expulſis diſcipuli veritatẽ proferant,nõ vulgi opinione,ſed ex domini reuelatione,[interrogauit eos dicens: Quem dicunt homines,] & turbæ vulgares, [eſſe filiũ hoĩs?] id eſt, virginis.Hoc ſoli Chriſto, conuenit.

Matt. & Mal.

Cæſaria Philippi.

Iordanis ortus.

Interr. diui. Chri.



A cõuenit.Adam enim fuit filius terræ:alij filij hominum,quia ex vtroque gignuntur parente:ſed ſolus Chriſtus fuit filius vnius hominis, quia nõ niſi vnũ parentẽ habuit in terra , ſic vnũ in cœlo. Vocat ſe etiam non ſolum filiũ dei,ſed hominis,ratione humilitatis:quod eſt contra illos, qui ſemper volũt ſe à digniori nominare:& maiores ſuæ parentelæ tacitis cæteris allegare. ſecundum Hieronymũ,non dicit,quem me dicũt eſſe homines? licèt de ſe intelligeret,ne iactanter de ſe quęrere videretur:ſed dicit,ſecundum Chryſoſtomũ, filium hominis: quia diſpenſationem incarnationis credi vult , & in cõfeſsionem deuenire.Similiter prælati ac doctores, magni homines, deberent inquirere de fama ſua à collateralibus ſuis:quia bona fama doctoris & prę ſidentis,multum facit ad doctrinæ & ędificationis fructum:mala,ad detrimentũ.Vnde Origenes: Interrogauit Chriſtus diſcipulos:vt nos ſemper ſcrutemur qualis opinio ſit apud homines de nobis : vt B ſi quid malè dicitur de nobis,occaſiones illius prę cidamus:ſiquid autem boni,eius occaſiones augeamus.Sed & diſcipuli epiſcoporũ , apoſtolorum inſtruuntur exẽplo: vt qualeſcunq; opiniones audierint foris de epiſcopis ſuis,referant eis.In hoc autẽ ꝙ dominus ab apoſtolis quęſiuit de fide turbarum: dedit intelligere, ꝙ prælati reddituri ſunt rationẽ de fide ſubditorum.Et quia de Chriſto erant varię opiniones in populo:ideo diſcipuli reſpõderunt dicendo,ꝙ alij dicerent eum eſſe Ioannẽ Baptiſtam, qui in vtero matris poſitus ſentiebat domini præſentiam:& propter baptiſmum & vitę eminentiã: cuius opinionis fuit Herodes,& ſui ſequaces.Vnde Theophilus:Multi nãque putabãt ꝙ Ioãnes à mortuis ſurrexiſſet,ſicut & Herodes credebat : & poſt reſurrectionẽ ſuã miracula perpetraſſet. Alij verò dicerent eum eſſe Heliam,propter zelum veritatis quem habuit,& propter potẽtiæ euidentiam, quia ignem de cœlo poſuit: & quia ad cœlũ raptus,creditur inde eſſe venturus. Alij Hieremiã,pro ſanctitate:qui ſanctificatus fuit in vtero matris,& ꝓpter C patientiam in aduerſis, & propter beneficiũ miſę ricordiæ:quia populi peccata planxit,& lamentatus fuit.Alij autẽ vnum de prophetis , ſcilicet Heliſæum,propter excellentiã ſapiẽtiæ : habuit enim duplicem ſpiritũ Helię,vel quia ſurrexit vnus alius de antiquis prophetis prioribus.Et ſic patet diuiſio erroris habiti, de Ieſu, à diuerſis. Sic adhuc hodie variantur homines inquirẽdo ſalutẽ , ſiue beatitudinem.Vnuſquiſq; enim ponit beatitudinem in eo quod diligit:& hoc pro deo colit:quia ſecundũ Auguſtinum,hoc ab homine colitur, quod præ cęteris diligit. Deinde exigit, à diſcipulis propriam de ſe confeſsionẽ,dicens: [Vos autem,] ab alijs diſcreti, qui non eſtis de turba, ſed mei diſcipuli:quibus datum eſt noſſe myſteriũ regni dei,qui eſtis lux mũdi:quibus oĩa quæcũq; audiui à patre meo nota feci, [quẽ me eſſe dicitis?] quaſi diceret: Si alij errãt opinione falſa de me:vos tamẽ non debetis errare, qui tãdiu mecum fuiſtis: & meã doctrinã audiſtis, & miracula tanta vidiſtis. [Et reſpondit Petrus,] pro omnibus,ſcilicet pro ſe,& pro alijs: q̃a omnes vnum ſciebant,& idẽ ſentiebant: licèt alij apoſtoli

Filius hominis.

Fama noſtra nobis curanda.

Opiniones omnes de Chriſto.

Lucæ 1. c.

Lucæ 9.a.

4.Reg.1. b.c.

4. Reg.2.

Hiere.1. b

In Threnorum libro.

Mat.13. b.

Ibidẽ 5.b.

Ioan.15.b.

Petri reſponſio.

etiam ſcirent:iſte tamen tanquam ſenior, ac princeps & caput aliorum,fit os totius collegij : ac præ D omnibus & pro omnibus reſpondit , qui omnibus præeſſe & prodeſſe debuit. Ex quo patet ꝙ præcipuè ad Petri ſucceſſorem pertinet certificatio dubitationum de fide,& pertinentibus ad eãdem. Petrus igitur non à parẽtibus,ſed à patre cœleſti edoctus:dei filium & hominẽ videns,vtrunq; cõplexus eſt:ac veritatem diuinæ & humanæ naturæ,id eſt, verum deum & hominẽ,in eodẽ ſuppoſito confitetur,dicens: [Tu es Chriſtus filius dei viui:] quaſi dicat, [tu es Chriſtus,] id eſt homo ſecundũ ꝙ vnctus es oleo gratiæ præ participibus tuis: & ſic cõfitetur eius humanitatẽ,in qua vnctus eſt oleo gratiæ præ alijs:& es filius dei,naturalis ſcilicet, & nõ adoptiuus ſicut alij,& per cõſequens eiuſdẽ naturę cum deo patre:& ſic cõfitetur eius diuinitatem:& àddit, [viui:] id eſt incõmutabilis , & æterni: quia Hebræi conſueuerunt vocare deum viuũ,ad differentiam & diſtinctionem falſorum deorũ,qui non E viuunt:quos ſcilicet gẽtes , vel de mortuis hominibus,vel de inſenſibili materia & ſubſtantia ſibi inſtituerunt [Reſpondens autem Ieſus] Petro: & in Petro omnibus mercedem veræ cõfeſsionis , [Dixit ei: Beatus es Simon Bariona,] id eſt,filius Ioãna:Bar enim idem eſt quod filius : Iona autẽ ponitur per diminutionẽ,pro Ioanna , ſubtracta media ſyllaba. Vnde Bariona hîc accipitur,ac ſi filius Ioãnis diceretur:& propter hoc etiã Petrus, quandoq; Simon Ioannis dicitur.ſecundũ Chryſoſtomũ,hoc dicit,vt oſtendat quoniam ita naturaliter eſt Chriſtus filius dei,ſicut Petrus filius Ioannæ,eiuſdẽ ſubſtantię cum eo qui genuit.Beatus inquã es,propter confeſsionem veræ fidei,quę ducit ad beatitudinẽ, [quia caro & ſanguis nõ reuelauit tibi:] id eſt,non parentes tui,vel homo mortalis , aut humana doctrina iſtã veritatẽ, & tantũ arcanũ fidei te docuerunt, [ſed pater meus qui eſt in cœlis:] & per conſequens tota trinitas : quia indiuiſa ſunt opera trinitatis. Vbi Chry.Sermo iſte cõuenit & ad omnes, F vt ſingulis quibuſq; dicatur.Beatus es quoniã caro, & ſanguis nõ reuelauit tibi : ſed pater meus qui eſt in cœlis.Tu dicis,& verũ dicis:quia ego ſum Chriſtus filius dei viui. [Et ego] qui ſum veritas immobilis [dico tibi] pro te, & pro ſocijs tuis , cuius dicere,eſt facere: [quia tu es Petrus] à me petra dictus,id eſt,cõfeſſor veræ petræ, qui eſt Chriſtus,ac fide fortis,& doctrina ſtabilis. Meritò ꝓpter fidei fortitudinem,& fidelẽ Chriſti confeſsionẽ hoc nomen Petrus accepit , qui in petrã Chriſtũ credidit. Simon quippe antea vocabatur:ſed hoc nomẽ Petrus à domino ei impoſitum eſt,vt eccleſiã ſignificaret.Quia enĩ petra Chriſtus , Petrus eſt populus Chriſtianus. [Et ſuper hanc petrã,] quã modò cõfeſſus es,& quã tu modò in fidei fundamẽto poſuiſti,id eſt ſuper Chriſtũ [ędificabo eccleſiam meã.] Petra enim erat Chriſtus,ſuper quod fundamentũ etiã ipſe ædificatus eſt Petrus. Huic ſententiæ apoſtolus cõcordans ait: Fundamentũ aliud nemo põt ponere,præter id quod poſitum eſt Chriſtus Ieſus. Ac ſi dicat , non eſt aliud fundamentum , niſi illa petra,quam Petrus poſuit fundamentum, cùm diceret:

Papæ eſt decidere de dubijs fidei.

Pſal. 44. b.

Deus viuus.

Bariona.

Petri nominatio.

1.Cor.10. a.

1.Corin.3.

ceret: [tu es Chriſtus filius dei viui.] Super hanc
G enim petram ædificatur tota dei eccleſia. Itē [ſu-
per hanc petrā:] id eſt, ſuper hanc fidē & confeſſio
nem, ſeu huius fidei & veritatis firmitatē: tanquam
ſupra fundamentū firmum, [ædificabo eccleſiam
meam. Et portę inferi] quæ ſunt ſuggeſtiones dæ-
monum, delectationes vitiorum, doctrinæ hæreti-
corum, tormēta ac blandimenta perſecutorum: ac
praua malorum opera, colloquia & exempla: quæ
iter perditionis oſtendūt, & ad tartara ducunt: [nō
prævalebunt aduerſus eam,] ſcilicet eccleſiā ſic fir-
matam, quia à fide & charitate Chriſti nō ſepara-
bunt eam. Ex quo patet ꝙ eccleſia conſiſtit in illis
perſonis in quibus eſt notitia & vera cōfeſſio fidei
Clauium promiſſio & veritatis. Deinde claues regni cœlorū ſe Petro
daturū dominus promiſit, ſed tunc nō dedit: quia ſi
ſtatim dediſſet: nunquam in Petro prauitas cōfeſ-
ſionis, de qua ſtatim ſubditur: vel error negationis,
de quo in paſſione dicitur, locum inueniſſet. Sicut
autem pro omnibus apoſtolis Petrus reſpondit, ita
in eo omnibus claues regni dominus promiſit, di-
H cens. [Et tibi,] qui præ cæteris confeſſus es [dabo
claues,] id eſt iudicij poteſtatem [regni cœlorū,]
id eſt eccleſiæ præſentis, quæ dicitur regnum cœ-
lorum, quia ad vſum poteſtatis eius dignè miniſtra
tum ſequitur aditus vel clauſio regni cœlorū. Vn-
de Beda: Claues autem ei nō modo dātur, ſed pro-
mittuntur: nec dum enim fabricatæ ſunt ſuper in-
cudem crucis, nec in eo ſanguine temperatæ. Ego
quoque earum miniſterio cū in actu perfectionis
fuerint, adhuc in ardentis paſſionis fornace, primo
latroni & homicidæ aperiam ianuā paradiſi: vt &
tu in eo exemplo publicanos & meretrices intrare
permittas. Tu enim ſuper eos iudicium exercebis,
qui confitebūtur culpam, & expectabunt pœnam.
Et ideo habebis ordinariā iuriſdictionem, & iudi-
ciariam poteſtatem, ad quod duo requirūtur: auto-
ritas cognoſcēdi vel arbitrādi de culpa: & poteſtas
abſoluendi vel etiā iudicandi: quæ duo ſub nomine
Clauiū ſignificatio claujum tibi dabo. Hæc Beda. Claues ergo regni
cœlorum ipſam diſcretionē & potentiā nominat:
I diſcretionē, qua dignos vel indignos diſcernat: po-
tentiā qua liget vel ſoluat. Clauis quippe eſt pote-
ſtas quædā ſpiritualis ſupernaturaliter à deo data
& infuſa, nō innata & acquiſita. Et dicit hîc glōſa
ꝙ duę ſunt claues, ſcilicet ſciētia diſcernēdi, ac po-
teſtas ligandi & ſoluendi. Vnde ſciendū ꝙ ſicut in
ſole potentia liquefaciendi & indurandi vna eſt in
radice, ſed duæ in effectibus: ſic tantum vna eſt cla-
Clauiū poteſtas duplex. uis in radice, ſed duæ in effectibus. Clauis enim di-
citur poteſtas iudicādi in foro animarū, non corpo
rum: poteſtas autē iudicandi ex duobus integratur:
ex poteſtate diſcernendi in cauſę examinatione, &
poteſtate diffiniendi in cauſæ determinatione per
ſententiam condēnatoriam vel abſolutoriā. Prima
poteſtas dicitur hîc ſcientia, nō vt eſt habitus cogni
tionis: ſed autoritas & poteſtas diſcernendi & iudi-
candi per ſciētiam præhabitam. Alia dicitur potē
tia admittēdi ad regnū, vel excludēdi, ſecundū verū
iudicium præhabitum: quia debēt indigni excludi,
& digni recipi. Vnde Bernar. Petrus claues accepit
in ſcientia & poteſtate ſibi data deſuper: & hę cla-
ues ſunt poteſtas aperiendi & claudendi: atq; inter
admittendos & excludēdos diſcretio. Deinde ſub- K
iungit. [Et quodcunq; ligaueris ſuper terrā, id eſt,
ipſo ſuper terram viuēte [erit ligatum & in cœlis]
id eſt cœleſtis curia approbabit & confirmabit. Et
ſimiliter [quodcūq; ſolueris ſuper terram, erit ſo-
lutum & in cœlis.] Hoc eſt ſecundū gloſam, quę-
cunque indignum remiſſione iudicaueris dū viuit,
indignus apud deum iudicabitur: & quęcunq; ſol-
uendum iudicaueris dum viuit, remiſſionem à deo
conſequetur. Hæc autē ſoluēdi atq; ligādi poteſtas,
nō ſoli Petro, ſed & cæteris apoſtolis data eſt à do-
mino: & nō tantū apoſtolis, verūetiam in epiſcopis
& presbyteris omni eccleſię. Ita tamen ꝙ poteſtas
autoritatis eſt in ſolo deo, qui aperit per gratiæ in-
fuſionem: poteſtas excellentiæ in Chriſto, qui ape-
rit per paſſionis meritū: poteſtas miniſterij in prę-
latis eccleſiæ, qui aperiunt per ſacramentorū mi-
niſterium. Sed ideo Petrus ſpecialiter claues regni
cœlorum, & principatum iudiciariæ poteſtatis ac-
cepit: vt omnes per orbem credētes intelligāt: quia
quicunq; ab vnitate fidei vel ſocietate illius quoli- L
bet modo ſemetipſos ſegregant, tales nec vinculis
peccatorum abſolui, nec ianuam regni cœleſtis in-
gredi poſſunt. Et ſecundū gloſam ſpecialiter eam
poteſtatem dominus Petro cōceſſit, vt ad vnitatem
non inuitaret. Ideo enim eum principē apoſtolorū
conſtituit: vt eccleſia vnū principaliter Chriſti ha-
beret vicariū, ad quē diuerſa mēbra eccleſiæ recur-
rerent: ſi forte inter ſe diſſentirēt. Quòd ſi diuerſa
capita eſſent in eccleſia, vnitatis vinculū rumpere-
tur. Hîc ergo Petrus eligitur eccleſiæ prælatus: ſed
poſt cum alijs apoſtolis hanc promiſſam poteſtatē
accepit. Vbi apoſtoli epiſcopi ſunt ordinati, quādo
poſt reſurrectionem inſufflans in eos dixit: Acci- Ioan.
pite ſpiritū ſanctum, & cætera. Sed paſtorē omniū
fidelium & apoſtolorū principē, ac ſuum vicariū in
tota eccleſia præfecit cū ei dixit. Paſce oues meas. Ioan.
Hæc prædicta epiſcopi & prælati audiant, de mu-
nere gaudeant, de poteſtate nō ſuperbiant. Si enim
ſic ligauerint vt Petrus, ſi ita ſoluerint vt Petrus:
quicquid ligauerint ligatum erit, & quicquid ſol- M
uerint ſolutum erit. Imitentur ergo illū in diſcre-
tione & iuſtitia, qui imitari volūt in ligādi ac ſol-
uendi poteſtate. Ideo enī hæc ſoli Petro dicta ſunt:
vt omnes alij ſe in illo quaſi ſpeculo videāt, ſic vi-
uendo, ſic ligando, ſic ſoluēdo, & à pace & concor-
dia non recedendo. Nō præſumant quicquā contra
iuſtitiam & veritatem: attēdentes verbum apoſtoli
dicentis: Non enim poſſumus aliquid cōtra verita-
tem, ſed pro veritate. Et ſecundum Origenem: Sit
irrepræhēſibilis qui alterum ligat vel ſoluit: vt in-
ueniatur dignus ligare vel ſoluere in cœlo. Quod-
cunque ergo ligauerint vel ſoluerint in terra iuſtè
& diſcretè, vtraq; claue cooperante & nō errāte:
ligatum & ſolutum erit & in cœlo. Si tamen iniu-
ſtè agit prælatus, ſentētia eius etſi ligat quo ad ec-
cleſiam militantem: non tamē quoad triumphan-
tem. Sed ſiue iuſtè ſiue iniuſtè proferatur, ſemper
ſententia paſtoris timenda eſt: ne forte culpa quæ
non fit ex opere, fiat ex elatione. Vnde Gregorius:
Sub magno moderamine paſtores eccleſiæ; vel
ſoluere



ſoluere ſtudeant, vel ligare. Sed vtrum iuſtè vel in-
A iuſtè obliget paſtor, paſtoris tamē ſententia gregi
timenda eſt. Ne is qui ſubeſt, & cùm iniuſtè forſi-
tan ligatur, ipſam obligationis ſuæ ſententiam ex
alia culpa mereatur. Paſtor ergo vel abſoluere in-
diſcretè timeat, vel ligare. Is aūt qui ſub manu pa-
ſtoris eſt, ligari timeat iuſtè, vel iniuſtè. Nec paſto
ris iudicium temerè reprehendat: ne & ſi iniuſtè li
gatus eſt, ex ipſa tumidę reprehenſionis ſuperbia,
culpa quæ nō erat fiat. Hęc Grego. Tunc poſt con
feſſionem diſcipulorū de filio dei, factam in Petro
Vetatio ne cui dicerent. dicente, tu es Chriſtus filius dei viui. [Pręcepit Ie-
ſus diſcipulis ſuis vt nemini dicerent & reuelarent
[quod ipſe eſſet Ieſus Chriſtus:] vt ſecūdum ꝙ ipſi
de Chriſto intellexerāt, alijs nō prædicarent. Hoc
pręcepit Chriſtus cauſa humilitatis, quia de ſe non
magna, ſed humilia prædicari voluit: & cauſa non
impediendæ ſuæ paſſionis, quia ſi prædicaretur, &
crederetur Chriſtus, non crucifigeretur: & cauſa
non ſcandalizandæ ſuæ cōgregationis: quia ſi pri-
mò immortalitas, & magna de eo prædicata fuiſ-
B ſent: & poſtea puſilli, & adhuc infirmi in fide eum
flagellari, crucifigi, & poſt multa ignominioſa
morte mori vidiſſent, ſcandalizati de eorū prędica
tione fuiſſent. Vnde iſta prohibitio fuit ad tempus
ſcilicet vſque poſt reſurrectionē: ne ſi ante paſſio
nem prędicaretur, irritaretur fides in cordibus cre
dentium, propter futurū ſcandalum paſſionis: ſicut
patet factū in ipſis apoſtolis. Inſtabat enim tēpus
paſſionis, tēpus ignominiæ & oſtendendæ infirmi
tatis, ſed poſt reſurrectionē habita perfecta victo-
ria mortis, erat tēpus prædicandi gloriā ſuæ maie-
ſtatis. Quando enim ceſſauit cauſa, ſcilicet ſcanda
lum paſſionis, ceſſauit & effectus. Vnde Chryſo.
Quia ſi manifeſtè eſſet agnitus filius dei: nemo au
ſus fuiſſet manus in eū inijcere, & neq; crucifixus
fuiſſet: neq; reſurrexiſſet à mortuis: propterea ad-
huc infernorū regnum eſſet in terra, & dominatio
diaboli, totum mundū teneret. Vnde & Ambro.
Multis ex cauſis iubet tacere diſcipulos: vt fallat
principem, vt declinet iactantiam, doceat hu-
militatem, ſimul ne rudes & imperfecti adhuc di-
C ſcipuli maiori prædicationis molibus opprimantur.
Prohibentur ergo diſcipuli eum euangelizare
dei filium, vt euangelizent poſtea crucifixū. Hæc
eſt fidei gloria, ſi verè intelligas crucem Chriſti.
Crucis Chriſti vtilitas. Aliæ cruces nihil mihi proſunt: ſola crux Chriſti
mihi vtilis eſt, & verè vtilis, per quā mihi mundus
crucifixus eſt, & ego mūdo. Si mihi crucifixus eſt
mundus, ſcio quia mortuus eſt, & non diligo eum:
ſcio quia præterit, & non concupiſco eū: ſcio quia
corruptela cōſumit hunc mundum, & quaſi fœti-
dum vito: quaſi leuem caueo, quaſi nociturum re-
linquo. Hæc Ambro. Modum aūt alloquendi, & ad
eccleſiam ac fidem vocandi, ſiue Gentiles, ſiue Iu-
dæos deſcribit hoc loco idem Ambro. dicens: Cùm
Vocandi gentes modus. aliqui ex gentibus vocantur ad eccleſiam, ita prę-
ceptorum ſeriē formare debemus: vt primò vnum
deum autorē mundi omniumq; doceamus in quo
Acto. 17. viuimus, & ſumus, & mouemur: cuius & genus ſu-
mus, vt non ſolum propter munera lucis & vitæ,
verumetiam propter cognitionem quandam gene
ris diligendus à nobis ſit. Deinde opinionem illam
quæ eſt de idolis deſtruamus, eo ꝙ non poſſit auri, D
argentiq;, vel ligni materia, vim in ſe habere diui-
nam. Cùm vnū deum eſſe perſuaſeris, tunc iudicio
eius aſtrues per Chriſtum nobis ſalutē datam: inci
piens ab illis quæ geſſit in corpore, etiā diuina de-
ſcribens: vt pluſquā homo videatur victam huius
virtute mortē: mortuumq; ab inferis reſuſcitatum.
Paulatim enim fides creſcit, vt cùm ſupra homines
fuiſſe videatur, deus eſſe credatur. Nam niſi proba-
ueris ꝙ facere illa ſine diuina virtute non potuit:
quemadmodum potes probare in eo vim fuiſſe di-
uina? Tali Athenienſes informauit præcepto apo-
ſtolus: talis nobis apud Gentiles ordo ſeruādus eſt.
At verò cùm Iudæos alloqueretur apoſtoli, ipſum Vocandorum Iudæorum modus.
Chriſtum eſſe dicebant, qui propheticis nobis eſſet
promiſſus oraculis: quē non prius cū autoritate ſua
dei filium nominabāt: ſed virum iuſtum, virum à
mortuis ſuſcitatū. Illum virum de quo dictū eſt in
prophetis, filius meus es tu, ego hodie genui te. Ita Pſal. 2.
ergo, & tu ad ea quæ difficile creduntur autoritate
diuini ſermonis addiſce: & promiſſum eius aduen- E
tum prophetarū voce deſigna: reſurrectionē quoq;
multo antè compertā ſcripturarum teſtimonijs e-
doceto, non viſitatā cum cęteris, vt in ipſa ſuſcitati
corporis aſſertione æternæ teſtimoniū diuinitatis
acquiras. Cùm enim cæterorū corpora corruptio-
nem probaueris ſubijſſe poſt mortē hunc vtiq; de
quo dicitur: Non dabis ſanctū tuum videre corru- Pſal. 15.
ptionē, cùm probas humanę fragilitatis expertam
probas humanæ conditionis merita ſupergreſſum
deo magis, quàm hominibus cōferendum. Quia ſi Catechumeni informandi modus.
ad ſacramenta fideliū tendens catechumenus im-
buendus ſit: dicendū, quia vnus deus eſt ex quo o-
mnia, & vnus Ieſus per quē omnia, non duos domi
nos eſſe dicēdos. Perfectū quidem patrē, perfectū
eſſe filium, ſed vnius patrē & filium eſſe ſubſtantię
verbū ęterni dei: nō quod profertur, ſed quod ope-
ratur: ex parte gentiū non voce editū. Hęc Ambr.
Vt aūt apoſtoli melius tenerent pręceptū domini,
ne ante reſurrectionē euangelizarent, ſimulq; ne
horrerent mortis periculū, ſi regni gloriā dilige-
rent prędixit eis tūc paſſionē ſuam, oſtēdens [quia
oporteret,] id eſt cōueniens eſſet, ſecundū ordina- F
tionem diuinā [filiū hominis,] ſcilicet [cū ire Hie-
roſolymam] ad operandū ſalutem in medio terrę:
quia pręordinatū erat à deo patre, ꝙ ibi cōplere-
tur myſteriū redēptionis noſtrę. Vnde iſtud opor- Oportet.
tet opē portat, opes apportat. Oportet inquam non
propter ſua, ſed propter noſtra peccata. Et ideo in
Pſal. dicitur: Quæ nō rapui, tunc exoluebā. Et eſt Pſal. 68.
notabile ꝙ ipſe loquēs, de ſua paſſione nominat ſe
filium hominis, non filiū dei, quaſi vellet dicere ꝙ
paſſurus erat, nō ſecundūm naturā diuinam, ſed hu
manam. Modus aūt noſtræ redēptionis ſubiūgitur
cùm dicitur, [& multa pati:] factus eſt enī faſciculus Faſciculus myrrhæ.
myrrhę, id eſt cumulus amaritudinis, quia ex mul
tis paſſionū generibus cōpoſitus eſt myrrhæ faſci- Canti. 1.
culus. Multa inquā pati: quia cōprehendi, colaphi-
zari, cōſpui, accuſari, denudari, flagellari, & repro-
bari: [à ſenioribus,] qui debebāt habere pręeminen
tiam vitæ, [& ſcribis,] qui videbantur habere præ-
C rogatiuam

rogatiuam ſcientiæ [& principibus ſacerdotum] G qui habebant excellentiã autoritatis & potentiæ, quia ab iſtis iudicatus eſt ad mortẽ, & præſidi traditus:& occidi in cruce à gentibus,quæ eũ crucifixerunt proprijs manibus : & tertia die reſurgere, tanquam virtute propria:non ſuſcitari poteſtate aliena:quod dixit ne nimis de eius morte triſtarentur,& ſic ſpe reſurrectionis cõfortarentur.

Paſsionis prædicandæ cauſæ.

Ad hoc ignominiã ſuæ paſsionis,& ſuæ reſurrectionis gloriam prædixit,vt ſuo exemplo timorem paſsionis tolleret:& eos ad conſiderandũ ſuæ reſurrectionis gloriam eleuaret. Vbi Hiero. Eſt aũt ſenſus: Tunc me prędicare,cùm iſta paſſus fuero. Quia nõ prodeſt Chriſtũ publicè prædicare, & eius vulgare in populis maieſtatem,quẽ poſt paululũ flagellatum viſuri ſunt & crucifixum. [Et aſſumens eum Petrus]ſeorſum,& ducens ſeparatim,ne corã alijs videretur arguere magiſtrũ: [increpauit eũ] amãtis affectu dicens:[Abſit à te domine:]ſic pati[nõ erit tibi hoc]ſcilicet ꝙ intereat filius dei viui: quaſi diceret : Indecens eſt ꝙ tu dominus maieſtatis, tam ignominioſè patiaris. Increpauit Petrus dominũ potius quàm cęteri,quia nõ vult confeſsionẽ ſuam H deſtrui:nec putat filiũ dei poſſe occidi vel mori:vel potius propter feruoris amorẽ hoc fecit, quo præ cæteris ardebat.

Arguendi maioris forma.

Et bene aſſumpſit eũ Petrus ſecretò, relinquens nobis exemplũ ſimiliter arguendi maiorem:quia inferior nõ debet in publico arguere ſuperiorẽ.[Dominus aũt cõuerſus,] id eſt facie verſa ad Petrũ,quẽ pręcedebat,vt ſic cõuerſus eum aſpiceret & efficacius argueret:[dixit ei,]arguendo ipſum:[vade poſt me]conformitate voluntatis: & retro nõ contra me[Satana,]id eſt aduerſarie& contrarie:quia meę voluntati & viæ ſalutis cõmunis aduerſaris,& cõtraria loqueris :

Satanas.

Satanas enim interpretatur aduerſarius,ſiue contrarius:quaſi diceret,non aduerſeris mihi:ſed applica voluntatem tuam meę voluntati : & noli impedire paſsionem meam:ſed magis ſequere, & poſt me eundo veſtigia mea imitare. Vbi Orige. Beatus aũt ad quem conuertitur Chriſtus:etiã ſi corripiẽdi cauſa conuertitur.

Scandalum eſſe.

& ſubiungit dominus:[Scandalum es mihi:]id eſt,das mihi occaſionẽ offenſionis,& me of- I fendis,quia in iſto facto[nõ ſapis ea quæ dei ſunt,] diſpoſitionẽ dei de mea paſsione cõſiderando, [ſed ea quæ hominũ,] qui pręſentia appetunt humanè pro me zelando,& me affectu humano diligendo. Ergo ſapere debemus nõ humana,ſed diuina: non carnalia, ſed ſpiritualia:non terrena,ſed cœleſtia. Vt dicit Orige.Omnem diſcipulũ peccantẽ, ſcandalum ſibi appellat.

Petrus Satanas dictus.

Petrum aũt quem dominus antè ita magnificauerat Satanãvocauit,eo ꝙ propter amorem carnalẽ quem ad dominum habebat,diſſuaſit ei de ſua paſsione,vt nõ fieret. Maximi nãq; ardoris & amoris legimus fuiſſe Petrũ in dominũ ſaluatorem noſtrum. Vt enim legitur in itinerario Clementis:Petrus adeo afficiebatur ad Chriſti corporalem præſentiã , quam feruẽtiſsimè dilexerat: ꝙ poſt Chriſti aſcenſionẽ quotieſcunq; dulciſsimę pręſentię ac ſocietatis&allocutionis Chriſti,&ſanctiſsimæ conuerſationis memor erat: totus in lachrymas reſoluebatur: ita vt genæ eius aduſtæ lachrymarum fluxuviderẽtur. Ex zelo igitur Chriſti volebat impedire eius paſsionẽ : & quia iſte ze- K lus erat indiſcretus : nam Chriſti paſsio erat à deo præordinata ad humani generis ſalutem: ideo duram meruit reprehenſionem. Quia ergo affectum non regulauit,vt vellet quod Chriſtus volebat : & voluntatẽ ſuam non confortauit voluntati diuinæ cui aduerſari videbatur : meritò reprehenditur & Satanas,id eſt aduerſarius appellaſ. Hoc ergo exemplo domini habeas & tu omnes pro aduerſarijs qui pro corporali alleuiatione & cõſolatione à bono & exercitio ſpirituali te vellent retrahere. Sicut autem Petrum quem antè probauit hîc increpat:ſic nemo ob bona prius facta immunis ſit à correptione,propter mala quæ facit.

Gloriandum in cruce domini.

Non eſt ergo in cruce dominiverecundandum,ſed potius gloriandum:quia eſt noſtræ ſalutis ſignũ,& bonorum noſtrorum principium. Vnde Chry. Vt coronam ita circunferamus crucẽ Chriſti. Etenim omnia quæ ſecundum nos ſunt,per ipſam perficiuntur:& ſi regenerari oporteat,crux accedit: & ſi paſci myſtico illo cibo,& ſi conſecrari,& quodcunq; aliud facere, vbique ſymbolum,id eſt,ſignũ victorię nobis aſsiſtit. Propter hoc & in domo, & in muris, & in ia- L nuis,& in fronte,& in mente cum multo inſcribimus id ſtudio : ſalutis enim quæ pro nobis eſt, hoc eſt noſtrum ſignum. Quando igitur ſignaris,excogita omnem conditionem crucis, vel cauſam : non enim ſimpliciter digito inſigniri eam oportet, ſed cum multa fide:& nullus prope te ſtare poterit immundorũ dæmonum videns enſem & gladium in quo plagam & peſtiferũ vulnus accepit : & arma per quę omnem virtutem eius Chriſtus ſoluit.

## ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte,quem beatus Petrus verum dei filium eſt confeſſus : te quoque ego indignus toto corde & ore confiteor: quia tu es Chriſtus filius dei viui æterni: & rogo te domine clementiſsime,da mihi vt opere te confitear, & factis non negãdo fidelis inueniar : quatenus benedictionem tuam conſequar cum Petro, ac firmus in fide & opere permaneam cùm ipſo. Da etiam mihi rex meus & deus meus, vt conformitate vo- M luntatis te ſequendo beneplacitum tuum in omnibus perficiam: omnimodè ab offenſa tua abſtineã: & ſic vſque in finem te largiẽte perſeuerẽ. Amen.

## De exhortatione ad ſequendum Chriſtum,& ſuæ paſsionis. Caput II.

Matth.

POſtquam dominus diſcipulis myſterium ſuæ paſsionis ſecretò prædixit , conuocat turbam cum eis: & tam ipſos diſcipulos quàm omnes, ad ſui imitationem , & paſsionis tolerantiam inuitat,quaſi diceret: Nolite prohibere paſsiones,quia oportet ſuſtinere eas omnes ſaluari volentes : & ideo hîc ad omnes generaliter loquitur & omnes hortatur:quia imitatio paſsionis ad omnes pertinet,vel per martyrium,vel per pœnitentiam. Vnde ait:[Si quis] quod notat varietatem[vult poſt me venire]per affectum interiorem per imitationẽ exteriorem , ad patrẽ ſuperiorem: & bene dicit vult:quia neminẽ cogit,ſed cõſulit;& vnumquenq;



vnumquenq; ſuo arbitrio relinquit , vt ſeruitiũ ſit A gratius dño , & præmium ſit gratius ſeruo . Vnde

Inuitũ nõ vult dominus.

Chry.Cùm autem ſaluator ſit prius & benignus: nullũ inuitum aut coactũ habere vult famulũ , ſed ſpontaneos & gratias agentes ei pro famulatu. Et ideo neminẽ cogendo,aut neceſsitatẽ imponendo, ſed perſuadendo & benefaciẽdo vniuerſos volentes attrahit. Et iterum:Si quis aurũ daret, aut theſaurũ exponeret,oẽs currerent:multò magis ad ea quę ſunt in cœlis. Hæc Chry. Et ſubdit dñs: [ Abneget ſemetipſum]per propriæ voluntatis renũtiationẽ, non tantũ ſua vel ſuos::ſed ſuũ intellectũ,ſuum affectum,ſuũ ſenſum,[& tollat crucẽ ſum]per mortificationem corporis ſui,per compaſsionẽ proximi: & ſi neceſſe fuerit,per ſuſtinentiã martyrij, & ſequatur me, ] ſcilicet me habens lucẽ in intentione contra fauorẽ humanũ:me ſequens ducem in operatione,cõtra errorẽ diabolicũ:me expectans mercedem in remuneratione,cõtra temporale commodum. Rectus ordo,vt qui vult ſequi dominũ primò abneget ſemetipſum , & ſic tollat crucẽ, vt primò voluntas eius ſit prõpta ad omnẽ miſeriã ſuſtinendam. Et notandum ꝙ primus homo tria perdidit

Hominis primi, ſeu Adę iactura,& amiſſio triplex

per peccatũ,ſcilicet libertatẽ,fœlicitatẽ,& dignitatem:quæ tria docet hîc dominus per tria recuperare. Libertatẽ:cùm dicit,abneget ſemetipſum:fœlicitatem,cùm ſubdit,& tollat crucẽ ſuã: dignitatem, cùm addit,& ſequatur me. Vel abneget ſe in proſperitate,& malum declinãdo tollat crucẽ ſuam in aduerſitate,& bonũ operando:& ſequatur me vitę conformitate, & in deũ omnia ordinando. In verbis autem domini prædictis excludũtur ſex genera pœnitentiæ inutilis:& eſt prima violenta,cõtra quod dicit,ſiquis vult:ſecũda diminuta, quãdo.ſ.homo dat ſua deo,& ſe mundo:cõtra quod dicit,abneget ſemetipſum:tertia delicata,quia ſic volunt aliqui facere pœnitentiã,vt nullã ſentiant afflictionẽ cõtra quod dicit,tollat crucẽ:quarta mutuata,quãdo aliqui gloriantur de paſsionibus patrũ, vel fratrum ſuorũ,ipſi verò nihil talium faciunt: contra quod dicit,ſuã,non alienam. Quinta momẽtanea, C quãdo aliqui vna die abſtinẽt:& alijs diebus delitijs vacãt,cõtra qđ dicit,quotidie. Sexta ſimulata,quæ eſt hypocritarũ:cõtra quod dicit , & ſequatur me: non fauorẽ mundi. [Si quis etiã vult poſt me venire,]hoc eſt,ſi quis vult attingere perfectionẽ vitæ Chriſtianæ:faciet ea quæ ſequũtur,ſcilicet [abneget ſeipſum & tollat crucẽ ſuam , & ſequatur me.

Perfectio vitæ Chriſtianæ , in tribus.

Vbi tria exponũtur,in quibus perfectio vitæ Chriſtianæ cõſiſtit. Primũ eſt,ſui abnegatio ſecundũ eſt crucis portatio:tertiũ,vitę Chriſti imitatio. Quantum ad primũ ſciendũ ꝙ ad ſequendũ Chriſtum oportet hominẽ tria abnegare:ſcilicet, ſua: ſecundũ

Luc. 14.g

illud: Qui non renũtiat omnibus quæ poſsidet, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus. Et ſuos, ſecundũ illud:

Lucæ 14.

ſi quis venit ad me,& nõ odit patrẽ &c. non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et ſemetipſum ſecundũ quod hîc dicitur,[abneget ſemetipſum,] ſcilicet vetuſtatẽ & peccata abijciendo,& ad meliora mutando:vt deſignat eſſe qđ erat,& incipiat eſſe quod nõ erat:

Volũtatis renũtiatio

& alter ex altero efficiatur,ac voluntatẽ propriam abnegãdo:quod plus eſt, quã abnegare res ipſas, & abijcere. Vnde proſper: Quid eis prodeſt ꝙ facultates ſuas abijciunt,qui volũtates proprias non relin- D quũt? cùm ſit longè præſtãtius volũtatibus proprijs renũtiare,quã rebus. huiuſmodi ergo abnegatio debet fieri omnibus deſiderijs carnis,& mũdi concupiſcentijs perfectè reluctando : & in bonis actibus nullã cõplacentiã propriã vel humanã captãdo, ſed ſolũ diuinũ honorẽ in omnibus quæ agimus intendendo,vt ſic veraciter poſsimus dicere cũ Chriſto: nõ veni facere meã volũtatẽ,ſed eius qui miſit me.

Ioan. 6.d.

Crucẽ tollere.

Quantũ ad ſcđm ſciendũ ꝙ crucẽ tollere tripliciter poteſt intelligi.ſ.per carnis mortificationẽ,per proximi cõpaſsionẽ,per martyrij ſuſtinentiã. Vnde Hila. Sequẽdus eſt dñs cruce aſſumpta etiã paſsionis,& ſi non ſorte,tñ volũtate comitãdus eſt. ſecundum Maximũ epiſc. Duo abſtinẽtiæ & crucis

Abſtinentiæ & crucis genera

ſunt genera:vnũ corporale.ſ.à delectationibus , & ab alijs quę decipiũt ſenſus viriliter reuocare,ac violenter abſtrahere & coërcere. Aliud ſpirituale,qđ eſt ſpecioſum & ſublimius.ſ.motus animi regere, & perturbationes illius placare. Impetus vitiorum E refrenare,& cõtra ea quotidie litigare,ac rixã quodãmodo,cũ interiori homine cõſerere. hæc Maximus. Hoc etiã de cruce tollẽda poteſt & aliter exponi dupliciter. Vno modo de cruce corporali: & ſic cõuenit martyribus, & per hanc crucẽ intelligitur omne genus martyrij.ſ.mortis,& cuiuſlibet alterius pœnæ vel periculi pro Chriſto ſuſtinẽdi animi tentatio & pręparatio. Tunc enim,ſcđm Aug. crucẽ noſtram tollimus quãdo pœnalitates quaſlibet pro Chriſto voluntariè aſſumimus. Alio modo exponitur de martyrio ſpirituali,quod cõuenit religioſis & perfectis:de quo martyrio dicit apoſto-

Galat. 6.

lus:Mihi mũdus crucifixus eſt,& ego mundo:id eſt, ſcđm glo. Mundi cõcupiſcentiæ non habent in me dñm,nec mũdus iam mihi ſe ingerit,& ego contra eum ſum fortis. Et nota ꝙ non ſine cauſa vtrunq;

Crucifigi mũdo &c.

dixit.ſ.ſibi mundũ crucifixũ,& ſe mũdo. Plerunq; enim contingit vt homo mundũ non teneat,ſed tamen mũdus eum in ſuis occupatiõibus aſtringit: & mortuus eſt homo mũdo:& mũdus eũ quaſi viuus F cõcupiſcit,dum in alio intentũ in ſuis actibus rapere contendit. Sed ſcđm Greg. nec Paulus à mundo gloriã quærebat,nec ipſe à mundi gloria quęrebatur: ideo & ſe mundo & ſibi mundũ eſſe crucifixũ

Crucifigẽda in mundo tria ſunt.

gloriabatur. Sunt autẽ tria in mũdo, quæ nobis debent eſſe crucifixa,& nos eis: Quia vt dicit Ioães: Omne quod eſt in mũdo:aut eſt cõcupiſcentia carnis,aut cõcupiſcẽtia oculorũ,aut ſuperbia vitæ.

1. Ioan. 2.

Horum triũ crucifixio fi- per tria vota religioſorum, qui verè martyres ſunt ſpirituales. Primum ergo martyriũ cõſiſtit in tẽporaliũ voluntaria relictione. Secundũ in cõcupiſcẽtiæ carnis reluctatione:& quãtò fortior fit iſta pugna,tantò glorioſior victoria martyrij. Tertiũ in propriæ volũtatis abdicatione:quia ſcđm Greg. per obedientiã mactatur voluntas propria,& per victimã caro aliena:& ideo obedientia dicitur melior quàm victima.

Imitatio Chriſti in triplici via.

Quantũ ad tertium de vitæ Chriſti imitatione:ſciendum quòd Chriſtũ ſequi nihil aliud eſt quã in eius veſtigia imitari,& eius vitę cõformari. Ipſum autẽ imitari debemus triplici via,qua nos præceſsit:videlicet pau-

cet paupertatis,humilitatis,& aſperitatis.Chriſtus
G enim in ſuo ingreſſu nobis reliquit exemplũ ſyn-
cerißimæ paupertatis,in progreſſu exemplũ pro-
fundißimæ humilitatis, ſed in egreſſu exemplum
acerbißimæ pœnalitatis: & quia in his tribus debe
mus Chriſti veſtigia ſequi,ideo ad iugem eorũ me
Threno.3. moriam nos inuitat, dicẽs: Recordare paupertatis
meę,quantum ad primum:& trangreßionis meæ,
id eſt, profundißimæ humilitatis, quantum ad ſe-
Tria ĩ quibus imitemur Chriſtum. cundũ:& abſinthij & fellis,id eſt,amarißimæ paſ-
ſionis quantũ ad tertium.Et nota ꝙ omnia in qui-
bus deuoti ſectatores perfectionis euãgelicæ Chri
Triplicia bona. ſtũ debent imitari, & eius ſimilitudini cõformari
poſſunt & hoc modo ad tria reduci.ſ. ſcd̃m tria bo
na quæ à deo recipimus:vt ſunt res exteriores,cor-
pus propriũ,& ipſa anima:quæ omnia oportet re-
linqui propter deum,ſi volumus ipſius Chriſti eſſe
perfecti imitatores.Perfectus enim Chriſti imita-
tor,primò debet relinquere mundũ, & oẽs res tem
porales:& etiã cũ hoc oĩm terrenorũ occupationẽ
H & ſolicitudinẽ penitus debet poſtponere. Hoc aũt
fit per voluntariã paupertatẽ,quã Chriſtus altißi-
mè ſeruauit:quia in totavita ſua pauperrimus fuit
Secundò,debet relinquere corpus,quod quidẽ relin
quitur tribus modis.Primò,per carnis maceratio-
nẽ: per quã corpus vigilijs, ieiunijs, & orationibus
atteritur,ne caro laſciuiat,& cõtra ſpiritũ ſe erige
re pertinaciter non præſumat.Secundò,per tẽpora
lis cõmodi abiectionẽ:quia qui nimis delicatè nu-
trit ſeruũ.ſ.corpus ſuum,poſtea inuenit eum cõtu-
macẽ:& ideo debet ſemper in rigore teneri,vt ma-
gis ſubijciatur ſpiritui. Tertiò,per pœnalitatũ vo-
luntariã perpeßionem, ſicut apoſtoli & martyres,
qui pro Chriſto voluntariè ſunt paßi. Et oĩa iſta
Chriſtus fecit:& ſeipſum in exemplũ dedit. Quar
tò,debet relinquere animã ſuã,per propriæ volũta
tis abdicationẽ: vt voluntatẽ ſuã diuinæ voluntati
Ioan.5.c. cõformet:ꝙ nihil aliud velit,niſi ſolũ illud quod di
uinæ voluntati beneplacitũ fuerit: hoc enim fecit
ipſe Chriſtus,qui dixit:Non veni facere voluntatẽ
I meam:ſed voluntatẽ eius qui miſit me.Vnde ad vo
luntatẽ diuinam ita habeas regulã & menſuram o-
mnium actionũ tuarum,ſic ꝙ in omnibus actioni-
bus & deſiderijs tuis,nihil cõcupiſcas,niſi ꝙ honor
Viuere vita Chriſti. dei in te amplietur, & in omnibus alijs creaturis.
Sed eſt ſecundũ ꝙ nullus poteſt viuere vita Chriſti
Mori pro Chriſto. niſi etiam moriatur morte Chriſti:ideo ſicut Chri
ſtus per hoc ꝙ ex nimia charitate ſe aſſumptioni
noſtræ carnis inclinauit,ſeipſum exinaniuit:& per
conſequens claritati diuinę qua patri cõſubſtantia-
lis exiſtit, quodãmodo mori voluit:ita quilibet ad
iſtam perfectionẽ tendens debet per verã humilita
tem & plenariũ contẽptũ ſui mori ſibijpſi,ſeipſum
vſq; ad nihil deijciendo,& ſeipſum nihil reputãdo,
vt viuere poſsit ſoli deo.Homo enim ad perfectio-
nem tẽdens debet ſeipſum, hoc eſt quod videtur ha
bere à ſeipſo,nihil reputare: quod autẽ habet à deo
Colloſſ.3. puta dona dei,quibus cõformatur vitæ Chriſti,de-
bet ſummè reputare:& cum ſumma diligentia cu-
ſtodire,vt verè poſsit dicere cum apoſtolo: viuo au
tem iam non ego,viuit verò in me Chriſtus. Vnde
de talibus mẽtibus perfectis ſic mortuis ſibijpſis,di

cit apoſtolus: Mortui eſtis, & vita veſtra abſcõdita
eſt cũ Chriſto in deo.Signãter aũt dicit,& vita ve- K
ſtra abſcõdita eſt cum Chriſto in deo:quia vita illa
qua mens per amorẽ continuũ & beatificũ perfe-
ctè vnitur deo in patria,illa eſt in pręſenti abſcõdi
ta:quia propter neceßitatem mortalis vitæ talis a-
mor cõtinuus,& nõ interruptus in pręſenti vita ha
beri nõ põt. Sed hoc euidẽter apparebit in vita bea
ta, vbi obiecto beatifico cõtinuè fruemur: & in ſo
lo deo iugiter delectabimur,propter qd̃ bene ſubdi
tur:Cùm aũt Chriſtus apparuit vita veſtra: tũc &
vos cũ ipſo apparebitis in gloria. Eſt autẽ ſciendũ
ꝙ mors iſta ſpiritualis, qua homo per contemptũ Mors ſpiritualis
ſui moritur ſibi,quibuſdã gradibus perficitur.Pri- perficitur
mus eſt,ꝙ homo per humilitatẽ reputet ſe omni- gradibus.
bus viliorẽ.Secũdus eſt,ꝙ hoc verbis proprijs fatea
tur.Tertius eſt,ꝙ etiã ab alijs dici ęquanimiter pa
tiatur. Quartus eſt, ꝙ homo ęquanimiter ferat cũ
ab alijs contẽptibiliter tractatur.Quintus eſt,ꝙ ho
mo non ſolũ nõ doleat:ſed etiã diligat,ꝙ ab alijs cõ
temnatur.Et oẽs iſti gradus propriæ deſpectionis
perfectè relucebant in Chriſto. Sequamur ergo & L
imitemur non diabolũ vt ambitioſi & ſuperbi:non
mundũ,vt cupidi & auari:non carnalẽ appetitũ,vt
voluptuoſi & lubrici:ſed dñm Ieſum Chriſtũ.Qui
enim deum non ſequitur:ei quidẽ neq; ſe abnegare
neq; crucẽ tollere prodeſt. Vis ſequi Chriſtum?Sis
deo obediens,& proximũ diligẽs:ac propter deum
omnia ſuſtineas & facias: & malũ declinãdo circa
virtutes inſiſtas:hac enim via Chriſtus incedit:per
hãc ergo viã ambula ſivis eum ſequi in vita pręſen
ti,& cũ eo gaudere in patria. Sed heu pauci hodie
dñm ſequi volunt: & tamen multi ad eum perueni
re cupiunt.Vnde Ber.O quàm pauci poſt te volunt Sequaces
ire dñe:cùm tamẽ peruenire ad te nemo eſt qui no- Chriſti
lit:cõregnare cupiũt,ſed non cõpati:non curãt quę pauci.
rere,quę tamen deſiderãt inuenire,cupiunt te con-
ſequi:ſed nolunt ſequi:optãt extrema iuſtorũ, non
curãtes principia eorũ. Et quia dñs monuit ad ſu-
ſtinendũ,pro confeſsione fidei,martyriũ:conſequẽ
ter tollit huius confeſsionis triplex impedimentũ. M
Et primò primũ,quod eſt nimius amor ſuijpſius,di
cens:[Qui enim voluerit animã,]id eſt,animalita Anima
tem[ſuã.]ſ.vitã præſentẽ alimonijs indigentẽ, [ſal perdenda.
uã facere,]id eſt,in pręſenti cuſtodire:martyriũ de
clinãdo, vel corpus in pœnitẽtia nõ macerãdo hoc
eſt potius ſaluare tp̃e perſecutionis quã me cõfite-
ri.ſ.eligens potius deũ offendere, quã pro eo mori:
vel tp̃e pacis delicatè ſeruare, potius quã per pœni
tentiã affligere:[perdet eã]in futuro.ſ.vitã vel ani
mam: & pro vita momentanea incurret mortem
æternã.Vnde fugiẽdo mortẽ,incurret mortẽ:& ſer
uando vitã,amittit vitã.[Qui autẽ perdit animam
ſuam,]id eſt,animalẽ & præſentẽ vitã perditioni
& morti,ſi neceſſe eſt,exponẽdo: eligẽs potius pro
deo mori,quã eum offendere,vel per pœnitentiã ſe
affligẽdo,eligẽs potius ſic deũ placare,quã ſe delica
tè fouẽdo ipſum magis irritare:& hoc non propter
mũdi vanitatẽ,vel erroris defenſionẽ: aut deſpera-
tionẽ:ſed ꝓpter me,id eſt, anteq̃ cõtra mea faciat
mãdata[inueniet eam]in futura gloria,& pro vita
mortali inueniet ęternã.Iſtud dictũ domini de ani
ma &



ma & vita ſaluanda,& perdenda, ſimile eſt ſecun-
A dum Greg.acſi diceretur agricolæ:frumentũ ſi ſer
uas,perdis:ſi ſeminas,renouas. Igitur,vt dicit Caſ.
Væ carni,quæ hîc ſuperata non fuerit:nam quę in
hac cõuerſatione vincitur, illic ſine dubio corona-
tur.Vnde Ber. Qui voluerit animã ſuam ſaluã fa-
cere,perdet eam. Et quidem prudẽtius eam perdis
vt cuſtodias, quàm cuſtodis vt perdas: quid hîc vos
dicitis obſeruatores ciborũ,morũ neglectores?Hip
pocrates & ſequaces eius docent animas ſaluas fa
cere in hoc mundo:Chriſtus & eius diſcipuli,perde
re.Quem nam vos ex duobus ſequi, magiſtrũ aut
ſeruum eligitis?Epicurus atq; Hippocrates,corpo-
ris,alter voluptatẽ, alter bonã habitudinẽ præfert:
meus magiſter vtriuſq; rei contemptum prædicat.
Quid enim tibi aliud ſonuit cùm clamatũ eſt:qui
amat animã ſuam,perdet eam?Perdet autem dixit:
ſiue ponẽdo vt martyr,ſiue affligẽdo,vt pœnitens.
Quanquam martyrij genus ſit,ſpiritu facta carnis
mortificare,illo nimirũ quo membra cęduntur fer
ro:horrore quidem mitius, ſed diuturnitate mole-
B ſtius.hæc Ber.Deinde tollit ſecundũ impedimentũ
quod eſt nimia cupiditas lucri & deſiderij terreni,
Lucri terreni deteſtatio. dicens: Quid enim prodeſt homini, ſi vniuerſum
mundum lucretur: ]de quo nihil ſecum moriens
portare poterit niſi peccatũ:imò quãtò plus acqui-
ſiuit de mũdo,tantò plus acquiſiuit de inferno. Vn
Apoc.18. de in Apocal.dicitur: Quantũ glorificauit ſe,& in
delitijs fuit,tantũ date illi tormentũ & luctũ:[ani-
mæ verò ſuæ detrimentũ patiatur.]ſ.amittẽdo glo
riam,incurrẽdo pœnã æternam, & perdẽdo huma
nam ſubſtantiam:quaſi diceret, nihil proficit, imò
per talia multum perdit. ſ. id quod eſt immortale
& diuinum in eo:& ideo anima cum ſit immorta-
lis,præponẽda eſt omnibus corruptibilibus & tran
ſitorijs:anima rationalis,imagine trinitatis inſigni
ta,pretioſior eſt cunctis terrenis.Et ideo ſtultus eſt
qui plus pecuniã quàm ſeipſum diligit: quod facit
Auarus peior eſt diabolo. qui propter illã tormẽtis æternis ſe exponit.Vnde
nimis ſtultus eſt auarus, imò peior quàm diabolus:
quia auarus plus diligit nũmum, quàm animã ſuã
C vel aliorũ:ſed diabolus plus diligit vnam animam,
quàm totum mundum.Quapropter dixit Chriſto
Matth. 4. præſumens decipere eum,ſi cadens adoraueris me,
dabo tibi mundũ iſtum.Et ideo vt dicit Origenes,
Duobus propoſitis magis eſt eligendũ vt mundum
perdamus, & lucremur animas noſtras. Vnde &
Ambro.Valde timendũ eſt ne propter auaritiã pe-
cuniæ,vel propter amorẽ carnalis vitæ ſalutẽ ani-
marũ quęrere negligamus:quia nihil prodeſt lucri
ficare tp̃alia,ſi perdantur ęterna.Et dat Chry.exẽ
plum:Si egens in vltimis malis poſitus videres ſer-
uos in laſciuia agere,quod lucrũ æſtimares te eorũ
dñm eſſe?ſic quid lucratur anima tua miſera carne
laſciuiente,ſi futurã damnitionẽ expectat? Sed ma
gna heu hodie cæcitas & amẽtia in hominibus re-
peritur.quia ſecundum Aug. Si quis argentũ auro
præponit,dementißimus iudicatur:ſi verò aurum
deo præponit à nullo reprehenditur. Exponit etiã
prædictum dñi verbum de illis qui animas aliorũ
lucrari volunt,& ſuas negligunt. Vnde Chry.Si al
terius ſolicitus contemnas te,ſimilis es eis qui me-

talla fodiunt & necãtur.Et quia poſſet aliquis dice
re:& ſi animã perdã,tamẽ ex multis quæ lucrabor D
eam redimã:quod falſum eſt.Vnde dicit:[Aut quã
cõmutationẽ,]id eſt,redẽtionẽ [dabit homo pro a-
nima ſua?]ſ.damnata: quaſi diceret: ſi pro ea totus
mundus daretur,non per hoc liberaretur. Et ideo
non põt cõparari lucrũ mundi ad detrimentũ ani-
mæ,per quod homo perdit eam & vitã æternã.Nã Animæ
perditis diuitijs,poſſunt per alias diuitias cõpẽſari: perditio ir
& ſi mors infligitur,poteſt cõpenſari per vitã im- recupera-
mortalẽ,quę in reſurrectione expectatur:ſed ſi ani bilis.
ma per culpã perdatur, non expectas in anima re-
cõpenſari:quia non poteris aliã animã,ſed neq; ali-
quid aliud,quaſi cõmutationẽ pro ea dare, vt libe-
res eam de æterna morte. Deus aũt pro animabus
hominũ dedit cõmutationẽ, ſanguinẽ filij ſui prę-
tioſum.Perdenda eſt igitur anima & vita præſens
in hoc ſeculo propter dñm,non ſaluãda propter lu-
crũ & deſideriũ terrenũ. Quapropter,vt ait Aug.
Voluntariè nũc pro Chriſto poſtponamus quãdoq;
dimittenda,ne(quod abſit)pro tranſitorijs amitta-
mus æterna.Si enim tibi diceretur:ſis toto hoc mẽ E
ſe diues & potens,& fac quicquid velis:vtere carnis
voluptatibus ſicut placet:ea tamẽ cõditione, vt ocu
li tui poſtea eruãtur,omne ſolatiũ tollatur,toto tẽ-
pore vitæ tuæ in fame & ſiti, in omni cruciatu &
omni miſeria viuas:nunquid illud tale bonum hoc
tenore ſuſciperes?Et quidẽ tota hæc vita nec men- Pœna ęterna.
ſis eſt,nec vnius diei vel horæ ſpatiũ,ad illius ęter-
næ infœlicitatis comparationẽ,cuius miſeriæ neq;
finis eſt,neq; pœna ſimilis inuenitur. Vnde Iſid. Si Animæ
haberes ſapientiã Salomonis,ſi pulchritudinẽ Ab- perditio
ſalonis,ſi fortitudinem Samſonis, ſi longitudinem maxima.
Enoch,ſi diuitias Crœſi,ſi poteſtatẽ Theboĩnam:
quid prodeſſet tibi ſi tandẽ caro daretur vermibus,
anima dęmonibus,cum diuite crucianda ſine fine?
quaſi diceret,nihil. Duo quippe ſunt tp̃a eccleſiæ: Tempora
vnũ perſecutiõis,& tũc antequã deum negemus po duo ſunt
nenda eſt anima,& pręſens vita.Aliud pacis,& tũc eccleſiæ.
frangẽda ſunt deſideria terrena & lucra cõtemnen
da.Nulla ergo mũdi aduerſitas animã tuã frangat,
nulla proſperitas alliciat, nulla fallacia ſeducat à
præceptis & mãdatis dei, & à charitate quæ eſt in
Chriſto dño noſtro.Omnibus modis & in omnibus F
debemus ſemp̃ beneplacitũ dei facere, & ab offen-
ſa eius abſtinere. Deinde tollit tertiũ impedimẽtũ Pudor ſe-
ad cõfitendũ fidẽ Chriſti,qd̃ eſt pudor ſeculi.Nam culi amo-
ſcd̃m Greg.Sæpe ex humana verecũdia præpedi- uendus.
mur vt rectitudinẽ quã ſeruamus in mente,nondũ
exprimere valeamus in voce:& tãtò dei faciẽ ad iu
ſtitię defenſionẽ negligimꝰ,quãtò humanas facies
cõtra iuſtitiã veremur.Et ſcd̃m eundẽ,ſunt qui di-
cũt:Nos nõ erubeſcimus deũ cõfiteri,ſed ad profeſ-
ſionẽ fidei nõ ſufficit vox profeſsionis Chriſtiani:
dum verẽtur à proximis deſpici, dũ dedignãtur in-
iurias tolerare,dum erubeſcũt ſi iurgiũ cõrigerit,
priores ſatisfacere. Hoc ergo impedimentũ tertiũ Confiten-
tollit.Primò,ex fructu.Secũdò,ex pœna:quia Chri dus Chri-
ſtus cõfitẽtes cõfitebitur & recognoſcet:& erubeſcẽ ſtus, ſine
tes erubeſcet,id eſt,nõ cognoſcet eos de ſuis in ſcd̃o erubeſcen
ſuo aduẽtu & iudicio cũ venerit in maieſtate ſua.ſ. tia.
humana:id eſt,in forma humana glorificata:& pa-

 tris,id

VNIVERSITA DE GRANA

tris,id eſt,maieſtate diuina,quæ ſibi & patri eſt cõ **G** munis,quam tamen habet à patre ſuo:& ſanctorũ angelorũ,qui apparebunt cum eo:Tunc enim erubeſcet infideles,ignorabit fatuas virgines,obiurgabit miſericordes. Vnde patet ꝙ non ſolum iudicabit filius in forma deitatis:ſed etiam pater, & filius & ſpiritus ſanctus:quorum eſt vna maieſtas: in forma tamẽ viſibili ſolus filius apparebit,vt ex hoc ſolus filius hominis iudicare dicatur.Indiuiſè itaq; iudicãt pater & filius:necnon & ſpiritus ſanctus. Verùm quia potentia ſapiẽtiæ cedit in diſcretione iudicij,vbi æquitas magis eſt examinãda:& conſiderandũ quid cuiq; debeatur pro meritis: quanuis & potentia ſit exercẽda,nec bonitas ſubtrahẽda: ideo ſpecialiter diſcrimen iudicij attribuitur ſapientiæ, quia iudiciũ eſt per ſapientiã diuinã:ſapientia autẽ tota cõmunicatur filio,& ideo etiã ſolus filius dicitur iudicare. Tempore ergo perſecutionis non erubeſcat Chriſtianus fidelis pro Chriſto affligi: & ſi opus fuerit morte affici,ac ſubſtãtijs nudari,& honoribus deijci.Tempore vero pacis cùm vitia maximè ſubrepunt,carnẽ refrenet ne laſciuiat,&pro

*Iudicabit pater & ſpiritꝰ ſanctus, vt filius.*

**H** Chriſto nõ vereatur à ꝓximis deſpici, iniurias verborum pati:prior proximo ſatisfacere vtveraciter probetur ſequi humilitatẽ capitis ſui,& ipſum confitens mereatur ab eo recognoſci.Et ne ad abnegãdum ſe,& tollendũ crucem auditores terreantur: ideo triſtibus læta ſubiungit dicens : [Filius enim hominis,]id eſt,virginis,qui ita ſe vocat ꝓpter ſui humilitatẽ,propter carnis veritatem,propter matris puritatẽ,ſiue integritatẽ,[venturus eſt]ad iudicandũ orbem[in gloria patris ſui cum angelis ſuis] in forma glorioſa iudicabit. Qui prius venit humilis:venturus eſt per manifeſtationẽ glorię & virtutis.[Et tũc reddet,]ſine tẽporis dilatione:[vnicuiq; ſine perſonarũ acceptione:vbi nõ perſonæ, ſed opera conſiderãtur.Vnde ſequitur,[ſecundũ opera ſua ſine diminutione : iuſtis quidẽ præmiũ.ſ. gloriam animę & corporis:alijs autẽ ſupplicium.ſ.pœnam vtriuſq;. Hîc eſt locus merendi & liberãdi animã: **I** ibi mittendi & recipiendi,ſecundũ merita. Ambula hîc dum lucẽ habes,ne ibi tenebræ te cõprehendant.Suſcipe hîc mortẽ, vt ibi ſuſcipias vitam immortalẽ.Noli timere,quia triſtibus læta ſuccedũt. Times mortẽ,audi gloriam triumphantis : vereris crucẽ,auſculta angelorũ miniſteria.Attende & hîc verbũ Bernardi, qui dicit:vis ſcire quæ debeas Ieſu Chriſto?Debes ei vitã tuam: quia ipſe vitam ſuam poſuit pro tua. Et quia rudes erãt apoſtoli,ne eum ſic venturum dubitarent , & fatigati expectatione deficerent:promittitur in prȩſenti conſolatio,vt citius credãt de futuro. Vnde bonus magiſter ne diſcipuli deſperatione frangantur,aut tædio, ſubiungit eos cõſolando.[Amen dico vobis,] vt ſecuri de hoc ſitis:[ſunt quidam de hîc ſtantibus]diſcipulis,[qui non guſtabunt mortem]temporalem,quæ eſt quidam guſtus reſpectu mortis æternę:vel guſtus dicitur quantũ ad bonos,qui non permanent in morte: [donec videant]oculis corporalibus,[filium hominis venientem in regno ſuo:] id eſt, in ea claritate regni, quam habebit cùm ad iudicãdum veniet: vt qualis eſt venturus poſtea, prȩſenti quoq; tempore demonſtretur & appareat: hoc eſt,donec videãt ſimilitudinem gloriæ quam corpora electorum,qui **K** eum nunc confitentur habebunt in eccleſia triumphãte,vt per hoc ſperetur æterna futura in re.Vnde ſecundũ gloſam,in corpore mortali oſtendit eis non immortalitatem,ſed claritatẽ futuræ immortalitati ſimilem:& ita ſenſus eſt,donec videant regnum dei:id eſt,imaginationem gloriæ regni dei. Cum Chriſto hîc ſtantes ſunt in ſtatu gratiæ qui pro ipſo patienter paſsiones ſuſtinent: & iſti mortem culpæ vel gehennæ non guſtant, ſed cum ipſo ad gloriã ȩternam trãſeunt.Hanc piam promiſsionem eis fecit, vt per viſam gloriã futuræ reſurrectionis,& contemplationẽ gaudij manentes,ad aduerſa tranſeuntis ſeculi fortius ferenda animaret. Viſionem autem promiſſam diſtulit,vt eam vehementius deſiderarent, & deſideratam magis acceptarent,& gratam haberent.

*Guſtatio mortis.*

*Stantes Chriſti.*

## ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte,da mihi vt meipſum ſic abnegẽ ꝙ in proſperitate & in omnibus quȩ temporaliter delectant à malo declinem, & nihil niſi honorem tuum quæram:meæque volun **L** tati renũtians,tibi & propter te omni creaturȩ obediam.Da etiam mihi,vt tollam crucẽ meam:afflictiones & pœnalitates per me voluntariè aſſumendo,& ab alijs illatas patienter ſuſtinendo,ac proximis in neceſsitatibus cõpatiendo,& in omni aduerſitate bonum facere non deſiſtendo.Da etiam mihi,vt te ſequar veſtigia tua imitando , & tuæ vitæ me conformando,poſt te veniam ad ſupernam patriam pertingendo.Amen.

## De transfiguratione domini. Caput III.

DEinde quod iam ſuprà promiſit,ſoluit cùm dicitur : [ Et poſt dies ſex,] ſecundum Matthȩum,non numerando extremos,vel [die octaua] ſecundum Lucam , numerando diem primum quo promiſit,& vltimum quo ſoluit:[aſſumpſit Ieſus ſecum Petrum & Iacobum, & Ioãnem, & duxit illos ſeorſum in montẽ valde excelſum,] **M** ſcilicet Thabor:quarto milliario à Nazareth contra Orientem,vt ibidem oraret.Matthæus & Marcus ponunt tantum dies medios , ſed Lucas etiam extremos.Illi ſex, quia poſt ſextam mundi ȩtatem animæ ſanctorum in beata expectatione requieſcent.Lucas octo,quia in octaua reſurrectionis corpora ſanctorum in gloriam immortalitatis reſurgent.Hîc ergo poſt ſex ætates quieſcendum eſſe ab omni labore:& ibi octauo tempore reſurgendum deſignat. Vnde ſecundum Hiero.& gloſam,hoc bene myſterio conuenit:nam ſicut Chriſtus poſt ſextam ſabbati, qua crucem aſcendit: & poſt ſeptimã ſabbati , qua in ſepulchro quieuit , octaua die reſurrexit: ſic & nos poſt ſex mundi ætatȩs, quibus pro domino patimur & laboramus , & poſt ſeptimam quietis animarum , quæ interim in alia vita geritur,octaua ætate reſurgemus. Transfiguratio ergo fuit in octaua die, quia facta eſt ad oſtendendum diſcipulis ſuis gloriam reſurrectionis futuræ, quæ erit in octaua mundi ætate,& propter hoc figurata eſt hîc per octauam diem. Aſſumpſit autem ſecum

*Matth. Lucæ Marc.*

*Transfiguratio dominica pus.*





*Aſſũptionis trium cauſa.*

**A** tem ſecum tres tãtum,vt in ore trium ſtaret teſtimoniũ.Item in ſignum ꝙ qui nunc fidem trinitatis firmiter ſeruabũt:tunc in ȩterna viſione gaudebunt.Iſtos autẽ tres, ſcilicet Petrum, Iacobum, & Ioãnem,ſpecialiter aſſumpſit:quia iſtos familiariter diligebat. Hoc aũt fecit ad deſignãdum ꝙ quicunq; vult gloriã dei videre,oportet ꝙ fidem agnoſcat,ſicut Petrus: ꝙ vitia ſupplantet,ſicut Iacobus: ꝙ ad bene operandũ gratiam habeat, ſicut Ioãnes: quia omne meritũ conſiſtit in credendo verum, in declinãdo malum,in faciendo bonũ. Item ad commendationem omnium ſtatuũ eccleſiæ : nam per Petrum ſignificantur cõiugati,vel etiã prælati:per Iacobum,pœnitẽtes vel actiui:per Ioannem,virgines vel theorici.Et pulchrè oſtenſurus diſcipulis reſurrectionis gloria,ſeorſum eos duxit, vt intelligamus quia ſi eiuſdem reſurrectionis participes eſſe cupimus,à turbis malignorũ hominum,& tumultibus ſeculi diuiſi eſſe debemus. Pulchrè etiã eos in montem excelſum duxit,& non vallem : vt diſcamus gloriã non in profundo huius ſeculi,ſed in regno ſupernæ beatitudinis eſſe quærendã : & ꝙ ad illam gloriã futuræ reſurrectionis peruenire,& in **B** decore ſuo Chriſtũ videre merebimur:ſi ima& terrena deſerentes,ac ſublimia & cœleſtia deſiderantes,mente in cœleſtibus habitemus.Neceſſe eſt enĩ omnibus qui deũ contemplari deſiderãt: vt non in infimis voluptatibus iaceant , ſed ſemper ad cœleſtia ſe erigant.Aſcendit aũt in montem, vt oraret: innuens oraturos in montẽ virtutum aſcendere, & ſurſum nõ in imis corda habere: ac cõtinuis precibus inſiſtere.Et bene mons iſte dictus eſt Thabor, quod acceſsio lucis interpretatur:quia omne quod manifeſtatur,in lumine manifeſtatur.Effectus autem orationis oſtẽdit,propter quid orauit , ſcilicet propter gloriã futuræ reſurrectionis manifeſtandam apoſtolis.Dum enim oraret trãsfiguratus eſt corã eis.Nõ dicit trãsfigurauit ſe, vt notetur actio fieri ex potẽtia trinitatis,ſed in natura humanitatis.[Et bene dum oraret facta eſt altera ſpecies vul **C** tus eius:]feruor enim & deuotio orationis, diſpoſitio eſt ad trãsfigurationẽ,& extaſim mẽtis. Vnde Petrus dũ oraret factus eſt ĩ extaſi mẽtis. Cõſpice bene iſta, & te prȩſentẽ exhibe,qa magnifica ſunt valde. Reſplenduit enim facies eius ſicut ſol:] imò pluſquã ſol,ſed nihil habet clarius cui comparetur. [Veſtimẽta aũt eius facta ſunt alba ſicut nix:& ſic perfuſa lumine,vt alba extrà apparerent. ſecundũ Aug.Candor veſtiũ procedebat à faciei ſpẽdore:& iſta fuit vera mutatio in facie,ſed nõ in veſte. Non ſubſtãtiã veræ carnis amiſit,nec corporis veritatẽ ſubtraxit: ſed ſplẽdorẽ addidit. Vnde Lucas dicit, ꝙ[facta eſt ſpecies vultus eius altera,]non alia. In carne ergo mortali immortalitatis & reſurrectionis ſuæ vel noſtræ gloriã:non in ſe,ſed in ſeculi claritate ſicut voluit oſtendit,vt illius gloriæ quã prȩdicabat certiores nos redderet. Ecce quantum pignus beatitudinis noſtræ habemus: non enim erat aliud transfiguratio,niſi ſecũdi aduentus prȩnũtiatio:in quo & ipſe Chriſtus & ſancti eius lucebũt ſole clarius:vnde nõ aſſumpſit claritatis dotẽ:ſed dotis ſimilitudinẽ.Nam vt Leo papa ait:Illam ipſius

*Cur ſeorſum duxerit diſcipulos.*

*Cur in montem duxerit diſcipulos.*

*Thabor.*

*Acto.10.*

*Candor veſtium.*

*Transfiguratio dominiſpem auget noſtram.*

deitatis ineffabilẽ & inacceſsibilem viſionẽ, quæ **D** in æternã vitam mũdis corde ſeruatur,nullo modo adhuc mortali carne circũdati intueri poterãt& videre.Splẽdor aũt faciei ſignificat claritatẽ diuinitatis : fulgor verò veſtiũ,claritatẽ humanitatis eius. Item claritas faciei repreſentat futurã claritatẽ capitis Chriſti:fulgor aũt veſtiũ,deſignat futurã claritatẽ membrorũ eius,ſcilicet ſanctorũ qui ſuperabuntur à claritate Chriſti,ſicut cãdor niuis ſuperatur à fulgore ſolis.Candor ergo ſignificat gloriam futurȩ reſurrectionis,propter quod angelus dominicæ reſurrectionis nũtius, in veſte candida apparuit. Et ſcd̃m Bedã : Veſtitus domini ſanctorũ illius chorus accipitur , qui in terris deſpectus videbantur.Moraliter circa transfigurationẽ dominus tria fecit,quia diſcipulos aſſumpſit,montẽ aſcẽdit, orationẽ prȩmiſit,ad ſignificandũ ꝙ ad gloriã non peruenitur,niſi per virtutis ſocietatẽ,per vitȩ altitudinẽ,per orationis deuotionẽ.Fœlix ergo qui talem comitatũ aſſumpſit.Petrum,ſcilicet qui interpretatur agnoſcens, vt ſit in eo cognitio:quȩ debet eſſe triplex,ſcilicet dei,ſui, & proximi. Cognitio dei,generat dilectionẽ,& cauet deſperationẽ:cognitio ſui,generat humilitatẽ,& cauet prȩſumptionẽ: **E** cognitio proximi,generat cõpaſsionẽ & cauet crudelitatẽ.Et ſicut ſuã fragilitatẽ,ſic & mundi vanitatem agnoſcat,& agnitã contẽnat.Iacobũ qui interpretatur luctator,vel ſupplãtator:vt ſit in eo lucta & ſupplãtatio,quæ etiã debet eſſe triplex: ſcilicet carnis,mũdi,& diaboli:vt cõtra concupiſcẽtias carnis,& mũdi,ac inſtigationes diaboli fortiter luctetur , & eas deuictas ſub planta proſternat : non enim coronabitur , niſi qui legitimè certauerit. In ſignũ huius Iacob poſt luctã accepit benedictionem.Ioannem qui interpretatur gratia,vt in eo ſit gratia,quȩ ſimiliter debet eſſe triplex,ſcilicet incipiens,proficiens,& perueniẽs.Vnde apoſtolus:Gratia dei ſum id quod ſum,quantũ ad primã : & gratia eius in me vacua nõ fuit,quantũ ad ſecundã:ſed illis omnibus abũdantius laboraui: non aũt ego ſolus,ſed gratia dei mecũ:quantũ ad tertiã. Ioannes **F** etiã priuilegio ſingularis amoris dei dotatus fuit: ſic bonũ diuinũ ſuper omnia diligat & in omnibus tranſitorijs nihil niſi amorẽ diuinum concupiſcat. Item Petrus alio nomine dictus Simon, qui interpretatur obediẽs,ſignificat obedientiã. Ioannes in quo gratia,ſignificat munditiã.Iacobus qui luctator,vel ſupplantãs , ſignificat paupertatẽ voluntariam:& iſta tria faciũt videre claritatẽ diuinã , ſicut iſti viderunt transfigurationẽ.Fœlix qui talem montem,id eſt eminentiã vitȩ aſcẽdit: in quo ſunt tres gradus , ſcilicet abiectio ſui , mortificatio carnis,contẽptus mũdanȩ proſperitatis: de quibus ſuprà proximo capitulo : ſi quis vult poſt me venire abneget ſemetipſum,& tollat crucẽ ſuã, & ſequatur me.Fœlix qui ſic oratiõi inſiſtit piè, fideliter, &perſeuerãter:donec appareat gloria in facie clerici,qui trãsfigurãtur in ſolẽ dum lucẽt , per ſcientiã:ardẽt,per charitatẽ illuminant,per exemplũ& doctrinã:in veſtimẽtis laici:quibus ſufficit albedo niuis,per munditiã mẽtis,carnis,& operis.[Et apparuerũt illis Moyſes,] iam mortuus,ſcd̃m animã

*Splendor faciei Chriſti.*

*Moraliter*

*Petrus.*

*Cognitio triplex.*

*Iacobus.*

*Supplantatio triplex*

*Ioannes. Gratia triplex. 1.Corĩ.15.*

*Petrus. Ioannes. Iacobus.*

*Montis aſcenſio.*

*Ioan.16.*

*Apparitio Moyſi & Heliæ, & eius cauſȩ.*

in corpore aſſumpto, vel ſibi adaptato, ſicut quãdo
G
apparẽ angeli in corporibꝰ aſſumptis:[& Helias] adhuc viuus in anima & corpore proprio, allatus de paradiſo. Apparuerunt cũ Chriſto iſti duo potius quàm alij: alter mortuus, alter adhuc viuus: in ſignum quod viuentiũ & mortuorum, ſeu vitæ & mortis ſit dominus. Et ꝙ iuſti tam mortui, qui per Moyſen: quàm viui, qui per Heliam: qui tẽpore iudicij vel viui in carne reperiendi, vel à morte reſuſcitandi ſunt: regnaturi ſunt in gloria cũ illo. Item vt oſtendant ipſum eſſe, quẽ legis & prophetarum ſcripta prædixerunt & promiſerũt: & vt hinc appareat ꝙ lex & prophetæ à doctrina Chriſti non diſcordant: & ꝙ finis legis & prophetarũ in ſuo ſermone, Chriſtus erat & eius gloria, propter quam venerant: & vt ipſe oſtenderet ſe eſſe ſupra legem, quam Moyſes legiſlator dedit: & ſupra prophetas, inter quos Helias prædicator præcipuus fuit. Per Moyſen quidem ſignificatur lex: per Heliã prophetæ: & per dominũ euangelium. Apparuit ergo dominus medius inter Moyſen & Heliam, tanquã ipſe & euangelium haberẽt à lege & prophetis teſtimonium.
H
Item vnus mortuus, & alter viuus apparuit: vt ſignificent Chriſtũ moriturum, & iterum victurũ: vel vt nos mortui ſimus mundo, viui autem deo. Itẽ vt ex omni parte Chriſtus teſtimonium haberet: de cœlo patrẽ in voce, de æthere nubes, de paradiſo Heliã, de terra Apoſtolos, de inferno Moyſen. [Et loquentes cũ eo] dicebãt exceſſum eius, quem completurus erat in Hieruſalem, id eſt paſsionẽ, in qua fuit exceſſus amoris, doloris, & humilitatis. Amor fuit ſupra menſurã: ſecundũ illud

Ioan. 15.

Ioannis: maiorẽ hac dilectionẽ, & cætera. Dolor, ſupra conſuetudinẽ: ſecundum illud Threnorum:

Thren. 1.

O vos omnes qui trãſitis, &c. Humilitas, ſupra virtutem: ſecundũ illud Treno. Recordare paupertatis, & cetera.

Tren. 3.

Loqui autẽ ipſorũ eſt, talẽ gratiam redemptionis futurã per Chriſtũ, teſtimonijs legis & prophetarũ præfiguratã eſſe oſtẽdere. Et notandũ ꝙ non loquebãtur de tali materia, tanquã indicantes Chriſto quæ neſciret: ſed eum adorabãt de aduentu eius in carne: & quia myſteriũ paſsionis, ꝙ

Locutio cum Chriſto.

I
ipſi prædixerãt, viderũt in Chriſto cõplendum: & læti fortaſſe, quia videbãt redẽptionis ſuæ, totiusq; humani generis diẽ appropinquare. Cõpatiebãtur nihilominus Chriſto: quia tam glorioſa facies debebat ſic cõſpui: & ſic inuidioſè tradi, & iudicari, & crucifigi. Notandum etiam ꝙ gaudiũ magnum factum eſt apoſtolis & prophetis, nõ ſolũ de transfiguratiõe Chriſti, ſed etiã (vt dicit Effrem) de mutua viſione, quia vtriuſq; teſtamẽti principes congregati ſunt, cum deo Abraham. Videbat enim Moyſes dux Iudæorũ, principem Chriſtianorum Petrum: cõſiderabat Helias caſtus, virginẽ Ioannẽ: & vterq; in Iacobo laudabat martyrij priuilegiũ.

Gaudium ex transfiguratiõe

[Petrus verò & qui cum illo erãt, grauati erant ſomno,] oppreſsi à gloria: quia ſplẽdore incõprehenſibilis deitatis premuntur ſenſus humani corporis. [Et euigilantes viderunt maieſtatem eius: & duos viros, ſcilicet Moyſen & Heliam, quos cognouerunt prædictæ claritatis illuſtratione. Vnde quærit Ambroſius: Quomodo apoſtoli cognouerunt

Moyſi & Heliæ ab apoſtolis cognitio.

Moyſen & Heliã, quos nunquã viderũt? & reſpondet, ꝙ per maieſtatem ſuper eos veniẽtem: in quo
K
innuitur ꝙ in futura gloria alter alterũ, quem nunquã vidit, cognoſcet. Secũdum gloſam: Hîc Helias dicitur eximius prophetarum: ſed cõtra de Dauid hoc dicitur in prologo ſuper Pſalteriũ, & de Moyſe in gloſa ſuper Exodũ. Et ſoluitur, quia Moyſes fuit eximius: domini familiaritate, ſignorũ oſtenſione, legis promulgatione. Helias eximius: vitæ auſteritate, arguendi autoritate, vitæ diuturnitate. Dauid eximius: prophetię ſublimitate, regia dignitate, & ſpeciali ei facta promiſsiõe.

Heli. Dauid.

[Tũc Petrus,] tanquã feruentior, [dixit ad Ieſum: domine bonũ eſt nos hîc eſſe,] ſcilicet in monte, & in cõtemplationis dulcedine. Cœleſti enim dulcedine guſtata, vileſcũt infima. Vnde Rabanus: Quò amplius quis deguſtat dulcedinẽ vitę cœleſtis, eo amplius omnia alia faſtidit in infimis. [Si vis faciamus hîc tria tabernacula] ad manẽdum ſcilicet hîc cõtinuè: ] tibi vnum, Moyſi vnum, & Heliæ vnum.] Non loquebatur de tabernaculo pro ſe & ſocijs ſuis faciendo: quaſi ſupponens ſe & ſocios ſuos, tanquam diſcipulos, cum magiſtro mãſuros in ſuo tabernaculo.
L
Petrus optãdo cõmedat Chriſtum, & ſe in monte manere ex modico guſtu participationis futuræ glorię, quã in Chriſto viderat: vt per hoc diſcamus ꝙ nihil ſit difficile pro Chriſto pati, nec tormẽta, nec crux, nec mors, vt ad montem cœleſtis gloriæ perueniamus.

Fruitio diuinitatis in Petro.

Si enim ſenſibilis viſa Chriſti gloria, ſic Petrũ in mõte impreſsionibus, & in tẽperiebus ſubiecto illexit, vt diceret bonũ ibi manere: qd ęſtimãdum eſt de illa ineffabili & intelligibili gloria æterna in cœlo, vbi nulla intẽperies: nulla peregrinæ impreſsionis moleſtia: vbi nullum malum, ſed omne bonũ obtinebitur. Vnde Beda: O quanta fœlicitas, viſioni deitatis inter angelos adeſſe perpetuò, ſi tantum transformata Chriſti humanitas, duorũq; ſanctorũ ſocietas ad pũctum viſa, delectat: vt eis ne diſcedant Petrus præſtare velit obſequiũ. Vnde & Remigius: Viſa domini maieſtate, & duorum ſeruorũ, Petrus adeo delectatus eſt, vt cuncta
M
temporalia obliuioni traderet, & ibi in perpetuũ vellet manere. Si autem Petrus ſic accẽſus eſt: quãta erit ſuauitas & dulcedo videre regem in decore ſuo, & intereſſe choris ſanctorũ omnium, & angelorum. Hæc Remigius. Sed errauit Petrus, [& neſciebat quid diceret] hoc petendo: tum quia in via patriã requirebat, & vmbram futuræ gloriæ quã viderat, verã æſtimabat gloriam, oblitus regnum dei nõ eſſe ſanctis promiſſum in terra, ſed in cœlo: tum quia in gloria tabernacula manu facta neceſſaria credebat, ignorãs domũ manu factã non eſſe neceſſariã in illo ſeculo futuro: tum quia ſe & coapoſtolos adhuc carne mortali circundatos eſſe non aduertebat, & abſq; guſtu mortis immortalis vitæ ſtatũ ſubire volebat: tum etiã quia ſuã & proximorum ſalutẽ non attendebat.

Petrus ro... pꝰd

Vnde Aug. Quid dicis ſancte Petre? mundus perit, & tu ſecretum quæris. Vides tot gentes in vnum conuenire, & tu quietem diligis. Vides tenebras mundi, & tu lumen abſcondis. Nemo quippe accendit lucernam, & ponit eam ſub modio: & cætera. Vnde & Damaſce.

Matth.





Non eſt tibi, inquit, Petre bonũ quòd Chriſtus ibi
A
moretur: quoniam ſi ibi manſiſſet, nequaquam tibi facta promiſsio conſequeretur effectũ. Neq; enim claues obtinuiſſes regni, nec mortis tyrãnis abolita eſſet. Et vt dicit Chryſoſtomus, quia audiuit quòd oportet eum Hieroſolymam ire & multa pati, adhuc timet pro Chriſto: ſed poſt increpationẽ non audet apertè dicere rurſus, propitius eſto tibi: ſed idem occultè per alia ſigna inſinuat. Quia enim videbat multã quietem & ſolitudinem, cogitauit conuenientem ibi eſſe ſtationẽ ex loci diſpoſitione: quod ſignificat dicens, [Bonum eſt nos hîc eſſe:] Vult etiam ſemper hîc eſſe: ideo tabernaculorum meminit dicẽs: [Si vis faciamus hîc tria tabernacula.] Cogitauit enim ꝙ ſi hoc fieret, nõ aſcenderet Hieroſolymam: & ſi non aſcenderet Chriſtus, nõ moreretur: ibi enim ſciebat ſcribas inſidiari ei. Hæc Chryſo. Et licèt Petrus, vt homo, ſtupefactus neſciret quid diceret: in hoc tamen ſuã deuotionem oſtendit, & in ſiti ſibi ardoris monſtrat indicium.

Petri ardor.

Vnde inebriatus Petrus erat, qui de vna gutta vini cœleſtis quam biberat, quaſi tres tabernas facere

Petri inebriatio.
B

volebat: ſicut enim ex paſsionis magnitudine, vt timoris vel mœroris * aliquis prorumpit in aliqua verba ſine pręmeditatione: ita ſimiliter ex magnitudine deuotionis & delectationis expertæ dixit Petrus illa verba, quæ tamẽ erãt rationabilia: quia in ſolo aſpectu humanitatis Chriſti nõ conſiſtit eſſentia beatitudinis, & ideo illud non debebat ſufficere pro finali beatitudine.

* aliâs, amoris.

In monte Thabor eſt grande monaſterium grãdi ſylua circundatũ, tres habens eccleſias, iuxta qđ Petrus ait: faciamus hîc tria tabernacula.

Thabor monaſteria.

Tria tabernacula cõtemplatiuus moraliter facit, quando legẽ, & prophetias, & euãgelium practicè legẽdo diſponit: ſcilicet corde credendo, ore confitẽdo, & opere adimplẽdo. Sciendũ autem ꝙ iſta transfiguratio ſignificans gloriã ſanctorum, primò deſcribitur à maieſtate dei: quia tota trinitas ibi apparuit, pater in voce, filius in humana carne, ſpiritus ſanctus in nube: per quod datur intelligi ꝙ gloria ſanctorũ conſiſtit in fruitione beatæ trinitatis.

Trãsfigurationis deſcribendę forma.
C

Sicut enĩ Petrus ebrius ex dulcedine illius charitatis voluit facere tria tabernacula: ita habet homo tria tabernacula in anima ſua quę nec Moyſes, nec Helias, ſed ſola beata trinitas delectabiliter inhabitat: ſecundũ illud Ioannis, Ad eum veniemus, & mãſionem apud eum faciemus.

Tabernacula animæ.

Ioan. 14.

Hæc autẽ ſunt: memoria, intelligentia, & volũtas. Nam filius habitat in tabernaculo intelligẽtię, implendo ipſam dei pleniſsima & lucidiſsima cognitiõe: ſpiritus ſanctus in tabernaculo volũtatis, implẽdo ipſam ſapidiſsima & ſuauiſsima dilectione: pater in tabernaculo memoriæ, implendo ipſam cogniti & dilecti perpetua refectione, & ſecuriſsima intentione: quibus actibus anima in deũ quaſi totaliter transformatur, & quodãmodo deiformis efficitur. Tunc verificatur, ſecundũ quandã prægustationem, illud quod dicitur alibi: Intra in gaudiũ domini tui.

Matth. 25.

Secundò deſcribitur iſta trãsfiguratio, à ſocietate cõſortij: quia ibi fuerũt Moyſes, & Helias, Iacobus, Petrus, & Ioannes. In cœleſti igitur gloria habemus ſocios, omnes veteris & noui teſtamenti ſanctos.

Trãsfigurationis ſocij.

Beati veteris teſtamẽti diſtinguũtur in duos ordines: ſcilicet, patriarchas, qui intelligũtur per Moyſen: & prophetas, qui per Heliã.
D
Sancti autem noui teſtamenti diſtinguũtur in tres: ſcilicet in martyres, qui per Iacobũ: in cõfeſſores, qui pleni ſapientia dei intelliguntur, per Petrũ: qui interpretatur agnoſcens: in virgines, qui per Ioannẽ.

Cœlicolarum ordines.

Vel põt dici, ꝙ Chriſtus voluit habere teſtimoniũ ſui aduẽtus ab illis qui ſunt in cœlo, ſcilicet à patre: & ab illis qui ſunt in mundo, ſcilicet à Petro, Iacobo, & Ioanne: & ab illis qui ſunt in terreſtri paradiſo, ſcilicet ab Helia: & ab illis qui ſunt in inferno, ſcilicet à Moyſe. Vel per ſex perſonas ſignãtur ſex bona quę deus confert cõtemplantibus: quia in contemplatione primò mens illuminatur: quod ſignatur in Petro, qui interpretatur agnoſcẽs.

Contẽplationis ſex bona.

Secũdò, caro ſupplantatur: quod ſignatur in Iacobo, qui interpretatur ſupplantator. Tertiò, gratia augetur & augmẽtatur: quod ſignificatur in Ioanne, qui interpretatur in quo eſt gratia. Quartò, mundus cõtemnitur: quod ſignificatur in Moyſe, qui interpretatur aſſumptus ex aquis.
E
Quintò, cor amore inflãmatur: quod ſignificatur in Helia, qui raptus fuit in curru igneo. Sextò, dulcedo cœleſtis prægustatur: quod ſignificatur in Ieſu. Vnde Petrus qui vnã guttam prægustauerat dixit, domine bonũ eſt nos hîc eſſe: neſciens qđ diceret. Tertiò deſcribitur iſta trãsfiguratio à glorificatione ſubiecti, cùm dicitur: [reſplẽduit facies eius ſicut Sol, veſtimẽta autẽ eius facta ſunt alba ſicut nix:] per quę ſignatur beatitudo & gloria, quibus ſanctorum corpora induentur.

Glorificatio Chriſti.

Dominus igitur Petro nõ reſpondit: nam licèt ex feruore deuotionis loqueretur, tamen quia imprudenter interrogauit, ideo reſponſionẽ domini non meruit: nondũ enim vt in hac gloria cõſiſteret tẽpus erat. Qui aũt vult domino facere tabernaculũ, præparet penetralia cordis ſui, & inueniet locum domino, tabernaculum deo Iacob: quia verò malè materiale tabernaculum ex frondibus & tentorijs quæſiuit, ęſtimãs in ęterna illa gloria tẽporalia tabernacula neceſſaria, vbi nulla aduerſitatis aura eſt
F
timenda, vbi deus omnipotẽs templũ eſt & domus eccleſiæ, ideo nubis lucidę accipit obũbraculum. vñ ſequitur: [adhuc eo loquẽte,] & de tabernaculorũ viſibilium cõſtructione cogitante, [ecce nubes lucida obumbrauit eos:] quia maiori luce & vera cognitione ſuffudit: vt intelligerent electis in ęterna tabernacula receptis nõ eſſe neceſſaria corporalia tabernacula: & eos nõ eſſe protegẽdos tegmine domorum, vbi nubis & ſpiritus ſancti gloria proteguntur, & in abſcõdito faciei domini abſcondẽtur. Et intelligas ꝙ cùm Petrus loqueretur, iterim antequam verba cõpleret, diſceſſerũt Moyſes & Helias, & mox nubes ſubſecuta eſt, quaſi interrũpuntur verba eius per obumbrationẽ nubis. Quærebat Petrus terrenũ tabernaculũ, & affuit cœleſte obũbraculum: & iſta nubes nõ fuit cauſata ex iſtis caliginoſis vaporibus, ſed ex vehemẽtia lucis proceſsit: qa ſicut fumus eſt ab igne, ita iſta nubes fuit à luce.

Nubes quę apparuit.

Ad inſtruendas autẽ mentes apoſtolorũ, de cognitione diuinitatis vnigeniti filij dei, poſt Moyſi & Heliæ teſtimoniũ [vox] patris [de nube,] modò

G tonitrus teſtimoniũ perhibuit, [dicẽs: Hic eſt filius
Filius dei meus,] nõ adoptiuè, ſed per naturã: [dilectus] filius
Chriſtus. meus, ſcilicet naturalis & proprius, nõ aliũde creatus,
vel adoptiuus: hoc eſt, ſecundũ Ambroſium, nõ
Helias filius, nõ Moyſes filius: ſed hic eſt filius quẽ
ſolum videtis. Receſſerũt enim illi vbi ceperat dominus
deſignari: vt ille ſolus demõſtraretur, ne errarẽt
apoſtoli. [In quo mihi bene cõplacui:] id eſt,
in quo meum beneplacitum de redẽptione mundi
cõplere cõſtitui: vel ſecũdum Chryſoſtomũ, in quo
delector, in quo requieſco, quẽ accepto: quia omnia
quæ ſunt patris cũ diligentia exequitur, & eſt vna
eadẽq; volũtas ipſius & patris: quare & ſi crucifigi
vult, ne contradicas. [Ipſum audite,] magis quàm
Moyſen, vel Heliã: quia Chriſtus finis eſt legis &
prophetarum. [Ipſum audite,] vt ſupremũ & ſingularem
magiſtrũ, qui docebit vos omnia neceſſaria
ad ſalutẽ. [Ipſum audite:] q̃a veritas eſt, ipſum
quęrite, quia vita eſt, ipſum ſequimini, quia via eſt.
Ac ſi, vt ait Remig. alijs verbis diceret: recedãt vm-
H bræ legales, & typi prophetarũ, & ſolũ coruſcum
lumen euangelij ſequimini. Fœlices ergo apoſtoli,
qui non ſolum domini claritatẽ videre meruerũt:
ſed etiã vocem patris intonantẽ audierunt. Nec ab
hac fœlicitate nos ex toto alieni erimus, ſi quẽ illi
crediderũt & nos credimus: & quomodo illi vixerunt,
amando viuimus: & quẽ dilexerũt, totis viſceribus
amamus. Sed quia humana fragilitas in præſentia
maieſtatis opprimitur: quia pondus diuinitatis
& conſpectũ maieſtatis glorię ferre nõ valet:
Cadere in ideo dũ audirent vocẽ terribilẽ de nube, [ceciderũt
facies & in facies ſuas,] nõ ſicut mali retrorſum. Vnde Re-
retrorſum migius: In eo verò ꝙ ſancti diſcipuli in faciẽ ceciderunt,
ſanctitatis fuit indiciũ: impij enim retror-
1. Reg. 4. ſum cadunt: vt Heli. Hæc Remigius. Cadunt ergo
iuſti in faciem, modò propter timorẽ vt hîc, modò
Matth. 2. propter humiliationẽ: vt magi procidentes adorauerunt
eum, modò propter gratiarum actionẽ: vt
Apoca. 4. ſeniores ceciderunt in conſpectu throni in facies
Vocis do- ſuas. [Et timuerũt valde] quia ſe erraſſe cognoue-
minicæ runt, quia nubes lucida apparuit: quia vocem quaſi
virtus. I tonitrualem, ſcilicet patris, cuius maieſtati timor
debetur, audierunt. Ad hanc vocẽ, vt dicit: Effrem,
fugerunt prophetæ, ceciderunt apoſtoli & timuerunt.
Tonitruũ quidem terribile fuit: vnde de ipſa
voce terra ſub ipſo contremuit. Sed quos humana
fragilitas grauabat, benignè pius magiſter verbo
pariter & actu conſolatur & erigit. Nã clementer
[acceſsit Ieſus,] quia per ſe ſurgere non poterant,
[& tetigit eos,] familiariter & dulciter, vt tactu
debilitata mẽbra ſolidaret: [dixitq; eis,] vt metũ
& timorem fugaret. [Surgite,] contra caſum: [&
nolite timere,] contra metũ. Beati illi quos tangit
Tactus Ieſus, beati illi quos tangit ſalus & vita. Illi eñ ſur-
Chriſti. gunt, illi ſine timore & ſecuri fiũt. Rogemus ergo
eum vt & nos tãgat, & à ſomno ſtuporis & inſipiẽtiæ
excitet: atq; ad ſe videndũ nobis oculos aperiat.
Dulcis amicus eſt: quia piè cõſolatur, & potẽter adiuuat.
Ad tactum ergo & cõſolationẽ Ieſu miſeratoris,
qui proſtratis dexteram ad beneficiũ auxilij
porrigit, & iacentes erigit: diſcipuli ſurgentes nec
Moyſen, nec Heliã viderũt: ſed ſolũ Ieſum in figura
cõſueta, qua cõuerſari ſolebat inter eos. ſecundũ
gloſam: Si Moyſes & Helias perſeueraſſent, vox K
patris videretur incerta, cui potius teſtimoniũ dediſſet:
& ideo receſſerunt illi, ne ad eos vox patris
fieri putaretur: ſed vt ad ſolum Ieſum pertinere intelligeretur.
Allegoricè ablata nube viderũt Moy- Allegoricè.
ſen & Heliã euanuiſſe, ac ſolum Ieſum remanſiſſe:
quia poſtquã legis & prophetarũ vmbra diſceſsit,
quæ quaſi nube apoſtolos texerat, viderunt eũ, &
ſcriptura illis reuelata fuit: & euangelium, in quo
vtrumque reperitur, ſolũ remanſit. Notandũ autẽ, Regenerationis congruentia.
ſecundum gloſam, ꝙ bene cõuenit myſteriũ ſecũdæ
regenerationis, quæ ſcilicet erit in reſurrectione,
vbi caro reſuſcitabitur: cũ myſterio primæ quę
eſt in baptiſmate, vbi anima reſuſcitatur. In baptiſmate
enim Chriſti operatio trinitatis oſtenſa eſt:
fuit enim ibi filius incarnatus, apparuit in ſpecie
columbæ ſpiritus ſanctus, & pater fuit ibi in voce
declaratus. Et ſimiliter in transfiguratione, quę eſt
ſacramentum ſecundę regenerationis, tota trinitas
apparuit: pater in voce, filius in homine, ſpiritus L
ſanctus in nube. Nã gloriã illius, quã modò in baptiſmate
credẽtes confitemur, in reſurrectione videntes
collaudabimus. Nec fruſtra ſpiritus ſanctus
hîc in lucida nube, illic in columba apparuit: dona
enim ſua per ſpecies declarare ſolet. Innocentiam
autẽ in baptiſmate donat, quę per auẽ ſimplicitatis
deſignatur: daturus eſt autẽ claritatẽ & refrigeriũ
in reſurrectione, & ideo in nube refrigerium: & in
fulgure nubis claritatis reſurgentiũ corporũ figuratur.
Qui enim nũc ſimplici corde fidẽ quã percipit
ſeruat, tũc luce apertæ viſionis quod crediderat
contẽplabitur, ipſaq; quã luſtrabitur in perpetuum
gratia protegetur. [Et deſcendẽs Ieſus cũ diſcipulis
de monte, pręcepit eis,] pręcepto inſtructionis:
vt nemini dicerent viſionẽ de gloria trãsfigurationis,
ante ſuã reſurrectionem à mortuis. Primò, ſe- Vetiti cui dicerentur.
cundum Hieronymum, ne dictũ eſſe incredibile,
propter rei magnitudinẽ, videretur. Secundò, ſecũdum
Thomã, ne homines audiẽtes tam glorioſa de
eo dici, ſcandalizarẽtur poſtea vidẽtes eũ crucifigi.
Tertiò, ſecundum Remigiũ, ne prædicatio gloriæ M
paſsionis fructum impediret: quia ſi maieſtas illius
fuiſſet diuulgata in populo, plurimi reſiſtẽdo principibus
ſacerdotum paſsionẽ eius impediuiſſent: &
ſic redemptio humani generis retardata fuiſſet.
Quartò, ſecundum Hilariũ, quia tunc debebãt eſſe
teſtes diuinitatis Chriſti, cùm eſſent ſpiritu ſancto
repleti: & ad tantę viſionis teſtimoniũ perhibendũ
confortati. Quintò, ſecundũ Damaſcenũ, quia alij
diſcipuli adhuc imperfecti fuiſſent triſtati, ꝙ hanc
viſionem nõ vidiſſent: & Iudas magis incitatus ad
proditionem ſaluatoris fuiſſet. Sextò, quia reſurrectio
Chriſti multũ fuit dubitabilis: ideo reſeruata
fuit iſta viſio, illo diuulgãdo tẽpore quãdo maximè
oportebat ipſi reſurrectioni teſtimoniũ perhibere,
cui præſtabat argumentũ non modicũ ipſa gloria
transfigurationis, ipſa quoq; viſio magis credibilis
videbatur, quando etiã viſibiliter per reſurrectionem
factam monſtrabatur. Septimò, vt daretur nobis
exemplum ea quæ ad laudem & gloriam noſtram
ſpectant eſſe occultanda, quamdiu ſumus
in hac



A in hac mortali vita, & ad faciẽdum hoc quod in Ec-
Eccleſia- cleſiaſtico dicitur: Ne laudes hominẽ in vita ſua: &
ſtic. 11. in eodẽ, Ante mortẽ ne laudes quẽquã. Per hoc etiã
oſtẽdit ꝙ ſecreta & myſteria diuina non ſunt
ſemper, ſed loco & tp̃e debitis publicanda: & dedit
exẽplum viris ſanctis, nõ facilè publicandi reuela-
2. Cor. 12. tiões ſibi factas. Sicut Paulus annis quatuordecim
Transfigu- tacuit raptũ ſuum. Fuit aũt transfiguratio domini
rationis tẽ- facta, circa Veris principium. Vnde euangeliũ de
pus. trãsfiguratiõe legitur in eccleſia ſabbato quatuor
tẽporum, poſt primã in quadrageſima dominicã.
Feſtũ verò trãsfigurationis domini celebratur ſexto
Kalendas auguſti: quia tũc ab apoſtolis fuit trãſfiguratio
prædicata & publicata, quã tacuerãt vſq;
ad diẽ illã, propter prohibitionẽ à dño eis factam.
In deſcenſu mõtis Thabor cõtra Occidentẽ, vbi eſt
vna capella vbi dñs dixit apoſtolis, [nemini dixeritis
viſionem, &c.]

ORATIO.

IEſu redẽptor perditorum, ſaluator redẽptorum
animæ lachrymoſæ & poſt te currẽtis dulce ſo-
B latium, & ſuaue refrigerium: da mihi omne delectamentũ
extra te reſpuere & obliuiſci, vt tuo ſapore
merear iucũdari: & veniat oro tẽpus vt quod
nunc credo, reuelatis oculis tandẽ aſpiciam: quod
nunc ſpero & à longè ſaluto, apprehendam: quod
pro viribus meis deſidero, vlnis animæ amplectar
& deoſculer: & in claritatis tuæ abyſſo totus abſcõdar,
vt in velamento alarum tuarum ſit pax mihi
per æuum. Amen.

De ſanatione lunatici. Cap. IIII.

Matth. 17. SEquenti aũt die Ieſus rediens de
Mar. 9. & mõte vbi trãsfiguratus fuerat, ve-
Lucæ 9. & nit ad diſcipulos quos inferius di-
17. miſerat, & occurrit ei turba quæ
circa ipſos erat. Similiter ſi prælati vellent ad ſubditos deſcẽdere
per humilitatẽ, cõpaſsionẽ, & affabilitatem: multa
turba occurreret eis per pœnitentiã. Sed quia ſemper
ſtãt in alto per elationẽ, ſeu ambitionẽ, vel curioſitatẽ:
ideo pauci ei occurrũt: id eſt, pauci ad eos
C accedũt, & pautiores ab eis ſanantur: nullũ eñ legitur
dñs in monte ſanaſſe. [Et acceſsit ad eũ] quidã
Lunatic'. de turba, petens miſereri vnico filio lunatico, ſecũdum
lunæ innouationẽ magis patienti: & ſpiritũ
immundũ habenti, quẽ eijcere non potuerunt eius
diſcipuli. Qui eũ apprehendens ad terrã allidebat,
& volutãdo per diuerſa, mẽbra vexans diſsipabat:
ſicq; ad oſtendendũ vehementiã paſsionis ſpumabat,
ac dentibus ſtridebat: & languẽs areſcebat, &
vix deſcẽdebat dilaniãs eum. Qui etiã ſæpe eũ vexando
clamare faciebat, & nunc in ignẽ, nunc in
aquã mittebat: ita vt dudũ perijſſet, niſi prouidentia
eum cõſeruaſſet. Et cũ iubente domino adductus
eſſet, ſtatim ſpiritus conturbauit eũ: videns eñ
ſe citò eijciẽdũ, faciebat peius quod poterat in eũ.
Deinde increpante eũ domino, & præcipiente vt
exiret ab eo, & ne amplius in eum introiret: quem
etiã ab effectu malitiæ, ſiue ſurdũ & mutum vocabat:
quia ſurdũ & mutum eum fecerat: ſtatim diſcerpẽs
eũ exijt ab illo. Et factus eſt ſicut mortuus:
ſed Ieſus tenens manũ eius eleuauit illum, & ſurrexit
ſanus, & reddidit illũ patri eius. Moraliter iſte
lunaticus ſignificat peccatorẽ, quẽ diabolus primò Moraliter
apprehẽdit per peccati delectationem. Secũdò, cla- Peccator
mare facit, per peccati ardẽs deſideriũ. Tertiò, mu- lunatico ſi-
tum facit, ad peccati & diuinę laudis cõfeſsionem. milis.
Quartò, ſurdũ, per obdurationẽ, ad verbi monitio- D
nem. Quintò, lunaticũ, per mentis inſtabilitatẽ, &
continuã in malum variationẽ. Sextò, elidit & volutat,
per eius in diuerſa peccata præcipitationem.
Septimò, diſsipat, per diuerſarũ cogitationum varietatẽ.
Octauò, ſtridere facit dentibus, per iram &
indignationẽ: ac ſpumare, per gaſtrimargiã & libi- Gaſtrimargia,
dinę. Nonò, in ignẽ luxuriæ mittit, vel etiã elatio- id eſt, guloſi-
nis: quia ignis ſurſum tẽdit & alta petit, necnon in tas.
aquã voluptatũ & cupiditatũ ſubmergit. Decimò,
aridũ reddit per otium, ſeu ignauiã, & indeuotionẽ.
Vndecimò, vix diſcedit, ꝑ peccati cõſuetudinẽ. Duodecimò,
dilaniat & dilacerat, per naturaliũ vulnerationem.
Dum autẽ puer ad deũ accedit, conturbatur:
quia ſæpe poſt peccata ad deũ conuerſi magis
à dęmonio impugnãtur, vt vel per tędiũ virtutum
& labores pœnitẽtiæ excutiat, & ad vitia reducat:
vel de ſua expulſione ſe vindicet. Sic in primitiua
eccleſia multa grauia certamina illis appo-
ſuit, quos ſuo regno ſubtrahere voluit. Non autem E
puer vim patiẽs, ſed diabolus vim inferẽs, increpatur,
quia qui peccãtem vult ſanare, vitiũ odiẽdo debet
arguere & depellere, ſed hominẽ amãdo refouere
& cõfortare. Exiens verò demon ab homine
nunquã reuertitur, ſi homo cor ſuũ claue humilitatis
& charitatis ſerauerit. Exiturus autem diſcerpſit
eum: qui dũ de corde expellitur, acriores in eo
tentationes generat. Et liberatus à dæmone velut
mortuus videtur: qui enim terrena deſideria ſubegit,
vitã in ſe carnalis cõuerſationis extinguit: &
mũdo mortuus apparet. Quẽ autẽ hoſtis mortuo
ſimilẽ reddidit, hũc ſaluator piæ dexteræ tactu leuauit:
in quo oſtenditur dei auxiliũ. & ſurrexit: in
quo mõſtratur hominis ſtudiũ. primò eñ deus nos
iuuat: deinde à nobis requiritur vt bonũ operemur
[Et cùm in domũ introiſſet, diſcipuli ſecretò in-
terrogabãt Ieſum, quare ipſi nõ potuerunt eijcere F
illum: & dixit, propter incredulitatẽ eorum.] Non Increduli-
dicuntur diſcipuli increduli propter defectũ fidei, tas diſci-
ſicut Iudæi, ſed propter remiſsionẽ feruoris: nam pulorum.
fidem remiſſam habebant, nõ ſicut granũ ſinapis:
quia non cum debito feruore credebant, vt præcipuè
ipſi facere debebant. Nihil enim impoſsibile
erit habenti feruentem fidem, & per dilictionem
operantem, cui nunquam ſufficit quod bene geſſit.
Granum quippe ſinapis eſt modicum, feruidum,
amarum, & veneni expulſiuum. In hoc ergo
quòd hîc comparat fidem grano ſinapis, innuit Granum
quòd debent habere fidem modicam, per humili- ſinapis.
tatem: feruidam, per deuotionem amaram, per tribulationum
perpeſsionem: veneni erroris expulſiuam,
per ſinceritatem. ſecundũ Ambroſium: Granum
ſinapis res eſt ſimplex, & ſi teritur vim ſuam
fundit: ſic fides ſimplex videtur, & ſi atteratur aduerſis,
gratiam ſuæ virtutis effundit. Deinde reducit
eos ad humilitatem, monẽdo ne quis de operibus
glorief: ſed humiliet ſe deo, cui iure obſequiũ
debetur dicens: [Cùm feceritis omnia quæ præ-
cepta ſunt

cepta ſunt vobis,dicite,]nõ tãtũ ore,ſed & corde:
G ne ſit tãtum vocalis humilitas,ſed & realis:[ſerui
inutiles ſumus:quod debuimus facere , fecimus:]
nec vos iactetis,quia bene ſeruiſtis:nihil enim feci
Serui inutiles. ſtis quod nõ debuiſtis:quaſi diceret,[Dicite,] gra-
tiam nõ meruimus:ſed debitũ ſeruitium ſoluendo
pœnas vitauimus. Sed ecõtra ſuperbi cùm nequa-
quam omnia,ſed modicũ quid eorũ quæ præcepta
ſunt faciunt,nõ ſolum mox de ſua iuſtitia præſu-
munt:ſed & infirmos quoſq; deſpiciũt:nõ enim ſu-
mus noſtri,ſed ſerui:quia pretio magno empti:&
ergo Chriſto , cuius prætio empti ſumus, ſeruire
tenemur,& nihil omittere quod debemus nec ali-
Sapiens. quid facere quod non debemus. Vnde Seneca: Sa-
piens nihil facit quod nõ debet,nihil prætermittit
quod debet. Nõ dicũtur inutiles ſerui faciẽtes iure
debiti mãdata dei,quin fructũ recipiãt vitæ beatę:
Roma.8. ſed dicũtur inutiles,quia dominus bonorũ noſtro-
rum nõ indiget:vel quia nõ ſunt condignæ paſſio-
H nes huius tẽporis ad futurã gloriã,quę reuelabitur
in nobis:vel quia quiſque magis debet ſe ęſtimare
imperfectum , quàm ꝙ ſtatũ attigerit perfectio-
nis. Vnde Beda: Hæc eſt igitur in hominibus ſola
fidei perfectio,ſi omnibus quæ præcepta ſunt im-
pletis imperfectos ſe eſſe nouerint: & quamdiu
peregrinãtur à dño,ſemper ſibi ineſſe mala quę de
fleant,ſemper meminerint deeſſe bona ad quę gra
Ioan.1. tia eius iuuãte proficiãt. Et iterũ: Quia ſine me ni-
hil poteſtis facere,nõ tẽporũ lõgitudine laborũ me
rita pẽſare debetis:ſed amore & famulatu ſponta-
neo nouis ſemper ſtudijs augere priora. Hęc Beda.
& bene dicit,[quod debuimus facere,fecimus.]Vn
de Beda: Reuera debuimus,quia qui nõ venit mi-
niſtrari,ſed miniſtrare:debitores ſibi nos fecit:ne
noſtris videlicet operibus cõfidẽtes,ſed de eius ſem
Pſal.115. per examine pauẽtes,cũ propheta dicamus: Quid
Seruus retribuemus domino,pro omnibus quæ retribuit
inutilis. nobis: Hæc Beda. Attẽde hîc bene ꝙ ſeruus inuti-
lis reputatur,qui hoc ſolũ facit quod facere tene-
tur. Quãtumcũq; etiã perfectionem attingas,ſem
per ſentias & dicas: Domine deus meus Ieſu Chri
I ſte nihil valeo,& malè tibi ſeruio. Debemus ergo
nunquã à bono opere ceſſare,& tamẽ totum meri-
tũ noſtrũ inſufficiẽs reſpectu mercedis æternæ re
Pſal.102. putare. Vnde Pſalmiſta: Qui coronat te in miſeri-
cordia & miſerationibus. Non ait,in meritis & in
operib⁹ tuis:quia cuius miſericordia præuenimur,
vt humiliter deo ſeruiamus:eius munere corona-
mur,vt ſublimiter cum illo regnemus. Et ideo cũ
oĩa fecerimus reputem⁹ nos parũ nihil feciſſe dño,
reſpectu mercedis quam expectamus ab eo. Vnde
dicebat beatus Franciſcus,etiam poſt multos &
magnos labores,fratres incipiamus ſeruire domi-
no:quia vſq; nũc parũ profecimus. Et ſi præceptis
impletis nos hũiliare debemus,quantò magis cùm
de illis multa omiſerimus. Si enim inutilis eſt qui
omnia perfecit,quid de illo dicendum qui ea face-
re deſpexit? Vnde Ambr. Nõ te iactes ſi bene ſerui
ſti:quia facere debuiſti. Obſequitur ſol,obtẽperat
1.Cor.15. luna,ſeruiũt angeli. Vas gẽtium electus à domino:
nõ ſum,inquit,dignus vocari apoſtolus:quia perſe
cutus ſum eccleſiã dei. Deinde alibi nullius ſe oſtẽ

dens cõſcium culpæ ſubiecti,ſed non in hoc iuſtifi- 1.Cor.4.
catus ſum. Et nos ergo nõ à nobis laudes exigamus
ne præripiamus iudiciũ dei,& præueniamus ſen- K
tentiam iudicis:ſed ſuo tempore ſuo iudicio reſer-
uemus. Hæc Ambro. Bonum eſt itaque ſemper in
timore ſtare,& nihil de ſe præſumere:quia quãtũ-
cunq; bene quis ſeruierit,,neſcit tamen ſi odio,vel
amore dignus ſit. Vnde Bernar. In veritate didici Eccleſ.9.
nihil æquè efficax eſſe ad gratiã promerendã,reti-
nẽdam,recuperandã,quã ſi omni tempore coram
deo inueniaris nõ altum ſapere,ſed timere. Beatus Timor
homo,qui ſemper eſt pauidus. Si adeſt gratia,ti- bendus.
me ne non dignè opereris ex ea. Si ſubtracta eſt
gratia,time quia reliquit te virtus tua & cuſtodia.
Si reuerſa eſt gratia, time ne fortè contingat reci-
diuum pati:& cõtingant tibi deteriora. Hæc Ber-
nardus. Vnde & apoſtolus hortatur nos, ne inua- 2.Cor.6.
cuum gratiã dei recipiamus. Ille enim gratiã dei Gratiã
inuacuum recipit,qui ſe in bonis operibus nõ ex- cipere in
ercet. Vnde ſi volumus ꝙ gratia dei in nobis non vacuum.
remaneat vacua,neceſſe eſt vt eam bonis operibus
& virtuoſis exercitijs nutriamus:& nos à vitijs cu- L
ſtodiamus. Debemus etiam in præceptis dei,& in
omnibus operibus noſtris attendere,non ſolum vt
faciamus,ſed etiã vt ea ſecundũ volũtatem dei di-
rigamus. Vnde Baſilius ponit exemplum de fabro Fabri
faciẽte ſecurim,vel quiddã aliud: qui ſemper me- gentia
minit eius qui iniũxit opus,& retinet in corde ſuo tanda.
cuius magnitudinis, vel qualitatis, vel formæ ille
iniunxerit fieri ſecurim: & in illud ſemper inten
dens quod ſibi meminit à domino operis iniũctũ:
ad hoc dirigit manuũ miniſterium,vt forma ope-
ris cum eius qui iniunxit animo & volũtate con-
ueniat. Sic & nos omne conatũ & omne ſtudium
in actibus noſtris habere debemus, vt ſecundũ vo-
luntatem dei, qui opus iniunxit,noſtrũ dirigamus
opus:& tũc poterimus implere illud apoſtoli: ſiue 1.Cor.10.
manducatis,ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis,o-
mnia ad gloriã dei facite. Et ſubdit dominus,oſtẽ-
dens quo proteruitas diaboli ſuperetur & dicit: M
[Hoc genus dæmoniorum,]in ſpiritu & carne ſi-
mul ſecundũ cauſam radicatã,quale ſupradictum
eſt,[in nullo] poteſtatis remedio,id eſt,in nulla po
teſtate,ſcilicet miniſtrorũ[põt exire:]ita ꝙ nõ ha-
beat poteſtatẽ in hoĩe,[niſi in oratiõe,] quæ curat
peſtes ſpiritus,[& ieiunio,]qđ curat peſtes corpo-
ris,quæ ſcilicet oratio & ieiuniũ ſunt effectus fi-
dei feruẽtis,ac per charitatẽ formatæ & operãtis.
Vnde videtur ꝙ ex crapula & ebrietate morbum
illum incurriſſet. Hæc etiã poterat eſſe alia cauſa, Dæmo
propter quã diſcipuli nõ potuerũt eũ eijcere. Dæ- rum po
mones enim nõ ſunt æquales in virtute naturali: ſtates
& ideo vnus alio difficilius poteſt expelli. Ad ex- uerſæ.
pulſionẽ autẽ iſtius requirebatur in expellẽte ſub-
iectio carnis ad ſpiritũ,quę fit per ieiunium:& ele
uatio ſpiritus in deũ,quæ fit per oratiõe:talia au-
tem nõ erant adhuc in apoſtolis,quia pro tempore
illo nõ competebat eis ieiunare propter præſentiã
ſponſi:nec erãt adhuc in deũ perfectè eleuati:quia
fuerũt rudes& imperfecti vſquequo poſt paſſionẽ
receperunt pleniorẽ gratiam ſpiritus ſancti. [ Vel
non eijcitur,] miniſtrorum poteſtate[ niſi in ora-
tione,]



tione,]iniuncta,[& ieiunio,]iniuncto:& hoc omi
A ſerunt apoſtoli,& ſic fuit error clauis adhibendæ
ad dęmonẽ excludendũ: ſicut adhuc multi errant,
eo quòd clauibus ſecundum debitum ordinẽ pote-
ſtatis nõ vtuntur:quod enim miniſter vſurpet ſibi
poteſtatem diuinã & abſolutã,hoc dicit eſſe Hiero
nymus de ſupercilio phariſæorum,& de ſuperbia
Luciferi,qui ſine merito ſuã ſedem voluit colloca-
ri in ſummo:ſecundũ Chryſo.dicit, genus hoc, nõ
tantũ lunaticorũ,ſed vniuerſaliter omniũ dæmo-
niorum,nõ eijcitur niſi per orationẽ & ieiunium:
quia ſemper diabolus peccatorẽ inhabitat, niſi per
pœnitentiam ad dominũ cõuertatur:& quãto ma-
gis differtur,tãtò difficilius expellitur. Vbi Hiero-
nymus: Dum autẽ docet apoſtolos quomodo ne-
quiſſimus dęmon poſſit expelli,omnes inſtituit ad
vitam:vt ſcilicet nouerimus grauiora quæque,vel
immũdorum ſpirituũ, vel hominum tentamenta
ieiunijs & orationibus eſſe ſuperãda, iramque do-
B mini cùm in vltionẽ noſtrorũ ſcelerum fuerit ac-
cẽſa,hoc remedio ſingulari poſſe placari. Hæc Hie
ronymus. Per ieiuniũ enim,vt dictum eſt, curãtur
peſtes corporis:& per orationẽ,peſtes mẽtis: & ſic
quęlibet tentatio ſuperatur cũ eis. Vel per ieiuniũ,
intelligitur declinatio malorũ:& per orationem,
Ieiunium operatio bonorum. Et ſic accipitur ieiuniũ hîc ge-
perfectũ. nerale,pro abſtinentia , non ſolum ab eſcis: ſed ab
omnibus tẽporalibus delectationibus & vitijs. Vn
de dicit Auguſtinus,quòd perfectũ & magnũ ieiu
niũ eſt non ſolũ à cibo:ſed ab omnibus iniquitati-
bus & illicitis voluptatibus ſeculi abſtinere . Vnde
Bernardus: Si ſola gula peccauit,ſola ieiunet,& ſuf
ficit. Si verò peccauerũt cætera mẽbra,cur nõ ieiu
nẽt,& ipſa? Ieiunet ergo oculus à curioſis aſpecti-
bus & omni petulantia,vt bene humiliatus coër-
ceatur in pœnitentia,qui malè liber vagabatur in
culpa. Ieiunet auris nequiter pruriens à fabulis &
rumoribus:& quæcũque otioſa ſunt,& ad ſalutem
minimè pertinẽtia. Ieiunet lingua à detractione &
murmuratione,ab inutilibus,varijs,& ſcurrilibus
verbis. Interdũ quoque ob grauitatẽ ſilẽtij ab ipſis,
quæ videri poterãt neceſſaria . Ieiunet manus ab
C otioſis ſignis,& operibus omnibus quæcunque nõ
ſunt imperata. Sed multò magis anima ipſa ieiu-
net à vitijs,& propria voluntate ſua. Etenim ſine
ieiunio hoc,cætera à domino reprobãtur,ſicut ſcri
Eſa.58.a. ptũ eſt: Quia in diebus ieiunij veſtri,inuenitur vo
luntas veſtra. Non ſolũ aũt ab illicitis:ſed ab ipſis
quoque licitis oportet nos ieiunare,ſi ea nobis quę
prius cõmiſimus illicita,volumus condonari. Hæc
Bernardus. Et ſecundũ Bedam,ſicut ieiuniũ gene-
rale eſt non ſolũ ab eſcis,ſed à cunctis illecebris ab
Oratio ge ſtinere carnalibus,imò ab omnibus vitiorũ paſſio-
neralis. nibus:ſic & oratio generalis non ſolũ in verbis eſt,
quibus diuinã clementiã inuocamus,verumetiã in
omnibus quæ in obſequium noſtri conditoris fidei
1.Theſ.5. deuotione gerimus,teſte apoſtolo qui ait: Sine in-
termiſſione orate. Hæc Beda. Tunc quippe ſine in
termiſſione oramus,cùm ea ſolum opera gerimus
quæ nos pietati commendent autoris . Sempèr
enim orat,qui ſemper bene facit,& in bono perſe
uerat.

## ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte,qui nos humilitatẽ ver- D
bo & exẽplo docuiſti:da mihi vt nunquã alta
ſed ſemper humilia de me,corde ſentiã , ore
proferã,& opere oſtendã. Eripe me & cuſtodi à ma
lignis ſpiritibus,& defende ab omnibus inimicis vi
ſibilibus & inuiſibilibus:& præſta mihi ô ſaluator
meus & deus meus,vt ieiunijs & orationibus cõue
niẽter interius cũctas immundorũ ſpirituũ,& pra-
uorũ hominũ tentationes valeã te iuuãte ſuperare,
& ab hoſtibus mentis & corporis merear te miſe-
rante liberari,& ſemper ſaluus eſſe. Amen.

## De tributo pro domino & Petro ſoluto:& de quæſtione diſcipulorum ſuper maioritate eorum. Caput v.

ET quia ex his quæ dñs egerat & dixe Lucæ 9.
rat in Hieruſalẽ,Iudæi quærebãt eũ Matth.17.
occidere,ideo ante paſcha nolebat in & 18.&
Iudæã ambulare:quia nondum hora Marc.9.
eius venerat,& vt oſtẽderet ꝙ aliquã E
do perſecutionẽ fugere licitũ fidelibus ſuis eſſet. Vn
de Aug. Nõ perdiderat poteſtatẽ, ſed noſtrã cõſola
batur fragilitatẽ. Futurũ eñ erat vt aliqui fideles
ſe abſconderet,& ideo præceſſit in capite,ne mẽ-
bro poſtea obijceretur pro crimine. In Galilæa igi
tur,in terra vbi erat conceptus & nutritus conuer
ſabatur cũ diſcipulis ſuis. Et ſcdm Chryſoſt.ne di-
ſcipuli dicerent qua de cã cõtinuè hîc cõuerſamur:
rurſus de paſſione eis loquitur,vt quaſi aſſueti cir
ca negotiũ mortis Chriſti, minus cũ venerit ſcãda
lizarẽtur. Et cũ morte ſua etiã pręɗixit ſuã reſurre
ctionem,ne in paſſione eius incurrerent deſpera-
tionẽ. Vnde dixit ad eos:[Ponite in cordibus veſtris
ſermones iſtos,]ſcilicet qui ſequuntur de mea paſ-
ſione & reſurrectione:quia eorũ recordatio & me
moria vtilis eſt valde. Filius eñ hominis tradendus Traditio
eſt,ſcilicet à patre per charitatem nimiã:à ſeipſo, Chriſti di
per obedientiã voluntariã:à diabolo,per ſuggeſtio uerſa.
nem inquam:à Iuda,per cupiditatem maximam:
à Iudæis,per inuidiam doloſam:à Pilato,per puſil
lanimitatem indebitam:[in manus hominum,]id
eſt,diuerſarum nationum quaſi humanitus ſentiẽ- F
tium:ſcilicet Iudæorum & gentium,& diuerſorũ
ſtatuum:quia militum,regum,principum,ſacerdo
tum,religioſorum & populorum[& occident eũ.]
Magna iniquitas quòd homines occidant hominũ
ſaluatorem:& ne his auditis triſtitia abſorbeantur
ſubiungit:[& tertia die reſurget:]vt triſtibus læta
ſuccedant. [Et contriſtati ſunt vehementer:] quia
eius ſocietas ita erat eis dulcis & grata , quòd non
eſt mirum ſi contriſtati ſunt paſſione eius audita.
vt enim ait Hieronymus: Pro dilectione magiſtri
nihil de eo ſiniſtrum & humile patiuntur audire.
Contriſtati ſunt,non attendentes ad id quod dixe-
rat,& tertia die reſurget:& neque vox patris au-
ta,neque reſurrectio prænuntiata potuit eos cohi-
bere à triſtitia. Vnde Hieronymus: ſemper proſpe Proſperis
ris admiſcet triſtitia,vt cùm repentè venerint,non triſtitia ad
terreant apoſtolos: ſed à præmeditatis ferãtur ani- miſcet do-
mis. Si enim contriſtat quòd occidendus eſt , de- minus.
bet lætificare quòd die tertia dicitur reſurrectu-
rus. Si triſtitia ſemper accideret,quis ſuſtineret?
ſi proſpera,

ſi proſpera,quis contẽneret?Hæc Hierony. At illi
G ignorabãt verbũ iſtud,ſcilicet de eius paſsione,&
erat velatum ante eos,vt nõ ſentirent illud aperte
quod,ſecundũ Bedã,nõ tam ingenij tarditate,quã
de pio ſaluatoris amore cõtingebat:quia carnales
adhuc & rudes ac myſterij crucis ignari ſpiritua-
lia nõ capiẽtes, quẽ verum deũ cognoſcebant mo-
riturum credere nequibãt: nec intelligebant quo-
modo in vna perſona mori,& non mori poterat.
Galilæa interpretatur volubilis,& ideo per hoc ꝙ
dominus ibi prædixit paſsionẽ ſuã diſcipulis,ſigni
ficauit quòd memores eſſe debemus mortis Chri-
ſti,ac etiã noſtræ quãdiu ſumus in volubilitate prę
ſentis vitæ.[Et cũ veniſſent Capharnaũ acceſſerũt,
qui didragma accipiebãt,]exactores ſcilicet tribu
Tributi à Chriſto exactio.
ti ex parte Cæſaris Auguſti,[ad Petrũ,]quia ſecũ
dum Hierony.præ ſignorũ magnitudine nõ aude-
bant aggredi dominũ,[& dixerunt ei:Magiſter ve
ſter nõ ſoluit didragma?]quaſi diceret,dic ei vt ſol
uat:nõ faciebãt mentionẽ de apoſtolis,quia non ac
cipiebãt niſi à capitaneis.Capharnaũ erat ciuitas
H principalis in Galilæa,& ideo ibi manebãt qui tri
butum colligebant ex parte Romanorũ:quibus Iu
dęa erat ſubiecta:& quilibet capitaneus domus ſol
uebat didragma:id eſt,duplex dragma:& in ſoluẽ
do dicebat,Ego profiteor me eſſe ſub Romano im
peratore.Et quia dominus nutritus erat in Naza-
reth,quod eſt oppidũ Galilææ,ſubiacens vrbi Ca-
pharnaũ:ideo ibi ab eo exigitur tributum.Caphar
naum quod villa conſolationis,vel ager pinguedi-
nis interpretatur,& vbi tributũ à Chriſto petitur,
ſignificat illum qui dat ſe delectationibus & ſola-
tijs huius mundi,à quo diabolus petit tributum ſi-
bi dari,& vix euadet quin ſoluat aliquod tributum
Dragma. peccati.Et notãdum,ꝙ dragma dragmæ fœmini
ni generis,eſt moneta habens imaginẽ regis,& va
Lucæ 15. lebat decem nũmos vſuales,de qua in Luca dicitur
quæ mulier habens dragmas decẽ,&c.Item eſt ge
nus ponderis,& ſic accipitur in medicina.Sed dra
ma dramatis neutri generis,eſt genus carminis,
I vbi alij incipiunt & alij reſpondent, & ſic dicitur
dulcia cantica dramatis.Item eſt quarta pars ſtate
Stater. ris.Stater verò eſt idem,ꝙ ſiclus qui habet viginti
obolos,didragma media pars: & dragma quarta
pars eſt,& ideo vnus ſtater ſufficiebat ad ſolutionẽ
pro duobus:quia taxatio cenſus erat didragma,id
eſt,denarius qui pro capite ſoluebatur.Vnde vt ſe
Obolus. quitur:ſtater de ore piſcis afferri iubetur.Obolus,
vt dicitur,valebat tantum quantũ vnus paruus tu-
ronẽſis,quorũ duodecim valẽt vnũ turonẽſem groſ
ſum,& ſic quilibet capitaneus ſoluebat annuatim
quaſi decem turonenſes paruos.Dominus aũt hoc
quod de petitione tributi Petro dictũ erat intelli-
gens,miſit eum ad mare,vt hamum mitteret, &
[piſcẽ qui de primus aſcẽderet,] id eſt,quẽ caperet
illũ tolleret & ſtaterẽ valentẽ duo didragma,[quę
dimidiam vnciam faciunt,]de ore eius ſumes pro
domino & pro ſe ſolueret.Ex quo diuinitas eius pa
tuit,cùm futura cõtingentia certitudinaliter præ-
dixit. Vnde Hieronymus:Quid primũ mirer hìc
neſcio,an præſentiam ſtateris in ore piſcis,an ma
gnitudinem virtutis:ſi ad verbum eius mox ſtater
in ore piſcis creatus eſt.Spiritualiter piſcis eſt Chri Spiritualiter.
ſtus, mare mũdus:hamus mors, ſtater inuentus in
ore piſcis,pretiũ redẽptionis noſtræ prænuntiat K
Chriſti ore:& ſic ſolutum eſt tributũ,& nos libe-
rati ſumus Moraliter pœnitenti dicitur:[vade ad Moraliter.
mare,]id eſt,amaritudines peccati conſideratione,
[& mitte hamũ]in contritionis compunctione,&
aperto ore in confeſsione inuẽtũ ſtaterẽ da in ſatiſ
factione,& ſic liberatur peccator à tributo diaboli
exactoris.Soluit aũt dñs tributum non ex debito: Tributi Chriſti ſolutio.
quia ſecũdum vtrãque naturam erat filius regis,&
per cõſequẽs liber à tributo:quia regũ filij in om-
ni regno ſunt liberi,ſed ex humanitate tãtũ hoc fe
cit ſubdẽdo ſe minori,& ſoluẽdo quod nõ debebat:
& ne quæſtores cẽſus ſcandalizaret,docẽs per hoc
nos eſſe humiles,& vitare ne ſcãdala per nos fiant.
Voluit etiã pro Petro dare tributũ,in ſignũ ꝙ Pe-
trus fuit caput aliorũ:quia cẽſus dabatur pro capi-
te ſeu capitaneo tãtum.Didragma ,vt dictum eſt,
cõtinet duplex dragma,& per vnum pôt intelligi
pœnalitas corporis:ſcilicet fames,ſitis,& huiuſmo L
di:per aliud pœnalitas mẽtis:ſcilicet timor,triſti-
tia,& huiuſmodi.Hoc aũt duplex dragma debet
reddere quilibet imperatori omnium pro peccato
primorũ parentũ,quod facit patiẽter tolerãdo pœ
nalitates prædictas:licèt aũt Chriſtus nõ haberet
peccatum,tamẽ reddere voluit pro ſalute omniũ.
Et quia carnem aſſumpſit ſimilẽ peccatrici,ſed nõ
peccatum:ipſe quidem redemptor corpus & ani-
mã in pretio poſuit,& ſic bina dragmata ſoluit:eo
demq; pretio eccleſia libera facta fuit,& per Pe-
trum eccleſiæ præfecit:ideo etiã pro eo cẽſum ſol-
uit. Vbi Hieron.Et pulchrè idipſum datur pretiũ:
ſed quia diuiſum eſt pro Petro,quaſi pro peccatore
pretium reddebatur,dominus autem noſter pecca-
tum nõ fecit.Oſtenditur autem ſimilitudo carnis,
dum eodem & dominus & ſeruus pretio liberan-
tur.Dominus ergo tributa nõ debebat,ſed qui car
nis humilitatem aſſumpſerat,oẽm iuſtitiam imple
re volebat.Ille propter eximiam charitatem pro
nobis crucem ſuſtinuit,& tributa reddidit:nos aũt
infelices pro illius honore tributa non reddimus, M
& quaſi filij regis à vectigalibus immunes ſumus.
Hæc Hieronymus.Et nota ꝙ dominus ſuprà non
vitauit ſcandalum phariſæorum, quando de eſcis
diſputabat.Hìc aute vitã ſcandalum eorum qui tri Scandali vitatio.
butum colligebant:quia illi ſapientes,iſti ſimpli-
ces erãt:illi ex certa malitia,iſti ex ignorantia of-
fendebant.Scandalũ ergo quod oritur ex malitia,
eſt cõtemnendũ: ſed quod oritur ex ignorantia eſt
vitandũ,ſalua tamẽ triplici veritate.ſ. iuſtitiæ, vi-
tæ,doctrinæ:& tale erat ſcãdalũ iſtud quod hìc vi-
tauit:quia illi qui hìc colligebãt tributũ,erant gen
tiles legem & prophetas ignorãtes,& propter hoc
ignorabãt ꝙ Chriſtus eſſet immunis à tributo,tũ
quia filius dei ſecundum naturam diuinam , tum
quia filius Dauid ſecundum humanã:& talia ſcire
illi non tenebantur.Dare autem tributum nõ fuit
contra veritatem iuſtitiæ,vitæ,vel doctrinæ:ideo
propter ſcandalum vitandum voluit Chriſtus hoc Scandalum.
dare . Scandalum quippe eſt dictum vel factum
minus rectum,præbens occaſionem ruinæ:ſcan-
dalum



dalum enim Græcè obicẽ ſonat Latinè.Vnde ſicut
A obex in via de ſe habet dare ambulãti occaſionem
ruinę corporalis : ſic dictum vel factũ minus rectũ
habet dare occaſionẽ ruinæ ſpiritualis. Si ergo ob-
ijcitur de phariſæis, ꝙ ſcandalizati ſunt ex verbo
domini,vt ſuprà eſt dictũ , & tamen illud verbum
non erat minus rectũ : dicẽdum ꝙ obex dupliciter
accipitur,aut ex natura rei quæ objicitur:vt ſi quis
lapidem magnum vel lignũ projiciat in via:aut ex
vitio ambulantis in ea : vt ſi quis modicũ lapillum
aut florẽ projiciat in ipſa via : primo modo dicitur
ſcandalum actiuum,& hoc eſt mortale peccatũ:ſe-
cundo modo paſsiuum,& pôt eſſe veniale peccatũ,
vel etiam opus meritoriũ. Vnde bonũ opus de ſe nõ
præſtat occaſionem ruinæ,ſed ex vitio accipientis
illud non rectè.Igitur,vt ait Gregorius,conſiderã-
dum eſt: quia inquãtum ſine peccato poſſumus vi-
tare proximorum ſcandalũ,debemus. Si autem de
veritate ſcandalum ſumitur: vtilius naſci ſcandalũ
Paupertas domini. permittitur,quàm veritas relinquatur.Conſiderã-
dum hìc,quia dominus cuius ſunt omnia tãtę pau-
B pertatis fuerit,vt vnde tributũ ſolueret nõ haberet.
Licèt enim loculum haberet,& Iudas pecuniam in
eo portaret:ea tamẽ quæ ſibi ad vſus pauperũ data
erant,in vſus ſuos ſeu alios cõuertere nephas repu-
tauit, nobiſq; exemplũ vtile in hoc tribuit & reli-
quit.Ergo ſi viuens de patrimonio Chriſti inutili-
ter expẽdit res pauperum , tenetur ad reſtitutionẽ
& ſatisfaciendum. Sed quomodo ea reſtituet,cùm
nõ habeat alia niſi de patrimonio Chriſti?Non ap-
paret niſi ꝓprijs manibus hoc elaboret : vel neceſ-
ſitatem ſuã ita reſtringat & coartet , vt de reſiduo
pauperibus reſtituat quæ dilapidauit , vel ſaltẽ de-
uotorum ſubſidiũ ad hoc faciendũ imploret. Quia
Petri prę-latio. verò in redditione tributi & æqualitate pretij Pe-
trus fuerat domino cõparatus: æſtimantes diſcipuli
Petrum eis præferri,& omnibus eſſe prælatũ,quia
à capitaneis colligebatur tributum : cogitabãt quis
eorum eſſet maior.Apoſtoli ex multis preſumebãt
Petrũ à Chriſto prẽferri:vt quando ei claues regni
cœlorũ daturũ, & eccleſiã ſuprà petrã fidei (à qua
C ipſe nomen acceperat) ædificaturũ ſe promiſit: &
quando ipſum cũ Iacobo & Ioanne aſſumpſit , vbi
transfiguratus fuit : & propter tributũ quod pro ſe
& pro ipſo ſoluit & eũ ſibi quaſi parificauit : & ex
his maior omnibus videbatur:& ideo ad quęrendũ
Maioritas inter diſcipulos. mouebantur.Iſta autẽ quæſtio multoties fuit inter
diſcipulos Chriſti ventilata.Primò enim de ea co-
gitauerunt,vt dicit hìc Lucas.Secundò,de cogitata
diſputauerunt in via dum irent Capharnaum,inci-
pientes cõquærere inter ſe quis eorum maior eſſet:
vt dicit Marcus.Tertiò, diſputatã magiſtro deter-
minandum propoſuerũt,vt dicit Matthæus: & ni-
hilominus de ipſa cõtenderunt,vt infrà in cœna do
mini dicit Lucas.Cùm eñ veniſſent Capharnaum,
& dominus pro ſe & Petro ęquale tributum ſolue-
ret:cæteri apoſtoli priorẽ cogitationẽ augebant,&
ex præteritis & ex iſto [intrauit cogitatio in eos,]
vt Lucas dicit [quis eorum eſſet maior.] Dominus
autem videns in mẽte diſcipulorum ſuper hoc co-
gitationem exortã, priuſquam augmentũ ſuſcipe-
ret radicitus eã euellere volẽs quæſiuit de coinqui-
ſitione quam , vt Marcus refert, habuerunt in via.
Et tunc [in illa hora,] videntes ſe deprehenſos ab D
ipſo de cõtentione maioritatis [acceſſerunt ad eũ,]
vt Matthæus dicit,reſpõdentes & [dicentes:Quiſ-
putas maior eſt in regno cœlorum?] id eſt , in col-
legio iuſtorum:vel merito in eccleſia militante,vel
præmio in eccleſia triũphante.Et volens dominus
deſiderium gloriæ humilitate ſanare : ait illis: [Si
quis vult primus eſſe,] merito vel prẽmio [erit] &
ſit [omniũ nouiſsimus & omniũ miniſter,] humi-
litate & obſequio:vt nouiſsimus ſit corde & mini-
ſter actione. Vnde Ambr.Quicũq; vult fratrẽ prę-
uenire regnando, prius eũ præueniat obſequendo:
vincat cum obſequijs vt poſsit vincere ſanctitate.
Si enim te non læſit frater, obſequium meretur vt
diligas.Quod ſi forſitan læſit,magis obſequiũ me- Lex Chriſtianorũ.
retur vt vincas. Hæc enim noſtræ Chriſtianitatis
ſumma eſt:vt amantibus viciſsitudinẽ, lædentibus
patientiam rependamus.Qui ergo fuerit patiẽtior
ad iniuriam,potentior conſtituetur in regno.Hæc
Ambr.Secundum gloſam:Cõtentio iſta potuit eſſe E Contẽtio qualis fuit
ex humilitate, volebant enim vnus aliũ præuenire
in honore.Vnde gloſa.Cauſa cõtentionis nobis in-
cognita eſt:ſed non eſt credibile,quin ſe inuicẽ ho-
nore præuenire certarent. Non aſſerit gloſa ꝙ ita
fuerit:ſed ꝙ ita eſſe potuerit.Secundũ verò Chryſ.
Cõtentio iſta fuit elationis.Vnde dicit ꝙ paſsi ſunt
aliquid humanũ diſcipuli de principatu contendẽ-
tes.Et licèt fuerit iſta contentio de principatu,non
tamen ibi fuit peccatum ſecundũ ipſum: quia non
de principatibus terrenis cõtendebant,ſed de ſpiri-
tualibus in cœlo. Vnde Matthæus. [Quiſputas
maior eſt in regno cœlorũ?]Hoc infirmitatis erat:
vt dicit Chryſ.Nos autẽ ad infirmitatẽ eorum nõ-
dum peruenimus, nõ enim quærimus [quis maior
eſt in regno cœlorum] ſed quis maior, quis copio-
ſior,quis potentior in regno terræ. Et quia in mo- Facta in moralibus pluſquàm verba mouent.
ralibus magis mouent facta quàm verba:volẽs do-
minus ſuperbiam eorũ retundere, & eos de humi-
litate docere,propoſuit eis humilitatis exẽplũ ſenſi
bile [& aduocans paruulum] ætate & malitia,quẽ
tradunt quidam fuiſſe Martialẽ, qui poſteà à beato F
Petro miſſus in Galliã prędicauit Lemouicenſibus
fidem catholicam,quorũ primus epiſcopus & apo-
ſtolus fuit : qui in vertice humilitatis & puritate
ſimplicitatis prę oĩbus excellere videbatur,[ſtatuit
eum] pro exẽplo, [in medio eorum,] vt ab omni-
bus videretur & attentẽ cõſideraretur:cui quilibet
ſe cõmenſuraret & imitãdo cõformaret. Et meri-
tò paruulum aduocat:vt qui maiores videri volunt
eius exẽplo inſtruantur , & cũ in humilitate & in-
nocentia imitentur.Et amplexans eũ, quod ſignat Amplexatio Chriſti.
ſolos humiles dignos eſſe ſuo amplexu & dilectio
ne,qui verè poſſunt gloriari & dicere:leua eius ſub
capite meo & dextera illius amplexabitur me. Vt Cantic. 2.
magis diſcipulos à ſuperbia ad humilitatẽ reuocet,
ſub aſſertione cõteſtatur eis pœnã , niſi ab elatione
& inordinato appetitu honoris retrocedãt. [Amẽ,
inquit , dico vobis : niſi conuerſi fueritis,] à veſtra
elatione & maioritatis ambitione, [& efficiami-
ni,] gratia & per virtutẽ [ſicut paruuli,] ſunt na-
tura & per ætatem : ſcilicet mites & innocentes,
ſimplices

ſimplices & humiles, ac parui veſtra reputatione
G non ſolũ maiores, [in regno cœlorũ] nõ eritis: ve-
rumetiã illud [non intrabitis: [quia nec in eccleſiã
per meritum, nec in gloriã per præmiũ: vtrobique
Paruulum eſſe oportet.
enim Chriſtus eſt oſtiũ: & quia oſtium humile &
manſuetũ eſt, oportet intrantẽ humilẽ & manſue-
tum eſſe. O quàm terribile eſt verbũ iſtud. Et quis
eſt hodie ſicut paruulus? Certè rara auis eſt in ter-
ris. Rari ſunt illi hodie: & ideo multum poſſumus
Superbia è cœlo deiecta in ipſum non recipitur.
formidare. Si enim diabolus propter ſuperbiam de
cœlo eiectus eſt, multò magis ſuperbus illuc nõ in-
trabit: quia turpius eijcitur, quàm non admittitur
hoſpes. Et quia dæmones inde eiecti ſunt per ſuper
biam, ideo oportet homines illuc venire per aliam
viam contrariam: ſcilicet per humilitatẽ. Per par-
uulum ergo vult intelligi hominẽ, eo modo loquẽ-
1. Reg. 15.
di quo dicitur Sauli cùm eſſes paruulus in oculis
tuis. Vñ dicens ſicut paruuli, nõ vult ꝙ efficiamur
paruuli ſenſibus, ſed malitia: nõ ętate, ſed conditio-
ne: vt videlicet formam virtutis quam natura duce
puer obſeruat, nos pro nomine Chriſti iuuante ra-
H tionis induſtria ſequamur: quia, vt ait Ambro. nõ
Nolle peccare.
virtus eſt, nõ poſſe peccare: ſed nolle. Vnde Hiero-
nymus: Non præcipitur apoſtolis vt ætatẽ habeant
paruulorum, ſed innocentiã: & quod illi per annos
poſsident, hi poſsideant per induſtriam, vt malitia
Paruuli conditiones.
non ſapiẽtia paruuli ſint. Ac ſi dicat, ſicut iſte par-
uulus cuius vobis exemplũ tribuo, nõ perſeuerat in
iracundia, nõ læſus meminit, non videns pulchram
mulierem delectatur: nõ aliud cogitat, & aliud lo-
quitur: ſic & vos niſi talẽ habueritis innocentiã &
animi puritatem, regnum cœlorũ nõ poteritis in-
trare. vnde & Leo papa: Amat Chriſtus infantiam
humilitatis, magiſtrã innocẽtiæ regulam. Non ad
lubrica infantię, & ad imperfecta nobis primordia
reuertendum eſt, ſed aliud quod etiã graues annos
deceat: inde ſumendus eſt velox cõmotionum trã-
ſitus, citus ad pacem recurſus. Nulla memoria of-
fenſionis, nulla cupiditas dignitatis. Amor ſocię di-
lectionis, æqualitas naturalis. Vnde etiã Hilarius:
Paruuli patrem ſequuntur, matrẽ amant, proximo
I mala velle neſciunt, curam opũ negligunt, nõ inſo-
leſcunt, nõ odiunt, nõ mentiuntur: dictiſq; credunt,
& quod audiunt verum habẽt. Et hæc omnium af-
fectionem aſſumpta nobis, & conſuetudo & volũ-
tas cœlorum iter præuium præſtat. Reuertendum
igitur eſt ad ſimplicitatem infantium: quia in ea
collocati ſpeciẽ dominicã circũferemus. Hęc Hila.
Pueritiæ duratio.
Et notandum ꝙ pueritia vſq; ad quartũdecimum
annum durat, per quod intelligũtur quatuordecim
Pueritiæ cõditiones quatuordecim.
proprietates, quæ debẽt eſſe in homine, qui ſtatuẽ-
dus eſt iuxta Chriſtũ. Prima eſt, ꝙ puer paucis eſt
contentus: & in hoc eſt ſobrietas. Secunda, ꝙ puer
ſedet in puluere: & hæc eſt humilitas. Tertia eſt, ꝙ
nõ ſentit motus carnis: & in hoc eſt caſtitas. Quar
ta eſt, ꝙ libenter dat de pane ſuo: & in hoc eſt libe-
ralitas. Quinta eſt, ꝙ parentibus ſtatim obedit: &
hæc eſt vera obedientia. Sexta eſt, ꝙ pueri mutuo
ſe diligunt: & in hoc eſt mutua charitas. Septima
eſt, ꝙ non confidit in ſe: ſed in parentibus, ad quos
omnes clamores reportat: & in hoc eſt confidentia
in deo & conſtantia. Octaua eſt, ꝙ non eſt ſolicitus
de aliquo: & in hoc eſt vera ſpes in deo. Nona eſt,
quòd verax eſt: & in hoc eſt veritas quæ omnẽ fal- K
ſitatem & mendacium excludit. Decima eſt, ꝙ ci-
tò placatur & pro minimo: & in hoc eſt benigni-
tas. Vndecima eſt, ꝙ perſonatos homines expaue-
ſcit: & in hoc eſt verecundia & reuerẽtia. Duode-
cima eſt, ꝙ non pudet puerum etiã mendicare pa-
nem: & in hoc eſt recognitio propriæ paupertatis
& fragilitatis. Tertiadecima eſt, ꝙ ſimplex eſt: &
in hoc eſt ſimplicitas & innocẽtia. Quartadecima
eſt, ꝙ hilaris eſt: & in hoc eſt hilaritatis gratia. Iſti
ſunt anni & ꝓprietates pueri ſpiritualis, quos qui
haberet Chriſtus eũ apprehenderet, & iuxta ſe ſta-
tueret. Deinde dominus poſtquam excluſit, ꝙ non
ſuperbi & honorũ appetitores: ſed parui & humi-
les intrabunt in regnum cœlorũ, concludit reſpõ-
ſionem ad præmiſſam apoſtolorum quæſtionẽ di-
cens: [Quicunq; ergo humiliauerit ſe ſicut paruu-
lus iſte, hic maior eſt] id eſt, erit [ĩ regno cœlorũ]
Ac ſi dicat vis eſſe maior in regno cœlorũ, ſis hîc
minimus per humilitatẽ: quia quãtò hîc humilia-
beris & minor fueris, tãtò ibi exaltaberis & maior L
eris. Arguamus ergo ſic ſi ſimpliciter ac ſimplici-
ter, & magis ad magis: ſi ergo paruus per humili-
tatem eſt magnus in regno cœlorum, & paruulus
erit maior: igitur ſi hîc minor es alijs in humilita-
te, eris in regno cœlorum maior in dignitate illis
quos excedis in humilitate. Qui eñ hîc fuerit hu- Hu[...]
milior, erit maior per gratiã: quia humilitas eſt re- tas.
cta diſpoſitio ad gratiã ſuſcipiendã: Deus enim ſu- Iac[...]
perbis reſiſtit, humilibus autẽ dat gratiam: & talis
erit maior in cœlo per gloriã. Moraliter paruulus Mo[...]
in medio ſtatuitur, cùm verè humilis in ſtatu di-
gnitatis ponitur: quia tũc ſic lucerna ſuper cande-
labrum ponitur, alijs in exemplũ, & paruulus ho-
noratus plus reputat ſe indignum. Et niſi alij à ſu-
perbia cõuerſi fuerint, & efficiantur ſicut paruuli
imitantes eius humilitatẽ, & non aſpirantes ad di-
gnitatem, non intrabunt in regnum cœlorũ. Nam
anguſta eſt porta, & ideo inuidi & groſsi per ſu-
perbiam trãſire nõ poſſunt per ipſam: ſed tantũ hu-
miles & graciles, ſpiritum inflatũ non habẽtes. Et M
ad refrenationem zeli & ſuperbię in apoſtolis, qui
honorari cupiebant, inducit eos non ad quærendũ
honorem, ſed ad exhibendum: non quibuſcunq; ſed
paruulis & humilibus & abiectis eos honorãdo, &
obſequia charitatis eis exhibendo dicẽdo: [Et qui
ſuſceperit vnum paruulum talẽ,] humilem ſcilicet
& fidelem meæ innocẽtiæ imitatorẽ, [in nomine
meo,] id eſt, propter amorẽ meum & nomen quia
Chriſtianus eſt, & meo nomine inſignitus: vel ad
mei nominis inuocationẽ ipſum ad hoſpitiũ reci-
piendo, & neceſſaria miniſtrãdo: & per hoc intelli-
guntur omnia alia beneficia quæ propter deũ im-
penduntur proximo, [me ſuſcipit] inhabitante in Suſc[...]
illo, & illum qui me miſit: ſcilicet patrẽ meũ, quia à qu[...]
ego in patre & pater in me eſt. Nã deus ab eo verè
ſuſcipitur, qui ei conformatur. Vnde Ambro. Qui
enim imitatorem Chriſti recipit, Chriſtũ recipit:
& qui imaginẽ dei recipit, deũ recipit. Hæc Amb.
Qui inquam talẽ ſuſcipit affectu ad compatiendũ,
affatu ad conſolandum, effectu ad ſeruiendum, pa-
tientia



tientia ad ſufferendum: me ſuſcipit. Magno ergo
A honore ſuſcipiendi ſunt pauperes & humiles, ſiqui-
dem in ipſis deus ſuſcipitur. Vnde Theophilus: Vi-
de quantũ valet humilitas: patris nanq; & filij inha
bitationẽ meretur, & etiã ſpiritus ſancti. Quaſi di-
cat dominus ſcdm Chry. Nõ ſolũ ſi tales efficiami
ni, mercedem magnã accipietis: ſed & ſi alios tales
propter me honoraueritis, iſta mihi humilitas &
ſimplicitas valde eſt honorabilis. Vel ſecundũ Hie-
ro. ne cùm delatũ fuerit apoſtolis, ſe putent hono-
ratos: adiecit nõ illos ſui merito, ſed magiſtri hono
re ſuſcipiẽdos: quia principalius illi fit, cuius gratia
& honore fit. Et quia dixerat dominus: [Qui ſuſce
perit vnũ paruulum talem in nomine meo, me ſu-
ſcipit:] ſignificans ꝙ humiles ſuſcipiẽdi eſſent, in-
tellexit Ioãnes ꝙ eos nõ in nomine eius recipiant:
qui non ſincerè ambulant. vnde dixit ei: [Magiſter
vidimus quendam in nomine tuo,] id eſt, in inuo-
catione nominis tui, [eijcientẽ dæmonia, & prohi-
buimus eũ:] ne ſcilicet hæc in nomine tuo ageret:
B quia te nõ ſequitur nobiſcũ: id eſt, ſicut nos: ſcilicet
mente & corpore, & nõ obſequitur in vita, nec re-
linquit omnia: quaſi diceret, Hic in nomine tuo re
cipi non debet. [Ieſus autẽ reſpondit: Nolite prohi
bere illum.] quaſi diceret: Non debetis bona, vel ſi-
gna, faciẽtem prohibere: quia mecum eſt. [nemo]
enim [faciens virtutem in nomine meo, citò] & de
facili [loquitur mala de me:] exiſtẽs ingratus mihi
de tãtis beneficijs. [qui enim nõ eſt aduerſum nos,]
prorſus & manifeſtò [pro nobis eſt,] quodammo-
do ex parte: ſcilicet inquantũ aduerſus nos nõ eſt,
& contraria doctrinæ noſtræ nõ docet, quãuis ta-
men ex nobis nõ ſit. Nã licet ſigna facientes quan
doque deſpiciãtur: deus tamen, cuius inuocatio hęc
facit, honoratur. ſecundũ Theophilum, Diſcipuli
prohibuerunt eũ, non quidem inuidentes, ſed opera
tionem miraculorũ dijudicantes: non enim cũ eis
miraculorum poteſtatẽ acceperat: neq; enim domi
nus eum miſerat ſicut illos, neq; Ieſum in omnibus
ſequebatur. Sed, vt dicit Cyrillus, oportebat magis
C penſare, nõ hunc ipſum eſſe miraculorũ autorem:
Miraculorum autor
ſed gratiã quæ eſt in eo, qui in virtute Chriſti mira
cula perficit. Multæ ſunt differentię donorũ Chri-
ſti: ſed quia tradiderat ſaluator poteſtatẽ apoſtolis
vt ſpiritus immundos eijcerent, putauerunt nulli
aliorum, ſed ſibi ſolis licere cõceſſam gerere digni
tatem: & ideo accedunt ſciſcitantes, ſi liceat & alijs
hoc agere. Hęc Cyrillus. Sed voluit dominus illum
qui ſe nõ ſequebatur ab operatione miraculorum
non prohiberi: vt diſcipulos ſeruaret in humilita-
te ne gloriarẽtur, ne ſuperbiendo gauderent in mi-
raculorum operatione, nec ſua virtuti aſcriberent,
ſed Chriſti, dum viderent eũ qui Chriſtum non ſe-
quebatur eijcere dęmonia: vt quos humiliare cona
tus eſt exemplo pueri, eos etiã humiliet exemplo
illius qui Chriſtum nõ ſequebatur. Et quamuis non
eſſet tantæ perfectionis, vt in omnibus Chriſtum
ſequeretur vt apoſtoli: ſicut nec modò omnes fide-
les ſequuntur Chriſtum, per religionis ingreſſum:
tamen in Chriſtum credebat, & ideo dicitur eſſe
cum eis, & nõ contra: quia nomen Chriſti nõ bla-
ſphemabat, vt Iudæi, quos dixit cõtra ſe eſſe. ſecun
dum Ambr. Nõ reprehẽditur Ioãnes, quia hoc ex
amore faciebat: nã pręcipua deuotiõe diligẽs deũ, D
& à deo dilectus, putauit eũ excludendũ eſſe à bene
ficio eiectionis dęmonũ & huiuſmodi, qui nõ vte-
batur officio diſcipulatus, & obſequio ſequendi
Chriſtũ: ſed docetur infirmorũ eſſe, firmorumq; di
ſtantiam: quia dominus etſi remuneret fortiores,
non tamen excludit infirmos: & neminem à bono,
quod ex parte habet, eſſe arcendum: ſed ad hoc po-
tius quod nondũ habet, eſſe prouocandũ & inuitan
dum. Hęc Ambr. Tales etiã ob ſalutẽ admittendi
cenſentur aliorũ, & nõ tam propter illos quàm pro
pter aliorũ vtilitatẽ eſt gaudendum: quia licèt ſibi
quãdoq; noceant, multis tamẽ in eccleſia proſunt.
Vnde Beda: Hac doctus ſententia dicit apoſtolus:
Sed ſiue occaſione ſiue veritate Chriſtus annũtie- Philip. 1.
tur, & in hoc gaudeo: ſed & gaudebo. Itaq; in hęre-
ticis & in malis catholicis nõ ſacramenta cõmunia
(in quibus nobiſcũ ſunt, & aduerſum nos nõ ſunt,
& dũm non ſequũtur nobiſcũ) deteſtari & prohibe
re debemus. Hęc Beda. Et non ſolũ talis eiectio dę E
monum facit ad declarationẽ virtutis Chriſti: ſed
Beneficia dei per quos dentur.
etiã quia beneficia diuina nõ ſolum dãtur per ma-
iores, ſed etiã aliquãdo per minores & imperfectos,
vt in hoc etiam declaretur virtus nominis Chriſti,
quæ per magnos & paruos indifferẽter poteſt ope-
rari. Vnde Theophil. Mirare aũt Chriſti virtutem:
qualiter per indignos, & nõ diſcipulos eius gratia
operatur. Sic & per ſacerdotes ſanctificãtur homi-
nes, quãuis ſacerdotes ſancti nõ fuerint. Hęc Theo
philus. Si ergo à malis fiat opus bonum de genere,
nõ prohibẽdi ſunt hoc facere: licèt enim opus tale
non ſit meritoriũ ſine charitate, tamẽ eſt diſpoſiti-
uum ad emendationẽ vitę. Per iſtũ qui non erat de
ſocietate apoſtolorũ, ſignatur laicus bonus, qui nõ
habet prædicãdi officiũ: tamẽ bonis verbis & exem
plis agit ad expulſionẽ dęmonis de cordibus proxi
morũ, quamuis nõ ſequatur Chriſtũ per ſtatũ reli-
gionis & clericatũ. Ecce quãta inuitatio ad humi-
litatẽ, ad quã inuitat tanquã ad virtutẽ Chriſtianiſ
ſimã: ſed tamẽ ad eã venire differimus, vſq; ad horã
ſupremã, ſuperbiẽtes quãdiu valemus, licèt per ſu- F
premam dęmones efficiamur. ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte, da mihi vt vadã ad ma-
re, recogitando peccata in amaritudine ani-
mę: & mittã hamum, in cordis cõtritione: &
aperto ore, in cõfeſsiõe: ſtaterẽ ſoluã, in ſatisfactio
ne: & ſic liberer à tributo diaboli & eius exactiõe.
Da etiã mihi vt cõuerſus ab elatione, efficiar ſicut
paruulus & humilis in oculis meis: ſicq; per artam
viam, & anguſtã portã merear intrare in regnum
beatitudinis. Paruulos quoque & humiles propter
nomen tuũ, ſuſcipiã charitatis obſequia exhibẽdo:
vt te in eis ſuſcipiens, à te ſuſcipiar in cœlo.

De puſillis & paruulis non ſcandalizandis exte-
rius, & non contemnendis interius. Cap. VI.

Matth. 18. Marci 9.
POſtquam ergo dominus reuocauit
apoſtolos ab elatione & altercatione
ex ſuſceptione honoris, quem humi-
liantes ſeipſos recipiunt: & cõſequen
ter reuocat eos ex pœna, quã quicun
que ex zelo cõtenderint, aut minoribus ſcandalum

G poſſuerint, incurrunt. Nam, ſecundum Chry. ſicut qui hos honorant, propter deum mercedem habebunt: ita vtique qui dehonorāt, id eſt, ſcandalizant vltimam vindictā ſuſtinebunt: ſcandalizat aūt, qui ſuo dicto vel facto, minus recto, occaſionem cuiquam dat ruinę in peccatū: ac verbo vel exemplo propellit ad malum. Et primò monet vitare ſcandalum actiuū, ſiue alienum: & poſtea paſsiuū, ſiue propriū. Eſt ergo ſenſus: Vos apoſtoli nolite altercare de primatu honoris: quia ex hoc puſillos & paruulos nō ętate, ſed fide, ac nuper cōuerſos & in Chriſto natos ſcādalizabitis & perdetis: vnde dicuntur puſilli, qui à ſuperba altitudine ſe humiliantes, patientia & humilitate ſpōte ſua puſilli fiūt & paruuli: qui adhuc ſunt in fide infirmi, & de leui ad illicita per mala exēpla poſſunt prouocari. Tales autem ſcādalizādi non ſunt: minores enim citò ſcandalizantur: maiores verò non faciliter ſcandala, id eſt, offendicula recipiūt. Rectè ergo qui ſcādalizari poteſt, puſillus dicitur, & paruulus eſt: quia nullus ſcandalizatur, aut ex dicto vel facto alterius in H peccatū ruit, niſi inquantū puſillus & paruæ virtutis fuerit. Nā magnus & perfectæ virtutis, id eſt, robuſtus in fide & charitate: quicquid viderit, vel audierit, aut paſſus fuerit, nō declinat de facili à fide & veritate: nec ex dicto vel facto malo alterius in peccatū ruit: quia, vt in prouerbijs dicitur, Nō contriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit. Dicit ergo: [Qui aūt ſcandalizauerit vnū de puſillis iſtis, qui in me credunt: expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.] Mola aſinaria dicitur, quā trahunt & voluunt aſini vel equi cum rota in molendinis: & per hanc intelligitur quicūque grauis & pōderoſus lapis, quaſi diceret: Multò vtilius & melius eſt innoxium, & pœnitentē etiam noxiū, grauiſsima pœna vitā finire temporalem: quàm ſcādalizando & perdendo fratrē mortem mereri æternā. Et eligibilius eſt tēporaliter affligi, quàm ęternaliter cruciari. Vbi Hiero. Secundum ritū prouinciæ loquitur, quo maiorum criminum iſta apud veteres Iu-

Scandali malum.

Puſilli.

Scandalizari.

Prou. 12.

Mola aſinaria.

I dæos pœna fuit, vt in profundo ligato ſaxo demergerentur: expedit aūt ei, quia multò melius eſt pro culpa breuē recipere pœnam, quàm ęternis ſeruari cruciatibus: nō enim iudicat deus bis in idipſum. Hęc Hiero. Hoc etiā de onere peccati poteſt accipi: quia [expedit ei,] ſcilicet peccatori [vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.] Mola aſinaria, eſt onus pœnitentiæ: mare, eſt amaritudo contritionis. Peccatori ergo magis expedit cū mola aſinaria: id eſt, graui pœnitētia demergi in profundum maris, id eſt, amaræ & cordialis cōpunctionis, quàm reſeruare æternæ damnationi. Hoc quicūque diligenter voluerit aduertere, nō videbitur ei onus pœnitentiæ graue, ſed valde leue. Et ſubiungit: [Væ mundo,] id eſt, mundanis hominibus, [à ſcādalis:] id eſt, propter ſcandala quæ faciunt alijs. Quia ſi tam graue eſt ſcandalizare puſillos, ꝙ ei qui ſcandalizat vnū puſillum, magis expedit mola aſinaria in profundum maris demergi, quod nō eſt paruū væ, longè maius væ ſcilicet æternū imminet ipſi mundo, id eſt, mundi amatoribus & peccatoribus [ab ſcandalis,] id eſt, pro ſcandalis quæ non cauent, nec pro- K ximos ſcandalizare timēt: ac tanta & tam magna inferunt ſcandala, nedum paruis, ſed & magnis. Prælatorum autē & religioſorum ſcandalum periculoſius eſt & grauius: quia eorū factum magis trahitur in exemplum. Sed quia poſsit ab eo quæri, ſi ita malum eſt alios ſcandalizare: quare permittis ſcandala euenire? Reſpondit. [Neceſſe eſt enim,] id eſt, expediens & vtile ad aliorū probationem, [vt veniant ſcandala,] id eſt, bonæ & deo placentis conuerſationis impedimenta. Et ideo dicit apoſtolus: Oportet hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt manifeſti fiāt in vobis. Vnde Hiero. Sicut neceſſe eſt ignē calere, niuem verò frigere: ita etiam neceſſe eſt, vt iniquitas mundi erroribus pleni ſcandala pariat, perfectorū verò charitas pietatis operibus luceat. Hæc Hiero. Non eſt neceſsitas abſoluta: ſed tantum ex ſuppoſitione, ſcilicet ſuppoſita tanta vt appareat mundi iniquitate. Nulla enim neceſsitas cogit humana corda eſſe iniqua, quę tamen quia iniqua ſunt, neceſſariò mouent ſcandala. vnde ſecun- L dum Chry. Non deſtruit libertatē arbitrij, neque neceſsitati aliquarum rerum ſupponit: ſed quod omnino futurū eſt, prædicit: neq; enim quia prædixit, propter hoc fit: ſed quia omnino futurū erat, propter hoc prædixit. Scandala quidem ſunt prohibitiones rectæ viæ, & [neceſſe eſt vt veniant,] id eſt, omnino venient. Sed quia iterū poſſet argui, ſi neceſſe eſt vt veniāt ſcandala: ergo qui faciunt ſcandala, non ſunt puniendi: reſpondet ꝙ imò: dicens, [Veruntamen væ,] ſcilicet æternæ damnationis, [homini illi per quem] cauſaliter, & cuius vitio, [ſcandalum venit:] ſi tamē ſine peccato euitare poteſt, qui quod neceſſe eſt, vt in mundo fiat, vitio ſuo facit vt per ſe fiat. Si enim vt ait Chry. neceſsitas eſſet, nō dixiſſet vę homini: vnde eos miſeros dicit, qui ex electiōe pernitioſi ſunt. Vnde Theophilus: Quęrūt aliqui ſi neceſſe eſt vt veniāt ſcandala, cur dominus arguit ſcandalorū autores? Quicquid eñ parit neceſsitas, veniale eſt. Sed attende, ꝙ neceſsi- M tas iſta ex libero arbitrio ſortitur originē: videns enim dominus qualiter homines innitūtur malo, nec proponūt aliquid boni, dixit ꝙ quantū eſt ex conſequentia eorū quæ videntur, neceſſe eſt cōtingere ſcandala. Sicut ſi medicus videns quenquā malè dieta vtentē, dicat, neceſſe eſt hunc ægrotare. Et ideo inducenti ſcandala væ dicit, & pœnā ei comminatur. Vbi & Hiero. Cùm neceſſe ſit in iſto mundo fieri ſcādala, vnuſquiſque ſuo vitio ſcandalis patet. Simulq; per generalē ſententiā percutitur Iudas, qui proditioni animū pręparauerat. Hęc Hiero. Et ſi aliquādo vtiliter ſcandalū quis faciat, non tamen iudicabitur à deo ſecundū vtilitatē quæ inde prouenit, ſed ſecūdum exitū quem ſcādalizans intendit. Bona fuit crucifixio Chriſti, nō tamen benefecerunt qui eū crucifixerunt. Semper iudicat deus opus ex nequitia peccantiū, non ex euētu cōmodorū inde prouenientiū, quæ ipſe ſolus facit & vtiliter diſponit. vt autem dicit Chry. Per ſcandalizantis pœnā, brauium ſaluātis addiſce. Niſi enim vnius animæ ſalus ſibi nimium curæ eſſet, non

Expedit malis temporaliter puniri.

Scandā expediat.

1. Cor. 11.

Neceſsitas duplex.

Neceſsitas ex verbo Chriſti.

Iudas tangitur.

Iudicat intentionē deus, non euentum.

Saluantis aliquem præmium.

comminaretur



comminaretur ſcandalizantibus tantam pœnam. A Et meritò [væ illi per quē ſcandalū venit,] quia viā ad væ alijs præſtruit. Sicut enim qui intoxicaret fontē, cauſa eſſet mortis omniū potātiū & morientiū de eo: ſic eſt & de ſcādalo. De huiuſmodi ſic dicit Greg. Quantūcunque exēplum malæ cōuerſationis (etiā ſi illi non ſequantur) quis præbuerit, ſe pro tātis rationē nouerit redditurū. Vnde & Chry. Si vir aut mulier ſe ornauerit, & vultus ſpectātiū ad ſe prouocauerit: etſi nullum inde proueniat damnū, iudicium tamē patiatur in æternum: quia venenum obtulit, etſi non fuit qui biberet: pulchritudo enim venenū animabus infundit. Magnum ergo peccatum eſt ſcandalum, & ideo ſummopere eſt cauendū. Vnde Aug. Magis peccāt qui animas ad peccandū inflammant, & deo ſubtrahūt, quàm qui ad carnē Chriſti crucifixerunt. Vnde & Iſid. Deteriores ſunt qui ſine doctrinis, ſiue exemplis, vitam moreſq; bonorum corrumpunt, his qui ſubſtantias B aliorū prædiaq; diripiunt. Deinde quia egit dę ſcādalo actiuo quod facimus, prohibens ne ſcandalizemus credentes: nunc agit de ſcandalo paſsiuo quod patimur, monens vt caueamus ſcandalizantes, quia ſæpe nihil vel parum diſtat in vitio ſcādalizare & fallere, vel ſcandalizari & falli. Cauendum eſt igitur, ne quis ſcandalizetur ab alio vel à ſeipſo. Alius autem poteſt præbere materiam ſcandali tripliciter: aut per adiutoriū, quod ſignatur per manum: aut per ſeruitium, quod per pedem: aut per conſilium, quod per oculum. Secundum verò ꝙ aliquis prębet ſibi materiā ſcādali, poteſt eſſe vel per actionem propriam, quæ per manum: vel per effectum qui per pedem: vel per cognitionem, quæ per oculum deſignatur. Ad fugiendum ergo peccatū ſcandali, inducit metaphoram membrorum, & arguit: Intantum graue eſt peccatum ſcandalizantium, ꝙ ſi nobis ſint coniuncti, vt præoptata & chariſsima membra corpori: ſicq; ſint nobis neceſſarij, vt manus & pes, vel vt oculus, ꝙ ipſi qui ſic ſcandalizant & offendiculum vitæ ponunt, omnino nobis relin- C quendi & fugiendi ſunt. Dicit ergo: [Si autem manus tua, id eſt, adiutor tuus quantumcunq; tibi vtilis, qui tibi operoſè vt manus miniſtrat: ac pro te operatur & adiutoriū impendit, & qui te ſicut dextera tua defendit, [vel pes tu⁹,] id eſt, diſcurſor tuus qui in vſus tuos diſcurrit, & te in labore vel ſolicitudine ſupportat: & vt pes infirma tua portat [ſcandalizat te,] id eſt, lædit te in cauſa animæ: [abſcinde eum,] quoad effectum, ſcilicet affectū ipſum rumpendo, [& proijce abs te,] quoad effectum, ſcilicet ſocietatem eius deuitando: & intelligitur, ſi caſtigare nō potes. Et ſubdit rationem dicens: [Bonum,] id eſt, melius [eſt tibi ad vitam ingredi debilem,] id eſt, ſine pernicioſo adiutore vel ſocio: [vel claudum,] id eſt, ſine pernicioſo ſuſtentatore vel amico & adiutorio, ac ſupportatiōe iſtorū priuatū [quàm duas manus vel duos pedes habentem,] id eſt, duo adiutoria vel duas ſupportationes, ſcilicet tuijpſius & amici ſcandalizantis, [mitti in ignem ęternum. Et ſi oculus tuus,] id eſt, conſultor vel prouiſor & gubernator ad perſpiciendum acutus, qui te vt oculus ducit, vel dilectus ſicut oculus, [ſcādalizat te,]

Ornādi ſui deteſtatio.

Exempli mali deuitatio.

Scandalū paſsiuum vitandum

Tripliciter alius nos ſcandalizat.

Bonū pro melius.

id eſt, in errorem vult ducere, [erue eum,] ſeparando à voluntate [& proijce abs te,] ſeparando à ſocie- D tate. [Bonum,] id eſt, vtile [eſt tibi cum vno oculo:] ſcilicet ſimplici veritate, vt non niſi tuā ipſius prouidentiam, ac conſilium & gubernationem habeas [ad vitam intrare: quàm duos oculos habētem,] id eſt, duplicem prouiſionē, vel duplex conſilium: ſcilicet tuijpſius & mali amici, mitti in gehennam ignis.] ſecundum Aug. per oculum intelligimus dilectum amicum conſiliarium: quia oculus iter demonſtrat, ꝙ verò dexter eſt, intelligitur conſiliarius in rebus diuinis: ſiniſter autem oculus eſt conſiliarius in terrenis, vt ſit iſte ſenſus: Quicquid illud eſt quod ita diligis vt pro dextero oculo habeas, ſi ſcandalizat te: id eſt, impedimento eſt tibi ad veram beatitudinē, eijce etiā & proïjce abs te: quia occaſiones peccandi ſunt fugiendæ. De ſiniſtro autē ſcandalizante ſuperfluū erit dicere: quandoquidem nec dextro parcendum eſt. Dextera autem manus accipitur dilectus adiutor in diuinis operibus, quæ E huic vitæ & corpori ſunt neceſſaria. Similiter ſuo modo eſt de pede. Et ſubdit dominus de ipſo igne prædicto. [Vbi vermis,] id eſt, remorſus & cauterium conſcientiæ [eorū non moritur,] nec quieſcit mœrore rodens, & mordens animā ꝙ non ſit operata bonū: vnuſquiſq; enim ſuijpſius accuſator fiet, rememorans quæ in vita geſsit. Vbi Ambro. Quæ pœna grauior, quam interius vulnus conſcientiæ? Nónne hoc magis fugiendū eſt quàm mors, quàm diſpendium, quàm exilium: & ignis gehennę exterius corpus vrens non extinguitur, nec deficit: eſt enim ignis afflictiuus, non conſumptiuus: & ideo materia eius ſemper durabit, nec habet cōtrarium à quo corrumpi poſsit. Vnde Beda: Sicut autē vermis eſt dolor interius accuſans, ſic ignis pœna extrinſecus ſæuiens. Et eſt ſenſus pręmiſſorū in ſumma: Societas amicorum, vel neceſſariorum, quantumcunq; videatur vtilis eſſe, tamen pręſcindenda eſt, & remouenda ſi ſit occaſio ruinæ animæ tuæ. Melius eſt enim ſine huiuſmodi amicis vel neceſſarijs eſſe in paradiſo, quàm habere tales & poſtmo- F dum eſſe in inferno. Nihil enim eſt, quod contra ſalutē animę debeamus diligere. Vnde Caſsiodorus: Iuſtitia non patrem, non matrem nouit, perſonam non accipit, ſolum deum conſiderat, & attendit. Rumpe ergo omnem affectum carnalem, & ſepara eum à te, ſi maior & potentior es: ſi minor, ſeparare ab eo, & inquantum potes deuita ſocietatem eius quem caſtigare nequis: nihil enim tam nociuū vt pernicioſa ſocietas. Et ideo inemendabiles quantumlibet amici nobis vitandi ſunt: ne ſi cum perditis in hac vita partem habere volumus, ſimul in futura cum illis pereamus. Vnde Hieronymus: Melius eſt vt propinquitate & emolimentis carnalibus careas, quam dum vis tuos lucrificare cognatos & neceſſarios, cauſas habeas ruinarum. Itaque non frater, non vxor, non filij, non amici, non omnis affectus qui nos excludere poteſt à regno cœlorum, amori domini pręponatur. Nouit vnuſquiſque credentium quid ſibi noceat, vel in quo ſolicitetur animus, ac ſæpe tentetur: melius eſt vitam ſolitariam ducere, quàm ob vitæ præſentis neceſ-

Oculus, amicus dilectus.

Dextera.

Vermis cōſcientiæ.

Salus ſummè diligēda.

Cōſanguinei & amici ſaluti poſthabendi.



ſaria

ſaria æternã vitam perdere:melius eſt ſolũ ſaluum
G fieri,quàm perire cum pluribus.hæc Hiero.Et no
ta,ſecundũ Aug.ꝙ etiã hoc ipſo ſeparantur à qui-
bus ſeparãtur,ꝙ eis mala ſuadentibus,hoc eſt ſcan-
Dimittenda pro ſcãdalo. dalizantibus,non cõſentitur.Sed quæritur,quid di
mittendũ eſt pro ſcandalo?& dicendum,ꝙ illud de
quo quæritur aut eſt malũ in ſe, ſiue mortale, ſiue
veniale:& de tali non eſt dubium quin dimitti de-
bet:aut eſt indifferens,& hoc ſimiliter debet dimit
ti:aut eſt bonũ,& tunc aut eſt bonum præcepti, &
hoc homo non debet dimittere:quia provitãdo pec
cato alterius,nullus debet peccare:aut bonũ ſuper-
erogationis:& hoc quãuis poſſet dimittere pro ſcan
dalo alterius,non tamen totaliter,ſed aliquando ad
tempus intermittere: quia eſt de vitæ perfectione
& veritate,etſi nõ neceſſitate:vnde veritas vitæ,iu-
ſtitiæ,& doctrinę,non ſimpliciter eſt propter ſcan
dala dimittenda. Vnde eſt verſus: Iuſtitiæ, vitæ,do
ctrinæ ſcandala cædunt. De hoc vide plura in cap.
Humilitatis excellentiæ. præcedẽti.Et notãdũ ꝙ multas humilitatis excelle
tias legimus in hoc loco:habet enim humilitas ex-
cellentiam. Primò,in ſanctorum collegio:quia eſt
H exemplar populi ſancti. Vnde [aduocans paruulũ,
ſtatuit in medio eorũ.]Secundò,in officio:quia eſt
oſtiaria paradiſi,vnde[niſi conuerſi fueritis, & effi
ciamini ſicut paruuli,non intrabitis in regnum cœ
lorum.] Tertiò,in præmio : quia eſt de maioribus
regni. Vnde[quicunq; humiliauerit ſe ſicut paruu-
lus iſte,hic maior eſt in regno cœlorũ.] Quartò,
in primatu ſeu faſtigio:quia eſt vicaria Chriſti. Vn
de[qui ſuſceperit vnum paruulũ talem in nomine
meo,me ſuſcipit.]Quintò,in iudicio:quia eſt præ-
cipua vltrix opprobrij.vnde[qui ſcãdalizauerit vnũ
de puſillis iſtis,expedit ei&c.]Sextò,in hoc exilio:
quia eius miniſtri comites & adiutores ſunt ange-
li beati.vnde ſequitur: [Videte ne cõtemnatis vnũ
Contẽptus vitandus. ex his puſillis: quia angeli eorum, &c.] Poſtquam
ergo docuit vitare ſcandalũ: conſequenter docet vi
tare contemptũ,qui eſt quaſi radix ipſius ſcandali:
quanuis enim pro vitando ſcandalo dñs oẽs carna-
les affectus pręceperit reſpuere,non tamen vſque-
I quaq; vt deſpiciamus illos de quorum ſalute poſſu-
mus ſpem habere:de qua ſoliciti debemus eſſe: vn-
de dat ſpecialẽ cauſam non cõtemnendi puſillos &
paruulos,ſed honorandi,&ſalutem eorũ quęrendi,
quia ipſi ſunt deo multum chari , quod oſtendit ex
duobus:dicit ergo[videte ne contemnatis vnum ex
his puſillis,]ac ſi dicat,ſecundum Hiero. Quantum
in vobis eſt nolite cõtemnere:ſed poſt veſtram ſalu
tem etiam illorũ quærite ſanitatem.Si autem per-
ſeuerãtes in peccatis videritis:melius eſt vos ſaluos
fieri,quàm perire cũ multis.& primò oſtẽdit hoc
ex honorabili angelorũ cuſtodia dicẽs:[Dico enim
vobis quia angeli eorũ,]id eſt,eis aſsignati in cœlis
[ſemper vidẽt faciem patris mei qui in cœlis eſt:]
Facies patris cœleſtis. id eſt,viſione manifeſtatiõis dei perfruũtur. Facies
enim dei,ſecundum Aug.manifeſtatio eius intelli-
genda eſt:& ideo poſſunt renũtiare iniurias illatas
eis quos cuſtodiunt.Et eſt ratio à maiori:quia par-
uuli non contẽnuntur à maioribus,ſcilicet deo pa-
tre cœleſti & angelis beatis:ergo nec à minoribus,
ſcilicet hominibus miſeris,debent contemni : ac ſi

dicat:vos illos non deberis contemnere,ſed honora
re,quos deus pater cœleſtis ſic honorat & dignifi- K
cat,ꝙ ad ipſorũ miniſteriũ & cuſtodiã angelos bea
tos deputat:non eſt enim ſpernendũ ab homine,qđ
apud deum tantæ eſt curæ:ſi ergo contemnitis,an-
geli nuntiabunt & pater meus vlciſcetur de vobis.
Vnde Hiero.Magna dignitas animarũ,vt vnaquæ- Angeli cuſtodes animarum.
que habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodiam ſui an-
gelũ delegatum:ſic itaq; angeli exiſtentes circa mi
niſteriũ noſtrum:quia ibi ſunt vbi operantur,vidẽt
deum in cœlo facie ad faciem:quanuis enim mittã
tur,tamen vident patrẽ:quia ſemper deo inhærent
per apertã viſionem:& quia vbiq; deus pręſens eſt,
ideo & in terra eum cernunt.Miſsi ergo ante domi
num ſunt:quia quocunq; veniunt , intra ipſum qui
vbiq; eſt currũt:& cùm ad nos veniunt,ſic exterius
implent miniſterium, vt tamen nunquam interius
deſint per contemplationẽ:licet enim mittantur in
miniſterium pro ſalute hominum,tamen non rece
dunt à contemplatione diuina:ſed aſtant deo per con
templationẽ ingem & continuam . Et bene dixit, Deus in cœlis.
[qui eſt in cœlis]quia licèt deus ſit vbiq; per eſſen- L
tiam,præſentiam,& potentiam: tamen ſpecialiter
dicitur eſſe in cœlis,vbi adeſt beatis per apertam vi
ſionẽ: non ergo debẽt contemni, ſed honorari quos
deus ſic honorat:quia contẽptus ipſorũ aſcendit ad
contemptũ dei,cuius imaginẽ habent. In eis quoq;
cõtemptis,contẽnuntur angeli eorũ miniſtri & cu
ſtodes.Deinde ſubiungitur alia ratio,ſumpta ex re
demptione Chriſti. Vnde Chryſo. ne dicas ille fa-
ber eſt, ille ſartor, ille agricola : ab angelis qui eis
miſsi ſunt venerabiles ſunt: ſed quod maius eſt ra-
tione redemptionis dominicæ.Secundò ergo,puſil
li non ſunt contẽnendi,ſed honorandi:quos ſic deus
dilexit,ꝙ pro eis(qui in Adam oẽs peccauerant &
perierant)ſaluandis miſit filiũ ſuum in ſimilitudi-
nẽ carnis peccati.vnde ait:[Venit enim]& de cœ-
lo deſcẽdit[filius hominis,]ſaluator hominũ[ſalua
re quod perierat.ſ.genus humanũ, non tantum ma
gnos:ſed etiam puſillos,ac ſi dicat, Vos non debetis
contemnere & perturbando perdere quos ego veni M
ſaluare:quia ego pro hominibus, homo fieri digna
tus ſum. Vnde & apoſtolus:Noli cõtriſtare & per- Roman.
dere fratrẽ tuũ,pro quo Chriſtus mortuus eſt.Non
ſunt ergo contẽnendi puſilli,qui tanti ſunt apud fi-
lium dei qui pro eis venit mori:nec debet ſeruus cõ
temnere, quos dñs tantũ dilexit:ſed exemplo eius
omnẽ curã vt ſaluemur adhibere,pro quibus ſaluã-
dis dñs venit.Et hæc ratio,ſeu cogitatio,ſecundum
Chry.maior eſt priore:graue eſt contẽnere, quem
deus honorat angelo cuſtode : ſed grauius, propter
cuius ſalutẽ ille filius voluit in mundũ venire. De Angelico miniſterio.
prædicto angelorũ miniſterio ſic dicit Ber.Fidelis
paranymphus,qui mutui amoris conſcius, ſed non
inuidus,non ſuam quærit,ſed dñi gloriã.Diſcurrit
medius inter dilectũ & dilectã vota offerens,refe-
rens dona:excitat iſtã,placat illum. Interdũ quoq;
licèt rarò,repræſentat eos pariter ſibi: ſiue hanc ra
piens,ſiue illum adducens. Siquidẽ domeſticus eſt
& notus in palatio,nec veretur repulſam, & quoti
die videt faciem patris. Vnde Anſelmus:Millia mil
lium ad cõplenda patris miniſteria alacri diſcurſu
iugiter



iugiter meant inter cœlum & terram, quaſi apes
A negotioſæ inter alueária & flores , ſuauiter diſpo-
nentes omnia:populus accinctus,neſciens labẽ, vel
inobedientiæ moram.hęc Anſelmus. Vides quàm
fideliter angeli noſtri nobis ſeruiunt,& quàm ſoli-
citi circa nos ſunt:vnde magnã eis reuerentiã debe
mus,& quotidie eos laudare, ac eis gratiarũ actio-
nes referre:nihilq; illicitum vel turpe in eorũ præ-
ſentia,qui nobiſcũ ſunt,cogitare vel loqui,aut ope-
Pſal.90. rari.Ad hæc nos monet Ber.dicẽs:Angelis ſuis mã
dauit de te , vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.
Quantam tibi debet hoc verbum reuerẽtiam infer
re,afferre deuotionem,conferre fiduciam: reueren
tiam,pro præſentia : deuotionẽ, pro beneuolentia:
Angelorũ pręſentia. fiduciã,pro cuſtodia. Cautè ambula,tibi aſſunt an-
geli,ſicut eis mandatum eſt,in omnibus vijs tuis.In
quouis diuerſorio, & in quouis angulo angelo tuo
reuerentiam habeto,ne audeas illo præſente quod
vidẽre me nõ auderes. Quid retribues dño ꝓ omni
bus quæ retribuit tibi?ſiquidẽ ei ſoli honor & glo-
Iacob. 1.c. ria. Quare ei ſoli? quia ipſe mandauit, & omne da
B tum optimum non niſi ab illo eſt: veruntamẽ & ſi
ille mandauit , ipſis quoq; qui ei ex tanta charitate
obediunt,& nobis ſubueniunt in tanta neceſſitate
ingratos eſſe nõ licet. Simus ergo deuoti,ſimus gra
ti tantis cuſtodibus:redamemus eos quantum poſ-
ſumus,quantum habemus.hæc Bern. Et ideo cum
omni attẽtione & deuotione diſtinctè,& alacriter
officium diuinum exoluas: & in omnibus ſcilicet
cogitando & verba proferendo videndo, & audien
do,ſtando,& ſedendo, ſupplicando, & veniam ſu-
mendo:necnon in alijs ſingulis ad interiorẽ & ex-
teriorem hominẽ in hoc officio ſpectantibus,ſic re
uerenter & humiliter te habeas quaſi deum:ac bea
tam virginẽ & omnes angelos & ſanctos corpora-
libus oculis coram te videas,recogitans ꝙ ſine du-
bio præſentes ſunt angeli ſancti , in quorũ conſpe-
Senſuũ in orãdo collectio. ctu pſallis deo ibi & vbiq; præſenti. Vnde qualiter
deus in oratione poſsit intentionẽ ſuam recollige-
re,docet Baſilius dicens: Quomodo non obtinebit
quis vt in oratione ſenſus eius non vagetur , ſi cer-
C tus ſit aſsiſtere ante oculos dñi. Recogitet ergo ho
mo ſe ſtare,ſeu pronum iacere ante conſpectũ dei:
& ſecum loqui,& iuuabitur à vagatione mentis.
Hiere. 18. Vnde Hieremias.Recordare ꝙ ſteterim in conſpe
ctu tuo,vt loquerer pro eis bonum : imò recordari
Angelis coæquãdi. timet ſtare ante conſpectum dei.hæc Baſilius. Et
quia homines beatis ſpiritibus ſociandi ſunt, idcir-
co hic nota ꝙ quicunq; in eccleſia eſt (& maximè
in religiõe)fideliter,humiliter & deuotè miniſtret:
& qui propter deum infirmis & peregrinis ſeu pau
peribus & ſibijnuicẽ charitate fraterna ſubueniũt:
in primo gradu conſiſtunt angelicis ſpiritibus coę
Archangelis coæq. quati.Qui verò oratione & deuotione familiarius
deo intendunt:& proximis ſuam doctrinam,conſi
lium,auxiliumq; impendunt,in ſecundo gradu,ar-
Virtutib⁹. changelicis ſpiritibus inſeruntur.Et qui ſe exercẽt
in patientia,obedientia, & voluntaria ꝓ upertate,
& humilitate,omneſq; virtutes fortiter peragũt,
Poteſtatibus. tertium gradum cum virtutibus conſcendunt.Qui
autem vitijs & concupiſcentijs reluctantes diabolũ
cum cunctis ſuggeſtionibus contemnunt, in quar-

to gradu cum poteſtatibus triumphum gloriæ ob- D
tinebunt. Qui verò in eccleſia animarum curas & Principatibus coæqua.
prælaturas ſibi cõmiſſas bene regunt & miniſtrant
animarum lucris die noctuq; inuigilantes,& talen
ta ſibi credita ſummo conamine duplicantes,hi cũ
principatibus in quinto gradu gloriam regni pro
labore ſuo poſsidebunt.Qui autem diuinę maieſta Dominationibus.
ti reuerenter cum omni humili ſubiectione ſe in-
clinant,& pro eius gloria omnẽ hominem reuerẽ-
tur & diligunt:& ſiquidem ſeipſos,quia ad imagi-
nem dei facti ſunt deo etiam quantũ poſſunt ſe cõ-
formant carnẽ ſuam ſpiritui ſubijcientes, & incen
tiuum mortificantes,animo ſuo dominantes, & ad
cœleſtia transferentes : hi cum dominationibus in
ſexto gradu exultabunt.Qui verò ſedulæ medita- Thronis.
tioni & contemplationi inſeruiunt, ac cordis mun
ditiã,& mentis tranquillitatẽ amplectendo quietiſ
ſimũ in ſe deo exhibent habitaculũ,qui meritò pa-
radiſus dei appellari dicuntur: iuxta illud, Delitiæ Prouer.8.
meæ ſunt eſſe cum filijs hominũ : de quibus etiam Leui.26.
dicit.Ambulabo in eis, & habitabo cũ eis: in ſepti-
mo gradu thronis ſociantur. Qui autẽ ſcientia & Cherubim
cognitione cæteris eminent,qui ſingulari beatitu- E
dine deum facie ad faciem mente illuſtrata conſpi
ciunt:& ea quæ ex ipſo fonte omnis ſapientiæ hau
riunt,per doctrinã & illuminationẽ aliorum in ip
ſum refundunt.In octauo aſcenſionis gradu,cũ che
rubicis ſpiritibus locabũtur. Et qui deum toto cor Seraphim
de & mente diligunt,& igni æterno qui deus eſt ſe
totos immergunt:eiq; ſimillimi facti iam non ſuo
ſed diuino amore ſicut dilecti ab ipſo ſunt, diligũt
omnia in deo , & tam inimicos quàm amicos dili-
gunt propter deum:quos quidẽ ab amore nihil po-
teſt diſiũgere,ſeu impedire,quia quò magis inimi-
ci in eos inſurgũt,eo validius in amore vnitiuo cõ-
ualeſcunt,nihilq; etiam cõſolationis & cõmodi tem
poralis requirũt:niſi quod ad laudem & gloriã dei
ſpectat,amore etiã tam feruenti accenſi & inebria
ti,ad deum per mille mortes tranſire exemplo apo
ſtolorũ & ſanctorum nõ formidãt.Omnibus enim
pœnis & tribulationibus ſpretis,propter feruorem
dilectionis in carne mortali,& vita pręſenti omnẽ F
tollerant gaudẽter moleſtiã. Fœliciter quidem in
ſemetipſis ardentes & alios accẽdentes,ita vt ſi poſ
ſent omnes homines in deifico amore inflãmarent
& perfectos facerent vt cum ipſis arderent: hi etiã
aliorum vitia & peccata tanquam propria lugent:
nec quæ ſua ſunt quærunt , ſed ſolius dei patris fa-
ciem deſiderabilem hianti ſemper animo ſuper o-
mnia diligunt & exquirũt:iſti meritò in nono gra
du cum ſeraphim computabuntur. Inter quos &
deum nulli interſint ſpiritus ,qui ipſum vicinius
contemplentur,& ipſi immediatius appropinqua-
re videantur.

## ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte,magiſter & rector bo-
ne:omnia interiora & exteriora mea guber
na propitius & rege,ne vnquam alij de me,
vel mihi de alijs ſcandalum proueniat:ſed omnem
occaſionẽ ſcandali tua gratia à me abſcindat peni-
tus & excludat.Da etiam mihi vt nullũ de puſillis
ſeu paruulis præſumã contẽnere:ſed potius oẽs ſtu
deam honorare , quos tu ſic honorare dignatus es,
 quod ad

quod ad eorum miniſterium & cuſtodiam angelos
G beatos deputaſti,& tu ipſe pro eis ſaluandis de cœ-
lo in mundum venire,& mori voluiſti. Amen.

De tribus parabolis: ſcilicet ouis,& dragmæ, & filij prodigi. Caput VII.

Lucæ 15. DEinde ne quis ſcandalizet & cõtem-
nat puſillos, & ad oſtendendũ quan-
ti ſint puſilli apud patrẽ, ſubdit tres
parabolas per ordinẽ: ſed ſecundum
Lucã duplex fuit occaſio, ſiue cauſa
harum trium parabolarũ. ſ. appropinquatio publi-
canorum & peccatorũ,ac murmuratio ſcribarũ &
phariſæorũ. [Erant enim appropinquantes] ad Ie-
ſum ſaluatorẽ,[publicani & peccatores] qui ſalute
indigebãt,[vt audirẽt illũ:] quia rationabiliter pec
cata reprehendebat: quia non cùm auſteritate, ſed
benignè eos admonebat,& ſpẽ veniæ promittebat.
Libenter debent oẽs ad Chriſtũ accedere & appro
pinquare: quia omnia remedia in eo poterunt inue
H nire. De quibus ſic dicit Ambro. Omnis anima ac-
Chriſtus ab omnibus eſt adeundus. cedat ad Chriſtũ,quia omnia Chriſtus eſt nobis. Si
vulnere carere deſideras,medicus eſt. Si febribus
ęſtuas,fons eſt: ſi grauaris iniquitate,iuſtitia eſt. Si
auxilio indiges virtus eſt: ſi mortẽ times,vita eſt: ſi
cœlũ deſideras,via eſt: ſi tenebras fugis,lux eſt: ſi ci
bum quæris,alimentũ eſt. [Et murmurabant pha-
riſæi,ſimulata ſanctitate ab alijs diuiſi,& ſcribæ,le
gis notitia doctores populi,[dicentes: quia hic pec-
catores recipit,& manducat cum illis:] q.d. hic cre
ditur bonus & ſanctus,& tamen ad ſuam conuerſa
tionem & gratiam recipit peccatores: & quod am-
plius eſt,manducat cum illis tanquã amicus. Si co-
gnouiſſent ſcribæ & phariſæi,ꝙ venit in hũc mun
dum peccatores ſaluos facere,nequaquam murmu
raſſent: nam eos recipiebat,vt cõuerſando cum eis
à peccatis conuerteret,& illuminaret, ac ſaluaret.
Chriſtus ergo peccatores pœnitentes recipiendos
eſſe oſtendit: & ſuper hoc tres parabolas adducit:
Miſeratio nem inducentia. Tria enim ſunt quæ hominẽ ad miſerendũ conſue
uerunt inducere. ſ. ſimplicitas,propinquitas,& ne-
ceſsitas. Iſta tria ſimiliter deum inducunt ad miſe-
I rendum. Primò,noſtra ſimplicitas,& ad hoc per-
tinet prima parabola de oue errante. Homo enim
eſt ſimplex reſpectu hoſtis tam aſtuti,id eſt,diabo-
Pſal. 118. li. Vnde clamat Pſalmiſt. Erraui ſicut ouis quæ pe-
rijt,require ſeruum tuum,&c. Secundò,noſtra pro
pinquitas quam nobiſcum contraxit: & ad hoc per
tinet ſecũda parabola de dragma amiſſa: in qua eſt
imago regis,& ſupraſcriptio nominis: ſic & homo
eſt ad imaginem dei formatus, & habet ſupraſcri-
ptionẽ Chriſti,quia à Chriſto dicitur Chriſtianus:
& ideo debet noſtri miſereri: iuxta illud apoſtoli:
Ephe. 5. Nemo carnẽ ſuam odio habet,&c. Tertiò, noſtra
neceſsitas & paupertas: & ad hoc pertinet tertia pa
Lucæ 15. rabola de filio prodigo reuertente,qui dixit: Quan
ti mercenarij in domo patris mei ſunt, qui habent
panẽ: ego autẽ hîc fame pereo. Quãdo enim homo
cognoſcit ſuam miſeriam & infirmitatẽ,tunc deus
ſibi exhibet ſuam pietatem. Vnde dicitur ibidem,
quòd pater videns eum,miſericordia motus eſt ſu-
Ouis errãs per eum. Reſpondendo ergo ſcribis & phariſæis
murmurãtibus ſubdit dominus primò parabolam
vnius ouis ex centum errantis,quam quæſitam &
tandem inuẽtam (quia propter infirmitatem ambu K
lare nõ poteſt) paſtor bonus in humeris ſuis ad gre-
gem reliquum reportat: & veniens domũ conuocat
amicos & vicinos,ad congratulandũ ſibi ſuper in-
uentione ouis quæ perierat. Sententia itaq; huius
primæ parabolæ, ſecũdm Lucam,talis eſt in ſumma:
Si quis ouem perditã poſtea inuentam libenter re-
cipit: non debet mirari vel indignari ſi peccatores
recipio ad pœnitentiam qui prius amiſsi erant per
culpam: vel referendo ad puſillos (de quibus dictũ
eſt ſuprà) talis eſt huius parabolæ ſententia: ſicut nõ
eſt volũtas paſtoris,vt pereat de ouibus ſuis: ſic non
eſt voluntas patris cœleſtis vt pereat vnus, nec etiã
multi de puſillis: nec etiam de alijs,& ergo puſillus
non eſt contemnendus: ſi autem perit, non volunta
te eius perit: quia nec voluntate approbationis, vel
conſilij,vel præcepti eius peccat, eo tamen autore
damnatur: quia omnis pœna ab ipſo eſt. In hac ta-
men parabola,ſecundũ ſenſum myſticum, tangun Myſtic
tur ſeptem in ſpeciali. Quorum primũ eſt,homi- ſeptem
nis & angelorum creatio: ibi, [quis ex vobis homo tandu.
qui habet centũ oues.] Secundum, hominis creati L
præuaricatio: ibi, [& ſi perdiderit vnam ex illis.]
Tertium,filij dei ad quærẽdũ ouem perditam. ſ. ho
minem, incarnatio: ibi,[nónne dimittit nonaginta
nouẽ in deſerto.] Quartum,ipſius per Chriſti paſ-
ſionem inuentio: ibi,[& cùm inuenerit eam impo-
nit in humeros ſuos gaudẽs.] Quintum,in cœlum
eius aſcenſio: ibi,[& veniens domũ.] Sextum, ange
lorum ad congratulandũ inuitatio: ibi, [conuocat
amicos dicens eis,congratulamini mihi.] Septimũ
ſenſus myſtici expreſsio: ibi, [dico vobis ꝙ ita gau
dium erit in cœlo,&c. Vnde ſecundũ Greg. Quia Cente
centenarius perfectus eſt numerus: ipſe deus centũ narius
oues habuit, cùm angelorum & hominũ naturam rũ.
creauit & poſſedit: ſed vna ouis tunc errauit & pe-
rijt,cùm homo peccando paſcua vitæ reliquit. Et
intelligitur per vnam ouem homo, & ſub homine
vno vniuerſitas omnium hominũ à principio vſq;
ad finem mundi ſentiẽda eſt: quia vnus creatus eſt
homo vnde omnes prodirent, & in vnius hominis M
errore omne hominum genus aberrauit. [nonagin
ta autem nouem,] id eſt,nouem ordines angelorũ
(idem enim ſignificat numerus ſimplex & compo
ſitus) [dimiſit] ratione humanitatis aſſumptæ [in
deſerto,] ſiue in montibus & excelſis,id eſt,in cœ-
lo,quod & diabolus & homo deſeruit quando pec
cat. Cœlum quippe dicitur deſertum,id eſt, dereli- Cœ
ctum: tum quia fuit derelictum ab angelo, qui in ſertũ
eo fuerat creatus: tum quia fuit derelictum ab ho-
mine,qui ipſum fuerat habiturus. Item quia inſtar
deſerti in eo ſunt dulces cantus auium,id eſt,ange-
lorum: ibiq; ſunt roſæ martyrum,ac violæ confeſ
ſorum, & lilia virginum. Et vt perfecta ſumma o-
uium reintegraretur in cœlo hominem perditum
quærebat in terra. Et inueniẽs ouem humeris ſuis
impoſuit & ad gregem reportauit. Cùm ergo pa-
ſtor pius ouem perditam reperiſſet,non puniuit,nõ
verberauit,non vrgendo ad gregẽ duxit: ſed ſuper-
ponens humiliter humeris, & portans clementer,
gregi annumerauit. Tunc verò humeris reportans
ouem



ouem impoſuit,quando naturam humanam ſuſci-
A piens peccata noſtra ipſe portauit: quia pro homi-
ne redimendo humanã naturam ſuſcepit,& in bra
chijs ſuis in cruce extenſis peccata hominis, id eſt,
pœnam peccatorũ noſtrorum portauit. Et ſecun-
Humeri Chriſti. dum Ambr. Humeri Chriſti crucis brachia ſunt:
illic mea peccata depoſui, in illa patibuli nobilis
Lætitia Chriſti. cruce quieui. Et attendendũ ꝙ Chriſtus gaudens
impoſuit ouẽ humeris ſuis: quia licet magnus fue-
rit dolor paſsionis & mortis,quo genus humanum
requiſiuit & humeris impoſuit,hunc tamen labo-
rem & dolorẽ lętanter ſuſtinuit: vt perditã ouem
recuperaret. Inuenta aũt oue ad domũ venit: quia
reparato homine ad cœleſte regnũ redijt, ad quod
cum oue reuerſus eſt cùm cœlum aſcendit,& capti
uam captiuitatẽ ſecum duxit, & conuocat amicos
& vicinos: ſcilicet angelorũ choros qui amici eius
ſunt,quia voluntatẽ eius continuò cuſtodiunt: & vi-
cini,quia claritate viſionis eius aſsiduè perfruun-
tur: [dicens illis: Congratulamini mihi,] & ſimul
B mecum: [quia inueni ouem meam quæ perierat.]
ſecundum Grego. nõ dicit, Congratulamini inuen
tæ oui,ſed mihi: quia videlicet gaudiũ eius eſt vita
noſtra,& cùm nos ad cœlum reducimur, ſolenni-
tatem lætitiæ illius implemus. Vel ideo cõgratu-
landum eſt ſibi: quia non fruſtra laborauit,nec fru
ſtra mortuus ex quo ouem perditã inuenit: oui ve-
rò non eſt congratulandũ, quia nullus ſuis meritis
Gaudium angelorũ. inuenta eſt: & ſubiungit cõcludendo. [Dico vobis
ꝙ ita gaudiũ erit in cœlo,ſuper vno peccatore pœ
nitentiam agente,quàm ſuper nonagintanouẽ iu-
ſtis qui nõ indigent pœnitentia:] nõ dicit pœniten
tiam cogitãte,quę eſt pœnitẽtia procraſtinorum:
nec dicit pœnitentiã docente verboſorũ prædica-
torum: nec dicit pœnitentiã oſtendẽte,quę eſt pœ-
nitentia hypocritarũ & ſimulatorum: ſed dicit pœ
nitentiam agẽte,quæ eſt pœnitẽtia deuotorũ. Non
eſt ergo gaudendũ ſolum de redemptione generis
humani: ſed quacũque hora cõuertitur vnus pecca-
tor,fit gaudiũ angelis dei,eo ꝙ numerus eorũ ſup-
C pleatur ex cõuerſione peccatorũ. Vnde Aug. Qui
per pœnitentiã peccatum diluit,angelicę fœlicita
tis in ęternũ conſors erit: hinc eſt ꝙ ſuper conuer-
ſione peccatoris,velut de ſuo cõſorte, angeli in cœ
lo gaudere dicũtur: Nã vt dicit Orige. Nos angelis
in cœlis occaſionem gaudij præbemus, cùm ſuper
terram ambulantes conuerſationẽ in cœlis habe-
mus. ſecundum Ambro. Angeli quoniã rationabi-
les ſunt,nõ immeritò hominum redemptione læ-
tantur, quãquam hoc quoq; proficiat ad incentiua
probitatis,ſi vnuſquiſque conuerſionem ſuam gra-
tam fore credat cœtibus angelorum, quorum aut
affectare patrocinium,aut vereri debet offenſam:
& tu igitur angelis eſto occaſio lætitiæ, gaudeant
de reditu tuo. Vnde Beda: Ouem ergo dominus in-
uenit quando hominem reſtaurauit, & ſuper eam
inuentam maius gaudium eſt in cœlo,quàm ſuper
nonagintanouẽ,quia maior materia diuinæ laudis
eſt in reſtauratione hominum, quàm in creatione
angelorum. Mirabiliter enim angelos creauit: ſed
mirabilius homines reſtaurauit. Hęc Beda. Quan-
uis ergo paſtor multò plus diligat oues nonaginta-
nouem,quàm ſolam centeſimam: tacitis tamen a- Gaudium paſtoris & Chriſti.
lijs,de reſtaurata multis modis ſe gaudere oſtẽdit.
Sic quoq; ſaluator de reparatione hominis magis
gaudet: hoc eſt magis & pluribus argumẽtis oſten- D
dit ſe gaudere,quàm de angelorũ ſtabilitate: vſita-
tiſsimum etenim eſt vt quãuis eum plus nõ diliga-
mus,maiorẽ tamen lætitiã de illo faciamus,quem
de maiori periculo liberari videmus. Sicut ergo pa
ſtor gaudet ſpeciali gaudio de inuentione vnius o-
uis: nõ quia magis illam ſolam quàm omnes alias
diligat,ſed quia in ea habet ſpecialem rationẽ gau
dendi,quam in alijs nõ habebat: ſic deus de reuer-
ſione peccatoris habet ſpecialem rationẽ gaudij,
quam nõ habet de cæteris in iuſtitia permanenti-
bus: cæteris tamen paribus permanẽtes in iuſtitia,
ſunt deo magis dilecti. Per hominẽ centũ oues ha-
bentẽ ſignificatur pręſidens monaſterio, vel eccle-
ſiæ,habens ſubditos in quocũque numero: quia ſę-
pe in ſcriptura ponitur numerus determinatus pro
indeterminato: & ſi perdiderit vnã per apoſtaſiam,
vel occaſionẽ aliam,nónne dimittit alias in deſer- E
to,id eſt,in obſeruatione clauſtrali vel eccleſiaſtica
quæ deſertũ dicitur,eo ꝙ aſperitas ibi videtur,& à
multis deſeritur: & vadit ad illam quæ perierat,vt
ad bonũ reducat,& gaudet de illius reductiõe plus
quàm ſuper alijs nõ errãtibus: nõ quia plus diligat
eam cæteris, ſed quia ſpecialem rationẽ gaudendi
habet,de reductione eius,quã non habet de alijs: ta-
men non errantes ſemper ſunt plus diligendi cæte
ris paribus. Et nota ſecundũ Dionyſium, ꝙ domi- Numerus electorũ.
nus numerũ electorum determinauit in decẽ: no-
uem quidem ordinibus angelorũ, propter trinita-
tem: in nouenario enim numero trinarius fit ter-
tiò repetitus: & vno ordine hominũ propter vnita-
tem,vt vnitas in trinitate ab angelis & hominibus
laudaretur,coleretur,adoraretur. Voluit aũt nume
rum electorum conſtare ex angelis & hominibus:
quia voluit à creatura ſpirituali & corporali lauda
ri. Hęc Dionyſius. Ad idẽ ſubdit parabolam vnius
dragmæ ex decẽ perditæ, pro qua mulier accendit Dragma deperdita.
lucernã,& euertit domũ,ac quęrit diligẽter donec
inueniat: & ſuper inuẽta cũ amicis & vicinis gau- F
det. Dragma hoc loco eſt nũmus certæ quãtitatis,
valens decẽ denarios vſuales,habens in ſe regis ima
ginem & ſuperſcriptionẽ: quẽ nos debemus offer-
re: ſcilicet noſmetipſos, in quibus eſt imago regis.
Vnde ſecũdum Dionyſiũ: Homo microcoſmus,id Homo microcoſm.
eſt,minor mundus dicitur. Habet enĩ ex terra car-
nem: ex aqua ſanguinẽ,ex aëre flatũ, ex igne calo-
rem. In cuius ſubſtãtia ſpirituali imago & ſimilitu
do dei exprimitur: imago in forma accipitur, ſimi
litudo in qualitate cõſideratur. Diuinitas enim cõ
ſiſtit in trinitate, cuius imaginẽ tenet anima,quæ
habet memoriã,intellectũ,& voluntatẽ. In deo cõ-
ſiſtunt omnes virtutes: cuius ſimilitudinẽ tenet ani
ma,quę capax eſt omniũ virtutũ. Hęc Diony. Igi-
tur dragma, ſcilicet homo ad imaginẽ dei factus:
pro cuius requiſitiõe ſolicitatur diuina ſapiẽtia &
ſpõſa eius. ſ. mater noſtra eccleſia,pro cuius quoq;
inuẽtione lętatur tota cœleſtis curia quãuis puſil-
lus nõ eſt contẽnendus: quia nõ vult pater cœleſtis
vt pereat vnus de puſillis. Sententia autem huius

parabolæ ſecundum Lucam,talis eſt in ſumma: Si
G mulier cũ tanta diligentia dragmam perditã quę-
rit,& de inuenta gaudet, & ad gratulandũ amicas
& vicinas conuocat:multò fortius deus hominem
perditum debet cũ magna diligentia quærere , &
de eius inuentione gaudere : & ſicut nullus debet
murmurare cõtra mulierem quærentẽ dragmam
perditam,ſic nullus debet murmurare contra do-
minum quærentẽ peccatores:ſiue eos alloquendo,
Sex notanda. ſiue cũ eis comedendo. Vbi tamen ſecundum ſen-
ſum myſticũ,notantur ſex in ſpeciali. Primò,an-
gelorum & hominũ creatio: ibi, [quæ mulier ha-
bens dragmas decẽ.]Secũdò,hominis creati pręua
ricatio:ibi,[& ſi perdiderit vnam.]Tertiò,filij dei
ad quærendam dragmã perditam incarnatio: ibi,
[nónne accẽdit lucernã.] Quartò, ipſius per Chri
ſti paſsionẽ inuentio:ibi, [& quærit diligẽter do-
nec inueniat.] Quintò,angelorũ ad cõgratulandũ
inuitatio:ibi,[& cũ inuenerit cõuocat,&c.]Sextò,
inuitationis ratio:ibi, [quia inueni dragmã quam
perdideram.]Vnde ſecũdum Grego.Qui ſignifica
H tur per paſtorẽ,ipſe etiam ſignificatur per mulie-
rem: ipſe enim deus, ipſe & dei ſapientia : dicitur
autem mulier,quia cũ dolore nos parit.Angelorũ
verò & hominũ naturam ad recognoſcendũ ſe do-
minus cõdidit, & ad ſimilitudinem ſuam creauit.
Dragmę decem. Decem ergo dragmas habuit,quia nouẽ ſunt ordi-
nes angelorum:ſed vt cõpleretur electorum nume
rus,homo decimus eſt creatus. Et quia imago ex-
primitur in dragma: mulier dragmã perdidit,quã
do homo qui cõditus ad imaginẽ dei fuerat,peccã-
do à ſimilitudine ſui conditoris receſsit. Quotidie
adhuc iſta dragma perditur,vel in puluere diuitia
rum,vel in luto luxuriæ,vel in diuerticulo erroris
cuiuſcũque. Accendit autẽ mulier lucernã:quia dei
ſapientia apparẽs in carne , lumen deitatis accẽdit
in teſta noſtræ mortalitatis ad quærendum homi-
nem perditũ,ad reducendum eũ ad beatitudinem.
Iſta verò lucerna accẽſa refulſit miraculis,inflam-
mauit dictis,illuminauit exemplis : collocatus eñ
erat homo in obſcuris & vmbra mortis : vnde iſtã
I oportuit accẽdere lucernam. [Et euertit domum]
conſcientiæ : quia mox vt eius diuinitas per carnẽ
claruit,omnis ſe noſtra conſcientia concuſsit. [Et
quærit diligẽter,]diligenter eñ quęritur quod in-
timè diligitur : ſic verò oſtẽdit Chriſtus dilectionẽ
ſuam ad nos,vt animã ſuam pro noſtra redẽptione
Quæſtio dragmæ. poneret. Vnde ſubditur[donec inueniat,]quia non
deſtitit quærere donec inueniret:quæſiuit eñ vſq;
ad cõtumelias,vſq; ad minas,vſq; ad flagella,vſque
ad mortẽ,vſq; etiã ad inferna. Nec mirum ſi eã in-
uenit,quã vbiq; etiam vſq; ad inferna cũ diuinita-
tis lucerna ardenti quæſiuit. Euerſa ergo domo in-
uenitur dragma , quia cùm perturbatur hominis
conſcientia,reparatur in homine ſimilitudo crea-
toris,tunc enim conſueta relinquuntur vitia,vt re-
luceat imago cõditoris, [& cùm inuenerit conuo-
cat amicas & vicinas,] ſcilicet ſupernas virtutes,
quæ amicæ ſunt,vt exequẽtes voluntatẽ ipſius : &
vicinæ,quia ei per gratiã cõtinuæ viſionis appro-
pinquant:quas ad cõgaudendum inuitat, & gaudij
participes facit,quia congaudent de peccatoribus
ad eum conuerſis,cùm deus de ſeipſo habeat gau-
dium & angeli gaudeant in eo . Gaudent tamen K
etiam de conuerſione pœnitentium , quando illud
quod prędeſtinauit impletur : nec illud gaudiũ eſt
deo nouũ,aut temporale,ſed æternum: angeli verò
quibus effectus prædeſtinationis innoteſcit, de no-
ſtra cõuerſione tẽporaliter gaudent. Chriſtus etiã Gaudij Chriſti cauſæ.
gaudet ſuper conuerſione peccatoris, propter duo.
Primò,quia per pœnitentiã ira ſua placatur. Secũ-
dò,quia pretium ſanguinis ſui in eo nõ fruſtratur.
Eſt aũt tantum gaudiũ Chriſto de cõuerſione pec- Patin- ſus pa- tus Chri- ſtus.
catorum, ꝙ ſi non ſufficeret ſua paſsio, rurſus pati
& mori eſſet paratus. vnde beatus Dionyſius in e-
piſtola quadã ſcribit , ꝙ cùm quidam infidelis ho-
minem fidelem à fide auertiſſet , Carpus quidã vir
magnæ ſanctitatis adeo moleſtè hoc ferebat , vt
vtrũque igne cõburi deũ rogaret : cui circa noctis
medium apparuit Chriſtus in aëre,cũ multitudine
angelorũ,in terra verò apparuit fornax cũ ſerpen-
tibus accenſus, ad quã trahebantur illi duo homi-
nes. Carpo ergo petente ardẽti deſiderio vt mitte-
rentur in fornacẽ,& moleſtè ferẽte dilationẽ: ecce L
Chriſtus miſeratus deſcendebat à ſolio in terrã, &
extenſis manibus homines illos eripuit : eleuataq;
manu dixit Carpo, iterũ percute me lancea , para-
tus ſum rurſum pati & mori pro hominibus ſaluã-
dis. Et ſubiũgit dominus cõcludendo,[ita dico vo-
bis gaudiũ erit angelis dei,]qui ſunt vicini & ami-
ci Chriſti,[ſuper vno peccatore pœnitentiã agen- Angel. gaudi.
te,]nã anima vitiorũ laqueis capta & ſtricta, cùm
ſe corrigit, & priora peccata relinquit: tam cœli-
colas quàm chriſticolas hilares facit. Vnde Ber.
Denique gaudent in cõuerſione & pœnitẽtia pec-
catorum, ſalutẽ hominum ſitiẽtes, quia lachrymę
pœnitentiũ ſunt vinum eorũ:hoc certè vinum læ-
tificat cor hominis:hoc cõſtat & angelos bibere cũ
lætitia. Hæc Ber. Et ſi angelis tantũ gaudiũ eſt pro
peccatore,qui propria peccata damnat:quantũ eſt
eis gaudiũ pro iuſto , qui aliorum peccata plangit?
Conſidera hîc quãta debet eſſe pœnitentia , vt per
eam accẽdaris,nec torpeas: & totã domum, id eſt,
mentem & conſciẽtiam euertas, vt dragmam vſq; M
ad nouiſsimũ puluerem inquiras diligenter,nõ pi-
grè,non morari donec inuenias. Moraliter mulier Moralit.
poteſt dici pręſidẽs,tum propter fœcunditatẽ,tum
propter pariendi difficultatẽ : huius mulieris dra-
gmæ ſunt animæ dei imagine inſignitæ : quarũ ſi
vnam perdiderit,debet accẽdere lucernam:ſcilicet
orando,meditando,ſanctè viuendo: & verrere do-
mum conſcientię peccatoris, feruore prędicatiõis,
terrore cõminationis : & quęrere diligẽter, donec
inueniat : quod fit quando ad pœnitentiã reducit.
Tertiam quoq; de eodẽ & expreſsius addit parabo Filius prodig.
lam:ſcilicet de filio prodigo , qui facultatibus con-
ſumptis & perditis,ad patrẽ reuerſus ſuſceptus eſt
ab eo & honoratus:quia homo non ſolum eſt ouis
chara paſtori , nõ ſolum dragma pretioſa mulieri:
ſed viſceroſæ charitatis filius chariſsimus patri.
Deus enim pater hominẽ ad imaginẽ & ſimilitu-
dinem ſuã creauit,vt poſt angelos expreſsiori ſimi
tudine pręcęteris creaturis filius dei dicatur. Ideo
nullus quantũcunque puſillus eſt contemnendus,
cùm ſit



cùm ſit ſummi regis filius:præſertim ille cui dedit
A fidem & gratiã, per quã eſt filius adoptionis . Et ſi
poſt ſuſceptam fidẽ & gratiã , quæ ipſum ex dono
dei contingebat,vixerit luxurioſè:per culpã,gratiã
perdendo:vel ſpiritualiter fornicatus fuerit, fidem
deſerendo:adhuc nõ eſt contẽnendus, adhuc à Chri
ſti & eccleſiæ gremio non eſt eijciẽdus:quia ſi pœ-
nituerit,& humiliter redierit,adeſt deus pater mi-
ſerator & miſericors, qui nõ lætatur in perditione
filiorum, & occurrit pœnitenti, & dat oſculũ pie-
tatis & amoris. In cuius receptione gaudet tota cœ-
leſtis curia : qui enim mortuus fuerat infidelitate
& culpa , viuit fide & gratia:& qui perierat erro-
re,inuentus eſt Chriſto paſtore omniũ requirente.
Per hanc ergo parabolam datur intelligi benigna
peccatorũ à deo receptio. Ex quo ſecũdum Lucam
vult habere, ꝙ nullus debet indignari ſi benignè re
Sex notanda. cipit peccatores. In hac aũt parabola ſex tangũtur.
Primò ſtatus naturæ, & vtriuſq; filij cõmunis pro-
pagatio:ibi,[ homo quidã habuit duos filios.] Secũ
dò,lapſus culpę,& adoleſcentioris à patre receſsio:
B ibi, [dixit adoleſcentior patri.] Tertiò, locus pœ-
nitentiæ,& eiuſdem poſtmodũ reuerſio: ibi, [in ſe
autem reuerſus.] Quartò,munus gratię,& reuertẽ-
tis à patre benigna ſuſceptio:ibi, [cùm autẽ adhuc
longè eſſet.] Quintò , ſtimulus inuidiæ, & de eius
iucunda ſuſceptione ſenioris indignatio: ibi, [erat
autem filius eius ſenior.] Sextò,virtus doctrinę,&
indignationis eius rationabilis ſedatio : ibi, [pater
ergo illius.] Põt autẽ hæc parabola exponi de po-
pulo Iudaico,& Gẽtili. Vel de innocente ſeu iuſto
Iudaicus populus. tepido,& de peccatore pœnitẽte deuoto. Iudaico in
quam vel iuſto conquerente de domino , dãte ma-
iorem gratiã vel deuotionis feruorem Gentili,vel
pœnitenti,quàm ſibi. [homo] ergo iſte de quo hîc
dicitur,Chriſtus eſt:q habuit duos filios,id eſt,duos
populos: ſcilicet Iudaicum & Gentilẽ,qui ſunt filij
dei quantũ ad eius imaginem:vel eius filij ſunt oẽs
Chriſtiani per eius baptiſmum regenerati : quorũ
tamẽ aliqui ſunt iuſti,& aliqui peccatores. [Et di-
C xit adoleſcentior,] id eſt, Gentilis populus:vnde &
Exodi 4. populus Iudaicus vocatur in Exodo filius dei pri-
mogenitus. Vel [adoleſcẽtior,] id eſt,peccator, qui
iuuenis eſt moribus : & petijt à patre portionẽ ſuæ
ſubſtantiæ, vt recederet à dei patris lege: & ageret
pro libito voluntatis ſuæ,ac regeret ſe propria vo-
luntate. [& diuiſit illis ſubſtantiã,] quia dona ſua
omnibus largitur , licèt diuerſimodè : & dimittit
quẽlibet agere ſecundũ arbitrij libertatẽ. [Adole-
ſcentior verò filius profectus eſt in regionẽ lõgin-
quam:] non localiter,à deo patre cœleſti qui vbiq;
eſt,recedẽs,ſed per multiplicationẽ peccati ſe à pa-
tre,& patria cœleſti elongans: [& ibi,] ſcilicet in
regione peccati, [diſsipauit ſubſtãtiam ſuam] per
peccatum bona gratię perdẽdo,& bona naturę pe-
iorando: [viuẽdo luxurioſè] luxuria interiori,quę
eſt fornicatio ſpiritualis,& maximè idololatria:&
luxuria exteriori, quæ eſt fornicatio corporalis &
manifeſta. Peccator ergo à patre ſuo cœleſti rece-
dit,quando mortaliter peccat:& tũc in regione lõ-
Pſal. 118. ginqua eſt:quia lõgè eſt à peccatoribus ſalus:& ta-
lis luxurioſè conſumit ſuã ſubſtantiã, quando ſen-
ſus ſuos,& vires cõuertit ad malitiam: [& poſtquã
conſummaſſet,] id eſt,cõſumpſiſſet [omnia] orna- D
menta naturę,tam naturalia quàm gratuita: [facta
eſt fames valida in regione illa,] quia in regione
peccati fit magnus defectus pabuli diuini:& fames
bonorũ operũ atq; virtutũ: [& ipſe cœpit egere,]
ſcilicet ſpiritualibus bonis & virtutibus eorũ fonte
relicto: nã exiſtẽs in mortali peccato fit egẽs omni
ſpirituali bono: [& abijt,] ſcilicet ꝓfectu erroris,
& de malo in peius ruẽdo, [& adhæſit vni ciuium
regionis illius:] ſcilicet diabolo, qui eſt ciuis in re-
gione vmbræ mortis: [& miſit illũ in villã ſuam,]
id eſt,cupiditatem mundanã,vel in peccatorum ſo-
cietatem , in qua dominatur ſicut in propria villa:
[vt paſceret porcos,] id eſt , vitia quæ fœtida ſunt
& immũda: [& cupiebat implere vẽtrem] animæ
ſcilicet affectũ, [de ſiliquis,] id eſt,cibo porcorum,
qui eſt carnalitas: [& nemo illi dabat,] ſcilicet ad
ſatietatem:quia venter impiorũ eſt inſatiabilis:dę- Mali inſaturabiles.
mones enim ad hoc ſtudẽt, ne vnquã ſaturitas ma
lorum proueniat. [In ſe autem reuerſus,] id eſt,ad
propriam conſcientiã,per rationis dictamẽ , à qua E
receſſerat ſequẽdo ſenſualitatẽ:homo enim in pec-
cando extra ſe egreditur:quia limites rectæ ratio-
nis trãſgreditur:& ideo pœnitẽdo ad ſe reuertitur.
Debet autẽ pœnitẽs,ſecũdum Gregoriũ, recogno- Pœnitẽti cognoſcẽda.
ſcere vbi fuit,quia in peccato:& ideo debet dolere.
vbi erit,q̃a in iudicio:& ideo debet timere. vbi eſt,
quia in miſeria: & ideo debet gemere. vbi non eſt,
quia in gloria: & ideo debet ſuſpirare. [In ſe ergo
reuerſus dixit,] pœnitẽdo de peccatis & dolendo:
[Quanti mercenarij,] id eſt,deo ſeruiẽtes pro mer
cede æterna [in domo patris mei,] id eſt,in eccle-
ſia,ſeu cõgregatione iuſtorum, [abundãt panibus]
ſpiritualibus,ſcilicet verbi diuini,& euchariſtię ſa
cramenti:ac pluribus virtutibus & donis : [ego aũt
hîc fame pereo:] id eſt , penuria omnis boni , quo
priuatum me ſentio. [Surgã] de luto culpę,per in-
fidelitatis vel peccati derelictionem: quia iacebat:
[& ibo] per conatũ bene operãdi, & meliorationẽ
vitæ:quia longè aberat.& [ad patrẽ meum] à quo F
receſſerã : quia ſub principe porcorũ erat. [& dicã
ei,] recognoſcẽdo culpã,& petendo veniã: [pater,]
ſcilicet ex natura quã dediſti mihi, [peccaui,] ſci-
licet malè viuendo [ in cœlũ, ] id eſt,corã cœleſti Peccare in cœlum.
curia:ſcilicet angelis ſanctis : & ideo multũ debeo
dolere & flere,q̃a eos cõtriſtaui. Specialiter pecca-
tor peccat in angelũ cuſtodẽ ſuũ , quia ſpernit eius
conſilium: [vel in cœlũ,] quod ſcilicet per culpam
meam amiſi,& per meã negligentiã non quæſiui:
[& corã te,] ſcilicet vidẽte & ſciente,id eſt,in ipſo
conſcientiæ meæ cõclaui: vbi tui ſolius, qui iudex
meus es,penetrant oculi: & ideo multũ debeo eru-
beſcere & timere , quia peccaui ante oculos iudicis
cuncta cernentis. Hîc docetur modus cõfitendi,qui
eſt ꝙ omne bonũ attribuamus deo :qđ notatur ibi,
[pater] à quo ſcilicet omne bonũ habem⁹:& omne
malum quod facimus attribuamus nobiſipſis,quod
notatur ibi, [peccaui ĩ cœlũ,& corã te. Iã non ſum Indignitas peccatoris.
dignus vocari filius tuus:]quia à te recedens te con-
triſtaui:ſecũdò , quia imaginẽ patris nõ honoraui:
tertiò,quia ſubſtãtiæ meę prodigus extra diſcipli-

 nam vixi:

nam vixi:quartò,quia ſeruum alterius,ſcilicet dia-
G boli me feci:quintò, quia degener in moribus paſcendo porcos extiti:ſextò, quia ingratus te contẽpſi. [Fac me] per condignã ſatisfactionem, [ſicut vnum de mercenarijs tuis:] ſcilicet bonũ,qui ſeruit pro æternis:non malũ,qui ſeruit pro temporalibus. Quaſi diceret:Paratus ſum ammodo tibi ſatisfacere,& ſeruire ſpe mercedis æternæ:mercenarius eñ laborat pro mercede. Ecce ergo poſt cõtritionẽ & confeſsionem,ſatisfactionis oblatio:hæc eſt pœnitentia meditãtis in cõfeſsione peccati, nondũ tamẽ agentis:poſtquã itaq; ad neceſsitatẽ famis peruenerat,in ſe reuerſus pœnitentiã agere incipiebat:quia neceſsitas ipſum cõpellebat. In quo notare poſſumus dei clementiã, quia etiã peccatores compellit agere pœnitentiã.Intantũ eñ noſtrã ſalutẽ diligit, & quærit, ꝙ oibus modis quibus põt nos attrahit: quoſdã per prædicationẽ, quoſdã per inſpirationẽ, quoſdã per bñficiorũ largitionẽ, quoſdã per flagellationem.Vñ dicit Beda: Prodigus iſte poſtquã in ſemet reuerſus diræ famis ſupplicia formidabat:
H velut iam ſeruus effectus etiã mercenarij ſtatũ de mercede iam cogitans concupiſcit.Ad filij affectũ, qui omnia quæ patris ſunt ſua eſſe nõ ambigit,aſpirare nequaquã præſumit:ſed mercenarij ſtatũ iam pro mercede ſeruiturus deſiderat.Hæc Bed.Diſtat autem inter mercenariũ,ſeruum,& filium.Seruus enim eſt,qui ſupplicia metuens ſolo timore pœnæ præſentis vel futuræ tẽperat ſe à vitijs, & declinat à malo.Mercenarius autem, qui cauſã mercedis & deſiderio regni cœleſtis obedit mãdato, & cauet offenſas.Filius verò,qui ſeruat ius hæredis,nõ pro lucro ſeruit mercedis:ſed gratia ipſius boni & amore virtutum ſuccẽſus,quicquid eſt illi contrariũ, toto deteſtatur deſiderio. [Et ſurgens] implendo quod deliberauerat, [venit,] id eſt, venire cœpit, ſe ad pœnitentiam per bona opera diſponẽdo [ad patrẽ ſuum,] eius gratiam requirendo.Eſt autẽ pater redeuntibus clemens.Nã ſequitur: [Cùm autẽ adhuc lõgè eſſet,] id eſt, attritus & motus ad pœnitendũ. Non tamẽ perfectè cõtritus:ad qđ requiritur gra-

Mercenarius,ſeru', & filius.

I tia dei præueniens: ideo ſubditur, [vidit illũ pater ipſius,] oculo clementiæ.vt dicit Chryſ.Senſit pater pœnitentiã: nõ expectauit recipere cõfeſsionis verba,ſed præuenit petitionẽ miſericorditer agẽs. Vnde ſubditur: [Et miſericordia motus eſt,] miſericorditer ei inſpirãdo motũ pœnitẽtiæ. [Et] velociter [accurrẽs,] ipſum præueniendo per miſericordiam inchoantẽ: [cecidit ſuper collũ eius,] cã amoris amplexibus cõſtringẽdo, per miſericordiã concomitãtem: [oſculatus eſt eũ,] dulciter ipſum ſibi perfectè reconciliãdo per gratiã ſubſequentẽ. Occurrit quippe deus pœnitenti per gratiã præuenientem,& recipit eũ per clementiã omnia ſcelera dimittentẽ.Vnde Gregorius Niſſenus: Cõfeſsionis meditatio placauit ei patrẽ vt obuiã ei iret,& oſcula conferret.Vnde & Chryſ.Quid eñ eſt aliud qđ occurrit,niſi quia nos peccatis impediẽtibus noſtra virtute ad eũ peruenire nõ poteramus:ipſe autẽ potens ad inualidos peruenire, deſcendit? Oſculatur autẽ os eius per quod emiſſa de corde cõfeſsio pœnitentis exierat,quam pater lætus excipit. Incipit

Occurſus dei.

autem iam peccata cõfiteri. Vnde ſequitur: [dixit ei filius,] Pater peccaui in cœlũ, & corã te:iam nõ
K ſum dignus vocari filius tuus.] quod intellige vt ſuprà: ſed hîc iam nõ facit mentionẽ de ſtatu mercenarij: quia poſtquã ſuauiſsimũ oſculum recepit: extunc ſtatum mercenarij dedignatur: ſed vt dicit Beda: Pater occurrens non contẽtus minora cõcedere,vtroq; gradu ſine dilatione trãſcurſo priſtinæ filiorum reſtituit dignitati:nec iã de mercede conductoris,ſed de hæreditate fecit cogitare parentis. [Dixit autẽ pater] ſcilicet deus, [ad ſeruos ſuos,] id eſt,apoſtolos & eccleſiæ miniſtros,quibus Chriſtus præcepit benignè recipere pœnitẽtes & confitentes. [Citò proferte ſtolam primam,] id eſt,citò proferendam & reſtituendã verè pœnitentibus innocentiam nũtiate & promittite: [& induite illũ,] id eſt,oſtẽdite & certificate illũ induendũ: [& date annulum,] id eſt, fidei ſignaculum docete dandum [in manu,] id eſt,in opere [eius:] vt per opera fides clareſcat,& per fidẽ opera confirmẽtur:annulus eñ rotundus,cùm non habet principiũ neq; finẽ, ſignificat fidem æternæ trinitatis,quo fidelis anima deo deſponſatur: hũc annulũ debẽt miniſtri eccleſiæ in manu dare,docendo ipſum habendũ in opere: fides enim ſine operibus mortua eſt,& ſimiliter opus ſine fide nõ ſufficit: [& calciamẽta,] id eſt, ſanctorũ exẽpla, [in pedes eius:] ſcilicet in intellectu & affectu.ſecundum Chryſ. Ad non tangendũ terrena, & ad corrigendum viã, vt per lubricũ mũdi iſtius iter, fixus & immaculatus incedat. [Et adducite vitulum ſaginatũ,] id eſt, Chriſtũ, quem ſecũdum Chryſoſtomum,vitulũ nominat, propter hoſtiã & immolationẽ corporis immaculati. Saginatũ autẽ dicitur, propter gratiarũ pinguedinẽ & plenitudinem:quia pinguis & optimus omni ſpirituali virtute intantũ eſt,vt pro totius mũdi ſalute ſufficiat, [& occidite.] Hoc eſt ſecundũ Auguſt.Mortẽ eius inſinuate:tũc enim cuiq; occiditur, cùm credit occiſum.Hic ergo vitulus filio reuertẽti adducitur & occiditur,quando Chriſti paſsio Gentili populo & cuilibet peccatori prædicatur:aut quando in ſacramento euchariſtiæ miniſtratur: hic vitulus ſemel
M occiſus eſt in re,ſed multoties in ſacramẽtali repræſentatione:quotidie verò immolatur credentiũ fide & prædicantium recordatione. [Et manducemus & epulemur,] quia peccator verè pœnitẽs ad mẽſam Chriſti cũ alijs Chriſtianis recipitur:& nõ ſolum filius reuerſus reficitur, ſed etiã pater & ſerui eius:quia refectio dei & ſanctorũ eſt ſalus peccatorum:& ideo bene dicit pluraliter, [mãducemus & epulemur.] Vnde Ambr.Epulantẽ autem,inducit, cùm dicit epulemur:vt oſtenderet quoniã paternus eſt cibus ſalus noſtra: & patris eſt gaudiũ noſtrorũ redemptio peccatorũ, [quia hic filius meus mortuus erat:] ſpiritualiter per infidelitatem,& morte culpæ: [& reuixit] per fidem & vitam gratiæ. Vel mortuus erat, per ſeparationem à deo, tanquam à patre:& reuixit, reuertendo ad deum tanquam ad patrem ſuum: quia ſecundum Auguſtinum, Vera mors, quã homines non timent, eſt ſeparatio animæ à deo: qui eſt vera vita animarum: [perierat,] ſcilicet recedendo à conſortio ſanctorum, quaſi à fratre

Stola prima.

Iacob.

Calciamenta.

Vitulus ſaginatus.

Vitulus occiſio.

Vera Mors.



A fratre [& inuentus eſt,quia matri eccleſiæ reſtitutus per baptiſmum,vel pœnitentiam. Et nota hîc circa receptionem peccatoris, ꝙ pater de cœlis recipit pœnitẽtem:velociter:quod notatur cũ dicitur [accurrẽs cecidit ſuper collum eius:] quia deus pronus eſt ad miſerẽdũ,& tardus ad puniẽdum:cuius natura & proprietas eſt miſereri & parcere:ſecundò recipit dulciter,recõciliando eum per gratiã ſibi:ideo dicitur, [cecidit ſuper collũ eius:] tertiò recipit honorabiliter,dãdo [ſtolã primã,] id eſt reſtituẽdo innocẽtiã quã in baptiſmo induerat,ſed per peccatũ perdiderat: [& annulũ in manu eius:] id eſt gratiã bene operãdi:quia nõ ſufficit habere innocẽtiam,niſi fiant opera bona:ſed quia in operando ſæpe aduerſa occurrũt:ideo ſubditur [& calciamẽta in pedes eius,] id eſt cõſtantiam contra aduerſa: quartò recipit lætãter. Vnde dicit, [mãducemus & epulemur:] deus enim ipſi pœnitẽti conſolationes & dulcedines infundit,& in conuerſione peccatoris ipſe deus & angeli,& oẽs ſancti gaudent. [Erat autem filius eius ſenior in agro,] id eſt Iudaicus popu-
B lus in cultu vnius dei occupatus erat,legẽ obſeruãdo,vel Chriſtianus in iuſtitia perſeuerãs:remiſsè tamẽ operãdo. [Et cũ veniret & appropinquaret domui:] ſcilicet eccleſiæ: [audiuit ſymphoniam & chorum,] ſcilicet pœnitentes deũ laudãtes,& in domino gaudendo epulãtes: [interrogauit vnũ de ſeruis,quæ hæc eſſent,] ſcilicet feſta eccleſiæ vel gaudia. [Iſque dixit illi:Frater tuus,] id eſt Gẽtilis populus,vel peccator [venit,] ſcilicet ad fidẽ & pœnitẽtiam: [& occidit pater tuus,] id eſt deus qui eſt pater omniũ per creationẽ [vitulum ſaginatũ,] id eſt Chriſtum:quod intellige (vt ſuprà dictũ eſt) [quia ſaluum ipſum recepit,] ſcilicet Gentilẽ populũ & peccatorem.Indignatus eſt aũt frater ſenior:talis enim aliquãdo miratur ꝙ deus reſpicit magis peccatorẽ cõuerſum,dando ei virtutẽ fortius operãdi: & talis admiratio poteſt dici indignatio largè loquẽdo inquãtum talis nõ videtur dignus tanto bono,& nolebat introire,ſcilicet ad cõuiuium,id eſt, in eccleſiã,vel peccatorũ cõmunionem,propter indignationẽ.Pater ergo illius,ſcilicet deus volẽs pa-
C cificare & ammouere hãc admirationẽ, ſeu indignationẽ,& cupiens hunc ſaluare: Vult enim oẽs homines ſaluos fieri:egreſſus ſcilicet de domo ſynagogæ in eccleſiam:vel de rigore iuſtitiæ ad miſericordiã:cœpit rogare illum,per ſe,ſcilicet interna inſpiratione:& per ſuos vicarios,ſcilicet apoſtolica prædicatione,& aliorũ eruditione:oſtendẽs iuſto ꝙ hoc non prouenit ex parte veteris peccatoris pœnitentis:ſed ex infinita bonitate dei cõferentis, ſecundum ſua vera iudicia facultatem omniũ trãſcendẽtia:& ꝙ quicquid operatur iuſtè fit:licet hominibus aliquando aliter videatur: [at ille reſpondens dixit patri ſuo] indignationis ſuæ cauſam oſtendendo: [ecce tot annis ſeruio tibi,] ſcilicet legis iuſtitiam ſectãdo,vel pro te mala ſuſtinendo,& bona faciendo: [& nũquam mãdatum tuum præterijui,] quod ſcilicet eſt de vno deo colẽdo,vel à iuſtitia incepta recedendo: [& nũquam dediſti mihi hœdum,] quia omnia beneficia veteris legis modica ſunt,& quaſi nullius reputationis reſpectu bene-

Recipiẽdi peccatoris modus.

Indignatio ſenioris.

Iudicia dei

ficiorũ nouæ legis, [vt cum amicis meis epularer:] ſcilicet cũ prophetis,patriarchis,& angelis:vel hoc
D dũ,id eſt tantã peccatorũ exprobrationẽ & abominationẽ:vt epularer per deuotionis feruorem. [Sed poſtquã hîc filius tuus venit,qui deuorauit ſubſtantiã ſuã,ſcilicet tpalẽ & ſpũalẽ [cũ meretricibus,] id eſt,cum carnalibus vitijs & ſpiritualibus: [occidiſti ei vitulum ſaginatum,] ſcilicet Chriſtum vel dediſti ei magnæ deuotionis pinguedinẽ quaſi diceret,ſecundum ordinationem tuam hoc fuit. [At ipſe,] ſcilicet pater: [dixit illi,] ſcilicet filio ſuo ſeniori,tanquam pius pater ipſum placare volẽs. [Fili tu ſemper mecũ es,] ſcilicet per legis obſeruãtiã, vel per iuſtitiæ cuſtodiã: [& omnia mea tua ſunt,] ſcilicet bona gratiæ in re,& bona gloriæ in ſpe: quaſi diceret,tanquã iure hæreditario per debitũ remunerationis tibi omnia mea debẽtur. [Epulari aũt & gaudere oportebat,quia frater tuus hic,] ſcilicet vnde cõgaudere deberes,nõ indignari, [mortuus fuerat,] .ſ.per priuationẽ fidei,quæ eſt animæ
E vita:vel per amiſsionẽ innocẽtiæ & iuſtitiæ: [& reuixit,] per ſuſceptionẽ fidei,& recuperationẽ innocentiæ, [perierat] propter morum amiſsionẽ, [& inuẽtus eſt,] quia redditus matri eccleſiæ propter emẽdationem. Mouet eum gaudere:quia in hoc apparet optimè bonitas hominis,quãdo ſcilicet libẽter videt emẽdationẽ & correctionẽ fratris. Vnde Augu.Nihil ita probat ſpiritualẽ virum,ſicut peccati alieni curatio:cũ liberationẽ potius,quã inſultationẽ:potius auxilia,quã conuitia meditatur:& quãtum facultas tribuit,ſuſcipit. Vbi Chryſoſtomus:Hæc ergo parabola ad hoc eſt cõpoſita,quòd peccatores non diffidant reuerti:ſcientes quòd magna conſequentur vnde introducit alios turbatos in eorũ bonis:non vt iudicet eos liuore tabeſcẽtes, ſed tanto decore honoratos redeuntes,vt etiã inuidioſi poſsint alijs fieri.Hæc Chryſoſto.vnde Dyoniſius: Verè optimus,& ſuperoptimus Ieſus Chriſtus,qui & redeuntibus amabilẽ ſe exhibet:accedẽtibus quoq; occurrit & obuiat:& totus totos amplectẽs ſalutat:& ĩ humeros tollit,quos vix ab erro-
F re conuertit,nec de prioribus illos accuſat:ſed diẽ feſtum agit,& amicos conuocat,& vt ſit omnium lætantium habitudo:optimos quoque angelos in lætitiam ſuſcitat.Hæc Dionyſius.Quotidie deus filium recipit reuertentem,dum quemlibet peccatorem recipit pœnitentem:& alia ſupradicta circa eum facit,dum gratiam in baptiſmo receperat, & per culpam perdiderat,iterum illi reddidit.Igitur non debemus fratrem noſtrum peccatorem cõtemnere,vel derelinquere,ſed reuertentem dulciter recipere:ac charitatem circa eum oſtẽdere,& benignè tractare:vel ſaluator noſter iratus nos peccatores meritò contemnat,vt iuſtè derelinquat:cõſidera nunc quãtum operatur pœnitentia,& quanta ſit circa pœnitentes dei miſericordia. Vnde Bernardus:O fœlix pœnitentium humilitas: ô bona ſpes cõfitentiũ,qua facilè vincis inuincibilẽ,q̃ citò tremebundum iudicem conuertis in pijſsimum patrem.Et iterum:O quæ & qualis & quanta eſt miſericordia dei, quæ peccatorem conuerſum non minus diligit,quam eum qui nullam peccati ma-
culam

Spiritualis approbatio.

Bonitas Chriſti.

Peccatores non cõtẽnedi,ſed corrigẽdi.

Pœnitentium vis.

culam contraxit. Hæc Bernar. Tres igitur parabo-
G læ vno fine clauduntur. de quibus Ambro. ſic loquitur: Non orioſè ſanctus Lucas ex ordine tres parabolas poſuit. Ouis quæ perierat, & inuenta eſt: dragma quæ perierat, & inuẽta eſt: filius qui erat mortuus, & reuixit vt triplici medio prouocati vulnera noſtra curemus. Spartũ enĩ triplex nõ corrũpetur. qui ſunt iſti? pater, paſtor, mulier. Nõne deus, pater. Chriſtus, paſtor. Mulier, eccleſia: Chriſtus te in corpore ſuo reuehit, qui tua in ſe peccata ſuſcepit: quærit eccleſia, recipit pater: quaſi paſtor reuehit, quaſi mulier inquirit, quaſi pater veſtit: prima miſericordia, ſecunda ſuffragatio, tertia reconciliatio. Singula ſingulis quadrant. Redemptor ſubuenit, etiam ſuffragatur, autor reconciliatur. Eadẽ diuinæ operis miſericordia: ſed diuerſa pro meritis noſtris gratia. Ouis à paſtore laſſa reuocatur: dragma quæ perierat inuenitur: ad patrẽ filius ſuis veſtigijs redit, & plena cõdemnati erroris regreditur pœnitentia. Oues ſumus, oremus vt ſuper aquã
H refectionis nos collocare dignetur. Oues inquã ſumus, paſcua petamus: dragma ſumus, habeamus pretium: filij ſumus, ad patrem redire feſtinemus: nec vereare ne te non recipiat. Non enim delectatur deus in perditione viuorũ. Iam occurrens venienti tibi cadet ſuper collũ, dominus erigit eliſos. Oſculum dabit, quod eſt pignus amoris: ſtolã, annulum, calciamenta proferri iubebit. Tu adhuc iniuriam metuis, ille reſtituit dignitatem. Tu ſuppliciũ vereris, ille oſculum defert: tu conuitium times, adornat ille conuiuium: facile reconciliatur, quãdo intensè rogatur. Et ideo diſcamus, quali pater obſecratiõe ſit ambiendus. Pater, inquit, quã miſericors, quã pius, qui nec offenſus patriũ dedignatur nomẽ audire: [pater,] inquit peccaui in cœlũ & corã te.] Hæc eſt prima confeſſio apud autorem naturæ: apud ſolẽ miſericordiæ, arbitrum culpæ. Sed & deus nouit omnia: vocẽ tamẽ tuæ confeſſionis expectat. Ore enim confeſſio fit ad ſalutem. Confitere magis vt interueniat pro te Chriſtus, quem aduocatum habemus apud patrem: roget eccleſia, illachrymet populus: nec vereare ne nõ impetres: aduocatus ſpon-
I det veniam: patronus promittit gratiam: reconciliationem tibi paternæ pietatis pollicetur aſſertor: crede, quia veritas eſt: acquieſce, quia virtus eſt: habet cauſam vt pro te interueniat, ne pro te gratis mortuus ſit. Habet & cauſam ignoſcẽdi pater, quia quod vult filius, vult pater. Occurrit tibi quia audit te intra mentis ſecreta tractantem. Et cũ adhuc longe ſis videt & accurrit: videt in pectore tuo, accurrit ne quis impediat: complectitur quoque. In occurſu præſcientia eſt, in amplexu clemẽtia, & quaſi quidam patrij amoris affectus: ſupra collũ cadit, vt iacentem erigat, vt oneratum peccatis atque in terrena defluxum reflectat ad cœlum, in quo ſuũ quærat autorem. Cadit in collũ tuũ Chriſtus, vt ceruicem iugo exuat ſeruitutis, & collo tuo iugum ſuaue ſuſpẽdat. Hæc Ambroſ. Conſidera nunc ex præmiſſis, quàm multis modis inducit nos deus vt puſillos & humiles diligamus, nec aliquem ex his contemnamus: ſed ſalutem eorum cum diligentia quæramus. Vnde Chryſo. Vides per quot inducit nos ad vilium fratrum diligentiam, ne vtique contemnamus tales animas. Etenim hæc omnia dicta K
ſunt propter hoc: omnia ergo ſunt tolerabilia, propter ſalutem fratris. Ita enĩ ſtudioſiſsimũ quid deo eſt anima, vt neq; proprio filio ſuo pepercerit: ideo rogo mane apparente cõfeſtim exeuntes à domo, hanc vnã intẽtionem habeamus, & idem ad omnes ſtudiũ, vt eum qui periclitatur eripiamus: non dico hoc ſolum ſenſibile periculum, ſed id quod eſt animæ, id eſt, à diabolo hominibus infertur. Hæc Chryſoſtomus.

Oues ſumus. | Rom. 10. | Occurſus dei. | Animæ apud deum pretium.

ORATIO.

Veni domine Ieſu, quære ſeruum tuum: veni paſtor bone, quære errantem & laſſam ouẽ tuam: veni ſponſa matris eccleſiæ, quære drachmam perditam: veni pater miſericordiæ, recipe filium prodigum ad te reuertentem. Veni non cum virga, ſed cum charitate, & ſpiritus manſuetudine: veni ergo domine, quia ſolus es qui poſsis errãtem reuocare, perditum inuenire, profugũ recõciliare: veni vt facias ſalutẽ in terris, gaudiũ in cœlis: & cõ- L
uerte me ad te. & da mihi verã & perfectã pœnitentiam agere, vt ſim angelis occaſio lætitiæ domine deus ſalutis meæ. Amen.

## De modo correptionis fraternæ, & de dimittẽdo fratri ſeptuagieſſepties.

### Cap. VIII.

Et quia deus gaudet de peccatore conuerſo, conſequenter dat modum reducendi peccatorem ad ouile dominicũ: & quomodo pereunti per culpam, ſuccurratur per correptionem fraternã. Circa hanc verò correptionẽ fraternã eſt ſciẽdum quòd corripere peccantem præceptum eſt affirmatiuum: & eſt omnium in omnes, quia ſecundũ gloſam, ita peccat qui fratrem ſuum peccare videt & tacet: ſicut qui peccãti non indulget. Iſta enim correptio ordinatur ad emendationem fratris peccantis: & ideo eſt actus charitatis, & pertinet ad oẽs, quia vt dicitur in eccleſiaſtico: Vnicuique mandauit deus de proximo: & ideo ſicut quilibet tenetur
M proximum ex charitate diligere ita tenetur defectus eius charitatiuè ad emendationem eius corrigere. Plus tamen ad hoc ligantur prælati quã alij: quia prælati ex zelo charitatis, & ex officio prælationis: ſed alij tantum ex zelo charitatis. Itẽ prælati habent corripere verbo & flagello, alij tantum verbo. Et cùm ſit præceptum affirmatiuum, ligat ſemper, ſed non ad ſemper exequendum: ſed pro loco & tempore, quando licet & expedit: & homo credit quod correptio ſit vtilis apud illum quem corrigere intendat. Sunt autem quinque caſus in quibus abſoluitur homo ab iſto præcepto. Primus eſt, cùm non ſit aliqua ſpes correctionis. Vnde Hieronymus: Fruſtra niti, & nihil quàm odium quærere, extremæ dementiæ eſt. Secundus, cùm timetur defectus probationis, & criminaliter agitur: vbi ſcilicet actor ad talionem, ſi in probatione deficiat, obligatur. Tertius, cùm prælato tanquam iudici notum eſt factum: quia ille notorius eſt, vel conuictus. Quartus, cùm meliori operi, vel ad minus æque bono vacat, ſicut monachi facere debent. Quintus, cùm multitudo vel poteſtas eſt in culpa: vbi

Matth. 18. | Correptio fraterna. | Eccleſiaſtic. 17. | Corripiendi forma. | Præceptum affirmatiuum obligat ſemper. | Caſus in quibus non tenemur corripere.



pa: vbi correptio plus noceret eccleſiæ, quàm pro-
A deſſet. Vnde eſt verſus: Nõ ſpes, nõ teſtis, plebs, præſul ſcit, monachus ſum. Oſtẽdit ergo hic debitum modũ correptionis huius, & quis ordo in proceſſu eius ſit ſeruandus. Quia peccatũ fratris aut eſt tibi ſoli cognitũ, aut alijs paucis eſt notũ, aut eſt publicũ. Si tu ſolus ſcis, nõ vt deus per cõfeſsionẽ, ſed vt homo per certã cognitionẽ: debes ipſum corrigere amicabiliter, ſecretè, & ſeorſum. vñ dicit: [ſi peccauerit in te,] id eſt, ſecundũ Augu. te ſciente [frater tuus,] ſcilicet proximus [corripe] & increpa [eũ,] dulciter & charitatiuè monẽdo, ſecretè [inter te & ipſum ſolũ,] vt non deducatur in publicũ, quod eſt occultũ: vt ſic ſis emẽdator, non criminis proditor intendẽs correctionẽ, parcens pudori: ne ſi publicè correptus ſemel pudoré aut verecundiã amiſerit, in peccato permaneat: & pertinacior effectus difficile emendabilis maneat: fortè enim præuerecundia incipiet defendere peccatum ſuum: & quẽ vis facere correctiorẽ, facis peiorem. Peccat ergo fra-
B ter in illos quibus ſcientibus peccat: quia quantum in eo eſt, exemplo corrumpit quos teſtes ſuæ iniquitatis efficit. Corripe, inquã, eũ: nõ laudes, adulãdo: non occidas, conuitiãdo: non ſileas, verecundando: nõ negligas, pigritando: nõ diſsimules, inimicitias vel dãna tẽporalia metuẽdo: nõ iuues, obſequiũ præſtãdo. Vnde dicit Seneca: Amici vitia ſi feras, facis tua. Bis peccas, cũ peccãti obſequiũ accõmodas. Hæc Seneca. [Et ſi te audierit] pœnitendo, & à peccato ceſſando, [lucratus eris illũ] animã eius ſaluando, & eius reuocatio cædet tibi in lucrũ ſpirituale. ſ. ſalutis animæ tuæ: quia (vt dicit Hiero.) per ſalutẽ alterius, nobis quoque acquiritur ſalus. Et certè libenter, ac patienter debet quis recipere correptionẽ, propter animæ ſuæ vtilitatẽ. Vnde Seneca: Moneberis libenter, & reprehẽdêris patiẽter: ſi meritò obiurgauit te aliquis, ſcito quia profuit: & ſi immeritò, ſcito quia prodeſſe voluit. Nõ acerba, ſed blanda verba timeas. Hæc Seneca. [Si autẽ te nõ audierit,] taceas & ceſſes donec aliã viã procedendi habeas. Alia aũt via põt haberi dupliciter: quia illud peccatũ aut eſt iterabile, aut nõ. Si ſit ite-
C rabile: debes aliquibus bonis qui velint prodèſſe aliquid dicere, per quod poſſunt eum deprehendere, vt tecũ poſsint eũ corripere. Si aũt non ſit iterabile: nihilominus corã talibus potes eum corripere vt de illo pœniteat, & de ſimili ſibi timeat: nec es proditor fraterni criminis, ſicut dicit Augu. Si ergo per primã viã peccator non emendatur: [adhibe tecũ vnum vel duos:] ita ꝙ (ſecundũ Hier.) cum peccator non audit corripientẽ in ſecreto, primò debet adhiberi vnus, qui (ſecundum Aug.) vult prodeſſe non obeſſe: [ꝙ ſi nec illũ audierit, adhibeatur & tertius,] vel corrigendi ſtudio: vt ſcilicet aut ad monitione, aut pudore corrigatur. Vel conueniendi eũ ſub teſtibus, vt de peccato conuincatur. vel ſecundum gloſam: Si dixerit non eſſe peccatum, probent contrarium: [vt in ore duorum vel trium, ſtet omne verbum.] Si ergo peccatum omnino eſt occultum, tunc frater corripiatur occultè. Si autẽ eſt publicum, tunc debet corripi publicè: quia tũc non ſolum opus eſt, vt ipſe emendetur: ſed & alij quos ſcandalizauit in ipſa punitione ædificentur, & eius exemplo alij timeãt, & à malis coërceantur. Et ſi D
nõ proſit ſecũda via: addit dominus tertiã, quæ habet vim coactiuã, dicens: [ꝙ ſi eos,] ſcilicet tecum corripiẽtes & commonẽtes [non audierit,] ſe corrigendo: [dic eccleſiæ,] id eſt prælato per denũtiationem publicã, ſibi intimando: vt qui prius eras corrector, propter eius pertinaciam fias accuſator: & tunc ſunt teſtes inducendi ad facti probationẽ, qui prius fuerãt inducti ad fratris ſecretã admonitionem: vt qui emendari noluit correctione fraterna, in iudicio cõuictus coërceatur à malitia. Quos autem non potes corripiẽdo, aut monendo, vel accuſando cõuertere: ſtudeas ſaltem orando acquirere: deinde ad pœnã peccantis publicè procedit dicẽs: [Si autem & eccleſiã nõ audierit:] præceptũ prælati contẽnendo, [ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus,] in numero fratrum non cõputãdus: id eſt, ſeparetur à cõmunione fideliũ per excõmunicationem & cẽſuram eccleſiaſticã: & deuita eũ tanquã hæreticum & excõmunicatum: vt vel ſaltem pu- E
dore corrigatur, & opprobrijs ſaluetur. Ethnicus dicitur Gentilis. ethnos, enim Græcè: gens eſt Latinè. Publicanus dicitur, ꝙ lucra ſeculi ſectatur per fraudem, furta, & periuria: vel qui publicorũ exactor eſt vectigalium. Proponũtur autẽ iſti in exẽplum: quia apud Iudæos, quaſi excõmunicati habẽtur, nõ enim eis coũtuntur: & in hoc culpa eius & pertinacia, magis deteſtabilis oſtẽditur. Deteſtabilior enim eſt in eodem genere peccati, & paribus alijs circunſtãtijs, qui ſub nomine fidelis agit opera infidelium, quàm qui apertè Gentiles ſunt. Nec tamen ideo negligenda eſt ſalus eius. Nã & ipſorũ Gentilium & Publicanorũ ſalutem ſemper inquirimus. Prima ergo correptio, eſt amoris: ſecũda, timoris: tertia, pudoris: quia primò frater reuocãdus eſt amore: & ſi hoc nõ proficit, reuocandus eſt timore: & ſi hoc nõ ſufficit, reuocãdus eſt pudore. Sanè prædictus ordo fraternæ correptionis, intelligitur tantũ de criminalibus. Solẽt autẽ clauſtrales ſe in ſuis capitulis accuſare, nõ præmiſſa admonitione: caueat tñ accuſans, ne hoc ad infamandũ, ſed ad corrigendũ faciat: quia aliter grauiter peccaret. F
Fœlicior eſt qui ſeipſum accuſat, & excuſationẽ aliundè nõ expectat. Et ne quis ſuperbus ſequeſtrationem, vel excõmunicationem talem contẽneret: poteſtatem tribuit apoſtolis, vt ſciant qui à talibus damnantur eorũ ſentẽtiam non cõtemnandã: quia robur & firmitatẽ habet à deo confirmãte in cœlo, qđ miniſter eius facit in terra. Vñ dicit: [Amen dico vobis, quæcunq; ligaueritis ſuper terram,] id eſt, in eccleſia militãte, ab ea excludẽdo: [erunt ligata & in cœlo,] id eſt, in eccleſia triũphante: quia talis ſentẽtia cõfirmabitur diuino iudicio, [& quæcunque ſolueritis ſuper terrã, vocando ad eccleſiæ vnitatẽ: [erunt ſoluta & in cœlo,] per diuinã approbationẽ: ac ſic dicat, Sentẽtia veſtra firma ſtabit in abijciendo cõtumacem, & in recipiẽdo pœnitentẽ: adhibita tñ debita diligẽtia in ferẽdo ſententiã. Siue autẽ iuſtè, ſiue iniuſtè proferatur: ſemper ſentẽtia paſtoris timẽda eſt, ne fortè culpa quæ nõ ſit ex ope: fiat ex elatione. Hoc dicit ad cõmendationem

Peccare in te. | Corripiendus peccator. | Monitor audiẽdus. | Alia via corripiẽdi | Ethnicus. | Publicanus. | Correptionis triplices differẽtiæ. | Accuſandi ſe forma. | Sententia paſtoris. | Excõmunicatio etiã iniuſta timẽda

eulam contraxit.Hæc Bernar.Tres igitur parabo G læ vno fine clauduntur.de quibus Ambro.ſic loquitur:Non otioſè ſanctus Lucas ex ordine tres parabolas poſuit.Ouis quæ perierat,& inuenta eſt:dragma quæ perierat,& inuẽta eſt:filius qui erat mortuus,& reuixit:vt triplici medio prouocati vulnera noſtra curemus.Spartũ eñ triplex nõ corrũpetur.qui ſunt iſti?pater,paſtor, mulier.Nõne deus, pater.Chriſtus,paſtor.Mulier,eccleſia: Chriſtus te in corpore ſuo reuehit,qui tua in ſe peccata ſuſcepit:quærit eccleſia,recipit pater:quaſi paſtor reuehit,quaſi mulier inquirit,quaſi pater veſtit:prima miſericordia,ſecunda ſuffragatio,tertia reconciliatio.Singula ſingulis quadrant.Redemptor ſubuenit,etiam ſuffragatur, autor reconciliatur. Eadẽ diuinæ operis miſericordia:ſed diuerſa pro meritis noſtris gratia. Ouis à paſtore laſſa reuocatur: dragma quæ perierat inuenitur:ad patrẽ filius ſuis veſtigijs redit,& plena cõdemnati erroris regreditur pœnitentia.Oues ſumus,oremus vt ſuper aquã H refectionis nos collocare dignetur.Oues inquã ſumus,paſcua petamus: dragma ſumus, habeamus pretiũ:filij ſumus,ad patrẽ redire feſtinemus: nec vereare ne te non recipiat.Non enim delectatur deus in perditione viuorũ.Iam occurrens venienti tibi cadet ſuper collũ,dominus erigit eliſos.Oſculum dabit,quod eſt pignus amoris:ſtolã,annulum, calciamenta proferri iubebit.Tu adhuc iniuriam metuis,Ille reſtituit dignitatem.Tu ſuppliciũ vereris,ille oſculum defert:tu conuitium times,adornat ille conuiuiũ:facilè reconciliatur,quãdo intensè rogatur.Et ideo diſcamus,quali pater obſecratiõe ſit ambiendus.Pater,inquit,quã miſericors,quã pius, qui nec offenſus patriũ dedignatur nomẽ audire: [pater,]inquit,peccaui in cœlũ & corã te.]Hec eſt prima confeſsio apud autorem naturæ:apud ſolẽ miſericordiæ,arbitrum culpæ. Sed & deus nouit omnia:vocẽ tamẽ tuæ confeſsionis expectat.Ore enim confeſsio fit ad ſalutem.Confitere magis vt interueniat pro te Chriſtus,quem aduocatum habemus apud patrem:roget eccleſia,illachrymet po- I pulus:nec vereare ne nõ impetres:aduocatus ſpondet veniam:patronus promittit gratiam:reconciliationem tibi paternę pietatis pollicetur aſſertor: crede,quia veritas eſt:acquieſce,quia virtus eſt:habet cauſam vt pro te interueniat, ne pro te gratis mortuus ſit Habet & cauſam ignoſcẽdi pater,quia quod vult filius,vult pater.Occurrit tibi:quia audit te intra mẽtis ſecreta tractantem.Et cù adhuc longè ſis videt & accurrit:videt in pectore tuo,accurrit,ne quis impediat complectitur quoque.In occurſu præſentia eſt,in amplexu clemẽtia,& quaſi quidam patrij amoris affectus:ſupra collũ cadit, vt iacentem erigat,vt oneratum peccatis atque in terrena defluxum reflectat ad cœlum in quo ſuũ quærat autorem. Cadit in collũ tuũ Chriſtus, vt ceruicem iugo exuat ſeruitutis,& collo tuo iugum ſuaue ſuſpẽdat.Hæc Ambroſi.Conſidera nunc ex præmiſsis,quàm multis modis inducit nos deus:vt puſillos & humiles diligamus,nec aliquem ex his contemnamus:ſed ſalutem eorum cum diligentia quæramus.Vnde Chryſo.Vides per quot inducit

*Oues ſumus.*

*Rom.10.*

*Occurſus dei.*

*Animæ apud deum pretium.*

nos ad vilium fratrum diligentiam,ne vtique contemnamus tales animas.Etenim hæc omnia dicta K ſunt propter hoc:omnia ergo ſunt tolerabilia,propter ſalutem fratris.Ita eñ ſtudioſiſsimũ quid deo eſt anima,vt neq; proprio filio ſuo pepercerit:ideo rogo mane apparente cõfeſtim exeuntes à domo, hanc vnã intẽtionem habeamus,& idem ad omnes ſtudiũ,vt eum qui periclitatur eripiamus:non dico hoc ſolum ſenſibile periculum,ſed id quod eſt animę,id eſt,à diabolo hominibus infertur.Hæc Chryſoſtomus.

ORATIO.

VEni domine Ieſu,quære ſeruum tuum:veni paſtor bone,quære errantem & laſſam ouẽ tuam:veni ſponſa matris eccleſię,quęre dracham perditam:veni pater miſericordiæ,recipe filium prodigum ad te reuertentem.Veni non cum virga,ſed cum charitate,& ſpiritus manſuetudine: veni ergo domine,quia ſolus es qui poſsis errãtem reuocare,perditum inuenire,profugũ recõciliare: veni vt facias ſalutẽ in terris,gaudiũ in cœlis:& cõ L uerte me ad te.& da mihi verã & perfectã pœnitentiam agere,vt ſim angelis occaſio lætitię domine deus ſalutis meæ.Amen.

De modo correptionis fraternæ, & de dimittẽdo fratri ſeptuagieſſepties.

Cap.VIII.

ET quia deus gaudet de peccatore conuerſo,conſequenter dat modum reducendi peccatorem ad ouile dominicũ: & quomodo pereunti per culpam,ſuccurratur per correptionem fraternã. Circa hanc verò correptionẽ fraternã eſt ſciẽdum quòd corripere peccantem pręceptum eſt affirmatiuum:& eſt omnium in omnes,quia ſecundũ gloſam,ita peccat qui fratrem ſuum peccare videt & tacet:ſicut qui peccãti non indulget.Iſta enim correptio ordinatur ad emendationem fratris peccantis:& ideo eſt actus charitatis,& pertinet ad oẽs, quia vt dicitur in eccleſiaſtico:Vnicuique mandauit deus de proximo:& ideo ſicut quilibet tenetur M proximum ex charitate diligere:ita tenetur defectus eius charitatiuè ad emendationem eius corrigere.Plus tamen ad hoc ligantur prælati quã alij: quia prælati ex zelo charitatis,& ex officio prælationis:ſed alij tantum ex zelo charitatis.Itẽ prælati habent corripere verbo & flagello,alij tantum verbo.Et cùm ſit præceptum affirmatiuum,ligat ſemper,ſed non ad ſemper exequendum: ſed pro loco & tempore,quando licet & expedit:& homo credit quod correptio ſit vtilis apud illum quem corrigere intendit.Sunt autem quinque caſus in quibus abſoluitur homo ab iſto præcepto.Primus eſt,cùm non ſit aliqua ſpes correctionis.Vnde Hieronymus:Fruſtra niti,& nihil quàm odium quærere,extremæ dementiæ eſt.Secundus,cùm timetur defectus probationis, & criminaliter agitur: vbi ſcilicet actor ad talionem,ſi in probatione deficiat,obligatur. Tertius, cùm prælato tanquam iudici notum eſt factum:quia ille notorius eſt,vel conuictus.Quartus,cùm meliori operi,vel ad minus æque bono vacat,ſicut monachi facere debent. Quintus,cùm multitudo vel poteſtas eſt in culpa:vbi

*Matth.18.*

*Correptio fraterna.*

*Eccleſiaſtic.17.*

*Corripiendi forma.*

*Præcepti affirmatiui obligatio.*

*Caſus,quibus non tenemur corripere.*



pa: vbi correptio plus noceret eccleſiæ,quàm pro- A deſſet.Vnde eſt verſus:Nõ ſpes,nõ teſtis,plebs,prę ſul ſcit,monachus ſum. Oſtẽdit ergo hic debitum modũ correptionis huius, & quis ordo in proceſſu eius ſit ſeruandus.Quia peccatũ fratris aut eſt tibi ſoli cognitũ,aut alijs paucis eſt notũ, aut eſt publicũ.Si tu ſolus ſcis,nõ vt deus per cõfeſsionẽ, ſed vt homo per certã cognitionẽ:debes ipſum corrigere amicabiliter,ſecretè,& ſeorſum.vñ dicit: [ſi peccauerit in te,]id eſt,ſecundũ Augu. te ſciente[ frater tuus,]ſcilicet proximus[corripe] & increpa [eũ,] dulciter & charitatiuè monẽdo,ſecretè[inter te& ipſum ſolũ,]vt non deducatur in publicũ,quod eſt occultũ:vt ſic ſis emẽdator,non criminis proditor intendẽs correctionẽ,parcens pudori:ne ſi publicè correptus ſemel pudoré aut verecundiã amiſerit, in peccato permaneat:& pertinacior effectus difficile emendabilis maneat:fortè enim præverecundia incipiet defendere peccatum ſuum:& quẽ vis facere correctiorẽ,facis peiorem. Peccat ergo frater in illos quibus ſcientibus peccat:quia quantum B in eo eſt,exemplo corrumpit quos teſtes ſuæ iniquitatis efficit.Corripe,inquã,eũ:nõ laudes,adulãdo:non occidas,conuitiãdo:non ſileas, verecundando:nõ negligas,pigritando:nõ diſsimules,inimicitias vel dãna tẽporalia metuẽdo:nõ iuues,obſequiũ præſtãdo.Vnde dicit Seneca:Amici vitia ſi feras, facis tua.Bis peccas,cũ peccãti obſequiũ accõmodas.Hæc Seneca.[Et ſi te audierit]pœnitendo,& à peccato ceſſando,[lucratus eris illũ] animã eius ſaluando,& eius reuocatio cædet tibi in lucrũ ſpirituale.ſ.ſalutis animæ tuæ:quia(vt dicit Hiero.) per ſalutẽ alterius,nobis quoque acquiritur ſalus. Et certè libenter,ac patienter debet quis recipere correptionẽ,propter animæ ſuæ vtilitatẽ.Vnde Seneca:Moneberis libenter,& reprehẽdêris patiẽter: ſi meritò obiurgauit te aliquis,ſcito quia profuit: & ſi immeritò,ſcito quia prodeſſe voluit.Nõ acerba,ſed blanda verba timeas.Hæc Seneca.[Si autẽ te nõ audierit,]taceas & ceſſes donec aliã viã procedendi habeas.Alia aũt via põt haberi dupliciter: quia illud peccatũ aut eſt iterabile,aut nõ.Si ſit ite C rabile:debes aliquibus bonis qui velint prodèſſe aliquid dicere,per quod poſſunt eum deprehendere, vt tecũ poſsint eũ corripere.Si aũt non ſit iterabile:nihilominus corã talibus potes eum corripere vt de illo pœniteat,& de ſimili ſibi timeat: nec es proditor fraterni criminis,ſicut dicit Augu.Si ergo per primã viã peccator non emendatur:[adhibe tecũ vnum vel duos:]ita ꝙ(ſecundũ Hier.)cum peccator non audit corripientẽ in ſecreto,primò debet adhiberi vnus,qui(ſecundum Aug.)vult prodeſſe non obeſſe:[ꝙ ſi nec illũ audierit,adhibeatur & tertius,]vel corrigendi ſtudio:vt ſcilicet aut admonitione,aut pudore corrigatur.Vel conuenienti eũ ſub teſtibus,vt de peccato conuincatur.vel ſecundum gloſam:Si dixerit non eſſe peccatum,probent contrarium:[vt in ore duorum vel trium,ſtet omne verbum.]Si ergo peccatum omnino eſt occultum,tunc frater corripiatur occultè.Si autẽ eſt publicum,tunc debet corripi publicè:quia tũc non ſolum opus eſt,vt ipſe emendetur:ſed & alij quos

*Peccare in te.*

*Corripiendus peccator.*

*Monitor audiẽdus.*

*Alia via corripiẽdi*

ſcandalizauit in ipſa punitione ædificentur,& eius exemplo alij timeãt,& à malis coërceantur.Et ſi D nõ proſit ſecũda via:addit dominus tertiã,quæ habet vim coactiuã, dicens:[ꝙ ſi eos,] ſcilicet tecum corripiẽtes & commonẽtes[non audierit,]ſe corrigendo:[dic eccleſię,]id eſt prelato per denũtiationem publicã,ſibi intimando:vt qui prius eras corrector,propter eius pertinaciam fias accuſator: & tunc ſunt teſtes inducendi ad facti probationẽ, qui prius fuerãt inducti ad fratris ſecretã admonitionem:vt qui emendari noluit correctione fraterna, in iudicio cõuictus coërceatur à malitia.Quos autem non potes corripiẽdo,aut monendo,vel accuſando cõuertere: ſtudeas ſaltem orando acquirere: deinde ad pœnã peccantis publicè procedit dicẽs: [Si autem & eccleſiã nõ audierit:] præceptũ prælati contẽnendo, [ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus,] in numero fratrum non cõputãdus : id eſt, ſeparetur à cõmunione fideliũ per excõmunicationem & cẽſuram eccleſiaſticã: & deuita eũ tanquã hæreticum & excõmunicatum : vt vel ſaltem pu- E dore corrigatur , & opprobrijs ſaluetur. Ethnicus dicitur Gentilis. ethnos,enim Græcè:gens eſt Latinè.Publicanus dicitur,q lucra ſeculi ſectatur per fraudem,furta,& periuria: vel qui publicorũ exactor eſt vectigalium. Proponũtur autẽ iſti in exẽplum:quia apud Iudæos,quaſi excõmunicati habẽtur,nõ enim eis coũtuntur : & in hoc culpa eius & pertinacia,magis deteſtabilis oſtẽditur.Deteſtabilior enim eſt in eodem genere peccati, & paribus alijs circunſtãtijs, qui ſub nomine fidelis agit opera infidelium,quàm qui apertè Gentiles ſunt. Nec tamen ideo negligenda eſt ſalus eius. Nã & ipſorũ Gentilium & Publicanorũ ſalutem ſemper inquirimus.Prima ergo correptio,eſt amoris:ſecũda,timoris:tertia,pudoris:quia primò frater reuocãdus eſt amore: & ſi hoc nõ proficit , reuocandus eſt timore:& ſi hoc nõ ſufficit,reuocãdus eſt pudore.Sanè prædictus ordo fraternæ correptionis , intelligitur tantũ de criminalibus. Solẽt autẽ clauſtrales ſe in ſuis capitulis accuſare, nõ præmiſſa admonitione:caueat tñ accuſans,ne hoc ad infamandũ,ſed ad corrigendũ faciat:quia aliter grauiter peccaret. F Fœlicior eſt qui ſeipſum accuſat , & excuſationẽ aliundè nõ expectat.Et ne quis ſuperbus ſequeſtrationem,vel excõmunicationem talem contẽneret: poteſtatem tribuit apoſtolis, vt ſciant qui à talibus damnantur eorũ ſentẽtiam non cõtemnandã: quia robur & firmitatẽ habet à deo confirmãte in cœlo,qđ miniſter eius facit in terra.Vñ dicit: [Amen dico vobis, quæcunq; ligaueritis ſuper terram,] id eſt,in eccleſia militãte,ab ea excludẽdo: [erunt ligata & in cœlo,]id eſt,in eccleſia triũphante: quia talis ſentẽtia cõfirmabitur diuino iudicio, [& quę cunque ſolueritis ſuper terrã, vocando ad eccleſiæ vnitatẽ: [erunt ſoluta & in cœlo,] per diuinã approbationẽ:ac ſic dicat, Sentẽtia veſtra firma ſtabit in abijciendo cõtumacem, & in recipiẽdo pœnitentẽ:adhibita tñ debita diligẽtia in ferẽdo ſententiã.Siue autẽ iuſtè,ſiue iniuſtè proferatur:ſemper ſentẽtia paſtoris timẽda eſt,ne fortè culpa quę nõ ſit ex ope:fiat ex elatione.Hoc dicit ad cõmendationem

*Ethnicus.*

*Publicanus.*

*Correptionis triplices differẽtiæ.*

*Accuſandi ſe forma.*

*Sententia paſtoris.*

*Excõmunicatio etiã iniuſta timẽda*

dationem autoritatis eccleſię,& ad terrorē pecca-
G torum:vt coërceantur à malis,& pœniteant de cō-
miſsi :quando audiunt ꝙ hîc in terra propter cul-
pā ligati,ligamur & in cœlis. Quodverò hîc gene
raliter omnibus dicitur,dictū fuit ſuprà Petro ſin
gulariter:in quo tamē oēs intelliguntur. Deindevt
peccatores nō coutēnant pœnā qua ab eccleſia ex-
cludūtur,ponit duo cōmoda ex vnitate & commu
nione eccleſiæ:quibus ab eccleſia præciſi,& excō-
municati,priuantur. Primū tāgit,cū dicit,[Si duo
ex vobis cōſenſerint,]in bono:per vnionem fidei,
& nexū charitatis,ſuper terrā,]vbi eſt opportuni-
tas merendi,vel demerendi,& de alijs iudicandi:
[de omni re quācunq; petierint,]cū fide& ſine hæ
ſitatione,[fiet illis:]merito vnitatis[à patre meo]
cœleſti. Semper ergo orātes exaudiūtur, cōcurrē
tibus cōditionibus ad hoc requiſitis:vt ſcilicet orēt
pro ſe,ac piè,& perſeuerāter,& petant expedien-
tia.ſ.ad ſalutē pertinentia,ac dei ordinationi cōue
nientia:& ſi digni ſunt ipſi qui petūt. Et ideo ſi nō
H exaudiuntur,ideo fit quia in aliquo horū deficiūt.
Sæpe etiā pro alijs exaudiūtur:etſi nō oratio eorū
in ſinū eorū conuertetur. Vbi Origenes: Et iſta eſt
etiā cauſa,propter quā nō exaudimur orātes:quia
non conſentimus nobis per omnia ſuper terrā,ne-
que dogmate,neque cōuerſatione. Sæpe eñ in mu
ſicis,niſi fuerit cōuenientia vocū,non delectat au-
dientē:ſic in eccleſia,niſi conſenſum habuerit,non
delectatur deus in ea:nec audit voces eorū. Vbi &
Hiero. Poſſumus aūt & hoc ſpiritualiter intellige-
re:ꝙ niſi ſpiritus & anima corpuſque cōſenſerint,
& nō intra ſe bellū diuerſarum habuerint volunta
tum,de omni re quā petierint impetrent à patre.
Nulli dubiū eſt quin bonarum rerū poſtulatio ſit,
vbi corpus vult habere ea quæ ſpiritus. Hæc Hie-
ro. Secundū commodū eſt,quia[vbi duo vel tres,]
multò magis vbi plures,[cōgregati fuerint,]id eſt
vniti per fidem & charitatē:non diuiſi,per diſcor-
diā & diſſentionē:non diſperſi,per terrenarū rerū
concupiſcentiā:nō ſegregati,per ſingularitatē: [in
nomine meo,]id eſt ad ſalutem propriā,vel alienā
I quærendā,ad gloriā nominis mei manifeſtādam.
Vnde Rabanus: In nomine domini cōgregati ſunt
qui ipſius gloriam ęmulātur: ipſius ſpiritu feruēt:
ipſum in omnibus & per omnia fidei oculis & mū
do corde non deſinunt intueri. [Ibi ſum in medio
eorū:]fauens eis,& acquieſcens bonæ voluntati&
petitioni eorum,ac iuuās eos in omnibus. Ipſe eñ
qui eſt pax & charitas,ac ſummū & cōmune bonū
ſedem atq; habitationem ſibi in bonis atque pacifi
cis collocauit:qui cū patre cœleſti vnus deus,quæ
iuſtè petunt in fide & gratia congregati,concedit
& facit. Vbi Chryſo. Non dicit ſimpliciter,vbi cō
gregati fuerint:ſed addit,in nomine meo:quaſi di
cat. Si quis propter me,principalem amicitię cām
ad proximū habuerit,cū eo ero:& ſic in alijs vir-
tuoſus erit. Vbi & Rabanus: Amat medium media
tor dei & hominum,qui in medio doctorū inuen-
tus eſt:medius ſtetit ad baptiſmū:medius pepēdit
in cruce:reſurgens quoque ſtetit in medio diſcipu
lorū:medius quoque ad iudiciu.. veniēs,ſeparabit
agnos ab hœdis. Hæc Rabanus. Ecce præmiū con
cordiæ,ad quā totus iſte ſermo vocat. Vnde Hier.
Omnis ſuperior ſermo nos ad concordiā prouoca- K
uerat,igitur & præmiū pollicetur,vt ſolicitius fe-
ſtinemus ad pacem,cū ſe dicat inter duos vel tres
medium fore. Hæc Hiero. Conſidera nunc quantā
charitatem & diligentiā circa proximum oſtende
re debemus,vt ipſum ab errore reuocemus. Nō eſt
enim maior charitas,quā fratrem peccantem cor-
ripere,& pro eo mori. Sed heu in paucis vera cha-
ritas & dilectio,quæ propter Chriſtum eſt,experi
tur:& in multis dilectio & amicitia ficta reperi-
tur. Vnde hîc ait Chryſo. Plures videmus alias ha
bentes amicitiæ occaſiones,hîc enim quando dili-
gitur diligit:ille aūt quoniā honoratus eſt,illæ aūt
quoniam in alio quodam negotio ſeculari fuit vti
lis,ille autem propter aliud tale:propter aūt Chri
ſtū difficile eſt inuenire aliquē propriè,& vt opor-
tet,diligere eum proximū quē diligit: ſed omnia
perſcrutantes, inuenimus apud multos amicitias
poëticas,id eſt fictitias,magis quā hoc. Hæc Chry
ſo. Quia verò dominus ſuprà loquēs de correctio- L
ne fraterna,induxit vt peccanti & pœnitēti remit
tatur iniuria:ne dubitetur de numero,quærit Pe-
trus caput diſcipulorum quoties fratri peccanti
ſit remittendum:& petit ſi ſufficiat ad ſalutem di
mittere ſepties peccanti in eum. Cui interrogatio
ni benignus & miſericors dominus reſpōdit,quòd
[non ſolum ſepties,ſed ſeptuagieſſepties]remittē-
dum ſit. ſecundum Auguſtinum: Solet per ſeptem
cuiuſlibet rei,aut temporis vniuerſitas iudicari. vn
de in Pſalmo canitur: Septies in die laudem dixi ti
bi:nihil aliud eſt,quā ſemper laus eius in ore meo.
Vndenarius verò tranſgreſsionem ſignificat:quia
vbi tranſgrederis denarium,in quo decalogus con-
ſiſtit,ad vndenarium vadis:tranſgreſsio autem pec
catum eſt. Omnem ergo tranſgreſsionem & iniu-
riam,ac omnia peccata intelligi & dimitti voluit,
quando ſeptuagieſſepties dixit: quod ex numero
vniuerſitatis,& numero tranſgreſsionis,id eſt, ex
ſeptem & vndecim compoſitum eſt:quia ſi vnde- M
cim ducas ſepties, fiunt ſeptuagieſſepties. Vel poni
tur hîc numerus determinatus pro indetermina-
to:ac ſi,ſecundum eundem Auguſtinum,diceret:
Toties quoties,hoc eſt omnino quotieſcunque pec
cauerit, toties dimittas. Ille verò numerus po-
tius ponitur,quàm aliquis alius:quia ab Adam vſ-
que ad Chriſtum fuerunt ſeptuaginta ſeptem ge-
nerationes:& ideo ſicut Chriſtus totius humani ge
neris deleuit culpas:ſic & homo omnes ſuas debet
dimittere iniurias. Si enim Chriſtus millia pecca-
torum inuenit,& tamen omnia donauit:noli ſub-
ducere miſericordiam. Vnde ſecundum Chryſo-
ſtomum,cùm dicit, Septuagieſſepties:non nume-
rum certum & determinatum ponit:ſed quaſi infi
nitum,quod continuè & ſemper eſt, ſignificauit.
Et ſecūdum Hieronymū: Septuagieſſepties accipi
tur pro ſeptieſſeptuagintavel ſeptuagieſſeptem,id
eſt quadringentiſnonaginta vicibus,vt toties pec-
canti fratri dimittas in die,quoties ille in die pec-
care nō poterit:vel quoties peccauerit:vt nō ſit mo
dus in te,nec numerus in remittendo, ſed ſemper
dimittas. Et ſic prima expoſitio refertur ad omnē
iniuriam:

Cōmunio nis cōmoda.

Exaudiri orantes.

Congregati in noīe domini.

Medium amat dn̄s.

Quoties remittendum ſit.

Septenarius. Pſal. Pſal. Vndenarius.

Septuagieſſepties.

Generationes ab Adam vſque ad Chriſtum 77.



iniuriam, ſecunda ad omne tēpus. Vnde Beda: Se-
A ptenario numero non veniæ dādæ terminus poni-
tur:ſed vel omnia peccata dimittenda, vel ſemper
pœnitenti dimittēdum præcipitur. Solet enim ſæ-
pe per ſeptē cuiuſlibet rei, aut tēporis, vniuerſitas
indicari. Et iterū: Cautè intuendū eſt,quia nō paſ-
ſim peccanti: ſed pœnitentiam agēti dimittere iu-
bemur. Et primò quidē peccantem miſericorditer
increpare, vt ſit cui poſtmodū habeamus iuſtè di-
mittere. Qui ergo videns fratrē peccare tacuerit:
non minus dominici præcepti trāgreſſor eſt,quàm
is qui eidem pœnitenti veniam dare noluerit: quia
qui dixit, Si pœnituerit,dimitte: præmiſit, Si pec-
cauerit,increpa. Itaq; venia fratri poſt increpatio-
nem largienda eſt: ſed illi vtiq;, qui pœnitendo ab
errore cōuertitur: ne vel difficilis venia,vel remiſ-
ſa ſit indulgentia. Hæc Beda. Peccantem itaque vt
conuertatur corripiamus, & pœnitentē ſocia cha-
ritate colligamus,donantes nobiſmetipſis, ſecundū
apoſtolum,ſicut deus in Chriſto donauit nobis. Vñ
Ambroſius: Diſcas frequenter ignoſcere,nec indi-
gnationem tenere:nihil enim eſt quo poſsit offen-
di,cui ignoſcendi eſt cōnſuetudo. Diſce donare in-
iurias tuas:quia perſecutoribus ſuis Chriſtus igno-
uit. Hęc Ambro. Vtrum autē teneatur quis remit-
tere iniuriam inimico non petēti,eſt diſtinguendū.
Ex iniuria enim oritur primò rancor, in affectu:
ſecundò,rācoris ſignum,in effectu. Primum tene-
tur quilibet ſtatim remittere,etiam ſi iniurias non
petat veniam. Secundum tenetur remittere veniā
veraciter petenti:id eſt, parato emendare ſecūdum
ſuam facultatem:& tenetur ei dicere aue,& ſubue-
nire ſibi ſi indiguerit, quod non petenti facere non
tenetur,niſi perfectus fuerit: licèt ergo non agatur
hîc niſi de dimiſsione pœnitentis, tamen & pœni-
tenti & non pœnitenti,tenetur quilibet rancorem
odij dimittere:alioquin non habetur charitas,& in
articulo neceſsitatis neceſſaria etiam miniſtrare.
Perfecti verò qui omnia reliquerunt:& pœnitēti-
bus,& non pœnitentibus, tenētur veniam dare:ob-
uios in via ſalutare:circa articulum neceſsitatis ne
C ceſſaria miniſtrare:& multa in hunc modū facere,
ad quę non tenentur imperfecti. Vtrū verò ille cui
facta eſt iniuria,debeat amicitiam quærere. Scien-
dum ꝙ duplex eſt debitum. Primum eſt neceſsita-
tis,ſine quo non eſt ſalus. Secundum, eſt perfectio-
nis. Quantum ad primum debitū,non tenetur quis
reconciliationē quærere,ſed de ſecūdo dicit Chry.
quòd talis debet reconciliationem quærere, vt du-
plicem coronam aſſequatur: vnam, quia iniuriam
paſſus eſt:alteram, quia prior rogauit. Vnde iterū
idem Chryſoſto. Excogita quantum noxius es,&
non ſolum non moram facies ad remiſsionem qui
tibi iniuſtitiam fecerat: ſed & curres ad eos qui te
contriſtauerunt, vt fiat tibi remiſsionis occaſio,vt
inuenias curationem propriorum malorum. Mer-
cedem ineffabilem determinat deus, vt præuenias
illum qui iniuſta tibi fecit: qui ſi rogatus recon-
ciliatus fueris non adhuc dei præcepto facta eſt
amicitia,ſed ſtudio illius. Itaque ſine corona abſce-
dis illo brauium accipiente. Sed mala paſſus es. Sed
nihil tantum quantum ſibijpſi operaberis malum
rememorans. Sed & non poſsibile eſt virū bonum
aliquod malum pati. Si autem dixeris quoniā im- D
flammatus es contumeliæ memorans: recordare ſi
aliquod factum eſt tibi bonū ab eo qui te cōtriſta-
uit,& quot tu alijs feciſti mala. Malè tibi dixit, &
confudit:reputa quoniam & tu alijs dixiſti. Quali-
ter igitur potieris venia, in quibus alijs non parcis?
Sed nulli maledixiſti:ſed audiſti dicētes:& accepta
ſti:neq; hoc eſt innoxium. Nihil autē ita dilectio-
nem conſeruat, vt nō meminiſſe eorum qui in nos
peccauerunt. Hæc Chryſo. Aduertendum autem,
quòd licèt offenſa ſit ſemper remittēda, nō tamen
iniuria. Si enim ex remiſsione iniurię & pœnę de-
bitæ,ſequeretur pronitas in eo cui remittitur ad fa
cilius peccandum:nō eſſet bonum ei remittere. Si-
militer ſi ex tali remiſsione eſſet ſcandalum alio-
rum,& omiſsio iuſtitiæ. Et ſic in caſibus conſimi-
libus intellige. Dimittamus ergo debitoribus no-
ſtris debita pœnæ peccati,ſi pœniteant in nos pec-
caſſe:dimittere verò quod quis in deum peccat, nō
eſt noſtri arbitrij. Sed, vt dicit Hieronymus. Nos
econtrariò in dei iniuria benigni ſumus: in noſtris E
contumelijs odia exercemus.

## ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, mihi indigno propi-
tius concede, vt fratrem peccantē verbis op-
portunè corripiendo emendem:& ſi nō ver-
bis, ſaltem orationibus & bonis exemplis hoc fa-
cere non deſiſtam. Da mihi etiam vt in vnitate ec-
cleſiæ & charitate fraterna permanendo merear
in orationibus exaudiri, & te per fauorem & au-
xilium in medio noſtrum experiri, qui habitatio-
nem tibi in pacificis collocaſti. Inſuper & hoc tri-
bue mihi, vt quotieſcunque peccauerit frater in
me, toties dimittam ei: ita quòd nec rancor inte-
rius,nec rancoris ſignum exterius in me valeat ali-
qualiter reperiri. Amen.

## De rege qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis. Caput IX.

QVòd autē dimittendū ſit fratri peccā Matth. 18.
ti:& nō tantū ſepties,ſed ſeptuagieſ-
ſepties:& ꝙ hoc nō debeat alicui gra F
ue aut difficile videri, ſi attēdatur ꝙ
deus maiora remittit in ſe peccanti:
oſtendit dominus per exemplū: quia magis ſumus
debitores dei, & plus offendimus eū quàm homo
poſſet offendere proximū:tanta eñ eſt offenſa,quā
tus eſt ille qui offenditur: deus autē eſt infinitus,&
ideo offenſa in ipſum cōmiſſa quandā habet infini-
tatem:& tamē quotieſcunq; offendimus,toties ipſe
paratus eſt remittere: dū tamen velimus veraciter
pœnitere:ergo ſi ipſe q̄ eſt dominus,& rex omniū,
dimittit ſeruo: multò fortius & nos debemus di-
mittere peccanti in nos fratri & proximo. Et ideo
pro exemplo ponit parabolā,de rege qui voluit ra-
tionem ponere cum ſeruis ſuis; & in fine applicat
parabolam ad propoſitū, dicēs: [Sic & pater meus
cœleſtis faciet vobis.] Similiter eñ deus ponit ra-
tionem cū ſeruis,ſcilicet hoībus: nam omniū actus
deus diſcutit diligēter,& merita cuiuſq; examinat:
& hoc per ſcripturas, per creaturas,per cōfeſſores,
per illuminationē proprię cōſcientię,nolēs rationē
de factis

Septenarius.

Pœnitēti remittendum ſolū.

Coloſſ. 3.

Ignoſce libenter. B

Remiſsio integra.

Debitum duplex.

Bonus malum nō patitur.

Offenſa ſemper, ſed nō ſemper iniuria remittenda.

Offenſa, quātus offenſus.

de factis humanis exigere. Pōt ergo parabola ad ꝓpoſitum aptari, & ſic exponi: [Simile eſt regnum G cœlorum,] id eſt ſtatus eccleſiæ militantis, ſeu præſentis temporis, quæ regnū cœlorum dicitur: tum quia legibus cœli ſubijcitur, tum quia de ea ad cœlum peruenitur, [homini regi:] id eſt, Chriſto, qui eſt verus homo, & verus deus: rex regum, & dominus dominātium, [qui voluit rationem ponere cū ſeruis ſuis,] ſcilicet hominibus: quorū eſt dominus: quia ad ipſum pertinet examinatio meritorū quorumlibet, & ſingulorum. Et notādum ꝙ dominus ponet nos ad rationem de omnibus bonis nobis cōmiſſis, & bonis omiſſis. Itē; de malis à nobis cōmiſſis, & de malis à nobis dimiſſis. De primo eſt parabola de villico iniquitatis: & iſta computatio multum timenda eſt: multa enim bona nobis commiſſa ſunt, & magni valoris: ſcilicet bona naturæ, gratiæ, & fortunę: de quibus omnibus oportet reddere rationē, qualiter eis vſi ſimus. Et ſi non haberemus reddere rationem niſi de tempore, multum eſſet nobis timendum: omne enim tempus homini impenſum, requiretur ab eo qualiter fuerit expēſum: & vna hora tēporis pōt homo abſolui à debito, & regnum cœlorum lucrari. De ſecundo eſt parabola de talentis: & hæc etiam cōputatio multum eſt timenda, cùm dominus dicat ibidē, inutilē ſeruum proijciendum in tenebras exteriores. De tertio, cōputatio etiam multū eſt timēda: cùm dominus poſiturus ſit rationē etiā de cogitationibus, & verbis otioſis. De quarto eſt parabola præſens: & hæc cōputatio multū eſt timenda, propter vitiū ingratitudinis, qđ eſt valde periculoſum. [Et cùm incipit ponere rationē,] id eſt, merita & conſciētias examinare: in qua examinatione modò ſumus, ſed poſtmodum dabitur de nobis ſententia, ſecundum merita: [oblatus eſt ei vnus debēs decem millia talenta:] id eſt obligatus ad magnam pœnam, propter multa peccata. In debito iſtius denotatur grauitas, & numeroſitas peccatorum: & accipitur determinatus numerus pro indeterminato. Vnde Auguſt. Quia lex in decem præceptis cōmendatur: ille debebat decem millia talentorū, per quod omnia peccata deſignantur, quæ ſcilicet contra legem fiunt. I [Cùm autem non haberet, vnde redderet:] id eſt cùm non pōt viribus ſuis deo ſatisfacere pro peccatis. Homo enim per ſe pōt ruere, ſed nō reſurgere: per ſe offendere & peccare, ac per hoc debitum cōtrahere, ſed non per ſe ſatisfacere, niſi gratia dei accedente: & ſi homo pro vno tantum peccato nō ſufficit ſatisfacere, multò minus pro decē millibus peccatorum talentis: [iubet eū dominus venundari,] in ſeruitutem pœnæ. quia ſecundū Remig. Pretiū huius vēditi, ſupplicīū eſt dānati: [& vxorē eius,] id eſt, concupiſcentiam, ex qua concipiuntur mali filij: [& filios eius,] id eſt, mala opera: in homine enim ſpiritus eſt vir, ſenſualitas mulier: per quorū commixtionem filij, id eſt, opera, generātur: vxorē ergo & filios venundari, eſt pro concupiſcentijs interioribus, & malis operibus exterioribus pœnam ſoluere, qđ eſt pretiū eius: [& omnia quę habet,] ſcilicet tēporalia: q̄a tota ſubſtātia ſua pro magnitudine delicti traditur quandoq; extraneis: vel oīa

Ratio de omnibus reddenda.

Decē millia talēta.

quę ſpiritus habet, ſunt vires animę & corporis: & etiam bona exteriora, quæ oīa in pœnā cōmutantur: vt pœna dominetur ei, quantum, ad omnia in K quibus peccauit. Vñ ſubditur, [& reddi:] tūc enim debitum peccati redditur, cùm pro eo pœnę pretiū exoluitur. [Procidens autē ſeruus ille,] id eſt, peccator, per pœnitentiā & humilitatem ſui: qui prius quaſi collum cōtra deum erexerat, obnixè [rogabat eum dicens: Patientiā habe in me,] donando mihi vitæ & pœnitentię ſpatiū, condonando delictū, relaxando ſupplicīū, [& omnia reddam tibi:] opera meritoria faciendo, & me emendādo: tua patientia expectat, tua gratia preuētus, tua miſericordia adiutus. [Miſertus autem dominus,] quia miſericors & miſerator dominus, paratus eſt miſereri & parcere verè pœnitentibus: [ſerui illius,] ſic procidētis in contritione: ſic dicentis in cōfeſſione, ſic promittentis de ſatisfactione: [dimittit eū] liberum à captiuitate culpæ [& debitū dimittit ei,] relaxādo reatum pœnæ æternæ: dimittit totū, quia plus dat quàm rogetur. Vnde Chryſo. Vide miſericordiam dei. Petierat dilationē, & accepit omniū peccatorū L remiſſionem: [egreſſus autē] de obligatione peccati, [ſeruus ille] à debito quidē liber, ſed iniquitatis ſeruus & miſericordię inuētæ oblitus: [inuenit vnum de conſeruis ſuis,] id eſt, de peccatoribus & hominibus, qui ſunt ſerui dei cū ipſo. Omnes enim conſerui, & vnius domini ſerui ſumus, & nos & angeli: [qui debebat ei centū denarios,] id eſt, parum offendit eū, & in modico tenetur reſpectiue: quia offenſa in hominē modica eſt reſpectu offenſæ cōmiſſæ in deum: inuenit autē in animo per recordationem iniuriæ: & tenens ſuffocat eū,] ſtringendo & arctādo: quia crudeliter coēgit eū reddere & ſatiſfacere. Ille debitorē tenet, qui offenſum tenet in memoria: qui irā & odium ſeruat in corde. Suffocare, eſt ſtrangulare vel ſtringere per gulā: & quia gutture loquimur, ille ſuffocat proximū, qui verba excuſationis non audit. In quo oſtēditur auſteritas in repetendo vindictā à proximo. Vñ Remigius: Conſeruum ſuffocare, eſt in fratrē per vindictam exardeſcere. Tenēs ergo ſuffocat eū, dicēs: [redde quod debes:] ſcilicet tormentū pro iniuria, M pro verbis verbera. [Et procidēs] per pœnitentiā, [rogat eum dicens: patientiam habe in me,] id eſt, parce mihi, [& omnia reddam tibi.] Quaſi dicat, paratus ſum ſecundū poſſibilitatē meam ſatiſfacere: &, vt dicit Remigius, emēdabo iudicio vel cōſilio eccleſiæ quod deliqui. Attende ꝙ eadem verba protulit conſeruus ſupplicans, quibus ſupplicādo domino remiſſionē meruerat malus ſeruus. Sed, vt dicit Chryſoſtomus, hęc verba ingratus ſeruus reueritus nō eſt, quibus ſaluatus eſt. Ille autē non vult habere patientiā, præſtando dilationē: nec vult dimittere ſine vindicta rancorē, oſtēdens crudelitatē in modo repetendi vindictā. Vnde Augu. Non talē inuenit iſte conſeruum, qualē ille inuenerat dominum. Petijt ille dilationē, & meruit remiſſionem: iſte q̄ miſericordiā petebat dilationis, ſenſit pœnā ſuffocatiōis. [Sed abijt] in via Cain, à naturali pietate recedēdo: & à familiaritate & amicitia proximi ſe alienando: [& mittit eū in carcerē,] crudeliter affligendo,

Offenſa in hominem.

Verba ingrati.



affligendo [donec reddat debitum] plenariè & ad A nutum ſatiſfaciēdo: hîc carcer infernus poteſt intelligi. Toties verò peccantem in nos proximum in carcerem mittimus: quoties eius culpæ non indulgemus: quantū enim in nobis eſt dum nō parcimus, carceri dānamus. [Videntes aūt cōſerui eius,] ſcilicet angeli, qui ſecundū Apocalypſim cōſerui ſunt noſtri: quia eiuſdem domini ſumus ſerui [quæ fiunt,] ſcilicet crudeliter à ſeruo in conſeruū ſuum omnia enim opera quæ agimus, & ſupplicia quæ patimur vident: & corā deo repræſentant. Tres eñi teſtes habemus à quibus non abſcōdimur: ſcilicet deum, angelos ſanctos, & dæmones. Videntes inquam contriſtantur de ingratitudine & culpa ſerui, de afflictiōe & pœna cōſerui. Angeli enim contriſtantur ad culpā, lætantur ad pœnitentiā, & ferunt animas ad gloriā: [& narrant domino ſuo omnia] ad deū referendo, conquerēdo, & auxilium implorando. Vel iſti cōſerui ſunt eccleſiarū miniſtri, & quiq; fideles & iuſti: qui videntes crudelita-B tem hominū erga proximos, vel aliquē fratrem remiſſionem peccatorū adeptum nō velle miſereri conſerui ſui, cōtriſtantur: quia ad eādem virtutem pertinet gaudere de bono, & cōtriſtari de malo: & narrant domino, quia in oratione petūt à domino talia iudicari ad declarationē iuſtitiæ, non ex liuore vindictę. Vel domino narrare eſt dolores & cōtritiones cordis in ſuo affectu deo demōſtrare. Vel cùm veniunt ad dominū, id eſt ad prælatū, qui vicem dei gerit in terris: denuntiant ei mala facta ad finem correctionis. [Tunc vocat eū dominus] per ſententiam mortis: & de hoc ſeculo migrare iubet, vt de omnibus rationē reddat. Vnde Remig. Hæc vocatio nō fit modò intus in cōſcientia, ſed fit exterius in iudicio. [Et ait illi. Serue nequā,] quia nō eſt æquus: ſed iniquus recipiendo miſericordiā, & reddendo immiſericordiā ſeu iniuriam: [omne debitum dimiſi tibi,] id eſt magnam offenſam in me cōmiſſam. In hoc (ſecundū Chry.) patet magnum eſſe peccatū ingratitudinis: nam primò quando debitor erat decē millium talentorum, non eum ne-C quam appellauit: nō ſibi inſultauit: ſed vbi incurrit vitium tātæ ingratitudinis, animo irato ait ei: [ſerue nequam,] quia peior es effectus quàm primò. Nam (ſecūdum Grego.) Sicut boni cōtumelijs efficiuntur meliores: ſic ſemper reprobi de beneficio efficiūtur peiores [Nonne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui] remittēdo paruæ: [ſicut & ego tui miſertus ſum,] remittēdo maiora: nulla quippe interueniente ſatiſfactiōe, ſed ob hoc ſolum, [quia rogaſti me] rogaſti dilationē, ſed meruiſti remiſſionem. Oportuiſſet quidem vt tali prouocatus beneficio totum etiā debitū relaxares roganti: ſed tu etiam quod minus eſt facere noluiſti, quia dilationem cōcedere recuſaſti. Vbi Chry. Si graue videtur damnū, afficere debuit lucrum: ſi graue videtur præceptū, cogita premiū: ſi graue ſit remittere ei qui contriſtauit, grauius eſt incidere in gehennam. Secundū Remigium: Seruus iſte nullum reſponſum legitur dediſſe domino: in quo demōſtratur ꝙ in die iudicij, & ſtatim poſt hanc vitā ceſſabit omnis peccati excuſatio. [Et iratus dominus]

Teſtes ineuitabiles quatuor. Conſerui.

Ceſſabit poſt hanc vitam excuſatio.

non per affectum, ſed ſimilitudinē affectus hominis irati, id eſt ad modū irati ſe habens pœnā infe- D rendo [tradet eū tortoribus,] id eſt dæmonibus & miniſtris tartareis, qui in hoc ſunt diuinæ iuſtitiæ executores: quia tortores patimur in pœna, quos paſſi ſumus ſuaſores in culpa, [quoadusq; reddat] per pœnā [vniuerſum debitū] cōmiſſum per culpā: & hoc erit ęternaliter & in perpetuū. Quouſq; eñi ponitur pro infinito, ſicut donec ponitur ibi, nō cognouit eā donec peperit: & eſt ſenſus, ſemper ſoluet & nunquā perſoluet: neq; reddet aliquādo, ſed ſemper pœnā luet: nunquā enim reddere poterit, quia æternaliter dānatus erit. Nā in inferno ſemper eſt redditio abſq; acquiſitiōe, cū pœna ſemper maneat ſine fine: quia ibi non eſt locus redēptionis vel ſatiſfactionis: ſed cōdemnationis & punitionis. Quòd aūt hanc totā ſimilitudinē ad hoc attulerit ipſe dominus, eā modò quo dictū eſt ad propoſitū adaptando exponit dicens: [Sic & pater meus cœleſtis faciet vobis] vniuerſum debitū à vobis exigendo, & vos tortoribus cruciādos tradēdo. Secundum E Chry. Nō dicit pater veſter, ſed pater meus: nō eñ dignum eſt hominis talis vocari patrē deū, qui ita pernicioſus & odioſus eſt. Vbi Hiero. Formidoloſa ſentētia: ſi parua fratri non dimittamus, magna nobis à deo nō dimittētur. Et quia vnuſquiſq; poteſt dicere ore, nihil habeo cōtra eū: habet deū iudicem qui ſimulationē fictæ pacis aufert, dicēs: [Si nō remiſeritis vnuſquiſq; fratri ſuo] nō ſolum ore, ſed etiā de cordibus veſtris: nō ficta pace, ſed vera & integra dilectiōe. Quia nō ſufficit labijs dimittere niſi ora & corda cōueniant. Quidā enim dimittere nolunt omnino: quia & malitiā ſeruāt in corde, & vindictā dum poſſunt exercēt in opere. Alij etſi remittūt quantū ad vindictā: ſeruāt tamen conceptū odiū quantū ad malitiā. Sed quiſquis ſibi à domino remitti deſiderat, oportet vt vtroq; modo fratri remittat: vt nec opere exerceat vindictā, nec corde reſeruet malitiā. Quia ſcđm Grego. Si hoc quod in nos delinquitur ex corde nō dimittimus: illud rurſus à nobis exigetur, quod nobis iam per pœnitentiam dimiſſum fuiſſe gaudebamus: vbi ergo nō fuerit charitatis perſeuerātia, nulla eſt ſufficiēs pœnitētia. Vnde à peccatis ſoluto dicit: Vade & amplius noli peccare. Seculares quoq; leges propter ingratitudines quoſdā reuocāt manumiſſos ad priorē ſeruitutē. Sed ex his videtur ꝙ peccata dimiſſa redeāt propter iteratā peccati perpetrationē. Ad hoc dici tur cōmuniter ꝙ redeūt per aggrauationē peccati ſequētis: nō ꝙ peccatū ſequens ſit ęquè graue ſicut omnia pręcedētia: ſed quia grauius eſt ex cōparatione pręcedentiū. Vnde exigitur quod dimiſſum fuerat: nō in ſe, ſed quantū ad ingratitudinē dimiſſionis: & ideo dicūtur omnia redire, quia ingratitudo eſt reſpectu dimiſſiōis quę omnium fuit: & ita quodāmodo reſpectū habet ad omnia dimiſſa. Nō ergo redeūt quantū ad maculā & reatū: ſed quantū ad ingratitudinē. Qui enim poſt acceptā remiſſionem ad peccatū redit, magis delinquit ꝙ ingratus tanto beneficio extitit: & ita ingratitudo peccatū recidiuationis aggrauat. Quidā verò dicūt ꝙ peccata redeūt in quatuor caſibus: ſcilicet propter odiū E fraternum

Quouſq;.

Dimittendum vt dimittatur.

F

Ioan. 8.

Peccatorū redditio.

Caſus in quibus peccata redeunt.

fraternum propter apoſtaſiam à fide, propter con-
G temptum confeſsionis, & propter dolorẽ de pœnitentia habita. Vnde ſunt verſus: Fratres odit, apoſtata fit, ſpernitq; fateri. Pœnituiſſe piget, priſtina culpa redit. Faciliter ergo & meritò in te peccanti dimittes, ſi quantum tibi dimitti deſideras veraciter attendas. Quia ſecundũ Chryſ. Et ſi ſeptuagieſſepties dimiſeris: & ſi omnia ſimpliciter peccata concesseris cõtinuè proximo: quantũ gutta aquæ ad pelagus infinitum, tantò magis & multò plus deficit tuus amor ad infinitã voluntatẽ dei, cuius in neceſſitate cõſtitutus es, cùm iudicaberis & noxas tribueris. Et ideo bene peccata in deũ decẽ millibus talentis, & peccata in proximũ centũ denarijs cõparauit: quia etiã eadem peccata multò grauiora commiſſa ſunt in deũ, quàm in proximũ. Docemur ergo hoc loco, vt ſicut dominus nobis dimittit maiora peccata: ſic nos dimittamus cõſeruis noſtris minora in nos cõmiſſa: alioquin à nobis exiget debita vniuerſa. Vnde Aug. Omnis homo debitor eſt dei, & debitorẽ habet fratrẽ ſuũ. Ideo deus iuſtus cõſti-

Dimittere docemur.

H tuit tibi regulã in debitore tuo, quã faciet & ipſe cũ ſuo. Vnde & Chry. Hęc igitur omnia intelligẽtes, & hęc decẽ millia excogitãtes, ſaltẽ hinc feſtinemus ad dimittendũ proximis parua & vilia. Audiamus immiſericordes & crudeles, quoniã non alijs ſumus crudeles, ſed nobiſmetipſis. Cùm memorari malorũ vis, excogita quoniã tibijpſi malorum rememoraris, nõ alij: quoniã tua ligas peccata, non proximi. Duo itaq; hinc quęrit: & cognoſcere aduerſum peccata noſtra, & alijs dimittere: & illud propter hoc, vt facilius hoc fiat. Qui enim ſua intelligit, facilius ignoſcit cõſeruo: & nõ ſimpliciter ab ore dimittere, ſed & à corde. Ne igitur dicas quoniã conuitiatus eſt, & detraxit, & decẽ millia operatus eſt mihi mala. Quãtò enim dixeris, tantò magis mõſtras eũ benefactorẽ: dedit enim occaſionẽ abluendi peccata tua. Quare quantò maiora iniuſta tibi fecit: tantò maiorũ peccatorũ dimiſsionis cauſa tibi conſiſtit. Si enim voluerimus, nullus iniuſta nobis facere poterit: ſed & inimici maximè

Iniuriã patienti inferens, obſequiũ pręſtat.

I proderũt nobis. Vide ergo quãta lucraris mãſuetè inimicorũ ferẽs imprudẽtias: primum quidem, & maximũ, peccatorũ remiſsionẽ: ſecũdum patientiam, & perſeuerantiã: tertiũ, manſuetudinẽ, & amorem hominũ: quartũ, ab ira cõtinuè eſſe liberũ, & à triſtitia quæ hinc eſt. Cum his & venerabilis eris & ipſe inimicis, & ſi dæmones fuerint: magis autem neq; habebis iam inimicum ita diſpoſitus. Quod aũt eſt maius & primũ, dei amicitiam: & ſi peccaueris, venia potieris. Et iterũ: non memoriã malorũ habeamus in eos qui lędunt: nã nobis proſunt maximè, niſi noſipſos vindicauerimus. Rapuit ille: gratias egiſti tu pro iniuſtitia, & glorificaſti deũ, infinitas fructificaſti mercedes. Si aũt oraueris pro eo: deo factus es ſimilis. Vides qualiter maximè lucramur ab aliorũ perſecutione. Nihil ita deũ lætificat, vt non reddere malum pro malo: imò reddere cõtraria iniunctũ eſt nobis, beneficia & orationes. Nõ eſt quid difficilius quàm memoria malorũ. Hæc igitur ſciẽtes humiliemur, & debitoribus noſtris etiã gratias agamus: fiunt enĩ no-

Ignoſcere prodeſt.

bis, ſi philoſophari volumus, maximę nõ ſolum indulgẽtiæ, verũ etiã mercedis occaſio. Pauca ſiquidẽ K damus, plurima recepturi. Quid igitur expetis cũ violẽtia, cùm deceret, & ſi ille vellet dare, ei cõcedere: vt à deo totũ accipias. Nunc aũt omnia facis & litigas, vt nihil tibi dimittatur tuorũ. Quotcũq; ergo debitores habes & pecuniarũ & laborũ, omnes dimittẽs liberos deũ expete remuneratorẽ. Cuncta igitur & pecunias & peccata debitoribus noſtris donemus, vt nobis retributio optata proueniat. Quodq; neglexerimus per aliã explere virtutem: hoc de obliuione admiſſæ in nos malitiæ adipiſcẽtes, æternis potiamur bonis. Hęc Chry. Attẽde & hîc Senecã, qui dicit: Si magnanimus fueris, nũquã iudicabis tibi cõtumeliã fieri. De inimico dices: Nõ nocuit mihi, ſed animũ nocẽdi habuit: & cùm illũ in poteſtate tua videris: vindictã putabis vindicare potuiſſe. Scito enĩ honeſtũ & magnũ vindictæ eſſe genus, ignoſcere. Et iterũ: Iniuriarũ remedium eſt L obliuio. Hęc Seneca. Et nota hîc, ꝙ ſecũdum numerum gradus apoſtolici duodenũ, ſunt duodecim modi remiſsionũ. Primus eſt baptiſmus. Vnde in euangelio: Niſi quis renatus fuerit, &c. Secũdus eſt, charitas. Vnde etiã in euãgelio: Remittũtur ei peccata multa, &c. Tertius eſt, eleemoſyna, & charitatis opera. Vnde propheta: Sicut aqua extinguit ignẽ, &c. Quartus eſt, fletus & lachrymæ: dicẽte domino: quia fleuit in cõſpectu meo, nõ inducã mala in diebus ſuis. Quintus eſt, confeſsio, & pœnitentia. Vnde Pſal. Dixi cõfitebor, &c. Sextus eſt afflictio corporis. Vnde apoſtolus: Traditũ huiuſmodi hominem in interitũ carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit. Septimus eſt, emẽdatio morũ, vel abrenũtiatio vitiorum. vnde in euangelio: Ecce ſanus factus es: iam amplius noli peccare. Octauus eſt, interceſsio ſanctorum. Vnde Iacobus: infirmatur aliquis, inducat presbyteros, &c. Nonus eſt, miſericordiæ & fidei meritũ. Vnde in euãgelio: Beati miſericordes, quoniam, &c. Decimus eſt, cõuerſio & ſalus proximorum. Vnde Iacobus: Qui cõuerti fecerit peccatorem, &c. Vndecimus eſt, mutua remiſsio & indulgentia. Vnde in euãgelio: Dimittite, & dimittemi- M ni: & in hoc loco pręſenti. Duodecimus eſt, paſsio martyrij pro fide eccleſiæ. Vnde latroni pœnitenti ac patiẽti dicitur à domino, Amen dico tibi, hodie mecũ eris in paradiſo. Ex hoc loco, & pluribus alijs euãgelij locis, ſalubria habemus remedia contra malum deſperationis: & ideo non deſperet aliquis, cùm multos habeamus portus ſalutis. Si enim deſperaſti propter peccati magnitudinẽ: habes Petrum qui negauit fidẽ, quod eſt maximũ peccatũ: & tamẽ deus reſpexit eũ. Si deſperaſti, propter peccati multitudinẽ: habes Mariã Magdalenã, quæ ſeptem habebat dęmonia, id eſt vniuerſa peccata, & tamẽ dictũ eſt: dimiſſa ſunt ei peccata multa. Si deſperaſti propter peccati turpitudinẽ, habes mulierem in adulterio deprehenſam, cui dictũ eſt: vade & amplius noli peccare. Si deſperaſti, propter peccati infamiã: habes Matthęum publicè in telonio ſedentem, & tamen dominus dixit ei: ſequere me. Si deſperaſti propter peccati diuturnitatem: habes latronem qui perſeuerauit in malo vſque ad mortem:

Iniuria non ... gnaui...

Remiſſionum modi duodecim.

Ioan. 3. Lucæ 7. Eccleſiaſtici 3. 4. Reg. Pſal. 31. 1. Cor. 5. Ioan. 5. Iacob. 5. Matth. 5. Iacob. 5. Lucæ 6. Lucæ 23.

Remedia contra deſperationem.

Ioan. Lucæ 7. Ioan. 8. Matth. 9.



A ad mortem: & tamen dictum eſt ei, à domino, Hodie mecum eris in paradiſo. Si deſperaſti propter peccati crudelitatẽ: habes Paulum apoſtolũ lapidantem Stephanum, de quo dictum eſt: Vas electionis mihi eſt iſte. Si deſperaſti propter peccati recidiuationem, ſeu peccati iterationẽ & magnitudinẽ: habes hîc autoritatem expreſſam de dimittendo fratri ſeptuagieſſepties. Vnde Bern. Omnino propter manſuetudinem, quæ in te prædicatur, currimus poſt te domine Ieſu: audiẽtes quòd non ſpernas pauperem, peccatorem non horreas. Non horruiſti cõfitentem latronem, non lachrymantẽ peccatricem non Chananæam ſupplicantem, non reprehenſam in adulterio, non ſedentem in telonio, non ſupplicantem publicanũ, non negantem diſcipulum, non perſecutorem diſcipulorum, non ipſos crucifixores tuos. Tam validus deniq; es ad iuſtificãdum, quàm multus ad ignoſcendum. Currit ſponſa, currũt adoleſcentulæ: ſed quę amat ardentius, currit velocius, & peruenit citius. Vnde Chryſo. Liberi quippe nos arbitrij creauit deus, vt voluntate noſtra cum adiu-

Lucæ 23.

Actuũ 9.

Liberi arbitrij bonũ

B torio dei, quod volumus faciamus. Si publicanus es potes fieri euangeliſta: ſi blaſphemus es, potes fieri apoſtolus: ſi latro es, potes paradiſi colonus effici: ſi magus es, potes deum adorare. Nec eſt vlla malitia quæ pœnitentia non ſoluatur. Et ideo tanquã præcipua malignitatum elegit Chriſtus, vt nemo vſq; in finem ſemetipſum deſpiciat. Noli mihi dicere, perij: noli mihi dicere, peccaui. Et quidẽ medicum habes ſatis fortiorem te, & potentiorem quàm infirmitas tua eſt. Medicum habes voluntatem tuam (ſi volueris) emẽdantem, & potentẽ, & cupientem. Cùm enim non ſubſiſteres, fecit te: & quia peruerſus es effectus, multò magis emendare te poterit. Sed forſitan dices: Quomodo poterit peccator ſimilis eſſe ſanctis? Noli requirere qua arte: noli ſcrutari rationẽ: ſed crede clementiæ & benignitati diuinæ. Sed dicis: grandia ſunt peccata mea: & immẽſa ſcelera mea. Et quis eſt ſine peccato? Sed ego inquis peſsimè, & ſuper omnem hominem. Sufficit

Medici potentia.

C tibi, ad placandum deum, peccare deſinere, & bene facere. Dic tu prior, inquit, iniquitates tuas vt iuſtificeris. Recognoſce quia tu peccaſti: & ſi agnoueris, initium correctionis factum eſt tibi. Suſpira, mœſtus eſto, effunde lachrymas. Nec enim aliud quid effudit meretrix illa: ſed lachrymis pœnitentiam ſociauit, & ipſa comite peruenit ad fontem. hæc Chryſoſt. Vnde & Grego. Ab ſpei ergo certitudine nulla nos malorum noſtrorũ qualitas nulla frangat. Idcirco enim omnipotẽs deus electos ſuos in quibuſdam lapſibus cadere permittit: vt alijs in culpa iacentibus, ſi toto ad eum corde conſurgant, ſpem veniæ reddat: & eis per lamenta pœnitentiæ viã pietatis aperiat. Quia qui multos à ſuis iniquitatibus iam ſanatos aſpicimus: quid aliud quàm ſupernæ miſericordiæ pignus tenemus? Et iterum: Quid itaq; in hac re debemus aſpicere, niſi immenſam miſericordiam conditoris noſtri: qui nobis velut in ſigno ad exemplum pœnitentiæ poſuit eos, quos per pœnitẽtiam viuere poſt lapſum fecit. Etenim nihil in his aliud video, niſi ante oculos noſtros poſita ſpei, & pœnitentiæ exempla. Omnipo-

Eſa. 43.

Lucæ 7.

Sperandũ ſemper.

Electorũ caſus.

tens deus vbiq; oculis, quos imitari debeamus obijcit: vbiq; exempla ſuæ miſericordię opponit. Vnde D & Augu. Quæcunq; neceſsitas cogit peccatorem ad impœnitentiam, nec criminis quãtitas, nec temporis breuitas, nec vitæ enormitas, nec horæ extremitas excludit à venia ſi perfecta fuerit voluntatis mutatio: ſed in ampliſsimos ſinus mater charitatis filios prodigos ſuſcipit reuertentes. Et iterum: Pater tradidit filium ſuum, quò redimeret ſeruos: miſit ſpiritum ſanctũ, quò ſeruos adoptaret in filios: filium dedit in pretium redemptionis, ſpiritũ ſanctum in priuilegium adoptionis ſe totum ſeruat in hæreditatem adoptatis. Nemo ergo de dei pietate diffidat: quia maior eſt dei miſericordia quàm noſtra miſeria, & quiſquis ad eum toto corde clamauerit, exaudiet illum: quia miſericors eſt. Tardius ſiquidẽ ei videtur peccatori veniam dare, quã ipſi peccatori accipere. Sic enim feſtinat reum abſoluere à tormento conſcientiæ ſuæ, quaſi plus cruciet eum compaſsio miſeri, quàm ipſum miſerum compaſsio ſui. Vnde etiam Chryſoſt. Crede mihi: E talis eſt erga hominem pietas dei, quòd nunquam ſpernit pœnitentiam, ſi ei ſyncerè & ſimpliciter offeratur: etiam ſi ad ſummum quis venerit malorum, & inde velit reuerti ad veritatis viam, ſuſcipit libenter & amplectitur, & facit omnia quatenus ad priorem reuocet ſtatum. Vnde ſuper illo verbo Cain: Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear: dicit Auguſtinus: Mentiris, inquit, Cain: mentiris: maior eſt dei pietas, quàm omnis iniquitas. Ecce expreſſè apparet quòd deſperauit: & ideo dicit Auguſti. quòd ipſe plus turbauit deum in deſperatione, quàm in fratricidio: ſicut Iudas in deſperatione, quàm in proditione. Vnde Bern. O res cõfuſa, ô res monſtruoſa, peccator deſperans de dei miſericordia: cùm cuncta peccata originalia, mortalia, venialia ab origine mundi commiſſa, diuinæ miſericordiæ comparata, ſunt quaſi vna gutta ad pelagus totius maris. Et breuiter dicendo, ſecundũ Auguſt. & Gregorium: Si vnus homo omnium ho- F minum peccata perpetraſſet, & velut Cain & Iudas deſperaſſet, præterea deus illi veniam denegare iuraſſet: ſi miſer ille contritus veniam rogaſſet, deus pius illi veniam non denegaſſet. Et teſtante Auguſtino & Hieronymo, peccata præterita non nocent, ſi non placent. Multum etiam ſperare debemus in merito Chriſti, ſine quo non poſſumus ſaluari. In merito enim Chriſti radicata ſunt omnia merita noſtra, ſiue ſatisfactoria pœnæ, ſiue meritoria vitæ æternæ: quia nec ab offenſa creatoris ſumus digni abſolui, nec immenſitatem pręmij quod deus eſt, digni ſumus aſſequi: niſi per meritũ hominis dei. Et præcipuè in merito paſsionis Chriſti eſt ſperandum: quia hæc eſt miſeris ſpeciale ſolatium. Vnde Bernardus: Paſsio tua domine vltimum refugium, ſingulare remedium deficiente ſapientia, non ſuffragante iuſtitia, nõ ſufficiente ſanctitate: ſuccumbentibus meritis: illa ſuccurrit. Non ſolum autem à deſperatione, ſed etiã à vana ſpe eſt cauendum: quia vtrobiq; magnum eſt periculum. Vnde Auguſti. Ex vtroq; homines periclitantur & ſperando & deſperando. Quid igitur agit deus

Magnitudo miſericordiæ dei.

Gen. 4.

Peccata non nocẽt ſi non placent.

Paſsionis meritum.

Deſperatio ſpes vana.

G cum periclitantibus vtroque morbo? Illis qui ſpe periclitātur, hoc dicit: Ne tardes conuerti ad dominum, neq; differas de die in diem: ſubitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te. (Eccleſiaſtici 5.) Illis qui deſperatione periclitantur, quid dicit? In quacunq; die iniquus conuerſus fuerit, omnes iniquitates eius obliuiſcar. (Ezech. 18.) Propter illos ergo qui deſperatione periclitantur, propoſuit eis indulgentię portum: propter illos verò qui ſpe periclitantur, & dilationibus illuduntur, fecit diem mortis incertū. Quādo veniet vltimus dies, neſcis. (Mortis incertitudinis cauſa.) Ingratus es: quia hodiernum habes in quo corrigaris, & craſtinum expectas, fortè non addetur. Et iterum: Ne deſperando augeamus peccatum, datus eſt nobis pœnitētiæ portus: rurſus ne ſperādo augeamus peccatum, datus eſt nobis dies mortis incertus. Et iterum: Latro agnouit, Petrus negauit: in Petro demonſtratur quenquam iuſtum non de ſe debere præſumere: in latrone, non impium conuerſum deſperare debere. Timeat ergo bonus, ne pereat per ſuperbiam: & malus ne deſperet, propter multam malitiam. hæc Auguſtinus. Vnde & Gregorius: Habete fratres mei fiduciam de miſericordia cōditoris noſtri: H & ad miſericordem iudicem, dum adhuc expectat, cum lachrymis venite. Conſiderantes nanque quòd iuſtus ſit, peccata veſtra nolite negligere: conſiderantes verò quòd pius ſit, nolite deſperare. Et iterum: Sic autem nos miſericordia eius refoueat, vt nullo modo negligentes: reddat: ſic peccata perturbēt, vt mens in deſperationē non proruat. Quia & ſi præſumentes metuimus, & metuentes ſperamus, æternum regnum citius adepturi ſumus. Vnde etiam Chryſoſtomus: Ne audeamus qui ſtamus: ſed dicamus nobiſipſis: Qui ęſtimat ſe ſtare, videat ne cadat: (1.Cor. 10.) neque deſperemus ſi cecidimus, ſed dicamus nobis: Nunquid qui cadit nō reſurget? (Hiere. 8.) Etenim multi in ipſum cœli verticem aſcenderūt, & à ſcæna & ſcurrilitate ad angelicam tranſlati ſunt vrbanitatem: & tantam oſtenderunt virtutem vt dęmones abegerint, & multa ſigna operati fuerint. Et horum quidem plenæ ſunt ſcripturæ, & plena vita patrum exemplis nobis. Et iterum: Nullus eorum I qui in malitia ſunt, diffidat: nemo in virtutibus exiſtens dormitet, neq; hic cōfidat: multoties enim meretrix pertrāſibit: neq; ille deſperet: poſsibile enim eſt ei, & primos tranſire. hæc Chryſoſt.

## ORATIO.

VAE mihi miſero: quia cùm ad peccata quę feci inſpicio, & ſupplicia intelligo, quæ pro his pati debeo, non paruū timorem habeo. Quid ergo remanebo quaſi deſperatus ſine conſilio, ſine adiutorio? Ad te fontem pietatis & miſericordię Ieſu Chriſte curro & feſtino: in quo iam tot & tantos peccatores ablutos video & agnoſco, tuamque ineffabilem miſericordiam exoro, vt mihi ſic concedas in pręſenti mecum, & cum miniſtris tuis computationē facere: ac conſeruis meis peccata ſua dimittere, & mea emēdare, vt in futuro quādo perſonaliter rationē ponere volueris cum ſeruis tuis, dimittas mihi quæ tibi debeo & proximis. Amen.

De cauſa dimittendi vxorem, & de paruulis domino oblatis. Caput x. K

POſt hæc venit dominus Ieſus de Galilæa [in fines Iudææ trans Iordanē.] (Matthæi & Marci.) Omnis quippe prouincia Iudæorum generaliter dicebatur Iudæa, ad diſtinctionem aliarum gentiū: (Iudæa.) veruntamen meridiana eius plaga, in qua habitabant tribus Iuda, & tribus Beniamin, ſpecialiter dicebatur Iudæa ad diſtinctionē aliorum regionum quæ in ipſa continebantur prouincia, ſcilicet Samaria, Galilæa, Decapolis, & reliquę aliæ ſitæ in ea. Narrantur ergo ea quæ in hac prouincia, ſcilicet Iudæa fecit, & docuit, ac paſſus eſt dominus: & primò quæ trans Iordanem ad Orientem, vbi habitabant duæ tribus, ſcilicet Manaſſe: deinde quæ circa Iordanē quando venit Hierico, & Bethaniam, & Hieruſalē. [Et ſecutæ ſunt eum] de Galilæa [turbæ multæ.] Ex quo patet deuotio populi ad eum, quia multi ſequebantur cauſa ſuæ prædicationis audiendæ: aliqui cauſa curationis impetrandæ. Vbi Chry. Et ſecutæ ſunt eum turbæ multę, quaſi teſtimonia ſalutaris doctrinæ eius: quaſi oues paſtorē in manu ipſius genitæ & nutritæ: L perducebant eum, quaſi paruuli filij patrem eius peregrè proficiſcentem. Ipſe autem tanquā pater proficiſcens bona pignora charitatis filijs ſuis reliquit: pro exilijs, remedia ſanitatum. hæc Chry. Vnde ſequitur, & curauit eos ibi:] ſcilicet in Iudæa, & non antè in Galilæa: vt gentes in eam miſericordiam ſeu veniam, quæ Iudææ parabatur, admitteret: & in ſignum ꝙ ex Iudæa gentibus ſalus eſſet. ſecundum Origenem: Sanauit dominus turbas trans Iordanem, vbi baptiſmus dabatur: (Curat trans Iordanem ſanitatibus innumeris.) quia omnes à ſpiritualibus infirmitatibus in baptiſmo ſaluantur. Et ſic patet ꝙ euangeliſta in vno verbo, multa miracula ſanitatū includit: quia propter multitudinem miraculorum, non poterant omnia in particulari deſcribi. Deinde ſubditur narratio de triplici religioſorum perfectione: ſcilicet continentiæ, obedientiæ, & paupertatis: & primò de cōtinētia, cùm dicitur: [Et acceſſerūt ad eum,] ſcilicet Ieſum [Phariſæi,] qui in populo Iudæorū præ alijs videbantur religioſi: M [tentantes eum,] ſcilicet capere in verbis. Notanda eſt mentiū diſtantia in turbis & phariſæis. Hæ cōueniunt vt doceantur, & ſui infirmi ſanentur: hi accedunt vt ſaluatorē & doctorē veritatis tentando capiant & decipiāt: has deuotio pietatis, illos ſtimulus adduxit liuoris. [Et dicētes: Si licet homini dimittere vxorē ſuam quacunq; ex cauſa?] id eſt, ex leui cauſa. Hanc autem quæſtionem proponunt Chriſto, ad capiendū eum (Quæſtio phariſæorum captioſa.) quia reſponſio ad vtranq; partem calumniabilis videbatur. Quia ſi diceret vxorem pro libito voluntatis dimittendam, & aliam ducendam: pudicitiæ prædicator & aſſertor videretur laxare frena carnali concupiſcentiæ, & ſibijpſi contraire. Si autem diceret quòd non: videretur contra Moyſen dicere, (Deut. 24.) qui libellum permiſit repudij. Sed ipſe ſic reſponſionem temperat, vt decipulam eorum tranſeat & reſpondit ſola fornicationis cauſa vxorem eſſe dimittendam: libellum verò repudij ob duritiam & malitiam cordis eorum à Moyſe fuiſſe permiſſum,



A permiſſum, id eſt, nulla lege punitum. Permiſit autem hoc, non ſicut bonū & licitum, ſed propter maius malum euitandum: (Permiſsio repudij.) quia maluit permittere diuortium quàm ob odium vxorē, vel deſiderium ſecundarum nuptiarū fieri homicidium. Iſta autem permiſsio, non abſoluebat eos à peccato: ſed tantū à pœna legali, quia non fuit imperiū dei, ſed hominis diſsimulatio in tollerādo minus malum ne maius fieret. Deus enim non eſt ſibi cōtrarius, vt aliud antè iuſſerit, & aliud nunc imperet. Moyſes quidē nec præcipiendo, nec concedendo, vel indulgendo hoc mandauit: ſed diſpenſando, ſuſtinendo, & permittendo conſilio ſpiritus ſancti, ne peiora fierent hoc tolerauit. Sic apoſtoli permiſerūt ſecundas nuptias propter incontinentiam hominum, & malas eorum voluntates. Iuxta enim primariam inſtitutionem, non fuit niſi vnica vnici: ſed propter incontinentiā hominū, tranſeunt modò ad ſecundass nuptias. (Diſpenſatio.) Vnde cùm de duobus malis minus toleratur, huius permiſsio dicitur diſpenſatio, quaſi diuerſorum penſatio: quando duo mala quaſi æquè librantur, B vt videatur quod eorum peius ſit & pręponderat. (Permiſsio triplex.) Eſt autem triplex permiſsio: ſcilicet conceſsionis, vt cùm abbas concedit monacho propter infirmitatem veſci carnibus: illicitis quidē propter votum, ſed nunc licitis propter conceſsionem abbatis & cauſam neceſſariā. Indulgentię, vt permiſsio ſecundarum nuptiarū. (1.Corin. 7) Vnde apoſtolus: Vxor viro defuncto nubat cui vult in domino, hoc autem ſecundum indulgentiā dico: ſi culpa eſt, venialis eſt. Suſtinentiæ, vt permiſsio libelli repudij, quod ſuſtinuit Moyſes, non deus: quia deus hoc crimen puniuit tēporaliter vel æternaliter, quod Moyſes nō puniuit tēporaliter. Eſt enim permiſsio ſuſtinentię, quādo deus permittit nos peccare, qui non concedit illud fieri: nec diſpēſat, ſed ſuſtinet, id eſt, per patientiam expectat. (Cauſa diſsidij.) Solam ergo fornicationē ponit dn̄s cauſam diſsidij: iubens cæteras moleſtias pro fide coniugij, & caſtitate ſuſtineri. Et intellige diſsidiū, quātum ad cohabitationē, & debiti redditionem: non tamen quantū ad vinculū matrimonij, quod nō ſol C uitur niſi per mortē, & ergo nec vir nec mulier poteſt contrahere altero viuēte. (Duci alia nequit.) Vnde Rabanus: Vna ergo ſolummodo carnalis eſt cauſa, id eſt, fornicatio: vna ſpiritualis hoc eſt timor dei, vt vxor dimittatur: nulla autē cauſa eſt vt viuente ea quæ relicta eſt, alia ducatur. Spiritualiter per vxorē quæ non dimittitur niſi propter fornicationē intelligitur anima, cuius vir eſt Chriſtus, qui nunquam animā niſi propter fornicationē peccati dimittit: per quā Chriſtus à nobis recedit. (Moraliter) Moraliter qui dimittit vxorem ſuam ſpiritualē. ſ. eccleſiā: & ducit, ſcilicet pinguiorē mœchatur: non enim quærit ſpiritualē fructum, ſed tēporale lucrū. Propoſitio ergo quod eſt neceſsitatis in virtute continentiæ, cōſequenter punitur illud quod eſt ſupererogationis & cōſilij. ſ. continentia ab omni actu venereo. Diſcipuli enim hoc audientes ꝙ vinculū matrimonij eſt indiſſolubile, & moti ex verbis eius, dixerūt ei:] Si ita eſt cauſa homini cum vxore,] ꝙ non poſsit eam niſi modo prædicto dimittere [nō expedit nubere:] ac ſi dicant. Melius eſt ſimpliciter cōtinere, propter onus & graue pondus vxorum, & multa incōmoda quę poſſunt inde venire. D Vnde Chry. Leuius eſt contra concupiſcentiā præliari, & cōtra ſeipſum, quā contra mulierē malam. Vnde & Hiero. Graue pondus vxor eſt, ſi excepta cauſa fornicatiōis nō licet eam dimittere. Quid enim ſi temulēta fuerit, ſi iracūda ſi guloſa, ſi vaga, ſi morboſa, ſi iurgatrix, ſi maledica, timēda erit huiuſmodi, & erit volumus nolumus ſuſtinēda. (Cōiugatorū prouincia duriſsima.) Cùm enim liberi eſſemus, volūtariè nos ſeruituti ſubiecimus. Et dixit dn̄s reſpondēdo diſcipulis: [Non oēs capiunt verbū iſtud] continentiæ, (Non oēs capere.) ſcilicet vt impleant & ſe contineāt: quia non oēs capere volunt, nec oēs acceptū habent. Audiet enim luxurioſus & diſplicet ei: [ſed quibus datū eſt] à deo ex ſpeciali munere: quia ſtatus altus eſt: ad quē non valemus niſi ex gratia, aſcēdere. Vnde dicit ſapiēs (Sapiē. 8. b) ꝙ nemo poteſt eſſe cōtinēs, niſi deus det: ac ſi dicat (Continentia à deo eſt.) Non caſu, ſeu fortuna virgines fiūt: ſed qui à deo petunt & laborāt vt accipiāt. Vnde Hiero. Nemo putet ſub hoc verbo, vel fatū vel fortunā introduci, ꝙ hi ſunt virgines, quibus à deo datū ſit: aut quos quidem ad hoc caſus adduxerit: ſed his datū eſt qui petierunt, E qui voluerūt, qui vt acciperēt laborauerūt. Omni enim petenti dabitur, & quærens inueniet, & pulſanti aperietur. (Lucæ 11.) Vnde & Chry. Non dicit non oēs poſſunt: ſed non oēs capiūt, id eſt, oēs capere poſſunt, non tamē capere volunt. Si enim quidā in pugna cadunt: nos cadentiū negligētiæ imputare debemus nō difficultati virtutis. Quòd autem dicit, quibus datū eſt: non hoc ſignificat, quoniā quibuſdā datur, quibuſdā non datur: ſed illud oſtēdit, quia niſi auxiliū gratiæ acceperimus, nihil ex nobis valemus. Quoniā autē volētibus gratia nō negatur, in euangelio dn̄s dicit: Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. (Lucæ 11.) Debet autē voluntas præcedere, & ſic ſequitur gratia. Nā gratia ſine volūtate nihil operatur, nec volūtas ſine gratia. Nam & terra non germinat, niſi pluuiā ſuſceperit: nec pluuia fructificat ſine terra. hęc Chryſo. Et ne omnē cōtinentiā putarent laudabilem & meritoriā conſequēter diſtinguit eam triplicē. (Continentia triplex) F Prima eſt cōtracta à natura, ſcd̄a, à caſu ſine violētia: tertia, à volūtate & gratia. [Sunt enim Eunuchi,] id eſt, cōtinentes: & eſt Græcū vocabulū, ſcd̄m Iſidorū, [qui ſic nati ſunt] ſine inſtrumētis: ſiue frigidæ naturæ, qui propriè dicūtur caſtrati, quaſi caſtè nati. (Eunuchi.) [Et ſunt Eunuchi qui] facti ſunt ab hominibus, quibus ſecātur genitalia, qui propriè dicuntur Spadones à ſpata genere ferri quo eunuchizantur. (Spadones.) Et iſtæ duæ nō ſunt laudabiles, & nec meritoriæ, nec demeritoriæ: quia neceſsitate fiūt, non volūtate: niſi inquantū per voluntatē acceptātur. Secundū Hiero. Inter hos ſecūdos cōputātur & hi qui ſpecie religionis ſimulāt caſtitatē. ſ. hypocritæ & appetētes vanā gloriā ab hominibus ex quocunq; ſuo opere. [Et ſunt Eunuchi,] id eſt, cōtinentes [qui ſeipſos caſtrauerūt, nō per membrorū abſciſsionē: ſed per cōcupiſcentiæ repreſsionē: & ſe caſtitati, ſeu caſtè viuere volūtariè, deuouerūt: [propter regnū cœlorum] qui propriè dicuntur Eunuchi, id eſt, bene viuentes: ab eu quod eſt bonū & nuchos qd̄ eſt victoria, quaſi boni victores: & hi merentur: & ratione

voluntatis,quia ſpótanea:& ratione actionis,quia
G
bona: & ratione intentionis, quia recta: iſta enim tria perficiũt meritũ.Hæc ergo tertia continentia, quę eſt per voluntatẽ reprimentẽ cócupiſcentiã ab actuvenereo,victorioſa dicitur &laudabilis,&tota eſt meritoria.VñChry.Illa eſt glorioſa cótinentia:

Continentia glorioſa.

non quã tranſgredi nó poteſt neceſsitas debilitatis corporis,ſed quam cõplectitur voluntas ſancti propoſiti.Et iterum:Cùm aũt dicit qui ſe caſtrauerũt non membrorũ dicit abſciſsionẽ:ſed malarum cogitationum interemptionẽ. Etenim cócupiſcentia habet fontes præcipuè à propoſito incótinendi, & mẽte negligente.Et ſi ipſa ſóbria fuerit, naturaliũ motuum nullum eſt nocumentũ. Nec ita abſciſsio membri cõprimit tentationes & tranquillitatẽ facit,vt cogitationis frenum.Sed quia talis ſtatus altus eſt,nec poſſunt oẽs ad hoc attingere, ſed ſolum perfecti:ideo infert dñs hortãdo milites ſuos dicẽs: [Qui poteſt capere,]& implere,[capiat]cum adiutorio dei, vt ſit caſtus vel intelligat quæ dico:vel qui poteſt pugnare cõtra carnem,pugnet, ac ſuperet & triumphet.Et eſt vox hortantis ad continentiæ brauium,nó iubentis,quaſi diceret: Vnuſquiſq;
H
conſideret an virginitatis & pudicitię præceptum implere queat.Tantũ bonũ non eſt neceſsitatis,ſed ſupererogationi:nec eſt hoc præceptũ,ſed conſiliũ: cuilibet offertur,nemini imponitur,qui poteſt continere,contineat.

Obedientiæ perfectio.

Habito itaq; de perfectione continentię,ſiue caſtitatis:conſequẽter agitur de perfectione obedientię ſiue humilitatis: & hoc cómendatione paruulorũ, per quos deſignãtur humiles & obedientes:quia ſicut paruuli nó propria volũtate, ſed alterius ducũtur:ita humiles &obedientes,alterius voluntate & imperio mouẽtur. Vnde dicit Beda: Quòd hęc lectio humilitatis magiſterio plena micat:quæ videlicet innocentes ac ſimplices ad domini gratiam pertingere poſſet demonſtrat. Dum ergo dñs Ieſus de caſtitate diſſereret: [ tunc oblati ſunt ei paruuli ]ex deuotione offerentium,[vt manus eis imponeret & oraret:] id eſt,vt manu, & voce benediceret.

Manuum impoſitio.

Conſuetudo enim fuit apud veteres vt paruulos benedicẽdos offerrent ſenioribus & im
I
poſitio manuũ ortum habuit ab antiquis patribus,

Gene. 27. & 49.

qui volẽtes benedicere paruulis, imponebãt eis manus. Videntes igitur Iudęi Chriſtũ moribus ſenem, vita ſanctũ, doctrina ſapientiſsimũ, & de caſtitate loquentẽ:& habentes eum ſicut prophetam:obtulerunt ei infantes,vt eis manus imponẽs & orans benediceret,manu per tactũ,& voce per orationẽ.In quo datur intelligi,ꝙ paruulis ſufficit per fidẽ aliorum ad Chriſtũ afferri.[Diſcipuli verò]labori magiſtri cõpatientes,& propter eius dignitatẽ,prohibebant,& [increpabant]offerentes: non ꝙ nollent infantibus à ſaluatore,& manu , & voce benedici: ſed quia timebãt eum poſt tam longos ſermones, importunitate offerentiũ grauari & offendi.Chriſtus autem etſi fatigabatur corpore,non tamen animo:quia ei placebat,&pręualuit ac vicit fortis eius affectus,quo hominum ſalutem cupiebat,vt nullus à conſecutione ſuæ ſalutis prohiberetur. Sic fatigatus ex itinere non curans famem aut cibos, ad conuerſionem Samaritanorum,quorũ ſalutem fameſcebat,ſe conuertit. Vbi Origenes:Hæc ergo debebus attendere,ne æſtimatione ſapientiæ excellen-
K
tioris &profectus ſpiritualioris,contẽnamus quaſi magni puſillos eccleſiæ:prohibentes pueros venire ad Ieſum.hæc Origenes . Paruuli etiã poſſunt dici pauperes & generis infimi : per diſcipulos autem impedientes ne Chriſto offeratur,poſſunt accipi eccleſiæ rectores,vel religioſi:qui propter paupertatem,vel generis infirmitatẽ repellunt tales à promotione vel receptione,quanuis ſint apti & digni, propter quod impediẽtes arguũtur ore Chriſti. Vnde dñs indignè ferens dixit diſcipulis: [ Sinite paruulos venire ad me,]apud quẽ non eſt perſonarum acceptio:[& nolite eos prohibere]cõminationibus terrẽdo,vel malis exẽplis corrũpendo:quia iſti ſunt figura & forma verè humiliũ:quorum familiaritatem ego volo,& conſortiũ . In quo dedit prælatis exemplũ corrigendi oſtiarios ſuos pauperũ acceſſum prohibentes.

Acceſſ[...] petend[...]

Vnde Chryſo. Nolite vetare pueros:nam ſi ſancti futuri ſunt , quid vetatis filios ad patrẽ venire?Si autẽ peccatores futuri ſunt:vt quid ſententiã condẽnationis profertis,antequã culpam
L
videatis?Nam quales modò ſunt,meum eſt:quales aũt poſtea futuri ſunt,ipſorũ erit. Quod ergo meũ eſt,honorate: quod autẽ illorum erit, miſeramini. Et ſubiungit:[Taliũ eſt enim regnum cœlorum,] non dicit iſtorũ:ſed talium:vt non tam ętatẽ quàm humilitatem & innocentiam commendet.Non omnium,ſed talium,id eſt,ſimilium, & illorum qui ſimilem habent humilitatẽ & innocentiã, per ſtudium & laborẽ:qui tales ſunt per mores & virtutes quales ſunt paruuli per naturã & ætatem.Puerorũ enim anima ab omnib' malis eſt pura:& magiſtra innocentiæ,& humilitatis:& nullus poteſt intrare in regnum cœlorum,niſi fuerit innocens & humilis:quia nihil inquinatum intrabit in illud . Vnde ſecundum Hiero.Non ait iſtorum,ſed talium,vt oſtenderet non ætatẽ regnare, ſed mores: & his qui ſimilem haberent innocentiam & ſimplicitatem præmium repromitti.

Puerorũ puritas.

De quibus apoſtolus:Nolite pueri fieri ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote, ſenſu autem perfecti.

1.Cor.

M
Vnde Ambro. Non ætas præfertur ętati:alioquin obeſſet adoleſcere.Cur ergo pueros aptos dicit eſſe regno cælorũ?Fortaſſe quia malitiã neſciant,fraudare non nouerint : referire non audeãt ſcrutari ignorẽt:opes,honorẽ,ambitionem, non appetãt.Sed non ignorare iſta virtus eſt,ſed cótemnere.Non enim virtus eſt nõ poſſe peccare, ſed nolle. Non igitur pueritia:ſed æmula puerilis ſimplicitatis bonitas deſignatur. Vnde etiam Chry.Et nos itaq; ſi volumus fieri hæredes cœlorum, virtutem hanc cũ multa poſsideamus diligẽtia.Etenim ab omnibus malis pura eſt pueri anima:& eorum qui contriſtauerunt non memoratur:ſed vt ad amicos accedit, ſicut nullo facto : & quantumcunq; à matre flagellatus fuerit,hãc inquirit, & præ omnibus eam appretiatur:& ſi reginã oſtẽderis cum diademate, non præponit hanc matri cilicio ſuperindutæ:& neceſſarijs nihil plus inquirit , non triſtatur in quibus nos,puta damno pecuniarum,& talibus:non lætatur in quibus nos,in temporaneis his: non reſpicit ad pulchritudines corporum, propter





hoc dixit , Horum enim eſt regnum cœlorum: vt
A
electione hæc operemur , quæ à natura pueri habent.Hæc Chry. Sunt autem decem proprietates

Puerorũ decẽ proprietates.

bonæ in pueris:quas qui imitatur , regnum cœlorum conſequetur,quæ ſunt: innocentia,munditia, obedientia,ſimplicitas,humilitas, veritas, malorũ illatorum immemoratio,fortuitorum nulla reputatio,& præſentium valde paruorum ad ſufficientiam acceptio. Deinde paruulos ſibi oblatos dominus dulciter ſuſcepit,[& cõplexans eos,]& in vlnis detinens,in ſignum,ꝙ ſimplices & humiles puros & deuotos diligit [& manus eis imponens,] vt viris continentibus gratiam ſui auxilij cõferendam ſignificaret:[benedixit illos,] aliqua vocali benedictione,quæ ſcripta non eſt,vt humiles ſua benedictione dignos oſtenderet.Sic ſpiritualiter quotidie humilibus manus imponit cùm eis gratiã,&auxilium tribuit : quia humiles ſpiritu digni ſunt eius gratia & benedictione:deus enim ſuperbis reſiſtit, humilibus autem,qui ſe manibus & poteſtati eius

Iaco.4.& 1.Pet.6.b.

B
ſubijciunt,dat gratiam.In quo humilium dignitas oſtenditur , qui tanta bona merentur. Vnde dicit Hiero. Quòd humilitas ſola obſeruatrix eſt cuſtosq; virtutum : & nihil eſt quod ita deo gratum faciat & hominibus,quantum ſi vitæ merito magni,ſed humilitate infimi videamur.

Humiliũ dignitas.

Et bene humiles,paruulis & innocentibus cõparauit;quia humilitas maculas peccatorũ lauare, & innocentiã reddere cõſueuit. Vnde Ber. Decor animæ,humilitas eſt . Non à me ipſo hoc dico , cùm propheta prior dixerit: Aſperges me hyſſopo &mundabor:humili herba ac pectoris purgatiua humilitatẽ ſignificans.

Pſal.50.

Hac ſe poſt grauem lapſum rex propheta lauari confidit : & ſic inuenit quendam innocentiæ recuperatæ candorem. Et ſciendum ꝙ Chriſtus manus imponẽdo paruulis inſtituit,& initiauit ſacramentum cõfirmationis: cuius miniſterium poſtea contulit apoſtolis.

Confirmationis ſacramentũ.

Vnde paruuli in frontibus criſmate conſignantur ab epiſcopis,qui in eccleſia dei locum obtinent apoſtolorũ: per impoſitionem enim manuum apoſtolorum , conferebatur ſpiritus ſanctus,ad robur,& confirmationem fidelium
C
cuius impoſitionis manuum locum obtinet prędictum ſacramentum.Conſidera nunc quantũ Chriſtus ſimplicitatem,& humilitatẽ , ac innocentiam paruulorum diligit:quibus tanta familiaritatis & beneuolentiæ ſigna oſtendit : & ſtudeas pro poſſe paruulos imitari,& virtutes eorum habere , vt valeas cum ipſis regnum cœlorum poſsidere.

## ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte,qui nos ad cõtinentiam es hortatus:da quod hortaris , & tribue mihi fragili caſtitatem mentis & corporis : & qui paruulos venire ad te voluiſti, & eis manus imponens benedixiſti:præſta mihi miſero vt ſim paruulus in oculis meis, quatenus gratiã inueniam in oculis tuæ maieſtatis: & quod paruuli poſsident per naturã:ego conſequar miſericorditer per gratiam tuam,vt meritis omnium paruulorũ,& humilium tibi placentium ego vltimus omnium te rectore, te duce merear ad te peruenire:& à te benedictione in cœleſtibus munerari, Amen.

## De perfectione paupertatis. Caput XI.

D

Matth.19. Mar.10. & Luc.18.

Habito de perfectione caſtitatis, & obedientiæ , ſeu humilitatis : conſequenter agit de perfectione paupertatis.[Et ecce]enim[vnus]adoleſcẽs [genu flexo] ante Ieſum:[interrogauit eum,dicens:[Magiſter,]propter doctrinam ſanam:[bone,]propter vitã ſanctam: [quid boni faciendo vitã ęternam poſsidebo?] Secundũ Bedam, audierat iſte à domino,tantum ſimiles paruulis dignos eſſe regno dei: & ideo certior eſſe deſiderans de ingreſſu regni,nó per parabolas,ſed apertius poſtulat ſibi exponi, quibus meritis, vel operibus vitam æternam poſsit conſequi.[Ieſus aũt reſpondit ei,]primò quantũ ad eius cogitationẽ,quia iſte cogitabat Ieſum eſſe purum hominem:licèt crederet eum eſſe ſanctum,bonum doctorẽ:& ideo quaſi reſpondens eius cogitationi,dixit ei:[Quid me dicis bonum?]quaſi diceret,Ex quo me credis purũ hominem:nõ debes me vocare bonum. [Nemo enim bonus, niſi ſolus & vnus deus:] hoc eſt dictũ: Deus eſt ſolus bonus eſſentialiter, per ſe , & à ſeipſo : & nullus alius:quia alij participatiuè per ipſum,&ab ipſo.

Bonus ſolus deus.

E
Vnde Chry.Hoc autẽ dicens non excludit homines à bonitate:ſed à cõparatione bonitatis diuinæ. Quaſi diceret dominus: Quare me dicis bonũ, cùm nõ credas me eſſe deum?Si verò confiteris bonum:credas etiam eſſe deum. Solus enim deus natura eſt bonus. Deinde cõſequenter reſpondet eius interrogationi,dicens:[Si aũt vis ad vitam ingredi, ſerua mandata:]quaſi diceret, hoc ſufficit ad ſalutem:quod amplius eſt, non eſt neceſsitatis , ſed ſupererogationis .quia ſecundũ Hiero. Iuſtitia legis cuſtodita,non ſolum bona terræ,ſed & vitam conferebat æternam,ſuo tempore conſequendam. Et quia adoleſcens hæc audierat,ſolicitus factus interrogauit,quæ eſſent hæc mandata quorũ obſeruantia eſt neceſſaria.hoc autem,ſecũdum Chry.nõ tentans fecit:ſed ęſtimãs alia quædam præcepta eſſe, præter legalia,quæ vitæ ei cauſa fierent . Ieſus autem quaſi infirmo condeſcendens , legis præcepta clemẽtiſsimè expoſuit dicens: [Non homicidium

Prępcepta legis.

F
facies]manu occidendo:ore iubendo,vel conſulendo, vel etiam detrahendo : quia per detractionem occiditur proximus in conſcientia aliena , in qua viuebat per bonam famam: nec corde mortẽ alterius deſiderando,vel odium retinendo,aut beneficium ſubtrahendo:& per hoc præceptum decalogi , prohibetur nocumentum proximi in perſona propria.[Non adulterabis,]per hoc prohibetur nocumentum proximi in perſona , ſibi coniuncta . [Non furtum facies,] per hoc prohibetur nocumentum proximi in re poſſeſſa . [Non falſum teſtimonium dices,] per hoc prohibetur nocumentum, proximi in fama. [Honora patrem tuum & matrem,] eis ſubueniendo : & reuerentiam exhibendo,& per hoc præceptum affirmatiuum intelligitur omne beneficium proximo reddendo: quia nomine patris & matris , intelligitur omnis proximus. Et hoc eſt,quòd ſubditur:[Et diliges proximum tuum , ſicut teipſum,] id eſt , ad id quod diligis teipſum , ſcilicet ad gratiam & gloriam,

G vel[ſicut teipſum,]id eſt non verbo tantum,ſed opere& veritate. Proximus autem noſter eſt,omnis qui nobiſcũ conuenit in natura, quẽ debemus ſicut noſipſos diligere. Quam ſententiã dominus inducit,vt oſtẽdat ꝙ finis præceptorũ eſt charitas: quia obſeruãtia mandatorũ non eſt meritoria vitę ęternæ,niſi fiat ex charitate. Inter hæc præcepta ordinantia in proximũ , non tangũtur præcepta de nõ concupiſcendo rem proximi, vel eius vxorẽ : quia reducũtur ad præcepta de non adulterari & nõ furari: & ſub illis poſſunt intelligi. Vel quia intelliguntur in hoc ꝙ dicitur: [diliges proximũ tuum,] qui enim verè proximũ diligit , nec rem eius nec vxorem concupiſcit. Enumerat aũt hîc nõ omnia mandata: ſed ſolũmodo præcepta ſecundæ tabulę, quæ ordinant hominẽ ad proximũ , in quibus implicat & ſupponit præcepta primę tabulæ ordinãtia hominẽ ad deũ : quia homo magis tenetur deo quàm proximo : & ideo ſi obſeruantia mandatorũ ſecundæ tabulę eſt neceſſaria ad ſalutẽ, multò fortius obſeruantia mandatorũ primæ tabulæ eſt neceſſaria ad eandem. Vnde bene dicit apoſtolus , ꝙ qui diligit proximũ legem impleuit : quia in dilectiõe proximi intelligitur dilectio dei vt finis propter quẽ proximus diligitur,quia proximus diligitur propter deum,& non econuerſò. Per prædicta etiam oſtendit ſaluator , ꝙ obſeruantia præceptorum cerimonialium & iudicialium non erat amplius neceſſaria ad ſalutẽ, ſed ſufficiunt decẽ decalogi præcepta. Quorũ primum eſt : Non adorabis deos alienos: id eſt , verũ deum coles & ſuper eum nihil amabis. Multi enim hodie ſunt , qui ſibi deos alienos faciunt. Nam ſicut dicit Aug. hoc ab homine colitur,quod præ cęteris diligitur. Superbus igitur pro deo habet ſuperbiam,luxurioſus luxuriam, auarus auaritiam. Secundum : Non aſſumes inuanũ nomen dei tui in os tuum:id eſt , nõ blaſphemabis nec iurabis indebitè in nomine ſui. Talis iniuriam facit deo,quẽ in teſtimoniũ ſuæ falſitatis inuocat, quaſi deus mendaciũ diligat:& ſibi, qui in iudicio dei puniendum ſe obligat ſi non eſt ita ſicut iurat:

Proximus noſter.

1. Timo. 1.

Charitatis excellẽtia

H

Rom. 13.

Dei præcepta.

I &proximo,quia per falſam iurationẽ ipſum decipit & defraudat. Tertium: Diem ſabbati ſanctifices : vt in eo mortaliter non pecces , & mala vites. Contra iſtud præceptũ peccat qui cauſa cupiditatis in ſabbato opus ſeruile facit , vel aliquod peccatum committit , vel opera miſericordiæ dimittit: quia à bonis operibus non eſt vacandũ. Quartum: Honora parentes tuos:ſcilicet obediẽdo, obſequendo,ſubueniẽdo,& animabus eorũ miſerẽdo. In hoc etiam præcipitur honor patrũ ſpiritualium , ſcilicet prælatorũ. Quintũ:Non occides: opere, verbo, negligẽtia,cogitatione,auxilio,cõſenſu, malo exemplo,vel aliqua occaſione. Homicidiũ etiam aliquando fit corde per odiũ,aliquando ore per verbũ detractorium,aliquando opere per factũ. Et iſtud vltimum eſt triplex : quidã enim occidunt corpus tantum:quidam animã tantũ, quando ſcilicet eam trahunt ad peccatũ:quidam vtrunq;, quando ſcilicet aliquis interficit ſeipſum, vel alium in peccato mortali exiſtentẽ. Sextum: Non mœchaberis:operando,cogitando,loquẽdo,vel in iuriſdictione tua fornicationem ſuſtinendo. Per hoc autem ꝙ dixit non mœchaberis:prohibetur omnis carnalis appetitus & corruptio, præter eã quæ eſt matrimonij. K Septimum:Non furaberis:aliena quomodolibet tibi attrahendo,vel re aliena inuito domino vtendo. Per furtũ intelligitur omne malum ablatum: ſiue occultè faciendo in acceptis,ſiue fraudẽ exercẽdo in mercationibus,ſiue mercedẽ non ſoluẽdo operarijs. Octauũ: Non dices falſum teſtimoniũ contra proximum tuũ:omne mendaciũ,dolum, detractionem,adulationẽ,calumniam , & doctrinã erroneã deuitando. Nonũ:Non deſideres domũ,vel agrum, vel aliam rem proximi tui:tali videlicet mente,ꝙ velles tibi cũ ſuo damno adoptare. Decimum:Non cõcupiſces vxorẽ,ſeruũ,ancillã proximi tui: corde conſentiendo,ore ſolicitãdo, opere concupiſcentiã perficiendo. Hæc,qui perfecerit ſaluari poterit. Cùm aũt ille adoleſcens hæc omnia à iuuẽtute ſua ſe ſeruaſſe reſpõderet : quod tamen in multis religioſis vix aliquis hodie reperiret. [Ieſus intuitus eũ dilexit eum:] propter bonã conuerſationem ſuam L præteritã, & oſtendit ſibi vultũ amicabilem : [&] inſtruens eũ de perfectione, [dixit illi: Vnum tibi deeſt,]quo ad ſtatũ perfectionis,ſcilicet bonũ paupertatis. Quia etſi mandatorũ obſeruatio ſufficit ad ſalutẽ:non tamen ad euangelicã perfectionem, ſed ad hanc etiã requiritur obſeruatio cõſiliorum: in qua primũ eſt abrenũtiatio tẽporalium,& ideo de hac tantum hic facit mẽtionem, Vbi Origenes: Non tamen intelligẽdum eſt ꝙ in ipſo tẽpore quo bona ſua tradiderit pauperibus, fiat omnino perfectus:ſed illa ex die incipiat ſpeculatio dei adducẽs eum ad omnes virtutes. Et ſubdit dominus,dicens: [Si vis,]quia hoc eſt in tua libertate : [perfectus eſſe,]id eſt ad ſtatũ perfectionis aſcẽdere ſuper cõmunem ſtatum ſaluti neceſſarium,quia hoc eſt de perfectione vitæ,[vade]per affectũ contemnendo temporalia,[& vende]per effectũ ea relinquendo: & hæc[omnia]non partem tantum vt Ananias & Saphira, quod eſt contra proprietarios , [quæ habes]& iuſtè poſsides:quod eſt cõtra raptores & vſurarios eleemoſynas de alieno faciẽtes:illa enim habemus quæ iuſtè poſsidemus. Illa ergo quæ iuſtè M poſsidentur vendenda ſunt:quæ verò iniuſtè, reddenda ſunt illis quorũ fuerunt: [& da,] non vende quærẽdo munus à manu, vel à lingua, vel ab obſequio,[pauperibus]nõ diuitibus à quibus ſimilia accipies:nec amicis carnalibus, niſi fuerint indigentes:nec hiſtrionibus & malè vtẽtibus,quod eſt contra ſimoniacos & ambitioſos,qui dãt alijs vt acquirant beneficia& dignitates:& hoc fac propter deũ, nõ propter oſtentationẽ:quia abijcere temporalia propter oſtentationẽ,non eſt meritorium [&]ſic dando[habebis theſaurũ,] id eſt,quendã beatitudinis[in cœlo] locũ tutiſsimũ. Hoc aũt non dicitur, quia paupertas ſit maior virtus quàm continentia vel obedientia : ſed dicitur per quandã correſpondentiam,quaſi theſaurus cœleſtis ſic reſpõdeat voluntariæ paupertati , ſicut exaltatio humiliationi. Vnde Chryſo. Bene autem non vitæ fecit æternæ mentionẽ,ſed theſauri dicens: & habebis theſaurũ in cœlis : quia enim de pecunijs erat ſermo & de

Propriè vendenda & reddenda

abrenuntiatione



abrenuntiatione omnium,oſtendit,ꝙ reddit plura A his quæ præcepit relinquere, quantò maius eſt cœlum quàm terra : in theſauro enim copiã retributionis oſtendit. [Et veni,] relictis omnibus [& ſequere me,] me imitãdo,& ſicut ego ambulo ambulando: quia in ſequela Chriſti per opera charitatis conſiſtit perfectio principaliter & cõpletè: in paupertate autem voluntaria conſiſtit inchoatiuè per modum remouentis,prohibentis,& diſponẽtis:quia per hoc aufertur cura tẽporalium,quæ à dilectione dei impedit animũ . Vñ gloſa: Relinquere omnia, eſt via ad perfectionẽ : ſed in ſequendo cõſiſtit perfectio. Magna certè gloria eſt ſeq. dominũ, & ideo valde eſt appetendũ. Ad perfectionẽ ergo non ſufficit homini relinquere ſua, niſi dominũ ſequatur: id eſt,niſi relictis malis faciat bona. Vnde Theop. Cum paupertate enim & cæteras virtutes hominẽ habere oportet : ob hoc ait , & veni ſequere me:id eſt, in cæteris eſto meus diſcipulus , & iugiter me ſequaris. Vnde & Hierony. Facilius ſacculus contemnitur,quàm voluntas. Multi diuitias relinquẽ B tes,dominum non ſequuntur. Sequitur autẽ dominum,qui imitator eius eſt & per veſtigia illius graditur. Vbi & Rabanus: Ecce duas vitas hominibus propoſitas audiuimus: actiuam ad quã pertinet nõ occides,& cætera legis mandata:& contẽplatiuam ad quam pertinet ſi vis perfectus eſſe , &c. Actiua ad legem pertinet,contẽplatiua ad euangeliũ: quia ſicut vetus nouum præceſsit teſtamẽtum, ita bona actio præcedit contemplationẽ. Actiuis enim conuenit obſeruatio præceptorum quæ in lege tradũtur,contemplatiuis obſeruatio conſiliorum quę in euangelio docentur. Et notãdum, ꝙ multiplex eſt perfectio:ſcilicet ſufficiẽtię, quã omnes habẽt exiſtentes in charitate:ordinis, cuius propriũ eſt ſeruare continentiam:religionis,cuius propriũ eſt renũtiare omnibus:prælationis,ad quos pertinet ponere animã pro ouibus ſuis: ſecuritatis,cuius propriũ eſt habere mortem in deſiderio, & vitã in patiẽtia. Ad primam perfectionem tenetur quilibet:ad vl C timam verò nullus tenetur:ad tres verò medias tenentur aliqui ex cauſis. Vnũ ergo ſignũ perfectionis poſuit:cùm omnia relinquere conſuluit, vt nudum Chriſtum nudus ſequatur. Vnde (ſecundum Theophilum) dicens omnia, ſummã paupertatem ſuadet:ſi quid enim reſtiterit,illius ſeruus eſt. Et ſecundum Ambr. Talem voluit adoleſcentẽ illũ dominus ad paradiſum redire:qualis Adam fuerat de paradiſi ſublimitate deiectus. Nudus enim incola Adam paradiſi fuit. Quãuis ergo cũ poſſeſsione diuitiarum poſsit quis ad vitã ingredi ſeruando mãdata: tamẽ ad perfectam ſequelã Chriſti vt perfecto amore & integro affectu tendat in deum,deeſt ſibi vnum , ſcilicet ꝙ relinquat diuitias affectu : vt ſit pauper ſpiritu,quæ paupertas includit humilitatẽ, ſine qua nõ eſt paupertas vera: quia vanũ eſt habere burſam vacuam,& cor plenũ ſuperbia. Includit etiam contẽptum diuitiarum effectu:quia difficile eſt valde habenti diuitias, ne amore earum aut detineatur, aut diſtrahatur & impediatur à perfecto amore dei: ne Chriſtum liberè & expeditè ſequatur. Nã qui diuitijs implicatur mittit pedes in rete,ne poſsit corã deo perfectus ambulare, & liberè D Chriſtum ſequi:quia diuitię viſcoſiores ſunt viſco, & vix euellitur animus occupatus ab eis & detentus. Nimia ergo dilectio terrenarum poſſeſsionum eſt huius perfectionis impedimentum. Quod bene patuit in hoc iuuene , qui [cùm audiſſet verba domini,] de perfectione paupertatis volũtarię [abijt triſtis] ſeculi triſtitia mortẽ operante, impeditus à perfectione quam quærebat terrenarum poſſeſsionum amore,ob quod non poterat ad perfectionem voluntarię paupertatis aſcẽdere. Vnde cauſa triſtitię redditur,cùm ſubditur: [Erat enim multas habens poſſeſsiones,] ſpinas producentes & tribulos, ſementem dominicam ſuffocantes: & ipſe nihilominus habitus à poſſeſsionibus,& diues valde diuitijs fallacibus,ob quarum inordinatum amorẽ triſtabatur de perſuaſione abrenuntiationis earũ: triſtabile enim eſt amata abijcere. Ad tẽporalia enim paſsibiliter afficitur, cuius cor in priuatione eorũdem aliqualiter contriſtatur. Nam plerũq; cùm tẽporalia aſſunt nobis,putamus ꝙ ea non diligamus: ſed cùm abeſſe ceperint inuenimus qui ſumus. Hoc E enim ſine amore noſtro aderat , quod ſine dolore diſcedit. Iſte iuuenis cùm audiret, ꝙ quæcunq; haberet venderet,& daret pauperibus: abijt mœrens: quia & diuitias ſeculi & vitam æternã habere volebat:quod difficile erat vt fieret: quoniã in poſſeſsione diuitiarum abſq; ſuperbia elationis & abſque proprietate voluptatis vix ſtare quis põt: ſicut etiã difficile eſſet, ꝙ homo in cacumine verticis alicuius montis ſtaret, & tẽpeſtate validi vẽti quaſſatus non caderet. Vt verò dicit Aug. Hic adoleſcẽs laudabilis quidem eſt: quia nõ occîdit, nõ adulteratus eſt. Vituperabilis autẽ:quia contriſtatus eſt in verbis Chriſti vocãtis eum ad perfectionẽ. Adoleſcẽs quippe erat ſecundũ animã,& propterea relinquẽs Chriſtum abijt. Hæc Aug. Sed tale rete fruſtra iacitur ante oculos pennatorum: ſcilicet contemplãtium perfectorum , qui tãtò minus cõtriſtantur ꝙ deſunt temporalia,quantò magis appetunt ęterna. Nam vt ait Greg. Tantò quiſq; minus dolet ꝙ de- F ſunt ęterna,quantò magis gaudet ꝙ aſſunt tẽporalia:& qui minus dolet ꝙ deſunt tẽporalia , certius expectat vt aſsint æterna. Et ideo ſecundũ Gennadium: Bonum eſt facultates cum diſpẽſatione pauperibus erogare : ſed melius eſt pro intentione ſequendi Chriſtum , omnia & totũ ſimul donare, & abſolutum à ſolicitudine cũ Chriſto egere. Vt enĩ dicit Chryſo. Non ſimiliter detinentur qui pauca habent,& qui multis abundant: quoniam adiectio diuitiarum maiorẽ accendit flãmam, & violentior fit cupido. Non ſolum autem diuitiarum poſſeſsio, ſed etiam rerum aliarum diuerſitas hominẽ à dei contẽplatione & perfecto amore impedit & auertit. Vnde Auguſtinus: Temporalium rerum multiformitas ab vnitate dei hominẽ per carnales ſenſus diuerberat,& mutabili varietate eius affectum multiplicat. Quem ergo delectat libertas,ab amore mutabilium liber eſſe appetat:& quem regnare delectat,vni omnium regnatori deo ſubditus hæreat. Et iterum:Duo ſunt amores:mundi, & dei. Si mundi amor habitat, non eſt quo intret amor dei.

Sequẽdus dominus.

Vita duplex.

Perfectio multiplex

Signũ perfectionis.

Affectus temporalium.

Prouer. 1.

Amores duo.

Cùm exhauſeris cor tuũ ab amore terreno, hauries G amorem diuinum. Vnde & Greg. Cum cupiditate terrenæ ſubſtantiæ deus non diligitur: quia terrenus amor oculum mentis ſordidans excæcat, ne diuina claritas videatur. Nec mirũ: Quomodo enim diligere poteſt quem neſcit? Aut quomodo ſcit, ad quem neſciẽdum oculum cordis claudit? Vñ etiam Chryſoſto. Fumo ſimiles ſunt humanæ res. Nihil enim ita contriſtat animę oculum & turbat, vt vitæ huius curarũ turba, & cõcupiſcentiarũ multitudo: hæc eñ fumi huius ſunt ligna. Vnde & Anſel. Si vis eſſe quietus, nil ſeculi appetas. Semꝑ requiẽ mentis habebis, ſi à te mundi curas abieceris. Qui curis terrenis ſe implicat, à dei amore ſe ſeparat. Et vt in paucis multa intelligas, attende pauca verba Auguſtini ſic dicẽtis: Nihil plus noui eſſe, quàm iſta ſenſibilia fugienda. Cui concordat Dionyſius, qui ſic dicit: Derelinquere ſenſus, & omnia ſenſibilia. Qui habet aures audiẽdi hæc pauca verba prædicta, audiat, & corde intelligat: quia multa in eis latent, quæ vanis & diſſolutis non apparent. Vnde H cuidam de ſermonis abundantia ſolicito, dictũ eſt in ſpiritu: Si vis ſcire omnia prædicanda, tũc ſepara te ab exterioribus: purifica te à temporalibus: liberum fac te à carnalibus: & erige te ad cœleſtia, & manifeſtabuntur tibi diuina. Ecce in his verbis totum eſt incluſum quod eſt prædicatũ: imago eñ tua, imago dei eſt: depone ergo ab ea omne qđ ſibi accidens eſt, & apparebit tibi in ea quod diuinum eſt. Vt autẽ vtiliter ad temporalia & æterna perfectè te habeas, ſcito ꝙ tẽporalia debes aſpicere ſub ſenſu quadruplici. Primò, ſcilicet vt tanquam peregrinus & aduena ſentias oĩa vt extranea & aliena: ita ꝙ tua veſtis ſit tuo ſenſui extranea, ac ſi eſſet alicuius de Græcia vel India. Secundò, vt in tuo vſu omnem abundantiam timeas vt venenũ, & mare ſubmergens. Tertiò, vt in tuo ſenſu omnẽ inopiam & egeſtatem, ſentias vt menſam, & arã, & ſcalam vitæ eternæ: & vt ſpeculum ſeu imaginem crucis Chriſti. Quartò, vt diuitias & apparatus diuitũ ita ſentias tibi difformes, ꝙ in eorũ memoria vel aſpe- I ctu nullatenus valeas delectari vel lætari: ꝙ ſi videris te in eis congaudere, à Chriſti glorioſa paupertate te æſtima alienum fore. Huic autẽ cõnectitur ꝙ in pauperum & deſpectorũ memoria, vel aſpectu tanquam in Chriſti pauperis expreſſa imagine totus læteris, & eis quaſi regibus cum ſumma alacritate & reuerentia aſſocieris. Conſidera etiã hîc quòd ad perfectionem non ſufficit quædam opera bona, & quaſdam virtutes habere: ſed oportet oĩa pro poſſe perficere. vnde Chryſ. Completus eſt dei homo ad omne opus bonum, expletus non: vt hæc quidẽ habeat, illa verò non habeat. Qui enim talis eſt, non eſt cõpletus. Quæ enim vtilitas, dic mihi, cùm orat quis intensè, nõ miſereatur autẽ abundè? Aut cùm miſeretur quis abũdè, auarus autẽ & violentus exiſtẽs? Aut cùm nõ auarus aut violẽtus exiſtens, ad oſtentationẽ verò ſit hominũ qui vident? Aut cùm miſereatur quidẽ in id quod deo videtur, eleuetur autẽ hoc ipſo & magna ſapiat? Aut cùm humilis quidem fuerit, & ieiunijs intendẽs, auarus autem & negotiator, & terræ affixus, & matrem omnium malorum inducens animæ? Radicem eñ K omnium malorũ, dixit Paulꝰ auaritiã. Horreamus igitur hanc, refugiamus hoc peccatũ. Hoc orbem terrarum inſtabilẽ fecit: hoc omnia cõfudit: à beata ſeruitute nos abducit Chriſti. Nõ eſt enim, ait, deo ſeruire & mammonæ: contrarium enim iniungit Chriſtus. Hæc Chryſo. Et nota circa præmiſſa, ꝙ perfectio paupertatis non conſiſtit in maiori defectu rerũ temporaliũ, ſed in maiori abſtractione ſolicitudinis eorũ. Quantò enim modus viuendi in paupertate minorem habet ſolicitudinẽ, tãtò paupertas eſt perfectior: non autem quantò paupertas fuerit maior. Non enim paupertas ſecundũ ſe bona eſt: ſed inquantũ liberat ab illis, quibus homo impeditur quo minus ſpiritualibus intendat.

Res humanæ fumo ſunt ſimiles.

Exteriora ſequeſtrãda.

Tẽporalia quomodo conſpiciẽda ſunt.

Opera bona omnia facienda.

1. Timo. 6. b.

Matt. 6.

Paupertatis perfectio.

## ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, da mihi miſero & fragili qui tua mandata hactenus negligẽter & malè ſeruaui, ſaltẽ ammodo ea obſeruare: vt cum obſeruatoribus eorundẽ merear ad vitam ingredi. Da etiã mihi clementiſsime domine, vt ad L perfectionẽ tendendo omnia tẽporalia, propter te affectu contẽnam, & effectu relinquam, relictisq́; omnibus te ſequar, te imitando, & per tua veſtigia gradiẽdo: vt te rectore, te duce ad te theſaurũ meũ deſiderabilem & indeficientẽ valeam lætus peruenire, & de tua viſione ſemper gaudere. Amen.

## De duodecim conſilijs euangelicis.

### Caput XII.

Et quia dictum eſt de præceptis, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem, videamus & de conſilijs quæ requiruntur ad perfectionem. Vnde & præceptis, & prohibitionibus tenemur: ſed de conſilijs & permiſsionibus non tenemur. Nã conſiliũ pertinet ad perfectos, præceptũ autẽ ad perficiendos: ſed permiſsio pertinet ad imperfectos, prohibitio verò ad peruerſos. Ad obſeruantiam quidem præceptorũ vtilis eſt obſeruantia conſiliorũ. Aliquando enim fortitudo terræ in ingreſſu illius cõſiſtit, & ideo paſſus ille bona cuſtodia indiget: quia M obtento ingreſſu faciliter reſiduũ hoſtes obtinent. Sic eſt in terra animæ, quia tota fortitudo eius cõſiſtit in ingreſſu: ſcilicet in occaſionibus peccatorũ, & propter hoc neceſſaria eſt bona cuſtodia circa ipſum. Propter cuſtodiã autem iſtius ingreſſus dãtur conſilia, quæ continent & cuſtodiunt mãdata, ac retrahunt hominem ab incautis reſpectibus, & diſcurſibus & alijs periculis. Sunt autẽ duodecim conſilia euangelica, quæ Chriſtus adiecit ad præcepta. Primum, eſt paupertatis, quæ conſiſtit in abdicatione proprietatis. Vnde eſt illud: Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & veni ſequere me. Et illud: Qui non renuntiauerit omnibus quæ poſsidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Secundum, eſt obedientiæ. Vnde eſt illud: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum. Et illud: Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribę & phariſæi, quæ dicunt facite. Tertium, eſt caſtitatis. Vnde eſt illud: Sunt eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum. Et illud: Audiſtis quia dictum eſt antiquis. Non mœchaberis:

Conſilia perfectis pertinent.

Conſilia duodecim.

Matth. 19.

Luc. 14.

Luc. 9.

Matth. 23.

Matth. 19.

Matth. 5.



ego aũt dico vobis, qui viderit mulierẽ ad cõ A cupiſcẽdũ eã, iam mœchatus eſt in corde ſuo: vbi oſtenditur ꝙ nõ ſolũ dãnabilis eſt cõſenſus in opus mœchiæ, ſed & cõſenſus ad delectãdum in corde. Hęc tria cõſilia prædicta, ſunt ſpecialia omnis perfectæ religionis, & ſubſtãtialia: quia ſuos obſeruatores elongãt à malo, nõ ſolũ quantũ ad culpã: ſed etiã quãtũ ad cauſam. Omne nãque malum oritur ex triplici radice: ſcilicet ex cõcupiſcentia carnis, & concupiſcẽtia oculorũ, & ſuperbia vitæ. Prædicta verò tria cõſilia nos elongant perfectè ab hac triplici radice. ſ. paupertas, à concupiſcẽtia oculorũ: caſtitas, à concupiſcẽtia carnis: & obediẽtia, à ſuperbia vitæ. Quartũ conſiliũ, eſt charitatis. Vnde eſt illud: Diligite inimicos veſtros. Iſtud quãtũ ad dilectionẽ affectus, eſt præceptũ: ſed quãtum ad dilectionẽ effectus, eſt conſiliũ: quia inimico velle gratiã & gloriã, eſt neceſsitatis: ſed impendere opera beneficẽtiæ, & oſtendere illi ſigna beneuolẽtiæ, eſt cõſilij & perfectionis. Sanè negare ei ſigna familia- B ritatis, quãdo veniã petit, vel ad familiaritatem nõ ſimulatoriè ſe ingerit, vel quãdo neceſsitas expoſcit, vindicta eſt: quia tunc inter amicos eſt cõputãdus: ſed ꝙ aliquis vltro ſe ad familiaritatem eius ingerat, hoc eſt perfectionis. Quintum conſilium eſt manſuetudinis. Vnde illud: Si quis te percuſſerit in maxillã vnã, præbe ei & aliã: id eſt, paratus ſis & aliam percuſsionẽ ſuſtinere patiẽter: & iſtud eſt conſilium patientię, reſpectu læſionis corporũ. Et illud: Qui tecũ vult iudicio contendere, & tunicam tollere, relinque ei & pallium: & iſtud eſt reſpectu ablationis rerũ. Cũ cõtẽtione & fraude, nulli licet ſua repetere: cũ charitate licet imperfectis, perfectis aũt nõ: quia nõ repetere eſt infirmis cõſilium, perfectis verò præceptũ. Illis aũt qui renuntiauerunt proprietati, non licet repetere ſua: ſed vt congregationis. Sextũ, eſt miſericordiæ & erogationis. Vnde eſt illud, Omni petenti te tribue: non propter ſe, ſed propter bonum cõmune. Et illud: Si vis perfectus eſſe, vẽde omnia quæ habes, & da pauperibus. Dare ſuperfluum in extrema neceſsi- C tate, eſt neceſsitatis & debiti: ſed dare quibus egemus, eſt conſilij. Septimũ, eſt de ſimplicitate verborum. Vnde eſt illud: Sit ſermo veſter eſt eſt, nõ nõ: id eſt, ſi affirmatio vel negatio eſt in ore, ſit etiam in corde. Et illud: Audiſtis quia dictũ eſt antiquis, Non periurabis: ego aũt dico non iurare omnino. Iurare, quantum ad infirmitatẽ pertinet, permiſsionis eſt: nõ iurare aũt, quãtum ad perfectionẽ pertinet, conſilij eſt. Octauũ, eſt de vitanda occaſione peccandi. Vnde eſt illud: Si oculus tuus ſcãdalizat te, erue eũ & proijce abs te. Vbi ſecũdũ Aug. Nullum membrũ ad literã præcipitur erui, ſed occaſio peccãdi: quia non ſolum peccata, ſed & occaſiones peccandi ſunt fugiendæ. Nonũ, eſt de rectitudine intẽtionis, & ſimplicitate operis vel finis. Vnde eſt illud: Attendite ne iuſtitiã veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Et illud: Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Decimũ, eſt de cõformitate operis & doctrinæ. Vnde eſt illud: Qui fecerit & ſic docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorũ. Et illud: Alligant hominibus onera grauia, digito aũt ſuo nolũt D ea mouere: dicunt enim, & non faciũt. In prædicatione aliquãdo aſſeritur cenſio generaliter de his quæ pertinẽt ad ſtatum ſalutis, aliquãdo deo aſſeritur cenſio ſecũdum ſtatũ perfectionis, vtpote religionis. Primo modo tenetur facere quod dicit prędicator, cũ aſſerat oẽs ad hoc teneri. Secũdo modo nõ tenetur, niſi ipſe perfectionẽ illam vouerit. Exiſtens aũt in peccato notorio, peccat quando prædicat: quia ſcãdalizat. Exiſtẽs aũt in peccato occulto ſi prædicat & nõ ſtudet ex ſuo delicto cõpungi, adhuc videtur peccare: quia videtur cõtemnere. Vndecimũ, eſt de vitãda ſolicitudine. Vnde eſt illud: Nolite ſoliciti eſſe. Et illud: Nolite cogitare de craſtino. Vbi ſciẽdum, ꝙ quadruplex eſt ſolicitudo. Prima eſt laudabilis: & eſt prouidẽtiæ ſpiritualis, quo ad animã, quomodo quis deo placeat oẽm ſolicitudinẽ ſuam proijciens in eũ. Secunda eſt etiã laudabilis: & eſt prouidẽtiæ tẽporalis ex fraterna charitate, qualis competit prælatis & religioſis officiatis: qui præſunt in ſolicitudine. Tertia eſt tolerabilis, & eſt curæ temporalis, quoad corpus. Quarta eſt vituperabilis: & eſt ſuperfluæ theſaurizationis, quoad auaritiã. Prima conſulitur conſilio iſto. Secunda pręcipitur. Tertia permittitur. Quarta prohibetur. Duodecimũ conſilium eſt de fraterna correptione. Vnde eſt illud: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eũ &c. Corripere fratrem quandoq; eſt conſilium: vt quando aliquis corripit fratrẽ de venialibus, & illum cũ quo nihil habet facere niſi cõmunẽ charitatem, quãdoq; eſt præceptũ: vt quãdo corripitur de mortali, & iſto ſecundo modo pertinet ad oẽs, & obligat ſemper: ſed non ad ſemper: quia pro loco & tẽpore, ſcilicet quãdo vacat & licet & creditur ꝙ vtilis ſit correptio. Et ad hoc præceptũ maximè tenentur prælati, quo ad eos quorum curã gerunt. Omnia præmiſſa dñi pręcepta & cõſilia facilia ſunt volẽti, & dei timorẽ præ oculis habenti. Vnde Chryſoſtomus: ſit tibi timor dei, omni neceſsitate violentior. Si enim velis occaſiones F ſemper obijcere, nihil de eis quæ ſunt imperata cuſtodies: & ita prorſus omnia quæ ſunt præcepta calcabis. Quia ſi legẽ volueris cuſtodire Chriſti: neceſsitatẽ quidem nullã, quę te ab obſeruatione eius impediat aliquando patieris. Noli igitur ô homo in otium reclinare: nec diſſoluas bonam animi voluntatem: neq; enim quæ imperãtur oneroſa ſunt. Tantũmodo velle ſufficit, & totum quod iubetur impletum eſt. Quòd ſi mihi conſuetudinem tuam opponis vt legẽ, per hanc ipſam te admoneo quàm ſit facilis iſta correctio. Si enim in aliam conſuetudinem ex alia te conuerteris: hoc quod tibi difficile videtur, effeceris. Quia ſicut ad vitiandum conſuetudo eſt violenta: ita fit potens ad corrigendum. Et iterum: Si in vſum ſemel bonæ philoſophiæ trãſeas, etiam ſi poſtea aliquis tibi torpor obrepat, nõ tamen facilè poteris horum quippiam quæ præcepta ſunt tranſgredi, bona ſcilicet conſuetudine firmitatem iam imitante natura. Quàm enim facile eſt dormire, comedere, bibere, reſpirare: tam nobis facilia erunt bona conſuetudine, etiam opera virtutis.

Mali ortꝰ.

Lucæ 6.

Matth. 5.

Ibidem.

Lucæ 6.

Marci 10.

Matth. 5.

Ibidem.

Matth. 5.

Mtth. 6.

Ibidem 5.

Ibidem.

Matth. 23.

Matt. 6.

Solicitudo quadruplex.

Matth. 18.

Corripere proximũ.

Cõſiliorũ facilitas.

Conſuetudo bona.

tutis.Hæc Chryſo.Vnde & Tullius:Optima for-
G ma viuendi eligenda eſt,quam iucũdam reddit cõ-
ſuetudo.Tãtum etiam delecteris & cõplaceat tibi
in præceptis & cõſilijs domini,vt ſi nõ ſine graua-
mine vel difficultate videantur fieri,coneris tamẽ
ob honorẽ ipſius legiſlatoris ſeruare quãtum ipſe
Patimur. vires dabit:quia etſi propter ipſum pati nõ elege-
inuiti. ris,nihilominus aliter patieris.Vt enim dicit Au-
gu.In hoc mũdo non timere,nõ dolere,nõ pericli-
tari impoſsibile eſt:ſed plurimum intereſt qua cau
ſa,qua expectatione,quo termino quiſq; patiatur.
Vnde Chryſo.Si nõ propter Chriſtũ elegerimus
aliquid pati dolorum,neceſſe eſt eos omnino & ali
ter ſuſtinere.Neque eñ ſi propter Chriſtũ nõ mor
tuus fueris,immortalis eris:neque ſi propter Chri
ſtum nõ proieceris pecunias,ferens eas abibis.Hęc
expetit à te,quæ & nõ expetente eo dabis.Hæc te
vult facere tua voluntate,quæ & ex neceſsitate te
oportet facere.Expetit autem ſolum propterea
fieri:quia continget & hæc tranſire à neceſsitate,
H quæ ſecundũ naturã fit.Ergo nõ iniuſtè auertit &
punit deus,cũ in omnibus ſeipſum nobis præbeat,
nos autẽ reſiſtimus.Ego,inquit,pater,ego & ami-
cus & frater & ſoror & mater:& omne quodcũq;
volueris ego ſum:ſolum familiariter te habeas ad
me:quia omnino neceſſe eſt te pati,elige pati pro-
pter me.Ego inops propter te,& peregrinus pro-
pter te,in cruce propter te,in ſepulcho propter te,
ſuperius propter te interpello patrẽ,inferius pro te
ligatus,veni à patre:omnia mihi tu es,& frater,&
cohæres,& amicus,& mẽbrũ.Quid plus vis?Quid
eũ qui te diligit auertis?Quid huic mũdo laboras?
Quid vaſe hauris perforato?Hoc enim eſt in præ-
ſenti vita laborare.Quid flãmã incidis?Quid aërẽ
impugnas?Quid inaniter curris?Vanitas enim va
nitatũ,& omnia ſunt vanitas.Ita humiliemus noſ-
Eccleſiaſtes I. metipſos, & potiores efficiamur,vt qui dignè hîc
viximus,futuris fruamur bonis. Hæc Chryſoſto.
Lapilli. 12 Prædicta autẽ duodecim cõſilia,duodecim lapidi-
bus pretioſis poſſunt adaptari.Primũ enim conſi-
I lium, quod eſt paupertatis, ſignificatur per lapidẽ
Saphirus. ſaphirum.Saphirus enim flaui coloris eſt, ſicut cœ
lum ſerenatũ:ſic pauperes colorem cœleſtẽ habẽt,
pro quãto à terrenis totaliter elõgati ſolis cœleſti-
bus intendũt.Item ſaphirus dicitur ardorẽ interio
rem refrigerare,& oculos purgare:ſic ſancta pau
pertas ardorẽ cupiditatis rerũ temporaliũ,qua cõ-
muniter homines mundani æſtuant, ita in animo
iſtorum pauperũ refrigerat, vt omnia terrena bo-
na arbitrentur vt ſtercora.Et ideo facit eos habe-
re oculos mũdos & limpidos ad cõtemplãdum cœ
leſtia:quia nõ ſunt terrenorum puluere obfuſcati.
Item ſaphirus fugat ſquinantiã,& morbũ qui dici
tur,noli me tangere:& vniuerſaliter valet ad apo-
ſtemata calida. Sic paupertas ſpiritus,tumores &
infectiones vitiorũ non cõpatimur:ſed ea fugat &
Topazius ſedat.Secundũ cõſilium,quod eſt obedientia, ſigni
ficatur per lapidem Topaſium. Topaſius in colo-
re eſt auro ſimilis:ſic obedientia. Color enim auri
nobiliſsimus eſt, ſine quo nulla pictura eſt perfe-
cta.Et certè ſine qua obediẽtia nulla perfecta vir
tus eſt:quia ſecundum Auguſtinũ,Sine obedientia
omnia vacua,& cum obedientia omnia plena cha-
ritate reperiũtur.Itẽ topazius bullientes aquas cõ- K
peſcit: ſic obedientia aquas humanæ fluxibilitatis
compeſcit.Nã ex naturali fomite in nobis incen-
tiua vitiorũ ebulliunt, quibus obediẽtia frenũ im-
ponit.Itẽ topazius irã reſtringit,& certè obedien-
tia irã & omnẽ paſsionẽ animi mitigat:quia quę-
cũq; paſsio vel tẽtatio in animo irrepſerit,ſuperue
niẽte maiorũ obediẽtia reſtringit̃ ĩ hoĩe obediẽte.
Tertium cõſiliũ,quod eſt caſtitas, ſignificatur per Smaragd.
lapidẽ ſmaragdũ. Smaragdus enim eſt à tota ſpe-
cie amator caſtitatis,& nullo modo ſuſtinet coitũ
niſi rũpatur.Vnde & geſtantẽ ſe ad caſtitatem in-
clinat.Eſt autẽ viridis præ omnibus rebus virẽti-
bus:cuius etiã fulgore vicinus aër virere cernitur,
nec eius viror ſole vel luna,vel vmbra obfuſcatur.
Sic caſtitas inter alias virtutes viret. Vnde & vir- Virgo.
go dicta eſt à virore: & ipſa caſtitas eſt viror o-
mnium virtutũ, ita vt etiã proximas exẽplariter
& virtualiter virere facit:nec obſcuratur ſole, id
eſt, æſtu cuiuſlibet tẽtationis: nec obfuſcatur luna L
mũdanæ gloriatiõis, nec vmbra carnalis delecta-
tiõis.Itẽ ſmaragdus motus laſciuos cõpeſcit viſum
refocillat,gratũ hominẽ in verbis reddit,& hęc tria
ad literã efficit caſtitas vt patet.Itẽ ſmaragd' tẽpe
ſtates auertit, & caducũ morbum curare dicitur:
ſic caſtitas tẽpeſtatem carnalis impugnationis re-
primit,& morbũ eius:vnde homo quaſi caducus &
amens efficitur,cõpeſcit.Quartũ conſilium, quod
eſt charitas,prout extenditur ad dilectionẽ inimi- Carbunculus.
corum,ſignatur per carbũculũ.Carbunculus enim
ſe habet ad alios lapides ſicut aurũ ad cætera me-
talla, & dicitur aliorũ lapidũ virtutem habere:ſic
charitas excellit omnes virtutes, & cõplectitur in
ſe virtutes vniuerſas. Carbunculus etiã eſt calore
igneus, ſicut carbo viuus nocte magis lucet quàm
die & circa ſe noctẽ quaſi in diẽ mutat:ſic charitas
ignis eſt,& magis lucet ĩ nocte aduerſitatis,quàm
in die proſperitatis:imò etiã noctem aduerſitatis
& tribulationis,vertit in diẽ cõſolationis. Itẽ car-
bunculus fugat venenũ aëreum & vaporoſum,ſic
charitas ſua benignitate omnẽ malitiã infectiuam
vincit.Quintũ cõſilium,quod eſt manſuetudo,ſi- M
gnatur per ametiſtũ.Ametiſtus eñ eſt coloris vio Ametiſt.
lacei,& habet virtutẽ refrigerãdi & leniẽdi, vnde
operatur cõtra ebrietatẽ: ſic manſuetudo refrige-
rat calorẽ iracũdiæ,& lenit appetitũ vindictę:vn-
de & ebrietatem mentis,qua aliqui rapiuntur ex-
tra moderantem rationis, ex crapula animi ſedat:
& hominẽ tranquillũ reddit. Itẽ ametiſtus repri-
mit malas cogitationes,& cõfert inſcibilibus intel
lectum,ſic & manſuetudo: quia vt dicit Ambro-
ſius,Manſuetus homo cordis eſt medicus.Et Pſal- Pſal.24.
miſta:Docebit mites vias ſuas. Sextum cõſilium,
quod eſt miſericordia,ſignatur per onichinũ.Oni Onichinus.
chinus in colore & magnitudine eſt ad ſimilitudi-
nem vnguis humani:per vngues autem in ſcriptu-
ra vltimatæ operationes deſignantur:& certè con
ſilium miſericordiæ extẽdit ſe etiam vſq; ad vlti-
mum poſsibilitatis noſtræ:imò perfecta miſeri-
cordia nõ habet vltimum, & nunquam impletur:
quia ſi miſerearis quãtum potes, plus tamen velle
debes.



debes.Item onichinus appoſitus infirmo oculo,ſpõ
A te ſua,quaſi res ſenſata,intrat ſine læſiõe & circuit
oculum,& penetrat interius oẽs partes , quouſque
eius contrarios humores prorſus excuſſerit:ſic mi
ſericordia naturaliter ex ſeipſa oculũ cordis ſubin
trat,& cũ pium cor intrauerit,emundat ipſum ab
humoribus vitioſis.Vnde dñs:Date,inquit,eleemo
Lucæ II. ſynam,& ecce omnia munda ſunt vobis.Onichi-
nus etiam valet contra ſcabiem,& dealbat faciẽ:
ſic miſericordia ſcabiẽ peccatorũ abſtergit,& fa-
ciẽ animæ dealbat:quia ſicut aqua extinguit ignẽ
ita eleemoſyna extinguit peccatũ.Et vt dicit Chry
ſo.Eleemoſyna illuſtrat animã,& eam bonam ef
ficit & decorã.Septimũ conſiliũ quod eſt ſimplici
Iaſpis. tas verborũ,ſignificatur per iaſpidẽ. Iaſpis eñ bo-
nus eſt,viridis,tranſlucẽs,& rubeas habens venas:
ſic ſermo noſter debet eſſe viridis,vt ſemper aliqd
boni germinet, quod eſt contra vaniloquos, debet
eſſe trãſparens,vt in verbis appareat intẽtio cordis
quod eſt cõtra doloſos & mẽdaces:debet etiã habe-
B re venas rubeas charitatis ad proximũ,ad quem &
de quo eſt ſermo,quod eſt contra ſuſurratores,de-
tractores,cõuitiatores,& calũniatores.Item iaſpis
fugat febrem & hydropiſim,& ſtringit fluxũ ſan
guinis:ſic ſimplicitas verborũ fugat febrẽ iracun-
Prou.15.a. diæ:quia reſpõſio mollis frãgit irã:curat hydropi-
ſim auaritiæ,nã apud mercatores & alios tẽpora-
libus lucris inhiantes,verborũ ſimplicitas reputa-
tur fatuitas.Stringit etiã fluxum ſanguinis,carna
lis videlicet cõcupiſcẽtiæ, quæ ex ſimulatis collo-
quijs ſæpe excitatur.Octauum cõſilium, quod eſt
Chryſolitus. vitatio occaſionis peccati, ſignificatur per Chryſo
litũ.Chryſolitus enim micat ad ſolẽ quaſi ſtella au
rea:& ſi ponitur in igne,reſilit ab igne:ſic cautela
occaſionis peccãdi micat in anima, quaſi ſtella au
rea,dirigens hominẽ in factis ſuis inſtar ſtellæ ma
ris, vt ſine offenſione peccati pertingat ad portũ:
& per hãc cautelã mox vt homo aduertit ſe eſſe in
periculo,reſilit fugiẽdo à tali opportunitate, quaſi
C ab igne.Itẽ,Chryſolitus repellit ſtultitiã,& cõfert
ſapientiã: ſic vitare occaſiones peccãdi,eſt magnæ
ſapiẽtiæ:ſicut econtrariò quærere opportunitates
peccãdi,magnæ ſtultitiæ eſt.Nonum cõſiliũ,quod
eſt rectitudo intẽtionis, ac ſimplicitas finis ſigna-
Berillus. tur per berillũ.Berillus enim eſt coloris pallidi &
tranſparẽtis,& illi optimi ſunt ꝗ maculas interius
nõ habẽt:ſic bona opera noſtra debẽt eſſe pallida,
ſcilicet ſpũalia & trãſparẽtia,vt videãtur ab homi
nibus pro bono exẽplo & dei gloria:& hoc tũc ſo-
lum eſt laudabile,quãdo intentio eſt pura intus in
corde:ita ꝙ nõ ſint maculæ intẽtiõis ſiniſtrę.Item
Berillus ſi ſit rotũdus,& opponitur ſoli,ignẽ accẽ
dit in carbone mortuo: ſic bonũ opus,ſi ſit bene ro
tũdatũ,id eſt, ex omni parte debitis circunſtantijs
coæquatũ,& nõ obliquatũ vel diſtortũ à fine debi-
to,& ſi directè opponatur ſoli,ita vt tota intentio
dirigatur ad lumẽ,tũc accẽdit carbones mortuos:
id eſt,opera noſtra prius per peccata mortificata
reuiuiſcere facit:vel etiã quia eius ardor accendit
proximos mortuos pro peccatis,qui eius exemplo
accenduntur ad pœnitentiam.Item Berillus valet
contra ſquinantiam & glandes:ſic rectitudo inten
tionis valet contra tumefactiones hypocriſis & va
næ gloriationis.Itẽ Berillus valet contra pericula D
hoſtium,& reddit hominẽ inuictum: ſic quia ho-
ſtes noſtri dæmones nitũtur bona opera noſtra vi-
tiare per inanem gloriã,& ſuperbiam ſpiritualem
(quia ſecũdum Auguſtinũ,bonis operibus inſidiã-
tur vt pereãt) contra hoc Berillus rectæ intentio-
nis reddit hominẽ inuictũ.Item berillus amorem
inter coniuges recõciliat:& certa bona opera no-
ſtra,recta intentione ſimpliciter in deũ directa,re
cõciliant animã cũ deo ſponſo ſuo. Decimũ conſi-
lium,quod eſt cõformitas operũ ad doctrinã,ſigna
Lyncuri'. tur per Lyncuriũ.Lyncurius eſt lapis qui fit ex vri
na lyncis,nã vt Plinius dicit:vrina huius animalis
in lapidem dureſcit.Lynci comparatur doctor,vel
prædicator,propter acumẽ viſus intellectus:cuius
doctrina prius debet eſſe in ſeipſo digeſta,per ope- E
rationem ſibi incorporata:& tunc quaſi ex abũdã
tia vitæ ſuæ ſtillare in pretioſum liquorẽ doctri-
næ,ad profectũ aliorũ:ſed ipſe debet prius id quod
purius eſt ſibi incorporaſſe:ſicut poſtquã id quod
purius eſt in vrina,cõuerſum eſt in ſubſtantiã ali-
ti,ex tũc liquor vrinalis egreditur:vnde ſicut ma-
lum ſignum eſt in natura,quãdo liquor vrinalis in
digeſtus & crudus emittitur:ſic malum indiciũ eſt
in moribus quãdo id quod docetur,prius opere nõ
impletur.Item Lyncurius confert conſtipatis, &
ventrem ſoluit:ſic cũ aliqui pleni malis humoribus
peccatorũ,per cõfeſsionem eos egerere nequeunt,
ſæpe tales ex prædicatione exẽplaris viri,cuius vi
ta plus prædicat quã doctrina,remediũ cõſequun-
tur.Vndecimum cõſilium,quod eſt vitatio ſolicitu
Achates. dinis,ſignatur per lapidẽ Achatem.Achates eſt ni
gri coloris,cum albis venis intermixtus.In nigro
colore deſignatur humilitas,& deſpectus mundi:
quę ſunt in iſtis qui à ſolicitudine temporaliũ ſunt
abſtracti.Nam ipſi mũdum deſpiciũt,& à mundo
deſpecti ſunt.Sed in hac vita non poteſt eſſe omni
moda abſtractio ab omni ſolicitudine:ſed propter F
neceſsitates corporis parua ſolicitudo permittitur
etiam perfectis:& hoc ſignificatur per venas albas
intermixtas.Item Achates venena fugat,ſitim ſe-
dat, viſum fouet:ſic vitatio ſolicitudinis venena
mũdani contagij fugat:nam omnia iſta mundana
venenoſa ſunt,& vix abſque contagio animæ tra-
ctari poſſunt.Item ſolicitudo temporalium ſitim
prouocat,quia multum attrahit:& auarus nõ ſa-
tiatur,ſicut qui nunquam dicit ſufficit.Sed ab iſtis
ſcilicet veneno & ſiti,vitatio ſolicitudinis per op-
poſitum præſeruat.Quæ etiam fouet viſum intel
lectualem:quia quãtò minus diſgregatur ad tem-
poralia,tantò fortificatur ad ſpiritualia.Duodeci-
mum conſilium,quod eſt fraterna correptio,ſigni
Sardius. ficatur per Sardium.Sardius eſt coloris rubei , ſed
atri:ſicut terra rubea. Sic fraterna correptio debet
eſſe rubea ex charitate,qua fieri debet:ſed quia cha
ritas iſta ſemper eſt cum dolore & compaſsione,
propter delictum fratris:ideo rubor ille eſt turbu-
lẽtus.Itẽ Sardius reſtringit fluxũ ſanguinis:ſic cor
reptio fraterna reſtringit fluxibilitatẽ peccãdi,pro
quanto per huiuſmodi correptionẽ multi reſtrin-
guntur à peccando.Item Sardius accẽdit animum
ad gaudium,

ad gaudium,& acuit ingenium:ſic correptio fraterna fratrem bonum ex poſtfacto facit gaudentem:acuit etiam ingenium,quia ſecundũ apoſtolũ omnia quæ arguuntur à lumine manifeſtantur. G

Ephe.5.

## ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte,rex meus & deus meus, qui me creaſti & redemiſti,& inſuper ad me regendũ nõ ſolũ præcepta dediſti,ſed & cõſilia addidiſti:regnum quæſo in me conſtitue,& me rege. Illa bonitas & charitas tua,quæ te coëgit ad creandum & redimendũ,ipſa cogat ad regẽdum. Quid eñ prodeſſet quod cõpoſuit & refecit bonitas & charitas tua:ſi non me regat dextera tua?Rege ergo me domine,& regna in me:vt te rectore, te duce,valeã nõ ſolum quæ præcipis,ſed & ea quę conſulis lætus adimplere.Amen.

## De difficultate & impoſsibilitate intrandi diuitem in regnum cœlorum. Et de præmio relinquentium omnia,& ſequentium Chriſtum. Caput XIII.

H Matth.19.

Videns autẽ Ieſus iuuenẽ triſtem factum ex paupertatis perſuaſione,& abijſſe: occaſione huius habentis diuitias,ingreditur ſermonem de auaro,ſub diuitis nomine:& vt diſcipulos confirmet in aſſumpta perfectione:nec eis graue ſit ꝙ relictis omnibus ſecuti ſunt Chriſtum,oſtendit quomodo diuitiæ faciunt difficultatem ad perfectionem,& regnũ conſequendum,dicens:[Amen dico vobis:quia diues difficilè intrabit in regnum cœlorum:]quod ſcilicet eſt pauperũ:nõ dicit impoſsibile,ſed difficile:quia difficile eſt diuitias poſsidere, & nõ teneri nimis earum amore:quia,vt dicit Auguſtinus,Bona terrena diliguntur arctius adepta, quàm concupita:aliud eſt enim nolle incorporare quæ deſunt,aliud iam incorporata diuellere: illa enim velut extranea iam repudiãtur:iſta velut mẽbra præſcinduntur.Et vt dicit Chryſo. Appoſitio diuitiarum maiorem apponit flammã,& vehemẽtior fit cupido.Vbi ergo difficile ponitur,non impoſsibilitas prætẽditur:ſed raritas demonſtratur.

Diuitiarũ amor.

I Difficilè eñ diuitiæ habitæ cõtemnũtur,& vix aliquis res ſeculi ſine ſeculi vitijs aſſequitur.Hę enim ſunt ſpinæ & tribuli,qui ſuffocauerũt ſemen dei. Quare tutum eſt nec habere , nec amare diuitias: quia vt ait Beda,Qui hic multiplicãdis diuitijs incumbũt,alterius vitæ gaudia quærere cõtemnunt. Vnde Hiero.Superflua eſt cura de rebus corruptibilibus, quæ cum anguſtia prodeũt,adeptæ paruo tempore ſubſiſtũt,ſubſiſtẽtes ſolicitudinem ingerunt,recedẽtes dolorem faciũt:& quod peius eſt, ingreſſum regni frequẽter impediũt.Deinde quaſi impoſsibile hoc oſtẽdit,& quomodo diuitiæ faciũt impoſsibilitatem ad cõſequẽdum perfectionẽ, & regnum cœlorum,dicẽs:[Facilius eſt camelum per foramẽ acus trãſire,quã diuitem]ſcilicet inordinatè diuitias amãtem[intrare in regnum cœlorum:] ſcilicet portam anguſtam & artam. Verbũ terribile diuitibus:quorum nulla bona ſunt in cœlo,ſicut pauperum nulla bona ſunt in mũdo. Vnde Ambroſius:Nam ideo nudi accedimus ad lauacrũ vt nudi ad cœli ianuam properemus.Quàm autẽ incõgruũ & abſurdũ eſt,vt quẽ nudum mater genuit,nudum ſuſcepit eccleſia,diues intrare velit in cœlũ.Hæc Ambro. K

Difficile eſt ſaluari diuitem.

Vbi attẽde,ꝙ quãdo quis vult habere diuitias:& nõ quidem in eis cõfidẽdo,vel ſi finem & ſpem cõſtituendo:ſed tamẽ vtendo eis afficitur,&cum amore citra deum eas poſsidet,ita ꝙ à perfecto amore dei & libera ſequela Chriſti aliqualiter impeditur:ſic difficilè regnum cœlorum ingreditur.Sed quando quis cõfidit in diuitijs,&in ipſis finem & ſpem cõſtituit,vt inde ſuperbiat & laſciuiat,retinẽs eas cupidè & inordinatè,cũ amore ſupra deum:nec ad egenos manus extendens:ſic impoſsibile eſt eum intrare in regnum cœlorum. Vnde quod dixit difficilè,reſpectu diuitis,primo modo:dicit impoſsibile , reſpectu diuitis,ſecundo modo. Quomodo ergo plurimi diuites regnũ dei intrauerũt:niſi quia deo inſpirãte pro nihilo diuitias habuerũt?Nũquid Dauid in diuitijs cõfidebat, qui de ſeipſo canẽs ait:ego verò egenus ſum & pauper. Alios quoq; hortatur dicẽs: Diuitiæ ſi affluãt, nolite cor appouere.Vnde Aug.Diuitem ergo hic appellat cupidũ rerum temporalium,& de talibus ſuperbiẽtem:his diuitibus contrarij ſunt pauperes ſpiritu,quorum eſt regnum cœlorum:Hæc Auguſtinus. Aliud eſt diuitias habere,aliud amare.Multi habent,& nõ amant:multi non habẽt,& amãt. Item alij habent,& amant:alij nec habere,nec amare ſe gaudent.qui vltimi tutiores ſunt,& cum apoſtolo dicere poſſunt:Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Vnde quidam philoſophus ait:Licet inter diuitias eſſe pauperem:nec maior eſt ille, qui ſic vtitur fictilibus ſicut argento:nec minor ille qui ſic argento ſicut fictilibus vtitur. Vel facilius hic,minus ſignificat poſitiuo ſui cõtrarij:id eſt,minus difficile eſt.Poteſt eñ deus facere vt tranſeat camelus per foramen acus,nullo obſtante:auarum verò,qui hic nomine diuitis intelligitur,ponere in gloriam,etſi poteſt de potentia,non tamen de iuſtitia,quę reclamat.Oportet enim auarum amorem opum dimittere,ſi vult aditum intrare. Vel camelus non poteſt intrare per foramen acus,niſi diuidatur per multas partes minutas quod eſt facilius, quàm diuitem in diuitijs confidentem,& per amorem eis inhærentem intrare in regnum cœlorum: quia illud eſt aliquo modo poſsibile,iſtud impoſsibile. M Vel vt dicitur,quædam porta erat in Hieruſalem,quæ dicebatur Acus,per cuius foramen nõ niſi depoſito onere & flexis genibus poterat intrare camelus:ſic & nec diues per viam artam poteſt intrare in regnũ cœlorum,niſi depoſitis diuitijs,vel per abiectionẽ eas relinquendo:vel ſaltẽ per ſubiectionẽ eas nõ amãdo. Vel per camelũ,cuius vnicũ & ſingulare officium eſt onera portare,hi intelligũt qui peccatorum pondere prægrauãtur.[Facilius eſt ergo camelum,]id eſt aliquem valde peccatorẽ,[trãſire per foramẽ acus,]id eſt,per artam & anguſtam viam,quæ ducit ad vitam,[quàm diuitem]cupidum[intrare in regnum cœlorum,]quia ille facilius à peccatis,quàm iſte à diuitiarum ſpe ſeparari poteſt. Quod autem nomine diuitiarum auarum ſignificaſſet, hinc patet : quia[ diſcipuli,] inopes & pauperes[hæc audientes,]& iam hominibus

Diuitias habere. Pſal.39. Pſal.61. L Diues quis ſit. Ad Gal.6. Camel' foramẽ acus. Acus.



nibus depatientes, affectuq; charitatis ſalutẽ illorũ zælantes,quærunt admirãdo, [dicẽtes : Quis ergo poterit ſaluus eſſe?] cùm penè omnes cupiant diuites fieri. A Intellexerunt enim, ſecũdum Auguſtinũ, omnes qui diuitias cupiunt vel amant, etiam ſi nõ habeant,vel adipiſci nequeant,in diuitum numero deputari:& ſic multi ſunt diuites , & pauci pauperes.Plures enim rebus ſunt pauperes,quàm diuites & ita plures ſaluari poſſent, ſi de poſſeſſoribus opũ dixiſſet.Hoc autẽ dicebant,quia pauci ſunt qui diuitias non diligant , vel nõ appetant. [Ieſus autem aſpiciens,] illos oculo modeſto & manſueto , clementia ſua ſeueritatẽ ſententiæ tẽperat: & timidã eorum mentem mitigat,& eos cõſolans ait: [Apud homines,] quorũ ſcilicet eſt per ſe cadere, non per ſe reſurgere, [hoc impoſsibile eſt:] vt per ſe à ſuis cupiditatibus cõuertantur & ſaluẽtur:quia nõ poſſunt ad hoc attingere ex virtute propria,ſed ſolum ex gratia diuina: [apud deũ autẽ omnia ſunt poſsibilia,] qui per gratiam põt affectum à diuitijs ſeparare:& hominẽ à cupiditate terrenorũ,ad charitatem cœleſtium conuertere. B Vnde non eſt hoc ſic intelligendum,ꝙ diues cũ ſua cupiditate, & ſuperbia in regnũ dei ſit intraturus:ſed poſsibile eſt deo, vt à cupiditate & ſuperbia ad charitatẽ & humilitatem conuertatur,& ſic intret. Compoſitam deus non facit,diuiſam facit. Vbi Chryſ. Neq; etiã hoc ideo dicitur vt reſupinus iaceas , & ſic ab impoſsibilibus abſtineas:ſed vt magnitudinem iuſtitiæ cõſiderans,inſilias deum rogans.Fugiamus ergo peſſimam auaritiam,quæ nos terræ affligit:noſq; intrare in regnũ cœlorum, & ſaluari non permittit. Vnde Chryſ.Quid igitur tota mente auidi diuitijs inhiamus, quãdoquidem nos iſtæ in cœlũ euehere non poſſunt:Rege cœlorum inclamante nobis atq; dicẽte: quia difficile ſit nos cũ diuitijs diuinę illius inhabitationis intrare veſtibulũ, ſi nõ impendimus omnia.Et quanã hoc, inquis, ratione poſsibile eſt? Si ſcilicet alium,id eſt, cœleſtis regni amorẽ,intra tuum pectus incluſeris. Qui enim cõcupiſcit illius regni gloriã, facilè irridebit auariam. Qui ſemel Chriſti ſeruus effectus eſt,non erit mammonæ famulus: cuius certè è regione fit dominus: itaq; ſoluamus aliquando hos peſsimos artiſsimosq; nodos. C Si enim inſenſibiles materias nõ vincimus, quẽadmodum incorporeas poſſumus ſuperare virtutes? Hæc igitur intelligentes fugiamus morbum hunc omnino lętalem,& venenatiſsimos auarię morſus curemus. Hæc Chryſo. Et quia dominus dixit iuueni,ꝙ omnia relinqueret , ſi perfectus eſſe vellet: Petrus pro ſe & alijs apoſtolis reſpõdens ait: [Ecce nos reliquimus omnia.] Et quia non ſufficit tantũ relinquere, iungit quod perfectum eſt, [& ſecuti ſumus te,] ſequi enim Chriſtũ , eſt fidei dilectione & deuotione ipſum imitari. Ille,inquit, diues neq; omnia dimittere,neq; ſequi te voluit : cui etiã quid reſponderis audiuimus.De nobis autem quid dicis, qui & omnia reliqmus, & omnibus omnino poſtpoſitis te ſecuti ſumus. Igitur fecimus quod iuſsiſti illi. [Quid igitur erit nobis?]& q̃d dabis præmij? Adoleſcenti ſua portio maneat, mũdus:ſcire cupio quid ſit noſtra portio,deus.Illa eñ omnia reliquerat Petrus,de quibus dictum eſt , Vanitas vanitatũ & omnia vanitas:illa autem omnia retinuerat, de quibus dictũ eſt,Deus eſt omnia in omnibus. D Licèt Petrus non omnia,imò valde pauca habuerit,tamẽ omnia reliquit: quia nihil ſibi retinuit:& voluntatem habendi , quæ capax omniũ volitorum eſt,dimiſit. Nemo enim omnia habere põt. Velle autem põt:quia voluntas etiã impoſsibiliũ eſt. Licèt ergo eſſet pauper in actu,tamen habebat multa in potẽtia:& quia per paupertatẽ voluntariam non ſolum relinquuntur poſſeſſa in actu:ſed & poſsibilitas acquirẽdi & poſsidẽdi alia:& iſta poſsibilitas aliquo modo ſe extendit ad omnia : ideo cõuenienter Petrus dixit,ꝙ omnia reliquit:quia omnẽ cupiditatẽ dimiſit. Non autem ad iactantiã,ſed veridicè & ad noſtram inſtructionem loquitur Petrus, vt det fiduciam pauperibus, ne ſolos diuites qui diuitias poſſunt relinquere,æſtiment ad perfectionis gratiã peruenire. Poſſunt nempe peruenire & pauperes, qui quæ habent ſaltem animũ & affectum habẽdi relinquunt. Maius quidẽ eſt habendi voluntatem, quàm ipſum habere derelinquere.Nã vt dicit Aug. E Multis mortuus eſt mundus , ipſi tamen viciſsim mundo mortui non ſunt: bona enim ſeculi diligũt: & tamen ipſa quæ diligunt,minimè conſequũtur. Item dicit hoc Petrus, vt diuitum ſuperbiam reprimat:ne qui plures diuitias reliquerunt,ſuã humilitatem deſerant,& pauperes cõtemnant, ac cæteris perfectiores ſe dicãt. Non enim qui plura reliquit: ſed qui maioris dilectionis affectu relinquẽdi oĩa, Chriſtum cõſequitur,perfectior eſt dicẽdus. Vnde putandum,ꝙ Petrus magis confidens de animo & affectu ſuo, quàm de quantitate ipſarum rerũ relictarum,fiducialiter & confidenter ait: ecce nos reliquimus omnia. Vnde Origenes:Etſi enim minima cum fratre reliquit,ſed nõ minima eſt æſtimata apud deum : conſideratẽ quoniam ex tanta plenitudine dilectionis illa minima reliquerunt,vt etiam ſi multas habuiſſent poſſeſsiones,omnes reliquiſſent.Itẽ dicit hoc Petrus, nõ tantum pro ſe,ſed & pro omnibus: interrogans, quid ergo erit nobis? F vt audito pręmio omnes alliciat ad perfectionẽ & Chriſti ſequelam. Vnde Bernar. Dixit Simon Petrus ad Ieſum,Ecce nos reliquimus omnia,& ſecuti ſumus te. Hæc nẽpe ſunt verba,quæ & contemptum mundi in vniuerſo mũdo,& voluntariã perſuaſere hominibus paupertatẽ. Hæc ſunt quæ monachis clauſtra replent , deſerta anacoritis. Hæc, inquit,ſunt verba quæ Aegyptum ſpoliãt, & optima quæq; eius vaſa diripiunt. Hic ſermo viuus & efficax cõuertens animas felici æmulatione ſanctitatis,& veritatis ꝓmiſsione fideli.Omnia ſanè dixerim non tãtum poſſeſsiones:ſed etiã cupiditates, & eas maximè : plus enim mundi concupiſcentia, quàm ſubſtantia nocet.Et hæc fugiendarum cauſa diuitiarum præcipua eſt , ꝙ aut vix aut nunquam ſine amore valeant poſſideri. Limoſa ſiquidem & glutinoſa nimis, non modò exterior, verumetiam interior ſubſtantia noſtra videtur:& facilè cor humanum omnibus quæ frequentat adhæret. Age ergo qui relinquere omnia diſponis , te quoque inter relinquenda numerare memento : imò verò maximè

Auaritiæ fugã ſuadet. Omnia relinquere. Eccleſiaſtes 1. 1.Cor.15. Omnia relinquẽda.

maximè & principaliter abnega teipſum, ſi deli-
G
beras ſequi eum qui exinaniuit propter te ſemetipſum. Pone grauiſsimam ſarcinã, pone illa quinque non hominum planè iuga ſed boum, quæ tibi inſipienter emiſti: alioquin ſequi ſpõſum & venire ad nuptias ſpirituales, quinaria hac preſſus & oppreſſus corporis ſenſualitate nõ poteris. Hęc Bernã. Et reſpondens dominus tangit triplex præmium quod conſequuntur relinquentes omnia, & ſequẽtes Chriſtum: & per eandẽ viam ambulantes ſecũ. Primum eſt, quia cũ domino iudicabunt. Vñ dicit: [Amen,] id eſt, fideliter [dico vobis] quibuſcunq; fidelibus, [ꝙ vos qui] dimiſsis omnibus terrenis [ſecuti eſtis me] imitatione viuendi, [in regeneratione] id eſt, in iudicio, tẽpore regenerationis generis humani.

Regenerationes duę

Duę eñ ſunt regenerationes. Prima animarum ex aqua & ſpiritu in baptiſmo. Secũda corporum in generali reſurrectione, quę quidẽ reſurrectio dicitur regeneratio vel ſecũda generatio: quia terminatur ad eſſe acceptũ ſecundariò, [cùm ſederit filius hominis,] ad iudicandũ mundũ: quia
H
ſicut in forma hominis iudicatus fuit, ita in forma humana iudicabit, [in ſede maieſtatis ſuę,] manifeſtam potentiam oſtendẽdo, qui in primo aduẽtu ſedit in ſede humilitatis latẽdo & maieſtatẽ occultando [ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſraël.] In duodecim apoſtolis vniuerſitas ſignificatur iudicantium: ſcilicet perfectorum qui propter euangeliũ omnia ſua dimiſerunt, & ſecuti ſunt dominũ: in duodecim tribubus vniuerſitas iudicandorũ, honorũ & malorũ.

Paupertas felix.

Vbi Greg. Fœlix paupertas volũtaria relinquentiũ omnia, & ſequẽtium te dñe Ieſu. Fœlix planè quæ tã ſecuros imò glorioſos facit in illo ſingulari fragore elementorum, in illo tremẽdo examine meritorum, in illo tanto diſcrimine iudiciorum. Hæc Grego.

Iudicium multiplex

Et ſciẽdũ ꝙ multiplex eſt iudiciũ. Eſt eñ iudicium principalis autoritatis, quo iudicabit tota trinitas. Eſt iudicium promulgationis, quo iudicabit Chriſtus homo ſententiã proferens. Eſt iudiciũ aſſeſſoriæ dignitatis, quo iudicabunt ſancti & per-
I
fecti in loco eminẽtiori ſedentes ſicut aſſeſſores iudicis: iudicabunt verò nõ dando vocẽ, ſed aſſenſum: non autoritate, ſed aſſeſſoria dignitate. Quia enim communem ſtatũ iuſtorũ tranſcenderũt viuendo, ſeruantes non ſolũ præcepta quæ ſunt neceſsitatis, ſed etiã cõſilia quæ ſunt ſupererogationis: ideo ſpecialem honorem habebunt in iudicio. Vnde Beda:

Retributio iuſta.

Iuſta prorſus & digna retributio: vt qui ꝓ Chriſti amore omnẽ mundi gloriã contẽpſerũt, ei aſſociẽtur in iudicio: vt velut aſſeſſores iudici mũdanę cõuerſationis aſsiſtant. Et qui ab eius amore nulla in hoc mundo poterant ratione diuelli, illuc cũ Chriſto perueniant vſq; ad faſtigiũ iudiciariæ poteſtatis. Hęc Beda. Eſt etiam iudicium comparationis,

Matth. 12.

quo minus mali iudicabunt magis malos: vt, Niniuitę ſurgent in iudicio, &c. Eſt autem & iudicium approbationis, quo omnes electi quorũ exẽplo cæteri dãnabuntur iudicabunt: quia ſententiã iudicis approbabunt & laudabũt. Eſt quoq; iudiciũ retributionis, quo iudicabuntur omnes & boni & mali. Eſt & iudicium diſpoſitionis, quo iudicati ſunt infideles: qui enim non credit, iam iudicatus eſt. Qui ergo nunc vidẽtur ſcabella peccatorũ ſuperborum
K
& ſedes, tunc erunt iudices & ſedentes. Quod bene intuens propheta ait: quia illic ſederũt ſedes in iudicio. Tunc erũt primi nouiſsimi, & nouiſsimi primi.

Pſalm. Matth.

Quia illi qui ſunt hîc primi in honore alios iudicantes iniuſtè: tunc erũt nouiſsimi & inferiores, ac iudicio aliorũ ſubiecti: & ecõtrariò qui ſunt hîc nouiſsimi & deſpecti, tũc erũt primi & iudicis aſſeſſores. Et hæc eſt mutatio dexteræ excelſi. Vnde

Pſal.

Bernardus: Iudicẽt nunc & præiudicent ſuperbiæ filij cũ rege ſuo: ſedeant cũ eo qui ſibi latera aquilonis elegit: exaltentur & eleuentur ſicut cædrus Libani, trãſiuimus & ecce non erũt. Opprimãt nũc quos poſſunt, blaſphement, congregent maledicta: venient ſuper vos maledicta opprobria opprobrãtium Chriſto: quoniã merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Hæc Bernar.

Secũdum præmium.

Secũdum premiũ eſt: quia centuplum recipiẽt in hoc tẽpore. Vñ dicit: [Et omnis qui reliquerit domũ,] ſcilicet propriã [vel fratres & ſorores, aut patrem, aut matrẽ, aut vxorem, aut
L
filios,] id eſt, propinquos [aut agros,] id eſt, poſſeſſionem terrenam.

Abdicatio à tri[bus]

Vbi tãgit abdicationis actũ quãtum ad tria, ſcilicet quantũ ad propriam dominationem, quę intelligitur per domum: quantũ ad carnalem cognationẽ, quæ intelligitur per cõſanguineos ſiue propinquos: quantũ ad temporalẽ poſſeſſionem, quæ intelligitur per agros. Et patet ordo: quia difficilius eſt relinquere propriã dominationem quàm cognationem, & cognationẽ quàm poſſeſſionem exteriorẽ [propter me,] & amorẽ meũ, ſeu propter nomen meũ dilatandũ: & propter euãgelium, id eſt, doctrinã meã prædicandã vel obſeruandam: nõ propter vanitatẽ mundi ſicut hypocritæ & philoſophi: nec ꝓpter lucrũ, vt ambitioſi ſperantes promoueri, [centuplũ accipiet,] in hoc tpe.

Centuplum.

Hoc centuplũ ſpiritualium rerũ eſt: videlicet virtutum & cõſolationũ internarũ, quas per experiẽtiam cognoſcimus magis quàm per doctrinã. Cùm enim aĩa guſtat odorẽ paupertatis, caſtitatis virorem, patientiæ cæterarũq; virtutũ ſaporẽ, & in eis delectatur: nónne centuplũ tibi recepiſſe videtur?
M
Et ſi vlterius aſcẽdat vt viſitationẽ ſponſi recipiat, eiuſq; præſentia glorietur: nónne tunc recipit plus quàm millecuplũ omniũ quę pro eo dimiſerat? Vñ Bern. Nemo ſanè mẽtis ampliorẽ eſſe in vitijs credat, quàm in virtutibus delectationẽ. Et iterũ: An non oĩa poſsidet, cui oĩa cooperantur in bonũ? An nõ centuplũ habet omniũ qui impletur ſpiritu ſancto, qui Chriſtũ habet in pectore: niſi ꝙ longe plus quàm cẽtuplũ eſt viſitatio paracleti ſpiritus & præſentia Chriſti. Et iterũ: Centuplũ eſt adoptio filiorum, primitię ſpiritus, delitiæ charitatis, gloria cõſcientiæ, quæ eſt regnũ dei quod intra nos eſt. Hęc Bernar. Vides quomodo verũ eſt, qđ loquitur veritas. Nõ fallit quin centuplũ reddat in hoc ſeculo, & non tantũ ſemel ſed pluries & ſepæ, aĩæ ſibi deuotæ: adeo vt ſic afficiat eã, ꝙ non ſolũ id qđ reliquit, ſed & totum mundũ arbitretur: vt ſtercora: vt ſpõſum lucrificari poſsit. Vñ Chryſ. Et nos itaq; ſi guſtauerimus ſicut oportet fructus ſpirituales, de reliquo neq; æſtimabimus aliquid præſentia eſſe, velut quadam



quadã optima ebrietate futurorũ cõcupiſcẽtia ra-
A
pti. Guſtemus itaq; vt à tumultu preſentiũ liberati, æternis fruamur bonis. Vnde & Hiero. Qui ergo propter fidẽ Chriſti, & prædicationẽ euãgelij oẽs affectus carnis contẽpſerint, atq; diuitias, & ſeculi vanitates: iſti cẽtuplũ recipiẽt. Senſus iſte eſt: quia qui carnalia ꝓ ſaluatore dimiſerit, ſpiritualia recipiet: quæ cõparatione & merito ſui ita erũt, quaſi paruo numero cẽtenarius numerus cõparetur. Vnde & Aug. Hoc etiã quod hîc dicitur, cẽtuplũ accipiet, exponẽs quodãmodo apoſtolus ait: quaſi nihil

2. Cor. 6.

Centum.

habẽtes & omnia poſsidẽtes. Centũ eñ ꝓ ipſa vniuerſitate ponitur. Vnde Cyril. Si domũ quis dimittat, recipiet mãſiões ſupernas. Si patrẽ, patrẽ habebit cœleſtẽ. Si à germanis receſſerit, in fratrẽ hunc recipiet Chriſtus. Cùm dimiſerit cõiugẽ, inueniet diuinã ſapiẽtiã, à qua ꝓcreabit ſpũales fructus. Pro matre, inueniet Hieruſalẽ cœleſtẽ, quę eſt mater noſtra. Hęc Cyril. Loco etiã paucorũ amicorũ, recipiet multò plures amicos ſpirituales: & pro pau-
B
cis bonis tẽporalib[9], recipiet multa: ſcđm illud

Acto. 4.

Actuũ, erãt illis oĩa cõmunia. Vnde in collatiõe abbatis Abrahæ. Manifeſtũ eſt eñ eũ qui aliqd ſecularium, vel affectuũ, vel bonorũ Chriſto ſuadẽte contempſerit, à fratrib[9] atq; cõſortib[9] ꝓpoſiti ſui qui ei ſpũali glutino colligãtur, cẽtuplo gratiorẽ etiam in hac vita recipere charitatẽ. Centuplũ etiã fratrũ parẽtumúe recipiet quãtitatẽ, quiſq̃s patris vnius vel matris, ſeu filiorũ ꝓ Chriſti nomine charitate contẽpta, in omniũ, qui Chriſto deſeruiũt, dilectionẽ ſincerißimã trãſijt: pro vno ſcilicet tot incipiẽs habere pr̃es fratreſq;, feruẽtiore atq; pręſtãtiore ſibi affectiõe coniunctos. Multiplicata etiã domorũ atq; agrorũ poſſeſsiõe ditabit, quiſq; vna domo pro Chriſti dilectiõe reiecta, innumera monaſteriorũ habitacula, tanq̃ propria poſsidebit in quacũq; orbis parte velut in ſuæ domos iure ſuccedens. Hæc Abrahã.

Tertium premium

Tertiũ pręmiũ ſubiũgit, cùm dicit: [& vitã ęternã poſsidebit,] ſcilicet in futuro. Vnde Aug. Quia multũ amãt homines viuere in hac terra, ꝓmiſſa eſt illis vita: & qa multũ timẽt mori, ꝓmiſſa
C
eſt illis ęterna. Hoc ſufficere viſum eſt humanę infirmitati, vt diceret habebis vitã ęternã. Amemus vitã æternã: & ex eo nouerimus quãtum pro vita æterna laborare debemus cùm videamus homines amatores pręſentis vitę tẽporalis atq; finiẽdę, ſic ꝓ illa laborare, vt qñ venerit mortis metus, quicquid poſſunt faciũt, nõ vt auferẽt, ſed vt differãt mortẽ. Hęc Aug. Fœlix paupertas quæ recipit cẽtuplũ in præſenti, & vitã ęternã in futuro: qđ magna debet eſſe Chriſti pauperib[9] cõſolatio. Vnde Ber. Centuplũ, inqt, accipiet, & vitã ęternã poſsidebit. Illud in via: hoc in patria. Illud cõſolatio pręſentis laboris, hoc futurę fœlicitatis cõſummatio eſt. Sic nimirũ operarijs huius ſeculi ſolet cib[9] in opere, merces in fine dari. Sic militãtib[9] & ſtipẽdia miniſtrãtur ꝓ neceſsitate tpis, & nouiſsimũ donatiuũ maius erogat ꝓ quãtitate laboris. Sic & filijs Iſraël donec terrã ꝓmiſsionis intrarẽt, in dẽſerto mãna nõ

Retributio cõſideranda.

defuit: & ab eccleſia poſt quęſitũ regni cœleſtis aduentũ quotidianus panis quotidie petit in oratiõe, quã ipſe ſaluator inſtituit. Hęc Ber. Cõſidera ergo bene hãc retributionẽ, & gaude, & gratias age deo qui te ad talẽ adduxit negotiationẽ, vt hic de vno
D
lucreris centuplũ, & nihilominus poſtea vitã ęternam. Et in hãc paradiſum ſæpe ingredere: quod cõſequi poteris ex ſtudio orõnis, & humilitate. Quid igitur eſt inſanię, ꝙ homines ſimpla pro centuplis & vita æterna cũctantur relinquere? Cùm itaque ſancti terrena omnia vt aurũ & argentum abiecerint, cur eorũ reliquias populo cauſa quęſtus oſtendendo cogimus eos illa mendicare quę hîc ſpreuerũt: vñ vbi nos habemus ſanctũ, in Gręco habemus Agios, quod ſonat ſine terra: qa ſancti nõ terrenis dediti ſunt: nec in terra, ſed in cœlis conuerſationẽ habẽt. Et ideo ad pedes apoſtolorũ aurũ & argentum ponebãt ex pręcepto eorũ: vt ſic docerẽt eſſe contẽnenda.

Acto. 4.

Imitemur ergo diſcipulos dñi, relinquẽdo diuitias ac gloriã, & omnia quę ſunt mũdi: quia ſic ipſe p̃cipuè effecti ſunt magni. Vñ Chry. Quid eſt ꝙ magnos apoſtolos oſtendit? Pecuniarũ contẽptus, glorię deſpectio, ab omnib[9] vitęq; huius negotijs ereptio. Quia ſi nõ hęc habuiſſent: ſed ſer-
E
ui paſsionũ eſſent, & ſi decẽ mille mortuos ſuſcitaſſent, nõ ſolũ nulli profeciſſent, ſed & ſeductores vtiq; æſtimati eſſent. Ita vita eſt quę vbiq; fulget, & ſpiritus attrahit gratiã: ſigna verò ſi nõ vigilauerimus, obſunt multoties. Hæc igitur quib[9] facti ſunt apoſtoli magni, zelemur: & ab vniuerſis deſiſtẽtes vitæ huius negotijs, apponamus noſmetipſos Chriſto: vt apoſtolorũ conſortes efficiamur. Hęc Chry.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte: da mihi miſero & indigno ꝗ propter te & amorẽ tuum, ac propter nomen tuũ glorificandũ, diuitias, ac delitias, ac pompas, & omnia quæ mũdi ſunt, necnõ & meipſum inter omnia valeam relinquere: omnibuſq; excluſis tibi ſoli adhærere: & pro modulo meo te ſequi qualicũq; imitatione viuẽdi: vt te rectore, te duce, laqueos & inſidias omniũ inimicorũ meorum viſibilium, & inuiſibilium merear euadere: ac pręmia quæ relinquẽtibus omnia, & te ſequẽtibus promiſiſti miſericorditer obtinere. Amen.

De denario diurno. Caput XIIII.

F

Matth. 20. & 14.

ET quia nõ ſufficit prædicta relinquere, ſi homo corpore deficiat, & nõ perſeueret: ideo ne quis torpeat cùm bene cœperit, infert dñs & dicit: [Multi autẽ erunt primi nouiſsimi, & nouiſsimi primi.]

Primi nouiſsimi.

Multi eñ aſcendũt & deſcẽdunt de ſtatu in ſtatũ meliorẽ, & peiorẽ. Multi prius feruidi, poſtea torpent: multi prius frigidi, ſubitò inardeſcunt: ſunt eñ multi qui opera perfectiõis bene & frequẽter præ multis inchoãt: ſed torpẽtes in progreſſu, à diuino amore tepeſcũt, & in bonis operibus ſegnes fiũt, & ab eis deficiũt: vel in vitia funditus labũtur & cadũt: & ecõuersò aliqui tardè vel tepidè inchoãtes, ita feruidè & bene operãtur, ꝙ meritis præcedũt illos qui eos præcedere videbantur. Et ſic qui primi fuerũt inchoãdo, fiunt nouiſsimi, vel nulli in perſeuerando: vel qui fuerũt in primo & excellẽti ſtatu, erũt in nouiſsimo. Vide Iudam de apoſtolo in apoſtatã verſum, & latronẽ in cruce cõfeſſorẽ factũ. Vide ſimile de Iudæis & genti-

F bus: quia

bus:quia Iudęi primi fuerũt vocatiõe,& nouiſsimi
G facti ſunt cõuerſione:& gẽtiles ecõuersò. Sic & no
Nouiſsimi primi. uiſsimi per humilitatẽ,fiũt primi per gloriã:& pri
mi per ſuperbiã,fiũt nouiſsimi per abiectionẽ fina
lem:multi eñ in ſeculo deſpecti,in futuro ſunt glo
rificandi:& multi apud homines glorioſi, in fine
ſunt dãnandi. Deinde hãc ſententiã cõfirmat per ſi
militudinẽ,proponẽs parabolã,in qua docet nos fu
gere otiũ,& inuitat ad laborẽ. Quę parabola ſpe-
cialiter pertinebat ad diſcipulos:qa cõtinuè labora
re in agro dñico,pręcipuè pertinet ad prælatos. Vt
Sex attendenda. autẽ facilius appareat quid in parabola lateat,attẽ
denda ſunt ſex. Primò, qa homo paterfamiliâs eſt
deus pater:qui homo dicit̃,nõ proprietate ſubſtan-
tiæ,ſed pietatis affectu:dicit̃ eñ homo, qa eſt hu-
manus,id eſt,benignus,mãſuetus,& miſericors cir
ca homines:& dicit̃ paterfamiliâs,per creationẽ&
prouidentiã,qui ita gubernat omnia,ſicut paterfa-
miliâs ſubditos in domo ſua:de cuius familia eſt o-
mnis creatura. Secũdò,qa operarij ſunt prędicato-
res,& etiã omnes rectè viuẽtes:ſed multi hodie tan
H tum verbarij nõ operarij ſunt:quia dicũt,& nõ fa-
ciunt. Tertiò,qa denarius eſt vita ęterna operarijs
domini ꝓmiſſa. Quartò,qa vinea allegoricè eſt ſe
cundũ Grego. eccleſia. Moraliter,anima, ſcdm Ba
ſiliũ:iuſtitia generalis,ſcdm Chry. Quintò,qa ho-
ræ ſunt ætates mũdi,vel ætates hominis. Sextò,qa
procurator vineæ eſt Chriſtus, ſcdm quod homo:
inquantũ aũt deus,eſt paterfamiliâs cũ patre: quia
vnũ cũ patre. Dicit ergo: [Simile eſt regnũ cœlo-
rum,] id eſt,præſens eccleſia vel iuſtorũ vita, [ho-
mini patrifamiliâs,]id eſt,deo vniuerſę creaturæ:
& fit hîc cõparatio nõ tam perſonæ ad perſonam,
quàm negotij ad negotiũ:& eſt ſenſus,negotiũ qđ
fit in eccleſia pręſenti, ſimilari põt negotio qđ ab
homine paterfamiliâs quãdoq; fit[qui exijt]per ſui
manifeſtationẽ,& ſuæ bonitatis diffuſionẽ. vt eñ
dicit Greg. quãdo nõ cognoſcit̃,in ſecreto eſt:quã-
do verò cognoſcit̃,de occulto ꝓcedit ad notitiã:eo
ergo frequẽtius exijt, quò amplius ſui notitiã de-
dit:[primo mane,]id eſt,in prima mũdi ætate,ſci-
licet ab Adã vſq; ad Noë, [cõducere operarios,] id
I eſt iuſtos dei ſeruiẽtes,nomẽ ſuũ alijs manifeſtãtes
[in vineã ſuã,]id eſt,in eccleſiã militantẽ,cuius pal
mites ſunt iuſti à primo Abel vſq; ad vltimũ ele-
ctum. Vel ſcdm Chry. [Cõducere operarios in vi-
Vinea. neã ſuã,]id eſt acquirere rectè viuẽtes in operibus
iuſtitiæ: & ſic iuſtitia eſt vinea, & palmites virtu-
tes. vel ſcdm Baſiliũ, Per vineã anima ſiue cõſcien-
tia ſignificatur,in qua laborãdũ eſt,vt amputemus
palmites luxuriãtes carnalis cõcupiſcẽtiæ:proijcia
mus lapides ſuperbiæ,& extirpemus ſpinas auari-
tiæ. Per vineã etiã intelligere poſſumus pœniten-
tiam,in qua per diuerſas horas operarij cõducun-
tur:dum alij in pueritia,alij in iuuẽtute,alij in ſene
ctute cõuertũtur. Ergo paterfamiliâs, per dñatio-
nem:exijt,per manifeſtationẽ:cõducere, per multi
plicẽ inuitationẽ:operarios,nõ tantu locutores: qa
melior eſt prędicatio facti,quàm verbi:in vineam
ſuã per bonorũ meritorũ multiplicationẽ. Sic Adã
primò poſitus eſt in paradiſo:ſed qa non coluit,eſt
eiectus:ſic populus Iudaicus in ſpeciali cultu diui-
no poſitus,eſt eiectus. Sic & nos poſiti ſumus: & ſi
neglexerimus,ſimiliter proijciemur. Ruina pręce K
dentiũ,admonitio debet eſſe ſequentiũ. [Cõuẽtiõe
aũt facta cũ operarijs ex denario diurno,] Iſta con Denarius diurnus.
uẽtio eſt vitę ęternę ꝓ labore ꝓmiſsio:quę qdẽ vi-
ta ęterna dicit̃ denarius, Primò rõne nominis: de-
narius eñ à decẽ dicit̃, ex eo ꝙ olim decẽ nũmos Denarius vnde dicatur.
vſuales valebat:in quo ſignificat̃ pretiũ ꝓ vſu & ob
ſeruãtia decalogi ꝓmiſſum:& ideo illa vita dena-
rius dicit̃:qa ꝓ decalogi obſeruatiõe dat̃. Secundò,
rõne figurę:qa in denario eſt figura ſpherica & ro
tũda,vbi nõ eſt inuenire principiũ & finẽ:in quo ſi
gnificat̃ vitę ęternitas, & plena ęternitatis poſſeſ-
ſio. Tertiò ratione imaginis:in denario eñ imago
regis eſt ſcripta: in quo aĩæ ad deũ notat̃ cõformi-
tas plena:imago eñ dei in beatos imprimit̃ per aſ
ſimilationẽ ad deũ, & trãsformationem in ipſum.
Quartò rõne ſcripturę: in quo notat̃ plena ſciẽtia
& cognitio veritatis,quę ibi erit in beatis. Et vocat̃
iſte denarius diurnus,tũ qa tota vita hominis, tota
etiã vita pręſens reputatur quaſi vna dies,in qua nũ
quã à bono opere eſt deſiſtẽdum:tũ qa nõ niſi ope- L
rãti in die gratię,& nõ in nocte culpę redditur:tũ
qa in die glorię primò dabitur. [Et miſit eos in vi-
neã ſuã:]quaſi ab initio miſit advocandũ homines
ad fidẽ redẽptoris,& inuitauit ad viuendũ iuſtè, &
bene operãdũ. [Et egreſſus] per maiorẽ manifeſta
tionẽ[circa horã tertiã. ſ. à tpe Noë vſq; ad Abra-
ham,[vidit] per miſerationẽ [alios ſtantes in foro
otioſos,& illis]etiã ad vineã inuitatis mercedẽ pro
miſit. ſcdm Chry. Per forum mũdus accipitur, in Forum mundi.
quo calũnię,iniurię,cõtentiões, diuerſorũ negotio
rum difficultates ſemper tumultuoſę,& omnia ve
nalia ſunt. In iſto foro animę hominũ venales ex-
ponũtur. Mercatores duo ſunt,deus & diabolus:qui Mercatores duo.
dam ſic cęci ſunt vt vẽdant propriã animã diabo-
lo pro vili pretio:qa pro modica pręſentis vitę de-
lectatiõe,vt guloſi & luxurioſi: quidã pro honori-
bus & gloria mũdi,vt ſuperbi & vanè glorioſi:qui-
dam pro diuitijs & bonis tẽporalib⁹:vt raptores& M
auari. Talẽ mercatorẽ fugiamus, & vẽdamus ani-
mas noſtras Chriſto: qui nos emit ſanguine ſuo
pretioſo. Otioſitas eſt debiti operis defectus. Vnde
ſecũdum Chry. Peccatores mortui ſunt, nõ otioſi:
qui diabolo ſeruit,mortuus eſt:qui opus dei nõ ope
ratur,otioſus eſt:qui aliena tollit,mortuus eſt: qui
ſua nõ dat,otioſus eſt. Coluiſti vitã miſericordię ſi
das ieiunio:ſi ieiunas,& ſi nemini das,otioſus es:&
ſic de alijs. [Iterũ autẽ exijt,]per ampliorẽ manife
ſtationẽ[circa ſextã,]ſcilicet ad Abraham vſq; ad
Moyſen, [& circa nonã,] ſcilicet à Moyſe vſq; ad
Chriſtũ,[& fecit ſimiliter:] inuitãdo, & mercedẽ
promittẽdo. [Circa vndecimã verò,]id eſt,in vlti-
mis tẽporibus,ſcilicet à tẽpore Chriſti vſq; ad finẽ
mũdi,[exijt ꝑ clariorẽ manifeſtationẽ,cùm Chri-
ſtus apparuit:]& inuenit alios ſtãtes,nõ proficiẽtes
nõ ſe humiliantes, ſcilicet gentiles, [& dixit illis:
Quid hîc] in loco tam periculoſo, tam trãſitorio,
tam fœtido[ſtatis,] cùm potius ire deberetis: quia
vita breuis,via lõga,virtus debilis[tota die,]cùm
habeatis temporis opportunitatem, mercedis ſe-
curitatem & immenſitatem, [otioſi,] vobis nihil
proficientes,



proficientes,proximis nõ ſubueniẽtes,hoſtibus non
A reſiſtentes,& impoſterũ nõ prouidẽtes,cùm multa
mala docuit otioſitas. Quaſi dicat dñs otioſis. Cur
tanto tpe pro ſalute veſtra negligitis laborare?[Di
cunt ei:quia nemo nos cõduxit:]id eſt,nullus pro-
pheta,nullus doctor ad nos inſtruendũ venit:[dicit
illis. Ite & vos]. ſ. gentiles[in vineã meã:]mẽte cre-
Operandũ vt manduces. dendo,ore cõfitendo, ope laborãdo: quia ( ſecundũ
Chry.) qui nõ operatur in hoc ſeculo,nõ mãducat
in futuro:imò dies iſte,eſt dies operationũ:dies q ſe
quitur,eſt dies feriarũ. Et interponitur hic coniun
ctio copulatiua. ſ. & qa gẽtiles Iudæis adiũcti ſunt,
vt vna eccleſia ex ambob⁹ fieret. Iſta parabola prin
cipaliter & cõiter exponitur, ſcdm diuerſas mũdi
Moraliter ætates,vt iam viſum eſt ſuprà. Moraliter aũt poteſt
exponi de vocatis ad gratiã, ſcdm diuerſas ætates
hominũ,& ſic in mane ſeu in prima hora,intelligi
tur pueritia:in tertia,adoleſcentia:in ſexta, iuuen-
tus,ſeu virilis ætas:in nona,ſenectus: in vndecima,
ſeniũ,ſeu decrepita ætas. In quibus qui in bonis o-
peribus laborare negligit:tota die, id eſt, tota vita
B otioſus ſtat. Ergo quolibet tpe,qualibet ætate, vo-
cat deus homines ad gratiã & gloriã:qa ſemper ali
qui ad vitam bonã perducũtur,& à deo præmian-
tur:ſi enim vera,nunquã ſera erit pœnitẽtia. Nota
hîc verbũ cuiuſdã hominis ſibijpſi opponẽtis, & di
Obiectio ſibi facta. cẽtis:Iam es in hora nona,quid igitur otiaris? Nũc
es in vndecima,quid igitur ſtas? Quã aliã expectas?
Sed ne in vndecima homo denegabitur ſeruitute
Aetates ſex hoĩs. tua,ſcdm Iſido. ſex ſunt ætates hominis. Prima æ-
tas,eſt infantia,& protenditur in ſeptẽ annos. Secũ
da,eſt pueritia,tendens vſq; ad quartumdecimum
annũ. Tertia,eſt adoleſcentia, quæ protẽditur vſq;
ad viceſimũ octauũ annũ. Quarta, eſt iuuentus fi-
niens in quinquageſimo anno. Quinta ſenioris,id
eſt,grauitas,quæ eſt declinatio iuuentutis in ſene-
ctute:nondũ ſenectus,ſed iam non iuuẽtus:quæ æ-
tas à quinquageſimo anno incipiens in ſeptuageſi-
mo terminatur. Sexta,eſt ſenectus,quæ nullo anno
rum tpe determinato finitur, ſed poſt illas quinq;
ætates, quantũcunq; vitæ eſt, ſenectuti deputatur.
C Seniũ aũt eſt pars vltima ſenectutis, dicta ꝙ ſit ter
minus ſextæ ætatis. Septima verò eſt in quiete ani
marũ,vſq; ad diem iudicij. Et tũc in reſurrectione
erit octaua ætas. [Cùm ſerò factũ eſſet,id eſt, cùm
finito opere finis mũdi,vel vitæ huius aduenit. Vbi
ſcdm Chry. Cõſidera ꝙ nõ mane,imò ſerò reddit
mercedẽ:quia ſolum remunerat perſeuerantẽ ope
rariũ & fidelẽ,[dicit dñs vineæ,] id eſt, deus pater
qui dñs eſt,[procuratori ſuo]. ſ. Chriſto:pater enim
omnia dedit in manus eius. [ Voca operarios ,] &
non otioſos ante tribunal,[& redde illis mercedẽ,]
ſcilicet æternã:voca inquã eos de labore ad requiẽ,
de mœrore ad iucũditatẽ,de bello ad pacẽ:[incipiẽs
à nouiſsimis vſq; ad primos.] Denarius datur pri-
mò nouiſsimis:quia ſcdm Augu. licèt detur omni-
bus ſimul,illi tamẽ qui poſt vnã horã,vel paucas ip
ſum recipiũt,dicũtur prius recipere quàm illi qui
poſt multas horas expectauerunt, & poſtea recepe
Iuſtitię exhibitio. runt. Et ſcdm Chry. Iuſtitia fuit omnibus reddere
ſed nouiſsimis primò,hoc non fuit iuſtitię contra-
rium:ſed miſericordiæ oſtenſiuum:dum tamẽ alijs
reddatur. Vnde ſecundũ eundẽ,vt oſtendat deus in- D
æſtimabilẽ miſericordiã ſuã. Primùm nouiſsimis Ordo mutatus.
reddit mercedẽ,poſtea primis:nimia enim miſeri-
cordia ordinẽ non aſpexit. Domini ergo miſericor
dia,quæ in ſuis donis plus aſpicit cor,& præfert o-
peri,& tẽpori,ſupplet in nobis dãna ipſius operis&
tẽporis. Vnde Ber. Exaggera quantũ vis merita,& Miſericordia dñi.
extolle ſudores: melior eſt miſericordia dñi ſuꝑ vi Pſal. 62.
tas:ex ea ſanè operis & tpis dãna mihi reſarcio. Et
ſic ex præcepto patrisfamiliâs acceperũt nouiſsi-
mi,& ſimiliter primi ſingulos denarios:id eſt,ſingu
la præmia iuxta conuentionẽ. ſ. ęternitatẽ,ſeu vitã
æternã. ſecundũ Aug. Iſte vnus denarius,qui omni
bus datur,eſt vna vita æterna,quæ ab omnibus per
cipietur,quæ æqualis erit omnibus nulli longior,
nulli breuior : quia in eo nõ viuit vnus alio minus,
ſeu prolixius,meritorũ tamẽ diuerſitate fulgebũt,
alij magis,alij minus. Hic ergo denarius vnus,eſt in Denarij multiplicitas.
ſe multiplex,propter indifferẽtiã accipientiũ:quia
ibi erũt multæ diuerſitates meritorũ. [Et accipien
tes primi murmurabãt aduerſus patrẽfamiliâs di-
centes:[Hi nouiſsimi]. ſ. gentiles,vel martyres,vel E
in bonis feruẽtes, [vna hora fecerũt:] quia modico
tpe labores ſuſtinuerũt: deuotio eñ volũtatis, tpis
ſpatiũ breuiauit,cùm merito paſsionis Chriſti,[&
pares alios nobis feciſti,]ſcilicet in præmio[q por
tauimus pondus diei & æſtus.]Pondus diei,ſignifi Põdus diei quid ſignificet.
cat opus iuſtitiæ:ęſtus verò calorẽ tentationũ quas
conflat malignitas dęmonũ,cupiditas temporaliũ,
delectationes motuũ carnaliũ. Portauimus ergo põ
dus:quia iuſtitiã ſeruauim⁹,& nõ ſuccubuimus. Po-
teſt dici ꝙ iſta murmuratio erit admiratio de tan-
ta dei bonitate in ſanctorũ remuneratione. Vbi no Murmur duplex.
tandum ꝙ duplex eſt murmur. ſ. conqueſtionis, &
admirationis. Nunc verò ſancti nõ murmurãt tan
quã de aliorũ gloria cõquerentes: ſed quia vidẽt ꝙ
deus tam copioſè remunerat tardè veniẽtes, quàm
ſibi longo tpe ſeruientes:quaſi murmurare dicun-
tur,dei ſuper hoc liberalitatẽ & miſericordiã admi
rantes:quia illi nouiſsimi, quaſi pro nihilo & ſine
labore vitã æternã vidẽtur acquirere. Vñ & Petrus
murmurare potuit,ꝙ latro citius ipſo ad regnũ per F
uenit. Vbi ſciendũ ꝙ iſta retributio iuſta eſt,quan- Retributio iuſta, & miſericordia abũdans.
tum ad præcedẽtes,quia datur eis pretiũ cõuentũ:
& miſericordia quantũ ad ſequẽtes:quia pro modi
co labore ęqualẽ prioribus accipiũt mercedẽ. Non
igitur iniuſtè agitur cum primis : ſed miſericordi-
ter diſpẽſatur cum vltimis. Munerat primos per iu
ſtitiã,extremos ſcdm ſui bonitatẽ. Et æquale acci
piũt præmiũ,vt oſtẽdatur ſecundũ apoſtolũ,ꝙ non
ex operibus ſaluati ſumus. Itaq; non quotitatẽ nec Galat. 2.
quantitatẽ operũ vel laborũ,ſed potius cor & chari
tatem attẽdit dñs in remunerãdo:quia non cõſide-
rat quantũ,vel quãdiu operat⁹ fueris:ſed ex quãto.
Hinc etiã colligitur ꝙ ſera pœnitẽtia,ſi fuerit vera Ne tardes conuerti, &c.
nec tollit gratiam,nec diminuit. Et licèt poſtremi
æqualiter remunerentur cum primis, non tamen
ſtultè differas cõuerti: vel bene operari vſq; ad vn-
decimã horam & vltimũ tpis:ne tũc nimis onera-
tus peccatis,habẽs cor impœnitens, exonerari non
poſsis,vel ſi pœnitens ad multã pro peccatis ſatiſ-
factionem tenearis. Si tamen vſq; ad vndecimam


diſtuliſti

diſtuliſti bene viuere: nec tunc deſidiæ, ſed magis
G quàm prius exercitationi animę intẽde. Vnde Tul
lius: Senibus labores corporis minuẽdi, exercitatio
nes animæ augẽdæ videntur: & ita nihil magis cauẽ
dum eſt ſenectuti, quã ne lãguori deſidiæq; ſuccũ-
Murmur claustraliũ
bat. Moraliter iſti murmurãtes figurã tenent quo-
rundã clauſtraliũ, qui eo ꝙ diutius fuerũt in clau-
ſtro murmurãt, ſi eis præponãtur iuniores, vel pa-
rificẽtur. Vnde docẽtur hic ſeniores clauſtrales nõ
debere murmurare, ſi videãt aliquos iuniores eis ę-
quari: vel etiã in officijs prẹferri, & plus honorari.
Item datur hîc documentũ ꝙ religioſi nõ debẽt fa
cere cõparationes ſui ad alios, quaſi ipſi plus ſeruiãt
deo quàm ſeculares: quia ſæpe videmus ꝙ quidã ſe
culariũ æquãtur meritis quorundã religioſorum,
vel etiã eos excedũt per meritũ: (At ille reſpõdens
vni eorũ dixit:] quod aũt vni dixit, omnibus dixit.
Vel vni quia vna & æqualis erat omnibꝰ occaſio mur
murãdi. [Amice, non facio tibi iniuriã:] quia iniu-
H ria non habet locũ vbi eſt mera gratia: & ideo ſi fa
Voluntas dei licitũ facit.
cit & dat gratiã vni, nõ facit iniuriã alteri [Nónne
ex denario,] & pro mercede [cõueniſti mecũ] à prĩ
cipio? [Tolle quod tuũ eſt,] quaſi diceret: paratus
ſum tibi reddere mercedẽ tuã, [& vade intra in gau
dium dñi tui. An nõ licet mihi quod volo facere?]
quaſi diceret ſic: quia volũtas dei nullo modo diſtor
ta eſſe poteſt, vnde ſignanter dicit, quod volo: quia
enim vult, ideo ſolitũ: nos quia licitũ, ideo volumus.
Et vt non ſolũ licita, ſed etiã benignitate plena oſtẽ
datur volũtas diuina, addit: [An oculus tuus,] id eſt
conſideratio tua [nequã eſt] & inæqualis, [quia ego
bonus ſum,] ſcilicet ex natura bonitatis meæ abun
danter cõmunicans: vnde dicit nequã, non propter
culpã, ſed propter cõſideratiõis inæqualitatẽ: quia
illa admiratio procedit ex cõparatione diuinæ iu-
ſtitiæ, magis quã eius miſericordiæ infinitæ. Vbi
Greg. Stulta eſt quæſtio hominis, cõtra dei bonita
tem. Cõquerendũ quidẽ eſſet, ſi non daret quod de-
beret: non ſi dat quod non debet. Vñ & Chryſo. De
eius dato nemo iuſtè murmurat, qui amplius dat
I quàm homo deſiderat. Vltimo concludens parabo
lam dicit: [Sic] ſcilicet vt oſtẽſum eſt, [erũt nouiſ-
ſimi primi, & primi nouiſſimi:] vt nulla ſit differẽ
tia tpis clauſa. Sæpe enim illi qui ad pœnitentiam
tarde veniũt, citius remunerãtur quàm illi qui tẽ-
peſtiuè veniũt: quia citius de corpore exeũt: vel ſæ
pe illi qui tarde ad pœnitentiã veniũt, tẽpore præ-
cedunt alios in feruore: ſicut in itinere cõſueuit, vt
qui tardius exierũt, velociter morã cõpenſent. Vel
illi qui ſunt nouiſſimi in oculis ſuis, ſunt primi in
oculis dei. Vel illi qui nouiſſimi iudicio hominum
ſunt, ſæpe ſunt primi iudicio dei: quia deus nõ cõſi
derat exteriora hominis, ſed interiora cordis. Quã
aũt audieris in parabola oẽs accepiſſe ſingulos de-
narios: non tamẽ putes oẽs ad fidem vocatos, vitam
æternam accepturos. Vnde additur ſententia valde
Pauci ſaluandi.
metuenda: [Multi enim] de primis, de tertijs, ſextis
nonis, & nouiſſimis [ſunt vocati,] ſcilicet ad fidẽ &
meritum: ſed de his omnibus [pauci ſunt electi,] ad
beatitudinis præmiũ & regnũ. Multi ſunt de eccle
ſia militante, qui non erũt in eccleſia triumphante
In quo paucos oſtendit eſſe eos qui ſaluantur, ad cõ
parationem eorum qui per ſingulas horas vocãtur
quia ſcd̃m Greg. ad fidem plures veniũt, plures ec- K
cleſiæ parietes implẽt, ſed ad cœleſte regnũ pauci
perducũtur. Hoc figuratur de filijs Iſraël, quorum
multi ad terrã promiſſionis fuerũt vocati: ſed pau-
ci ad intrandũ fuerũt electi. Et ſimiliter de Gedeo
ne, qui plures ad bellandum vocauit, ſed paucos ele
git quos ſecũ duxit: quia lata eſt via, & ſpacioſa por Matth.
ta, quæ ducit ad perditionẽ, & multi ſunt qui intrãt
per eam: ſed arta eſt via, & anguſta porta, quæ du
cit ad vitã: & pauci ſunt qui intrãt per eam. Dupli-
citer aũt vocat nos deus. In præſenti ad laborem, in Vocatio domini
futuro ad requiẽ: vnde neceſſe eſt vt quicũq; futurã
remunerationẽ deſiderat, præſentẽ non refugiat la
borẽ: quia illi qui pro deo fideliter ſuſcipiũt laborẽ,
fœliciter peruenient ad remunerationẽ: quãdo au-
dient deum dicentẽ. Venite ad me oẽs qui laboratis Matth.
& onerati eſtis, & ego reficiã vos. Et tantò maiorẽ
remunerationẽ accipiẽt, quãtò maiorẽ laborẽ ſuſti-
nent: quia teſte apoſtolo. Vnuſquiſq; mercedẽ ſecũ 1. Cor.
dum laborẽ ſuum accipiet. Omnes ergo qui vocati L
ſumus, nouimꝰ: vtrũ verò electi, adhuc ignoramus.
Et ideo tantò ſolicitiores eſſe debemus in bono ope
re, quantò inexcuſabiles nos eſſe ſcimus de vocatio
ne. Vnde Greg. Duo ergo ſunt, quæ ſolicitè penſa-
re debemus. Primũ eſt vt de ſe quiſq; minimè præ
ſumat: quia etſi iam ad fidẽ vocatus ſit, vtrũ perhen
ni regno dignus ſit, neſcit. Secundũ verò eſt, vt vnuſ
quiſq; proximũ, quẽ iacere fortaſſe in vitijs conſpi-
cit, deſperare nõ audeat: quia diuinæ miſericordiæ
diuitias ignorat. Quid enim ſit hodie, aſpicimus:
ſed quid cras futurus ſit vnuſquiſq; neſcimus. Ple-
runq; & qui poſt nos venire cernitur, per agilitatẽ
nos boni opis antecedit. Et vix eũ cras ſequimur, *aliàs ire videmur.
quẽ hodie preire videbamꝰ.* Vñ & Chry. hęc para
bola poſita eſt, vt qui tardè cõuertitur nõ deſperẽt
ſed auidiores fiant, qm̃ in hac vita nõ eſt ita ſera pœ
nitẽtia, quin ſi corde perfecto fiat, poſſit tãto feruo
re procedere, vt mereatur multis prioribus non ſic
feruẽtibus in præmio anteferri. hæc Chry. Nullus M
ergo deſperationi, nullus locus reſtat excuſationi:
ſiquidẽ in omni ætate & in omni hora peccator ſu Ezech.
ſcipitur: peccator enim quacũq; hora cõuerſus fue-
rit & ingemuerit, vita viuet, & nõ morietur. Et qa Vitæ incertitudo
incerta eſt in omnibus ætatibus cuilibet hora voca
tiõis ſuæ, paratus vnuſquiſq; debet eſſe in bona ope-
ratione, vt ſicut incertus eſt exitus, ſic certus ſit in
bone ope animꝰ, ne forte ſi qñ põt nõ vult bonũ o-
perari, tũc incipiat velle qñ nõ erit poſſe. Debemus
ergo omni die ſic viuere, tanq̃ illa die morituri: vt
ſic reſiduũ tpis noſtri poſſimus expectare ſecuri.
Vnde Seneca: Sic ordinãdus eſt dies omnis, tanquã
cogat agonẽ atq; expleat vitã. Ille beatiſſimus & ſe
curus ſui poſſeſſor eſt, qui craſtinũ ſine ſolicitudi-
ne expectat. Inter cætera mala, hoc habet ſtultitia Stultitia propria
propriũ ꝙ ſemper incipit viuere. Quid eſt turpius
quã ſenex viuere incipiẽs. Cõſidera quã pulchra res
ſit cõſummare vitã ante mortem. Deinde expecta
re ſecurè reliquã ſui temporis partẽ. Nullus enim
vitam in craſtinũ ſpectat. Non enim viuunt: ſed vi
cturi omnia differũt. hæc Seneca. Multũ quippe iu
uat ad vincendã delectationem peccati, recordatio
mortis



Eccleſiaſtici 7.
mortis & finis noſtri. Vnde ſapiẽs: In omnibus ope
A ribus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternũ
non peccabis. Et Greg. Nil tantum ad domandum
deſideriorũ carnalium appetitũ valet, quantum vt
vnuſquiſq; mortẽ penſet. Et Ber. Saluberrimũ eſt
remediũ redeundi ad dñm, habere præ oculis mor
tem. Multũ etiã iuuat nos deſides & pigros, Ieſum
& ſtudioſos aſpicere, ſi volumus nõ deſides fieri &
pigritari, ſed feruere potius & proficere: inde enim
exempla & bona multa poterimus reportare.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, ſumme paterfamiliâs, tu
me primo mane in vineam tuá duxiſti, dum
me à iuuentute mea ad fidem & tuum ſerui-
tium miſericorditer vocaſti, & ad laborandũ pro
denario vitæ æternæ mecũ cõueniſti: ſed ego mi-
ſer tota die vitæ meæ otioſus ſteti, & negligenter
viuẽdo debitũ meũ non feci. Dñe quia bonus es &
miſericors, fac me ſaltem in vndecimá hora reſipi
ſcere, & dignos fructus pœnitẽtiæ facere: vt apud
te mercedẽ quãtulãcunq; merear inuenire. Amen.

B De villico iniquitatis. Caput XV.

Lucæ 16.
DEinde ponit parabolã, ſecũdum rem
geſtam, de villico iniquitatis, diffa-
mato apud dñm ſuum ex diſſipatio-
ne bonorũ ſuorum: quia ea inutiliter
in illicitis cõſumpſerat & ſuperfluis
non timẽs offendere dñm ſuum. Quæ parabola, ſi-
cut & prædicta, ſpecialiter pertinebat ad diſcipu-
los: quia officiũ villicationis, & periculũ reddendæ
Villicus quis dicitur.
ratiõis maximè pertinet ad prælatos. Eſt enim vil
licus propriè, gubernator & cuſtos villæ: ſed hîc ac
cipitur pro œconomo, id eſt, curatore, & diſpenſa-
tore: qui. ſ. vniuerſam ſubſtantiã domus diſpenſat.
Oeconomus enim tam pecuniæ, quàm frugum &
omnium quæ dñs poſſidet diſpenſatorẽ deſignat.
Hic timens amoueri ob officio, & egere, clam fecit
miſericordiã cum debitoribus dñi ſui, vt cùm amo
ueretur, reciperẽt eum in domos ſuas, memores ſui
beneficij, Et ideo dicit, ꝙ [homo quidam erat diues
C qui habebat villicũ,] & infrà in fine applicat para-
bolam ad propoſitũ dicẽs: [& ego vobis dico, &c.]
Similiter enim [homo quidã,] id eſt, ipſe deus pro
nobis humanatus diues: quia gloria & diuitię in do
mo eius, [habet villicũ,] id eſt, diſpenſatorẽ, cui tra-
didit bona ad diſpenſandũ. Huius ergo domini, id
eſt, Chriſti, triplex eſt villicus, ſcilicet in ſpirituali-
bus, prẹlatus: in temporalibus, princeps terrenus: in
Villa triplex nobis commiſſa.
vtriſq;, quilibet Chriſtianus. Quilibet enim homo
eſt villicus dei, cui triplex villa cõmiſſa eſt guber-
nanda, qui fructus cuiuſlibet villæ prudenter debet
diſpẽſare. Prima villa, eſt mũdus iſte, cuius fructus
ſunt bona tẽporalia, quæ quilibet cuſtodire debet,
ne mali rapiant, & vt ſibi cõmiſſa ſeruis dñi ſui di-
ſtribuat. Secũda villa, eſt corpus propriũ, quod eſt
cuſtodiendũ, ne qñ ingrediatur mors ad animã per
portas ſenſuũ: bona etiã ipſius corporis vt ſanitas &
fortitudo, &c. ad dei ſeruitiũ & honorẽ ſunt diſpẽ
ſanda. Tertia villa eſt, anima quæ à prauis cogita-
tionibus eſt cuſtodienda, cuius oẽs virtutes debent
diſtribui ad cognitionẽ & honorẽ, & amorem dei.
[Et hic,] ſcilicet triplex & prædictus villicus diffa
matus eſt apud illum] ſ. deum: quia nihil latet eum
[quaſi diſſipaſſet bona ipſius,] malè eis vtẽdo. ſ. res D
temporales in illicitis & ſuperfluis expẽdendo, cor
pus ſuum voluptatibus dando: animã in immundis
cogitationibus implẽdo. Et bene dicit, ipſius: quia
bona noſtra, dei ſunt autoritate: ſed noſtra ſunt, vti-
litate. Fit aũt hîc diffamatio vel accuſatio remor- Diffamatio.
ſu conſcientiarũ, vel euidentia operũ, vel per ange-
los qui nobis miniſtrãt, & omnia opera noſtra deo
renuntiant. [Et vocauit illũ,] ſcilicet inſpirationi-
bus interioribus prædicationibus, exterioribus, eui
dentibus beneficijs, multiplicibus flagellis: & incu-
tiendo timorẽ æternæ dãnationis, [& ait illi,] eum
ante mortẽ corripiẽdo & monendo. [Quid hoc au
dio de te?] bonorũ diſpenſatore. [redde rationẽ villi
cationis tuæ:] & dũ viuis cogita qualiter debes ope
rari. Opportet enim reddere rationem, aut in vita:
aut poſt mortẽ. Iam enim vltrà. ſ. à tpe mortis tuæ
nõ poteris villicare, nec quicquã boni agere. Tunc
enim non poterit quis deo ſatisfacere de rebus per E
eleemoſynas: nec de corpore per ieiunia, nec de ani
Verba quatuor.
ma per orationes. Tria verba dicit hîc Chriſtus pec
catori, magnæ anguſtiæ & anxietatis: quæ ſi conti
nuè inſonarẽt auribus noſtris, nullo modo peccare
mus. Primũ eſt rigidę reprehenſionis: cùm dicitur:
[Quid hoc audio de te?] ſic ditato gratiarũ muneri
bus, ſic præuẽto benedictionbus, diſſipatore rerum
mearũ tibi cõmiſſarũ. [Quid hoc audio,] clamorẽ
de terra reſonantẽ tam horribilia ſcelera, tam anti
qua vitia, qui tãta bona diſſipaſti: qa tẽporalia ma-
lè expẽdiſti, corpꝰ inquinaſti, & animã peccatis in-
ueteraſti. Secundũ verbũ eſt anxij timoris, cùm ſub
ditur: [Redde rationẽ villicatiõis tuæ.] O verbum
ſtrictũ. O verbũ anxiũ. O verbũ durũ, diſcutionis
diſtrictæ tũc faciẽdæ, qñ exigetur à nobis ratio de
ocultis cordiũ cogitationibꝰ, de otioſis ſermonibus,
de noſtris operibus: tunc aperti erũt libri cœleſtes,
tũc apertus erit liber cõſcientiæ, in quo leget me-
moria quicquid homo cogitauit, dixit, & fecit: tũc
examinabũtur omnia, & tũc diſcutietur de tota vi
ta noſtra. Tertiũ verbũ eſt amari doloris, cùm ad F
ditur: [Iam nõ poteris villicare.] In futura enim vi
ta tollitur omnis villicatio hominũ: ita vt vlterius
nec bene, nec malè poſſit operari. Magnus igitur
eſt dolor animæ, qñ proximãte hora mortis, audit
ſibi dici, ꝙ vlterius nõ poſſit villicare: Puto ꝙ totũ
mundũ daret, vt ſibi cõcederetur ſpatiũ vnius horę
quo pœniteret, & aliquid boni ageret: ſed nõ datur,
quia tẽpus illud eſt reddẽdæ rationis, nõ exercẽdæ
villicationi. Audiamus ergo hæc verba tria ſæueri
iudicis, & ante iudiciũ placemꝰ eũ, vt nõ pereamus.
Timẽs aũt villicus de vocatiõe in morte vel in iu-
dicio, & reddẽda ratione, [ait intra ſe,] in ſua cogi-
tatione. Intra ſe loquitur, qui nullũ amicũ inuenit,
cũ quo cõſiliari poſſit [Quid faciã: qa dñs aufert à
me villicationẽ:] id eſt, omniũ villarũ prædictarũ
cuſtodiã. ſ. tam rerũ quã corporis & animæ, & hoc
erit in morte. Sæpe enim cõtingit, ꝙ tales timore
mortis ducũtur ad pœnitentiã, & ad cogitandũ de
vita futura. Sic ſemp cogitare debet peccator ſcd̃m
Iob: Quid faciã cũ ſurrexerit deus ad iudiciũ; & cũ
quęſierit quid reſpõdebo illi? Non ait, quid dicã: ſed,

quid faciã: quia apud diſtrictũ iudicem non excu-
G ſant verba ſuaſoria, ſed facta meritoria. [Fodere]
per pœnitentiã,[nõ valeo:]id eſt,proprio labore &
pœnitẽtia nõ poſſum de peccatis ſatisfacere, & ad
vitã beatã venire.[Mẽdicare,]per orationẽ[erube-
ſco:]q̃a verecundũ debet eſſe huius mũdi diuitibus
petere ſuffragia ſpiritualia,& nõ repẽdere in tp̃ali
bus.In alia vita anima nõ põt operari opera quibus
adiuuetur ad gloriã.Vñ Chry.Vita præſens habet
exercitiũ mandatorũ,futura verò ſolatiũ. Si nihil
operat⁹ es hîc fruſtra in futuro ſperas.Itẽ nec bona
ip̃a põt ab alijs mẽdicãdo impetrare:q̃a nõ dabitur
ei.Huius ſignũ ſunt virgines futuræ,quæ petentes
oleũ,à prudẽtibus ſunt expulſæ:ſed nec diues epulo
mendicãs guttã aquæ meruit recipere. [Scio quid
faciã:]quia.ſ.antequã tollat per ſententiã mortis à
villicatiõe,debita relaxabo debitoribus dñi mei,&
diſtribuã eis de facultatibus ipſius,[vt cùm amotus
fuero à villicatione].ſ.in morte:recipiãt me in do-
mos ſuas,id eſt,p̃ eorũ merita &ſuffragia recipiar
invita beata,ne cogar fodere,aut mẽdicare fruſtra.
H Et in domos pluraliter,p̃pter diuerſitatẽ prẹmio-
Ioann.14. rũ:q̃a ibi mãſiones multæ ſunt. In has domos nul-
lus põt ingredi,niſi per oſtiũ miſericordiæ,vel ſpi-
ritualis,vel corporalis. In cuius ſignũ Salomon in
ingreſſu ſancta ſanctorũ,fecit duo oſtiola de lignis
oliuarũ:per oleũ enim miſericordiadeſignatur.No

Mãſiones cœleſtes pauperum ſunt.

ta ꝙ mãſiones cœleſtes ſunt pauperũ:q̃a illis datæ
ſunt:pauperũ enim ſpiritu eſt regnũ cœlorũ.Vnde
ſi diuites illud habere volũt,oportet vt à pauperib⁹
Natth.5. emant.Diuites enim habent domos in terra, pau-
peres in cœlo:libẽter ergo diuites recipiant paupe-
res in domos ſuas in terra,vt à pauperibus recipiã-
tur in cœlo.Vñ Aug.Præbe terrã,& accipe cœlũ.
Vbi cõſiderandũ eſt,ꝙ vt ſuprà dictũ eſt,tres villæ
cõmiſſæ ſunt homini.ſ.mundus, corpus,& anima:
quorũ fructus debet diſpẽſare ad honorẽ dei. Cor-
pus nanq; ſuũ debet diſtribuere ieiunijs,vigilijs, &
cæteris laboribus pro deo aſſumptis:& tũc ſanitas,
fortitudo,pulchritudo, quæ ſunt bona corporis, o-
ptimè erũt diſpẽſata.Si verò corporis labores ſuſti
I nere nõ poſsit,dicẽs cum hoc villico,[fodere nõ va
leo:]ſaltẽ bona animæ, quæ ſunt amor,cogitatio,
& memoria,ita diſtribuat orãdo,meditãdo de lege
dñi,& cũctos etiã inimicos amãdo, vt orationibus
ſibi recõpenſetur,qđ laboribus efficere non potuit.
Et ſi rurſus orare erubeſcit, vtpote q̃a neſcit:dicẽs
quẽadmodũ & hic villicus dicebat,[mẽdicare eru-
beſco:] qui eñ orat,mendicat,quia ſuffragiũ petit:
tũc certè non reſtat,niſi vt prouideat ſibi taliter de
bonis terræ villæ dñi.ſ.de bonis temporalibus elee
moſynas largiendo,ꝙ talis diſpenſatio omnẽ defe-
ctum excuſet corporis & animæ.Ieiuniũ enim,qđ
diſtribuit bona corporis: & oratio, quæ diſtribuit
bona animæ:atq; eleemoſyna,quæ diſtribuit bona
mundi:ſunt opera quibus habetur vita æterna.[Cõ
uocatis itaq; ſingulis]ſeorſim his ab illis, [debitori
bus dñi ſui:]quia religioſi &pauperes quantũcunq;
iuſti,ſunt debitores dei:fecit circa eos miſericordiã
de bonis temporalibus ſibi traditis ad diſpenſandũ,
dans ipſis oleum & triticũ: oleum quippe cõpaſsio
nis, & triticum ſubuentionis. Ad hoc ergo tendit
iſta parabola,vt ſicut dedit de bonis domini oleum
& triticũ: ſic & nos demus pauperibus de bonis à K
à deo nobis traditis,oleũ cõpaſsionis interioris, &
triticũ ſubuẽtionis exterioris:q̃a bonorũ nobis da-
torũ nõ dñi,ſed tantũ diſpenſatores ſumus. In hoc
aũt ꝙ plus dedit de oleo,quàm de tritico:ſignifica-
tur ꝙ plus debemus cõpati affectu,quàm poſſumus
ſubuenire effectu.[Et laudauit dñs villici,]non dñs

Laudi villic.

omnium[villicũ iniquitatis,] id eſt,villicũ iniquũ:
non ꝙ aduerſus eum fraudulenter, ſed pro ſe pru-
denter,ſecundũ prudentiã huius ſeculi, non tamen
bene vel meritoriè egiſſet:non enim laudauit eum
de fraude quã fecit,ſed de prudẽtia & ingenio,quo

Pruden.

ſibi in futurũ proſpexit: eſt nanq; prudentia, quẹ-
dam ſibi in poſterum prouidentia.Sic diuites huius
mundi non ſunt laudabiles de deceptione in illici-
tis actibus,ſed de hoc quòd prudẽter ſe conuertunt
ad diſtribuendum bona,in pijs operibus:vt per hoc
prouideant ſibi in futurum: quia ſecundum Am-
broſiũ,ſola miſericordia eſt comes defunctorum.
Cui etiam prudentiſsimè non ſolum dominus villi
ci,ſed etiam dominus omnium applaudere videtur L
ſubiũgẽs ad quid hãc ſimilitudinẽ dederit:[Quia,]
inquit[filij huius ſeculi]& tenebrarũ, id eſt,homi-
nes temporalibus intẽti,& amatores mundi[prudẽ
tiores ſunt filijs lucis in generatione ſua carnali:]
id eſt, in ſecularibus,ad quæ videntur geniti:id eſt,
magis aſtuti & feruidi ſunt in carnalibus & tem-
poralibus negotijs agendis, quàm filij lucis & vitæ
æternẹ:id eſt,homines ſpiritualibus deputati,& a-
matores cœleſtiũ ſint in ſpiritualibus negotijs ex-
ercendis.Prudẽtiores ſunt illi in malo,quàm iſti in

Pruden. ſeculi.

bono.Vix enim inueniũtur aliqui,qui tantã prudẽ
tiam & curã habent in acquirẽdis bonis æternis &
permanẽtibus quantã calliditatẽ & ſolicitudinem
iſti habẽt in acquirẽdis bonis tẽporalibus & fugiti
uis.Pro his enim die noctuq; vigilãt anguſtiatur,la
borant,&modis omnibus tales diuitias coaceruare
non ceſſant. Sicut bubo & cattus clarius vident de

Nocte videntes.

nocte quã homo,nõ ad legendũ literas,ſed ad capiẽ
dum mures:ſic filij ſeculi acutius vidẽt quã filij lu- M
cis:nõ ad ſciendũ legẽ dei, ſed ad acquirendũ bona
mũndi.Audiãt hæc filij lucis,& à filijs tenebrarũ.ſ.
huius ſeculi,vinci erubeſcãt.Ideo enim hẹc ſcripta
ſunt,vt audiẽdo prudẽtiores fiãt,non autẽ vt iniqui
tatis villicũ imitãdo, fraudẽ vel iniuſtitiã in aliquo
agant. Vbi Beda: Audiant ſapientes huius ſeculi,vt
ſtultã ſapientiã deſerere,& ſapientẽ dei ſtultitiã di
ſcere queãt:quãti eorũ ſapientiã diuina æquitas æ-
ſtimauerit:quos nõ verè prudẽtes,ſed in generatio
ne ſua prudẽtes eſſe cõmemorat.Iuxta hoc qđ alibi

Eſai.

dicitur,væ qui ſapiẽtes eſtis in oculis veſtris,& co-
ram vobiſmetipſis prudẽtes.Nec nõ & amatores vi
tæ æternæ filios lucis appellãdo:nõ aliud eos qui ſa
pientes ſunt vt mala faciãt, bene aũt facere neſcie-
runt,quã filios eſſe tenebrarũ arguit: filij aũt lucis,
& filij huius ſeculi vocãtur,qũo filij regni filij per-
ditionis:cuius enim quiſq; agit opera, eius cogno-
minatur & filius.hæc Beda:Sed heu nos(vt ait Hie
ro.)feruentiſsimi ſumus in terrenis,frigidiſsimi in
cœleſtibus: & ſummã in rebus paruis exhibeamus
alacritatẽ,ad maiora tepeſcim⁹:celerẽ habituræ fi-
nem res



A nem res ſine fine quærũtur,cœleſtes diuitias ĩmor-
tales honores,pigra quadam diſsimulatione negli-

Sapientia nociua.

gimus.Hæc Hiero. Vbi notandum,ꝙ quẹdam eſt
ſapientia nociua:& iſta eſt carnalis, quã habent a-
uari,in acquirẽdo diuitias:ſuperbi,in acquirẽdo ho
nores:luxurioſi,in acquirẽdo delitias. Vnde Iaco-
Iacobi 3. bus:Nõ eſt iſta ſapientia deſurſum deſcendens: ſed
terrena,quoad auaros:animalis,quoad luxurioſos:
diabolica, quoad ſuperbos. Quantũ autẽ ad iſtam
ſapiẽtiam, verũ eſt ꝙ filij huius ſeculi ſunt pruden
tiores filijs lucis:quia filij lucis eã aſpernantur& fu

Sapientia ſuperflua.

giunt. Secunda ſapientia eſt ſuperflua,quæ eſt de
impertinentibus ad ſalutẽ. Iſta ſapientia eſt mũda
na & ſecularis,ſiue ſit philoſophica &phyſica:ſiue
ſcientia legũ & decretalium,quæ pro tanto dicun-
tur ſuperflua:quia ſine illis poteſt ſalus eſſe.Quan
tum etiã ad iſtam ſapientiam, filij ſeculi ſunt ſæpe
prudentiores quàm filij lucis: quia viri ſpirituales

Sapientia neceſſaria

parum curãt de talibus ſcientijs.Tertia ſapiẽtia eſt
neceſſaria,quæ eſt de expediẽtibus ad ſalutẽ:& iſta
eſt ſapientia diuina,quæ cõſiſtit in vera dei &boni
cognitione.Quantũ autem ad iſtam ſapientiã, fi-
B lij lucis ſunt prudentiores quàm filij huius ſeculi:
imò in rebus diuinis filij ſeculi videntur eſſe ſtulti,
filij aũt lucis ſunt valde ſapientes & prouidi. Qui
autem ſunt filij ſeculi,nõ apparet manifeſtè:ſed ta

Filij ſeculi per coniecturas.

men poteſt de hoc aliqua coniectura haberi. Vna
eſt,quia cõmuniter filius habet inclinationẽ & ar-
tificiũ patris:& ideo quãdo perſona tota eſt mun-
dana,& ad negotia mundi inclinata,ſignum eſt ꝙ
pertinet ad filios ſeculi. Secũda cõiectura eſt, quia
filius aſſumit arma patris:ſic perſona quæ in ſeipſa
aſſumit arma mundi, quæ ſunt ſuperbia, auaritia,
gula,luxuria:hæc videtur pertinere ad generatio-
nem mundi. Filij aũt lucis ſimiliter cognoſcuntur
duplici coniectura.Prima eſt, quãdo perſona cum
omni deuotiõe ſuſtinet viſitationẽ dei, qua viſita-
tur per flagella:vel alio quocũq; modo: & quando
non permittit aliquid in corde ſuo,quod eſt cõtra-
rium deo:ſignũ eſt ꝙ eſt filius dei.Secunda cõiectu
ra eſt,quia cõmuniter pulli auiũ comedunt libẽter
cibum,quo cõſueuerunt vti parẽtes eorũ,& in ipſo
C potiſsimè delectãtur: ſic quãdo homo libẽter degu
ſtat cœleſtia,quæ fuerũt cibus Chriſti, & ei ſapiũt
talia,ac cõtinuè conatur qualiter impleat volunta-
tem diuinã,iſte eſt propriè filius dei. Deinde quaſi
à minore,infert cõdendo propoſitũ. [Et ego vobis

Mãmona iniquitatis

dico.Facite vobis.]id eſt,ad veſtrã vtilitatẽ, [ami-
cos de mãmona iniquitatis,]ſcilicet de tẽporalibus
diuitijs:ſed nõ eo modo quo fecit villicus iniquita-
tis,nõ defraudando aliena:ſed largiendo veſtra,[vt
cùm defeceritis]meritis proprijs & præſenti vita,
[recipiãt vos in æterna tabernacula:]id eſt,per ſua
merita&ſuffragia impetrẽt apud deũ,vos finaliter
Pſal.83. recipi in vita beata.Ad hæc tabernacula propheta
ſuſpirãs ait:quàm dilecta tabernacula tua:quaſi di-
ceret dñs,Si ſibi in futurũ etiam cũ dolo & fraudu
lenter prouidẽs laudatur:multò magis laudãdi eri-
tis ſi ſine dolo &legitimè vobis prouideritis. Vbi
Grego.Si nos eorũ.ſ.pauperũ, amicitijs æterna ta-
bernacula acquirimus:dãtes pẽ ſare debemus, quia
patronis potius offerimus munera quàm egenis
bona largimur.Mãmona mammonẹ lingua Syra, Mãmona.
diuitiæ dicũtur: & mãmon mãmonis Satanas, qui D
opibus ſeducit,appellatur. Et eſt aduertendũ ꝙ nõ
dicuntur hîc diuitiæ iniquitatis: quia iniquè & de
malo acquiſitæ:de illis enim nõ prẹcepit dñs fieri

Eleemoſyna de quibus fiat.

eleemoſynã,cùm nunquã bonus vſus iuſtificet ma-
lè acquiſita:& ideo talia ſunt reſtituẽda,nõ in elee
moſynis dãda.Poteſt tamẽ de diuitijs iniquo affe-
ctu, vel actu malè acquiſitis fieri eleemoſyna, vt
de acquiſitis per meretriciũ,vel lenociniũ, vel die-

Diuitiæ iniquæ.

bus feſtiuis laborãdo,vel huiuſmodi.Si verò diuitiẹ
non de malo ſunt acquiſitæ,nihilominus dicuntur
mãmona iniquitatis:plurib⁹ de cauſis.Primò,quia
nõ ſunt vere diuitiẹ,nec ſeruãt quod promittũt:ſed
falſæ,quia fallũt &decipiũt.Promittũt enim ſecu-
ritatẽ,& dãt timorẽ:ſatietatẽ,& dãt eſuriẽ:ſtabili-
tatẽ,& dant ſubitã deiectionẽ. Secũdò,quia iniqui
in eis cõfidũt,ac fidẽ & ſpẽ in eis cõſtituũt.Tertiò,
quia iniquus mãmon prẹeſt eis qui tẽtat homines
cupiditate,vt ſeruiãt auaritiẹ: quod eſt idolorũ ſer
uitus,&ſẹpe faciũt homines iniquos vt ſemper deſi
derẽt amplius. Quartò,q̃a ſunt multarũ iniquita-
tum materia:propter diuitias eñ multa cõmittun E
tur iniqua,& expẽduntur in multis illicitis & ſu-
perfluis.Quintò,q̃a vt plurimũ acquirũtur iniquè:
in plurib⁹ eñ prẹdeceſſoribus neceſſe eſt aliquẽ re
periri,qui iniuſtè vſurpauerit aliena:vnde vulgata
cõmuni dicitur ſentẽtia: Omnis diues aut iniquus
eſt:aut hẹres iniqui.Sextò dicũtur mãmona iniqui
tatis,id eſt,inẹqualitatis:q̃a inẹqualiter poſsidentur:
nã vnus habet ad ſuperabũdantiã,alius ad ſufficien
tiã, alius ad neceſsitatẽ extremã, alius ad totalem
penuriã. Septimò,q̃a iniquè retinẽtur:quod enim
vltra neceſſaria vitẹ retinetur, nec proximi neceſsi
tatibus erogatur:pecunia eſt iniquitatis, id eſt,con
tra æquitatẽ:in ea eñ nõ ſeruamus ẹquitatẽ quam
proximo debemus,quẽ ſicut nos diligere iubemur.

Bonorum diuiſio.

Pauperes ergo recipiẽt nos in ſuas domos cœleſtes,
ſi nos eos receperimus in noſtras domos terreſtres.
Vñ Aug.Omnia bona ſua dedit deus duob⁹ homi-
nib⁹:diuitib⁹ terrena,pauperib⁹ cœleſtia. Sed deus F
volens vtrũq; ſaluare,cõſtituit vt hîc diuites in ſua
hẹreditate recipiãt pauperes:& pauperes in ſua hẹ
reditate eos collocẽt,& vterq; per aliũ collocetur.
Hẹc Aug. Et ſi nõ oẽs pauperes poſsũt nos recipe-
re in domos cœleſtes, tamẽ q̃a largimur his, reci-
piemur ab angelis & ſanctis:q̃a largiẽdo pauperi-
bus angelorũ nobis cẹterorũq; ſanctorũ gratiã cõ-
paramus: & q̃uis bonũ ſit eligere pauperes bonos,
& alijs p̃ferre in datiõe eleemoſynẹ, tamẽ qui dat
indigẽti peccatori,nõ quia peccator: ſed q̃a homo
eſt:nõ peccatorẽ nutrit,ſed iuſtũ: q̃a culpã nõ dili-

Eleemoſynæ acceptor.

git,ſed naturã.Qui aũt eleemoſynã accepturus eſt
attẽdat bene ſi indigeat:alioquin nõ accipiat ne ra
pinã cõmittat.Vñ Hiero.Monache ſi eges & acci-
pis,das potius q̃ accipias.Si aũt nõ eges, &accipis:
rapis.Porrò nõ indiget monach⁹, ſi habeat qđ na-
turẹ ſufficit. Et hãc ſufficientiã apoſtolus certa dif 1.Timo.6
finitiõe deſcribit:habẽtes,inquit,alimẽta & quibus
tegamur,his cõtenti ſumus.Vnde in collatiõe abba
tis Abrahẹ,Noueris aũt te ex hoc nõ leui affici de
trimẽto:quia cùm ſis ſani corporis,ac robuſti,ſtipe

G ſuſtentaris aliena, quę iuſtè ſolis eſt debilibus attri-
Opera miſericordię
buta. Miſericordiæ ergo operibus inſiſtamus: quia
multa bona & in vita, & in morte, nobis inde com-
paramus. Vnde Hiero. Nō memini me legiſſe ma-
lè mortuum, qui libēter exercuit opera pietatis: ha-
bet enim multos interceſſores, & impoſsibile eſt
multorū preces non exaudiri. Vnde & Leo papa:
Quicquid in cibos pauperū, in curationes debiliū,
in pretia captiuorum, & in quælibet opera pieta-
tis impenditur: nō minuitur, ſed augetur. Nec vn-
quam apud deū perire poterit, quod fidelis benigni-
tas erogauerit: dum quod cuique tribuit, id ſibi prę-
Matt. 5.a.
mium recōdit. Beati enim miſericordes, quoniam
ipſorū miſerebitur deus. Nec delictorū memoria
erit, vbi teſtimoniū pietatis affuerit. Hęc Leo pa-
pa. Religioſus verò, & qui non habet vnde poſsit
eleemoſynā dare materialem, nihilominus ex cor-
de poteſt facere eleemoſynā deo valde gratam: vi-
delicet ad hoc voluntatē habendo, ſeu etiam illatas
H ſibi iniurias proximo indulgendo, vel aduerſitati
alienæ ex corde cōpatiendo. Igitur ô monache, ô
clerice, ô laice, dum viuis cogita qualiter debeas
operari: vt ſcias & habeas quid in iudicio poſsis re-
ſpondere: vbi audies: redde rationē villicatiōis tuæ.
Villici enim ſumus, nō domini, rerū temporalium
& ſpiritualium nobis ad neceſſarios vſus proximo-
rum cōmiſſarum. Et ſi eas proximis non diſtribui-
mus, aliena retinemus. Vnde Chry. Opinio quæ-
Domini nō ſumus hîc.
dam erronea aggenerata mortalibus auget crimi-
na, minuit bona. Ea verò eſt opinari, ꝙ ea quęcūq;
poſsidemus in vſu vitę, poſsidemus vt domini. Et
ideo etiā opportunè ea apprehendimus, tanquam
bona præcipua. Sed cōtrarium eſt. Non enim nos
vt domini in vita pręſenti collocati ſumus in pro-
pria domo, ſed tanquā hoſpites & aduenæ: quò no-
lumus ducimur, & quò non putamus: & qui nunc
locuples eſt, in breui fit mēdicus. Ergo quicūq; ſis,
noueris te eſſe diſpenſatorē alienorum: & tranſito-
rij vſus & breuis tibi iura conceſſa ſunt. Abiecto er-
I go ab anima dominij faſtu, ſumas humilitatem, &
modeſtiā villici. Hæc Chry. Attende & aliud quod
tibi dicetur: iam enim nō poteris villicare & opera-
ri. Vnde Chryſ. Quotidie talia per effectus nobis
exclamat deus, oſtendens nobis ſe ruentē in meri-
die ſoſpitatē, priuſquā aduesperaſcat exanimem,
& alium inter prandia expirantē, & diuerſimodè
ab hac villicatione diſcedimus. Sed fidelis diſpenſa-
tor, qui de propria diſpenſatione confidit: deſiderat
Philipp. 1.
cum Paulo diſſolui & eſſe cū Chriſto. Is aūt cuius
ſunt vota terrena, anxiatur in exitu. Hęc Chryſo.
Cogita etiā ꝙ tunc fodere non valebis, & mendica-
re erit confuſionis. Vnde Beda: Ablata quippe vil-
licatione fodere non valemus: quia finita hac vita,
in qua tantum licet operari, nequaquā vltrà bonæ
conuerſationis fructū ligone deuotæ cōpunctio-
nis licet inquirere. Mendicare confuſionis eſt, illo
ſcilicet peſsimo genere mendicandi, quo virgines
illæ fatuæ mendicaſſe ferūtur, & de quo Salomon
Prou. 20.
ait: Propter frigus piger arare noluit: mendicabit
ergo æſtate, & nō dabitur ei. Hęc Beda. Vt autem
idem dicit Beda, ſi hi qui præbent eleemoſynā de
iniquo mammona, faciunt ſibi amicos, à quibus in
æterna tabernacula recipiantur: quantò magis hi
qui ſpirituales largiuntur epulas, qui dant conſer-
uis cibaria in tēpore ſuo: certiſsimè debēt ſpe ſum- K
Prou.
mę retributionis erigi. Poſtquā ergo dominus prę-
miſit de diſpēſatione pecuniæ corporalis, ſubdit de
diſpenſatione pecuniæ ſpiritualis dicens: [qui fide-
lis eſt in minimo,] & in diſpenſatione minorū, ſci-
licet tēporalium: [& in maiori,] id eſt, in diſpenſa-
tione maiorū, ſcilicet ſpiritualiū [fidelis eſt. Et qui
in modico,] ſcilicet in carnalibus [iniquus eſt,] vt
non bene pro neceſsitate proximorū expēdat: [&
in maiori,] ſcilicet in ſpiritualibus [iniquus eſt] vt
non pro vtilitate cōmuni diuidat: quaſi diceret, qui
bona tēporalia quę ſunt minima bene diſpenſauit
in eleemoſynis & in alijs pijs vſibus, dignus eſt vt
ſibi cōmittatur diſpēſatio ſpiritualiū, quæ ſunt ma-
iora: quia fidelitas diſpēſationis primæ, eſt argumē-
tum fidelitatis ſecūdæ. Et qui modica, ſcilicet bona
temporalia nō bene diſpenſauit: ſed in illicitis con-
ſumpſit, vel malè retinuit: indignus eſt vt ſibi com-
mittatur diſpenſatio maiorū, ſcilicet ſpiritualium: L
quia infidelitas prima, eſt argumentū ſecundę. Hîc
habes argumentū, ꝙ auarus nō eſt bonus prædica- Auar
tor, vel prælatus. Vnde ſubdit: Si ergo iniquo mam- teſta
mona, ſcilicet in bonis tēporalibus & diuitijs, fide-
les nō fuiſtis diſpenſando, quæ ſunt magis bona ſe-
cundum apparentiā, quàm ſecundum veritatem:
quod verū eſt, ſcilicet bona ſpiritualia, quæ ſunt ve-
ra bona, quis credet vobis? id eſt, tradet vobis ad di-
ſpenſandum? quaſi dicat, nullus ſapiēs. Vnde habes
exemplū de quodam epiſcopo, qui quatuor caſeos
tradidit ad cuſtodiendum nepoti ſuo: & quia malè
cuſtodiuit, ideo curā animarum tradere ſibi noluit.
[Et ſi in alieno fideles nō fuiſtis,] ſcilicet in tēpora-
libus, quæ ſunt aliena à nobis, quia ſunt extra nos:
[quod verū eſt,] ſcilicet bona ſpiritualia, quæ ſunt
habentibus intrinſeca, [quis dabit vobis ad diſpen-
ſandū?] quaſi dicat nullus ſapiens hoc faceret. Qui
enim fidelis non eſt in diſpenſatione bonorū fortu-
næ, & diuitiarū corporalium, quæ reſpectu ſpiri- M
tualium falſæ diuitiæ ſunt, & à nobis alienę, quia
extra naturā noſtram ſita: nihil enim intulimus in 1.Tim.
hunc mundū, & nihil hinc auferimus: poſſuntq; no-
bis auferri etiā nolentibus: diſpenſationē bonorum
gratiæ, & diuitiarū ſpiritualium, quæ verę diuitiæ
ſunt, & noſtra quia propriè homini deputata (ad ea
enim habēda nati ſumus, nec poſſunt nobis auferri
nolētibus) nullus ei credere vel dare debet: quia in
eis etiā infidelis eſſet. Vnde Ambr. Alienæ à nobis Diuitiæ
diuitiæ ſunt: quia pręter naturā ſunt. Neq; nobiſcū lienæ
naſcūtur, neq; nobiſcū trāſeunt. Neq; enim noſtra bis
ſunt quæ nō poſſumus auferre nobiſcū. Sola virtus
eſt comes defunctorū, ſola nos ſequitur miſericor-
dia. Et vt dicit Aug. Poteſt homo inuitus amittere
bona tēporalia: nunquā autem, niſi volens, perdit
æterna, ſecundum Beda: In minimo eſt fidelis, qui
habet viſcera pietatis, & opera miſericordiæ: dan-
do eleemoſynas, & diligendo proximos: in maiori
eſt fidelis, qui omnino adhæret creatori: & vnus
ſpiritus cū eo deſiderat fieri. Sed qui fratrem non
diligit quem videt, nec egeni miſeretur, quomo-
do diliget deum quem non videt: & quomodo
ſeipſum



ſeipſum deo tribuet? Valde ergo conſiderandū eſt,
A in electione prælatorum & præpoſitorū quales in
modico fuerunt: & quid pietatis & miſericordiæ
habuerint: quoniam qui in modico fideles nō ſunt,
in magnis quoq; fideles non erunt. Vnde præcepit
1. Timo. 3. & ad Tit. 1.
apoſtolus Timothæo, & Tito: vt in eligendo epi-
ſcopo ſemper præconſiderent ſi fidelis fuerit, & nō
auarus in diſpenſatione rei familiaris: ſæpe enim
auarus in erogatione pecunię corporalis, auarus eſt
in erogatione talenti ſpiritualis: vt nil verè faciat,
niſi pro pecunia: vel pro perſonis, & iuxta acceptio-
nem perſonarum. Comitatur enim eū ſæpe auari-
tia & cupiditas vſque ad ſpiritualia. Et ideo tales ſi
promouentur in eccleſia, non eſt ex dei ordinatio-
ne, ſed magis ex permiſsione quadā diuina. Demus
igitur aliena, vt ſuſcipiamus noſtra: prębeamus par-
ua, vt recipiamus magna: ſeminemus in benedictio-
2. Cor. 9.
ne, vt metamus benedictionem: ſed qui parcè ſemi-
nat, parcè & metet. Si bene diſpenſamus bona mi-
nora, ſcilicet fortunæ & naturæ: merebimur pro-
moueri ad bona maiora, ſcilicet gratiæ & gloriæ.

B

## ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, animam meā fac vir-
tutum villā: ne villicus tuus, ratio mea, diſsi-
pet bona tua mihi credita: quia poſt mortē
neſcio, quid meritorij faciam. Remitte mihi centū
cados olei, quos tibi debeo per contēplationem: &
centum coros tritici, quos tibi debeo per operatio-
nem: & amici tui pauperes, qui te diligunt, & tibi
conformantur, fiant mei apud te interceſſores, ad-
uocati, & patroni: vt cùm defecero proprijs meri-
tis, & ab hac vita: recipiar meritis eorū & ſuffra-
gijs in domos ſuas, ſcilicet in æterna & dilecta ta-
bernacula. Amen.

## De diuite epulone, & Lazaro mendico ad ianuam eius iacente. Caput XVI.

Lucæ 16.
PHariſæi autem, qui erant auari, au-
diētes dominum Ieſum de contēptu
mundi & contra auaritiam diſputā-
tem: ac homines ab appetitu diuitia-
rum retrahentē: & ad faciendū elee-
C moſynas inducētem: [deridebāt eum,] quaſi irra-
tionabiliter loqueretur, & contraria legi prophe-
tiſque præciperet, vbi multi ditiſsimi deo placuiſſe
leguntur, & obſeruatoribus legis bona temporalia
promittuntur, non attēdentes quia in lege carnali-
bus minora, propter regnum ęternū: & in euāgelio
ſpiritualibus maiora, propter regnum cœlorū iure
præcipiuntur: & ideo inter legem & euangelium,
ſicut promiſsionum, ita & præceptorū debere eſſe
diſtantiam. Ibi nāque dictū eſt, Si volueritis & au-
Matt. 5.a.
dieritis me, bona terræ comedetis: hîc verò, Beati
pauperes ſpiritu: quoniā ipſorū eſt regnum cœlo-
Legis promiſsio.
rum. Item lex nō promittebat tēporalia, tanquam
principale præmiū: & ideo vbicunq; in ſacra ſcri-
ptura pro actibus virtutū promittuntur bona tem-
poralia, ſub illis intelliguntur bona ſpiritualia &
æterna, tāquam principaliter promiſſa. Nec tēpo-
ralia ſic promittuntur ad malum vſum, ſicut Pha-
riſæi iſta ad defenſionem ſuæ auaritiæ malè indu-
cebant: ſed ad bonum: quia illi qui bene vtuntur di-
uitijs, non ſeruiunt eis, nec dæmoni per eas tentāti:
ſed magis ecōuersò diuitię ſeruiunt ipſis, quia ſunt
eis iuuamenta virtutis: & tales fuerunt Abrahā, & D
alij diuites qui deo ſeruierunt, & placuerunt in eis.
Vnde occurrit eis dominus confutās, & redarguēs
eos de vana gloria, & de auaritia, dicens: [Vos eſtis
qui iuſtificatis vos coram hominibus,] auaritiā ve-
ſtram prædicto modo falsè colorādo: & opera ve-
ſtra vt ab hominibus videamini faciēdo: [deus au-
tem] cui omnia nuda & aperta ſunt: [nouit corda
veſtra,] & iniquitatē ibi latentē, [quia quod homi-
nibus,] & in reputatione hominū, qui vident in fa-
cie [altum eſt,] id eſt, apparens iuſtitia, & non exi-
ſtens in re, [abominatio eſt apud deū,] & in repu-
tatione dei qui videt in corde: quia ſimulata ſancti-
tas, duplex eſt iniquitas: eſt enim & ſimulatio, &
Simulata ſanctitas.
iniquitas. Audiant hoc hypocritæ & ambitioſi, qui
quantò magis apparēt, & ſe exaltāt apud homines,
tantò magis abominabiles ſunt apud deum. Igitur
quia deus videt corda, & per conſequens etiā facta,
quantuncunq; ſecreta: ſtudendū eſt cuilibet etiam
cùm ſolus fuerit, vt & cogitando & operādo mala
declinet, & bona faciat. Si enim deū præſentem, & E
Præſentia dei.
omnia videntē, & vindicantē ſemper cogitaremus:
aut vix aut nunquam peccaremus. Vnde Boëtius:
Auerſamini vitia, colite virtutes, ad rectas ſpes ani-
mum ſubleuate: humiles preces in excelſa porrigi-
te: magna vobis eſt neceſsitas indicta probitatis,
cùm ante oculos agitis iudicis cūcta cernētis. Quia
ergo Phariſæi corā hoībus ſe iuſtificabāt, & iuſtos
ſe eſſe oſtendebant: peccatores quaſi infirmos con-
temnendo, & eleemoſynarū remedia negligendo,
quàm iuſtè hæc auaritia & auara altitudo dānanda
ſit, in ſequenti dominus docet exēplo, quod maxi-
mè inducitur ad prouocandum homines ad opera
miſericordiæ ex diuite propter defectū pietatis &
miſericordiæ dānato: & nō dicitur hîc ꝙ ſit para-
bola vel ſimilitudo, quia eſt rei geſtæ narratio. Vn̄
Diues epulo.
ſecundum quoſdā: Diues iſte Nabal erat, quē Da-
uid occidere volebat, quia victualia ſibi & ſuis ne-
gauerat. Dicit ergo: homo quidam. Vbi notandū ꝙ
homo potius ſonat hîc in vitiū, quàm in naturā: vt
dicatur homo ab humo, id eſt, humo adhærens per F
amorem terrenorū. ſecundū Greg. Nō exprimitur
nomen eius, quia nō erat à deo per approbationem
cognitus: ſecūdum quod dicit ſaluator reprobatis,
Matth. 7.
Nunquam noui vos. Vnde quaſi ignotus apud deū,
nomine nō deſignatur, neq; nominatur à deo: quia
nomen quæſierat à mundo. [Homò ergo quidam
erat diues] non tā à poſſeſsione diuitiarum, quàm
ab amore earū. Ecce ſuperfluitas in ſenſu, & cōcu-
piſcentia oculorū. [& induebatur purpura] rubea
deſuper, propter inanem gloriā: [& byſſo] alba de-
ſubtus ad carnē, propter mollitiē: ecce exceſſus, in
veſtitu & ſuperbia vitæ. [& epulabatur quotidie
ſplēdidè,] ſeruiēdo gulæ magis quàm naturæ: ecce
exceſſus in victu & cōcupiſcentia carnis. ſecūdum
quod veſtimēta, ita & epulæ. Ad mollitiē & luxu-
riam cultu regio diſſoluebat carnē exterius: ac ci-
bis & potibus refouebat interius. [Et erat quidam
Lazarus pauper.
mendicus nomine Lazarus.] Diuiti adiūgitur pau-
per, quia alter alteri confert, ſed differenter: quia
diues confert temporaliter pauperi, & pauper ſpi-

ritualiter diuiti. Vnde Chryſ. Dum diues ſuſtentat
G pauperem, ſuſtentatur à paupere. Exprimitur autẽ
hîc nomen pauperis, quia à deo per approbationẽ
erat cognitus, ſicut & Moyſi dicit, Noui te ex no-
mine: vnde & pauperibus humilibus dicitur. Gau-
dete & exultate, quia veſtra nomina ſcripta ſunt
in cœlis. Lazarus pauper & humilis nominatur: di
ues verò nec nomine dignus habetur. Nomina bo-
norum ſcripta ſunt in libro dei: & nomina malorũ
in libro diaboli. In quo penſandũ eſt, quantũ inter-
eſt inter publicam legẽ mundi, & benignam legẽ
Pauperes latent. dei. Nam diuites ſunt mundo celebres per nomina
ſua: ſed pauperes latent, nec nomẽ in mundo habẽt.
Mos eſt dicendi, Quando de vrbe profecti ſumus,
obuiauit nobis talis comes, vel dominus. Ecõtrà de
paupere dicitur, Nobiſcũ vnus pauper agebat iter.
Pauperis prælatio. Sed in euangelio eſt mos contrarius: quia pauperis
nomen exprimitur, diuitis verò nomẽ tacetur: ſu-
perbos diuites per iudicium reprobationis deus ne-
ſcit, humiles pauperes per iudicium approbationis
noſcit. Cominus aſpicit hos, & eminus arcet illos.
H Diuitibus ſunt nomina in culmine mundi, ſed pau-
peribus ſunt nomina in aula dei. [Qui iacebat ad
ianuam eius vlceribus plenus,] vt ex vicinitate ma
gis appareret duritia diuitis: exeũdo, & reuertẽdo
eum videntis: & patientia pauperis ex viſione diui
tis. Vbi Chryſo. Infœliciſsime hominum mortem
corporis tui vides iacere ante ianuã, & non miſere-
ris. Si dei præcepta non cõſideras: ſaltem miſerere
conditionis tuæ: & time ne & ipſe talis efficiaris.
[Cupiens ſaturari de micis,] nõ dicit de pretioſis,
[quæ cadebant de menſa diuitis:] quodãmodo di-
cens ad diuitem, Sufficiunt mihi micę menſæ tuæ:
quas abijciendo proijcis inde. Præbe de ſuperfluo
eleemoſynam: fac de nõ dãno lucrũ, in quo nimia
duritia apparet, eo ꝙ perire permittebat vnde pau
per ſubleuari poterat. [Et nemo illi dabat,] qa tali
domino talis familia: & ideo conformabantur ei in
mentis duritia. Cùm ergo ante ianuã iacere ex vi-
ſione pauperis diuiti non miſerenti, cumulus dãna-
tionis infertur, & rurſus ex viſione diuitis tentatus
I quotidie pauper probatur. Quẽ ad maiorem ipſius
probationem paupertas ſimul & ęgritudo, & viſa
diuitis copia, & nulla ſibi adhibita conſolatio affi-
ciunt. Vbi Chry. Aegrotatio habet aliquod ſolatiũ,
ſi opes habet. Si autem ad infirmitatis magnitudi-
nem accedat & paupertas, duplex eſt infirmitas.
Quanta ergo in iſto pœna eſt, in quo inter tãta vul
nera non meminit dolores plagarũ, ſed famis? [Sed
& canes veniebant, & lingebãt vlcera eius.] Vnde
talis pietas in lingendo vlcera pauperis, arguit du-
ritiam diuitis: quia magis curiales erãt canes pau-
peri, quàm eorũ dominus. Et nec à ſe canes remo-
uere poterat, nec viſitator erat qui remoueret. Qui
etiam ſi mordendo punxiſſent, non eſſet qui illos
amouiſſet. [Factũ eſt autẽ vt moreretur mẽdicus]
in patientia, quæ opus perfectum habet probatus,
[& portaretur,] ſecundũ animam [ab angelis in ſi
Sinus Abrahæ. num Abrahæ] de mẽdico diues factus, id eſt, ad re-
quiem, & lymbum ſanctorum patrũ: vbi deſcẽde-
bant animę iuſtorum morientiũ, antequã generale
impedimẽtum gloriæ per paſsionem Chriſti eſſet
amotum: qui ſinus (ſecundum Aug.) ideo Abrahæ
dictus eſt, non ꝙ ipſius tantum ſit, ſed ꝙ ipſe mul- K
tarum gentium pater ſit, quibus ad imitandũ poſi-
tus eſt. Vbi Chryſ. Non ſuffecerat ad portandũ an-
gelus vnus pauperẽ, ſed propterea plures veniũt vt
chorum lætitiæ faciant. Gaudet vnuſquiſq; ange-
lorum tantum onus tangere: libẽter talibus oneri-
bus prægrauantur, vt ducãt homines ad regna cœ-
lorum. [Mortuus eſt autẽ diues,] quia diuitię non
poſſunt à morte ſaluare: [& ſepultus eſt in infer-
no,] ſcilicet dãnatorũ, id eſt, in profunditate pœna-
rum infernalium: de diuite mendicus factus. Diues Diues.
iſte tãquam diaboli parrochianus ad cœmiterium
infernale à dęmonibus eſt deductus, & ibi eſt ſepul
tus. Ibi ſepelientur parrochiani diaboli ſine thure,
& ſine aqua benedicta ad modum aſini. Vnde in Hiere.
Hiere. de quolibet reprobo dicitur, ſepultura aſini
ſepelietur. Sepultura aſini eſt talis quia excoriatur,
& pellis à domino poſsidetur: carnes à canibus la-
cerantur, oſſa pluuijs & grãdinibus derelinquũtur.
Sic quando aliquis moritur iniquus, parẽtes poſsi- L
dent ſubſtantiam terrenã, vermes lacerant carnem
ſuam, ſupplicia infernalia lacerant eius animã, quę
naturã oſsis habebit, quia conſumi nunquã poterit.
Et notandum ꝙ pluribus modis cognoſcitur aliqs, Parrochiani agnoſcendi per characteres.
cuius parrochianus ſit: ſcilicet ſi ab eo baptiſmũ ſu-
ſcipiat, ſi ei primitias & decimas reddat, ſi eius miſ
ſas & horas audiat. Qui ergo aqua concupiſcentię
baptizatur, in qua character diaboli imprimitur:
de quo in Apocalypſi dicitur, Qui initia operũ & Apocal.
conſummationẽ tanquã primitias & decimas dia-
bolo reddit, vel bona tẽporalia in illicitis cõſumit:
qui laſciuis cantilenis, & erroneis carminibus, ſeu
verbis detractorijs & malis intendẽdo, tanquã ho-
ras diaboli audit: diaboli parrochianũ ſe oſtẽdit, &
in eius cœmeterio ſepelietur in morte, ſicut etiam
diues iſte eſt ſepultus. Sed qui baptizatur aqua pœ-
nitentię, vbi imprimitur character Chriſti, ſcilicet
Thau: de quo dicitur in Ezechiele. Qui initium & Ezech.
conſummationẽ bonorũ operũ Chriſto reddit, qui
eius ſermones & verba libẽter audit deportabitur
ab angelis in requiẽ Chriſti: cuius parrochianũ ſe M
oſtendit. Meritò autẽ pauper deportabatur ab an-
gelis, & angelica ei deputabãtur officia: cui tã cru-
deliter denegata ſunt humanitatis obſequia, & me
ritò diues ſepultus eſt in inferno, vt ſuſtineat cru-
ciatum nolendo, qui in præſenti vita crucẽ portare
noluit pœnitendo. [Eleuans autẽ oculos ſuos] ſpi-
rituales, nõ corporales, quia ibi erat anima eius nõ
corpus, [cùm eſſet in tormentis] multiplicibus, qa
eius oculi aperti erãt per pœnã qui antè clauſi fue-
rant per culpã, [vidit Abrahã à longè] quia multũ
etiam ante apertionẽ ianuę cœleſtis diſtabat ſtatus
electorum à ſtatu reproborum, intantũ, ꝙ impoſ-
ſibilis erat tranſitus ab vno in alium [& Lazarũ in
ſinu eius] ad cumulum ſuæ pœnæ, quẽ in proſpe-
ritate poſitus dedignabatur videre. Sinus Abrahæ Sinus Abrahæ.
(de quo hîc dicitur) ante paſsionem erat in lym-
bo inferni, ſed modò eſt in cœlo: ſicut etiam tranſ-
latus eſt Abrahã de lymbo: ſic & ſinus ipſius cum
eo. Erat nanque in ſuperiori margine inferni lo-
cus aliquantulum habens lucem pro ſpe futuræ
claritatis,



claritatis, ſine omni pœna materiali, in quo erant
A animæ electorũ, vſque ad deſcẽſum Chriſti ad in-
feros: ſcilicet ad eundem locum, qui locus propter
Sinus. ſui trãquillitatẽ ſinus eſt dictus: ſicut & ſinus maris
dicitur locus quietus à vẽtis & tẽpeſtatibus: & di-
cebatur Abrahæ, quia ipſe fuit prima via creden-
di, & primus publicè prædicauit fidem vnius dei,
Hunc locũ appellauit Iob tenebras, reſpectu viſio-
nis diuinæ: vel pro tædio expectãdi ſaluatorẽ, di-
Iob 17. cens: In tenebris ſtraui lectulũ meum. Secundum
Bedam: Sinus Abrahæ, eſt requies beatorũ paupe-
rum, quorũ eſt regnũ cœlorũ, quo poſt hãc vitã re-
cipiũtur. Et ſecundum Auguſt. Sepultura inferni,
pœnarum profunditas eſt: quæ ſuperbos & immi-
ſericordes, poſt vitã hãc vorat. Qui in præſenti vo
lũt tenere locum primũ: in futuro retrudẽtur in lo
Loci commutatio. cũ nouiſsimũ, Vbi Chryſo. Sicut aũt pauperi, dum
uiueret, grauiorẽ pœnã reddebat iacere ante ianuã
diuitis, & aliena bona proſpicere: ſic diuiti mortuo
augebat exercitium accubitus in gehẽna, & proſpe
B ctus delectationis Lazari, ne ſola tormẽtorũ natu-
ra, ſed & collatione honoris illius intolerabilius
ſentiret ſupplicium. Aliorũ diuitię, eorũ qui in pau
pertate ſunt, tormẽta ſunt. [Et ipſe clamãs præ do
lore, dixit: Pater Abrahã, miſerere mei.] Hũc ſerò
& pro nihilo patrem vocat, quẽ in operibus miſe-
ricordiæ imitari noluit: & petit miſereri ſui: qui
nec ſuimet miſertus eſt, nec Lazari. [Et mitte La-
zarum vt intingat extremum digiti ſui in aqua, &
refrigeret linguam meã, quia crucior in hac flam
ma.] Lazarũ petit mitti ſibi æſtuãti, cui ipſe micas
panis noluit mittere eſuriẽti. Vocat aũt extremum
digiti ſui, modicum ſuffragium meritorũ: & guttã
Digitus & lingua animarum. aquæ, modicum quid refrigerantis miſericordię.
Vnde notãdum ꝙ lingua & digitus methaphoricè
dicũtur in animabus ſeparatis: quales erãt animæ
Lazari & diuitis: ſicut enim in deo, qui ſpiritus eſt,
manꝰ dicitur virtus eius operatiua: ſimiliter in La
zaro hîc per digitum intelligitur virtus eius auxi-
liatiua: & per linguã diuitis, virtus cõceptus mẽtis
expreſsiua. Vnde nõ in vera, ſed imaginaria lin-
C gua punitur, dum per imaginationẽ in memoriã
peccata linguæ reuocat. Et ſimiliter plura alia (de
quibꝰ hîc dicitur) mẽtaliter fieri intelligũtur. Quã
Animarũ paſsio. uis animæ corpora nõ habeãt: tamen in membris
pati dicũtur: quia exutæ à corporibꝰ tales affectus
in ſe ſentiũt pro peccatis, ac ſi in corpore pateren-
tur in mẽbris. In lingua ergo cruciari dicitur, id eſt
in anima, quæ pro peccato linguæ amplius torque
batur, quia per eam plus peccauerat, ſecũdum duo
officia naturæ, in quibus lingua deſeruit, ſcilicet
guſtum & loquelam, in quibus epulones frequen-
ter offendunt. Per linguam quidem in officio gu-
ſtus peccauit, quia epulabatur quotidie ſplendidè:
& ſimiliter in officio loquelæ, quia inter epulas
ſplendidas magis relaxatur lingua ad loquendum
inepta. Et ideo expedit valde in menſa ſobrietatẽ,
& ſilẽtium obſeruare. Vnde Baſilius: Quantũ poſ-
ſumus delitias mũdi, & ciborum epulãtiam fugia-
mus: nequãdo cruciati in flãma, quæramus guttã
Diuitis vitia. aquę, & nullũ refrigeriũ cõſequamur. Plenus nihil
ominus, vt viſum eſt, iſte diues fuit vitijs: in eo eñ
erat auaritia, quia diues erat: nõ quia diuitias habe
bat, ſed quia auarè retinebat, & illicitè expẽdebat. D
Item in eo fuit vana gloria, quã habuit in vtẽdo ve
ſte pretioſa. Hoc aũt quã grande ſit peccatum pa-
tet ex hiſtoria Romanorum, vbi legitur ꝙ ille qui
primus apud eos purpura indutus fuit, à fulmine
percuſſus interijt. Nõ debet homo de veſtibus glo-
riari, imò magis dolere, reſpiciẽdo ad peccatũ ſuũ:
nam ante peccatũ veſte nõ indigebat, quia decore
innocẽtiæ indutus erat: ſed perdita innocẽtia, adue
nit dei ira, & tũc fuit veſtis ſibi facta ad cooperien
dũ miſeriã peccati & defectuũ noſtrorũ. Vnde in
Geneſi: Fecit quoque deus Adæ & vxori eius tuni Gene. 3.
cas pelliceas. ſ. extra paradiſum poſt lapſum & pec
catũ. In ſignũ huius aliqui religioſi nõ vtuntur niſi
pellibus, in memoriã trãſgreſsionis primorum pa
rẽtum, & in ſignũ mortalitatis: quia pelles ſunt de
animalibus mortuis. Quatuor aũt modis põt eſſe
reprehẽſio circa veſtes. Primò, quãdo ſunt nimis Veſtiũ reprehenſio.
pretioſæ. Secũdò, qñ ſunt curioſæ. Tertiò, quando
E nõ ſunt ſtatui perſonæ cõueniẽtes. Quartò, quãdo
quis habet diuerſa veſtiũ mutatoria, ita ꝙ à tineis
demoliũtur, & Chriſtus in pauperibus nudus relin
quitur. Itẽ fuit in eo peccatũ gulæ, quia [epulaba-
tur quotidie ſplendidè.] Facit aũt guloſus iniuriã Guloſi deteſtatio.
naturæ: nulli eñ animali tam magnũ corpus habẽ
ti dedit natura tam paruum os & collum, ſicut ho-
mini: vt per hoc ad cibi & potus parcitatẽ, & tẽpe
rãtiã nos moneret. Erat & ſine miſericordia, quia
vlceroſi pauperis noluit miſereri: & ideo fruſtra
miſericordiam petijt, qui miſericordiam nõ fecit:
& ideo etiam tanquam à deo nõ cognitus caret no
mine, qui deum cognoſcere noluit in paupere. Nõ
enim reprehẽditur ex eo quòd diues erat: ſed quòd
diuitias auarè retinebat: & nihil pauperi dare vole
bat: ac eas in veſtibus curioſis, & epulis delicatis
malè expendebat: nimiſque diuitias amabat, & cir
ca eas cor ſuum poſuerat: nec reprehenditur ex eò
quòd aliena abſtulit, ſed quòd ſua non dedit: nec di
citur quia quempiam oppreſsit, ſed quia in acce-
ptis rebus ſe extulit. Vnde Chryſoſtomus: Non aũ F
tem quòd diues erat torquebatur, ſed quia miſer- Diuitis accuſatio.
tus non fuit. Non accuſatur, quia res alienas tule-
rit, non quia adulter fuerit, non quia aliquod ma-
lum fecerit: ſola in illo condemnatur ſuperbia. Vn
de & Gregorius: Hinc colligendum eſt qua pœna
multandus ſit, qui aliena diripit, ſi inferni damna-
tione percutitur, qui propria nõ largitur. Hęc Gre
gorius. Penſent ergo non ſolum ſeculares, ſed & re
ligioſi, qui temporalia illicitè ſibi attrahunt, vel
detinent, qua pœna puniẽdi ſunt, ſi damnatur qui
propria non dedit. Qui enim aliena, ſeu illicitè ac
quiſita, & reddenda detinent: contra dei mandata
peccãt: ſine quibus nemo poteſt ad vitam ingredi,
vel ſaluari. Et tamen multi credũt, ſed ſtultè, quòd
reatu tantæ iniuriæ non obſtante, animæ eorum
requieſcant in pace. Nam quia conſcientia ſæpe
formatur ſecũdum id ad quod homo afficitur: ideo
multi pecunias & temporalia nimis diligentes, de
illicitè acquiſitis conſcientiam non faciunt: ſicque
dei præcepta contemnendo, & per conſequẽs mor
taliter peccãdo deũ grauiter offendunt, & omnia
ſua in bonis

ſua in bonis exercitia perdere non metuũt. Et ma
G ximè hoc attẽdant domini terrarũ,& potẽtes,qui
parum timẽt terras aliorũ ſibi attrahere,&minus
potẽtes vi vel dolo opprimere:nec ad deum cuncta
cernentẽ curant reſpicere. Si arbores ſolũ in altum
&nõ in latum creſcerẽt,nec ſe dilatarẽt:vna aliam
nõ impediret:ſed quia creſcunt in latũ &ſe dilatãt
vna impedit aliã:ita ꝙ vna quandoq; abſcinditur,
propter aliã ſibi vicinam. Sic reges & potẽtes qui
habẽt& quærunt d[~]m,ſi ſolum creſcerẽt in altum
verſus cœlum,& erigerent ſe ad deũ,vnus nõ im-
pedirent aliũ:& quia dilatãt ſe plus debito ad ter-
rena,propter hoc vnus alium impedit,& aliena ſi-
bi attrahit,ac ea ſepe hæredibus ſuis relinquit. Sed
nõ gaudeant de hoc vel glorientur:quia veniet tẽ-
pus quo ipſi tanquam parrochiani diaboli,cũ diui-
te in inferno ſepultura aſini ſepelientur,& alij per
eos iniuſtè oppreſsi ad requiem cũLazaro ſuſcipiẽ
Miſericordiæ adhortatio. tur. Audiant hoc terreni & miſeri, quos puluis ter
ræ nunc excæcauit,quia vexatio tunc intellectum
eis dabit. Vnde Augu. Audiant iſta diuites,qui no-
H lunt eſſe miſericordes. Audiant irrogari ſibi ſup-
plicia,qui nolunt erogare ſubſidia. Audiant paupe
rem refrigerantem,audiant diuitem pœnis grauio
ribus æſtuãtem. Pẽſentur ergo pro diuitijs,pœnę:
refrigeriũ,pro paupertate:pro purpura,flãma:refe
ctio,pro nuditate: vt ſalua ſit æquitas ſtateræ, &
non mẽtiatur modus illius menſuræ: in qua,inquit
menſura menſi fueritis:ita metietur vobis. Ideo ne
gatur miſericordia diuiti,quia ipſe dum viueret
noluit miſereri:ideo rogans diues,non exauditur
in tormentis,quia rogantem pauperem non exau-
diuit in terris. Et iterum regnum cœlorum,verita
te atteſtãte,didicimus nõ diuitũ,ſed pauperũ eſſe.
Si igitur regnũ eſt pauperum:reſtat vt infernus ſit
diuitum. Quiſquis igitur vis regnare cũ Chriſto,
elige paupertatẽ cũ ipſo, & requieſcas cũ Lazaro
mendico. Nemo enim poteſt gaudere cũ ſeculo,&
regnare cũ domino. Qui igitur vult epulari cum
diuite, præparat ſe inter epulas vermibus gehen-
næ. In qua pro gaudio momẽtaneo ardebit perpe-
tuò cũ capite ſuo diabolo. Infœlix cõmerciũ,pro
I tam breui gaudio cœleſti priuari à regno. Fœlix
Paupertas fœlix. paupertas, per quã cœleſtis acquiritur hæreditas.
Fœlix cõmerciũ, pro perituris æterna ſuſcipere:
&quod ineffabile bonũ eſt,ſine fine cũ Chriſto re-
gnare. E cõtrà ineffabilis miſeria,ꝑpetua pati ſup-
Diuitijs nõ cõfidas plicia. Hęc Auguſtinus. vnde& Chryſoſtomus,In-
ſtruimur autem quàm ſit vtile in diuitijs nõ confi-
dere. Ecce diues indiget paupere,qui quãdoq; eſu-
riebat Mutantur res,& notificatur omnibus quis
eſſet diues,& quis eſſet pauper. Sicut enim in thea
tris cùm adueſperaſcit,& aſtãtes recedũt:exeuntes
& amictũ induẽtes,qui reges & prætores viſi fue
rant,omnibus vultibus vidẽtur vt ſunt:ſic aduenię̃-
te morte,& ſoluto ſpectaculo,vniuerſis laruis ege
ſtatis,& diuitiarũ depoſitis,ex ſolis operibus diju-
dicãtur,qui iam verè ſint diuites,qui pauperes,qui
Scacorum ludus. glorioſi,qui ve inglorij. Hæc Chryſ. Videtur etiã
eſſe de ſtatu hominũ,ſicut de ludo Scacorũ. In illo
enim ludo ſunt reges & milites,ſenes & iuuenes,
magni & parui,& cætera huiuſmodi:quorũ in ipſo
ludo cõtinua fit de loco in locum mutatio,& quaſi
quædã mutua adinuicẽ oppugnatio,ſed completo K
curſu ludi & tẽporis,omnia proijciuntur in ſaccũ,
& maiora quæq;,& magis grauia cadũt in profun
dũ. Sic diuerſarũ cõditionum homines in diuerſis
locis ponũtur,& frequẽter de loco in locũ mutãtur
ac ſæpe mutuo ſe impugnãt,& ſibijnuicẽ aduerſan
tur:ſed cõpleto curſu eorũ,mittũtur in terræ ſac-
cũ,& maiores ac de onere peccatorũ magis gra-
ues:deſcẽdũt cũ diuite in inferni abyſſum. [Et di-
xit illi,] .ſ. diuiti Abrahã. [Fili,] ſcilicet genere nõ
imitatione,& vocat eũ filium vt dolor eius augea-
tur de perdita hæreditate: [recordare,] ſed melius
eſſet præuidiſſe: [quia recepiſti bona in vita tua,]
id eſt,illa quæ vera & ſola putaueras eſſe bona. ſci
licet tẽporalia:quæ ſæpe dãtur quibuſdã in ſignũ
diuinæ reprobationis:& hoc ſibi dicitur ad augmẽ
tum ſuæ pœnæ & infœlicitatis,vt cogitet ſtatum
præteritæ fœlicitatis,quia(vt dicit Boëtius)in om
ni aduerſitate fortunæ,infœliciſsimũ eſt genus in L
fortunij fuiſſe fœlicẽ. [& Lazarus ſimiliter mala,]
ſcilicet trãſitoria recepit in vita ſua:nõ mala ſecũ-
dum æſtimationẽ ſuã,ſed diuitis:qui inopiam, &
famẽ,& egritudinem exiſtimabat mala. Et horũ
recordatio malorum fuit Lazaro cõſolationis au-
gmẽtum. Vnde Boëtius: Dulcior eſt apũ mage la- Dulcia quand
bor, Si malus ora prius ſapor edat. Fortè diues iſte
aliquid boni habuit,quod fœlicitas tranſeũtis vitæ
remunerauit:& Lazarus aliquid mali,quod ignis
inopiæ purgauit. Et ideo,ſecundũ Grego. Si hono
rem vel diuitias,ſeu aliquid aliud exterioris boni
vel proſperitatis in hoc mũdo accipimus,pertime-
ſcere debemus,ne nobis pro quorundam noſtrorũ
actuũ bonorũ recõpenſatiõe dñs dederit,& à retri
butione boni intimi repellat:& ſi pauperes fortè
reprehẽſibiles conſpicimus,deſpicere nõ debemus,
quia fortaſſe eos caminus paupertatis purgat. Ha-
bent iuſti bona mũdana,ſed in recõpenſationẽ me Bona iu-
ritorum ſuorum non recipiũt,quia ad æterna ſan ſtis da
ctis deſiderijs æſtuãtes,quæ aſſunt minima bona
reputãt. Iniuſti verò omne gaudium ſuum fœlici-
tatem tranſitoriam putantes,exteriora ſola ſum- M
ma bona æſtimãt. Vnde Chryſoſtomus: Dixit etiã
recepiſti bona in vita tua,quaſi debita:quaſi dice-
ret: Si quid boni feciſti,vnde præmium deberetur,
omnia recepiſti in illo mundo:epulãs,ditatus,oble
ctatus ſucceſsibus proſperis. Hic autem ſi quid ma
li commiſit,vniuerſa recepit paupertate,fame, &
extremè oppreſſus miſerijs,& vterque veſtrũ huc
nudus acceſsit:hic quidẽ de peccatis,propter quod
& cõſolationẽ ſortitur:tu verò à iuſtitia,propter
quod & immitigabilẽ perfers pœnam. vnde ſequi
tur: [Nunc aũt hic cõſolatur,] ſcilicet æterna con-
ſolatione:pro modica tribulatiõe,& propter meri
tũ patiẽtiæ: [tu verò cruciaris,] ſcilicet æterno cru
ciatu pro temporali delectatione,& propter defe-
ctum miſericordiæ. Vt enim dicit Gregorius: Iu-
ſtum eſt vt in ſe dolorẽ inueniat, qui relicto vero
gaudio in ſe,& in mundo gaudia vana quærebat.
Vnde Bernar. Quantos,inquit,videtis& ipſi Laza
ros eſuriẽtes,nudos,ęgrotos:& plus de iumentis ve
ſtris,plus de eorum phaleris quàm de iſtorum mi-
ſerijs



A ſerijs cogitãtis. Sed ad tremendũ Abrahæ iudiciũ
Abrahæ iudicium. veniamus. Nõ eñ Abrahę ſed domini ſentẽtia eſt:
[Memẽto,inquit,fili ꝙ recepiſti bona in vita tua,
& Lazarus ſimiliter mala. Nunc aũt hîc conſola-
tur:tu verò cruciaris,] Hęccine cruciatum cauſa to
ta eſt,ꝙ in hoc ſeculo bona recepit. Ipſa planè:ne-
que enim ad hoc nos paradiſo voluptatis animad-
uerſio diuina eieciſſe videtur,vt alterũ ſibi hîc pa-
radiſum adinuentio humana pararet:ſed vt in cine
re & cilicio miſeriã ſuæ ſubuerſionis deploraret.
Cæterùm ſi ſic cruciandi ſunt qui in vita ſua bona
receperũt:& habẽtibus cõſolationẽ præſentẽ,vę re
poſitum eſt ſempiternũ:quiſnã eorum poterit eſſe
finis,ſi ſecundũ multitudinẽ cõſolationũ ſuarũ,do-
lores apprehẽderint animas miſerorũ. Conſequẽs
enim videtur vt bona omnia,& oẽm ſeculi huius
recipiẽtibus cõſolationẽ, nihilominus vniuerſum
vę,& vniuerſi maneãt cruciatus. At verò & illud
equè ex eadem Abrahæ ſentẽtia cõijciendũ vide-
B tur,eos qui contrario ducti ſpiritu vitæ præſentia
omnia bona reſpuũt,& eligunt mala:omnia bona
domini, & omnẽ habituros cõſolationẽ. Et iterũ:
Si de pœnarũ diminutione ſolatium pręberevolue
ro:crudelis ero,& nõ miſericors. Quantum enim
ſubtrahã de pœna:tantũ de corona ſurabor. Tan-
tum minus erit de fructu quantũ de ſemine ſubtra
xero. Renuat ergo conſolari anima noſtra huiuſ-
modi cõſolatione:ſed memor ſit dei,& conſoletur
in eo. Apud ipſum nanque ipſa quoque tribulatio,
magna quædam conſolatio poterit inueniri. Hæc
Bernardus. Sic ergo huius vitæ fœlicitas diuitem
infœlicẽ fecit:quia, vt dicit Auguſtinus, Nihil eſt
Aduerſi vitatio. infœlicius infœlicitate peccantiũ,qua pœnalis nu-
tritur impunitas,& mala volũtas velut hoſtis inte-
rior roboratur. Vnde Seneca: Breuẽ tibi formulã
dabo qua te metiaris, qua te perfectũ eſſe iam ſen
tias. Tũc habebis tuum bonũ,cùm intelliges infœ
liciſsimos eſſe fœlices. Et iterum: Nihil eſt infœli
cius & demẽtius eo cui nihil vnquã euenit aduer-
ſi:nõ licuit illi ſe experiri. Et iterũ: Te iudico mi-
ſerum,quia nõ fuiſti miſer:trãſiſti ſine aduerſario
C viam:nemo ſcit quid tu potueris,ne tu quidẽ ipſe.
Hæc Seneca. Infœlicitas verò huius vitæ Lazarũ
purgauit,& fœlicẽ fecit. Plurib[9] quippe modis pur
gamur in iſta vita. Quibuſdam enim eſt purgatio
cruciatus corporis,quos eis mali inferunt:aliqui-
bus afflictionis carnis:quas ſibijpſi per ieiunia, vi-
gilias,& alios labores ingerũt:quibuſdã verò cha-
rorum vel rerũ amiſsio:aliquibus dolores,vel egri
tudo:quibuſdã vict[9],vel veſtitus ęgeſtas:aliquibus
ipſius mortis acerbitas. Deinde ſubiũgitur: [Et in
his omnibus,] id eſt,inter hęc omnia quę petis vnũ
eſt quod impedit, ſcilicet [quòd inter nos & vos,
chaos magnũ firmatum eſt:] id eſt,diſtãtia magna
meritorũ & ſtatuũ firmata eſt rigore diuinę iuſti
tię:vt impoſsibilitas ſit trãſit[9] ab vno ſtatu in aliũs
ideo ſubdit,] vt hi qui volũt hinc trãſire ad vos,nõ
Animę ſeparatæ. poſsint:neque inde huc trãſmeare:] quia animę ſe
paratæ ſunt extra ſtatũ meriti & demeriti. Vnde
Chryſo. Videre poſſumus,tranſire nõ poſſumus:&
nos videmus quod fugimus,& vos videtis quod per
didiſtis:& noſtra gaudia accumulãt veſtra tormẽ-
ta,& veſtra tormenta accumulant noſtra gaudia.
Hæc Chryſo. Quòd dãnati vellent venire ad locũ D
electorũ,ſi eſſet poſsibile,nõ eſt dubiũ:ſed ꝙ electi
vellẽt ire ad locum dãnatorum,non videtur:vnde
eſt dicẽdum,ꝙ non vellẽt ire illuc ad manẽdum:
vellẽt tamẽ illuc venire,ſi eſſet poſsibile,ad propin
quos ſuos liberãdum. Iſtud tamẽ velle intelligitur
ſecundũ volũtatem naturalis compaſsionis,nõ aũt
ſecundũ voluntatem deliberatiuam,in qua confor
mãtur ſimpliciter diuinæ iuſtitiæ,& diſpoſitioni
diuinæ volũtatis. Noli ergo diuitem imitari in ſu-
perbia vitæ:quia vt dicit Gregorius, Illic eos à ſor
te humiliũ iudex ſeparat,qui ſe hîc in ſuperbię cor
nibus exaltãt. Neque in concupiſcẽtia carnis:quia
vt dicit idẽ Greg. Nõ poſſunt qui hîc voluptatibus
ſuæ carnis ſeruiunt,illic in ouiũ grege numerari.
Neque in concupiſcẽtia oculorum:quia vt idẽ Gre
gorius teſtatur, Regnũ cœlorũ percipere neque-
unt,qui hîc toto deſiderio terrã quærunt. De qua
auaritia etiam Chryſo. hoc loco dicit: Vbicunque E
abieris,philargios & auaros punitos videbis:& nũc
quidẽ audiẽt,Chaos eſt inter nos& vos:nũc autem,
Ite maledicti in ignẽ æternum,qui paratus eſt dia
bolo,& angelis eius:& vbique abactos eos aliquis
videbit,& nuſquã locum habẽtes,quàm in gehen-
nam. Quæ itaq; rectæ fidei nobis eſt vtilitas ad ſa
lutem,hæc cũ audierimus? Illic eſt ſtridor dẽtium,
& tenebræ exteriores,& ignis paratus:hîc autem
ſunt inimicitiæ,accuſationes,detractiones, pericu
la,ſolicitudines,inſidiæ,& ab omnibus odio habe-
ri,etiã ab his qui videntur adulari. Philargium de
nique vniuerſi ſimul contriſtant,& improperium
vltimũ eſt auaritia. Si enim pecunias deſpicere nõ
ſuſtinet:quomodo ſuperabit vnquã concupiſcẽtiã,
& gloriæ inſaniam,& furorẽ,& iram? Hæc Chry
ſo. Poſtquam ergo,vt dicit Gregor. ardenti diuiti
de ſe ſpes tollitur:eius animus ad propinquos,quos
reliquerat,recurrit. Vnde ſequitur: [Rogo ergo te
pater,vt mittas eum in domum patris mei. Habeo
enim quinque fratres,vt teſtetur illis ne & ipſi ve
niãt in locum hunc tormẽtorum.] Non dixit hoc F
charitate ductus,quam ante mortẽ nõ habuit,nec Timor diuitis.
poſtea acquiſiuit:ſed timore ſeruili,ne in ipſorum
conſortio eius pœna augeretur:quia fuerat eis oc-
caſio peccandi,tum ratione diuitiarum,quas eis di
miſerat ad abuſum:tum exẽplo malæ vitæ, quod
eis dederat ad ſequendum. Vnde Gregorius: Qua
in re notandum eſt,ardenti diuiti quanta ſupplicia
cumulantur. Ad pœnam nanque ſuam ei cognitio
ſeruatur & memoria. Cognouit enim Lazarum,
quem deſpexit:& fratrum ſuorũ meminit,quos re
liquit. Vt enim peccatores in ſupplicio amplius pu
niantur:& eorum vident gloriã quos contempſe-
runt,& de illorum pœna torquentur quos inutili
ter amauerunt. Petenti autem diuiti, vt Lazarus
mitteretur:ab Abrahã protinus reſpondetur. [Ha
bent Moyſen] qui docuit moralia & agenda: [&
prophetas,] qui docuerunt myſtica & credenda:&
iſta ſufficiunt ad ſalutem:ideo ſequitur,audiant il
los. Et ex hoc patet quòd iſte diues & fratres eius
erant de gente Iudæorum,quia Gentiles non ha-
bebant doctrinam Moyſi & prophetarum: vt eñ
dicit

dicit Chry. Vocat hîc Moyſen & prophetas, ſcripta
G Moſayca & prophetica. Sed (vt dicit Gregorius:)
Qui dei verba deſpexerat, hæc audire non poſſe
ſuos ſequaces æſtimabat. Vnde ſequitur: [At ille
dixit: Non pater Abraham, ſed ſi quis ex mortuis
ierit ad eos, pœnitentiã agẽt.] In quo implicat ꝙ
extra pœnitentiã erãt, & per cõſequens in via ve-
niendi ad inferni tormẽta. Quaſi diceret, plus crẽ
dent mortuo quàm ſcripturæ: moti ex nuntio ſic
mirabiliter eis apparẽte. Sed mox diuiti ſententia
veraci reſpõdetur: [Si Moyſen,] qui fuit tãtę auto-
ritatis [& propheta] qui fuerunt tãtæ ſanctitatis,
[non audiũt] auditu interiori: [neq; ſi quis ex mor
Lazaro nõ eſt creditũ — tuis reſurrexerit, credent ei.] Hoc patuit per effe-
ctum quia Lazaro reſurgenti, & Chriſto teſtimo-
nium perhibẽti, nõ crediderũt: ſed magis eũ occi-
dere voluerũt. Similiter nec Chriſto reſurgẽti credi
derũt: ſed magis falsò ſuaſerũt ipſum nõ reſurrexiſ
ſe, & corp⁹ à diſcipulis ſuis furatũ fuiſſe. Vñ Greg.
Quia ſi verba legis deſpiciũt, redẽptoris præcepta
qui ex mortuis reſurrexit: quãto difficiliora ſunt,
H tãto hęc difficili⁹ implebũt. Vbi & Chry. Cõſidera
ꝙ quiſq; mortuus ſeruus eſt: quæcũque verò dicũt
ſcripturæ, dicit dominus. Vnde & ſi reſurgat mor
tuus, & ſi cœlitus deſcẽderet angelus, omnibus ma
gis ſunt dignæ fide ſcripturæ. Nam angelorũ do-
minus, viuorũ & mortuorum iudex eas inſtituit.
Hæc Chryſo. Hæc ergo præmiſſa cõſiderãtes, to-
leremus quæ temporaliter moleſtant, & refrene-
mus nos ab his quæ temporaliter delectant. vt etiã
dicit Hiero. Miſeriæ delitijs, & delitiæ miſerijs cõ
mutantur: & in noſtro arbitrio eſt, vel diuitem ſe-
qui, vel Lazarũ. Vnde & Chryſoſtomus: Si quãdo
ægrotamus, ſi pauperes ſumus, ſi frigore confici-
mur, ſi hoſpitium nõ habemus: lætemur & gaudea
mus, Lazarũ cogitemus, accipiamus mala in vita
noſtra, & diuitis nos tormẽta terreant, & pauperis
exempla prouocẽt. Deprecemur dominum vel la-
tronem, & iſtum Lazarum pauperem imitemur.
Si perſecutio venerit, imitemur latronem: ſi pax
fuerit, imitemur Lazarũ, & egeſtas propter Chri
ſtum bene tolerata facit martyrium. Et iterũ: Sed
I dices nõ eſt aliquis, qui hîc & illic venia perfruatur:
tur: hoc quidem difficile eſt, & de numero impoſſi
bilium. Nam & ſi paupertas nõ vrgeat: vrget temẽ
ambitio. Si ægritudo non ſtimulet, ira inflammat.
Si tentationes nõ impetãt: emergunt ſæpe cogita-
tiones iniquæ. Non eſt autem paruus labor iracun
diam refrenare, compeſcere illicita deſideria: oſtẽ-
tationes ſedare, deſpectionẽ remittere, vitam aſpe-
ram ducere, talia verò nõ agentem impoſſibile eſt
ſaluari. Hæc Chryſoſtomus: Si ergo tẽporales mi-
ſeriæ terrent, aut delitiæ delectant: æternæ tibi in
mentẽ veniãt, & oculis tuis occurrãt, vt ſic facilius
temporales miſerias perferre: & æternas euadere,
ac temporales delitias fugere, & æternas conſequi
merearis. Vnde Gregorius: Si bonũ diligitur, mẽs
in bonis melioribus, id eſt cœleſtibus delectetur. Si
malum metuitur, mala animæ æternæ proponan-
tur. Vt dũ illic eſſe conſpicit, & amplius quod dili-
gat, & amplius quod pertimeſcat, hîc omnino non
adhæreat. Vnde & Augu. In præſenti vita & deli-
tiæ temporales dulces ſunt, & temporales tribula- K
tiones amaræ ſunt. Si quis nõ bibat tribulationis po Vita præ-
culũ, metuẽs ignem gehẽnalem? Et quis nõ cõtem- ſens.
nat dulcedinẽ ſeculi, inhians bonis vitæ æternę. Et
iterum: Si fortè tẽtant fluctus concupiſcentiæ, in-
tuearis quod promiſit deus, & dulcedo promiſſorũ
facit te contemptorem dulcedinum ſeculi. Pro eo
quod promiſit deus, cõtemnis tẽporalem fœlicita-
tem: promiſit requiem, patere moleſtiam, minatur
ignem, contẽne temporales dolores. Hæc Auguſt.
vnde etiã Chryſo. Mala carnalia ideo à deo creata
ſunt, non vt timeantur, ſed vt per eorum timorem
mala ſpiritualia magis timeantur. Bona carnalia
ideo creata ſunt, vt per huiuſmodi bona carnalia
intelligantur ſpiritualia, & magis diligãtur. Hæc
Chryſo. Vt aũt temporales fœlicitates & volupta-
tes melius cõtẽnas, cogita chariſſime & vide quid
beatitudinis, ſiue in ſpe, ſiue in re fœlicitates prę te
ritæ & voluptates in te effecerint, & ſic iudica de
futuris. Pro his enim omnibus, nõ niſi tormẽtũ re- L
manebit & luctus. Vnde in Apocalypſi: Quantum Apoc.
glorificauit ſe & in delitijs fuit: tãtum date illi tor
mentũ & luctum. Requiem ergo Lazari & pœnã
diuitis conſiderãtes pauperes nõ deſpiciamus, nec
inimici oculo aſpiciamus, ſed vt patronos & aduo
catos in die iudicij ipſos honoremus, & eorum in-
digentijs pro viribus ſuccurramus: imò dominato-
rem omnium nudũ circũeuntem, & ianuas ex ia-
nuis tranſmutantem, & ſemper ad exitus ſtantem
& manus extendentem, deſpici vel honorari in eis
certiſſimè ſciamus. Ipſe enim dicit: Quicquid vni
ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Vnde Gre- Matt.
go. Fratres mei & requiem Lazari, & pœnã diui-
tis cognoſcentes, ſolerter agite, culparum veſtra-
rum interceſſores quærite, atq; aduocatos vobis in
diẽ iudicij pauperes procurate. Cũ quoſlibet in hoc
mundo abiectos aſpicitis, etiã ſi qua reprehenſibi-
lia eorum eſſe videãtur nolite deſpicere. Quia for
taſſe quos morũ infirmitas vulnerat, medicina pau
pertatis curat. Quorum ſi qua ſunt talia quæ de-
beant iure reprehendi, panem pariter detis, & ver-
bum: panem refectionis cum verbo correptionis. M
Et duo à vobis alimenta percipiat qui vnum quæ-
rebat, dum exterius cibo, & interius ſatiatur elo-
quio: pauper ergo cùm reprehẽſibilis cernitur, mo
neri debet, & deſpici non debet: ſi verò reprehenſio
nis nihil habet, venerari ſummopere debet. Et ite-
rum neceſſe eſt, vt cùm naturæ noſtræ cõſortes ex
teriora non habere conſpicimus, quàm multa de-
ſint nobis interiora bona, penſemus. Quatenus ſe-
ſe ſuper inopes cogitatio noſtra non eleuet, cũ ſo-
lerter videt, quia nos tanto vberius quanto interius
indigentes ſumus: negantur electis in hac vita bo-
na terrena, quia & ægris quibus ſpes viuẽdi eſt, ne Reprobo-
quaquam à medico cuncta quæ appetunt concedũ rum bona.
tur. Dantur autem reprobis bona quæ appetunt,
quia & deſperatis ægris omne quod deſiderãt non
negatur. Vnde & Ambroſius: Cõtinuus ſucceſſus
tẽporalium æternæ reprobationis eſt indiciũ. Vn
de etiam Auguſtinus: Tu conſolatio ſempiterna,
quæ ſolis illis te tribuis qui conſolationẽ huius mũ
di, pro conſolatione tua contemnunt. Nam qui hîc
conſolantur,



conſolantur, indigni tua cõſolatione habentur: ſed
A qui hîc cruciantur, à te conſolantur: & qui parti
cipant paſſionibus, participãt conſolationibus. Ne
mo enim põt in vtroque ſeculo conſolari, nec põt
quis hîc & in futuro gaudere: ſed vnam neceſſe eſt
perdere, qui alteram vult poſſidere. Hæc Auguſt.
Hæc igitur pręmiſſa, bene conſiderata & diuitibus
& pauperibus valde ſunt neceſſaria: quia & illis
dant timorem, & iſtis conſolationem. Audiant hîc
diuites pœnas ſuas, & pauperes gaudia ſua: vt illi
terreantur, & iſti mulceantur. Sed heu parum hæc
attendimus, & memoriã eorum cum ſonitu trãſi-
re permittimus.

## ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte, cùm ſim omnino pau-
per virtutibus, plenus peccatorũ vlceribus,
mendicus ante ianuã tuæ miſericordię poſi-
tus, cupiens ſaturari de micis exemplorũ quæ ca-
dunt de mẽſa diuitum filiorum tuorũ, qui induun-
tur purpura paſſionũ, & epulantur quotidie ſplen-
didè ferculis virtutũ. Veniant canes doctores tui,
B vt lingant vulnera peccatorum meorũ: vt moriens
mundo, deporter ab angelis in ſinum contẽplatio-
nis cœleſtium: audiã Moyſen & prophetas, decli-
nando à malo, & faciẽdo bonũ: vt ex mortuis ope-
ribus reſurgens, ſperem vitam habere æternam.

## De reſuſcitatione Lazari. Cap. XVII.

Ioan. 11. CVm autem eſſet Ieſus cũ diſcipulis
trans Iordanem, in loco vbi Ioannes
primùm baptizauerat: contigit La-
zarum fratrẽ Mariæ & Marthę in-
firmari in Bethania, quæ inde per
dietã, vel circa, diſtabat. Sorores ergo eius curatio-
nem fratris ſui deſiderantes, [miſerunt] nuntium
[ad Ieſum,] vt ipſas à dolore, & illũ à languore li-
beraret, [dicẽtes: Domine, ecce quẽ amas infirma-
tur.] Nihil amplius mandãt ei. Sufficit enim amã-
ti inſinuare neceſſitatem amici, abſq; alicuius peti-
tionis additamento ſpeciali. Qui enim proximum
in neceſſitate deſerit, nec ei ſuccurrit: amicus eius
non eſt, nec eũ diligit. Vnde Aug. Nõ dixerunt, ve-
C ni, & ſana: non auſę ſunt dicere, ibi iube, & hîc fiet:
ſed tantum [ecce quẽ amas infirmatur:] quaſi di-
cerent, Sufficit vt noueris: non enim amas & deſe-
ris. Vnde & Chryſ. Per hoc enim ad miſerendum
volunt attrahere Chriſtũ. Ideo autem non iuerunt
ad Chriſtũ, ſed mittunt, quia confidebant de Chri-
ſto vehementer, & quia à luctu detinebantur. Et
ſecũdum Theophilum: Quia mulieres erant, quas
non decet de facili domum exire. Magnam autem
ſpem de Chriſto habebãt: diligebat enim Chriſtus
Martham actuoſam, & Mariam contẽplatiuã, quæ
triſtes erant: & Lazarum qui in figura pœnitentiũ
languebat, quiq; ei officium humanitatis ſæpe ex-
hibuerat. Hoc addit euangeliſta, ad oſtendendum
quare non oportuit ꝙ Martha & Maria irent per-
ſonaliter ad Chriſtum: quia Chriſtus erat familia-
ris Lazaro, & eius ſororibus, & ibi frequenter ve-
niebat ad hoſpitandum. Vnde Aug. Ille languens,
iſtæ triſtes, omnes dilecti. Habebant ergo ſpẽ, quo-
niam diligebantur ab eo qui erat dolentiũ conſola-
tor, languẽtium ſanator. Spiritualiter Lazarus, qui
interpretatur à deo adiutus, pœnitentiæ ſignificat Lazarus.
vitam: in die enim ſalutis, hoc eſt in die pœnitẽtię, D
quãdo verus ſol illuxit, auxiliatur deus & adiuuat.
Martha autem prouocãs interpretatur, quæ ſignat Martha.
vitam actiuã, in qua tã virtutis delectatione, quàm
exempli boni oſtẽtatione, ſemper homo ad melio-
ra prouocatur. Maria verò interpretatur illumina Maria.
trix, & ſignat vitam contẽplatiuam, qua homo illu
minatur. Secundum illud Apocaly. Mulier amicta Apoc. 12.
ſole, & luna ſub pedibus eius: luminare noctis huius
vitæ, quod ſplendorem huius mundi ſignat, ſub pe-
dibus proijcit. Hęc tria ſunt quę dñs libẽter viſitat,
ſcilicet pœnitentes, actiuos, & contẽplatiuos. Pœni
tentes, in gratia compũctionis: actiuos, in profectu
virtutis: & contẽplatiuos, in puritate veritatis. Hîc
nota ꝙ illi qui Chriſto plus ſunt dilecti, quãdoque Infirmatio dilectorum.
plus infirmãtur, & grauiora mala ſuſtinent quàm
alij. Sicut enim medicus timens de morbo pericu-
loſo, vt de acuta, inducit tertianam, vt acuta euite-
tur: ſic Chriſtus inducit infirmitates corporales, vt
morbus animæ periculoſus declinetur, quia ſumus
proni ad peccandum, & ad malũ faciendum. Vnde E
Hugo: Præſciens dominus quoſdã multa poſſe pec-
care, flagellat eos ne peccent: quia vtilius eſt eis frã
gi lãguoribus ad ſalutem, quàm remanere incolu-
mes ad damnationẽ. Hæc Hugo. Sed attendant hi
qui infirmantur, vel tribulantur vt ſe corrigant:
quia ille qui iacit ſagittam vel lapidẽ poſt ſignum,
quantò iacit frequentius, tantò propinquius: ita ꝙ
in fine quandoq; ſignum tangit: ſic poſt nos, qui in
mundo ſicut ſagittæ ſignũ ſumus, mors vel deus ia-
cit frequenter per infirmitates & tribulationes: ſed
quantò frequentius iacit poſt nos, tantò directius
& periculoſius, niſi corrigamur. Cùm ergo domi-
nus per nuntium ſororũ Lazari, accepiſſet eum in-
firmari, dixit: [infirmitas hæc non eſt ad mortẽ:]
id eſt, ad detinendum eũ in morte, [ſed pro gloria
dei:] ſcilicet [vt glorificetur filius dei per eam] in
oſtenſione virtutis ſuæ, & per reſuſcitationẽ Laza-
ri declaretur in Chriſto veritas deitatis: & hic erat
finis infirmitatis. [Et mãſit adhuc duobus diebus]
trans Iordanem [in codẽ loco,] vbi erat expectãdo F
mortem Lazari, qui in eodem die mortuus fuerat,
quo dominus nuntiũ recepit. Diſtulit ſanare, vt poſ
ſet reſuſcitare. Ad maiorem enim miraculi certi-
tudinem & euidẽtiam expectauit, vt illius quatri-
duum compleretur, ac mirabilius & glorioſius ſu-
ſcitaretur. Vnde Chryſo. Manſit duobus diebus, vt
ſcilicet expiraret & ſepeliretur, vt nullus poſſet
dicere quoniam nondum defunctum eum ſuſcita-
uit, ſed ſtupor fuit & non mors. Et poſtea inter
alia [dixit diſcipulis ſuis: Lazarus amicus noſter
dormit, ſed vado vt à ſomno excitem eum.] Mor-
tem eius vocat dormitionem & ſomnum, quia ci-
tò erat ſurrecturus. Vnde ſecundum Auguſti-
num: Domino qui poterat ſuſcitare dormiebat,
alijs mortuus erat: quia tam facilè imò facilius
eſt Chriſto ſuſcitare mortuum de ſepulchro, quàm
alteri dormientem de lecto. Vbi ſciendum quòd Sõni acceptiones.
ſomnus accipitur multis modis, quandoque pro
ſomno naturæ: Vnde in Iob: Securus dormias. Iob 11.
quandoque pro ſomno mortis: Vnde Apoſtolus:
Nolumus

1.Theſ.4. Nolumus vos ignorare de dormientibus: quandoq; Pſal.120. pro negligentia. Vnde in Pſal. Ecce nō dormitabit G neq; dormiet: quandoque pro ſomno culpæ, Vnde Ephe.5. Apoſtolus: Exurge qui dormis: quādoq; pro quiete Cantic.5. contēplationis, Vnde in Canticis, Ego dormio, & cor meum vigilat: quādoq; pro quiete futuræ glo- Pſal.4. riæ, Vnde in Pſal. In pace in idipſum, dormiam & requieſcam. Mors verò dicitur ſomnus, propter ſpē reſurrectionis: & ideo mors cōſueuit appellari dormitio, ab eo tēpore quo Chriſtus mortuus eſt & reſurrexit. [Diſcipuli autem] intelligētes de ſomni dormitione, & timētes reuerti in Iudæam, vbi volebant eum lapidare: [dixerunt ei, Domine, ſi dormit ſaluus erit.] dormitio enim infirmi, ſignū eſt ſalutis. Vnde Chryſoſt. Diſcipuli autem impedire voluerunt eius aduentū in Iudæam. Vnde dixerūt: Domine, ſi dormit ſaluus erit. Solet enim eſſe ſomnus ægrotantium ſalutis indiciū: quaſi dicant, Si dormit, nō igitur vtile eſt ꝙ tu vadas ad excitandū eum. Stultum enim erat ire per tot ſtadia, vt Lazarum à ſomno excitaret. [Tunc ergo dixit eis Ieſus manifeſtè, Lazarus mortuus eſt: & gaudeo, ſcilicet H non de morte eius abſolutè, [ſed propter vos,] id eſt, propter ædificationē & vtilitatem veſtrā [quia non eram ibi:] vt credatis, ſcilicet amplius & fortius quàm prius: & ex miraculo ſumentes experimentum diuinitatis meæ, in illius reſurrectione in fide magis roboremini, cuius mortē etiā ego abſens vobis annuntio & reuelo. Vide mirabilē bonitatē, ac dilectionem & ſolertiam domini circa diſcipulos, qui indigebāt adhuc maiori robore & virtute. Vnde Aug. Gaudeo, inquit, pro vobis: nā cū illic nō exticerim, confert ad maioritatē fidei veſtræ: quoniam ſi aſtitiſſem, ægrotantē curaſſem: quod eſſet modicum ſignum ad meæ virtutis indicium. Quia verò me abſente ſuperuenit mors, potius in fide mea corroboramini, cùm videbitis me poſſe & defunctum putreſcentem reſuſcitare. Et ſecundum Chryſoſtomum, dicit hoc vt iam inciperēt admirari, quia dominus poterat dicere mortuum, quod nec viderat, nec audierat: vt cognoſcentes eū nil la- I tere, magis in eū crederent. Perrexerunt ergo dominus & diſcipuli eius, & venerunt prope Bethaniam, quæ erat iuxta Hieruſalē quaſi ſtadijs quindecim: de quibus octo faciunt vnū milliare: nec ſtatim intrauit, oſtendens ſe ad miracula faciend nō ingerere, & vt probaretur deuotio fœminarū ſanctarum ſibi occurrentium, ſcilicet Marthę & Magdalenæ. Vbi dum adhuc eſſet extra caſtellū, Martha audiuit quia Ieſus venit: ipſa enim curā domus habebat: & ideo primò nuntiatur ei aduētus Chriſti per aliquem qui eū peruenerat: dimittens q; ſororem ſuam & Iudęos, qui de Hieruſalē & alijs vicinis locis ad conſolandū eas venerant, quia nobiles dominæ erant: ſola iuit & Chriſto reuerēter, & deuotè occurrit. Vnde & Theophil. Primò itaq; non pandit ſorori, volens aſtātes hoc latere, quibus notum fore aduentū Chriſti nolebat. Vn̄ & Chryſo. Non autem aſſumit ſororē obuiam Chriſto vadēs. Vult enim ſingulariter Chriſto loqui, & quod factum eſt ei annuntiare. Cùm verò eā in bonā ſpem duxit, tunc abijt & vocat Mariam. Hæc Chryſoſt.

[Martha ergo dixit ad Ieſum: Dn̄e ſi fuiſſes hîc] localiter pręſens: [frater meus nō fuiſſet mortuus,] K cùm mors locum habere nō debeat vbi eſt vita. Et poſt dialogum de reſurrectione cū domino habitum: [abijt & vocauit Mariam ſororē ſuā ſilentiò, dicens: Magiſter adeſt, & vocat te.] Vbi Auguſti. Aduertēdum ꝙ ſuppreſſam vocē ſilentiū vocauit. Ideo autem occultè ſororē vocat, quia ſi ſciuiſſent Iudæi Chriſtū aduenire: receſsiſſent, & nō fuiſſent teſtes miraculi. Hęc Augu. Maria verò [vt audiuit ſurgit] à quiete contēplationis: [citò] per deſiderium cordis, [& venit] ex magna deuotione [ad eum] extra caſtellū in locū, vbi ei Martha occurrerat. [Iudæi ergo] Hieroſolymitæ & alij [qui in domo erāt, cùm vidiſſent Mariam feſtinātèr abire, ſecuti ſunt eam, credētes quia iret ad monumentū, vt ibi ploraret,] & neſcientes quòd illic Ieſus eſſet. Diuina autem prouidentia factū eſt vt eam ſequerentur. quia ſecundū Auguſt. Hæc occaſio fecit vt plures ibi eſſent quādo Lazarus ſuſcitatus eſt, vt tā grande miraculū quatriduani mortui reſurgentis teſtès plurimos inueniret. [Maria ergo cùm veniſ- L ſet vbi erat Ieſus, viden eum cecidit ex deuotione [ad pedes eius] apud quos miſericordiā, & peccatorum venia ſe nouerat aliâs conſecutā. [Et dixit ei,] ſicut & Martha dixerat, [dn̄e ſi fuiſſes hîc, nō eſſet mortuus frater meus.] Ex hoc autē ꝙ Maria ſic feſtinauit ad eū, patet ſecundū Aug. Quòd non illam præueniſſet Martha, ſi ei notus fuiſſet aduētus Ieſu. Per hoc etiā ꝙ Martha & Maria obuiauerunt domino, nō expectantes aduentū ipſius, datur intelligi, ꝙ cùm volumus deo recōciliari, debemus ei occurrere per pœnitentiā, antequā ad nos veniat per vindictā: quia nos peccatores ſumus & meruimus percuſsionē & pœnā. Ceſſat autē vt dicit Ambroſius diuina vindicta, ſi confeſsio præcurrat humana: & cùm volumus Chriſto frui, eū venientem anticipemus: non expectantes ꝙ ipſe nobis condeſcendat, ſed nos potius ad eū feſtinemus. [Ieſus ergo vt vidit Mariā & Iudęos, qui cum illa venerant plorātes [de morte amici,] fremuit ſpiritu & turbauit ſeipſum:] humanū demonſtrans affectum in luctu amicorum. Fremebat, extrà ſonum lugentis emittēs: turbabatur intus, miſeriā conditionis humanæ conſiderans. Turbauit ſe, quē alius turbare non potuit. Nos turbamur ex neceſsitate, ipſe autē ex voluntate. Sic omnes defectus huiuſmodi ſuſcepit, quia voluit. Vnde Aug. Turbatus eſt Chriſtus, quia voluit: eſuriuit, quia voluit: in illius poteſtate erat ſic vel affici, vel non affici. Et nota ꝙ fremitus conſurgit ex indignatione ad obiectū. Iſte ergo fremitus Chriſti procedebat ex indignatione eius contra diabolum, per cuius ſuggeſtionē mors intrauit in mundum, quem erat citò debellaturus. Turbatio autem illa procedebat ex compaſsione Lazari & ſororum eius, quia vt verus homo ex quadam naturali affectione flebat cum flentibus, vt nos inſtrueret quòd aliorum miſerijs compati debemus. Iſtæ tamen paſsiones & conſimiles non erant in Chriſto vitioſæ, ſed magis virtuoſæ: quia non erant præuenientes iudicium rationis, ſed magis ſequentes, & per ipſum excitatæ. Iſte verò



verò fremitus & hæc turbatio nos docet, quid nos A quoque in tali re agere debeamus: quando vel pro nobiſipſis, vel pro alijs in peccatis turpiter degentibus deū oramus. Eſt autem fremitus, impetus iræ contra vitia prorūpens: turbatio verò, quędam triſtis cū gemitu cordis commotio. Et quia fides de Chriſto, Chriſtus eſt: in corde fremit Chriſtus, & turbatur in homine, quando peccator cōputat quæ bona accepit, quæ mala reddidit: & de peccatis ſe increpat, & reprehēdit. [Et dixit eis Ieſus, Vbi po- Interrogatio Chriſti. ſuiſtis eum?] Interrogat, nec ignorat: in quo myſticè innuit ſe huiuſmodi peccatorē neſcire, cuiuſmodi per Lazarum ſignificatur. Vnde gloſa: Qui abſens ſciuit mortuū, ſciuit vbi eſſet ſepultus. Sed ſic dicens, ſignat ſe quaſi neſcire perditū hominem. Matt. 6.d. Vnde dicitur: Non noui vos: & Adam vbi es? [Di- Gen.3. cunt ei: Domine, veni & vide:] venit dominus per compaſsionē, & vidit oculis miſericordiæ: quia vt ait Aug. Videt dominus quādo miſeretur. Et affectum ſuū lachrymis demōſtrans [Ieſus lachrymatus eſt:] humanitus ex pietate: myſticè docens ho- B minem propter peccatū fletibus indigere, & ſignificans eos qui peccati morte ſopiūtur, vt reuiuiſcere queant plangendos eſſe. Vnde Alchuinus: Quia fons pietatis erat, flebat pro parte humanitatis, quem reſuſcitare poterat per potentiā diuinitatis. Et Beda: Quare autem fleuit Chriſtus, niſi quia hominibus flere docuit? Lachrymamus igitur & nos pro nobis, & omnibus illis quos in fœtore vitiorū iacere ſentimus: ſi fortè noſtris lachrymis nos & eos dominus reſuſcitare dignetur. Vt aūt ait Aug. Legitur Chriſtum ſuper Lazarū fleuiſſe, in orationibus pernoctaſſe, ex itinere fatigatū fuiſſe: nun- Riſus domini. quam autē riſiſſe, aut proſperatum fuiſſe. Vnde & Chry. Flentem quidem illum frequēter inuenies: nunquam verò ridentē, ſed nec leuiter ſaltem ſubridentem, vel gaudentem. Et nota ꝙ dominus non Mors non flenda. fleuit Lazarum mortuum: ſed ad huius vitæ miſerias & ęrumnas reſuſcitandum. Vnde nec pro noſtra, nec pro aliorū morte triſtari debemus. Quo- C modo enim ab eo pręmijs honorabimur, ad quem 2.Tim.4. venimus inuiti? Nam ſecundum Apoſtolum: Coronam iuſtitiæ reddet dominus his, qui diligunt aduentum eius. Et quid tantopere vitā deſideremus, in qua quantò magis quis fuerit, tātò maiori ſarcina peccatorū oneratus erit. Vel certè dominus mortem fleuit, quā homo peccando incurrit, ac miſerias & erūnas humano generi pro culpa indictas. Si enim peccatū non proceſsiſſet, ſine dubio mors ſecuta non fuiſſet. Secuta eſt ergo mors etiam corporis, quam præceſsit mors animæ. [Et Ieſus rurſum fremens in ſemetipſo] etiā indignatus contra malitiam Iudæorū, de factis ſuis iniquè murmurantium, [venit] motus miſericordia, & cōpulſus compaſsione [ad monumētum,] quod [erat ſpelunca habens lapidē ſuperpoſitum.] Et dicitur monu- Monumentum. mentum, quaſi mouens mentem, ſcilicet illius qui aſpicit, vt pro anima ſepulti oret, ac de morte propria præcogitet, & ad eandē ſe diſponat. Rurſum fremuit, vt det intelligere eos qui à peccatis debēt reſurgere, in continuo luctu perſiſtere. Secundum Pſal.37. illud Pſal. Tota die contriſtatus ingrediebar. Sæpe

ergo ſe ploret peccator, ſæpe fremat Chriſtus & turbetur in homine, ſi vult reuiuiſcere. [Et iuſsit D Ieſus tolli lapidē ſuperpoſitum] vt omnes viderent mortuum, fœtidum, & corruptū. Sed contendebat Martha dicens ad eū, [Domine iam fœtet, quatriduanus enim eſt.] Timebat remoto lapide potius fœtorē excitari, quàm fratrem reſuſcitari, quaſi diceret: Licèt aliquando reſuſcitati ſint mortui recenter & poſt paululum: tamen ꝙ iam quatriduanus ex fœtore reſolutus reſuſcitetur, non eſt ſic auditum. Et hoc videtur proceſsiſſe ex admiratione Marthæ & eius ignorantia, quia eiuſdē virtutis eſt reſuſcitare recenter mortuū, & quatriduanū. Vide mirabilem amorē iſtarum ſororū erga dominum Ieſum: nolebant enim ꝙ etiā fœtor nares eius tangeret ad modicū. Deinde ſublato lapide [Ieſus eleuatis oculis in cœlū] patri pro exauditione ſua gratias egit ad fidei ædificationē, vt circunſtantes hoc audientes, & virtutē dei in eo videntes, crederent eum filium dei. Vnde Hilarius: Non prece eguit: no- Preces Chriſti. bis orauit, ne filius ignoraretur. Cùm enim ſibi nō proficeret deprecationis ſermo, ad profectum ta- E men noſtræ fidei loquebatur. Non inops ergo auxilij, ſed nos ſumus inopes doctrinæ. Ideo etiā orauit, vt in neceſsitatibus ad orationis ſuffragiū eſſe recurrendum nos doceret. Et notandū ꝙ orare patrem, & exaudiri, cōuenit Chriſto ratione humanitatis, in qua eſt minor patre: non aūt ratione diuinitatis, in qua eſt ei æqualis. Oraturus verò gratias pro exauditione egit, quia iam ſe auditū cognouit. Vnde Origenes: Erat enim oraturus pro reſurrectione Lazari, ſed pręueniens illius orationem, qui ſolus bonus pater eſt, exaudiuit dicenda. Pro impletione ergo orationis, ſubdit gratiarū actiones, dicēs: [Pater gratias tibi ago, quoniā exaudiſti me.] Hæc Origenes: Per hoc ꝙ Ieſus oculos eleuat in Orandi forma. cœlum, oſtendit nobis formā orandi, quæ eſt per eleuationem mentis in deū. Vnde inſtruimur, vt in oratione leuemus ſurſum ad deū oculos mentis noſtræ, erigendo & remouēdo illos à pręſentibus re- F bus, memoria, cogitatione, & intentione. Oculos etiam ad deū leuamus, quando non confidentes de meritis noſtris, de ſola miſericordia dei ſperamus. Per hoc autem ꝙ in principio orationis gratias agit, datur nobis exēplum, vt cùm orare volumus, antè quàm futura petamus, pro receptis beneficijs deo gratias referamus. Deus enim ex gratiarum actione de pręteritis prouocatur ad præſtanda beneficia ſequentia facilius. Deinde [voce magna] potius virtute, quàm clamoris intentione [clamauit: Lazare veni foras,] ſcilicet quantum ad corpus de ſepulchro, & quantum ad animā de inferno, & ſic Lazarum vocis ſuæ virtute ſuſcitauit. vbi ſecūdum Mora reſuſcitationis. Origenem, eſt cōſiderandum, ꝙ mora tollendi lapidem adiacentem, ex ſorore defuncti cauſata eſt: & ideo tādiu reſuſcitatio fratris dilata eſt, quandiu Chriſtum per verba detinuit: ſed ſtatim cùm Chriſti mandatum obediendo exequitur, frater reſuſcitatur: vt per hoc diſcamus nihil interponere inter iuſſa Chriſti, & executionem ipſorū, ſi cupimus ꝙ ſtatim ſequatur ſalutis effectus. Secundum illud Pſalmiſtę: In auditu auris obediuit mihi. Et Pſal.17. nota quòd

notaꝙ vox Chriſti magna dicitur, propter virtutis magnitudinem: nã tanta virtus eius fuit ꝙ ſuſcitauit Lazarum à morte, quemadmodũ ſuſcitatur dormiẽs à ſomno, vel ſopore. [Vox domini.] Vox etiã iſta magna, repręſentatiua eſt illius vocis magnæ, quæ erit in communi reſurrectione, per quã omnes de monumentis reſuſcitabũtur. Tanta enim erat virtus huius vocis Chriſti, vt abſq; tẽporis dilatione vitam conferret: ſicut erit in reſurrectione cõmuni, [1. Cor. 15.] quando in ictu oculi mortui audientes tubã reſurgent. Clamauit, inquã, Lazare veni foras: quẽ ſecundum Aug. ideo ex proprio nomine vocat, quia tãta erat virtus vocis eius, ꝙ pariter omnes mortui cogerentur exire, niſi per expreſſionẽ nominis virtutem ſuam ad vnũ determinaſſet. Et non ſolũ ſuſcitatus eſt Lazarus, ſed prodijt & exiuit, licèt eſſet ligatus manus & pedes inſtitis, id eſt faſcijs, quibus antiqui mortuos inuoluebant: & facies eius ſudario ligata erat, ne ſcilicet horrorẽ faceret. In quo virtus diuina & miraculi certitudo declaratur: ideò enim ligatum & coopertũ reſurgere iuſſit, vt miraculum

H magis approbaretur. Vnde dominus diſcipulis pręcepit, vt eũ qui foris ligatus apparebat ſoluerẽt, & ſinerent abire: vt per opera vitæ oſtenderetur verè ſuſcitatus, & non phantaſticè. [Animæ mors.] Hîc eſt notandum ꝙ mors animæ, eſt animę à deo derelictio damnoſa: quod fit per peccatũ mortale, quo deus repellitur ab anima. Vnde ſecundum Aug. Mors animæ fit, cùm deſerit eã deus: ſicut corporis, cùm id deſerit anima. Quatuor autem progreſſibus mors animæ perficitur, & ſic quatriduanus mortuus dici meretur. [Mortis animæ progreſſiones.] Prima eſt, quaſi titillatio delectationis in corde. Secũda, conſenſio. Tertia, factum. Quarta, conſuetudo. Sed deus ab hac morte animã ad vitã reſuſcitat per gratiam, qua anima deo reconciliatur. Quia ſicut corpus viuit ex cõiunctione animæ: ſic anima dicitur viuere, ex vnione dei, per gratiã. Et hæc viuificatio ſignificatur in reſuſcitatione Lazari de ſepulchro. In reſuſcitatione enim Lazari plura facta ſunt, quæ myſticè ad reſuſcitationẽ peccatoris concurrunt. Nã eo ordine quotidie peccator reſuſcitatur, quo Lazarus reſuſcitatus dicitur: & talis fit quotidie proceſſus in reſuſcitatione animę à

I morte peccati, qualis fuit in reſuſcitatione Lazari de fœtore ſepulchri. [Peccatoris reſuſcitatio.] Primũ ergo quod requiritur ad reſuſcitationem peccatoris, eſt notitia diuina actualis, qua deus reſpicit peccatorẽ, in aliquo tempore certo: & hæc ſignificatur per hoc ꝙ ſorores Lazari miſerunt nuntiũ ad Ieſum, ſibi de infirmitate Lazari notificãdo. Secũdum eſt auxilium, quod deus porrigit homini, vt liberũ arbitrium moueatur in deũ: vt anima per peccatũ à deo auerſa, conuertat ſe ad ipſum: [Rom. 9.] nõ enim eſt volẽtis velle, neque currentis currere, ſed miſerẽtis dei hæc donare: & ideo requiritur auxilium diuinũ, vt nos melius ad gratiam diſponamus: & hæc porrectio diuini auxilij ſignatur per hoc ꝙ Ieſus ad Lazarũ ire eſt dignatus. Tertium eſt, motus liberi arbitrij noſtri: quia ſecundum Augu. licèt deus creauit te, ſine te: non tamẽ iuſtificabit te, ſine te: & ideo ex parte noſtri requiritur motus liberi arbitrij, qui duplex eſt. Vnus, quo mouetur ſuper peccatũ, vt ſcilicet peccatum diſpliceat. Alius, quo mouetur in deum per fidem & ſpem, quo deũ ſibi reconciliari deſideret: K & hi duo motus notãtur per occurſum duarũ ſororum, ſcilicet Marthæ & Mariæ, ita ꝙ primus motus intelligatur per Marthã, quę prior occurrit: ſecundus, per Mariã, quę venit vocata per Martham: ſic enim hîc ex primo motu prouocatur ſecundus. Quartum eſt, cognitio peccati in quã deus quęrendo reducit hominẽ, vt homo ſe cognoſcere ſtudeat, quem deus quærendo quaſi neſcire ſe ſignificat: & hoc ſignatur per hoc ꝙ interrogauit, vbi eum poſuerunt. Quintũ eſt, gratia contritionis, quę ſequitur motionẽ liberi arbitrij, & cognitionẽ peccati: & hęc ſignificatur per lachrymationẽ Chriſti, quę quidem lachrymæ proceſſerũt ex fonte diuinę miſericordię, & his lachrymis quotidie peccator perfunditur, cùm ſibi hæc gratia infunditur: Chriſtus enim nõ eſt lachrymatus pro morte Lazari corporali: ſed pro morte peccatoris ſpirituali, qui in Lazaro repręſentabatur. Caueat ergo peccator ne lachrymas Chriſti cõtemnendo gratiã ſibi euacuet, ſed potius cũ Chriſto flente peccata ſua defleat, & L ſic effectũ lachrymarũ Chriſti ſuſcipiat. Sextũ eſt, propoſitũ cauendi peccata in futurũ, & hoc notatur in eo ꝙ præcepit amoueri lapidẽ. Tunc enim lapis de ſepulchro tollitur, cùm durities propoſiti peccãdi, & moles malę cõſuetudinis de corde amouetur. Et cùm lapis deponitur, tũc fœditas cadaueris detegitur. Vnde dicit Martha, [Dñe iam fœtet.] ſic duritia cordis amota, videtur vilitas peccati: ex quo ſequitur peccati abominatio, & concipitur propoſitũ vlterius nõ peccãdi. Septimũ, eſt gratiæ infuſio, qua iuſtificatur impius: & hoc notatur cùm clamauit voce magna, dicẽs: [Lazare veni foras.] Clamor magnus ſignat multitudinem diuinę virtutis, quę exigitur in iuſtificatiõe impij: quia ſecundum Augu. maior eſt iuſtificatio impij, quàm creatio cœli & terræ. [Peccatoris iuſtificatio.] Voce enim magna clamauit, quia difficilè ſurgit quẽ moles malæ cõſuetudinis premit: ſed tamen poſt magnam vocem ſurgit, id eſt per magnam dei gratiam viuificatur & iuſtificatur dum pœnitet. Datur etiã per hoc intelligi, ꝙ Chriſtus vocat peccatorẽ foras exire de con- M uerſatione peccati, & de occultatione eius, per confeſſionem faciẽdam ſacerdoti. Octauum ergo eſt, peccatorum confeſſio, quam deus adminiſtrat voce magna clamando: id eſt, magna gratia vocando: & hoc notatur in eo, ꝙ Lazarus prodijt de ſepulchro: prodire enim, eſt de occulto per confeſſionem venire. Sed adhuc peccator non eſt totaliter ſolutus, antequã ſuperueniat abſolutio ſacerdotis: quod ſignificatur per hoc quòd [prodijt ligatis manibus & pedibus.] Nonum ergo eſt, ſacramentalis abſolutio: quæ ſignificatur per hoc ꝙ Chriſtus dixit diſcipulis, [ſoluite eum.] Potuiſſet quidem immediatè ſimplici verbo ipſummet ſoluere, ſicut fecit ipſum de monumento prodire: ſed voluit ſuos diſcipulos in hoc cooperatores habere, quia vult hoc miniſterium ſacerdotibus communicare. Suſcitat Ieſus, quia per ſeipſum viuificat interius. Soluunt diſcipuli, quia miniſterio ſacerdotum abſoluuntur viuificati: Chriſtus enim per ſe intus viuificat,



miniſtris poteſtatẽ ſoluendi tribuit. Mor- A tuus ergo procedẽ; adhuc ligatus, eſt cõfitens adhuc reus. Vt autem abſoluantur peccata eius, miniſtris mandatur vt illum ſoluant. Sicut ergo dominus Lazarum ſuſcitauit, priuſquam à diſcipulis ſolueretur: ſic in contritione peccatum dimittit, & peccatorem viuificat, priuſquam à ſacerdote abſoluatur: cui tamen poſtea ſe oſtendere tenetur. Decimum & vltimum eſt, ſatisfactio, quæ ſignatur in hoc, ꝙ Ieſus ſubdidit, [& ſinite eum abire.] Non dicit, facite eum ad ſepulchrum redire. Sic ſacerdos debet principaliter pro ſatisfactione iniungere homini, quòd de ſepulchro, & de profundo peccatorũ & malæ conſuetudinis longè abeat: & nullatenus recidiuet: & amplius nõ peccet. Dixit enim, ſinite abire: non ſtare, vel iacere ſine exercitio ſpirituali: quia in via dei ſtare, retrocedere eſt, ſed debet ambulare de virtute in virtutem. [Myſticè.] Item myſticè per Lazarũ languentem, ſignificari etiam poteſt grauem tentationẽ patiens: & per eius ſorores, perſonæ pro eius alleuiatione deuotæ Chriſtum precantes, quæ non B ſemper exaudiuntur: ſed talis patiens aliquãdo per actũ peccati mortalis mori permittitur, ab eo qui eſt tantæ bonitatis & potentiæ, quòd ſcit & poteſt bona de malis elicere. In hoc autem quòd dominus vadit ad eum ſuſcitandum, oſtenditur eius clementia: inquãtum homines in peccatis exiſtentes & quaſi mortuos, ac per ſe ad deum accedere non valentes, miſericorditer præueniendo attrahit: & peccatorem non ſolum mortuum per culpam, ſed etiam aliquando fœtentem per infamiam, & ſepultum ſub lapide per obſtinationem, ſic reducit ad vitam gratiæ, quòd non ſolum tollitur obſtinatio & mors culpæ, ſed etiam fœtor infamię, & reducitur ſuauis odor bonę famę. Nulla enim deſperatiõi datur occaſio, cùm Lazarus iam fœtens, & quatriduanus reſurrexit à mortuis & monumento. [Bethania.] Locus autem infirmi erat Bethania, quæ interpretatur domus obediẽtiæ, per quod datur intelligi quòd ſi infirmus ſit deo obediẽs, poteſt ab eo de facili curari. Et ſecundum Anſelmũ: In Bethania, quod domus C obedientiæ interpretatur, Lazarum ſuſcitauit: oſtẽdens omnes qui bonæ voluntatis ſtudio huic mundo morientes in ſinu obedientiæ requieſcunt, in vitam æternam à deo reſuſcitandos. Iſta autem Bethania erat Marthæ & Mariæ, per quas duplex vita, ſcilicet actiua & contemplatiua ſignificatur: vt ſic per hoc intelligi detur, quòd per obedientiam homo perfectus in vita actiua & cõtemplatiua redditur. [Lazarus non riſit deinceps.] Dicitur autem de Lazaro, quòd poſtea nunquam riſit: nunquam in geſtu ſigna iocoſa oſtẽdit: pro eo quòd vitę huius ærumnis, quas moriens euaſerat, redditus fuit. Magis enim quàm antè factus amator vitæ illius, pœnitebat eum vitæ iſtius. Vnde Auguſtinus: O ſi poſſemus excitare homines, & cum ipſis pariter excitari, vt tales eſſemus amatores vitæ permanentis, quales ſunt homines amatores vitæ fugientis. Creditur autem hoc factum ea [Lazari monumentũ.] die qua in eccleſia ſolet legi, ſcilicet feria ſexta ante dominicam de paſſione domini. Monumentum verò Lazari demonſtrat eccleſia, ibidem in honore beatæ Mariæ Magdalenę conſtructa: & grande monaſterium magna oliuarum ſylua circundatum, vbi erat abbatia ſancti Lazari, cum abbatiſſa D & monialibus ordinis ſancti Benedicti. [Multi ergo Iudæorum qui viderant] mirabilia, [quæ fecerat Ieſus, crediderunt in eum.] Nec mirum, quia illud ſignum fuit diuinæ virtutis manifeſtè oſtenſiuum, & tale miraculum non eſt à ſeculo auditum, ſcilicet quòd mortuus quatriduanus in monumento, reſuſcitaretur ad vitam. Vnde ſecundum Auguſtinum: Excedit omne miraculum, quod Ieſus circa Lazarũ fecit: quẽ ab ipſo inferni inquilino, destructa lege tartarea, redire ad ſuperos iuſſit. [Quidam autem ex ipſis] Iudæis [abierunt] eadem die [ad Phariſæos, & nuntiauerũt eis quæ fecit Ieſus.] & celebris erat ſermo de eo apud multos: alij bono alij malo zelo moti nuntiauerunt: quia ſicut ex ſignis viſis boni conuertuntur & proficiunt, ita frequenter mali obdurantur, & deficiunt. Boni quidẽ nuntiauerunt eis, vt mitigarent eos circa Ieſum, & prouocando vt crederent: mali verò vt concitarent eos contra Ieſum, & prodendo vt ſeuirent. Per bo- E nos illi ſignãtur qui bona in alijs ſicut in ſe amant, & omnia in bonum interpretantur: per malos autem illi qui videntes ſeruorum dei opera, odijs inſequuntur, & infamare conantur.

## ORATIO.

Benigniſſime Ieſu, qui quatriduanũ Lazarum iam fœtentẽ à ſepulchro reſuſcitaſti, & à vinculis ſoluere, ac liberè abire feciſti: moueantur obſecro viſcera miſericordiæ tuæ ſuper me miſerum, peccati delectatione, conſenſu, & perpetratione mortuum: mole malę conſuetudinis oppreſſum & ſepultum: iamq; quatriduanum & fœtidum: & me à ſepulchro vitiorum reſuſcita: vt per confeſſionem foras veniam: reſuſcitatum à vinculis peccatorum & mortis, ſolue: ſolutum ab omni ſeruitute liberum in libertatem gloriæ filiorum dei ire concede. Amen.

## De conſpiratione Pontificum & Phariſęorum contra Ieſum. Caput XVIII.

Prædicto itaq; miraculo de reſuſcitatione Lazari publicato, [Ioannis 11] F põtifices qui erant maioris autoritatis, & magis literati: & Phariſæi, qui videbãtur prę alijs religioſi: ex quibus factũ eorum grauius erat: moti ſunt ad tractandum publicè de morte Chriſti ex ira & inuidia quam de fama & gloria eius habebant: & ad hoc faciendum [collegerunt conſilium:] ſabbato mox ſequenti [aduerſus Ieſum:] timentes ſi dimitterent eum ſic viuentem, & ſigna talia facientem, per ipſum amittere & locum & gẽtem, eo quòd omnis turba poſt eum iret: eique crederet ex ipſa ſacra eorum vana & abolenda eſſe doceret. [Conſiliũ.] Concilium à conciliando eſt dictum, quia conciliati & congregati erant in vnum malum conſenſum. Et hoc erat primum conſilium, quod habuerunt contra Ieſum. Prius quidem quærebant eum interficere, nunc autem ſententiam firmauerunt, & quærentes conſilium, apertè de morte eius tractauerunt. Videbant enim Chriſtum à populo tanquã regem honorari: & quia mãdatum Romanorum erat, vt nullus niſi

G per eos deberet rex nominari. Omnis enim qui ſe
Timor Phariſęorum.
regem facit,contradicit Cæſari, ideo timebant ꝙ
ſi Chriſtum tanquam regem haberent,Romani ip
ſos rebelles reputarent,& venientes cõtra eos ciui-
tatem & locũ deſtruerent. Vel timebant etiã,ne ſi
Chriſti doctrina procederet: templum & vniuerſa
religio ac reuerentia eius vilipenderetur, & Iudæi
nullius momenti fierent:& ideo Romani ciuitatẽ
eis auferrent,eoſq; in ſeruitute diſpergerent. Vel
certè timebant, ne ſi omnes in Chriſtũ crederent,
nemo remaneret qui aduerſus Romanos ciuitatẽ
templumq; defenderet:quoniam cõtra ipſum tem
plum,& contra ſuas paternas leges doctrinã Chri
ſti eſſe ſentiebant.Pontifices & Phariſei ſibi conſu
lebant,nec tamen credere volebãt.Plus enim perdi
ti homines cogitabãt quomodo alteri,ſcilicet Chri
ſto,nocerent vt perderent:quàm quomodo ſibi cõ-
Pſal.13.
ſulerent ne perirent.Timebant & conſulebãt. Sed
trepidauerunt timore,vbi non erat timor. Si enim
Chriſto credidiſſent:ſi eum non occidiſſent:nec lo-
H cum,nec gentẽ amiſiſſent.Sed quia Chriſtũ occide
re non timuerunt:& locum,& gentem perdiderũt.
Nam & Romani poſt domini paſsionem, & glori
ficationẽ,tulerunt eis locum,& gentem:expugnan
do,occidendo,&transferendo.Temporalia perde-
re timuerunt,& ęterna non cogitauerunt,& ſic v-
traq; amiſerũt.Quę vt fugituri egerunt:hæc,quia
egerunt,non effugerunt. Quid vobis profuit ô in-
ſani Iudæi,quòd tantum ſcelus commiſiſtis? Nun-
quid quia Chriſto domino,vt docuit,ſeruire nolui-
ſtis:ideo domino caruiſtis? Dum enim illi ſeruiunt
reges quibus vos ſeruitis:facti eſtis mali ſerui bono
rum ſeruorum Chriſti.Per quos conterit cõtuma-
ciam veſtram,per ipſos diſsipat conſilia veſtra, per
ipſos retribuit ſceleraveſtra in capitaveſtra.Ipſe au
tem dominus, quem interemiſtis, non vos ſeruos,
Ioannis 8.
ſed liberos eſſe cupiebat:quãdo dicebat, ſi vos filius
liberauerit,verè liberi eritis.Vos autem dominum
deum regem & ipſam veram libertatem non ſolũ
I repudiaſtis:verumetiam negare cupientes clama-
Ioan.19.c.
ſtis:Non habemus regem,niſi Cæſarem. Conſide-
Religioſi ficti.
ra quot ſunt hodie homines,etiam religioſum habi
tum geſtantes,qui Iudęos imitando tẽporalia per-
dere metuũt:& æterna non attendunt, ſic ꝙ vtraq;
non immeritò amittunt. Sunt enim pleriq; etiam
religioſi qui temporalia quandoq; minus iuſtè &
obliquè acquirẽtes,vel ſic acquiſita poſsidentes,ea
dimittere trepidant,& pro his ęterna amittere nõ
formidant.Et quia nunc cum Iudæis tenebras dili
gunt interiores,ſcilicet culpę:ideo tunc cum eis in
tenebras mittẽtur exteriores,ſcilicet gehennæ.Re
ligioſus ergo cupidus, vel vanus, eſt lamentabilis:
quia miſerabilior eſt quodammodo omnibus crea
turis,ſcilicet carens deo &mundo. Tunc Caiphas,
quia pontifex fuit, quid eis faciendum erat decre-
uit,& propter autoritatẽ officij locutus eſt dicens:
[Expedit vt vnus] homo, etiam ſi bonus & iuſtus
eſſet,[pro populo moriatur,]& populi cõſeruatio-
ne,[& non tota gens pereat:]ſi ille in vita maneat:
quia bonum commune magis eſt eligẽdum,quàm
particulare. Hîc patet manifeſtè ꝙ paſsio inuidiæ
& liuoris contra Ieſum,& paſsio timoris perdendi

gentem & locum,& ſubuertebat in eis rationis iu-
diciũ:quia in nullo caſu licitum eſt interficere inno K
centem & iuſtum : per hoc enim non procuratur,
ſed magis deſtruitur cõmune bonũ. Propter quod
iudicio dei illud malum, quod credebant per mor-
tem Chriſti euadere,ſcilicet deſtructionem loci &
gentis,hoc per mortem Chriſti incurrerũt:qua in
pœnam huius peccati Romani locum & gentẽ de-
ſtruxerunt quod per Tytum & Veſpaſianũ anno
quadrageſimoſecundo, poſt paſsionẽ Chriſti,eſt fa
ctum.Prophætizauit autem Caiphas vtilẽ huma-
Caip... prop...
no generi mortem Chriſti,licèt neſciens.Quanuis
enim eſſet intentio Caiphę dare ſolummodo conſi
lium de morte Chriſti,pro temporalis periculi eua
ſione circa populum Iudæorũ: tamen verbum ſuũ
ſic ſonabat,ꝙ Chriſtus erat moriturus pro gente&
populo:& quod ſic protulit fuit prophetia quodã-
modo de futuro,ꝙ Chriſtus erat moriturus pro ſa-
lute ſpirituali,non ſolum Iudæorum, ſed etiam o-
mnium gentium, qui credituri erant in ipſum, &
per fidẽ congregandi. Vnde Theophilus: Hoc ipſe L
quidem praua dixit intentione : ſed tamen ſpiritus
ſancti gratia ore eius vſa eſt ad futuri præſagium.
Hęc Theophilus.Non tamen ſequitur,ꝙ quicunq;
prophetat ſit propheta:nam quandoq; alicui conce
ditur actus alicuius rei,cùm tamen cõditio ei non
Prop... re.
conceditur.Vnde Origenes:Non quicunq; prophe
tat,propheta eſt: ſicut nõ quicunq; ius proſequitur
iuſtus eſt,ſcilicet qui facit aliquod opus propter hu
Exp... Chri... mori,... plicite.
munam gloriam.hęc Origenes.Expediens autem
& neceſſarium fuit Chriſtum pro nobis pati &mo
ri,ratione triplici. Primò,ad oſtendendũ circa nos
iudicium diuinæ dignationis & pietatis. Secundò,
ad exoluendũ pretiũ noſtræ redẽptionis: quod fuit
pretioſus immaculati Ieſu Chriſti ſanguis.Tertiò,
ad præbendũ exemplum noſtræ imitationis,vt ſe-
quamur veſtigia eius.Inſuper & alia ratione tripli
ci expediebat Chriſtum mori. Primò, quia homo
mortuus erat:& ideo expediebat,vt Chriſtus mor-
tem noſtram deſtrueret, & hominem viuificaret.
Mors q... druple...
Erat autem homo mortuus quadruplici morte:ſci
licet naturæ,culpę,gehennæ,& ex priuatiõe viſio- M
nis diuinæ. Primã deſtruxit, per ſuam glorioſam
reſurrectionem.Secundam,per ſui ſanguinis effu-
ſionem.Tertiam per inferni expoliationẽ. Quar-
tam,per ſuæ viſionis reſtitutionẽ.Secundò,quia hõ
mo erat perditus : ideo expediebat vt Chriſtus ad
nos veniret,ac mortẽ ſubiret,& ſic hominẽ perdi-
tum inueniret.Tertiò, quia homo erat à deo diui-
ſus:ideo expediebat vt Chriſtus homines in vnum
cõgregaret,& ad deũ reuocaret.Caiphas ergo pro-
phetizauit quidem,id eſt,verba prophetię protulit
nec tamen erat propheta:quia inſpiratione prophe
Non ...
ticam non accepit,& donum prophetiæ nõ habuit
ſicut & Balaam . Vnde ſecundum Auguſti.Doce-
mur etiam homines malos prophetiæ ſpiritu futu-
ra pręedicere,quod tamẽ euangeliſta diuino tribuit
ſacramento,id eſt, virtuti ipſius ſacramẽti, ſcilicet
ſummi ſacerdotij, quia Caiphas non à ſemetipſo
hoc dixit, ſed cùm eſſet pontifex, id eſt, ſummus
ſacerdos anni illius, & miniſterium habens in ma-
nibus,non meritis ſuis prophetizauit,& ſpiritu dei
locutus



locutus eſt, quia ipſo ignorante dictum propheti-
A cum protulit non ratione meriti ſui, ſed dignitatis
officij:& fortè vnctio pontificalis contulit ei quen
dam ſenſum prophetandi.Vnde Chry.Vide quan-
ta ſpiritus ſancti virtus eſt:à mente enim mala va-
luit verba proferre prophetiæ. Vide etiam quanta
Pontificalis virtus.
eſt pontificalisvirtus poteſtatis.Pontifex enim effe
ctus,etſi indignus exiſtẽs prophetauit, neſciẽs quid
diceret.Ore enim ſolum vſa eſt gratia,contamina-
tum cor non contigit. hæc Chryſo.Ob quam auto
ritatem ſolum credimus malum prælatum exau-
diri:& fortè,quia præco eccleſiæ eſt, & in eius vo-
ce dicit,Oremus:cùm multæ autoritates faciant in
contrarium:vt illa,qui ſuis premitur,aliena non di
luit,& huiuſmodi. Dicitur autem Caiphas fuiſſe
pontifex anni illius:quia licèt deus cõſtituerit ſum
mum ſacerdotem vnum, cui mortuo vnus ſuccede
ret:per ambitionem tamen poſtea euenit vt plures
eſſent,& per annos ſigulos ſuis vicibus miniſtrarẽt.
[Ab illo ergo die,]quaſi vtili accepto conſilio [co-
gitauerunt]magis diffinitè quàm prius,vt Chriſtũ
B quàm citius poſſent interficerent:& dicentes,vt in-
uentus duceretur in Hieruſalẽ: licèt enim antè ha-
buiſſent inſtinctum & voluntatem interficiendi ip
ſum:tamen ex conſilio Caiphæ diffinierunt firmo
propoſito hoc quàm citius poſſent adimplere . O
Conſilium prauum.
prauum conſilium,ô peſsimi duces populi, ô conſi
liarij nequiſsimi.Quid agitis miſeri?Quid vos fu-
ror exagitat tantus?Quæ ordinatio eſt hæc? quod
propoſitum? quæ cauſa accuſationis domini noſtri
Ieſu Chriſti?Nónne ipſe in medio veſtrũ eſt,quem
tamen neſcitis:& intelligit omnia verba veſtra,&
ſcrutatur renes & corda?Sed ſic fieri oportet vt de-
liberaſtis, quia tradidit eum pater ſuus in manibus
veſtris.Quia ergo Ieſus iam deſtinatus erat morti:
ideo ab ipſo ſabbato,quo conſilium collegerunt,in-
choamus memoriam dominicæ paſsionis in diui-
no officio:maximè in hymnis: & ſubticemus glo-
ria patri in introitu miſſæ,& reſponſorijs:& quaſi
poſt horam eiuſdem conſilij publicum luctum inci
piens eccleſia,&ſuo cõpaſsiens domino,ſicut mem
C bra capiti,ex tunc quaſi lugendo recitat vexillum
regis,myſterium crucis,clauos &lanceam perfora
ti corporis,& his ſimilia vſq; ad diẽ paſsionis:non-
dum tamen plenè,quia nundum traditus erat domi
nus in laniſtarum manus.Vnde dominicam & heb-
domadam illam,de paſsione domini appellamus.
Diuulgatum autem fuit iſtud conſilium de occiſio
ne Chriſti habitum.Sed ſapiens dominusvolens da
re locum iræ:& etiam quia nondum erant omnia
completa,nec dum venerat hora eius, qua tradẽdus
erat,& crucifigendus:poſt conſilium cautius ſe ob-
ſeruans,palàm apud eos ambulare deſijt,neq; ad ali
quam ciuitatem populatam abijt,ſed in regionem
iuxta deſertum,vbi pauci de Iudæis erant, & non
Effrem.
frequentia inſidiantium,in ciuitatem Effrem,quę
erat parua & parum populata,ac magis ſecreta:&
ibi morabatur cum diſcipulis ſuis, vſq; ad tempus
ſuæ paſsioni propinquum.Sed ſtetit ibi paucis die-
bus,cum ipſis diſcipulis,ſe occultãs ad tempus.Vbi
Chryſoſt. Ipſi autem quando omnes lętabantur,&
feſtum celebrabant,tunc occultantur & in pericu-

lis ſunt: ſed tamen permanebãt cum eo.Secundum D
illud:Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentatio Lucæ 22.c
nibus meis. Et ſic fugit dominus ante faciem ne-
Fuga domini.
quiſsimorũ ſeruorum: & hoc non fecit propter po
tentiæ defectum, ſed & alijs daret viuendi exem
plum.Vnde Aug.Non quia potẽtia eius defecerat,
in qua ſi vellet,palàm cum Iudæis conuerſaretur,
& nihil ei facerẽt,ſed exemplum diſcipulis demon
ſtrabat,in quo appareret non eſſe peccatum,ſi fide-
les eius oculis perſequẽtium ſe ſubtraherent, & fu
rorem ſceleratorum latendo potius euitarẽt, quàm
ſe oſtendendo magis accenderent. Secundũ Orige.
Confeſsio fidei.
Honeſtum & laudabile eſt imminente iam pericu
lo & agone confitendi Ieſum, non euitare confeſ-
ſionẽ,nec recuſare ſubire mortẽ gratiaveritatis.Sed
nullus debet tradere occaſionem tantæ tentationi:
&hoc propter duas rationes.Primò quia valde prę
ſumptuoſum eſt periculis ſe ingerere,propter inex
perientiam propriæ virtutis,quæ & quandoq; fra-
gilis inuenitur:& propter futuri euentus incertitu
dinem.Secundò,ne nos ingerentes perſecutoribus
occaſionẽ præſtemus eis, vt magis impij & noxij E
fiant,&nos de eorum delicto demus reſponſum,&
luamus pœnas.[Proximum autem erat paſcha Iu-
dæorum.]Hoc ſubditur,ad oſtendendũ quòd Chri
ſtus paruo tẽpore in ciuitate ſe occultauit,quia an-
te paſcha in Hieruſalẽ venit. [Et aſcenderunt mul
ti de regione Hieroſolymam ante paſcha, vt ſan-
ctificarent & mundarent ſeipſos]orationibus & ſa
crificijs ante feſtum, ad dignè comedendũ agnum
paſchalem,quẽ nullus comedere debebat,niſi mun
dus. Præceperat enim dominus per Moyſen,vt vn
diq; de tota Iudęa conuenirent ante paſcha in Hie
ruſalem:&ibi ſecundum legem ante eſum agni pa
ſchalis ſe mundarent, vt ſic purificati, ſolennitati
& eſui agni mundi intereſſent. Vnde Theophilus:
Aſcenderunt autem ante paſcha vt purgarentur:
quoniã quicunq; peccauerant paſcha non celebra-
bant,niſi prius expiarentur balneationibus & ieiu
nijs,ac raſura:quinetiã quaſdam deputatas oblatio
Communicare volentes.
nes offerendo.hæc Theophilus. Vbi informantur
qui debent cõmunicare:quia cõfeſsione, oratione,
& ieiunio antè debẽt purificari.Si enim hoc fiebat F
de agno figurali:multò magis ſe debet homo ſan-
ctificare bonis operibus ad dignè recipiendum ve-
rum agnum, immaculatũ corpus Chriſti. Sed Iu-
dæi obliti ſuæ ſanctificationis, tractabant de nece
veri agni:& ipſum agnum ad immolandũ quære-
bant in ipſo loco orationis, feſto ſanguinẽ innocen
tem miſcere cogitantes.Vnde Chryſoſt. Hi vene-
rant in exterioribus ſe mũdare,& interioribus per
homicidium & ſanguinem ſe coinquinare.Inſidia
bantur ei,& tempus feſti tempus faciebant occiſio
nis.hæc Chryſoſt.[Quærebant ergo Ieſum,& col
loquebantur adinuicẽ in templo ſtantes: Quid pu-
tatis, quia non venit ad diem feſtum ? ] quia enim
mirabatur quòd in tanta congregatione ad docen-
dum non venerat: ideo quærebant non quidem be-
ne & ad honorandum,ſed malè & ad occidendum.
Sed eſt notandum,ꝙ quando eſt dies feſtus,& agi- Dies feſt.
tur ſanctè,ſemper dominus eſt in die feſto: ſecun-
dum illud: Vbi duo vel tres congregati fuerint in Matth.18.

 nomine

nomine meo,in medio eorum ſum:&ideo nos con
G gregati in domo dei,quæramus Ieſum, mutuo nos conſolando,& exorando vt ad diem feſtum noſtrũ veniat,& nos ſua præſentia ſanctificet:quando verò non rectè agitur feſtum,tunc non venit Ieſus:ſecundum illud Eſaiæ, Feſtiuitates veſtras non ferã. (*Eſaiæ 1.*) Et ſubdit euangeliſta, quaſi reſpondens quæſtioni eorum.[Dederãt enim pontifices & phariſæi mandatum vt ſi quis cognouerit , vbi ſit Ieſus,indicet:] poteſtati publicæ,[vt apprehẽderent eum,]ſcilicet miniſtri poteſtatis ad occidendum : propter hoc enim ab eis,ſicut ab ingratis &obſtinatis receſſerat vſq; ad tempus quod ſuæ paſsioni diſpoſitum erat. Sed vt ait Auguſt. Nos qui ſcimus vbi Chriſtus eſt, quia ad dexterã dei patris,indicemus Iudæis, vt ſic vtinam apprehẽdant eum per fidem.

*Contemplatio.* Conſpice igitur prędictos nepharios in ſuo concilio peſsimo æſtuantes, & dominũ Ieſum ac diſcipulos tanquam pauperes,& imbecilles recedẽtes. Quid tunc putas Magdalenã dixiſſe? Sed & qualis animi mater domini Ieſu erat,cùm ſic eum recedere videret,&au
H diret cauſam quare,quia ſcilicet eum occidere volebant? Potes hîc meditari dominã & ſorores eius, tunc cum Magdalena remanſiſſe,& dominum Ieſum eas omnes de cita ſua conuerſione, tunc conſolatum fuiſſe. Conſidera nunc quomodo dominus ſuos aduerſarios,quos ſolo nutu perdere poterat tãquam imbecilles,recedendo declinabat:nec ſe ſaltẽ verbis excuſando defendebat, ac eius mãſuetudinẽ & humilitatem imitando omnem depone amaritudinem & furorem,quia ſic & corporis & animę habebis requiem.

## ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte , magni conſilij angele, qui conſilium malignantium contra te fieri permiſiſti : nec illis reſiſtere per potentiam , ſed magis cedere per patientiam voluiſti: ne derelinquas me in errante iudicio , aut noxio conſilio mei arbitrij vel hominum, neque in poteſtate aut tentatione dæmonum:ſed tuipſe clementer me intus & foris diſpone & rege , ac dirige in viam ſalutis æternæ. Da mihi dñe vt quicquid contra me diabolicę aut humanæ moliũtur aduerſita-
I tes redigãtur ad nihilũ,vt illęſus & de omni periculo ereptus,lętus tibi referã actiones gratiarũ. Amẽ.

*Lucæ 9.& 17.*

## De decem leproſis,à dño curatis. Cap. XIX.

FActum eſt autem cùm complerẽtur [& appropinquarẽt]dies aſſumptionis domini Ieſu,id eſt,à mundo ad patrem,per paſsionem & mortem non diuertit,ſed[firmauit faciem ſuam,] id eſt,voluntatem(nam per faciem deſignatur animi voluntas)in locum paſsionis,&[vt iret in Hieruſalem , ] quia ibi oportebat verum agnum immolari,vbi figuralis agnus ſolebat offerri. (*Aſsũptio Chriſti.*) Aſſumptionem Ieſu dixit Lucas,non ſolum ſecundũ tempus quo aſſumi debebat per paſsionem de hoc mũdo ad patrem,quia oportuit pati Chriſtum , & ita intrare in gloriam ſuam:ſed etiam ſecundum præceptũ de agno paſchali,qui decimo die menſis primi aſſumebatur de grege , & ad domũ inferebatur & ſeruabatur vſq; ad veſperam quartidecimi diei, &tunc immolabatur. In hunc modũ Chriſtus decima die,id eſt,ramis palmarum:venit ad locum paſ
K ſionis,ſcilicet in Hieruſalẽ:vbi tanquã verus agnus erat pro nobis immolandus: manſitq; ibi & circa, vſq; dum paſſus eſt,vt ſic veritas figurę reſpõderet. Ex quo patet ꝙ tẽpus ſuæ paſsionis præuidit quaſi deus,& quòd ſpontaneè non coactè eſt paſſus:vnde [firmauit,]id eſt,non leuiter voluit,ſed firmiter & conſtanter diſpoſuit,[vt iret in Hieruſalem,] ad ſuſtinẽdum mortem, vt oſtenderet ſe ſponte paſſurũ, & ſuo exemplo diſcipulos animaret ad paſsionem Sic & tu omne opus bonum , firmus & ſtabilis debes aſſumere,nec propter tentationes ab eo dimittere. Inſtante ergo tempore paſsionis, quo tranſmigraturus erat de mundo ad patrẽ , præſtat dorſum Galilææ,& faciem in Hieruſalem conuertit,ac firmata & imperterrita mente locum quo pati decreuerat petit. Non huc & illuc ibat: ſed iter verſus Hieruſalem tenebat. Vnde qui ſuperius pluries excitauit,& hortatus eſt diſcipulos & alios ad marty
L rium,&ſui ſequelã,verbo:hîc hoc idem facit facto eos tanquã magiſter & ductor præcedens,& quaſi facto ſuo,dicens: [Si quis vult poſt me venire abneget ſemetipſum:&tollat crucem ſuam,& ſequatur me.] Appropinquante ergo tempore paſsionis ſuæ dominus Ieſus,qui pluries fugerat, incipit reuerti. Sicut enim in ſuperioribus ad noſtram inſtructionem vſus eſt prudentia,oſtẽdens ꝙ pro loco & tempore furorem perſequentium,cautè debemus declinare:ita nunc vtitur fortitudine : quia debito tempore imminente ſponte redijt vt ſe paſsioni offerret,& in manibus perſequẽtium traderet. Sic aliâs fuit vſus temperantia , cùm fugit honorẽ, quando turbæ voluerunt eum facere regem, & econtrariò fuit vſus iuſtitia , cùm voluit tanquã rex honorari quãdo populus cum ramis arborũ occurrit eidem. Satis tamẽ modeſtè eundem honorẽ voluit,& ideo aſellũ aſcendit. Iſtis igitur quatuor virtutibus vſus eſt dominus virtutum,propter noſtram inſtructionem,à quibus omnes aliæ virtutes morales deſcendunt & deriuãtur:propter quod cardinales,ac principales eſſe dicuntur. Non ergo æſtimandus eſt fuiſ
M ſe inconſtans vel varius, ſicut nec aliquis alius qui ſecundũ diuerſos caſus in diuerſis ſe exercet virtutibus [Et factũ eſt,dum]paſcha celebraturus [iret in Hieruſalem , tranſibat per mediam Samariam & Galilæam.]Samaria erat terra gentium, Galilæa Iudæorum. Et ideo Chriſtus vadens ad paſsionem,tranſijt per Gentes & Iudæos,dans intelligere ꝙ fructus ſuæ paſsionis in omnes erat futurus, atq; fides nominis eius poſt mortem & Iudæos & Gentiles vnum debebat efficere populum. Quia ergo erat diſcordia inter Iudæos & Samaritanos,ipſe inter vtroſq; & per medium vtriuſq; terræ tranſijt,vt tanquam mediator eos pacificaret,qui ad ſaluandos Gentiles & Iudæos venerat. [Et]in ingreſſu cuiuſdam caſtelli in terminis Samariæ: [occurrerunt ei decem viri leproſi, ] quia audierant famam de mirabilibus Chriſti . In ingreſſu vrbis, & tamen ante ingreſſum occurrerunt ei : quia ritu legis Moſaycæ quaſi immundi erant ab vrbibus & oppidis excluſi,nec poterant cum alijs cõmora-



ri. Conuerſabantur autem adinuicem , quia com-
A munitas paſsionis fecerat eos vnanimes:& preſtolabantur ſimul tranſitum Ieſu ſoliciti donec aduenientem eũ viderent [Qui ſteterunt à longè]tum propter Chriſti reuerentiã, tum quia nõ debebant appropinquare hominibus,ne eos inficerent : eo ꝙ lex Iudæorum leprã immundam non tangendam iudicat. Lex euangelica leprã non externã, ſed internam,eſſe immundã affirmat. Et ſecundũ Theophilum:A longè ſtant,quaſi verecundantes de immunditia:putabant enim ꝙ Chriſtus eos quemadmodum alij faſtidiret. Sic ergo aſtiterunt loco, ſed facti ſunt proximi deprecando: propè enim eſt dominus omnibus inuocantibus eũ in veritate. (*Pſal. 144. d.*) [Et leuauerunt vocẽ ſuam]ex magnitudine affectionis, & magno deſiderio ſanitatis,& clamauerunt,[dicentes : Ieſu præceptor miſerere noſtri,] quia ſolo præcepto & verbo potes nos curare. Si Ieſus, ergo vult:ſi præceptor,ergo poteſt:ſi miſericordiã inuocant,ergo ſe miſeros & indigentes oſtendunt:& ſic petitio fuit digna,& ex parte petentiũ,quia miſe-
B randi & ex parte eius à quo petebatur , quia Ieſus volens,& præceptor potens:ſecundum Titum, Dicunt nomen Ieſu,& lucrifaciunt rem. Nã Ieſus interpretatur ſaluator. vnde ſequitur:[Quos vt vidit] benignitatis & cõpaſsionis & miſericordiæ oculis, [dixit: Ite oſtendite vos ſacerdotibus.] Lex enim præcepit , vt emũdati à lepra ſacerdotibus ſe præſentarent:nõ vt ſacerdotes eos mundarẽt,ſed vt eos mundos eſſe iudicarent,& vt mũdati pro ſua emundatione ſacrificium in lege determinatũ offerrẽt. [Et dum irent,]vt ſacerdotibus ſe demonſtrarent, [mundati ſunt]ex fide &obedientia ad Chriſtum, meritoriè de congruo,ſed diuina virtute effectiuè. Quatuor ex cauſis mũdati ſunt, anteꝗ ad ſacerdotes peruenirẽt. Primò, q̃a Chriſtus nouerat ſacerdotũ ſuperbiã: contẽpſiſſent eñ eos aſpicere:ne ergo ſcãdalizarẽtur,pręuenit eos ſanare. Scdõ,bonũ obediẽtię eorũ hoc meruit. Tertiò hoc meruit eorũ fides. Quartò,voluit oſtẽdere ꝙ nõ virtute legis, aut ſacerdotũ erãt mũdati,ſed dei imperio. [Vnus
C aũt]eorũ qui Samaritanus& Gẽtilis erat,[vt ſe mũdatũ vidit] ſuã ſanationẽ virtuti Chriſti deputans: [redijt cũ magna voce,deũ]ex fidei& deuotiõis magnitudine[magnificãs:]& tanquã gratus beneficiũ recognoſcens[cecidit]per humilitatẽ[in faciẽ ante pedes Ieſu,] per deuotionẽ ei reuerentiã exhibens [& adorauit eũ]gratias pro beneficio accepto ſibi [agens.] Vbi exprimitur fides eius & deuotio , ac beniuolentia,& grãdis affectio . Dedit aũt ei fiduciam appropinquãdi domino iam ſuſcepta purgatio. Cæteri verò qui Iudæi erãt permãſerunt ingrati,nec ad agendũ gratias ſunt reuerſi: quia decepti à ſacerdotibus quibus ſe repręſentauerãt,quiq; doctrinæ Chriſti & miraculis detrahebãt, ſecundum eorũ informationẽ attribuerunt ſuã ſanationẽ obſeruantiæ legis,cùm ſe ſacerdotibus oſtendebãt,& non virtuti Chriſti,licèt à principio fideliter & deuotè petiuiſſent ab eo ſanari. [Et dixit Ieſus:Nónne decẽ mundati ſunt,& nouẽ vbi ſunt?]Non interrogat dominus quaſi neſciens, ſed ingratos quærit quaſi ignorans,& de eorũ ingratitudine dolens: & eos requirendo oſtendit ſibi ignotos,id eſt reproba
D tos. Sicut enim ingratus nõ recognoſcit dei beneficium,ita nec deus notitia approbationis recognoſcit ipſum: recognoſcentẽ verò ſe recognoſcit & ipſe. Vnde Beda & meritò eos ſaluator,quaſi ignotos vbi ſunt inquirit. (*Scire & neſcire dei.*) Scire eñ dei, eligere: neſcire, reprobare eſt. hęc Beda . Magis aũt dolendũ eſt de eo,qui aliquã incurrit ingratitudinis culpã , quàm de beneficio perdito. Et ideo quaſi plangẽdo ſubditur:[Nõ eſt inuẽtus qui rediret &daret gloriã deo, niſi hic alienigena.] alterius.ſ.gentis, qui non erat de Iudæis. Et hoc dictũ eſt vel à Chriſto,& tũc erãt verba quaſi lamentãtis:vel dictũ eſt ab euangeliſta in confuſionẽ Iudęorũ,qui nõ ſunt reuerſi ad Chriſtum. (*Alienigenę reditio.*) Et nota ꝙ in hoc ꝙ iſte alienigena redijt: & alij qui erãt Iſraëlitę reditũ neglexerunt: pręfigurata fuit vocatio & fides Gentiliũ,qui vẽturi deuotè erant ad fidẽ Chriſti,ac repudiatio & perfidia Iudæorũ,qui in ſuo errore erãt remanſuri. Dominus autẽ & in his & in omnibus quos ſanauit in corpore,ſanauit & in anima:ſed hi poſtquã fuerũt ſanati
E in corpore,& iuſtificati in anima,ac boni facti: poſtea corruerũt à gratia,& facti ſunt mali & ingrati. Deinde eorũ ingratitudinẽ magis cõfutat : dum alienigenã,qui redierat,laudando cõmendat: quia enim humiliter ante deũ infirmitatẽ ſuã cognouit: ideo dominus cõſolans eũ,dixit:[Surge,] ſcilicet à peccato in quo iacuiſti ceſſando,[& vade]de virtute in virtutẽ,in cõuerſione quã incœpiſti proficiendo:[quia fides tua]qua intellectũ deo ſubdidiſti,[te ſaluũ fecit:]& ad ſalutẽ non ſolum corporis,ſed & animæ reduxit : quia ipſa eſt initiũ iuſtificationis, & dat fiduciã regni cœleſtis. vbi Beda : Si aũt fides ſaluũ fecit eũ qui ſe ad agẽdas ſaluatori gratias inclinauit:ergo perfidia perdidit eos qui de acceptis beneficijs deo gloriã dare neglexerũt. (*Myſticè.*) Myſticè per leprã,quæ eſt corruptio carnis, ſignatur peccatum mortale,quod eſt corruptio animę. Primò quia cõmuniter in lepra vox efficitur inualida:ſic in peccatore vox eſt inualida:quia deus peccatores nõ audit,& cùm multiplicãt orationẽ nõ exaudit. Secun
F dò , quia in leproſo corpore multa vlcera minuta, dura&rotũda creſcũt:ſic in corde peccatoris multæ cõpunctiones & anxietates diuerſorũ peccatorum & circunſtantiarũ conſurgunt:minuunt ſemper affectionẽ hominis ad deũ, & reddunt hominẽ durum & rebellẽ deo & eius mandatis , & per hoc fiunt corda hominũ peccatorũ rotunda & ductilia, ſcilicet ad voluntatẽ diaboli. Tertiò,quia eorũ anhelitus corrũpitur , & eius fœtore ſæpius alij inficiũtur:ſic operatio & cõuerſatio peccatoris ita eſt corrupta,ꝙ cõuerſantes infirmãtur ex vitioſo eorum conuictu . Quartò,quia lepra quantò ſtudioſius reprimitur,tãto plus turpior poſtea ebullit:ſic peccatũ quantò plus occultatur, tantò fortius creſcit:& ideo turpius apparebit. (*Denarius numerus.*) Per denarium verò numerũ vniuerſitas ſignificatur:numeri nanq; ſequentes vſq; ad centũ ſunt ipſius & partiũ eius replicationes , & ſic conſequenter per decẽ leproſos occurrentes Chriſto,ſignificatur vniuerſitas peccatorum pœnitentiũ. Vel leproſi ſignant eos qui peccant contra decem præcepta decalogi , varietate

peccatorū,quaſi maculis lepræ diſtincti & reſper-
G ſi.Valde deterior eſt lepra animæ,quàm lepra cor
Lepra animæ. poris:quia peior eſt corruptio ſpiritus, quàm car-
nis.Debet aūt peccator volens ſanari,& à peccato-
rum lepra curari,eo modo ſe habere quo ſe habue-
runt illi leproſi.Primò itaq; venire debet ad Ieſum
per fidē:non enim abhorret pius dominus aſpicere
maculā lepræ noſtræ, qui pro nobis in cruce velut
leproſus reputatus eſt.Secūdò debet ſtare, ſurgēdo
à peccatis,& ceſſando ab eis. Tertiò debet ſtare à
longè,ſuam vilitatē humiliter cōſiderādo,& valde
erubeſcendo.Quartò debet leuare vocē,ſcilicet de
profundo corde in contritionis verba prorumpen-
do,& peccata ſua nō aliena cōfitendo.Quintò,de-
bet dicere Ieſu pręceptor,dei miſericordiā implo-
rando: quæ maximè eſt peccatoribus opportuna.
In hoc aūt ꝙ dominus vidēs leproſos dixit eis: [ite
oſtendite vos ſacerdotibus]Manifeſtè à domino Ie
ſu cōfeſſio pręcipitur,per quā lepra interior ſaluti
oſtenditur.Ac ſi eis diceret:Ite à cōtritione ad con
feſſionē:oſtendite vos ſacerdotibus.Quia licèt pec
H cata remittātur in contritione, dicente propheta:
Pſal.31. Dixi,id eſt firmiter ſtatui,cōfitebor,&tu remiſiſti
mihi:tamē tenetur homo ea confiteri.Vnde [dum
irent, mundati ſunt] in via:quia deus virtute con-
tritionis peccatorem mundat interius, priuſquam
à ſacerdote abſoluatur exterius: & nihilominus
ſe ſacerdotibus oſtenderūt.Sic &tu,ſi habes macu-
lam lepræ ex aliquo crimine,dum vidēte te domi-
no oculis miſericordiæ,vadis oſtendere te ſacerdo
ti per confeſſionē vocis,obuiat ipſa ſalus,&ſanabe
ris à lepra trāſactæ iniquitatis. Non tamen idcir-
co omittas te offerre illis,quorū iudicio mūdus ha
beberis:alioquin ex cōtemptu & negligentia, im-
Vnius reditus. mundus remanebis.Vnus aūt qui rediјt, vniuerſa-
lis eccleſiæ vnitatē,ſeu illos qui in vnitate eccleſiæ
ſunt deſignat,quæ pro beneficio gratiæ, grates re-
ferre nō ceſſat:nouē verò qui remanſerūt, illos qui
extrà ſunt exprimūt:ſeu qui poſt acceptā remiſſio
nem criminū à perfectione decalogi,per vnitatem
ſubtractā deficiendo,grates pro gratia reddere con
I temnūt.Decem igitur mūdantur, ſed vnus gratias
refert:quia multi in cōfeſſione mundātur, ſed non
omnes dominū laudant.Qui enim tanquam canes
reuertūtur ad vomitū,hi ſunt nouem qui poſt ade-
ptam ſanitatē,non laudabant dominū.Et quia pau
ci ſunt reſpectiuè qui grati ſunt de beneficijs largi
tatis diuinæ,& remanēt in reparata ſanitate: ideo
tantum vnus reuertitur dans gloriā deo.Deo enim
Gloriam deo dare. gloriam dare,eſt pręcepta peccati ſui curatione in
bonis operibus perſeuerare. Et hic eſt Samarita-
nus,qui interpretatur cuſtos:nā illi ſunt grati deo,
Hęb.13. qui ſe cuſtodiūt à peccati recidiuo.Et eſt alienige-
na,dicens cū apoſtolo,non habemus hîc manētem
ciuitatem,ſed futurā inquirimus. Hinc colligitur,
quia hi qui deberent eſſe magis grati domino & fa
miliares,vt literati,prælati & diuites,quibus ſcien
tiam dedit, vel opes: magis ſunt ei ingrati: ſeſeq;
elongant ab eo,nec referūt ſibi gratias ſicut ſimpli
ces & pauperes,quibus tot bona nō contulit: quaſi
Orandiſſima. diceret,Labia noſtra & diuitiæ à nobis ſunt, quis
noſter dominus eſt?Ipſe autem vnus gratias agen-
do in faciem cecidit,quia ſola vnitas eccleſiæ cadit
in faciem adorans. Inde eſt ꝙ quandoq; proſtrati K
oramus,vbi quatuor prætendimus: infirmitatē cor
poris,quia de puluere ſumpti ſumus:infirmitatem
animi,quia caſum ex nobis,non erectionē à nobis,
ſed à deo habemus:erubeſcentiā de malis,quia prę
multitudine peccatorum oculos ad cœlum leuare
non audemus:prudentiā,quia in faciem cadimus&
videmus vbi cadimus: id eſt ꝙ in terrenis affigi-
mur. Quandoq; verò flexis genibus vt Salomon,
Sed erecto capite & eleuata facie oramus,quaſi di
centes pro deſiderio patrię,trahe me poſt te.Quā- Cant.
doque aūt ſtantes oramus,non ſpem in cœleſtibus
habere deſignantes,&quaſi dicētes,noſtra conuer- Philip.
ſatio in cœlis eſt:& illud,in domum domini lætan Pſal.
tes ibimus. In primo ergo exprimimus conditio-
nem noſtrā:in ſecūdo,deſiderium: in tertio, ſpem.
In memoria quoq; reſurrectionis dominicæ tēpo-
re paſchali & diebus dominicis, exemplo ſancta-
rum mulierū,inclinatis in terrā vultibus oramus,
nos terram & puluerē eſſe cum Abraham recolen L
tes.Vnus ergo reuerſus in faciē ad pedes Ieſu ceci- Cadere in faciē.
dit,ac nobis humilitatis, & pœnitētiæ exemplum
oſtendit.Vnde ſecūdum Bedam:In faciē cadit,qui
de perpetratis malis erubeſcit. Ibi enim homo ca-
dit,ibi cōfunditur. Qui in faciē cadit,videt quò ca
dat:qui retrò,lapſum ſuum nō videt.Boni ergo in
faciem cadunt,quia humiliant ſe in his viſibilibus,
vt ad inuiſibilia erigantur.Mali retrò cadunt,quia
cadunt in inuiſibilibus,vbi modò non vident, quid
eos tunc ſequatur.Ad pedes etiā Ieſu cadit,&gra-
tias agit,qui ſe ad percipienda dei beneficia humi-
liat,qui nihil ſibi virtutis attribuit, qui bona quæ
habet,de miſericordia dei ſe habere intelligit. Et
ſecundum eundē,qui deuotus ante dominum ceci-
dit,ſurgere & ire præcipitur: quia qui infirmita-
tem ſuā agnoſcens humiliter iacet per diuini verbi
conſolationē,ſurgere ad fortia opera & creſcenti-
bus quotidie meritis ad perfectionē paſſim profi-
cere iubetur.Hunc aūt fides ſaluum facit,quem ad
gratias agendas inclinat, & econtrà perfidia illos
damnat, qui de acceptis beneficijs ingrati ſunt, & M
deo dare gloriā negligūt. In hoc ergo capitulo in-
grati de beneficijs reprehendūtur à domino. Mul-
tum eſt laudabilis virtus gratitudo, & valde acce-
ptabilis deo gratiarū actio, ac deteſtabile vitiū in-
gratitudo. Vnde Augu. Quid melius animo gera- Gratitudo.
mus,aut ore promamus,aut calamo exprimamus,
quàm vt deo gratias agamus? Hoc nec dici breuius,
nec agi fructuoſius poteſt. Et iterū:Scio ꝙ ingrati
tudo diſpliceat tibi,quæ radix eſt totius mali ſpiri
tualis,& ventus vrens & exiccans omne bonū:ob-
ſtruens fontē diuinę miſericordię ſuper hominem
qua & mala mortua iam reoriūtur, ne vltrà bona
adipiſcantur.Vnde & Ber. Dignū eſt ſemper gra-
tias agere,quia deus nunquā ceſſat benefacere. Et
iterum: Diſce in referendo gratiā non eſſe tardus
aut ſegnis,diſce ad ſingula dona gratias agere.Di-
ligenter,inquit,conſidera,quæ tibi apponuntur, vt
nulla videlicet dei dona debita gratiarum actione
fruſtrētur:nō grandia,nō mediocria,nō puſilla.De
niq; iubemur colligere fragmēta ne pereāt: id eſt,
nec



A nec minima beneficia obliuiſci.Nunquid nō perit
Ingratitudo. quod donatur ingrato?Ingratitudo inimica eſt ani
mæ,exinanitio meritorū, virtutum diſſipatio,bo-
norum diſperſio,beneficiorū perditio.Ingratitudo
eſt ventus vrens & ſiccans ſibi fontē pietatis, rorē
miſericordiæ, fluenta gratiæ. Qualis verò debeat
eſſe gratiarum actio: docet idem Bernardus dicēs:
Non tantum verbo & lingua, ſed opere & virtute
exhibeamus noſmetipſos gratos: nō enim gratiarū
dictionē, ſed gratiarum actionē exigit à nobis do-
minus deus noſter.Vnde etiam Chryſoſt.Agamus
igitur ei iuges gratias:& non modò verbis hoc no-
ſtris,verumetiā operibus noſtris, imò ipſis princi-
paliter impleamus. Agamus verò gratias nō de ꝓ-
prijs tantum,verūetiam de alienis bonis. Ita enim
& inuidiam poterimus extinguere, & alere chari-
tatem.Neq;iam illis poteris inuidere,de quorū bo-
nis gratias deo referendo,lætaris.Quid igitur ma-
gnum repoſcit,qui pro liberalitate in nos ſua,ſolū-
modo gratos ſibi eſſe nos præcepit? Ingratitudinis
B autem vitium ex arrogātia potiſſimū gigni ſolet,
cùm ſe aliquis dignum eſſe beneficijs æſtimat.Hu-
miliatus verò atq; contritus,nō pro bonis ſolū: ſed
pro his quæ contraria æſtimantur eſſe, gratiarum
actiones mittet deo:& quodcunq; patietur,nihil ſe
dignum ęſtimabit paſſum eſſe.Hæc Chryſ.Et hęc
eſt magna cauſa quare deū non diligimus,quia eius
beneficia non recognoſcimus. Vnde Hierony.Vis
ſcire quare deum non diligis:quia eius beneficia nō
recognoſcis.Quantò magis in bonitate eius aſcen-
dis,tantò plus in amore eius inardeſcis. Hæc Hie-
ronymus.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte, de tua pietate confiſus
ad te pium medicum,ego quaſi leproſus,va-
rietate peccatorum reſperſus, cōfugio ad te
fontem miſericordiarū,ego immūdus maculis vi-
tiorum curro,& ſupplex te exoro,quatenus digne-
ris meam ſanare infirmitatē, lauare fœditatem,&
me dirigere ad ſalutē.Da mihi vt ſemper beneficia
tua in corde habeā,& de vniuerſis gratias tibi agā.
C Sed quia homo mortalis,cinis & puluis,nec vnum
pro mille gratias referre ſufficit:referant tibi gra-
tes pro me virgo Maria & omnes ciues ſupercœle-
ſtes,atq;omnis creatura quæ diuinæ laudis ſit ma-
teria. Amen.

De Samaritanis hoſpitium domino negan-
tibus. Caput XX.

Lucæ 9. VT autem aduentus domini Ieſu non
lateret [miſit nuntios ſuos,] ſcilicet
Iacobū & Ioannē, [ante faciē ſuā,]
in ciuitatem Samaritanorū: vt ibidē
hoſpitium & cætera neceſſaria,quę
non magni conſtabant,ſibi præpararent.Hęc ciui-
Sebaſte. tas Samaria nunc Sebaſte dicta, iā peccatis exigē-
tibus,nec vnicam habet domum,niſi tantū duas ec-
cleſias:vnam in monte,vbi quondā fuit regis pala-
tium:ſecundam in honore ſancti Ioannis Baptiſtę,
in qua ſepultus fuit inter Abdiam & Heliſæum.
Samaritani. Samaritani verò qui æmulabātur in tēplo Hiero-
ſolymitano,& inuidebant euntibus in Hieruſalem
adorare:quia videbant Chriſtū cum diſcipulus ha-
bere faciē ſeu vultū,id eſt,prętendere ſimilitudinē
& ſignum euntis in Hieruſalē,ad feſtum paſchale,
cauſa orationis faciendæ:ideo eos, ex æmulatione D
propter locum adorationis,noluerunt hoſpitio re-
cipere:quia dicebant locū adorationis eſſe apud eos
in monte Garizim,& nō in Hieruſalē.Vnde ſuprà
mulier Samaritana, quaſi æmulādo dixit domino:
Patres noſtri in monte hoc adorauerūt:& vos dici- Ioan.4.
tis,quia Hieroſolymis locus eſt in quo oportet ado
rare.Itē quia ex veſtimētis Chriſti, & diſcipulorū
eius,cognouerunt Samaritani ꝙ fuerunt Iudęi.Iu-
dæi autem erāt Samaritanis odioſi, eo ꝙ contēne-
bant eos,nolentes comedere & bibere cum eis:non
enī coūtuntur Iudæi Samaritanis,ſicut & Hebræi
Aegyptijs.Vnde Hier.hoſtili inter ſe Samaritani,
atque Iudæi diſcordāt odio.Vidētes itaq; ad hoſtes
ſuos pergere Samaritę,eū recipere noluerūt.Quā-
quam alia ſubijciatur intelligentia: quia voluntas
domini fuerit,nō ſuſcipi à Samaritanis: quia feſti-
nabat Hieruſalem pati,& ſanguinē fundere:ne oc-
cupatus ſuſceptione Samaritica,& doctrina gentis
illius,paſſionis differret diem,ad quam venerat ſu- E
ſtinendam.Hæc Hierony. Sicut autem domino in
Hieruſalem tendēti reſtituerunt Samaritani: ſic ſi
mens tua in cœlū tēdat, habebis ſemper qui rixas,
odia,& bella gerant: nō tamē irrepat vindicta mē-
ti tuæ:ſed quantum poteris ſtude vtilis eſſe. Vnde
ſunt verſus: Hieruſalē ciues, gentes odere forēſes. Verſus notabiles.
Quotquot non recipit mœnibus illa ſuis. Si ergo
in his quę ſecundum deū operari deſideras,aliquos
tibi obſiſtere,ſeu te impedire videas,noli contētio-
nibus deſæuire: ſed te ipſum in te ipſo reſtringe,&
te cum deo tuo recollige,ſibiq;dicas, Domine vim
patior, reſponde pro me. Nec de boc contriſteris:
quia nihil poſſunt niſi ꝙ deus ſcit finaliter pro bo-
no tuo eſſe expediens:imò quāquam ad præſens nō
videas,videbis finaliter, ſi tamē patienter portaue-
ris,ꝙ illud in quo tibi eos impedimentū præſtare
credebas,erit tibi iuuamen ad tuū propoſitum exe-
quēdum: ſicut de Ioſeph & multis alijs eſt factum.
quia ſecundū Chryſo.Si legē Chriſti cuſtodire vo- F
lueris,neceſſitatē quidem nullam,quæ te ab obſer- Impedimentū ad ſalutē nullum.
uatione eius impediat,aliquādo patieris. Si etiā in
his quę ſecundū deum deſideras,te videas quodam-
modo diuinitus impediri,vel per infirmitatem,vel
quocūque alio modo contingēte:de hoc nullatenus
cōturberis, ſed totum æquanimiter feras, & te ex
toto illi committas qui melius nouit quàm tu ipſe,
quid tibi expediat: qui te ad ſe continuè ſubleuat,
dummodo teipſum ex toto illi cōmittas: quamuis
fortè hoc ipſe non videas.Ad hoc ergo ſit totū tuū
ſtudium, vt teipſum in pace & cordis trāquillitate
poſſideas:& pro quocūque euentu non doleas, niſi
de ſolo peccato proprio vel alieno:ſeu etiam de his
quæ te inducerent ad peccatū,& quæ poſſent alie-
nare ſeu elongare à deo: vel mediū facere inter te
& ipſum deū: quæuis enim tibi occurrēs aduerſitas
eius nutu & prouidentia geritur, cuius virtute res
creatæ ſunt,& in ſuo eſſe conſeruantur. Cùm igi-
tur tribulatio aduenerit,exi obuiam hoſpiti tanto,
benignè eum recipiendo:& dic corde iucūdo:Bene
venerit amica mea tribulatio. Qui enim aduerſa
libenter pro deo patitur:Chriſto paſſo aſſimilatur,
G 5 & ideo

& ideo ab eo tanquam à cõſimili nexu dilectionis
G præcipuo cõſtringitur. Porrò de inuoluntarijs tribulationibus ſcire debes, ꝙ licet inuoluntarium, inquantum huiuſmodi, non ſit meritorium, verũtamen ſi prudens animus hoc quod inuolũtariè illatum eſt, volũtariè pati voluerit: & voluntatẽ ſuam hactenus rebellem ad virgã dei inclinauerit, virtutem faciẽs ex neceſsitate, haud dubiũ quin ſalubre & meritorium fiet, & ad ſpirituale virtutũ incrementum proficiet hoc quod antè peſtiferum videbatur. Patiamur ergo libẽter & voluntariè: quia vera ſalus noſtra eſt in cruce, nec extra eam aliqua ſalus inuenitur. In quacũq; enim anima crux, id eſt tribulatio nõ eſt: nulla patientia eſt: & vbi patiẽtia non eſt, vera non eſt. Cor autẽ patiens eſt, cui gaudium eſt quod deſpicitur: & quod in pœnis & quibuſque aduerſitatibus lætatur, exultans pro eo ꝙ paſsioni Chriſti & humilitati ſuæ aliquid adijcere valeat, & ꝙ habeat vnde deo aliquid ſacrificet. Et ideo omnes pœnas & aduerſitates occurrẽtes vnitas cum pœnis & aduerſitatibus Chriſti, & ex vnione
H ipſorum dulceſcant: & deo in ſumma patientia redoleant. Omnia ergo quæ tibi aduenerint, ſiue læta, ſiue triſtia ex nimia charitate, à deo tibi eſſe donata certiſsimè ſcias, & omnino credas ꝙ oĩa ex tanto amore Chriſti tibi proueniant: vt nihil aliud tibi, aut aliter euenire velles aut velle debeſ: & ideo ꝑ ſingulis ei gratias & laudes agas. Irati itaq; Iacobus & Ioannes cõtra Samaritanos, voluerunt ignẽ è cœlo ad conſumendũ eos impetrare, dicentes: [Dñe] ſi [vis dicimus vt ignis deſcendat de cœlo,] id eſt, de alto ſicut fulgura & huiuſmodi quę omnia veniũt de cœlo aereo, [& cõſummat illos:] te recipere nolentes. O quanta fiducia eorum in domino erat, qui ſolo verbo ſe poſſe credebãt vt ignis de cœlo deſcenderet, ac huiuſmodi vindicta quæ laudata eſt in Helia, in iſtis eſt à dño reprobata: quia hoc non appetebant ex charitate & amore correctionis eorũ, vel finiendæ in illis malitię, ſicut ille: ſed ex impatientia potius & indiſcretione & appetitu vindictæ. In quo innuit dñs, ꝙ non valet
I zelus, niſi ſit diſcreta volũtas. Vnde verbis apoſtoli Petri Ananias, & vxor eius exanimes ceciderunt: nõ odio, ſed iuſta vindicta: & Paulus quẽdam peccatorẽ tradidit ſatanæ in interitũ carnis, vt anima eſſet ſalua. Vnde Beda. Reprehendit in iſtis dominus non exemplũ prophetæ ſancti, ſed voluntatem vindicandi, quæ adhuc erat in rudibus: animaduertens eos non amore correctionem, ſed odio deſiderare vindictã. Hæc Beda. Vnde dicit eis: [Neſcitis cuius ſpiritus eſtis,] ſcilicet ſpiritus ſancti qui bonus eſt & ſuauis: hoc eſt, nõ bene recognoſcitis cuius ſpiritu ſignati eſtis, & ideo vultis per odiũ exercere vindictã, quod nõ licet dei ſeruis. In nouo eñi teſtamento, quod eſt amoris, procedendũ eſt ſuauiter & benignè, non ſicut in veteri teſtamento, quod eſt timoris, vbi procedebatur aſperè & rigidè. Vñ gloſa: Cuius ſpiritu ſignati eſtis, eius & acta imitemini, nunc piè conſolantes & in preſenti patientiã habentes: ſed in futuro iuſtè iudicãtes, cùm ſedebitis ſuper ſedes duodecim. Et ſubiungit dominus, [filius hominis non venit aĩas perdere,] per rigorẽ iuſtitiæ ſtatim inferendo pœnam mortis, ſicut vos vultis, quinimo perditio eſt ex vobis, [ſed venit ſal- K
uare] animas, per miſericordiam & pœne relaxationem: ſicut expedit miſeris: ſaluantur enim melius clementia, quàm ſæuitia. Et in hoc datur exemplum prælatis, vt non ſtatim cum impetu peccata puniant: ſed magis tempus & locũ expectent, nec ſemper in peccãtes vindictã exerceãt. Vnde Amb. Quia verò diſcipulos increpauit: quia ignẽ ſuper eos deſcendere geſtiebãt, qui non receperãt Chriſtum: oſtenditur nobis nõ ſemper in eos qui peccauerunt vindicandũ: quia nonnunquã amplius prodeſt clemẽtia tibi ad patientiã, lapſo ad correctionem. Deniq; Samaritani citius crediderunt, à quibus hoc loco ignis arcetur. Dominus autem nec in hos indeuotè dominum refutantes propriũ cõmouetur: vt oſtenderet quia nõ habet vltionis ſtudium perfecta virtus: nec vlla ſit iracundia, vbi plenitudo eſt charitatis: nec excludẽda infirmitas, ſed iuuãda. Procul à religioſis indignatio, procul à magnanimis cupiditas vltionis: procul à prudentibus conſiderata cõmotio & incauta ſimplicitas. hæc Ambr. L
Per Iacobum & Ioannẽ, qui adhuc imperfecti erãt ſignificantur homines imperfecti, quærẽtes nimis durè vindicari: ſed magiſter perfectionis prohibet hoc fieri: Et quia Samaritani noluerunt dominum Ieſum, & diſcipulos eius intra ciuitatẽ ſuã recipere ad hoſpitãdum: [abierũt in aliud caſtellum.] Circumibat enim dominus Ieſus ciuitates & caſtella prædicando, & faciẽdo miracula ſicut ſuprà dictũ eſt: Vide nũc quomodo dominus Ieſus cuius eſt terra, & plenitudo eius, excelſus ab vno loco patienter fert & tranſit ad alium: & habet patientiã ſi ſimilia tibi euenerint: imò gaude quia datum eſt tibi in tantillo imitari dominum tuum. Hęc igitur omnia conſiderantes omnẽ amaritudinẽ & iram à nobis excludamus, & non vlciſcentes noſipſos deo totũ committamus. Vnde Chryſo. Nunquã inſidiemur alijs: quoniam aduerſus noſipſos acuimus gladiũ, & profundiorem nobiſipſis plagã damus. Sed contriſtauit te quis, & vis in eum vlciſci: ne vlciſcaris. Ita enim vindicare poteris, ſi nõ vindicaueris, nõ ſi vindicaſti. Quoniam nõ vindicans, deum ei conſtituis inimicum: vindicaris autem nõ adhuc. Mihi enim M
vindictam, & ego retribuã, dicit dominus. Si enim famulos habemus, & ſi adinuicem diſsidentes, non nobis litem commiſerint finiendam, & ſi infinitæ acceſſerint, non ſolum nõ vindicamus: ſed auxiliamur dicentes & flagellum totum nobis cõmittere oportebat: quia vere teipſum præueniẽs vindicaſti: ne me moleſtes de reliquo: multò magis deus qui enuntiauit ſibi cedere omnia, hoc dicet. Qualiter autem non inconueniẽs eſt, ſi à pueris quidem noſtris tantam expetimus obedientiam, dominatori verò non cedimus ea quæ volumus famulos nobis cedere. Si enim dic mihi odis eum qui peccauit: cuius gratia & ipſe peccas, & in eiſdem cadis. Conuitiatus eſt, ne reconuitieris: percuſſit, ne repercutias: contriſtauit, ne recontriſtes: quia nullum lucrum ſi factus es illi rurſus par. Ita enim confundere poteris, ſi cum humilitate feras & manſuetè: ita confundens abſcidere poteris ab ira. Nullus

Patientiæ laus.

Fiducia apoſtolorum.

Acto. 5. 1. Cor. 5. b.

Spirit⁹ cuius ſimus.

Prælati exemp.

Ira vincẽda.

Vltio vẽda.

Decasi



Nullus malo malũ ſanat: ſed bono malum.

ORATIO.

A Domine Ieſu Chriſte, qui de Samaritanis, hoſpitiũ tibi negantibus, nõ te vindicaſti: ſed patienter ferens, humiliter ad aliũ locum declinaſti: præſta mihi indigno ô dulcis hoſpes animæ, vt vitijs cunctis expulſis, gratũ tibi in corde meo hoſpitium valeã præparare: & ſi quando ob mea demerita ibi receptus nõ fueris, noli mihi iraſci, & à ſeruo tuo in ira declinare, aut vindictã de me ſumere: ſed tu qui nõ veniſti animas perdere, ſed ſaluare, recõſilia me tibi per tuã miſericordiã, & da vt tibi per dignã præparationem cor aperiã, tibiq; placeat ad me ſeruũ tuũ intrare, & me miſericorditer benedicere. Amen.

De petitiõe filiorũ Zebedæi. Cap. XXI.

Matt. 20. Luc. 18. & Marci 10.

B POſt hæc aſcẽdit Ieſus verſus [Hieroſolymã,] quæ reſpectu totius terræ promiſsionis ſita eſt in alto: & propter hoc ab alijs partibus illuc venientes ibãt aſcẽdendo, & præcedebat diſcipulos ſuos: vt, ſecundũ Theophilũ, oſtenderet ꝙ ad paſsionẽ præcurrit, & nõ refugit mortẽ pro noſtra ſalute. Illuc ibat paſſurus pro nobis, & nos præcedẽs & nos inſtruẽs, quòd ipſum in operibus pœnitẽtiæ ſequi debeamus: [& ſequẽtes diſcipuli timebãt:] quia nondũ perfecti vſque ad tolerantiam martyrij erãt. Et vt dicit Beda, meminerãt ſermonis eius quo ſe paſſurum multa à ſummis ſacerdotibus & ſcribis, & occidendũ eſſe prædixit: metuentes ne vel ipſi cũ eo occiderẽtur: vel ſaltẽ ille, cuius vita & magiſterio gaudebãt, inimicorum manibus occũberet. Et diuertẽs eà via [aſſumpſit] & ad partem traxit ſeorſum, & [ſecretò duodecim diſcipulos ſuos,] tãquã perfectiores, typũ prælatorum gerẽtes, nõ infirmos qui poſſent ſcãdalizari: quia noluit omnibus ſecreta ſua myſteria indicare: & tũc eis iam quarta vice myſteriũ ſuæ paſsionis & reſurrectiõis prædixit: quia, vt dicit Theophilus, Cõueniẽs erat paſsionis myſterium propinquioribus
C ſibi reuelare. Vnde & Chryſoſtomus: Omnis gloria dei, & omnis ſalus hominũ, in Chriſti morte poſita eſt. Nulla eñ res eſt quæ amplius ad ſalutẽ hominũ pertineat, quã mors ipſius. Nec eſt aliud aliquid propter quod magis deo gratias agere habeamus, quã propter mortem ipſius. Ideo cũ plurima turba fideliũ ſequeretur eũ, in via duodecim apoſtolos ſuos tulit in ſecreto, & illis tãtũmodo mortis ſuæ annũtiauit myſteriũ: quia ſemper pretioſior theſaurus in melioribus vaſis includitur. Et nõ tandũ, quòd Chriſtus paſsionẽ ſuam, & mortẽ pluries diſcipulis ſuis prædixit: primò, poſtquam Petrus confeſſus fuit eum filium dei: ſecundò, poſtquã trãsfiguratus fuit in monte: tertiò, ibidem poſtquã curauit lunaticum: quartò, in præſenti loco: quintò, in monte Oliueti, dicens: Scitis quia poſt biduũ paſcha fiet, &c. Et hoc fit propter plura. Primò, vt colloquendo cum chariſsimis amicis ſuis, reuelaret illis ſecreta ſuæ mẽtis: quia ſecreta myſteria ſunt tantum maioribus reuelanda & detegenda, cuiuſmodi erant apoſtoli. Secundò, ne de memoria laberentur, ſed mortis iugiter meditationẽ haberent: vt exercitati expectatione cũ veniret perſecutio & crucis ignominia, facilius ferrẽt, & nõ turbarentur vehemẽter: quia tribulatio præcognita & D
expectata leuior inuenitur: vel videntes eum mori ignominiosè, nõ ſcandalizarẽtur. Tertiò, vt nõ dubitarent eum reſurrecturũ ſicut prædixerat: cùm viderent ea quæ de paſsione ſua prædixerat impleta. Quartò, vt ſcirent quoniã paſsionẽ præuenit, & ſpontaneus ad eã acceſſit. Quintò, vt eſſent teſtes ꝙ ſcienter pateretur & voluntariè: vtpote qui præuenit mortẽ, & potuiſſet fugere. Myſticè frequẽter prædixit diſcipulis paſsionem ſuam: per hoc ſignificans ꝙ multoties eſſet paſſurus in mẽbris ſuis. Vnde in actibus: Saule Saule quid me perſequeris. & Petro imminẽte paſsione ſua dixit, vado Romã iterum crucifigi. O quoties & quãtum hodie dominus in electis ſuis patitur, qui per malos multipliciter, & crudeliter ſæpius affligũtur. Et ait illis ſpecialiter, tãquã ſuis ſecretarijs & amicis: [Ecce aſcendimus Hieroſolymã,] ad locum paſ- E
ſionis: quaſi diceret, iam in promptu eſt vt patiar, qm̃ tribulatio proxima eſt, & attende quod & ſuprà. Et hic facit mentionẽ de loco paſsionis, ſcilicet Hieruſalem: quia ſecundum ſcripturas, in medio terræ operaturus erat ſalutem. Terra autẽ Hieruſalem in medio mundi eſt poſita, cui ab Oriente adiacet Arabia, quæ tempore filiorum Iſraël ſolitudo erat vaſtiſsima, id eſt, deſertum, eremus, terra inuia & inaquoſa: in qua detinuit eos dominus quadraginta annis manna ad manducandum eis pluẽs & aquã de rupe producens: quam Arabiam mare mortuum diuidit à Iudæa. A meridie verò adiacet Aegyptus, & ſic filijs Iſraël de Aegypto ad Iudæã redeuntibus, magnus erat circuitus: quia per Arabiam circundaxit eos dominus. Ab occidente quoque adiacet mare magnum, & à Septentrione Syria & mare Cyprium. In hoc ergo quod dicit, ecce aſcendimus Hieroſolymam, apparet voluntas patiendi: quia ſponte ſua venit ad paſsionẽ. Vbi Chryſoſtomus: Ac ſi dicat, videte quia voluntariè vado ad mortem: nemo me vocat ad Hieroſolymam, nemo admonet, nullius poteſtatis pręceptũ timeo, nullius violentiæ neceſsitate cõpellor. Cùm ergo videritis me in cruce pendentẽ, ne æſtimetis me hominem eſſe tantum: nam & ſi poſſe mori hominis eſt, velle tamen mori, hominis non eſt. Hęc Chryſoſtomus. Hic dominus oſtendit quòd in prælatis debet eſſe vigor ad tolerandum martyrium, ſi neceſſe ſit, pro grege ſibi commiſſo: & hoc docet per exemplum ſui, qui voluntariè venit in Hieruſalẽ, ad ſuſcipiendum mortem pro ſalute mundi. Et ſubiungit: [Et conſummabuntur omnia, quæ] de filio hominis, id eſt virginis, [per prophetas ſunt ſcripta.] & bene dicit, omnia: nam tria prædixerãt de Chriſto, ſcilicet quid eſſet acturus, quid paſſurus, quid pro vtroque recepturus. Congruè autem ſe filium hominis nominat, vbi ſe paſſurũ prædicat: vt intelligatur quòd ſecundum humanã naturam, nõ ſecundũ diuinã, paſſurus erat. Deinde explicat quæ vẽtura ſuper eum erant, & ſeriatim ordinem paſsionis enarrat: [Tradetur enim] ſcilicet, à Iuda [principibus ſacerdotum, & ſcribis & ſenioribus: & condena-

Mors dñi.

Paſsionis dominicæ præmotationes.

Matt. 26.

Myſticè.

Acto. 9.

Pſal. 73. Hieruſalẽ ſitus.

& condẽnabunt eũ morte:id eſt,per falſos teſtes,iu
G dicantes eũ eſſe reum mortis,nullo iuris ordine ſer
uato.Et quia nõ habebãt poteſtatẽ interficiendi,eo
quòd iudiciũ ſanguinis eſſet eis ablatũ per Roma-
nos,qui eis dominabantur,ideo ſubiungit:[Et tra-
dent eũ,]ſcilicet principes & ſcribæ cũ accuſatiõe
criminis[gentibus:]ſcilicet Pilato præſidi,& ſuis
militibus,miniſtris Romanorũ,ad perficiendum il
lud quod ipſi nõ poterant,ſcilicet mortẽ Chriſti.
Et ipſi gentiles illudent ei,verbis & contumelijs:
& conſpuent eũ,oris immunditijs:& flagellabunt
eum,virgis & nodis:& occident eũ , crucifigendo
Iniuria ſumma. clauis ferreis.Iniuria nimia vbi falſi tradunt veri-
tatem,fatui illudunt ſapientiã,rei flagellant inno-
centiam,miſeri conſpuunt gloriã,mortui occidũt
vitã. Vnde Bernard.Heu fratres chariſsimi liber-
tas captiuorum traditur,gloria angelorum illudi-
tur,ſpeculum ſine macula & candor lucis æternæ
cõſpuitur,dominus omnium flagellatur & vita ho
H minũ occiditur.Quid inſtat niſi vt omnes eamus,
& cum eo moriamur?Et iterum:Traditur,tanquã
reus:ad illudendum,tãquam fatuus:ad flagellãdũ,
tanquam malefactor:ad conſpuendum,tãquam vi
lis:ad occidendũ,tanquã præuaricator legis. Hæc
Bern.Myſticè dominus traditur à ſimoniacis,illu-
ditur ab hypocritis, flagellatur à tyrannis,cõſpui-
tur à blaſphemis,occiditur ab hæreticis & apoſta
tis.Et ne apoſtoli eius audita abſorberentur pre tri
ſtitia,& turbarentur cũ viderẽt moriẽtem : nũtiat
eis ſuã reſurrectionẽ,ad eorum cõſolationẽ dicẽs:
[Et tertia die reſurget.]Ecce tẽpus & gloria reſur
rectiõis,quã paſsiõi annectit,vt tã ſcita certa reſur
rectio ſcandalũ crucis euacuet.Ideo etiã paſsio &
reſurrectio cõiunguntur,vt in paſsione natura hu
manitatis, & in reſurrectione natura diuinitatis
Paſsionis dñicæ demõſtratio cõprobetur.Et vt dicit Aug.Paſsione oſtẽdit,quid
ſuſtinere pro veritate:reſurrectione,quid ſperare
in tribulatione debeamus.Sequere ergo nunc & tu
cũ diſcipulis,& aſſocia dñm tuũ,ad ignominiã paſ
ſionis,vt tãdem peruenire merearis ad gloriã reſur
rectionis:quia,ſecũdũ apoſtolum,ſic compatimur
I & conglorificabimur.Prædixit ergo eis & paſsio-
Roma.8.c nis ſuæ pœnam, & reſurrectionis gloriam:vt cùm
morientẽ cernerent,etiã reſurrecturũ non dubita-
rent:& eius reſurrectionem fiducialius expecta-
rent.At ipſi nihil horum intellexerũt,ſcilicet ma-
nifeſtè & perfectè:quia adhuc rudes erant & im-
perfecti:cuius rationẽ triplicem aſsignat Beda di-
cens,Diſcipuli cuius vitam maximè deſiderabant,
mortem eius audire nõ poterãt:& quem nõ ſolum
hominẽ innocẽtem,ſed & verum deũ eſſe ſciebãt,
hũc nullatenus mori vel poſſe putabãt:& quia per
parabolas eum ſæpe loquentẽ audire conſueuerãt,
quoties aliquid de ſua paſsione dicebat ,hoc non
ita vt ſonabat intelligendũ,ſed amore dictante ad
aliud quid allegoricè referendũ eſſe credebãt.Hæc
Beda. Et nota quòd ſicut Chriſtus aſſumpſit diſci-
pulos,& duxit eos Hieroſolymis,ac ſecreta eis re-
uelauit:ſic ſpiritualiter adhuc aſſumit diſcipulos&
ducit Hieroſolymis,quando vocat hominẽ ab amo
re mundi,& ducit ad religionem,in qua eſt pacifi-
ca conuerſatio:ſicut & Hieroſolyma interpreta-
tur pacifica,in qua religione multa ſecreta eis re- K
uelat.Et illa quinque quæ enumerat de Chriſto,
ſpiritualiter cõtingũt religioſis,quę & Chriſtus pa
titur in eis.Primò,moriũtur mundo,quãdo amor
ſeculi funditus in eis extinguitur:ita ꝙ parẽtes,di
uitias,delitias, honores ,& omnia quæ in mundo
ſunt,propter Chriſtũ cõtemnunt.Secũdò,illudun-
tur: quia iam ab hominibus infatuantur, ita quòd
religioſus poteſt dicere illud Pſalmiſtæ: Videntes
me deriſerũt me,locuti ſunt labijs & mouerũt ca-
put.Tertiò,flagellantur linguis detrahẽtium:quia
heu iam vbi cõueniũt ſeculares, ſemper rodunt &
flagellãt religioſos per detractiones.Quartò, cru-
cifigũtur à ſeipſis,quando totũ cor ſuũ ad crucem
Chriſti configunt,& cogitãtes de paſsione Chriſti
carnem ſuã crucifigũt & affligunt ieiunijs & di-
ſciplinis & ſimilibus.Quintò,tertia die reſurgent:
quia terminata omni miſeria ad æternã lætitiam
peruenient.Prima,quidẽ dies eſt fidei Chriſtianę,
quam habuerũt in ſeculo. Secũda dies, eſt religio-
nis ſanctę qua ſeruierũt deo:ſed in his duobus die-
bus adhuc mortui ſunt. Tertia verò dies, eſt glo- L
riæ,in qua ab omni miſeria reſurgẽt. Poteris etiã
prædicta de Chriſto enumerata,& aliter accipere
& ſic orare : Ignoſce mihi ô munditia ſumma,
quòd ego corpus tuum indignè ſumendo toties
tradidi te,libidinoſis motibus meis tãquam incir-
cuncisis. Ignoſce mihi ô ſumma veritas:quia ego
toties illuſi tibi votũ meum tranſgrediẽdo,& pro-
ximis mentiendo. Ignoſce mihi ô vera patientia,
quòd toties flagellaui te peccata mea iterando,&
te offendendo.Ignoſce mihi ô ſumma ſapiẽtia,ꝙ
ego toties faciẽ tuam conſpui,quando veritatis cõ-
gnitionẽ quã de te habui per turpitudinẽ fœdaui
vitæ meæ.Ignoſce mihi ô vera vita,ꝙ ego te toties
occidi,quando per peccatum mortale te ab anima
mea expuli:fac me tertia die reſurgere per veram
contritionem,purã confeſsionem,& dignam ſatiſ
factionem.Et quia dominus Ieſus dixit,ſe tertia
die reſurrecturũ:filij Zebedæi putantes imminere
regnum Ieſu in Iſraël,& eũ illicò in proximo re- M
gnaturũ tẽporaliter & in pace:ſicut Dauid & Sa-
lomon regnauerũt: ac cõplendũ in primo aduẽtu,
quod promittitur in ſecũdo,ſuggeſſerũt matri ſuę
vt peteret munus ſine nomine,quo cõceſſo peteret
eis cõfeſsionẽ à dextris & à ſiniſtris eius in regno
ſuo:id eſt,quòd eſſent collaterales & maiores præ
cæteris in regno ſuo poſt eũ:quia enim erant eius
cognati germani,volebant poſt eũ eſſe primi.Nec
mirũ ſi talia apoſtoli credebãt,& appetebãt,qui ad
huc carnales erant,& nõdum perfectè illuminati,
nec confirmati per gratiam ſpiritus ſancti.Vt ait
Chryſoſto.intra tẽpus vocationis apoſtolorũ,& paſ
ſionis domini mortuus eſt Zebedæus,& ſic iſta ſe-
cuta eſt Ieſum cum filijs ſuis.Sexu fragilis,& iam
ætate defecta,Chriſti veſtigia ſequebatur,quia fi-
des nunquam ſeneſcit,& religio fatigationem nõ
ſentit.Hæc Chryſoſtomus.Tertia autẽ petit, quæ
deſiderant matres filijs:quietẽ,cùm dicit, [dic vt ſe
deant hi duo filij mei:honores,cũ ſubdit,[vnus ad
dexterã tuã,& alius ad ſiniſtrã:[diuitias,cùm ad-
dit,[in regno tuo.]Et vt dicit Chryſoſtomus, alij
filijs

Mors paſsio & reſurrectio religioſorum.

Diſcipulorũ Chriſti iudicia. Pſal.21.

Opinio diſcipulorum.

Zebedæi mors.

Petitio



filijs ſuis militiam cõparant,alij diuitias,alij hono
A res:nemo filijs ſuis cõparat deum.Perditionẽ illo-
rum magno pretio cõparant,ſalutẽ aũt illorũ nec
dono accipere volũt:ſed ſi viderint illos honoratos
lætãtur:ſi viderint pauperes,triſtantur:ſi viderint
peccãtes,non triſtantur:vt oſtendant quia corporũ
amatores ſunt,nõ animarũ.Hæc Chryſoſto.In tri
bus aũt deficiebat iſta mulier in ordine,in intẽtio
ne,in materia.In ordine erat peruerſitas:quia an-
te meritũ petebat præmiũ:[dic,inquit,vt ſedeãt,]
qui nõdum laborauerãt.In intentione carnalitas,
credebat enim hoc ſibi deberi ex lege carnis:ideo
dicit,[hi duo filij mei,].ſ.conſobrini tui.In mate-
ria vanitas:quia põpã quærebat:ideo ſubdit,[vnus
ad dexterã tuam,& vnus ad ſiniſtram tuam in re-
gno tuo.]vt ait Chryſo.Non ſolum prædicens di-
ſcipulis ſuis de paſsione ſua futura:ſed etiam aptãs
petituræ mulieri locum,declinauit ſeorſum ab iti
nere,donec mulieres retrò venientes occurrerent.
Nec etiã credibile eſt,mixtim cum ipſo ambulaſ-
B ſe mulieres:ſed longo interuallo ſeparatim inter
ſe ambulabãt:Chriſtus cum diſcipulis ſuis primi,ſe
quẽtes aũt de longè mulieres.Et cũ mater ſecũdũ
informationẽ filiorũ peteret pro eis,Ieſus nõ reſpõ
dit matri pro ſimplicitate eius:ſed filijs per eã pe-
tentibus,qui verba poſuerũt in ore matris.Sciebat
enim ipſam miſſam à filijs,& informatam de peti
tione faciẽda pro eis:propter quod eis imputauit:
quia quod per alios facimus,quodãmodo per noſi-
pſos facimus.Vnde reſpondẽs duobus filijs,quorũ
cõſilio mater petebat,oſtẽdit eos errare dicẽs,[Ne
ſcitis quid petatis:].ſ.mediãte matre veſtra quam
ſubmiſiſtis.Quaſi diceret:Prælationẽ quæritis in
cœlo,quæ nulla ibi erit:& malè quæritis:regnare
enim vultis,qui non meruiſtis:& nec honore,ſed
onere peruenitur ad regnum quod quæritis.Attẽ-
dãt ergo qui regnũ cœlorũ à domino petũt,& pa-
rum per hoc laborãt,quod Chriſtus ſuis diſcipulis
& nepotibus reſpõderit.Vnde Beda:Neſciũt quid
C petunt,qui ſedẽ glorię à domino, quã nõdum me-
rebantur,inquirũt,deſiderabãt enim regnare ſub-
limiter cũ Chriſto , ſed prius erat pati humiliter
pro Chriſto.Vbi & Chryſoſtomus:Intelligere er-
go debemus & nos , vt non illud à deo petamus,
quod nos bonũ eſſe iudicamus:ſed orantes in pote-
ſtate dei ponamus, vt ad illud exaudiat, quod ipſe
nobis expedire cognoſcit.Et iterũ: Non enim ſo-
lum debemus cogitare qualẽ gloriã conſequamur,
ſed quomodo euadamus ruinã peccati: quia & in
Petẽdum quid. ſeculari bello qui ſemper de præda victoriæ cogi-
tat,difficile vincit.Ideo petendũ erat,da nobis ex-
emplum gratiæ tuæ, vt omne malum vincamus.
Hæc Chryſoſtomus.Per iſtos qui petierũt à Chri
ſto præ cęteris diſcipulis honorari, eo quòd erant
eius cõſanguinei,ſignificãtur ambitioſi:qui haben
tes prælatũ conſanguineũ, volũt per hoc in eccle-
ſia præ cæteris promoueri.Quibus bene reſpõde-
tur,[ neſcitis quis petatis.]Nã honores eccleſię nõ
ſunt diſpẽſandi ex propinquitate ſanguinis:ſed ex
idoneitate perſonarũ,ratiõe ſciẽtiæ & virtutis.Et
vniuerſaliter de omnibus ambitioſis optimè po-
teſt dici, ꝙ neſciũt quid petãt:quia tales ſi promo
uentur malè intrant & poſſident.Cognoſcens igi-
tur dominus eorũ ignorantiam & errorem: quia D
indiſcretè petebant, præſumentes peruenire ſine
merito ad gloriam tantã,reduxit eos ad viã,ſcili-
cet ad humilitatẽ, & nos inuitat ad eam per quam
venitur ad ſublimitatẽ potius quàm per ambitio-
nem.Vbi oſtẽdit,quòd in prælatis debet eſſe tenor
humilitatis:quia non debent appetere vel gaudere
præeſſe alijs.Vnde dixit eis: [ Poteſtis bibere cali-
cem,quẽ ego bibiturus ſum? id eſt,paſsionẽ marty
rij & mortẽ crudelẽ ſuſtinere propter deũ,quã ego
pro vobis & multis ex charitate paſſurus ſum vo-
luntariè,ac ſi bibã illam vt delectabilẽ calicem,per
quam debeo venire ad regnũ,nõ temporale(vt cre
ditis)ſed æternum. Per calicem ferè vbique paſsio
& martyriũ intelligitur: tum quia ſicut calix eſt
vas quo bibitur ad menſuram, ſic paſsio cũ men-
ſura bibitur:eo quòd nõ permittit dominus homi-
nem tẽtari ſupra id quod poteſt:tũ quia citò ſicut
potus tranſit:illud enim quod in præſenti eſt tri-
bulatiõis momẽtaneũ & leue eſt:tũ quia delectat,
nam paſsio & tribulatio à fidelibus pro cõſolatio- E
ne recipitur,& in ea gloriãtur.Eſt autẽ multũ de-
licatus,qui nõ poteſt bibere potũ,de quo bibit do-
minus ſuus.Hãc autẽ paſsionẽ quã Matthæus cali-
cem vocat,Marcus & calicẽ & baptiſmũ nominat,
dicens:[Poteſtis bibere calicẽ quẽ ego bibo, aut ba
ptiſmo quo ego baptizor,]ſcilicet pro vobis[bapti
zari?] ſcilicet propter me.Tincturã ſanguinis ſui
in ſua benedicta paſsione,pro peccatorũ emunda-
tione vocat hîc baptiſmũ.Vnde Theophilus:Cali-
cem autem & baptiſmũ crucem nominat:calicem
quidem, tãquam potũ dulciter ab ipſo ſuſceptum:
baptiſmum verò,tanquã emũdationẽ noſtrorum
facientem peccatorũ.Hæc Theophilus : quaſi di-
ceret eis, Ante humilitatẽ paſsionis exaltari nõ po
teritis:ſi vultis cõregnare crucifixo, incũbit vobis
tollere crucẽ eius exẽplo:quia nemo niſi tollit cru
cem ſuã,per martyrij paſsionẽ,vel proximi cõpaſ
ſionem vel carnis mortificationem, regnabit cum
crucifixo.Vbi Gregorius:Iã locũ celſitudinis quę-
rebant:ad viam illos veritas reuocat per quam ad
celſitudinẽ venirẽt.Ac ſi dicatur:Iã vos locus dele- F
ctat celſitudinis:ſed prius via exerceat laboris.Per
calicem pertingitur ad maieſtatem.Si mẽs veſtra
appetit quod demulcet, prius bibite quod dolet.
Sic per amarum poculũ cõfeſsionis,peruenitur ad
gaudiũ ſalutis.Vbi & Chryſoſtomus:Per modum
interrogationis attrahit eos,vt ex cõmunione,quę
eſt ad ipſum, auidiores fierent.Ac ſi dicat:Vos de
honore & coronis loquimini,ego autem de agoni-
bus & ſudoribus diſputo.Non enim eſt hoc præ-
miorum tempus:ſed occaſionis, præliorũ,& peri-
culorum.Et iterum:Nunquid neſciebat dominus,
quia paſsionem ipſius poterant imitari? Sed ideo
eis dicit,vt domino interrogante,& eis reſponden-
tibus omnes nos audiamus: quia nemo poteſt cum
Chriſto regnare, niſi paſsionem illius fuerit imi-
tatus.Sicut ait apoſtolus : Si commortui ſumus, 2.Timo.2.
& conuiuemus.Si ſuſtinemus,& conregnabimus.
Res enim pretioſa, vili pretio non comparatur.
Magnum laborem nõ neceſſe eſt nobis impẽdere,
ſi volumus,

Calix quid.

G ſi volumus ad regna cœleſtia peruenire. Paſsionẽ aũt domini dicimus ſuſcipere nos debere: non ſolũ perſecutionẽ gẽtilium, ſed oẽm laborẽ & moleſtiã quã patimur cõtra peccata certãtes. Nam ſi gentiles defecerint, qui perſequãtur: nũquid ideo prõpta volũtas fidelium debet ſine fructu & ſterilis permanere? Ideo & ſi gentiles nõ habes qui te perſequãtur, habes principẽ gẽtilium diabolũ, qui hominem perſequi nõ ceſſat. Si ergo principẽ potes vincere in peccato, nõ eſt magnũ ſuperare principes eius in corpore. Ecce oſtẽdam tibi magnã & inſufferibilẽ perſecutionẽ in corpore tuo. Incipe reſiſtere deſiderijs tuis, & tunc intelliges quàm fortes ſunt ſpiritus deſideriorũ malorũ qui te perſequuntur. Hæc eñ pugna periculoſa, & hæc eſt glorioſa victoria, qui potuerit odire quod amat, & amare quod odit. Hæc Chryſ. Vnde & Hiero. Nõ ſolum effuſio ſanguinis pro nomine Chriſti martyrium reputatur: ſed deuotæ quoque mẽtis ſeruitus, quotidianũ martyriũ eſt. Illa corona de roſis & violis,

*Paſsionis dominicæ ſuſceptio.*

H iſta de lilijs. Et illi reſpõdentes [dixerunt ei: Poſſumus.] loquũtur ſicut inexperti propriæ fragilitatis: quod per effectũ patuit, quia in paſsione Chriſti fugerũt præ timore mortis. Vbi Chry. Reſpõderunt aũt tam promptè, expectãtes in eo quod petierunt exaudiri. Ieſus aũt [ait eis: Calicẽ quidẽ meũ bibetis, & baptiſmo quo baptizor baptizabimini:] id eſt, paſsiões propter me ſuſtinebitis, vel actu, vel voluntate. Nam diſsimiliter paſsi ſunt, vnus ſuſtinendo actu, alter affectu: vnus occiſus, alter in ferventis olei doliũ, & etiam in exilium, quod eſt quędam mors ciuilis miſſus. Vbi Chryſo. Dominus autem eis prophetat magna bona, id eſt, martyrio dignos efficiẽdos. Deinde d.is ſubiungit: [Sedere aũt ad dexteram meã,] in gaudio æternitatis, [& ad ſiniſtram] in perfruitiõe humanitatis, [nõ eſt meũ,] ex ordine iuſtitiæ quæ reſpõdet meritis [dare vobis,] ratione conſanguinitatis, vel ſicut adhuc eſtis indiſpoſiti: quia ex ſuperbia regnũ temporale quęritis, [ſed quibus] ex meritorũ ordine [paratũ eſt:] id eſt, propter merita ab æterno diſpoſitum, [à patre meo cœleſti,] ſcilicet humilibus & ad hoc diſpoſitis, ſicut vos aliquãdo eritis. Præordinauit eñ

I deus ꝙ nullus ad regnum perueniat, niſi bene meritis & dignus fuerit. Nõ eſt enim perſonarũ acceptor deus: vt ſcilicet perſonaliter aliquem accipiat ſine meritis in dãdo ſalutẽ æternam: quia, ſecundũ Augu. dilectio æqualis facit non acceptare perſonas. Vnde Beda: Non eſt meum vobis dare: id eſt ſuperbis: hoc eñ adhuc erant: alijs paratum eſt, & vos alij eſtote: id eſt humiles, & vobis paratum eſt. Vnde & Chryſo. Paratum eſt quippe regnum cœlorũ deum diligẽtibus: ſicut conuiuium paratur amicis, mũdum cõtemnẽtibus: ſicut domus dei vel hoſpitale paratur pauperibus, qui non habẽt domos alias: veris humilibus ſicut paruulis paratur cibus, & veſtitus miſericordiam egenis impendẽtibus: ſicut paratur honor pro honore, bonum pro bono finaliter perſeuerantibus: ſicut operarijs paratur merces reddenda in ſero poſt opus. [Et audientes decem] alij ſcilicet apoſtoli, [indignati ſunt de duobus fratribus,] qui ſe à decẽ ſeparauerant: trahentes Chriſtũ

*Pręordinatio diuina.*

*Regnũ cœlorũ quib' paratum.*

ſeorſum, & ignorãtes menſuram ſuã, volebant ſocijs ſuis præferri: quia adhuc ipſi decẽ erãt carnales ſicut & illi duo alij. Vbi Chryſoſto. Quẽadmodum iſti carnaliter petierunt: ſic & illi carnaliter cõtriſtati ſunt. Nam ſicut iſti ſi ſpiritualiter ſapuiſſent, non fuerãt petituri vt eſſent ſuper omnes: ſic ſi ſpiritualiter intellexiſſent, nõ fuiſſent cõtriſtati ante ſe eſſe aliquos: nam velle quidem eſſe ante oẽs, vituperabile eſt: ſuſtinere autem alterum ſuper ſe, nimis eſt glorioſum. Et iterum: Si indignati ſunt, quia iſti auſi ſunt hoc per matrem petere: quantò magis turbarẽtur ſi petitio eorum fuiſſet ſuſcepta. Et ideo neque dixit, nõ ſedebitis: ne duos confunderet: neque dixit, ſedebitis: ne cæteros irritaret: ſed tanquam benignus pater ſic reſpondit, vt inter fratres concordia non rumperetur, & omnes ſperare faceret dicens: [nõ eſt meũ dare, ſed patris.] Nam quod vni aut duobus ſpecialiter non promittitur, à cunctis ſperatur. Hæc Chryſoſtomus. Vt autem dicit Theophilus, tunc ſic imperfectè ſe habebant apoſtoli, ſed poſtea in primatibus ſibi cedebant ad-

K

*Indignatio diſcipulorum.*

L inuicem: vide quia ex hoc quòd procurabatur promotio duorum fratrum, alij decem apoſtoli fuerãt indignati, ſic eſt de multis hodie, qui eoipſo quòd vident alios promoueri, inuidẽt ſtatim & indignãtur. Humilis autem dominus, ac pius pater, & mitis magiſter, nec cupiditatis & ambitionis duos arguit poſtulantes, nec decem reliquos indignatiõis increpat & liuoris: ſed ipſe miſericors & benignus qui eſt pax noſtra vtraque faciens vnum, quos ad apoſtolatum vocauerat, & affectu ſeiunctos aſpexit, duos per ſuperbam poſtulationem, decem per indignationis turbationem, ad ſe tanquam ad ſalutis medium, quo mitigarentur: tanquam ad pacis vinculum, quo vnirentur: tanquam ad virtutis magiſtrum, quo inſtruerentur vocauit, vt ab errore reuocaret, vt pacẽ reformaret: vt regulã debitæ prælationis erudiret: vt non eſſet denarius ſine binario charitatis. Et vtroſque reprimens cœpit eos docere de humilitate, per quam honor cœleſtis acquiritur & terrenus cõtemnitur dicens: [Reges & prin-

M cipes gentium dominantur,] violenta dominatione & poteſtatis ambitione [eorum,] id eſt populorum ſubditorum: & eſt hîc relatio ad intellectum: [& qui maiores ſunt poteſtatem exercent in eos,] ſcilicet humiliantes eos per ſuam potentiam & angariantes. Quaſi diceret: Apud terrenos habet locum dominatio, & dominij executio: quia deſiderare primatum, & vſurpare honorem, gẽtium eſt: & nõ tantum regere ſuos ſubiectos, ſed etiam violenter eis dominari. Vnde Chry. Oſtendit autem in hoc, quòd gentile eſt primatus cupere, & ſic gẽtium cõparatione eorum animã æſtuantem cõuertit. Et quia nihil ſic corda hominum ab vnitate pacis ſeparat, ſicut ſuperbia: ideo dominus ad humilitatẽ eos reducit: docens hos & illos nõ venturos ad regnũ, niſi per humilitatem. Non, inquit, ita erit inter vos ſicut eſt inter mũdi huius poteſtates, vt ille cæteris dominetur, qui maior cæteris videtur. Maioritas enim in regno meo nõ eodẽ modo acquiritur, ſicut in regno terreno: quia in regno terreno acquiritur per ambitionem & poteſtatẽ: ſed in regno meo

*Maioritas in regno dei.*



gno meo acquiritur cõtrario modo, ſcilicet per hu-

A militatem. Quaſi diceret: Vos more ſeculariũ petitis, & vultis per prælationem venire ad requiẽ & regni poſſeſsionem: cùm ecõtra ad ſummã virtutũ aſcendatur non imperãdo, ſed miniſtrando: & ideo non ita erit inter vos, ſicut inter eos. Nam in regno terreno prælati ſunt domini: ſed veſtrũ regnum nõ eſt terrenum, ſed ſpirituale: vnde per oppoſitũ debet in vobis eſſe, q̃a prælati eccleſiæ ſunt miniſtri. Vnde & Origenes: Inter vos autẽ qui eſtis mei, nõ erunt hæc. Quoniã qui principes ſunt ſpirituales, principatus eorũ in dilectiõne ſubditorũ debet eſſe poſitus, nõ in timore corporali. Vnde ſubdit: [Sed quicunq;] ſiue nobilis, ſiue ignobilis, [voluerit inter vos maior fieri:] ſanctitate & dignitate, [ſit veſter miniſter:] non primatũ ambiendo, ſed humiliter miniſtrando, & ſe in obſequijs humilitatis exercendo. [& qui voluerit inter vos primus eſſe,] id eſt, primatũ habere: [erit veſter ſeruus,] & omniũ nouiſsimus: non ex conditione, ſed ex charitate: nõ

B ex puſillanimitate, ſed ex humilitate. Vnde Beda: In quo docet eum maiorẽ eſſe qui minor fuerit, & illum dominum fieri qui omniũ ſeruus ſit. Fruſtra igitur aut illi immoderata quæſierãt: aut iſti dolẽt ſuper maiorum deſiderio, cùm ad ſummitatẽ virtutum non potentia, ſed humilitate veniatur. Vbi etiam Chry. Fructum humilitatis poſuit primatũ cœleſtem, & in primatu terreſtri fructũ poſuit cõfuſionem cœleſtem: vt quicunq; deſiderat primatũ cœleſtem, ſequatur humilitatem terreſtrẽ, quicũq; autem deſiderauerit primatũ in terra, inueniet cõfuſionem in cœlo: vt iam inter ſeruos Chriſti non ſit de primatu certamen, nec feſtinet vnuſquiſque eorũ quomodo alijs maior appareat: ſed quomodo inferior videatur. Quoniã non qui maior fuerit in honore, ille eſt iuſtior: ſed qui iuſtior fuerit, ille eſt maior. Cõuerſatio ergo melior eſt deſideranda, nõ dignior gradus. Et opus quidẽ deſiderare bonũ eſt: quia noſtræ volũtatis eſt, & noſtra eſt merces: primatum autẽ honoris concupiſcere, vanitas: hoc eñ

*Humilitatis fructus*

C conſequi iudicium dei eſt, propter quod ex primatu honoris neſcimus ſi mercedẽ iuſtitiæ meremur. Neq; enim apoſtolus laudẽ habebit apud deum, ꝙ apoſtolus fuit: ſed ſi opus apoſtolatus ſui bene impleuit. Primatus etiã fugientẽ deſiderat, deſiderantem ſe horret. Volens ergo dominus & duorũ illorum ambitionẽ extinguere, & iſtorũ decẽ apoſtolorum inuidiam: introducit differentiã inter principes mundiales & eccleſiaſticos, oſtendens quoniã primatus in Chriſto, nec ab aliquo appetendus eſt non habente: nec alteri eſt inuidẽdus habẽti. Quoniam principales mundi ideo fiunt, vt dominentur minoribus ſuis vt ſeruificent eos, & ſpolient eos, & comedant eos, & vſq; ad mortẽ abutantur vita eorũ ad ſuas vtilitates & glorias. Principes autẽ eccleſię fiunt, vt ſeruiant minoribus ſuis, & miniſtrent eis quæcunque acceperunt à Chriſto: vt ſuas vtilitates negligant, & illorũ procurẽt: & ſi opus fuerit, neq; mori recuſent pro ſalute inferiorũ. Si ergo hæc ita ſe habent, ſecularem quidẽ primatũ deſiderare, etſi ratio non eſt, vel cauſa eſt: quia ſi iuſtum nõ eſt, vel vtile eſt. Primatũ autẽ eccleſiaſticum cõcupiſcere,

*Principes mundi & eccleſiæ.*

*Primatus eccleſiaſtici appetitio.*

neque ratio eſt, neq; cauſa: quia neq; iuſtũ eſt, neq; vtile. Quis enim ſapiens vltrò ſe ſubijcere feſtinat

D ſeruituti, dolori, labori, & (quod maius eſt) tali periculo vt det rationẽ pro omni eccleſia apud iudicẽ iuſtum, niſi fortè qui nec credit iudicium dei, nec timet: vt abutens primatu ſuo eccleſiaſtico ſeculariter, conuertat eum in ſecularem. Hęc Chryſo. Et quia in moralibus magis mouent facta quàm verba: ideo qui cœpit facere & docere, ex his quæ egit demonſtrat quod docuit: vt ſi dicta paruipenderẽt, erubeſcerent ad opera: & inducit ſuijpſius exẽplũ, ſiue dat ſeipſum eis in exemplũ, dicens: Sicut filius hominis nõ venit in mundũ miniſtrari,] & miniſterium ab alijs accipere, vel tẽporaliter dominari. Non enim legimus diſcipulos eum diſcalciaſſe, non manicas cùm lauaret tenuiſſe: nõ genibus prouolutos ante eum hoc vel hoc egiſſe, vel aliud huiuſmodi feciſſe: ſed omnes ſimul comedebant, ſibiq; ſine prælatione ſeruiebant. Erubeſcant ergo qui hæc à ſeruis ſuis quærunt: quia in hoc Chriſtũ præire cõ-

E tendunt. [Sed] potius venit [miniſtrare,] & miniſterium alijs impendere: ſicut patet in lotione pedum, in diſtributione panũ, in reſtitutione ſanitatum: in diſcurſu ad prædicandũ. Vbi Origenes: Nã etſi angeli & Martha miniſtrauerunt ei: non tamẽ ideo venit vt miniſtraretur, ſed vt miniſtraret. Eccleſiarũ ergo principes imitari debẽt Chriſtum acceſsibilem, & pueris manus imponentẽ, & diſcipulis pedes lauantem, vt & ipſi ſimiliter faciãt fratribus. Non autẽ tales ſumus vt etiã principum mũdi excedere ſuperbiã videamur, vel nõ intelligẽtes, vel contẽnentes mandatũ Chriſti, & quærimus ſicut reges acies pręcedentes, & terribiles nos & acceſſu difficiles maximè pauperibus exhibemus: nullam affabilitatẽ habentes, vel habere ad nos permittentes. Hæc Origenes. Et nõ tantũ prędicto modo miniſtrare venit: ſed etiã [dare animã ſuã:] id eſt, vitam in redemptionẽ pro multis:] id eſt, pro his qui credere voluerunt. Pro omnibus quidem, quãtum ad ſufficientiã: ſed pro multis, non pro omnibus, quantum ad efficaciam. Non ſolũ ergo quod-

*Principes eccleſiarũ*

F cunque miniſterium exhibuit Chriſtus: ſed miniſtrauit nobis id quod ſummè eſt pretioſum, & eximiæ charitatis, ſcilicet ſeipſum in pretium noſtræ redẽptionis. Vnde Bernar. Bonus miniſter qui carnem ſuam in cibum, ſanguinẽ in potum, animã miniſtrat in pretium. Vnde & Beda: Et hoc quoque maioribus eccleſiæ præcipuum genus miniſtrãdi, imitando oſtendens vt non ſolũ miſericordes, eleemoſynæ, doctrinæ ſalutaris, ſpiritualis exẽpli miniſteria fratribus impẽdamus: verũetiam ſicut ille pro nobis animam ſuã poſuit, ita & nos pro inuicẽ animam ponere diſcamus. Vnde etiam Chryſoſt. Rex cœlorum exiſtens, homo voluit effici, & contemni, & conuitia pati: neque in his ſuffecit, ſed ad mortem venit, & animã dedit pretium redemptionis, pro multis etiam inimicis. Tu quidem ſi humiliatus fueris, pro temetipſo facis, ipſe autem pro te. Quantumcunque ergo humiliatus fueris, non potes tantum deſcendere ſicut dominator tuus. Et iterum: Ad hoc enim ad imaginem Chriſti facti ſumus, vt imitatores efficiamur voluntatis eius

*Chriſti imaginẽ gerere debemus.*

eius & cōuerſationis. Sed in hoc ſumus imago eius,
G vt quod ei bonum videtur, & apud nos ſit bonū: & quod ei malum videtur, & apud nos ſit malū: quicunq; autem dn̄o humilitatē ſtudente iactātiæ ſtudet, non eſt imago eius. Et qui domino paupertatē amante, diuitiarū amator eſt in hoc ſeculo: repellit à ſe Chriſti ſimilitudinem. Non eſt verus diſcipulus, qui non imitatur magiſtrū: nec eſt vera imago, quæ ſimilis non eſt autori. Hæc Chryſo. Humilia igitur teipſum, & imitare magiſtrum & dominū tuum. Vituperabile enim valde eſt, vt diſcipulus ſe erigat, vbi magiſter ſe inclinat: & ꝙ ſeruus ſit ſuperbus, vbi dominus eſt humilis: quia non eſt diſcipulus
Matth. 10. ſuper magiſtrum, nec ſeruus ſuper dominum ſuum. Quia enim homo per ſuperbiam cecidit neceſſe eſt vt per humilitatem reſurgat.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, qui pro noſtra ſalute calicem paſsionis bibere, & baptiſmo ſanguinis perfundi voluiſti, & nō temporaliter dominari & miniſtrari: ſed humiliter ſeruire & miniſtrare,
H ac vitam tuā pro noſtra redēptione dare veniſti. Da mihi miſero, pro deo modulo, tui calicis & baptiſmi, cum patientia & gaudio ſpiritus participem fieri: & te magiſtrū ac dominū in humilitatis operibus imitari, & non ſolū in operibus miſericordiæ miniſteriū proximis impēdere: ſed etiā vitam, ſi neceſſe eſt, pro eis ponere: & tandē ad regnum electis tuis paratū feliciter peruenire. Amē.

De vno cęco, ante ingreſſum Hierico illuminato. Caput XXII.

Mar. 10. & Lucæ 18. Hierico vrbs.

FActum eſt autē vt appropinquaret dominus Ieſus Hierico, quæ eſt vrbs inter Galilæam vnde aſcendebat, & Hieruſalem quò ibat: diſtans duabus leucis à Iordane, & ſeptē à Hieruſalem, & ſita ad eius partē Orientalem. Hæc ciuitas quondam nobilis, nunc autē humilis, ad ſolū deſtructa eſt: & ſola domus Raab, in ſignū fidei, remanet: eius enim adhuc parietes ſine culmine durāt. Iuxta Hierico fons eſt dulcis ad potādum, pinguis ad
I rigandum, qui quondam amarus ad potandū, & ſte-
4. Reg. 2. rilis ad rigandū, per Heliſæum ſanatus eſt: hic fons ſub monte Quarentane oritur, & deinde Hierico, quæ duobus milliaribus inde diſtat, deriuatur. Ad hanc ergo ciuitatē dominus declinauit, vt ſecūdum Hiero. ſanaret in ea multos male habētes. Et [tūc cæcus quidā, qui ſedebat iuxta viā mendicans, cùm turbā prętereuntē audiret,] & Ieſum tranſire perciperet: miſericordiā cum clamore nō tantū exteriori, ſed etiā interiori petebat dicēs: [Ieſu fili Dauid miſerere mei.] In quo cæcus iſte vtranq; naturā in Chriſto cōfitetur: ſcilicet humanā, in eo ꝙ dicit, [Ieſu fili Dauid:] à Dauid enim carnem ſuſcepit. Diuinam, in eo ꝙ dicit, [miſerere mei:] propriū eſt enim deo miſereri creaturæ ſuæ quā condidit. ſecūdum illud Pſal. Miſerationes eius ſuper omnia
Pſal. 144. opera eius. Vnde Cyril. Iſte cæcus in Iudaiſmo nutritus, non ignorauit ꝙ de progenie Dauid deus ſecundum carnē naſceretur: & ideo ei vt deo & homini loquitur. Et licèt increparetur à turba prętereunte, & doctrinā Chriſti auſcultante: ipſe tamen multò magis clamādo petebat ſibi miſereri, timēs ne ex increpatione impediretur auditio & exaudi- K tio petitiōis ſuę. Ieſus verò tandē propter ſuā benignitatem ſtetit, quia cæcus eū ſequi non potuit: & iuſſit eum adduci ad ſe, ne turba prohiberet, & vt occaſionē ſanādi haberet. Magnæ pietatis in Chriſto ſignum fuit, quando ipſum cæcū expectare voluit, & ad ſe adduci fecit. Vnde Cyril. Siſtit autem Chriſtū vox, & inuocantes in fide reſpicit. Et ideo vocat cæcū, & accedere iuſſit: vt ſcilicet qui prius fide eū tetigerat, appropinquet & corpore. Sic deberent facere noſtri principes, cùm viderēt pauperes conquerentes: ſcilicet ſtare, & facere vocari ad ſe, vt audirent eorū querimonias: facerētq; eis iuſtitiam expedire. [Et interrogauit eū,] quid vellet: non ꝙ hoc ignoraret, ſed vt eius cōfeſsionē approbaret: & ſecundum Ambroſiū, vt ſciremus niſi cōfitentem nō poſſe ſaluari: & vt cor eius ad orationē excitaret, & lumē quod ex ſua bonitate largiturus ei erat, ad ſui petitionē tribueret: quia nō ſanat inuitos, ſed voluntarios. Vnde Augu. Qui creauit te ſine te, non iuſtificabit te ſine te. Vnde & Ambro. L Vult omnes homines ſaluos fieri: ſed ſi accedant ad eum: nō enim ſic vult vt nolentes ſaluētur, ſed volentes: non enim vera ſalus eſt, ſi nolenti tribuatur. Item ſecundū Cyrillū, interrogauit, vt ſciret aſtātes ꝙ nō pecuniam, ſed diuinā efficaciā à deo petebat. Vide & hîc d. i clementiā: quia nō dedignatus eſt nō ſolum ſtare, ſed & alloqui perſonā vilem & pauperem. At ille [reſpōdens] dixit, [Domine vt videam:] vbi miſeriā & neceſsitatem ſuā inſinuat, ac remedium & releuationē: nec aliquid aliud prę ter hoc poſtulat. Voluit ergo dominus audire confeſsionem, qui tamen nō ignorat mētis intentionē: vt cognoſcamus non niſi confitentē poſſe ſanari ab infirmitate ſui ſpiritus. Vnde hūc cæcū ſaluare noluit quādiu clamauit in gn̄ali, miſerere mei: ſed poſtquam ſpecialiter inſinuauit miſeriā, cuius reuelationem ſibi miſericorditer fieri poſtulauit, tunc eū ſanauit. Petijt em̄ vt videret [& Ieſus,] verbo potentiſsimo, quo dixit fiat & factum eſt: [dixit illi, reſpice.] Breue verbū, ſed in operatione efficaciſsi- M mum, & quia in fide credētium verbū domini operatur, ideo ſubiūgitur: [Fides tua ſaluum te fecit.] Ex fide enim impetratur ſalus corporalis, & ſpiritualis, & æternalis. [& confeſtim vidit & ſequebatur illum magnificans deū:] id eſt, magnū dicēs illum: non magnitudine molis, ſed virtutis. Nō ſufficit lumen recepiſſe, niſi etiam lumen ſequatur, ne ambulet in tenebris. Ecce ergo ſignū illuminationis perfectæ, & in anima & in corpore. Vnde ſecūdum Cyrillum, patet ꝙ iſte cæcus à duplici cęcitate liberabatur, ſcilicet corporali, & intellectuali: neq; enim eū vt deū glorificaſſet, niſi verè vidiſſet. Vbi & Theophil. Grata enim erat anima cæci, in eo ꝙ ſanus effectus Ieſum non reliquit: ſed ſecutus eſt eum. Et nō ſolum fuit illuminatus cęcus: ſed & alijs factus eſt occaſio glorificandi deum, & omnis plebs illuminata eſt, vt diuinum aliquid in Chriſto cognoſceret. Vn̄ ſequitur [& omnis plebs vt vidit dedit laudem deo,] glorificādo facta dei: cōgratulando vtilitati proximi. Hoc enim ſibi retinet dominus



A minus de beneficijs ſuis, ſcilicet gloriam. Vnde ait:
Eſa. 48. b. Gloriam meā alteri non dabo: nobis autē reliquit
Laus quatuor de cauſis. vtilitatem. Et nota, ſecundū gloſam, quatuor cauſas iſtius laudis. Prima, eſt pro exauditione clamoris iſtius pauperis. Secunda, pro potētia & miſericordia illuminātis. Tertia, pro impetrato munere lucis. Quarta, pro merito fidei eius qui illuminatus eſt. ſecūdum Greg. quia carnales adhuc diſcipuli, non valebant capere verba myſterij, venitur ad miraculum: ante eorū oculos cæcus lumen recepit, vt eos ad fidem cœleſtia facta ſolidarent. Et ſecundum Theophilū: Ne inceſſus domini eſſet inutilis, fecit cæci miraculum: hoc documentum diſcipulis ſuis dans, vt in omnibus ſimus proficui, & nihil no-
Myſticè. bis otioſum. Myſticè, ſecūdum Grego. cæcus à domino illuminatus, eſt genus humanū: quod in parente primo claritatē ſupernæ lucis ignorās, dam-
Hierico. nationis ſuæ tenebras accepit. Hierico autē interpretatur luna, quę dum menſtruis momētis decreſcit, defectū noſtræ mortalitatis deſignat. Cùm igitur conditor noſter appropinquat Hierico, cæcus
B ad lumen redit: quia dum diuinitas defectū noſtræ carnis ſuſcepit, humanū genus lumen quod amiſerat recepit: qui æternæ lucis claritatē neſcit, cęcus
Ioan. 14. eſt. Si autē iam in redemptorē credit: qui dixit, ego ſum via: iuxta viā ſedet. Si verò credit & exorat vt æternum lumen recipiat, iuxta viā ſedet & mendicat. Quiſquis ergo cæcitatis ſuę tenebras agnoſcit: quiſquis hoc quod ſibi deeſt lumen æternitatis intelligit, clamet medullis cordis, clamet & vocibus oris, dicens: [Ieſu fili Dauid miſerere mei.] Illi autem qui Ieſum venientē præcedunt, & cęcū increpant, deſignant carnalium deſideriorū turbas, tumultuſq; vitiorū: quæ priuſquā Ieſus ad cor noſtrū veniat, cogitationē noſtram diſsipant, & voces cordis in oratione perturbant, ne Ieſus ad cor illuminandum accedat. Sicut enim turba cæcū impedit, ne lumen corporale recipiat: ſic ſpiritualiter turba phantaſiarū & cogitationum frequēter impediunt, ne lumen gratiæ recipiant. Sed in eo ꝙ cæcus, quē turba increpat, magis clamat: datur nobis exem-
C plum ꝙ quantò plura nobis occurrūt impedimenta, tanto magis eſt clamandum: & quantò grauiori tumultu cogitationum premimur, tantò orationi attentius eſt inſiſtendū. Vnde Hiero. Cōminantur autem multi ei vt taceat: quia peccata & dæmonia compeſcunt clamorē pauperis. Sed ille magis clamabat: quia graueſcēte bello manus ad lapidē adiutorij, hoc eſt Ieſum Nazarenū, cum clamore leuandæ ſunt. Vnde & Cyrillus: Increpabant eū vt taceret: ſed per inhibitiones huiuſmodi nō impedieba-
Fides. tur eius audacia. Nouit enim fides omnibus repugnare, & in omnia triumphare: vtile eſt enim pro cultu diuino pudorē deponere. Nam ſi cauſa pecuniæ ſunt impudentes nōnulli, quare pro animę ſalute non decet bonā induere impudentiā? ſed cùm cæcus primò clamaret, Ieſus tranſire dicitur: cùm autem multò magis clamaret, ſtat Ieſus: quia cùm adhuc turbas phantaſmatū in oratione patimur, Ieſum aliquatenus tranſeuntē ſentimus: cùm verò orationi vehementer inſiſtimus, deus in corde figitur, & lux amiſſa reparatur. Ex quo docemur ꝙ ſi in oratione primò ſenſerimus Ieſum nos quaſi per tranſeuntē: poſt paululum inſtanter perſeuerantes, D ſentiemus nobiſcum ſtantē. Interrogat autem cæcum, quid velit vt eū ad orandum excitet: quia peti vult hoc quod & nos petere & ſe concedere prænoſcit. Pius enim dominus ſua dona gratuita noſtrā vult eſſe merita: nec vult bonū noſtrum inuitum & coactum, ſed ſpontaneū & voluntarium: & quod nobis ſponte largitur, vult noſtris petitionibus tribuere. Et ideo quāuis ſciat quid nobis neceſſe ſit antequā petamus, importunè tamen nos ad petendum inuitat dicens: Petite aūt & accipietis, quę- Matth. 7. rite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis. In cæ- Orandi ci aūt petitione diſcimus: quia in oratione non au- modus. rum, non argentū, non fugitiuos honores: non longiturnam vitā, non vindictam inimicorū: non aliquod tēporale ſed ineffabile lumen quærere debemus: hoc eſt, vt ipſum qui illuminat omnē venientem in hunc mūdum videre poſsimus, iuxta quod ipſe admonet dicens: Quærite primùm regnū dei Matth. 6. & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Ad illud lumen aūt videndū profectò via fides eſt: E quia fides eum ſaluū fecit: videns autem confeſtim præeuntem Ieſum ſequitur, quādo quis bonū quod intelligit intuitu eius operatur & eum imitatur. Quantò ergo quiſq; plus à deo illuminatur, tantò amplius & perfectius in bonis operibus exercere ſe debet: ſicut iſte cæcus recepto lumine non piger remanſit, nec retrò redijt. Et hic talis non ſolum in deū proficit: ſed etiam alios ad laudem dei accendit. Vbi Grego. Si ergo fratres chariſsimi cæcitatē iam noſtræ peregrinatiōis cognoſcimus, ſi credendo in redemptoris noſtri myſteriū iuxta viam ſedemus: ſi exorando quotidie ab autore noſtro lumen petimus, ſi tandem lucē iam per intellectum vidēdo illuminati poſt cæcitatem ſumus, Ieſum quem mente cernimus opere ſequamur. Aſpiciamus quò graditur, & eius veſtigia imitando teneamus. Ecce cùm ſit dominus & creator angelorum, ſuſcepturus naturam noſtrā in vterum virginis venit. Naſci tamen per diuites noluit, parentes pauperes elegit, proſperari in mundo noluit: opprobria, F irriſioneſq; tolerauit: ſputa, flagella, alapas, ſpineā coronam, crucemq; ſuſtinuit. Et quia rerum temporalium delectatione à gaudio ęterno cecidimus, cum qua amaritudine illuc redeatur oſtēdit. Quid itaque homo pro ſe pati debet, ſi tanta deus pro hominibus pertulit? diuerſo quippe itinere ambulat ſi gaudia delectationeſq; appetit, cui dux ſuus viam amaritudinis oſtendit. Si ergo retributionis gaudium in peruentione quærimus, pœnitentiæ amaritudinem in via teneamus. Sic itaque fit vt non ſolum noſtra in deum vita proficiat: ſed hæc ipſa noſtra conuerſatio ad laudem dei, & alios accendat. Hæc Grego. Hæc etiam quæ de cæco dicta ſunt, ad vnumquemque peccatorem hoc modo referri poſſunt. Qui enim criminale peccatum cōmittit in opere, cæcus eſt in mente. Sed ſi iter veritatis ingredi cupiens pro æterna vita cœperit cogitare, & ad deum poſt peccatum flendo, & veniam petendo redire: ſecus viam ſedet, & mendicat. Prætereuntes verò ſilentium cæco imponere volunt: quia im

mundi ſpiritus acrius contra eum quem adveniam G redire viderint conſurgunt,& ne peccator ad pœnitentiam redeat contradicunt. Nec ſolū immundi ſpiritus:ſed etiā ipſa conſuetudo peccādi durius incipit rebellare,cùm ſenſerit poſt aſſueta mala ad virtutes hominē velle redire.Sed quò acrius ſe ſentit impugnari à malignorū ſpirituum tentatione, ſeu ab ipſa peccandi conſuetudine,eo fortius debet exemplo huius cæci pugnare in oratione clamando,per deſideriū,ad deū:clamor enim magnus,magnum indicat deſideriū. Et verè expedit peccatori clamare:quia longè diſtat à deo:longè enim à peccatoribus ſalus. Et ſecūdum Hugo.Si ad primas lachrymas,vel preces deus non exaudit, homo preces iterare non deſinat : magna enim munera ſunt multis precibus cōparanda.Neq; enim diuina pietas adiutorium ſe petenti negabit , ſi ille orando à petitione nō defecerit. Nec de ſuis meritis aliquid præſumat:ſed in illius miſericordia cōfidat cuiper prophetam dicitur:In deo faciemus virtutē,& ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros. Quantā autem miſericordiam dominus pœnitentibus exhi- H beat,quale auxilium pugnantibus cōtra peccatum præbeat,conſequēter declaratur. Qui enim prius tranſibat propter tentationes quas in oratione patimur,ſi in oratiōe perſeverauimus,quaſi ſtans nos ad ſe adduci iubet quando tranquillitatem mentis redditam dulcedine ſuæ contēplationis , vel tenuiter manifeſtat. Et quia in oratione ante omnia æternam gloriam quærere debemus,rectè cæcus lumen à domino petiſſe fertur. Et quoniā quicunque non negligit pœnitere de venia,nō debet deſperare:rectè dicitur fides tua te ſaluū fecit. Quacunque enim hora peccator verè pœnitendo ingemuerit, & conuerſus fuerit,ſaluus erit.ſecundum Augu.Si Hierico lunam,& ob hoc mortalitatē interpretatur , morti propinquans dominus Iudæis ſolis lumen euangelij iuſſerat prædicari:quos ſignificauit iſte vnus cæcus ante ingreſſum Hierico illuminatus,quem Lucas cōmemorat. A mortuis autem reſurgens atq; aſcendens, & Iudæis & gentibus quos I duos populos ſignificare videntur duo cæci poſt egreſſum Hierico illuminati : de quibus Matthæus narrat.

Rebellio contra bona. Pſal.118. Pſal.59. Ezech.18. Hierico.

ORATIO.

O Benigniſsime Ieſu non perſonas hominum reſpicis: omnes expectas creator : omnium midereris redemptor:omnibus indulges ſaluator. Quis igitur niſi ſuę ſalutis immemor tardabit ad te conuerti,ſic benigniſsimè expectantem, ſic ad oſtium pulſantem , & per gratiam introire volentem? Da ergo domine deus meus mihi cæco & miſero , vt à te vocatus aperiam tibi cor meum peccatum inde expellendo,& te per gratiam recipiendo: vt illuminatus te ſequar nunc in operibus virtuoſis,& poſt hæc de tua viſione ſemper gaudere merear in cœlis. Amen.

De Zachæo & eius conuiuio. Cap. XXIII.

Lucæ 19.

DEinde eadem die dominus Ieſus ipſam vrbem Hierico ingreſſus, ambulabat per eam,turba non modica ſtipatus. Hierico ſignificat mundum, quem intrauit in incarnatione, ambulauit in ſua conuerſatione : ſed perambulauit in ſua paſsione , ex qua perambulatiōe facta eſt ſalus K domui eccleſiæ,mūdus eſt perambulādus: quia per eum eſt citiſsimè tranſeundū , & nullo modo per inordinatū amorē vel affectionē eſt ibi ſiſtendū vel ei inhęrendū. Vix eñ eſt aliquis qui nō inficiatur, ſi circa mundi negotia implicetur.[Zachæus,]autē qui erat nō tantū publicanus:ſed &[princeps publicanorū,]& primus inter illos qui vacabāt publicis actibus:ſcilicet exactionibus & vectigalibus, quæ implicāt ad peccatū,[ac diues,]quia in acquirendo auarus,& tēporalibus implicatus:ex quo in eius vocatione apparet maior dei miſericordia,& diuinæ pietatis abūdantia. Deſiderabat ex deuotiōe[videre Ieſum,]beati eñ oculi qui vidēt ipſum,[& nō poterat præ turba,] ſequente eū[quia ſtatura puſillus erat,]& corpore ſcđm quātitatē,& mēte ſcđm humilitatē. Ex quo patet deuotio populariū ad Chriſtum:ꝗa tāta turba ſequebatur eū. [Et pręcurrēs,] id eſt,pręalijs currēs [aſcēdit in arborē ſycomorū vt videret Ieſum,] inde tranſeuntem. Vnde Beda: Quę impoſsibilia ſunt apud homines , poſsibilia L ſunt apud deū. Ecce eñ camelus depoſita gibbi ſarcina per foramē acus trāſit:hoc eſt diues & publicanus relicto onere diuitiarū contēpto cenſu fraudū, anguſtā portā,arctamq; viā que ad vitā ducit aſcendit. Qui mira deuotiōe fidei ad videndū ſaluatorē, quod natura minus habebat,aſcēſu ſupplet arboris: atq; ideo iuſtè quāuis ipſe rogare nō audeat,benedictionem dñicę ſuſceptiōis accipit quā deſiderabat. Hęc Beda . Sycomorus eſt arbor in folijs moro ſimilis,& in alijs ficui:ſed ſtipite diſtās,& altitudine pręſtās. Vnde & à Latinis celſa dicitur:Et interpretatur ficus fatua : ꝗa arbor eſt ſterilis : ſicq; dicitur ſycomorus,id eſt, ſicut morus: vel ſcribitur ſycomorus pro ficomoro,vitio ſcriptorū. Vnde ſecundū Ioſephū,potius deberet dici ficomorus: ꝗa cōponitur ex natura fici,quoad lignū : & ex natura mori quoad folia. Sicomora quoq; dicūtur quędā poma ficis ſimilia,fructus aūt moriliquorē ſanguini ſimilem habet:vnde dicitur ꝙ oſtēderūt elephātis ſanguinē vuę,& mori,ad acuendū eos in pręlio, ſcili- M cet corporali. Et ideo morus crucē ſignat cuius fructus ipſe Chriſtus dicitur in ea ſuo ſanguine rubricatus,qui ſanguis nobis per recordationem oſtēſus acuit nos in pręlio ſpirituali. Dominica enim crux credentes alit,vt ficus:ab incredulis irridetur vt fatua:quia Iudæis eſt ſcandalum,gentibus verò ſtultitia:ſed credētibus virtus dei eſt. Hæc ergo arbor in quā puſillus ſtatura Zachæus vt exaltari poſſet aſcendit :arbor fidei & crucis eſt,ad quam multi venientes & in eam aſcendentes, quāuis ſtatura paruuli fuiſſent:& nondum in ſcientia & perfectione multum creuiſſent,inde tamen Ieſum videre & cognoſcere meruerūt. Huius arboris fructus ſanguineus eſt:per quē martyres ſignificātur,qui tam firmiter huic arbori inhęrēt:vt potius occidi & proprio ſanguine cruentari,quàm à ſua arbore , id eſt, à Chriſti fide & cruce valeāt ſeparari. Hanc debemus aſcēdere per fidē & meditationē,aliter Ieſum videre nō poſſumus:quia ſtatura puſilli ſumus:non enim ſufficiunt noſtra merita, ſine merito paſsionis crucis

Came[lus] per ac[us] foram[en] tranſ[it]. Syco[mo]rus eth[...]. Morus. Zachæi in arborē aſcendēs imitatio.



nis crucis Chriſti. Hanc puſillus,vt exaltari poſsit, A aſcendit:dum quilibet humilis,& propriæ infirmitatis conſcius,terrena relinquendo,& prauos actus deſerendo, altioraq; petens & in domino cōfidens, in virtute crucis gloriatur clamans cum apoſtolo: Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti:cui lignum crucis eſt gloria,ſalus, vita,& per hanc laudabilē fatuitatem dominū cernere meretur. Nos enim, inquit apoſtolus,prædicamus Chriſtum crucifixum,Iudæis quidem ſcandalum,gentibus autem ſtultitiam. Ecce ſycomorum: aſcende & tu lignū vbi pro te pependit Ieſus,& videbis Ieſum. Vnde Auguſt. Apprehendit Zachæus ſycomorū:aſcendat humilis crucem: parum eſt,aſcendat:ne de cruce erubeſcat, in frōte illam figat, vbi ſedes pudoris eſt. Ibi,omnino ibi,in quo membro erubeſcitur,ibi figatur:vbi non erubeſcatur putas quia irrides ſycomorum. Et ipſe efficit videre Ieſum. Hæc Aug. Quicunq; etiam humiliatur propter Ieſum,hic infatuatur iuxta mundū : qui ſolus tamen ſapiēs eſt: Quia quod ſtultū eſt hominibus, ſapientia eſt dei: & hic dñm videre meretur. Vnde B Greg. Si veraciter ſapientes eſſe,atq; ipſam ſapientiam contemplari appetimus,ſtultos nos humiliter agnoſcamus. Relinquamus noxiam ſapientiam,diſcamus laudabilem fatuitatem. Hinc euangelicæ hiſtoriæ verba teſtantur : quia Zachæus cùm videre præ turba nihil poſſet,ſycomori arborem aſcendit, vt tranſeuntem dominū cerneret. Sycomorus quippe,ficus fatua dicitur : Puſillus itaq; Zachæus ſycomorum ſubijt,& dominū vidit:quia qui mundi ſtultitiam humiliter eligunt,ipſi dei ſapientiam ſublimiter cōtemplantur. Puſillanimitatem nanq; noſtram ad videndum deum turba præpedit: quia infirmitatem humanæ mentis,ne luci veritatis intendat,curarum ſecularium tumultus premit. Sed prudenter ſycomorū aſcendimus , ſi prouidè eam quæ diuinitus præcipitur ſtultitiā tenemus. Quid enim in hoc mūdo ſtultius,quàm amiſſa non quærere, poſſeſſa rapientibus relaxare,nullam pro acceptis iniurijs iniuriam reddere , imò & adiunctis C alijs patientiā præbere. Quaſi enim Sycomorum nos aſcendere dominus pręcipit,cùm dicit: Qui aufert quæ tua ſunt, ne repetas. Et rurſum:Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam, præbe ei & alteram. Per ſycomorum dominus tranſiens cernitur:quia per hanc ſapientem ſtultitiam, & ſi necdum ſolidè vt eſt iam, tamen per contemplationis lumen dei ſapientia,quaſi in tranſitu videtur. Qui verò in elata ad conſpiciendum deum adhuc cogitationum ſuarum turba reprehēſi ſunt , ſycomori arborem non inuenerunt . hæc Gregorius: Vbi & Theophilus:Sed facile hoc eſt ad moralem vtilitatem retorquere. Quiſquis enim pluribus in malitia præeſt,paruus eſt ſtatura ſpirituali, & non poteſt videre Ieſum præ turba. Nam perplexus à paſſionibus & ſecularibus rebus,non aſpicit Ieſum ambulantem,id eſt, in nobis operantem: nullum opus eius cognoſcens. Aſcendit autem ſuper ſycomorum,id eſt , ſuper voluptatis dulcedinem , quæ ſignificatur per ficum deprimens eam : & ſic ſublimior factus videt,& videtur à Chriſto. hæc Theophilus. Per ſycomorum etiam poteſt intelligi religio: quia Latini ſycomorum celſam nominant:eſt D enim procerior & altior moro , & habet fructus ſubdulces,qui nunquā ad maturitatem perueniunt. Sic ſtatus religionis eſt altior & procerior: quia in contēplatione conſiſtit, & ſtatum mundi tranſcendit. Habet etiam fructus ſubdulces: fructus ſcilicet abſtinētiarum,vigiliarū,ieiuniorum, & huiuſmodi:qui licèt de ſe ſint duri & aſperi,tamē ſunt ſubdulces:quia ſuſtinentur amore dulcedinis paradiſi, & nunquam in maturitatem perueniunt:quia fructus maturi ſunt dulciores,& vera religio de mundana dulcedine non curat. Sed ſycomorus ficus fatua dicitur:quia ad literam ingrediens religionem fatuus reputatur . Vnde poteſt dicere illud Amos: Armentarius ego ſum vellicans ſycomoros. Iſtam arborē Zachæus puſillus , humilis ſcilicet religioſus aſcendit,vt videat Ieſum: ſcilicet vt lucretur vitam æternam,quæ in viſione dei conſiſtit:ſed quia paruus altè non poteſt aſcendere ſine ſcala, vel gradibus:ideo ſunt tres gradus in ſcala religionis. Vnus eſt abrenuntiatio propriæ voluntatis,per votū obe E dientiæ. Secundus eſt,abrenuntiatio proprietatis exterioris,per votū paupertatis. Tertius eſt promiſſio perpetuæ caſtitatis,per votum continentiæ. Et iſtos tres gradus, tres alij gradus ex parte ipſius aſcendentis præcedunt. Primus eſt,contemptus terrenorū. Secundus,obliuio generis . Tertius,odium mundi. Et iſta tria fuerunt dicta Abrahæ à domino. Egredere de terra:ecce gradum primum. Et de cognatione tua:ecce gradum ſecundum, & de domo patris tui:ecce gradum tertium,& veni in terram quam monſtrauero tibi:id eſt,in religionē. Hi ſunt tres gradus, quibus aſcendebatur ad thronum Salomonis. Iſte thronus eſt religio in qua dominus reſidet,tanquā in throno & cathedra ſpeciali. Vnde & Petrus Rauennas vocat religionem paradiſum,quæ propria manſio dei eſt,dicens:Iuxta ſententiam cordis mei ſi paradiſus in hac vita præſenti eſt:aut in clauſtro,aut in ſcholis eſt: quicquid eñ extra hæc duo eſt,plenum eſt anxietate,inquietudine,amaritudine,formidine,ſolicitudine,& dolo- F re.[Et cùm Ieſus veniſſet ad locum,] vbi erat ſycomorus, [ſuſpiciens vidit Zachæum, ] non tantum viſu corporis,ſed & reſpectu pietatis,approbans illius deuotionem & deſiderium. Bonum fuit ei videre Chriſtum:ſed melius videri à Chriſto. Vbi Beda:Vidit Ieſus videntem ſe : quia eligit eligentem ſe,& amauit amantem. Hunc ſanè ordinem proficiendi,hoc eſt ſuper fidem dominicę incarnationis ad cognitionem diuinitatis perueniendi , quaſi ſycomorum Ieſu faciem ſpeculandi doctor egregius oſtendit,cùm ait:Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Chriſtum Ieſum, & hunc crucifixum . Hæc Beda . Cognoſcens ergo & acceptans Ieſus deſiderium Zachæi , eum vt deſcenderet vocauit dicens : [ Zachæe feſtinans deſcende: quia hodie in domo tua oportet me manere.] In domo quidem materiali , propter refectionem Chriſti & diſcipulorum ſuorum : & ad oſtendendum benignitatē peccatori reuertenti, & in domo conſcientiæ ſpirituali per gratiæ infuſionem ne-

Galat.6. 1.Corin.2. 1.Corin.1. Sycomor'. Puſillanimitas Cēturionis. Sycomorum aſcenſus. Matth.5. Status religioſorum. Amos 7. Gradus aſcēdentiū. Gene.12. Thronus.

ceſſariam peccatori. Illud etiã dixit Chriſtus cuili
G bet noſtrum: vult enim manere in domo conſcien-
tiarum noſtrarũ, & ideo debet præparari ad eum
Pſal.92. recipiendum. Vnde de iſta dicit Pſalmiſta: Domũ
2.Corin.1. tuã decet ſanctitudo domine. Gloria enim noſtra
hæc eſt, teſtimoniũ conſciẽtiæ noſtræ. Bene debet
domum ſuam ſpiritualẽ emundare & ornare, qui
vult tantum hoſpitem recipere: ſcilicet regem glo-
riæ, quem nec cœlũ, nec terra poteſt capere: vt ibi
maneat, id eſt, per gratiam inhabitet, & non tran-
ſeat. Vbi Beda: Quòd autẽ deſcendere de ſycomo-
ro Zachęus, & ſic in domo ſua Chriſto manſionẽ
2.Corin.5. præparare iubetur, hoc eſt quod apoſtolus ait: quia
& ſi cognouimus ſecundum carnem Chriſtum: ſed
iam nunc non nouimus: ſi enim mortuus eſt ex in-
firmitate, ſed viuit ex virtute dei. Hęc Beda. Verba
Moraliter prędicta domini Ieſu, moraliter exponi poſſunt de
fideli anima, quę domus dei dicitur: quia in ea Chri
ſtus per gratiã manere dignatur: & hoc hodie, id eſt
H in vita præſenti per gratiæ præliberationẽ, ac etiã
Animæ abſtracti triplex. hodie, id eſt, in æternitate per glorię beatã fruitio-
nem. Licèt autem Chriſtus in qualibet fideli anima
habitet per fidẽ, ſpecialiter tamẽ ad hoc eligit men
tes eleuatas & abſtractas. Debet autem anima talis
eſſe abſtracta tripliciter: ſcilicet à deſiderio rerum
temporaliũ, à voluptate delectationũ carnaliũ, vel
commodi corporalis: & à ſeipſa, per abdicationem
propriæ voluntatis. Per hæc enim tria abſtrahitur
anima ab omni impeditiuo ſalutis, contra illa trìa,
1.Ioan.2. de quibus dicitur: Omne quod eſt in mundo, aut eſt
concupiſcentia oculorũ, aut concupiſcentia carnis,
aut ſuperbia vitæ. Hanc triplicem abſtractionẽ do
Lucæ 9. cuit ſaluator dicens: Qui vult venire poſt me, abne
get ſe, quantũ ad tertium: & tollat crucẽ ſuam, quan
tum ad ſecũdum: & ſequatur me, videlicet relictis
omnibus, quantum ad primum. Et hæc triplex ab-
ſtractio de Zachæo, cui hæc verba dicta ſunt, ſcili
cet [in domo tua oportet me manere:] poteſt intelli
gi. Quamuis enim principiũ euangelij ipſum diui-
tem appellauit, in proceſſu tamẽ eum verũ paupe-
I rem Chriſti factum eſſe cõmemorat. Nam in eo ꝙ
dixit: [Ecce dimidium bonorũ meorum do paupe
ribus, &c.] innuit abſtractionem primã, ſcilicet à
rebus temporalibus. In eo autem ꝙ Zachęus aſcẽ-
dit in arborem ſycomorũ, ſignificatur abſtractio à
cõmodo temporali, vel delectatione carnali: ſyco-
morus enim eſt ficus fatua: & ſignat carnalis dele-
ctationis dulcedinem, quæ fatua eſt, quã aſcendens
per hanc abſtr. ctonẽ ſub pedibus deprimit & cal-
cat. In hoc autem ꝙ ipſe ad vnã domini vocem, [fe
ſtinans deſcendit: & excepit illum gaudens,] innui
tur abſtractio propriæ volũtatis. Et hęc tria ſe in-
uicem perficiunt: ita ꝙ alterum ſine alijs perfectũ
non eſt. Si enim quis ſit abſtractus à ſolicitudine
temporalium, & ſit deditus voluptati carnis: nihil
valet: & ſic intellige de alijs ſuo modo. [Et feſtinãs
deſcendit, & excepit illum gaudẽs,] & exultans de
tanti hoſpitis aduẽtu. Iam enim quia dominum in
cor ſuum ſuſceperat Zachęus, in domo eius digna-
tus eſt ſuſcipi dominus. In quo facto dominus in-
nuit, quòd votis minorum annuit: & affectus pios
proſequitur & perficit. Vide hîc benignitatem do-
mini: plus enim dedit Zachęo quàm ille deſideraſ- K
ſet: quia dedit ſeipſum, quod ille petere auſus non Benignitas domini.
fuiſſet: vide etiam virtutem orationis: quia deſide-
rium magna vox, & magna oratio eſt. Et ideo di-
cit propheta: Deſiderium pauperum exaudiuit do Pſal.
minus. Et alibi dominus ad Moyſen, quid clamas Exod.
ad me? cùm ille ore taceret, & tantum corde loque-
retur. Vnde Auguſt. Tota vita boni Chriſtiani ſan
ctum deſideriũ eſt: quod autem deſideras, nondum
vides: ſed deſiderando capax efficieris, vt cùm ve-
nerit quod videas, implearis: hæc eſt vita noſtra vt
deſiderando exerceamur. Tantum autem nos exer
cet ſanctum deſiderium, quantum deſideria noſtra
amputauerimus ab amore ſeculi. hæc Auguſtinus:
[Et] videntes phariſæi & alij malignantes Iudæi,
quòd intrauerat domum publicani, [murmurabãt
dicentes: quia ad hominẽ peccatorem diuertiſſet.]
Iſti peccabant dupliciter: ſcilicet falsè iudicando
de Zachæo: quia iam peccator non erat, ſed verè L
pœnitens. Et ſimiliter de Chriſto: quia non mi-
rum erat ſi diuertebat ad eum quem iuſtificauerat:
quia cor pœnitẽtis eſt Chriſti diuerſorium, vbi pa
ſcha manducat. Irrationabiliter etiam murmura-
bant: quia nullus poteſt rationabiliter murmura-
re, ſi medicus dignatur ægrotum viſitare. [Stans
autem Zachæus,] ad obediendum domino prom-
ptus, non titubans propter aliorum murmuratio-
nem & detractionem, ſicut multi qui ad modicum
verbum aliorum bonum deſerunt iam inchoatum,
[dixit ad dominum, Ecce dimidium bonorũ meo-
rum do pauperibus: & ſi quid aliquem defrauda-
ui, reddo quadruplum:] ſcilicet de dimidio reſiduo Reſtitutionis.
quod adhuc retineo. Lex enim in aliquibus pręce-
pit reſtituere duplum, in aliquibus quadruplum, in
aliquibus quintuplum: & ideo per hoc quòd hîc re-
ſtitutio media exprimitur, aliæ duæ extremæ in-
telliguntur. Ex hoc autem ꝙ dimidium bonorum
ſuorum dedit pauperibus, patet quòd nõ omnia bo-
na ſua erant malè acquiſita: quia de illis non poſſet
fieri eleemoſyna. Sicut autem Zachæus dixit, do M
pauperibus & reddo quadraplum: ſic debent facere
volentes dare eleęmoſynam, vel reddere malè ac-
quiſita dicentes: do, vel reddo: non dabo, vel red-
dam, ſeu in teſtamento meo ponam. Vbi Beda: Et
hæc eſt ſapiens illa ſtultitia quam de ſycomoro pu
blicanus quaſi fructum vitæ legerat: rapta videli-
cet reddere, propria relinquere, viſibilia contem-
nere: pro inuiſibilibus etiam mori deſiderare, ſeip-
ſum abnegare, & eius qui necdum videbatur domi
ni veſtigia ſequi concupiſcere. hæc Beda: Conſpice
igitur dominũ & diſcipulos cum illis peccatoribus
comedẽtes, ac familiariter & domeſticè cõuerſan-
tes: vt eos ad ſe attraherẽt & de peccatoribus iuſtos
facerẽt. Et quia Iudęi murmurabant, ꝙ ad hominẽ
peccatorẽ diuertiſſet, & cum eo maneret, vt ipſo-
rum ęſtimationẽ & murmur redarguat, & compe
ſcat quem intus curauerat, etiam à culpa ſanatum
annuntiat [dicẽs, quia hodie ſalus huic domui facta Zachæi ſalus.
eſt:] & omni ægritudine omni morbo, omni vitio-
rum contagione fugata, ſanata eſt, & tota interius
& exterius ſanctificata: quia per dñi ingreſſum fa-
cta eſt Zachæo ſalus, & qui fuerat peccator per
domini



domini redemptionẽ eſt iuſtificatus, & ſalutẽ con-
A ſecutus: quia ſuſcepto medico ſaluus factus eſt ab
auaritia & omni morbo. Vbi Theophi. Ipſum Za-
chæũ ſignat aſſecutum fuiſſe ſalutẽ: per domũ, habi
tatorẽ deſignans, ſequitur enim, eo ꝙ & ipſe ſit fi-
lius Abrahæ: nõ enim vocaſſet Abrahæ filiũ, inani
matam fabricam. hæc Theophil. vel eo ꝙ & ipſe,
qui huius domus habitator eſt, iam non publicanus
ſit: ſed filius Abrahę factus, ſcilicet nõ natus, id eſt,
non ſecundũ carnem, ſed ſecundũ fidem: non gere-
re, ſed fide & operũ imitatione. Abrahæ nanq; filij
ſunt, quicunq; Abrahã imitantur, & opera Abrahę
faciũt: Zachæus quippe, ſicut & Abrahã, in fide cre
uit: & Abrahã quidẽ angelos, Zachæus verò ange-
Zachæus filius Abrahæ. lorũ dñm hoſpitio ſuſcepit. Vnde Beda: Filius A-
brahæ dicitur Zachęus, nõ quia de eius ſtirpe gene
ratus: ſed quia eius eſt in fidẽ imitatus, vt ſicut A-
Gene.12. brahã terram cognationẽ domumq; patriã ob ſpẽ
futuræ hæreditatis dño iubente deſeruit: ita & ille
quòd theſaurum in cœlis acquireret, bona ſua pau-
peribus partiendo, relinquit. Et pulchrè dicit, & ip
ſe: vt non ſolũ eos qui iuſti perſeuerãt, ſed & eos qui
B ab iniuſtitia reſipiſcũt, ad filios promiſsionis perti-
nere declararet. hæc Beda: Et reddit cauſam quare
ad domũ publicani diuertit: quia hoc fecit vt medi
cus ægrotum curaret, & vt deus peccatorẽ iuſtifica
ret, & vt paſtor ouem perditã reportaret, & vt ſal-
uator quod per culpam perierat, ſaluaret. Quia ad
hoc dei filius [venit de cœlo in mundũ,] per carnis
aſſumptionẽ factus homo, & [filius hominis,] id eſt
virginis, [vt quęreret] per doctrinã, [& ſaluum fa-
ceret] per gratiã, [quod perierat] per culpam, ſcili-
cet ouem centeſimam, dragmã decimam, filium iu
Perdita in homine. niorem. Perierat enim in homine innocentia natu
ræ, ſimilitudo gratiæ, adoptio gloriæ: propter pri-
mum cõparatur oui perditæ: propter ſecundũ, dra-
gmæ perditæ: propter tertiũ, filio prodigo. Tria au
Lucæ 5. tem prædicta venit Ieſus reparare. Vnde ait & ali
bi: non veni vocare iuſtos: ſed peccatores ad pœnitẽ
tiã. Vbi Chry. quaſi diceret: Quid me criminami-
ni ſi rectifico peccatores? tam enim procul eſt à me
C odiũ peccatorũ, ꝙ eorũ cauſa aduenerim. Nam me
dicus veni, nõ iudex: ob hoc conuiua fio languentiũ
patiorq; fœtorẽ, vt pręſtem remediũ. Vbi & Beda:
Pius ſanè magiſter, qui murmurantibus turbis ſua
myſteria non dedignatur exponere: à deo. ſ. pecca-
torũ pœnitentiã non eſſe reſpuendã: vt ipſe dei fi-
lius ob hãc maximè quærendã ſit deſtinatus ad ter
ras, qui vt pietatis ſuę nobis diſpenſationẽ inculcet
ſepiſsimè ſe filiũ hominis appellat: cõmendans ſoli
citè nobis, quod factus eſt benignè pro nobis, vt aũt
Myſticè Zachæus. dicit idem Beda: Myſticè Zachæus, qui interpreta
tur iuſtificatus, credentẽ ex gentibus populũ ſignifi
cat, qui per occupationẽ temporaliũ depreſſus erat
& minimus, ſed à dño ſanctificatus: qui intrantem
Hierico ſaluatorẽ videre voluit, dum fidem quam
mundo attulit, participare quæſiuit. hæc Beda. Per
diuitẽ etiã iſtum, ſcilicet Zachæũ, qui quærebat vi
dere Ieſum, ſed impediebatur per turbã, & ſtaturæ
ſuæ paruitatẽ, intelligi poteſt quilibet diues, qui de
ſalute ſua ſolicitatur: ſed per turbationem phantaſ
matum circa negotia temporalia, & per propriam
imperfectionẽ impeditur: propter quod aſcendere
debet in arborẽ, id eſt, ad Chriſtũ per orationẽ: quę D
Oratio. ſecundũ Damaſcenũ, eſt aſcenſus mentis in deum:
& ſic Ieſum videre meretur, & partẽ bonorũ ſuo-
rum pauperibus dare, & ſi quẽ defraudauit fideli-
ter reſtituere. Per phariſæos autẽ murmurãtes in-
telligi poſſunt maledici, bonorũ opera deprauãtes,
& quæ bene fiunt in malũ interpretãtes. Sed de his
non eſt curandũ, nec ideo à bono opere ceſſandum,
imò potius & fortius ei inſiſtendũ. Et quia erant
prope Hieruſalẽ, quæ eſt caput regni, & exiſtima-
bant aliqui phariſæorũ & etiam diſcipulorũ, ꝙ ſta
tim cùm eſſet in Hieruſalẽ manifeſtaretur regnũ
eius ſuper Iudæos: à multis enim credebatur futu-
rus rex Iſraël, ſecundum ꝙ dixerunt Magi, Vbi eſt
qui natus eſt rex Iudæorũ? & ipſi apoſtoli quęrebãt
ab eo: dñe ſi in tpe hoc reſtitues regnum Iſraël? Ad
hunc ergo errorẽ remouendũ, inducit parabolã de
homine nobili, qui abijt in regionẽ longinquam,
& dedit decem ſeruis ſuis, decem mnas ad nego-
tiandũ. Quæ quia in ſententia concordat cum alia
parabola quæ infrà de talẽtis dicitur: ideo hæc ibi-
dem ſimul cum illa cõiungitur.

ORATIO. E

DOmine Ieſu Chriſte, qui Zachæum in Syco-
morum aſcendentẽ miſericorditer reſpexiſti
ac eum ad te vocans & in domũ ipſius diuer-
tens ab omni vitio ſanaſti: Cõcede mihi puſillo &
miſero, vt in arborẽ pœnitentiæ valeã aſcendere:
vbi me oculis miſericordię digneris aſpicere, & ad
tuam gratiã vocare: donans mihi vt domũ conſciẽ
tiæ meæ ad te recipiendũ dignè præparem, & per
te totus interius & exterius perfectè ſaner. Et qui
veniſti de cœlis quærere & ſaluare quod perierat
in terris, tu me qui per culpã perierã requiras bonę
paſtor, & ſaluum facias pie ſaluator. Amen.

## De duobus cæcis poſt egreſſum Hierico illuminatis. Caput XXIIII.

Mat.20. & Marci 10. POſt hæc egrediente Ieſu cum diſci-
pulis ab Hierico, turba multa deſide-
rantium audire doctrinã eius, [ſecu-
F ta eſt eum:] pauci enim audebãt pro-
pter latrones ingredi deſertũ. Quòd
turba plurima ſequebatur Ieſum, ſuæ ſedulæ & ſtu
Doctoris documentum. dioſę doctrinę eſt indiciũ. Vnde Chry. Teſtimoniũ
ſtudioſi agricolæ eſt meſsis fœcũda, aſsidui aũt do-
ctoris documentũ eccleſia plena. Neminẽ labor iti-
neris impediuit: quia amor ſpiritualis fatigationẽ
non ſentit. Neminem poſſeſsionum ſuarum ſolici-
tudo retraxit: quia ingrediebantur in poſſeſsionem
regni cœleſtis. Verè enim non habet ſuper terram
quod amet, qui bonum cœleſte in veritate gũſtaue
rit. Sicut enim qui pretioſum mãducauerit cibum,
poſtmodum ei hęc eſca cõmunis ingrata videtur:
ſic & qui ſemel dulcedinem Chriſti bene guſtaue-
rit, terrenorum bonorũ de cętero non multum ſen
tit ſaporem. Nimirum hæc eſt illa roſa in campis
Eccleſiaſtici 24. Hierico, de qua ſapientia loquitur per Salomonem
Sicut palma exaltata ſum in Cades, & quaſi plan-
tatio roſæ in Hierico. Ergo hæc eſt illa ſpecioſiſ-
ſima roſa, ſanctitate iuſtitiæ candida, & paſsionis
Roſa. ſanguine rubicunda. Sicut enim roſa antequam vi
deatur ſentitur, & antequam inueniatur tenetur in

odoribus ſuis : ſic & domino tranſeunte de lòngè,
G duo cæci antequã viderent diuinitatẽ eius fragran
tia ſenſerunt.hęc Chryſo. Vnde ſequitur:[Et ecce
duo cæci ſedentes ſecus viam,]vt eleemoſynã pete
rent à tranſeuntibus,non remotè à via ſalutis,[au-
dierũt] à tranſeuntibus[quia Ieſus,]Nazarenus o-
Lucæ 10. mni flore virtutũ vernans,[tranſiret.] O felix au-
ditio,rumor leuis. Multi enim reges & prophetæ
voluerunt audire,& non audierunt. Et miſericor-
diam cum clamore petebant dicẽtes: [Domine mi
ſerere noſtri fili Dauid:]tua cõpaſsione noſtrã mi-
Filius Dauid. ſeriam remouendo. Vocãt eum filium Dauid:quia
credebant eum eſſe Chriſtũ, per prophetas promiſ
ſum:& notũ erat apud omnes Iudæos, ꝙ Chriſtus
de ſemine Dauid erat naſciturus.Cum magna deſi
derij intentione clamauerunt: & magno deſiderio
illuminari poſtulauerunt: confeſsi Dauid filiũ per
carnẽ,deum etiã in eo eſſe nouerũt per inſpiratio-
Cæcorum oblatio. nem. Vbi Chryſ. Oportunè autem oblati ſunt an-
te faciem Chriſti duo cæci , vt apertis oculis quaſi
teſtes virtutis eius aſcenderẽt cũ eo in Hieruſalẽ:
hi currentiũ ſtrepitũ audiebant,& perſonas non vi
H debant,nihil ſolũ habentes de toto corpore præter
vocẽ:& ideo quia pedibus eum ſequi non poterant
voce ſequebatur.hæc Chry. De vno iſtorũ tantum
ſcilicet famoſiori Marcus mentionem faciens,de
alio tacuit minus noto. Vbi Aug.Hoc autẽ factum
& Marcus cõmemorat,ſed devno cęco factũ.Nam
duorum cæcorũ quos Matthęus interpoſuit,vnum
fuiſſe in illa ciuitate famoſiſsimum, ex hoc ſatis ap
paret,ꝙ & nomen eius & patris eius Marcus cõme
Barthimeus. morauit.[Barthimeus enim Thimei filius,] ex ali
qua magna fœlicitate deiectus notiſsimæ & famo
ſiſsimæ miſeriæ fuit,ꝙ non ſolũ cæcus verumetiã
mendicus ſedebat.Hinc eſt ergo ꝙ ipſum voluit cõ
memorare Marcus,cuius illuminatio tam clarã fa-
mam huic miraculo cõparauit,quàm erat illius no
ta calamitas. Vnde & Beda:Et bene Marcus,qui gẽ
tibus ſcribebat euangelium, vnũ dicit illuminatũ,
vt eorũ quos inſtituebat ad fidem ſaluationi figura
congrueret. Matthæus verò,qui Hębræis ſuũ ſcri-
I bebat euangelium,quod in gentiũ quoq; notitiam
erat peruenturũ,rectè duos dicit illuminatos,vt ad
vtrũq; populum vnam eandemq; fidei gratiã perti
nere doceret:qui etiam in ſequenti lectione de aſi-
no,in quo dominus ſedere dignatus eſt,eandẽ euan
gelicam ſeruare ſcripturã curauit . hæc beda:Bar-
thimeus,qui filius pinguedinis interpretatur,ſigni-
ficat hominem in delitijs carnalibus nutritum:ideo
dicitur cæcus,ſcilicet ſapientię lumine priuatus:de
Iob 28. qua dicitur in Iob, ꝙ non inuenitur in terra ſuaui
ter viuentiũ:quia delitiæ carnales hebetant intelle
ctum. Et talis cùm audit de ſaluatore, debet clama
re per orationẽ deuotam,vt ab illo recipiat ſapien-
tiæ lumen,qui dat omnibus affluenter,ſaltẽ de ne-
ceſſarijs ad ſalutem.[Turba autem]doctrinã Chri
ſti auſcultans,videns ſordidas veſtes,non conſcien-
tiæ claritatem,[increpat eos vt tacerent:]quia per
clamorem ſuum turbã ab audiendo Chriſti doctri-
Turba triplex nos impediẽs. nam impediebant. Et hi ſignificant eos,qui à bono
opere retrahunt alios. Habemus autem triplicem
turbam impedientem:vnam à carne,aliam à mun
do,tertiam ab inferno : quia carnalia deſideria &
perſecutiones, ſcilicet mundi & diaboli,nobis ob- K
ſtant:vt taceamus à confeſsione peccati, ab ædifica
tione proximi,à laude dei . Infœlix hæc turba o-
mni bono obſiſtit. Turba deſideriorũ carnis, incre-
pat alliciendo:turba tyrannorum mundi,increpat
perſequendo:turba dæmonũ inferni, increpat deci
piendo. Sed quomodo tacebũt in oratione cæci per
ignorantiã mentis,præcipuè de proprio ſtatu men
dici per defectum virtutis: & extra viam.ſ.ſalutis.
[At illi magis clamãdo inſiſtebant,]donec ſtrepitũ
turbę vincerent,timentes ne ex increpatione alio-
rum impediretur auditio & exauditio petitionis,ac
vocũ eorũ:& miſericordiã petebant,[dicentes:Do
mine miſerere noſtri fili Dauid.]In hoc & nos ex-
hortamur ad orationis continuationẽ,& in ea per-
ſeuerantiã. Vbi Chry. Irritabãtur vetiti magis quã
concupiſcebãt. Talis eſt natura fidei,quantò magis
vetatur,tantò magis accẽditur: propter quod ſerui
dei in perſecutionibus non vincuntur: virtus enim
fidei in periculis ſecura eſt, & in ſecuritate pericli-
tatur. Quid enim aliud ſicvigorẽ fidei in omnibus
laxat,quàm longa tranquillitas?Et iterum:Primò L
enim clamabãt:quia cæci erãt. Secundò,magis cla
mabãt:quia ad lumen accederevetabãtur. Chriſtus
autẽ permittebat eos vetari, vt plus eorum deſide-
rium appareret. Hinc autẽ diſce,quia ſi abiecti fue
rimus,cum ſtudio accedẽtes ad deum, per noſipſos
aſſequamur quod petimus.hæc Chry. Vnde Aug.
Bonos enim Chriſtianos volentes facere præcepta
dei,Chriſtiani mali & tepidi prohibent:clament tã
men illi,nõ deficiãt. Cùm enim quiſq; Chriſtianus
cœpit bene viuere:mundũq; contẽnere , in ipſa ſui
nouitate patitur reprehẽſores frigidos Chriſtianos
ſed ſi perſeuerauerit, ipſi iam obſequũtur qui antè
prohibebãt.hęc Aug.[Et]qua pulſantur aperietur,
[ſtetit Ieſus expectãſeos:]qa illi ſequi nõ poterant:
quo enim pergerent,non videbãt:[& vocauit eos,]
ne turbæ prohiberent ſi nonvocati venirent. Et in-
terrogauit eos quid vellent,non tamẽ hoc ignorãs:
ſed vt ex reſponſione & confeſsione cæcorum ma-
nifeſta debilitas & virtus remedio cognoſceretur: M
quia ad miraculorũ operationẽ vùlt habere ſanan-
dorũ confeſsionẽ,vt ex hoc magis appareat euiden
tia miraculi ad aliorũ vtilitatem. Et cùm illi dice-
rent,[dñe vt aperiantur oculi noſtri:miſertus eorũ
Ieſus,]fons veræ lucis,[tetigit oculos eorũ,& con-
feſtim,]id eſt,ſubitò,[viderunt.]ex quo patet ꝙ ta
lis illuminatio fuit miraculoſa non naturalis: quia
natura non operatur in inſtanti. Vbi Chry. Tetigit
autẽ vt homo carnaliter,ſanauit vt deus. Et iterum
Quandiu dixerunt fili Dauid,ſuſpenſa eſt ſanitas:
mox vt dixerũt,domine ſanitas eſt infuſa:quia ſal-
uare non poterat filius Dauid, ſed filius dei . Hæc
Chry.ſpiritualiter ſecundũ glo.oculos tangit,cum
radijs ſuæ lucis conſcientiã illuſtrat : & confeſtim
videmus ad deum contemplandum, ad nos cogno-
ſcendum,ad proximum iuuandum. Notandum au Modus
tem quòd triplex eſt modus illuminationis:Illumi luminãdi
nati enim leguntur aliqui verbo , ſicut cæcus de triplex.
quo dictum eſt ſuprà : aliqui tactu , vt iſti de qui-
bus fit hîc mentio : aliqui vnguento, ſicut vbi lu-
tum fecit



tum fecit ex ſputo. Verbum,eſt prædicatio:tactus,
A eſt interior,inſpiratio:vnctio, ſacramentorũ inſti-
tutio. Sic ergo illuminat per eloquia ſacrę doctri-
næ,per chariſmata gratię, per ſacramẽta eccleſię.
[Et ſecuti ſunt eũ,]nõ tam pedibus,q̃ virtutibus,ac
fide & morib⁹:qa illi qui à Chriſto illuminati ſunt
corporaliter,ab ipſo etiã illuminati ſunt mẽtaliter
Quoſcũq; eñ Chriſtus ſanauit corpore, ſanauit &
mente:quia totũ hominẽ ſimul fecit ſaluum. Vnde
Chry. Bonũ munus obtulerũt Chriſto ſanati:qa ſe
cuti ſunt eũ . Hoc eñ deus à te requirit,ſcđm pro-
Mich.6. phetã,ſolicitũ ambulare cũ deo tuo. Et iterũ per-
miſit eos ſequi,vt recens miraculũ oſtenderet eum,
non ex infirmitate mori. Hęc Chry. In hoc autem
quòd ſecuti ſunt eũ,patet eorũ gratitudo:quiã non
reſilierũt poſt beneficia donata eis à domino: quod
tamen multi faciunt qui poſt beneficia ingrati exi
ſtentes ad vomitũ reuertuntur,& ad malũ redeũt.
Vbi Chry. Sed non illi fuerunt tales:ſed & ante do
nationẽ fuerunt perſeuerabiles,& poſt dationẽ gra
B ti. Hos & nos zelemur : & ſi tardauerit dationem
deus , & ſi multi ſunt qui adducunt , ne deſiſtamus
petentes:ſic enim maximè deũ attrahemus. Vide
itaque & hîc qualiter vehementẽ eorũ concupi-
ſcentiã,non inopia,non cęcitas, non audiri , non à
turbis increpari,non aliquid aliud prohibuit. Tale
quid eſt anima feruens & laborans. Hæc Chryſo.
Tu ergo exiſtens extra viã,& cęcus , clama ad Ie-
ſum,vt te illuminare dignetur ad ipſumvidendum
ac fide & imitatione ſequendũ:quia hoc præcipuę
eſt nobis neceſſariũ. Vbi Auguſt. Tota igitur fra-
Oculus cordis ſanandus. tres opera noſtra in hac vita eſt , ſanare oculũ cor-
dis,vnde videatur deus. Ad hoc ſacroſancta myſte-
ria celebrãtur,ad hoc ſermo dei prædicatur:ad hoc
exhortationes morales : id eſt,pertinentes ad corri
gendos mores:ad emendandas carnales cõcupiſcen
tias,ad renuntiandũ,non voce tantũ, ſed mutata vi
ta huic ſeculo:ad hoc agunt, quicquid agunt, diui-
nę ſacræq; literæ , vt purgetur illud interius ab ea
re quæ nos impedit ab aſpectu dei. Hæc Aug. Vbi
C & Origenes:Et nos ergo ſedentes iuxta ſcriptura-
rum viã , & intelligentes in quibus cæci ſumus : ſi
ab effectu petierimus, tãget oculos animarum no-
ſtrarum,& recedet à ſenſibus noſtris tenebra igno
rantiæ:vt eũ videamus & ſequamur, qui dedit no-
bis poſſe videre propter nihil aliud, niſi vt eum ſe-
quamur. Hæc Origenes. Per duos cæcos iſtos ſigni
ficantur duo populi:ſcilicet gentiles , qui erant ex-
cæcati per idololatriã:& Iudæi, per doctrinã per-
Matth. 15. uerſam, mandatũ dei tranſgredientes propter tra-
ditiones hominũ : qui ſedebãt ſecus viã, quia vide-
bantur habere legis notitiã, ſed viam quæ eſt Chri
ſtus,ignorabant:quorũ alter naturalem,alter ſcri-
pturæ legẽ habebat. Qui audierunt de tranſitu Ie-
ſu,poſtquam exijt de Hierico:id eſt, de hoc ſeculo:
ſed Ieſu eorũ oculos mentales tangente, illuminati
ſunt multi de Iudæis, & de gentibus plures, eũ per
fidem & opera ſancta ſequentes. Et prius quidem
vnum,poſtea duos cæcos illuminat:quia vnũ prius
populum,deinde duosvocat. Vnde Beda:Quòd au-
tem appropinquans Hierico,vnum illuminauit,ac
proficiſcens de Hierico duos:hoc intimauit,ꝙ ante
paſsionem ſuam vni tantum populo Iudæorũ prę-
dicauit : poſt reſurrectionem verò atque aſcenſio- D
nem ſuam, per apoſtolos & Iudæis & gentibus di-
uinitatis ſuæ & humanitatis arcana patefecit. Hęc
Beda. Plura ad expoſitionem & meditationẽ per-
tinentia,ſuprà de vno cæco poſita poſſunt hîc ap-
plicari:& econuerſò plura hîc poſita ibi aptari.

ORATIO.

LVx lucis , & fons luminis domine Ieſu , qui
duorum cæcorum ad te clamantium affectu
miſericordiæ miſertus , oculos eorũ tangere,
& ſic eos illuminare dignatus es: tange quæſo ocu
los meos ſpirituales , & radijs tuæ lucis conſcien-
tiam meã illuſtra , ad te contẽplandum, ad me co-
gnoſcendum,ad proximũ inſtruendum & iuuan-
dum. Illuſtra cor meũ lumine tuæ gratiæ diuinæ:
vt te ductorẽ in omnibusvijs meis habeam,te imi-
tando ſequar , & te qui es ſuper omnia præ omni-
bus timeam & diligã , tuamq; in omnibus faciam
voluntatem. Amen.

De effuſione vnguenti ſuper ca-
put Ieſu. Caput XXV. E

APpropinquante tempore in quo do- Ioan.12.
minus pati diſpoſuit , appropinqua- Matt.26.
uit ipſe loco in quo eiuſdẽ paſsionis Marc.14.
diſpenſationem facere voluit : vt per
hoc intimaret , ꝙ voluntariè & ſua
ſponte pateretur & mortẽ ſubiret. Igitur[ante ſex
dies]ſolennis[paſchæ,]id eſt,ſexta die ante paſcha
ſcilicet ſabbato ante ramos palmarũ,[venit in Be-
thaniam.]Intelligas hîc diẽ paſchę non decimam-
quartam primi menſis,in qua ad veſperã immola-
batur agnus paſchalis:ſed quintamdecimã,ſcilicet
illam in qua paſſus eſt Chriſtus,quæ tota erat feſti
ua & ſolennis. Vnde Theophilus:Decima autẽ die
menſis agnũ Iudæi capiunt immolandum in feſto
paſchæ:extunc enim feſtiuitatis prælibant ſolen-
nia:quapropter in die quæ eſt nona menſis,& prę-
cedit ſextũ diem ante paſcha,epulantur ſplendidè,
& exordiũ feſti hanc diem conſtituunt : quo fit vt
Ieſus quoq; pergens Bethaniã conuiuaretur. Hæc F
Theophilus. Ideo autẽ venit Bethaniam,vt Lazari
reſuſcitatio renouaretur : ac memoriæ omnium
arctius imprimeretur,& vt inexcuſabiles Iudæi de
morte tanti ſuſcitatoris tractantes confunderẽtur:
& ex memoria miraculi ibidẽ facti turba populi
moueretur,ad eũ honorificè recipiendum in Hie-
ruſalẽ ante ſuam paſsionẽ,ſicut fuerat prædictum
per Zachariã prophetam dicens: Exulta ſatis filia Zacha.9.
Sion,iubila filia Hieruſalem,ecce rex tuusvenit ti-
bi,&c. Sciens ergo dominus Iudęos conſpiraſſe in
mortẽ appropinquãte paſcha,in quo agnus paſcha
lis immolabatur,reuertẽdo venit quaſi agnus ad vi
ctimã:vt ſic agnus verus immediatè poſt immola-
tionem agni paſchalis immolaretur,pro nobis : vt
veritas figuræ ſuccederet , & verũ paſcha habere-
mus. Et erat in domo Simonis prius leproſi , tunc
autẽ mundati : quia fuerat leproſus & à dño ſana-
tus,ſed tamen adhuc priſtinũ nomẽ ad memoriam
miraculi retinebat,vt virtus curãtis appareret : ſi-
cut adhuc dicit,Matthęus publicanus,licèt eſſe pu-
blicanus deſierit. Hinc colligere poſſumus , ꝙ licèt

à peccato noſtro mũdati fuerimus, ſemper tamen
G ipſum in memoria ad pœnitendum habere debemus.

Simon leproſus, Iulianus ſanctus.

Hunc Simonẽ leproſum tradunt fuiſſe beatum Iulianũ, ſic poſtea vocatum, & factum Cenomanenſem epiſcopũ: cui iter agentes dicunt pater noſter, vt bonũ habeant hoſpitium. [Fecerunt autem cœnã ibi] domino: [& Martha miniſtrabat: & Lazarus] inuitatus à Simone, [vnus diſcũbentium erat.] Piè credendũ eſt ꝙ cœna honeſta & abſque luxu fuerit, quã fecerunt ei qui prædicator & amator parſimoniæ extitit. [Martha miniſtrabat ibi:] quia, ſecũdum quoſdam, domus Marthæ erat poſſeſsione, ſed Simonis habitatione: aliâs ibi nõ miniſtraſſet. Vel poteſt dici, ꝙ iſte Simon erat Marthę vicinus: & propter hoc ipſa miniſtrabat in domo eius, ſicut homines ſolent facere in domibus amicorum ſuorũ: & maximè propter reuerentiã ipſius Chriſti comedentis ibidẽ. [Lazarus verò erat vnus ex diſcumbentibus cũ eo,] inuitatus à Simone: & hoc factum eſt ad declarationem veri miraculi de eius reſuſcitatione: vt ex hoc ꝙ poſt ſuſcitationem cibum ſumeret, non phantaſtica ſua ſuſcitatio eſſe
H probaretur. Vnde Aug. Ne putarent homines phantaſma eſſe factũ: quia mortuus reſurrexit. Lazarus vnus erat ex recumbentibus: viuebat, loquebatur, epulabatur: veritas oſtendebatur, infidelitas Iudæorum confundebatur. Et ſecũdum eundem. Lazarus

Lazari de inferis reuerſio.

dum diſcumbit in conuiuio, cõuiuis interrogantibus eũ triſtia loca, pœnarumq; ſedes alta nocte obſcuras, indicauit diligenti narratione per ordinem: & ita inferi, longis tẽporibus ignorati, tandem inuenerunt proditorem. Quòd aũt ante ſex dies venit, hoc myſterio cõuenit. Primò quidẽ, quantum ad numerũ: numerus enim ſenarius perfectus eſt:

Geñ.1.&2

vnde & deus opera creationis perfecit ſex diebus & propter hoc decuit, ꝙ ſex diebus quodammodo compleretur opus paſsionis quo omnia ſunt reſtaurata.

Figura. Exod.12.

Secundò, quantum ad figurã: quia decima die menſis primi tollebatur agnus, & ſeruabatur vſque ad quartamdecimã. Vnde & dominus ſexta die an
I te quindecimam Hieruſalem intrare voluit, quaſi ad locum immolationis accedens.

Bethania.

Quòd venit Bethaniam, quæ interpretatur domus obedientiæ, etiam cõgruit myſterio. Primò, quantum ad cauſam paſsionis: quia ſecundũ apoſtolum, factus eſt obediens patri vſq; ad mortẽ.

Philipp.2.

Secundò ad fructum paſsionis, quẽ conſequuntur illi ſoli qui obediũt ei: quia ſecundum eundẽ apoſtolum, factus eſt omnibus obtẽperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ.

1.Cor.1.

Vnde Hiero. Paſſurus dominus pro omni mundo, & vniuerſas nationes ſuo ſanguine redẽpturus, venit & moratur in Bethania, in domo obedientiæ: hinnulus ceruorũ ſemper ad lectum ſuũ redit, & filius obediens patri vſq; ad mortẽ, obedientiam à nobis petit. Hæc Hiero.

Cant.2. &.8.

Quòd venit vbi fuerat Lazarus mortuus, quẽ ſuſcitauit, ſignificat quia in domo obedientiæ, illi qui ſunt ſpiritualiter mortui in peccatis, reſuſcitantur reducti ad vitã iuſtitiæ: quia ſecundum apoſtolũ, Per vnius hominis obedientiam iuſti conſtituũtur multi.

Roma.5.

Quòd fecerũt ibi cœnam domino, conuenit etiã myſterio: quia dominus in domo obedientiæ ſpiritualiter reficitur, delectatus in obedientia noſtra, & Martha miniſtrabat & ſatagebat circa frequens miniſteriũ: per quã ſignifi-
K cantur prælati, qui in eccleſijs ad miniſteriũ inſtituũtur: ſcd̃m illud apoſtoli, ſic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti:

1.Cor.4.

& Lazarus reſuſcitatus erat vnus ex diſcũbentibus, per quẽ ſignificantur ſubditi miniſterio prælatorũ, à peccatis ad ſtatũ iuſtitiæ reducti, qui cũ alijs iterũ ſpiritualiter cum domino merentur epulari. [Maria verò vnxit caput & pedes Ieſu, & exterſit capillis,] per quã ſignificantur contẽplatiui: de ea enim dicitur alibi, ꝙ ſedens ſecus pedes domini audierat verbũ illius.

Lucæ 10.

Vnde Alchuinus: Myſticè ꝙ ante ſex dies venit Bethaniã, ſi-

Myſticè.

A gnificat ꝙ ille qui ſex diebus omnia fecerat, ſexta die hominẽ creauit: ipſa ſexta mundi ætate, ſexta feria, ſexta hora, redimere mundũ venerat. Cœna autem dominica fides eſt eccleſiæ, quę per dilectionem operatur.

Galat.4.

Martha miniſtrat, cùm fidelis anima, opera ſuæ deuotionis domino impendit. Lazarus vnus eſt ex diſcũbentibus, cùm hi qui poſt peccatorum mortẽ ſuſcitati ſunt ad iuſtitiã, vna cum eis qui in ſua permanſerunt iuſtitia, de prẽſentia veritatis exultant, & cœleſtis gratiæ munere aluntur. L
Et bene in Bethania celebratur, quę interpretatur domus obediẽtiæ, nã eccleſia eſt obediẽtiæ domus. hęc Alchuinus: [Maria ergo acceſsit ad Ieſum,] tanq̃ ad fontẽ miſericordię lauantẽ infirmitates noſtras: [& fregit,] id eſt, aperuit alabaſtrũ cõtentiuũ [vnguẽti nardi piſtici pretioſi,] id eſt, vaſculũ alabaſtrinum, ſcilicet pixidẽ de alabaſtro, (quod eſt ge-

Alabaſtrum.

nus marmoris candidi, & varijs coloribus intertincti, in quo bene & incorruptè ſeruantur vnguenta) plenã vnguento pretioſo, [& effudit vnguentũ ſuper caput Ieſu recũbentis] id eſt, ad mẽſam ſedentis: ſicut effunditur aqua roſacea propter refrigerium & odorẽ. [& etiã vnxit inde pedes eius,] apud quos etiã aliâs tantã gratiã inuenerat, [& capillis ſuis exterſit.] Ordine alio factũ fuit quam hîc ſcriptum ſit: quia primò lauit pedes & exterſit, & poſtea vnxit.

Ordo factorum.

[Et domus impleta eſt ex odore vnguenti] effuſi: quia enim de re aromatica erat, longe la- M
teq; poterat odor eius diffundi. Non eſt veriſimile ꝙ eſſet aliquid groſſe, ſicut vnguenta cõmuniter dicta: quia indecens eſſet tale quid ponere ſuper caput hominis ſedentis in menſa, & ideo dicendũ ꝙ hîc vocatur vnguentũ liquor pretioſus de re aromatica expreſſus, ſicut aqua roſeacea exprimitur de roſis:

Vnguentum. Aromaticum.

aliter dicitur ꝙ fuit lachryma fluens naturaliter de arbore aromatica, quæ eſt multũ pretioſa, & valet ad multa medicinalia: dicunt etiam aliqui, nardus eſt herba nigra faciẽs ſpicas in cacumine,

Nardus.

& propter hoc dicitur nardi ſpicati: quia de illis ſpicis extrahitur liquor prędictus per artificiũ: vel, ſecundũ alios, fluit per naturã. Alij dicunt, ꝙ eſt frutex vel arbor paruula, & inde fluit vel extrahitur liquor modo prædicto. Piſtici ſecundũ quoſdã, nomen eſt loci vbi creſcit arbor vnde talis liquor ex-

Piſtici.

primitur: ſed melius dicitur piſtici, id eſt fidelis: Piſis enim Gręcè, fides eſt Latinè, hoc eſt dictu, ꝙ iſte liquor erat purus & verus, nõ habens aliquid aliud admixtum, nec ſophiſticatus. [Pretioſi,] quia valebat trecentos denarios, id eſt, nummos viſuales: erat enim



enim ille liquor refrigeratiuus, & confortatiuus
A membrorum, & conſolidatiuus, & valde odoriferus, valens ad alleuiationem laboris, & cõtra ęſtum ſolis, & diſtemperiẽ aëris, & ad multa medicinalia. Ex quo patet pretioſitas vnguenti, & deuotio ac pietas Mariæ, quæ labori Chriſti cõpatiens, & pedes & caput eius: & rem tã pretioſam in obſequiu eius expẽdit. In quo & nos docemur ꝙ ea quę prętioſiſsima ſunt apud nos, deo offerre debemus. Et quod alia vice, peccatrix adhuc exiſtẽs, fecit in eadem domo ex contritione, ſcilicet, quando cõuerſa eſt, & peccata ei multa dimiſſa ſunt, eo ꝙ multum dilexit: nunc iuſtificata & familiaris domino effecta, facit ex deuotione: ſed tunc tantũ pedes vnxit, & gradatim à pedibus ad verticẽ perueniens, nunc & caput & pedes vngere meruit: tũc vnxit dominũ vnguento pœnitentiæ, nunc vnguento deuotionis. Ibi rudimenta pœnitentiũ, hîc iuſtitia perfectarũ deſignatur animarum: diligebat enim Ieſum ſuper omnia, & de obſequendo eidẽ non poterat ſatiari. Fragrãtia fidei caput domini & pedes, quaſi odore
B aromatum perfudit, qui diuinitatẽ & humanitatẽ eius digna laude attollit: nunc de pedibus ad caput aſcendens, nũc ad pedes à capite per fidẽ deſcendẽs.

1.Cor.11. & Epeſ.5. 1.Cor.10.

Secundũ Apoſtolum: Caput Chriſti eſt deus. Itaq; caput Chriſti vngit, qui ad honorẽ dei omnia opera ſua facit. Secundũ illud apoſtoli: Omnia, in gloria dei facite. Qui verò veſtigia Chriſti ſequitur, pedes eius vngit. Itẽ caput Chriſti vngit, qui ipſum Chriſtum veneratur: pedes verò, qui eius fidelibus obſequitur. vbi Augu. Quæcunq; anima fidelis vis eſſe: cũ Maria vnge pedes domini pretioſo vnguento. Vnguentum illud iuſtitia fuit: ideo libera fuit. Vnge pedes bene viuendo, dominica ſectare veſtigia, capillis terge: ſi habes ſuperflua, da pauperibus: & pedes domini terſiſti.

Capilli.

Capilli enĩ ſuperflua corporis videntur. [Domus autẽ impleta eſt odore:]

Odor bonus. Roma.2.

mundus impletus eſt bona fama. Nã odor bonus, bona fama eſt. Qui malè viuunt, & Chriſtiani vocantur, iniuriam Chriſto faciunt. De quibus dictũ eſt, ꝙ per eos nomen dei blaſphematur. Si per tales
C nomen dei blaſphematur, per bonos nomẽ dei laudatur.

2.Cor.2.

Audi Apoſtolũ: Chriſti bonus odor ſumus, inquit, in omni loco. Dicitur & in Canticis Cãticorum: Vnguentũ effuſum nomen tuũ. hæc Augu. vbi & Beda.

Myſticè.

Myſticè autẽ hæc deuotio Mariæ domino miniſtrantis, fidẽ ac pietatẽ deſignat eccleſiæ ſanctæ, quæ loquitur in amoris cantico, dicens:

Cantic.1.

Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum. Quæ nimirũ verba, & ſemel iuxta literam manibus Mariæ compleuit, & quotidie in omnibus ſuis mẽbris, ſpiritualiter implere non deſinit, quæ toto diffuſa orbe gloriãtur, & dicũt: Deo autẽ gratias qui ſemper triũphat per nos in Chriſto Ieſu, & odorem notitiæ ſuę manifeſtat per nos in omni loco: quia Chriſti bonus odor ſumus deo. Qui cùm potentiam diuinæ virtutis eius (quæ illi vna cũ patre eſt) digna reuerẽtia cõfitetur, laudat, & prædicat: caput profectò illius vnguẽto perfudit pretioſo. Cum vero aſſumptæ myſteria humanitatis, æquè digna reuerẽtia ſuſcipit: in pedes vtiq; domini vnguentum nardi piſticũ, id eſt, fidele, ac verũ perfudit: qui illam eius naturam qua terram contingere, hoc eſt inter homines conuerſari dignatus D
eſt, pia prædicatione cõmendat, ac deuotis veneratur obſequijs. Domus autẽ impleta eſt ex odore vnguenti: qđ ſignificat odorẽ ſanctitatis Chriſti impleſſe eccleſiam, ad quem odorẽ omnes feſtinãt. vbi & Origenes: Qui eleemoſynas & alia huiuſmodi, quæ ad vtilitatem hominũ fiunt, facit in Chriſtianos: pedes domini vngit. Qui autẽ caſtitati ſtudet, & in ieiunijs & orationibus permanet, & cæteris quę tantum ad gloriam dei proficiunt: vngit caput Chriſti. Aut doctrina, quæ neceſſaria eſt hominibus: hoc eſt vnguentũ, quo pedes domini vnguntur. Agnitio autem fidei, quæ ad ſolũ pertinet deũ, eſt vnguentũ quo vngitur caput Chriſti. Capillis autẽ pedes extergit, qui ea quę fluunt à mente tanquam capilli à capite, in obſequiũ dei retorquet. Vnde in Canticis: Vulneraſti cor meũ ſoror mea ſponſa, in

Cantic.4.

vno oculorum tuorũ, & in vno crine colli tui: hoc eſt, charitate affeciſti me, propter ſimplicitatẽ oculorum tuorum me contẽplantiũ, & propter ſimplicitatem tuarum cogitationũ, quæ in me continuè E
diriguntur. Hoc enim modò deuotionis extergitur à pedibus Chriſti, quicquid in eis laſsitudinis & tarditatis, quibus ad nos aliquando tardat venire. Et notandum ꝙ hac die, ſcilicet ſabbato, Maria lauit pedes domini vnguento: in memoriã huius rei, eodẽ ſabbato dominus Papa cõſueuit vacare, & in-

Sabbato pedes domini loti.

tendere pauperibus, dando eleemoſynas, & pedes pauperũ lauando: quia in cœna domini, ꝓpter officij magnitudinẽ, ad hoc nõ vacat intendere, & mãdatum celebrare: pauperes enim ſunt pedes domini ſedentis in cœlo, adhuc deãbulantes in terra. Cuius rei occupatione, eadem die ſtationẽ ad miſſam celebrandam nõ facit, ſicut cæteris diebus quadrageſimæ facere conſueuit: & ideo vacat hoc ſabbatũ à proprio miſſæ officio. Indignabatur autẽ & murmurabat de hoc facto Mariæ, [Iudas Scariotis, dicens: Vt quid perditio hęc vnguẽti facta eſt?] putabat enim vnguentũ perditũ, propter hoc ꝙ nõ habebat apud ſe pretiũ: in quo verbo non ſolũ increpabat mulierẽ, quare hoc faciebat, ſed & Chriſtum F
qui hoc fieri permittebat: ecce quod in obſequium Chriſti ponebatur, perditũ reputabatur. Simile aliqui faciũt, qui omne quod ex deuotione deo in oratione vel meditatione impẽditur, perditum eſſe dicunt: quia nos vtilitati proximorum intendere non cernunt. Similiter ſi aliquis religionẽ intrat, talem

Dãda deo.

multi fatuum reputãt: ſi autẽ actibus ſecularibus ſe implicet: talem prudentẽ eſſe dicunt. Vnde cõmuniter dicitur de perſona cũ debilis eſt, & infirma, ꝙ nihil valet niſi ad dãdum pro deo. Res etiam ſæpe pro deo non dãtur, donec deteriorare videntur. Vñ dicitur. Panẽ muciditas, vinũq; tonitrua, veſtẽ. Ti-

Verſus.

nea pauperibus: ſed confert muſca ſcutellã. [Poterat enim vnguentũ iſtud venundari, pluſquam trecentis denarijs.] In hoc inſinuatur occaſio vẽditionis Chriſti ab ipſo Iuda pro triginta denarijs vẽditi: nam, ſecundũ quoſdam, conſuetudo Chriſti erat quòd decimã partẽ eorum, quæ ſibi dabantur pauperibus erogabat: vel cùm Iudas procurator domini eſſet, credebat ſecundũ conſuetudinẽ ſuam acci-

pere ſibi decimam partē datorum domino:& ideo G voluit vendi iſtud vnguentum, vt haberet triginta denarios,qui ſunt decima pars trecentorũ, propter quod Iudæi viſum eſt, ꝙ in vnguēto ſuper Chriſtũ effuſio triginta denarios perderet : vnde ab illa hora cogitauit,vt Chriſtũ triginta denarijs venderet, & ſic prædã ſuam recuperaret. Vel ſecundũ alios, ibi triginta argentei,pro quibus dominũ vendidit, valebant trecentos denarios vſuales, & ſic recuperauit totũ pretium vnguēti. [Et dari pauperibus.] Ecce ſub prętextu pietatis,zelat affectũ non pietatis,ſed cupiditatis.Hoc enim dixit ſimulans pietatem,ad operiendam ſuã cupiditatē. Per hunc deſignantur detractores bonorũ operũ,ſub ſpecie pietatis denigrantes, quidã etiam alij diſcipuli indignè ferebant,& quaſi de perdito vnguento murmurabant:iſti quidē moti pietate propter pauperes indignabantur,non intendētes eſſe perditũ ſimpliciter, ſed in cõparatione ad ſubleuationē pauperũ:audierant enim à domino,Miſericordiã volo,& non ſa- H crificium:& ideo fortè credebant ꝙ dare pauperibus eſſet magis bonũ.

Iudæ auaritia.

Iudas verò motus cupiditate, propter lucra ſua:quãuis etiam ſub prętextu,id eſt, velamēto ſeu ſpecie,pietatis indignabatur: dicebat enim hoc, [nõ quia de egenis pertineret ad eũ,] id eſt,non quia cõpateretur pauperibus,vel curaret de eis:ſed quia dolebat ꝙ vnguentum non fuerat ſibi traditũ,vt eius pretiũ furando ſibi retineret.

Diſcipulorum reprehenſio.

Vnde Theophil. Diſcipuli pluries mulierē arguerunt,eo quòd ſæpe Chriſtum audierant de eleemoſynis dicentem:Iudas verò non eadē intētione indignè tulit,ſed propter amorē pecuniæ, & turpe lucrũ.Vnde & Ioannes ipſum ſolum cõmemorat , tanquam fraudulenta intentione mulierē arguentē: cuius ex hac occaſione furandi conſuetudinē credidit intimandam.Hæc Theophil.Licèt enim portabat ea, quę dabantur pro Chriſto ad dandum pauperibus: non tamē hoc faciebat,ſed ſibi retinebat:vnde muſitatio eius cum crimine ponitur, ꝙ non curã pauperum habuerit , ſed ſuo furto prouidere voluit: [quia fur erat,& loculos] id eſt,burſas domini [ha- I bens,] & cuſtos eorũ exiſtens, ea quæ mittebantur in loculis , donata in eleemoſynam à fidelibus , ad vſum & neceſsitatem diſcipulorum & pauperum, furto aſportabat: portabat quidem miniſterio, ſed aſportabat furto.

Loculi dominici.

Habebat loculos dominicos,ad ea quæ dabantur mittenda: & loculos proprios,ad ea quæ furabatur reponenda. Et ſecundum Auguſti. Ea quę furabatur,dabat vxori & filijs ſuis.Sic multi habentes loculos & facultates eccleſię,ea quę diuino cultui & pauperibus erogare deberēt, ſubtrahunt,& ſibi retinent : ac inde ditari & inclyti fieri ſtudent.

Eccleſiæ bona non ſunt meretricibus danda.

Multi etiam bona eccleſiæ, quæ ſunt pauperum,dãt filijs & meretricibus , ac ſacrilega crudelitate ſurripiunt pauperibus,& expendunt in illicitis.Vnde de ſacerdotibus Belis legitur, quomodo filij & vxores eorũ comedebant illa quæ ſuper altare ponebantur:& rex credebat ꝙ Bel ea comediſſet.

Dan.14.

Multi etiam cuſtodes loculorum monaſterij exiſtentes,bona ad vſum fratrũ deputata largiũtur quibus non debēt:& magis in ſuis ſuperfluitatibus, quàm aliorum neceſsitatibus expendunt , ac aliâs illicitè & malè cõſumunt.Et quia omnes prædicti loculos Chriſti cum Iuda fure portat, & eũ in ſce- K lere ſequuntur : ideo etiã poſt eum in tenebras demerguntur.Dominus,cui angeli miniſtrant, cõdeſcendens infirmis,loculos habebat,in quibus oblata fidelium ſeruabantur, ſuorũ & indigentiũ neceſsitatibus profutura : in ſignũ ꝙ eccleſia loculos erat habitura : & in hoc datur forma eccleſiæ ſeruandi neceſſaria.Sanè cùm doceret viã paupertatis:nõ habebat loculos propter propriã vtilitatē, ſed ad pauperum ſuorum ſumptus & neceſsitatē. Vnde Aug. Habebat dominus loculos: & à fidelibus oblata cõſeruans ſuorum neceſsitatibus , & alijs indigētibus tribuebat: tunc primùm eccleſiaſticæ pecuniæ forma eſt inſtituta,vt intelligeremus ꝙ præcepit non cogitandum eſſe de craſtino: nõ ad hoc fuiſſe præceptum, vt nihil pecuniæ ſeruaretur à ſanctis : ſed ne deo propter iſta ſeruiatur,& propter inopiæ timorem iuſtitia deſeratur.

Loculos cur habuerit Christus. Matth.

Vñ & Nicolaus tertius, in declarando regulam fratrũ minorum,Dicimus quòd abdicatio proprietatis omniũ rerum , tam in ſpeciali quàm in cõmuni meritoria eſt , & ſancta: L quam Chriſtus,viã perfectionis oſtēdens,& verbo docuit,& exemplo firmauit.Nec his quiſquã putet obſiſtere , ꝙ interdum dicitur Chriſtũ loculos habuiſſe.Nam ſi Chriſtus , cuius perfecta ſunt opera, in ſuis actibus viam perfectionis exercuit,ꝙ interdum infirmorũ imperfectionibus cõdeſcendens,& vitam perfectionis extolleret,& imperfectorũ infirmitas ſemitas non dãnaret.Sic infirmorũ perſonam Chriſtus ſuſcepit in loculis , ſic & in nõnullis alijs:non tantũ carne,ſed & mēte condeſcendit infirmis.

Geſta Chriſti.

Egit ergo Chriſtus , & docuit perfectionis opera:egit etiã & infirma,ſicut interdũ in fuga patuit & loculis. Sed vtrũq; perfectè, perfectus exiſtens:vt perfectis & imperfectis viã ſalutis oſtēderet. hæc Nicolaus. Sed quare dominus furi loculos cõmiſit,& auarum ſuum diſpenſatorē fecit?videtur enim ꝙ ei occaſionē peccandi dederit.

Loculi Iudæ traditi.

Dicendũ ꝙ Iudas primò fuit bonus,quãdo vocatus fuit ad apoſtolatum, & officium diſpēſationis ſibi traditum: ſed poſtea lapſus eſt in peccatum. M Et quãuis Chriſtus ſciret eum futurum furē,& malum:tamē pluribus de cauſis tradidit ſibi illud officiũ . Primò,vt eius eccleſia exēplo ſui fures & malos cùm patitur toleraret : non eſt enim bonus , qui malos tolerare non potuit. Secũdò, vt ei occaſionē proditionis auferret, cùm ex loculis mitigationē concupiſcentiæ haberet. Tertiò, vt doceret ꝙ minoribus tēporalia ſunt tradenda,ſed maioribus ſpiritualia cõmittenda.Quartò,vt nos inſtruens oſtenderet quàm parũ temporalia curaret,quãdo burſam pecunię furi & deteriori tradidit:claues autē eccleſiæ cum magna examinatione cõmiſit Petro: quod eſt contra illos qui ſuas animas,vel aliorum illis cõmittunt ad regendum , quibus bouem vel aſinum non committerent ad vendendum.

Ioan.12.

Victus Chriſti.

Ex præmiſsis ergo patet, quòd Chriſtus & diſcipuli eius de eleemoſynis & oblationibus fidelium tanquam pauperes viuebant. Sed dominus pro Maria reſpondit , & eam more ſolito defendit, dicens : [Quid moleſti eſtis huic mulieri ? ] quaſi diceret , ſine cauſa murmuratis



murmuratis : [opus enim bonum operata eſt in A me,]& ergo non debetis eam reprehēdere:nõ eſt perditio vnguēti,vt vos dicitis,ſed opus bonum:id eſt pietatis & deuotionis obſequiũ.Vnde de bono opere lapidatis eã,cõtra rationē & iuſtitiam. [Sinite illam] nũc de hoc vnguēto facere quod poterit,[vt in diē ſepulturæ meæ ſeruet illud,] ſcilicet quod tũc pro ipſa præparabit:illud enim reſeruabit,quia nõ potuit expēdere præuēta acceleratiõe reſurrectionis meæ. Vnde dimittēda eſt nunc facere,quod tũc facere non poterit:& illud vnguentum in loco iſtius nũc in me expēſi tunc ſeruabit, vel præcepit partem iſtius vnguēti ad ſepulturam ſuam reſeruari. Vnde credendũ eſt, quòd ipſa hoc fecit edocta à ſpiritu ſancto, quia enim cognouerat eũ in proximo moriturũ,ipſo hoc dicēte : ideo vnguentũ parauerat,cuius partem nũc expēdit,& partem ad officium ſepulturæ reſeruauit:]nã pauperes ſemper vobiſcũ habebitis,]quibus beneface- B re poteſtis,& recuperare quod modò neglectũ dicitis:[me autē nõ ſemper habebitis,] ſcilicet præſentia corporali,ad habitãdum vobiſcũ in carne paſſibili,quæ indiget vnctione tali:quaſi diceret,poterit recuperare ad benefaciendũ pauperibus,ſed nõ ad vngendũ corpus meũ.

Chriſtum nõ ſemper haberi.

Bonis & malis loquitur, dę præſentia corporis ſui.Sedet eñ ad dexterã patris,poſtquã in cœlũ aſcendit:& ſecundum corpus nõ eſt hîc,qui pręſentia maieſtatis ſemper eſt hîc. Si tamē ad bonos pertines,ſemper habes Chriſtum in præſenti per fidē,per ſignũ,per baptiſmatis ſacramentũ,per altaris cibũ & potum. Vnde alibi di-

Matth.28.

cit eis,Ecce ego vobiſcũ ſum,vſque ad conſummationē ſeculi:quia erit cũ fidelibus præſentia ſpirituali & ſacramentali.[Quod habuit,] id eſt quod potuit,[hoc fecit:]vel[quod habuit]facere ex officio pietatis,[hoc fecit]in opere deitatis:[pręuenit eñ vngere corpus meũ in ſepulturã meã]futurã deſignandã:quia in hoc facto præfigurauit eã de propinquo futurã:quaſi diceret,Sinite vt faciat viuo dũ poteſt,quod volet facere mortuo,ſed nõ poterit. Vnde Alchuinus:Significat ſe mortuũ & ad ſepe- C liendũ aromatibus eſſe vngendũ.Ideo Mariæ , cui ad vnctionē mortui corporis pręuenire nõ liceret, donatũ eſt viuenti adhuc impēdere obſequiũ,quod poſt mortē celeri reſurrectione præuenta nequiuerit.

Sepulturę ſignificatio.

Vnde & Theophilus:Pręuenit ea quaſi à deo ducta vngere corpus meũ,in ſignũ ſepulturæ futuræ:in quo proditorē cõfundit:ac ſi ei diceret, Qua conſcientia mulierē confundis ,quæ in ſepulturã corpus meũ vngit,& teipſum non confundis,qui te in mortē trades?[Mittēs eñ hæc vnguentũ hoc in corpus meũ,ad ſepeliendũ me fecit,]& per hoc meã ſepulturã præfigurauit.Quod vos putatis perditionē eſſe vnguenti:officium eſt , & ſignificatio ſepulturæ.Myſteriũ eſt quod agitur,in quo mors & ſepultura mea citò fieri ſignificatur . In proximo eñ paſſurus ſum:ideoque mihi hoc obtulit ad ſepeliendũ. Nec mirũ ſi me vnguento perfuderit, & mihi bonũ odorē fidei ſuæ dederit , cũ ego pro ea mox fuſurus ſim ſanguinē meũ,& daturus animã meã.Patientia ergo domini arguit Iudã auaritiæ,& nõ pauperũ cauſa dixiſſe quod dixit:ſed obſequiũ Mariæ cõmendauit oſtēdens quòd eſſet moriturus,& ad ſepeliendum aromatibus vngendus. D [Tunc dixit eis Ieſus,opus hoc] cõmemorandum [in]dulcē[memoriã eius:]id eſt,ad laudē eius recitandũ,tanquã factum virtuoſum[vbicunque in toto mundo prædicatũ fuerit hoc euangelium:id eſt hoc factũ mulieris pertinens ad Chriſti euangeliũ: nondum enim euangelia erant ſcripta:quaſi diceret,vos inſipienter eã reprehenditis , pro eo facto pro quo ipſa laudanda eſt in vniuerſo mundo,vbicunque prædicatum fuerit hoc euangelium: id eſt, vbicũque dilatabitur eccleſia per mundũ,quia memoriale ſempiternũ habebit,ex hoc quod mihi fecit.

Prophetię domini.

Vbi Theophilus:Prophetat autē dominus conſequenter duas prophetias:ſcilicet quòd euangeliũ eius prædicabitur in vniuerſo mundo , & ꝙ opus mulieris laudabitur.Hæc Theophilus:Et hoc domini dictũ iam patet adimpletũ.Vbi Beda:Notandum autē,quia ſicut Maria gloriã adepta eſt toto orbe quocunque eccleſia ſancta diffuſa eſt,de obſe- E quio quod domino pia deuotione exhibuit:ita ecõtrariò ille qui obſequio eius detrahere temeraria lingua nõ timuit,perfidiæ nota longè latéque infamatus:& deo ſimul atque hominibus meritò factus eſt exoſus:ſed dominus bonũ laude digna remunerans,futuras impij contumelias tacendo prę terijt.Hæc Beda.

Iudæ proditionis origo.

Nihilominus tamen & Iudas indignatus remanſit,& inde proditionis cauſam & occaſionē aſſumpſit:hinc habemus argumentũ,ꝙ maius bonũ quandoque obmittendũ eſt,pro minori bono quod iterũ recuperari nõ poterit.Et præfertur hîc bonum quod videtur minus,ei quod videtur maius:in genere dico,non quoad charitatē.

Bona opera nõ cõſulēda fieri.

Vbi ſciendũ quòd multa bona opera ſunt , de quibus ſi peteretur conſiliũ antequã fiant,non conſuleremus quòd fierent:quia fortè poſſent fieri meliora:poſtquã tamen iam incipiunt fieri,non ſunt prohibenda.Et ſecundũ Chryſoſto. Fortè Ieſus ãn quã effunderet vnguētũ,elegiſſet potius illud dari pauperibus:nũc verò quia iam factũ erat,exprimit dicēs,ſinite illã. F Item quandoq; faciēdum eſt illud quod eſt minus neceſſariũ:& poteſt præponi magis neceſſario,ſi remanet locus implendi quod eſt magis neceſſariũ:præſertim ſi tollatur locus faciēdi id quod eſt minus neceſſarium,& immineat caſus ꝙ illud minus neceſſariũ nõ poſſet aliâs recuperari:& ideo fortè dominus permiſit ſic fieri.

Neceſſariũ minus fit priusꝙ magis.

Vnde & dixit ꝙ pauperes,nõ autē ipſum,ſemper haberent.In hoc autē quòd dicit pauperes ſemper habebitis vobiſcũ:datur intelligi familiaritas,quã diuites debent habere ad pauperes:quia pauperes maximè facti ſunt propter diuites.

Pauperes ſemp haberi.

Circa iſta Anſel.ad ſororē ſuã ſcribens,ſic dicit:Gaude quæſo huic intereſſe cõuiuio,ſingulorũ diſtingue officia.Martha miniſtrabat,diſcũbebat Lazarus,vngit Maria:hoc vltimũ eſt:frange ibi alabaſtrũ cordis,& quicquid amoris, quicquid deſyderij,quicquid affectiõis habes,totum effunde ſuper caput ſponſi tui:adorans in homine deũ,& deo hominē.Si fremit,ſi murmurat,ſi inuidet proditor,ſi perditionē vocat deuotionem,nõ ſit tibi curę.Phariſæus murmurat inuidens pœnitenti:murmurat Iudas de effuſione vnguenti:

guenti;

guenti:ſed Iudex accuſationẽ non recipit,accuſa-
G tam abſoluit.Sinite,inquit,illã:bonũ eñ opus ope
rata eſt in me:laborat Martha,parat hoſpitiũ pere
grino,eſurienti cibũ,ſitienti potũ,veſtem algenti:
ego ſolus Mariæ,& illa mihi totũ præſtare quod
habet:à me quicquid optat,expectet.Hæc Anſel-
mus.Conſpice igitur dominũ Ieſum cœnatũ in do
mo Simonis ,cũ illis amicis ſuis:quia fortè cõſan-
guineivel multũ domeſtici erant eiuſdẽ Simonis,
& conuerſantem eũ eis paucis diebus,ſcilicet vſq;
ad tẽpus paſsionis ſuæ:ſed amplius in domo Mar-
thæ:hæc eñ domus erat ſuũ refugium ſpeciale.Ibi
cũ diſcipulis ſuis comedebat & dormiebat : ibi &
mater eius cum ſororibus quieſcebat : quã omnes
multũ honorabant,& maximè Magdalena, quæ
eã ſemper aſſociabat,nec ab ea vllatenus recede-
Diuiſio bonorũ Lazari & ſororũ. bat.Lazarus quippe,& Maria Magdalena,& Mar
tha ex patre & matre geniti inſignes & diuitesfue
runt:& Lazaro pars eorũ,quæ in Hieruſalẽ paren
H tes habuerunt, ſcilicet quidã vicus: & Maria Ma-
gdalon caſtellũ, ſeu oppidũ Galilææ ad duas leu-
cas de Bethſaida,contra Meridiẽ,& ſecũdò millia-
rio à ſtagno Genezareth: & Marthæ Bethania in
partem de hæreditate parentũ ceſsit & euenit: ſed
tamen propter hoſpitalitatis gratiã,ſimul cũ Mar-
tha manebant,quia ipſe prudẽtior ad diſpẽſandum
erat:& ideo etiã in receptione domini,ſola aliquã-
do Martha legitur nominata.Conſpice etiã ipſam
dominã,quia de dilectiſsimo filio ſuo timore per-
territa erat, nec ſe ab eo illo tẽpore ſeparabat. Et
cùm dominus defendens Magdalenã à murmure
proditoris,dicens:mittens hæc vnguentum hoc in
corpus meũ,ad ſepeliendum me fecit:an nõ credis
quòd huius verbi gladius matris animã pertranſ-
iret?quid enim de morte ſua expreſsius dicere po-
terat? Similiter & omnes alij erant perterriti, &
anxijs cogitationibus pleni,colloquentes adinuicẽ
vnus cũ altero,hincinde in ore illorũ qui habẽt do
ra & aduerſa tractare.Cõpatere ipſis,& tunc libẽ-
ter cũ eis cõuerſeris.[Cognouit ergo]per famã pu
blicã[turba multa ex Iudæis,]qui ex tota terra ve
I nerant ad diẽ feſtũ,[quia illic,] ſcilicet in Betha-
nia[eſſet Ieſus.]Bethania eñ prope Hieruſalẽ,qua
ſi ad duo milliaria erat,&ideo de facili hoc cogno
ſcere poterant:[& venerunt illuc,non propter Ie-
ſum tantũ,ſed etiã vt Lazarumviderent]ſuſcitatũ.
Viſitandi Chriſti cauſæ. In hoc innuitur duplex cauſa.Vna,propter ipſum
Ieſum reuerenter viſitandũ:alia,vt viderent Laza-
rum ſuſcitatum.Et hoc propter duo:Primò , quia
illud quod factũ circa ipſum audierant,valde mi-
rabile erat:& hoc homines videre deſiderant.Secũ
dò,quia ſperabant Lazaro referẽre aliquid de alia
vita percipere,& audire:cuius cognitionis deſide-
rium homini eſt innatũ. Curioſitas tamen magis
eos adduxit quàm charitas,nec tantum amore du-
cebantur quantũ admiratione:quia ſicut ſe cupidi-
Curioſitas Iudæorũ. tas hominũ habet,noua videre & audire cupiebãt.
Sed illa curioſitas mala non erat,ex qua ad fidem
induci poterant.Nos econtrã ſi cognoſcimus Ie-
ſum obedientis animæ domũ in qua inhabitet in-
ueniſſe:veniamus illuc contemplatione,non pro-
pter hominẽ tãtũ,quẽ in anima ſuſcitatũ videmus:
ſed vt vitã bonã imitemur,& per hoc ad viſionẽ Ie- K
ſu perueniamus.[Cognouerunt aũt principes ſa- Iudæorũ
cerdotũ,]dolentes de manifeſtatione gloriæ Chri ſtulta cogi-
ſti,[vt & Lazarum interficerent]ad occultandum tatio.
miraculum,quia multi ex Iudæis propter illum
abibant & credebant in Ieſum,conuicti ſigno ma-
ximo:& inducti ad credendum.In quo videbãtur
manifeſtè deo obuiare:ipſe enim viuificauerat La
zarum:& iſtivolebant occidere eum,ex quo& ma
xima patet malignitas eorum.Stulti & maligni Iu
dæi eũ occidere volebant,quẽ nuper dominus ſu-
ſcitauerat,acſi iterum eum reſuſcitare non poſſet.
Vnde Auguſtinus:O ſtulta cogitatio,& cæca ſæui
tia.Dominus Chriſtus,qui ſuſcitare potuit mor-
tuum,non poſſet ſuſcitare occiſum?Ecce vtrũque
fecit dominus,& Lazarum mortuum,& ſeipſum
ſuſcitauit occiſum. Vbi & Chryſoſto. Nullũ autẽ
miraculũ Chriſti,eos ita furere fecit:hoc enim mi
rabilius erat,& coram multis factum eſt : & erat
inopinabile,mortuum quatriduanũ videre ambu- L
lantem & loquentem.

## ORATIO.

DOmine IeſuChriſte,qui pro omni mũdo paſ
ſurus venire & morari in Bethania,id eſt in
domo obedientiæ,& ibidẽ cœnare voluiſti,
& caput & pedes tibi vngi permiſiſti : da mihi vt
in vera obedientia perſeuerando,per hanc tibi re-
fectionẽ facere merear ſpiritualẽ:quia tu in noſtra
delectaris,& quodãmodo paſceris obedientia.Fac
etiam me ibidẽ caput tuum,& pedes vngere:caput
quidẽ,diuinæ virtutis tuæ potentiam digna reue-
rentia & laude confitendo:pedes verò, aſſumptæ
humanitatis myſteria ſimiliter dignè ſuſcipiendo
vel caput,te Chriſtum venerando:& pedes,tuis fi-
delibus obſequendo:vt tuã gratiã cõſequar ſic agẽ-
do.Amen.

## De ſeſsione domini ſuper pullum & aſinã. Caput xxvi.

FRequentabantur myſteria,implebã- Ioan.12.
tur ſcripturæ per dominum Ieſum Matth.21.
inſtante tempore quo videbat per Marc.11.
proprij ſanguinis effuſionem mundo Luc.19.
conferre remedium.Igitur[in craſti M
num,]id eſt in die ſequenti,ſcilicet dominica,ſum
mo mane parauit ſe ad eundum in Hieruſalẽ no-
uo & inconſueto modo,ſed ſicut fuerat propheta-
tum.Imminente itaque paſchali tempore quo im
molabatur agnus:ipſe tanquam verus agnus ad lo
cum paſsionis acceſsit,pro ſalute mundi volunta-
riè immolandus:facto oſtendens quòd erat paratiſ
ſimus ſe humiliare,& obedire vſque ad mortẽ con
temptibiliſsimam & acerbiſsimam pro omnibus. Agni Pa-
Secundum Bedam:Præceptum legis erat,vt deci- ſchalis p-
ma luna primi menſis agnus,ſiue hœdus in domo raſcea.
recluderetur vſque ad decimã lunã eiuſdem men-
ſis,quando ad veſperam immolabatur:vnde & ve-
rus agnus,ex omni grege ſine macula electus,pro
populi ſanctificatione immolandus,ante quinque
dies,id eſt,decima luna Hieroſolymã aſcẽdit,vt ſic
veritas figuræ reſpõderet.Cũq; dñs Ieſus pergere
vellet:mater,vt creditur,pro affectu eũ retinebat.
Similiter & diſcipulis,& alijs intolerabile videba
tur quòd



tur quòd illuc iret,& vt poterãt eũ retrahebant.O
A deus quomodo diligebant eũ?& quomodo erat eis
amarũ quicquid lęderet ipſum.Ipſe verò aliter diſ
poſuerat, qui vniuerſorum ſalutem ſitiebat:cœpit
igitur ire,& illa parua ſed fidelis diſcipulorũ comi
tiua poſt ipſum incedere : & venir Bethphage]in
medio itineris,quæ erat viculus,ſeu villa parua ſa
cerdotum,in latere & deſcenſu ſeu decliuio mõtis
Oliueti verſus Hieruſalẽ, diſtãs vno milliario à Be
thania,quæ eſt in alio latere mõtis eiuſdem,& vno
Bethphage. à Hieruſalem:vnde Bethphage locus ſacerdotum,
bene domus buccæ ſeu maxillarum interpretatur:
quia maxilla propria erat pars ſacerdotũ in lege,
quorũ erat prædicare,& verbũ dei proponere.Sa-
cerdotes eñ qui per hebdomadam in tẽplo deſer-
uiebant,cõpleto officio vicis ſuæ,illuc ad manẽdũ
diuertebãt,vbi etiã pecora ſua alebãt.Licèt eñ nõ
habebãt hæreditatẽ ad excolendũ, habebant tamẽ
domos ad nutriẽdum animalia:& ad manendũ tẽ-
pore quo nõ vacabant cultui diuino in Hieruſalẽ.
In hoc quòd dominus venit in montẽ Oliueti, ſi-
B gnificatur,ꝙ per ſolam pietatẽ veniebat ad paſſio
Oliueti mons. nem, & nõ per neceſsitatẽ. Secundũ Hieronymũ:
iſte mons vocatur mõs olei chriſmatis,& luminis:
in quo ſignificatur triplex effectus dominicæ paſ-
ſionis,in oliua venia indulgentiæ,in chriſmatevn-
ctio gratiæ,in lumine ſplendor gloriæ.Ibi ergo do-
minus expectãs[miſit]inde[duos diſcipulos.]ſecũ
dũ Chryſoſt.& Glo.hi fuerũt Philippus& Petrus:
quorũ primus Samariã,quaſi aſinam:ſecũdus Cor
nelium,quaſi aſinæ pullum adduxit:tales enim de
bent mitti ad prædicandũ,ſcilicet qui habent agni
tionem veritatis,ſeu ſcientiã ad intelligendum:&
ſplendorẽ honeſtatis,ſeu gratiã ad docendũ.Petrus
Petrus. enim interpretatur agnoſcens.Philippus,os lampa
Philippus. dis.Miſit autem diſcipulos,quaſi diſciplinatos,pro
Duo cur miſsi. pter ædificationẽ templi:*ſed duos,propter firmi
tatemverbi:quia in ore duorũvel trium,ſtat omne
*Aliâs, exẽpli. verbum:& pluribus alijs de cauſis deſtinauit hunc
numerũ,ſicut & binos miſit ad prædicandum.Vn
de Hierony.Miſit duos,propter ſocietatem , pro-
C pter duplicem humilitatẽ cordis& corporis:&pro
pter duplicem geminã charitatẽ , dei & proximi.
Et iterum:Siue propter theoricã & practicã,id eſt
ſcientiam & opera.Vnde & Beda.Rectè autẽ duo
mittuntur,ſiue propter ſcientiã veritatis,& mun-
ditiam operis:ſeu propter geminæ dilectionis:dei
videlicet & proximi ſacramẽtum,toto orbe præ-
dicandũ.Vnde etiam Chryſoſtomus:Duos autem
miſit apoſtolos,quia per duo generalia mãdata o-
Matth.22. mne genus hominum de peccato abſoluitur.Qua
lia?diliges dominũ deũ tuum ex toto corde tuo:&
proximum tuum ſicut te ipſum.In his duobus o-
mne peccatum expellitur, & omnis iuſtitia con-
ſummatur.Aut certè illa duo:Quod tibi non vis
Matth.7. fieri,alteri ne feceris:& quod vultis vt faciant vo-
bis homines,facietis eis & vos ſimiliter . Vnde &
Remigius:Duos quippe miſit,propter duos ordi-
nes prædicatorum miſſos Iudæis & Gentibus , ſi-
ue duo ſunt præcepta charitatis,ſiue propter duo
teſtamenta,ſiue propter literam & ſpiritũ.[Et di-
xit eis:Ite in caſtellũ,]ſcilicet in Hieruſalẽ:[quod
contra vos eſt,]id eſt corã vobis eſt:& vobis ex op
poſito poſitũ ad radicẽ alterius mõtis,ſcilicet Sion. D
Hoc etiã dicit,ꝙ contradictionẽ futurã in Hieru-
ſalem cõtra apoſtolos præuidebat.Et dicit caſtel- Caſtellũ
lum,quia vſus ſacræ ſcripturæ eſt,aliquando caſtel cur Hieru
lum pro ciuitate,& ciuitatem pro caſtello ponere. ſalem.
Vel dicitur caſtellum, propter loci ſitũ & fortitu-
dinem:quia triplici muro,ac propugnaculis & for
talitijs,ad modũ caſtri clauſa erat Hieruſalem.Vel
vocat eã ſic deſpectiuè: iam enim nomen ciuitatis
amiſerat, quia ex libertate tẽporali in ſeruitutem
gentium redacta, & Romanis ſubiecta erat.Item
de libertate ſpirituali redacta erat in ſeruitutẽ pec
catorum: & de frequẽtia populorũ in paucitatem
habitatorum:& ideo dicitur diminutiuè caſtellum
Item nõ vocat Hieruſalẽ ciuitatem,quia non erat
ibi ciuiũ vnitas,ſed multiplex diſcordia inter eos,
ſed vocat eã caſtellũ,quia munita erat armis mili-
tiæ cõtra Chriſtũ.Et ſtatim,ſcilicet ante portam,
& introitũ ciuitatis]inuenietis aſinã & pullũ eius,
ſuper quẽ nullus ſedit,]in biuio & loco publico al-
ligatos,& ad miniſteria pauperũ deputatos.Mos
quippe erat in illis regionibus,vt in ſingulis ciuita E
tib⁹ & viculis,aſinus,vel quodlibet animal,ad opus
vel ad ſedẽdũ aptum,præparatũ haberetur pro pau
peribus,qui propria iumẽta nõ habebant: & ſi cui
neceſſe eſſet opere vel itinere vnius diei, eo vtere-
tur:de cuius ſuſtentatione habitatores vrbis cõmu
niter cogitabant:ſed cùm quis eo vtebatur,pro tẽ-
pore illo pabulũ ei dabat,& poſt vſum ad locũ de- Mos Iu-
terminatũ reducebat.Mos igitur iſte tunc Hiero- dæorum.
ſolymis ſeruabatur,vbi in loco publico ligata erat
aſina,& cũ ea pullus,qui pariter ad opera commu
nia nutriebatur.Nondũ enim quiſquam eũ aſcen-
derat,& qui aſina vtebatur,vtriq; de pabulo proui
debat.[Soluite & adducite mihi.]Vbi Chryſoſto-
mus:Ecce igitur quàm humile & contẽptibile ani
mal Chriſtus rex regũ elegit ad inſidendum, cùm
Hieruſalẽ ingrederetur.[Et ſi quis vobis aliquid
dixerit,dicite quia dominus,]ſcilicet omniũ, [his
opus habet:& cõfeſtim]ſine cõtradictione [dimit- F
tet eos.]Dicit enim Chryſoſt.quòd virtus Chriſti
mouit & præparauit cor domini,id eſt cuſtodis il-
lorũ animaliũ,vt mox ad verbũ eorum daret eis, Myſticè.
quãuis ignotis.Myſticè caſtellũ mundus,diſcipuli
verò prædicatores:mũdus verò eſt cõtra prædica-
tores:quia mundus amat diuitias,honores, & deli-
tias:econtrã prædicatores prædicãt paupertatem,
abiectionẽ,& aſperitatẽ.Aſina, populus Iudaicus
propter ſtultitiam:pullus,populus Gẽtilis propter
laſciuiã, & peccãdi cõſuetudinem.Dicit ergo diſ-
cipulis,[Ite]ad prædicationis officiũ,ad ſacramen
torũ miniſteriũ:[in caſtellũ,]id eſt in mũdum, qui
multipliciter impugnat deũ:ſcilicet erroribus, in
incredulis:fictionibus,in hypocritis:voluptatib⁹,in
impudicis:vanitatibus,in ſuperbis:cupiditatib⁹:in 1.Ioan.5.
auaris & ambitioſis.Vñ Ioãnes: Totus mũdus in
maligno,id eſt,in malo,igne poſitus eſt.] Q d con
tra eſt:]diſsimili cõuerſatione, tumida mẽtis ob-
ſtinatione,pudibũda oris obiurgatiõe.[ Et ſtatim
inuenietis,]quia ſine magna ſolicitudine quęren-
di:[aſinam alligatã,& pullum cũ ea] quorum,ſe-
cundum

cundũ gloſam,vnũ ad Iudæos,ſcilicet aſina:alterũ
G ad Gentes,ſcilicet pullus refertur.Igitur Iudæa ſe
cundũ deũ,& in ſpiritualibus mater eſt gentium,
Mich.4. quia de Sion exiuit lex.Ecce triplex miſeria cõdi
Miſeria triplex Iudeæ. tionis peccatorũ,quæ debet nos mouere ad quærẽ
dũ.Beſtialis ſimilitudo,quia de homine iumẽtũ eſt
factus:& ideo dicit,[aſinã & pullũ eius.]Spiritua-
lis ligatio,quia de libero factuseſt captiuus:&ideo
dicit[alligatã:]talis multitudo:quia ſtultorũ infini
Eccleſiaſtic.1. tus eſt numerus:& ideo dicit,[ſtatim inuenietis,]
vbiq; eñ occurrũt peccatores.Vt aũt dicit Chryſo
ſto.Propter quaſdã ſimilitudines animalibushis aſ
ſimilati ſunt homines,deũ,vel dei filiũ nõ cogno-
Aſinis ſimiles. ſcentes:eſt enim animal hoc immundũ,rude,ſtul-
tum,& infirmũ:ſic fuerunt homines ante Chriſti
aduentum,& alligati praua conſuetudine peccati,
quod vinculũ fortius eſt cæteris,quia licèt alia vin
cula vetuſtate putreſcant,& corrũpantur,vinculũ
tamẽ peccati ſuavetuſtate fortificatur:ſuper quem
nemo ſedit,quia nulli vult obedire:ſoluite,monitis
H veſtris ab erroribus & peccatis enodando & extra
hendo,& ſolutos oſtendendo:& adducite mihi,in
fide &moribus informando:vt ſoluti àvinculis me
ſequantur imitando:ſicut enim auis quæ portat ſe
cum vinculũ,nõ põt bene ad prædã ſuam volare,
necetiam poſt prędã ſuam poteſt currere canisvin
culatus:ſic nec peccator poſt Chriſtũ vinculo pec-
cati ligatus.[Et ſi quis vobis aliquid dixerit,] im-
pedire vos volens[dicite quia dominus] omnium,
cui omnia ſeruire debent,[his opus habet:]& ope-
ram eorũ deſiderat:non propter ſuam neceſsitatẽ,
ſed propter noſtrã vtilitatem:vult enim noſtrã cõ
uerſionem,propter noſtrã ſalutẽ.[Et confeſtim,]
id eſt ſine contradictione, [dimittet eos:] cognito
Moraliter mandato ſuperioris.Moraliter caſtellũ domino &
ſuis apoſtolis,ac ſuæ gratiæ muneribus contrariũ,
poteſt dici cor hominis peccatoris,rationibus&ex
cuſationibus quaſi muris & propugnaculis contra
deũ munitum:ac per turrim elationis,& per mu-
rum obdurationis,& per ſeram pertinaciæ firma-
Aſina ligata. tum.Aſina in eo ligata,eſt anima vinculis peccato
I rum præpedita:pullus laſciuus, eſt affectus lubri-
cus & malus:duo diſcipuli,ſunt timor & amor or-
dinatus:qui aſinam ſoluunt,dum ea peccatis abſol
uunt,& dñm deſuper ſtratisveſtibus ſedere faciũt:
dum eandẽ animã omnibusvirtutibus,& donis im
buunt.Vbi Chryſoſto.Ligata erat aſina,id eſt dia-
bolici erroris vinculo impedita,vt non haberet li-
bertatem ire quò vellet:nam omnes homines ante
quã peccemus,liberũ habemus arbitrium,ſi volu-
Aĩa ligata ꝑ ſe diſſolui nequit. mus ſequi voluntatẽ diaboli,an nõ.Quòd ſi ſemel
peccantes obligauerimus nos operibus eius:iã om
nino noſtra virtute euadere non poſſumus:ſed ſi-
cut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur,vbi tẽ-
peſtas impulerit:ſic & homo diuinæ gratiæ auxi-
lio,perditæ per peccatum,non quod vult agit,ſed
quod diabolus vult.Et niſi deus valida manu miſe-
ricordiæ ſolueriteum,vſque ad mortem in pecca-
torum ſuorũ vinculis permanebit:ergo noſtra qui
dem voluntate & negligentia alligamur : per dei
miſericordiã abſoluimur.Et ſic homo,priuſquam
peccet,liberum habet arbitriũ vtrum velit ſub re-
gno eſſe diaboli:cũ aũt peccãdo tradidit ſe ſub re-
gno ipſius,iã nõ põt de ptãte eius exire.Sed prima K
volũtas eius,in neceſsitatẽ cõuertitur.Et hoc eſt ꝙ
homines ſeculares & peccatores dicere ſolent:Nũ
quid volumus eſſe ſancti?& quis nõvult eſſe iuſtus!
ſed nõ poſſumus:verum quidẽ eſt quod dicunt,ſed
nõ habent excuſationẽ,qui primũ potuerunt non
eſſe ſub poteſtate diaboli ſi voluiſſent.Poſtquã ve-
rò poſuerunt thronũ diaboli in cordibus ſuis:iam
non poteſt eos de poteſtate diaboli eripere,niſi ſo-
lus deus.Hæc Chryſoſto.vnde Bernardus:Diffici-
lis prorſus res,& ſoli diuinæ virtuti poſsibilis,ſu-
ſceptũ ſemel peccati iugũ à ſeruis *ſuis excutere:
quoniã qui facit peccatum,ſeruus eſt peccati.Nec
etiã liberari poteſt ab iſto iugo niſi in manu forti:
hæc eſt magna miſericordia , magnis neceſſaria
peccatoribus.De qua dicitur:Miſerere mei deus,ſe
cundum magnã miſericordiã tuam.Et ſecundum
multitudinẽ miſerationum tuarũ,dele iniquitatẽ
meã.Hæc Bernardus.Studeat ergo Ieſus,à diabo-
lo vt citò eius dirumpat iugũ:quia tantò facilius L
quantò citius eius dominiũ euitatur.[Hoc aũt to-
tum factũ eſt,vt]præter humilitatis exemplũ, in
hoc facto oſtenſum,etiã[adimpleretur]conſecuti-
uè non effectiuè, [quod dictũ eſt per ꝓphetã] Za-
chariã,[dicentem:Dicite filiæ Sion,]ſcilicet ciui-
tati Hieruſalem:hoc eſt habitantibus in ea.[Noli
timere:]imò exulta & iubila,vbi dat ſecuritatem,
& excludit timorẽ humanũ & ſeruilẽ.[Ecce rex
tuus,]id eſt,Chriſtus[venit tibi manſuetus:ſedens
ſuper aſinã,& pullum filium ſubiugalis:]id eſt aſi-
næ ſub iugo & onere poſitæ & domitæ:non ſuper
vtrumque ſimul,ſed ſucceſsiuè.Et bene dicit[filiũ
ſubiugalis:]quia populus Gentiũ exemplo Iudæo
rum credidit:vel à Iudæis ad Gentesverbum domi
ni emanauit.In tali aduentu,& tam humili ſigni-
ficatur regis clementia,quæ ſubditis valde eſt acce
pta:quaſi diceret,nõ veniet in faſtu regio,propter
quod poſſet eſſe odioſus:ſed veniet in manſuetudi-
ne,propter quod eſt magis diligendus . Noli ergo
timere regis oppreſsionẽ,ſed magis exultans agno
ſce regẽ tuũ mentes regentẽ:& ad regnũ cœlorũ
perducentẽ.Secundum Chryſoſtomũ. Conſueue- M
runt homines timere reges venientes,propter no-
uitates bellorum,&exactiones,& ſeruitutes atque
iniuſta grauamina:ſed noli timere Hieruſalem,
quia iſte rexveniens non eſt talis,ſed manſuetus&
humilis:non in multitudine exercitus &equorum
ingrediens,ſed cum humili turba aſinæ inſidẽs.Si
gnũ quippe aduentus Chriſti in Hieruſalẽ ad redẽ
ptionẽ populi,fuerat in Zacharia prædictum,&ce
lebri fama diuulgatũ:videlicet quod Chriſtus ven
turus erat in Hieruſalem in paupertate & humili
tate,ſedens ſuper aſinam & pullum eius:& ideo le
giſperiti hoc videntes in ipſo completum,oſtendũ
tur contemptores ſuæ maieſtatis:quia eum non re
ceperunt,ſed magis tanquam deceptorem perſecu
ti ſunt.Hoc autem non ſolum impletum eſt,quia
erat prædictum,ſed etiam antè prædictũ eſt,quia
erat implendum.Vnde cũ dicit[vt impleretur]hîc
vt,conſecutiuum eſt,non effectiuum.Circa hoc au
tem,quod Hieruſalem dicitur filia Sion:eſt ſcien-
dum,quod

*Alij: ceruic.
Pecca... gũ a... reſol... eſt.
Ioan.
Pſal.
Zach.
Subiu... lis ...
Adue... humi... mini



dum ꝙ mõs Sion pars eſt ſublimior ciuitatis Hie-
A ruſalem verſus Meridiem,& aliquantulũ etiam ad
Occidentem:in quo erat rupes prærupta quæ Mel-
lo vocabatur:in cuius angulo quodam & colle ſatis
eminente erat arx & turris Dauid,ad quam mille
clypei pendebant: omniumq; fortiũ armatura: vbi
Dauid habitauit,& eam ciuitatem Dauid appella-
uit. Vnde ciuitas Hieruſalem dicitur filia montis
Sion:quia in eo erat fortalicium ciuitatis , ſcilicet
Turris Dauid. turris Dauid defendens & protegens ciuitatẽ,ſicut
mater filiã.Vnde canitur: Vrbs fortitudinis noſtrę
Prouer.10 Sion. Vt ergo propheta omnem excuſationẽ igno-
rantiæ à Iudæis auferret , cùm domini aduentum
prædiceret:ipſam qualitatẽ domini aduenientis oſtẽ
dit,acſi diceret:O vos Iudæi,ꝙ ille aduẽtus domi-
ni in carnem venturus eſt: his ſignis regẽ veſtrum
cognoſcite,cùm videritis eum venientẽ manſuetũ,
non ſuperbum,ſed humilem: nõ armorũ ſplendore
terribilem , vt quondã ad veſtram deſtructionem
Nabuchodonoſor & Antiochus venerunt,ſed ad re
ſtaurationem: non vt auferat à te temporale regnũ
B atq; terrenum,ſed conferens tibi (ſi credideris) cœ
leſte & ſempiternũ regnum : nõ vt ducat te in ter-
ram alienam vinctũ , ſed vt reſtituat te in propria
Tuus rex quid. liberũ,ꝙ autẽ tuus ait tale eſt, acſi diceret: [Tuus]
inquam,nõ alienus,nõ extraneus, ſed proprius tibi
promiſſus,ex te natus, & in te nutritus: & tibi,hoc
eſt ad tuam ſalutẽ & vtilitatẽ veniẽs [venit, inquã,
tibi] non ſibi,ſicut prælati multi potius veniunt ad
viſitandum propter lucrum ſuũ,quàm propter ſa-
lutem ſubditorum,ſcilicet vt ſuas procurationes ac
cipiant,magis quàm vt defectus corrigant:ꝙ verò
ſubiungit[manſuetus] oſtendit ſuã manſuetudinẽ
non ſolum in verbis,ſed etiã in ſubiugalis ſeſsione.
Vnde Chryſ. Sciens autẽ propheta malitiã Iudęo-
rum, quia contradicturi erant Chriſto aſcendenti
in tẽplum: ideo antè præmonuit , vt per hoc ſignũ
cognoſcerent Iudæi regem ſuum,dicẽs: [Ecce rex
tuus venit tibi manſuetus, ſedẽs ſuper aſinã & pul-
lum eius.] Cùm ergo videritis eũ in tẽplo ô Iudæi,
nolite dicere,non habemus regẽ,niſi Cęſarem:no-
C lite ſuperbè agere contra eum: quia rex tuus venit
Tibi venit quid. tibi,ſedẽs ſuper aſinam.Si intellexeris, tibi veniet:
ſi non intellexeris,veniet contra te,id eſt,ſi intelle
xeris veniet vt ſaluet te, & ſub pedib[9] tuis ſubijciat
gentes.Si autẽ non intellexeris,veniet vt perdat te:
& de templo ſanctitatis expellat , & aliã ſponſam
de gentibus caſtiorem inducat in cubiculum ſancti
tatis:vis cognoſcere manſuetudinẽ venientis?conſi-
dera ſpeciem aduentus eius.Non ſedet in curru au-
reo pretioſa purpura fulgẽs,nec aſcendit ſuper fer-
uidum equum diſcordiæ amatorẽ & litis: qui glo-
riæ iactantia pectus habet repletum , & gaudet ad
vocem turbæ:ſed ſedet ſuper aſinam trãquillitatis
& pacis amicam.Non autem vides in circuitu eius
ſplendentes gladios:aut cętera ornamenta armorũ
terribilium.Sed quid?Ramos frondentes, teſtimo-
nia pietatis & pacis.Venit ergo manſuetus,non vt
propter potentiam timeretur:ſed vt propter man-
Myſticè. ſuetudinem amaretur.Hęc Chry.Myſticè [dicite]
ô prædicatores [filiæ Siõ,] id eſt,eccleſię militãti:
ſicut enim Hieruſalem dicitur filia Sion , quia ab
hoc mõte ſicut à matre protegi videtur:ſic eccleſia
militans filia eccleſię triumphantis dicitur,quia ab D
ea ſicut à matre protegitur. [Ecce rex tuus venit ti
bi,] id eſt,ad vtilitatem tuã,non ſuam: [ſedẽs ſuper
aſinam & pullum,]id eſt,in præcordijsvtriuſq; po-
puli:quaſi diceret,prędicate mundo aduentũ Chri
ſti in carnem,vt cognoſcatur & credatur , vt reci-
piatur & colatur. [Euntes autẽ diſcipuli,] tãquam
veri obedientes, non refutauerunt hoc officium vt
paruum: ſed [fecerunt ſicut præcepit illis Ieſus, &
adduxerunt aſinam & pullum:& impoſuerunt ſu-
per eos veſtimenta ſua,& eum deſuper ſedere fece
Affectus præmiatur. runt.] Sic quoq;,vt dicit Baſilius,decet nos & infi-
ma opera plurimo cum affectu & ſtudio aggredi:
ſcientes ꝙ quicquid intuitu dei fit non eſt paruum,
ſed dignum regno cœlorum. Veſtimẽta apoſtolo-
rum,quibus turpitudo carnis cooperitur,& ornata
ſeſsio domino paratur: apoſtolica inſtituta & exẽ-
pla,ac doctrinam virtutũ ſignificant: quibus corda
hominum inſtruxerunt , vt deũ habitatorẽ habere
poſſent:quibus receptis à Iudæis & Gentibus,ſedit E
in eis Chriſtus: quia niſi anima his inſtructa fuerit
& ornata,deum ſeſſorẽ habere non meretur.Vnde
Veſtium ſubſtratio. Bernard.Domino quoq; ſeſſuro ſuper aſellũ,veſtes
ſuas diſcipuli ſubſtrauerunt:ſignificantes ſaluatorẽ
ſeu ſalutẽ nequaquam inſidere nudæ animæ:quam
non videlicet veſtitam inuenerit doctrina & mo-
Sedẽdi ſuper pullũ & aſinam forma & ratio. ribus apoſtolorum.Hæc Bernar.Chriſtus ergo ſu-
per aſinam & pullum ſedit,propter veritatẽ pręal-
legatę prophetię,quæ hoc expreſsè dicit.Et primò
ſedit ſuper aſinam: ſecundò poſt aduentũ turbæ de
Hieruſalem , ſedit ſuper pullũ: qui quia indomitus
& laſciuus erat,& ſuper eum nemo adhuc ſederat,
nec adhuc applicatus humanis vſibus fuerat,ꝓpter
inquietudinem & incõſuetudinem forſan recalci-
trabat:& ideo Chriſtus rex mãſuetus deſcendit: &
deinde ſuper aſinã ſub iugo domitam iterũ aſcen-
dens ſedit.Hoc autẽ factum eſt in figura , quia per
aſinã ſignificabatur populus Iudaicus, qui ſub lege
laborauerat,& iugum legis traxerat,ac multis vin
culis peccatorum alligatus erat: per pullũ populus
Gẽtilis,qui iugo legis ſubiectus nõ fuerat, nec quis F
eum iugo domini coërcuerat,ac diuerſis dogmati-
bus & erroribus ſubditus erat. Ad hoc ergo Chri-
ſtus veniebat,vt vtrũque populũ ſibi per fidẽ catho
licam ſubiugaret:ſedens autem primò ſuper aſinã,
ſecundò,ſuper pullũ , deinde iterum ſuper aſinam:
ſignificauit quia de Iudæis tranſiuit ad Gentes: &
iterum in fine mũdi de Gẽtibus trãſibit ad Iudęos,
vt poſtquam plenitudo Gẽtium intrauerit , omnis
Iſraël ſaluus fiat.Hoc myſterium etiam notatur in
delatione miſſalis à cornu ad cornu altaris. Vel ſe-
cundum gloſam:Non ad literã ſuper vtrũq; in tam
breui ſpatio ſedit,ſed ſpiritualiter intelligendũ eſt,
quia in præcordijs vtriuſque populi ſedet. Vnde &
Chryſoſto. Sedet ſuper aſinam & pullũ eius , vt &
in Iudæis ſederet,& in Gentibus.Sedere autem ſu-
per iumenta, eſt in præcordijs eorum habitare, vt
Matt.11.d. dicat illis Chriſtus: Tollite iugum meum ſuper
Cõcordia euangeliſtarum. vos,& videte quia mitis ſum & humilis corde.Nũ
eſt autem contrarietas quòd Matthæus dicit aſi-
nam & pullum : cæteri autem tantũ dicunt pullũ,
quia vnus

quia vnus quandoq; dicit, quod alius tacet & præ-
G termittit. Matthæus quidẽ ſcribens Hebræis, He-
bræorum eloquio rectè aſinam & pullũ refert, ſi-
mul domino adductos: ſciebat enim notitiã dei vẽ-
turam ad Iudæos & Gentes: ſed cęteri euangeliſtę
ſcribentes eccleſiæ Gẽtium Græco ſermone, ſolũ-
modo mentionem pulli faciunt: quia quod gentiũ
Moraliter ſalutem ſpecialiter reſpicit, attendunt. Moraliter
per aſinam pōt intelligi caro noſtra pigra, ſtolida,
laſciua: ab anteriori debilis, id eſt, ad ſpiritualia: à
poſteriori fortis, id eſt, ad temporalia: per pullum
carnalis affectus, & vanum deſiderium noſtrũ quę
ligantur, id eſt, voluptatũ illecebris irretiuntur, ſed
ea ſoluere & ſubijcere debemus, vt deus ibi ſedeat: il
Pſal.82. liq; dicamus vt iumẽtum factus ſum apud te: onus
1.Cor.6. taxa, & portabimus: & ecõuersò audiamus: Empti
eſtis pretio magno, portate Chriſtũ in corpore ve-
ſtro: per illos ergo qui aſinã & pullum ad Chriſtũ
deducebant, pœnitẽtes ſignificari poſſunt, qui car-
nem ſuam dant deo, per mortificationẽ: & animã,
per contritionẽ: ſicut enim per aſinam caro, ſic per
H pullum animus deſignatur. Ad oſtendendam ergo
ſuam humilitatem & manſuetudinem, dominus
nõ ſuper ſuperbũ & feruidũ: ſed humilis ſuper hu-
mile, & mitis ſuper mite animal ſedit: quia non in
ſuperbis & aſperis, ſed in humilibus & quietis tan-
tum requieſcit, non curru vel equis vtens, nõ ſcuti-
feros circunducens, ſed magnam vilitatem & mã-
Humilitas ſuetudinem hinc oſtendens. Ergo etiã in exteriori-
etiã in ex- bus neceſſe eſt vt humilitatem prætendas, ſi Chri-
terioribus ſtum ſequi deſideras. Igitur & in equitatura, in ve-
habenda. ſte, in cibo, in domicilio, & in omni apparatu: & ſe-
cundum Chryſoſtomũ, quia contingebat quoſdam
infirmiores exiſtẽtes ſubiugali opus habere, & hîc
menſuram nobis ſapiẽtię poſuit: monſtrãs ꝙ ſuper
equos & mulos, aut hos coniugantes ferri neceſſe
non eſt, ſed ſufficit aſino vti, & vltrà nõ procedere,
& vbiq, eo quod neceſſitatis eſt contentu eſſe. In-
terroga autem Iudęos, quis rex ſuper aſinam dela-
tus intrauit Hieroſolymam? Sed non vtique alium
I habent dicere quàm hunc ſolum. hæc Chryſoſto.
Contra Vnde dominus non legitur alibi equitaſſe, vel mu-
pælatorũ lum aſcendiſſe: ſed modò tantum aſinaſſe: & tamẽ
pompam. eadem hebdomada legitur morte turpiſſima con-
demnatus fuiſſe. Quid fiet de multis prælatis, qui
cum equorum multitudine equitant: & hoc de pa-
trimonio crucifixi & bonis eccleſiaſticis? hoc enim
eſt contra Chriſti exẽplum hîc eis oſtenſum. Item
Deut.17. eſt contra illud Deuteronomij: Cùm fuerit rex cõ
ſtitutus, nõ multiplicabit ſibi equos. Si non licèt re-
gi: quantò minus pontifici? Si nõ laico, quantò mi-
nus clerico? Si nõ de redditibus proprij patrimonij:
quantò minus de patrimonio crucifixi? Sed nõ ſu-
Cõtra ſu- perbiãt qui equis vel curribus vehuntur: quia & li-
perbientes gna, & lapides, & aliæ res viles plerunq; ſic ducũ-
de equis. tur. Vnde Chryſoſto. Quid tibi arrogas, & magna
ſapis ô homo, quoniam excelſus ſuper equum ve-
heris, quia te trahunt mularum quadrigæ? & quale
iſtud eſt: nam & ſaxa ita plerunq; & ligna geſtan-
tur. Specioſa veſte circundaris: ſed reſpice pro cul-
tu veſtium virtutum decore fulgentem, & videbis
te quidem putrefacto iam fœno ſimilimum, illum
verò arbori admirabiles fructus, ferẽti, maximãq;
præbenti cernentibus voluptatem. hæc Chryſoſt. K
Conſpice nunc bene, & conſidera quomodo domi-
nus mundi incedebat. Quãuis enim iuſtiſſimũ fo-
ret eum honorari: honoris tamen tempore talibus
dextrarijs & phaleris vſus eſt: & in hoc ſuo honore
honorabilem pompam mundi non modicũ vitupe-
rauit: non fuerunt hæc animalia ornata frenis, &
ſellis deauratis, & phaleris ſericatis, more ſtultitiæ
mundialis: ſed quibuſdam vilibus pannis & funicu
lis: cùm tamen eſſet rex regum, & dominus domi-
nantium. In hoc ergo facto vtile humilitatis exẽ-
plum dominus ſuis reliquit: ſed filij ſuperbiæ proh-
dolor parum hoc attendunt. Vnde legitur, ꝙ cùm
Heraclitus Chriſtianiſſimus Imperator: reuertens
à cæde Coſdroes regis Perſarum, per portam, per
quam Chriſtus in die palmarum intrauit, in equo
regio & ornamẽtis imperialibus decoratus ingredi
vallet, repẽtè lapides portæ deſcenderũt, & inuicẽ,
quaſi vnus paries ſe clauſerunt: ſuper quo cunctis
ſtupentibus angelus domini ſignum crucis in ma-
nibus tenens ſuper portã apparuit, dicens: Cùm rex L
cœlorum Chriſtus per hanc portã ad paſſionẽ in-
traret: non cultu regio, ſed humili aſello ingrediẽs:
humilitatis xẽplum ſuis cultoribus dereliquit, his
verò dictis angelus domini abſceſſit. Tũc Impera-
tor lachrymis perfuſus, diſcalciatus, & vſq; ad ca-
miſiam ſpoliatus crucẽ domini accipiens, vſque ad
portam humiliter baiulauit. Moxq; lapides ad ſuũ
locum redierunt, & intrantibus cunctis ingreſſum
patefecerunt. Myſticè ſecundum Remig. Saluator
noſter aſino ſedens Hieroſolymam tendit, quando
eccleſiæ vniuerſali, vel cuiq; animę fideli præſidẽs,
& eam in hoc ſeculo quaſi iumentum regit: & poſt
hanc vitam ad viſionẽ cœleſtis patriæ introducit.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte, qui ad paſſionẽ ſpon-
taneus aduenisti: adueni & mihi miſero per
gratiam in corde meo. Et qui me tunc repa-
raſti per crucem: iterũ lapſum repara per eandem
beatificam paſſionem. Largire mihi domine vt in M
omnibus humilitatẽ & manſuetudinem cuſtodiã:
ac tibi carnem & ſpiritũ totaliter ſubijciam, & vt
iumentum apud te fiam: quatenus in me ſedens, &
me quaſi iumentum regens, nunc ad intimæ pacis
guſtum, ſupernæq; pacis deſiderium ducas, & tan-
dem ad eiuſdem pacis viſionem introducas. Amẽ.

De glorioſa domini ſuſceptione.

Caput XXVII.

ET cùm appropinquaret Ieſus ad de-
ſcenſum mõtis Oliueti, multi deſcen-
dentium cum eo, ex quibus plures de
Hierico fuerant eũ ſecuti, [ſubſterne-
bant veſtimenta ſua in via: alij autẽ ce-
debant ramos] virides [de arboribus] fructiferis,
quibus mõs Oliueti conſitus eſt: [& ſternebant in
ea,] vt viã ornarẽt, & ne iumentũ in lapidẽ offen-
deret, ne calcaret ſpinã, ne laberetur in foueã. Mons
enim Oliueti mõs vberrimus eſt, & decorus, arbo
ribus plenus, & maximè oliuarũ, à quibus & nomẽ
accepit. Turba aũt multa, quę conuenit ad diẽ feſtũ
in Hieruſalẽ de omnibus tribubus Iſraël: quia oẽs
tenebantur



A tenebantur venire in Hieruſalem in paſchali ſolen
nitate: ac pueri, ac plebecula Hieroſolymorũ, cùm
ſciuerunt Ieſum aduenire, [tollentes ramos oliua-
rum & palmarũ, exiuerunt obuiam ei] reuerenter
vſq; ad montẽ Oliueti: & vt regem cum hymnis &
canticis, ac veſtium ſuarũ & armorũ ſtratione, ac
lætitia magna eũ honorificè ſuſceperunt: & ab illo
loco vſq; Hieruſalem, cũ hymnis & laudibus dedu
xerunt: canentes, gloria laus & honor tibi ſit, rex
Chriſte redemptor. Quod diuina diſpenſatione fa
ctum eſt, ad deſignandum victoriã, quam Chriſtus
erat in proximo habiturus, qua erat moriẽdo mor
tem ſuperaturus, & trophęo crucis de diabolo mor
tis principe triumphaturus. Hæc proceſſio in arca
2.Reg.6. fœderis pręfigurata fuit, qua Dauid in iubilo dedu
Lazari re xit. Poſt Lazarum ſuſcitatũ, & vnguentum ſuper
ſuſcitatio. caput Ieſu effuſum, odore famæ eius iam reſperſõ
in populo per circuitũ, præſciens ipſe turbam ob-
uiam ſibi venturã, aſcendit aſellum, vt inter applau
ſus occurrentiũ populorũ mirę præberet humilita
Miraculũ tis exemplũ. Inter alia quippe Chriſti miracula,
ſummum maximè miraculum auditũ de Lazaro ad hanc de
uotionem & honorificã obuiationem eos cõmouit:
B quia, ſecundum Aug. inter omnia miracula quę fe
cit dominus noſter Ieſus Chriſtus, Lazari reſuſci-
tatio præcipuè prædicatur. Iſtud enim euidentius
& mirabilius ſignũ erat: & ideo vltimò ipſum re-
ſeruauit, vt magis eorũ memoriæ imprimeretur.
Miraculis ergo trahebantur, qui verbis non moue-
bantur. Vbi Origenes: Pulchrè aũt turbas, laudan-
tes deũ, ad deſcenſionẽ montis occurriſſe legimus,
vt operatorẽ myſterij ſpiritualis ſignificarent ſibi
veniſſe de cœlo. Vbi & Beda: Deſcendente etiã do-
mino de monte oliuarũ, turbæ deſcendunt, quia hu
miliato miſericordiæ autore, neceſſe eſt eos qui mi
ſericordia indigent, eius veſtigia imitari. Cùm au-
tem turbæ obuiãtes perueniſſent ad Chriſtũ, facta
ſibi reuerentia pręceſſerunt, alijs ſequẽtibus ipſum:
& ſic erat Chriſtus in medio eorũ. Vnde ſequitur:
Oſanna. [Turbæ aũt quæ præcedebant, & quę ſequebantur
clamabant, dicentes: filio Dauid oſanna,] quod eſt
vox exultantiũ pariter & laudantiũ, vel obſecran-
C tium: magis affectũ indicans, quàm aliquã rem ſi-
Racha. gnificans: ſicut racha interiectio indignãtis dicitur
nihil expreſsè deſignans. vnde ſecundũ vocem, neq;
Gręcus, neq; Latinus interpretari potuit: ſed ſecun
dum ſenſum interpretãtur quædã ſaluifica, vel ſal
uum me fac. Et eſt oſanna verbũ Hebræũ, ex cor-
rupto & integro cõpoſitum. Dicitur enim oſanna,
i litera ſubtracta, quaſi oſianna: oſi ergo corruptũ,
anna eſt integrũ: oſi autem apud eos interpretatur
ſalua, vel ſaluifica, vel ſaluũ fac: & anna eſt interie-
ctio obſecrantis, ſicut apud nos heu dolentis: nam
ſicut apud nos à dolente dicitur heu, ſic apud illos
ab obſecrante dicitur anna, & valet apud nos vtinã,
quod eſt aduerbiũ optandi. Et ideo oſanna tantum
valet, quantũ vtinam ſaluemur, vel obſecro ſalua.
Et quia hæc interiectio in Latino nõ habetur elo-
Obſecro. quio: poſuit pro ea noſter Hiero. obſecro. Vnde in
Pſalm. vbi ſeptuaginta interpretes tranſtulerunt.
Pſal.117. O domine ſaluũ me fac, in Hebræo ſcriptum eſt,
anna Adonai oſianna. Quod interpres noſter Hie
ro. diligentius elucidans, ita tranſtulit: obſecro do-
mine, ſalua obſecro. Idem nanq; ſignat ô domine, D
per interiectionẽ obſecrãtis: quod, obſecro domine
per ipſum verbum obſecrationis. Eſt ergo oſanna,
quaſi oſianna, id eſt ſalua obſecro: & eſt vna dictio,
vel duæ per ſubtractionẽ vnius literæ, & ſignificat
quod aduentus Chriſti ſalus ſit mũdi: cui eñ ſalua,
ſiue ſaluifica, clamabant, vtiq; ſaluatorẽ credebant.
Vnde & cõuertendo ſermonẽ inter ſe, ſubiũgit, di-
centes, [Benedictus,] id eſt glorioſus ſit: vel, ſcd̃m
Bedam, Benedictus, id eſt ab omni peccato ſingula
riter immunis, & immunes faciẽs: [qui venit] per
carnis aſſumptionẽ, id eſt incarnatus eſt [in nomi-
ne domini,] id eſt in nomine patris & à deo patre
miſſus ad explendũ eius voluntatẽ, & ad glorifican
dum eũ, quia filius nõ in nomine ſuo, ſed in nomi-
ne patris venit: eũ glorificando, & in omnibus ope
ribus non ſuã, ſed patris gloriã quęrendo. Vnde ali Ioan.5.
bi: Ego, inquit, veni in nomine patris. In hoc ergo
confitẽtur & laudant domini aduentũ: benedictio Benedi-
namq; quę fit à nobis, in deo cõfeſsio ſola eſt: & lau ctio.
datio bonorũ, quę pręſtita ſunt ab eo. Benedictio E
verò quæ fit à deo, in nobis impletur, dum eius be-
neficijs implemur. Vbi ſciendũ ꝙ benedicere eſt Benedi-
bonũ dicere: Aliter aũt deus benedicit nobis: & ali- cere.
ter nos benedicimus deo. Deus enim benedicendo
nobis, beneficiũ nobis impẽdit, & bonos nos facit:
nam ſuum dicere, eſt eius facere: quia ipſe dixit fa
cta ſunt: nos autẽ benedicendo deo, nõ eum bonũ fa
cimus, ſed tantũmodo eius bonitatẽ confitemur &
laudamus: dicere enim hominis, nõ eſt ſuũ facere,
ſed tantũ fateri. Et addũt, [rex Iſraël.] In quo con- rex Iſraël
fitentur eius potentiã, tamen diminutè: quia crede Chriſtus.
bant ipſum regnaturũ temporaliter, & liberaturũ
eos à tributo: ipſe aũt venit ad regnandũ ſpirituali
ter, & ad liberãdum totũ genus humanũ à diabolo,
quod erat maius illo. Ad literã ergo credebant ꝙ
veniſſet regnaturus tẽporaliter ſuper eos in regno
Dauid, & redẽpturus ipſos à ſeruitute Romanorũ,
& reſtituere regnum temporale quod à Romanis
erat vſurpatũ. Cuius contrariũ ipſe dixit corã Pi-
lato: Regnũ meum nõ eſt de hoc mũdo: ſed, ſupple, Ioan.18.
de cœlo: & ideo applaudebant ei tanquã ſuo regi. F
Vnde ſubiũgunt, & benedictum, quod ſcilicet ve-
nit, regnum patris noſtri Dauid: quod ſcilicet re-
ſtitutũ eſt nunc in aduentu tuo: quaſi dicerẽt, hoc
eſt de quo dictũ eſt: Dabit illi dominus deus ſedem Lucæ 1.
Dauid patris eius. Regẽ verò eũ in teſtimoniũ ſuæ
damnationis vocauerũt: ex hoc enim patet, ꝙ pro-
prium dominũ occiderunt. Vbi Aug. Quid aũt ma
gnum fuit regi ſeculorũ regem fieri hominũ? Non
enim rex Iſraël Chriſtus ad exigẽdum tributũ, vel
ferro exercitũ armandũ, hoſteſq; viſibiliter debel-
landos: ſed rex Iſraël ꝙ mẽtes regat, ꝙ in æternũ
conſulat, ꝙ in regnũ cœlorũ credentes, ſperãtes, a-
mãteſq; perducat. Quòd ergo rex eſſe voluit Iſraël
dignatio eſt nõ promotio: miſeratiõis iudiciũ, non
poteſtatis augmentũ: qui eñ appellatus eſt in terra
rex Iudęorũ, in cœlis eſt dominus angelorum. Et
iterum: Noli timere, illũ agnoſce qui à te laudatur
& noli trepidare cùm patitur: quia ille ſanguis fun
ditur, per quẽ tuum delictũ deleatur, & vita redima
I tur. Hæc

tur. Hæc Aug. Deinde iterum verba conuertentes G ad ipſum, repetunt [oſanna,] id eſt ſalua obſecro. Bis dicunt oſanna, quia ſaluator eſt Chriſtus ſecundum naturã vtramq;: ſecundum diuinã, effectiuè: ſecundum humanã, meritoriè. Et ad ſciendum de qua ſalute intelligatur, determinãt vbi ſe velint ſaluari: ſcilicet, [in excelſis:] id eſt, in cœleſtibus, non in infimis & terrenis. Salua in excelſis, qui prius

Salus duplex.

ſaluabis ab inferis. Ecce duplex ſalus: vna in liberatione pœnę, alia in collatione glorię: vbi manifeſtè oſtenditur ꝙ aduentus Chriſti non tantũ hominũ, ſed totius mundi ſalus eſt, in cœlis & in terris, &

Philip. 2.

terrena iungens cœleſtibus: vt omne genu ſibi flectatur: cœleſtiũ, terreſtrium, & infernorũ. Chriſtus enim veniebat ad dandam ſalutẽ cœleſtem & æternam: & fortè licèt ſublimitatẽ regni æterni & temporalis pètebant, tamen neſciẽtes propheticè eum regem cœli & angelorũ prædicabant. Et hoc diuina ordinatione ſignificabatur verbis laudantium, H cùm dicebant, [oſanna in excelſis:] quod eſt ſalutẽ

Ioan. 11.

æternam à domino petere: licèt hoc non intelligerent: ſicut & Caiphas dixit mortẽ Chriſti futuram pro ſalute mundi, licèt non intelligeret quid diceret. Vbi Chryſo. Ex his ergo verbis colligimus, ꝙ deus eſt: nam oſanna, ſaluos fac interpretatur: ſalutem autẽ deo ſcriptura attribuit. Et notandũ, quia

Salus in excelſis.

ꝙ dicitur in excelſis, ſignum eſt ꝙ in inferioribus non eſt ſalus, ſed multiplex periculum: ſed in excelſis, quæ ſola cœleſtia ſunt, ſalus ſine periculo inuenitur. Vel in hoc ꝙ dicitur hîc, in excelſis: ſignificatur per primũ oſanna ꝙ Chriſtus eſt rex in terra vniuerſa per fidem & gratiã: & per hoc ꝙ hîc ad ſecundũ oſanna additur, in excelſis, ſignificatur ꝙ non tantũ in terris, ſed etiã in cœleſtibus Chriſtus regnat: quia per ipſum ea quæ in cœlis & in

Officia domino exhibita ab apoſtolis.

terris ſunt reſtaurantur. Conſideranda eſt aũt, iuxta ordinem perſonarum, qualitas meritorum. Qui enim veſtimenta ſua ſuper aſinã impoſuerunt, vt Ieſus mollius ſederet, apoſtoli fuerunt: qui ſua doctrina mentes hominũ, vt habitaculum dei eſſent, præparauerũt. Per iſtos ſignificari poſſunt, qui per ſuas exhortationes animã erudiunt, à peccatis abſtrahunt, virtutibus ornant & cõponunt, vt ſic ibi I dominus ſedeat, & quieſcat. Qui autẽ veſtimenta

A martyribus officia.

in via ſtrauerunt, ne pes aſinæ impingeret, ſancti martyres ſunt: qui dum corpora ſua, animarũ videlicet tegumenta, propter deũ ad ſupplicia tradunt, & proprio ſe carnis amictu exuunt, quaſi veſtimenta ſua ſternunt: iter ſimplicioribus ſuo ſanguine oſtendẽtes, per quod ad cœleſtẽ Hieruſalem peruenire poſsint. In via deniq; veſtimenta ſternunt, qui

Veſtimentorũ ſignificatio.

exempla martyrũ ſecuti, corpora ſua per abſtinentiam edomãt, vt domino iter ad mentẽ parent, vel exempla bona ſequentibus præbeant: quia ergo veſtimentũ animæ, eſt corpus: hoc veſtimentum ſubſternimus, aut per martyriũ, aut per ieiunium, aut etiam per boni operis exercitium & exemplũ, aut per continentiæ propoſitũ. Vel veſtimenta animæ diuerſorũ colorum, ſunt varietates diuerſarũ virtutum: quæ tunc in via ſternimus, quando ea in exemplum alijs præbemus. Fœlix illius anima, cuius virtutes cõfundunt & extinguunt in alijs vitia contraria. Veſtimenta etiam, ob aduentum Chriſti, in via ſternere, eſt antiquã conuerſationem peccati depo- K nere. Qui verò ramos de arboribus cædebãt, & ſternebant in via, vt iter aſinæ planũ & decorum redderent: ſancti cõfeſſores ſunt: qui dum verba & ſententias, vel exempla patrũ præcedentiũ de ſcripturis carpentes, in via dei, ad auditoris animũ venientis, humili prædicatione ſubmittunt, quaſi de ſpiritualibus arboribus ramos cędentes, cœleſtis patriæ iter decorãt. Vel per illos qui ramos oliuę ferebãt, ſignificantur qui circa opera miſericordiæ ſe exercitãt: oliua enim, dei miſericordiam ſignificat. Et per illos qui ramos palmarũ ferebant, ſignificãtur qui circa victoriã tentationum intendunt: palma enim victoriã deſignat. Notat autẽ Ber. hîc triplex obſequiũ Chriſto exhiberi. Primũ quidẽ à iumẽto, cui dñs inſidet. Secundũ, ab his qui veſtimẽta in via proſternunt. Tertiũ, ab his qui ramos de arboribus cędũt. Pręlati ramos de arborib9 cędũt, cùm de fide L & obediẽtia Abrahæ, de caſtitate Ioſeph, de mãſuetudine Moyſi, cęterorũq; ſanctorũ virtutibus prędicãt. Seculares verò homines veſtimẽta proſternunt in via, cùm expẽdunt in Chriſti obſequiũ, nõ ſiquidem corpora, ſed quæ adiacent & neceſſaria ſunt corporibus, quaſi veſtimenta: cùm eleemoſynas largiuntur de terrena ſubſtãtia. Religioſi ſunt iumentum, iuxta apoſtolũ, glorificantes & portantes dominũ in corpore ſuo. Hi ſunt qui dicere poſſunt, vt iumentũ factus ſum apud te, & ego ſemper tecum: omnes reliqui ex eo quod abundat ſibi mittunt, & quaſi ſine labore obſequuntur domino: ſolum verò iumentũ ſemetipſum exponit eius obſequio. Oẽs tamen (ſi ſuo quiſque fideliter intẽtus fuerit miniſterio) procul dubio in proceſsione ſunt ſaluatoris, & cũ eo in ſanctã ciuitatẽ ingrediuntur. Tres enim propheta vidit ſaluandos: Noe, in arce fabricã ramos cędentẽ: Iob, huius mundi ſubſtantiã bene diſpenſantẽ: Danielẽ, in vili edulio & labore abſtinentiæ factũ quaſi iumentũ. Cui autẽ in illa proceſsione ſit Ieſus propinquior: cui de tribus ordinibus ſit ſalus vicinior: facilè credo quiſq; poteſt aduertere. M Hæc Ber. Turbæ autem præcedentes & ſequentes vtriuſque teſtamẽti ſignificant fideles, vna voce clamantes. Pręceſsit quippe Iudaicus populus, ſecutus eſt Gentilis: & quia omnes qui fuerunt, vel ſunt fideles, in Chriſtum mediatorem dei & hominum crediderunt & credunt: & qui præeunt, & qui ſequuntur, clamant, ſalua nos obſecro. Vnde Beda: Sed qui præibant, & qui ſequebantur, clamabant, oſanna. Oſanna autem Lingua latina, ſalua nos dicitur: ab ipſo enim ſalutem & priores quęſierũt, & præſentes quærunt: & benedictum qui venit in nomine domini confitentur: quoniam vna ſpes, vna fides eſt præcedentium atque ſequentium populorum: quem enim priores noſtri ex Iudaico populo crediderunt, atque amauerunt venturum: hunc nos & veniſſe credimus & amamus, eiuſq; deſiderio accendimur, vt eum facie ad faciem contẽplemur. Vnde & Chryſ. Qui præcedebant, ſeniores erant: id eſt, patriarchæ & prophetæ cæteriq; ſancti, qui ante aduentum Chriſti de aduentu eius & prædixerunt, & cognouerunt. Sequẽtes autem, iuniores id eſt,

Obſe[quium] triplex. 1. Co[r]. Pſa[l]. Tres [sal]uandi. Teſta[men]ti ve[teris] popul[us]. Preuentes & ſequentes Chriſtum.



id eſt, apoſtoli, martyres, cęteriq; doctores, qui poſt A aſcenſum Chriſti de reſurrectione eius, & de aſcenſu, vel de operibus eius prædicauerunt & prędicãt. Et diuerſis quidem in temporalibus fuerunt, tamẽ in omnibus vnus exultationis ſpiritus fuit. Et illi quidem prophetantes, de Chriſto venturo clamauerunt: Benedictus qui venit in nomine domini: iſti autẽ laudantes clamant de aduẽtu Chriſti, iam ad

Facta chriſti media.

impleto oſanna, &c. hæc Chry. Facta etiam Chriſti, quia quaſi media inter facta veteris teſtamenti & noui ſunt, ideo tã turba quæ præcedebat, quàm ea quæ ſequebatur, eum laudabat: inquantũ facta Chriſti ſunt regula & exemplar eorũ, quæ in nouo teſtamento fiunt, & quæ à patribus veteris teſtamenti præfigurata ſunt. Vnde etiam Ber. Præcedebant aliqui, & viam domino parabãt: ipſi ſunt qui viam parant domino ad corda veſtra, qui vos regunt, & dirigunt veſtros greſſus in viam pacis. Alij ſequebantur, & hi ſunt qui propriæ inſcientię conſcij, deuotè ſequuntur, & adhærent ſemper veſtigijs

Laterales.

præcedentium. Erant quoq; diſcipuli tanquam do B meſtici lateri eius adhærentes: ipſi ſunt qui in clauſtris ſoli deo viuunt, ſemper adhærentes ei: & eius beneplacitum conſiderantes. Hæc Berna. Per iſtos etiam qui clamabant, dicentes: oſanna filio Dauid: & cætera, ſignificantur contemplatiui, qui magis deuotioni per orationem ſunt intenti. In præmiſſis ergo inſtruemur vt operibus in officijs, quæ nobis magis competunt inſiſtamus: non enim omnibus omnia competunt: & ideo in iſta proceſsione Chriſti, non vnus omnia faciebat, ſed alij aſinam & pullum adducebant: alij veſtimenta ſua eis imponebant: alij veſtimenta in via ſternebant: alij ramos cædebant: alij iubilabant, & ideo vnuſquiſq; illud officium debet aſſumere, ad quod videt magis ido-

Cant. 3.

neum ſe eſſe. Surge igitur ſaluatoris filia, tanquam vna de filiabus Hieruſalem, intuens regem Salomonem in honore, quem ſibi mater ſynagoga in eccleſiæ naſcentis miniſterium reuerenter exhibuit, vt inſidentem aſelli tergo vniuerſorum dominum, velut cum ramis oliuarum, atq; palmarũ pietatis ope C ribus, virtutumq́; triumphis iugiter comiteris. Vnde Anſel. Inſidentem aſello cœli & terræ dominũ comiteris: tantaq; fieri pro te obſtupeſcens puerorum laudibus tuas inſeras: clamans & dicens, oſanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine do-

Figura in Dauid. 1. Reg. 18.

mini. Quòd populus Chriſto cum laudibus obuiauit, hoc olim per regem Dauid præfiguratum fuit: cui populus poſt cædem Goliæ obuians laudes exhibuit. Dauid Chriſtum præfigurauit: qui Goliam id eſt, diabolũ aduerſarium noſtrum ſuperauit: Hieruſalem viſio pacis interpretatur: per quã fidelis anima deſignatur: ad hanc ſaluator noſter omni hora paratus eſt venire, & nos ei in occurſum per cõtritionẽ debemus ire. Cui etiã laudes decãtamus, quãdo peccata noſtra in confeſsione recitamus: & ramos palmarum in manibus portamus: quando corpora noſtra in ſatisfactione caſtigamus: inſuper & veſtimẽta noſtra in via ſternimus, quando tẽporalia pauperibus erogamus: & cum floribus ipſum honoramus, quãdo miſericordię operibus, & diuerſis virtutibus nos ornamus. Chriſtum Ieſum, qui venit in nomine domini benedicimus, quando pro beneficijs nobis collatis gratias agimus. Regem eum D & dominũ proteſtamur: ſi omnia opera noſtra cũ timore dei, & reuerentia operamur. [Phariſæi ergo] inuidia concitati: [dixerunt ad ſemetipſos,] id eſt, inter ſe & adinuicẽ. [Videtis quia nihil proficimus:] laborãdo & faciendo cõtra eum. [Ecce mundus totus poſt eum abit,] ſermo eſt hyperbolicus, ad exprimendũ ꝙ multi ſequebantur Chriſtũ: prophetabant: ſed neſciẽtes: per hoc enim ſignificatur ꝙ totus mundus erat eum ſecuturus. Hoc quidem ſecundum Aug. eſt verbum Phariſæorum inuidentium vt dicant, [nihil proficimus,] ſcilicet in malitia noſtra non valentes impedire eum: & ſecũdum eundem. Quid mirum & quid inuidet cæca turba, quia poſt eum abit mundus, per quẽ factus eſt mundus? Chry. autem vult, ꝙ hæc ſunt verba Phariſæorum credentium, tamẽ occultè, propter metum Iudæorum, & quòd dicunt hoc vt retraherent eos à perſecutione Chriſti: ac ſi dicerent, quantumcunq; inſidiamini, tantò hic augetur, & gloria eius intenditur. Quid ergo nõ deſiſtitis à tantis inſidijs? quod E quidem quaſi idem eſt cum conſilio Gamalielis: de quo habetur in actibus. [Et quidam de turba Pha- Acto. 5. riſæorum,] ex inuidia quam contra ipſum cõceperant, deuotionem populi ad ipſum, videre & laudẽ eius audire non valentes, [dixerũt ei: Magiſter increpa & cohibe diſcipulos tuos,] & turbas te laudãtes. Magiſtrum vocant, quẽ tamen ipſi docere volunt: quaſi dicerẽt. Si tu iuſtus & bonus eſſes, talem applauſum ſuſtinere non deberes. Vileſcat in ore tuorũ laus tua: ideo eos increpa. Vbi Beda: Mira Iudęorum demẽtia, quem magiſtrum appellandum non dubitant, quia vera docentem nouerant, huius ipſi diſcipulos quaſi melius edocti redarguẽdos autumãt: eumq́; corrigere quos inſtituit ſuadent, quẽ ſignis approbantibus deum clareſcere vident. Hæc Beda. Dolebant iſti de laudibus Chriſti. Et primò Dolor Iudæorum. de hoc, ꝙ turbæ dicebant ipſum benedictum, cùm ipſi reputarent eum peccatorem. Secundò quia turbæ dicebant eum regem, cùm ipſi reputarent eum valde ignobilẽ. Tertiò, quia turbæ dicebãt eum ve F niſſe in nomine domini, cùm ipſi reputarent eum non eſſe à deo, vel miſſum ab eo. [Quibus ipſe reſpõdit] & prophetizãdo de futuro ſe rationabiliter excuſauit. [Dico vobis, quia ſi hi tacuerint, lapides clamabũt.] Quod & factũ eſt. Nam quẽ homines vel timore, vel perfidia confiteri trepidabant: hunc duriſsima etiã elementa apertè prædicabant. Crucifixo enim domino diſcipulis, & notis eius præ timore repreſsis: & laudem Chriſti tacentibus, terra mota, petræ ſciſſæ, & monumẽta aperta, quaſi perhibẽtes teſtimonium ſanctitatis ipſius Chriſti morientis, eum deum & totius mundi dominum clamabant & proteſtabantur. In quo apparet duritia Iudæorum & hominum, quia elementa compatiuntur creatori ſuo, & recognoſcunt eum. Vel myſticè [ſi tacuerint hi,] id eſt, Iudæi, [lapides] id eſt, Gentiles ad modum lapidis duri [clamabũnt] laudes Chriſti: quod factum eſt mortuo Chriſto: quia Iudæis mutis factis à laude eius, Gentiles qui duri, ſteriles, & infructuoſi erant: ac ligna &

lapides adorabant, ad Chriſtum conuerſi ipſum lau
G dabant & prædicabant: quia Centurio & alij, qui
Mar. 15. erant cum eo, viſis tot ſignis ſanctitatẽ Chriſti con
feſsi ſunt, dicentes: Verè filius dei erat iſte: verè hic
homo iuſtus erat: quotidie Gentiles clamant, & in
Chriſti virtute laudare non ceſſant, Iudæis ex ma-
Moraliter gna parte cæcatis, & laudẽ Chriſti tacentibus. Vel
moraliter [ſi tacuerint hi,] id eſt, clerici: [lapides,]
id eſt, layci [clamabũt] & deum bonis operibus lau
dabunt, quod etiã quotidie in plerisq; videmus im-
pleri. Sed illi qui Chriſtum cum tanto triumpho ſu
Mobilitas turbæ. ſceperunt: non diu poſt cõtraria in eo fecerũt. Tur
ba enim mobilis eſt, & more fluctuum & ventorũ
mouetur: quẽ modò veneratur, contra eum poſtea
clamat & inſurgit. Vnde Bernar. Ab eodem popu-
lo, in eodẽ loco, & ipſo tẽpore, paucis diebus inter-
poſitis: primò cum tãto triumpho ſuſceptus, poſtea
crucifixus eſt. O quàm diſsimile eſt, tolle tolle cru-
cifige eum: &, benedictus qui venit in nomine do-
mini, oſanna in excelſis: quàm diſsimile, rex Iſraël
&, non habemus regẽ, niſi Cæſarẽ: quàm diſsimi-
H le, rami virentes, & crux: flores, & ſpinæ: cui prius
veſtimenta proſternebãtur aliena, ecce ſuis exuitur
& ſors mittitur ſuper ea. Væ tibi amaritudo pecca
torum noſtrorũ, propter quæ diluenda tanta ama-
ritudo neceſſaria eſt. hęc Ber. Et quamuis Chriſtus
ſæpe Hieruſalem aſcenderit, nunquã tamen aliquẽ
honorem ſibi exhiberi voluit, niſi modò cùm ad paſ
ſionẽ iuit: vt ex hoc detur intelligi ꝙ in morte ſan-
ctorũ non eſt dolendum, ſed potius gaudendũ: & ꝙ
ſua paſsio erat ſibi in gaudiũ, & in magnum feſtũ:
& perſecutiões propter Chriſtũ debemus gaudẽter
appetere, mundanos autem honores vitare: ſicut fe-
cit ipſe qui regium honorem fuit, & ad locum paſ
ſionis gaudenter acceſsit. Sed cur Chriſtus vadens
ad mortem, tantum honorem recipere voluit, cùm
Honorem cur moriturus ſuſcepit Chriſtus. aliàs honorem regium reſpueret? Ad quod dicen-
dum, ꝙ hoc ideo fecit vt ſe non meritũ pati demon
ſtraret: & vt ille qui eſt in magnis honoribus vel di
uitijs cõſtitutus, ſemper memoriam mortis habeat
quia vadit ad mortem, & nihil hinc præter ſaccũ
portabit ſecum: & qui tenet corpus ſuum in deli-
I tijs & ornatibus, cogitet quia vadit ad mortẽ, vbi
vermes corpus comedẽt & lacerabũt. Item vt doce
ret ꝙ regnum ſuũ de hoc mundo nõ eſſet, ad quod
profectò triumpho paſsionis & gloria reſurrectio-
Ioannis 6. nis peruenit. Vnde Beda: Legimus in euangelio Ioã
nis, quia refectæ de quinq; panibus & duobus piſci
bus turbæ, voluerũt rapere Ieſum, & cõſtituere eũ
regem: ſed ne hoc perficere poſſent, ipſe in mõtem
fugiendo prædicauit. Nunc autẽ vbi paſſurus Hie-
roſolymã venit, non refugit eos qui ſe regẽ faciunt
qui agmine glorifico, & hymnis dei filio ac rege di
gnis, ad ciuitatem regiã ducunt: nõ reprimit voces
eorum, qui regnum patriarchę Dauid in eo reſtau
randum, & priſcæ benedictionis dona recuperan-
da concinũt: vt quid ergo quod prius fugiendo de-
clinauit, modò libens amplectitur: regnumq; quod
adhuc victurus in mundo ſuſcipere noluit, iam exi
turus per paſsionem crucis de mundo, non negauit
ſuſcipere: niſi vt apertè doceret, quia non tempora
lis & terreni in terris, ſed æterni in cœlis rex eſſet
imperij, ad quod profectò regnũ per contemptum
mortis, & gloriã reſurrectionis, & triumphũ aſcen K
ſionis perueniret: hinc eſt enim ꝙ poſt reſurrectio
nem apparens diſcipulis, ait: Data eſt mihi omnis Matth. 28.
poteſtas in cœlo & in terra: & cætera eiuſdem loci.
Hæc Beda.

## ORATIO.

Generale gloriæ ſignum domine feciſti, quan-
do ante ſex dies Paſchæ veniens in Hieruſa-
lem, tuæ clementiæ & ſereni vultus gloriam
reuelaſti, vt occurrerẽt tibi obuiam turbæ, cum flo
ribus & palmis lętantes: & quam videbant maieſta
tem confitentes, dicendo oſanna filio Dauid: bene-
dictus qui venit in nomine domini. Præcor & ob-
ſecro domine, per ſacramẽta & opera tua, noli me
reprobare à pueris tuis: ſed oſtẽde mihi lumen glo-
riæ tuę: vt repleatur os meum tua laude, & cantem
gloriam tuam tota die. Amen.

## De fletu domini ſuper Hieruſalem, & ingreſſu in eam. Caput XXVIII.

Immiſcuit autem dominus cum præ- Ioannis 6
dicta lætitia & fletum: nec ſuæ miſe L
rationis oblitus, cùm turba deprome
ret canticum, ipſe ſuper excidium ci-
uitatis aſſumpſit lamẽtum: miſereba
tur enim eorum qui omnes homines ſaluari vult:
quod nobis non patuiſſet, niſi per aliquod humanũ
ſignum euidẽs fieret. Effuſæ enim lachrymæ ſunt Lachrymæ.
ſignum triſtitiæ: vnde iſtud euangelium in menſe
Auguſto decantatur: quia ciuitas Hieruſalẽ in iſto
mẽſe prius à Nabuchodonoſor: deinde à Romanis
deſtructa fuiſſe inuenitur. Fleuit etiam, & tanto ho
nore ſibi exhibito lachrymas voluit cõmiſcere, vt
oſtenderet, quia humana lætitia citò in fletum con
uertitur: & ꝙ omnia gaudia & honores mundi la-
chrymis, & doloribus ſunt admixta. In cœlo qui-
dem ſunt omnia pura: in mundo omnia mixta: in
inferno omnia lugubria: id eſt, flebilia: vel lutulen-
ta, id eſt, luto plena, ſordida, vel fœtida. Item ad dã
dum exemplum prælatis, quòd quando aſſumun-
tur ad honores, pro cura populi potius debent flere
ſuam imperfectionẽ, & populi defectionem, quàm M
gaudere de ſublimatione temporali. Item vt læti- Pręlati dũ præferuntur flendũ eſt.
tiam mundanam ſalubri triſtitia temperemus: eſt
enim mundana lætitia, ſicut vinum purum, quod
citò inebriat, niſi temperetur meditatione mortis,
vel recordatione aduerſi futuri. Vnde Eccleſiaſti- Eccleſiaſt cii.
cus: In die bonorũ, ne immemor ſis malorum. [Vt
ergo appropinquauit,] non ſolum corporis greſſu,
ſed etiam compaſsionis affectu, [Hieruſalem,] in
qua diu viguerat cultus diuinus: [videns] non tan-
tum oculo corporis [ciuitatem,] & exteriorem eius
pulchritudinem: ſed etiam oculo diuinitatis ipſam
impiam ciuitatem in ſuam necem conſpirantem,
præuidens eius caſum & ſubuerſionem, non de
ſua morte, quam illi machinabantur: ſed de illius
ruina & perditione: [fleuit,] ſcilicet fletu compaſ-
ſionis [ſuper illam:] tum propter mala culpæ, quæ
ibi multiplicata fuerant: tum propter mala pœ-
næ, quæ ſuper ciuitatem & populum futura im-
minebant, [dicens: Quia ſi cognouiſſes,] ſcilicet ea
quæ ego ſuper te ventura cognoſco, [& tu,] ſcili-
cet fleres



A cet fleres mecum ruinam tuam, quę modò exultas:
Flere debebat Hieruſalem. ſicut ego, inquit, fleo qui omnia video, & futura co
gnoſco: ſic & tu fleres, ſi nunc ventura videres: quæ
modò, quia neſcis quod imminet, exultas: quia fons
pietatis erat, lachrymas cõtinere non poterat: nec
ædificia planxit parietũ, ſed ſubuerſionem anima-
rum. Cur verò modò exultat, oſtẽditur cùm ſubdi-
tur: [Et quidẽ in hac die tua,] id eſt, in hac tua pro-
ſperitatis claritate, & in hoc modico tempore tibi
proſpero, in quo facies voluntatẽ tuam: aſſunt tibi
ea [quæ ad pacẽ tibi ſunt:] non pectoris, nec æterni
tatis, ſed tẽporis ſolum & modico tẽpe duraturã: &
ideo nunc gaudes, quia immenſitia non vides. Cùm
enim ſe carnis voluptatibus daret, & ventura non
proſpiceret: in die ſua quæ ad pacẽ ei eſſe poterant,
Pax mundana. habebat. Eſt namq; mundana pax, quã diligunt im
pij, vt ſine timore peccent, & liberè ſuis voluptati-
bus vacent: de qua in politicis dicitur, ꝙ rubiginem
B contrahunt, ſicut ferrũ pacem ducentes. Et attende
Dies cur ſingulariter & pluraliter dicitur. quia tẽpus proſperitatis ſignificat hîc nomine diei
ſingulariter: Poſtea verò dies aduerſitatis plurali-
ter, quia modica fuit proſperitas in comparatione
aduerſitatis. Cur autem bona præſentia ad pacẽ ha
buerit, manifeſtatur cùm ſubiungitur. [Nunc au-
tem] quaſi modico pręſenti tẽpore proſperitatis &
pacis [abſcõdita ſunt ab oculis tuis,] tam corporali
bus quàm ſpiritualibus. ſ. mala quæ ventura ſunt ti
bi: præſens enim proſperitas facit ne conſideretur
& præcaueatur futura aduerſitas: citò autẽ manife
ſtabuntur & in breui, quia gaudiũ hypocritę inſtar
eſt puncti. Si enim à cordis eius oculis mala immi-
nentia abſcõdita non eſſent, ſic læta in præſentibus
proſperis nõ fuiſſet. Cuius pœna, quæ de Romanis
principibus imminebat: adiuncta eſt, cùm dicitur.
[Quia venient dies] tribulationũ [in te,] id eſt, con
tra te: [& circundabũt te inimici tui,] ſcilicet prin-
cipes Romani [vallo] & circuitu. ſ. cõcatenatura de
lignis & palis facta: & hoc factum fuit in vindictã,
quia caput Chriſti Iudæi circundederũt ſpinea co-
rona: [& circundabunt te,] ſua potentia corporali,
& hoc in vindictã: quia Iudæi circundederũt Chri
C ſtum in horto cum gladijs & fuſtibus: [& coanguſta
bunt te vndiq;,] ſcilicet cõcludendo, & prohibendo
introitũ & exitum, ita vt nulla ſit euaſionis via: tan
ta autẽ fuit ciuitatis anguſtia, vt carnes filiorũ man
ducarent: & hoc in vindictã, quoniam ſitienti Chri
ſto acetum in cruce dederunt. [Et ad terrã proſter-
nent te,] turres & loca munitiora diruendo: & cun
cta ædificia ad terrã deijciendo, & hoc in vindictã
quia corpus Chriſti mortuũ oportuit ſepeliri in ter
ra [& filios tuos,] id eſt, Iudæos qui in te ſunt geni-
ti, ſeu habitatores tuos [proſternẽt] ad terrã: aliquos
occidendo, aliquos captiuãdo: & hoc in vindictam,
quia Chriſti filios apoſtolos perſecuti ſunt: [non re
linquent in te lapidem ſuper lapidem,] ſcilicet fun
ditus euertendo: & poſt omnia in perpetuum ſunt
diſperſi, quia noluerũt ſub alis Chriſti in fide eccle
ſiæ congregari. Cui etiam ex qua culpa fuerit pœ
na illata, ſubiungitur [eo quòd non cognoueris,]
quia malicia & inuidia excæcante, cognoſcere no-
luiſti [tempus viſitationis tuæ:] id eſt, mei aduen-
tus in carnem: veni enim viſurus, & ſaluaturus te:
quod ſi cognoſceres, & in me crederes, eſſes pacata
Romanis, & ab omnibus erepta periculis. Si enim D
tempus gratiæ in aduentu Chriſti cognouiſſent:
Chriſto credidiſſent, nec ſupradictas calamitates
ſuſtinuiſſent: ſicut omnes qui in Chriſtum credide-
runt, tunc euaſerunt. Secundum ſenſum allegori- Allegoricè.
cum, ciuitas hęc eſt eccleſia quæ tẽpore Antichri-
ſti, ſic anguſtiabitur & proſternetur, quòd pauci au
debunt ſe Chriſtianos cõfiteri: quam eccleſiã Chri-
ſtus viſitat, quandocunq; ad bonũ eam excitat. Sed
eccleſia pro maiori parte non cognoſcit hoc cum
effectu: propter quod antichriſti perſecutio ſuper
eam venit, ad purgationem electorum, & damna- Moraliter
tionem reproborum. Secundum verò ſenſum mo-
ralem, iſta ciuitas eſt anima peccatoris, ſuper quã
flet Chriſtus fletu compaſsionis. Si verò conſidera
ret anima ſtatum ſuæ culpæ, & quem ſtatum pœ-
narum in futuro expectet: ipſa cum Chriſto ſe-
metipſam plangeret. Sed peccati delectatio tollit
mortis repentinæ conſiderationem: diſtricti iudi-
cij timorem, & pœnarum inferni anxietatem: quę E
vallatur in morte, & anguſtiabitur à ſpiritibus ma
lignis, vt euadendi aditum inuenire non poſsit: &
eius filij proſternẽtur, id eſt, cogitatiões quibus pro
mittebat ſibi longam vitam, honores, diuitias: &
huiuſmodi fruſtrãtur: & non relinquetur in ea la-
pis ſuper lapidem, quia omnis ab illa cogitationum
ſuarum conſtructio diſsipabitur, eo quòd non co-
gnouerit tempus viſitationis ſuæ, cùm dominus
eam inuitaret ad emendationen vitæ. Vnde ſecun
dum Grego. quòd iuxta hiſtoriam dominus ſemel
egit, hoc quotidie per electos ſuos in eccleſia agit,
plangit enim reprobos [qui neſciunt cur plangan-
tur: ſed in malis exultant & lætantur: qui ſi damna
tionem ſuam, quæ eis imminet, præuiderent: ſe-
metipſos cum lachrymis electorũ plangerent, qui
in peruerſitate ſua diem ſuam hîc habent cum pa-
ce, quia tranſitorio gaudent in tempore, & nulla
venturæ pœnæ terrentur formidine. Supplicia au
tem ſequentia, nũc ab oculis eorũ abſcondita ſunt.
Quia futura quæ temporalẽ lætitiã perturbãt præ F
uidere refugiũt. Vnde & ſi quã eſt præſentis tp̃is,
ita eſt agenda lætitia, vt nunquã amaritudo ſequen Viſitatio domini.
tis iudicij recedat à memoria. [Venient aũt dies,]
quando ad vltionẽ & ſupplicia ducẽtur. [Quia non
cognouerunt tempus viſitationis ſuæ.] Peruerſam
enim animã deus viſitat quotidie præcepto, aliquã
do flagello, aliquãdo verò miraculo: vt & vera quæ
neſciebat, audiat: & aut dolore compuncta redeat, aut
beneficijs deuicta, malum quod fecit erubeſcat. Sed
quia ſuperbiens contẽnit, & viſitationis ſuæ tẽpus
non cognoſcit: illis in extremo vitæ inimicis tradi
tur: cum quibus in æterno iudicio dãnationis per-
petuæ ſocietate colligatur: vnde cogitandum valdè
eſt, quantũ erit nobis terribilis hora noſtræ reſolu-
tionis, qui pauor mẽtis: quãta tunc omniũ malorũ
memoria, quæ obliuio tranſactę fœlicitatis, quæ for
mido & conſideratio iudicis. Quid ergo nobis de
præſentibus ad delectationẽ debet? ꝗ ſimul cũctis
tranſeũtibus nõ valet tranſire quid imminet, quãdo
& hoc fundit⁹ finitur, qđ diligit: & illud incipit, vbi
dolor nunquã finitur. Pręter hanc ſententiã Greg.

 poſſunt

G poſſunt prædicta & aliter accipi:nam moraliter in
Peccatoris errandi modi. culpa peccator Primò vallatur, per hoſtis ſugge-
ſtionem exteriorẽ.Secundò circundatur, per inte-
riorẽ carnis impulſionẽ. Tertiò coanguſtatur,per
delectationis inflammationẽ.Quartò ad terrã pro
ſternitur,per conſenſum interiorem. Quintò filij
occiduntur per operum bonorũ mortificationem.
Sextò omnino diruitur, per peccati perpetrationẽ
Pœnę peccatoris. exteriorẽ.In pœna verò,Primò vallatur per exte-
riorem tribulationẽ.Secundò circundatur,per pro
prij corporis infirmitatẽ. Tertiò anguſtiatur,per
animi & cõſcientiæ anxietatẽ. Quartò ad terram
proſternitur,per ſalutis deſperationẽ. Quintò filij
occiduntur,per propinquorũ dolorem & deſolatio
Dæmonũ in morte tentatio. nem.Sextò totaliter euertitur,per mortẽ. In mor-
te quoq; vallatur & circũdatur à dæmonibus: coan
guſtatur à peccatis dæmones enim omnia peccata
non ſolũ operis,verumetiã locutionis & cogitatio-
nis ad memoriam ſibi reuocant:vt ad deſperationẽ
trahant:tunc etiam ad terrã proſternitur, quia cor
pus incineratur,& anima in infernum detruditur:
H & filij,id eſt, opera vel imitatores eius, vt ſint ſecũ
in pœna,ſicut fuerũt in culpa:& lapis ſuper lapidẽ
non relinquitur,id eſt,cogitatio ſuper cogitationẽ,
quæ contra eum non adducatur. Quia ſecundum
Greg. Ab anima peruerſa omnis cõſtructio cogita
Pſal.145. tionum diſsipatur:tunc enim vt in Pſal.dicitur:O-
mnes cogitationes impiorum peribunt: & omnes
machinationes ceſſabunt. Fleuit ergo nunc bonus
dominus Ieſus:ſed & ꝓ ſummæ pietatis dulcedine
reſeranda ipſe fons totius miſericordiæ non ſolum
ſemel,ſed pluries fleuit, & ex illis pijſsimis oculis
ad omnium expiationem peccatorum lachryma-
Flet⁹ Chriſti. rũ fluenta vberrimè manãdo effudit.Legitur enim
dñm Ieſum fleuiſſe Primò,ex infantuli neceſsitate
Sap.7. in natiuitate:ſcdm illud Sapientiæ: Primã vocem
ſimilẽ omnibus emiſi plorãs. vnde cantat eccleſia:
Vagit infans inter arta poſitus præſepia. Secundò,
Ioannis 11 ex immenſo amore, in Lazari ſuſcitatione, ex ni-
mia cõpaſsione.Tertiò,in hac ſolenni proceſsione.
Hæbr.5. Quartò, ex intimo dolore, in ſua paſsione preces
I cum lachrymis offerens ad deum. Hæc ſunt qua-
tuor flumina de paradiſo egrediẽtia,& totius mun
di ablutionẽ,refrigerationẽ,potationẽ, & fœcundi
tatem.Hi quatuor fletus ſaluatoris poſſunt referri
ad quatuor ſpecies fletus,quæ quaſi quatuor fluuij
paradiſi animã irrigant & fœcundant. Primus eſt
fletus,pro incolatu præſentis miſeriæ. Secũdus eſt
fletus cõpunctionis. Tertius,cõpaſsionis.Quartus,
pro dilatione patriæ.Primã fletus ſpeciẽ,ſignificat
fletus infantiæ ſaluatoris.Vnde Aug.Puer qui na-
ſcitur incipit à ploratu, lachrymæ ſunt teſtes miſe
riæ:nondũ loquitur,& iam prophetizat. Fletus in
cruce,ſignat fletum cõpunctionis,quem debent ha
bere illi qui ſunt in cruce pœnitentiæ. Vnde Aug.
Sciat ſe culpabiliter durum, qui deflet mortem a-
mici,vel damna rei temporalis,& dolorem pecca-
ti non oſtendit in lachrymis. Fletus ſuper deſtru-
ctionẽ ciuitatis,ſignat fletum quo flere debemus ſu
per miſerorũ calamitatibus, & animarũ ruinis, &
Iob 30. perditionibus. Vnde Iob: Flebam ſuper eo,qui affli
ctus erat,&c.Fletus ſuper Lazarum,qui ad vitam
erat reuocãdus:& cui gloria erat differenda:ſignat K
fletum pro dilatione patriæ. Vnde Pſal. Heu mihi Pſal.119.
quia incolatus meus prolongatus eſt.In fletu aũt do
mini,oſtenditur quantũ flere debeant qui peccant
quãdo ſic fleuit qui nunquã peccauit. Vnde Caſsio.
Vbi princeps tanta afflictione plangebat, quis illo
flente nõ fleret:eo gemẽte non gemeret? Et notan- Mala ſeptem peccatori ventura.
dum ꝙ ſeptẽ mala quaſi vẽtura ſunt peccatori, per
quæ ſi ea cogitaret,ad fletũ incitari poſſet. Primũ
eſt,ſpoliatio omniũ, quæ fit ei in morte, de quibus
nihil ſecum feret. Secundũ eſt,occurſus inimicorũ,
qui apprehendent eum inter anguſtias.Tertiũ eſt,
amiſsio ſtatus pœnitendi,& miſericordiam conſe-
quendi.Quartũ eſt,magna confuſio,cuius cõfuſio-
nis cauſa poterit eſſe operum denudatio, vel benefi
ciorũ Chriſti exprobratio,vel dei & ſanctorũ deri
ſio.Quintũ eſt,ſeparatio reproborũ ab electis. Se-
xtum eſt,excluſio à gloria.Septimũ eſt,gehennalis
pœnæ miſeria.Et valde flendũ eſt pro peccatis pro L
pter multa quæ peccata inducunt peccantibus.Per Peccata inducũt multa flenda.
peccata enim homo deum offendit, conſortiũ ſan-
ctorum & angelorũ amittit,ſuffragia eccleſiæ per
dit,animã interficit,diabolo ſe ſubijcit,& in infer-
num ſe demergit. Conſpice igitur bene ipſum do- Contemplatio.
minũ Ieſum nũc flentẽ:& ſi potes fleas cum eo: flet
enim largiter & fortiter,quia non ſimulatè,ſed ve
rè de ipſis dolebat. Corde enim amaro dolebat &
flebat illorũ periculũ æternale & excidiũ tempora
le,quia nõ cognouerunt tẽpus viſitationis ſuę:quã-
do per incarnationis myſteriũ viſitauit eos oriens
ex alto,vt ipſum dñm ac prædicationẽ eius recipe
rent, ſed magis vſq; ad mortẽ eum perſecuti ſunt.
O cor durũ væſanũ & impium,& tanquã vera vita
priuatũ omnino plangendũ:cur more phrenetici,
flente ſuper te ſapiẽtia patris,in tantis miſerijs læ-
taris & rides?Conſidera lachrymantẽ medicũ tuũ,
& vt luctum vnigeniti fac tibi planctũ amarũ.De-
duc quaſi torrentẽ lachrymas per diem & noctẽ:
non des requiẽ tibi,nec taceat pupilla oculi tui. Cõ
ſpice etiã diſcipulos, quàm libẽter & diligenter va
dunt ſemper iuxta eum, cum timore tamẽ & reue
rentia.Ipſi ſui barones & milites,comites,domicel M
li,& dexteratores.Nec debes credere ꝙ ipſo flente
alij ſe potuerint à lachrymis continere.Nobis fra-
tres iſtæ lachrymæ dñi fiũt vt magiſtrũ imitemur:
& ab hoc tãto præceptore noſtro diſcamus quid in
noſtrorum inimicorũ morte,& ruina agere debea
mus.Vnde & ipſe ait: Diligite inimicos veſtros:be Lucæ 6.
nefacite his qui oderũt vos,& orate pro perſequen
tibus vos,& calũniantibus vos:non tantũ muros ci
uitatis perituræ,ſed & animarũ ruinã & perditio-
nẽ flebat Ieſus:nobiſq; exemplũ dabat quid in tali
negotio facere debeamus,cùm peccatorẽ aliquẽ in
æternã damnationẽ ruere videmus: de tali enim
domini noſtri Ieſu Chriſti exempla ſequentes,nos
quoq; flere debemus:& tantò amplius flere, quãtò
ipſe de ſeipſo flere ignorat.Si enim ſuas infirmita-
tes intelligeret,& calamitates quæ ei ſuperuentu-
ræ ſunt cognoſceret vtique & ipſe plus alijs de ſe
fleret. Iſte fletus domini compatientis ciuitati de
miſeria, quæ illi imminebat præfiguratus fuit
olim in lamẽtationibus Hieremię,qui deſolationẽ
eiuſdem



eiuſdem ciuitatis,per Romanos futuram,deflebat:
A ſic & nos in afflictione proximorum,etiã inimico
Compaſſionis virtus. rum,ex cõpaſsione flere debemus:exemplo Chri-
ſti,qui cõpaſſus eſt ſuis inimicis. Plus eſt compati
afflictis,quàm bona tẽporalia erogare:& impoſsi-
bile eſt illum gratiã & miſericordiam nõ mereri,
qui ſcit afflictis cõpati, & eorum peccata deflere.
Intrauit ergo Ieſus Hieroſolymã,cum iſto trium-
Porta aurea. pho & honore turbarũ,per ſupradictam portã au-
ream,quæ eſt ad pedes templi,à parte vallis Ioſa-
phat.Hoc ſecundum Chry.ipſe faciebat,non pom-
pam quandam oſtendẽs:ſed & prophetiã implens,
& diſcipulos,propter mortẽ contriſtatos,cõſolans:
& mõſtrans quoniã hoc pati volens. Vbi Rabanus:
Congruẽtis temporis introitus domini Hic introitus eius in Hieruſalem fuit ante quinq;
dies Paſchæ:vbi notanda eſt cõcordia, non ſolum
in rebus,ſed etiam in tẽporibus veteris & noui te-
ſtamenti. Decima enim die menſis primi agnus,
qui in Paſcha immolaretur,domũ introduci iuſſus
eſt: quia & dominus decima die eiuſdem menſis:
hoc eſt ante quinque dies paſchę,ciuitatẽ in qua pa
B teretur,erat ingreſſurus. [Et cùm intraſſet Ieſus
Hieroſolymã,] vt exhiberet ſalutẽ: [commota eſt
vniuerſa ciuitas,dicens:quis eſt hic?]per hoc ſigni-
ficatum fuit ꝙ intrante Ieſu in Hieruſalem cœle-
Pſal. 23.a. ſtem,angeli dicturi erant,quis eſt iſte rex gloriæ?
Vnde Origenes:Sed & quando intrauit Ieſus Hie-
roſolymam verã:admirantes virtutes cœleſtes,di-
cebãt:Quis eſt iſte rex gloriæ?Hęc Origenes.Di-
cebãt ergo[quis eſt hic:] quaſi dicerẽt, iſte non eſt
talis ac tantus ꝙ talia deberẽt ſibi exhiberi. Mira-
bantur enim turbæ frequentiã, neſcientes de eo ve
ritatem:cui obuiam cũ laudibus occurrunt. Vnde
Laudatio Chriſti per Iudęos. Chry.Meritò cõmouebantur,videntes rem mirabi-
lem.Homo laudabatur quaſi deus, ſed deus lauda-
batur in homine:puto aũt ꝙ nec ipſi qui laudabãt,
ſciebant quid laudabãt:ſed ſpiritus ſubitò ingreſſus
in eos,neſciente anima, veritatis verba fundebat.
Hæc Chry.Principes itaq; ſacerdotũ, & maiores
indignabantur de reuerentia Chriſto exhibita: &
ob hoc tota ciuitas dicitur eſſe cõmota: quia factũ
maiorum,dicitur eſſe factũ totius ciuitatis, vel al-
terius cõmunitatis. [Populi autem,] id eſt ſimpli-
C ces & vulgares,quaſi rationẽ de contrario redden-
tes,[dicebãt:hic eſt Ieſus propheta à Nazareth Ga
lilææ:]imò dominus prophetarum,& ideo ſcilicet
meritò debet honorari. Ecce cõfeſsio dei à minori
bus incipit,vt ad maiores perueniat. Vbi Hierony.
Alijs autẽ ambigentibus vel interrogantibus, vilis
plebecula cõfitetur, [quia hic eſt Ieſus propheta à
Nazareth Galilææ.]A minoribus incipiunt,vt ad
maiora perueniant: prophetam enim eum dicunt,
quem Moyſes ſui ſimilem dixerat eſſe vẽturum: à
Nazareth aũt Galilææ,quia ibi educatus fuerat: vt
flos campi nutriretur in flore virtutũ.Hæc Hiero.
Et poſtquam dominus ingreſſus eſt Hieruſalem,re
miſit animalia ad locũ ſuum. Memoriã huius pro-
ceſsionis dominicæ,recolit eccleſia illa die. Egre-
diuntur enim fideles cũ ramis,quaſi obuiam domi-
no,extra muros vel ſepta, vſque ad crucem aliqui
vadunt: in qua & ramos quos geſtant affigentes
Galat.6. deponunt,quaſi diceret eccleſia: Mihi autem abſit
gloriari,niſi in cruce domini Ieſu Chriſti. Quan-
doque autẽ ideo eunt,& vſque ad crucem:quaſi ſic D
oſtendatur eis non eſſe ſperandum in quantalibet
gloria mũdi: quia extrema gaudij luctus occupat: Prou.14.
& deinde cũ cruce in ciuitatẽ regrediuntur,pro ea-
dem ſignificatione illa die gaudio proceſsionis ſub
ditur euangelium dominicę paſsionis:fortè quia &
dominus exultationi inſeruit lamentũ,& nos pro-
ceſsioni paſsionẽ:quia paſsio fuit cauſa euerſionis,
pro qua fleuit.In proximo ergo bella acturus, & Triũphus Chriſti.
de hoſtibus triũphaturus, cum triũpho & gloria,
& ad impiam ciuitatẽ,& ad locum certaminis do-
minus venit: & certus de victoria ante bellũ, quod
fieri non ſolet,triumphũ ſuſcepit:vnde & rami pal
marum, cũ quibus glorioſè ſuſceptus eſt, propin-
quam victoriã ſuper principem mũdi ſignant.Ho-
die ergo mater eccleſia, duas recolit proceſsiones.
Prima fuit, quia Iudæi Chriſtũ à monte Oliueti, Proceſsiones duæ diuerſæ.
vſque Hieruſalem cũ ramis oliuarũ & palmarum,
& magnis canticis aſſociauerunt: & iſta proceſsio
magnæ reuerentiæ,& honoris fuit:& hanc eccle- E
ſia in euangelio hodierno reprę ſentat. Secũda eſt,
quia Iudæi Chriſtũ ab Hieruſalem ad montẽ Cal-
uariæ,cũ magnis opprobrijs & irriſionibus dedu-
xerunt:& iſta proceſsio fuit magnæ ignominię &
doloris:& hanc reprę ſentat eccleſia in paſsione ho
dierna.In iſtis proceſsionibus oſtenditur magna in
Iudæis multiplicitas voluntatis. Nã in prima cum
magna reuerentia & deuotione ipſum ſupra aſel-
lum poſuerunt.In ſecũda ipſum cũ magna ignomi
nia in patibulo ſuſpenderũt. In prima,veſtimenta
ſua in via ſtrauerũt:in ſecunda, Chriſtũ ſuis veſti-
bus expoliauerunt.In prima ramos oliuarũ & pal-
marum ſibi obuiã portauerunt: in ſecunda ſpinas
acutiſsimas eius capiti affixerunt.In prima appel-
lauerunt eum regẽ:in ſecunda negauerunt eũ, di-
centes:non habemus regẽ niſi Cæſarem. In prima Ioan.19.
appellauerunt eum ſaluatorẽ dicentes: oſanna, id
eſt ſalua obſecro:in ſecunda negauerũt ipſum ſal-
uatorem:ꝙ dixerunt qui ſeipſum ſaluare nõ pote-
rat.In prima dixerunt ipſum eſſe benedictũ: & in
nomine domini,ſcilicet patris veniſſe in mundum:
in ſecũda dixerunt ipſum eſſe malefactorẽ:& ideo F
ſe tradidiſſe eũ,& crucis patibulo affigendũ. Ecce
quanta inſtabilitas in iſtis fuit: quia quem tantum
honorauerunt,poſt modicum ignominioſè tracta- Proceſsionis cauſæ.
uerunt.Sed propter gloriæ proceſsionẽ, maiorem
habuit ex conſequenti vituperio confuſionẽ. Vnde
Bernar.Quid fuit quòd proceſsionẽ habere voluit,
qui mox futurã nouerat paſsionem?Proceſsio qui-
dem meritò reprę ſentatur hodie, quia hodie facta
fuit. Paſsio verò cur addita eſt, quam ſexta feria
conſtat eſſe ſecutam?fortè vt amarior eſſet paſsio,
quam proceſsio præceſsiſſet. Et iterum: Non ſine
cauſa tam noua proceſsio mira quadã coniunctio-
ne additur paſsioni. Nã proceſsio plauſum habet:
paſsio verò planctum. Videamus quid conferat
iſta coniunctio. Vtique vt diſcamus in nulla vn-
quam huius ſeculi lætitia habere fiduciam: ſcien-
tes quoniam extrema gaudij luctus occupat:ſed in
die bonorum, non immemores ſimus malorum.
His enim mixtum eſt præſens ſeculum, non ſecu-

G lari‍ us tantum,ſed etiam ſpiritualibus viris. Ideo
Actuũ 1. qui cœpit prius facere quàm docere:non modòver
bis,ſed etiam exemplis oſtendens,quia omnis caro
Eſa.40. fœnum,& omnis gloria eius quaſi flos fœni : pro-
ceſsionisvoluit gloria ſublimari,quando ſibi immi
nere cognouit diem ignominioſiſsimæ paſsionis.
1.Cor.2. Spiritualibus autẽ ſpiritualia comparãtur: in pro-
ceſsione quidẽ,cœleſtis patrię reprę ſentamus glo-
riam:in paſsione verò,monſtramus viam. In pro-
1.Theſſ.4 ceſsione rapiemur in nubibus obuiã Chriſto in aë-
ra,quando ſuſcipietur in cœleſti Hieruſalem Chri
ſtus dominus,applaudentibus & acclamãtibus vn-
dique populis vtriuſq; teſtamẽti , quaſi qui præce-
debant & qui ſequebãtur : benedictus qui venit in
nomine domini. In proceſsione conſideraſti quò
properandũ ſit , diſce in paſsione quò eundum ſit.
Tribulatio enim pręſens,via vitę eſt:via glorię,via
regni.Tolerabilem proinde laborẽ paſsionis , red-
dit gloria proceſsionis:quoniam amanti nihil eſt
difficile.Hæc Bernar.

ORATIO.

H DOmine Ieſu Chriſte , qui verbo & exemplo
magis docuiſti nos flere quàm ridere : obſe-
cro te per beatiſsimas lachrymas , & omnes
miſerationes tuas,doce me vt peccata mea & peri-
cula imminẽtia ſemper videam & cognoſcã:ne ini
mici mei,ſcilicet dæmonũ ſuggeſtiones,tempora-
lium rerum pulchritudines,& carnales voluptates
circũdent,coanguſtẽt,& ad terrã proſternant me:
ne filios,ſcilicet ſenſus,cogitatus,& actus meos,&
ordinem virtutum deſtruant:vt inde laudem te,&
confitear nomini tuo altiſsime. Amen.

## De eiectione vendentium & ementium de templo. Cap. XXIX.

Matt.21. VEnit autem Ieſus directè ad tẽplum
& intrauit in ipſum.Vbi nota quòd
Templũ. templũ accipitur aliquando pro do-
mo tẽpli , quod diuidebatur in duas
partes:vna pars vocabatur ſanctum,
vbi prope oſtium ſanctiſanctorũ erat altare in‍cen
ſi,ſeu thimiamatis,auro tectũ:mẽſa propoſitionis,
& candelabrum:alia pars erat ſanctumſanctorum,
I vbi erat arca teſtamẽti,& duo cherubin.Illam par
tem quę dicebatur ſanctum,intrabant quotidie ſa-
cerdotes ad offerendũ incenſum,& nulli alij.Intra
ſanctumſanctorũ ſolus ſummus pontifex intrabat
Altare holocauſtorum. & ſemel in anno. Aliquando aũt accipitur tẽplum
largè,pro quadam platea quadrata ante templum,
muro clauſa:& dicebatur atrium ſacerdotum , vbi
ſub diuo erat altare holocauſtorũ ęre coopertum:
& iſtud intrabant nõ ſolum ſacerdotes , ſed etiam
Leuitę eos in excoriatiõe, & ablutione hoſtiarum
& conſimilibus adiuuantes:vulgares autem homi-
nes illud nõ intrabant, ſed ad oſtium illius atrij ani
malia viua ſacerdotibus offerebant.Iſta aũt duo lo
ca non intrauit Chriſtus,quia nõ erat ſacerdos,nec
leuita.Sed pręter iſta duo loca erãt adhuc duo alia,
vbi homines ſub diuo in oratione erant , & in vno
viri,& in alio mulieres orabant,& iſta atria voca-
bãtur nomine templi:& de hoc dicitur ꝙ Ieſus in-
trauit in templum dei:ac Petrus & Ioannes aſcen-
Acto.3. debant in templum ad horã orationis nonam.[In-
trauit autem Ieſus]protinus[in templum,]præci-
puè propter tria.Primè,ſecundum Bedam,vt doce K
ret nos formam religionis, quam ſequamur: ſcili- Introitus domini in templum cauſæ.
cet vt quocunque pergimus , primò domum ora-
tionis,ſi ibi eſt,adeamus:& per orationes deo com
mendati,ſic ad agenda negotia ſecedamus.Secũdò,
quia locus publicus erat,vbi poſſet inueniri: oſten-
dens ſe non inuitè,ſed ſponte pati. Tertiò, vt oſten
deret quòd ruina vrbis & populi,pro qua fleuerat,
maximè ex ſacerdotũ culpa fuit:& inde radix per
ditionis proceſsit.Hoc profectò innotuit,cùm poſt
malorum imminentium enarrationem protinus
templum ingreſſus eſt,vt de illo vendẽtes & emen
tes eijceret:in ſignũ quòd ſacerdotes, tanquam in-
digni eſſent de tẽplo & officio eijciendi.Sicut enim
templum eſt in ciuitate,itavita ſacerdotũ in plebe.
Vnde ſecũdum gloſam:Simonia ſacerdotum,cauſa Simonia deſtruxit Hieruſalẽ
fuit deſtructionis Iudæorũ.Sacerdotes enim auari
tiæ ſuæ cõſulentes,in porticibus & in atrijs templi
hoſtias cuiuſcũque generis vendebãt:ne venientes
victimas nõ habentes nihil offerrent,ſi hoſtias prę
ſtò nõ inuenirent : & hoc faciebant vt vendita ite-
rum oblata reciperent:& ne pauperes nõ ſolum ho L
ſtias,ſed & vnde emerent non habentes, excuſatio-
nem pecunię nõ habitæ prætenderent : poſuerant
ibi nummularios,qui mutuam ſub cautione & ſpe
alicuius doni pecuniã darent : ſed quia lex non pa-
tiebatur vt à fratribus ſuis vſuras acciperent : ideo
quod nõ audebant dare ad vſuram,dabant nomine
collibiorũ,vt ſic pro nummularijs collibiſtas face-
rent.Collibia aũt dicuntur apud eos vilia munuſcu Collibia.
la,vt ciceris,& vuę paſſę & pomorũ, & his ſimilia.
Collibiſtę igitur licèt pro illa accõmodatione pe-
cunię , nõ reciperent pecuniam vltra ſortem:reci-
piebant tamen munera vel xenia , quaſi quod in
nummo non licebat , in his rebus quæ nũmis coë-
muntur liceret : quod prohibuit Ezechiel , dicens:
Vſuram & omnẽ ſuperabundantiam nõ accipietis. Vſura palliata.
Sic & hodie multi prædictis ſunt ſimiles,vſurã &
ſimoniam ſub nomine charitatis , vel gratitudinis Munera accipere.
palliãtes. Valde periculoſum eſt munera accipere:
quia hoc eſt libertatẽvendere. Vnde Seneca: Quę-
dam gratuita nobis vidẽtur , quæ chariſsimè con- M
ſtant:pro quibus noſmetipſos impẽdimus,quę eme
re nollemus ſi nobis domus noſtra pro illis eſſet
danda:ſi amœnũ aliquod fructuoſúmue prędium:
ideo nihil eſt cuiq; ſe vilius. Noſtri eſſemus, ſi iſta
noſtra nõ eſſent : quiſquis noſtrũ tutã agere vitam
volet,iſtaviſcata beneficia deuitet,in quibus miſer
rimi fallimur.Sapiens cùm primò videt munuſcu-
la,à theatro ſurgit,& ſcit magna paruo cõſtare:vi-
lem prędã,magno incõmodo luimus. Beneficium
accipere,libertatem vendere eſt. Hæc Seneca . vbi
Chry.Hoc erat propriũ boni filij , vt veniens pri- Templũ primò petendum.
mò ad domũ curreret patris,& illi honorem redde
ret qui genuit eum. Et tu imitator Chriſti factus
cùm in aliquam ingreſſus fueris ciuitatẽ , primùm
ante omnem actũ ad eccleſiã curras:& hoc erat bo Medici boni eſt habere pręcipuã curã de ſtomacho.
ni medici , vt ingreſſus ad infirmã ciuitatẽ ſanan-
dam,primũ ad originẽ paſsionis intenderet.Nam
ſicut de templo omne bonũ egreditur:ſic & de tem
plo omne malum procedit. Quemadmodum me-
dicus quando primùm ingreditur ad infirmum,de
ſtomacho



ſtomacho eius interrogat , & eum cõponere feſti-
A nat:quia ſi ſtomachus ſanus fuerit, totũ corpus va-
lidum erit:ſi autem diſsipatus fuerit,totum corpus
infirmum eſt:ita ſi ſacerdotium integrũ fuerit,tota
eccleſia floret:ſi autẽ corruptum fuerit , fides mar-
Cor & ſtomachus. cida eſt.Cor enim & ſtomachus , ſacerdotiũ intel-
ligitur:quia in rebus ſpiritualibus per eos totus po-
pulus gubernatur. Sicut enim cor ſapiẽtię locus eſt:
ita ſacerdotes receptacula ſunt ſapientiæ ſpiritua-
lis.Et ſicut ſtomachus accipiens cibũ , coquit eũ in
ſemetipſo,& per totũ corpus diſpergit:ſic & ſacer-
dotes accipiunt ſcientiã ſermonis,per ſcripturas,ex
deo:& coquentes eã in ſe:id eſt,tractantes & medi-
Sacerdotũ cura. tantes apud ſe:vniuerſo populo ſubminiſtrant. Vi-
dete ergo ſacerdotes quomodo vos componatis in
verbo & opere , quoniã ſicut in corpore ſi aliquod
infirmatum fuerit membrũ , non omnino languet
& ſtomachus:ſi autẽ ſtomachus langueſcit, omnia
membra inueniũtur infirma:ſic ſi aliquis Chriſtia-
norum peccauerit, nõ omnino peccant ſacerdotes:
ſi autem ſacerdotes fuerint in peccatis,totus popu-
B lus conuertitur ad peccandum.Ideo ſi vnuſquiſque
Chriſtianorũ pro ſuo peccato dat rationẽ,ſacerdo-
tes autem non tantũ pro ſuis:ſed & pro omniũ pec
catis daturi ſunt rationẽ. Vidit arborẽ pallentibus
folijs marcidam:intellexit ſtudioſus agricola,quia
læſionem in radice habet. Nã verè quemadmodũ
cùm videris arborem pallentibus folijs marcidam,
intelligis quia aliquã culpam habet erga radicẽ:ita
cùm videris populũ indiſciplinatũ & irreligioſum,
ſine dubio cognoſce quia ſacerdotiũ eius nõ eſt ſa-
num.hæc Chryſ. Valde ergo deflendi ſunt clerici
quando cadunt:quia eorũ caſus eſt magis periculo-
ſus. Vnde Chryſ. Nihil intãtum deſtruit eccleſiam
dei:ſicut clericos laicis eſſe deteriores. Cernẽs ergo
dominus in domo patris ſui negotiationẽ ſeu latro
cinium iſtiuſmodi: ardore ſpiritus concitatus,fecit
ſibi flagellum de funiculis , & eiecit ipſe dominus
templi vendentes & ementes de tẽplo,cum hoſtijs
ſuis:& menſas trapezitarum,& cathedras venden-
tium columbas euertit : nec aliquod vas deo nõ di-
C catum & ſacratum,mercandi gratia per templum
Vaſa à domino proſcripta tẽplis. transferri permiſit. Interdixit quidẽ de vaſis mer-
cationis,& humanis vſibus applicandis:nõ de vaſis
deo dicatis:quia vaſa diuino cultui deputata, debe-
bant ibi,& non alia eſſe. Ergo nec cophini, vel alia
vtenſilia cõmunia, per eccleſiam debent deportari.
Vnde Beda: De vaſis dicit illis,quæ mercandi gra-
tia inferebantur.Cæterùm abſit,vt vaſa deo dicata
dominus eijceret de templo, vel introferri prohibe
ret in templum: ſed potius vbi futuri ſibi examinis
inſignè prætendit exemplũ, immunda & propha-
na eliminat vaſa de tẽplo , ac ne amplius inferãtur
prohibet,quando non ſolũ de eccleſia omnes repel-
let,ac deturbabit reprobos : verũetiam ne vltrà ad
turbandam eccleſiam intrent æterno eos verbere
compeſcit. Sed & in præſenti hæc eſt vera domus
domini:id eſt,cordis fideliũ purificatio,vt non tan-
tum peccata,quæ inerant, diuinitus immiſſa com-
Eiectio ſecunda acrior. punctio tollat:ſed etiã ne vltrà repetãtur, diuina in
eis gratia perſeuerans adiuuet . hæc Beda. Et hæc
fuit ſecũda eiectio. Bis enim legitur dominus hoc
feciſſe,ad ſignificandum , ꝙ eijciendi ſunt tales ab
eccleſia militante per ſententiam , & à triũphante D
per pœnam. vbi Theophilus: Hoc etiam dominus
fecit in principio prædicationis ſuæ:& nunc iterũ
illud fecit quod ad crimen & in maximam redar-
guitionem Iudæorum redundat: quia non fuerunt
ex priori admonitione caſtigati : & cùm dominus
hoc toties fecerit,ipſi minimè ſe correxerũt. Vnde
Chryſo. In quo minor eſt excuſatio Iudæorũ:quo-
niam cùm bis hoc idem feciſſet, morabantur tamẽ
in ſua dementia.hæc Chryſo. Vnde in prima eie-
ctione eiecit tãtum vendẽtes:& ex hoc nobis datur
fiducia impetrãdi: vt quid enim vellet dominus ibi
nos orare.niſi ipſe vellet nos audire? hîc autem du-
rius agendo,etiam ementes qui numero erant plu-
res.In prima etiã expulſione, eos appellauerat ne-
gotiatores: ſed vt ſtatim patebit , hîc acrius repre-
hendendo,appellat latrones: dans per hoc exemplũ
prælatis, ꝙ durius debẽt arguere ſecundũ peccatũ,
quàm primùm : quia grauius eſt (cæteris paribus)
ratione ingratitudinis. Hîc etiam & in prima eie-
ctione maior ſerioſitas , & rigor & auſteritas de E
Chriſto exprimitur,quàm nuſquã alibi de eo legi- Auſteritas in hoc facto Chriſti.
tur:quia ſecundum Chryſoſtomũ,in proprijs iniu-
rijs eſſe quẽpiam patientem, eſt laudabile:iniurias
autem dei diſsimulare,nimis eſt impiũ. Vnde Chri
ſtus iniurias ſuas patienter ſubſtinuit: iniurias autẽ
patris ſui nullatenus diſsimulauit. Hæc flagellatio
& eiectio malorum de tẽplo,olim pręfigurata fuit
in Heliodoro, qui cùm audacter manu armata tẽ- Heliodorus.
plum intraſſet,vt illud ſpoliaret: quidam aduenię-
tes eum flagellauerũt, & tanquã mortuũ relique-
runt. Heliodorus flagellatus fuit propter tẽpli ſpo-
liationem,Iudæi propter vſuræ palliationẽ.Mora- Moraliter
liter autẽ per hunc actum Chriſti datur intelligi,
quòd deus quotidie ſuam eccleſiam intrat, & qua-
liter ibi vnuſquiſq; conuerſetur attẽdit. Caueamus
ergo ne in ea riſibus & fabulis vel alijs illicitis va-
cemus: ne improuiſus veniens nos flagellet, & de
eccleſia ſua ac demũ de regno eijciat & expellat.
Nam qui peccata peccatis addit, quaſi funem quo
hîc vel in futuro flagellatur,vel ligetur, connectit. F
Prou.5.d. Funiculi ergo quibus mali eijciuntur , ſunt incre-
menta actionum malarũ,quia funiculis peccatorũ
ſuorum vnuſquiſque conſtringetur. vnde Auguſti.
Ergo quando aliquid patiũtur propter iniquitates
ſuas,hi qui vel fictè bonũ,vel apertè malè faciũt in
eccleſia: agnoſcãt quia dominus fecit flagellum de
reſticulis peccatorũ ſuorũ , & admonet eos vt mu-
tent ſe,ne ſint negotiatores:ne tandẽ audiant,ligate
illis manus & pedes, & proijcite in tenebras exte-
riores.hæc Augu. In hoc ꝙ dominus expulit de tẽ-
plo boues,& oues,& nũmularios, & vendentes co-
lumbas euertit,myſticè deſignatur ꝙ prælati con-
ſtanter debent reprimere hypocritas,pelles ouinas
ſimulantes,tyrannos cornu ſuę potentię bonos vẽ-
tilantes: vſurarios & ſimoniacos dona ſpiritus ſan-
cti, quæ per columbam intelliguntur , vendentes.
Maximè autem ex hoc facto domini enormitas ſi- Simoniaci expellendi.
moniacæ prauitatis oſtenditur:quia nuſquam alibi
corporaliter reſtitiſſe,& alios impuliſſe vel eieciſſe
narratur. Si igitur eum in hoc quoq; imitari volu-

mus,ſi non aliter poſſumus,etiã violenter ſimonia-
G cos ab eccleſia pellere debemus:ſi tamen vires ſup-
petant quibus hoc ſine eccleſiæ detrimento facere
valeamus. Audite hæc ſimoniaci, audite negotia-
tores nephandi:aut à negotijs ceſſate, aut de tẽplo
exite. Vos nummularij eſtis, vos columbas & gra-
tiam ſancti ſpiritus venditis,vos ſine nũmo & pre-
tio nihil agitis. Omnes quidem ſimoniaci à tẽplo
dei vel ante humanos,vel ante dei oculos eijciũtur,
Clerici ſecularibus dediti. & dei dono priuãtur. Similiter clerici & religioſi,
qui in tẽplo dei ſunt deputati:ſi ſecularibus, & ter-
renis negotijs ſe implicent,meritò eiectionẽ à deo,
& eius indignationẽ timere debent. O quãta mala
gerunt hodie in eccleſia:quę ſi dominus inueniſſet,
vtiq; grauiter tunc puniuiſſet. vnde Beda: Eiecit cõ
mercia rerum humanarum de domo illa,in quã di
uinas tantũ res agi, hoſtias & orationes deo offer-
ri,verbum dei legi,audiri, & decantari preceptum
erat. Et quidẽ credendũ eſt:quia ea tantũ vendi vel
emi repererit in templo, quæ ad miniſteriũ neceſ-
ſaria eſſent eiuſdem tẽpli:iuxta quod aliàs factũ le-
H gimus, cùm idem templũ ingrediens inuenit in eo
vendentes & ementes oues,boues, & colũbas:quæ
nimirum omnia non niſi vt offerrẽtur in domo do
mini,eos qui de lon gè venerant ab indigenis cõpa-
rare credẽdum eſt. Si ergo dominus nec ea volebat
in templo venundari,quæ in tẽplo volebat offerri:
videlicet propter ſtudium auaritiæ,ſiue fraudis,qđ
proprium ſolebat eſſe negotiatorum facinus:quãta
putas animaduerſione puniret,ſi inueniſſet ibi ali-
quos riſui,vel vaniloquio vacantes:aut alij cuilibet
vitio mancipatos? Si enim ea quæ alibi liberè geri
poterant,dominus in domo ſua (videlicet tẽporalia
negotia) geri nõ patitur:quantò magis ea quę nuſ-
quam fieri licet plus cœleſtis iræ merẽtur,ſi in ędi-
Moraliter bus deo ſacratis aguntur?hæc Beda. Moraliter tẽ-
pore iſto ſancto, appropinquante paſchate Iudæo-
rum,id eſt,confitentiũ, [aſcendit Ieſus Hieruſalẽ,]
id eſt,cor humanũ vel animã ſanctam, & deuotã,
per gratiæ ſublimationem eleuatam: nam Hieru-
ſalem in alto ſita eſt. Vnde dicitur,aſcendit. Tem-
I plum in Hieruſalem, eſt eminentior pars animæ:
puta ſuperior pars rationis,quæ ſoli deo & ęternis
debet intendere : illuc aſcendit deus per effectũ ſa-
cramenti,vel etiam ſua præſentia ſpirituali animã
Quatuor ex templo animę pellenda. viſitãdo. Sunt autẽ quatuor præcipuè quę Chriſtus
in templo ſpirituali nõ patitur, deſignata per qua-
tuor quæ inuenit in templo materiali & ſunt qua-
tuor defectus etiam in viris religioſis quandoq; re-
perti. Primùm, eſt nimia ſolicitudo temporalium
in acquirendo ipſa & conſeruãdo: hoc ſignificatur
per æs quod Chriſtus effudit de templo. Non autẽ
ſolicitudo temporalium ſimpliciter prohibetur:ſed
nimia:& ne in templo ſit,id eſt,in mente quæ ſolis
æternis debet vacare. Vnde quando temporalia in
hoc tẽplo habentur, peccatur mortaliter:quia crea
tura ponitur loco creatoris, & tẽporalia loco eter-
norum. Secundũ eſt,incautus vſus temporalium,&
incircunſpecta conſideratio de euitandis periculis:
quod ſignatur per bouem,qui cùm libenter herbas
comedit,quandoq; nociua in herbis abſconſa deuo-
rat & deglutit. Sic plerunq; accidit cùm vtimur tẽ-
poralibus,volẽdo accipere id quod eſt neceſſarium:
quia latet ſub neceſſitate ſuperfluitas & voluptas. K
Tertiùm eſt, timor inordinatus & ſtolidus : quod
ſignatur per ouem,in qua plus abundat priuatio in- Ouis.
tellectus quàm in alijs quadrupedibus : & ſi tẽpore
tonitrui remanet ſola & fuerit impregnata, abor-
tit præ timore. Sic homines nimis timidi,abortiũt
fructum profectus ſpiritualis. Quartum eſt,inex-
peditio, vel tarda progreſsio,in expletione operum
virtuoſorum:& hoc ſignificatur per columbã,quæ
nimis deliberat de volatu,collum vndiq; circunfle-
ctendo & circunſpiciendo ad quam partẽ ire velit:
ſed ſæpe interim ſagitta eam percutit,vel accipiter
rapit : ſic accidit hominibus pigris & inexpeditis.
Sed talia à Chriſto in ſuo ingreſſu à templo animę Funiculus flagelli triplex.
expelluntur:facit enim flagellũ de funiculis tribus,
quorum primus eſt infirmitas corporalis: ſecũdus,
tribulatio cordialis:tertius,ex inſtinctu diuino ad-
monitio ſpiritualis. Hoc flagello Chriſtus prędicta
quatuor ab anima fugat & eijcit : & nihilominus
cathedras & menſas euertit, ne facilem ingreſſum
habeat: [& dixit eis,] quos de tẽplo eiecerat, [Scri L
ptum eſt,] ſcilicet in Eſaia : [Domus mea,] id eſt, Eſaiæ 56.
nomini & cultui meo dedicata [domus orationis
vocabitur,] non rapinæ vel furti, nõ negotiationis
& vanæ locutionis,vel ſpectaculi. Et ex hoc datur
nobis magna fiducia impetrãdi. Vt quid enim vel-
let dominus ibi nos orare,niſi ipſe vellet nos exau-
dire?In hoc oſtendit ſe illis deũ eſſe quia templũ ſo
lius dei eſt domus. vbi Ambr. Deus enim templum
ſuum non mercationis vult eſſe diuerſoriũ: ſed do-
micilium ſanctitatis. Et Origenes:In quo non de-
bent vẽdere & emere : ſed orationibus tantũ vaca-
re,qui congregantur in domo orationis. Nemo er-
go,vt ait Augu. in oratorio aliquid agat,niſi ad qđ
factum eſt:vnde & nomẽ accepit. Sed heu nũc do-
mus dei,domus diſſolutionis & cupiditatis põt vo- Spelunca latronum.
cari. Ideo ſubditur: [Vos autẽ feciſtis illam ſpelun-
cam latronum:]latrones enim non curant niſi de
lucris temporalibus, quocunq; modo acquirant:&
ideo in ſpeluncis ſe abſcondũt. vnde Greg. Domus
orationis, ſpelunca latronum facta fuerat : quia ad M
hoc in templo aſsiſtere nouerant,vt aut non dantes
munera ſtuderent corporaliter perſequi, aut dãtes
ſpiritualiter necare. Templum quoq; & domus dei
eſt ipſa mens,atq; conſcientia fideliũ. Quæ ſi quã-
do in læſione proximi,peruerſas cogitationes pro-
fert:quia in ſpelunca latrones reſident. Et non iam
domus orationis, ſed ſpelunca latronis eſt, quando
relicta innocentia & ſimplicitate ſanctitatis, illud
conatur agere, vnde valeat proximo nocere. Hæc
Grego. Spelunca latronum, dicitur eſſe locus, vbi
ſpolia quæ latrones rapiunt congregantur : & hoc
fecerunt ſacerdotes de tẽplo : quia non curabant de
cultu dei, ſed magis de excoriatione populi: & hoc
per aſtutias varias & exquiſitas. Similiter & hodie
clerici plus curant de ſuo lucro, quàm de eccleſiæ
ſeruitio. Sicut enim magni latrones in ſpeluncis
ſuis exiſtentes,quando ſciunt tranſire aliquos parũ
habentes,non exeunt de ſpeluncis:ſed mittũt famu
los ſuos ad expoliandum illos : quando verò ſciunt
tranſire homines multum pecunioſos, currunt
illuc



illuc de primis ad illos. Sic multi canonici & cleri
A ci,quando ſciũt lucrũ magnum,currunt ad eccle-
ſiam:ſed quãdo lucrũ eſt modicũ,remanent in do-
Eccleſiæ vſus quadruplex. mibus, & ſe ſubtrahunt, ac clericos ſuos ad eccle-
ſiam mittũt. Et nota quadruplicem vſum eccleſię:
quia primò eſt domus recõciliationis,quod pœni
tentes:ſecundũ illud Geneſis,non eſt hîc aliud,niſi
Gene.28. domus dei & porta cœli. Secũdò,orationis, quoad
proficiẽtes:ſicut dicitur hîc. Tertiò, inſtructionis,
quoad perfectos:ſecundũ illud Eſaię: Venite aſcen
Eſaiæ 2. damus ad montẽ domini,&ad domũ dei Iacob,&
docebit nos. Quartò, iubilationis & laudis, quoad
Pſal.67. omnes:ſecũdũ illud Pſal. in eccleſijs benedicite deo
Pſal.83. & illud,Beati qui habitãt in domo tua dñe. Sed fit
Latrocinium quadruplex. ſpelũca latronũ, ſecũdum quadruplex latrociniũ:
vel ſcripturarũ,quando corrũpuntur,vt ab hæreti
cis:vel gratiarũ,quãdo ſacramenta vendũtur, vt à
ſimoniacis:vel præbẽdarum,quãdo emũtur, vt ab
ambitioſis:vel pecuniarũ,quãdo malè expendũtur
B vt à voluptuoſis. Vel ſecũdum Hierony. Latro eſt,
& templũ dei in latrocinium,ſeu latronũ ſpecũ cõ
Lucrum à clericis ſectãtes. uertit,qui lucrum de religioſis ſectatur. Hoc lucrũ
ſectantur aliqui per ſtudium ſcientiæ,vt quæſtua-
rij aduocati:aliqui per fortitudinem potentiæ, vt
nobiles:aliqui per oblationem munerum,vt diui-
Ioan.10. tes mũdi. De his omnibus dicit Ioannes: Quotquot
venerũt,fures ſunt & latrones. [Et acceſſerũt ad eũ
cæci & claudi in templo,]teſtes vocis & laudis pue
rorum,[& ſanauit eos:]vt quod pueri clamabant
verbis & ore,ipſe oſtenderet factis & opere,quaſi
etiam teſtis ipſorũ. Clamabãt enim oſanna,id eſt,
ſaluifica:quibus per opera reſpondit,quia ſalutem
tribuit. Ac ſi diceret:Bene clamatis ſaluatorẽ:quia
Moraliter ecce do ſalutem. Moraliter cæci ſunt ignorantes,
claudi verò rectitudinem iuſtitiæ dimittentes : &
iſti curantur per Ieſum,& per bona conſilia & hor
Honor nõ repreſſit iuſtitiam. tamẽta ſectatorũ eius. Conſidera nũc quòd domi-
nus cum magno honore receptus,propter exhibi-
tam ſibi reuerentiam non dimiſit iuſtitiam:quia
mox templũ intrauit,& omnes vendentes & emẽ
tes inde eiecit:nec propter ſeueram iuſtitiam omi
C ſit ſuã miſericordiã,quia mox cæcos & claudos ſa
nauit:propter quod datur intelligi,quòd iudex &
prælati propter impenſum ſibi fauorem,nõ debẽt
dimittere iuſtitiæ rigorem:nec propter rigorẽ iu-
ſtitiæ,debent dimittere dulcedinem miſericordię.
[Vidẽtes autẽ]& admirantes [principes ſacerdotũ
& ſcribæ mirabilia quæ fecit Ieſus,]in tantæ mul
titudinis de templo eiectione,in cæcorum & clau
dorũ ſanatione,& pueros clamãtes in tẽplo,ipſum
ſcilicet eſſe verum Chriſtum,& dicentes:oſanna fi
lio Dauid(ipſi enim pueri & cæteræ turbæ cũ lau
dibus Chriſtum vſque in templũ deduxerũt)moti
cõtra ipſum rancore& inuidia,indignati ſunt:quia
mali de laude bonorum dolere conſueuerunt. Vbi
Chryſoſto. Qui ingrediebatur vt homo,laudaba-
tur vt deus. Qui celabatur in carne,demonſtraba-
tur in voce. Quẽ malitia ſacerdotũ,quaſi hominẽ,
blaſphemabat:hunc innocentia paruulorum,quaſi
deum,exaltabat. Quantum autem ille glorificaba
tur,tantum ſacerdotes inuidia torquebantur:& il-
lius honor fiebat illis tormentum. Sic enim eſt res,
quando boni in ſua virtute laudantur,mali in ſua
inuidia cruciantur. Hæc Chryſoſtomus. Cumque D
manus non auderent timore populi in eum inijce-
re,nec miracula manifeſta impugnare:arguebant
tamen eum de applauſu quẽ ſuſtinebat circa ſe,&
teſtimonium populi atque puerorum clamantiũ,
oſanna filio Dauid,vertebant in calumniã: p vide
licet hoc non dicitur niſi ſoli filio dei. Vnde dixe-
runt ei,[audis quid iſti dicunt?] Quaſi dicerent:Ta
lem laudem de te meritò nõ deberes ſuſtinere:quia
ſi tu iuſtus,& bonus eſſes,talem gloriam & applau
ſum declinares. Vbi Chryſ. Et nimirũ hoc Chriſti
erat dicere ad eos:Nõ auditis qđ hi dicũt?Sicut em̃
deo cantabant illi pueri. Et iterum & vos videtis
quæ ego facio. Illos loquentes attenditis,& me fa-
cientem non conſideratis. Ego factis interpretor
voces illorum. Hæc Chryſoſto. Ieſus autem dixit
eis:[Vtiq;]ſcilicet audio,& audire debeo:quia hoc
eſt ex diuina præordinatione,ſecundum quod ſcri Pſal.8.
bitur in Pal.[Nunquid enim legiſtis ibidem : Ex E
ore infantium & lactentium perfeciſti laudẽ.]Et
bene dicit,perfeciſti,laus enim inchoata fuit à tur-
bis in via. Profert autem de Pſalmo exemplum,vt
tacẽte domino teſtimonium ſcripturarũ firmaret
dicta puerorũ:quaſi diceret, Vos qui eſtis legiſperi
ti,debetis ſcripturam hanc ſcire:& per conſequẽs
me non reprehendere. Vbi Chryſoſt. Intelligimus
quia infantes dicebantur,non ætate,ſed ſimplicita
te cordis. Infantes enim latentes nec intelligere ali Infantes.
quem,nec laudare poſſunt. Lactentes enim dicebã
tur,quoniã quaſi lactis ſuauitate,ita mirabiliũ de-
lectatione excitati,clamabãt ſicut ſcriptum eſt:ſed
exaltaui animam meã:ſicut ablactantes ſuper ma- Pſal.130.
trem ſuam:Lac enim dicitur opus miraculorum: Lac.
quia miracula nullum laborem videntibus ponũt,
ſed videntes admiratione delectant,& ad fidẽ mol
liter inuitant. Panis autem eſt doctrina perfectæ
iuſtitiæ,quam accipere non poſſunt,niſi exercita-
ti ſenſus circa res ſpirituales. Hæc Chryſoſtomus.
Et omnis ſimplex doctrina lac dicitur:quia dele-
ctat,& faciliter capitur,ſicut lac ſine dolore gen- F
tium ſugitur.

## ORATIO.

Generale terroris tui domine ſignũ feciſti,quã
do flagello de funiculis facto oẽs de tẽplo eie
ciſti:prætendens in oculis flãma tuæ diuinita
tis,precor & obſecro dñe te,da mihi te terribilem
præſentẽ attendere,vt ſancto te timeã timore. Ma-
gna enim ſunt iudicia tua domine & inſcrutabilia:
quæ cũ conſidero,contremiſcũt omnia oſſa mea:
quoniã non ſecuratur homo viuens ſuper terram:
ſed in futurũ omnia reſeruãtur incerta,vt ſemper
ſeruiamus tibi piè & caſtè in timore,& exultemus
tibi cum tremore. Amen.

## De duobus minutis viduæ,& de phariſæi& publicani oratione. Cap. x x x.

Et ſedens Ieſus contra [gazophyla- Luc.21. & Marci 12.
cium,]id eſt diuitiarum repoſitoriũ,
[aſpiciebat eos qui mittebant,]& po-
nebant munera ſua,] id eſt, oblatio- Gazophylacium.
nes in illud. Erat autem gazophyla-
cium arca,foramen deſuper habẽs,iuxta altare ad
dexteram

dexteram poſita,in qua mittebatur & ſeruabatur
G pecunia pro ſuſtentatione ædificiorū tēpli,& alijs
quæ erant ad templū & miniſteriū neceſſaria:nec
nō pauperibus & viduis inde nutriendis,ac pro ſa-
cerdotibus & miniſtris.Dicitur autē gazophyla-
tium porticus,vbi tales arcæ & oblationes ſeruabā
tur:de quo etiam alibi in euāgelio dicitur:Hæc lo- [Ioan.8.]
cutus eſt Ieſus in gazophylatio,docēs in tēplo.Vn-
de Beda:Quia ſermone Græco phylaxe ſeruare di
citur,& gaza lingua Perſica diuitiæ vocātur:gazo
phylacium locus appellari ſolet,quo diuitiæ ſeruā
tur,quo nomine & arcam in qua donaria populi
cōgregabantur ad vſus tēpli neceſſarios,& porti-
cus in quibus ſeruabantur appellabant.Hęc Beda.
Et cùm multi diuites multa mitterent,[vidēs quā
dā viduā pauperculā mittētem ærea minuta duo,]
id eſt,duos nūmos æreos,valentes quadrantem,ſeu
quartam partem ſicli,ſcilicet obolos quinque quos
cum ſudoribus ad diuturnū victū acquiſierat,[di-
xit]diſcipulis quòd plus omnibus miſiſſet:quia mi
H ſerat de penuria ſua,& ſibi neceſſaria omnia quæ
habuit,& totū victum ſuū:id eſt,omnia neceſſaria
corpori,ſine quibus non eſt viuere,ſe de cætero in
totū cōmittens deo.Alij verò ex ſuperabundanti ſi
bi & ſuperfluo miſerunt:quod nō debebant retine
re,ſed erogare.Non dicit ꝙ miſerūt quod abūdat:
ſed ex eo quod abūdat illis,& ex abūdanti:ad deno
tandum quòd nō dederūt totū ſuperfluum,ſed par
tem modicā.Sacerdotes quippe qui erant auari,
[Munerum pretia.] docebant quòd ille qui plus offerebat in tēplo,abſo
lutè loquendo,plus habeat de merito:quod falſum
eſt:quia quantitas meriti non accipitur ſecundum
quātitatē doni abſolutè,ſed per cōparationē & fa-
cultatē dantis,& promptitudinem ſuæ voluntatis
&deuotionis.Vnde ſecundū doctrinā ſacerdotum,
multi diuites iactabāt munera multa& magna:ſed
ſecundūChriſti ſententiam vidua hæc pauper plus
omnibus miſit:nō abſolutè loquēdo,ſed cōſiderata
facultate & bona volūtate ſua: nō effectu pōderis,
ſed affectu deuotionis:nō plus in quantitate,ſed in
I charitate,vt dicatur plus, quia ampliori deſide-
rio & feruore,quod enim potuit,miſit:& quod nō
potuit,deſiderauit:itē plus cōparatione, quia totū
dedit:item plus dati qualitate,quia de ſibi neceſſa-
rio: item plus diuina acceptatione, quia Chriſtus
[Vidua plus dediſſe proba- tur cęteris] plus approbauit. Præfertur ergo diuitibus vidua
paupercula: quia plus eſt pauperi dare modicum,
quàm diuiti dari multū: ſicut plus eſt puero ferre
pōdus paruū,quàm forti viro ferre magnū:&deus
plus attēdit dantis affectū, quàm donū:& plus pon
derat quātitatem deuotionis quàm muneris. Vnde
Hieronymus: Nō quātum,ſed ex quanto,dederis,
conſiderat deus.Et Greg.Cor nāq; & nō ſubſtātiā
penſat deus,nec perpēdit quantū in eius ſacrificio:
ſed ex quāto proferatur.Vnde etiā Chryſoſtomus;
Non etiā paucitatem oblati: ſed copiā affectus in-
tuitus eſt deus.Quod ſi nequis tātum offerre,ſicut
& vidua:offer ſaltē totū ſuperfluum.Hæc Chryſo
ſtomus:Si autem bina minuta, quæ vidua miſit in
arcam,plus omnibus muneribus deo placuerūt:ſic
amor dei & proximi omnia vincit,qui ſemper in
arca cordis ſeruari debet:per duo etiā minuta ani-
mam&corpus accipere poſſumus,quæ deuotè deo K
offerre debemus.Moraliter autem hæc vidua pau [Moraliter]
per,dici pōt pſona ſimplex carēs diuitijs &ſcriptu
rarum notitia:quæ tamen apud deū plus meretur
orationibus,& vita,quàm potētes in temporalibus
& magna ſciētia.Vnde cū Auguſt.legiſſetvitāPau
li ſimplicis,dixit:Simplices & indocti rapiunt cœ
lum,& nos cū literis noſtris demergimur in infer
num.Iſta quoq; vidua ſignat cuiuſlibet fidelis ani-
mā,quæ nūc debet ſe reputare viduam quandiu'eſt
ab amplexibus ſponſi ſui Chriſti ſeparata: & ſicut
vidua ducit ſemper vitam lugubrem,& induit ve-
ſtesviduitatis ſuæ:ſic anima deuota debet eſſe in lu
ctu pœnitentiæ,& corpore & mente in humilita-
te.Hæc debet offerre Chriſto duo minuta:ſcilicet
affectum compaſsionis verbi & facti:& quandoq;
verbū compaſsiuum bene valet factum,& quādo-
que melius eſt quàm datum.Vnde Theophilus:Vi
dua iſta anima hominis eſt,relinquēs Satanam,cui L
fuerat adiūcta,quæ mittit in tēpli ærario duo mi-
nuta,carnem ſcilicet & mentem:carnem quidem,
per abſtinētiam:mentemverò,per humilitatem:vt
ſic audire valeat quòd totum victū ſuū poſuit,ni-
hil de ſuo relinquens mundo.Vbi & Beda:Hic no- [Animus deo acce- ptus.]
bis locus moraliter quidem intimat,quàm ſit acce
ptabile deo,quicquid bono animoattulerimus.Iux
ta verò leges allegoriæ,diuites Iudæos deſignāt de
iuſtitia legis elatos.Vidua pauper,eccleſiæ ſimpli-
citatem deſignat,quæ rectè paupercula vocatur:
quia vel ſuperbiæ ſpiritum,vel concupiſcentias tē
poralium:vel peccata tanquam mūdi diuitias abij
cit.Vidua verò,quia vir eius pro ea mortem pertu
lit,hęc in gazophylacium ęra mittit minuta:quia
in conſpectu diuinę maieſtatis cū dilectione dei&
proximi,ſeu fidei orationiſq; munera defert:quæ
conſiderata ꝓpriæ fragilitatis minuta,ſed merito
pię deuotionis accepta,cunctis ſuperborūIudæorū
operib⁹præſtāt:ex abūdantia ſibi Iudæus mittit in
munera dei,qui de iuſtitia ſua præſumēs hęc apud
ſe orat,quaſi non apud deū:deus 'gratias ago tibi, M
quia non ſum ſicut cæteri hominū raptores,iniu- [Lucæ 18.]
ſti.Omnem autem victum ſuū eccleſia in dei mu-
nera mittit:quia omne quod viuit,non ſui meriti,
ſed dei eſſe muneris intelligit dicens:Deus propi-
tius eſto mihi peccatori.Hæc Beda.[Dixit autem [Ibidem.]
tunc Ieſus & ad quoſdā ], quaſi ſingulares,& ſe a-
lijs præponentes,[qui in ſe confidebant,]& de pro
prijs meritis præſumebant[tanquam iuſti,]pro o-
peribus ſuis exterioribus,[& aſpernabantur cæte-
ros]tanquā iniuſtos,& ſic dupliciter ſuperbiebāt:
ſcilicet quia de meritis confidebant,& quia cæte-
ros deſpiciebāt,ideo iuſti non erāt:quia humilitatē
ſine qua nullus iuſtus eſt,non habebāt:parabolā de
phariſæo apparente iuſto,& publicano peccatore
publico aſcendentibus in templū & orantibus.In [Publican⁹ & phari- ſæus oran tes.]
templum aſcendebāt:quia templum in alto ſitum
erat,& aſcenſum quindecim graduū habebat,[vt
orarent,]quia hîc eſt finis debitus 'eundi ad eccle-
ſiam,ſcilicet ad orandum ,non ad confabulandū,
non ad vanitates vidēdū.Phariſæis quippe loqueba [Phariſæi.]
tur dominus:qui inde phariſæi,id eſt,diuiſi dicun-
tur,quia apparentes iuſti,ſe præ cæteris meliores
eſſe



eſſe putabāt.His autē vnum phariſæum dūs appo-
A ſuit,in quo quaſi in ſpeculo cæteri quales erant vi-
dere potuiſſent.Et fortaſſe idē ipſe præſens ibi erat
de quo dominus iſta dicebat.Vbi Theophilus:Cau
ſa igitur confidētium in ſe,nō autē totū attribuen
tium deo,ſed ob hoc cæteros contēnētium,parabo
lam proponit:oſtēdens quòd iuſtitia quāuis homi-
nē approximet deo,ſi tamen aſſumat ſuperbiā,ad
infimū deijcit hominē.Eſt autē ſuperbia,dei con-
tēptus.Quoties enim aliquis nō deo,ſed ſibi aſcri-
bit bona quæ facit:quid eſt aliud quā dei negatio?
[Phariſæi iactantia.] Hæc Theophilus.Phariſæus ſuperbus ſe iactabat,
& iuſtificabat:alios accuſabat,& ſe eis præferebat
dicēs:[Deusgratias ago tibi,quia nō ſum ſicut cęte
ri hoīm.Ieiuno bis in ſabbato:]id eſt,in ſeptimana:
[decimas do oīm quæ poſsideo.]Hæc autē ſunt in
dicia ſuperbiæ:quā deus à longè cognoſcit,ſed non
ignoſcit.De vtraque parte iuſtitiæ ſe laudat:qua-
rum vna eſt declinare à malo,altera facere bonū.
De prima ſe laudat dicens,nō ſum ſicut cæteri ho
B minū.De ſecunda dicēs,ieiuno bis in ſabbato:Pha
riſæus ergo bene dicitur quaſi diuiſus,quia geſtu,
habitu & conuerſatione erat à cæteris diſtinctus,
Vnde dicebat,[non ſum ſicut cæteri homines:]&
verum dixit,nō quidem in iuſtitia,ſed in ſuperbia
Malè quippe incepit:debuit enim incipere à ſui ac
cuſatione:ſecundū illud Prouer.Iuſtus in princi-
[Prouer.18.] pio accuſator eſt ſui:in medio ſupplicare,& orare:
in fine,gratias agere.Sicut ſacerdos facit in miſſa
ſua.Primò enim accuſat ſe in generali confeſsiōe.
Secundò,deum ſuppliciter deprecatur multiplici
oratione.Vltimò deo regratiatur dicēdo,ite miſſa
eſt:vel,benedicamus dño:& reſpondetur,deo gra-
tias.Ipſe autē nō ſe accuſauit,ſed laudauit:non deū
rogauit,ſed laudāti inſultauit,nec gratias agendo
dei dona,ſed ſua merita penſauit.Publicè quidē ar
guere vitia omnibus licet:nulli autē,niſi paucis,vt
ad certā perſonā deſcēdant:in quo phariſęus repre
hēſibilis erat,ſecundum Bedā. De verbis elati pha-
riſæi,quibus humiliari meruit,poſſumus è diuerſo
humilitatis formā,qua ſublimemur,aſſumere:vt ſi
cut ille cōſideratis & peiorū vitijs & ſuis virtuti-
C bus eſt elatus ad ruinā:ita nos nō noſtra ſolum pi-
gritia,ſed & meliorū virtutibus inſpectis humilie
mur ad gloriam.[Et publicanus]humilis[à longè
ſtans,]propter timorē,quaſi nō eſſet dignus,appro
pinquare]nolebat,nec oculos in cœlū leuare,]pro-
pter pudorē:quia iudicabat ſe indignum præ vere
cundia peccatorū,quaſi pro peccatis nō audēs reſpi
cere cœlum:[ſed percutiebat]propter cōtritionis
dolorem[pectus ſuum ,]tāquam totius mali origi
nem:[dicens,]per humilem cōfeſsionem,[Deus]
qui omnia potes [ propitius eſto mihi peccatori.]
[Humilitatis indicia.] ecce ſui accuſatio, & pura cōfeſsio, & iſta faciunt
ad peccatorum remiſsionē.Hęc enim ſunt indicia
humilitatis,quā deus de propè aſpicit & cognoſcit.
Meritò autē pectus percutiebat:quia ibi peccaue-
rat,vbi fons & fouea & origo mali erat. Ibi enim
eſt cor,bonorū omnium atque malorū ſecretariū.
Inde omnia bona,& omnia mala procedunt. Hoc
ergo publicanus percutiebat:quia, ſecundum Au-
guſtinum,eſt arguere quod latet in pectore,& cui
denti pulſu occultū peccatum caſtigare: ac pectus
percutiendo ſe de ipſo quod quodāmodo vindica- D
bat & dicebat,[deus propitius eſto mihi peccatori]
Non attendas huius praui cordis conſilia,dele pec-
cata,&propitius eſto.Nihil in me eſt vnde tibi pla
cere & veniā cōſequi debeā, quoniā corde & cor-
pore,cogitationibus &operationibus tibi peccaui.
Omnibus iniquior ego ſum,& niſi per miſericor-
diā tuam ſaluari nō poſſum.Ideo'que[propitius e-
ſto mihi peccatori.[Publicanus,quaſi publicus pec
cator dicitur:Publicani enim dicebātur exactores [Publicani.]
vectigaliū publicorū,& exactio tributi erat cōtra
legē:ideo exactores peccatores vocabātur.Iſte er-
go ſicut hūilis appropinquare nō audebat,vt deus
ad eū appropinquaret:nō aſpiciebat,vt aſpiceretur
percutiebat pectus ſuū,pœnas de ſe exigēs vt deus
parceret:cōfitebatur,vt deus ignoſceret:& nō mi-
nus ſe accuſabat,quā phariſæus ſe iuſtificabat.Sed
quo fructu,qua mercede?quia ignouit deus quod
ipſe agnouit,& iuſtificatus inde receſsit.Vnde ſe-
quitur:[Amē,]id eſt verè[dico vobis,deſcēdit,]ſ. E
de domo dei,[hic]ſcilicet publican⁹,[iuſtificatus,]
id eſt,de impio per gratiā factus iuſtus:[ in domū
ſuā ab illo:]id eſt,plus quā ille:vel[ab illo,] id eſt,
præ illo remanēte in fecibus ſuis:& meritò magis
quàm ille:quia habebat ille iuſtitiā ſuam præſum-
ptā,hic verā:ille apud ſe de operibus,hicverò apud
deū ex fide iuſtificatus eſt:ille eū ſuperbè de bonis
gloriabatur,hîc humiliter mala cōfitebatur.Sed ſe
cundū Augu.melior eſt in malis factis humilis cō- [Confeſsio humilis.]
feſsio,quàm in bonis ſuperba gloriatio.Et hîc eſt
argumētū quòd melior eſt peccator humilis,quā
iuſtus ſuperbus:quia eo ipſo quòd peccator ſe hu-
miliat,iam non eſt peccator:& iuſtus eo ipſo quòd
ſuperbit,iam nō eſt iuſtus.Vnde Auguſtinus: Enu
merationi meritorū pręfertur cōfeſsio peccatorū.
propter quod dicitur:Gaudiū eſt angelis dei ſuper [Lucæ 10.]
vno peccatore pœnitētiam agente,quàm ſuper no
nagintanouē iuſtis,qui nō indigēt pœnitentia : id
eſt,qui nō reputāt ſe indigere illa.In quo miro mo [Superbiæ repreſsio.]
do reprimitur ſuperbia humana,vt nō de ſuis me- F
ritis homines præſumāt.Vbi Beda,quantā veniæ
fiduciam dignè pœnitentibus præbet,ꝙ publica-
nus qui reatum ſuæ nequitiæ perfectè cognouit,
fleuit,cōfeſſus eſt:& ſi iuſtus ad tēplumvenit,iuſti-
ficatus à tēplo redijt.Vbi & Ambroſius : introdu-
xit phariſæum & publicanum in templo orantes,
& docuit etiam ſi bona cætera habeat,ꝙ magis ſu
perbus offendat,quàm humilis qui nulla virtutum
dote ſubnixus ſit.Studuit enim diabolus ſupplanta
re bonis operibus intētos:quātum laborauit phari
ſęus ille ne raperet aliena,ne iniuſtus eſſet,ne adul
teraret,ne peccaret ſicut publicanus:vt bis in ſab
bato ieiunaret,vt decimas daret omnium quæ ac-
quireret?Quis noſtrū hæc fecit?Aduertit hoc dia-
bolus,& perfodit eum vlcere graui,vt mente car-
nis inflatus,in eo in quo laudabilis fore crederetur
ibi reprehenſibilior iudicaretur.Hæc Ambroſius.
Hîc ergo oſtenditur,nō ex operibus eſſe glorian- [Gloriādū non eſt.]
dum:ſed humiliter in gratia confidēdum.VndeBa
ſilius:Cū acceſſeris ad prædicandū dominum,pro-
ſterne te humiliter in conſpectu eius:nec poſtules
quicquam

quicquam quaſi ex gratia meritorũ tuorũ. Et ſi eſt
G tibi cõſcientia alicuius boni operis, cela illã: vt te ſi-
lentiũ agẽte, multipliciter tibi reſtituatur à domi-
no: & peccata tua citò produc in mediũ, vt deleat
ea deus, cũ confeſſus fueris ea. Non te iuſtifices o-
rans, ne ſicut phariſæus ille exeas condẽnatus. Me-
mento publicani, vt ita ſicut ille veniã delictorum
tuorum inuenias. Hæc Baſilius. Vbi & Chryſo-
ſtomꝰ: Geminas aurigas & duas bigas, in ſtadio po
ſitas, ſermo præſens proponit. In altera quidã iuſti
tiam cũ ſuperbia, in altera peccatũ & humilitatem

Humilitatis potẽtia

Et vides bigam peccati ſuperare iuſtitiã, non pro-
prijs viribus, ſed humilitatis cõiunctæ: illam verò
deuictam non fragilitate iuſtitiæ, ſed mole & tu-
more ſuperbiæ. Nã ſicut humilitas per ſui eminen
tiam peccati põdus ſuperat, & ſaliẽs attingit deum
ſic ſuperbia ob ſui molẽ de facili iuſtitiã deprimit.
Si ergo plura facta ſtrẽnuè geras, putas aũt te poſ-
ſe præſumere, tota caruiſti oratione. Si verò mille
feras in conſciẽtia faſces reatuũ: & hoc ſolũ de te
credas ꝙ es infimus omniũ, multã obtinebis ante
H deum fiduciam. Hæc igitur faſtus inflatio ab ipſis
cœlis põt deprimere nõ cauentẽ, humilitas verò &
ab ipſo abyſſo reatuũ hominẽ ſublimare. Hæc ẽm
præ phariſæo publicanũ ſaluauit, latronẽ ante apo
ſtolos in paradiſum duxit: illã verò incorporeã in-
greſſa eſt poteſtatẽ. Cæterùm ſi iuxta delicta hu-
militas tam facilè currit, vt ſuperbiã iuſtitiæ tran
ſcat? ſi iuſtitię cõiunxeris eam, quo nõ ibit? Aſſiſtit
ipſi tribunali diuino, in medio angelorũ, cũ fiducia
multa. Rurſus ſi faſtus cõiunctus iuſtitiæ eã depri
mere potuit, ſi cõiunctus ſit peccato, in quantã ge-
hẽnam detrudet? Hæc dico nõ vt negligamus iuſti
tiam: ſed vt faſtum vitemus. Hæc Chryſo. Deinde
ſuæ ſentẽtiæ cauſam aſsignãs, ſcilicet quare publi-
canus magis iuſtificatus deſcẽdit, cõſequẽter infe-
rẽdo ſubiũgit: [ Quia omnis] generaliter ſine ex-
ceptione: ſcilicet ſiue laicus, ſiue clericus, ſiue reli-
gioſus. Item ſiue paruus, ſiue mediocris, ſiue quan-
tumcũq; magnus, [qui ſe exaltat] ſuperbiẽdo, ſicut
fecit phariſæus, [humiliabitur,] & deijcietur: vel
I in hoc ſeculo per miſeriã, vel in futuro per pœnam
æternã: [& qui ſe humiliat,] ſpõte per verã pœni-
tentiã & peccatorum cõfeſsionẽ [exaltabitur,] in
gloria per remunerationẽ. Nam ſecundũ Sapien-

Prou.16.

tem: Ante ruinam exaltatur cor, & ante gloriam
humiliatur. Et vt vulgariter dicitur: non eſt vallis
quæ nõ habeat collẽ, nec eſt collis quæ non habeat
vallẽ. Sicut ergo publicanus, ſe humiliãdo, eſt exal
tatus: ita & phariſæus, ſe exaltãdo, eſt hũiliatus. Si-
cut enim in ſtatera materiali vna parte depreſſa,
altera eleuatur, & econuerſo: ſic in ſtatera diuinæ
iuſtitiæ decretum eſt, vt qui eleuãtur per ſuperbiã
in præſenti vita, deprimãtur per pœnam confuſi-
bilem in futuro: Et econuerſò, qui ſe deprimũt in
præſenti ob dei reuerẽtiam: eleuabũtur in futuro

Superbiæ deteſtatio.

ad gloriam. Si ergo ſic reprehenditur & cõfundi-
tur qui ſuperbè gratias agit, & cætera bona facit:
quid de illo erit qui gratiam impugnat, & non bo
na facit? Certũ itaque tene ſuperbe, quia ſi humilia
tus nõ fueris deo: velis nolis humiliaberis diabolo.
Et ideo caueat quiſque ne ſibi ſuperbia dominetur
quia vt ait Auguſtinus: Væ homini cuius auriga
ſuperbia eſt: neceſſe eſt enim vt in preceps eat. Si cõ K
ſideremus exitũ rei in Lucifero ſuperbiẽte, & Chri
ſto humiliãte: in Eua elata, & in virgine humilia-
ta: in diuite purpurato, & in Lazaro vlcerato: in
phariſæo ſe extollente, & publicano pœnitente
videbimus manifeſtè quamverum ſit quod hîc do
minꝰ dicit: quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur,
& qui ſe humiliat exaltabitur. Et ideo bene di-
cit quidam philoſophus: Inter ſapientes ſapien-
tior eſt, qui humilior eſt. Hic autem verſiculus
ſcilicet ] omnis qui ſe exaltat humiliabitur, &
qui ſe humiliat exaltabitur, ] toties à domi-
no in euangelio iteratur vt deprimat ſuperbiam,
quam ſuper omnia vitia deteſtatur: & humilitatẽ
commendat, quam ſuper omnẽ virtutẽ & ſæpius
laudare dignoſcitur. Radix enim omniũ malorũ
ſuperbia, & cuſtos omniũ virtutũ humilitas eſt. Vn
de Theophilus: Quia enim ſuperbia plus quã aliæ
paſsiones vexat hominũ mentes: ideo crebrius de L
hac monet. Vnde Chryſoſtomus: Simus itaque hu
miles, vt ſimus excelſi: etenim cum abũdantia mul
ta humiliatur deſpectio. Nihil enim ita deus auer
tit ſicut ſuperbiã: propterea & à principio omnia
fecit vt hanc auferat paſsionem: propter hoc mor-
tales facti ſumus, & in miſerijs & plantibus, pro-
pter hoc in labore & ſudore, in laboratione conti-
nua & miſeria. Etenim à deſpectione peccauit pri
mus homo, petens dei æqualitatem: propter hoc
neque quæ habebat manſit habens, ſed ab his ceci-
dit. Tale enim quid eſt deſpectio, quòd non ſolum
nobis adijcit correctionem vitæ: ſed & quæ habe-
mus abſcindit, & his officit: ſicut humilitas nõ ſo-
lum eorum quæ ſunt nihil abſcindit: ſed & quę nõ
ſunt adijcit. Hanc itaque zelemur, hanc perſequa-
mur: vt & præſenti potiamur honore, & futura
fruamur gloria. Myſticè per phariſæum Iudaicus

Myſticè

populus deſignatur, qui ex beneficijs legis & pro-
phetarum ſuſceptis de ſua ſanctitate præſumẽs gẽ
tiles aſpernabatur, per publicanum verò gentilis,
qui peccata ſua apoſtolis prædicantibus recogno- M
ſcẽs, humiliter ea cõfitebatur: propter quod genti-
lis iuſtificatus eſt per fidei Chriſti receptionẽ, & Iu
daicus dãnatus per ſuã obſtinationem. Vnde Beda:

Typicè

Typicè aũt phariſæus eſt populus Iudæorũ, qui ex
iuſtificationibus legis extollit merita ſua. Publica-
nus verò gentilis eſt, qui longè à deo poſitus confi-
tetur peccata ſua, quorum vnus ſuperbiẽdo receſ-
ſit humiliatus, alter lamẽtando appropinquare me
ruit exaltatus. Moraliter hi duo homines ſignant

Moraliter

vniuerſitatẽ hominum, ſcilicet iuſtos phariſæus, &
impios publicanus: vterque debet aſcẽdere in tem-
plum ad orandũ: impius pro venia, iuſtus pro perſe
uerãtia. In templũ autem ſpirituale quod eſt deus
debemus aſcẽdere orando: quia ſecundũ Damaſce-

Oratio.

num, Oratio eſt aſcẽſus mentis in deum. Et ſecun-
dum Auguſti. Oratio eſt pius affectus mẽtis in deũ
directus. [Principes autẽ ſacerdotũ,] ſcilicet ponti-
fices qui ſpiritualibus præerãt: [& ſcribæ,] qui do-
ctrinæ legis & prophetarũ intendebant. [Et prin-
cipes plebis,] qui cũ temporalibus diſponendis prę
ſidebant: moti cõtra Ieſum inuidia & rãcore, [quę
rebant



rebant eum perdere,] qui tamen venerat eos ſalua-
A re: excogitantes diuerſas vias, & modos quomodo
poſſent illum occidere. Vnde Bernar. O bone Ieſu,
totus mundus videtur contra te coniuraſſe: & hi in
perſecutione tua primi ſunt qui vidẽtur regere po-
pulum, dirigere principatum. [& non inueniebãt
quid facerent illi:] id eſt, cauſam rationabilem eũ
occidendi, cùm eſſet iuſtus & innocentiſsimus, nec
etiam audebãt timore populi: quia [omnis populus
audiebat illum, & admirabantur ſuper doctrina
eius.] Vñ Beda: Quærebant illũ perdere, vel quia
quotidie docebat in templo: vel quia latrones eie-
cerat de templo: vel quia veniens illuc quaſi rex &
dominus, à credentiũ turba laudẽ hymni cœleſtis
accepit: vel quia ſuo magiſterio neglecto, plures ad
eum audiendum confluere cernebãt. vbi & Cyril.
Decebat autem, ex his quæ Chriſtus dixerat & fe-
cerat, eum adorare vt deũ: ſed ipſi nequaquam hoc
facientes, quęrebant eum occidere. Sed vt ait Gre-
gorius, redemptor noſter prædicationis verba nec
indignis, nec ingratis ſubtrahit. nã ſubditur: Et erat
B tunc docens quotidie in tẽplo: reddens eis bonum
pro malo. Quia enim erat proximus paſsioni, inſta
bat docẽdo: Ecce optima cõmutatio: quia de domo
negotiationis facta eſt ſchola veritatis, tẽplum ora
tionis, locus deuotionis. Vbi Greg. Nuncuſq; agitur
quod factum fuiſſe perhibetur. Cùm enim mẽtem
fidelium ad cauenda ſubtiliter erudit, & quotidie
veritas in tẽplo docet. Et ſtetit Ieſus publicè in tẽ-
plo prædicans populo, & reſpondens principibus
vſque quaſi ſero: & tota die ipſe & ſui ieiunarunt.
[Et circunſpectis omnibus cùm iã veſpertina eſſet
hora,] quæ erat hora declinandi ad hoſpitium: &
nullus eum inuitaret, vel colligeret: relictis illis
[exijt] de ciuitate, & redijt [in Bethaniam cũ duo-
decim,] vt quod in vrbe magna non inueniebat, in
agro paruo haberet hoſpitiũ: ibiq; mãſit apud Mar
tham, & Mariam, & Lazarũ, & docebat eos de re-

Iudæorum ingratitudo.

gno dei. Vbi arguitur durities & ingratitudo Iu-
dæorum, qui doctorem quẽ glorioſè & honorificè
vt regem & gaudioſè ſuſceperant: & qui per totã
C diem vſq; ad veſperam eos doctrina pauerat, hoſpi
tio non ſuſceperunt & fameſcentẽ non pauerunt.
Circunſpexit enim dominus, qui nihil de proprio
vbi hoſpitaretur habuit, ſed omni beneuolentia in-
diguit, ſi quis eum in domũ ſuam vocaret aut reci-
peret: & nullus eſt inuẽtus benedictione pacis Chri
ſti dignus. Vnde in hoc ꝙ dimiſit eos corporaliter,
oſtendit facto eos propter ipſorum cæcitatem eſſe
dimittendos à deo ſpiritualiter. vbi Hieronymus:

Adulari noluit Chriſtus.

Hinc autẽ intelligendum ꝙ Chriſtus fuerit tantæ
paupertatis, & ita nulli adulatus ſit, vt in vrbe ma-
xima nullum hoſpitẽ, nullamq; manſionẽ inuene-
rit: ſed in vico paruulo apud Lazarũ, ſororesq; eius
habitauerit. Eorũ quippe vicus Bethania eſt. vbi &
Chryſo. Et relictis illis, tanquã excęcatis per inui-
diam, abijt foras extra ciuitatẽ in Bethaniã: vt re-
cedendo compeſceret, quos reſpõdendo nõ potuit:
quia malitia nõ inſtruitur ſermonibus, ſed excita-
tur. Malum enim hominẽ melius locũ dando potes
vincere, quàm reſpondẽdo. Nã ſi contendis irratio-
nabilem placare: & illũ non placas, & teipſum ſub-
uertis. Et manſit ibi apud Lazarũ, & ſorores eius:
vt illic requieſceret corporaliter, vbi & ſpirituali- D
ter repauſabat. Nam ſanctorũ virorum eſt, non ibi
quærere manſionẽ, vbi clariores ſunt viri, ſed vbi
fideliores: nec gaudent vbi epulę largæ ſunt, ſed vbi
ſanctitas floret. hęc Chryſo. Vbi etiam Beda: Bene
autem dicitur, quia circũſpectis omnibus exiuit in
Bethaniã. Inſpicit quippe internus arbiter omniũ
corda, & cùm in contradicentibus, ac reſiſtentibus
veritati, non inuenit, vbi caput reclinet: ſecedit ad
fideles, & in eis qui obediunt verbo manſionẽ ſibi
vnà cum patre facere gaudet: Bethania nãq; domus

Bethania.

obedientiæ dicitur. hæc Beda. Nota ergo ex præ-

Loca tria intrauit Chriſtus.

miſsis ꝙ Chriſtus tria loca intrauit: ſcilicet Hieru
ſalem, templum, & Bethaniam: per quæ loca ſigni
ficatur mens humana, quæ debet eſſe pacifica, &
tunc eſt Hieroſolyma, quæ interpretatur viſio pa-

Hieroſolyma.

cis: debet eſſe dei habitatio grata, & tũc eſt tẽplum
dei viui acceptum: debet etiã eſſe ad obediendũ pro

Bethania quid interpretatur.

na, & tunc eſt Bethania, quæ interpretatur domus
obedientię. Ingrediente autẽ domino in primũ lo-
cum, ſcilicet Hieruſalem, tota ciuitas eſt cõmota: E
quia intrante domino animã, per gratiam præue-
nientem, omnes vires animæ debent cõmoueri, per
dolorem & contritionẽ peccati. Cùm verò intrauit
templum, eiecit vendẽtes & ementes, ac menſas &
cathedras euertit: quia poſtquam Chriſtus intrauit
in cor hominis, per gratiam præuenientẽ, mouẽdo
ipſum ad contritionẽ, intrauit poſtea in ipſum per
gratiam proficientem, purgãdo illud: & eijciendo
inde peccata per confeſsionẽ: & tũc Chriſtus ſanat
illud, dando indulgentiæ remiſsionẽ: vnde ſubditur
ibi de infirmorum ſanatione. Deinde Chriſtus in-
trauit Bethaniã, quæ interpretatur domus obediẽ-
tiæ, quia poſtquã intrauit cor per gratiã præueniẽ-
tem & proficientẽ, inducẽdo ipſum ad contritionẽ
& confeſsionẽ, conſequenter intrat per gratiã per-
ficientem ipſum per obediẽtiæ ſatisfactionem: ille
enim verè obedit, qui de oĩbus peccatis ſuis plenè
ſatisfacit. Cõſpice igitur nunc bene dñm, quia val-

Contemplatio.

de humiliter vadit per ciuitatẽ cũ illis paucis, qui
ſic honorificè venerat mane cũ multis. Ex quo po- F
tes cõſiderare, quia parũ eſt curandum de humano
honore, qui ſic terminatur in breui: & quia in curſu
huius vitę riſus dolore miſcetur, & extrema gaudij

Prou.14.

luctus occupat. Potes etiã cõſiderare, quomodo ſui
gaudebant quando honorabatur à turbis, & multò
magis qñ Bethaniã redierunt illęſi: quia maximè ti-
mebant quãdo Hieruſalẽ ibat, ꝙ tunc qualibet die
faciebat. Quãuis enim aliás ſępe, maximè tamen à
præcedenti die ſabbati, vſq; ad vigiliam cœnæ lo-
cutus eſt Iudæis, & operatus eſt palàm in Hieruſa-
lem.] Erat autẽ tunc quotidie docẽs in tẽplo:] pro-
pter doctrinę autoritatẽ, loci celebritatẽ, ac populi
frequẽtiam, & auditorum pluriũ vtilitatẽ: [nocti-
bus verò exiens morabatur in mõte Oliueti,] ſci-
licet in Bethania, quę erat in latere montis eiuſdẽ,
vigilans, & orans, ac docens diſcipulos, & cõfortãs.

Prædicatorum exemplum.

In hoc dedit exemplũ prædicatoribus & doctori-
bus euangelij: vt diebus doceant, & noctibus ſint in
oratione dei, vt ibidẽ hauriãt quod auditoribus infũ-
dant in mane ſequẽti. Siue etiã in proſperitate ſimus,
quæ

quæ per diem ſignificatur: ſiue in aduerſitate, quæ G per noctem intelligitur: ſemper doceamus & oremus, ac bonũ faciamus inquantum valemus. Vnde Eccleſiaſtes 11. Sapiẽs: Mane ſemina ſemen tuũ, & veſpere ne ceſſet manus tua: quia neſcis quid magis oriatur, hoc an illud: & ſi vtrũque ſimul, melius erit. Per mane Mane. Veſpere. enim, intelligi põt tempus pacis & proſperitatis: & per veſpere, tempus tentationis, & aduerſitatis: in quibus ſemper bonũ operari, nec tẽpore hoc vel illo à bono opere ceſſare debemus: quia quid horum maiorem fructũ nobis afferat, ignoramus. Et hæc facere debemus in monte Oliueti, id eſt, in culmine miſericordiæ ad proximũ: non enim meretur impetrare miſericordiam à deo, qui non facit miſericordiam cũ proximo. Et eſt notabile, ꝙ imminẽte morte magis inſtabat Chriſtus prædicationi: quod eſt contra multos, qui in ſenectute dant ſe otio & quieti, cùm adhuc poſſent multorũ prodeſſe ſaluti. [Et omnis populus,] attractus efficacia & dulcedine doctrinæ ſuæ, [manicabat:] id eſt, mane feſti- H nabat [ad eum in tẽplo,] vt audiret ab eo verba vitæ: hoc eſt, mane cum feſtinatione accelerabat venire ad locum prædicationis ſuæ: à mane enim, dicitur manicare. vbi Cyrillus: Populo autẽ ante lucanum venienti ad eum, congruũ erat dicere: Deus Pſal.62. deus meus, ad te de luce vigilo. Et quia dominus ſic diebus & noctibus tũc præcipuè laborauit, ideo tota illa ſeptimana pœnoſa dicitur: quia per totã illam laborauit recreando, ſicut per primã mundi hebdomadam operatus eſt creãdo. Et quia vna ſeptimana cũcta creauit, multo labore hac ſeptimana hominẽ refecit. Vnde Beda: Quæ verbis præcipit dominus, ſuis cõfirmat exemplis. Nam qui nos ante repentinum iudicij vniuerſalis aduentũ, ante incertum ſingulorum noſtrorũ exitum, delitijs ſimul & curis huius vitæ neglectis, ad vigilandum hortatur, & orandũ: & ipſe impẽdente ſuæ tẽpore paſſionis doctrinæ vigilijsq; & precibus inſtruit, pariter & exemplo: inſinuãs hoc eſſe dignẽ deo vigilare, dicto vel facto proximis quibuſq; viam veritatis oſtẽdere: & eos pro quibus paſſurus erat, vel I verbo ad fidem prouocans, vel patri oratione commendans. Et nos quoq; cùm inter proſpera ſobriè, & iuſtè, & piè cõuerſamur: inter aduerſa verò nũquam de diuinæ miſericordiæ celſitudine deſperamus, diebus profectò cũctis in templo docemus: & fidelibus operis boni formam præbemus, noctibus verò in monte Oliueti moramur: quia in tenebris anguſtiarum gaudij ſpiritualis conſolatione reſpiramus: iuxta eum qui dixit: Ego autem ſicut oliua Pſal.51. fructifera in domo domini, ſperaui ĩ miſericordia dei mei: id eſt, ſicut is qui miſericordiæ fructũ quibus voluit impendit, ei à domino miſerendum eſſe non ambigo. Et ad nos quoq; audiendos omnis populus manicat: cùm vel diſcuſsis operibus tenebrarum, vel euictis dei gratia nebulis preſſurarũ, ſicut in die honeſtè ambulantes, non in cõmeſſationibus & ebrietatibus nos filij lucis imitantur. hæc Beda.

ORATIO.

Deus omnipotẽs præſta mihi pauperi tibi derelicto, vt duo minuta, ſcilicet corpus & animam, quæ de te habeo, tibi cum deuotione, offeram: vt vtroq; tibi ſeruire & placere valeam. Miſerere ſupplici tuo, quia nõ ſum ſicut innumeri K ſerui tui, iuſtitiæ merito glorioſi, velut etiam multi poſt flagitia pœnitendo tibi facti deuoti. O deus propitius eſto mihi peccatori, & reſpice me oculis miſericordiæ quibus publicanum reſpexiſti: vt per veram cordis, oris, & operis humilitatem coram te merear iuſtificari: & cum hominibus exaltari. Amen.

De maledictione ficulneę, & grano frumenti: & de principe mundi. Caput XXXI.

SEquenti autem die, ſcilicet feria ſecunda, iterũ [mane] & diluculò exiẽs Matth.21. Ioann.12. Ieſus à Bethania, & rediens in Hieruſalem, [eſurijt,] ſecundum ſuſpitionem diſcipulorũ, eo ꝙ ad arborẽ acceſſit. Vbi nota morem ſtudioſi operatoris, dum dicitur [mane] reuertiſſe in ciuitatẽ vt prędicaret, & vt aliquos deo patri acquireret. [Eſurijt] autẽ, Eſuries Chriſti. L non quaſi homo, indigens cibũ corporalẽ: ſed quaſi deus miſericors humanam ſalutẽ. Vnde iſta eſuries naturalis non fuit: quia in ſero præcedẽti comederat, nec adhuc hora comedẽdi erat: ſed ſicut maledictio arboris, de qua ſubditur, figurabat maledictionem infructuoſi: ſic iſta eſuries ſignificabat deſiderium Chriſti de ſalute populi. Et ideo adhuc mane eſurit, qui iuſtitiam eſurit. [Et vidẽs arborẽ fici,] inter Bethphage & montem Oliueti, [ſecus viam: acceſsit ad eã,] & nullum in ea fructum niſi tantum folia inueniens, maledixit ei, dicens: [nunquam ex te fructus naſcatur in ſempiternũ: & ſtatim aruit.] Venit dominus ad ficulneã, non cauſa inueniendi fructus, quibus eſuriẽs reficeretur: ſciebat ꝙ in Martio tempus ficuum nõ eſſet: ſed adiuit propter miraculum, vt apoſtolos ad fidẽ confirmaret. Vnde ſecundũ Chryſo. Maledixit dominus ficulneę, Ficulneæ maledictio & eius cauſæ. non quia fructũ in illa nõ inuenit, cùm non eſſet tempus ficuum: ſed diſcipulorũ gratia: vt cõſiderent, & vt diſcerent ꝙ poſſit etiã Iudæos perſequentes ſiccare, & in momento exterminare. Ideo neq; in alia planta ſed in omniũ humidiſsima miraculum hoc fecit: vt & hinc maius appareat hoc M miraculum. Ad hoc enim dominus miraculũ fecit, vt diſcipulos in fide ſolidaret: quia vt ait Hieronymus, dñs paſſurus in populis, & baiulaturus ſcãdalum crucis, voluit diſcipulorũ animos ſigni anticipatione firmare. Quod etiã in ſignũ ſynagogæ maledictæ, & areſactæ Ieſus fecit in qua fructus iuſtitiæ nõ inuenit. Arbor enim fici, eſt ſynagoga, propter multitudinẽ granorũ ſub vno cortice, id eſt, hominũ ſub vna lege: & vna, propter vniformitatẽ ritus: quia ſecus viã erat, quia legẽ habebat, ſed non in via: quia nõ credebat in Chriſtum, qui eſt via: ad quam venit, per præſentiã corporalem, & per doctrinã ſpiritualem. [Et nihil inuenit in ea,] licèt multum quæſierit exẽplis, doctrinis, ſignis, & miraculis [niſi folia,] id eſt, verba legis: & traditiones phariſęorum abſq; vllis fructibus. Sancti enim habent & folia verborũ, & flores morũ, & fructus operũ. Per talem etiã arborẽ virentẽ folijs, & carẽtem fructibus, poſſunt intelligi hypocritę, & ſimulati, exiſtẽtes extra viã iuſtitię, & non in via poſiti per ſimula



per ſimulationem virtutum folijs circumdati, ſed à A fructu iuſtitiæ alieni: quia exteriorem apparẽtiam ſanctitatis habentes interius ſunt vacui ab operibus veritatis, & infructuoſi: & ideo à domino maledicti ſunt aridi, & humore deuotionis priuati. Vnde Chry. Folia veritatis quæ ſunt. Folia veritatis, ſunt ſpecies tantummodo ſanctitatis in homine, aut ſine fructu verba religioſa. Quicũque ergo religioſus, id eſt, arbor rationabilis profitetur ſe eſſe dei: & iuſtitiã non operatur: eſt arbor tantummodo folia habens ſine fructu. Secus viam aũt, eſt iuxta mundum: mundus enim via eſt cõmuni, per quam omnes tranſeũt qui naſcuntur. Quicunque ergo homo fidelis, id eſt, arbor rationabilis, iuxta mundum vixerit: nunquã poteſt in ſe iuſtitiæ fructus tenere. Tranſeuntes enim & retranſeuntes dæmones, vel miniſtri ipſorum per viam, id eſt vagantes per mundũ iſtum excutiunt eos. Sicut ergo difficile eſt arborem iuxta viã poſitam fructus ſuos vſque ad maturitatem ſeruare: ſic difficile eſt virũ fidelem iuxta iſtũ mundum viuentem, in ramis, id eſt, in actibus ſuis iuſtitiã immacu B latam vſque ad finẽ ſeruare. Si vis ergo fructus iuſtitiæ ad finẽ tenere, recede de via, & plantare in loco ſecreto: vt nec mũdus tecũ aliquid habeat commune, nec tu cũ mundo. Hæc Chryſoſt. Cùm itaq; eſuriens dominus ficus quæſiuit, ſ aliquid aliud ſe quærere ſignificauit, non enim ficus, ſed fidẽ: neque fructus arboris, ſed fructus operis quã ſiuit. Ex hoc ergo, ſecundum Bedam, patet quod ſicut dominus Parabolas fecit & dixit dominus. multa dixit in parabolis: ita & fecit. Cur enim in ficu fructum quæreret, cuius tempus nondum eſſe quilibet homo ſciret, & ob id eã ęternę ſterilitatis maledictione damnaret? quia plebem quam docebat verbo, terruit facto: ne quis habens folia, id eſt, verba iuſtitiæ ſine fructu operũ, mereatur excidi & in ignẽ proijci. Vnaquæque eñ arbor nõ eſt de floribus, nõ de folijs, ſed de fructu ſuo cognoſcitur: ſic vnuſquiſque homo nõ de æſtimatione famę, vel ſermonis pompa: ſed de ſuarũ teſtimonio probatur actionũ. Hæc autem maledictio ficus maximè in nobis timẽda eſt: quia folia, id eſt, verba nõ vertimus in opera. Iam enim ſecuris ad radicem poſita C eſt. Et ingreſſus Ieſus in ciuitatẽ, venit in tẽplum, ſecundum ſuã conſuetudinẽ: quia ſemper locũ dei viſitare conſueuit, & patri exhibere honorẽ. [Erãt autem gentiles quidam ex his qui aſcenderant in Hieruſalem, vt adorarẽt in die feſto:] quia tẽplum pro ſui ſanctitate in reuerẽtia à gentilibus in circuitu Iudæorũ erat, & eius famoſitas non tantum Acto.8.c. Latinos & Iudæos: ſed etiã gentiles trahebat, vt de Eunucho Candacis reginæ patebat. Iſti ergo qui Chriſti miracula audierant: ideo eũ videre, & eius doctrinam audire volebant. Et [acceſſerũt ad Philippum,] quia videbant eũ pium & manſuetũ: & ſe non reputabãt dignos, vt venirent per ſeipſos, [& rogabant eũ dicentes: Domine, volumus Ieſum] & ſaluatorẽ omniũ [videre.] Et congruenter ad Philippum acceſſerunt prius: quia ipſe prius prædicauit gentibus, ſcilicet Samaritanis. In his gentilibus præfigurabatur conuerſio gentiũ, per prędicationem apoſtolorum in proximo ſecutura: & ꝙ gentes miniſterio eorũ ad fidem conuerſę deſiderent Ieſum glorificatum in patria. [Venit Philippus & dixit Andreæ,] quia Andreas primus Chriſti erat D diſcipulus, & magis familiaris domino quãm Philippus: & etiã quia Philippus per Andreã conuerſus fuerat: & ideo de conſilio & auxilio eius circa hoc agere volebat. In quo datur nobis exemplũ m omnia faciẽdi de conſilio maiorũ. [Andreas rurſum & Philippus dixerũt] ambo ſimul hoc domino [Ieſu,] tanquã ſuperiori. Myſticè, Philippus, qui Philippus. Andreas. os lampadis dicitur, ſignat veritatẽ. Andreas aũt virilis, quæ duo intellectũ & affectum Chriſto adducunt in cõuerſione animarũ. Ieſus verò audiens deuotionem gentiliũ, qui iam erant diſpoſiti ad credendũ: videnſq; eos properare ad fidẽ: & intelligens in eis quodãmodo inchoari gentiũ conuerſionem, prenũtiauit ſuę paſsionis tẽpus imminere, poſt quã paſsionẽ immediatẽ gentes erãt recipiendę dicens: Clarificatio Chriſti [Venit hora vt clarificetur filius hominis:] quaſi diceret, Iudæi nolunt credere, quos primùm voluit lucrificare: plenitudo gentiũ creditura eſt, quia veniunt gentes ad credendũ, quibus filius eſt clarificã E dus. In paſsione quippe ſua fuit filius clarificatus per ſigna oſtẽſa, fuit etiã clarificatus in ſua reſurrectione & aſcẽſione. Itemq; in gentiũ conuerſione: quia deitatẽ eius confitetur vbiq;. Veruntamen per congruũ oſtendit exemplum, ꝙ mors eius debeat Granum frumenti. pręuenire conuerſionẽ gentilium, dicẽs: [Niſi granum frumẽti cadens in terrã mortuum fuerit, ipſum ſolũ manet:] quia nõ facit fructus multiplicationem, niſi per ſui corruptionẽ: id eſt, niſi ego moriar, fructus conuerſionis gentiũ non ſequetur. [Si autem mortuũ fuerit, multũ fructũ affert,] id eſt, me mortuo per humanitatẽ multiplicabitur fides per gentiũ conuerſionẽ: ac ſi expreſſè dixiſſet: Iſti gentiles, qui modò volunt venire ad me per preſentiam corporalẽ, poſt mortem meam venient ad me per fidem. Ipſe enim erat granũ iaciendũ in corpore terræ per paſsionis humilitatẽ, vnde meſsis copioſa debebat exurgere. Paſsio quippe Chriſti mul Paſsionis Chriſti fructus. tum attulit fructũ, ſcilicet fructũ remiſsionis peccatorum, fructũ conuerſionis gentiũ, fructum gloriæ regni cœlorũ. Et quia Chriſtus ſe comparauit F grano frumẽti, mos eſt eccleſiæ de hoc grano, ſcilicet tritico tantũ confici corpus Chriſti. Moraliter Moraliter homo in terra cadit, quãdo per humilitatẽ ſe deprimit: ſed eã non cooperit, quando vult humilitatem manifeſtari, & nõ occultari: & talis humilitas non fructificat: ſed quãdo talis humilis vult ꝙ humilitas lateat, tunc fructificat. Ad hoc enim ꝙ granum frumenti fructificet, non ſufficit ꝙ in terrã cadat: ſed oportet ꝙ agricola ipſum cooperiat. Prędicit etiã Chriſtus ſuã paſsionẽ & eius fructũ: vt videntes morientẽ non ideo perdant fidẽ, & ex paſsione non terreatur: ſed magis imitentur, quoniã oportet nos imitari eũ qui reliquit nobis, exẽpla vt ſequamur ipſum. Vnde conſequenter diſcipulos & omnes exhortatur ad paſsionis ſuæ ſectãda veſtigia, dicẽs: [Qui amat animã,] id eſt vitã [ſuam,] ſcilicet in hoc mundo, & ad bona mũdana: & carnis deſideria: volendo ſibi huiuſmodi delectabilia, vt mundo viuat, & nõ deo: vel eã cùm neceſſe eſt pro deo non ponẽdo, [per det eã:] ſcilicet inuita ęterna,

K & quan

& quantum ad bona ęterna poſsidenda. Et per con-
G trariam[qui odit animã ſuam,] id eſt vitã, [in hoc mundo]denegãdo ſibi bona præſentia, & ſuſtinendo mala: vel etiã cùm neceſſe eſt ponendo pro deo, [in vitã æternam cuſtodit eã:]id eſt, viuet ęternaliter cũ eo. Vbi Aug. Si malè amaueris, tunc odiſti: ſi bene oderis, tunc amaſti. Fœlices qui oderũt cuſtodiendo, ne perdant amando.

Amare & odiſſe.

Et ꝙ debeamus ipſum imitari in paſsione, oſtendit per rationẽ, inducens exemplum de ſe: vt ſicut ipſe fecit, ita & nos ſi opus fuerit faciamus: & dicit: [Si quis mihi miniſtrat,]hoc eſt nomine & affectu quęrit eſſe meus miniſter, [me ſequatur:]id eſt, me imitetur: ſequi enim imitari eſt.

Sequẽdus eſt Chriſtus.

Quaſi diceret, rationabile eſt ꝙ miniſter ſequatur dominũ: ſi quis me nõ ſequitur, non mihi miniſtrat: quia ſecundũ Chryſo. oportet eum qui miniſtrat, ſequi eũ cui miniſtrat. Oportet ergo diſcipulos Chriſti qui ei miniſtrant, ſequi Chriſtũ per mortẽ, ſi oportuerit: & per bona opera, imitãdo ipſum. Illi quippe Chriſto miniſtrant, qui nõ ſua, ſed quæ Ieſu Chriſti quærũt: & quęcunque bona ſiue in tẽporalibus, ſiue in ſpiritualibus

Miniſtrandum Chriſto.

H propter deũ faciunt. Miniſtrant aũt Chriſto epiſcopi & clerici, inquantũ eius ſacramẽta fidelibus diſpenſant. Vnde Apoſtolus: Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti & diſpenſatores miniſteriorũ dei viui. Itẽ quilibet fideles in quocunq; ordine conſtituti, qui mãdata ſeruãt Chriſti. Vnde apoſtolus: In omnibus exhibeamus nos ſicut dei miniſtros. Miniſtrat eñ Chriſto vnuſquiſq; monẽdo, docẽdo, corripiendo, beneuolentiã, eleemoſynã, & cætera miſericordiæ opera impẽdendo.

1. Cor. 4.
2. Cor. 6.

Et ſubiũgit huius ſequelæ brauiũ, ſeu prẽmiũ: quia ſi quis Chriſto dignè miniſtrauerit, & ipſum ſecutus fuerit, erit vbi Chriſtus eſt. Et certè magnũ eſt prẽmiũ eſſe cum Chriſto: ſine quo nuſquã eſt bene, & cũ quo nuſquã eſt male. Et deinde manifeſtius hoc dicit. Nã qui miniſtrauerit Chriſto, mãdatis ſuis obediendo, ipſum ſequendo, & veſtigia eius imitando: hic honorabitur à patre cœleſti: ſcilicet vt ſit cum filio eius, non ęqualis diuinitati, ſed cõſociatus ęternitati.

Prẽmium ſequelæ.

I Et certè magnus honor eſt, ꝙ homo miſer efficiatur beatus: exheredatus hæres dei, cohęres aũt Chriſti. Beatus ille quẽ deus honorificabit: ille enim ditabitur illis bonis quæ nec oculus vidit: nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderũt, quæ præparauit deus diligẽtibus ſe. Honor enim datur homini ab alijs hominibus in vita præſenti, in teſtimoniũ virtutis: ſed honor datur hominibus à deo in gloria cœleſti, in prẽmiũ virtutis. O deus meus miſericordia mea, autor & dator omniũ virtutum: da nobis nunc in eis exercitiũ continuum, & tandẽ pro eis prẽmium ſempiternũ.

1. Cor. 2.

Et quia diſcipulos hortatus fuerat ad tolerantiã mortis, exemplo ſui quem ſequendum propoſuit, cõſequenter cõfortat eos vt nõ turbẽtur & retrahantur propter infirmitatẽ naturæ: quia recta ratio nõ obſtante turbatione animę, ſecundũ paſsiones partis ſenſitiuæ, dirigit eã in bonas & virtuoſas operationes, vt velit fortis ſuſtinere mortẽ, & quęcũque cõtraria propter deũ & bonum virtutis: ſic enim in Chriſto fuit, ꝙ non obſtante turbatione ſenſualitatis paſſus eſt, quod recta ratio ſuadebat. Vnde ait: [Nunc anima mea,] ſenſualis [turbata eſt:] id eſt, affecta eſt quantũ ad K ſenſitiuã paſsionibus timoris & triſtitiæ ac naturali horrore, qui tamẽ eſt de voluntate. Anima enim hîc accipitur pro ſenſualitate: id eſt, pro appetitu ſenſitiuo, in quo ſunt paſsiones, nõ autẽ in ratione.

Anima.

Ac ſi dicat: Non vos turbet vel retrahat ſenſualitatis turbatio à recta & debita operatione: quia etiam anima mea turbata eſt imminẽte paſsione, & tamẽ hoc nõ obſtante mori eligo, obediens patri pro veſtra ſalute. Quia eñ hortatus fuerat alios imitari mortem ſuã, ne fortè aliquis ei diceret, ſecurè potes mortẽ ſubire: quia nihil mali ſentis: ideo cõtrarium voluit oſtendere per talem turbationẽ, & per conſequẽs nõ eſſe recedendũ ab eius imitatiõe propter naturalẽ animę horrorẽ. Nam ſi nullã paſsionem ſenſiſſet in anima, nõ fuiſſet ſufficiens exemplum hominibus ad mortẽ ſuſtinendã.

Paſsiones in Chriſto

Huiuſmodi autem paſsiones aliter fuerũt in Chriſto, & aliter ſunt in nobis. In nobis enim ſunt ex neceſsitate inquantũ quaſi ab extrinſeco cómouemur & afficimur: in Chriſto non fuerunt ex neceſsitate, ſed ex L imperio rationis: ad oſtendendũ humanę naturę veritatẽ, & ad dandum nobis exẽplum non recuſandi mortẽ, & ad merẽdum noſtrã redemptionem, cùm in eo nulla paſsio fuerit, niſi quam ipſe voluntariè concitauit. Nã intantũ inferiores vires erãt ſubditę rationi in Chriſto, quòd nihil aliud agere & pati poterant niſi quod ratio volebat: quę permiſit agere animę & viribus inferioribus quę propria erãt. Sic ergo turbata eſt anima Chriſti, ꝙ nec ſupra rationem, nec cõtra, ſed ſecundũ rationis ordinẽ turbatio in ea fuerit. Deinde volens oſtẽdere ꝙ nõ venit voluntatẽ infirmæ carnis, ſed voluntatẽ patris facere, ait: [Et quid dicã,] in hac & de hac turbatione, non dicit, quid faciã: quia ſciebat quid facturus: ſed docet quid dicere, & quò fugere, & quẽ inuocare, & in quẽ ſperare debeamus: ſcilicet in patrẽ qui ſaluat ſolus: quaſi diceret: Non habeo quid dicã, ereptionem quærẽs: ſed ſcio quid agam: quia paſſurus ſum. Vnde non recedã à cœpto propoſito propter M timorem periculorũ, ſed ex ratione ſenſualitatẽ ſuperans, voluntatẽ meam voluntati diuinę cõformabo. In quo dat exemplum nobis, vt ſimiliter faciamus. Et hoc eſt quod dicit: Et ô tu[pater ſaluifica,] & ſaluũ fac[me ex hac hora]paſsionis. Nõ dicit in hac hora in qua pater eum morti expoſuit: ſed [ex hac hora,] quia inde eũ glorificauit. Propterea eñ voluntariè veni in hãc, ſcilicet horam paſsionis & mortis [propterea veni in mundũ,] vt patiar propter patris obedientiã & humani generis ſalutem, quaſi diceret: Saluationẽ quęro, ſed paſsionẽ nõ recuſo. Et tu pater per hanc paſsionẽ clarifica nomẽ tuũ: me ſuſcitando, quod eſt gloria nominis tui & clarificatio. Vbi Augu. Docui te quẽ inuoces, cuius voluntatẽ tuæ voluntati prępona s, hominis infirmitatem: vt doceat dicere contriſtatum, nõ quod ego volo, ſed quod tu vis.

Turbatio in deũ relata tria facit.

Ex hac autem ſupportatione turbationis in deum, homo triplicem percipit vtilitatem. Prima eſt, quòd turbatio alleuiatur. Si enim ex eo quòd quis amico conqueritur turbationem ſuam, alleuiationem recipit, quanto



fortius propter compaſsionem mutuam à deo reci-
A piet? Secũda eſt, quòd turbatio meritoria efficitur. Si enim meritorium eſt deo offerre rem temporalem, quam portas in burſa: multò magis ſi offers id quod geris in animo. Tertia eſt, ꝙ homo poſtea notabilem recipit conſolationem: ſicut patet de multis à tribulatione liberatis, ſicut & hîc. Nam ſtatim venit vox de cœlo pro cõſolatione. Vnde ſequitur: [Venit ergo vox de cœlo] à deo patre, [dicens: Et clarificaui, & iterum clarificabo:]id eſt, clarum genui ab æterno ſecundum diuinitatẽ, & clarũ etiam faciam ſecundũ humanitatem. Vel ſecundũ hominem clarificaui in natiuitate, quãdo angeli cecinerunt: Gloria in excelſis deo: & Magi adorauerũt, & in baptiſmo, & in transfiguratione, & in miraculis in vita per eum factis: [& iterum clarificabo,] per ſigna deitatis: in paſsione, in qua triũphabit de diabolo: & in reſurrectione: & in aſcenſione, & in totius mundi cõuerſione, & maximè in iudicio.

Lucæ 1.

Et quidã de turba magis rudes ſtantes & audientes, ſo-
B numq; vocis non ſignificationẽ percipientes, [dicebant tonitruũ factum eſſe,] id eſt, aliquid per modum ſoni cõfuſi: tamen hoc dicebant factũ propter dominum: [alij autem] magis perſpicaces articulationem vocis intelligentes [dicebant ꝙ angelus ei locutus ſit.] Credebãt enim eũm eſſe hominẽ purũ & ideo dicebant angelũ ei eſſe locutũ: ſicut aliquando in ſcriptura dicitur, ꝙ angeli prophetis loquebãtur. Sed vox illa fuit paterna, & formata à tota trinitate, cùm eius opera ſint indiuiſa.

Vox paterna.

Veruntamen fuit vox patris, quæ fuit formata ad repręſentandum perſonã eius [Et reſpõdit Ieſus, & dixit: Non propter me, [ſcilicet inſtruendũ, qui teſtimonio vel conſolatore vel clarificatore alio à me nõ indigeo, [hæc vox]teſtificans [venit] de cœlo: [ſed propter vos,]in inſtructionẽ veſtram, qui inſtructione indigetis & teſtimonio: ſcilicet[vt credatis]quia ego ex deo ſum. Vnde oſtendit hanc vocẽ nihil ſibi indicaſſe quod antè neſciſſet. ſed ignorantibus quibus indicari oportebat, & propter inſtructionẽ populi circunſtantis vt cognoſcerẽt ipſum Ieſum eſſe Chriſtum, cui de cœlo dabatur teſtimonium. Sicut ergo
C anima eius non propter eum, ſed propter alios voluntariè turbata eſt: ſic iſta vox non propter eũ, ſed propter alios aliqua diſpẽſatiõe diuinitus facta eſt. Et quia dixit vox, & clarificabo, cõſequenter modum oſtẽdit clarificationis, dicens: [Nunc]. ſ. in hoc tempore paſsionis rectũ[iudicium eſt:]non cõdemnationis, ſed diſcretionis[mundi:]id eſt, pro mũdo contra diabolũ: hoc eſt, nunc pro mundo à poteſtate tenebrarũ liberando iudicabitur, & ſeparabitur mundus à poteſtate diaboli, & eripietur: & hoc eſt iudiciũ diſcretionis quo diſcernũtur & ſeparantur multi à poteſtate inimici.

De eiectione primi huius mundi.

A tempore quoq; paſsionis Chriſti diſcreti ſunt fideles credentes, ab obſtinatis contra fidem: in futuro autem erit iudicium condemnationis infideliũ, & prẽmiationis credentiũ.

Iudicium.

Vnde exponendo ſubdit effectũ iudicij: [Nunc princeps huius mundi, ] id eſt, amatorũ mundi, & malorum hominum qui habitant in mundo: ſcilicet diabolus qui ab Adam vſq; nũc fuit dominatus, & adhuc dominatur in malis mundo deditis (& dicitur princeps mundi, non quia ſit dominus ſubſtã-
D tię mundi, ſed hominũ mundialiter viuentium, inquantũ ſe ei ſubijciunt per peccatum) [eijcietur,] & repelletur[foras,]à redemptis & liberatis, & poteſtatem homines poſt ſe trahendi perdet hoc iudicio: per Chriſtũ & virtutem paſsionis eius, per quã aperta eſt ianua gloriæ, à cuius conſecutione diabolus non poteſt impedire, & poſt ſe trahere ſanctos ſicut antè faciebat.

Princeps mundi.

Per paſsionem etiam domini data eſt homini virtus reſiſtẽdi diabolo, quia per eam fortiores ſumus ad reſiſtendũ: nec modò ita facilè homines ſeducere vel adeo tentare poteſt vt prius nec permittitur facere quantũ poteſt & vellet. Iuſtum eſt enim ꝙ ſicut princeps mortis per peccatum hominẽ ſibi ſubiecit ad mortem: ſic qui Chriſtum procurauit interfici iniuſtè, meritò & dignè eijcitur, ne deinceps iuſtis hominibus per Chriſtũ redemptis principetur. Permittitur tamen tentare homines, ad exercitiũ, & meritum electorũ.

Paſsionis dominicæ efficacia.

Et declarat modum per quẽ eijcitur foras: quia per mortem crucis & reſurrectionẽ. Vnde ſubdit: [Et ego
E ſi,]id eſt, cùm (non dubitat futurũ eſſe quod venit implere)[exaltatus fuero à terra:]ſcilicet in cruce: [omnia]. ſ. electa & prædeſtinata ad ſalutẽ, ex quibus diabolus eijcitur, [trahã ad meipſum:]vt ſim caput, & illa membra, ſpoliãdo illum qui decipiendo iniuſtè deprędatus fuerat. Vel omnia genera hominum: quia de omnibus generibus hominum aliqui ſunt tracti ſcilicet de omnibus linguis, de omnibus ritibus, de omnibus ætatibus, & de omnibus gradibus: & ſic traxit ad ſe omnia, quia homo dicitur omnis creatura. Nam amore, quo pro nobis paſſus eſt, trahit nos ad ſeipſum: ex amore enim oſtenſo in cruce ad genus humanũ, habet vim attractiuam mentiũ, ſicut lapis magnes attrahit ad ſe ferrum. Chriſti aũt crucifixio, ideo dicitur exaltatio: quia corpus eius fuit exaltatũ in cruce, ſicut vexillum in aere, ad debellandũ aëreas poteſtates: & quia ſe humiliauit vſq; ad mortẽ crucis, ideo deus exaltauit illũ: & ipſe exaltatus exaltauit ſuos.

Exaltatio Chriſti.

Per paſsionem ergo habuit victoriã de diabolo. Vnde hoc ipſum omnia trahere, eſt principẽ mundi huius eijcere: non enim eſt cõuentio Chriſti ad Belial, & lucis F ad tenebras. Et nota ꝙ Chriſtus noluit mori in aliqua domo, nec ſub tecto, ſed in aëre voluit exaltari ex cauſa triplici: Aër quidem elementũ eſt cõmune: & poteſt homo habere propriã terram, aquam, vel propriũ ignẽ, ſed nemo poteſt habere propriũ aërem. Chriſtus ergo voluit in aëre exaltari.

2. Corin. 6
Cur in aëre mori voluit.

Primò, ad innuendum ꝙ ſicut aër eſt communis, ſic & Chriſti paſsio: nam paſsiones aliorum ſanctorum fuerunt propriæ: quia quilibet paſſus eſt propter ſe, paſsio autem Chriſti cõmunis fuit: angelis, qui ſunt reparati: hominibus, quia inde ſunt ſaluati. Secundò, ad innuendum ꝙ ſicut aër eſt medius inter cœlum & terrã, ſic Chriſtus etiã fuit mediator inter deum & hominẽ: quia cum deo cõuenit ratione naturæ diuinæ, cum homine ratione naturę humanæ. Erat autẽ quædam diſcordia inter deum & hominem: & ideo venit Ieſus, & ſe oſtendit mediatorem. Tertiò, vt ipſum aërẽ mundaret: ſanctificauerat enim terrã, triginta annis ſuper eã ambulando:

 ſancti

ſanctificauerat aquam, in ipſa ſe baptizari facien-
G do:ſanctificauerat ignem,ſpiritum ſanctum in ſpe
cie ignis mittendo.Reſtabat vt ſanctficaret aërem:
Chriſtus non ſub tecto,ſed in aëre moriẽdo.Pluribus etiã de
cur in cru cauſis voluit mori morte crucis.Vna, propter mor
ce mori vo tis turpitudinẽ:vt hominẽ nec ipſa mortis turpitu-
luit. do à perfectione iuſtitiæ repellat. Item quia hoc
genus mortis per modum exaltationis cõueniebat
fructui,cauſæ,& figuræ paſsionis. Fuctui quidem
conueniebat:quia per paſsionẽ exaltãdus erat à pa-
tre.Cauſæ aũt paſsionis conueniebat dupliciter:ſci
licet ex parte hominũ,pro quorum ſalute morieba
tur:ipſi enim perierãt,quia deiecti & demerſi erãt
ad terrena:& ideo voluit mori exaltatus,vt nos ele
uaret ad cœleſtia.Et ex parte dęmonũ:vt.ſ.eos qui
in aëre principatũ & poteſtatem exercebant,ipſe
eleuatus in aëre cõculcaret.Figuræ verò conuenie-
Nume.21. bat:quia d.is ſerpentẽ in deſerto fieri præcipiebat:
& Ioan.3. quia ſicut ille ſerpens exaltatus fuit in palo,ita &
dominus in cruce.Cùm autẽ dominus tanta & tam
magna ſigna feciſſet coram eis in miraculis, & in
H doctrina,& in reuelatione ſecretorũ cordis,& futu
rorum contingentiũ,per quæ declarata erat diuini
tas eius: non tamen credebant in eum, ſcilicet pro
maiori parte:& in hoc cõpletæ ſunt ſcripturę pro-
phetarũ,eorũ obſtinationẽ & excæcationẽ prædi
centiũ.Conſueuerãt enim dicere,quod ſignũ oſten
dis nobis vt credamus tibi?ſed ecce cùm tanta ſigna
feciſſet,non crediderunt ei. [Veruntamẽ multi ex
principibus,]id eſt, ex legiſperitis & ſacerdotibus
[crediderũt tunc in eum,]propter miracula & im-
pletionem ſcripturarũ: ſicut & Nicodemus, vnus
eorum, qui aliàs venerat ad Ieſum nocte: & Ga-
maliel,& Ioſeph ab Arimathia, & alij quàm plu-
res: [ſed propter phariſæos non cõfitebantur] ma-
nifeſtè,timẽtes [ne de ſynagoga eijcerentur:]quia
iam conſpirauerant ꝙ confitentes ipſum eſſe Chri
Eiectio de ſtũ de ſocietate Iudæorũ expellerentur:quod apud
ſynagoga. eos valde ignominioſum erat. Eiectio enim de ſy-
nagoga reputabatur magna, ſicut apud nos eiectio
per excõicationẽ de eccleſia. Cauſa verò & radix
Gloria huius defectus,ſcilicet quare non cõfitebantur,erat
mundana. ſuperbia & inanis gloria: [dilexerunt enim gloriã
I hominũ,]& honorem mundanũ in dignitatibus&
laudibus humanis,[magis quàm dei gloriã,]& me-
ritum pro dei gloria ſperandũ: cui ſoli debetur ho-
nor & gloria.Ex hoc enim ꝙ publicè cõfitebantur.
amittebant gloriã hominũ, licèt ex hoc conſeque-
rentur gloriã dei:iſti autẽ magis elegerunt priuari
gloria dei,nolẽtes publicè cõfiteri,quàm gloria ho-
Galat.1. minum,cupientes à mundanis honorari:non atten
dẽtes ad dictũ apoſtoli,ſi hominibus placerẽ, Chri
ſti ſeruus non eſſem. Iſti hodie multos habẽt ſequa-
ces.ſ.pro mundi gloria ſe & ſua prodigaliter expo
nentes,& parũ aut nihil pro dei gloria promerẽda
facientes. Vnde eorũ fides inſufficiẽs erat:nõ enim
ſufficit corde credere ad iuſtitiã, ſed oportet etiam
Roma.10. ore confiteri ad ſalutem. Et in hoc h: mana gloria
eſt paruipendenda, & omnis pœna p:tienter tole-
randa: quia omnis pœna quæ pro iuſtitia ſuſtine-
tur,eſt meritoria,vt cũ apoſtolo quilibet dicat:Mi-
Galat.7. hi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri
Ieſu Chriſti: per quem mihi mundus crucifixus eſt,
& ego mundo.ſecundum Auguſt.dominus crucem K
ſuam in frontibus credentiũ fixit,vbi quodammo- Crux in
do ſedes eſt verecundiæ: vt de nomine eius fidelis frontibus
non erubeſcat, & magis dei gloriam quàm homi- fixa.
num diligat. Vnde ille qui euangeliũ legit,& etiã
illi qui audiunt,ſigno crucis ſe ſignant.Poſt hęc au
tem tandẽ dominus[Ieſus,]qui ſcrutatur corda ho-
minum,cognoſcens furorem illorum,& malitiam
quã iam de eo occidendo cõceperant, & volens eos
præuenire,nõ expectauit vt in opus irẽt,ſed[abijt]
recedendo à perſecutoribus ſuis: quia iam non reci
piebant eius doctrinam:&[abſcondit ſe ab eis,]mi
tigans illorum inuidiam & furorẽ, quia nondum
venerat hora paſsionis ſuæ. In quo nobis exemplũ
dedit,vt cùm de aliquorum malitia nobis conſtat,
etiam antequam patrare opere tentent,fugere de-
beamus.Abſcõdit ſe ab eis,faciem cognitionis ſuæ Abſconſio
eis ſubducendo:quod excæcationẽ eorum,& tran- domini.
ſitũ fidei à Iudæis ad gentes ſig:ificabat.[Et cùm
veſpera facta eſſet,egrediebatur] dominus cum di-
ſcipulis duodecim [de ciuitate, & redijt in Betha- L
niam:]ibi mites & iuſtos de regno dei docens,in die
cõtra peruerſos & malos aſperè loquens, eoſq; pro
moribus prauis redarguens,& nos eum in hoc imi
tari erudiens.

## ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte,da mihi vt non ſolum fo
lia, hoc eſt verba & æſtimationem iuſtitiæ,
ſed vt fructus operum habeam,ne à te vnquã
maledictionem incurram.Da mihi vt tanquam ve
rus tuus miniſter,pro modulo meo te ſequar:vt vbi
tu es,& ego eſſe merear. Trahe me poſt te bone Ie
ſu: non trahat dulcedo ſeculi, ſed trahat me ſuaui-
tas amoris tui. Sic tecum in cœlo iugiter intẽtio
mea ſit,mecũ in terra continuè protectio tua. Ad-
hæream tibi inſeparabiliter,ſeruiam tibi perſeue-
ranter:quæram te fideliter inueniam te fœliciter,
poſsideam te æternaliter, rex meus & deus meus.
Amen.

De duobus filijs quorum vnus in vineam iuit
alius ire neglexit. Caput XXXII.

ET cùm tertio ſabbati,hoc eſt feria ter M
tia,iterum[mane,]reuertendo ad ci- Matth.21
uitatem Hieruſalem, [tranſiret] do- & Mar.11.
minus & diſcipuli eius circa locũ vbi
ipſe maledixit ficulneę:[viderunt]di
ſcipuli,[arborem aridam factã à radicibus·] id eſt,
à fundamentis,quæ erant ſacerdotes & ſcribæ,am
plius quàm prima die:& mirati ſunt de ſubita arbo
ris exiccatione.Nec mirum ſi continuò aruit:quia
ſermo domini maledicentis quaſi flamma ad radi-
ces deſcendit.[Et cùm veniſſet in templum,]id eſt,
in atriũ templi,vbi conueniebãt homines ad oran-
dum:& verbum dei audiendũ:vt doceret,oraret,&
exemplũ daret:[acceſſerunt]non vt docerẽtur cum
populo,ſed vt docentẽ caperent in verbo: [ad eum
docentẽ,]id eſt,dum doceret,quãdo pręcipuè impe
diendus nõ erat,[principes ſacerdotũ,]quos nõ ex-
cuſat ignorãtia:[& ſeniores populi,]à quibus egreſ
ſa eſt iniquitas.ſecundũ Chry. Dicebant ſacerdotes
apud ſe:nos ſumus colũnę templi,ecce ſuper illum
tota re-



tota recumbit eccleſia: nos ſumus quaſi tacentium
A ſcripturarũ lingua viſibilis, & ecce ille reſonat in
medio tẽpli,& nos contẽpti quaſi cithara diſsipata
tacemus:nos fuimus patres,modò iſte generat filios
& nos ſteriles ſumus:quaſi dicerent,multũ vilifica
Quæſtio mur.[Acceſſerũt inquã dicẽtes: Dic nobis:]quia ad
de poteſta officium noſtrũ pertinet hoc inquirere & ſcire [in
te Chriſti. qua poteſtate hęc facis?]ſcilicet an propria,an aliũ
de tibi cõmiſſa: & quis tibi dedit hanc poteſtatẽ vt
iſta facias?Quaſi dicerẽt: Quid eſt ꝙ eijcis de tem-
plo quos vis cùm nõ ſis oſtiarius, & doces nobis in-
conſultis? Quærunt qua autoritate iſta facit:quia
autoritatem eijciendi de templo habebant oſtiarij,
& docẽdi in templo ſacerdotes & legiſdoctores ad
hoc à principibus ſacerdotũ aſsignati, & non alij.
Chriſtus autem neutrã autoritatẽ videbatur habe-
re:ſed magis vſurpare.Subintelligũt enim eum ope
rari per diabolũ,& diaboli eſſe quod facit:ſicut ſu-
Lucæ 11. prà dixerunt, ꝙ in Beelzebub dæmonia eijceret.
B Quaſi vellent dicere ſecundũ Chry. Tu de ſacerdo
tali familia nõ es: Senatus hoc tibi nõ donauit neq;
Cæſar:in qua ergo poteſtate hoc facis? nunquid in
Beelzebub principe dæmoniorum? Ieſus autẽ op-
poſitioni reddidit oppoſitionẽ nõ ſolutionem,qua-
ſi clauum clauo retundens:& qui aperta reſpõſio-
ne tentatorum calumniã cõfutare poterat, pruden
Calũniãti ter eos interrogat:vt ipſi vel ſuo ſilentio vel ſua re-
& mali- ſponſione & ſentẽtia cõuincantur.Calũnians enim
gnãti quõ melius interrogatiõe quã directa ratiocinatiõe,vel
reſpõden- reſpõſiõe ad incõueniẽs ducit.Ille nãq; eſt optimus
dum. modus reſpõdendi & cõcludẽdi cõtra malignãtes,
qñ ex ſuis proprijs verbis & reſpõſis arguũtur.Per
hoc quoque oſtẽdit Chriſtus ꝙ malignantibus qua
les iſti erant,nõ ſunt ſecreta dei reuelanda:ſed eorũ
malitia prudenter eſt declinãda.Interrogauit ergo
eos,[de baptiſmo Ioannis,vnde erat: de cœlo an ex
hominibus,]id eſt,ex dei præcepto & diuina ordi-
natione,an ex hominis adinuẽtione & humana in-
ſtitutione.[At illi]ſtupefacti ad interrogationem,
[cogitabant intra ſe,]viã reſpondẽdi:ſed non habe-
C bant,videntes ex quacunq; reſpõſione ſuam confu
Baptiſm⁹ ſionẽ. Nam ſi dixiſſent baptiſmũ Ioannis de cœlo,
Ioannis vn id eſt,ex cœleſti & diuino inſtituto eſſe, patẽter cõ
de fuit. uincebantur: quia non crediderunt Ioanni dicenti
ipſum dominũ de cœlo veniſſe,& perhibenti ei te-
ſtimoniũ de poteſtate.Qui enim credit Ioãni,cre-
dit vtiq; & Chriſto:quia Ioannes Chriſto teſtimo-
niũ perhibuit ipſum prædicãdo,& dei filiũ eſſe nun
tiando. Quaſi vellet dicere:ille mihi teſtimonium
perhibuit quem confitemini habuiſſe prophetiã de
cœlo,& ab illo audiſtis in qua poteſtate hæc facio:
quia ille hoc demonſtrauit teſtimoniũ mihi perhi-
bendo. Si autem dixiſſent de terra & inſtitutione,
humana:per iculũ mortis incurriſſent ad populum
vt tanquã blaſphemi eſſent lapidandi:quia populus
qui pro maiori parte Ioannis baptiſmũ ſuſceperat,
eum ex vita & doctrina ac Chriſti teſtimonio pro
phetam ſanctũ & verũ à deo miſſum reputabat,&
per conſequens verba eius & facta à deo eſſe ſentie
bat.Viderunt ergo(vt ait Beda:)Quodlibet horum
reſpõdiſſent in laqueum ſe caſuros, timentes ſcili-
cet plebis lapidationem:ſed magis timentes verita
tis confeſsionem. Et mendaciter dicentibus eis ſe
neſcire,ait Ieſus:[Neq; ego vobis dico, in qua pote D
ſtate hæc facio.]Non dico vobis quod ſcio:quia nõ
vultis fateri quod ſcitis.Quia ergo dicebant ſe ne-
ſcire quod tamen ſciebãt,noluit eis de ſe aperire ve
ritatem de hoc quod quærebant:& iuſtiſsimè con
fuſi ſunt. Ex ſua enim taciturnitate cõpulſi ſunt à
ſua petitione ceſſare. Nam ſecundum Chry.Men. Mendacia
dacia ſi non habent quem decipiant,ipſa ſibi men-
tiũtur.Duabus quippe de cauſis (ſecundũ Bedam,) Veritatis
occultatur veritas:quia autores minus capaces ſunt occultãdæ
ad intelligendum.Vnde dicitur:Multa habeo vobis cauſæ.
dicere,ſed non poteſtis portare modò. vel quia ex Ioan. 16.
odio & contemptu indigni ſunt quibus aperiatur.
Vnde dicitur: Nolite ſanctũ dare canibus,neq; mit Matth.7.
tatis margaritas ante porcos.& hic vtrumq; cõcur-
rebat.Et tertia cauſa addi poteſt, ſcilicet aſsiduitas
prædicandi:aſsidua enim prædicatio vileſcit. Vo-
luit ergo Chriſtus oſtendere de facto & exemplo,
ꝙ licet vti cautelis cõtra cautelas malorũ inſidian- E
tium bonis.Vnde dicit Chry. Quòd interrogantẽ
oportet docere tentantem retondere.Quòd autem
aperienda erat veritas ſuæ poteſtatis & prædica-
tionis alijs & non ipſis,& quare:indicauit per para
bolam duorum filiorũ quorum vni pater dixit:[va Filiorum
de in vineam meam,qui reſpondit nolo.Poſtea ta- duorũ pa-
men pœnitentia motus iuit:dixitq; alij pater:vade rabola.
in vineam meam,qui reſpondit vado,ſed non iuit.]
Homo iſte qui duos filios habuit eſt deus: ſcilicet
pater:qui dicitur homo ratione manſuetudinis quã
ad hominem habuit,qui etiam omnes homines pa-
terno affectu creauit:& cùm ſit natura dominus,ta
men magis vult diligi quaſi pater,quã timeri quaſi
dominus.Primus filius tempore & origine, non di
gnitate & dei cognitione,eſt populus gentium,al-
ter populus Iudæorum:quia gentes erant ex tem-
pore Noë,Iudæi autem ex Abraham. Operari au-
tem vineam eſt facere iuſtitiam,quam generaliter
quidem in natura omnium hominum deus planta
uit:ſpecialiter autẽ Iudæis eam in libro vitæ dedit,
cuius diuerſæ vites ſunt diuerſæ iuſtitiarũ ſpecies. F
[Primo filio]primum dixit per naturalis legis im-
preſsionẽ & notitiam,[vade operare:]id eſt,in tem
pore huius ſeculi,fac legis naturalis iuſtitiam quæ
eſt: Hoc facias alij quod tibi vis fieri,& quod tibi
non vis fieri ne feceris alteri:operare inquã [in vi-
neam,]id eſt, in eccleſiã, extra quam non eſt locus
operandi meritoriè.Locutus eſt autem ei non facie
vt homo:ſed in corde vt deus ingerens intellectum
ſenſibus:quia nunquã deus deſtitit homines incita-
re ad bonũ per occultos inſtinctus.Vnde Chryſoſt.
Poſuit deus ſpiritum ſcientiæ boni & mali in ho- Spiritus
minibus: vt quotieſcunq; peccamus,ille in ſilentio ſcientię in
quaſi factum noſtrũ accuſet,qui in conſcientia ta- conſcien-
citè ad animam loquitur dicens:Malum eſt hoc,& tijs.
hoc bonum eſt. [Ille autem,] ſcilicet primus filius
licèt in cogitatu ſuperbè,[reſpondit nolo:]quia bo
num relinquendo & malum eligendo apertè con-
tumax fuit:legi enim naturali non obediuit, & li-
bero arbitrio abuſus eſt.Vnde Chry. Quomodo di
xit nolo?in cogitatu.Qui habens intellectum boni
& mali relinquit bonum,& ſequitur malum in co

 gitationibus

gitationibus ſuis,contra dominũ reſpondere vide-
G tur:quia nolo:id eſt,contra intellectum ſuum,crea
tum ſibi à domino,facit. Hæc Chry. Sed poſtea in
aduentu ſaluatoris ad prædicationẽ Chriſti & apo
lorum,credens, pœnitentia ductus operatus eſt in
vinea dei,& ſermonis contumaciã labore correxit:
quia ſummo deo colla ſubmiſit,& nunc cultu fidei
deo placet. Alteri autem filio poſtea dixit(per Mo-
ſaycæ legis dationẽ)vade & operare in vinea mea,
& fac iuſtitiæ opera. Qui reſpondit,vado:quia pri
mùm deo ſeruire vouit, & ſe ad ſeruiendũ deo,per
ſuſceptionẽ legis Moſayce,obligauit,dicẽs Moyſi.
Exod.24. Omnia præcepta domini faciemus:ſed non iuit:&
quod ore reſpondit,opere non impleuit:quia in ſer
uitio dei non remãſit,& legem ſuſceptam non ob-
ſeruauit, necnon ad idololatriam & ad infinita ma
la declinauit:& nunc Chriſti cultum negat. Indu-
xit autem hanc parabolã,eos interrogando:vt pro-
pria reſponſione illos impietatis miniſtros argue-
ret,& proprio iudicio cõdemnarentur. Cùm ergo
H quæſiſſet,quis ex duobus fecit voluntatẽ patris, &
illi reſpondiſſent,primus:non intelligentes de ipſis
dictam parabolam:& neſcientes quia in reſponſio-
ne exprimerẽt condemnationem ſuam : intulit,&
ex reſponſione propria eos confutauit,confirmans
Publicani & meretrices. prolatam ab ipſis ſententiam,& dicens: [Amen di
co vobis quia publicani & meretrices,]ſcilicet non
qui tales ſunt,ſed qui fuerunt,[præcedent vos in re
gno dei:] id eſt, in eccleſia militante, per fidem &
pœnitentiam:& in triumphãte,per gloriam:vobis
extrà derelictis,per infidelitatem. Primus enim fi-
lius,qui fecit voluntatem patris,dignus eſt miſeri-
cordia. Secundus,quia neglexit,dignus eſt reproba
tione & pœna. Quaſi diceret:Non ſolum gentiles
meliores ſunt vobis Iudæis, ſicut & ipſi iudicaſtis:
ſed & peſſimi de gẽtilibus,ſcilicet publicani & me-
retrices,qui inter vos manifeſtè ſunt turpiſſimę vi
tæ,erũt maioris meriti apud deum quàm vos:quia
melius eſt non promittere, & facere iuſtitiam dei:
I quàm promittere,& mentiri. Et ſecundum Hiero
Sanctitas ſimulata. nymum:Simulata ſanctitas, duplex eſt iniquitas:
& hoc vitium potiſſimè vigebat in ſacerdotibus &
Leuitis. Igitur,ſecundum Origenem,potes vti pa-
rabola ipſa ad eos qui modicum aut nihil promit-
tunt,operibus autẽ oſtendunt:& contra eos qui ma
gna promittunt, nihil autem vel parum ſecundum
ſuam promiſſionem agunt. Nam hodie heu multi,
etiam religioſi,non ſolum legis ſcriptæ, ſed etiam
legis naturalis iuſtitiam derelinquunt:& ideo non
miſericordia cum filio primo , ſed potius pœna cũ
ſecundo digni ſunt. Vbi Chryſ. Puto quòd ex per-
ſona omnium virorum peccatorum,publicani po-
nantur & ex perſona omnium mulierum meretri
Virorũ & mulierum præcipua peccata. cum,meretrices. Quanuis enim multa ſint pecca-
ta in viris & mulieribus,præter iſta:tamen præci-
puè auaritia in viris abundat: fornicatio autem in
mulieribus. Mulier enim quæ in domo ſua ſedet
incluſa,facilè peccatum fornicatiõis incurrit: quia
Amoris cauſa. hoc vitium facilè ex vacãtia & otio naſcitur. Nam
qui ſolicitudinibus animum habet occupatum, nõ
Amoris deſcriptio. facilè fornicationi operam dat. Nam diffinitio a-
moris hæc eſt, animæ vacantis paſſio. Vir autem
qui in actibus rerum diuerſarum eſt aſſiduè,auari
tiæ peccatũ facilè incurrit : in fornicationẽ autem K
non facilè,niſi fortè multũ ſit laſciuus. Nam occu-
patio viriliũ ſolicitudinum, ſuggeſtionẽ voluptatis
plerunq; excludit. Vnde propriũ eſt hoc adoleſcen
tium nihil agentium. hęc Chry. Deinde ſubiungit
cauſam reprobationis Iudæorũ, quæ eſt contẽptus
credendi:quẽ aggrauat,& ſanctitas Ioannis,& exẽ
plum cõuerſionis peccatorũ:quia publicanis & me
retricibus Ioanni credentibus, & ad prædicationẽ
eius pœnitentiã agentibus: ipſi nõ crediderunt Ioã
ni,doctrinã eius audiendo,& opera eius imitando:
qui venit ad eos in via iuſtitiæ, quia opera perfe
ctionis faciebat,& Chriſtũ(qui eſt ipſa iuſtitia)an-
nuntiabat. Et non ſolum hoc non fecerunt:ſed nec
poſtquã publicanos & meretrices credẽtes & pœni
tentes viderunt,confuſi ſunt,aut cõpuncti,vt crede
rent:vel illorum exemplũ ſequerentur,quibus ipſi
exemplũ eſſe debuerant:ex quo ſequitur aggraua-
tio peccati ipſorũ:quia nec præcedere, nec ſequi,il
los in fide & pœnitentia voluerunt. Laici etiã & ſa Laici & clerici.
cerdotes,duo filij poſſunt intelligi:& populus,prior
filius:& ſacerdos ſecundus. Vnde Chry. Duos etiã L
filios dicit:laicorũ conditionẽ, & ordinem ſacerdo
tum. Quis eſt prior filius? Populus. Prior enim po-
pulus creatus eſt:deinde ſacerdotes,qui regerẽt po-
pulum. Non enim populus propter ſacerdotes crea
tus eſt:ſed ſacerdotes propter populũ. Deniq; popu
lus dei,ex tempore Abrahæ cœpit:ſacerdotes autẽ
de tempore Aaron. Et populares per hoc ipſum ꝙ
ſingularem ſuſcipiunt vitã,denegare videntur obe
dientiã deo. Sacerdotes autem magis videntur obe
dientiam promittere deo:præcipuè per hoc ipſum
quòd ſpecialiter in miniſterio dei conſtituuntur.
Nam qui doctor populi cõſtituitur: ſine dubio pro
fitetur talem ſe fore, qualẽ oportet eſſe doctorẽ. Sa
cerdos & omnis clericus, & ſi ſpecialiter non pro-
mittat: tumẽ per hoc ipſum ꝙ doctor conſtituitur
aliorum,tacitè promittere deo videtur in omnibus
obauditurũ ſe deo. Et melior eſt laicus, qui in pri-
ma facie ſecularẽ profitetur vitã,reuera autẽ ſtudet
viuere ſpiritualiter:quã ſacerdos,qui in prima qui- M
dem facie profitetur vitam ſpiritualem, reuera au-
tem complectitur vitam carnalẽ. Et melior eſt lai-
cus ante deum pœnitentiam agens, quàm clericus
permanens in peccatis. Laicus autem in die iudicij
ſtolam ſacerdotalem accipiet :ideo & in chriſma-
te ſic vnguntur omnes ſicut in ſacerdotio : ſacer-
dos peccator , ſpoliatus ſacerdotij dignitate quam
habuit , erit inter infideles & hypocritas. Vnde Seculariũ facilis ad pœnitẽtiã cõuerſio, clericorũ difficilis.
& modò ſecularis homo poſt peccatum facilè ad
pœnitentiam venit. Nam occupatus negligentia
ſeculari:dum ſcripturis non ſatis attendit , ſemper
quæ in ſcripturis poſita ſunt noua ei videntur:
ideoque cùm audierit aliquid de gloria ſanctorum
aut de pœna peccatorum,quaſi nouum aliquid au-
diens expaueſcit:& dum bona concupiſcit,aut ma-
la timet, compunctus ad pœnitentiam citò recur-
rit. Nihil autẽ impoſſibilius, quàm illũ corrigere
qui ſcit omnia:& tamẽ contẽnens bonũ,diligit ma
lum. Omnia enim quę ſunt in ſcripturis ꝓpter me
ditationẽ quotidianam ante oculos eius inueterata
& vilia



& vilia æſtimantur. Nam & quicquid terribile eſt,
A vſu vileſcit. Propterea clericus,qui ſemper medita
tur ſcripturas,aut omnino obſeruaturus eſt,& erit
perfectus:aut ſi ſemel cœperit illas contẽnere, nun
quam excitatur in illis vt timeat. Quis aliquando
vidit clericũ citò pœnitentiã agentem? Et ſi depre
henſus humiliauerit ſe,non ideo dolet, quia pecca-
uit:ſed cõfunditur,quia perdidit gloriã ſuam. Pu-
Lucæ 14. táſne dominus,quaſi crudelis, clericis pœnitẽtiam
denegauit,dicẽs:ſi ſal infatuatũ fuerit,in quo ſalie-
tur? Sed quaſi naturale eſſe cõſiderans:quia non eſt
qui doceat illum errantẽ,qui errãtes alios corrige-
bat. Ideo,nõ dico populares , quia ſecundũ rationẽ
verbi vitã ſuam diſpenſant:ſed publicani & mere-
trices , qui deſiderijs mundialibus & voluptatibus
carnalibus ſeipſos mãcipauerunt , præcedẽt vos in
regno dei:quia illi cõuerſi deſinunt eſſe quod erãt;
vos denegatis in opere,quod videmini profiteri in
verbo:tanquam arbores folia ſine fructu habẽtes:
non paſcẽtes dominum ſuum,ſed deludentes. Hæc
Chry. Per primũ etiam filiũ, qui primò renuit pa-
tris pręceptũ,ſed poſtea fecit:ſignificãtur peccato-
B res,qui malè viuẽdo deo ſeruire negant:ſed poſtea
pœnitentes viriliter operãtur. Per ſecũdum verò
filium,qui facere voluntatẽ patris promiſit,& non
fecit:ſignificãtur illi qui operari virtuosè promit-
tunt,ſed non faciũt:de quibus ſunt multi religioſi,
profitentes ſeruare magna , ſcilicet euãgelica con-
ſilia:cùm tamen nõ ſeruent etiã præcepta: propter
quod ſeculares,etiã peccatores tamen poſtea pœni
tentes,eis corã domino præponũtur, cùm dicitur:
[quia publicani & meretrices præcedẽt vos in re-
gno dei.]Nullus ergo peccator diffidat, nullus iu-
ſtus præſumat:cùm peccatores , per pœnitentiam,
quandoque alios in regno dei præcedant.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte doctor bone:da mihi ve
ritatẽ corde credere: & ore atq; opere, prout
oportet,cõfiteri:malignorũ ſpirituum & ho-
minum cautelas,& aſtutias ſapiẽtes declinare. Da
mihi legis naturalis,cordibus noſtris impreſſæ , &
legis ſcriptæ in libris nobis datæ,iuſtitiã facere:&
C tuam in omnibus voluntatẽ adimplere: vt nõ cum
ſecundo filio pœnã,ſed cum primo miſericordiam
apud te merear cõſequi : ac cum verè pœnitẽtibus
gratiam in eccleſia militãte, & gloriam in trium-
phante miſericorditer inuenire. Amen.

De locatione vineæ,& ſanguinarijs
vinitoribus. Caput XXXIII.

Matth.21. Mar.12.& Lucæ 20. AD idem propoſuit eis aliam parabo-
lam de homine patrefamiliâs , [qui
plantauit vineam:& circũdedit ei ſe-
pem,& fodit in ea torcular, & ędifi-
cauit turrim,& locauit eã agricolis,]
ſeu colonis:[& peregrè profectus eſt.] Illi aũt ſer-
uos ſuos ad recipiendũ fructus miſſos malè tracta-
uerunt,& occiderũt:& nouiſſimè filiũ miſſum hę-
redem cognoſcẽtes,& hæreditatẽ habere volentes,
apprehenderũt:& extra vineã eijcientes etiã occi-
derunt. Et interrogati quid faceret dominus vineę
colonis illis,dixerũt:[Malos malè perdet, & vineã
ſuam locabit alijs agricolis,qui reddãt ei fructum
temporibus ſuis: quibus ipſe dixit , quia auferetur
ab eis regnum dei,& daretur genti faciẽti fructus D
eius.]In hac parabola deſcribit multipliciter mali
tiam & ingratitudinẽ Iudæorum, quibus deus pa- Iudęorum ingratitudo & malitia.
terfamiliâs qui natura dominus, beneuolẽtia pater
homo mãſuetudine,nõ natura:ſimilitudine,non ve
ritate:multa beneficia cõtulit:quia domus Iſraël &
ſynagoga vinea eſt,ex electis perſonis patriarcha-
rum & prophetarũ,ſicut ex vitibus optimis quam
de Aegypto tranſtulit , & in terra promiſſionis
[plantauit:]cui[ſepẽ circũdedit,] cuſtodiã quidem
triplicẽ:ſcilicet angelicã ſuper muros Hieruſalem:
& humanã,ſcilicet protectionẽ bellicorum virorũ:
& terrenã,ſcilicet munitionem murorũ: [& fodit
in ea torcular:]id eſt,legẽ iuſtitiæ,timorẽ compri-
mentem,& malos torquentẽ:& hoc fodit ſignis,mi
nis,& promiſſis:[& ædificauit turrim,]ſcilicet tẽ-
plum ad cultũ dei:quod dicitur turris,propter alti-
tudinẽ ædificij,propter ſecuritatẽ refugij, propter
dignitatẽ priuilegij,reſpectu aliarũ nationũ:[& lo
cauit eã agricolis & operarijs,]ſcilicet ſacerdotibus
& principibus,qui debẽt extirpare vitia tanquam
ſpinas,& inſerere virtutes tanquã bona ſemina,ac E
ſeruare cultũ diuinum,& iuſtitiam in hominibus:
[& peregrè profectus eſt:]nõ loci mutatione,quia
deus eſt vbiq;, ſed quia vinitoribus liberũ arbitriũ
reliquit:vel propter longanimitatẽ,quam in expe-
ctando vt à peccatis cõuerterentur habuit,vel pro-
pter ipſorũ negligentiã:quia ſecũdum Ambr. Qui
vbiq; præſens eſt,diligẽtibus præſentior, & negli-
gentibus abſentior eſt. [Cùm aũt tempus fructuũ
appropinquaſſet,]quia poſt legẽ ſuſceptã debebant
facere fructũ bonorum operũ, [miſit ſeruos ſuos,]
id eſt,primos prophetas[ad agricolas,]id eſt,ad re
ges & ſacerdotes principaliter,& ad alios ſubiectos
eis cõſequenter:[vt acciperẽt fructus,]per pręedica
tionem ſuã eos ad fructũ bonorum operũ reducen
do:[& agricolæ apprehẽſis ſeruis:] quia multi re-
ges & ſacerdotes prophetas ſibi miſſos à dño turpi-
ter cõprehendẽtes,[malè tractauerũt & occiderũt.
Iterũ miſit alios ſeruos plures prioribus,]multipli-
cando ſcilicet prophetas ad populi correctionẽ,[&
fecerũt eis ſimiliter:] quia ipſi ingrati deũ inhono F
rauerũt,& ſimiliter illos prophetas perſecuti ſunt,
& interfecerũt. [Sed nouiſſimè,] id eſt, in vltimis
temporibus[miſit filiũ ſuũ,]pro nobis incarnatũ,
quẽ hęredẽ vniuerſorũ & principem cognoſcẽtes,
[eiecerũt extra vineã,]negãdo: vel quia extra por-
tam Hieroſolymorũ occiderũt crucifigẽdo,[volẽ-
tes habere hęreditatẽ,] & tẽporalẽ ſcilicet poſſeſ-
ſionẽ,[cogitabãt enim intra ſe,]ſi iſtũ populus ha-
beat dñm:neceſſe eſt vt amittamus cõſuetudinẽ ho
ſtiarũ,quæ ad noſtrũ parata eſt lucrũ:ſi aũt occida
mus eũ,ſic ſemper tenebitur cõſuetudo offerenda-
rum hoſtiarũ:& ſic fiet noſtra poſſeſſio, & erit no-
ſtra hæreditas. Venit aũt dominus ad iudicãdum,
& iſtud factũ vindicandũ,quãdo ex eius ordinatio
ne venit cõtra eos exercitus Romanorũ: & malos
malè perdidit , quãdo ciuitatẽ & templũ per Ro-
manos deſtruxit,ac populũ occidi & captiuari fe- Eccleſia eſt hæreditas Chriſti.
cit. Vel hæreditas Chriſti,eſt eccleſia, quam Iudęi
pręcipuè moliebãtur:dũ fide eius extincta,iuſtitiã

quæ ex lege eſt, perſuadere gentibus conabatur.
G Hæc fecerunt, vt ſic ingrati mali malè perdantur,
& meritò damnẽtur: & ab eis regnũ, ſcilicet Chri-
ſtus, ſcriptura ſacra, ſeu ſcripturarũ intelligentia,
fides, eccleſia, & vita æterna auferatur: & hoc per-
tinet ad Iudęorũ reprobationẽ: ſed quod ſequitur
pertinet ad gentilium conuerſionẽ: & vinea eccle-
ſię locetur alijs agricolis: quia eccleſiam ſuã Chri-
ſtus regẽdam tradidit apoſtolis, & alijs diſcipulis,
[qui reddant ei fructũ temporibus ſuis:] quia ad
prædicationem eorũ credidit multitudo gentium:
vel regnũ cœlorum detur alijs, ſcilicet gentibus ab
Oriente & Occidente, ab Auſtro & Aquilone ve-
nientibus: qui facient fructũ cordis, credendo: & o-
ris, cõfitendo: & operis, ſeruiẽdo: & corporis, patien
do: [& recumbent cũ Abraham, Iſaac & Iacob, in
regno dei:] & ipſi Iudæi, [eijciẽtur in tenebras ex-
Myſticè. teriores.] Myſticè totũ poteſt exponi de eccleſia,
Eccleſia. hoc modo: quia [homo,] id eſt Chriſtus, [plantauit
vineã,] id eſt, eccleſiã ſanguine ſuo, & de latere ſuo
formatã: in qua tot ſunt differentiæ palmitũ, quot
H differentiæ hominũ: [& circũdedit ei ſeptẽ,] id eſt,
euangelicam doctrinã, vel angelorum cuſtodiam:
[& fodit in ea torcular,] id eſt crucem Chriſti, vel
martyrum patientiã: [& ædificauit turrim,] ſcili-
cet matrẽ Chriſti, vel contẽplationem Chriſti con
feſſorũ & doctorum, vel fidẽ de qua eccleſia ſe de-
fendit cõtra hoſtes: [& locauit eã agricolis:] id eſt,
prælatis, quorũ varijs miniſterijs regitur & guber
natur: [& profectus eſt,] vt ſuprà exponitur: [& mi
ſit ſeruos,] id eſt, bonos ad arguendũ malos: [& ali-
quos cæciderũt, & alios occiderũt,] vt patet de mul
tis. Deinde mittitur Chriſtus filius inuiſibiliter à
patre, quando aliquem inſtigat ad bonũ: ſed aliqui
ſunt ingrati, eius inſtinctũ non ſolũ repellentes, ſed
etiam peſſimè agẽtes: propter quod, quantũ in eis
Hęb. 6. eſt, occidunt eũ. De quibus dicit apoſtolus: Rur-
ſum crucifigentes filiũ dei, & ſic ex dei iũſtitia per-
duntur, & vinea alijs locatur, cùm eorũ loco boni
Anima. ſurrogãtur. Poteſt etiã per vineã iſtã intelligi ani-
ma rationalis, homini per deũ locata: quia ad hoc
infunditur corpori, vt ipſo mediante fructũ bono-
I rum operũ faciat: & multa merita acquirat, quæ
bona facta per hominẽ, ſunt tanquam vites. Et in
quolibet bono hominis, ſiue ſit bona cogitatio, vel
bona operatio, vel locutio, creſcunt quinque vuæ:
quarũ quatuor remanent homini, quinta verò de-
betur deo: quæ vuæ ſunt cordis iucũditas, culpæ re-
miſsio, æternæ mortis vitatio, æternæ gloriæ ac-
quiſitio, quinta vua eſt gloria dei: iſtam non nobis,
Religio. ſed deo dare debemus. Poteſt inſuper exponi de re
ligione, cuius fundatio eſt maximè in triplici voto,
quod dicitur diuina plantatio: ſepes, regula & con-
ſtitutiones: torcular, lectio & ſtudiũ ſcripturæ: tur-
ris, prędicatio: agricolarũ locatio, pręlatorũ pręfe-
ctio eſt: fœlices qui bene colũt, & non negligũt: au
gent, & nõ diminuunt: cõſeruant, & nõ deſtruunt.
Quilibet etiã noſtrum de populo eſt vinea, & idem
eſt etiã cultor: quilibet enim noſtrũ colit ſeipſum.
Vnde Hiero. Locata eſt aũt nobis vinea, & locata
eſt conditione, vt reddamus fructũ domino tempo
poribus ſuis: & ſciamus vnoquoque tempore quid
oporteat nos vel loqui, vel facere. [Principes autem
ſacerdotũ, & ſcribæ, & phariſæi,] cognoſcẽtes ꝙ K
de ipſis dixerit parabolam iſtã, [voluerunt eũ] qua
ſi mendacẽ [tenere,] ad occidendũ: ſed diuinæ reue
rentiæ humanũ timorem præferẽtes, [& timentes
turbas,] non proceſſerunt in factũ: [quoniã] turbę,
[ſicut prophetã habebant eum.] Sed quem nũc tur
bæ quaſi prophetam habent & colunt: poſtea con-
tra ipſum crucifige, crucifige eũ clamant: quia tur
ba mobilis eſt, nec in propoſita volũtate perſiſtens.
Vbi Chry. Omnis homo malus, quantũ ad volunta Mali dei
tem ſuã, & manus ſuas mittit in deũ, & occîdit eũ. crucifigũt
Qui enim deũ ad iracũdiam excitare nõ dubitat,
qui præcepta eius conculcat, qui nomen eius con-
temnit, qui blaſphemat: qui murmurat cõtra deũ,
& turbato vultu aſpicit contra cœlum: qui in ira
ſua manus audacter ſubleuat contra eum: nónne ſi
poſſet fieri manus mitteret in deũ, & occideret eũ,
vt iam licẽter peccaret? Vide nunc obſtinationem
pontificũ, & maiorũ, in malo: quia audientes doctri
nam Chriſti, nõ fuerunt cõtriti: ſed magis ex hac
indignati, & ad occidendũ eum incitati. Multi ſunt Corrigi
tales hodie, qui indignãtur quando reprehẽduntur: nolentes.
quia pauci ſunt qui veritatẽ ſuæ correctiõis velint
audire, imò & perſequũtur reprehẽdentes eos pro
ipſorũ ſalute. Vide etiã quomodo pontifices & ma- L
iores retrahebãtur à malo propter populũ, cùm ta Num. 22.
men deberet eſſe per contrarium. Hæc plebs quaſi
aſina Balaam fuit, quæ ipſum errantem corripuit.
Hoc quotidie geritur in eccleſia, cùm quilibet ſolo
nomine fatetur eã quam nõ diligit eccleſiaſticæ fi-
dei & pacis vnitatẽ: ſed erubeſcit vel timet impu-
gnare propter bonorũ multitudinẽ. Sed licèt ab oc
cidendo dei filio ad modicum, donec veniret hora
eius, timore humano potuerũt retardari: nunquam
tamẽ diuino amore voluerũt cohiberi. Prędicatio-
nem enĩ Chriſti cõtemnẽtes, propter cupiditatem
temporaliũ, conſpirauerunt in ipſius mortẽ, ne per
derent ciuitatẽ & templũ: in quo quidẽ templo hau
riebant pecuniã populi ſub obtẽtu cultus diuini. vn
de occiderũt filiũ, vt haberent hæreditatẽ, & pacifi
cè poſsiderẽt templũ & ciuitatẽ: ne occaſione eius
Romani venirẽt, & eius locum & gentẽ auferrent: M
contrarium tamen eis accidit, quia in vindictam
mortis Chriſti & locũ & gentem perdiderũt. Vbi
Chryſoſt. Quandoque igitur detentus, per medios
eos tranſijt, non apparens: quãdoque autẽ apparẽs,
dolentem eorũ concupiſcentiam detinet: hi autem
neq; ſobrij fiebant, neque verecundabantur: ita ſe-
mel eos dilectio principatus, & vanæ gloriæ reple- Terreno-
uit cupido, & præſentia petere. Nihil ita aduerſus rum cupi
proximũ caput impellit, & in prçcipitationes fert, ditas.
& nihil ita facit à futuris excidere, ſicut affixũ eſſe
tẽporaneis. Nihil ita facit & his potiri, ſicut oĩbus Matth. 6.
illa pręhonorare. [Quærite enĩ (ait dñs) regnũ dei:
& omnia adijciẽtur vobis.] Neq; ita ſolicitus ſis de
tuis, ſed dimitte ea deo: ſi enĩ tu inde ſolicitus fue-
ris, vt homo ſolicitus eris. Si aũt deus ꝓuiderit, ne
ſolicitus ſis de eis, dimittẽs ſpiritualia quæ maiora
ſunt: quia ipſe non valde eis prouidebit: vt igitur
valde eis prouideat, ei ſoli omnia concede. Si enim
& ipſe ea attrectaueris, dimittens ſpiritualia, non





multam ipſe eorũ faciet prouiſionẽ. Vt tibi igitur
A hęc bene omnia diſpoſita ſint: & à ſolicitudine eri-
piaris vniuerſa: adhæreas ſpiritualibus, deſpice ſecu
laria. Ita enim & terram habebis cũ cœlis: & futu-
ris bonis participabis. hęc Chryſ. Hæc per Chryſ.
Monacho Iam dicta maximè & præcipuè ad monachos ſpe-
rum vita. ctant, de quorum vita idẽ Chryſoſtomus hoc loco
narrat: eámque ad ſeculariũ vitã comparat, dicens:
Quę videtur ita oneroſa eſſe vita & difficilis, eam
quæ monachorum eſt dico, & crucifixorum: mul-
tum hac quæ videtur eſſe mitis & mollis, dulcior
eſt & delectabilior: & tãtum eſt mediũ, quanta eſt
portus & pelagi continuè à vento percuſsi differẽ-
tia. Intuere autem à cõuerſationibus cõfeſtim pri-
mordia tranquillitatis. Foros enim & ciuitates, &
eos qui in medio ſunt tumultus fugientes, vitã quæ
eſt in montibus elegerunt, quæ nihil habet cõmu-
ne ad præſentia: & iam quę ſunt regni illius medi-
tantur in ſilẽtio, & quiete multa: & cum omnibus
his deo ſunt cõiuncti: quoniã opus monachorũ ha-
bebat. Adã ante inobedientiã, opus eſt eis id quod
B erat & Adæ ante peccatũ, quando gloriã illã indu-
tus erat: & deo cum libera præſentia copulabatur:
& regionem illam quæ multa erat plena puritate
habitabat. Quo enim hi deterius illo ſunt diſpoſiti,
quando ante inobedientiã poſitus eſt operari para-
diſum, nulla cura erat ei ſecularis, ſed neq; his. Deo
loquebatur cum pura cõſcientia, hoc & hi: & mul-
tò ampliorẽ habent liberã præſentiam illã, quantò
& maiori potiuntur gratia per dei largitionem: hi
orbis terrarũ luminares, ſurgẽtes à lectulo clari &
lætantes, & chorũ vnũ ſtatuentes, in præclara con-
ſciẽtia cõſonant: vniuerſi ſicut ex vno ore hymnos
ad vniuerſorũ canũt deum, laudãtes eum, & ei gra-
tiam pro omnibus ſoluentes pro proprijs & cõmu-
nibus beneficijs. Quare, ſi videtur, Adã dimittentes
interrogamus, quo ab angelis hic diſtat chorus, qui
Lucæ 1. in terra cantant, & dicũt: Gloria in excelſis deo, &
in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Deinde
poſtquam cãtica illa dixerunt, genua flectẽtes deũ
quem hymnis laudauerunt, rogãt & petũt, præſen-
C tium quidem nihil: nulla enim eis horum eſt cura:
ſtare autem cum libera pręſentia ante terribile tri
bunal, cùm venerit iudicare viuos & mortuos vni-
genitus filius dei, & nullũ audire illam terribilem
Matt. 7. d. vocem quæ dicit: neſcio vos: & cũ pura cõſcientia,
& multis directionibus laborioſam hanc expleant
vitam, & difficile nauigent hoc pelagus cum tran-
quillitate. Deinde ſurgẽtes, & perficientes iam ſan-
ctas illas & continuas orationes oriente radio, ad
opus adit vnuſquiſq;, multum ſtipẽdium egentibus
hinc cõgregantes. Magnus eſt illic qui vile opus ra
Meum & pit. Non eſt ibi meũ & tuum: ſed abiectũ eſt inde
tuum. hoc verbum, quod decẽ millium eſt cauſa pręliorũ.
In nullo eorum tabernacula deterius cœlis diſpo-
ſita ſunt: etenim angeli deſcendunt ad eos, & ange-
lorum dominator. Et menſa apud eos eſt ab omni
auaritia munda, & philoſophia plena. Non ſangui-
num torrẽtes ſunt apud eos: neq; carnium incilio-
nes, neque dulcamina, neq; vapor coctorum inde-
center implens odoratũ, neque fumus incõueniens,
neq; curſus & tumultus, & turbationes. & clamo-
res aggrauantes, ſed panis & aqua: hæc quidem ex
fonte puro, ille autem à laboribus eſt iuſtis. Si autẽ D
& aliquid munificẽtius comedere voluerint, extre-
mitates arborũ: hæc munificentia fit, & maior hæc
delectatio quàm in regalibus menſis. Angelorum
eſt hæc menſa ab omni turbatione eruta. Et ſedile
eis fœnum ſimpliciter ſupponitur, ſicut in eremo
prandens Chriſtus fecit. Multi autẽ neq; tegmẽ hîc
faciunt, ſed pro tecto cœlum habent, & lunam pro
lumine lucernæ, non indigẽtes oleo, neq; miniſtro:
ſol deſuper ipſe dignè lucet. Hãc & angeli mẽſam
de cœlo contẽplantes lætantur & exultãt, hæc igi-
tur ſcientes & deponentes auaritiã vniuerſam: in-
uadamus ſuperius, cum ſtudio vniuerſo regnum ra-
pientes, vt & futuris fruamur bonis. hæc Chryſoſt.

## ORATIO.

Domine deus paterfamiliãs omnipotens, qui
vineam eccleſiæ tuæ prælatis locaſti ad co-
lendum: vt vitia tanquã ſpinas extirpando,
& virtutes tanquã bona ſemina inſerẽdo, fructum
in ſe, & in ſubditis facerẽt bonorũ operum: da pro-
pitius omnibus, & prælatis, & ſingulis ſubditis vt E
fructum cordis, oris, & operis tibi reddãt: & vber-
tate fructuum maieſtati tuæ placeãt: ac tandẽ poſt
laborem præſentis vitæ, cum electis tuis, qui bene
& fideliter laborauerunt in regno tuo, te miſeran-
te requieſcant. Amen.

## De inuitatis ad nuptias, & non habente ve-ſtem nuptialem. Caput XXXIIII.

ET quia maiores Iudęorũ, intelligẽtes Matth. 22.
de ſe dici parabolas, quęrebãt domi- & Luc. 14
num tenere & occidere, hanc eorum
ſciens voluntatẽ: nihilominus incre-
pat ſæuientes, nec timore ſuperatur,
quo minus arguat peccatores. Hinc habes argumẽ-
tum, ꝙ ſi prædicatio tua nõ fuerit ſemper cõſecuta
effectũ, non ideo deſiſtas à prædicatione & redar-
gutione: maximè ſi ſpes eſt tibi de eorũ, quibus prę
dicas, correctione. Quia igitur oſtẽderat ꝙ regnũ
auferetur à Iudæis, & dabitur gẽti facienti fructus
eius: ideo ſubiũgit nũc parabolã de inuitatis ad nu-
ptias regis, quas fecit filio ſuo: quorũ quidã venire F
neglexerunt, quidã verò ſeruos miſſos contumelijs
affectos occiderũt: & de alijs bonis & malis vocatis
qui venerũt, & ad nuptias intrauerũt. Hãc parabo-
lam inducit vt dei lõganimitatẽ, & patientiã multã
ad Iudæos oſtendat, quos præ cęteris honorauit: &
primò ad nuptias filij ſui vocauit: cui carnẽ noſtrã,
& eccleſiam deſpõſauit: & vt reprobationẽ Iudęo-
rum, & vocationẽ gentiũ demõſtraret. Quia enim Iudęi ad
Iudæi ad fidẽ vocati venire noluerunt: meritò ipſis nuptias ve
reprobatis alij introducti ſunt, & impletę ſunt nu- nire nolue
ptię diſcumbentiũ, quia fides catholica diffuſa eſt runt.
per orbem vniuerſum. [Simile eſt regnũ ergo cœ-
lorum homini regi:] id eſt, negotiũ pręſentis eccle
ſiæ: ſeu factum in eccleſia militante circa Chriſtũ:
ſimile eſt negotiũ quod potuit fieri per hominẽ re-
gem in celebratione nuptiarum. Iſte homo rex eſt Deus rex.
deus pater, qui dicitur rex: quia regnat in cœlo per
gloriã, in mundo per gratiã, in inferno per iuſtitiã.
Et dicitur homo propter conformitatẽ, quę eſt in-
ter deum & hominẽ. [Qui fecit nuptias filio ſuo]

Nuptię triplices. G triplices. Primas celebrauit in virginis vtero, in copulatione diuinę naturę & humanæ: de quibus dicit Gregorius, quòd nuptiarũ thalamus, fuit vterus virginalis. Secũdas fecit in mundo, in cõiunctione Christi & eccleſiæ: de quibus dicit Apoſtolus: Sacramentum hoc magnũ eſt: ego dico, in Chriſto, & in eccleſia. (Epheſ. 5.) Tertias fecit in fideli amico, in coniunctione gratiæ & fidelis aĩæ: de quibus Oſee: Spõſabo te mihi in fide. (Oſee 2.) Aliæ ſunt nuptiæ cœleſtes, in quibus & multa fercula apponẽtur, ſecundũ Auguſtinum: ſcilicet vita, ſalus, & virtus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & omnia bona. [Et miſit ſeruos ſuos] pręcedẽtes, ſcilicet prophetas [vocare inuitatos ad nuptias] per ſcripturas legis, in qua eſt promiſsio de incarnatione Chriſti, ſcilicet ipſos Iudęos: [ad nuptias,] id eſt, ad fidẽ incarnatiõis Chriſti promiſſam in patriarchis, figuratã in lege, prędicatã in prophetis: prophetę nãque clarius denunciauerunt ea de Chriſto, quę obſcurius poſita erant in lege: hortabãtur enim populũ Iudaicũ expectare Chriſti aduentũ, ac per fidẽ & opera tendere ad H ipſum: & nolebãt venire, credẽdo ſcripturis inuitãtibus, obediẽdo ſeruis vocãtibus, cõgaudẽdo nuptijs regalibus. [Iterũ miſit alios ſeruos] ſequẽtes, ſcilicet Ioannem Baptiſtam, & apoſtolos, [dicẽs: dicite inuitatis,] ſcilicet Iudęis vocatis à tẽpore Abrahę: [Ecce prandiũ meũ paraui,] id eſt, myſterium incarnationis impleui, ac ſacramenta eccleſię & doctrinã Chriſtianã, q̃bus reficiatur anima, diſpoſui: [tauri mei,] ſcilicet patres veteris teſtamenti, qui ſub iugo legis laborabãt, & inimicos cornibus ventilabant: [& altilia,] quaſi alitilia, ab alẽdo dicta, ſcilicet patres noui teſtamẽti pinguedine charitatis ſaginati, pẽnis virtutum alati, ad ſuperna mente erecti [occiſa ſunt:] quia ſancti occidũtur pro ſalute populi: [& omnia parata ſunt:] quia quicquid quæritur ad ſalutẽ, iam adimpletũ eſt in ſcripturis: vel omnia quæ pertinẽt ad myſteriũ noſtræ redẽptionis: vel introitus regni, eſt per fidẽ meæ incarnationis apertus, q̃ antè fuerat clauſus: [venire ad nuptias] credendo, diligendo, operãdo. I [Illi autem neglexerunt,] quia Iudæi prædicationẽ Chriſti & apoſtolorum cõtempſerunt: nam pauci, cõparatiuè, de Iudæis crediderunt. Neglexerũt quidẽ, quia dominum nõ timuerunt: qui enim dominũ timet, nihil negligit. [Et abierũt alius in villã ſuã, & alius in negotiationẽ ſuã] ambitione ſeculi tãquam villę domino detenti, & ob pecuniæ cupiditatẽ negotiatione occupati. vbi Chryſo. O miſerrimus mũdus, & miſeri qui eum ſequũtur: ſemper enim mundialia opera homines excluſerunt à vita. (Mundanorum miſeria.) [Reliqui verò tenuerunt ſeruos eius, & cõtumelijs affectos occiderunt,] quia Ioannes Baptiſta eſt ab eis incarceratus & occiſus: necnon Stephanus & Iacobus & alij diſcipuli: & ſimiliter multi in teſtamẽto veteri: quia quod eſt grauius, nonnulli vocati gratiam nõ ſolum reſpuunt, ſed etiam perſequũtur. [Rex autẽ cùm audiſſet iratus eſt,] quia à domino meritò pro talibus ſunt puniti: [& miſsis exercitibus ſuis:] ſcilicet Romanorum, ſub principibus Tito & Veſpaſiano, qui ex diuina ordinatione venerũt cõtra Hieruſalẽ, quadrageſimoſecũdo anno poſt Chriſti paſſionem, [perdidit homicidas illos,] qui in vltionẽ K ſanguinis Chriſti, & ſuorum diſcipulorũ ab exercitu Romanorũ ſunt trucidati, & captiuati: [& ciuitatem illorum ſuccẽdit:] quia tunc Hieruſalẽ eſt ſuccenſa, & templũ in ea. [Tũc ait ſeruis ſuis.] ſcilicet apoſtolis & diſcipulis per diuinam reuelationem: [nuptiæ quidem paratæ ſunt,] id eſt, myſteria Chriſti impleta ſunt: & omne ſacramẽtum incarnationis, & humanæ diſpẽſationis iam peractũ eſt; & cõpletum: vt natiuitas, prædicatio, paſsio, & huiuſmodi: [& qui inuitati erãt] per legẽ, per prophetas, per apoſtolos, ſcilicet Iudæi [nõ fuerunt digni,] propter ſuam incredulitatem.] Ite ergo ad exitus viarum,] id eſt, ad Gẽtiles, extra viã errãtes, & diſperſiones gẽtium: [& quoſcunq; inueneritis,] id eſt, cuiuſcũque ſexus vel ætatis, cuiuſcũque ſtatus vel dignitatis, cuiuſcũque profeſsionis vel cõditionis, ſine acceptione perſonarum, [vocate ad nuptias:] id eſt, ad fidẽ incarnationis: quia nullus volens fidẽ Chriſti recipere, eſt repellẽdus. [Et egreſſi ſerui cõgregauerunt omnes quos inuenerũt, ma- L los & bonos:] quia in eccleſia militante admixti ſunt mali cũ bonis: [& impletę ſunt nuptiæ diſcũbentium,] quia (vt prædictum eſt) fides catholica diffuſa eſt per orbẽ vniuerſum: vel [impletæ ſunt] & quantum ad numerum, & quãtum ad meritum, & quantum ad pręordinationem diuinã, quod erit in fine mundi, quãdo complebitur numerus electorum. [Intrauit autem rex,] ſcilicet deus, ad iudicium: tota enim trinitas iudicabit: id eſt, reddet vnicuiq; pro meritis: [vt videret diſcumbẽtes:] id eſt, in fide quieſcẽtes: attendẽdo ſcilicet vitam fideliũ, & diſcernendo merita & demerita eorum: fideles enim pertinẽt ad iudicium: nam qui nõ credit, iam iudicatus eſt. (Ioan. 3.) Intrat autem dupliciter, ſcilicet generaliter in futuro iudicio, & ſpecialiter in morte cuiuſlibet hominis. Et nota ꝙ diſcumbere in nuptijs Chriſti, eſt ſacramẽtis eccleſiæ participare, fidem Chriſti habere, & beneficijs dei atque gratijs eius perfrui. [Et vidit ibi hominem,] id eſt, totum cœtum malorũ, qui in malitia ſociati ſunt in vnum, M [non veſtitum veſte nuptiali:] id eſt, habẽtem fidẽ Chriſti, nõ opera. Nam ſecundum Hieronymum. (Veſtis nuptialis.) Veſtis nuptialis præcepta ſunt domini, & opera quæ complẽtur ex lege, & euãgelio nouiſq; hominis efficiunt veſtimẽtum. Iſte homo habẽs fidẽ ſine operibus, ad nuptias eccleſiæ portat os & dẽtes: obmittens vitæ compoſitionẽ & mores. Vel [non veſtitum veſte nuptiali,] id eſt, habẽtem fidẽ ſine charitate. (Charitas veſtis nuptialis dicitur.) Dicitur autem charitas veſtis nuptialis, quia tegit turpitudinem peccatorum: quia protegit à frigore tẽtationum, quia ornat munere donorum & virtutum. Et vt dicit Auguſtinus. Diuidit inter filios regni & perditionis. vbi Gregorius: Rectè charitas nuptialis veſtis vocatur, quia hanc in ſe conditor noſter habuit, dum ad ſociandæ ſibi eccleſiæ nuptias venit. Qui ergo per charitatem venit ad homines: eandem charitatem innotuit veſtem eſſe nuptialem. Sciẽdum verò eſt, quia ſicut in duobus lignis, ſuperiori videlicet & inferiori, veſtis texitur: ita in duobus præceptis charitas habetur: in dilectione ſcilicet dei, & in dilectione proximi. Duo

ergo



ergo neceſſe eſt, vt charitatis præcepta cuſtodiat, A quiſquis habere in nuptijs veſtem nuptialem curat. Quatenus nec ex cõpaſsione proximi, contemplationẽ relinquat dei: nec pluſquã debet inhærens cõtemplationi dei, cõpaſsionẽ abijciat proximi. (Dilectio proximi.) Sciendũ quoque eſt, quòd ipſa dilectio proximi in duobus præceptis ſubdiuiditur: cùm quidam ſapiens dicat: Omne quod tibi oderis fieri, vide ne alteri facias: & per ſemetipſam veritas prædicat dicens: quæcũq; vultis vt faciãt vobis homines, & vos eadẽ facite illis. (Matth. 7.) (Charitas vera.) Charitas autẽ vera eſt, cùm & in deo diligitur amicus, & propter deum diligitur inimicus. Magna ſunt hæc, alta ſunt hæc, & multis ad exhibendũ difficilia: ſed tamen iſta eſt veſtis nuptialis. Quiſquis hãc recũbens nõ habet: iam ſolicitus metuat ingrediẽte rege, quãdo mittatur foras. Hæc Greg. [Et ait illi,] Vnũquenque hominẽ in iudicio particulari, cùm moritur, vniuerſorum iudex interrogat, quõ in fide Chriſtiana ſe habue- B rit: ſed in fine mũdi loquetur toti humano generi: (Amicus per naturam vocatur peccator.) [Amice] fidei participatiõe, ſed nõ operatiõe: debiti obligatione, ſed nõ ſolutione: nomine, non re: vocatur ergo peccator amicus, propter fidẽ informẽ: quæ notitia quædã eſt, & dei donũ, licet nõ ſufficiat ad ſalutem. Vocatur etiam amicus, propter naturã, qua ad imaginẽ dei eſt factus: vel quia fuit inuitatus.] Quomodo huc intraſti] inter cõgregationem, ſcilicet fidelium: ſacramenta eccleſiæ ſuſcipiẽdo, fidem eccleſiæ cõfitendo, [nõ habẽs veſtẽ nuptialem?] ſcilicet opera, ſine quibus fides eſt mortua, (Iacob. 2.) velle veſtem nuptialem,] ſ. charitatem: quia abſque tali veſte nemo ad cõmunionem fidelium debet accedere: quoniam dignum eſt, vt cõuiuãtes ipſi ſponſo in habitu ſint cõformes, qui veſtem induit charitatis. (Charitas cur veſtis dicta.) Charitas dicitur veſtis: tum quia operit delicta, tum quia calefacit deſideria, tũ quia ſine ea nõ placent deo opera noſtra. Dicitur autem nuptialis: quia matrimonia fiũt propter amicitiã reformãdam, cõfirmandã, & augendã. In matrimonio igitur filij dei, quod fecit cum natura humana, C amicitia inter deũ & nos eſt reformata, perpetuò cõfirmata, & etiam augmẽtata. (Indumẽta peccatorum.) Et nota quòd exiſtẽtium in nuptijs Chriſti, plurimi ſunt induti ſacco, auaritiæ: aliqui ſunt induti purpura, ſuperbiæ: aliqui auro, inanis gloriæ: aliqui pellibus ouiũ, ſimulatæ iuſtitiæ: aliqui armis, iracũdiæ: aliqui habẽt veſtimẽtum ſordidũ, peccato luxuriæ: aliqui laceratũ, diſſecatione inuidiæ: aliqui incompoſitum, negligentia accidiæ: aliqui molli, intuitu complacẽtiæ: aliqui nimis affluentes, voracitate gulæ. De quibus omnibus in Sophonia dicitur: Viſitabo ſuper omnes qui induti ſunt veſte peregrina. (Sopho. 1.) [At ille obmutuit:] propter timorem accuſationis, propter erubeſcẽtiam iniquitatis, propter ignorãtiam excuſationis: præ cõfuſione nõ habens quid reſponderet: quia deo nullus reſpondere poteſt: ſed propria arguẽte cõſcientia conuincitur, & mutus efficitur. (Cur obmutuit nõ habens veſtẽ nuptialẽ.) Per hoc ꝙ ille obmutuit, mõſtratur ꝓ in illo vltimo examine omne genꝰ excuſatiõis ceſſabit. [Tũc dixit rex miniſtris,] id eſt, angelis, diuinæ iuſtitiæ executoribus: vel iſti miniſtri ſunt maligni ſpiritus, qui deputati ſunt ad pœnã dãnatorum. quia ſecundum Origenẽ: Meritò ipſi ſunt pœnæ autores, qui fuerũt culpæ ſuggeſtores: [ligatis manibus & D pedibus,] id eſt ablata poteſtate bene operãdi, & ad ſalutẽ reuertẽdi, ac gratiã recuperãdi. (Vel pedes ſunt facultas liberi arbitrij, manus verò ſunt potẽtia operis: & vtrũq; eſt ligatũ in dãnatis) [mittite] proijcite eũ, ſic ligatum, [in tenebras exteriores,] à Tenebræ exteriores viſione dei: & quia ſunt extra oẽm diẽ, & extra ambitũ diuinæ miſericordiæ. Vel [exteriores,] id eſt corporales, & localiter extra ipſum poſitas: quia habuerat in ſeipſo, dũ hîc viueret, interiores: id eſt mẽtales. Tenebræ eñ ignorantiæ, ducunt ad tenebras culpæ: & hæ ad tenebras pœnæ. Vnde ſecũdũ Grego. Interiores tenebras, dicimus cæcitatẽ mẽtis: exteriores verò tenebras, æternã noctẽ damnationis. Qui ergo nũc in vitio ligãtur ſponte, tũc in ſupplicio ligabũtur inuitè: & ligabit ibi pœna, quos hîc à bonis operibus ligauit culpa. Et q̃d ibi ſuſtinebit, qui hîc bene viuere cõtẽpſit: ſubiungit, dicẽs: [Ibi erit fletus,] ſ. oculorũ, per illicitas concupiſcentias & in vanitate mũdi hîc vagãtium: [& ſtridor den E tium,] in edacitate modò gaudẽtium: quatenus ſingula mẽbra ſupplicio ſubiaceãt, quæ hîc ſingulis vitijs ſubiecta ſeruiebãt. Vel [fletus & ſtridor,] id eſt Stridor dentium. dolor mẽtis & corporis, ad quæ reducitur omnis pœna infernalis: fletus eñ à triſtitia originatur: & ſtridor dẽtiũ cauſatur à contrarijs cauſis. ſ. ex ardore ignis, & frigore infernali. Vnde dicit in Iob: Ad nimiũ calorẽ tranſibit, ab aquis niuiũ. (Iob 24.) In fletu etiã & ſtridore, magnitudo tormentorũ, & doloris immenſitas ſignificatur. Vel certè ſtridor dẽtium prodit indignãtis affectũ: eo quòd ſerò vnumquenque pœniteat, ſerò ingemiſcat, ſerò ſibi iraſcatur, quòd tam peruicaci improbitate deliquerit. Et quia in conuiuio nuptiali nõ initium, ſed finis quæritur: cõſequenter repulſo vno (in quo omne malorum corpus imprimitur) generalis ſententia, & parabolæ cõcluſio infertur: [Multi autem ſunt vocati,] ad fidem catholicam: [pauci verò electi:] ad gloriam, ſcilicet comparatiuè, reſpectu illorum qui vocati ſunt ad fidem: quia inter multos fideles, habentes fidem, pauci ſunt electi qui habẽt fidẽ formatam. F Rurſus omnes homines vocantur ad fidẽ, ſed pauci ſunt electi: quia pauci ſunt fideles reſpectu infidelium. (Vnus eiectus notat multos.) Tale eſt quod dicit: Non vnus tantum de vocatis eiectus eſt de nuptijs, ſed intelligẽdum eſt de multis: quia per illum vnum intelligitur vniuerſitas malorum, qui habent fidem ſine operibus charitatis. Nam ſecũdum Auguſtinum: Homo ille qui inde proiectus eſt, nõ vnum hominem ſignificat, ſed multos: quia vnus corpus malorum eſt: Vnde alibi dicitur: Lata eſt via quæ ducit ad perditionẽ, & multi ſunt qui ingrediuntur per eam: & arcta eſt via quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inueniunt eam. (Matth. 7.) (Timendũ cuique.) Et hoc multum deberet nos terrere, & ad humilitatem mouere, quia eſt nobis incertum, vtrum ſimus de illo paruo numero electorũ. Vnde Gregorius: Tantò ergo ſibi vnuſquiſque metuat, & in humilitate ſe deprimat, quantò ſi ſit electus ignorat: quia quod ſæpe dicẽdum eſt, & ſine obliuione retinẽdũ: multi ſunt vocati, pauci verò electi. Hæc Gregorius. Et notãdum quòd hoc verbũ, ibi

erit fletus

Fletus & ſtridor ſepties dicta

G erit fletus & ſtridor dētiū,in ſeptē locis euangelij legitur:& hoc cōtra ſeptem vitia maximè prælatorū,ſecūdū quòd vbique in præcedēti litera reddi tur cauſa.Prima cauſa eſt,quia malè intrauerunt, ſcilicet per nūmū,nō per deū:per cupiditatē,non per charitatē.Vnde dicitur hîc:[quomodo huc intraſti nō habens veſtē nuptialem?]& ſequitur:[ibi erit fletus & ſtridor dētium.]Secūda,quia malè vixerunt,nō ſicut paſtores,ſed ſicut prædones:nō ſicut epiſcopi,ſed ſicut epicuri.Vnde ſuprà de ſagena:Malos autem foras miſerūt,& ſequitur:ibi erit fletus & ſtridor dentiū.Tertia,quia alios ſcandalizauerunt,ſicut lapis ſubitò occurrens pedi, facit ipſum ceſpitare & offendere.Vnde ſupra:Et colligent de regno eius omnia ſcādala,& ſequitur : ibi erit fletus & ſtridor dentiū.Quarta,quia in docendo & regēdo inutiles fuerunt.Vnde infrà:Seruum inutilē proijcite in tenebras exteriores , & ſequitur:ibi erit fletus & ſtridor dentium. Quinta,quia ſubditos & ſuperbia verbi & auaritia facti oppreſſerunt.Vnde infrà.Si dixerit ſeruus malus,moram faciet dominus meus,& cætera:partem ſuā ponet cum hypocritis,& ſequitur:ibi erit fletus & ſtridor dentiū.Sexta,quia magna de ſe præſumpſerūt credendo,& maiora iactādo.Vnde ſuprà.Nōnne manducauimus corā te,& bibimus &c.& ſequitur ibi erit fletus & ſtridor dētium.Septima,quia non pœnituerunt:elatio enim ſuperbię repugnat humilitati pœnitentiæ.Vnde ſuprà de Centurione.Filij autē regni eijcientur foras in tenebras exteriores, & ſequitur:ibi erit fletus & ſtridor dētium.Has ergo Chriſti & eccleſiæ nuptias,tota mente diligamus:harū gaudijs cœleſtibus indefeſſa bonorū intētione iungamur:has quia per fidē vocati intrauimus,mūdo dilectionis habitu celebrare curemus: noſtræ quæ actionis ſimul & cogitationis maculas ante diem extremi diſcriminis,ipſi ſolicitius examinādo diluamus:ne fortè tūc ingrediēs rex,ſi viderit nos nuptialē charitatis veſtē non habere,eijciat nos,& ligatis à facultate bene agēdi manibus noſtris ac pedibus in tenebras mittat exteriores.Si quis enī in tēpore iudicij fuerit inuētus ſub nomine Chriſtiano nō habens opera Chriſtiani , ſtatim corripietur:& audiet iſtud à rege ſibi dici: [amice quomodo huc intraſti nō habēs veſtē nuptialem?] quaſi diceret:Vt quid Chriſtianus es effectus,cùm opera tua nō ſint Chriſtiani?Nullus itaque de vocatione præſumat,donec de adeptione finis ſecurus exiſtat.Omnes quidē vocat deus volūtate antecedēte,ſecūdum quā vult omnes homines ſaluos fieri:[& pauci ſunt electi,]quia beatitudinē cōſequūtur reſpectu eorū qui condēnantur.Nōnulli quidē vocati,nec incipiūt:nōnulli verò in bonis quæ incœperūt minimè perſiſtunt:& multi fidem percipiūt,ſed reſpectu malorū pauci ſunt qui in gratia vſque in finē perſeuerāt.Nemo autē Chriſtianum ſe iudicet,niſi qui Chriſti doctrinā ſequitur,& imitatur exemplū.Qui malè viuūt & Chriſtiani vocātur,iniuriā Chriſto faciūt.Vnde Auguſtinus: Nemo ſine cauſa quodcūque nomē ſortitur. Sutor vt dicatur,neceſſe eſt vt calciamēta cōficiat. Vocetur quis faber,aut alius artifex:artis peritia fiat.Huiuſ

Matth.16. Ibidem. Eiuſdē.25 Matth.24 H Lucæ 13. Matth.8. I Vocat oēs deus.

modi exemplis cognoſcimus nullū ſine actu nomē ſed omne nomē ex actu.Chriſtiani ergo nomē ille fruſtra ſortitur,qui Chriſtū nō imitatur . Quid enī tibi prodeſt vocari quod nō es,& nomē vſurpare alienū?Sed ſi Chriſtianum te eſſe delectat , quæ Chriſtianitatis ſunt gere , & meritò tibi nomen Chriſtiani aſſume.Tu ergo qūo Chriſtianus diceris,in quo nullus Chriſtiani eſt actus ? Chriſtianus iuſtitiæ,bonitatis,integritatis,patiētiæ, caſtitatis, pudicitiæ,pietatis,humilitatis & innocētiæ eſt nomē:& tu iſtud nomē qūo tibi defendis & vēdicas, cui de tā pluribus rebus nec paucæ ſubſiſtūt?Chriſtianus ille eſt,qui nō nomine tātum,ſed opere eſt, qui viā Chriſti ſequitur,qui Chriſtum in omnibus imitatur.Sicut Scriptū eſt.Qui dicit ſe ſe in Chriſto manere:debet ſicut ille ambulauit,& ipſe ambulare.Chriſtianus eſt,qui die noctuq; deo deſeruit,qui indeſinēter eius præcepta meditatur & cogitat,qui pauper mūdo efficitur vt deo locuples fiat,qui inter homines habetur inglorius vt corā deo & angelis glorioſus appareat,qui in corde ſuo nihil ſimulatū videtur habere nec fictū,cuius ſimplex & immaculata eſt anima,cuius cōſciētia fidelis & pura eſt,cuius tota in deo mēs,cuius omnis ſpes in Chriſto eſt,qui cœleſtia potius quā terrena deſiderat,qui hūana ſpernit vt poſſit habere diuina.Hęc Augu. Vnde & Leo papa.Fruſtra appellamur Chriſtiani,ſi imitatores nō ſumus Chriſti.Qui ideo viā ſe eſſe dixit,vt cōuerſatio magiſtri eſſet forma diſcipulis:& illā humilitatem eligeret ſeruus,quā ſectatus eſt dominus.Vnde Cyprianus : Chriſtianus nemo rectè dicitur,niſi qui Chriſto moribus coæquatur.Vnde etiam Anſelmus:Inter infideles computātur,qui quod vouerūt nō implenerūt.Quicunque etiā Chriſtum nō ſequitur:nō ſolum Chriſtiani nomē amittere,ſed & Antichriſtus dici meretur.Vnde Auguſtinus: Quiſquis factis negat Chriſtum,Antichriſtus eſt:magis mendax eſt Antichriſto,qui ore profitetur Chriſtū & factis negat.Ideo mendax,quia aliud loquitur & aliud agit.Quis eſt qui nō credit quòd Ieſus ſit Chriſtus?Qui nō viuit quomodo præcipit Chriſtus.Multi enim dicūt credo:ſed fides ſine operibus nō ſaluat.Et iterum:Oēs negant Chriſtum in carne veniſſe,qui violant charitatem Ieſu:nō enim ōpus erat vt veniret niſi per charitatem.Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animā ſuā ponat qs pro amicis ſuis. Quiſquis violat charitatē:quodlibet dicat lingua, vita ipſius negat Chriſtum in carne veniſſe,& iſte eſt Antichriſtus vbicunque fuerit,quocunque intrauerit.Hæc Auguſti.In hoc ergo maximè nos Chriſtiani Gentiles ſcandalizamus:quia charitatē & vitam virtuoſam nō habemus. Vnde Chryſoſtomus:Nihil aliud eſt quod ſcādalizat Gētiles,quàm quòd nō amor eſt.Cùm enim multiplicata fuerit iniquitas,frigebit amor.Vitam autem nihil ita facit clarā vt amor.Nihil ita cōuertit Gētiles vt virtus animi:nihil ita ſcādalizat vt malitia.Cū enim viderit auaritia vtentem rapiētem eū qui cōtraria iubet:& his qui eiuſdem ſunt tribus vt foris vētē, eū qui iubet inimicos amare:delirationem dicit ea quæ dicta ſunt.Cùm autem viderit tremētes mor

tem

K Chriſtiani quid dicatur. L Antichriſti qui. M Ioan.15. Scandalizatio Gentiū p nos. Amoris virtus.



A tem,qualiter ſuſcipiet eos qui de immortalitate faciunt ſermones?Cū viderit diligere principatū,& alijs ſeruientē paſsionibus:firmus in ſuis manet dogmatibus,nihil magnū imaginans.Nos enī ſumus cauſa manendi eos in errore.Nā dogmata quidem quę apud ſeipſos ſunt,olim contempſiſſet:ſed & noſtra ſimiliter admirarētur:ex vita autē noſtra prohibentur.Nam per verba quidem philoſophari facile eſt:multi enim & apud eos hoc fecerunt:inquirunt autem eam quæ fit per opera demonſtrationem.Oſtende enim mihi fidem tuam,ait,per opera tua.Cū autem magis fera diuellimus proximorum ſubſtantias:iacturam nos vocant orbis terrarum.Quare & nos horum vindictam dabimus:nō pro quibus malè agimus ſolum,ſed pro quibus blaſphematur nomen dei.Vſquequo pecunijs,& voluptati,& alijs ſumus alligati paſsionibus? Deſiſtamus igitur de reliquo,& virtutē capiamus oēm,& futuris fruamur bonis.Hæc Chryſoſto.

Iacob.2.

## ORATIO.

B Domine Ieſu Chriſte,rex cœleſtis glorię,qui nos per nuntios tuos:ſcilicet per ſacram ſcripturam,infirmitates,periculum viuendi,mutationem fortunæ,& gratuitā voluntatem,ad nuptias tuas vocaſti:da nobis charitatis veſtē nuptialem,ne à confeſsiōe peccati,& à laude dei vnquam obmuteſcamus:ne à reſurrectiōe ſpiritalis gaudij: ſcilicet pace,& ſecuritate,ſeparemur:& da nobis veſtem pietatis,& bonæ operationis:ne ligatis manibus & pedibus,in tenebras exteriores mittamur. Amen.

## De quæſtiōe ſuper tributo ſoluēdo,& de muliere ſeptem viros habēte. Cap.xxxv.

Matth.22.

TVnc,ſcilicet poſt prædicta, & eadem feria tertia:[abeūtes Phariſæi]ad Herodianos:[conſilium inierunt,]vt ex collatione cōmuni melius perpenderent qualiter Ieſum decipere poſſent: &[eum]quem capere non poterant in malo opere caperent in ſermone:] quia facilius capitur homo in verbis,quā in factis.[Et miſerunt diſcipulos]de ſecta ſua,cū Herodianis:]id eſt,miniſtris Herodis, qui ex parte Cæſaris præerat tributis:vt diſcipuli caperent in ſermone,& miniſtri raperent eū ad puniendum in corpore.ſecundum Chryſoſto.Ne fortè Phariſæi,Chriſto noti & ſuſpecti , circūuenire eum non poſſent:quia coram eis ſibi in verbis caueret,mittunt diſcipulos,quaſi ignotos,vt facilius deciperent:& minus erubeſcerent deprehenſi:& propter hoc eos & Herodis miniſtros ſimul mittūt: vt quodcūque dixerit,reprehendatur.Et circūdāt eum:ſicut apes mel in ore & aculeum in tergo portantes,& adulatoriè commendant in eo triplice veritatem:dicētes: [Magiſter,ſcimus quia verax es:] quantum ad vitā non hypocrita:ecce veritas vitæ. [& viā dei,]qua itur ad deum,[in veritate doces:] quātum ad ſanā doctrinam.ecce veritas doctrinæ. [& nō eſt tibi cura,id eſt,timor vel fauor,[ de aliquo:]quantum ad iuſtitiā:id eſt,nō attendis aliquē vt accipias perſonā.vnde exponēdo ſubiungit:[nō enī reſpicis perſonas hominū,]ſed indiſtinctè dicis maioribus & minoribus veritatem:ecce veritas iuſtitiæ.Sed econtrà multi moderni faciūt:qui pauperes delinquētes publicè arguunt & confundunt, ſed diuitibus maiora peccantibus nec nutū faciunt. ſecūdum Chryſoſto.Inter omnia peccata ſacerdotum,maximum eſt quòd perſonas reſpiciūt,& nō cauſas.Et ideo iuſtos & pauperes deſpicientes,iniquos & diuites promouēt & exaltāt.Vt autē dicit idem Chryſoſto.Magiſtrum eū vocant,& veracē magiſtrū,vt quaſi venerādo eum deciperent:& vt quaſi honoratus & laudatus myſterium ſui cordis ſimpliciter eis aperiret,tanquā volens eos habere diſcipulos.Hæc eſt enim hypocritarū prima ſimulatio,laudatio:laudant enim quos perdere volunt, vt per delectationem laudis paulatim corda hominū,ad ſimplicitatē benignæ cōfeſsionis inclinent. Hæc Chryſoſto.Iſtis ſimiles ſunt,qui hominibus in præſentia adulātur,& in abſentia detrahunt.O quàm plenus eſt mūdus his,& illis peſtiferis hominibus:à quibus cuſtodiat ſuos deus.Vnde ſecūdum Auguſti.duo ſunt genera perſequentiū:ſcilicet vituperātium,& adulantium:& plus perſequitur lingua adulatoris,quàm manus interfectoris.Et mellitis verbis,eū interrogare volētes,ſubiungūt:[Dic ergo nobis,quid tibi videtur?]Quia certi ſumus nō dimittis propter maieſtatē Cæſaris,vel timorē aut fauorem cuiuſcunque hominis, quin veritatē, & iuſtè quod verum eſt,diffinias.Et interrogant eum,dicentes:[Licet cēſum Cæſari dari,an non?] hanc quæſtionem,apud Iudæos ortā,Chriſto maliciosè propoſuerūt:vt ſi tributum negaret,& diceret nō eſſe licitum,caderet in manū præſidis:& ſtatim caperetur tanquā contrarius imperatori.Si autem tributum conderet,& diceret eſſe licitum:caderet in manum populi,tanquā contrarius eorum libertati & diuino honori:& ſic totū eorū artificiū erat vndique habens præcipitiū.Dicebant quidā, quia Romani pro republica militabant,eos in ſecuritate & quiete tenētes,quòd licebat dari tributum.Sed econtrà Phariſæi aſſerebāt,quòd qui ſeruiebant ſummo deo,& ſibi oblationes & decimas reddebāt,nulli homini tributa ſoluere debebant. Sed ſapiētiæ fons dolos eorū fugit:ſic enī reſpōdit, vt deo & Cæſari ſua iura ſeruarent . Vnde[cognita]& deprehenſa[nequitia]& doloſitate[eorum:] nihil enī latet deū,qui ſcrutatur renes & corda:laudes ipſorum reſpuit,& durè eis reſpondit,dicens: [Quid me tentatis hypocritæ?]quaſi diceret:Nō quæritis veritatē addiſcere,ſed me verbis capere: & propter hoc eos hypocritas vocat:quia aliud prętēdebant,& aliud intēdebāt.ſecūdum Chryſoſto. reſpondet non ſecundū verba eorum,blādè:ſed ſecundum conſcientias eorū,aſperè:docens nos durè refellere adulātes:& ſecundum eundem,Phariſæi blandiebātur,vt perderent:Ieſus autem confundebat,vt ſaluaret:quia vtilior eſt deus homini iratus quàm homo propitius.Et ſubiungit:In hoc autem quòd Chriſtus laudes reſpuit,dat intelligere quod nullus debet velle laudari:& in hoc quòd adulatores ſuos durè reprehēdit,docemur vt adulationes vitemus.[Oſtendite mihi numiſma cenſus:]id eſt denarium qui pro cēſu datur annuo,& erat de argēto:vocabaturque denarius,quia valebat decem nu

mos

C Veritas triplex in Chriſto.

D Perſonarū acceptio ſummū ſacerdotum malū. Hypochritæ detractores. E F Pſal.7.c. Numiſma

mos viſuales:& habebat imaginem Cæſaris,& no-
G men eius. Propriè tamen numiſma eſt ipſa inſcri-
ptio imaginis:& numus eſt,cui inſcribitur. Et illis
offerentibus ei denarium ceſualem, [ait: Cuius eſt
hæc imago?] quātū ad figurā:[& inſcriptio,] quan
tum ad ſcripturā. Non de ignorantia interrogat:
ſed vt cōpetenter ad eorū verba reſpōdeat. Voluit
dominus videre materiā quæſtionis, vt nos tacitè
informaret ne ſimus præcipites in ſententiando:
ſed maturè inquiramus, & prius examinemus an-
tequā diffiniamus:[dicūt ei, Cæſaris:] ſcilicet Ti-
berij,priuigni Auguſti Cæſaris: ſub quo Auguſto
natus eſt dominus.[Tunc] ex præmiſsis inferendo
quæſtionis determinationē,[ait illis:] Reddite er-
go quæ ſunt Cæſaris,Cæſari,] ſcilicet tributū &
pecuniam,per quam cōficemini vos illi ſubiectos.
Vbi ſecundū Chryſoſtomū: Illa dicit ſolū quę non
nocent pietati:quia ſi aliquid tale eſt, nō Cæſaris,
ſed diaboli eſt vectigal:[& quæ ſunt dei,deo:] ſcili
H cet,ſecundū Hieronymū,decimas,primitias,obla
Matt.17. tiones,& hoſtias. Sicut & ipſe reddidit tributa pro
Ioan.6. ſe & Petro:& deo reddidit quæ dei ſunt,patris fa-
ciens volūtatem. Vel debemus reddere mūdo ſuos
honores,eos deſpiciēdo:ſuas delitias, eas abhorrē
do:& ſuas diuitias,eos contemnendo: deo autē de-
cimas & oblationes. Vel ſecundū Ambroſium: Si-
cut Cæſar exigit impreſsionē ſuæ imaginis,ſic &
deus animā lumine vultus ſui inſignitā:ſicut enim
denarius imagine regis,ſic ſignatur homo ad ima-
ginē & ſimilitudinē dei:quā peccando corrūpit. Et
iterū: Cùm alia ſit imago dei,alia mundi:ſi nō vis
eſſe obnoxius Cæſari,noli habere quæ ſunt mūdi.
Si vis terreno regi nihil debere:omnia tua relique,
& Chriſtū ſequere. Et bene prius quæ Cæſari ſunt
reddēda decreuit:neque eīn pōt eſſe quis diſcipulus
dñi,niſi prius renūtiauerit mundo. Sed oēs renūtia
mus verbis,nō renūtiam⁹ affectu. Nam cū ſacramē
ta recipimus,renūtiam⁹. Quā grauia ſunt vincula,
promittere deo,& non ſoluere: Maior eſt contra-
ctus fidei,quàm pecuniæ. Redde promiſſum dū in
hoc corpore es,priuſquā veniat exactor & mittat
I te in carcerē. Vnde & Hierony. Numū habentem
Mal.4. Cæſaris imaginem reddite coacti Cæſari:voſmet
ipſos libenter deo. Signatum eſt enim lumen vultus
dei ſuper nos,non Cæſaris. Hæc Hieronymus. Re
lictis ergo quæ mundi ſunt:corpus,animā,intelle-
ctum,voluntatem,rationē,& omnia quæ in nobis
ſunt deo(à quo accepimus)nō dico debemus,ſed tā
quam debitum reddamus:vt nō comparati beſtijs,
ſed rationabiliter in omnibus procedamus. Quia
ſecundum Hilarium: Condignum eſt,vt ei nos to-
tos reddamus,cui debere nos recolimus & origi-
nem & profectum. Non eſt itaque inconueniens,
nec contradictio,quòd homo ſit ſubditus homini
in temporalibus,& deo immediatè in ſpiritualibus
vtrūque enim bene ſe cōparitur,nec alterum al-
teri præiudicat. Sed magis fœlix eſt & beatus,qui
à temporalibus & à pernitioſa ſeruitute eorum eſt
erutus,& deo ſoli ſubiectus:quia hic maximè eſt li
Tributū deo reddē dum. ber,& princeps,& regibus regalior:& neque diui
tiarum timet tyrannidem ,neque principatus ti-
morē. Myſticè autē deo debemus reddere triplex
tributū,ſiue rationē,quam poſtulat:ſcilicet de cor
de,perfectā dilectionē:de ore,feruentem & frequē K
tem gratiarū actionem:de corpore,voluntariā vi-
tiorum mortificationē. In præmiſsis etiā tria my
ſticè notantur. Primò quęritur oſtenſio denarij. Se
cundò interrogatur ſuperſcriptio oblati. Tertiò ſe
quitur diffinitio cui debeat reddi. In denario ſunt
tria:materia,pondus,& ſuperſcriptio cum imagi-
ne. Materia,eſt operatio bona,vel mala:argentea,
vel ſtanna. Pondus,eſt intētio recta vel praua. Ima Imago cuius.
go attenditur in affectu interiori:& ſuperſcriptio,
in effectu exteriori. Imago enim diaboli,eſt culpa:
imago dei,gratia ſuperſcriptio,eſt exterior cōuer
ſatio:& humilis ad imitationē Chriſti,vel ſuper-
ba ad imitationē diaboli. Huius denarij oſtēſio fit
in morte. O quàm metuēda quæſtio:oſtendite mi
hi numiſma cenſus:hominē ſcilicet interiorē,ſac-
co carnis velatum,exteriori ſimulatione obūbra-
tum,diu ad pœnitētiam expectatum: fœlix qui po
terit dicere,cōcidiſti ſaccū meum,& circundediſti Pſal.29.c
me cum lætitia. Sed interrogatio fiet in iudicio de L
imagine. O quàm horrenda interrogatio,imò in-
crepatio,malorū cuius eſt imago hæc,& ſuperſcri
ptio? Quilibet portat imaginē eius cuius habet ope
ra:ſcilicet vel dei,vel imperatoris,mundi & diabo
li. Sed diffinitio fiet in retributione: [reddite ergo
quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt dei deo: ]
quia ibunt hi in ſupplicium,illi in gaudium. [Et]
audiētes Phariſæi,audientes ſapientiſ-
ſimā reſponſionem domini[mirati ſunt,]quia cal
liditate & inſidijs præualere nō potuerunt:& [re-
licto eo,]ſicut confuſi,[abierūt.] Vnde Hierony-
mus: Qui ad tantā credere ſapientiā debuerāt,mi-
rati ſunt quòd calliditas eorū inſidiandi locum nō
inueniſſet:& relicto eo abierūt,infidelitatē pariter
cum miraculo reportātes. Deinde cū abijſſent Pha Saducæorum acceſſio.
riſæi,[acceſſerunt ad eū Saducæi:] vt quia ratio-
ne eum ſuperare nō poterāt,ſaltē per ipſam frequē
tiā ſenſum eius ſubuerterent:& tædio eū ſupera- Sectæ Iudæorū tres
rent. Tres erāt ſectæ inter Iudæos ab alijs differē- Phariſæi.
tes:ſcilicet Phariſæi,qui erāt ab alijs diuiſi quātū M
ad habitū & traditiones,qui traditionibus Moyſi
traditiones ſuas præferebant:& ſecundum legem
vocabantur Phariſæi,id eſt diuiſi à Phares, id eſt,
diuiſio. Alij erant Saducæi,qui ab alijs differebant Saducæi.
quantum ad doctrinam:qua ipſi ſibi iuſtitiam, &
quod nō erant vendicabant:vnde & iuſti propter
exteriorē ſanctitatem appellati ſunt. Ipſi eīn reſur
rectionem negabant:animā mortalē eſſe, & cum
corpore interire dicebant:ac neque angelū,neque
ſpiritū eſſe credebāt:ſed libros Moyſi recipiebant. Eſſei.
Alij erāt Eſſei,qui ab alijs differebāt in vita & mo
do viuēdi:quia ferè monaſticā vitā ducebant,cōiu-
gia vitabāt,omnia in communi habebāt. De dua-
bus autē primis ſectis hīc dicitur. Saducęi ergo ac-
cedētes ad Ieſum quandā fabulam fictam de mulie
re,quæ ſeptem viros habuerat,ei proponebāt:quæ
rētes eum cuius eſſet in reſurrectione:per quā oſtē
dere volebāt reſurrectionē non eſſe. Putabāt enim
quòd ſi futura eſſet reſurrectio,tunc celebrādæ eſ-
ſent nuptiæ ſicut modò:& quia inconueniēs vide-
tur quòd detur omnibus ſeptē ſimul:quia vni mu-
lieri



lieri nunquam licuit plures viros habere, ſed bene
A econuerſo,propter fœcunditatē: vel ꝙ detur alicui
eorū determinatē: qua ratione eſſet vnius, eadē
ratione eſſet & alterius: intendebāt concludere re-
ſurrectionē nullā eſſe. Quā quæſtionē eis ſoluēdo,
euacuat dominus eorū opinionē:& oſtendit errorē,
dicens: Erratis [in hoc,ſcilicet ꝙ reſurrectionē ne-
gatis:] neſcientes ſcripturas,quæ reſurrectionē aſ-
ſerunt,ac modū reſurrectionis inſtruunt, & oſten-
dunt. Vnde etiā ſequitur, ꝙ neſciant [virtutē dei,]
quæ poterit corpora ſuſcitare,& poſt mortē viuifi-
care:quia potuit omnia de nihilo facere. Errabant
ergo,quia & ſcripturis cōtradicebāt, & virtuti dei
derogabant. [Erratis] etiā putantes ibi celebrādas
eſſe nuptias. [In reſurrectione eīn] generali, [neq;
nubēt,] ſcilicet viri:id eſt, nō accipiēt vxores: [ne-
que nubentur,] ſcilicet mulieres:id eſt, nō accipiē-
tur à viris. vt dicit Hieron. Latina conſuetudo hīc
Nubere & nubi. Græco idiomati nō reſpōdet. Nubere enim ꝓpriè
dicitur mulieres,& viri vxores ducere:ſed hīc ſim
pliciter intelligamus ꝙ nubere de viris, & nubi de
B mulieribus dictū ſit:vnde nō erit carnalis,ſed ſpiri-
tualis cōuerſatio: & hoc eſt qđ ſubditur, [ſed ſunt
ſicut angeli dei in cœlo:] non in natura angeli, ſed
ſicut angeli, in proprietate ſpiritualitatis, & im-
mortalitatis,incorruptibiles ſcilicet & ingenerabi
les: nō quòd ſint ſpiritus, ſed quòd ſint ſpirituales,
ac vitam & cōuerſatiōnē ſpirituale habētes, & ſine
labe corruptionis viſione & fruitione dei viuentes.
Ceſſante enim cauſa,ceſſat effectus: nuptiæ autem
ordinatæ ſunt ad procreationē filiorum educādorū
ad cultum dei,quouſq; numerus prædeſtinatorū ſit
cōpletus:qui cōpletus erit in reſurrectione, & pro-
pter hoc tunc erimus ſicut angeli, ſemper contem-
plationi vacātes:& hoc eſt quod debet corda moue
re ad deuotionē,videlicet conſideratio illius beatæ
vitæ,quā poſt modicū expectamus. Secundū Bedā,
Septē viri. myſticè per ſeptē viros reproborū vniuerſitas deſi-
gnatur:quorū vxor eſt mundana cōuerſatio,qui di-
ſcedunt ſine liberis:quia tota hac vita, quæ ſeptem
diebus agitur,ſteriles ſunt à bonis operibus: quibus
C morte miſera præraptis ad vltimū,& ipſa mūdana
conuerſatio,quā illi ſine vitali opere tranſegerant,
Eccleſia. quaſi vxor infœcunda trāſibit. Poteſt etiā nomine
huius mulieris intelligi eccleſia,quæ viro deſpōſa-
tur,quando prælato cōmittitur:ſeptenarius autem
virorum nō generantiū ex eccleſia filios, ſignificat
vniuerſitatē malorū prælatorū,vel clericorū,ſecū-
dum differentias ſeptē ordinū eccleſiaſticorū:quo-
rum primus eſt oſtiariorū, ſecūdus lectorū,tertius
exorciſtarum, quartus accolitorū, quintus ſubdia-
conorum,ſextus leuitarū, ſeptimus ſacerdotū. Hi
filios non generant, quia in eccleſia dei fructū non
quærunt:& ideo dęmoniū eos occidit. Mulier quo-
que iſta moraliter loquendo poteſt dici peccatrix
anima,ſeptē capitalium vitiorū vniuerſitati deſpō-
ſata. Reſurrectio autē ſpiritualis eſt,à morte culpæ
ad vitam gratiæ,quæ eſt arra gloriæ : & ideo quā-
do hæc reſurrectio firmata eſt,per propoſitum ca-
uendi recidiuum,firmatū profeſsione religionis:&
etiam obſeruatum:tunc eſt ſimilitudo ad angelicā
vitam: quia per caſtitatē fit conformitas angelicæ
puritati. Angeli quoque ſimiliter nihil poſsident
in hoc mundo:& obediunt continuè ipſi deo. Mali D
ergo ſunt deſides: qui ex ſuis operibus bonis nō re-
liquerunt ſemen, & aliquid memoria dignum: &
adhuc peiores ſunt, qui memoriā ſui de malis ope-
ribus ſuis reliquerunt. Poſtquam autē dominus re-
ſpondit ad eorum interrogationē:& ipſorū confu-
tauit errorem,ſtatim ſubdit de reſurrectione, con-
firmando veritatē reſurrectionis autoritate ſcri-
pturæ. Probaturus ergo reſurrectionē corporū,in-
ducit autoritatē de Exodo ſumptā : & probat pri-
mò perennitatem animarū,quam illi negabāt: qua
probata conſequenter probat reſurrectionē corpo-
rum, quæ cum animabus bona, malàve geſſerunt.
Dicitur eīn in Exodo [à deo: Ego ſum deus Abra- Animas non mori probat.
ham,& deus Iſaac, & de⁹ Iacob.] Quādo hoc deus
dicebat:iā illi mortui erāt: [deus enim nō eſt mor-
tuorum,] id eſt, omnino nō exiſtentiū, [ſed viuē-
tium,] & exiſtentiū : ergo ipſi viuunt & exiſtunt.
Ratio talis eſt:deus nō dicitur dominus rerum non
exiſtentiū, vel eorū quæ ſunt nihil: quia creaturæ
ad deum eſt realis relatio quæ nō poteſt fundari in E
nihilo:ſed deus dicitur Abraham,& deus Iſaac, &
deus Iacob,qui mortui ſunt: ergo ipſi exiſtūt: non
enim dixit,ego fui:ſed,ego ſum:tanquā illi pręſen
tes exiſtāt:ſed nō corpore,ergo anima:& ideo ani-
ma nō moritur cum corpore,ſed eſt ęterna. Et per
hoc probat reſurrectionē corporū ex veritate iu-
ſtitiæ. Nā cùm dicat ſe deū Abrahā,& aliorum qui Reſurrectionē corporū probat.
ſeruierunt ei in corporibus ſuis: iuſtū eſt, vt remu-
nerentur cū corporibus ipſis in quibus meruerunt.
Et vniuerſaliter omniū corpora & animę bona vel
mala ſimul recipient,quæ ſimul meruerunt. Quia
enim homo meruit, vel demeruit, anima ſimul &
corpore:ideo in futuro punietur, vel remunerabi-
tur,ſimul in vtroq;. Hoc autē non pōt fieri,niſi fiat
reſurrectio corporū. Et ideo cōſtat futurā eſſe cor-
porum reſurrectionē. Vnum ergo probat dominus
expreſsè,ſcilicet quòd animæ ſemper viuāt, nec cū
corporibus intereant:alterum per conſequens,ſci-
licet quòd corpora reſurgant. Itē propter naturalē
appetitū & inclinationē animarū ad corpora ſua: F
quia naturale eſt animabus deſiderare ſua corpo-
ra,vt cū ipſis glorificentur, cū quibus meruerūt: &
ideo ne à ſuo deſiderio fraudētur, neceſſe eſt vt eis
ſua corpora reddātur, quia anima non pōt eſſe per
fectè quieta, nec beata, niſi vniatur cū corpore,ad
cuius vnionē habet inclinationē naturalem, & ita
corpora reſurget. vbi Hierony. Cùm autem dicit,
deus Abrahā,deus Iſaac,& deus Iacob, ter deū no-
minādo trinitatē intimauit:cùm autē dicit, Nō eſt
deus mortuorū:vnum deū iterans,vnā ſubſtantiam
ſignificauit. [Et audiētes turbæ,mirabantur in do-
ctrina eius. vnde Remig. Non quidem Saducęi,ſed
turbæ mirantur. Hoc etiam quotidiè agitur in ec-
cleſia. Cùm enim diuina inſpiratione aduerſarij
eccleſiæ ſuperantur:turbæ fidelium lætantur.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte doce me aſtutias ſedu-
ctorum intelligere & cauere : necnon veri-
tatem vitæ ac doctrinæ & iuſtitiæ ſemper
cuſtodire. Da mihi inſigniri tua imagine non ini-
mici: vt

mici: vt ea quæ mundi ſunt relinquendo, & tibi ſo- *G* li adhærendo, reddam tibi ea quæ de tua gratia à te percepi, in ipſis tibi fideliter ſeruiendo: præſta etiam mihi vt carnalem & mundanam conuerſationem (quæ ſterilis eſt) fugere, ac ſpiritualem & cœleſtem ſectari valeam: & gloria reſurrectionis innouatus, cum angelis dei in cœlo immortalitate frui merear, & perpetua tui viſione. Amen.

## De primo & magno, ac ſecundo & ſimili legis mandato. Caput XXXVI.

*Matth. 22.* PHariſei verò audientes] & gaudētes [quòd] ſapienti reſponſo Ieſus [ſilētium impoſuiſſet Saduceis,] non habentibus quid amplius dicerent contra reſponſionem eius: [conuenerūt in vnum] ad ipſum alio modo inuadendū: & venerunt in magna multitudine, ad magis eum terrendum. vnde Chryſoſt. Conuenerunt vt multitudine vincerent, quē ratione ſuperare nō poterant: à veritate nudos ſe eſſe profeſſi ſunt, qui multitudine ſe armauerunt. hæc Chryſ. Recedentibus Phariſæis, *H* venerunt Saducæi: & iterum recedentibus Saducæis, venerunt Phariſæi, tentantes eū frequenti cōgreſſu fatigare & ſubuertere: licèt enim contrarij eſſent in opinione de animæ īmortalitate, & mortuorum reſurrectione: tamen cōueniebāt in Chriſti perſecutione. vnde Hierony. Quod de Herode *Lucæ 23.* & Pontio Pilato legimus domini nece eos feciſſe concordiam: etiam nunc de Phariſæis cernimus, & Saducæis: qui inter ſe contrarij ſunt, ſed ad tentandum Ieſum pari mēte cōſentiunt. [Et vnus ex eis,] ſcriba & [legiſdoctor acceſſit] tētans Ieſum capere in ſermone, dixit: [Magiſter quod eſt mandatū magnum in lege,] id eſt, præcipuum. Interrogauit tentans, non ſcire deſiderans: non vt diſceret, ſed vt deciperet. vnde Chryſ. Magiſtrum vocat, cuius nō vult eſſe diſcipulus. De mādato magno interrogat, qui nec minim[ū] obſeruat. Ille enim debet interrogare de maiori iuſtitia, qui iam minorē compleuit. hæc Chryſ. De hoc autem interrogauit, quia circa hoc erant opiniones: quidam enim dicebant ſacri- *I* ficia & oblationes magis placere deo, quàm opera charitatis. Alij dicebant contrariū, quod magis eſt *Præceptū magnum.* verum. [Et ait illi Ieſus: Diliges dominum deum tuum:] vt dicit Chryſo. Non dicit, time: ſed, dilige: timere, inquit, ſeruorum: diligere, eſt filiorū. Non dixit etiā, cognoſce: ſed, dilige. Cognoſcere, inquit, deum proprium eſt humanæ naturæ: diligere autē, religioſi cordis & recti. [Diliges, inquam, dominū deum tuum ex toto corde tuo:] id eſt, ex toto intellectu ſine errore, vt nullū in confeſſione diuinitatis locum errori relinquas: [& in tota anima tua:] id eſt, tota volūtate ſine contrarietate & contradictione, vt nihil contrariū ei velis. [& in tota mēte tua:] id eſt, tota memoria ſine obliuione, nihil reminiſcens quo minus de deo ſentias. [& ex tota virtute,] ſeu fortitudine [tua:] vt vires tuæ, & totū poſſe ſibi ſeruiāt, & ad ipſum expendantur. vnde Au- *Diligere ex toto corde &c.* guſti. Deum ex toto corde diligere præciperis, vt omnes cogitationes tuas: ex tota anima, vt omnem vitam tuam: ex tota mente tua, vt omnem intellectum tuum in illum conferas à quo habes ea quæ confers. Nullam ergo vitæ noſtræ partem reliquit quæ vacare debeat, & quaſi locum dare, vt alia re *K* velit frui: ſed quicquid aliud diligēdum venerit in animū, illuc rapiatur quo totus dilectionis impetus currit. Tunc eſt enim optimus homo, cum tota vita ſua pergit, in incōmutabile bonū. vnde & Chry. Quid eſt diligere deum ex toto corde? Vt cor tuū non ſit inclinatum ad vllius rei dilectionē amplius quàm dei. Pro quanta enim parte cor tuum fuerit ad aliquam rem, pro tanta minus eſt ad deū. Quid eſt in tota anima diligere deum? id eſt, certiſſimū animum habere in veritate, & firmum eſſe in fide. Qui enim credit apud deum eſſe omne bonum, & nihil boni eſſe extra ipſum: hic ex tota anima diligit deum. Quid eſt ex tota mente diligere deum? id eſt, vt omnes ſenſus tui, qui pertinent ad mentē, deo vacent. Cuius enim intellectus deo miniſtrat: cuius ſapientia circa deū eſt: cuius cogitatio ea quę dei ſunt tractat: cuius memoria, quæ bona ſunt recordatur: tota mente diligit eum. hæc Chryſoſto. ſecundum Bernar. Toto corde: id eſt, ſapienter, cōtra ſuggeſtiones diaboli, ne ſeducamur. tota anima: *L* dulciter cōtra delectationes carnis, ne alliciamur. tota mente: fortiter contra preſſuras mundi, ne opprimamur. Hæc enim ſunt tria, quæ præcipuè retrahunt ab amore dei: diabolus, caro, & mundus. Et ſubiungit: [Hoc eſt maximum, & primum mādatum.] Maximū dignitate, quia de maximo, ſcilicet deo diligendo: primum ordine, quia præceptū de diligendo deum, præcedit præceptū de diligendo proximum. Et verè iſtud eſt magis nobilius & vtilius inter omnia mandata. In hoc enim omnia mandata implentur: hoc etiam mandatū diligendi deum eſt magnum, quia mandat hoc lex naturalis in mente omnis creaturæ rationalis diuinitus indebiliter expreſſa. Maius: quia remādat, & repetēs iterum mandat hoc lex Moſayca à deo iterū data, & per angelos ordinata. Maximū: quia confirmat illud lex euangelica, per ipſum filiū dei tradita. Et primum mandatū, intentione iubentis: finis enim in quolibet, ea quæ ad finē ſunt in intentione præcedit. vnde Apoſtolus: Finis præcepti eſt charitas: *M* *1. Tim. 1.* finis non terminās, vel conſummās, ad quem omne præceptum ordinatur. Et iterū: Plenitudo legis eſt *Rom. 13.* dilectio. Et Pſal. *Pſal. 118.* Omnis cōſummationis vidi finē: latum mandatū tuum nimis. Vel primū in neceſſitate obſeruationis. Ad hoc autem ꝙ iſtud mandatū *Primo mandato implēdo quatuor neceſſaria.* poſſit perfectè impleri, quatuor requirūtur. Primū eſt, diuinorū beneficiorū rememoratio: quia enim quæ habemus ſiue exteriora, ſiue corpus & animā, omnia à deo habemus: ideo oportet, ꝙ ſibi de oībus quæ habemus ſeruiamus, & eū corde perfecto diligamus. Nimis enim ingratus eſſet, qui cogitās alicuius beneficium eū non diligeret. Secundū eſt, diuinæ excellentię conſideratio: deus enim maior eſt corde noſtro: & ideo ſi toto corde & omnibus viribus ei ſeruiamus, adhuc ſufficientes non ſumus, nec ſatisfaciamus. vnde in Eccleſiaſtico: *Eccleſiaſtici 43.* Glorificate dominum quantū poteſtis: ſuperualebit adhuc. Maior eſt enim omni laude. Tertiū eſt, mundanorum & omniū temporaliū abdicatio. Magnā enim iniuriā facit deo, qui aliquid ei adęquat: quod fit, quādo res temporales



temporales & corruptibiles ſimul cum deo diligi- *A* mus. Nihil enim aliud vult quòd diligamus, quàm eum: quia ipſe ſolus ſine conſortio vult poſſidere cor noſtrū. Vnde dicit Auguſt. Domine, minus te amat, qui pręter te aliquid amat. Et Hiero. Nimis eſt amarus, cui nō ſufficit deus. Quartum eſt, omnimoda peccatorū vitatio: quia nullus poteſt deū diligere in peccato exiſtens, ſcilicet mortali: ideo di- *Matth. 6.* citur: Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Vnde ſi in peccato manes, deum non diligis. Non diligit deum ſuperbus, vel amator vanæ gloriæ: qui puluerem vanæ gloriæ quæ nihil eſt, deo præponit. Nec voluptuoſus, qui pro momētanea delectatiōe eum deſerit: nec auarus, qui pro numo, vel nihilo eum amittit. Deinde addit: [Secūdum autem ſimile eſt *Secūdum mandatū.* huic:] non æquale, ſed ſimile: quia eſt de actu ſimili, ſcilicet de dilectione: vel de re ſimili deo, ſcilicet de homine, qui ad ſimilitudinē dei factus eſt: ſcilicet, [diliges proximū ſicut teipſum:] id eſt, ad id ad quod teipſum: ſcilicet ad iuſtitiam & ſalutē, ad gratiam in præſenti, & gloriā in futuro, & ad eandem *B* beatitudinem ad quā diligis te. Vnde ly ſicut, non *Sicut.* denotat æqualitatē gradus, quia primò & plus tenetur homo ſe diligere, quàm proximū, cæteris paribus: ſed denotat ſimilitudinē boni optati: vt velit proximum ſicut ſe eſſe in gratia & amore dei. Et cùm dicitur, ſecūdum, non eſt ordo: niſi quantū ad materiam, quæ eſt deus & proximus. Vnū enim eſt præceptum de dilectione, vel etiā eſt ordo cauſalitatis, quia amor proximi cauſatur ex amore dei. Et ideo dicit Apoſtolus: *Rom. 13.* Qui diligit proximū, legem impleuit. Quia cauſa intelligitur in cauſato, & non econuerſo. Dilectio igitur in deū, origo eſt dilectionis in proximū: & dilectio in proximum, cognitio eſt dilectionis in deū, ac etiam nutrimentum. Vnde Gregor. Per amorē dei amor proximi gignitur: & per amorē proximi, amor dei nutritur. Hæc Grego. Et ſimiliter dilectio in ſeipſum, pręcedere debet dilectionem in proximum. Vnde Auguſt. Vide prius ſi iam noſti diligere teipſum: & committo tibi proximum, quem diligas ſicut *C* teipſum. Si autem nondum noſti diligere te, ti- *Proximus quis ſit.* meo ne decipias proximū ſicut te. Et iterum: Manifeſtum eſt autē omnem hominē proximum eſſe deputandum, quia erga neminem operandum eſt malum. Qui autē amat homines: aut quia iuſti ſunt aut vt iuſti ſint, amare debet. Sic enim & ſeipſum amare debet, aut quia iuſtus eſt, aut vt iuſtus ſit. Sic enim diligit proximū ſicut ſeipſum, ſine vllo peri- *Modus diligēdi proximum.* culo. Hæc Auguſt. Vnde modus diligendi proximum, attenditur ſecūdum quatuor cauſas. Primò, ſecundum finalem: ſcilicet vt diligatur proximus propter deū. Secundò, ſecundū materialem: ſcilicet vt diligatur bonū, non malum. Tertiò, ſecundum formalem: ſcilicet vt ordine debito, citra deū & ſupra tēporalia. Quartò, ſecundum efficientem ſiue mouentē: quia vt homo, nō quia pater tantū, vel filius, vel domeſticus, vel amicus: & his modis debet *Amor proximi, per que falſus eſt.* homo diligere ſeipſum. Et nota ſecundū Augu. ꝙ primò diligendus eſt deus. Secūdò, anima propria. Tertiò, anima proximi. Nota etiā ꝙ amor proximi falſus eſt, per hęc ſeu huiuſmodi: videlicet, ſi impedit amorem dei. Si aliquid fiat propter amorem proximi, quod ſit cōtra amorē dei. Si aliquis diſſi- *D* mulet in eo quē diligit, pluſquā in eo quē non diligit ſic. Si aliquid in eo placeat, quod in alijs diſplicet. Si patiēter non ſuſtinet, ꝙ aliū ſicut ſe vel plus diligat. Et infert, [in his duobus] ſcilicet mandatis dilectiōis: [tota lex pēdet & prophetę:] ꝗa totus decalogus & monitiōes, ſiue cōminatiōes hīc finē habent: hoc eſt vt charitas introducatur intēdunt. Tota quippe ſcriptura legis & prophetarū, ad dilectionem dei & proximi ordinatur: quicquid enim pręceptū eſt in lege & prophetis, hoc fine pręceptū eſt, vt deus & proximus diligatur. Et propter hęc, omnia mādata & ſcripta legis & prophetarum non ſunt niſi quędā explicationes iſtorū duorum mandatorū: quia omnia ad hęc duo ſunt ordinata. Item omnia præcepta ad hæc duo referuntur. Primum enim pręceptū, ſcilicet dilectiōis dei, ambit & implet omnia mādata primæ tabulæ: quia in ea cōtinentur tria mādata de dilectione dei, quæ ſcripta erant in vna tabula: & ſecundū præceptū, ſcilicet *E* dilectiōis proximi, ambit & implet omnia mandata ſecūdæ tabulæ: quia in ea cōtinentur ſeptem alia mādata de dilectiōe proximi, quę in ſecūda tabula erāt ſcripta. Nā qui deū diligit: idola ſpernit, dei nomē inuanum nō aſſumit, & diē ſabbati ſanctificat. Et qui proximū ſuū diligit: honorat patrē & matrem, nō occidit, nō furatur, nō mœchatur, non falſum teſtimoniū dicit, nec vxorem proximi vel aliam rē eius cōcupiſcit. Nā ſecundū Chryſo. Sicut odiū facere ſuggerit omne malū, ſic dilectio omne *Dilectio dei ad tria.* bonū. In tribus aūt dilectio dei extēditur: vt omnes cogitationes, omnes affectiōes, & omnis ratio humana qua intelligimus & diſcernimus, in deū referātur, & diuinis rebus occupētur: vt nihil remaneat *Dilectio proximi vult duo.* in homine quod nō diuinę dilectioni ſubdatur. Itē duo ſunt erga proximi dilectionē ſeruāda, vt & beneficij impēſione foueatur: & nulla malitia lędatur, vnū affirmatiuū. De quo Matth. vij. Quęcūq;, ſcilicet licita, decētia, expediētia vultis: ſcilicet voluntate rationali, ratiōe diſtinguēte inter debita & indebita: vt faciāt, vel dimittāt corde, ore, opere, vo- *F* bis vel pro vobis, homines, inquantū homines, non bruta: & vos facite illis in ſimili caſu, volūtate opere, & pleno affectu. Secundū hanc regulā dilectio proximi cauſat & efficit imperādo omnes motus omnium virtutū tendentes ad proximū, interiores & exteriores. Aliud negatiuū, de quo Tobiæ iiij. Quod ab alio oderis rationabiliter fieri tibi corde, ore, opere: vide ne alij feceris voluntate vel opere, affectu vel effectu: ſecundū hanc regulam dilectio proximi cauſaliter reprimit & cohibet omnes motus & actus vitiorū reſpectu eius. Licet igitur diuerſa ſint pręcepta, quibus aut vtiliter quæ appetenda ſunt cupimus: aut quæ vitanda ſunt vtiliter præcauemus: vnū tamen ſunt in radice charitatis: quia omnia in dilectione dei & proximi facere debemus. Rectè itaq; dicit legē & prophetas referri *Charitatis excellentia.* ad duo mādata charitatis, quia ex hac dependent, & ibi finē habent. O charitas regula ordinis electorum: lex vniuerſalis, vniuerſos ligans, virtus virtutum, canon canonū, lex legum, non cōſtitutio populi,

puli, ſed principis placitum, ſanctio regis regum: G quam non ſolum edidit, vel condidit iubendo, ſed & edixit & promulgauit perſonaliter docendo, & Pſal. 18. adimpleuit ſeruando. Ecce lex domini conuertens animas: mater & origo legũ diuinarum, magiſtra & domina humanarũ, rationabilium & ęquarum, hoſtis & inimica iniquarũ. Cuius obſeruantia per gratiam in hac vita initiatur, & cõtinuatur vſq; ad mortem in alia cõſummatur. Et quia, vt ait Chry. Iudæi æſtimãtes Chriſtũ hominem purũ eſſe, tentabant eũ: neque tentaſſent, ſi dei filiũ credidiſſent: ideo volens Chriſtus eis oſtendere, quia deus erat: talem interrogationẽ eis propoſuit, vt ipſa interrogatio eis oſtenderet quis eſſet. Quia enim ad paſſionem venturus erat, opinionẽ falſam Iudęorum corrigit, qui Chriſtũ filium Dauid, non dominum eius eſſe dicebant. Et vt dixit Hiero. Palàm eis de ſe loquitur, vt inexcuſabiles ſint. [Cõgregatis ergo Phariſæis,] qui ad tentandũ venerant, [interrogauit eos Ieſus.] Quaſi eis diceret, hucuſq; quęſtionibus veſtris ſatisfeci: tẽpus eſt vt in aliquo reſpõdeatis mihi. Interrogat ergo de illo, quẽ credebãt eſſe H venturum, quia præſentẽ credere nolebãt: cuius filius debeat eſſe, dicẽs: [Quid vobis videtur de Chriſto?] id eſt Meſsia, in lege promiſſo, quẽ venturum Chriſtum non nouerũt Iudęi. creditis. [cuius filius eſt?] Dupliciter errant Iudæi circa Chriſtũ. Primò quidem circa perſonam: non enim credunt eum fuiſſe Chriſtũ, qui venit in mundum, natum ex virgine: ſed adhuc expectant eum. Item errant circa eius naturam, quia non credunt etiam quẽ expectant, eſſe deum, ſed purum hominem. De iſto ſecundo errore eos interrogat, cuius Duorum præceptorum in vnũ ſuppoſitum reductio. filius ſit: & hoc ideo fortè quęrit, q̃a ex quo totã legẽ direxerat ad duo mãdata dilectiõis: tanquã artificioſus legiſlator, vult oſtendere Chriſtus hæc duo mandata reduci in vnum diligibile, quod eſt Chriſtus. Nihil enim diligitur tanquam deus & proximus, niſi ipſe Chriſtus. [Dicunt ei, Dauid:] ſecun- Pſal. 131. dum illud Pſalm. De fructu ventris tui, ponã ſuper ſedem tuã. Credebant illum fore purũ hominem, de genere Dauid. Vnde dicunt, Dauid ſolum, ſcilicet diuinitatem negando. [Ait illis,] arguendo in I contrariũ: [Quomodo ergo] ſi Chriſtus eſt purus homo, vt vos creditis, [Dauid] cui occulta ſapiẽtiæ diuinę manifeſtata ſunt, [in ſpiritu,] ſcilicet ſancto & prophetico, nõ de corde ſuo proprio [vocat eum dominum ſuũ:] quod nõ liceret, ſi eſſet filius eius: [dicens: Dixit dominus domino meo,] id eſt, pater filio. Ipſi aũt ſic exponunt [dixit dominus] creator Chriſtum ſeu Meſſiam non eſſe purũ hominem cœli & terrę [domino meo,] id eſt Meſsię: Quòd ergo iſte Meſsias nõ ſit purus homo, probatur tripliciter ex hoc verbo. Primo ex eo ꝙ Dauid vocat eum dominũ: & hoc ſic: Nullus pater filiũ ſuum, qui trahit naturã ſuam ab ipſo, teſtatur dominum ſuum: ſed Dauid, ſpiritu ſancto inſpiratus, teſtatur dominũ ſuum Chriſtũ: ergo nõ ſolum habet naturam quã traxit ab ipſo, ſed altiorẽ, ſecũdum quam dicitur dominus eius: ſcilicet diuinã: quia nõ eſt homo filius & dominus alterius, ſecũdum eandẽ naturam: ergo eſt alia natura, ſecũdum quã eſt filius, & hæc eſt humana: alia, ſecũdum quã eſt dominus, & hæc eſt diuina. Secũdò probatur idẽ ſic, quandò Dauid hoc dixit, nõdum Meſsias homo erat: quomodo ergo dominus eius erat, qui nondum erat? & K qui nõ ante eũ, ſed poſt extitit? ergo oportet ponere aliam naturã, ſecundum quã ante eũ erat. Tertiò probatur idẽ ex hoc, quod ſequitur: [Sede à dextris meis,] impoſsibile eſt enim purũ hominem ſedere à dextris dei. Dicat ergo Dauid: [dixit dominus,] ſcilicet deus pater: [dño meo,] id eſt Chriſto filio ſuo: cuius dicere, eſt ęqualẽ ſibi filiũ generare: ergo [domino meo,] nõ ſecundũ ꝙ tẽporaliter homo factus eſt: ſed ſecundum ꝙ patris æternus filius: ſede quietè regni potitus, [à dextris meis,] id eſt in ęqualitate mea, ſecundũ ꝙ deus: vel in potioribus bonis, ſecundũ ꝙ homo: quia vt ſic in gloria pręeſt angelis: [donec ponã,] incluſiuè: nõ ꝙ poſtea nõ ſedeat, quia ſemper ſedebit: [inimicos tuos,] & inobedientes tibi, [ſcabellũ pedum tuorũ,] id eſt donec homines rebelles tibi ſubiugauero: vel bona & volũtaria ſubiectiõe, ſcilicet vt credãt te verũ deũ & hominẽ ſponte, vel coacta ſubiectiõe: vt in die iudicij puniãtur & credãt inuitè: ita vt velint nolint ſubiecti ſint L tibi, ſicut ſcabellũ pedibus eſt ſubiectũ. Hęc eñ ſubiectio cõplebitur in iudicio, quãdo omnia perfectè ſubijciẽtur homini Chriſto. Si ergo Dauid vocat eum dñm ſecundũ veritatẽ: quomodo filius eius eſt, ſcilicet tantũ: cùm filius propagatiõe ſubiectus ſit patri: & maximè ſecundũ conſuetudinẽ patrũ antiquorũ. Potius enim parẽtes ſunt & dicũtur domini Parentes filiorum domini ſunt. filiorũ, quàm filij dñi parentũ: filius eñ debet eſſe ſubiectus patri, & non dñari. Quaſi diceret: Cùm ſecundũ naturam humanã ſit filius Dauid: & per conſequẽs eo inferior: oportet ponere in eo aliã naturam, per quã ſit dominus eius & eo ſuperior: & hęc eſt diuina: ergo in Chriſto ſunt duæ naturę, ſcilicet diuina & humana. Eſt itaq; filius Dauid & dominus: ſed filius inquantũ homo, dñs inquantum deus: & ſic reſtat ꝙ Chriſtus eſt homo & deus. Nõ ergo errabãt, nec reprehẽduntur, q̃a Chriſtũ filiũ Dauid dicũt: ſed quia ipſum purũ hominẽ, & nõ dei filiũ credunt: Chriſtus aũt non tantũ Dauid, ſed & M dei filiũ ſe eſſe probauit, & per autoritatem Dauid eos cõuicit. [Et nemo poterat ei reſpõdere verbũ,] quia nõ poterãt ſcripturã negare, & irrefragabile erat argumentũ: [neq; auſus fuit quiſquã ex illa die eũ amplius interrogare.] quia planè teſtimonio & ratiõe erant cõuicti. Vnde Hiero. Ideo cõfutati ſermonibus vltrà nõ interrogãt, ſed apertiſsimè comprehẽſum Romanę tradũt poteſtati. Ex quo intelligimus venena inuidię poſſe quidem ſuperare, ſed difficilè poſſe quieſcere.

ORATIO.

DOmine deus ſanctificator meus, miſiſti mihi legem tuam, vt toto corde, tota anima, tota mente, & ex omnibus viribus meis te diligã, ſed nec hoc valeo niſi tu dederis mihi, cuius eſt omne donũ bonum, & omne datũ optimum. Iubes Iacob. 1. te diligi. Da quod iubes, & iube quod vis. Da etiam mihi diligere proximũ, ſicut meipſum: vt hîc gratiam, & ibi gloriã cõſequamur in idipſum. Da inſuper mihi bone Ieſu, vt te Chriſtũ nobis miſſum deum & hominem corde credam, ore confitear, & opere conteſter: vt tibi nunc ſubiectus ſponte tecum gaudeam ſine fine. Amen.

De Scribis



## De Scribis & Phariſæis in doctrina audiendis, ſed non in vita imitandis. Cap. XXXVII.

A Matth. 23. Mar. 12. & Lucæ 20. COnfutatis autem & tacentibus Scribis & Phariſæis, qui doloſè interrogabant dominũ, vt tentarẽt eum: ne plebs & alij idonei ſine pane doctrinæ euaneſcerent, [locutus eſt dominus] eadem feria tertia [ad turbas,] ſcilicet ad ſimplices & imperfectos, & ad diſcipulos ſuos magis doctos & perfectos. Vnde Chry. Poſtquã dñs ſacerdotes reſpõſione proſtrauit: & incorrigibilẽ conditionem eorũ oſtendit: ſicut & clerici ſi malè fecerint inemendabiles ſunt, laïci verò delinquentes facilè emendantur: tunc cõuertit ſermonẽ ad populũ. Infructuoſum namq; verbũ in quo ſic alter confunditur, vt alter non erudiatur. Locutus eſt ergo ad eos inſtruens, & docens Scribarũ & Phariſæorum doctrinam audiendã, ſed eorum vitam non imitandã: & nihilominus hortans eos ſubijci illis, propter ſacerdotij & nominis dignitatem, non opera, ſed do- B ctrinam cõſiderantes. Multaq; eorum crimina annumerans, & alios ab eis dehortans. Vnde dicit: [Super cathedrã Moyſi,] id eſt, autoritate dicendi & iudicandi [ſederunt] ſ. indignè. [ſcribę & phariſæi.] Cathedra Moyſi. Cathedra doctorũ eſt: & ideo dicũtur ſedere ſuper cathedram Moyſi, qui docẽt quod docuit Moyſes. Vbi Chryſo. Multi ſacerdotes, & pauci ſacerdotes: multi in nomine, & pauci in opere. Videte ergo quomodo ſedeatis ſuper eam: quia non cathedra facit ſacerdotẽ, ſed ſacerdos cathedrã. Non locus ſanctificat hominẽ, ſed homo locum. Non omnis ſacerdos ſanctus eſt, ſed omnis ſanctus ſacerdos. Bene quidem docẽdo, & malè viuẽdo, deum inſtruis quomodo debeat te condemnare. Vt autem dicit idem Chry. Ne aliquis dicat, quoniã ꝓpter hoc deſidior factus ſum ad agendũ, quia malus eſt doctor: ideo hãc deſtruit occaſionẽ, cùm ſubdit: [Omnia ergo] ad cathedrã ꝑtinẽtia, [quæcũq; dixerint vobis,] id eſt, ad veſtram vtilitatẽ: [ſeruate] corde [& facite] opere, id eſt, doctrina. Nõ tamẽ ſimpliciter quęcunq;: ſed illa tantum quæ Moyſi cathedræ doctrinæq; conueniunt, & quæ à vera fide non diſcrepãt, C neq; diuinis repugnant mandatis. Vnde Chryſoſt. Omnia facienda, quæ à ſacerdotibus præcipiuntur. Omnia ait, quæ corrigunt mores, & meliorem faciunt vitæ modũ: & noui teſtamenti concordant legibus, & nõ dimittũt de reliquo ſub iugo legis eſſe. Hęc Chry. Ex quo patet ꝙ etiam malis pręlatis & doctoribus bona docentibus, eſt honor obedientiæ exhibendus: niſi in his quæ manifeſtè ſunt contra deum, & ſunt habendi in reuerẽtia, quãdiu tolerantur in officio ſuo: quod patet per exemplũ Dauid, 1. Reg. 24. & 62. & 2. Reg. 1. qui venerabatur Saulem, licèt ſciret eũ malum & à deo reprobatũ: & per hoc auditoribus tollitur excuſatio non bene agendi. Nam obediẽdo malis prę latis & doctoribus, deus in eis honoratur, cuius perſonam gerunt: non enim ſua, ſed quæ dei ſunt, dicunt: [ſecundum verò opera eorum,] quæ pater id quod oportet nequiter faciũt, [nolite facere:] quia non ſunt imitandi in malis, ſed tantum in bonis. Chryſoſt. Si bene vixerint, eorum eſt lucrum: ſi bene docuerint, veſtrum. Accipite ergo quod veſtrũ eſt: & nolite diſcutere quod alienum eſt. hęc Chry. [Dicunt enim, & non faciunt:] quia vita doctrinæ non concordat. [Docebãt enim bene viuere, ſecun- D dum legis præcepta, & ipſi per præuaricationem legis malè viuebant. Contra quos dicit Augu. Bene docere, & malè viuere, non eſt aliud quàm ſe ſua lingua damnare: de talibus enim qui dicunt & non Gene. 27. faciunt, poteſt dici illud Geneſis: Vox quidem, vox Iacob eſt: manus autem, manus Eſau. Vbi Chryſo. Maximè accuſatione dignus eſt, qui doctrinæ autoritatem habens, legẽ tranſgreditur: primò quidem, quia præuaricatur, qui alios corrigere debet: deinde, quia peccans maiori pœna dignus eſt, propter honorẽ: tertiò, quia plus corrumpit, velut in ordine doctoris peccans. [Alligant autem onera,] ſcilicet ſuarum traditionũ & legum, vt ſit quaſi faſcis importabilis. Vnde ſubdit [grauia,] quantum ad effectum: [& importabilia,] quantũ ad effectũ: [& imponunt in humeros hominũ,] non in ſuos, per coactionem obſeruantiæ præceptorum: quia ſupra legis prǫcepta cõſtituerunt ex ſuis traditionibus multa quæ erant ſubditis grauia & importabilia: [digi E to autem ſuo, [id eſt, leui motu vel tactu, [nolunt ea mouere] & tangere. Ecce qualiter eorum reprehenſionẽ aggrauat: nõ enim dixit, non poſſunt: ſed nolũt: nec dicit, pleno opere & manu: ſed digito & modico tactu: nec dixit, portare: ſed mouere: id eſt, neq; propè fieri neq; tangere: quia modicum conatum ad agendũ talia nolebant apponere, & nec minora eorum quæ ipſi præcipiebant volebant opere adimplere. Vbi Chryſoſto. ſecundum conſequen- Cõtra onera grauia imponentes. tiam autem tales ſunt etiam ſacerdotes, qui omnẽ iuſtitiam populo mandant, & ipſi nec modicam ſeruant: videlicet non vt faciendo ſint iuſti, ſed vt dicendo iuſti. Tales ſunt qui graue pondus venientibus ad pœnitentiam imponunt, ipſi autem nec minimũ faciunt. Et ſic dũ pœna præſentis pœnitentię fugitur: contẽnitur pœna futuri iudicij. Si enim faſcẽ ſuper humeros adoleſcẽtis, quẽ non põt baiulare, poſueris, neceſſe habet vt aut faſcẽ reijciat aut ſub põdere cõfringatur. Sic & homini cui graue põdus pœnitẽtiæ imponis, neceſſe eſt vt aut pœnitentiã tuã reijciat: aut ſuſcipiẽs dũ ferre non põt ſcãdalizetur, & amplius peccet. Deinde & ſi erra- F mus modicã pœnitẽtiã imponẽtes: nónne meliꝰ eſt propter miſericordiã dare rationẽ, q̃ ꝓpter crudelitatẽ? Vbi paterfamiliàs largus eſt: diſpẽſator non debet eſſe tenax miniſter. Si deus benignus, vt quid ſacerdos eſt auſterꝰ? Vis apparere ſanctus: circa tuã vitã eſto auſterus: circa aliorum aũt benignus. Audiãt te homines parua mandantẽ: videant grãdia facientem. Talis eſt aũt ſacerdos qui ſibi indulget, & alios exigit: quemadmodũ malus deſcriptor tributi in ciuitate, qui ſe releuat & onerat imponẽtes. Et iterum: In quo duplicẽ eorum malitiã oſtendit: vnã quidẽ in hoc, ꝙ ſine venia expetũt à ſubiectis ſummam diligentiã vitæ. Aliã verò in hoc, ꝙ ſibijpſis multam cõcedunt licentiã. Oportet autẽ bonũ principem ecõtrariò ſe habere: in his quidẽ quæ ſecundum ſeipſum ſunt, grauem iudicẽ eſſe: in ſubiectis aũt, manſuetũ. hæc Chry. Imponendo ergo modi- Pœnitẽtia modica imponenda. cã pœnitentiã, melius eſt animas mittere in purgatoriũ, quàm in infernũ: ſed tamẽ in quibus tenẽtur,

L 2 ſaltem

ſaltem eſt eis innoteſcendum. Igitur, vt ait Hiero.
G hoc generaliter dicitur aduerſus oẽs magiſtros, qui grandia iubent, & minora non faciunt. Hæc eſt autem quædam cauſa non modica, quæ hodie mouet ſubditos cõtra maiores & prælatos: quia dicunt, & non faciunt. Imponunt onera alijs, & ea digito non tangunt. Parum talium verba apud ſubditos proficiunt, quando in eis non videtur quæ docent & pręcipiunt. Quicunq; ergo proximorũ animabus vtilis eſſe deſiderat: ſtudeat prius in ſe habere quicquid alios docturus eſt: alioquin parum proficiet. Nam eius verbũ inefficax erit, niſi prius homines in eo cõperiant eſſe ea quæ docet. Ex præmiſsis patet, ꝙ ille qui legẽ aliquã conſtituit: licet non ſit ſubditus legi, quantũ ad hoc ꝙ per hominẽ puniatur ſi contrarium fecerit: tamen obligatus eſt ad legẽ implẽdam, & grauius punietur à deo, ſi fecerit contrariũ: quia trãſgreſsio eius eſt grauior propter ſcandalũ.
Cato. Propter quod dicit ſapiens: Patere legẽ quã tuleris: & vt alibi dicitur, ꝙ quicquid iuris in altero ſtatuit ipſe eodem vti debet. Patet ergo ex prædictis, ꝙ illi qui ſtatum eccleſię in generali, ſeu aliquẽ ſtatum
H eius in ſpeciali, regũt: & ſubditos onerant grauibus ſtatutis, ſine magna & euidẽti neceſsitate, abutuntur ſua poteſtate: ſicut faciebãt phariſæi & ſcribæ. Prælatorũ enim tot ſunt inhumanæ ſententiæ & mandata, lignaq; vetita, ꝙ vix poſsit aliquis tranſire per huius mundi vmbrã, quin incidat in peccatũ & offenſam. Vnde ait Augſt. loquens de religione Chriſtiana: Ipſam religionẽ noſtrã, quã dñs noſter Ieſus Chriſtus in paucíſsimis ſacramentorum celebrationibus voluit eſſe liberã, quidã ſeruilibus premunt oneribus: adeo vt tolerabilior ſit conditio Iudæorũ, qui non humanis præſumptionibus, ſed diuinis ſubijciũtur inſtitutis. Deinde ſecundũ Chry.
Vana gloria ſcribarum. Poſtquã dñs arguerat ſcribas & phariſæos crudelitatis & negligẽtiæ: conſequenter arguit eos inanis gloriæ, quę fecit eos à deo recedere, & propter quã non poſſunt Chriſto credere. Vnde ſubdit: [Omnia verò opa ſua faciunt:] ea. ſ. intentione, & eo fine [vt videãtur ab hominibus: & ſic habeant gloriã inter
I homines: id eſt, propter gloriã humanã: quia videri in bonis propter gloriã diuinã non eſt malum, ſed magis meritoriũ. Non autem poteſt credere Chriſto cæleſtia prædicãti, qui gloriam terrẽ quærit, & eam cœleſtibus pręponit. Non ſolũ ergo deſides & remiſsi erãt ad bene operandũ: ſed etiam vanę glorioſi, & in ſuis operibus laudẽ appetentes hominũ, vt eſſent in reuerentia & honore apud populũ. Tales autem nullã mercedẽ de operibus ſuis recipiũt: quia non ſtudent vt deus glorificetur, ſed vt ipſi in his quæ agunt laudentur & remunerentur. Et ideo non ſolũ nullam mercedem, ſed etiam pœnam recipiunt, qui de bono malum faciunt. Vnde Chryſ.
Vanæ gloriæ malũ. Quemadmodũ vermis de ligno naſcitur, & lignũ à verme conſumitur, & tinea de veſte à qua corroditur: ſic diabolus inſidiatur, & occaſionẽ quærit: vt qui cogere hominẽ ad malũ non p teſt, ſtudeat vt ex bonis operibus malũ inanis gloriæ naſcatur: & quod bonum erat, ex inani gloria ſit malum. Igitur vt ait Hiero. quicunq; ita facit quodlibet vt videatur ab hominibus, ſcriba eſt & phariſæus. Deinde quod dñs generaliter dixerat, ſcilicet opera ſua faciunt vt videãtur: conſequẽter in partes diuidit, dicens: [Dilatant enim phylacteria ſua: & magnificant fimbrias, & volunt ambulare in ſtolis.]
K Decalogi portatio. Circa hæc ſecundũ Hiero. eſt ſciendum, ꝙ dominus cũm dediſſet mãdata legis per Moyſen, ad extremũ intulit, dicens: ligabis ea in manu tua: & erunt ſemper ante oculos tuos.
Deut. 6. Et eſt ſenſus: Præcepta mea ſint tibi ſemper in opere, ſemper in meditatione: ſint in manu tua, vt opere cõpleantur, & ſint ante oculos tuos, vt die ac nocte mediteris in eis: quia ſpiritualiter per manus eſt intelligẽda operatio, & per oculos iugis meditatio. Sed hæc phariſæi, malè interpretantes ſcribebãt in mẽbranis & chartis decalogum Moyſi: id eſt, decẽ legis verba, ſiue præcepta: cõplicanteſq; ea, & quaſi coronã capiti facientes, ligabãt in fronte, vt ſemper ante oculos mouerẽtur. Et ſimiliter in ſiniſtro brachio circumligabant, vt ſemper in manu haberent. Et dilatabant has membranas, id eſt, eas latiores faciebant, & decalogũ in eis de groſsiori litera ſcribebãt.
L Et hęc omnia faciebant in ſignũ religionis, vt per hæc religioſi apparerẽt, & recordatores & obſeruatores decalogi ab hominibus viderẽtur.
Phylacteria. Et hæ chartæ dicebãtur phylacteria, à phylaxe, quod eſt ſeruare, & thera quod eſt lex, quaſi cõſeruatoria legis: quia erãt quædã ſigna ſeruãdę legis: eo ꝙ quicũq; ea habuiſſent, quaſi ob cuſtodiam & munimentũ ſui haberent. Iuſſerat etiã Moyſes, vt in quatuor angulis palliorũ, iuxta pedes facerẽt fimbrias hyacinthinas ad populũ Iſraeliticũ diſcernendum à cæteris populis in habitu exteriori, ſicut erãt religione diſcreti:
Vittæ. & ponerent in eis vittas hyacinthinas, quæ etiã cum filijs apponebantur, vt videntes eas recordarẽtur mandatorũ cœleſtiũ, ac vana & inutilia non cogitarẽt.
Fimbriæ legis, ſunt mandata. Sunt igitur fimbriæ legis, mãdata: vittæ verò hyacinthinæ ſanctæ cogitatiões: quæ ſi ſimul iunctæ fuerint, ab omni vanitate oculos auertũt, & tota mente ad cœleſtia dirigũt. Vidẽtes enim hyacinthũ, cœli recordamur: quia vnius coloris ſunt cœlũ & hyacinthus.
M Matth. 9. Fimbria domini. Iſtiuſmodi erat fimbria breuis & parua ex lege pręcepta: quã mulier ſanguine fluens tetigit in pallio dñi, & ſtatim eſt ſanata. Per huiuſmodi etiam fimbriam creditur Samaritanã cognouiſſe de domino ꝙ Iudæus eſſet.
Fimbria ſuperſtitioſorum. Superſtitioſi verò magiſtri, gloriã ab hominibus captantes, & lucra ſectantes & oſtentationem, maiores fimbrias alijs, in pallijs ſuis faciebant: & acutiſsimas in eis ſpinas ligabant: vt videlicet eundo, vel ſedendo eis pungerentur, & quaſi ſic commoniti memores mandatorũ, & beneficiorum dei eſſent: & hac commotione ad officia dei, & ad miniſteria ſeruitutis eius traherẽtur: non intelligentibus eis quòd hæc in corde portanda ſint, non in corpore: alioquin & armaria, & arcæ libros habent, & dei notitiam non habent. Pro tanto autem hæc faciebant, quia hominibus videri, & opinione ſanctitatis ab eis honorari, ac lucra habere cupiebant. [Et volebant in ſtolis ambulare,] id eſt, cultioribus veſtimẽtis ad publicũ procedere, vt per hoc honorabiliores viderentur, & magis venerarentur:
Lucæ 16. Stolæ. quod in diuite reprehenditur, qui byſſo & purpura induebatur. Stolę erant camiſiæ lineæ longę, quibus



A quibus ſcribæ vtebantur, vt ſanctiores apparerent:
Stolæ. & dicebantur ſtolæ, à thelon quod eſt longũ: quia vſq; ad pedes deſcendebant. Hæ ſtolæ adhuc hodie multas ſimulationes & hypocriſes faciunt: ac pleroſq; incautos decipiũt. [Amabãt quoq; primos recubitus, & ſedes in cœnis & cõuiuijs:] & hoc duplici de cauſa. ſ. ratione gulæ, quia ibi primò ſeruitur, & fercula meliora ponuntur: & ratione ſuperbiæ, vt ſic in loco honorabiliori poſiti, principaliores & maiores domini viderentur. [Ac primas] & digniores [cathedras in ſynagogis] & congregationibus, vbi conueniebãt homines ad audiendũ verbum dei: [& primas ſalutationes in foro,] id eſt, loco patẽti. Primas quidem tẽpore, ac factas alta voce: [&] inclinato capite [vocari ab hominibus rabbi:] id eſt, magiſtri: vt dicit Chry. Vocari volunt, non eſſe, nomen appetunt, & officiũ negligunt. Et notandũ ꝙ tripliciter cõueniunt homines: vel ad tractãda carnalia, ſicut in cœnis, vel ſpiritualia ſicut in ſynagogis: vel temporalia, ſicut in foro: & vbiq; volebant
B principatũ habere, & gloriã in publico quærebant
Magiſtrorum quatuor vitia. ſibi exhiberi. Ecce ergo quatuor generaliter in hac ſerie, quæ reprehenduntur in magiſtris & prælatis, in quibus non ſunt imitãdi. Primũ eſt, defectus bonæ operationis: quia [dicunt, & non faciunt.] Secundum auſteritas prælationis: quia [onera grauia alijs (non ſibi) imponunt.] Tertiũ, oſtentatio ſingularis actionis: quia [omnia opera faciunt, vt videantur ab hominibus.] Quartũ affectus ambitionis & laudis: quia [amãt primos recubitus, & primas cathedras, & ſalutationes.] Et nota, ſecundũ Bedam, ꝙ dñs nõ arguit & vituperat eos, quibus hęc ex officij ordine cõpetunt, & fiunt: ſed illos qui hęc habita, ſiue non habita, indebitè amãt & appetunt: animũ videlicet non gradũ redarguens: & ad voluntatẽ, non ad factum vituperationẽ referens. Sine cauſa enim loco ſe humiliat, qui corde ſe præfert & exaltat: vnde nõ prohibet magiſtros primò ſedere, nec doctrinã ſuper cathedrã, nec ſalutationes in foro, nec nomi-
C na magiſtri vel patris: ſed ambitionẽ, & vanã gloriam: ne quis hęc appetat, vel glorietur in eis. Si autem, dicit Chryſ. diligere talia eſt incuſatio: quàm malum eſt ſtudere, vt his aliquis potiatur. Vt ait Beda: Væ miſeris illis ad quos Phariſæorum vitia tranſierunt: qui per breue curriculũ vitæ ſuæ, quo peccata plangere debuerãt, pro prioratu certare nõ
A vanæ gloriæ cupidis attendendum. metuunt. Et ſciendũ, ſecundum eundẽ, ꝙ duplici ratione à vanæ glorię cupidis attendere iubemur: ne ſcilicet eorum vel ſimulatione ſeducamur, æſtimãtes bona eſſe quæ faciunt: vel æmulatione ad imitãdum inflammemur, fruſtra gaudẽtes in bonis laudari quæ ſimulant. Deinde reuocat diſcipulos ab hac ſuperbia & ambitione: dicẽs: [Vos autẽ nolite,] id eſt, nõ velitis & affectetis [vocari rabbi:] nec vocemini, id eſt, nec appetatis vocari magiſtri, propter inanis gloriæ ambitionẽ, [& patrẽ nolite vocare vobis ſuper terrã,] propter adulationem. Non honorẽ, vel nomen magiſtri, aut patris, inhibet: ſed ne quis indebitũ, vel indebitẽ ſibi vſurpet, vel alteri attribuat: [vnus eſt enim magiſter,] & pater principalis omnium ſingulariter, & per excellentiã, [qui eſt in cœlis:] cui eſt cura de omnibus: licet aliquis poſsit vocari pater, vel magiſter in terra, ratione generationis, doctrinæ, vel ætatis: tamẽ ſolus deus naturæ autor, eſt pater & magiſter principalis: quia
D ab eo habemus quod ſumus, & ſcimus. Vbi Chry.
Rabbi vocari nõ debemus. Vos autẽ nolite vocari rabbi: ne quod deo debetur vobis præſumatis. Nolite & alios vocare rabbi: ne diuinũ honorẽ hominibus deferatis. Vnus eſt enim magiſter omniũ, qui omnes homines naturaliter docet. [Et patrẽ nolite vocare vobis ſuper terram:] qui non eſtis terreni. Ex eo enim cœleſtẽ te profeſſus es habere patrẽ, ex quo patrem tibi vocaſti de cœlo dicens: Pater noſter qui es in cœlis.
Matth. 6. Ex quo enim cœleſtẽ te profeſſus es habere patrem: vocando patrem deum, turpe eſt vt iterum te profitearis terrenũ, tibi patrem vocando ſuper terram. Et iterum [ne vocetis patrem in terra:] non vt dehonores eos qui te genuerunt, ſed vt omnibus illis pręponas eum qui te fecit, & inſcripſit te inter filios ſuos. Hæc Chry. [Omnes autem vos fratres eſtis:] quia filij dei per creationem, & gratiæ adoptionem, ad
E vnam vocati hæreditatẽ, ſcilicet ad regnum cælorum. ſecundũ Hiero. Omnes Chriſtiani, fratres vocantur ſpecialiter: & omnes homines, ex vno patre
I deo nati, cõmuniter: non ſolum autẽ dominus primatus cupere prohibet, ſed ad contrarium auditorem inducit. Vnde vt in amorẽ humilitatis diſcipulos ducat, oſtendens formã humilitatis, ſubiungit: [Qui maior eſt veſtrum, vel merito ſanctitatis, vel officio dignitatis, [erit] & ſit [miniſter veſter,] & alios præueniat obſequẽdo: non ſuperbè dominando, paratus ad officia humilitatis, ſcdm decentiam ſui ſtatus. Vnde & Papa vocat ſe ſeruũ ſeruorũ dei. Bene agentibus per humilitatem ſit ſocius: contra delinquentes zelo iuſtitiæ ſit erectus. [Qui autem ſe exaltauerit,] in præſenti per elationẽ & arrogãtiam: [humiliabitur] in futuro per damnationẽ & pœnã. [& qui ſe humiliauerit] in præſenti, non nequiter ſed veraciter: [exaltabitur] in futura gloria
F mirabiliter. Et notandũ ꝙ propter triplicẽ gradũ
Lucæ 14. Ibidem 18. humilitatis hoc verbum ter ponitur in euãgelio. ſ. ſuprà, vbi monet vt inuitati recumbant in nouiſsimo loco: & iterũ, de phariſæo & publicano orãtibus in tẽplo, & tertio, in hoc loco. Eſt enim triplex humilitas. ſ. cordis, operis, & oris: quã tria nutriunt & cuſtodiũt. Primã, aſsiduitas cordialis ſubiectionis: quã non habuit Lucifer. Secundã, conſideratio proprię fragilitatis: quam non habuit Adam. Tertiam benignitas orationis: quam non habebit Antichriſtus.

## ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte pie, aufer à me defectũ bonæ operationis, vt merear bona non ſolum docere & dicere, ſed etiam facere & operibus adimplere: remoue à me auſteritatem ac crudelitatem, ne grandia iubendo, & minora non faciendo, me releuare videat & alios onerare. Exclude à me gloriam inanem & oſtentationem: ne opera mea vt ab hominibus videar faciam, & gloriam humanam in eis non quæram. Elonga etiam à me ambitionis & laudis affectum: ne prima loca & ſalutationes amem, vel magiſtri nomen: vt me ſic humilians in hoc ſeculo, merear à te exaltari in futuro. Amen.

## Quibus debetur væ æternum.

G

### Caput XXXVIII.

Matth.23.

Poſt hæc dominus, qui legi & præceptis euangelicis obedientibus dat benedictiones, ipſis ſcribis & phariſæis inobedientibus cōminatur væ maledictiōis: & in omnibus effectibus hypocriſis ipſorum hanc dictionē væ præponit, quæ maledictionē ſignificat. Væ quippe in ſcriptura ſacra notat æternam damnationē, & gehennę ſupplicium: ſed, heu, huius ſeculi peregrinationē, & præſens exilium. Vnde ſecundū Origenem: Sicut in veteri lege ponuntur benedictiones obſeruantibus legem, & maledictiones trāſgredientibus eam: ita in euangelio ponuntur beatitudines reſpectu iuſtorū, vt habitum eſt ſuprà in ſermone domini in monte: & hîc ecōtrariò ponūtur maledictiōes, cōtra hypocritas falsò iuſtitiā ſimulātes. Et ponit octo væ iuxta octo in quibus ipſorū hypocriſis & fictio patet: ad oſtendendū, quæ in eis cauēda eſſe docet. In primo redarguit eos de ſuperbia & auaritia: q̄a regnū cœlorū claudebant ante homines, & nec ipſi intrabant, nec intrare ſinebāt volentes. Vnde dicit [væ,] id eſt, æterna damnatio [vobis] imminet, [ſcribæ] qui putatis vos peritos in lege: [& phariſæi,] qui dicitis vos prælatos in ſanctitate: [hypocritæ] ſimulātes quod nō eſtis, [qui clauditis regnū cœlorū ante homines,] id eſt, qui veſtris prauis expoſitionibus veritatē ſcripturarū abſcōditis, vel malo exēplo alios ſcandalizatis: [vos aūt non intratis,] quia intelligere & credere nō vultis: [nec introire volētes,] id eſt credere cupiētes [ſinitis intrare:] imò facitis errare.

*Væ quid notat.* *Heu.* *Matth.5.* *Væ octies poſitum.* *Væ de ſuperbia.* H

Dupliciter enim impeditur ingreſſus alicuius in domum: vno modo: quādo clauis tollitur: alio modo, quando obſtaculū ponitur. Spiritualiter autē, ſecundum Chry. regnum cœlorū ſunt ſacræ ſcripturæ: quia in eis regnū cœlorū eſt inſertū. Iſte ergo claudit hoc regnū alteri, qui clauem portat, & non aperit: ſcilicet qui habet ſcientiā, & docere contēnit, vel negligit: iſte verò obſtaculū ponit, qui per malum exemplū alios impedit ne intrēt, vel intrare velint.

*Ingreſſus in domum dupliciter impeditur.* *Regnū cœlorum pro ſcribentes.*

I Quāuis ergo ſcribæ & phariſæi per ſcripturas cognoſcerent & ſcirēt Chriſti aduentū: tamen ipſi cōſiderabant, ꝙ ſi Chriſtus creditus fuiſſet, conſuetudo ſacrificiorū & oblationū ceſſaret: & ſic ipſi oblationibus ſacrificiorū fraudarētur: & ideo praua expoſitione, & peruerſa interpretatione ante conſpectū populi claudebāt ianuā legis & prophetarū, qui de aduētu Chriſti manifeſtiſsimè locuti fuerāt, vt à fide Chriſti homines retraherent. Malis quoq; operibus & exemplis ſimplices à fide auertebant: & ſic eos ſcandalizantes, regnū cœlorū ante illos claudebant. Primò, quidē ipſi cogitationē de Chriſto habuerunt: ſed poſtea per inuidiā cæcati perdiderūt, & in errorē conuerſi ſunt, & multos alios errare fecerunt. Vel, ſecundū alios, regnū cœlorū hîc accipitur pro æterna beatitudine: oſtium, per quod intratur ad ipſam, Chriſtus eſt: ſecundū quod ipſemet dicit: Ego ſum oſtium: per me ſi quis introierit, ſaluabitur. Clauis, eſt doctrina: & ideo per ſanā doctrinā aperitur hoc oſtium, & per falſam doctrinam clauditur. Igitur quia phariſæi & ſcribæ autoritates, quæ ſunt in lege & prophetis de Chriſto, corrūpebant: ideo regnū cœlorū ante homines claudebant: eos à fide & notitia Chriſti verſi auertēdo, & in errorē mittendo. Ipſi non intrabāt: quia à cognitione quā de Chriſto habuerūt per odium & rancorē in errorē conuerſi ſunt: [nec introeuntes,] id eſt, intrare volentes, [quales erāt ſimplices populi,] ſinebant intrare: quia per eos fuerunt decepti, & à fide Chriſti pro maiori parte auerſi.

*Ioan.10.* K

*Væ de gula.*

In ſecūdo redarguit eos de gula, & gaſtrimargia: quia ſub ſpecie cultus diuini & religionis [oratione longa] .ſ. in verbis, ſed breui in affectu & ſentētijs, [orantes] vt ſanctiores apparerēt, & maiora dona reciperēt: comedebant ſubſtantiā pauperum .ſ. [domos viduarum,] affectū pietatis ad eos habentium, bona earū ſibi attrahentes, & conſumentes ſub ſimulatione & falſa ſpecie ſanctitatis: quia ſua ſuperſtitione nihil intendebant, niſi vt prædā de ſubiecta plebe facerēt: & magis de viduis, quæ facilè decipiūtur, non habentes virum qui conſulat, & habentes dandi libertatē, quod voluntas ſuggerit. Et ex hoc factū eorū aggrauatur: quoniā non à diuitibus, ſed à viduis ventrem implebant: & illarū inopiā attrahebat, quā emendare oportebat. Vbi Chry. Dum Iudaicos ſacerdotes confundit, Chriſtianos ſacerdotes monet non permanere cum viduis amplius quàm cum cæteris: quia & ſi voluntas mala non eſt, ſuſpicio tamē mala eſt. Deinde & huius rapinę modus erat grauior: vt enī dicit Chry. Qui malum facit, dignus eſt pœna: ſed qui à regione cauſam accipit malitiæ, grauiori eſt obnoxius pœnæ. Vnde ſequitur. [Propter hoc] .ſ. non ſolum propter rapinā: ſed etiā propter veſtram ſimulationē, [amplius accipietis iudiciū,] & maiorem damnationē. Vbi Chry. Primūm quidē pro eo ꝙ figmentū ſanctitatis aſſumitis: auaritiā enim veſtram religionis colore depingitis, & quaſi diabolo præſtatis arma dei, vt armetur iniquitas dū pietas æſtimatur.

L

*Fictio ſanctitatis.*

Vnde & ſcd'm Bedā: Non tantū ait, accipietis dānationē: ſed adiūxit, maiorē, vt inſinuet illos qui orāt vt videātur ab hominib' dānationē mereri: ſed eos qui hæc prolixius, quaſi religioſiores agēdo, non ſolū laudes ab hominibus, ſed & pecunias quærūt, prolixiori dānatione plectēdos. Iſtorū ergo oratio fit in peccatū: vt nō ſolū pro alijs intercedere nō poſsint: ſed nec ſibi ad ſalutē proficere: imò pro ipſis orationibus magis damnabuntur. Vnde & Iſid. Dupliciter dānantur hypocritę: vel pro occulta iniquitate, vel pro aperta ſimulatiōe. Ex illo enī cōdēnantur, quia iniqui ſunt: ex iſto, quia oſtendūt qđ non ſunt. Vñ ſcd'm Greg. Simulata æquitas, nō eſt æquitas, ſed duplex iniquitas: & ideo plectenda maiori pœna.

M

*Væ de inani gloria.*

In tertio redarguit eos de inani labore, & nequitia: quia multi eorū circumeūt [mare & aridā,] ciuitates & villas, illuſtrantes orbē, [vt] ex gentibus [vnū proſelytū faciāt,] id eſt, aliquē de gētilitate ad Iudaiſmū trahāt & cōuertāt, & non propter miſericordiā, vt eos ſaluēt: ſed aut propter vanam gloriā, vt pietati fidei, & cultui Chriſtianę religionis obſiſtant: aut propter auaritiam, vt additis in ſynagoga Iudæis, ſacrificiorum oblatio adderetur eis.

*Proſelyti q̄ dicuntur.*

Proſelyti dicuntur, qui relicto gentilitatis errore, ad Iudaiſmum conuertuntur: quorū ra-



ritas per vnū ſignificat. Vbi patet labor vacuus, q̄a pro eo vno circumeūt mare & aridā multi: ſed vnus de mille Chriſtus circuit ciuitates & villas, & ſequūtur eū turbæ multæ.

A Patet etiā nimia eorū nequitia: quia pro quo laborāt, vt ad ſe trahāt, deteriorē ſe faciūt: [& gehēnæ,] ſeu perditionis [filiū] duplo quàm ſeipſos. Quia antè dum ethnicus erat, ſimpliciter errabat, & ſemel filius gehēnę erat: ſed poſtea videns eorū vitia, & corruptus in moribus, per malam eorū vitā reuertitur ad gentilitatē, & ſic prę uaricator & apoſtata à lege quā ſeruare promiſerat, in moribus & fide peccat, & maiori pœna dignus: quia melius eſſet illi veritatē non agnoſcere, quàm poſt agnitā retrorſum cōuerti. Similiter faciūt illi qui multū laborāt ad hoc ꝙ poſsint aliquē ad religionē adducere: & cùm adductus eſt, per mala exēpla faciunt eū apoſtatare: & fiunt nouiſsima eius peiora prioribus: quia (vt hîc ait Hiero.) nō eo ſtudio ſeruamus quęſita, quo querimus.

*Ethnici conuerſi grauius, dum retro cedunt, peccant.* *2.Pet.2.*

*Væ de fraudulenta ſtultitia.*

In quarto redarguit eos de ſtultitia & fraudulētia: q̄a vt populum ad dandū & offerendum inuitarēt: ea quę erāt propter tēplum & altare, pręferebāt in honore & ſanctitate ipſi tēplo & altari ſanctiora: dicētes, ꝙ ſi quis iuret per templū, vel altare, nihil eſt: id eſt, nihil debet, nec obligatur iſto iuramēto, & conuictus mēdacij nō tenetur reus periurij, nec eſt obligatus in aliquo: [ſi aūt iuret in auro tēpli,] id eſt in pecunia, quę offerebatur ſacerdotib' in tēplo, [vel in dono] & oblationibus, id eſt in hoſtia & victimis quæ offerūtur deo ſuper altare: [debet,] id eſt obligatur & cōuictus ſtatim illud in quo iurauit tenetur exoluere: & hoc ſtudioſiſsimè ſolebāt repetere, Sāctio ergo iſtorū erat talis ꝙ iuramentū per creaturas nō erat obligatoriū: niſi ſolū cùm iurabatur per aurum & dona tēpli, & altaris: in quo nō attēdebāt dei timorē, ſed ſuā cupiditatē.

B

*Iuramentum per creaturas.*

Vnde decipiebāt populū dicētes aurū & dona ſanctiora eſſe, quàm templū & altare: vt hoīes prōptiores fierēt ad offerēda dona, ſed errabāt, quia maius eſt quod ſanctificat, quàm quod ſanctificatur: ergo & templū maius eſt quàm aurū, & altare maius quàm donū: quia templū & altare quodāmodo ſanctificāt in eis oblata: quia erāt deo dicata:

C ergo & iuramentum per templū & altare maius eſt, quàm per aurū templi vel donū altaris. vnde vocat eos cęcos duces, quia in errore erāt, & alios in errorē ducebāt: & iſte error maximè ex cupiditate procedebat. Item cōuincit eos alia ratione, quia in iuramēto quod fit per templū, vel altare continetur iuramentū per aurū, vel per donū: qui enim iurat per altare, ex quo deriuatur oblatorum ſanctificatio, iurat etiā in contētis in illo: & qui iurat per templū, iurat etiā in habitāte in ipſo: & ideo iuramentū per templū, vel altare, magis eſt obligatoriū, quàm per dona tēpli vel altaris. Similiter q̄a Iudæi conſuetudinē habebāt per cœlū iurare: ideo ad reprehenſionē eorū ſubdit: [Et qui iurat per cœlum, iurat in throno dei, & in deo qui ſedet ſuper eum.] Nō ergo ſicut arbitrātur euadūt periculum ex eo ꝙ nō iurant per deū, ſed per thronū dei, ſcilicet cœlū. Qui enim per ſubiectā creaturā iurat, implicitè iurat per creatorē creaturę prę ſidentem: & ideo iuramentū per creaturas licitū, eſt obligatorium.

D

*Iurare per euangeliū.*

Adhuc multi inſipientes Chriſtiani eodē vitio & ſimili errore laborāt: qui putāt maius eſſe iurare per euangeliū, quàm per deū: & cùm per euangeliū iurare timeāt: per deū tamē frequēter ex vſu vitioſo iurare non formidant: cùm tamen tota ſanctitas euangelij à deo veniat. Scripturę enī propter deū factę ſunt, nō deus propter ſcripturas: & ideo maior eſt deus qui ſanctificat euangeliū, quàm euāgeliū quod ſanctificatur ab eo.

*Væ de ignauia circa ſalutaria.*

In quinto redarguit negligentiā, & ſegnitiē quam habebāt circa magna & vtilia, ad ſalutē animarū pertinētia: gerētes magnam ſolicitudinē & diligentiā circa minuta & tēporalia, q̄a decimabāt omne olus, & minimas res: ſed in iudicijs iuſtitiā, in pauperes miſericordiā, & in deū fidē, quæ magna ſunt, pretermittebāt. Fides importat debitū ordinē hominis ad deū: iudicium autē importat debitū ordinē hominis ad proximū, in his quę habent rationē debiti: miſericordia aūt, in his quę habēt rationē doni: & in his tribus intelligūtur omnia illa, quę ad ſalutē ſunt multū neceſſaria.

*Decimare* E

Quòd aūt dicit [decimatis,] poteſt dupliciter intelligi. Vno modo reſpectu ſui: q̄a licēt miniſtri receperūt decimas à populo, tamē de illis acceptis à populo, & de his quę habebāt ex labore ſuo, decimas reddebāt ſacerdoti ſummo. Ad ſimulationem quippe ſanctitatis reddebant eis decimas de minimis, & ratiōe cupiditatis: vt per exemplū ſui inducerēt populū ad reddendū ſibi decimas de omnibus vſq; ad minima. Aliter pōt intelligi reſpectu aliorum, quos ad ſtrictè ſoluendū decimas inducebant, quas ab eiſvſq; ad minima extorquebāt. Et ne aliquis crederet ꝙ de minimis reb' nō eſſent decimæ dandę: ſubiūgit, ꝙ principalius oportet facere hæc maiora, ſcilicet [iudiciū & miſericordiā,] ac ea quæ ſunt fidei agere tanquā magis neceſſaria [& illa,] ſcilicet minora, ſcilicet decimationē minimarum rerū [nō obmittere] tanquā bona minora: quia pręceptū dei eſt de omnib', tam minoribus quàm maioribus decimas dare, & oīa pręcepta legis tā maxima q̄ minima oportet implere.

F

Deinde has ſimulatiōes eorū arguit, q̄a erāt duces habētes regere populū, cęci peruertētes intellectū ſcripturarū [colantes] & purgātes [culicē,] id eſt minora cū diligētia diſquirētes & tractātes: [camelū aūt glutientes,] id eſt maiora ſubticētes, & pro nihilo reputādo obmittentes.

*Culex.* *Camelus.*

Culex quippe animal paruū eſt, ab aculeo dictum: habet enī in ore fiſtulā ad modū ſtimuli, quo pungit carnē & ſugit ſanguinē, per qđ minor trāſgreſsio intelligitur. Camelus verò eſt animal magnū & deforme: per qđ maior pręuaricatio deſignatur. Vbi Chry. Quoniā Scribarū & Phariſęorū ad quos loquebatur: quidā erāt ſacerdotes, quidā autē populares: nō eſt incōgruū vt duplicē huiuſloci faciamus traditionē, vt vna ptineat ad populares, qui decimas dāt: alia aūt ad ſacerdotes, qui decimas accipiūt. Etēn ipſe ſermo dubius eſt, qui dicit: [Vę vobis qui decimatis,] q̄a & qui accipit decimas, rectè decimare dicitur, & qui dat. Scribę ergo & Phariſęi minimorū olerū decimas dabāt, vt per hoc videntes eos, dicerēt homines: Putas quō omniū rerū ſuarū decimas offerre nō prętermittunt, vt etiā contemptibilium olerum decimas dare non negligant. Putas quo

tas quomodo omnia præcepta dei vita eorum con
G ſummat, vt nec in modicis his negligere acquie-
ſcant quod non erat verũ. Nam minorũ quidem
rerum decimas offerebãt,oſtẽtandæ religionis gra
tia:in iudicijs aũt erant iniuſti, in fratribus ſine mi
ſericordia,in deum ſemper increduli:liquantes cu-
Matth.23. licem,camelum aũt glutientes:quoniam à modicis
quidem delictis ſe abſtinebant, magna aũt alacri-
Minora vitia,& non maiora caſtigantes. ter cõmittebant.Nunc veniamus ad ſacerdotes.Hi
ergo auaritia pleni: ſi quis de populo decimã ali-
cuius rei vel minimæ nõ obtuliſſet,ita eũ corripie-
bant quaſi magnũ crimen feciſſet.Si quis aũt in po
pulo aut in deũ peccabat,aut alterũ lędebat,aut ali
quid tale faciebat:nemo curabat corripere cũ qua-
ſi nullam culpã feciſſet.De ſuo quidẽ lucro ſolicitè
agebant:de gloria verò dei,& ſalute hominũ, negli
gebant.Sic & modò fit: Quia omnes de ſuo honore
ſoliciti ſunt:de honore aũt dei,nullus.Et portiones
quique ſuas vigilanter aſpiciunt & defendunt: ſed
circa obſequiũ eccleſiæ,curã impendere nõ atten-
dunt.Si populus decimas nõ obtulerit,murmurant
omnes:& ſi peccantẽ populumviderint,nemo mur
H murat cõtra eos.Ipſi ſunt qui docent populum, ſuo
exemplo liquare culicẽ,& camelum glutire:id eſt,
à modico peccato ſe cõtinere,maiora aũt commit-
tere.Hæc Chryſoſt.O quantũ adhuc hodie cęcitas
Scribarũ & Phariſæorũ regnat(prohdolor)in prę-
latis tam religioſis, quàm ſecularibus: qui ſolicitè
curant de ſolutione decimarũ & cenſuum quæ eis
debentur, & parum curant ſi ſubditi in maioribus
inuoluantur criminibus: qui minora ſubtiliter di-
ſcutiunt,& maiora ſubticẽt:ac magnã in minimis,
ſed paruã vel nullam in maximis diligentiã adhi-
bent:puta ſi quempiã de clericis ſuis vel monachis
deprehẽdunt in cęremonijs exterioribus offende-
re,aſperè redarguũt:& ſi ſuperbus eſt, aut inuidus
vel detractor,vel ſeminator diſcordiæ,& turbator
pacis,ſub ſilentio prætereunt: plus punitur aliquis
pro omiſſione vnius cõſtitutionis vel admonitiõis,
ac de trãſgreſſione decretaliũ & conſtitutionũ ho-
minis, quàm euangeliorũ & mandatorũ Chriſti.
Curam animarũ negligunt, & negotia exteriora
I agunt:nõ curant fructũ animarum,ſed excreſcen-
tiam diuitiarum:per mundum diſcurrunt,gregem
Vę de ſimulatione & mendacio. ſibi cõmiſſum non cuſtodiunt.Cuſtodiat eum, qui
cuſtodit Iſraël.In ſexto arguit eos ſimulationis &
mendacij:quia plus curabãt lauare ſordes exterio-
res,quàm interiores:plus corporũ & vaſorũ,quàm
morum & vitiorũ.Phariſæi enim quãdo debebant
aſcendere in templum, ad oſtentationẽ munditiæ
primò lauabãt vtenſilia domus, ac veſtimenta, &
conſimilia:& parum curabant de interiori mundi
tia intrinſecus.Sic etiã foris oſtendebant homini-
bus ſanctitatem in habitu,in ſermone, in philacte-
rijs,in fimbrijs,in orationũ longitudine,& cæteris
huiuſmodi:intrinſecus aũt in conſcientia & men-
te erant[pleni rapina,]per affectũ ambitionis: [&
immunditia,]per voluptatẽ carnis:vel[rapina,] id
eſt auaritia[& immũditia,]id eſt,ſordibus vitiorũ:
quia quod bibebãt & manducabant,alijs auferebãt:
& per hoc cibus & potus eorũ immunditiã pecca-
torum habebãt. In hoc verò multum errabant, &
magna cęcitas eorum erat,quia plus curandum eſt
de munditia interiori,quàm exteriori: quia exte- K
rior nõ eſt deo accepta,niſi per interiorem. Tales
ſunt etiã modò multi, qui ſunt ſicut fimus niue de-
albatus,exterius decorati,& intus iniquitate pleni.
Vnde ſi quis interiora exterius euolueret,multum
fœtorem multamq; ſaniẽ inueniret.Vnde in Eze-
chiele:Fili hominis fode parietẽ,& videbis abomi- Ezech.
nationes:mundandũ eſt ergo quod intus eſt calicis
& paropſidis: id eſt,cor purgandũ eſt à vitijs, quia
per interiora[calicis]& paropſidis intelligit meta-
phoricè interiora mentis:ex cuius munditia depen
det bonitas munditiæ exterioris: & ideo ſequitur,
[vt fiat quod deforis eſt mundũ:] id eſt,vera ſit o-
ſtenſio ſanctitatis,nõ malitia diſſimulationis.vnde
Origenes: Hic ſermo nos inſtruit, vt feſtinemus
eſſe iuſti,non apparere. Qui enim ſtudet vt appa-
reat iuſtus,quæ à foris ſunt mundat,& quæviden-
tur curat:cor aũt & conſcientiam negligit.Qui au
tem ſtudet ea quæ intus ſunt, id eſt cogitationes L
mundare:conſequens etiã eſt, vt ea quæ à foris ſunt
faciat munda. Et notandũ quòd in triplici væ poſi Cæcitas triplex & eius væ.
tum eſt nomen cæcitatis, eo quòd triplex cæcitas
arguatur in eis. Primò in docendis, ſcilicet in vę
quarto.Secũdò in corripiendis,ſiue in eligendis:ſci
licet in væ quinto.Tertiò in agendis, vt hîc in væ
ſexto.In ſeptimo demonſtrat hoc idem per exem-
plum ſepulchrorũ:vt quomodo ſepulchra dealbata
calce leuigata ſunt forinſecus, & ornata marmori
bus,ac diſtincta auro & coloribus[intus aũt plena
ſunt oſſibus mortuorũ,]& ideo horribilia:& omni
ſpurcitia,ſcilicet putredine & fœtore,& ideo abo-
minabilia.Vnde dicitur ſepulchrũ, quaſi ſemi pul- Sepulchrũ
chrum:ſic & ipſi munditiã, & iuſtitiam in habitu
veſtis,& humilitate verborũ oſtendentes, exterius
dealbati ſunt,propter boni ſimulationẽ: intus au-
tem pleni ſunt hypocriſi,id eſt,amore vanę laudis,
quantum ad intentionẽ ſimulationis:& iniquitate,
id eſt,odio veritatis,quantũ ad affectionẽ maligni-
tatis.Exterius habent conuerſationẽ honeſtam, vt
cooperiant malitiã occultam.Iſti ſignificantur per
Bel, qui exterius erat æreus, & intus luteus. Vbi
Chryſoſt.Meritò quidem iuſtorũ corpora templa M
dicuntur, quia in corpore iuſti anima dominatur
& regnat,quaſi deus in templo, vel certè quia ipſe
deus in corporibus habitat iuſtis. Corpora autem
peccatorũ,ſepulchra dicuntur mortuorũ,quia ani-
ma mortua eſt in corpore peccatoris:nec enim vi-
uens putanda eſt,quæ nihil viuũ, aut ſpiritale agit
in corpore:vel quia mors ipſa in corporibus habi-
tat peccatorũ.Sicut ergo ſepulchrũ, quandiu clau-
ſum eſt,pulchrũ videtur à foris:ſi verò apertũ,hor-
ribile: ſic ſimulatores bonorũ,quandiu non cogno-
ſcuntur, laudabiles ſunt: cùm aũt cogniti fuerint,
inueniũtur abominabiles.Dic hypocrita ſi bonum
eſt eſſe malũ,vt quid nõ vis apparere quod vis eſſe?
Si bonũ autẽ eſt eſſe bonũ,vt quid non vis eſſe quod
vis apparere?Nã quod turpe eſt apparere, turpius
eſt eſſe:quod aũt formoſum eſt apparere, formo-
ſius eſt eſſe.Ergo aut eſto quod appares,aut appare
quod es:quia manifeſtũ malum à ſapiẽtibus nõ re-
prehenditur,dum inſania ęſtimatur. Hęc Chryſo.
Vnde & Bernar-



Vnde & Bernardus: Quem dabis de filijs Adam,
A qui quod eſt non dico velit, ſed vel patiatur videri.
Vę homicidarum. In octauo arguit eos filios eſſe homicidarum: quia
propter opinionẽ bonitatis, & gloriæ in populos,
vt iuſti viderẽtur, ſepulchra & memorias prophe-
tarum & occiſorum ambitioſè ædificabãt, & ma-
gnificè ornabant, quos maiores eorũ interfecerũt:
& dicebãt, ꝙ ſi fuiſſent in diebus patrum ſuorum,
nõ eſſent ſocij eorũ in ſanguine prophetarũ: id eſt,
ad effundendum ſanguinẽ eorum: nec feciſſent ea
quæ patres ſui fecerunt:in quo teſtãtur ſe filios eo-
rum qui prophetas occiderunt. Scelera patrũ,pro-
pter ſpeciẽ ſanctitatis,verbo ſuo reprobant:& per-
ſequendo ſanctos,vt Chriſtum & ſuos,eadẽ ſcelera
faciunt:& ſic facto approbant quia filij ſunt nõ ſo-
lum carne,ſed etiã imitatione:nõ ſolum quantũ ad
naturam,ſed etiam quantum ad mores.Non enim
eos incuſat quoniam ſepulchra ædificant:ſed intẽ-
tionem eorum reprehendit,quia nõ propter hono-
rem eorum qui occiſi fuerant, nec propter amorẽ
B pietatis & veritatis hoc fecerũt:ſed propter amorẽ
vanæ laudis,quàm in hoc quærebant. vnde Chryſ.
Tẽpla nõ ſunt ex malè acquiſitis facienda. Qui martyrum eccleſias ædificant & ornant,bo-
num opus facere videntur:ſed ſiquidem & aliâs iu-
ſtitiam dei cuſtodiunt, ſi de bonis eorum pauperes
gaudẽt, ſi aliorum bona per violentiam nõ faciunt
ſua ſcito quia ad gloriam dei ædificant. Sin autem
quis non intelligat, quia non ad gloriã dei faciunt
ædificia illa:ſed propter æſtimationem humanam
ædificant altaria martyrũ, vbi pauperes paſſi vio-
lentiã ab eis interpellãt contra eos.Non enim gau-
dent martyres quando ex illis pecunijs honorãtur,
in quibus pauperes plorabant.Qualis eſt iſta iuſti-
tia,munerare mortuos,& ſpoliare viuẽtes: de ſan-
guine miſerorum tollere,& deo offerre? Illud non
eſt deo offerre, ſed velle violentiæ ſuæ ſocium fa-
cere deum:vt cùm oblatam ſibi pecuniam de pec-
cato libẽter acceperit,cõſentiat in peccato.Vis do-
mum dei ædificare? da fidelibus pauperibus vnde
viuant, & ædificaſti rationabilem domum dei. In
ædificijs enim homines habitant, deus autẽ in ho-
C minibus ſanctis.Quales ergo illi ſunt qui homines
ſpoliant,& ædificium martyrũ faciunt: habitatio-
nes hominũ componũt, & habitationes dei diſtur-
bant.Quæ eſt autem iuſtitia ſanctos colere, & cõ-
Sanctitas ante ſanctos fuit. temnere ſanctitatẽ?Primus gradus pietatis eſt,ſan-
ctitatem diligere,deinde ſanctos: quia non ſancti
ante ſanctitatem fuerũt,ſed ſanctitas ante ſanctos.
Sine cauſa ergo iuſtos honorat,qui iuſtitiã ſpernit.
Non poſſunt ſancti amici eſſe illorum, quibus deus
eſt inimicus. Dicebant apud ſe: Si benefecerimus
pauperibus,quis illud videt?Et ſi viderint,nõ multi
vident:& ſi multi viderint,pro tẽpore vident.Trã-
ſit tempus,& cum tempore trãſit beneficij memo-
ria.Melius eſt ergo ædificia facere quæ aſpiciant
omnes,nõ in hoc tempore ſolum, ſed etiam in po-
ſterum. O inſipiens homo, quid prodeſt tibi poſt
mortem iſta memoria,ſi vbi es torqueris,& vbi nõ
es laudaris? hæc Chryſoſtomus. Deinde probat ꝙ
ſint filij homicidarum: & oſtendit eos non ſolum
genimina viperarum, quoad malitiam in imita-
tione malorum, ac paternæ nequitiæ imitatores
ſed etiam parentibus deteriores:& quòd fictio erat
hoc quod dicebãt, ſcilicet quòd non cõmunicaſſent D
operibus eorum, ſi in tempore illo fuiſſent. Vnde
dicit: [Et vos implete,] id eſt,implebitis. [menſu-
ram patrum veſtrorum.] ſecundum Hieronymũ,
& Chryſoſto. Non iubet vel præcipit:ſed quod fu-
turum erat,prædicit & oſtendit. Menſuram enim Mẽſuram patrũ implere.
patrum ſuorum implere cupiebant, & iam imple-
uerunt:quia quod illis defuit, iſti ſuppleuerũt. Nec
ſolum impleuerunt,ſed menſuram multum exceſ-
ſerunt:quia illi occiderunt homines,iſti dei filium:
illi ſeruos,iſti dominum:illi miniſtros, iſti regem:
illi membra,iſti caput:illi prophetas,iſti propheta-
rum magiſtrum,qui à prophetis prædictus eſt:ſci-
licet Chriſtum. Deinde poſtquam oſtẽdit in phari-
ſæis multiplicem culpam,oſtẽdit conſequẽter pœ-
nam dicens: [Serpẽtes] venenum inuidiæ habẽtes:
[genimina viperarum,] quia venenũ malitiæ à pa-
tribus traxerunt: [quomodo fugietis à iudicio ge-
hennæ?] quaſi diceret,nullo modo,quia erãt in ma
litia obſtinati. Nõ ſolum autem hanc pœnam me-
ruerunt propter mortem Chriſti, ſed etiã propter E
occiſionem apoſtolorum, & diſcipulorum eius:&
propter hoc ſequitur: [ideo] ſcilicet quia dicitis,nõ
eſſemus ſocij eorum:id eſt,homicidarum:vt oſten-
dam veſtrum mendaciam, [Ecce ego mitto,] ſeu
mittam [ad vos] inſtruendos & reuocandos ad me,
ꝓphetas & ſapiẽtes & ſcribas,] ſcilicet apoſtolos,
qui ſpiritu prophetico pleni erãt: & corda ſapiẽtia
diuina erudiebant: & tãquam ſcribæ docti de the-
ſauris ſuis noua & vetera proferebant: [& ex illis
occidetis,& crucifigetis, & flagellabitis in ſynago
gis] & congregationibus [veſtris:& perſequemini
de ciuitate in ciuitatem,] quod & fecerũt: & quos
illi ideo quia nõ viderunt,nõ occiderunt,iſti viden-
tes eorum deſideriũ impleuerunt: & ſic mores pa-
trum iniquorum ſequẽdo, ſe filios eorũ eſſe teſtati
ſunt.Deinde vt oſtendat quoniam nõ impunè hoc
faciunt,timorẽ eis ex his incutit dicẽs: [Vt veniat]
conſecutiuè: quia eſt conſecutio æquitatis: [ſuper
vos,] id eſt, generationẽ veſtram & omnium ma-
lorum vobis cõſimilem, [omnis ſanguis iuſtus,] id F
eſt,debita vltio pro omni effuſione ſanguinis iuſto-
rum, [à ſanguine Abel iuſti,] cuius munera narrã- Gene.4.
tur à deo accepta,] vſque ad ſanguinem Zachariæ Zacharias
filij Barachiæ,] id eſt,Ioiadæ ſacerdotis qui ꝓpter Barachiæ
ſuam iuſtitiam dictus eſt Barachias, qui interpre- filius fuit.
tatur benedictus domini [quẽ occidiſtis,] id eſt,ve 2.Par.24.
ſtra generatio vobis ſimilis occidit, [inter tẽplum
& altare,] ſcilicet holocauſtorum,quod erat extra
templum,ſcilicet in atrio ipſius tẽpli.Sed licèt mul
ti poſt & antè ab hac generatione ſint occiſi,tamẽ
potius nominat iſtos duos quàm alios: vt in vno lai
ci,ſcilicet in Abel qui fuit paſtor ouium, & in cã- Gene.4.
po necatus:in alio clerici, ſcilicet in Zacharia, qui
fuit altaris officio mancipatus, & in atrio tẽpli oc-
ciſus, intelligantur: & per hos duos omnes ſancti
martyres, laicalis ſcilicet & ſacerdotalis ordinis,
deſignãtur.[ Amẽ amẽ dico vobis,veniẽt hęc oĩa:]
ſcilicet ſcelera & ſcelerum punitiones [ſuper ge-
nerationem iſtam:] ſcilicet veſtram & omniũ ma-
lorum: & ſi non omnes ſint vno tempore, tamen

omnes ſunt vnum corpus diaboli. Deinde cõuertit
G ſermonem ſpecialiter ad Metropolim ciuitatem
Hieruſalem, in qua erãt magis culpabiles: eam pij
patris affectu plangendo, & ex hoc auditores eru-
Hieruſalẽ diendo dicẽs: [Hieruſalem Hieruſalẽ.] Hieruſalẽ
vocat habitatores, non ædificia ciuitatis, ponendo
continens pro cõtento: & alloquitur hîc populum
Iudaicũ, ſub nomine ciuitatis metropolitanæ. Ge-
minatio verò huius verbi Hieruſalẽ miſerentis eſt,
& miſeriam vocãtis, ac valde diligentis. Vel gemi-
nat propter vehementẽ reprehẽſionem, & maiorẽ
exprobrationem. Vel quia ſanctos affligebãt dupli
citer: & corporaliter, & ſpiritualiter. [Quę occîdis
prophetas,] dominum etiam occiſura prophetarũ:
[& lapidas eos qui ad te,] id eſt, ad tuam vtilitatẽ
& inſtructionem, & ad increpandum ſcelera tua,
[miſsi ſunt.] Ideo incurabilis eſt plaga tua: quia eos
abijcis, qui tibi ſalutem offerunt. vnde Chryſoſto.
Quomodo ſaneris, quæ nullum ad te medicũ per-
uenire permittis? Sanctis meis non peperci, vt tibi
parcerem peccatrici. Illorum vitã neglexi, ne mor-
H tem tuam viderem. Omnes medici ſpirituales in
te defecerunt, & tu curata non es. Si de morte tua
gauiſus fuiſſem, nunquã ad te miſiſſem prophetas.
Si te perdere voluiſſem, nunquam ad te ipſe veniſ-
ſem: ego quid faciam, ſi tu ipſa viuere non vis? Hæc
Ezech. 18. Chryſ. [Quoties volui,] ego qui mortẽ peccato-
1. Timo. 2. ris nolo, ego qui omnes peccatores ſaluare volo: nõ
quidem ſemel vel bis, ſed multoties. Primò, per le-
gem naturæ. Secũdò, per legem ſcripturæ. Tertiò,
per legem gratiæ. Item in mane pueritiæ, in tertia
adoleſcentiæ, in ſexta iuuẽtutis, in nona ſenectutis,
in veſpere decrepitæ ætatis, [cõgregare] ſub cultu
vnius dei per fidẽ & charitatem, [filios tuos:] ſcili
cet Iudæos, prædicationibus prophetarum & mi-
Diſperſo- raculis, & te mihi adiũgere & meis. Multi ſunt di-
res multi. ſperſores, ſed pauci ad bonũ congregatores: diſper-
git enim diabolus, diſpergit mundus, diſpergit car-
nalis affectus, diſpergunt tentatores. Sed dominus
vult congregare in vnitatem fidei, in vnitatem cha
ritatis, in vnitatem ſupernæ ciuitatis. Sequitur:
I [quemadmodum gallina cõgregat pullos ſuos ſub
alas.] Ponit exemplum de gallina, ad oſtendẽdum
affectum ſuum ad populum: quia inter alias aues
videtur magis affici ad nutritionẽ & conſeruatio-
nem pullorum: tam magnũ enim affectũ in filios
habet, vt eorum infirmitate affecta infirmetur &
ipſa, & eos alis protegens contra miluũ pugnet. Sic
& dei ſapientia per carnis ſuſceptionem infirmata
protegit nos, & defendit à diabolo, ac nutrit & cõ-
ſeruat ſua gratia. [Et noluiſti:] quinimò neglexiſti,
contradixiſti, impediuiſti, qa prophetas à deo miſ-
ſos, poſtea Ioannem Baptiſtam, & vltimò dominũ
noſtrum Ieſum Chriſtum, & eius diſcipulos contẽ-
pſerunt: imò & occiderũt: ac ſi diceret: Ego volui:
ſed tu noluiſti. Ego quod meũ eſt feci: ſed tu quod
tuum erat non feciſti. Ego pro tua ſalute prophe-
tas ad te miſi: ſed tu eos interfeciſti. Ego ad te ipſe
veni, & tu me recipere noluiſti. Tibi ergo imputã-
dum & tuæ malitiæ, non mihi. O quoties monet
nos deus: modò blanditijs, modò increpationibus:
nunc ſic, nunc ſic. Et parum aduertimus. Et ideo
valde timenda eſt nobis pœna quę ſequitur. Tandẽ
enim ex multiplici eorum culpa, multiplicem eis K
comminatur pœnam. Primò, temporalem, quàm
plus timebant & ſemper formidabant, ſubuerſionẽ
ciuitatis, & templi deſertionem, dicens: Ecce relin- Deſerta
quetur vobis à deo domus veſtra, ſcilicet templum Hieruſalẽ
& ciuitas, deſerta: quia per Romanos fuerunt de- à deo.
ſtructa: deſerta quidem & nudata auxilio Chriſti,
quia habitatorem Chriſtum reliquerunt ac perdi-
derunt: & hæreditatem præripere geſtientes, hæ-
redem occiderunt. Ergo Chriſtus erat qui antea eis
præſidebat, & eos manutenebat ac gubernabat, &
ab hoſtium manibus eripiebat. Item deſerta ange- Hieruſalẽ
lorum cuſtodia: quia audita eſt vox in tẽplo, Trãſ- ab angelis
eamus ab his ſedibus. Myſticè etiam domus Iu- deſerta.
dæorum deſerta & vacua derelicta eſt: id eſt, indi-
gni habitudine ſancti ſpiritus remanſerunt: quia
in incredulitate perſeuerantes, Chriſtum hoſpitem
non ſuſceperunt. vbi Chryſoſtomus: Deſerta eſt
à ſanctis, deſerta à ſanctitate, à fide, à charitate, à
gratia & ſpiritu. Deſerta denique ab ipſo deo, & à
bonis omnibus quæ ſunt dei. Vbi & Origenes: L
Semper etiam eis qui noluerunt congregari ſub
alas eius, comminatur Chriſtus: ecce relinquetur
vobis domus veſtra deſerta: id eſt, anima & corpus.
Deinde comminatur eis pœnam æternam, quę eſt
carentia ſuæ viſionis: niſi à ſuis conuertantur ne-
quitijs, dicens: Dico enim vobis. Non me & faciem
meam videbitis amodo ab hoc: ſcilicet tẽpore paſ-
ſionis meæ, donec dicatis benedictus qui venit in
nomine domini: id eſt, donec etiam inuiti confitea-
mini me eſſe Chriſtum benedictum filium, à patre
miſſum, à prophetis prædictum: quod erit in aduẽ-
tu claritatis ad iudiciũ. Vnde Zacharias: Aſpicient Zachar.
me quem confixerunt. Reuera enim poſt paſsionẽ
ſuam viſus eſt à diſcipulis & amicis ſuis: ſed non à
Iudæis. Vel non videbitis me: id eſt, niſi dicatis pœ
nitendo, & me dei filium per fidem confitendo,
[benedictus qui venit in nomine domini:] id eſt,
hic eſt benedictus qui venit in mundum, per incar-
nationem miſſus à patre: in quo innuitur cõuerſio M
reliquiarum ante aduentum ad iudicium: tũc enim
Iudæi qui in fine mundi credituri ſunt in Chriſtũ,
laudabunt & confitebuntur ipſum. Et his dictis
exiens dominus Ieſus de templo cum diſcipulis, re-
ceſsit à Iudæis. Vbi Origenes: Sed & vnuſquiſque
cùm ſit templum dei, propter ſpiritum dei inhabi-
tantem in ſe, ipſe fit cauſa ſuæ deſertionis, vt egre-
diatur Chriſtus ab eo.

## ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte, qui legi & præceptis
tuis obediẽtibus das benedictiones, & inobe-
dientibus maledictiones: da mihi de tua lar-
gitate ipſis tuis præceptis ſemper obtemperare, &
errores hypocritarum in omnibus euitare: da mihi
tuis monitionibus & beneplacitis ſine tædio acqe-
ſcere, & me ſine negligentia emendare: vt tandem
in aduentu claritatis tuæ ad iudicium te benedi-
ctum, ad plenam noſtram redemptionem, hoc eſt,
perfectam corporis & animæ libertatẽ manifeſtè
venientem lætus aſpiciam, & cum electis tuis te
ſine fine benedicam. Amen.

De ſignis



## De ſignis aduentus Domini, & conſumma-
A tionis ſeculi. Caput XXXIX.

Matth. 24 ET cùm dominus Ieſus eadem feria
Marci 13. tertia egreſſus eſſet de templo: ipſo
Lucæ 21. egreſſu deſignans quod dixerat, ſcili-
cet domum Iudæorum deſerendam:
id eſt, ciuitatem & templũm: diſcipu
li admirantes ſi templum tantæ pulchritudinis &
fortitudinis deſtrueretur: id eſt, ad nihilum redige
retur: [oſtẽderunt ei ædificationes tẽpli,] nõ igno-
tas, ſed tãquam admirãdas: vt propter nobilitatem
& magnificentiã ædificiorum, quæ ad diuinũ cul-
tum facta erãt, flecteretur ad miſericordiã, & miti
Ornatus garet pœnam cõminatã. Videbatur etiã eis quòd
templorũ. nec rapi, nec euerti poſſet, vel dirimi. Nõ reſpicie-
bãt ad tẽpli ſanctitatẽ, ſed ad ędificiorũ pretioſita-
tẽ & fortitudinẽ: ſic hodie multi plus attẽdũt ad cul
tũ eccleſię corporalẽ, quàm ſpiritualem. Vnde Ber
nardus: Gemmis altaria fulgent, & miniſtrorum
dei nulla electio eſt. Sed contrariũ fuit in primiti-
ua eccleſia: quia maior vis fiebat in ornatu ſpiritua
B li, quã in materiali. Vnde Augu. Olim erãt parie-
tes eccleſiæ viles, & viri pretioſi: modò ecõuerſò.
Eccleſiæ quippe ornatus no eſt in ædificijs & red-
ditibus: ſed in humilitate, hoſpitalitate, & pietate.
Et reſpondẽs Ieſus, dixit nõ ſolum hæc deſtruẽda
fore: ſed & quòd in eis nõ relinqueretur lapis ſuper
lapidẽ, qui nõ deſtrueretur & cõminueretur, quan
tũcunque pretioſa & fortia viderẽtur: hoc autẽ fa-
ctum eſt à Romanis quadrageſimoſecundo anno
poſt paſsionẽ domini. Similiter erit de magnis &
ſumptuoſis palatijs, quia nõ relinquetur lapis ſuper
Deſtru- lapidẽ in eis. ſecũdum Bedã: Diuinitus procuratũ
ctio tẽpli. eſt & prouiſum, vt patefacta euãgelica gratia per
orbem, tẽplum ipſum cũ ſuis ceremonijs tolleretur
ne quis adhuc paruulus & infirmus in fide, ſi vide-
rit illa permanere quæ à deo ſunt inſtituta, à ſince
ritate fidei ad Iudaiſmũ laberetur. Aufertur ergo
vmbra, & palmã tenet veritas per orbẽ declarata.
Omnis enim cõpoſitio mãdatorum, ſic eſt deſtru-
cta, vt Iudæi nihil impleãt, & capite ſublato mem-
C bra inter ſe pugnẽt. Vnde Chryſoſtomus: Illa Hie
ruſalem figuralis, typũ gerit Hieruſalẽ ſpiritualis:
id eſt, eccleſiæ. Nam ſi tẽplum iſtud deſtructum fu
iſſet, obſeruãtia legis nõ facilè fuiſſet compeſcẽda.
Ideo aũt deſtructum eſt, vt ſi velint Iudæi poſtmo
dum ſeruare legem, nõ poſsint: aut de paſcha, aut
de ſacrificijs, aut de cæteris feſtiuitatibus. Cecide-
runt corporalia & figuralia, vt ſurgerẽt ſpiritua-
lia & vera myſteria. Hæc Chryſoſtomus. Et vadẽs
dominus ipſa die cum diſcipulis in mõtem Oliue-
ti, & ſedens ibi [contra tẽplum,] in loco vbi poſtea
conſtructa eſt eccleſia: interrogatur ab eis de tem-
pore deſtructionis Hieruſalem & tẽpli, & de ſigno
aduẽtus ſui, & cõſummationis ſeculi: quæ putabãt
ſequi ſtatim deſtructionẽ ciuitatis & templi. Iſtæ
quæſtiones fuerunt ei factæ in monte Oliueti: &
hoc rationabiliter: quia ex illo loco templũ & ciui
tas clariſsimè videntur: & occaſione huius de de-
ſtructione ibi quæritur. Similiter & iudicium ex
tremũ futurum eſt circa illum locũ: ideo cõuenien
ter fit ibi quæſtio de futuro iudicio. Et reſpondens
Ieſus dixit eis ſigna prædictorũ, & eos circa quod-
liber in neceſſarijs & vtilibus inſtruxit: nec dicebat D
quod eos ſcire non expediebat. De ſignis docet, de
tempore intimandũ nõ putat: quia incertitudo tẽ-
poris inducit terrorem, & ita præparationem: ſed
ignorãtia ſignorũ poſſet inducere in errorem. Et
quãuis plura ex his ſignis poſsint referri ſimul ad
euerſionẽ vrbis & templi, & ad Chriſti aduentum
ante conſummationẽ ſeculi (ſecundũ enim Chry-
ſoſto. Dominus nõ ſeparatim quæ ſigna pertineãt Signorũ
ad hoc vel ad illud ponit, vt eadẽ videantur ad vtrũ confuſio.
que pertinere) quia tamẽ euerſionẽ vrbis & templi
iam cõpletam & præteritã dignoſcimus, ideo ad
inſtructionem noſtrã omnia ad ea quæ reſtant re-
feramus: quia poſſunt omnia de aduentu Chriſti &
conſummatione ſeculi intelligi, & per apoſtolos
omniũ credẽtium perſonæ ſignari. Nam dicit hęc
diſcipulis, non tanquam eis qui durare deberent in
vita iſta vſque ad finẽ mundi: ſed in perſonis eorũ
dixit hæc omnibus poſteris eorũ credituris, quaſi
vnum corpus exiſtentibus cum ipſis. Sed antequã
eis ad interrogata reſpondeat, mentẽ eorum vt nõ E
ſeducantur confirmat. Vnde Chryſoſto. Neq; enĩ
de Hieroſolymæ deſtructione, neque de ſecundo
ſuo aduentu, ſtatim reſpondit: ſed de malis quibus
ſtatim obuiandum erat. Præmunit ergo dominus
fideles, ne ſeducãtur: id eſt, ſeorſum à veritate fidei
ducãtur. [Multi enim pſeudochriſti & pſeudopro
phetæ,] id eſt ſimulati & falſi, [veniẽt, aſcribentes
ſibi nomẽ Chriſti] ex præſumptione, [& dicentes
ſe Chriſtũ eſſe: & ſeducent multos,] per falſam do
ctrinã, per ſimulatam vitam, per ſigna mirabilia.
Vnde Athanaſius dicit: In vnaquaque hæreſi, dia-
bolus figuratus dicit: Ego ſum Chriſtus, & apud
me eſt veritas. Multi etiam videntur hoc dicere fa
cto: quia ſtatuta ſua diſtrictius faciunt obſeruari
quã præcepta dei, volẽtes magis ſibi quã deo obe-
diri. Sed non eſt venturus Chriſtus, niſi præcedãt
ſigna ab eo prędicta. Quæ ideo nobis dominus prę
nũtiat, vt nos ab amore mundi compeſcat, & timo
rem nobis incutiat, ac ſemper vigilantes & para- F
tos nos inueniat: quia minus iacula feriũt quæ an-
tè præuiſa ſunt. Et præmittit dominus primò in
generali ſigna priora: ſcilicet prælia, quantũ ad ho Signa cõ-
ſtes extraneos: & ſeditiões, quãtum ad domeſticos. munia.
Deinde ſubdit in ſpeciali eorum multitudinẽ, tan- Mala ſeptẽ
gens mala ſeptem: quæ ſunt inimicitiæ populorũ,
quia ſurget gens contra gentem: diſcordia princi-
pum, quia regnum aduerſus regnum: commotio lo
corum per loca: infectiones morborum, quia peſti
lentiæ: defectus victualium, quia fames: terror cœ
leſtiũ impreſsionũ, quia terrores de cœlo: nouitas
euẽtuum mũdanorũ, quia ſigna magna erunt. Per
hæc autẽ ſeptẽ quæ hîc tanguntur, poſſunt intelli-
gi ſeptem mala, quę hodie eccleſia dei patitur: quo
rum primũ eſt diſcordia eccleſiarũ. Secundũ, im-
pugnatio hæreticorũ. Tertium, turbationes ſecula
rium. Quartum, exempla malorũ. Quintum defe
ctus doctorum. Sextum, fulminationes ſententia-
rum. Septimum, monſtruoſitas ordinationum ec-
cleſiarũ. Multa ergo mala præcedẽt, ita vt implea-
tur quod dicitur: Pugnabit pro eo orbis terrarum Sapien. 5.
contra

contra inſenſatos:vt qui cõtra autorẽ omniũ pro-
G caciter pugnauerũt,iuſto tunc dei iudicio ab omni
bus oppugnẽtur:& qui in cũctis deliquerũt,in cun
ctis feriãtur.[Oportet,]& cõueniẽs eſt [primũm
hæc fieri,]tanquam à deo ordinata,malitia homi-
nũ exigẽte &deo bonũ inde eliciẽte:ſcilicet ad pro
bationem & vtilitatẽ bonorũ,& ad deſtructionẽ
& perditionẽ malorũ:quia [hæc omnia initia]&
quaſi præconia[ſunt dolorũ]futurorum:[ſed non-
dum ſtatim eſt finis,]& cõſummatio eorum:quia
iſta ſunt ſigna remota,nõ propinqua:vel quia iſta
ſunt temporalia,ſed conſummatio dolorũ erit ęter
Malorum magnitudo. na. Magnitudo enim malorum,iudiciũ genera-
le præcedẽtium,eſt figura ſequẽtium incõparabili
ter grauiorũ.Nam,vt dicit Gregorius,per crebra
mala quæ pręueniũt,indicãtur mala perpetua quę
ſequuntur:quia multa debent mala præcurrere,vt
malum valeãt ſine fine nũtiare.Spiritualiter,ſecũ-
dum Ambroſium,ſunt & alia bella quæ vir ſentit
Chriſtianus,ſcilicet diuerſarum prælia cupidita-
tum,ſtudiorum conflictus:multò etiam grauiores
H ſunt hoſtes domeſtici,quàm extranei.Et ſecũdum
Chryſoſtomum:Spiritualiter in eccleſia peſtilẽtię
carnalium vitiorum, fames verbi diuini, terre-
motus tribulationum erunt:quia eccleſia multum
in fine tentabitur.Deinde ſubdit quo merito hæc
omnia contingent:quia ante hæc omnia: ſcilicet
hæc prædicta,erũt perſecutiones ſanctorũ,quibus
iniijcientur manus ad capiendũ:quiq; tradentur ad
tribulationes,& mortẽ etiam à propinquis & ami
cis:& erũt odio omnibus hominibus,humũ & ter-
ram,ſeu humana nõ diuina ſapiẽtibus: amicus em̃
dei, inimicus eſt mundi: & in tali odio erunt pro-
pter nomen Chriſti,ac cõfeſſionẽ huius nominis,
& aſſertionem veritatis:quod quidẽ iucundum &
glorioſum eſt ſanctis: quia fœlix eſt iniuria, cùm
deus eſt in cauſa:quia ad hãc ſequitur magnũ præ
mium,& gloria imměſa. Qui etiã poſt dura quæ
prædicũtur de afflictiõe mortis,protinus cõſolan-
Capillus non peribit,&c. tur de gloria reſurrectionis:quia etiã capillus mi-
nimus de capite eorũ nõ peribit,& ideo multò ma
gis cætera maiora nõ peribũt: & hoc addit ad de-
I clarãdum veritatẽ futuræ reſurrectionis:nã quic-
quid ſiue ad ſubſtãtiam, ſiue ad decorem corporis
facit,in reſurrectione redibit.Secudũ ſenſum ſpiri
tualem.Capillus de capite dicitur non perire:quia
nec minima mẽtis cogitatio bona, manebit irre-
munerata.VndeBeda:Nõ ſolum oſſa noſtra,id eſt,
fortia geſta vel dicta remunerãtur:ſed etiam capil
li,id eſt,minutiſſimæ cogitatiões bonæ,quę de cor
de quaſi capillus de cerebro exeũt,apud iuſtum iu
dicem digna mercede donabũtur.Vnde Propheta:
Pſal.75. Reliquiæ cogitationũ diem feſtum agent tibi.Si-
militer nec cogitationes malæ remanebũt impuni
tæ.Et quia grauia ſunt quæ ſancti in perſecutioni
bus pati habebunt,ideo cõſequenter ad tolerãtiam
cõfortantur:in prædictis em̃ maximè neceſſaria
Lucæ 21.d eſt patiẽtia quia in patiẽtia:poſſidebũt,id eſt,cuſto
Patientiæ laus. diẽt aĩas ſuas.Cuſtos em̃ oĩm virtutũ patiẽtia eſt:in
qua animas,quæ corpus poſſident,poſſidemus:cũ
ipſas animas ad patiendum ratione regimus.Qui
autem impatiens eſt,animam ſuam non poſſidet:
quia animi ſui furorem & iram cohibere non po- K
teſt. Vnde Beda:Sic enim conditi mirabiliter ſu-
mus,vt ratio animam,& anima poſſideat corpus.
Ius verò animę à corporis poſſeſſione præpeditur
ſi nõ prius anima à ratione poſſidetur. Cuſtodem
igitur conditionis noſtræ patientiam dominus eſ-
ſe monſtrauit:quia ipſa nos poſſidere noſmetipſos
docuit.Hæc Beda.Magna igitur eſt virtus patien-
tiæ,ſine qua anima perditur,& per quam poſſide
tur.Qui enim patienter ſuffert tentationem,acci
piet coronam:ſed qui perdit patientiam,perdit &
coronam.Vnde & Gregorius,eam commendans,
dicit:Ego virtutem patientiæ ſignis & miraculis
eſſe maiorem puto.EtSalomon:Melior eſt patiẽs, Prouer.
viro forti:& qui dominatur animo ſuo,expugna-
tore vrbiũ.Vnde & Seneca:Tormẽta patienter fer
re,optabile eſt:hoc enim fortitudinis pars eſt.Non
enim pati tormenta optabile eſt:ſed pati fortiter,
quod eſt virtus.Cũ aliquis tormenta fortiter pati-
tur,omnibus virtutibus vtitur:fortaſſe cùm vna in L
promptu ſit,& maximè appareat patiẽtia,illic eſt
indiuiduus comitatus virtutũ. Quicquid honeſtè
fit,vna virtus facit:ſed ex conſilij ſentẽtia.Hæc Se
neca.Igitur,vt ait Chryſoſtomus,Iniuriæ hominũ
nullum faciũt damnũ:ſed magis patientiæ lucrũ.
Quia verò tot terroribus auditis ſancti turbari po
tuerunt,timentes quid tunc reſpondeãt:conſolatio
nem ſupponit de dãdo eis impræmeditatis os & ſa
pientiam,ac dicendi & reſpondendi materiam,qui
bus nullus poterit reſiſtere vel contradicere:quia
nõ ex ingenio vel arte eorum procedent verba,ſed
ex ſpiritusſancti gratia.Tunc multi ſcãdalizabun
tur:id eſt,diſcedẽt à fide,& ruent in errores ti-
more vel immanitate tormẽtorũ:aut portẽtis ſeu mu
neribus ſeducti.[Et quoniã abũdabit iniquitas,]&
malitia in falſis Chriſtianis:ideo [refrigeſcet,] &
deficiet[charitas,]id eſt,vera dilectio erga deũ &
proximũ,in multis alijs ab igne diuinę amoris,li-
cẽt totaliter nõ cadat in eis.Ex abundantia enim
iniquitatis oritur tepiditas charitatis pro tribula- M
tione,quæ calere videbatur ante tribulationẽ &in
pace. Denique,vt ait Ambroſius,tũc iuſtus in deſer
to:iniquus in regno. Vel in eiſdem in quibus abun
dat iniquitas,refrigeſcit charitas.Nam,vt ait Re-
migius,quantò magis ab vnoquoque iniquitas ſu-
ſcipitur,tantò amplius in corde ipſius ardor chari
tatis extinguitur.[Qui autem perſeuerauerit,]in
fide veritatis,in amore bonitatis,[vſque in finem,]
& terminũ vitæ pręſentis:quocunque tempore in-
cipiat,& quocunque tẽpore reincipiat,[hic ſaluus
erit:]quia nõ cœpiſſe,ſed perſiſtere virtutis eſt &
nõ inchoatio tolerãtiæ,ſed perſeuerantia corona-
tur. De hac materia perſecutionũ habes latius ſu-
prà poſt miſſionẽ apoſtolorũ.Sed hęc prędicta mo
re inſolito,& multò violẽtius tũc fiet,quã euenire
ſoleãt:ita vt pro ſignis habeãtur.[Et prædicabitur Euãgeliũ regni.
hoc euãgeliũ regni,in vniuerſo mundo.[Prædica-
tio noui teſtamẽti dicitur euãgeliũ,rõne ſuę perfe
ctionis & bonitatis:videlicet quia bonũ honeſtum,
quia bonum iucundum,quia bonũ vtile:& dicitur
euãgelium regni,ratione ſuæ dignitatis:vel finali-
ter,quia ad regnum ducit,quod lex non faciebat.
Vel cauſa-



Vel cauſaliter:quia reges facit.Vel materialiter:
A quia de regno diſſerit:& hoc[in teſtimonium om
nibus gentibus:]id eſt,in accuſationẽ his qui non
crediderunt:qui em̃ crediderũt, teſtabũtur aduer-
ſus eos qui nõ crediderũt:& eos condemnabũt:[&
tũc veniet cõſummatio,]cũ ad fines orbis terræ ſer
mo pietatis peruenerit:ne aliquis excuſare ſe poſ-
Euangelij diuulgatio. ſit.ſecundum Auguſt.Prædicatio euãgelij in toto
mũdo,quãuis fuerit cõpleta quoad oẽs mundi par-
tes:non tamen quoad omnes homines,in omnibus
partibus mũdi exiſtentes.Vnde in oẽm terrã,ſed
nõ in omnes omnis terræ exiuit ſonus eorum:niſi
forſitan per cõmunẽ in generali rela tum aliorũ:
& quod nõdum in omnibus fuerat completum ex
pectatur complendum. Vnde & Hieronymus:Si-
gnum dominici aduẽtus eſt,in toto orbe euangeliũ
prædicari:vt nullus ſit excuſabilis:quod aut iã nũc
eſt completũ, aut in breui credimus eſſe cõplẽdũ.
Nõ eñ puto aliquam remanſiſſe gẽtem,quæ Chri
ſti nomen ignoret:& quenquã nõ habuerit prædi-
B catorem, tamen ex vicinis nationibus opinionem
fidei non poteſt ignorare. Hæc Hieronymus.De
prædictis ſignis ſic dicit Chryſoſtomus:Eſt quip-
Signa ferè completa ſunt. pe res iſta prorſus ambigua, & omnino neſcimus
an etiam noſtra ætate hæc omnia finiãtur: & dies
ille metuendus adueniat,atque horribile illud no-
bis oſtendatur tribunal.Nam & ſigna multa pror-
ſus impleta ſunt,& euãgelium toto iam ferè orbe
perſonuit:& prælia terrarũ,tremores & fames,vt
prædictum fuerat,acciderũt:nec grãde iam mediũ
eſt.Quæ omnia cõſiderantes,ad eam nos qua hinc
abſceſſuri ſumus perfectionẽ paremus. Nam licẽt
cõmunis illius finis nondũ inſtet dies peculiaris:ta
mẽ iſte vniuſcuiuſque noſtrũ finis in proximo eſt.
Etſi e.ñ ſenex ſit aliquis,etſi adoleſcẽs,morti tamẽ
in qualibet ætate vicinus eſt.Hæc Chryſo.Cauſa
verò & radix omniũ malorũ in mũdo,eſt ſuperbia
Superbię mala. & præſumptio.Populus enim cõtra regem erigi-
tur,clericus cõtra ſacerdotem,monachi cõtra abba
tem,filij cõtra parẽtes:iuuenes contra ſeniores ſu-
perbiẽdo diuerſa ſentiunt.Malum ergo ſuperbiæ,
C quod ſupernã angelorum curiã corrũpendo deſtru
xerat,præſens quoque ſeculũ inordinatẽ peruertẽ
do deſtruet.Vnde Petrus Damianus,cuidam de fu
ga mũdi cõgratulando,ſic ſcribit:Magnas deo gra
tias debes,qui te hoc tempore de mũdo elegit,quo
in eo difficilè quis ſaluatur.Iam ſterile aratrũ per
littus ducitur arenoſum.Iam illud propheticũ vide
Oſee 4. tur impletum.Nõ eſt veritas,nõ eſt miſericordia,
Ibidem. nõ eſt ſciẽtia dei in terra.Maledictum,& mẽdaciũ
& homicidium,& furtum,& adulterium inũdaue
Eſaiæ 1. runt.Et illud:Omne caput languidũ,& omne cor
mœrens:à plãta pedis vſque ad verticẽ nõ eſt in eo
ſanitas.Non eſt huius temporis,vt qui puritatis &
innocẽtiæ tramitem tenere deſiderat,eccleſiæ ba-
iulare regimen acquieſcat:cũ videlicet omnes pe-
nè per vitiorum abrupta præcipites,& tanquã fu-
rentes equi,per voluptatum ſuarum cãpos ferũtur
effrenes.Clauſtra vocãt:euangelium clauditur,&
per ora eccleſiaſtici ordinis foreſia iura decurrũt.
Pauci ſacrarum meditãtur eloquia ſcripturarum:
ſed oẽs ſcita legum & forenſe litigium.Et reuera
tam immanis preſſura incumbit eccleſijs:vt tãquã
Babylonicæ legionis acies circunfuſa,& Hieruſa- D
lem cum ciuibus ſuis videatur obſeſſa.Iam nõ ocu
lum pro oculo,iuxta legem,ſed referũt cum fœno Exodi 21.
re læſionẽ:& diſciplina vindictæ,quæ ſub gentili
dudum ſeruabatur imperio,nũc euangelio pœnã
terribiliter intonãte neſcitur.Ideoque pro virga
tauream,pro ſcutica clauã, pro verbo ferrum, pro
vecte adhibent gladium.Erubeſcunt nunc non ex
cedentem iniuriæ vicem:dedignãtur illati diſcri-
minis æquitatem:videri victores atque terribiles
ambiunt:triumphalis gloriæ titulos concupiſcũt.
Sic itaque dum vnus parũper iraſcitur,alter ad in-
ſaniã prouocatur.Et quid aliud inter hæc tot flagi
tiorũ mala perpedimus,niſi quòd vẽturo citius an- Antichriſti aduẽt.
tichriſto via iam ſternitur,per quã inoffenſis ne-
quitiæ ſuæ veſtigijs gradiatur?Nã ſicut dicit apo-
ſtolus:Myſterium iam operatur iniquitatis.Hæc
Petrus. 2.Theſ.2.

## ORATIO. E

Domine Ieſu Chriſte,iudex omniũ vẽture,da
mihi cõſtantiam in fidei veritate, ne ſeducar
à ſimulatis & falſis hominibus: nec ſuccum-
bam in tribulationibus: ſed in cõfeſſione tui nomi
nis,& aſſertione veritatis valeã fortiter perſiſtere,
& pro hac odia hominũ & aduerſa gaudẽter ſuſti-
nere.Tribue mihi virtutẽ patiẽtiæ,& vt abũdante
iniquitate non refrigeſcat in me ardor charitatis:
ſed vſque in finẽ vitæ præſentis perſeuerẽ in fide
veritatis,& amore bonitatis,quatenus te miſeratẽ
ſaluus fiam,domine deus ſalutis meæ. Amen.

## De aduentu & perſecutione antichriſti. Caput xl.

Matth.24. Marci 13. Lucæ 21. & 17.

POſt prælia autẽ & ſeditiones,& alia
quæ præmiſſa ſunt, ſequitur aduen-
tus antichriſti:quia vt pax præceſſit
Chriſtum,ita diſcordia pręcedet an-
tichriſtum.Et vt ait Chryſoſt. Sicut
ante ignẽ fumus præcedit,& ante victoriã pugna:
ſic & ante gloriã Chriſti,tentatio antichriſti. Vñ
ſubiungit:]Cùm videritis,]ſcilicet oculis corporis F
in ſucceſſoribus veſtris,[abominationẽ deſolatio-
nis:quę dicta,]id eſt,prædicta,[eſt à Daniele pro Daniel.9.
pheta,]dicẽte:Erit in tẽplo abominatio deſolatio
nis:[ſtantẽ in loco ſancto,]id eſt,in tẽplo dei:[qui
legit,]ſcilicet dictã prophetiã,[intelligat]eã tunc
impleri,& conſummationẽ inſtare. Nam ibidem
dicitur & vſque ad conſummationẽ & finẽ perdu-
rabit deſolatio. Hoc impletum eſt quando Aelius
Hadrianus imaginem ſuã ſtatui fecit vbi ſteterat AeliusHadrianus.
arca teſtamenti: & hoc fuit ſignũ deſtructionis &
deſolationis ciuitatis & templi: hoc etiam de abo-
minabili antichriſto poteſt intelligi: qui dicitur Abominatio dicitur Antichriſtus.
abominatio, ratione ſuperbiæ qua ſe confert deo,
ex hoc quòd aduerſus deum veniens,honorem dei
ſibi vendicat & dicitur,deſolationis:quia tũc erit
maxima electorum deſolatio, quando cultus dei
deſtruetur: vel quia terra & cultus dei per ipſum 2.Tim.2.
deſolabitur. Tunc enim (vt ait apoſtolus) reuela-
bitur: id eſt, manifeſtabitur homo peccati, filius
perditionis, qui aduerſatur & extollitur ſupra, id
eſt, contra omne quod dicitur deus: aut quod co-
litur:ita

litur:ita vt in tẽplo dei ſedeat,oſtẽdens & oſtẽtans
G ſe tãquam ſit deus. In loco eñ ſanctificationis ſta-
bit:vt vbi ſanctorũ precibus deus inuocabatur, ibi
ab infidelibus receptus dei honore venerabilis di-
gnus videatur. Cuius ſpecies iã præcedit:quia iam
Moraliter myſteriũ iniquitatis operatur in mẽbris ſuis. Mo-
raliter prælatus malus eſt idolum abominationis,
Zacha.2. & deſolationis. Vnde in Zacharia:O paſtor & ido
lum,derelinquẽs gregẽ. Dicitur aũt abominatio,
propter faſtidiũ reſpectu dei:abominabilis eñ eſt
deo propter prauitatẽ cordis,propter impietatem
operis,propter indignatẽ oblationis:vnde totus
eſt abominabilis. Sed additur,deſolationis:propter
diſpẽdium,ſiue dãnum reſpectu proximi. Deſola-
tur eñ populum:vel per negligẽtiã officij,vel per
corruptionem exempli,vel per ſubtractionẽ tem-
poralis ſubſidij:ſed ſtat in loco ſancto,propter mõ
ſtrum reſpectu officij:eſt enim figura antichriſti,
qui ſedebit in tẽplo dei:& ideo iam antichriſti ſunt
H multi. [Tũc qui legit intelligat,] videlicet eccleſię
deſtructionẽ, prælati dãnationem, populi periclita
tionem. Vbi Beda: Iuxta verò ſenſus ſpirituales cũ
viderimus abominationẽ deſolationis ſtare vbi nõ
debet,hoc eſt hæreſes & flagitia regnare inter eos
qui cœleſtibus myſterijs videbãtur eſſe cõſecrati:
cùm operãtes iniquitatem, loquentes mẽdacium,
viros ſanguinum & doloſos,quos abominabitur do
minus,pacẽ fidelium turbare perpẽderimus:tunc
quicũque in Iudæa,hoc eſt in cõfeſsione veræ fidei
perſiſtimus,nõ terrenis infimiſque actibus man-
cipari,ſed tãtò altius virtutum culmẽ debemus aſcẽ
dere,quãto plures ampla & errabũda vitiorũ ſequi
itinera videmus. Hæc Beda. Vnde cõſequenter mo
Fuga à facie antichriſti. net,vt [tunc,] ſcilicet veniente antichriſto, [qui in
Iudæa ſunt fugiãt:] quia Iudæi eũ primitus ſuſci-
piẽt,& ibi propter corporalem antichriſti præſen
tiam maior perſecutio erit: [fugiãt inquam ad mõ
tes,] id eſt,ad loca ſecreta, & deſerta, vbi latitare
poſsint. Vnde Hilarius: Iudæam deſeri monet &
transfugi in mõtes,ne admixtione plebis illius quę
creditura eſt antichriſto,vis aut cõtagio afferatur.
I [Et qui in tecto ſunt,] id eſt,in eminẽtia perfectio
nis, [nõ deſcẽdãt aliquid tollere de domo ſua:] per
cupiditatem rerũ ſeculariũ:propter quas ſæpe etiã
perfecti deijciũtur à culmine perfectionis, tẽpore
perſecutiõis. Hæc Hilarius. [Et qui in agro ſunt,]
laborãtes pro fructu bonorum operum, quãtum ad
actiuos, [nõ reuertantur tollere tunicam ſuam:] id
eſt,nõ redeant ad occupatiões ſeculi peccatum im
plicantes,quæ intelliguntur per tunicam. Ad lite-
ram vult oſtendere,quòd propter inſtãtiam tribu-
lationum & malorum præſentium,ac propter ex-
pectationem iudicij & malorum futurorum,nõ va
cabit alicui intẽdere negotijs tẽporalibus:ſed me-
lius eſt quòd ſaluet vitam ſuam quàm rem poſſeſ-
ſam,& cogitet quomodo occurrat iudicis conſpe-
Myſticè. ctibus. Myſticè autem diſtingui poſſent prædicta
tria,per tres ſtatus hominũ. Per eos qui in Iudæa
ſunt,intelligi poteſt ſtatus incipientium,qui tantũ
in confeſsione fidei manent. ſecundum illud apo-
Roma.10. ſtoli:Corde creditur ad iuſtitiam. Per illos qui in
tecto ſunt, ſtatus proficiẽtium,qui iam ſupra car-
nem,quæ eſt domus animæ:ſupra mũdum,qui eſt
domus hominum:ſupra aërem,qui eſt domus dæ- K
monũ aſcenderũt. ſecũdũ illud Pſal. Et factus ſum Pſal.101.
ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Per illos qui in agro
ſtatus perfectorum,qui in ſe perfecti iam alios per
ficere conatur. ſecundum illud Canticorum, egre- Canti.7.
diamur in agrum. Secundum hæc triplex eſt cõſi-
lium admonitionis. Primis enim datur conſilium
aſcendendi ad montes:ſic & qui in Iudæa ſunt,id
eſt,in confeſsione fidei,licèt imperfecti (Iudæa eñ Iudæa.
confeſsio interpretatur) [fugiant ad montes] æter
nos,id eſt,ad ſcripturas apoſtolorum & propheta-
rum:vel ad culmina virtutũ,vt illuminẽtur à deo.
Vnde Pſalmiſta: Illuminans tu mirabiliter à mon
tibus æternis. Secundis datur conſilium non deſcẽ Pſal.75.
dendi:ſic & qui in tecto,id eſt,qui animo excedit
carnem & mundũ,per cœleſtem conuerſationem,
nõ deſcendat tollere aliquid de domo ſua:id eſt,nõ
inclinet ſe ad carnalia deſideria, nec redeat ad a-
ctus priſtinæ conuerſationis mundanæ:ſecundum Roma.13.
illud apoſtoli: Carnis curam ne feceritis. Tertijs da L
tur cõſilium nõ reuertendi,ſic [& qui in agro,] id
eſt,qui operatur in eccleſia ſicut bos in agro domi
ni,nõ reuertatur tollere tunicẽ ſuã:i d eſt, rem ali-
quã tẽporalem qua ſe exuit:vt nudus nudũ Chriſtũ
ſequeretur. ſecũdũ illud Canticorũ: Expoliaui me Canti.5.
tunica mea. ſecũdũ enim Auguſtinũ: In tribula-
tionibus cauendũ eſt,ne quiſquam deuictus ad car
nalem vitã de ſpirituali ſublimitate deſcendat:aut
qui profecerat in anteriora ſe extendens,deficien-
do in poſteriora reſpiciat. Et bene dixi quòd non
eſt reuertẽdum retrò,per defectum perſeuerantiæ
in bono. & vt hoc facilius faciatis,memores eſtote Gene.19.
vxoris Loth,quæ quia retrò reſpexit,naturæ ſuæ
munus perdidit. Fugiens enim Satanã & Sodomã,
per intemperãtiam reſpexit ea:& mortua, ſtatua
ſalis,ſeu columna eſt effecta. ſecundum Auguſti. Vxor Loth.
Hæc vxor Loth ſignificat eos qui in tribulatiõe re
trò reſpiciunt,& à ſpe diuinę promiſsionis ſe auer
tunt. Et ideo ſtatua ſalis facta eſt, vt exemplo ad-
monẽdi homines ne ſimilia faciant,tanquã cõdiat M
& erudiat cor eorum ne fatui fiãt. Quærit Augu- Retroſpectio Abrahæ.
ſti. quare mulier iſta fuit punita,reſpiciendo & vi
dẽdo Sodomitas,nõ autem Abraham. Et reſpon-
det quòd Abrahã reſpiciebat,dei ſentẽtiam appro-
bando:iſta autem,in peccatis eorum delectãdo. Et
ne homines in perſecutione retrò aſpiciant fidem
negando,& vitam bonam deſerendo,vt vitam cor
poralem ſaluent: cõſequẽtur admonendo inducit,
quòd quicunque quęſierit ſic animam ſuam,id eſt
vitam corporalẽ,ſaluam facere timore mortis defi
ciendo in antichriſti tribulatiõne: ſcilicet Chriſtũ
negando,vel bona deſerendo,& retrò ad mala eũ-
do,perdet illam,incurrendo damnationem æter-
nam: [& quicunque] permanens fortis in cõfeſsio
ne fidei & tribulatione [perdiderit animã ſuam:]
id eſt,vitã corporalẽ,æſtimãs eam vt occiſiõis ouẽ:
& præeligens mori quàm cadere à fide & virtute,
[viuificabit eam:] id eſt,vita æterna eam dignã fa
ciet:quam inde merebitur,& in præmiũ recipiet.
Væ aũt prægnãtibus & nutriẽtibus in illis diebus:
quia ad literã prægnantes non poſſunt bene fugere
aggrauante



A aggrauante pondere, nec ſimiliter nutrientes pro
Prægnantes. pter curã qua circa paruulos ſunt occupatæ. My-
ſticè prægnantes ſunt, qui fœtũ mali propoſiti cõ-
ceperunt:& nutriẽtes, qui partum mali operis fo-
uent & nutriunt:& ſic notatur in cõceptione,pec-
catum in corde: in nutritione, peccatum in opere.
Vel prægnantes ſunt,qui bona propoſita,quæ con-
ceperunt,non impleuerunt:nutrientes,qui peccata
ſub ſpe longioris vitæ vſq; ad mortem deduxerũt.
Vel ſecũdum Aug. Prægnãtes ſunt auari, qui alie-
na concupiſcunt, & ſpem habent adipiſcendi:ſicut
Nutrientes. mulier prægnãs in ſpe eſt prolẽ habendi. Nutriẽtes
verò ſunt,qui quod cõcupierunt poſsidẽt,& poſſeſ-
ſa nutrire ſtudent,ea detinẽdo & augẽdo:& ſic ani-
mæ cupidæ temporaliũ, prægnãtes ſunt in acqui-
Charitas quadruplex. rendo:& nutriẽtes,in poſsidẽdo. Et nota ſecũdum
Auguſtinum,ꝙ quadruplex eſt charitas:ſcilicet in
cipiens,quæ naſcitur:proficiens,quæ nutritur:per-
fecta,quæ roboratur:perfectior,quę mortẽ deſide-
rat. Prægnantes ergo ſunt,qui bonum opus conce-
B perunt,ſed non fecerunt:nutientes,quæ facere cœ-
perunt,ſed non perfecerũt. Iſtis autẽ prægnantibus
& nutriẽtibus væ,quia citò ſcandalizabũtur in an-
tichriſti perſecutiõne:vel amore malè inflãmante,
vel timore malè humiliãte,vel modo vtroq;. Dein-
de hortatur vt oremus, [ne fiat fuga noſtra hyeme
vel ſabbato:] id eſt,ne aut in frigore peccatorũ,aut
otio bonorũ operum reperiamur:vtrũq; enim mul
tum impedit hominem à fuga antichriſti,imò ma-
gis facit approximare ſibi: ſicut econtrariò diuer-
tendo à malo,& faciendo bonum, homo approxi-
Defectus duplex. mat deo. Spiritualiter ſignatur hîc duplex defectꝰ:
ſcilicet charitatis in hyeme,& bonę operationis in
ſabbato. In hyeme, eſt gelicidium amoris:in ſabba
to,ceſſatio boni operis. Vel ne tunc incipiamus pec
cata noſtra fugere,& pœnitentiã facere,quando iã
non licet ambulare & bene agere. Ambulare enim
Tribulatio ſub antichriſto vbi. longius, ſabbato nõ licet:hyems quoq; ad ambula-
dum impedimentũ eſt. [Erit enim tunc tribulatio
C magna,qualis nõ fuit ab initio mundi vſque modò,
neque fiet vlterius talis tribulatio. Tunc eñ omnes
perſecutiones conflabũtur in vnum:ſcilicet infide-
lium,hæreticorum,tyrannorũ,& falſorum fratrũ.
Hi ſunt quatuor venti,& quatuor beſtiæ pugnãtes
in mari. Tunc creberrima & acerrima tormenta
longè lateq; inferũtur fidelibus:ſed in illis regioni-
bus tunc fideles ſunt vexandi vehementius,vbi do-
minus fuit crucifixus. Et vt dicit Haymo ſuper
Apocalypſim: Illa tribulatio non per partes,ſed ſi-
mul totum examinabit mundũ: ſoluẽtur enim tũc
dæmones,qui modò ligati ſunt, ne poſsint nocere
quantum vellẽt. Sicut autem antichriſtus crudelior
erit omnibus perſecutoribus,ita ſancti tunc fortio-
res erunt omnibus martyribus. Illam verò tribula-
tionem,dominus ſciens infirmitatem humanã,ab-
breuiabit propter electos,ſecundũ moderamen ſuę
æternæ ſapiẽtiæ,& affectum ſuæ miſericordiæ:ne
mora temporũ fides cõcutiatur credentium, & ma-
Duratio perſecutionis. litia mutet intellectũ: quia nõ durabit niſi per tres
annos cũ dimidio. Vt eñ dicitur in Daniele: Dura-
Danie.7. bit per tempus & tẽpora & dimidium temporis: id
eſt, tribus annis & dimidio: in quibus regnabit an-
tichriſtus,quãtum & prædicauit Chriſtus. Et iterũ D
in Daniele: Dies mille ducẽtinonaginta,id eſt,tres Danie.7.
annos & dimidium. & in Apocalypſi dicitur,quòd Apoca.11.
data eſt ei poteſtas facere mẽſes quadragintaduos:
id eſt,tres annos cũ dimidio. Et niſi abbreuiati, id
eſt, breues à deo præſtituti fuiſſent dies illi, quibus
ſcilicet operabitur antichriſtus,non fieret ſalua oĩs
caro iuſti:id eſt,homo:quia niſi hoc eſſet, rarus aut
nullus preſſuras ſuſtinere, & per patiẽtiam ſaluari
poſſet: quia infirmitas humana diu tribulationem
ſuſtinere nõ poteſt:ſed propter electos breuiabũtur
ne ex tribulationis magnitudine cadant à veritate.
Breuiabũtur autem nõ menſura,ſed numero: quia Breuiatio dierum.
breuiati dies,non breues dies ſunt intelligendi: ſed
pauci. Vnde dies accipiũtur pro tempore: quia tẽ-
pus illius perſecutionis erit breue. Quæ ergo ſpes
electis,niſi gratia dei,quæ dat patientiã pijs,& ci-
tius demit potẽtiam impijs. Quãtò enim erit hæc
tribulatio cæteris quæ præceſſere preſſurarum põ-
dere grauior,tãtò erit temporis breuitate modera-
tior:vt ſalui fiant electi, qui ſoli in horreo cœleſti E
ſunt reponendi. Vnde dicit Rabanus,ꝙ talis tribu-
latio tũc erit in circuitu areæ domini, vt omnibus
velut cribro examinationis paleis ſequeſtratis,ſolũ
frumentum in horreis domini remaneat colligen-
dum. [Tũc] ſcilicet tempore antichriſti, & in illa
preſſura [ſi quis vobis,] imitatoribus meis [dixe-
rit: Ecce hîc,] id eſt, in hac patria vel natione, vel
ſecta,vel perſona, [eſt Chriſtus:aut illic,] id eſt,in
alia à prędictis: [nolite credere,] & nolite ire pede
intellectus,neq; doctrinæ credẽdo:neq; ſectẽmi-
ni pede affectus eorũ vitã imitãdo:quia multi diſci
puli antichriſti veniẽt ad ſeducẽdum populũ dicẽ-
tes,ꝙ ipſe ſit verè Chriſtus in lege & prophetis ꝓ-
miſſus. [Surgẽt enim pſeudochriſti,] qui ſe eũ qui Pſeudochriſti.
eſt Chriſtus eſſe mentiẽtur: ſed reuera erunt anti
chriſti:id eſt, falſi Chriſtiani, peruertẽtes doctrinã
Chriſti,& mentientes de Chriſto: [& pſeudopro-
phetæ,] peruertẽtes doctrinã legis & prophetarũ:
vel vſurpãtes ſibi diuinas reuelationes: ſcilicet anti
chriſtus & diſcipuli eius, qui ſunt mẽbra eius: [& F
dabunt ſigna,] aliq d magnũ ſignãtia: [& ꝓdigia,] Prodigia.
hominibus admirãda,quæ digito produtur:& pro-
ter admirationem demonſtrãtur:vel ſigna,quę ali-
quid ſignificãt de præſentibus:& prodigia,quę ali-
quid produnt & manifeſtãt de futuris:quia virtute
dæmonũ multa miracula fieri poſſent quando deus
permittit, ita vt in errorem ducãtur ſi fieri poteſt,
etiam electi & prædeſtinati:id eſt, ſi aliquo modo
fieri poſſet vt dei præfinitio mutaretur. Sed nõ ſe-
ducuntur: quia perire nõ poſſunt quos deus ad vitã
præordinauit. vnde Greg. Quia electorum cor & Cõcuſsio fidelium.
trepida cogitatione cõcutitur, & tamen eorũ con-
ſtantia nõ mouetur: vna ſentẽtia dominus vtrumq;
cõplexus eſt. Quaſi enim iã errare eſt,in cogitatio
ne titubare. Sed,ſi fieri põt,ſubiũgitur:quia fieri nõ
põt vt in errorẽ electi capiãtur. Hæc tẽporibus an-
tichriſti propriè congruũt. Cuius enim non paueat
& cõcutiatur fides,quãdo nõ ſolũ tormẽta crebrio-
ra & acerbiora,quàm prius cõſueuerant, inferẽtur
fidelibus:ſed quod grauius eſt,ſignorũ quoque ope-
ratio eos qui tormenta ingerent: non eos qui ſu-
ſtinebunt

ſtinebunt cōcomitabit:& perſecutor veritatis, erit G operator virtutis:idemq; ipſe qui tormētis ſæuit vt Chriſtus negetur, prouocat miraculis vt antichriſto credatur. Nec mirum ſi iſta tūc mali operātur, quando à deo permittūtur. Soluetur eñ, vt ait Auguſtinus, tunc ſatanas:& per antichriſtum in omni virtute ſua mirabiliter quidem, ſed mēdaciter operabitur. vnde Greg. Pēſemus quæ erit humanæ mētis illa tentatio, quando pius martyr & corpus tormentis ſubijcit, & tamē ante oculos eius miracula tortor facit. Et Chry. Sicut in aduētu Chriſti ante illum prophetæ, & cum illo apoſtoli in ſpiritu ſancto faciebant virtutes: ſic & in aduentu antichriſti pſeudochriſtiani, & ante illum, & cum illo in ſpiritu maligno faciēt virtutes. Et ſubiungit: [Vos ergo videte, ecce prędixi vobis omnia,] vt præſcij vigiletis, quia moniti eſtis: quaſi diceret: Ad hoc iſta prædico nunc, vt caueatis protūc, & pericula ſequētia præuideatis, quia præmoniti eſtis: & vt minus noceant vobis iacula quæ præuidiſtis. Vnde Chry. Propterea dicit, ecce prædixi vobis: vt excuſationē H ignorantiæ tollat ab omnibus, & præcedēs conteſtatio præuidere faciat pœnam ſequētem. Miſericordia enim eſt, mādatis præuenire periculū. Non vult enim quēquam perire, qui omnibus monſtrat perditionis aduētum. hęc Chryſoſto. Nō eſt igitur credēdum alicui, vel de perſona vt ipſe ſit Chriſtus: vel de tempore futuri iudicij: neque fides adhibēda his qui calculant, & certum tēpus determināt quādo deus vēturus ſit: quia hoc à nemine pōt ſciri vel obſeruari. Vnde interrogatus dominus de aduentu regni dei, reſpondit: Non venit regnum dei, & dies iudicij, cum obſeruatione: ſcilicet tēporis: neque ab angelis, neque ab hominibus pōt obſeruari quando veniet. Per aduētum regni dei intelligitur aduētus ad iudicium: quia veniet tāquam rex ad iudicandū, & quia tūc manifeſtabitur dei regnum, & ceſſabit omne aliud regnum. Et addit, [ecce enim regnum dei intra vos eſt:] quia donum gratię eſt in mente: regnum gratiæ intra nos eſt, quādo omnes vires & motus in nobis diuinæ gubernationi obediūt: ſecus I quando rebellāt. Ac ſi dicat: Nō curetis ſcire quādo veniat regnū dei, & omittite quęſtionem de regno gloriæ: quia eius aduētus ſciri non pōt: ſed quęrite regnum gratiæ, quod intra vos eſſe pōt, & parate vos intra vos per fidem cum dilectione operātem: quia intra vos eſt regnum dei. Nā in nobis cū dei gratia eſt, vt regnū dei capiamus, niſi nos obicē ponamus. Vbi nota, ꝙ triplex eſt regnū dei. Primū eſt circa nos, vel in quo nos: ſcilicet regnū militantis eccleſiæ. Secundum intra nos, ſcilicet regnum gratiæ: quo videlicet deus regnat in anima. Tertiū eſt regnum gloriæ: quo deus regnat cum ſanctis in gloria. Vel regnū dei, dicit, ſeipſum, in cordibus fidelium regnantem. vnde Beda: Dicit regnū dei intra fideles poſitum: qui enim quādoque vēturus eſt iudex omnium, nūc etiam regnat in cordibus fidelium. vnde & Anſel. Qui verè iuſtus eſt, deum in ſe manētem habet. Templum enim dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Vt ait apoſtolus: Summa igitur diligentia cōſiderandum eſt, cum quāta ratione & reuerētia ſenſus noſtros & membra corporis noſtri mouere debemus, quibus diuinitas ipſa præſidet. Demus igitur (vt dignum eſt) tanto inhabitatori K omne imperium cordis noſtri, vt nihil ei repugnet in nobis: ſed omnes cogitationes & voluntatū motus, omnia verba & vniuerſa opera noſtra illius nutum attendant, eius volūtati deſeruiant, ad rectitudinis eius regulam dirigātur. Sic enim verè regnū eius erimus: & ipſe in nobis manebit: & nos in illo manentes bene viuemus. Vos eſtis, [ait apoſtolus,] corpus Chriſti, & membra de membris. Serua igitur corpus ea dignitate qua decet. Oculi tui Chriſti ſunt. Non igitur licet tibi oculos Chriſti ad aliquas vanitates cōſpiciendas dirigere. Os tuū, os Chriſti eſt. Non ergo licet tibi os Chriſti, nō dico ad detractiones, nō dico ad mendacia, ſed neque ad otioſos ſermones aperire: quod ad ſolas laudes dei, ad ædificationem proximi debes paratum habere. Sic de cæteris Chriſti membris, tuæ cuſtodię cōmiſſis intellige. hæc Anſel. Deinde ſubiungit: Si ergo dixerint vobis, ecce in deſerto eſt Chriſtus: ſcilicet tanquam homo religioſus in loco deſerto, quaſi ſub ſpecie ſanctitatis vos decipere volētes: [nolite exire,] à veſtro loco & propoſito ad videndum eum, L vel ad ſequendum per operis imitationē. [Et ſi dixerint, ecce ī penetralibus,] & in locis occultis eſt: ſub ſpecie cognitionis diuinorū archanorū, malitiā eius palliantes, & vos decipere volētes: [nolite credere.] vel ſecūdum Hiero. Si quis promiſerit vobis quòd in deſerto gētilium & philoſophorū dogmate Chriſtus moretur: aut in hæreticorum penetralibus, & occultis ſeu obſcuris cōuenticulis, quæ dei pollicentur arcana, nolite credere. Non enim deus in ſecūdo aduētu in deſerto vagabitur, nec in penetralibus, aut in aliquo angulo terræ, vel in occulto loco, ſeu in aliquibus obſcuris latitabit: ſed de cœlo veniens manifeſtè omnibus vbique apparebit, quia licèt aduētus Chriſti in carnē fuerit occultus, tamē aduentus eius ad iudiciū erit ita manifeſtus, ꝙ non poterit aliquē latere tāquam incognitus. In primo enim aduentu venit in humilitate, & paucis cognitus, & à multis deſpectus & reprobatus: ſed in ſecūdo aduentu veniet manifeſtus & glorioſus, in poteſtate M orbē iudicaturus. Nā vt ait Augu. Occultum oportebat eū venire vt iudicaretur, manifeſtus aūt veniet vt iudicet: quaſi diceret: Nolite eis credere: quia dies aduētus mei ita clara erit, ꝙ nullus de ea dubitare poterit. Ad quod ſimilitudinē fulgoris introducit. [Sicut eñ fulgor,] & ſplēdor ſolis, [exit ab Oriente, &] ſubitò [apparet] vbiq; [vſq; in Occidentem,] oculis ſcilicet omnium manifeſtus: & non in vna parte videtur & fulget, ſed in oībus, nec annuntiāte vel præcone indiget: ſed in inſtāti momento tēporis in orbem terrarū vniuerſum appareret, [ita aduētus filij hominis,] ad iudiciū generale, erit ſubitus, & coruſcus, & manifeſtus omnibus, & ita patēs & clarus ꝙ nullus dubitare poterit: & non hîc vel illic, ſed ſimul vbiq; propter effuſionē & ſplēdorem glorię apparebit. Stultū eſt ergo eum credi eſſe, vel quærere in paruo loco & in abſcōdito, qui totius mūdi lumē eſt. vnde Ambr. Chriſtus ſicut fulgur coruſcās ꝑ vniuerſum mundū luminis ſui globos ſpargit. Et ideo nec in deſertis vagatur, nec ali-

Martyrū tentatio.

Tēpus iudicij ignoratur.

Lucæ 17.

Regnum dei & eius aduentus.

Regnūdei triplex.

1. Cor. 3.

1. Cor.

Chriſtus alius non quęrēdus.



A quibus locis clauditur: quia cœlum & terram ego impleo dicit dominus. Sed luce fulgoris fulget, vt in illa nocte reſurrectionis gloriā videre poſſimus. Et vt dicit Chryſoſt. Sicut fulgur ſecundum qualitatē fulgoris ſui non dignè aſpicitur: ſic & dum venerit Chriſtus ſecundū menſuram glorię eius, nō poterunt eum ſufficiēter aſpicere. Et ſicut iam inſtruxit diſcipulos de modo apparitionis ſuę: quia ſicut fulgur manifeſtè veniet: ſic nunc conſequēter inſtruit eos de loco in quo venturus eſt. Vnde ſubiūgit: Vbicunq; fuerit corpus, id eſt, Chriſtus in humanitate: quia iudicabit in forma humana, ſcilicet glorioſa: [ibi cōgregabuntur & aquilæ:] id eſt, ſancti occurrentes obuiā Chriſto ad iudiciū venienti, quibus, innouata eſt iuuētus vt aquilę: Chriſtus dicitur corpus ad denotandū carnis voluntatē, & oſtenſionis ſpeciē, in qua videbit eū omnis oculus. Electi verò dicūtur aquilę, propter reſurrectionis innouationē, & viſionis ſubtilitatem, qua ſolem iuſtitię irreuerberatis oculis videbimus: quaſi diceret, ſecundū Chry. Dum in glorioſo corpore aduenerit B filius hominis, nō oportet in angulis ęſtimare eū eſſe: quia tanta erit obſequentiū ſibi ſanctorū multitudo, vt vnicuiq; pateat ꝙ ipſe eſt Chriſtus dominus, caput totius eccleſię, & ſuper omnē principatū & virtutē, & ſuper omne quod nominatur in hoc ſeculo & futuro. Per aquilas eñ multitudinem angelorū & ſanctorū vniuerſorū oſtēdit. Ideo enim ſancti aquilis aſſimilātur: ꝗa ſicut filij aquilarū ad ſolē probātur: vt ſiquidē recto aſpectu intēdere potuerint cōtra radios ſolis, intelligant eſſe legitimi: ſi aūt non potuerint, cognoſcātur adulterini: ſic & filij dei ad Chriſti iuſtitiā probantur. Si enim potuerint pleno corde iuſtitiæ eius verba ſuſcipere, intelliguntur eſſe legitimi: ſi aūt non potuerint, cognoſcuntur de diabolo eſſe nati. Hæc Chry. Quia ergo aduentus Chriſti erit ita publicatus & manifeſtus, & quantū ad modum & quantū ad locum. ideo ipſe nō indiget pręconibus & nuntijs talibus qui vobis annuntient dicētes, hic vel illic eſt Chri- C ſtus. Igitur nolite talibus credere.

Hiere. 23.

Chriſtus corpus dicitur.

Aquilis aſſimilantur ſancti.

## ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte pie, da mihi viſis mundi abominationibus, & ſæuientibus tribulationibus ad montes & culmina virtutū ſurgere: & in cœleſtibus conuerſando de ſpirituali ſublimitate ad carnalia deſideria & actus priſtinæ conuerſationis mundanę nō deſcendere: vel me inclinare, & in anteriora me extendendo, & pro fructu bonorū operum laborando, in poſteriora & ad temporalia quibus me exui non reſpicere. Da etiā mihi vt nullis ſeductoribus credens, regnū gratiæ (quod intra nos poteſt eſſe) quæram, & ad regnum gloriæ perueniam. Amen.

De remedijs cōtra ſpirituales nouiſſimi tēporis tentatiōes, & exercitio mētis in deū. Cap. xli.

Remedia cōtra tentatiōes ſpirituales.

ET quia vt dictum eſt, ante aduentum domini venient multi pſeudochriſti & pſeudoprophetæ: id eſt, ſimulati & falſi: & ſeducent multos, qui antè videbantur etiā perfecti: ideo hîc conſequenter ponuntur aliqua remedia contra quaſdam tentationes ſpirituales, quæ iſto tēpore abundant: ad probandū & purgandum electos, quę etiam D in cordibus quorundā ſemināntur à diabolo, & pręparant locū antichriſto. Dupliciter autem veniunt prædictæ tentationes. Primò per ſuggeſtionem & illuſionem diaboli: qui decipit hominē in regimine quod debet habere erga deū, & in hoc quod eſt dei. Secundò, per corruptā doctrinam, & modum viuendi aliorū, qui iam venerunt per tentationes huiuſmodi: propter quod oſtendendum eſt, primò quod regimē debes habere apud deū, & ad id quod dei eſt: & pòſt quomodo debes regi erga alios, quātum ad doctrinā, & modum viuendi eorum. Primum remediū contra tentatiōes ſpirituales iſtius temporis, quas procurat diabolus in cordibus illorum qui volunt ſe dare deo per orationē & contemplationem, vel per alia opera perfectiōis, eſt iſtud: vt non deſideres viſiones aut reuelationes: vel ſentimenta quæ ſunt ſupra naturam, & ſupra curſum illorū qui deū diligunt, & timēt per veriſſimū amorem: quia iſtud deſideriū eſſe non poteſt ſine radice, & ſine fundamento ſuperbiæ & prę ſumptionis: E vel ſine intentione alicuius vanæ curioſitatis circa ſecreta dei: vel ſine fragilitate & defectu fidei: propter quæ iuſtitia dei dimittit animā quę habet deſiderium huiuſmodi, & venit quandoq; talis in tentationem & illuſionē diaboli. Per hunc modum ſeminat diabolus maiorē partem tentationum ſpiritualium iſtius tēporis, & radicat in cordibus illorum qui ſunt nuntij antichriſti, prout videre poteris in ſubſequentibus. Vnde debes ſcire quòd veræ reuelationes, & ſentimenta ſpiritualia ſecretorum dei, nō veniunt per antedictū deſiderium, neque per aliquod conamen vel ſtudiū quod anima habeat in ſe: ſed tantū veniūt per purā bonitatē dei in animā, quę eſt in magna humilitate, & magno timore, ac reuerētia dei. Itē ſcias quòd exercitare ſe in magna humilitate, ac timore magno, ac reuerētia dei, propter hoc vt homo habeat viſiōes ac reuelationes & ſentimēta ſupradicta: eſt habere in ſe radicem & fundamentū, ac finalem intentionem F quam habet ante dictum deſiderium: & ex hoc in eodem delicto venit homo, in quo eſt per deſiderium ſupradictum. Secundū remedium eſt, quòd in tua oratione vel contemplatione non ſuſtineas in anima tua aliquam conſolationem magnam vel paruam, ex quo tibi videtur quòd fundat ſe in pręſumptione & æſtimatione ſuperbiæ tuijpſius: & poſtquam ducit te in ambitionem tui proprij honoris vel gloriæ, ſiue iſtius vitæ, ſiue alterius. Quia anima quæ ſe ſentit in tali conſolatione, venit in plures errores & mala: & deus per ſuum iuſtum iudicium permittit diabolo poſſe augmentandi & accelerandi prædictam conſolationē, & imprimit cum illa in anima falſiſſima & periculoſiſſima ſentimenta, & alias illuſiones quas anima imbuta dicta conſolatione credit & reputat eſſe veras reuelationes. O quot perſonæ per iſtum modum ſunt deceptæ? Et propter hoc caueas, quòd in tua oratione vel contemplatione non ſuſtineas aliquam conſolationem, niſi illam quę venit per perfectam notitiam & completum ſentimentum tuæ nihili-

Reuelationes veræ.

tatis & imperfectionis, & quæ facit perſeuerare
G dictam notitiam & ſentimentum tui in te, ac ma-
gnitudinem & altitudinem dei per altam reueren-
tiam, & cũ magno deſiderio honoris & gloriæ dei
ſic quòd antedicta conſolatio fundetur & totaliter
ſit in his prædictis, vel ſimilibus aut æqualibus. Et
idem quod dictum eſt de diuina conſolatione, intel
lige etiam de feruore & ardore perfectionis, quæ
poſſunt eſſe in eiſdem modis. Tertium remedium
eſt, quòd omne ſentimentũ quantumcũque altum
& omnis viſio quantũcunque ſecreta tibi appareat,
quęcunque etiam ſit, ſi ducit cor tuũ in opinionem
contra aliquem articulum fidei: vel contra bonos
mores, & maximè contra humilitatem vel contra
honeſtatem: fugias eam & horreſcas: quia ſine du-
bio ex parte diaboli venit. Et ſi appareat tibi aliqua
viſio, de qua ſis certus quòd veniat ex parte dei: &
quòd illud quod inducit viſio, eſt placitum deo, no-
li te firmare in dicta viſione. Quartum remedium
eſt, quòd propter altam vitã, vel propter magnam
deuotionem, aut propter præclarum intellectũ: ſeu
propter aliquã aliam ſufficientiam quam vides in
H aliquibus perſonis, non ſequaris eorũ conſilia, vel
modos: ex quo cognoſcis clarè & rationabiliter,
quòd eorũ conſilia nõ ſunt ſecundum deum & ve-
ram diſcretionem per viã Ieſu Chriſti & ſancto-
rum monſtratã, & perfectam ſcripturam in dictis
ſanctorum notificatã. Nec propter hoc timeas ꝙ
ſpernendo talia conſilia dictarũ perſonarum, pec-
ces per ſuperbiã & præſumptionem: ſolum quòd
facias propter zelum & veritatis amorẽ. Quintum
remedium eſt, quòd fugias & vites familiaritatem
illarum perſonarũ quæ dictas tẽtationes ſeminant
& diffundunt: & illas perſonas quæ eaſdem ſuſti-
nent & laudant, & noli eorũ verba vel etiam collo
cutiones audire, neque eorum modos velis videre:
quia tibi demonſtrabunt magnũ ſignum perfectio
nis in pluribus verbis & modis, per quæ ſi vis acci
pere: & eos tanquã diuinales ſequi, venies in peri-
cula & præcipitia errorũ & inhoneſtorum morum
eorũdem. Poſt hæc vide remedia quæ debes atten-
I dere circa aliquas perſonas, quæ per ſuam vitã &
Remedia contra ſeminationes tentationum.
doctrinam ſeminant dictas tentationes. Primum
remedium eſt, quòd non habeas magnã ęſtimatio-
nem viſionũ, aut ſentimentorum, vel raptuum eo-
rum: imò ſi ducunt te in aliquid quod ſit contra fi-
dem, vel cõtra ſcripturas ſanctas, aut contra bonos
mores, vel contra vitas ſanctorũ, ſeu verba eorum
ſanè accepta: abhorreas eorũ viſiones & ſentimẽta
tanquã ſtultas demẽtias, & eorũ raptus ſicut rabia-
mẽta. Tamẽ ſi ducũt in hoc qđ eſt ſecundũ fidẽ, &
ſecũdum ſcripturã, & ſecundũ ſanctos, & ſecũdum
bonos mores: noli ſpernere, quia forſitã ſperneres
hoc quod eſt dei. Non tamen totaliter cõfidas: quia
ſæpe & maximè in tentationibus inducitur ſeu ab-
ſcõditur falſitas ſub ſpecie veritatis, & malitia ſub
ſimilitudine bonitatis: vt diabolus poſsit meliùs &
ſæpe mortalem errorem diffundere. Et ideo vide-
tur plus placere deo, quàm viſiones & ſentimenta
ac raptus, quæ ſecundũ quod dictum eſt habent ſi-
militudinẽ veritatis & bonitatis: dimittas ire pro
tanto quantum valent: niſi cõtingat aliquibus per-
ſonis ratione ſanctitatis & humilitatis eorum pro-
batę certiſsimè & manifeſtè, de quibus eſſet cer- K
tum & manifeſtum quòd non poſſent decipi per
illuſiones vel ingenium diaboli. Et tunc quãuis ſit
pium viſionibus & ſentimẽtis talium perſonarum
conſentire, tamen ſecurum eſt non totaliter per ra
tionem veridicam eis credere: ſed ſolum quia con-
cordant cum fide catholica & ſacra ſcriptura, ac
bonis moribus & vita & verbis ſanctorũ, & cum
ratione fundata ſupra prædicta. Secundum reme-
dium eſt, quòd nullam expoſitionẽ ſcripturę & ver
borum ſanctorũ velis accipere: niſi concordaret vi-
tæ Ieſu Chriſti & ſanctorum: quod tamen intelli-
ge quantum ad illos nobis propoſitos ad imitan-
dum, non quantũ ad imitandum priuilegia & ſin-
gularitates eorum. Et iſtud dicitur contra aliquos
nuntios ſeu diſcipulos antichriſti, qui palliãt & de-
fendunt ſuos errores & periculoſos modos viuen-
di, exponendo ſacram ſcripturã ſecundum eorum
propriam affectionem: ducentes in exemplum ali
quos exceſſus & ſingularitates quas aliqui ſancti
fecerunt. Tertium remedium eſt, quòd ſi per reue L
lationem, vel ſentimentum: vel per alium modum
cor tuum moueatur ad faciendũ aliquod opus, &
ximè opus graue vel notabile, & nõ tibi conſuetum
de quo non habeas certitudinẽ an deo placeat, imò
& rationabiliter dubitas: contrahas morã ad facien
dum dictũ opus, vſquequo inſpexeris omnes cir-
cunſtantias, & maximè finales, & cognoſcas quod
deo placeat: non tamen quòd tu iudices per tuam
opinionẽ, ſed ſi poteſt per teſtimoniũ certum ſcri-
pturæ, vel per exemplum ſanctorũ patrum imita-
bile. Et bene dictũ eſt, imitabile. Quia ſecundum
Gregor. aliqui ſancti fecerunt aliqua opera in qui-
bus non debemus eos imitari, quanuis eſſent in eis
bona: ſed debemus ea habere in reuerẽtia. Et ſi per
teipſum nõ poteſt venire in notitiã an deo placeat
vel nõ, petas conſiliũ à probatis perſonis in vita &
doctrina & conſilio veritatis. Quartũ remedium
eſt, ꝙ ſi tu es immunis à prędictis tentationibus ſic
quòd nunquã eas habueris: vel quantũcunque eas
habueris liberatus fueris: dirige cor & intellectum. M
ad deũ, recognoſcẽdo humiliter gratiã tibi factam
& quã tibi multoties ſuper hoc facit. Et caueas ti-
bi ne hoc quod per purã gratiam & bonitatẽ dei ha
bes, velis aſcribere tuę virtuti vel ſapiẽtię, ſeu meri
to tuo, aut bonis moribus tuis: neq; quod factũ fue-
rit à caſu ſeu à fortuna: quia (vt dicunt ſancti) hoc
eſt principalius per quod deus beneficiũ ſuæ gratię
aufert & ſubtrahit homini, permittit eũ ſubijci ten
tationibus & illuſionibus diaboli. Quintum reme-
dium eſt, quòd te, ſeu tuo corde, exiſtente in tenta-
tione ſpirituali, per quam es in dubio: non incipias
tua propria voluntate aliquid notabile tibi incon-
ſuetum antè: ſed tuum cor & tuam voluntatem rę-
frenando expectes humiliter cum timore & reue-
rentia dei, vſquequo deus cor tuum clarificet: quia
ſi exiſtendo in dicto dubio inciperes ex tua pro-
pria voluntate aliquid notabile, tibi inconſuetum,
non poſſes exire ad finem bonum. Sextum reme-
dium eſt, quòd propter tentationes antedictas, ſi
habeas, non dimittas aliquod bonum quod tu in-
cepiſti



cepiſti dum in tentationibus illis non eras: & ma-
A ximè non debes dimittere orare, aut confiteri, vel
opera facere humilitatis: licèt conſolationẽ non in-
uenias in ipſis. Vnde ſcriptũ eſt: Mane ſcilicet pro-
ſperitatis & gratiæ, ſemina, ſcilicet opus bonum: &
veſpere ſcilicet aduerſitatis & tentationis, ne ceſſet
manus tua ſcilicet à ſeminãdo. Septimũ remedium
eſt, ꝙ omnes imaginationes & errores quæ te veni
re faciunt quaſi in dubium alicuius veritatis, expel
las à corde tuo: & à memoria tua cum ſummo ſtu
dio & conamine, tantum cor & intellectũ conuer-
tendo in puritate & veritate radicũ noſtræ fidei, &
in vita ſanctorũ, & in veritate ſanctarũ ſcriptura-
rum, de quibus ſi humiliter & diſcretè ad eaſdem
conuerſus fueris: poteris lumen extrahere ad certè
cognoſcendũ hoc, in quo prius dubitaueras. Et iſtũ
modum debet homo tenere intentionibus ſpiritua-
libus, quæ non ſunt de principalibus fidei articulis
ſed de aliquibus veritatibus ipſi fidei proximis.
Octauũ remediũ eſt, ꝙ te exiſtẽte in antedictis ten
tationibus habeas firmã & certam ſpem, ꝙ de iſtis
tentationibus deus te ad aliquod bonũ adducet, &
B cor tuum clarificet, & credas firmiter ꝙ deus per-
mittit te venire in prædictas tentationes, propter
exercitium tuæ virtutis, & vt te humilies. Attamẽ
ita ſe habeat ſpes ſupradicta, ꝙ negligentia non in-
cludatur in ea: ſic ꝙ tuum poſſe facias de expellen-
do à te tentationes prædictas. Et ſimiliter ſic ſe ha
beat credulitas prædicta, ꝙ ſuperbia non includa-
tur: ſed quòd dubites ꝙ illæ tẽtationes veniant pro
pter tuam culpam. Nonum remedium eſt, quòd ſi
habeas antedictas tentationes multum abſconditas
& ſecretas, non eas teneas, imò eas reueles tuo ſa-
pienti & diſcreto confeſſori, & aliquibus ſingulari
bus perſonis: ſed non multis, de quibus perpendere
poſsis ꝙ ratione experientiæ tentationum quas ha
buerunt: vel ratione luminis ſapientiæ & ſanctita-
tis poſſunt tibi dare conſilium & auxilium, ac con-
ſolationem. Iſtud remedium cõmendant multi ſan
cti: quia narratur in vitis patrum, ꝙ quidam mona
C chi qui per magnam vitam erant alti: quia contem
nebant conſiliũ & auxilium ſanctorum patrum, ſu
per tentationibus eorum veniebant ad finem ma-
lum. Et contigit aliquibus alijs, ꝙ deo volente pro
debant tentationes propter eorum ſimplicitatem,
& humilitatem quam habebant in petendo conſi-
lium, & auxiliũ ſuper tentationibus ſuis finem ſalu
brem inueniebant, & citius liberabantur. Decimũ
remedium eſt, ꝙ ſi antedictas tentationes habeas,
leua cor & intellectum tuum ad deum: quærendo
humiliter hoc quod ei fieri honorabilius, & tuæ a-
nimæ ſalubrius ſuper tua tentatione, ſubijciendo
tuam voluntatem voluntati diuinę: ſic vt ſi ſibi pla
cet ꝙ perſeueres in tentatione, ſimiliter & tibi pla
ceat ſolum vt deum non offendas. Vndecimum re-
medium eſt, quòd niſi per aliam viam poſsis euade
re prædictas tentationes debes eas obliuiſci, & per
quandam negligentiam fugere & dimittere, conſi
derans quod non ſunt tentationes per diabolũ pro-
Exercitiũ mentis in deum.
curatæ: ſed paſſiones, & fragilitates, ſeu debilitates
quæ ſunt communes ſtatui huius vitæ. Et quia ſu-
prà & in ſequentibus multis modis hortatur domi
nus vt vigilemus, & ad incertum eius aduẽtum nos
preparemus: ideo vt cõtinuè ad opera virtutũ aſcen D
das, vel ſaltem vehementer aſcendere deſideres, po
nuntur hîc conſequenter aliquæ rationes per quas
poteris ſentire pigritiam & nihilitatẽ boni quod
incepiſti, & cor tuum excitare & mouere ad maio
res perfectiones omnimodæ virtutis quã non ince-
piſti. Prima ratio eſt: quia ſi aſpicias quomodo deus
Rationes de pigritia
eſt dignus amari & honorari, ſecundũ ſuam boni-
tatem & ſapientiam, & alias ſuas nobiles perfectio
nes, quæ ſunt in eo ſine numero & ſine termino: vi
debis ꝙ hoc quod credidiſti facere multum & ma
gnum ad honorem dei: & ſecundũ ſuam voluntatẽ
eſt minimum, & quaſi nihil in reſpectu quod debe
ret eſſe ſecundum ꝙ deus eſt dignus. Iſta ratio idcir
co primò ponitur: quia principaliter debemus at-
tendere in omnibus operibus noſtris honorem, &
reuerentiã, & amorẽ dei: quia in ſe dignus eſt ama-
ri, & honorari per omnem creaturã. Secunda ratio
eſt: quia ſi attẽdas quot deſpectus & vituperia, quot
egeſtates & penurias, quot dolores & paſsiones ſu-
ſtinuit filius dei amore tui, vt ames deum, & hono
res: cognoſces quia parum eſt quod feciſti ad deum E
amandum & honorandũ, ſecundum hoc quod face
re deberes. Iſta ratio eſt altior & perfectior quàm
aliqua ſequentiũ & ideo ponitur ſecundò. Tertia
ratio eſt: quia ſi cogitas innocentiã & perfectionẽ
quam deberes habere ſecundũ dei mandatum, per
quod teneris eſſe abſq; omni vitio, & ſine omni cul
pa, & in plenitudine totius virtutis, ſicut eſt quòd Deut. 6.
deberes amare deum ex toto corde tuo, & ex omni
mente tua: & ex totis viribus tuis, videbis manife-
ſtè infirmitatem & diſtantiã in qua es à prædicta
innocentia & perfectione. Quarta ratio eſt: quia ſi
cogitas multitudinẽ & largitatem beneficiorũ dei,
& gratiarum corporaliũ & ſpiritualium commu-
nium tibi & alijs, vel quæ ſingulariter tibi ſunt da-
tæ, ſenties ꝙ hoc quod facis propter deum, eſt nihil
ad recõpẽſandũ dicta beneficia & gratias dei: & ma
ximè ſi dei liberalitatẽ attẽdas ad bonitatẽ. Quin-
ta ratio eſt: quia ſi cogitas altitudinem & nobilita- F
tem remunerationis & gloriæ promiſſæ & paratę
illis qui faciunt opera virtutum ad honorẽ dei, quę
gloria tantò maior dabitur, quãtò opera erunt vir
tuoſiora & maiora: cognoſces pro tanto tuum me-
ritum nihil eſſe in comparatione tantæ gloriæ, &
deſiderabis facere opera virtuoſiora quàm antè fe
ceras. Sexta ratio eſt: quia ſi attendas pulchritudi-
nem & gratioſitatẽ quam habent virtutes in ſe, no
bilitatẽ quã anima recipit per ipſas virtutes. Si at-
tendas etiam vilitatẽ & turpitudinẽ quam in ſe ha
bent vitia & peccata, & nihilitatem quã anima re
cipit per ea: conaberis (ſi ſapiens es) ad amplius ac-
quirendum virtutes, & amplius fugere vitia &
peccata quàm vnquam conatus fueris. Septima ra-
tio eſt: quia ſi attendas altitudinem & perfectio-
nem vitæ ſanctorum patrum, vel eorum multas &
perfectas virtutes: cognoſces imperfectionẽ & in-
firmitatem vitæ tuæ & operum tuorum. Octa-
ua ratio eſt: quia ſi cogitas magnitudinẽ & multi-
tudinem offenſarũ quas feciſti contra deum, cogno
ſces quòd omnia opera quæ facis quantumcunque
M 2 bona,

bona, nihil ſunt ad ſatisfaciendum per viam iuſti-
G tiæ offenſis dei. Nona ratio eſt: quia ſi ſpeculeris di
uerſitatẽ & periculum tentationũ carnis, mũdi, &
diaboli: conabereris ad aſſumendũ maiorem firmi
tatem & altitudinẽ in omni virtute quàm vnquam
feceris: vt poſsis eſſe in maiori ſecuritate contra di
ctas tẽtationes. Decima ratio eſt: quia ſi cogitas di-
ſtrictum iudicium dei finale, & cum quo apparatu
bonorũ operum, & cum qua ſatisfactione de offen
ſis dei debes venire ad dictũ iudicium, videbis ꝙ pa
rum eſt quod feciſti per bona opera: vel per miſeri
cordiã ſecundũ qđ facere debuiſſes. Vndecima ra-
tio eſt: qa ſi cogitas breuitatẽ vitę tuæ, & neceſsita
tem tuæ mortis dubiæ, poſtquã non habebis ſpatiũ
faciendi opera meritoria vel pœnitentiã: cognoſces
ꝙ cum maiori corde & ſtudio deberes facere bona
opera, & pœnitentiã quàm nunc facis. Duodecima
ratio eſt: quia ſi aduertas qualiter ſi incipias bonã
vitam, in quouis gradu, ſine conamine & deſiderio
aſcendendi in maiorẽ & altiorem vitam, non po-
teſt eſſe ſine fundamento præſumptionis & ſuper-
biæ huius quod incepiſti: nec poteſt eſſe ſine inclu-
ſione magnæ tepiditatis & negligẽtiæ, & ex quo
H hæc duo mala includũtur, non poteſt eſſe ſine ma-
gno periculo veniendi in multa ſpiritualia vitia: nõ
dubium ꝙ ſi velis dictorũ malorum eſſe liber, &
immunis quantumcunq; altam vitam inceperis: tu
conaberis adã aſcendendũ ad altiorẽ vitam & perfe
ctiorẽ. Tredecima ratio eſt: quia ſi cogitas abyſſa-
lia iudicia dei, facta ſuper aliquos, qui diu perſeue-
rauerant in magna ſanctitate & perfectione: ſic ꝙ
deus eos deſerebat propter aliqua occulta vitia quę
non credebant habere, non dubiũ ꝙ quantumcũq;
altam vitã inceperis, omni die eleuabis tuas affe-
ctiones & intentiones, deſerendo omne vitiũ plus
quàm feceras antè: appropinquando ad perfectam
& integram ſanctitatẽ: timẽdo ne fortè ſit in te ali
quod vitiũ occultũ propter quod ſis dignus deſeri
à deo. Quartadecima ratio eſt: quia ſi recogitas pœ
nas infernales damnatorũ paratas peccatoribus cũ
ctis, credo ꝙ leuis erit tibi omnis pœnitentia, & o-
I mnis humilitas paupertatis vituperiũ: & omnis la-
bor quem invita iſta propter deum poſsis ſuſtinere
vt euadas pœnas ſupradictas, & conaberis continuè
ad tenendũ altiorem & perfectiorẽ vitam, timen-
do periculũ veniẽdi ad pœnas illas. Prædictæ qua-
tuordecim rationes plus in breui tactæ ſunt quàm
explicatæ, vt addiſcatis in paucis magna cogitare:
ſic ꝙ quælibet ratio ſit tibi materia cõſiderationis
ſpacioſæ. Attamen ſcias ꝙ ſi velis proficere cum di
ctis rationibus, debes eas formare, non ſolũ per in-
tellectum: imò eſt neceſſariũ quòd per affectionẽ
moneas tuam voluntatẽ ad hoc quod dictant ipſæ
rationes. Et nota ꝙ concluſio cuiuſlibet ratiõis de-
bet eſſe in duobus. Primò, in ſentimento propriæ
imperfectionis & nihilationis: deinde in deſiderio
& conamine veniendi in altiorem vitam, & maio
rem perfectionẽ: ſic ꝙ non ſit ſentimentũ propriæ
imperfectionis & nihilationis ſine deſiderio, & co
namine maioris perfectionis & vitæ altioris, nec
maior perfectio & altior vita ſine ſentimento pro-
priæ imperfectionis & nihilationis.

## ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, mitis & humilis corde: K
funda cor meũ in vera humilitate, & exclu-
de à me omnẽ motum præſumptionis & ſu-
perbiæ: vt nunquam viſiones deſiderẽ, aut reuela-
tiones: nec per aliquas tentationes ſeducar ſpiritua
les, quæ me ducere quoquomodo poſſent in erro-
res. Fac me dñe pijſsime quotidie ad opera virtutũ
aſcendere, & ſemper in bono proficere, ac continuè
in altiorem vitam tendere & ſuſpirare: vt ſic vigi-
lando, & ſolicitè agendo ad incertum tuum aduen-
tum me valeam præparare. Amen.

De orando & expectando aduentum domini, &
de poſterioribus ſignis aduentus eius, & conſum
mationis ſeculi. Caput xlii.

POſtquã ergo dominus erum- Lucæ 18. & 21.
narũ & periculorũ meminit,
coſequenter horũ remedium Matt. 24.
ſubdit: quod eſt oratio præme
ditata, ac iugis & aſsidua. Vn- 2. Par. 20.
de in libro Paralip. Cùm igno
ramus quid agere debeamus,
hoc ſolum reſidui habemus vt oculos noſtros diri-
gamus ad te. Quia enim dixerat dñs de ſuo futuro L
aduentu, qui ſubitò veniet, & cuius tempus certum
latet, ſolicitos nos eſſe & diſpoſitos, ne dies illa nos
inueniat imparatos. Inter cætera aũt quæ nos præ
parant vt ſecurè & dignè aduentũ dñi expectemus
eſt orationis ſedulitas & aſsiduitas: vt iuſti iudicis
miſericordiã imploremus, & orãtis humilitatis: vt
iudicẽ per humilitatẽ flectemus, & eius rigorẽ tem
peremus: quia ei ſemper humilium placuit oratio.
Vnde in eccleſiaſtico. Oratio humiliantis ſe nubes Orationis virtus.
penetrabit, & donec appropinquet non conſolabi-
tur: & non diſcedet donec aſpiciat altiſsimus. Ora
tio autem ſuperborũ exaudiri non meretur: orans
enim defectũ propriũ confitetur, quod ſuperbiæ re
pugnat: quia defectũ ſuum magis celare quàm pro
dere affectat. Docet ergo dominus quoniã oportet
iugiter & ſemper orare, & ab oratione non defice- Orare ſemper.
re: quia multũ valet oratio iuſti aſsidua. Sed quis po
teſt ſemper orare? Ergo hoc intelligendum eſt de M
quotidianis horis canonicis, iuxta ritum eccleſiæ
conſtitutis, & oremus ſemper ſcilicet pro tempore
& horis debitis, & ſic ſemper non importat conti-
nuitatẽ temporis: quia oportet interrumpi tẽpore
dormitionis & quarundã neceſsitatũ corporis: ſed
importat inſtantiã orationis tẽporibus & horis ad
hoc congruis. Aut certè quicquid iuſtus facit & di-
cit ſecundũ deum, ad orationẽ eſt reputandũ. Nam
ſemper orat, qui ſemper bene facit, ſeu in bono per
ſeuerat: nec deſinit orare, niſi cùm deſinit iuſtus eſ-
ſe. Orat enim non ſolũ lingua: ſed & cor & cogita
tio, deſideriũ, ſenſus, manus, oculi: & omnis opera-
tio bona. Hæc enim ſi orare ceſſauerint, omnis lin
guæ oratio inutilis eſt. Et hoc modo ſemper & ſi-
ne intermiſsione poſſumus orare, & ab oratione
non deficere. Vnde Aug. Qui deum laudat lingua,
non ſemper poteſt: qui moribus deum laudat, ſem-
per poteſt. Multũ autẽ valet apud deum oratio cum
lachrymis: quia hãc deus magis diligit & citius ex-
audit. Vnde angelus ad Tobiã, quando orabas cum
lachrymis,



A lachrymis, ego obtuli orationem tuam dño. Et do-
Eſaiæ 38. minus per Eſaiam ad Ezechiã: Audiui orationem
tuã, vidi lachrymas tuas. Nam vt ait Hiero. oratio
deum lenit, lachryma cogit: hæc vngit, illa pungit.
Oratio & lachryma. Vnde Ber. O humilis lachryma: tua eſt potẽtia, tua
eſt regni gloria, ante faciẽ iudicis ſola intrare non
vereris: quicquid petieris impetrabis, accuſatori ſi-
lentium imponis, & quandoq; ſententiã ab ore iudi
cis rapis, vincis inuincibilẽ, ligas omnipotẽtem. Et
ad probandũ efficaciam orationis aſsiduæ, propo-
nit parabolam de perſeuerantia in oratione & eius
exauditione, inducens exemplũ de iudice, [qui deũ
non timebat] offendere, [& hominẽ non reuereba-
tur,] publicè ſcandalizare: nec diuino timore mo-
uebatur, nec humano pudore: & de vidua petente
vindicari de aduerſario ſuo, ſcilicet vt faceret ſibi
iuſtitiam de eo, quam tandem ob ſolam importuni
tatem precum ſuarũ exaudiuit, ne eum ſugillaret:
id eſt, ſuggerendo ſua importunitate offenderet: &
fecit victus tædio, quod nolebat facere beneficio:
B motus ad faciendũ iuſtitiam, non propter amorem
iuſtitiæ, ſed ad euitationẽ ſuæ moleſtiæ. Ex quo pa
tet aliquos hodie peiores iſto eſſe: quia nec dei ti-
more, nec hominũ pudore, nec aliqua importunita
te volunt grauatis iuſtitiã facere. Hanc parabolam
dñs ideo propoſuit, vt oſtendat quantò certiores de
exauditione eſſe debeãt qui deum fontẽ iuſtitiæ &
miſericordiæ perſeueranter rogant, cùm apud ini-
quũ iudicẽ valuerit perſeuerãtia deprecãtis ipſum:
quia per importunitatẽ precũ obtinuit petitionis
effectũ. Sic enim multò fortius [deus,] qui eſt bo-
nus & iuſtus, exaudiet preces, & faciet vindictã ele
ctorum ſuorũ, [in preſſura & tribulatione exiſten-
tium, & [clamantiũ ad ſe die ac nocte:] id eſt, oran
tiũ inſtãter pro ſua liberatione & declaratiõe diui
Sanctorũ petitio. næ iuſtitiæ. Aduertendũ tamẽ ꝙ ſancti viuẽtes in
terra nõ petunt à deo de aduerſarijs vindictã per ge
hennæ pœnã, ſed ꝙ conuerſi ad iuſtitiã deſinãt eſſe
mali. ſecundũ illud in Prouerbijs. Verte impios &
non erunt. ſ. impij. Vel ꝙ amiſſa poteſtate quã nunc
C habent, deſinant iuſtos perſequi, vel quia ad bonos
pertinet bona ſpiritualia & æterna ſuis perſecuto-
ribus optare: & hoc modo pro eis orare: ſeđ qa pœ
næ tẽporales ſunt quædã medicinæ, & valent ad e-
mendationẽ vitæ, & ad declarationẽ diuinæ iuſti-
tiæ: ideo ad ſanctos bene pertinet petere à deo hoc
modo vindictã de ſuis perſecutoribus non ex motu
iræ, ſed ex zelo iuſtitiæ: & ſic non eſt contra illud
Matthę 5. quod dicitur: Orate pro perſequẽtibus vos, &c. De-
inde poſt orationẽ ſubiungit dñs de fide interroga-
tionẽ dicẽs: [Veruntamen cùm venerit filius homi
nis,] ſcilicet Chriſtus ad iudiciũ, putas inueniet fidẽ
ſuper terrã? qua ſi diceret, parũ inueniet, reſpectiuè
loquendo de fide formata charitate. De fide poſt o-
rationẽ interrogat: quia ſi fides deficit, oratio perit.
Roma. 10. Quomodo enim inuocabunt in quem non credide
runt? Ergo vt oremus, credamus: & vt ipſa fides qua
oramus non deficiat, oremus: ꝙ autẽ quærit dñs an
in aduẽtu ſuo inueniat fidẽ, non facit dubitãdo, qui
omnia nouit: ſed quærit arguens & increpans infi-
delium multitudinem: quia in aduentu ſuo multos
ab antichriſto ſeductos reperiet à fide corruiſſe, re-
ſpectu quorum paucos inueniet in vera fidei confeſ
ſione perſtitiſſe: tunc enim ſecundũ Bedam, tanta D
erit charitas electorũ, vt nõ tam ob clamorẽ infide
lium, quàm ob torporẽ aliorũ totius iam mundi ſit
accelerãda ruina: quia enim abũdabit iniquitas, re-
frigeſcet & deficiet charitas multorũ. Et quia præ Matt. 24.
muniuit dñs fideles cõtra aduentum antichriſti &
ſuorũ pſeudoprophetarũ, ac inſuper monuit eos o-
rare ſemper in tãtis malis ad expectandũ aduentũ
ſuũ, nunc conſolatur eos per ipſum propinquũ ad-
uentũ. Vbi ſciendũ ꝙ cùm triplex ſit aduentus dei Aduentus domini triplex.
ſaluatoris noſtri: videlicet in carnẽ, in mentẽ, & in
iudiciũ: primi duo ſunt amoris, tertius eſt timoris:
tertium celebramus propter primũ, & primũ pro-
pter mediũ. De aduẽtu enim ad iudiciũ mentio fit
iſto tpe in officio: vt timore nobis immiſſo advene
randã futurã feſtiuitatẽ natalis dñi in carnem nos
ſolicitius præparemus. De aduentu in carnẽ ideo
feſta recolimus, quatenus per ea verbũ ęternũ men
taliter cõcipere mereamur, dum ipſa mẽtalis conce E
ptio eſt maxima gratia omniũ donorũ quæ in hac
vita, ſecundũ legem cõmunẽ animę deuotę per gra
tiam conferuntur. Vnde dicit Aug. ꝙ beatior fuit
Maria cõcipiendo Chriſtũ mente, quàm carne. Et
quia dicit idem Aug. ꝙ timoris eſt præparare lo-
cum, & ꝙ introducit charitatẽ ſicut ſeta filũ: ideo
eccleſia celebrãs aduentũ dñi in carnẽ, pariter & in
mentẽ, qui ſunt aduẽtus amoris, ſimul mentionem
facit in officio de aduẽtu eius ad iudiciũ, qui eſt ad-
uentus timoris: vt videlicet per timorẽ introduca-
tur, ac per hoc nos moueamur ad amoroſam noſtri
hoſpitij præparationẽ: quatenus verbo æterno mẽ
taliter in nobis concepto, dicamus cum propheta, à
timore tuo dñe concepimus ſpiritũ ſalutis. Cõſola-
tur ergo eos dñs de ſuo aduẽtu propinquo: quia ſta-
tim non immediatè ſed paruo tempore elapſo poſt
tribulationẽ antichriſti & pſeudoprophetarũ, quæ
durabit per tres annos cũ dimidio, & etiã poſt mor
tem ipſius antichriſti apparebunt ſigna manifeſta
propinqui iudicij quia poſt tribulationẽ illã anteq̃ F
appareãt ſigna iſta, erit tẽpus breue, ſcilicet quadra
ginta dierũ, vel circa, ad refrigerium bonorũ, & ad
pœnitentiã malorũ, in quo pœnitere poterunt illi
qui per antichriſtũ fuerũt decepti. Et ſciẽdũ ꝙ ap- Turbatio vniuerſalis.
propinquãte finali iudicio in omni creatura appa-
rebit turbatio. Vniuerſitas autẽ creaturarũ reduci
poteſt ad quatuor genera: videlicet ad naturã cœle Turbatio cœli.
ſtem, elementarẽ, rationalẽ, & intellectualẽ. Primò
ergo deſcribitur turbatio in natura cœleſti, videli
cet [in ſole, luna, & ſtellis,] in quibus erunt aliqua
apparẽtia inſolita, & naturę ſuę repugnãtia: & ideo Stellarum caſus.
dicuntur ſigna quæ in eis erunt. [Sol enim & luna
obſcurabuntur, & ſtellæ cadẽt de cœlo,] non à ſitu
ſuo, quod naturaliter impoſsibile eſt fieri, cùm ter
ra non ſufficeret earũ magnitudini, & corpora cœ
leſtia maneãt in natura ſua integra: ſed propter ni-
miã ſcintillationẽ quæ erit in aëre, cadere videbun
tur à ſuo lumine, nõ ꝙ eo priuentur cùm ſit eis na-
turale: ſed quia vincũtur à maiori lumine. Hæc eñ
luminaria obſcurari & cadere dicuntur, cõparatio-
ne maioris lucis ſuperuenientis: qa in glorioſo Chri
ſti aduẽtu apparẽte veræ gloria lucis, omnia mũdi


lumina

lumina tenebris comparantur & vmbris: ſicut ſtel
G læ non apparẽt ſole oriente, & lumen candelę non
lucet in die. Vnde Beda: Sydera in die iudicij vide-
buntur obſcura non diminutione ſuæ lucis acceden
te, ſed ſuperueniente claritate veri luminis: hoc eſt
ſummi iudicis cùm venerit in maieſtate ſua, & pa-
tris, & ſanctorũ angelorũ. Quãuis nil prohibet in-
telligi veraciter ſolẽ tunc & lunã cum ſyderibus cę
teris ad tempus ſuo lumine priuari quomodo de ſo
le factũ conſtat tpe dominicæ paſſionis, luna enim
tunc tẽporis cùm eſſet plena ſub abdito terræ late-
bat. Cæterũ peracto die iudicij & clareſcente futu-
ræ gloria vitæ, cùm fuerit cœlũ nouũ & terra no-
Eſaiæ 30. ua: tunc fiet quod Eſaias propheta dicit: Et erit lux
lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis ſeptempliciter ſicut
Myſticè. lux ſeptem dierũ. Hæc Beda. Myſticè eccleſia ſpe-
cioſa vt luna, electa vt ſol, & quæ nocte mundi illu
minat vt ſtellæ: tunc nõ apparebit impijs vltra mo
dum ſæuientibus: & cedent perſequentibus ac cadẽt
multi qui gratia fulgere videbãtur, & quidã fideles
Moraliter firmiſsimi turbabũtur. Moraliter verò per ſolẽ ſta
tus perfectorũ deſignatur, eorũ enim eſt ad modũ
H ſolis influere alijs & illuminare. Per lunam ſtatus
proficientiũ ſignificatur: ad quos pertinet exterio-
ribus exercitijs virtuoſis quæ ſunt circa mutabili-
tatẽ humanorũ actuum inſiſtere, ad ſimilitudinem
lunæ quæ inter planetas ſpecialiter habet influen-
tiam ſuper mutabilitatẽ iſtorũ inferiorũ. Per ſtel-
las verò ſtatus incipientiũ accipitur, ad quos perti-
net præterita peccata deplangere & à futuris caue
re: ſtellæ enim emiſsione radiorũ aërem impurum
depurant, & earũ virtute aufertur à mundo inferio
ri peſtilentiæ corruptela. In quolibet iſtorũ ſtatuũ,
vt verbũ æternum concipiatur in mente, debet cer
ta ſigna præcurrere. In ſole nanq; legimus accidiſ-
ſe ſignum ſtationis, ſignũ retrogradationis, & ſignũ
Signa perfectorum in ſole. obſcurationis. Et in ſole quantũ ad perfectos, pri-
mò debet eſſe ſignũ ſtationis: & hoc per mentis in
deo ſtabilitatẽ, ne varijs cogitationibus euagetur,
Pſal. 54. ſecundũ illud Pſal. Iacta cogitatũ tuum in domino.
Secundò, ſignũ retrogradationis per contemplatio
Ezechi. 1. nis & actionis alternationẽ, ſecundũ illud Ezechie
I lis: Animalia ibãt & reuertebãtur. Animalia enim
id eſt, ſectatores euãgelicæ perfectionis, vadunt ad
vitã contemplatiuã, in qua quia diu immorari non
præualẽt reuertuntur ad actiuã. Tertiò, ſignũ ob-
ſcurationis per propriæ gloriæ exinanitionẽ, vt in
ſuis oculis nihil ſe eſſe reputẽt. Sic ſemetipſum ob-
1. Cor. 15. ſcurauit apoſtolus dicẽs: Ego ſum minimus apoſto
lorum. Et ſequitur: Gratia dei ſum id quod ſum. In
Signa in luna. luna quantũ ad proficiẽtes debet apparere ſignum
cõuerſionis in ſanguinẽ, per paſsionis iugem recor
Threno. 3. dationẽ. Vnde eis dicit Chriſtus in Threnis: Recor
dare paupertatis meæ, & abſynthij & fellis. Et re-
ſpondere debet homo illud quod ibi ſequitur: Me-
moria memor ero, & tabeſcet in me anima mea.
In ſtellis verò quantũ ad incipiẽtes debet eſſe ſignũ
caſus & propriæ deiectionis per defectuũ multipli
cium humilẽ recognitionem. De quo caſu exponi
Prou. 24. poteſt illud Prouerb. Septies in die cadet iuſtus, &
reſurget. Iuſtificatus enim per gratiã dei omni tẽ-
pore quod per ſeptenarium numerũ innuitur, de-
bet cadere per propriã recognitionẽ: & tũc ſemper
poſt lapſum reſurgit per diuinæ miſerationis ſuble K
uationem: quoties enim quis pro ſuis defectibus in-
gemuerit, toties diuinæ propitiationis gratiã ſibi
amplius cumulabit. Hæc autẽ ſigna facere in quo-
libet ſtatu non eſt ex nobis, ſed ex ſupereffluẽtia di
uinæ bonitatis. Ideo ſapiens orat: Miſerere noſtri Eccleſiaſtici 36.
deus omniũ, & oſtende nobis lucẽ miſerationum
tuarũ. Et ſubdit: Innoua ſigna, & immuta mirabi-
lia. Secundò deſcribitur turbatio in creatura elemẽ
tari, cùm dicitur: [Et in terris preſſura gentiũ, cùm
confuſione ſonitus maris & fluctuũ.] Nam ex in-
preſsione corporũ cœleſtiũ fiet cõmotio elemento
rum. Tertia enim cõmotione cõmouebitur: & in Terræ & maris ſigna.
aëre caligo & venti tonitrua & fulgura, corruſca-
tiones & variæ tẽpeſtates generabuntur. In mari
quoq; & fluctibus generabuntur ſpiritus procella-
rum: & ab intus & ab extrà concutientes mare &
fluctus, ex quorũ confractione generabitur maxi-
mus & horribilis ſonus, & prę nimia aquarũ hinc-
inde agitatione abſq; ordine quaſi ſonus cõfuſionis
apparebit. Et inſuper aderit etiã incendiũ ignis qui L
præcurret faciẽ iudicis: ita vt mare & omnia credã
tur conſumi omnino dicente Petro: Elemẽta calo-
re ſoluentur, & terra & omnia quæ in ea ſunt ope-
ra exurentur. Ex quibus omnibus corda hominũ
nimio terrore concutientur, & homines attoniti
quaſi fugere volẽtes, & propter tenebras horrẽdas
ſe mutuò videre non valentes: diſcurrẽdo ſe inuicẽ
prement, & impingendo cõprimẽt: vt fiat preſſu-
ra gentiũ, & ruat vnus ſuper aliũ ex concurſu mul
torum timentiũ ab aquis abſorberi, & ab igne & tẽ
peſtatibus conſumi: & ſecundũ hoc propriè dicitur
preſſura, quaſi premens ſuram. Maximè autem hu
ius preſſuræ cauſa erit ſonitus maris & fluctuum:
quia mare inuſitato modo terribiliter fremet, & li
tus maris vęhementius agitabitur tempeſtate. Ter
tiò deſcribitur turbatio in creatura rationabili, id Hominũ turbatio.
eſt, homine: cùm ſubditur: [Areſcẽtibus, id eſt, de-
ficientibus [hominibus,] à vigore ſuæ corporalis
virtutis & colore, in diebus enim illis efficientur ho
mines aridi & ſtupidi, palleſcẽtes & velut amẽ- M
tes, & contabeſcẽt in ſeipſis: ita vt alter alterũ non
alloquatur, vel audiat ſeu attendat, [præ timore]. ſ.
malorum præſentium [& expectatione] malorum
adhuc reſtantium [quæ] inquam timor & expecta
tio [ſuperuenient vniuerſo orbi,] quaſi diceret: nec
natio nec prouincia excludetur ab his anguſtijs. De
his autem ſic dicit Eſaias: Eritq; repentè, & confe- Eſaiæ 29.
ſtim viſitabitur à domino exercituũ in tonitruo, &
cõmotione terræ, & voce magna turbinis & tem-
peſtatis & flammæ ignis deuorãtis. Et ſic implebi
tur quod dicit Dauid de impio: Quæſiui & non Pſal. 36.
eſt inuentus locus eius, quaſi diceret: Quæſiui im-
pio locum in mundo, & non inueni. Nam iudicio
imminente cœlũ tonitruis & fulguribus repellet
impiũ, aër depellet per turbinẽ, mare per tempeſta
tem, terra eum excutiet per cõmotionem: vt in to-
to mũdo locũ nõ inueniẽs ſepeliatur in flãma ignis
deuorãtis in inferno. Quartò ponit turbatio in crea Virtutum cœleſtium motus.
tura intellectuali cũ infertur. Nã virtutes cœlorũ,
id eſt, angelicę poteſtates mouebuntur. Ille aũt mo
tus erit



tus erit multipliciter: quia mouebuntur quodam
A motu admirationis videntes inuſitatos effectus acci
dere preter ordinẽ naturalem. Item mouebũtur ex
diuina voluntate ad faciendũ miraculoſas tranſmu
tationes in elemẽtis, ad incutiendũ hominibus ter-
rorem iudicis veniẽtis. Item mouebuntur ad pecca
torum vindictã & ſeparationem, expetendo ab eis
vltionẽ: quia ſeparabũt malos de medio iuſtorum
& mittent eos in caminũ ignis. Item poſſunt dici
moueri ex magno timore, videbunt enim totũ or-
bem iudicari, & Luciferũ qui eorum princeps fuit.
Vnde dicit Chry. ꝙ valde decenter cõmouebuntur
& cõcutientur videntes tantã tranſmutationẽ fie-
ri, & conſeruos ſuos puniri, & orbẽ terrarum terri
bili aſsiſtentẽ iudicio. Eſt aũt in angelis timor cu-
iuſdam reuerẽtię & admirationis reſpectu dei: quia
ſcilicet admirãtur dei maieſtatẽ eis incomprehen
ſibilem, & ad modũ trementium ſe habebũt. De ta-
Iob 26. li timore dicitur in Iob: Columnę cœli contremi-
ſcunt & pauent in aduentu eius. Quid ergo facient
virgulta deſerti, vbi timore cõcutitur cedrus Liba-
ni paradiſi? Vnde nõ eſt mirũ ſi homines qui in na-
B tura & ſenſu ſunt terreſtres areſcent, cùm etiã an-
gelicæ poteſtates quę de ſe ſecurę ſunt mouebun-
Moraliter tur. Moraliter cœlorum nomine poſſunt intelligi
animæ ſanctæ, in quibus deus per gratiã concipi di
Eſaię 66. gnatur & habitare. De quibus dicitur: cœlum mihi
ſedes eſt. anima enim iuſti ſedes eſt ſapientiæ. Hu-
ius cœli virtutes ſunt animę vires. Sicut aũt in ad-
uentu in iudiciũ virtutes cœlorũ corporalium mo-
uebuntur: ſic in aduentu verbi æterni in mentem
omnes virtutes & potentiæ animæ mouebũtur ad
operationes ſuperexcedẽtes, ſuperiorq; & inferior
portio rationis mouebũtur de exercitio bonę ope-
rationis, ad ſtudiũ orationis & cõtẽplationis. Iudi
cium diuinũ præcedent ſigna & mirabilia, irã dei
in peccatores deſignãtia, & ad oſtendendã dei para
tam cõtra eos vindictam. Et ſicut offenſo domino
turbatur eius familia contra offendẽtes, ſic creatu-
ra dei turbatur cõtra peccatores. Et ſecundum Be-
dam: Quomodo impulſæ ad caſum arbores frago-
C res motusq; ſui pręmittere ſolẽt indicia, ſic termi-
no mundi appropinquãte quaſi pauentia nutant &
gemunt elementa & omnis creatura. Et vt dicit
Chry. ſicut homo cùm moritur patitur phantaſias
& turbationes maximas, qui eſt microcoſmus ſiue
minor mundus: ſic macrocoſmus ſiue maior mun-
dus deficiens totus conturbabitur. Modũ enim defi
ciendi in maiori mũdo, ex minori oportet accipe-
re. Nota hîc dominũ breuiter quędam tetigiſſe ſi-
Signa quindecim iudicij futuri. gna diem iudicij pręcedentia. Dicitur aũt in ſcho-
laſtica hiſtoria ꝙ Hiero. in annalibus libris He-
bręorũ inuenit ſigna quindecim dierũ ante diẽ iu-
dicij: ſed vtrũ dies illi cõtinui futuri ſint an interpo
lati, nõ expreſsit: hoc aũt multam habet dubietatẽ.
Prima die eriget ſe mare quadraginta cubitis ſu-
per altitudinẽ montium ſtans in loco ſuo quaſi mu
rus. Secũda, intantũ deſcendet vt vix videri poſsit.
Tertia, marinæ beluæ, ſcilicet balenæ & huiuſmo-
di apparẽtes ſuper mare dabũt rugitus vſq; ad cœ-
lum. Quarta, ardebit mare & aquę omnes. Quin-
ta, herbę & arbores dabunt rorẽ ſanguineum. Sex-
ta, omnia ruent ędificia? Septima, petrę adinuicem
collidentur. Octaua fiet generalis terręmotus. No- D
na, æquabitur terra. Decima, exibũt homines de ca
uernis, & exibũt velut amẽtes, nec mutuo poterunt
loqui. Vndecima, ſurgẽt oſſa mortuorũ, & ſtabunt
ſuper ſepulchra ſua. Duodecima, cadẽt ſtellę de cœ
lo ſecũdum quoſdẽ quoad apparentiã. Tertiadeci-
ma, morientur homines viuẽtes vt cũ mortuis reſur
gant. Quartadecima, ardebit cœlũ & terra, id eſt ſu
perficies aëris & terrę. Quintadecima, fiet cœlum
nouũ & terra noua, & omnes homines reſurgent.
O cor nequam ſi ad hęc audita nõ mollitis: nec ad Compunctio.
pœnitentiã prouocaris, durius es lapide: durius ada
mante. Hęc eñ ſigna terribilia quę pręcedũt, terri
bilius iudiciũ quod ſequitur oſtendũt. Vnde Chry.
Terribile eſt illud iudiciũ, & ineuitabilis eſt pœna,
& intolerabile illud tormentũ. Si aũt vis neque hîc
dare vindictã: decerne de teipſo, & expete à teipſo
noxas. Audi Paulũ dicentẽ: Quoniã ſi noſmetipſos 1. Cor. 11.
iudicaremus, nõ vtique iudicaremur: ſi hoc feceris
viam pręuenies, & ad coronã deuenies. Et qualiter
expetemus vindictã à nobiſipſis, ait Ber. Luge, in-
gemiſce amarè, humilia teipſum, vitupera te, re- E
memora peccatorũ ſecundũ ſpeciẽ. Qui eñ facit
hoc, ita cõpungetur vt neq; vita dignũ ſeipſum eſſe
æſtimet: qui aũt hoc ęſtimat, cera omni mollior
erit. Neq; igitur parua hęc ęſtimes eſſe: ſed cõgre-
ga omnia, & ſic vt in libro ſcribe. Si enim tu ſcri-
pſeris, deus delebit: ſicut ſi tu non ſcripſeris, deus &
inſcribet & vindictam expetet. Multum igitur me
lius eſt à nobis inſcribi & diuinitus deleri, quàm
econtrariò nobis obliuione tradentibus deum ea
ante oculos noſtros offerre ſecũdum diẽ illam. Vt
igitur hoc nõ fiat, omnia cũ diligẽtia recogitemus:
& inueniemus multis noſipſos obnoxios. Qualiter
igitur eſt ſaluari ars? Cõtraria his formata ponẽtes.
Attendamus igit & per oĩa vulnera expurgemus.
Ita eñ poterimus & ignoſcẽtia delictorũ potiri, &
promiſsis perfrui bonis. Hęc Chry. Oratio.

Domine Ieſu Chriſte, da mihi imitari ſigna F
in ſole, luna, & ſtellis: hoc eſt bonorũ operũ
exẽpla in te ſole iuſtitię & matre virgine, &
in omnibus ſanctis tuis: vt fiat in terra carnalitatis
meæ preſſura gentiũ, id eſt, motuũ incircũciſorum
prę cõfuſione ſonitus cõfeſsionis & maris cõtritio-
nis, & fluctuantiũ afflictionũ, areſcẽtibus in me hu
manis cõcupiſcẽtijs, prę timore gehẽnę & expecta
tione glorię quę ſuperuenietvniuerſo orbi quando
vnicuiq; ſecundũ opera ſua dabis: virtutes etiã cœ-
lorũ ſcilicet potẽtię animę moueãtur de virtute in
virtutẽ, vt paratus inueniar in aduẽtu tuo. Amen.

De aduentu Chriſti iudicis. Capvt xliii.

Et tunc] ſcilicet poſt prędicta ſigna Matt. 24.
per dñm tacta, [apparebit] hora qua
nõ putatur, hora eñ iudicij ignora-
tur [ſignum filij hominis:] ſcilicet ſi-
gnũ crucis [in cœlo,] hoc eſt in aëre
qui aliquãdo in ſcriptura cœlũ vocatur: vt paſſus
in humilitate ignominiã crucis, oſtẽdat in ſua ve-
niẽs maieſtate ſalutarẽ fructũ & dignitatẽ eiuſdem
glorioſę crucis. Filiũ hominis nõ filiũ dei ſe hîc ap
pellat: q̃a nõ in forma dei ſed hoĩs iudicabit. Scdm

G Chryſoſto. Crux apparebit ſole luculentior exi-
Crucis apparitio. ſtens,vt nō ſit neceſſitas accuſationis cùm viderint
crucem,ſed per ſe ſine excuſatione condemnabile
eorum efficiatur peccatū: quemadmodum ſi quis
lapide vulneratus,ipſum oſtendit lapidē, vel veſti-
menta ſanguine madefacta. Et ſecundum eundem
Chry. Non erit crux lignum, in quo ſcilicet paſſus
eſt dominus:ſed lux in modum crucis ſplendidior
ſole. Per hoc autē ſignum crucis intelligi poſſunt
etiam alia ſigna, & inſtrumenta ſuæ paſsionis &
mortis:vt claui,lancea,corona,& flagella: quę qua
ſi vexilla,triumphi,& victorię in iudiciū deferen-
tur. Quidam aūt per hoc intelligunt cicatrices ſeu
ſtigmata,& teſtimoniū paſsionis in carne Ieſu: vt
Zacha.12. impleatur illud Zachariæ: Videbūt in quē transfi-
xerunt. Vnde Hiero. Signum aūt hîc crucis intelli
gamus,vt Iudęi videant in quē compunxerunt:aut
vexillum fidei victoris triūphantis. ſecundū Chry.
Quemadmodum ingrediente rege in ciuitatem,
exercitus antecedit, qui ſigna atque vexilla rega-
lia pręferens annūtiat regis introitū:ita dño deſcē-
dente de cœlis, pręcedet exercitus angelorū & ar-
H chāgelorū,qui ſignū crucis vt triūphale vexillū prę
ferentes,diuinū regis cœleſtis ingreſſum terris tre
mentibus nuntiabunt.[Et tunc,]ſcilicet cùm triū-
phale vexillum videbūt,[plangent ſe,]inconſolabi
liter,ſerò accuſante cōſcientia, [omnes tribus ter-
ræ:]id eſt,aliqui de omnibus tribubus, & nationi-
bus: ſcilicet mali vel omnes tribus terræ, id eſt, o-
mnes homines terreni & iniqui, qui terrena dile-
xerunt,& ea deo præpoſuerūt:qui cum terrena vo-
luntate deceſſerunt,quibus grauis & triſtabilis erit
aduentus iudicis quē terrenis poſtpoſuerunt. Et re
ctè dicit,tribus terræ:quia,vt dicit Hiero. hi plan-
gent qui municipatū non habent in cœlis:ſed ſcri-
pti ſunt in terra. Vbi Chry. Plangent Iudæi, plan-
gent gentiles,plangent Chriſtiani,qui magis dile-
xerunt mundum quàm Chriſtū. Non ſic tribus do
Pſal. 121.a mini. Illuc eñ aſcenderūt tribus tri us domini, ad
Planctus terrena amantium. confitendū nomini dñi. [Plangent autē ſe,] id eſt,
ſuam culpam quam cōmiſerunt, ſuam ſtultitiam
quam non correxerunt,ſuā gloriam quam amiſe-
I runt,ſuam pœnam quam incurrerunt. Et iterum:
[Tunc plangent ſe omnes tribus terræ,]qui magis
dilexerunt mundū quàm Chriſtū, cùm audierint
eum hæc verba dicentē ad ſe: Ego propter vos ho-
mo factus ſum,propter vos alligatus,& deluſus,&
cæſus,& crucifixus:vbi eſt tantarū iniuriarū mea-
rum fructus? Ecce prēmiū ſanguinis mei quod de-
di pro redemptione animarū veſtrarū: vbi eſt ſer-
uitus veſtra quā mihi pro pretio ſanguinis mei de-
betis? Ego ſuper gloriā meam vos habui cùm eſſem
deus apparens homo,& viliorē me omnibus rebus
veſtris feciſtis. Nam omnē rem viliſsimā terrę am
plius dilexiſtis,quàm iuſtitiā meam:& fidē. [Tunc
plangent ſe omnes tribus terrę:]quia nec reſiſten-
di virtus eſt contra eum,nec fugiendi facultas ante
faciem eius,nec pœnitēdi locus: ex anguſtia enim
Planctus iuſti ratio. omnium rerū nihil eis remanet præter luctus. Me
ritò plangēt ſe:quia tunc neque pecunię diuitibus
proſunt ad eleemoſynā faciendā,neq; parentes iu-
ſti pro filijs intercedent,neq; ipſi angeli pro homi-
nibus,ſicut ſolebant facere verbum: quia non reci-
K pit natura iudicij miſericordiā,ſicut nec tēpus mi-
Pſal. 100. ſericordię iudiciū,dicēte propheta: Miſericordiam
& iudiciū cantabo tibi domine: miſericordiam in
priori aduentu,iudiciū in ſecundo. Hæc Chryſoſt.
Vnde & Effrem: Vtiq; ſi ſciremus quid immineat
vel incūbat,ó fratres iugiter plangeremus deū ob-
ſecrantes. Si enim omnis creatura cōtremiſcet, &
ipſa agmina ſanctorū angelorum expaueſcent in
aduentu eius:quid tunc dicemus ſi hoc paruo tem-
pore negligēter ac ſegniter vixerimus? Ipſe namq;
Beneficiorū dei exprobratio. pro hac negligentia noſtra rationē à nobis exqui
ret,ac dicet propter vos incarnatus ſum:& in terris
palàm cōuerſatus:propter vos flagellatus ſum, con
ſumptus,palmis cęſus,crucifixus,aceto potatus: pa
radiſum vobis aperui,regnū cœlorum vobis obtu-
li,ſpiritū ſanctū vobis miſi,quid vltrà debui vobis
facere,& nō feci? humilē voluntatem veſtrā ſolum-
modo quęſiui,nō vos coēgi:ne cauſa veſtræ ſalutis,
eſſet occaſio neceſsitatis. Dicite mihi peccatores,
ſecundū carnem paſsibiles,ac mortales, quid paſsi
eſtis propter me dominatorē veſtrū,qui etiā impaſ
L ſibilis pro vobis paſſus ſum? Hęc Effrem. Et tunc
videbūt oculis corporalibus,tam fideles quàm infi-
deles,filiū hominis in ſpecie humana: quia in for-
Videndus Chriſtus. ma hominis iudicabit. Vnde Aug. Viſio quippe fi-
lij hominis exhibetur & malis:nā viſio formę dei
non niſi mūdis corde:quoniā ipſi deū videbunt. Et
quia filium dei ſecūdum id ꝙ in forma dei ęqualis
eſt patri,videre iniqui nō poſſunt:oportet aūt vt iu
dicem viuorū & mortuorum corā quo iudicabun-
tur,& iuſti videāt & iniqui:ideo oportebat vt filius
hominis acciperet iudiciariā poteſtatē. Vnde & Be
da: Ea forma electis apparebit, qua in mōte appa-
ruit:reprobis verò in ea forma,qua in cruce pepen
dit. Videbunt,inquā, eum venientē ad iudicium in
nubibus cœli,ſicut in nube aſcendit,ſcilicet in aëre
ſuper locū vnde aſcendit. Vnde Chry. Quia enim
Acto.1. ſicut in actibus apoſtolorū legitur: Nubes ſuſcepit
illū ab oculis eorū:& illic dictū eſt ab angelis:ſic ve
niet quēadmodū vidiſtis eū aſcendentē in cœlum:
meritò credēdus eſt, non ſolū in eodē corpore quo
M aſcēdit,verumetiā in nube venturus. Vnde & Orige.
Sicut eo aſcendēte in cœlū nubes eū tulit, propter
honorē aſcendētis:ita eū deferet ad iudiciū: veniet
autem cū poteſtate magna. Primus eñ Chriſti ad-
uētus,fuit in oſtenſionē infirmitatis. Secundus erit
in oſtenſionē poteſtatis,& maieſtate,id eſt, gloria:
tunc eñ totus Chriſtus cū mēbris glorioſus appare
bit,indutus lumine ſicut veſtimēto:veniet inquā cū
virtute multa & poteſtate cōtra inimicos,ad puniē
dum & deprimendū eos:ac gloria magna & maie-
ſtate,propter bonos ad prēmiandū & glorificādum
ipſos,vt qui in primo aduētu venit vt ſeruus cū in-
firmitate & humilitate:in ſcđo veniet vt dñs cū for
Aduentus terribilis. titudine & regia maieſtate. Vnde Cyrillus: Primā
enim apparitionē proſecutus eſt cū infirmitate &
humilitate noſtra: ſed ſecundā celebrabit cū pro-
pria poteſtate & maieſtate. Vbi & Greg. In poteſta
te & maieſtate viſuri ſunt quē in humilitate poſitū
audire noluerūt:vt virtutē eius tātò tūc diſtrictius
ſentiāt quantò nūc ceruicē cordis ad eius patientiā
non incli



nant. vbi & Chryſ. Si quādo rex terrenus
A proceſſum aliquem, aut expeditionem mandat in
populo:dignitates omnes mouentur, & exercitus
excitatus tota ciuitas feruet:quātò magis rege cœ-
leſti exurgente iudicare viuos & mortuos,virtutes
angelicæ cōmouebuntur:terribiles miniſtri, terri-
biliorem dominū præcedētes. Ante ipſum pro cā-
delabris fulgura viua præcedent, & pro tubis hor-
renda tonitrua vociferabunt. Qualis rex, talis eſt
præparatio regis. hęc Chryſo. Filius ergo hominis
in iudicio apparebit: quia dignum eſt vt ipſe filius
dei, qui in forma hominis iniuſtè iudicatus eſt, in
eadem forma hominis in iudicio iuſtè iudicet. Et
in carne eius videbuntur cicatrices vulnerū, vt vi-
deant reprobi in quem pupugerunt vnde Chryſo.
Vulnerū ſaluandorum cauſa. Vulnera ſeruauit,vt in die iudicij proficiant ad te-
ſtimonium paſsionis contra Iudæos, & omnes qui
denegantes filium dei crucifixū in corpore Iudaï-
zant. Et tunc viui rapientur aliqui, cùm dominus
veniet,vt dicatur iudicare viuos & mortuos:ac iu-
dex viuorum & mortuorum. Et ſecundum Aug.
B Illic tūc moriētur, & in momento reſuſcitabūtur,
Hebr.9. quia ſtatutum eſt hominibus ſemel mori. Et ſecun
1.Cor.15. dum Apoſtolū omnes reſurgemus, & ergo omnes
moriemur. Vt enim ait Auguſti. Erit reſurrectio
mortuorum omniū hominum,ſed vna & in ſimul:
non prima iuſtorū,& peccatorū ſecunda. Et tunc,
ſcilicet ante reſurrectionem,cōmunem mittet an-
Tuba præuia. gelos ſuos cum tuba & voce magna:id eſt,tā aper-
ta & tā intenſa voce,quę à mortuis audiatur vbiq;.
vnde Remigius: Hæc autem tuba nō reuera corpo-
rea eſt intelligēda,ſed angelica vox:quæ adeo ma-
gna erit,vt ad clamorē illius omnes mortui de ter-
ræ puluere conſurgant. Vel tuba,eſt poteſtas ſuſci-
tandi mortuos:& vox,eſt vox Chriſti vocātis mor
tuos ad iudiciū, ex cuius virtute ſuſcitabūtur,& vt
in iudicio ſint omnes. vbi Chryſ. Verè magna vox
tubæ terribilis,cui omnia obaudiūt elementa: quæ
petras ſcindit, inferos aperit, clauſuras, tenebrarū
pertranſit,portas æreas cōterit,vectes adamātinos
confringit,vincula mortis dirūpit, & de profundo
C abyſsi animas liberatas corporibus aſsignat. Hæc
omnia citius cōſummat in opere,quàm ſagitta trā
1.Cor.15. ſit in aëre:dicente Apoſtolo: In momento, in ictu
oculi,in nouiſsima tuba:canet enim tuba, & mor-
tui reſurgent incorrupti. In illa voce puluis iā diſ-
ſolutus corporum mortuorū in noua mēbra con-
ſtringitur. In illa voce quaſi vna perſona obnoxia
totū mare diſcutitur, vt ſi quid apud ſe retinet de
humanis oſsibus,ſine contradictione reſtituat. hæc
Chryſoſt. Et congregabunt angeli ad iudiciū ele-
ctos ſpecialiter ab vniuerſis regionibus & locis, in
quibus putrefactione reſoluti ſunt vt triticū venti-
latum de area totius terræ & orbis: qui ſpecialiter
adducentur miniſterio angelorū,quia erunt conci-
Cōgregatio corporum. ues eorum. Et non ſolū congregabunt electos,quo-
rum corpora leuia: ſed etiā reprobos, qui corpora
pōderoſa habebūt: & ideo ſicut angelus Abacuch,
Danie.14 ſic eos portabunt. Sed electos cōgregabunt ad glo-
riam,reprobos ad dānationem. Et electi occurrent
domino ad iudiciū venienti: Reprobi verò venient,
ſed in magna diſtātia. vt ait Remigius: Et ſecundū
Chryſoſtomum, Primò reſurgent & reſuſcitatos
D angeli congregabunt, congregatos autē rapiēt nu-
bes,& hæc omnia in inſtāti momēto fient: In valle
Iudicij locus. autem Ioſaphat, ſcilicet in aëre iudicabitur omnis
homo: quia iudicij diſcrimen erit in aëre, dicente
1.Cor.15. Apoſtolo: Simul rapiemur cū illis in nubibus obuiā
Chriſto in aëra. De hac die ſic dicit Chryſoſtom⁹.
Terribilitas iudicij. Heu mihi de illa die terribili, cùm deceret nos læ-
tari,cùm hæc audiamus, ſed dolemus & triſtes ſu-
mus. Qualibus ergo videmus Chriſtū oculis? Si eñ
patrē aliquis, nō vtiq; ferret videre, cōſcius ſibiipſi
peccati in ipſum patrē infinitè manſuetū: qualiter
reſpiciemus eū tunc,qualiter ſuſtinebimus? Eteñ
reprę ſentabuntur tribunali Chriſti, & omniū dili-
Iudicij recordatio. gens erit inueſtigatio. hæc Chryſ. In omni autem
tentatione multum valet illā diem reſurrectionis
& iudicij,& nobis & alijs ad mentē reuocare,quia
hoc præcipuè cōſueuit animā curare. vnde Chryſ.
Si auari eſſe voluerimus, & ſi rapere, & ſi incōue-
niens quid agere:cōfeſtim diē illam in mentē mit-
tamus, & iudicium ſubſcribamus, & omni freno
E vehementius detinebit inconuenientē impetū hæc
cogitatio, & dicamus ad noſipſos: reſurrectio eſt,
& iudicium nos expectat terribile. Et ſi viderimus
aliquem elatum,& in præſentibus bonis inflāma-
tum:idem ſemper dicamus, oſtendentes quoniam
omnia hîc manent. Et ſi alium dolentē viderimus
& contriſtantem,& ad illum idē loquamur:oſten-
dentes quoniam finē habebunt triſtia. Et ſi pigritā-
tem & diſſolutū, rurſus idē ſuperincantemus: oſtē-
dentes ei quoniam neceſſe eſt pigritiæ noxas dare.
Sufficiens eſt hoc verbū omni ferramento, magis
noſtram curare animā. Etenim eſt reſurrectio præ
oſtijs non longè, neque procul: adhuc autem parū
quantulūcunque qui venit,veniet, & non tardabit,
& omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal
Chriſti,& bonos & malos: hos quidē, vt ante omnes
verecundentur: eos verò, vt ante omnes clariores
efficiantur: hęc igitur ſecundū vnamquamque ſub-
ſcribamus nobis diem. Si hæc ſemper reuoluimus,
nulla ſolicitudo præſentium nos mordere poterit:
F rerum etenim quæ videntur temporanea, ea verò
quæ non videntur non temporanea ſunt. Cōtinuè
igitur & ad ipſos loquamur,& adinuicem reſurre-
ctio eſt & iudicium: & noxæ eorū quæ geſta ſunt.
Et ne irritemur deū, ſed audiamus eum dicentem.
Matth.10. Timete eum qui poteſt & corpus & animā perde-
re in gehennam: vt propter timorem facti mollio-
res, & à perditione hac eruti digni efficiamur re-
gno cœlorum. hæc Chryſoſtomus.

## ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, qui ad iudicandum cū
poteſtate & maieſtate magna es venturus:
angelis ſignum glorioſę crucis tanquam ve-
xillum triumphale pręferentibus,tu animā meam
huius ſanctiſsimæ crucis impreſsione conſigna: tu
me huius virtute purifica: & per hanc me totum
ſic vendica tibi,vt nihil aduerſarij valeāt in me re-
perire: quatenus te ad iudicium veniente ego hoc
venerabili inueniar ſignatus ſtigmate,vt tibi cruci
fixo configuratus in pœna conſors fieri merear,&
tui reſurgentis in gloria. Amen.

De electorum cõſolatione ex appropinquã-
G te redemptione,& de ſimilitudine ficulneæ.

Caput xliiii.

Lucæ 21. Matt. 24. Marci 13.

DEinde poſt præmiſſa cõtra reprobos
dicta mox ad electorum conſolatio-
nem dominus conuertit verba,quia
dies iudicij licet in reprobis ſit terri-
bilis:tamen electis debet eſſe cõſola-
bilis: tunc enim ad gloriã transferentur optatam.
Vnde hortatur eos, dicens: [His autẽ,] ſcilicet ſi-
gnis prædictis [fieri incipiẽtibus] & apparentibus,
ſcilicèt cùm plagæ mundi creſcent: cùm terror iu-
dicij cõmotis virtutibus oſtẽdetur, cum peccatores
tabaſcent præ timore & expectatione malorũ:vos
electi [reſpicite] per fidẽ,id eſt,diligenter attẽdite,
& mentis oculos aperite credẽdo & nullatenus du-
bitando [& leuate] per ſpẽ [capita veſtra] id eſt,
mentes veſtras à terrenis ad cœleſtia expectatione
gaudioſa erigite,& corda veſtra exhilarate,ac gau
dete cum lætitia qui in triſtitia fuiſtis: quoniã poſt
tribulationẽ horum dierũ, poſt preſſuras & terro-
H res malorum appropinquat redẽptio veſtra plena
& perfecta,quam expectatis: quia dũ finitur mun-
dus,cuius amici non eſtis: propè eſt redẽptio quam
quæſiſtis:redẽptio inquam veſtra, id eſt, ſanctorũ:
ſed econtrariò appropinquabit perditio malorum.
Hæc autem redẽptio erit plena ab omnibus malis
liberatio:tunc enim ab omnibus ſeruitutibus,ſcili-
cet peccatorũ alligatione, fomitis infectione, ſen-
ſuum illectione paſsionum infeſtatione, dæmonũ
tentatione,malorum hominũ perſecutione, neceſ-
ſariorum ſolicitudine, & ab omnibus huiuſmodi
erimus liberi,quando ponemur in libertatẽ gloriæ
Roma. 8. filiorum dei. Hæc enim redẽptio non eſt aliud, niſi
perfecta libertas animæ & corporis, vt tunc iuſti
Apocal. 5. dicere poſsint Chriſto illud Apoc. Occiſus es & re
demiſti nos deo noſtro in ſanguine tuo, & feciſti
nos deo noſtro regnum. Hoc quippe ad cõſolatio-
nem electorum cedit,ꝙ videant Chriſtũ venire,vt
eis præmia largiatur quæ ſuis promiſit. Sed væ vo-
bis ambitioſis,qui primas cathedras diligitis:ſcili-
I cet qui ad dignitates diligitis accedere, vel in ipſis
dignitatibus diligitis perſeuerare:quia tunc nõ erit
vobis pars neque ſors in ſermone iſto,nec cum ele-
ctis conſolatio:nã Chriſtum iudicem venientẽ non
libenter nec gaudenter videbitis: qui nunc præeſſe
& iudices eſſe diligitis. Quod bene Gregorius in
Moralibus atteſtatur,dicẽs:Nã cui eſſe nunc iudicẽ
libet,huic videre tunc iudicem non libet. Nõ dicit
qui iudex eſt:ſed cui eſſe iudicẽ libet,animũ videli-
cet nõ gradum redarguens, & ad voluntatẽ non ad
Lætitia iuſtorum,& triſtitia reproborũ. factum vituperationẽ referens. Quis autẽ cogitare
vel dicere valeat,quæ tunc lætitia bonis,& quę tũc
triſtitia malis erit? Vnde Greg. Qui deũ diligũt,ex
mundi fine gaudere atq; hilareſcere iubentur,quia
videlicet eum quẽ amant mox inueniunt dũ trãſit
is quẽ non amauerũt. Abſit enim vt fidelis quiſque
qui deum videre deſiderat,de mũdi percuſsionibus
lugeat:quẽ finiri eiſdẽ percuſsionibus ſuis nõ igno-
Iacobi 4. rat. Scriptũ namq; eſt. Quicũque voluerit amicus
eſſe huius ſeculi,inimicus dei conſtituetur. Qui er-
go appropinquãte mundi fine nõ gaudet, amicũ ſe
illius eſſe teſtatur, ac per hoc inimicus dei eſſe con-
uincitur. Ex mundi enim deſtructione lugere eorũ K
eſt,qui radicem cordis in eius amore plantauerũt,
qui ſequentem vitam non quęrunt:hæc Greg. Di-
cit autem hæc ad diſcipulos non tanquã ad eos qui
durare deberent in vita iſta vſq; ad mũdi terminũ:
ſed quaſi vno corpore exiſtẽte ipſis & nobis & po-
ſteris vſque ad cõſummationẽ mundi credituris in
Chriſtum. Quãuis ergo diem illã nemo ſciat: pro-
ximam tamen eſſe dubitare nõ poterit, poſtquam
tanta & talia ſigna fieri incipient. Cuius rei gratia
ſubdit parabolam,id eſt, ſimilitudinẽ ad propoſitũ
cõgruam,de ficulnea & alijs arboribus. Sicut enim Ficulneæ
ex pullulatione & fructu foliorum & florũ in ar- ſimilitudo.
bore propè eſſe æſtas agnoſcitur:ita ex ruina mũdi
quæ fructus eius eſt, & ſignis prædictis, propè eſſe
cognoſcitur aduẽtus iudicis,& regnũ dei quę æſtas
erit iuſtis ex hyeme, & peccatoribus hyẽs ex ęſta-
te. ſecũdum Chryſoſtomum: Plus de ficu quàm de
alia arbore ſimilitudinẽ ponit, quia penè poſt oẽs
arbores vernat,& ſic magis è vicino æſtatẽ nuntiat.
Vel ſimilitudinẽ à ficu ſumit, quia illa ſi mala eſt, L
mala eſt valde:& ſi bona eſt,bona eſt valde: ſic iudi
cium valde malũ eſt malis,& valde bonũ eſt iuſtis.
Vel quia dulcedo ficus dulcedinem futurorũ ſigni-
ficat gaudiorũ. Hac ſimilitudine (ſecundũ Grego- Fructus
rium) deſpiciendus mũdus oſtẽditur, cuius fructus mundi.
ruina eſt,quia ad hoc creſcit vt cadat, ad hoc ger-
minat vt quæcũq; germinauerit cladibus cõſumat.
Moraliter homo arboribus in hoc aſsimilatur,quia Moraliter
ſicut arbores poſt hyemẽ fructificant,& ęſtate fru
ctus colligitur:ſic homo poſt tribulationẽ fructum
habet, qui per tolerantiam paſsionũ acquiritur, &
hic fructus in æſtate claritatis æternæ colligitur.
Et cõuenienter regnũ dei cõparatur æſtati. Primò
quia æſtas eſt tempus lucidum, ſic regnũ cœlorũ.
Secũdò quia æſtas eſt tempus fructiferũ, ſic in re-
gno cœlorũ. Tertiò quia æſtas eſt tẽpus iucundum:
ſic regnum cœlorũ. Quartò quia eſt tẽpus trãquil-
lum: ſic in regno dei ceſſabit nubilũ tribulationũ.
Et confirmans præmiſſa aſſertione certificatoria M
ſubiungit: [amen,] id eſt,verè [dico vobis,quia nõ
præteribit generatio hæc,] id eſt, non deficiet hæc
ſexta ætas omniũ hominũ malorum & bonorum,
hoc eſt genus humanũ:vel ſpecialiter generatio hęc
ſcilicet Iudæorum, quæ non deficiet ex toto, quia
poteſt opprimi & diſpergi,nõ tamẽ deſtrui & ani-
hilari ob memoriã crucifixi. vel generationẽ Chri-
ſtianorum dicit eccleſiã volens diſcipulos cõſolari,
ne crederẽt ꝙ in illis tẽporibus fides deficeret [do-
nec omnia] quæ circa Chriſti aduentum prædicta
ſunt [fiant] & fuerint conſummata. vel ſecundum
Chryſoſtomum:donec impleatur omne myſteriũ
vocationis ſanctorum: quia quantumcunq; fideles
opprimantur tẽpore Antichriſti:tamen aliqui per-
manebunt in fide ſtabiles vſq; ad finẽ mundi: vbi de
prædicta die aduentus domini nos quaſi præmonẽ
do,ſic dicit Gregorius: Illũ ergo diem fratres cha-
riſsimi ante oculos ponite,& quicquid modo gra-
ue creditur in eius comparatione leuigatur. Illum Dies iudicij.
diem tota intentione cogitate: vitam corrigite:
mores mutate: mala tentantia reſiſtendo vincite:
perpetrata



perpetrata aũt fletibus punite. Aduẽtum nãq; ęter-
A ni iudicis tãtò ſecuriores quãdoq; videbitis:quantò
nũc diſtrictionẽ illius timẽdo præuenitis. Hęc Gre
gorius. Et addit quãdã proteſtationẽ ad aſſertionẽ
Cœlum aëreum. præmiſſorum,dicẽs:[Cœlum,] ſcilicet nõ æthereũ
ſydereum:ſed aëreum,à quo & aues cœli & nubila
cœli cognominãtur:hoc eſt inania hæc & nubilo-
ſa vẽtoſi aëris ſpatia [& terra trãſibunt] id eſt, ſuo
modo mutabũtur:ſcilicet quoad mutationẽ quali-
tatis,& eius quam nũc habent imaginis:nõ quoad
deſtructionẽ ſubſtãtiæ,ſecũdum quã ſubſiſtent ſi-
ne fine:quia quoad qualitatem in melius cõmuta-
bũtur,& forma priori depoſita innouabũtur:vt di-
catur cœlum nouũ,& terra noua:præterit eñ hu-
1. Cor. 7. ius mũdi figura: ſed quoad ſubſtantiã & eſſentiam
ſemper manebũt immobilia. [Verba autem mea]
fundamentũ æternæ veritatis habẽtia,hoc eſt ver-
borum ſentẽtię [nõ trãſibũt] ſine effectu impletio-
Verborũ dei ſtabilitas. nis:ſed ſicut dicũtur, ſic ſine vlla diminutione im-
plebuntur. Ac ſi diceret: Ecce quanta eſt ſtabilitas
verborum meorũ: quia facilius eſt ea quæ vidẽtur
B eſſe valde ſtabilia & durabilia deſtrui, quàm ver-
borum meorũ quæ vidẽtur per prolationẽ tranſire
aliquod decidere. Facilius eſt quòd tota natura
ſubuertatur,quàm quòd intellectus verborũ meo-
rum,effectu nõ cõpleatur. Plus enim repugnat di-
uinæ veritati à veritate verba ſua deficere, quàm
quodcũq; creatũ in nihilũ redegi. Auguſtinus diſ-
Cœlum triplex. tinguit triplex cœlũ. Primũ aëreũ,in quo aues vo-
litant. Secũdum æthereũ,in quo ſydere ſtant. Ter-
tium empyreũ,in quo deus & ſancti habitãt. Pri-
Cœlorum tranſitus. mum trãſibit,nõ quidẽ ſecũdum ſubſtãtiam,ſed ſe
cundum qualitatẽ: quia innouabitur & depurabi-
tur per ignẽ. Secundũ etiã trãſibit,quia à motu ceſ
ſabit,& habebit claritatẽ quã habet ſol: & ſoli da-
bitur alia claritas,& lunæ ſimiliter. Ceſſabit ergo
Motus cœli ceſſatio. motus cœli & trãſmutatio in elemẽtis,quia iſta ad
complẽdum numerũ electorum ſunt ordinata: &
ideo iſto cõpleto in iudicio ceſſabunt,ſicut ea quæ
ſunt ad finem habito fine ceſſabũt. Moraliter circa
Moraliter hoc nota quòd quia mũdus iſte quantum ad omne
1. Ioan. 2. ſui appetibile tranſit,quia ſecundum Ioannem mũ
C dus tranſit & concupiſcentia eius:hinc eſt ꝙ qui-
cũque his mundanis adhęret,ille eſt in cõtinuo trã
ſitu cum ipſo mundo. Et præcipuè triplicem facit
Tranſitus mundanorũ,& deuotorum. tranſitum miſerabilem. Primò à culpa in culpam
Secundò de culpa in pœnam. Tertiò de pœna in
pœnam. Boni autem fugiẽtes mũdum & ea quę in
mundo ſunt,faciunt triplicem trãſitum cõmenda
bilem. Primò quidem trãſeunt à culpa ad pœniten
tiam. Secundò à pœnitẽtia ad ſapientiam. Tertiò
à ſapientia ad vitã æternam. Qui hunc triplicem
facit trãſitũ,ille eſt verus Hebræus & hîc celebrat
verum Paſcha vel Phaſe,quod eſt trãſitus domini.
Moraliter Moraliter etiam nota quòd ſicut tranſitus cœli &
terræ corporalis ponitur in argumentum aduẽtus
Chriſti in iudicium,ſic tranſitus cœli & terræ ſpi
ritualis eſt argumẽtum aduẽtus verbi ęterni in mẽ
tem. Vnde ſciendum quòd per cœlum & terram,
quæ ſunt extrema mundi corpora,poſſunt intelli-
gi anima rationalis & corpus quæ ſunt duo extre
ma:ſcilicet ſpiritualis & corporalis natura. Igitur
adueniẽte verbo æterno in mẽtem [cœlum & ter-
ra tranſibunt,] id eſt vltrà ibunt,quia ſcilicet extra D
vel ſupra cõmunem hominũ ſtatum eleuabuntur
& innouabũtur:hoc enim efficit eius aduẽtus in no
bis ꝙ innouabimur,tam ſecũdum animã,quàm ſe
cundum corpus: vt exuẽtes veterẽ hominẽ cũ acti-
bus ſuis induamus nouũ hominẽ,qui ſecundũ deũ
creatus eſt. Renouabitur aũt homo ſecundũ animã Ad ephe. 4.
per reformationẽ imaginis deformatæ vetuſtate
defectuũ culpabiliũ,ad quam reformationẽ imagi Animæ
nis deformatæ anima perueniт triplici trãſitu. Nã tranſitus
primò tranſibit ab obliuione memoriæ,ad acqui-
rendã verbi æterni præſentiã per iugẽ memoriæ
recordationẽ. Secundò tranſibit ab obfuſcatiõe in-
telligẽtiæ,ad contẽplandam ſapiẽtiam per luculen
tam intelligẽtiæ perſcrutationẽ. Tertiò tranſibit
à torpore ignauiæ,ad deguſtãdam eccleſiæ dulce-
dinis affluẽtiam per ardẽtem amoris inhęſionem.
Secundum corpus etiam homo innouabitur tripli
ci trãſitu. Primò corpus tranſibit à carnalium oble Corporis
ctatione ad ſenſualitatis debitam ſuppreſsionẽ: vt tranſitus.
videlicet corpus quãtum ad appetitum animalẽ & E
ſenſitiuum,ſit ſubiectũ imperio rationis. Secundò
trãſibit à ſenſibiliũ diuagatione ad ſimiliũ corpo-
ralium & ſpecierum imaginabilium quietationẽ.
Tertiò trãſibit à paſsionũ moleſtatione ad pœnali
tatum & affectionũ æquanimẽ tolerationẽ. Igitur
quando ſic cœlum & terra in nobis tranſierũt,cer
tiſsimũ argumẽtum eſt quòd verbum æternũ nul-
latenus nos trãſiuit,ſed amorosè in mẽtem noſtrã
declinauit. In quocunque eñ homine cœlũ & ter-
ra,id eſt,anima & corpus tranſierint per gratię in
nouationẽ,illum verbum æternum non tranſibit:
imò ad deum venit per mentalem eius conceptio-
nem. Et quia ad præcauẽdum tãta mala ſuprà te-
cta neceſſaria eſt digna præparatio:ideo generalẽ
ſubdit admonitionem,dicẽs [Attendite vobis,] id
eſt diligenter cauete,[ne grauẽtur corda veſtra,] id
eſt deorſum premãtur ad vitia:ita ꝙ leuare nõ poſ
ſitis capita veſtra in crapula & ebrietate & curis hu F
ius vitæ,id eſt ex ſuperfluitate cibi & potus,& ſu-
perflua terrenorũ ſolicitudine. Crapula enim ſen-
ſum ligat,cura ſecularis ſenſum diſtrahit & ſuffo-
cat [& ſuperueniat in vos] repẽtina dies illa.ſ.iudi
cij,& [repẽtinus interitus] vos auferat neſciẽtes:&
ideo hæc vitãda ſunt & cauenda. [Tãquã laqueus Laqueus
enim,] ſ. inſperatus,qui euadi nullo modo poterit, peccatorũ
& perpetuò retinẽs quod ſemel ceperit [ſuperue-
niet in omnes qui ſedẽt ſuper faciem omnis terrę]
id eſt qui delectabiliter & per amorem quieſcunt
in terrenis,& huiuſmodi illecebris. Peccator enim
primò capitur laqueo culpæ,ſed tandem capietur
laqueo pœnę. Sancti quidem tranſeunt ſuper ter-
ram,tanquam hoſpites & peregrini:ſed mali ſedẽt
& quieſcunt in terra,tanquam ciues & domeſtici.
Vnde Theophilus: Capiet enim dies illa ſedẽtes in
ſuperficie,quaſi impremeditatos & inertes. Quot-
quot vero ſunt ſolertes & agiles ad bonum,nõ ſe-
dentes & otiantes in terrenis,ſed ſurgẽtes ab eis,ſi
bi dicentes: ſurge,vade,quoniam non eſt hîc tibi re
quies: talibus non eſt illa dies vt laqueus & diſcri-
mẽ:ſed vt dies feſtiuus. Vnde Beda: O ſtultam prę-
ſumptionem

ſumptionē cordis humani,quæ lamentabilē finem
G cupiditatis,ebrietatis,& crapulæ ,nec ipſo iudice
cōteſtante præuideat,ſed edictum regis æterni in
Credendū deo vt medico.
more ſerui nequam,poſtquā didicerit ſpernat.Et
certè ſi quis nobis peritus ac ſapiēs medicus præci
peret,attendite,inquiēs,vobis ne quis,verbi gratia
de illius herbæ ſucco auidius ſumat:quod ſi fecerit
repētinus ei ſuperueniet interitus:quanto quiſque
ſtudio præmonētis medici mādata ſeruaret,ne vi-
delicet vetitum guſtādo periret:ac nūc animarū ſi
mul& corporū ſaluator,ac dominus iubet ebriera-
tis herbā & crapulæ vitādam:necnō & curarū ſe-
cularium ſolicitudines,vt mortiferos ſuccos eſſe ca
uendas:& quāti tamen noſtrum his nō ſolum ſau-
ciari,ſed etiam cōſumi nō timēt?Nulla credo alia
cauſa,niſi quia fidē quā medici præbēt dictis , deo
præbere cōtemnūt.Si enim credidiſſent,credendo
vtique timerent:timēdo autē imminēs periculum
caderent. Vnde & Chryſ.Si dixero tibi,abſtine te
à delitijs,& ieiuna:nō facis,quia nō credis.Si ęgro
H tanti tibi medicus dixerit,abſtine te ab hoc , obau-
dis:quia credis te ſaluādum ſi ſeruaueris. Et frequē
ter illud amas quod mādūcare vetaris,& vincis de
ſiderium vētris,propter deſiderium ſanitatis.Mul-
tò magis ieiunare poteras,ſi crederes iucūditatem
illam futuram.Hæc Chryſoſtomus.Maior inſania
Animæ mors formidanda.
nō poteſt eſſe,quàm mortem animæ non formida
re.Quia(vt ait Chryſoſto.)Quantò pretioſior eſt
anima quā corpus,tātò miſerabilior perditio ani-
marum quàm corporum.Deinde monet omnes,
dicēs:Vigilate itaque omni tempore,nō vigilia ſen
ſus:quia nullus poſſet hoc ſuſtinere,ſed vigilia in-
Cant.5.a. 1.Theſ.5.c
tellectus,de qua in cāticis dicitur:Ego dormio,&
cor meū vigilat:& omni tēpore orātes,nō ꝙ ora-
tio ſit ſemper cōtinua,quia oportet eam ſæpe in-
terrumpi ſomno,& alijs neceſsitatibus corporis:
ſed continuitas intelligitur quòd non interueniat
mortale peccatū impediēs ipſius effectum & opus
bonum & ideo ſubditur vt digni habeamini fuge-
re,id eſt cauere ſalubriter omnia iſta quæ ventura
ſunt,& ſtare ſecuri in iudicio ante filium hominis
ſedentis ſcilicet ad iudicandum:id eſt,corā Chriſto
I in forma humana iudicante,quia illi qui tunc inue
nientur ſine peccato mortali,erūt ſalui:vt dicit glo
ſa. Hæc eſt ſumma beatitudinis,ſcilicet in præſen
tia iudicis ſecurum cōſiſtere.Mali aūt cadent ante
eum ita ꝙ amplius nō reſurgent:quia pœnam quā
libet mallent ſuſtinere,quā ipſum videre. Vbi Au-
guſtinus.Hæc intelligitur illa fuga,quæ non debet
fieri in hyeme,vel in ſabbato. Ad hyemem perti-
nēt curæ huius vitæ,quæ triſtes ſunt velut hyems:
ad ſabbatū verò crapula & ebrietas,quæ carnali lę
titia,luxuriaq; cor ſubmergit atque obruit , quod
malum ſabbati nomine ſignatur:quia illo die Iu-
dæi delitijs affluūt,dū ſpirituale ſabbatū ignorant.
Et ſecūdum eūdem Auguſt.Omni tempore opus
eſt vigilia mentis ante mortem corporis,vt in prę
ſentia ſummi iudicis cōſiſtamus.Hoc enim eſt no-
Vigilādū eſſe.
ſtra beatitudo.Vbi Beda:Qui ante filiū hominis
ſtare:eiq;(iuxta Apocalyp.Ioannis)die noctuòue
in tēplo eius ſeruire deſiderat,nec ab eius aſpecti-
bus in ignē æternū maledictus abijci:nō ſolū ab il
lecebris ſecularibus caſtigari,ſed & orare & vigila
re,& hoc nō quibuſdam diebus,ſed omni tempo- K
re facere debet.Iuxta quod Pſal.ait:Benedicā do-
minū in omni tēpore,ſemper laus eius in ore meo: Pſal.33.a.
ſic nāque merebitur habitare in domo domini,&
in ſeculū ſeculi laudare illū.Hæc Beda . Cur autē
monuit vt vigilemus & ſoliciti ſimus,declarat pro
tinus:cū ſubdit:Neſcitis enim quādo tēpus ſit:ſcili
cet iudicij,ſiue mortis propriæ.Et quia dixerat do
minus aduētum,& regnū ſuū propè eſſe:ne diſci- Filiū neſcire diem iudicij.
puli æſtimarent quòd ex ſignis prædictis poſſet
dies & hora ſciri,determinatè ſubiūgit:De die aūt
illa & hora,ſcilicet quādo ad iudiciū veniet,nemo
in eccleſia,id eſt nullus hominū ſcit determinatè,
neque angeli cœlorum ſciūt:quia nō eſt de perti-
nentibus ad beatitudinē:neque filius ſcit,niſi ſolus
pater.Secūdum plures doctores intelligendū eſt ꝙ
homo,vel angelus,nec ſibi,nec alijs ſcit diem iudi-
cij,ſed filius in patre ſcit,ſibi quāuis alijs neſciat,
id eſt nullū ſcire faciat.Pater aūt ſolus ſcire dicitur L
quia ſolus facit filiū ſcire. Nota quidē eſt hęc regu Scire ideo
la loquēdi,vt ibi:Tētat vos deus vt ſciat:id eſt,ſci- Deute.13.
re vos faciat,ſi diligitis deū.Et ibi:Nunc cognoui Gene.22.
qm̄ times deum,id eſt nunc feci vt cognoſceres.Vt
enim dicitur dies lætus,quia lætos facit:& frigus
pigrū,quia pigros reddit:ſic dicitur filius neſcire,
vel ſcire nobis quibus miſſus eſt,quæ ſcire vel ne-
ſcire nos facit:ſcit itaq; in ſe,& ſibi nō nobis.Vnde
per hoc quod dicitur:Niſi ſolus pater , à quo fons
omnis cognitiōis eſt,nō excluditur filius,vel ſpiri-
tusſanctus qui in eodē fonte habitāt,ſed magis in-
cludūtur,quia vna eſt triū perſonarū notitia.Sicut
ergo principiū mūdi à ſolo deo fuit præcognitum, Dies iudicij cur ignotus.
quia mūdus immediatè ab ipſo factus eſt:ita & fi-
nis mūdi ſoli deo eſt cognitus,& homini Chriſto
reuelatus,ad quē pertinet iudicare de omnibus.No
bis aūt hoc vult eſſe cælatū:quia ſecūdum Hiero-
ny. Nō expedit nobis,imò nec expediebat apoſto-
lis ſcire diē & horam illam iudicij,ne pigriores ſi-
mus,ſed ſemper incerti de temporibus futuris , &
aduentu iudicis:ſic quotidie viuamus cum timore,
& ſemper vigilemus ſoliciti,quaſi in proximo,& M
altera die iudicandi ſimus,ac pēdulæ expectatiōis
incerto,ſemper eum credamus futurum quē igno
ramus quādo venturus ſit.Signa quidē appropin-
quatiōis aduentus eius,ſcire poſſumus & debemus
ſed diē præciſum neſcimus. Vbi Chryſoſto . Ecce Senij vtriuſque mūdi comparatio.
ſenectutis ſigna cognoſcimus:diē autem vltimum
ignoramus:ſic & labentis ſeculi ſigna ſcimus,finē
eius non agnoſcimus.Sicut enim quando videmus
hominē ſenem,ſcimus quia propè moriturus eſt:
quādo autem,neſcimus:ſic & cùm mundum per-
turbatum videmus,caſurum cognoſcimus,diē au-
tem ignoramus. Vnde & Auguſtinus:Finis quidē
ſeculorum eſt ætas ſexta mundi,videlicet ab aduē
tu domini vſque in finem ſeculi. Senectus verò tā-
tum temporis ſolet tenere , quantum omnes ęta-
tes cæteræ.Nam cū anno ſexageſimo ſenectus di
catur incipere,& hominis vita poſsit vſque annos
cētumviginti peruenire,manifeſtum eſt ſolam ſe-
nectutem tam longā quàm omnes ætates priores
eſſe poſſe:fruſtra igitur annos qui remanent huic
ſeculo



A ſeculo conaremur diffinire:omniū enim de hac re
calculātium, digitos & peritiā numerandi reſol-
Acto.1.
uit,& quieſcere iubet,qui ait:Nō eſt veſtrū noſſe
tempora vel momēta,quæ pater poſuit in ſua pote
ſtate.Hæc Auguſti.Nō eſt quippe noſtrum noſſe
tempora vltrà quàm reuelatur,vel traditur per ſcri
pturas,quia hoc eſt præſumptionis.Sed ſecundum
ſcripturas noſſe,eſt eruditionis:quāuis ergo reuela
tum fortè fuit alicui tempus aduētus Antichriſti:
nō tamen ſequitur vt ſciat de die iudicij.Neſcitur
enim quāto interſtitio poſt Antichriſtum futurū
ſit iudicium.Quia licèt ſcriptum ſit quòd quadra
ginta dies dabūtur ſanctis ad pœnitēdum poſt An
tichriſtum:neſcitur tamen vtrum ſtatim poſt illos
dies quadraginta futurum ſit iudicium . Creditur
Tēpus reſurrectionis generalis.
tamen quòd nocte reſurrectionis dominicę erit ge
neralis reſurrectio:ſcilicet in nocte Paſchæ.Ideo
ſecundum Iſidorum:In primitiua eccleſia fideles
tota nocte illa vigilabant,quaſi iudicem expectan-
tes. Quo autem anno dies iſte vēturus ſit, penitus
B ignoramus. Iſtud verò quod hîc ad literā exponi-
tur,de die iudicij generalis moraliter:poteſt intelli
gi de die iudicij particularis,qui eſt dies mortis cu
iuſlibet hominis:diē enim mortis ſuæ nullus ſcit,
niſi deus ſibi reuelauerit:& ideo eſt nobis vigilan-
dum de hac die,ſicut de illa ſolicitè cogitandum:
quia qualis quiſque exierit de hoc mūdo,talis præ
ſentabitur etiam in futuro iudicio.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte,veni ad me in nubibus
pœnitentiæ,& cor meum in pluuiam lachry
marum reſolue:eijce in poteſtate vitiorū dæ
monia,& maieſtate in me regna.Fac me ô noſtra
redemptio ad te reſpicere interioribus oculis,& le
uate caput mentis:da mihi videre ficulneam,ſenti
re ſcilicet tuę charitatis dulcedinem,& omniū vir
tutum arbores producant in me fructū bonorum
operū:vt mihi propè ſit ęſtas regni cœlorū.Pręſta
mihi cauere omnia vitia,& vigilare in oratiōe cō-
tinua:vt merear mala ventura fugere,& in iudi-
cio ante te ſecurus ſtare.Amen.

De die domini iuxta exēplum Noë,vel Loth
C ſubitò venturo,ac de vno aſſumpto& alio re
licto. Caput xlv.

Matth.24 & Luc.17
POſt hęc declarat incertitudinem diei
domini:introducēs terrorem inſpera
ti diluuij:& hortans vt vigilemus,&
nos præparemus bene operando , ne
dies domini inueniat nos imparatos.
In hac autem cōparatione tēporis iudicij,& ipſius
diluuij,implicātur duo iudicia generalia:vnū quod
pręceſsit,ſcilicet per aquā in diluuio:aliud quod fu
Iudicium per aquā & ignem.
turū eſt,ſcilicet per ignē in generali incēdio.Poni
tur ergo comparatio,quātū ad incertitudinē vtriuſ
que,quoad tēpus determinatum,& etiam quoad in
credulitatem multorū carnaliū.[Sicut enim in die
bus Noë]eo fabricante arcam,& prædicāte dilu-
uium futurum:[erant homines comedentes & bi-
bentes,]ac matrimonia facientes:id eſt,gulæ,& e-
brietati,ac luxuriæ dediti:& ſine timore laſciuien
te ſecuri:& eis credere nolentibus,ac vanitatibus
vacantibus ,& nihil timentibus,ſubitò veniens[di-
luuium]ſubmerſit &[perdidit oēs:]præter Noë&
cum eo in arca exiſtentes:ſic & circa diem iudicij D
hominibus,vacantibus voluptatibus & vanitatibus
ac in ſecuritate exiſtentibus,& de nullo timētibus,
aduentus Chriſti ſubitò & inſperatè veniet:& oēs
quos reperiet extra arcam,id eſt eccleſiam,perdet,
& cōdemnabit:ſed in eccleſia per fidem,& opera-
tionem exiſtentes,cuſtodiet & ſaluabit.Vt dicit Be Licitorū immoderatus vſus dānatur.
da:Non hîc coniugia,vel alimenta damnantur:ſed
immoderatus licitorū vſus arguitur.Neque enim
quia hęc agebant,ſed quia his ſe totos dedendo dei
iudicia cōtemnebant,aqua perierūt.Hæc Beda.In
teritus quidem illorū erat ſubitaneus,non quia an
tè minimè nūtiatus:ſed quia à nullo creditus.Vn-
de Maximus epiſcopus:Noë & ſi tacebat voce,ope
re loquebatur:ſi ſilebat lingua,fabricatione,clama
bat:Nam vtique cùm operaretur opus nouum , &
nulli aliquando cōpertum,admonebat cunctos no
uis periculis noua tabernacula præparari:loqueba
tur ergo opere,& dicebat illud euangelicum domi
ni dictum:Si mihi non creditis,operibus credite.
Hęc Maximus.Sed peruerſi homines arcam in tot E
annis conſtructam videntes,ſine dolore lætabātur:
nihil futurorum præuidētes,& iudicia dei cōtem-
nebant:nō euigilātes, ſed in malitijs dormitantes,
& ſubitò à diluuio abſorpti ſunt,& repentinus in-
teritus tulit omnes in magna ſecuritate exiſtētes,
& nihil timētes. Sic domino fabricante arcā eccle
ſiæ,extra quā nō eſt ſalus,prædicatur aduētus do-
mini ad iudiciū inopinatus.Multi quoq; hoc tem-
pore pœnitentiā agentes,& exēpla pœnitētię alijs
oſtendētes:& ſi tacent voce,tamen cum Noë loquū
tur opere,dicentes:Si nobis nō creditis,vel operi- Ioan.10.
bus credite.Sed reprobi contemnentes laſciuiunt:
& in die qua nō putant veniet dominus,& perdet
eos.Et cùm dicēt pax & ſecuritas,quaſi ſecuri exi
ſtentes,& de nullo timentes,veniet ſuper eos repē
tinus interitus:& non effugiēt tribulationem im-
minētem.Vbi Beda:Myſticè autem Noë arcam
ædificat:cùm dominus eccleſiā de viris fidelibus, Arcā Noë fabricat.
quaſi lignis leuigatis adunando cōſtruit:quam per
fectè conſummatam ingreditur,cùm hanc in die F
iudicij præſentia ſuæ viſionis æternus habitator
illuſtrat.Sed cū arca ædificatur,iniqui luxūriātur:
cùm verò intratur intereūt:quia q ſanctis hîc cer-
tātibus inſultāt, eis illic coronatis æterna damna-
tione plectētur.Hæc Beda.Sic multi de morte ſua
non cogitāt,quāuis certitudinaliter ſunt morituri:
& frequētur venit mors,quādo nullū timetur peri
culum:ſubitus enim erit aduentus filij hominis ad
iudicium generale,vel particulare veniētis. Vnde
Chryſoſtomus:Et quid mirum ſi periturum mun
dum audiūt,& nō credunt.Ecce morituros ſe eſſe
quotidie audiunt homines, quoties mortuos alios
vident,& tamen nō credunt ſe morituros.Si enim
crederent ſe morituros, non facerent ea pro qui-
bus moriūtur morte digna. Si ergo illud quod quo
tidie fieri vident in alijs, in ſe futurum eſſe nō cre-
dūt:quomodo illud credēt futurū,quod adhuc nun
quam factum eſt?Hæc Chryſoſtomus. Hoc idem Similitudo de Loth ſumpta.
etiam oſtēdit ex ſimilitudine facti in diebus Loth.
Similiter enim ſicut tunc factum eſt,ſcilicet quòd
impij

impij igne & ſulphure perierunt, ſic impij in die aduentus Chriſti peribunt. Quia homines illius tẽporis edebant & bibebant. Ecce peccatū voluptatis: emebant & vendebāt, ecce peccatū cupiditatis: plantabant & ædificabant, ecce peccatū nimiæ ſecuritatis: & in ſecuritate erāt vſq; in diē illam qua [exijt Loth à Sodomis,] qua dñs [pluit ignem,] contra immoderatū ardorem: [& ſulphur,] cōtra fœtorem: [de cœlo,] ſcilicet aëreo, [& perdidit omnes] illos, & adiacẽtes ciuitates. vbi Beda: Prætermiſſo dominus illo maximo, & infando Sodomorum ſcelere: ſola ea quæ vel læuia, vel nulla putari poterant delicta cõmemorat: vt intelligas illicita qua pœna feriātur, ſi licita & ea ſine q̄bus hæc vita non ducitur, immoderatius acta, igne & ſulphure puniuntur. hæc Beda. Si quãdo filius hominis reuelabitur, q modò occultatur, ſcilicet in aduentu ſuo futuro, erūt homines in ſecuritate, nihil timentes de futuro iudicio vſq; ad tẽpus illud, quo Chriſtus in humanitate glorioſa videbitur veniẽs ad iudicium: veniet enim quãdo homines non aduertent periculum. ſecundū Chryſoſtomū, hoc totum dixit, oſtendẽs qualiter repẽtè veniet & inopinatè, & pluribus laſciuientibus, & ſine ſolicitudine exiſtẽtibus. vbi Beda: Pulchrè dicit, reuelabitur: quia qui interim nõ apparens omnia videt, tūc apparens oïa iudicabit: apparebit autẽ iudicaturus eo maximo tẽpore, quo cunctos iudiciorū eius oblitos huic ſeculo cõſpexerit eſſe mãcipatos: quia licèt mundi terminus olim præfinito ſit venturus in tempore: frigẽte tamẽ circa finẽ charitate multorum, tanta crebreſcet humani generis iniquitas, vt meritò debeat cū ipſo, quẽ inhabitat orbe deleri. Nam & nunc quidẽ innumeros adeo cõmeſſationi & ebrietati, emptioni & venditioni cæteriſq; mundi rebus inhærere videmus, vt palàm diſtricti iudicis irã eos prouocare nõ lateat. Sed tamen quod ſine graui mœrore ſapiens quiſque ſaltẽ cogitare non valet, peiora iam iamq; ſuperuẽtura formidamus: quod enim de vna quondã peccatrice gente dolenda dictū eſt: necdum completa ſunt peccata. Amorrẽorū de tota proculdubio prauorū maſſa damnanda conſtat eſſe ſentiendū. Myſticè, ſecundum Bedam, Loth qui interpretatur declinãs, eſt populus electorū, qui dum in Sodomis, id eſt inter reprobos vt aduena moratur, quantum valet eorum ſcelera declinat. Exeunte aūt Loth de Sodoma, perit: quia ſecundum Chry. Quandiu ſunt homines fideles, ſtat iſte mūdus: & cùm ſancti de mūdo deficiunt, eſt vtiq; caſurus: ſic etiã egredientibus Iſraëlitis de Aegypto, exterminatus eſt Aegyptus. Hęc igitur prędicta audiẽtes timeamus actus noſtros, & ab otio ac laſciuijs ammodo abſtinẽtes, & de pręteritis pœnitentiã agentes, ad illam diẽ domini nos ſine ceſſatione pręparemus. Deinde poſt certitudinẽ temporis iudicij, oſtẽdit incertitudinẽ ſalutis iudicandorū, ne quis de ſuo ſtatu præſumat, vel ſe eleuet, quia in omni ſtatu erūt aliqui electi, & aliqui reprobi. [Tunc] enim in illa nocte tribulationis, quia Antichriſtus hora tenebrarū eſt: & ſimiliter eſt in nocte mortis [duo erūt in agro,] id eſt in agricultura prælationis, qui præſunt eccleſijs & operantur in eccleſiæ miniſterio tanquam in agro dei, vt ſurgat & proficiat meſſis huius agri domini, [vnus aſſumetur,] ſcilicet ad gloriã, vt prælatus bonus & vtilis: [alter relinquetur] ad pœnam ſcilicet prælatus malus & inutilis. Item [duæ erunt molentes in mola,] id eſt, in exercitio actionis, quę in modum molæ voluitur ſolicitudinibus, & pertinet ad populos qui fœminarū nomine deſignantur quia tanquam infirmi à præpoſitis reguntur [vnus aſſumetur] ad gloriã. ſ. iuſtus: [alter relinquetur ad pœnã,] ſcilicet iniuſtus. Item [duo erunt in lecto,] id eſt, in quiete cõtemplationis, qui otiū & quietẽ eligunt: & neq; negotijs eccleſiaſticis, neq; ſecularibus occupati: ſed velut ad hæc infirmi ſecedunt ad otium & quieti eſſe diligūt: non ſe magis actionibus cõmittentes, & quodammodo in ſtatu infirmitatis deum rogantes [vnus] ſcilicet bonus: [aſſumetur] ad ſalutẽ: [alter,] ſcilicet malus relinquetur ad damnationẽ. In quolibet ergo iſtorum ſtatuū oſtenditur aliquos eſſe electos, & aliquos reprobos: in quolibet enim ſunt boni & mali. Quia ſecundum Aug. In omni conditione, & gradu optimis mixta ſunt peſſima. Et qui boni fuerint aſſumẽtur ad gaudia æterna vbi eſt Chriſtus: quia [vbi eſt corpus,] id eſt, dñs in corpore, ſcilicet Chriſtus, qui eſt homo corporeus, & aquilarū, id eſt, animarū ſanctarum prædæ: [ibi congregabūtur & aquilæ:] ſpirituales in corpore. ſ. ſancti & electi, qui eius paſsionẽ humilitatẽq; imitando, tanquã de eius carne ſaturantur: quorum per reſurrectionẽ, vt aquilæ iuuentus renouabitur: mali verò cum diabolo ad pœnã ęternam relinquẽtur. Et ideo vt dicitur in Oſe: Conſolatio abſcõdita eſt ab oculis meis: quoniã ipſe inter fratres diuidet. Cùm ergo dicitur quòd de agro & de mola, & lecto vnus aſſumetur, & alter relinquetur: nõ de duobus hominibus dictum eſt, ſed de duobus generibus affectionū. Nec alia videtur eſſe genera hominū, quibus conſtat eccleſia, quàm iſta tria habẽtia binas differẽtias, propter aſſumptionẽ & relictionem. Vnde Chryſoſtomus: Quãdo iuſti quidem aſſumūtur, peccatores autẽ relinquuntur: omnes iuſti in vno homine figurãtur, & oẽs peccatores in vno. Videat vnuſquiſque modò qualis ſit, & talẽ ſe faciat quòd debeat aſſumi, & non relinqui: quia boni tantū aſſumentur, mali verò relinquẽtur. Hi autẽ tres ordines, quoad ſaluãdos, ſignificantur per tres viros qui ſaluauerunt animas, & quos ſolos liberãdos Ezechiel propheta prænuntiat: ſcilicet Noë, qui ſignificat ſtatū prælatorum, per quos eccleſia regitur: ſicut p illū in aquis arca gubernata eſt, quę figurã eccleſiæ geſtabat. Et Iob per quẽ ſignificatur ſtatus actiuorū: qui vxorem, & amplas terrenarum copias habuit, & curam domus propriæ exercuit. Et Daniel vir deſideriorum: per quẽ ſignificatur ſtatus cõtemplatiuorum qui nuptias contẽpſit, & cœlibẽ vitam elegit, & in aula regia abſtinẽtię deditus fuit. De clericis verò qui negotia ſecularia, & cauſas ciuiles tractãt, dubitari põt, ſub quo horū ſtatuū cõprehendi poſsint & debeãt. Et quia vt dictū eſt ſuprà, incerta eſt dies domini, & de die illa nemo hominū ſcit: & vt iam viſum eſt, incertitudo eſt ſalutis in quocūque ſtatu quis

Marginalia (p. 558): G — Licitorū immoderatus vſus. — H — Gene. 15. d — I — Myſticè. Loth declinans interpretatur. — Mundi caſus. — Saluatio incerta. — De vno aſſumẽdo. — K — Mixtio populi. L — Oſee 13. — M — Ordines ſaluandorum tres. — Noë. — Iob. — Daniel. — Clerici negotiatores.



quis fuerit. Ideo ex præmiſsis concludit, ne torpeamus in peccatis dormitãdo, ſed ſoliciti ſimus & vigilemus cõtra mortis incertitudinẽ, bonis operibus iugiter inſiſtendo, dicens: [Vigilate ergo] & ſemper in ſolicitudine ſitis, [quia neſcitis qua hora,] vel in mane pueritiæ, vel in terra iuuentutis, vel in ſexta ſenectutis, vel in ſero ſenij [dñs veſter venturus ſit] ad iudicium particulare, in cuiuſlibet mortẽ: ſiue ad iudiciū generale in reſurrectione: ne cū venerit ſubitò & ex inſperato, dormientes nos inueniat & imparatos. Vnde Eccleſiaſtes: Neſcit homo finem ſuū: ſed ſicut piſcis capitur hamo, & ſicut auis cõprehenditur laqueo, ſic homo capitur in tẽpore malo. vnde & Bernar. Nihil morte certius, & nihil hora mortis incertius. Nã neſcimus quomodo, aut quando, aut vbi moriemur, quoniam mors vbique expectat nos. Idcirco debemus eſſe parati: vt cùm corpus reuertetur ad terrã, de qua ſumptū eſt: ſpiritus redeat ad deū, qui miſit illū. Vnde etiã Gregorius: Nemo in huius vitæ itinere torpeat, ne in patria locum perdat. Quia enim adhuc hodie licet bene agere ſcimus: vtrū cras liceat ignoramus. vnde & Chryſ. Qua ratione ab vnoquoq; homine abſconditus eſt dies mortis ipſius videlicet vt ſemper benefaciat: ſemper mortẽ ſuam ſperans: eadem ratione & ab omnibus hominibus abſconditus eſt dies aduentus Chriſti: videlicet vt nõ vna generatio ſaluetur ſciens aduentū eius, ſed omnes, dum in ſingulis quibuſque generationibus aduentus eius ſperatur. hæc Chryſoſto. Quia ergo tempus iudicij, & etiam mortis eſt incertū: ideo debemus ſemper eſſe parati ad ipſum expectandū: & ſemper eſſe in continua ſolicitudine ne improuiſi inueniamur in morte. vnde Bernardus cõtra negligẽtes ſe parare. Miſer quare omni hora te non diſponis? Cogita te mortuum, quem ſcis de neceſsitate moriturum: diſtingue qualiter oculi vertentur in capite: venę rūpentur in corpore, & cor ſcindetur dolore. Hæc Bernardus. Habeamus igitur in memoria: quia mūdus fallax, vita breuis, finis dubi⁹, exitus horribilis, iudex terribilis, pœna interminabilis: & hæc ſemper nos terreant, & ad vigilandum inducant. Vnde Baſilius: Semper ante oculos tuos verſetur vltimus dies. Cùm diluculò ſurrexeris, ne ad veſperã te cõfidas peruenire. Et cùm quieſcens lectulo membra tua compoſueris, de lucis non confidas aduentu: & facilimè poteris refrenari ab omnibus vitijs. Semper cor tuum cœleſtia promiſſa meditetur, vt ipſa te ad virtutis viã prouocent. Eſto nūc talis in operibus tuis, qualem te vis futurum poſtmodū. Hæc Baſilius. Hæc itaq; ſcientes, & illam diem ſemper ſuſpectam habentes: faciamus nunc de nobiſipſis iudicium, præoccupãdo faciẽ domini in confeſſione & iuſtitia: perficiẽdo dignos fructus pœnitẽtiæ, vt deum nobis propitium inueniamus & benignū. Vnde Bernar. Si noſmetipſos dijudicauerimus, nõ vtique iudicabimur. Bonū iudiciū quod me ab illo diſtricto diuinoq; iudicio ſubducit, & abſcondit. prorſus horreo incidere in manu dei viuentis: volo vultui iræ iudicatus præſentari, nõ iudicandus. Iudicabo proinde mala mea, iudicabo & bona. Mala melioribus curabo corrigere actibus, diluere lachrymis, punire ieiunijs: cæteriſq; ſanctę laboribus diſciplinæ. In bonis de me humiliter ſentiã, & iuxta præceptum domini ſeruum inutilẽ me reputabo, qui quod facere debui tantum feci: ſcrutabor ego vias meas, & ſtudia mea, quò is qui ſcrutaturus eſt Hieruſalem in lucernis, nihil inſcrutatum in me, ſiue indiſcuſſum inueniat. Neq; enim iudicaturus eſt bis in idipſum. vnde & Chryſoſto. In proprijs peccatis nõ erubeſcamus homines: ſed timeamus, vt oportet, deum: qui & nunc videt quę fiunt, & tunc punit eos qui non pœnitentiam hîc agunt. Qui enim verecundiã hominum inſpicit nunc ſolum: deo autem inſpiciente nõ verecundatur agere aliquod inconueniens: neq; vult pœnitere & tranſmutari: in illo die vniuerſo orbe terrarū conſiderãte exemplificatur. Omnia enim vt in imagine tūc ſtabunt ſecundum oculos noſtros, vt per ſe condẽnatus vnuſquiſque ſit. De reliquo igitur, ſi nõ vult quis diuulgari, quæ ſua ſunt in illa die ſanet iã vulnera, inſtat enim de reliquo noxarum tempus. Simus ſemper parati, non ſemper horum poteſtatem habebimus. Quocirca hîc pœniteamus, vt ita propitium deum inueniamus ſecundum futurum diẽ, & multa potiamur eius clementia. hæc Chryſo.

## ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte, da mihi incertitudinẽ diei aduentus tui vigilando & bene operãdo præuenire: ne voluptatibus & vanitatibus vacans, ſubitò imparatus inueniar illa die: præſta mihi vt tunc inter electos tuos merear tua gratia connumerari, & cum ipſis ad gaudia æterna miſericorditer aſſumi, & ſic cū eiſdem electis & ſanctis tuis, quorum per reſurrectionem renouabitur vt aquilę iuuẽtus, ergo te miſerãte, vbi tu in corpore glorioſo es cõgregatus de tua ſatiari merear viſione, & exultãs te iugiter laudare ſine fine. Amẽ.

## De vigilia patrisfamiliãs, cuſtodientis, contra furem domum ſuam. Cap. XLVI.

DEinde probat per exemplū quòd ſit vigilandum. Magis enim vigilandū eſt pro æternis, quàm pro tẽporalibus: ſed paterfamiliãs hora ſuſpecta de aduẽtu furis vigilaret pro corporalibus: ergo & nos omni hora (quia omnis hora eſt ſuſpecta) debemus vigilare pro ſpiritualibus: & ſemper eſſe ſoliciti, vt in morte inueniamur parati. Si ergo paterfamiliãs ſolicitus eſt de domo cuſtodienda: multò fortius nos debemus eſſe ſoliciti de vita æterna, ne perdamus eam: quod erit, ſi inueniamur per gratiæ carentiã. Secundum Chryſoſtomum: Confundit hîc deſides: quia non tantum ſtudium faciunt pro anima, quantum alij pro pecunia: qui fures expectant ne perdant: illi enim vigilant vt reſiſtant furi, hi autem non vigilant vt inueniantur parati. Exponitur autem hæc ſimilitudo, ſecundum Chryſoſtomum dupliciter. Primò modo vocat furem, diabolum: domum, mẽtem: quam ſi intrauerit per negligentiam ianitoris rationis, ſpoliat domum illam veſtimentis iuſtitiæ, auro ſapientiæ, argento innocentiæ. Domum ergo ſuam quis ſinit perfodi, cùm ſuggeſtioni conſentiens virtutibus ſpoliatur, & viribus læditur.

Marginalia (p. 559): A — Eccleſiaſtes 9. — Dilatio boni operis vituperatur. B — Timenda hora mortis & iudicij. — C — Dijudicare noſipſos debemus. — D — Naum 1. — E — Matt. 24. Lucæ 12. F — Deſidiū & pigrorum increpatio. — Fur.

bus lęditur. Secundum hanc viam notātur tria de G patrefamiliâs: videlicet ſcire, vigilare, & nō ſinere. Debet ergo ſcire inſidias furis: id eſt, cognoſcere prudenter: vigilare, ad ſui cuſtodiam: id eſt, cauere ſolerter: non ſinere, id eſt, reſiſtere fortiter, ne perfodiatur domus foſſorio diaboli: qui primò, percutit ſuggeſtione, ſecundò fodit delectatione, tertiò perdit cōſenſu: primū vix pōt caueri, ſecūdum magis, tertium maximè. Alio modo exponēdo, vocat furem mortis diē: quia occultè, ſicut fur: domū, corpus: ianuā, os, & aures: feneſtras, oculos. Et eſt ſenſus: [Quia ſi ſciret paterfamiliâs, qua hora fur veniret,] id eſt, mors quæ fur dicitur: & meritò, vel propter improuiſum aduentū, & occultū introitū, vel propter ſcrutinium, & ſpoliationē rerū omniū: [vigilaret vtiq;] ne moreretur in peccato & culpa: quia mors peccatorū peſsima: [& nō ſineret domū ſuam perfodi:] id eſt, cum violētia animā à corpore extrahi, ſed ſponte exire. vnde Chryſo. Quoniā animæ peccatrices, in corpore quaſi in proprio domicilio delectantur, veniēs cum ſententia dei, ange-

Pſal.33.

H lus mortis perfodit corpus, & animā violēter auellit ab eo. Animæ autē iuſtæ, quæ non delectantur in corpore, ſed quaſi in exilio ibi ſunt: veniēte ſententia, non perfodiūtur nolentes, ſed vocantur gaudentes. vnde & Grego. Neſciēte patrefamiliâs fur domum perfodit: quia dum à ſui cuſtodia ſpiritus dormit, improuiſa mors veniēs carnis noſtræ habitaculum irrūpit: & eum quē dominum domus dormientem inuenerit, necat: quia dum vētura damna ſpiritus minimè prǽuidet, hūc mors ad ſupplicium neſcientem trahit. Furi autē reſiſteret, ſi vigilaret: quia aduentū iudicis qui occultè animas rapit, pręcauens, ei pœnitendo occurreret, ne impœnitēs periret. Et iterū: Horam verò vltimam dominus noſter idcirco nobis voluit eſſe incognitam, vt poſsit ſemper eſſe ſuſpecta: vt dū illā præuidere minimè poſſumus, ad illā ſine intermiſsione præparemur. hæc Greg. Deinde cōcludit ex prædictis, & admonet nos vt parati ſimus: quia ſi tāta adhibetur diligentia pro cuſtodia rei paruæ: multò magis adhi-

Horæ vltimę incertitudo.

I beri debet pro cuſtodia animæ. Vnde dicit: [Ideo & vos eſtote parati,] ſine macula cordis, oris, & operis: [quia qua hora nō putatis,] id eſt, inſperatè: [filius hominis vēturus eſt,] ad iudiciū particulare, in morte: vel ad iudiciū generale, in mundi fine. Igitur quia neſcimus diē, vel horam illā vnā, quando occultè & furtim vēturus ſit dn̄s: vigilemus non vna die, vel vna hora: ſed ſemper omnibus diebus & horis, quaſi ſemper ſit venturus: ne in illa die & hora dormiētes & imparati inueniamur. O quàm fœlix qui nouiſsima prouidet, qui ſibi à peccatis cauet, qui ſeipſum nō negligit, qui ſe omni tēpore ad mortem præparat & diſponit: vt quādocunq; mors venerit, paratum eū inueniat, gaudēterq; ipſum recipiat: quaſi qui liberatoris ſui aduentū deſideratū expectat, dicēs cum apoſtolo: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Deinde generaliter ſubiūgit, [quod autē vobis dico: omnibus,] ſcilicet præſentibus & futuris: tā rectoribus eccleſię quàm ſubditis: [dico, vigilate,] per ſolicitudinē, quam ſibi quilibet impendere debet, vt cōmune omniū præceptū nouiſſimi per primos audiant. Vbi oſtendit ꝙ nō loquēbatur tantum diſcipulis, ſed pro omnibus fidelibus K præſentibus & futuris. Quāuis enim dies ille non omnes inuenturus ſit in hac vita: tamen ad omnes quodāmodo pertinet: videlicet, quia tūc vnicuique dies ille veniet, cùm venerit ei dies vt talis hinc exeat, qualis illo die iudicādus eſt. Talis enim prǽſentabitur iudicio: ſcilicet in parte electorū vel dānandorum: qualis inuenietur in morte, quātum ad gratiam & meritū, vel culpā & demeritū. In quocunq; ſtatu quēque inuenerit ſuus nouiſsimus dies, in eo comprehendet eum mundi nouiſsimus dies: quoniam qualis in die iſto quiſq; capitur & moritur: talis in die illo prǽſentabitur & iudicabitur. vñ Augu. Nemo quærat nouiſsimū diem quādo futurus ſit. Sic vigilemus omnes bene viuēdo, ne nouiſſimus dies cuiuſcunq; noſtrum inueniat nos imparatos, & qualis quiſque hinc exierit ſuo nouiſsimo die: talis inueniatur in nouiſsimo ſeculi die: & ideo vigilare debet animo omnis Chriſtianus, ne imparatum eū inueniat domini aduētus. Imparatū autē inueniet dies ille, quē imparatū inuenerit ſuæ vitæ L huius vltimus dies. Vbi inueniemur, ibi iudicabimur. hæc Augu. Qualem ergo dominus in morte quemque inuenerit, talē illo die iudicabit, qui etiā in morte iudicium ſuū cognoſcit. Vnuſquiſq; enim Chriſtianus in morte Chriſtū videbit, & tunc cognoſcet an de electis, vel damnatis ſit. Vnde Lotharius: qui poſtmodū Innocentius tertius eſt dictus, in libro de miſeria cōditionis humanæ, ſic ait: Videat ergo tā bonus quàm malus, antequā aĩa egrediatur à corpore, Chriſtū in cruce poſitū. Malus videt Chriſtum ad erubeſcentiā & confuſionem, vt erubeſcat ſe nō eſſe redemptū ſanguine Chriſti ſua culpa exigente. Vnde de malis dicitur: Viderunt in quē pupugerunt: quod intelligitur de aduētu Chriſti ad iudicium: & de aduentu ad diē mortis. Bonus verò videt ad exultationē. Vn̄ & Chriſtus de Ioāne euangeliſta, ait: Sic eū volo manere: donec veniā ad obitum ipſius. Quatuor ergo legūtur aduentus Chriſti ad homines: duo ſcilicet viſibiles, duo inuiſibiles. Primus aduētus viſibilis fuit in infirmitate M corporis, ſcilicet in carne. Alius aduentus viſibilis erit in maieſtate dei, ſcilicet ad iudiciū. Primus aduentus inuiſibilis fit in mēte iuſti per gratiā. Secūdus aduentus inuiſibilis eſt in obitu cuiuſq; fidelis. Vnde dicitur obitus, quia obuiam venit Chriſtus. Hos quatuor aduentus repręſentat eccleſia in quatuor dominicis de aduētu: non ſolū numero dierū, ſed etiam ratione officiorum. Hæc Lotharius. Eia ergo aduocata noſtra illos tuos miſericordes oculos ad nos cōuerte: & Ieſum benedictū fructum vētris tui nobis poſt hoc exilium oſtende, benignum. O clemens, O pia, O dulcis Maria. Poſtquam ergo dominus in cōmuni nos ad indefeſſam vigilantiæ curam admonuit, conſequenter ſpecialem rectoribus & principibus in expectatione & aduentu ſuo ſolicitudinem mandat: & quòd vigilandum ſit, oſtendit per ſecundum exemplum de ſeruo patriſfamiliâs: qui ſolicitus eſt regere domum ſibi commiſſam, non ſolum in præſentia domini: ſed etiam in abſentia eius: vt ſic veniens dominus eum

Nouiſsima prouidenda.

Philip.1.c

Qualis quiſq; moritur, talis iudicabitur.

Nouiſsimus dies.

Chriſtus in morte cuiuſlibet videtur.

Zach.12.

Ioan.21.

Aduentus Chriſti ad hoies quatuor.

remuneret:



remuneret: ſi autem in contrarijs actibus ipſum in A ueniat, æternaliter puniat. Vnde dicit: [Quiſputas eſt fidelis,] intētione domino, propter dominū, ſeruiēs: oues Chriſti nō ad lucrum tēporale, ſed pro amore Chriſti paſcēs: [ſeruus,] id eſt humilis affectione: non ſuā, ſed domini gloriā quęrens: [& prudens,] in officij executione: qui ſubditorū capacitatem, vitā, & mores diſcutiat: [quē conſtituit dominus,] qui ſcilicet ſit vocatus à deo, & ipſe nō ſe ingeſſerit: [ſuper familiā ſuam] regendā & paſcendā: [vt det illis,] nō ſubtrahat negligēter, pigritia, vel occaſione alia, nec vendat ſymoniacè numo, ſcilicet cupiditatis terrenę, vel laudis humanę: det inquam [in tēpore oportuno,] ſcilicet neceſsitatis & tribulationis, id eſt, habita tēporis opportunitate, nō indiſcretè: [tritici mēſuram,] id eſt cibū animæ & corporis, ſcilicet diuini verbi vel exēpli, vel temporalis ſubſidij, electū ad vſum hominū, & menſuratū pro qualitate auditorū & indigentium. Quòd autē dicit quęrēdo, quiſputas: nō eſt ignorātis, nec ſignat hæc interrogatio impoſsibilitatē perficiēdę virtutis: ſed difficultatem, & rei raritatē: rarus eſt B enim talis, & difficile eſt iſta in vno inuenire, non autē impoſsibile. Vnde Theophi. Sicut eñ in diſpēſationibus facultatū, ſiue aliquis incautus ſit fidelis domino exiſtēs: ſiue etiā prudēs ſit & infidelis, diſpereunt res domini: ſic & in rebus diuinis opus eſt fidelitate & prudētia. Duo ergo, ſecundum Chry. expetit ab huiuſmodi ſeruo: ſcilicet fidelitatē: vt nihil quod domini ſui eſt, ſibi propriū furādo faciat: aut vanè cōſumat: & prudentiā, vt ad id quod oportet, quę data ſunt diſpēſet. Debet aūt familiā domini paſcere magis quàm ſe: & dare eis cibū triplicē prędictū ſecundum menſurā, & capacitatē ſingulorū: & hoc in tēpore, quia prędicatio neque debet eſſe aſsidua ne vileſcat: neq; nimis rara, ne ſubditi inſoleſcant. Idem etiā panis eſuriēti quidē appetibilis eſt, ſatiato aūt non multum vtilis. Prelatis ergo incūbit vigilare ſuper ſe, & ſuper gregē ſuū, & cuilibet fideli pro modulo ſuo. [Beatus enim ille ſeruus, quē dominus] in ſuo aduētu, & [cùm venerit] in morte ipſius, quærēs ſeruitij rationē, [inuenerit ita facientē:] id eſt bona ſpiritualia & corporalia C fideliter & prudēter, ac bene miniſtrantē: hoc eſt in actibus charitatis ſe exercentē, ac pro ſe & ſibi cōmiſsis vigilantē: quia per talia meretur ęternā beatitudinē. Nam [ſuper omnia bona ſua,] id eſt ſuper omnia cœleſtis regni gaudia, & in dei gloriā vltrà quā nihil melius eſt [cōſtituet eū:] quia in beatitudine æterna cōſequetur bonū infinitū, quod includit omnia bona: beatitudo eñ eſt ſtatus omniū bonorū aggregatiōe perfectus. Bona quippe prǽſentia ſunt particularia, ſed bona cœleſtia ſunt cōmunia & perfecta: quia nūc ex parte cognoſcimus, ex parte diligimus: ſed tūc perfectè. Conſtituetur aūt ſuper omnia, non vt ſolus, ſed vt prę cęteris poſsideat prǽmia, & gaudia ęterna: tum ꝓ ſua vita, tum pro ſuę gregis cuſtodia. Nā ſecundū Chry. Ex proprijs meritis habebit aureā, & ex aliorū acquiſitione aureolā: primū, quia bene vixit: ſecundū, quia alios bene viuere docuit. Vnde Apoſtolus: Qui bene præſunt, duplici honore digni habeātur: maximè qui laborāt in verbo & doctrina. Vnde Aug. ꝙ apud deū nihil beatius epiſcopi, vel presbyteri, aut D diaconi officio, ſi eo modo militetur, quo noſter imperator iubet. Iſte ſeruus de quo hîc dicitur, eſt quilibet Chriſtianus, qui eſt diſpēſator dn̄i ſui: quod tripliciter intelligi pōt. Vno modo in diſpēſatiōe ſpiritualium: quod propriè pertinet ad prǽlatos. Alio modo, in regimine tēporaliū: qđ pertinet ad principes ſeculares & iudices. Tertio modo, in bono vſu gratiarū à deo ſibi collatarum: vt quādo aliquis in quo ratio vires inferiores debito modo regit, vitā virtuoſè peragit: & hoc pertinet ad oēs. Cùm ergo dicitur quiſputas eſt fidelis ſeruus, &c. pōt reſpōderi hic eſt bonus prælatus, vel bonus princeps & iudex, vel etiā bonus ſimplex Chriſtianus: quia vt dicitur in Eccleſiaſtico: Cuilibet mandauit deus de proximo ſuo vt det illi cibū, id eſt auxiliū, in tēpore neceſsitatis: ad quod quilibet prędictorū tenetur Vnde Chry. Hæc aūt nō de pecunijs dicta ſunt ſolum, ſed & de ſermone, & de virtute, & de pecunijs, & de omni diſpēſatiōe quevnicuiq; cōmiſſa eſt: hęc & ad principes ſeculares aptabitur vtiq; parabola. Vnūquemq; eñ his quæ habet ad cōmunē vtilitatē E vti oportet: & ſi ſapientiā habuerit, & ſi principatū, & ſi diuitias, & ſi aliquid aliud quodcūq;: nō ad nocumentū conſeruorū, neq; in perditionē ſuiipſius. Hæc Chry. Deinde ſecundū Chry. Nō ſolū ab honore quo munerat bonos, ſed etiā à pœna qua minat malis, erudit auditorē: cū ſubdit: Si aūt ſeruus, id eſt homo malus, nihil cogitādo de dn̄i aduētu in morte vel iudicio, & promittēdo ſibi longā vitā, dixerit in corde, id eſt præſumpſerit, ac ſi in corde ſuo diceret, morā faciet dn̄s meus venire, id eſt iudicium aut mors lōgè eſt à me (hoc quippe dicūt illi qui nō cogitāt de morte) & cœperit, quātò magis ſi perſeuerauerit, voluptatibus & illecebris, ac malis operibus & charitati cōtrarijs occupari, & cōſeruos quos fouere & defendere debuit, percutere: ſcilicet iniurijs laſceſcēdo, vel prauo verbo & exēplo corrumpēdo, & peccare faciēdo: ſicq; cū ſecuritate vixerit peruerſè: veniet dominus ſerui illius, ſcilicet in morte, vbi eſt iudiciū particulare, vel in extremo examine, vbi erit iudiciū generale, in die qua F nō ſperat, & hora qua ignorat: de die eñ & hora illa nullus hominū ſcit. Et ſic exprimit malorum prǽlatorū, qui in hoc ſeruo intelligūtur, vitā & demeritū in ſex, quæ ſunt propria eorū: ſcilicet præſumptio, minorū oppreſsio, gaſtrimargia, luxuria, contēptus, & negligētia: & diuidet eū ſeparādo animam à corpore in morte: & à cōſortio ſanctorū in examine: ponetq; partē eius duplicē, ſcilicet corpus & animā, vel partē, id eſt retributionē cum hypocritis, id eſt falſis Chriſtianis in agro vel in mola, & in lecto derelictis: & cū infidelibus qui nec fidē habuerūt, ſeparādo eū à beatis: & cōiungendo eum damnatis, & potius dicit, cū hypocritis quàm cum alijs: vt ſimilitudo pœnæ reſpondeat ſimilitudini culpæ: hypocrita eñ aliud eſt, & aliud oſtendit: ſic qui in agro, vel in mola, ſeu in lecto erāt: & idē facere, ac boni eſſe videbātur, ſed exitus diuerſæ voluntatis apparet cùm derelinquūtur, & cū damnatis ſociātur. Ecce malorū ſeruorum remuneratio,

Fidelis diſpenſator.

Bona domini.

Beatitudo

Corona duplex.

1.Ti.5.

Diſpenſatio Chriſtiani.

Serui mali pœna.

Matt.24.

Prelatorū malorum ſex propria.

Malorum diuiſio.

Lucæ17.

ſcilicet æterna damnatio. Vbi Chry. Diuidet eum
G de conſortio Chriſtianorum, vt neque cum ſanctis
glorificetur: neque cũ his qui mediocriter delique-
runt, mediocriter puniatur. Et iunget eũ hypocri-
tis infidelibus: vt quorũ imitatus eſt mores, ipſorũ
puniatur interitu. Quoniã ſacerdos quemadmodũ
ſuper omnem populũ glorificatur, ſi bene fecerit:
non ſolum propter ſuam iuſtitiam, ſed & propter
omnium: quia cauſa eſt ipſe iuſtitiæ vniuerſorum:
ita & peccans ſuper omnes punitur: nõ ſolum pro-
pter ſuum peccatũ, ſed propter omnium: quia ipſe
cauſa ſit omniũ ad peccandũ. Hæc Chry. Deinde
de pœna eorũ ſubdit, dicens: [Ibi erit fletus] ex ve-
hemẽtia caloris: [& ſtridor dentiũ,] ex vehemen-
Iob 24. tia frigorũ. Vnde Iob: Maledicta pars eius in terra:
ad calorem nimium tranſeat ab aquis niuium. De
hac pœna latius habes ſupra eadem feria tertia, de
non habente veſtẽ nuptialem. Attende ergo hęc ô
ſerue male: & te emẽdare ſtude: quia nũc eſt tẽpus
emendationis & laboris: poſtea erit retributionis
& mercedis.

ORATIO.

H DOmine Ieſu Chriſte, da mihi inceſſabiliter
diem tranſitus mei, & diẽ iudicij cogitare: ac
nouiſsima prouidere, vt vigilẽ ſolicitè pro
ſpiritualibus, & æternis: mihi cauẽdo à peccatis, &
inſiſtẽdo operibus bonis: meq; ipſum non negligã,
ſed omni tẽpore ad mortẽ me pręparẽ, & diſponã.
Pręſta domine, vt mihi quotidiano actu prouideã
& procurẽ conſummationẽ, & vt tota vita mea ta-
lis ſit in conuerſatione, vt liber merear eſſe in fine:
teq; in morte vel iudicio venientẽ gaudẽter recipe-
re, & tecũ ſine fine gaudere. Amen.

De lumbis præcinctis, & lucernis ar-
dentibus. Caput xlvii.

Lucæ 12. ET quia ad vigilandum multipliciter
dominus monuit, cõſequenter quæ-
dam ad vigilandũ nos pręparantia,
ſeu ad vigilantes pertinẽtia, deſcribit:
Lumbi pręcingendi. monens, vt [ſint lumbi] noſtri, tam
mentis quàm carnis: [pręcincti] cingulo caſtitatis:
[& lucernæ ardentes in manibus] & operibus no-
ſtris. Lumbi mẽtis ſunt voluntas, ſeu affectus, & in-
I tellectus: ex quibus procedũt cogitationes malę, &
deſideria praua. Lumbi verò carnis ſunt, ex quibus
prodeũt carnales cõcupiſcẽtiæ, & opera impudica:
& vtriq; lumbi ſunt præcingẽdi, id eſt coartãdi ab
illicitis cogitationibus, & operibus. Cinctoriũ pri-
morum eſt, diuinę legis meditatio aſsidua, quæ fit
per ſtudiũ ſacrę ſcripturę. Cinctoriũ ſecundorũ eſt
iuſtitia, quæ fit per rigorẽ diſciplinæ: & ita per pri
mum fluxus cogitationũ, & deſideriorũ inutilium
reprimitur in mente: per ſecũdum fluxus cõcupi-
ſcentiarũ carnalium, & operũ reſtringitur in car-
Lucernæ ardentes. ne. Lucernæ ardẽtes ſunt doctrinę claræ & lucidæ:
& exẽpla bona ex charitate, quæ debẽt eſſe in ma-
nibus noſtris, vt impleamus opere. Lucernæ ergo,
per bonorũ ſermonũ & operũ euidentiã: ardentes,
per ęternę charitatis feruorẽ: & lucẽtes, per ſanctę
cõuerſatiõis ſplẽdorẽ ſint in manibꝰ noſtris: id eſt,
Ioan. 5. in operibus bonis: ſicut Ioãnes erat lucerna ardẽs &
lucens. Vbi Greg. Lumbos pręcingimus, cùm car-
nis luxuriã per cõtinentiã coartamus: lucernas ar-
dentes in manibus tenemus, cùm per bona opera
proximis noſtris lucis exempla monſtramus. Et K
Fulgentius: Iubens dominus vt ſint lumbi noſtri
præcincti, mandat vt mala deſideria atq; opera fu-
giamus: iubens vt ſint noſtræ lucernæ ardẽtes, mo-
net vt bona diligamus & faciamus. Prius ergo pręci-
nge lumbos, & tunc accende lucernã: prius decli-
na à malo, & tũc fac bonũ: prius quieſce agere per- Pſal. 36.
uersè: & tunc diſce benefacere. Nam (vt ait Aug.) Eſa. 1.
non nobis infert deus bona ſua, niſi mala auferat
noſtra: & intantũ illa creſcunt, inquantum iſta mi-
nuuntur: nec illa perficiẽtur, niſi iſta finiãtur. Item
monet vt tanquã fideles & prudentes, ac de noſtra
cuſtodia ſoliciti & vigiles dominũ à nuptijs in cœ-
lo per copulationẽ angelorum factis reuertentem,
id eſt aduentũ eius ad iudicium particulare in mor
te, vel generale in reſurrectione, cũ timore & amo
re expectemus: ſicut antiqui patres expectabant
eum venturũ in carnem. Quem bene expectamus,
dum in eius aduentũ in omnibus noſmetipſos pręp-
aramus: [vt cùm venerit & pulſauerit, cõfeſtim ei
aperiamus,] & ipſum ſuſcipere parati ſimus. Vbi L
Gregor. Ad nuptias quidẽ dominus abijt, cùm re- Nuptiæ domini.
ſurgens à mortuis, & aſcendens in cœlũ, ſupernam
ſibi angelorum multitudinẽ nouus homo copula-
uit. Qui tunc reuertitur, cùm nobis per iudicium
manifeſtatur. Venit quippe, cùm ad iudiciũ prope-
rat: pulſat verò, cùm iam per ęgritudinis moleſtias
mortem eſſe vicinã deſignat. Cui confeſtim aperi-
mus, ſi hũc cũ timore ſuſcipimus. Aperire etenim Aperire domino.
iudici pulſanti nõ vult, qui exire de corpore trepi-
dat: & videre eum, quẽ contempſiſſe ſe meminit, iu-
dicem formidat. Qui aũt de ſua ſpe & operatione
ſecurus eſt, pulſanti cõfeſtim aperit: quia lætus iudi-
cem ſuſtinet, & cùm tempus propinquæ mortis a-
gnouerit: de gloria reſurrectionis hilareſcit. Hæc
Gregor. Talis quippe poteſt dicere cum Apoſtolo: Philip. 1.
Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Qui eiuſmodi Fœliciſſimus.
eſt, omnibus huius mundi fœlicibus eſt fœlicior,
& regalibus regalior. Vnde Anſelmus: Hoc vnum
dico, omnibus huius mundi præſtare delitijs, hono Mortem nõ timere.
ribus, atque diuitijs: ſi ob conſcientiæ ſerenitatem,
fidei firmitatem, ſpei certitudinem mortem non M
timeas. Quod ille poterit maximè experiri, qui ali
quo tempore ſub hac ſeruitute ſuſpirans, ad liberio
ris conſcientiæ auras euaſit. Hæ ſunt futuræ bea-
titudinis tuæ primitiæ ſalutares: vt morte ſuper-
ueniente naturalem horrorem fides ſuperet, ſpes
temperet, conſcientia pura repellat. Hæc Anſel-
mus. Sed hoc ſolis perfectis conuenit: nunquid
ergo imperfecti, qui vitam habent in deſiderio,
& mortem in patientia, damnabuntur? Abſit. Mul-
ti enim ſaluandi ſunt in charitate imperfecta, qui
ſcilicet ædificant lignum, fœnum, ſtipulam: & de
corpore exire timent, propter cremabilia, quæ
ſecum ferunt. Sed quia deum iſtis temporalibus,
quibus adhærent, præponunt: de vita æterna certi
ſunt. Sed de his licèt ſint ſaluandi, non loquitur hîc
ſed de perfectis qui vitam habent in patientia, & Vita in patientia.
mortem in deſiderio. Deinde ſubiungit pręmij & Mors in deſiderio.
retributionis magnitudinem, quia vigilantibus
promittit beatitudinem. [Beati enim ſerui illi,] in



præſenti beatitudine ſpei, & in futuro beatitudine
A ſpeciei: [quos cùm venerit dominus,] in eorũ mor-
te, vel in extremo examine: [inuenerit vigilantes,]
in ſtatu gratiæ: & nõ dormiẽtes, in ſtatu culpæ. Vbi
Greg. Vigilat, qui ad aſpectum veri luminis, aper-
tos mentis oculos tenet. Vigilat qui ſeruat operan-
do quod credit. Vigilat, qui à ſe corporis & negligẽ-
tiæ tenebras repellit. Hæc Greg. Sed veniens domi
nus quid vigilãtibus ſeruis exhibeat audiamus. [Nã
præcinget ſe,] id eſt, ad retributionem præparabit:
[& faciet vigilantes diſcumbere,] id eſt, in æterna
quiete refoueri & quieſcere: vt edant ſuper mẽſam
ſuam in regno ſuo: [& tranſiens,] id eſt, de iudicio
ad regnum rediens, [miniſtrabit illis:] quia ſuæ lu-
cis illuſtratione, & diuinitatis cõtemplatione fide-
les ſatiabit: quẽ enim in humanitate in iudicio cer
nemus, etiã in diuinitate poſt iudiciũ videbimus:
[miniſtrabit illis] lac humanitatis, & vinũ deitatis,
& manna dulciſsimũ, quod in cor hominis nõ aſcẽ
Diſcubitus cœleſtis. dit. Faciet itaq; illos diſcũbere, quaſi feſſos refocil-
lans: & miniſtrabit illis, ſpirituales delitias appo-
nens. Vnde Dionyſius: Diſcubitũ enim opinamur
B quietem à multis laboribus, & copioſam donationẽ
omniũ bonorũ: hoc eſt enim ꝙ Ieſus facit eos recũ
bere, dans eis perpetuã quietem, & diſtribuens eis
Moraliter pulſatio domini. bonorũ multitudinẽ. Moraliter pulſat dominus ho
minis animum, cùm eum inducit ad melius propo
ſitum, cui cõfeſtim aperit, per bonũ conſenſum, &
ſequentẽ effectum: & tali ſeruo miniſtrat dominus
gratiã in præſenti, & gloriã in futuro. Delectatur
quippe dominus eſſe cum hominibus: ideo quærit,
vbi manſionẽ apud eos inueniat. Pulſat ergo ad o-
ſtia cordiũ multipliciter: vt ſi pro vno non, aperia-
tur ei ſaltem pro altero. Pulſat per doctorũ verba,
per bonorum exempla, per collata beneficia, per il-
lata flagella, per promiſsiones præmiorum, per mi
nas tormentorũ, per paſsiones ſuas & ſanctorũ: qui-
dam autem ſunt qui pulſanti dñõ reſpõdere nolũt.
Quidam humiliter reſpõdent, ſed tamen eum abi-
re faciunt: quidã aperiunt, ſed diu apud ſe quieſcere
Aperientes domino. eum non permittunt. Quidã licèt aperiant, & eum
recipiant: tamen ſuperuenientibus alijs hoſpitibus,
eum quaſi pauperẽ eijciunt: aut quia domus plena
C eſt vtẽſilibus, non inuenit vbi caput reclinet. Qui-
dam autem dominũ pulſante recipiunt, & alios ho
ſpites excludunt: & inſuper ei delectabilem præpa
rant manſionẽ, vt à nullo inquietetur: & illi multa
bona, per talem hoſpitẽ conſequuntur. Primi ſunt,
qui ita ſunt duri, vt ad nullã prædicationẽ, vel bene
ficium cor eorũ valeat aliqualiter molliri. Secundi
ſunt, qui ſe peccatores humiliter cõfitentur: ſed ad-
huc non habent voluntatẽ deſerendi peccata. Ter-
tij ſunt, qui in aliquo ſe emẽdant: & in aliquo non:
vt qui vſuras & res alienas amplius accipere nolũt,
ſed acceptas refundere recuſant. Quarti ſunt, qui
pro tempore cõpunguntur vel ſe emendant, ſed ci-
tò recidiuant: vt faciunt qui alijs hoſpitibus ſuper-
Hoſpites. uenientibus, pauperes hoſpites eijciunt. Hoſpites ſu
peruenientes, ſunt delectationes carnis, mundi, &
huiuſmodi: varia vtẽſilia, ſunt occupationes ſuper-
fluæ, quæ cordis libertatẽ anguſtant: & ſpiritũ ſan-
ctũ extinguũt. Sed vt dicitur: turpius eijcitur, quàm
non admittitur hoſpes. Quinti & vltimi ſunt, qui
bona inchoant, & ad finem proficiendo perducunt. D
Apud iſtos manſiones dominus facit, & eos valde
diligit. In nocte ergo huius ſeculi, ſemper debemus
vigilare, & cõtra hoſtes ſoliciti eſſe, ac expectare iu
dicem & dñm omnibus in qualibet ætate paratis
lucem perpetuã miniſtraturũ. Et ideo ſi in prima
vigilia & ætate negligentes fuimus: nec ſic deſpera
re, & à bono opere ceſſare debemus. Nam longani
mitatis ſuæ patientiam, inſinuans dominus, ſubdit:
[Et ſi venerit in ſecunda vigilia,] & ætate: [& ſi in
tertia vigilia:] & ætate venerit in morte vel iudi-
cio: [& ita inuenerit] eos ſcilicet vigilantes, & in bo Vigiliæ tres.
no perſeuerantes: [beati ſunt ſerui illi,] nunc in ſpe,
& poſtea in re. Vbi Greg. Prima vigilia primæuũ
tempus eſt vitæ noſtræ, id eſt, pueritia. Secũda, ado
leſcentia vel iuuẽtus. Tertia aũt ſenectus accipitur.
Qui ergo vigilare in prima vigilia noluit, cuſto-
diat, vel ſecundã: & qui in ſecunda noluit, tertiæ vi-
giliæ remedia nõ omittat: vt qui conuerti in pueri
tia neglexit, ſaltẽ in tempore iuuẽtutis, vel in ſene-
ctute reſipiſcat. Sed, vt ait idem Greg. nemo hanc E
longanimitatẽ dei negligat: quia tantò diſtrictiorẽ
iuſtitiam in iudicio exigere, quãtò longiorẽ patien
tiam ante iudiciũ prærogauit. Vnde Alchuinus: Sa
tis eſt alienus à fide, qui ad agendã pœnitentiam tẽ
pus ſenectutis expectat: timendũ eſt enim ne dum
expectat miſericordiã, incidat in iudiciũ. Sed heu
hodie homines florẽ iuuentutis in vanis cõſumunt
& fecem ſenectutis in agendo pœnitentiã vix ex-
pendunt. Vñ Seneca de talibus loquẽs: ſic ait. Quẽ-
admodum ex amphora primũ quod eſt ſynceriſsi-
mum effluit grauiſsimum quoq; turbidumq; ſubſi
det: ſic in ætate noſtra quod eſt optimum in primo
eſt: idq; exauriri in alijs potius patimur, vt nobis fe
cem ſeruemus. Vigilias hîc vocat à ſimilitudine ex
cubantiũ in nocte: quia in huius mundi nocte ſem-
per debemus ſoliciti lucem venturã, id eſt, aduentu
iudicis expectare: quia neſcimus quãdo dñs veniat
an mane, id eſt, in iuuẽtute: an gallicantu, id eſt, in
virili ætate: an media nocte, id eſt, in ſenectute: an
ſero, id eſt, in ſenio. Et quia in quolibet horũ ſtatuũ
aliqui moriuntur, & dñi aduẽtus eſt nobis incertus F
ideo in quolibet ſtatu, & omnibus ætatibus vigila-
re debemus: & parati eſſe per iuſtitiã ad recipiendũ
mortẽ: vt in morte dñm venientẽ recipiamus per
bonam voluntatem. Et ne quis confidat de ſtatus di
gnitate, aut ſciẽtiæ claritate, ſi malè ſeruierit, ſub-
iungit ꝙ [ſeruus,] vt nõ ſit diſcretio in genere: [qui
cognouit voluntatẽ domini:] bonam: & ad implen-
dum obligantem: [& non ſe præparat] ad bonum,
[nec facit eius voluntatem] ipſam in opere adim-
plendo, & etiam in opere potiſsimo, ac magis bene
placito domino: [plagis vapulabit,] id eſt, punietur
[multis:] quia peccauit in multis: & quia contẽpſit
non faciẽdo quod faciendũ ſciebat: talis enim non
ex ignorantia, ſed ex certa ſcientia peccat, & ſcien
ter peccans magis dominum contẽnit, & plus offen
dit, ac viuus in infernum deſcendit. Ecce ꝙ ſcien- Scientia culpã aggrauat.
tia aggrauat culpam. Vnde Gregorius: Vbi donum
maioris ſcientiæ: ibi tranſgreſſor maiori ſubia-
cet culpæ. Et Chryſoſtomus: Leuior culpa eſt,

veritatem non apprehēdere, quàm contemnere ap-
G prehenſam. Non enim ſimiliter in omnibus omnia iudicantur, ſed maior cognitio fit maioris pœnæ occaſio. Vnde ſacerdos eadē peccans cum populo, multò grauioca patietur. [Seruus aūt qui non cognouit,] ſcilicet volūtatē domini: ſed ſcire potuit ſi negligens non fuiſſet, [& fecit] peccata [digna plagis,] & punitione [vapulabit paucis,] & minus punietur cæteris paribus, quàm qui ſciēter peccat, & ex certa malitia: quia talis peccat ex ignorātia, quę diminuit de peccato, niſi fuerit affectata: ſicut cùm aliquis vult ignorare illud, quod tenetur facere vel vitare, vt licentius poſsit peccare. Ex magna enim libidine peccandi prouenit, cùm aliquis vult illud ignorare, cuius ſcientia poſſet eum à peccato impedire, vel retrahere: multi quidē æſtimātes ſe minus vapulaturos, ſi neſciāt quid operari debeant: auertunt aurē, ne verbū dei, & veritatem audiāt vel intelligant: ſed cùm poſſent ſcire, ſi ſtudiū vellent adhibere, non vt neſcientes, ſed vt contēptores iudica-

*Ignorātia affectata non excuſat.*

H buntur: quia non cognoſcere dicēdus eſt, qui apprehendere vult, ſed non valet. In talium perſona dicitur in Iob, qui dixerunt deo, Recede à nobis: ſcientiam viarū tuarū nolumus. Vnde Beda: Multi hanc ſententiā malè intelligentes nolunt ſcire quid faciant: & quaſi minus ſe vapulaturos æſtimāt, ſi neſciant quid operari debuerāt. Sed aliud eſt neſciſſe: aliud eſt ſcire noluiſſe: neſcit namq;, qui apprehendere volet, & non valet: qui autem vt neſciat aurē à voce veritatis auertit, iſte non neſciens, ſed contemptor dicitur. Vnde & Chry. Non eſt eis excuſatio condēnationis ignorantia veritatis, quibus fuit inueniendi facilitas, ſi fuiſſet quærendi facultas: nam veritas, ſalus, & vita cognoſcentiū ſe magis debet quæri, quàm quærere. Vnde etiā Ber. Multa ſcienda neſciuntur, aut ſciendi in curia, aut diſcendi deſidia, aut verecundia inquirēdi: & quidē huiuſmodi ignorantia non habet excuſationē: Et iterum: Fruſtra ſibi de infirmitate, vel ignorantia blandiuntur: qui vt liberius peccēt, libenter vel ignorāt, vel infirmantur. Hæc Ber. Sed pauci per ignorantiā excu-

*Iob 21.*

I ſantur: quia vt ait Leo papa. Intonante quotidie auribus noſtris eloquio dei, omnis homo quid diuinæ iuſtitiæ placeat, ſcire conuincitur. Vnde & Beda: Nemo igitur ex eo ꝙ dictū eſt, ſeruum neſciētem voluntatem domini vapulare plagis paucis, interpretandū de remedio neſciendi præſumat: qui (vt alia taceam) ex eo ipſo ꝙ homo eſt, nec mala quæ caueat, nec bona poteſt ignorare quæ appetat. Vt autem hîc dicit glo. Inter omnes pœnas mitiſsima eſt eorū, qui præter originale peccatū nullum addiderunt: minor poſtea eorū, qui ex ignorātia peccauerunt: poſtea eorū qui ex infirmitate, tamen ſcienter: poſtea eorū qui ex militia. Et nota ꝙ licèt grauius ſit peccare ex certa ſcientia: periculoſius tamē eſt peccare ex ignorantia. Deinde reddit cauſam iam dictorū, quia ab [omni cui plus datur,] & cui plus cōmittitꝰ de gratijs, plus exigetur & quæretur in hoc tēpore: vt non ſolum ſibi, ſed etiam alijs proficere conetur, & in die iudicij quando de omnibus commiſsis ratio exigetur. Quantò enim dominus plura dona, & bona homini confert, tantò magis, & maiore contemptu dominum offendit cùm peccat: & ideo magis punietur, quia potentes potenter K

*Ex ignorātia peccatur periculoſius.*

tormenta patiētur, & fortioribus fortior inſtat cruciatus. Et ergo meritò cognoſcens plus, & non cognoſcens minus vapulabit: quia iſti plus, illi minus eſt cōmiſſum: hoc ſpecialiter poteſt intelligi de his quæ data ſunt prælatis ad regimen aliorum: vel generaliter de his quæ data ſunt vnicuiq; ad regimen proprium: & hoc ſiue ſint bona naturæ, ſiue fortunæ, ſiue gratiæ. Vnde Beda: Multū ſæpe datur etiā quibuſdum priuatis: quibus etiam cognitio dominicæ voluntatis, & exequendi quæ cognoſcunt facultas impeditur: multum autem cōmendatur illi cui cum ſua ſalute dominici quoq; gregis paſcendi cura cōmittitur: maiori ergo gratia donatos, ſi deliquerint, maior vindicta ſequetur. Vnde & Chryſ. Quantò enim maius aliquis beneficiū accipit, tantò magis eſt obnoxius pœnæ ingratus exiſtens: & neq; honore melior effectus: propter hoc vtriq; & diuites pauperibus magis puniuntur, mali exiſtentes: quoniam neq; in copioſitate facti ſunt manſueti. L

*Sap. 6.*

Hæc Chry. Et non tantum reddemus rationem de his quæ accipimus, ſed etiam de his quæ accipere potuimus, ſi per nos non ſtetiſſet, quod intelligētes & deſides valde terrere deberet.

## ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, qui iuſsiſti & lumbos reſtringere, & lucernas ardentes tenere, tuipſe lumbos noſtros præcinge, vt nulla nobis dominetur iniquitas, & ad nullum declinemus peccatum. Lucernas noſtras tuipſe fac ardere, ardenteſq; cuſtodi: vt non refrigeſcat noſtra charitas, ſed ſemper ad tuam iuſtitiam faciendā omnis noſtra cogitatio, locutio, & operatio dirigatur. Fac me domine vigilanter & ſolicitè aduentum tuum expectare: vt lætus te ſuſcipiens ad gaudia æterna veleā te miſerante peruenire. Amen.

## De decem virginibus. Caput xlviii. M

Poſtquam dominus oſtendit quędam antecedentia iudicium, & monuit ad vigilandum: conſequenter deſcribit ipſum iudicium. Et quia vniuerſitas iudicanda diſtinguitur in tres ſtatus: ſcilicet actiuorum, contemplatiuorum, & prælatorum: ideo tres ponit parabolas ad iſtas tres pertinētes. Prima eſt de decem virginibus: & pertinet ſpecialiter ad contemplatiuos: virginitas enim vitam contēplatiuā ſignificat, quia caſtitas mentē à carnalibus eleuat, & ſic ad contemplationem veritatis diſpōit: numerus autē denarius vniuerſitatem contemplatiuorum ſignificat, quia numeri ſolum vſq; ad decem procedunt, vel decem propter operum legis obſeruantiam. Nihilominus tamen ad omne genus hominum poteſt hæc parabola referri. Et primò circa vitam contemplantium, & conſequenter etiam aliorum ponitur meritū & demeritum. Secundò, examinationis iudicium. Optat quippe dominus vt nos, cùm venerit, inueniat præparatos: & cum eo ianuā cœleſtis regni intremus, & ne excludamur improuidētia fatuitatis, & claudatur ianua ſponſi cœleſtis, vnde vigilare oportet, quia neſcimus quando ſponſus veniet. Et cur ſit opus vigilare docet:

*Matth. 25. Iudicandorum vniuerſitas. Status trī[...]*



docet: & ad hoc parabolā de decem virginibus in-
A ducit. [Simile eſt regnum cœlorū,] id eſt, præſens eccleſia militās ſpecialiter, quantū ad ſtatum contemplantiū: & nihilominus quantū ad ſtatum aliorum, [decem virginibus] continentibus: quarum [quinq; erant fatuæ,] quia vanitati quinq; ſenſuū ſeruierunt: & opera ſua bona de genere, non ad finē debitum ordinātes, propriā gloriam, & fauorē ſeu laudem hominū, vel quæſtū principaliter in eis intenderunt: [& quinq; prudentes:] quia veritati pro æternis ſeruierunt: & opera ſua bona ad finem debitum, ſcilicet ad gloriā dei principaliter, & ad perfectionem ſui, & ad ædificationē proximi conſequēter ordinauerunt. His rectè eccleſia ſimilis perhibetur: quia in ea boni & religiosè, & mali ſuperſtitioſè cōuiuentes permixtim cōtinentur: qui per quinque prudētes, & per quinq; fatuas virgines per quinque partitam ſenſuū continentiā à carnis illecebris & voluptatibus ſignificantes, intelligūtur. Quicunque enim opera ſua bona pro vana gloria, vel quæ-

*Virginibꝰ ſimilis eccleſia.*

B ſtu faciunt, fatui quidē ſunt: etſi prudentes eſſe videantur. Inde enim & virgines dicuntur: quia bona operātur, & boni ab hominibus vidētur. Sunt enim in actione virgines, & intentione corrupti: quia bona quæ agunt, non caſta & ſyncera intentione faciunt: & meritò dicuntur virgines fatuæ, quia bonum opus de genere perdūt, propter defectū intentionis rectę: magna quippe fatuitas eſt difficilia & ardua aggredi, & ſuſtinere ſine fructu & vtilitate. Magna enim fatuitas eſt ieiunare, vigilare, carnē affligere, orare, & ſimilia facere: & nullam aliam mercedē, niſi vanam gloriā expectare. De talibus enim dominus ait: Receperunt mercedē ſuam. Prudentes verò totam intentionē ad deum referunt: & pro operibus ſuis à deo, cui ſoli placere cupiūt, mercedem recipiūt, prudētia quippe magna eſt, ex modicis magna, & ex temporalibus acquirere ſempiterna. Et in his diuiditur totus mūdus, & tota fidelium multitudo: quia, vt dicit Hiero. Sancta eccleſia virgines prudentes habet, pro deo bene operantes: & fatuas, vana gloria laborātes: videat ergo vnuſquiſq; vt bonū opus bene, & bona intentiōe faciat:

*Matth. 6.*

*Virgines duplices.*

C quia non bonū facere, ſed bene facere laudabile eſt: non enim verbis meremur, ſed aduerbijs, id eſt, non in eo ꝙ aliquid facimus, ſed in eo ꝙ benefacimus. Hæc Hiero. [Omnes verò accipiētes lāpades ſuas,] id eſt, opa bona de genere boni [exierunt obuiam ſponſo & ſponſæ:] ad hoc enim debet ordinari exercitium vitæ noſtræ, vt homo poſsit ſecurè & decente Chriſto ad iudiciū veniēti obuiare. [Sed quinque fatuæ acceptis lāpadibus,] id eſt, operibus ſuis: [non ſumpſerunt oleū ſecum:] id eſt, non habuerūt ſpirituale gaudium, quod oritur ex operibus bonis, propter deum factis, & hoc propter defectū rectæ intētionis. Vt enim dicit Aug. Qui non propterea gaudet, quia intrinſecus deo placet, non habet oleū ſecum: [prudentes verò acceperunt oleum in vaſis ſuis,] id eſt, intra conſcientias: [cum lampadibus,] id eſt, cum bonis operibus. Hoc eſt, vt dicit Augu. Lætitiam bonorū operum in corde atq; cōſcientia poſuerunt: quia propter rectitudinem intentionis gaudent in dño de ſuis operibus bonis. Dicitur autē gaudium iſtud oleum: qui nutrit & fouet charitatis ignem. Ex hoc enim ꝙ aliquis delectatur in opere D

*Oleū lampadum.*

fortius & melius operatur: & per cōſequens diſponitur, vt ei maior charitas infundatur. Omnes quippe virgines tam fatuæ, quàm prudētes acceperunt oleum in vaſis cum lampadibus: fatuæ autē ſolū in lampadibus, non in vaſis, ita ꝙ vaſa habuerunt vacua: ſic in eccleſia quidā accipiunt oleum in lampadibus, quaſi videantur ab hominibus boni: interius aūt ſunt bonitate vacui & mali. [Moram aūt faciēte ſpōſo,] id eſt, Chriſto differēte iudicium: ſcilicet donec impleatur numerus electorum, [dormitauerunt oēs,] quantum ad languorē corporis: [& dormierunt,] quantū ad ſummū mortis, vel dormitauerunt per inertiā & negligentiā. Vnde Chry. Tardante cōſummatiōe ſeculi: non ſolū peccatores, ſed iuſti & ſpirituales ad negligentiā ſunt deuoluendi & ad carnalia delectamenta tranſituri, vt impleatur illud Pſal. Saluum me fac deus, quoniā defecit ſanctus: quoniā diminutæ ſunt veritates à filijs hominū. Et bene cōparatur mors ſomno, quia à mor- E

*Oleum in lāpadibus non in vaſis.*

*Dormitare.*

*Pſal. 11.*

te erit ad vitam excitatio. Deinde ponitur examinationis iudiciū circa prædicta opera contemplantium & aliorum, cùm dicitur [media aūt nocte,] id eſt, ſubitò, nullo ſciente aut ſperante: quia dies dñi ſicut fur ita in nocte veniet: nam quia tempus iudicij eſt nobis occultū, ideo ſignatur per mediā noctē quia illa quæ fiūt nocte media, ſunt hominibus occulta. [clamor factus eſt] tubantiū angelorū: excitans mortuos & conuocans ad iudicium. O quātus clamor, quia nō erit anima ita altè in cœlo, nec ita profundè in inferno, nec corpus in ſepulchro, quin audiat hūc clamorē, & contremiſcat. Ad alteram, media nocte (ſecundū quoſdam) fiet iudiciū: qua angelus Aegyptum deuaſtauit, & dominus infernum ſpoliauit: eademq; hora electos ſuos de hoc mundo liberabit: ſed ſecundū alios, de die celebrandum dicitur: quia nox illa ſicut dies illuminabitur. [Tūc ſurrexerunt oēs illæ virgines] fatuæ & prudentes quia oēs ſcilicet boni & mali reſurgent, vt in iudicio appareant [& ornauerūt lampades ſuas,] id eſt, F

*Clamor ad iudiciū.*

*Reſurrectio oīm.*

aptauerunt rationes operū ſuorum reddendas: cogitandi & numerando apud ſe opera ſua, pro quibus expectabāt remunerationē: iſte enim ornatus non eſt aliud niſi recurſus ad mentē, cogitando de iuſtitia operū ſuorum, & bonitate circunſtantiarum, ac reddenda ratione eorū: hoc enim cōmune eſt fatuis & prudentibus: ſed in fatuis eſt vana fiducia, in prudentibus vera. Ad veritatē quippe ornatus lampadis tria exiguntur: videlicet claritas vitri, in quo ſignificatur puritas quoad ſeipſum: plenitudo olei, in quo miſericordia ad proximū: inflammatio ignis, in quo fides cum dilectione ad deum: quæ omnia in prudentibus ſunt, & in fatuis deficiūt. Sed fatuæ ſua fiducia deceptæ dicunt ſapientibus: [date nobis de oleo veſtro:] quaſi dicerent: Iuſtitia veſtra ſufficiens eſt vos glorificare, & nos excuſare: excuſetis ergo nos, vel feratis teſtimonium de operibus noſtris quæ vidiſtis: quia continentes & fideles, [quia lampades noſtræ extinguuntur,] id eſt, opera noſtra quæ videbantur nobis lucere, & clara hominibus foris apparere, in aduentu iudicis intus obſcu-

*Lampadis ornatus.*

 rantur:

G rantur:quia oleo veræ gloriæ,& intentionis rectæ priuantur. Nam ſecundũ Aug. Quorũ facta aliena laude fulciuntur,eadẽ ſubtracta deficiunt. Reſponderunt prudentes,dicẽtes:Ne fortè non ſufficiat nobis & vobis.]Iſta petitio vana,& reſponſio negatiua,ſignant,ꝑ nullus tunc ad alium quantumcunq; iuſtum poterit pro auxilio habendo accurrere:nec aliquis quantumcunq; iuſtus poterit alium iuuare, ſed vix ſibi ſoli ſufficit ſua iuſtitia. Vnde Auguſti. Vnuſquiſq; pro ſe rationem reddet,nec alieno teſtimonio quiſq; adiuuabitur apud deum, & vix ſibi quiſq; ſufficit vt ei teſtimoniũ prohibeat conſcientia ſua. Vnde & Hiero. Hoc non de auaritia,ſed de timore dicũt:quia vnuſquiſq; de operibus ſuis mercedem accipiet:nec poſſunt in die iudicij aliorũ virtutes,aliorũ vitia ſubleuare: [ite potius ad vendẽtes & emite vobis:] quaſi dicerent ſecundum Aug. crimen eorum cõmemorando, videamus nunc ꝙ vos adiuuent qui vobis laudes vendere conſueuerunt: & vos in errorem inducere,vt non coram deo, ſed ab hominibus gloriã quæreretis. Exprobratio eſt fatuitatis præteritæ, in hoc ꝙ bona opera de genere,dederunt pro fauore laudis humanę:quia venditores,ſunt adulatores:quaſi dicerent eis: Conſiderate quid valuit vobis,pro tali fauore continenter viuere.[Dum autẽ irent emere:] tropicè loquitur,id eſt,ſi adhuc viuerẽt & inuenire,irent emere:in quo implicatur ꝙ remanet affectus & habitus vanitatis præteritæ:id eſt,ſecundũ Aug. Dum inclinarent ſe in ea quæ foris ſunt,& ſolita gaudia requirerent [venit ſponſus:]ſcilicet ille qui iudicat,id eſt,Chriſtus:vt remunerationem bonorum faciat,[& quę] per opera charitate formata,paratæ erant, ſcilicet prudentes virgines:quibus(ſecundũ Aug.) bonum teſtimonium coram deo cõſcientia perhibebat: intrauerunt cum eo ad nuptias,ſcilicet ad cœleſtis regni gloriã:& fatuis excluſis,& ad pœnam relictis: [clauſa eſt ianua:]id eſt,aditus ad regnũ cœlorum, qui non eſt alicui poſsibilis poſt iudiciũ. Ianua inquam triplex eſt.ſ.miſericordiæ,ad indulgendum quę modò omnibus appetitur:gratię,ad merendũ, quæ modò omnibus offertur: gloriæ, ad intrandũ, quæ modò omnibus pœnitentibus reſeratur: ergo clauſa eſt excluſis reprobis, incluſis electis, operibus conſummatis. Non enim,vt ait Aug. poſt iudiciũ patet precũ aut meritorũ locus. Vnde & Chry. ita eſt terribile illud iudiciũ,vt nec innocentia ſibi confidat. Tantus timor erit omnium,etiam ſanctorum,vt nemo ſperet ſe iuſtũ inueniendũ: ſed adhuc timeat ne fortè reus exiſtat. Quomodo ergo pro peccatoribus tunc intercedant ſancti, cùm timeãt ipſi de ſe? Nam ſicut tẽpus miſericordiæ iudicium non recipit,ſic & tẽpus iudicij miſericordiã non recipit:vbi aũt locũ miſericordia nõ habet,nec interceſsio valet. Vbi etiã Greg. O ſi ſapere in cordis palato poſsit, quid admirationis habet quid dicitur, [venit ſpõſus:]quid dulcedinis,[intrauerũt cum eo ad nuptias:]q̃d amaritudinis, [& clauſa eſt ianua?] Tunc regni ianua lugẽtibus clauditur, quæ modò quotidie pœnitẽtibus aperitur:quia nequaquã tũc veniã inuenit,qui modò tempus venię apertũ perdit. Ibi à dño non poteſt mereri quod petit, qui hîc noluit audire quod iuſsit. Hæc Greg.[Nouiſsimè] per nimis tardam & infructuoſam pœnitentiã [venerũt & reliquæ virgines,dicẽtes: Domine dñe,aperi nobis?]per hoc ꝙ vocãt eum dñm,ſignificatur ꝙ crediderunt in Chriſtũ. Vnde Chry. Egregia quidẽ in dñi appellatiõe cõfeſsio: idemq́; repetitũ indiciũ fidei eſt. Sed quid prodeſt voce inuocare,ſi operibus neges?non humanis verbis hæc agũtur, ſed cõſcientiæ ſibi loquũtur. Et quia fides eorũ fuit informis, & ſecundũ Aug. magna eius ſeueritas poſt iudiciũ, cuius ante iudiciũ ineffabilis miſericordia prærogata eſt:ideo [reſpõdens,ait: Amen dico vobis, neſcio vos:]id eſt,non cognoſco,ſcilicet,notitia approbationis,qua ſoli electi à deo cognoſcũtur:quaſi diceret. Ideo vos deſero,quia vitę meritũ in vobis nõ cognoſco. Neſcit eas & repellit,quia ſecundũ Aug. non intrant in gaudiũ eius,qui non corã deo, ſed vt placerent hominibus viſi ſunt aliquid ſcd̃m præcepta eius operari. In fine autẽ intentã concluſionem infert ad noſtram inſtructionem,dicens:[Vigilate itaq;,] ad habendũ fidem charitate formatã:& vos ad mortem & iudiciũ ſolicitè parãdo: antequã veniat ſponſus vos ad hoc ſubitò vocãdo: [quia neſcitis diem neq; horã,]mortis vel iudicij:ſed de vtroq; incerti eſtis. Ecce quò parabola tẽdit,vt quia ignoramus diem iudicij,& etiã mortis noſtræ dubiæ,ſolicitè teſtimoniũ bonæ conſcientiæ nobis præparemus:ne ſi iudex nos ĩueniat imparatos,cũ fatuis virginibus foris remaneamꝰ. Singulorũ enim diſcutiẽtur actus,accuſante vel excuſante conſciẽtia vnũquenq;. Vnde Hiero. Ex hoc autẽ quòd infert, vigilate itaque,quia neſcitis diem neq; horam:itel liguntur vniuerſa quæ dicta ſunt eſſe præmiſſa,vt quia ignoramus iudicij diem, ſoliciti nobis lumen bonorum operum præparemus: vigilia enim opus eſt mentis,ante mortem corporis. Vt autem dicit Aug. Non ſolum illius vltimi temporis,quo venturus eſt ſponſus,ſed & ſuæ quiſq; dormitionis diem & horam neſcit. Quiſquis autem paratus eſt vſq; ad mortem(quæ omnibus debetur)paratus inuenietur etiã cùm illa vox media nocte ſonuerit, qua omnes euigilaturi ſumus. Itaq; vt dicit Chry. reuocemus ad memoriã exemplũ, quod de virginibus refertur,quæ excluſæ ſunt à thalamo ſponſi,propter olei defectũ. Ponamus noſmetipſos in illis quæ excluduntur,& inde quis dolor,quæ pœna ſit,ſi cogitemus poſſe etiã nos eadem pati cùm negligimus. Eſt ne aliquis ita lapideus qui hoc exẽplo non moueatur,& timeat ne ſimilia incurrat? Hæc Chryſ. Igitur vigilemus, & opera lucis agentes in vigilia huius vitæ ornemus lampades noſtras & opera: vt habentes oleum ac gloriã & gaudium in conſcientijs noſtris, præparati intremus cum ſponſo ad nuptias regni cœleſtis. Vnde dicit hîc Chry. ꝙ Iudæi exituri de Aegypto expediti & præcincti agnum iuſsi ſunt manducare & ad eundem parati: oſtendentes nobis quoniã quicunq; noſtri agni euchariſtiam manducãt: ita debent eſſe expediti,quaſi quotidie exituri de mundo. Ad hoc ergo tendit parabola vt ad futura oculos cordis aperiamus: mala euadamus, deſerendo culpam: bona promereamur, ſectando iuſtitiam: & cum omni diligentia quotidie



expectemus domini aduentũ: cuius neſcimus A diẽ neq; horã. Vbi Grego. Quia poſt peccata deus pœnitentiã ſuſcipit,ſi ſciret quiſq; de præſenti ſeculo quo tẽpore exiet,aliud tẽpus voluptatibꝰ atq; aliud pœnitẽtię aptare potuiſſet. Sed qui pœnitẽti veniã ſpondet,peccãti diem craſtinũ nõ promiſit. Semper ergo extremũ diẽ debemus metuere, quẽ nunq̃ poſſumus pręuidere. Illa hora eſt noſtri exitus ſemper intuẽda:iſta redẽptoris admonitio ante mẽtis oculos eſt ſemper ponenda, qua ait: vigilate quia neſcitis diẽ neq; horã. Hęc Greg. Illi ergo qui expectãt vt in vltima hora cõuertãtur,falli poſſunt: qui verò in bono perſeuerãt,falli nõ poſsũt. Omnis enim homo in eo iudicatur,in quo inuenitur:& ergo nunquã niſi in bono iudicãtur,qui ſemper in bono inueniuntur. Igitur, vt ait Richar. debet anima perfecta,& aſsiduè ſummorũ contẽplationi dedita omni hora peregrinatiõis ſuæ terminũ & ergaſtuli huius egreſſum, cũ ſuo deſiderio expectare: & ad illud diuinæ contẽplatiõis ſpectaculũ,quod in futura vita ſperamus,animũ ſuũ ſuſpẽdere:& in eiuſmo B di expectatiõe vehemẽti deſiderio anhelare, vt id quod interim videt per ſpeculũ,& in ęnigmate mereatur facie ad faciem videre.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte,ſpõſe bone: da mihi cũ prudẽtibus virginibus bona opera,& intentione recta facere,ac in eis vigilãter perſeuerare:vt paratus inuẽtus,ad nuptias tuas valeã gaudenter intrare. Peto dñe vt notũ facias mihi finem meũ anteq̃ veniat:& ne me antè finiri ſinas quàm peccata mea dimittas: vt in hora exitus mei vltio diuina ſuper me nõ veniat,& poteſtas tenebrarum mihi nõ occurrat,nec noceat: ſed talẽ me dies examinationis reddat,qualem me fons regenerationis exhibuit. Amen.

De talentis & bonis,à domino ſeruis traditis. Caput xlix.

Matth.25. & Luc.19

SVbiũgit ſecundam parabolã talentis, quę ſpecialiter pertinet ad prelatos: quia licèt omnes,maximè tamẽ prelatos inducit,vt vigilãtes gratijs & donis à deo receptis bene vtãtur ad dei C gloriã,& ſui perfectionẽ,& proximi ędificationẽ: & fructũ afferãt,exẽplo ſeruorũ qui de talẽtis lucrati ſunt:& à domino veniẽte remunerati:nec abſcõdant in terra, vel ſudario, prędictis vtẽdo ad mũdi gloriã vel tẽporale lucrũ,ſeu carnale cõmodum:ne vt ſeruus piger & torpẽs damnẽtur:ac foras extra conuentũ ſanctorũ in tenebras exteriores,& infernales eijciãtur. Et primò circa ſtatũ prelatorũ ſpecialiter,& nihilominus aliorũ deſcribit meritũ & demeritũ proprię actiõis. Secũdò,iudiciũ diſcretionis:ideo dicit,dico vobis vt vigiletis benefaciẽdo, & in bonis perſeuerãdo,q̃a neſcitis diẽ aduẽtus ſpõſi & iudicis,ſicut hoĩs peregrè proficiſcẽtis incertus eſt reditus ſeruis ſuis:ſpõſus eñ prędictus:[ſicut homo peregrè proficiſcẽs,]ſcd̃m corpus.ſ.ad cœleſtẽ patriam carnẽ noſtrã portãs: peregrinatio eñ fuit cœlũ carni,vel q̃a à nobis non videtur in prеſenti: [tradidit ſeruis bona ſua,].ſ.qui quinq; talẽta,duo, & vnũ,ad fructificandũ:]vnicuiq; ſcd̃m propriam virtutẽ,]ſcilicet ſuſceptiuã,ne quẽ grauaret:nec cuiquã deficeret. Et eſt argumentũ inde,ꝙ deus non D pręcipit impoſsibile:[& profectus eſt ſtatim,]liberam eis poteſtatẽ operãdi permittẽs:[abijt aũt]per affectũ voluntatis[qui quinq; talẽta acceperat:] id eſt donũ quinq; ſenſuũ,& exteriorẽ ſcientiã,quinq; ſenſibus acquiſitã:& operatus eſt in eis,] per exercitiũ exterioris operis:[& lucratus eſt alia quinque,] quia merita ſua multiplicauit:ex creaturis creatorem,ex corporalibꝰ ſpũalia,ex tẽporalibus ęterna cognoſcẽs:ac fructũ ędificatiõis in proximis faciẽs [ſimiliter qui duo acceperat,] .ſ.intellectũ ſcripturarũ & operationũ: [lucratus eſt alia duo:].ſ.bonũ ſapiẽtiæ à ſe diffundẽdo in proximũ per verbũ prędicatiõis,& bonũ operatiõis per exemplũ ædificatiõis.[Qui aũt vnũ acceperat,].ſ.ſolã intelligentiã ſcripturarũ:[abiẽs fodit in terra[curuitate terrenę intẽtionis & carnalis actiõis:[& abſcõdit pecuniam dñi ſui,]ſine ędificatione proximi. Grego. Talentum in terra abſcõdere,eſt acceptũ ingeniũ in terrenis actibus implicare,& nõ lucrũ ſpirituale quęrere. In his ergo tribꝰ ſeruis ſignificãtur omnia genera hominũ,quibꝰ cõpetit negotiatio actiuę vitę ſcilicet imperfecti,perfecti,& mali. Imperfecti,q̃a pluribꝰ indigẽt,deſignãtur in illo qui accepit quinque:perfecti,in illo qui accepit duo. Mali,in eo qui accepit vnum. Illi aũt duplicãt talẽta,qui ex eis faciũt opera bona:illi verò abſcõdunt,qui otioſè viuũt vel ex eis t̃palia tantũ lucra quęrũt. Examinatiõis iudiciũ circa prędicta ponitur, cùm dicitur, [poſt multũ tẽporis,]ſcilicet in ſecũdo aduẽtu:[venit dñs ſeruorũ illorũ]requirẽs à ſingulis de cõmiſſo rationem,exquirẽs merita,& exigẽs quod tradidit cum vſura. Quid quiſq; accepit,cõſideret:& quod lucrũ de acceptis reportet, pẽſet. [Et accedẽs qui quinq; talẽta acceperat,] id eſt præparãs ſe & cõfidens de reddẽda ratiõe:[obtulit alia quinq; talẽta:& qui duo acceperat, obtulit alia duo:]multiplicata enim talenta,ſunt multiplicata merita:quę offerũtur,cùm à deo acceptãtur: [obtulit inquam dicens: domine quinq; vel duo talenta tradidiſti mihi:] confitetur gratificè,& totum ei deputat, quia ab ipſo accepit: F [ecce alia quinq;,vel duo,ſuperlucratus ſum:]id eſt multiplicata ſunt merita ex gratia tua,cũ vſu liberi arbitrij.[Et ait illi vtriq; dñs eius, Euge,] quod eſt interiectio gaudẽtis:id eſt,ſecundũ Chry. Bene ſit tibi ſerue,per propriã humiliationẽ quoad teipſum:bone, per diuinã aſsimilationẽ quoad deũ: & fidelis, per vtilẽ diſpenſationẽ quoad proximũ vel [bone & fidelis,]quærẽs in actibus ſuis gloriã domini ſui,non ſuã: [quia ſuper pauca fuiſti fidelis,] ſcilicet ſuper bona vitæ præſentis:]ſuper multa te conſtituam,]ſcilicet bona vitæ ſequentis. de quibus Pſalm. dicit. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine,quam abſcondiſti timentibus te. Vnde Chryſoſt. Pauca ſunt quæ in hoc ſeculo nobis pręſtantur,multa quæ in illo ſeruantur. Et Hierony. omnia quæ in præſenti habemus, licèt magna videantur & plurima, tamen cõparatione futurorũ parua & pauca ſunt:[intra in gaudiũ dñi tui:]& ſuſcipe quę nec oculus vidit,nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit: & bene dicit, [intra,] vt ex omni parte gaudium; ſurſum, ex viſione dei: deorſum,

Margin notes (p. 566): In iudicio nõ erit patrocinium. — H — Virginum prudentia — I — Timor omnium in iudicio vbi nulla interceſsio. — K — Neſcio vos. — L — Conſcientiæ teſtimonium — M — Exhortatio. — Exod. 12. & 13. — Parabolæ intentio.

Margin notes (p. 567): D — Impoſsibile nõ pręcipitur. — Talentũ abſcõdere — E — Hominũ triplex genus. — Pſal. 30. — Gaudium ſaluãdorũ. — 1. Corin. 2.

deorſum,ex cõſideratione inferni:interius,ex glo-
G ria cõſcientię:exterius,ex decore omnis creaturæ.
Glorioſè cõſummato curſu certaminis in gaudiũ
domini ſui intrabit,qui centũ millibus prędicans,
vel vnã animam lucratã domino ſuo reportauerit:
nec ideo minus glorioſè ſi nullã,dummodo fideli-
ter pro poſſe faciat quod faciendum eſt pro ſalute.
Nempe miles ſtrẽnuus in certamine cõmendatur,
ſi cõſtanter & legitimè certauerit : etiã ſi domino,
ſuo triumphũ non obtinuit:ſic & doctor gentium
repoſitã ſibi habere coronã iuſtitiæ gloriabatur nõ
minus,quàm ſi omnes quos conuerterat,in vera fi-
de & vnitate ſanctæ matris eccleſiæ perſtitiſſent.
[Accedens aũt qui vnum talentũ acceperat,ait:do-
mine ſcio quia homo durus es:] grauiter puniens
delinquẽtes,[metis vbi nõ ſeminaſti, & cõgregas
vbi nõ ſparſiſti.]Seminat deus notitiã,in prædica-
tione veritatis:ſpargit virtutes,in exẽplo bonitatis:
metit ergo vbi ſemen legis vel euangelij nõ mini-
ſtrauit,& colligit vbi bonitatis exẽpla in patribus
veteris vel noui teſtamẽti non ſparſit.In prælatis
H etiã eccleſiæ nõ ſolũ requirit bona in perſona pro-
pria,ſed etiã in aliena:ſcilicet in ſubditis eorũ:quia
eorũ officium eſt alios & maximè ſubditos induce
re ad bonũ: [& timẽs,] ſcilicet aggredi altioris vi-
tæ ſtatũ, ne ipſe periclitaret quærẽs ſalutem alio-
rum, [abſcõdi talentum tuũ in terra:] hoc eſt non
ſum vſus notitia mihi data propter æterna,ſed pro
pter terrena:[ecce habes,quod tuũ eſt:]quaſi dice-
ret, ſufficit mihi quia tenui quod habui, nec alijs
Puſillanimitas. miniſtraui.Iſte timor ſerui pigri,nõ eſt niſi puſilla
nimitas bene agẽdi.Vt aũt dicit Chry.Et ſi talen-
tum non perdidit, reus tamen eſt damni : ſicut qui
cauſa ſeminandi ſemẽ accipiens tẽpore ſeminatio-
nis nõ ſeminauerit, domino ſuo damnũ fecit : & ſi
ſemen nõ perdidit, quantũ poterat lucrũ facere ſi
opportuno tẽpore ſeminaſſet. [Reſpõdens aũt do-
minus,dixit ei: ſerue male,] propter calumniã re-
ſpectu domini:[& piger,]in multiplicatione reſpe
ctu proximi:[ſciebas quia meto vbi non ſemino:]
multò magis vbi ſemino: [& congrego vbi nõ ſpar
ſi]multò magis vbi ſparſi::quaſi diceret, pro omiſ-
ſiõe veritatis & virtutũ iudico illos quibus nõ prędi
I caui,nec exemplũ bonitatis propoſui: ergo multò
magis te cui talentũ notitiæ meæ ad negotiãdum
commiſi:& ex hoc te accuſo,quo te excuſas.Opor-
tuit ergo ad tuũ meritũ, & ad aliorũ commodum:
[te pecuniam meã,]id eſt ſermonem vel legẽ,dare
gratis ad menſam:id eſt ad aliorum refectionẽ in-
ternam:[& committere numularijs,]id eſt audito-
ribus,qui quod audiunt operãtur:vel potius docere
alios,qui poſtea alijs miniſtrarent: [& ego veniẽs]
ad diſcutiendũ merita[recepiſſem quod meum eſt
cum vſura:]id eſt te & ipſos quos mihi acquiſiuiſ-
ſes:hæc enim eſt vſura ſpiritualis,ſcilicet lucrũ ani
marum,quæ maximè placet deo. Tollite itaq; ab
eo talentum,]id eſt donũ ſibi traditum,ſcilicet na-
Talẽtum malis creditum. turalis ingenij vel notitiæ:& loquitur permiſſiuè,
quia dominus auferri permittit intelligentiã, vel
per vitia,vel per dęmones,quãdo homo infatuatur
in eligendo malum vel infatuatur propter ſciẽtiæ
abuſum,vel non recipit mercedẽ,ſed pœnam,quia
bona diuinitus collata non cedent malè operanti-
bus,vel otioſis ad gloriã,ſed magis ad cõfuſionem: K
[& date ei qui habet decẽ talenta,] quia damnatio
reproborum cedet ad gloriã electorum,ſecundum
illud:Lætabitur iuſtus cùm viderit vindictã ex quo Pſal.57.
patet quòd non permittit deus fieri malũ,niſi inde
eliciat aliquod bonũ:iuſſit autẽ potius dari illi qui
habebat decẽ,quàm illi qui habebat quatuor : quia
minus habuit qui quinq; acceperat,quàm qui duo:
per quinque enim ſignificatur exteriorũ ſcientia,
ſecundum quinque ſenſus:ſed per duo,operatio vo
luntatis & intellectus:oportuit ergo illi qui habuit
exteriorum ſcientiã,& adminiſtrationem,dari in-
tellectum interiorũ,qui per vnum intelligitur ta-
lentum:[omni enim habẽti,]& bene vtenti [dabi-
tur]incrementũ eius quod habet[& abundabit:]ha
benti enim ſolicitudinẽ miniſtrandi verbũ dei, da-
bitur gratia[& abũdabit]in efficaci doctrina.Item
[habenti]charitatẽ,[dabitur] augmentum charita Habenti dabitur.
tis:[& abũdabit]vſque ad perfectionẽ.Item haben
ti meritum,dabitur pręmiũ,& abundabit: quia re- L
munerabitur ſupra condignũ. Augetur enim gra-
tia ei qui laborat in ea:nam laborando meretur au
geri,& ei qui reperitur in gratia, dabitur gloria &
abundabit:non ſolũ de ſua & aliorũ glorificatione:
ſed etiã de impletione iuſtitiæ in malorũ reproba-
tione.[Ab eo aũt qui non habet]ſtudium vel chari-
tatem,& bonũ doni collati vſum,[& quod videtur
habere]naturali ingenio vel ſtudio literarũ,ac do-
num ſibi collatũ,[auferetur.]Item ei qui nõ habet
fidem,vt in deo nõ credenti:etiã quod videtur habe
re,ſcilicet legis ſciẽtia,auferetur ab eo.Item ei qui
in morte nõ inuentus fuerit in gratia,bona naturæ
& gratiæ cedent ei ad pœnã.vt autem dicit Augu.
Omnis res quæ danda nõ deficit:ſi habetur & non
datur,nõ habetur quomodo habenda eſt:& vt idem
dicit,dare habenti,fuit miſericordiæ : auferre non
habenti,iuſtitiæ:prudenter ergo & fideliter labo-
rantem,ac bonũ vſum in dei munere habentẽ am-
pliori gratia dominus donat:& otia ſectantem, ac
munere dei nõ bene vtentem,eo quod dederat pri-
uat.Vnde dicit.Grego.ꝙ quiſquis charitatẽ habet, M
etiam alia dona percipit:quiſquis charitatẽ non ha Charitatis laus.
bet,etiam dona quæ percepiſſe videbatur amittit.
Deinde inutilem ſeruũ talento priuatũ iubet mit-
ti in tenebras exteriores:id eſt, corporales:quia(vt
ait Hiero.)dñs lumen eſt:qui ab eo foras mittitur,
caret lumine. Exteriores tenebræ, ſunt corporis:
interiores,ſunt mala animę.Vnde Grego.Interio- Tenebræ exteriores
res tenebræ, ſunt cęcitas mẽtis:exteriores, æterna
nox dãnationis:qui ergo hîc ſpõte cecidit cæcitatẽ
mentis,illic proijcietur in noctẽ damnatiõis.Vnde
& Raba.Per pœnam in exteriores tenebras cadit,
qui per culpã ſuam ſponte in interiores cecidit: ibi
coactus patitur tenebras vltionis,qui hîc libẽter ſu
ſtinuit tenebras voluptatis. Hæc Raba. [Ibi erit
fletus]proueniens ex fumo caloris:[& ſtridor den-
tium,]ex paſſione frigoris:vel[fletus & ſtridor dẽ-
tium,]id eſt dolor mẽtis & corporis:& ad iſta redu
citur omnis pœna infernalis: ecce quia nõ ſolũ qui
mala operatur,ſed & qui bona nõ facit vltima pœ-
na punitur:poſſunt etiã per quinq; talẽta, intelligi
bona



bona naturę,bona gratiæ, bona ſciẽtiæ,bona potẽ-
A tiæ,& bona opulẽtiæ:& dicũtur talẽta,quia per bo
num vſum talium põt homo ſibi acquirere cœleſte
præmiũ:& aliqui habent omnia iſta à deo collata:
alij plura iſtorum: alij vnũ tantũ. Aliqui etiã ſunt
qui talenta multiplicant & geminant, bene vtendo
prędictis ad ſui perfectionẽ & proximi ædificatio-
nem:alij abſcondunt in terra,qui vtuntur ad mũdi
Hominis nobilis parabola. gloriam & lucra tẽporalia.De eodẽ quoque Lucas
ponit parabolam,de homine nobili, ſcilicet Chri-
ſto:qui non ſolũ ſecundum diuinitatem,verũetiam
ſecundum humanitatẽ ex nobili genere ortus eſt:
quia ſecundum diuinitatẽ,dei patris : & ſecundum
humanitatẽ, Dauid regis filius:qui [abijt in regio-
nem longinquam,] aſcendẽs in cœlũ empyreum,
[accipere ſibi regnũ] ſuper ordines angelorũ, [ac
reuerti:] ſcilicet ad iudiciũ generale, in mũdi fine:
& etiam ad iudicium particulare,in cuiuſlibet ho-
minis morte:& priuſquam illuc aſcenderet, [voca
tis,] per electionis gratiã: [decem,] propter deca-
logi obſeruantiam: [ſeruis ſuis,] propter obedien-
B tiam omnimodã:vel [decẽ ſeruis ſuis,] id eſt,Chri-
ſtianis & fidelibus vniuerſis: quorũ vniuerſitas nu-
mero denario deſignatur, ꝑpter perfectionẽ dena-
rij: [dedit illis] gratis decẽ mnas: id eſt,talenta ſeu
libras:ſcilicet ſpiritualẽ decalogi intellectũ: ad ne-
gotiandum,donec veniat ad iudicium: quas veniẽs
exiget cum vſura & excreſcentia.ſecundum Bedã:
Mna. Mna decẽ dragmis appẽditur. Decẽ ergo mnæ cẽ-
tum dragmas,id eſt,centum libras faciunt:qua nu-
merus perfectorũ deſignatur,& ſacrę ſcripturę ſer
mo:quia vitæ cœleſtis perfectionẽ ſuggerit, quaſi
Mnæ decẽ numeri cẽtenarij põdere fulgeſcit: vel ꝑ decẽ mnas
intelligitur vniuerſitas donorũ dei, propter perfe-
ctionem ipſius denarij. Mutuauit ergo nobis deus
aliqua dona ad negotiandum, vt multiplicẽtur per
fructus bonorũ operũ:quia tẽpus meriti currit vſq;
ad iudicium:de quibus quærit lucrũ meritorũ,red-
diturus cumulum præmiorũ. Hoc profectò nego-
tium,vt ait Gregorius,tũc verè nos agimus, ſi viuẽ
do & loquẽdo proximorum aĩas lucramur, ſi infir-
C mos quoſq; cœleſtis regni gaudia prædicãdo in ſu-
perno amore roboramus, ſi proteruos ac tumidos
gehennę ſupplicia terribiliter inſonãdo flectimus,
ſi nulli contra veritatẽ parcimus,ſi ſupernis amici-
tijs dediti,humanas inimicitias non timeamus.hęc
Vſura quid eſt. Greg. Vſura quippe eſt, qđ ex mutuo vltra ſortem
accipitur. Et certè dñs dãdo nobis pecuniã ſuę gra-
tiæ & doctrinæ, exigit eã cum vſuris & excreſcẽ-
tia.Primò,vt cùm tribuit doctrinã fidei ad creden-
dum,exigit vt quod credis,ore cõfitearis.Secundò,
vt quod confiteris,opere cõpleas. Tertiò, vt exau-
ditis in lege dñi meditando,& legẽdo,& orãdo etiã
alia intelligas. Quartò, vt quod cõpleueris,docere
nõ ceſſes:his enim partibus denarius vitæ fundatur
æternæ.vnde Greg.Inquantũ vos profeciſſe penſa-
tis,etiã alios trahere vobiſcum ſatagite : in via dei
habere ſocios deſiderate:& ſi ad deum tenditis,cu-
rate ne ad eũ ſoli veniatis,hîc enim ſcriptũ eſt:Qui
audit,dicat veni:vt qui in corde vocẽ ſuperni amo-
Retributio. ris ſuſceperit,foras etiã proximis vocẽ exhortatio-
nis reddat.hæc Grego. [Accepto autẽ regno,] do-
minus ſeruorum illorũ rediẽs [iuſſit vocari] ad ſe,
vt ſciret quãtum quiſq; negotiaturus eſſet. Et cùm D
primus veniens cum mna ſua alias decem,& alter
cum mna ſua alias quinque acquiſitas obtuliſſet:
congratulans ei dominus dixit primo, [eris pote-
ſtatem habens ſuper decem ciuitates:] alteri verò,
[& tu eſto ſuper quinq; ciuitates:] id eſt, gaudebis,
ſcilicet tu vterq; de fœlicitate omnium qui per tuã
doctrinam vel vitæ tuæ exemplũ conuerſi ſunt ad
bonum.Seruis autem bonis mnas cum lucro repor
tantibus piger ſeruus mnam ſuã ſine lucro obtulit,
quam in ſudario ligatam habuit : quia molliter &
delicatè viuendo doctrinam cõmiſſam nõ enume-
rauit,ac gratiam ſibi datã, in hac carne laboribus
& fatigationibus traditam,torpeſcens:& percepta
dona ſub otio torporis & ignauiæ abſcondit: & ſic
ipſam mnam ſine operibus tãquam mortuã & ſe-
pultam in ſudario habuit. Sudariũ enim eſt pannus
in quo inuoluũtur corpora mortuorũ:& ideo mna
in ſudario repoſita,ſignat donum dei à bonis operi
bus otioſum tanquã mortuũ.Illis ergo qui de donis
ſuis bene operando lucrum fecerunt,cõmendatis à E
domino & remuneratis: pigrum qui in bonis ope-
ribus torpẽdo mnam ſuã in ſudario ligauit, repro-
bat dominus & dãnat, vario tamen modo ſecundũ
quantitatem meriti vel delicti:quia gradus ſunt &
in gaudijs,& in tormẽtis.Iſte [homo peregrè pro-
fectus,] ſcilicet Chriſtus ad patrem aſcendens, ſe-
cundum Marcum, [reliquit] corporaliter [domũ
ſuam:] id eſt,eccleſiã,quam tamen nunquã diuinæ
potentiæ præſidio deſtituit, [& dedit ſeruis pote-
ſtatem cuiuſq; operis:] quia dans fidelibus octo ta-
lenta,ſecundum Matthæũ, & decẽ mnas, ſecũdum
Lucam,tribuit eis facultatẽ inſiſtendi operibus bo-
nis:dimittens eos agere ſecũdum libertatẽ ſuæ vo-
luntatis: [& ianitori,] qui ducit in domum cœli,
[pręcepit vigilare] ei ſcilicet ꝗ prędicat,& pręeſt:
cui dicitur, ſi nõ annuntiaueris iniquo iniquitatem Ezech.3.
ſuam,ſanguinẽ eius de manu tua requirã.vñ Beda:
Ianitori autem præcepit vt vigilaret : quia ordini
paſtorum cõmiſſæ ſibi eccleſiæ iubet curam impẽ-
dere:non ſolũ autẽ rectores eccleſiæ:ſed omnes vi- F
gilare præcipimur, ianuas cordium cuſtodiẽtes ne
antiqui hoſtis mala ſuggeſtio intret, ne nos domi-
nus dormientes inueniat.hæc Beda. Ianitor etiam Ianitor.
eſt ratio,debet eſſe vigil ad claudendũ oſtium con-
ſenſus,diabolo:& ad aperiendũ Chriſto: ꝗ ad oſtiũ
pulſat,quando ad bonũ inuitat. Negotiemur ergo
fideliter de bonis naturæ,gratiæ, & fortunæ nobis
dati:quia de oĩbus rationẽ reddemus. Fugiamus pi Piger.
gritiam:quia piger locũ diabolo præparat:& otio-
ſus quaſi puluinar eſt diaboli, in quo requieſcat.
Omnibus quoque modis quibus poſſumus noſmet-
ipſos emendando,vel alios adiuuando, talẽtum do-
minicum erogare,& erogãdo multiplicare ſtudea-
mus:vtpote de quo in diſtricto iudicio rationẽ red-
dituri ſumus:nec ſe aliquis ab hac negotiatione ex
cuſare poterit: quia nullus eſt qui talẽtum nõ acce-
perit.vnde Greg. Sciẽdum verò eſt,ꝙ nullus piger Talenti
ab hac talenti acceptione ſecurus eſt: nullus namq; exactio.
eſt qui veraciter dicat talẽtum minimè accepi, nõ
eſt vnde rationem ponere cogar.Talenti enim no-


mine

mine cuilibet pauperi etiã hoc ipſum reputabitur,
G quod vel minimum accepit: alius nãque accepit in-
telligentiæ donum, prædicationis miniſterium de-
bet ex talento: alius terrenam ſubſtãtiam accepit,
erogationem talenti debet ex rebus: alius didicit
artem qua paſcitur, ipſa ars ei in talenti acceptione
reputatur: alius familiaritatis locum apud diuitẽ
meruit, talentum profectò familiaritatis accepit:
habens igitur intellectum, curet omnino ne taceat:
habens rerum affluentiam, vigilet ne à miſericor-
diæ largitate torpeſcat: habens artem qua regitur,
magnopere ſtudeat vt vſum atque vtilitatem illius
cum proximo partiatur: loquendi locum apud diui
tem habẽs, pro pauperibus intercedat. Tantũ quip-
pe ab vno queq; noſtrum venturus iudex exigit, quã
tum dedit. Conſideremus ergo quę accepimus, atq;
in eorũ erogatione vigilemus: nulla nos à ſpirituali
opere terrena cura impediat, ne ſi in terra talẽtum
abſconditur, talenti dominus ad iram prouocetur.
vnde Augu. Vnuſquiſq; quod habet præſtet alteri,
quicquid plus habet largiatur inopi. Alius habet pe
H cuniam: paſcat pauperẽ, veſtiat nudum, ædificet ec-
cleſiam, operetur de pecunia quicquid boni poteſt.
Alius habet cõſilium: regat proximũ, pellat tene-
bras dubitationis luce pectoris. Alius habet doctri-
nam: eroget de cellario domini: miniſtret cõſeruis
cibaria, confortet fideles, reuocet errantes, quærat
perditos, quantum põt faciat. Eſt quod ſibi erogent
pauperes: alius claudo pedes accõmodet, alius cæco
ſuos oculos duces præbeat, alius viſitet infirmum,
alius ſepeliat mortuos: ſunt iſta in omnibus, vt pror
ſus difficilè inueniatur aliquis qui nõ habeat vnde
aliquid alteri præſtet: & illud extremũ & magnũ
Galat. 6. quod ait Apoſtolus, Inuicem onera veſtra porta-
te, &c. vnde etiã Chryſoſtomus, omnia inferamus
ad proximorum vtilitatem: talenta enim hæc ſunt
vniuſcuiuſque virtus, ſiue in præeminentia, ſiue in
pecunijs, ſiue doctrina, ſiue in qualicunque tali ne-
gotio: nullus dicat quoniam vnum talẽtum habeo,
& non poſſum facere: põt & per vnum approbatus
eſſe: nõ enim es vidua illa pauperior, nõ es Petro &
I Ioanne ruſticior, qui & idiotæ & illiterati fuerũt:
ſed tamen quoniam deſiderium monſtrauerunt, &
ad cõmunem vtilitatem omnia fecerunt, cœlos ap-
prehenderunt: nihil enim eſt ita deo amicum ſicut
ad communem vtilitatem viuere: propter hoc ſer-
monem nobis dedit deus, & manus, & pedes, & cor
poris virtutem, & intellectum, & ſenſum: vt oĩbus
his & ad noſtrã ipſorum ſalutem, & ad proximorũ
vtilitatem vtamur: nõ opus eſt multis hîc nobis ſer
monibus, neque longa circumitione. Inſtat enim
Philip. 1. beatus Paulus ratiocinium ferens & dicẽs, diſſolui
& cum Chriſto eſſe melius eſt: manere autem in
carne, magis neceſſarium eſt propter vos: & ei qui
ad Chriſtum erat diſceſsioni, præpoſuit proximi
Cũ Chriſto eſſe. ædificationẽ. Hoc enim maximè eſt eſſe cũ Chri-
ſto, voluntatẽ eius facerę: volũtas autẽ eius nihil eſt
ita, ſicut quod expedit proximo. Si enim in ſecula-
ribus nullus ſibijpſi viuit: ſed & artifex, & miles, &
agricola, & negotiator ad id quod cõmuniter ex-
pedit ſunt, & ad quod proximo prodeſt conficiunt
vniuerſi, multò magis in ſpiritualibus hoc oportet
facere: hoc enim maximè eſt viuere. Qui ſibijpſi
viuit ſolũ, & omnes deſpicit, ſuperfluus eſt, & neq; K
homo, neq; generis noſtri. hæc Chry. Ex prædictis Vtilis alij
videtur q aliquis fidelis in charitate manens, qui an monaſticam vitam accipiet.
abſque ſuo ſcandalo vtilis eſt, vel eſſe põt proximis
quoad vitam æternã, peccat moraliter ſi ſe trãsfert
ad eremum, vel monaſteriũ, vbi alios non inſtruit
verbo vel exemplo, nec curam quam poſſet & de-
beret circa proximos, gerit: quia ita abſcondit talẽ-
tum, & eſt ſeruus piger: de infirmis enim nõ loqui-
mur, qui de facili ſcandalizãtur: quia eis eſt tutum
fugere conſortium prauorum, & laqueos diaboli.
Sed econtra videtur quia præualet actiuæ cõtem-
platiua: dominus eñ dicit Marthæ, Maria optimã Lucæ 10.
partem elegit, quę nõ auferetur ab ea. Et Hierony
mus in pluribus locis epiſtolarũ ſuarum vſq; adeo
pręfert actiuæ contemplatiuã, vt viros religioſos,
& multis vtiles vocet ad eremũ, quaſi nihil boni in
mundo agerent, habito reſpectu ad vitã monacho-
rum & anacoritarum. In his ergo videtur neceſ-
ſarium vt quiſque vires ſuas conſideret, & ad quod L
opus ipſe ſit aptior penſet: ſi enim ad cõtemplatiuã
habilior, & ad orandũ deuotior, tutè ſe transferat
ad eremũ, oraturus pro ſe & alijs: & ita plus prode-
rit eis in eremo pro ipſis orãdo, quàm in mũdo eis
prædicando: nec abſcondit pecuniam domini ſui in
terra, ſed in domino: licèt nõ prædicet: quia talenta
orationis & deuotionis, in quo amplius valet, &
meliorem ſe ſentit, omnibus erogat: nec piger
debet qui totus in ſancta deuotione & oratione, ie-
iunio, vigilia, & fletu eſt: veruntamẽ ſi quis videret
gregis ſibi commiſsi periculum imminere, & nul-
lum idoneum in curam gregis ſibi ſucceſſurum, pe
riculum eſſet gregem deſerere, & ad eremũ ſe trãſ-
ferre, licèt habilior ad orandum ſit, dũmodo de ſuo
ſcandalo non præſumat: prælatus quidem qui ido-
neus eſt ad prædicãdum, & plures inſtruere põt: ac
ſibi & alijs in tali officio vtilis eſt, talis fraternam
charitatem nõ obſeruat ſi populum ſibi cõmiſſum
relinqueret, & ſe ad eremum transferret: cùm vti-
lior in agro prędicationis, quàm in eremo eſſe poſ- M
ſit in his verò quemque in charitate manentẽ ſpi-
ritus ſanctus intus docebit, quid ei melius faciendũ
ſit, & ſolicitè circa hæc inquiſitoris quęſtioni ſatiſ-
facier.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte, qui nobis tua dona mi-
ſericorditer tradidiſti: monẽs vt vigilãtes &
ſolicitè agẽtes ex eis fructum afferamus, da
mihi indigno ſeruo tuo de donis à te receptis vigi-
lanter negotiari, & ea per fructus bonorũ operum
multiplicare: eiſq; ad tui gloriã, proximi ædifica-
tionem, & mei perfectionẽ ſic bene vti, vt cum ſer-
uis tuis bonis & fidelibus merear remunerari, ac te
iubente intrare gaudiũ fœlicitatis ęternæ; & ſuſci-
pere quę pręparaſti diligẽtibus te, bone Ieſu. Amẽ.

De ventilatione areæ in extremo iudicio.

Caput L.

POſtremò ponit tertiam parabolam, Matth. 25.
quæ pertinet ad actiuos, quorum eſt
ſe exercere in actibus miſericordiæ,
pro quorum exercitio vigilantes in
talibus remunerabuntur: deſiſtentes
autem



autem à talibus, condẽnabuntur: & deſcribit vẽti-
A lationẽ areæ, quę fiet in extremo iudicio, ac modũ
ipſius diuini iudicij. De hoc euangelio dicit Augu.
Euangelij huius vtilitas. Si quis eſſet qui de tota ſacra ſcriptura nihil aliud
ſciret niſi ſolũmodo lectionẽ iſtã prę ſentẽ, hoc ſo-
lum ſibi ſufficeret ad ſalutẽ: quia cõtinẽtur hîc me
rita & demerita, præmia & ſupplicia bonorum &
malorũ: cõditiones autẽ iudicis in hoc aduẽtu ſecũ
do ponit, per oppoſitũ conditionum eius in aduen-
Aduentus duplicis diſcretio. tu primo. Venit enim primò in humilitate, apoſtolo-
rum pauperum ſocietate, & propria infirmitate.
Secũdò veniet in maieſtate, angelorum ſocietate:
& iudicis dignitate. [Veniet ergo filius hominis,]
ſcilicet virginis ad iudiciũ, [in maieſtate ſua:] quia
tunc iudicaturus apparebit in forma hominis glo-
rioſa, qui in primo aduẽtu iudicandus apparuit in
forma paſsibili & infirma. Vnde Remigius: In ma
ieſtate deitatis iudicaturus adueniet, qui in humili
tate ſerui iudicãdus apparuit: itaque tradendus in
proximo cruci, promittit gloriam triumphantis:
vt ſecutura ſcãdala hac promiſsione compẽſaret,
B & vt melius illa paterẽtur diſcipuli, & libẽtius, ſub
tantæ gloriæ expectatione. Vnde & Chryſoſto-
mus: Deus manifeſtè veniet: manifeſtè, inquit, non
iam celatus in corpore ſicut antea: vt vix eũ etiam
Pſal. 49. boni cognoſcerent, ſed manifeſtus in gloria, vt etiã
mali eum cõfiteantur inuiti: vt qui contempſerunt
eum in humilitate, cognoſcãt eum in poteſtate: &
qui ſcire noluerunt quàm dulcis eſt miſericordia
eius, ſentiant quàm grauis eſt ira ipſius. Hæc Chry
ſoſto. In forma ergo humana veniet: vt ab omnibus
videri poſsit: ſi enim in forma diuina veniret, non
poſſet videri à malis: quia talis viſio nõ eſt ſine de-
lectatione maxima, quæ tunc nõ competit eis: &
Angeli cũ domino venient. ideo dicit [cùm venerit filius hominis,] in famula-
tu autẽ eius veniẽt omnes angeli eius cũ eo, propter
iudicis honorẽ, & tanquã teſtes actuũ humanorũ,
& executores ſenteniæ ferendæ per ipſum. Vnde
Chryſo. Omnes enim angeli cũ ipſo aderũt, teſtã-
tes & ipſi quantũ adminiſtrauerũt miſſi à domi-
natore ad ſalutem hominum. [Tunc ſedebit ſuper
ſedem maieſtatis ſuę:] id eſt, in eccleſia, in qua ap-
parebit cum omnipotentia ſua: per quod ſignificat
C poteſtatem iudiciariã quæ Chriſto homini eſt da-
ta: [& tũc cõgregabũtur ante eũ,] tanquã ante iudi
cem ſuũ, [omnes gẽtes:] omnis tẽporis, omnis con
ditionis, omnis ætatis: quia nullus poterit tũc latê-
re vel ſe abſcõdere. Vnde Chryſoſtomus: Vbi illu-
minatio euãgelij ad omnes gẽtes prædicata perue-
nit, tunc omnes gẽtes inexcuſabiles factæ ſunt: &
Separatio bonorũ & malorum. ideo tũc iuſtè ad iudiciũ cõgregabũtur omnes.] Et
ſeparabit eos ab inuicẽ,] ſcilicet bonos à malis, ſi-
cut paſtor ſegregat oues ab hœdis:] de die ſunt ſi-
mul in paſcuis oues & hœdi, ſed in veſpere paſtor
eos ſegregat: ſic in vita pręſenti ſunt in eccleſia ſi-
mul boni & mali: ſed in veſpere mortis, ſeu mũdi,
ſeparabit Chriſtus bonos à malis, ſicut oues ab hœ-
dis. Separabit, inquã, meritò oĩa merita diſcernen-
da loco: loca varia aſsignãdo, vocabulo diuerſis no-
Oues. minibus appellãdo hos hœdos, illos oues. In ouibus
intelligitur innocẽtia bonorum: propter ſimplici-
Hœd. tatem, mititatẽ, fœcũditatem. In hœdis intelligi-
tur peruerſitas malorũ: propter fœditatem, impe-
tuoſitatẽ, ſterilitatẽ. Vnde Chryſoſto. Deinde à no D
minibus vniuſcuiuſq; modũ oſtẽdit, hos quidẽ hœ-
dos vocãs, hos autẽ oues: vt horũ quidẽ infructifica
tionẽ oſtẽdat: nullus eñ ab hœdis fructus fit, horũ
autẽ multum quæſtũ: etenim multus ouiũ eſt quæ
ſtus, & à lana lacteque, & ab his quæ parturiũtur,
à quibus vniuerſis deſertus eſt hœdus. Et iterum:
Oues, homines iuſti, propter mãſuetudinẽ, quia ipſi
neminẽ lædunt: & propter patiẽtiã, quia cũ ab alijs
læſæ fuerint, ſuſtinẽt: hœdos autẽ homines pecca-
tores dicit: quia in capris hæc naturaliter inſunt vi
tia, libido præ cæteris animalibus, ſuperbia, rixa,
inuidia, cõcupiſcẽtia gulæ, & clamoribus ſuper o-
mnia garrulæ, in omnibus his vitijs peccatores abũ
dãt, & ideo hœdis ſunt aſsimilati. Hæc Chryſoſto.
[Et ſtatuet oues,] ſeu bonos, [à dextris] ſuis, [hœ- Dextera & ſiniſtra.
dos autẽ,] ſeu malos, [à ſiniſtris]. In ipſa poſitione
dextræ & ſiniſtræ, iam extunc vtraq; pars cogno- E
ſcere poterit cui miſericordia, & cui miſeria immi
neat. Vnde Chryſoſto. Iuſtos quidẽ ad dexterã cõ-
ſtituet, peccatores ad ſiniſtrã: vt vnuſquiſque meri
torũ ſuorum cõditionẽ ex ipſius loci qualitate co-
gnoſcat. Meritò iuſtos ad dexterã collocabit, quia
nũquam cognouerũt ſiniſtrã: meritò impios ad ſi-
niſtrã, quia nũquam cognoſcere voluerũt dexterã
partem. Vias enim quæ à dextris ſunt, nouit domi
nus: peruerſæ autẽ ſunt quæ ad ſiniſtrã ſunt: & ite-
rum à ſiniſtris, ſunt qui quærũt temporalia: à dex
tris, qui quærũt æterna. Vnde & Remigius, in dex
tris æternæ beatitudinis cõfirmabuntur, qui ama-
uerũt æterna: in ſiniſtris æternæ miſeriæ, qui cu-
pierũt præſentia. Nã & ipſa tranſitoria dei dona,
reſpectu æternorũ, dicũtur eſſe ſiniſtra: æterna ve
rò in dextera, quia ſunt potiora. Hîc eſt illud, Cor Eccleſiaſtes 10.
ſapiẽtis ĩ dextera eius, & cor ſtulti ĩ ſiniſtris illius.
[Tũc dicet rex his qui à dextris ei9 erũt,] id eſt bo Rex Chriſtus.
nis (hîc nõ dicit, fili9 hominis, ſicut ſuprà: ſed rex:
ad cui9 apicẽ pertinet ſubditos regere, leges cõde-
re, trãſgreſſores legis punire, & obſeruatores præ- Ioan. 19.
miare: qđ tũc apparebit manifeſtè. Tunc non quæ F
ret Pilatus, ergo rex es tu? tunc non dicent Iudæi,
non habemus regẽ, niſi Cæſarem. Dicet, inquam Benedicti
rex, [venite benedicti patris mei,] id eſt, à patre
meo, q à patre benedictionẽ gratiæ accepiſtis, q̃a
non niſi benedicti primò per gratiam & meritũ,
vocantur ad beatitudinem æternam & præmiũ,
nõ dat eñ deus pacẽ æternitatis, niſi ſupra pacem
pectoris: vel, ſecundũ Rabanũ, dicuntur benedicti,
quibus pro bonis meritis debet ęterna benedictio:
[poſſidete,] & ęternaliter tenete, [paratũ vobis re
gnũ celorũ] locũ ſanctorũ, [à cõſtitutione mundi.]
Vbi Chry. antequã enim vos naſceremini, ait, hęc
vobis pręparata ſunt & pręaptata: quia vidi vos ta Locutio iudicis.
les futuros. ſcđm Remig. rex regũ ſine ſtrepitu ver
borũ loquitur: id eſt, manifeſtabit cõſcientias & me
rita, dicetq; per collationẽ gloriæ: venite, beneficio
patris mei promoti ad obtinendum regnum vitæ, Paratum regnum ante conſtitutionẽ mundi.
prædeſtinatum vobis à conſtitutione mundi. Hæc
Remigius. Ante mundi conſtitutionem paratum
fuit, per prędeſtinationem: à conſtitutione mundi,
per creationem, ab aſcenſione, per apparitionem:
Attende

G Attende hîc dulciſsimam inuitationem domini, cùm dicit:venite benedicti patris mei: ô quàm fœlices & beati qui hoc dulce inuitatoriũ ad ſe directum meruerint audire, & à domino inuitati regnum eius percipere:frequẽtemus ergo nũc & cantemus deuotè inuitatoriũ eccleſiæ dicẽtes: Venite exultemus domino· vt tunc cũ electis mereamur audire inuitatoriũ domini,& regnare ſine fine cũ eo.Et cõmemorabit dominus ſex opera miſericordiæ,in ſe capite & in mẽbris ſuis propter eũ facta: quæ ſunt,paſcere eſurientẽ, potare ſitientẽ, collocare hoſpitẽ veſtire nudũ,viſitare infirmũ,conſolari vinculatũ:& per hæc intelligitur ſeptimũ,quod eſt in Tobia,ſcilicet ſepelire mortuos.Vnde verſus: Viſito,poto,cibo,redimo,tego,colligo,cõdo.Et ſecũdum quoſdã nõ erit aliud hæc cõmemoratio niſi quia oẽs ſcient merita ſua,pro quibus ſaluabuntur vel etiam dãnabũtur.Vbi Chryſoſto.Putas quãto gaudio extollũtur ſancti,quãdo in conſpectu omniũ angelorũ quod fecerũt hominibus fatetur ſe

Opera miſericordię

H accepiſſe,nã tale videtur opus eorum nõ quale datũ eſt:ſed qualis perſona illius eſt qui accepit.Hæc Chryſoſto.Sed iuſti,quaſi laudem fugiẽtes,interrogabũt,quando hæc ſibi fecerint.Secũdum Remigium:In cõſcientijs ſuis ita reſpondebũt,nõ dubitantes vel diffidẽtes de verbis domini:ſed vel ſtupẽtes pro magnitudine maieſtatis regis,vel quia paruum videtur eis omne bonum quod fecerũt cõparatione præmij.Vnde Apoſtolus: Nõ ſunt cõdignę paſsiones huius temporis ad futuram gloriã quę reuelabitur in nobis.Vnde Chryſoſtomus:O humilitas,quæ nec poſt mortẽ deficies.Homo enim malus etiam falſis honoribus delectatur,vir aũt bonus etiam ſibi debitã laudẽ fugit:ſic & ſancti debitam ſibi laudẽ repellẽtes dicent,quando te vidimus eſurientem?Hæc Chryſoſto.[Et reſpondẽs rex,dicet illis:Amen dico vobis quãdiu,]id eſt,eo & quanto tempore[feciſtis,]id eſt,opera miſericordiæ exhibuiſtis,[vni de his fratribus meis minimis:mihi feciſtis.]Fratres ſunt,quia fecerũt volũtatem patris: minimi verò,quia fuerũt humiles & abiecti. Vbi

Roma.8.

I Chryſoſtomus:O bonitas Chriſti:quandiu in corpore cõtemptibili erat in mũdo,fuerat veriſimilis ratio,vt propter ſimilitudinem viſiõis fratres ſuos homines appellaret:quid autem dicamus,ꝙ in illa gloria conſtitutus,adhuc cõtentus eſt eos dicere fratres,quibus ſufficeret ad laudẽ ſi vel bonos ſeruos illos vocaret.Et iterũ:propter hoc enim ſunt fratres:quia humiles:quia abiecti & cõtẽptibiles:hos enim tales maximè in fraternitatẽ vocat.Vnde & Auguſti.Minimi ergo qui ſunt Chriſti,hi illi ſunt qui omnia dimiſerũt & ſecuti ſunt eũ,& quicquid habuerũt pauperibus diſtribuerũt:vt deo ſine ſeculari compede expediti ſeruirẽt,& ab oneribus mũdi liberos velut pennatos ſurſum humeros tollerẽt. Hi ſunt minimi:quare minimi?quia humiles,quia non elati,nõ ſuperbi.Apprehẽde minimos iſtos,& graue pondus inuenies.Hæc Auguſtinus.Chriſtus itaque in eſurientibus eſurit,in ſitiẽtibus ſitit,in infirmis ægrotat,& in alijs ſimiliter patitur:magna ergo reuerẽtia ſuſcipiẽdi ſunt minimi & pauperes Chriſti:cũ magna veneratione ſeruiendum eſt eis,

Bonitas Chriſti etiam in iudicio.

Fratres Chriſti.

Minimi Chriſti.

ſiquidem Chriſtus in eis ſuſcipitur & honoratur. Vnde Gregorius:Ad tribuẽdũ ergo pigri cur eſtis, K quãdo hoc quod iacẽti in terra porrigitis,ſedẽti in cœlo datis?Hæc pręmiſſa ſunt opera miſericordię ad corporis miſerias pertinẽtia:ad animas verò ſpectat,vt eſuriẽtem & ſitientẽ iuſtitiam pane verbi dei reficias,& potu ſapiẽtiæ refrigeres:errantem per hæreſim vel per peccatũ,in domũ matris eccleſiæ dei reuoces:innocentẽ à malis protegas:nudũ à bono opere,virtutibus ornes:infirmũ in fide,corrobores:tribulatione ſeu carcere triſtitiæ oppreſſo ſubuenias cõpatiendo,vel cõſolando qui enim hæc facit,verã dilectionẽ & charitatẽ adimplet:& hæc maiora ſunt quã alia præmiſſa:quia vt ait Grego. plus eſt verbi pabulo victurã in perpetuũ mẽtẽ reficere,quã ventrem morituræ carnis terreno pane ſatiare.Vnde Chryſo.ſi hæc omnia corporaliter corporibus Chriſti miniſtrare magnæ beatitudinis eſt,quæ omnino poſt modicũ ſunt peritura:putas quantæ beatitudinis eſt,hæc omnia ſpiritualiter animabus periclitantibus miniſtrare,quibus viuificatæ poſsint viuere in æternũ.Quantò melior eſt anima quàm corpus,tantò meliora ſunt,quę ad ſalutẽ animarum,quàm quæ ad ſuſtẽtationẽ corporũ miniſtrãtur.[Tũc dicet rex & his q à ſiniſtris eius erũt,]id eſt,reprobis:q ſiniſtra,id eſt,tẽporalia quãdiu vixerunt ardẽter amauerũt.[Diſcedite à me.]O ĩfœlix diſceſsio.O dura ſeparatio.O miſerabilis cõditio:q a à me fonte vitę indeficiẽtis,à me lumine gloriæ beatificãtis,à me torrẽte voluptatis inũdãtis,à me plenitudine vbertatis inebriãtis.[maledicti,]primò maledictione culpæ,ſed modò maledictione pœnæ æternæ:[in ignem æternũ,]ſine fine vos arſurum:[qui paratus eſt diabolo & angelis eius,]vt quibus colligati fuiſtis in culpa,ſociemini in pœna.O cõſortium malum,horribile quidem ad imaginãdum,horribile amplius ad videndum:ſed adhuc horribilius ad cohabitandũ:nõ portaſtis,inquit,clauẽ crucis:ideo in regnũ nõ intrabitis:nõ nauigaſtis in naue crucis,ideo ad portũ non peruenietis:ſed pœnã dãni & ſenſus habebitis.Dũ M mali permixti ſunt bonis,videntur eſſe cũ deo:ſed tãdem diſcedẽt ab eo,& mittentur in ignẽ æternũ: nec videbit impius gloriã dei.[diſcedite,] inquit, qui adhuc commixti fuiſtis bonis in mũdo,à mea facie,ab omni mea miſericordia,ab omni gloria: [maledicti,]ſed nõ addit patris mei:quia ex patre eſt benedictio,ex nobis verò maledictio.Vbi Chryſoſtomus,quaſi qui nõ ſufferat præſentiam illorũ vel aſpicere,ſic dicit,[diſcedite à me:] nam deus qui in ſanctitate delectatur animarum, peccatrices animas aſpiciens quaſi grauatus non ſuffert:tãquam ſi dicat eis,quaſi putredo & ſpurcitia eſtis: nec tandiu vos ſuſtineo,quandiu ſtatis in iudicio meo.Et iterum:Ite maledicti,non à patre meo:neque ipſe eos maledixit,ſed propria opera:[in ignẽ æternum,qui paratus eſt,]non vobis,ſed [diabolo & angelis eius:]quia verò voſipſos in ignem miſiſtis,vobiſipſis reputate:ſed ne vnquam hæc patiamur ô vnigenite fili dei,ſcilicet faciem illam manſuetam videre auerſam à nobis,& trãquillũ illum oculum non ferentem videre nos, neque accipia-

L

Opera miſericordię ad animã pertinẽtia

Diſceſsio à deo.

Cõſortiũ diabolicũ.

mus



mus aliquã experiẽtiam illius pœnæ incurabilis.ſ.

A excidere à regni gloria,& comburi in gehẽna.De hac etiam excluſione & ſeparatione ſic dicit idem Chryſoſto.Ponamus illud ante oculos,quãti doloris eſt excludi & proijci à regno cœlorũ,quod (vt mihi videtur)ipſa grauius eſt gehẽna:nam & ſi ille ignis nõ arderet,& immortalis illa pœna nõ eſſet parata,hoc ſolum quòd alieni efficimur à Chriſto,& excludimur è bonis æternis,nõne omni pœna cruciabilius diceretur?Hæc Chryſoſto.Et commemorabit iudex opera miſericordiæ prædicta, ab ipſis reprobis ſibi non facta:ſed reprobi quaſi ſe excuſantes reſpõdebũt & interrogabũt,quãdo hęc ſibi nõ fecerunt.Verũ,vt ait Rabanus,& ſi ſe excuſare ſatagunt,tamẽ deum fallere nõ poſſunt.vnde reſpondit illis dicẽs:[quãdiu nõ feciſtis vni ex minimis his,nec mihi feciſtis.]Auguſti.Chriſtus caput eſt eccleſiæ,corpus eius eccleſia:in noſtro corpore caput ſurſum eſt,pedes in terra.In aliqua conſtipatione hominum,quando aliquis tibi pedẽ calcat,nõne dicit caput calcas me?quomodo ergo lingua,quam nemo tãgit,dicit calcas me:ſic Chriſtus

Dolor ex ſententia iudicis.

Quomodo Chriſtꝰ in mẽbris ſit.

B caput,quẽ nemo calcat,dicet:[Eſuriui,& nõ dediſtis mihi mãducare,&c.]Vbi Chryſoſto. Et vide qualiter leuia iniungit:non enim dicit, in carcere eram,& nõ eripuiſtis me:infirmus,& non curaſtis me:ſed nõ viſitaſtis,& nõ veniſtis ad me.In eſuriẽdo etiam nõ petit menſam precioſam:ſed neceſſarium cibum.Omnia ergo ſufficientia ſunt ad pœnam.primò quidẽ,facilitas petitionis:panis enim erat.Secundò,miſericordia eius:pauper enim erat qui petebat.Tertiò,comparatio naturæ:homo eñ erat.Quartò,deſideriũ promiſsionis: regnum eñ promiſit.Quintò,dignitas eius qui accipiebat:deus enim erat qui per pauperes accipiebat. Sextò,ſuperabũdantia honoris:quoniã dignatus eſt ab hominibus accipere.Septimò,iuſtitia datiõis:ex ſuis enim à nobis accipit:ſed contra vniuerſa hæc homines per auaritiam excæcãtur.Hæc Chryſoſto. Et reuera per auaritiam homines ad opera miſericordiæ excæcantur,& ad ea duri & quaſi inſenſi-

In deteſtationẽ auarorum.

Auaritia excæcat.

C biles reddũtur:ſicut enim charitas quæ directè opponitur auaritiæ,vult omnibus ſubuenire & benefacere:ſic auaritia ſuadet à talibus abſtinere,& nõ operibus miſericordiæ intendere. Suggerit enim quaſi conſulẽdo ipſi miſero quẽ poſsidet,vt de talibus nõ curet:quia tãtum cõſtaret,& tantum dãnũ inde reciperet.Hîc ſiſte tu miſer auare,qui alijs in neceſsitate poſitis nõ curas ſuccurrere,& maximè tu crudelis præſidens ſeu prælate,& ſpecialiter religioſe:qui infirmis tibi cõmiſsis de miniſtris & cuſtodibus,vel quibuſcũque alijs neceſſarijs nõ ſtudes prouidere:attende & vide,quia hoc terribile iudicium,in quo de operibus miſericordiæ diſceptatio fit,tibi ſpecialiter imminet:quia præcipuè immiſericordes arguet iudex & puniet:tunc audies correptiones duriſsimas,quibus non poteris contradicere:qui modò abijcis monitiones molliſsimas quibus non vereris repugnare,tunc erit hora tua qua tibi inſtabit horrenda miſeria,vt cum maledictis eas in ignẽ æternũ,diabolo & angelis eius paratũ. Illuc perges derelictus à cura & cuſtodia diuina,

Contra auaros.

qui hîc tuos infirmos dereliquiſti ſine cura & cuſtodia humana:& tũc nihil eorũ quæ cõtra charitatẽ ſeruaſti,& neceſsitatibus indigẽtium crudeliter ſubtraxiſti,te à miſeria liberabit:ſed tua crudelitas te ſine fine immaniter cruciabit.Tũc boni poterunt cõtra te ſumere parabolã,& dicere ad exaggerãdum tuã miſeriã:Qũo ceſſauit exactor,quieuit tributũ?ceſſauit exactor,qui alijs neceſſaria ſubtrahendo quaſi exactionare eos videbatur:quieuit tributũ,quod alij defectũ patiẽdo,quaſi ſoluere cogebãtur:quid tibi miſer tunc proderit tua crudelitas & auaritia,pro qua habebis pati tãta & talia ſine fine mãſura?tũc per pœnã,ſed nimis tardè aperiẽtur oculi tui,qui modò per auaritiã cõtra opera miſericordiæ ſunt excæcati:& tũc ſola vexatio dabit intellectũ,qui modò circa vexatos habes cor induratum.Hęc pauca ô auare,impie,crudelis,& dire tyrãne diligenter attẽde:& dum adhuc vales te emẽdare,ſtude vt mala perpetua poſsis deo auxiliãte euadere.amẽ.Sufficientia aũt pręditorũ operũ miſericordiæ,hoc modo accipitur:homo enim in vita præſenti primò indiget ex parte corporis alimẽto,ſine quo nõ põt eſſe.ſ.cibo & potu: & ſic eſt duplex opus miſericordiæ.ſ.paſcere eſurientẽ, & potare ſitientẽ.Secundò,indiget alimento, ſine quo nõ põt bene eſſe.ſ.indumento & domicilio:& ſic iterũ eſt duplex opus miſericordiæ.ſ.veſtire nudum,& colligere vel recipere hoſpitem.Tertiò,indiget poſt vitã iſtam ſepultura:& ſic eſt quintum opus miſericordiæ.ſ.ſepelire mortuos.Iſta autem quinq; prædicta,ſunt omnibus cõmunia.Alia ſunt duo opera miſericordiæ,quæ impendũtur alicui ex aliquo accidente ſuperueniẽte:vt ſi aliquis incurrat infirmitatẽ,vel capiatur ab hoſtibus,& ſic accipiũtur duo opera miſericordiæ,quæ ſunt viſitare infirmos,& redimere captiuos.Et nomine redẽptionis intelligitur omne beneficium eis impenſum.Iſta aũt ſeptẽ impenſa fidelibus propter Chriſtum,reputat ipſe Chriſtus ſibi facta,& ecõtrariò fidelibus denegata:quia ſibi reputat denegata. Fi- F deles ſunt eius mẽbra propter quod faciẽtibus opera miſericordiæ,reddit vitã æternam:denegãtibus aũt ea,reddit pœnã.Aduertẽdum tamen ꝙ cũ dicitur:[domine quãdo te vidimus eſurientẽ,&c.]non eſt quæſtio procedens ex ignorãtia:quia iuſti cognoſcent ꝙ opera miſericordiæ facta mẽbris Chriſti,ipſe ſibi reputat fieri:& pro talibus ſe ſaluari:& ſimiliter mali ſciẽt ſe pro contrario dãnari:ſed eſt quæſtio admiratiõis,pro magnitudine gratię quæ fiet electis,& pro magnitudine miſeriæ quæ infligetur reprobis.Sic itaque iudiciũ ſine miſericordia fit ei qui nõ fecit miſericordiã.Quid ergo merentur qui aliena rapiũt,ſi æternaliter dãmnãtur qui de ſuo nõ dederint?ſi talia ſuſtinebũt immiſericordes,qualia paſſuros putamus crudeles?Vñ Chryſoſto.Ex hoc loco ſciẽdum eſt,ꝙ non tantum pro eo quod peccauerũt homines cõdemnãdi ſunt:ſed etiã pro eo quod bene non faciunt:ſi autem pro eo quod bene nõ faciunt ſic condemnantur,putas quales pœnas exoluent pro eo quod peccant?& dignè: deus enim hominem ideo fecit vt benefaciat,& ad gloriam dei pertineat:non ideo tantum vt non

D

Sufficientia operũ miſericordiæ.

E

Quæſtio admirationis.

Iacob.2.

Dãnatio propter omiſsionẽ

peccet,

peccet:nã ſi nõ faciat bonũ,nec eſt cauſa qua crea-
G tus eſt:ſine dubio enim ſi creatus nõ fuiſſet,peccatũ nõ fieret ſuper terram:nã qui intelligit myſteriũ diuinæ diſpenſatiõis,quare factus eſt homo cognoſcit:quia meritò quaſi peccans cõdẽnetur qui iuſtitiã non facit. Hæc Chryſoſto. ſicut autem melius eſt opera miſericordiæ circa animã,quã circa corpus facere:ſic peius eſt ea circa animã, quã circa corpus negligere. Vnde Chryſoſto. Si hæc corporaliter corporibus non præſtare impietatis eſt, quæ & ſi accipiunt ea nõ poſſunt viuere ſemper: putas quãtæ impietatis eſt hæc omnia ſpiritualiter animabus periclitãtibus nõ miniſtrare,quę poterãt viuere in æternum ſi hæc eis miniſtrata fuiſſent?quãtum enim melior eſt anima quàm corpus tantò grauius eſt peccatum animabus laborãtibus ſpirituales eleemoſynas nõ præſtare,quã corporibus corporales. In eccleſia ergo nõ ſolum ſunt pauperes corporaliter eſuriẽtes,aut debiles corporaliter,aut peregrini ſecundum corpus:ſed etiam ſpiritualiter pauperes ſine cibo iuſtitiæ,ſine potu agni-
H tionis dei:ſine veſtimento Chriſti,maximè taliter pauperes ſunt qui corporaliter videntur diuites eſſe:quoniam plerũque in abũdantia rerũ inopia iuſtitiæ inuenitur. Sunt peregrini in hoc mũdo:ſunt debiles animo,ſunt mẽte cęci,inobediẽtia ſurdi,& cæteris paſsionibus ſpiritualibus ægrotantes: quorum animæ oẽm eſcam ſpiritualem abominantes appropinquauerũt vſque ad portas mortis. Qui ergo habet nõ vnde faciat eleemoſynas corporales, faciat ſpirituales:ex gratia verbi quã accepit à deo & inuenit retributionẽ dignam à Chriſto,qui omnia tam corporalia quã ſpiritualia data quaſi in ſe facta cõmemorat,quæ cũ hominibus fiunt:hęc diximus vt ſciãt doctores & quantũ beatitudinis ſibi acquirãt,ſi diligẽtes fuerint circa verbũ:& quãtum dãnationis,ſi fuerint negligentes. Hæc Chryſoſto. [Et ibũt hi] ſcilicet reprobi,[ in ſupplicium æternum:iuſti aũt in vitam æternã.] Vnde Chryſoſto. Propter hoc vtiq; & hi iuſtè puniuntur & illi coronãtur,& ſi decem millia bona fecerint:gratiæ enim hæc eſt munificẽtia pro tam paruis & vi-
I libus cœlum tantum & regnum,& tam magnum eis dari honorẽ. Hæc Chryſoſto. Aeternum eſt ergo ſuppliciũ malorũ,& ſimiliter præmiũ bonorũ: ſicut enim peccata actualia tranſeunt actu,& remanent reatu:ita bona opera tranſeũt actu,& remanẽt meritò. Vnde Hiero. Prudens lector attẽde ꝙ & ſupplicia æterna ſint:& vita perpetua, metũ deinceps nõ habeat ruinarum. Et notãdum,ꝙ potius fit diſceptatio de operibus miſericordiæ, quã de operibus iuſtitiæ:cùm tamen magis teneamur ad opera iuſtitiæ:quia opera miſericordiæ faciliora ſunt:quia natura ad hæc inclinat,& ideo magis arguenda vbi deficiũt,& minus remunerãda vbi aſſunt. Et ergo ſi iſta remunerãtur ,& alia:item potius arguit de omiſsione, quàm de cõmiſsione:cũ tamen maioris criminis ſint commiſſa:& ideo magis arguenda:quia puniẽdo quod minus eſt,innuit amplius faciendum de maioribus. Si enim omiſſa arguit,multò plus commiſſa:item magis arguit de peccatis in proximum,quàm in deum:quia ſi peccata in proximũ cõdemnantur,multò magis peccata in deũ: vt blaſphemia & idololatria. Item cũ ſe-
K ptẽ ſint opera miſericordiæ: vnũ, ſcilicet ſepulturam mortuorũ,de qua intãtum Tobias cõmendatur,omittit:quia minus eſt neceſſaria inter cætera opera miſericordiæ. Item cũ ſit miſericordia corporalis & ſpũalis,potius defectũ arguit operũ corporaliũ ,quã ſpũaliũ:quia opa corporalia ſunt euidẽtiora,vel per hoc etiã ſignificãtur illa. Põt aũt quæri vtrum illa diſceptatio & ſentẽtia erit vocalis,vel mẽtalis tãtum:& videtur ꝙ vocalis:quia , vt dicit Auguſtinus,per quot dies hoc iudicium tẽdatur,incertum eſt:ſed ſi mentaliter fieret tantum , ſtatim expediretur. Ecõtra quidã dicunt,ꝙ iudicium erit mentale,& nõ vocale,aliter multo tempore protẽderetur. Vnde Sapiẽs: Diſrumpet illos inflatos ſine voce:alij dicũt:quia & mentale erit interius,& vocale exterius:quia iudicabit Chriſtus nõ tantum vt deus,ſed vt homo:ideo eius iudicium erit nõ diuino modo tantum,ſed humano. Ex hoc autẽ maius
L gaudium ſenſibile bonorum,& maior dolor ſenſibilis reproborum erit:vnde nõ fruſtra erit hoc,ſed vtiliter ſicut & corporalis apparitio hominũ. Huic opinioni adhærendo dicẽdum ad obiectum , quòd diſrumpet illos ſine voce excuſationis ſufficientis, vel appellationis:ſed nõ ſine voce diſceptationis generalis. Vnde Auguſtinus: Quære cauſas vel tãtæ mercedis, vel tãti ſupplicij:percipite regnũ:&, ite in ignẽ ęternũ. Quare illi ꝑcepturi regnũ? Eſuriui enim,& dediſtis mihi mãducare. Quare iſti ituri in ignẽ æternũ? Eſuriui enim & non dediſtis mihi mãducare. Quid eſt hoc rogo? video de his qui percepturi ſunt regnum:quia dederũt tanquam boni & fideles Chriſtiani,qui verba domini nõ contemnentes,& cum fiducia promiſſa ſperantes fecerũt hoc:quia ſi non feciſſent,vitæ ipſorum bonæ ſterilitas iſta non vtique conueniſſet: fortè enim caſti erant,non fraudatores,non ebrioſi , abſtinentes ſe ab operibus malis:ſi hoc non adderent,ſteriles remanerent:feciſſent enim declina à malo:nõ feciſſent,& fac bonum. Scriptum eſt:Sicut aqua extinguit ignem,ſic eleemoſyna peccatum . Item ſcriptum eſt:Include eleemoſynam in corde pauperis & ipſa pro te deprecabit dominum:& alia multa
M ſunt diuini eloquij dogmata quibus oſtẽditur multũ valere eleemoſynã ad extinguenda & delenda peccata. Proin de illis quos damnaturus, imò plus illis quos coronaturus eſt ſolas eleemoſynas imputabit dicẽs: Difficile eſt vt ſi examinẽ vos & apprehendam,& ſcruter diligẽtiſsimè facta veſtra,non inueniã vnde vos damnem:ſed ite in regnũ. Eſuriui enim,& dediſtis mihi mãducare:nõ ergo itis in regnum,quia nõ peccaſtis,ſed quia peccata veſtra eleemoſynis redemiſtis. Rurſus & illis, Ite in ignẽ æternum:ſine dubio videbũt ſe iuſtè damnari pro ſceleribus ſuis,& quaſi eis diceret,nõ inde vnde putatis:ſed quia eſuriui & non dediſtis mihi manducare. Si enim ab illis omnibus veſtris factis auerſi, & ad me conuerſi illa omnia crimina atq; peccata eleemoſynis redemiſſetis,ipſæ eleemoſynę modò liberarent vos,& à reatu tãtorum criminum abſoluerent:Beati enim miſericordes,quoniã ipſis mi-

ſericordia

Omiſsio operũ miſericordię in animã.

Pauperes in eccleſia

Aeterna retributio

Cur de operibus miſericordię diſquiritur.

Sepeliẽdi operis omiſsio.

Iudiciũ an erit mẽtale,an vocale.

Sapien. 4.

Retributiõis cauſę

Eleemoſynarum efficacia.

Pſal. 36.

Eccleſiaſtic. 3.

Eccleſiaſtic. 29.

Matth. 5.



ſericordia pręſtabitur. Iudiciũ ſine miſericordia ei
A qui nõ fecerit miſericordiam. Sicut ergo boni quibus paratum eſt regnum à cõſtitutione mundi,antequam fierent ad vitã æternã erant prædeſtinati: ſic mali qui mittentur in ignẽ paratum diabolo & ſuis,à conſtitutione mundi antequã fierent ad mortem erant præſciti. Et differentia inter prædeſtinationem & præſcientiã:quia prædeſtinatio eſt pręcognitio bonorum,cũ cauſalitate eorundẽ:ſed pręſcientia dicit præcognitionẽ reſpectu malorũ ſine cauſalitate,quę potius reſidet penes liberũ arbitriũ. Fit autẽ conditionaliter prædeſtinatio dei , nihilq; ſine aliqua cõditione prædeſtinatum eſt: prædeſtinatum eſt enim vt ſaluaretur mundus:ſed per aquã baptiſmatis,& mortẽ filij dei,prędeſtinati ſunt oẽs boni ad gloriã:ea tamẽ cõditione ſi fidẽ tenuerint: ſi charitatem,ſi humilitatem,ſi patientiã,ſi miſericordiam & pietatẽ, & his ſimilia habuerint : tales enim eos futuros pręuidit quos deus ad vitã prędeſtinauit:& quaſi prędeſtinãdo eis diceret: Ego quidem ad vitam vos prædeſtino,ſi tamẽ tales & tales
B fueritis:ſi mandata mea cuſtodieritis,ſi fidẽ & miſericordiam habueritis , & ſi in bono tãdem inuẽti fueritis. Qui ergo talis eſſe nõ vult, qui mãdata dei cuſtodire non nititur:ideo nõ venit ad prædeſtinationem,quia nõ ſeruat conditionẽ. Noli igitur attendere ad prædeſtinationem dei quã ignoras : attende ad verba quæ audis & intelligis : ſicut enim prædeſtinatione ſua verus eſt deus , & mutari non põt:ita & verba eius vera ſunt , & mutari non poſſunt:ſed audiamus quę ſint hęc verba: Peccator, inquit,quacunq; hora cõuerſus fuerit & ingemuerit, vita viuet & nõ morietur. Et iterum: Si volueritis & audieritis me,bona terrę comedetis:quod ſi nolueritis,gladius deuorabit vos. ſimiliter in euangelio,inquit, Qui crediderit,& baptizatus fuerit,&c. Et iterum: Si dimiſeritis hominibus peccata eorũ, dimittet vobis pater veſter cœleſtis,&c. Nec quæras aliam prędeſtinationem. In his enim verbis oĩs & vitæ & mortis prædeſtinatio & præſcientia cõſiſtit:ſi hæc feceris,eſto ſecurus, & crede indubitã-
C ter quia ad vitam æternã prędeſtinatus es. Quòd ſi indurato corde hæc facere nolueris, & in hac malitia perſeueraueris:pro certo ſcias te ad mortẽ pręſcitum. Quamuis enim nullus homo ad peccatum ſit prædeſtinatus:omnis tamen homo, aut ad gloriam,aut ad ſupplicium eſt præuiſus. Nullus ergo dicat fruſtra ſe orare deum,& alia bona facere:q̃a prædeſtinatio diuina (quę eſt pręparatio gratię in præſenti & gloriæ in futuro) cùm ſit æterna, ſicut ab æterno prædeſtinauit aliquẽ ad beatitudinẽ, ita præordinauit modum per quẽ daret ſibi illam beatitudinem:ſcilicet per merita ſua & orationẽ. Prędeſtinatio enim taliter eſt inſtituta , vt precibus & laboribus obtineatur: & ideo non fruſtra orat deũ: quia oratio eſt illud per quod ex ordinatione diuina debet cõſequi gratiam & gloriã:& eadem ratio eſt de omnibus alijs bonis,quia cadũt ſub ordine diuinæ prædeſtinationis. Vnde ſicut deus aliquẽ ſaluandum præuidet, ſic & modũ quo ſaluari debeat: propter hoc ſtultus eſt q̃ dicit,volo facere qđ mihi placuerit:quia ſi ſaluari debeo,ſaluabor:vel ſi damnari debeo,dãnabor: ſicut ſtultus eſſet infirmus qui
D diceret,volo comedere & bibere quod mihi placuerit:quia ſi curari debeo, curabor:& ſi mori debeo, moriar: ſic enim inutiles eſſent medicinæ . Sanè ſi deus dimittit liberum arbitriũ (quod ſe habet ad vtrumlibet) in malũ cadere,hoc non permittit niſi iuſtè:rurſus ſi præueniat per gratiã,nulli facit iniuriam. vnde ſecundum Aug. Liberũ arbitrium,eſt libertas eligendi bonum vel malũ:& hoc in paradiſo homo habuit liberum,nunc verò captiuũ:quia bonum non vult niſi gratia dei præueniatur , nec põt niſi eũ ſequatur. Cùm ergo malos dãnat & reprobat,operatur ſecundũ iuſtitiam:quãdo verò prędeſtinat & ſaluat, agit ſecũdum gratiã & miſericordiam,quæ non excludit iuſtitiã. Nullam autem neceſsitatem infert prouidẽtia dei rerũ euentibus:ſed ſicut ſe habent res ad vtrũlibet , ſcilicet fieri & non fieri:ſic ſe prouidentur habere quæ prouidẽtia (ſeu quod idem eſt præſcientia dei) ex ſua ſapiẽtia pręſcientis oĩa antequã ſint omnino ineuitabilis eſt:& nullo modo põt falli: & ideo oĩa præuiſa à deo ne-
E ceſſe eſt fieri:quia nõ põt ſimul eſſe ꝙ præuiſa ſint, & non fiant : ſed non ſequitur quòd neceſſariò fiãt. Sic quoque dicimus,me vidente te currere: neceſſe eſt vt curras:hoc eſt, non põt ſimul fieri vt videã te currere,& nõ curras:& ex hoc nequaquã prouenit ꝙ neceſſariò curras. vnde Boëtius: Duæ ſunt etenim neceſsitates : ſimplex vna , veluti ꝙ neceſſe eſt oẽs homines eſſe mortales:altera verò,cõditionis: vt ſi aliquem ambulare ſcias,eum ambulare neceſſe eſt: hanc etiam neceſsitatem non facit propria natura, ſed conditionis adiectio. Nulla enim neceſsitas cogit incedere volũtariè gradientẽ: quãuis eum tunc cùm graditur neceſſarium ſit incedere. Quę igitur cùm fiũt carent exiſtẽdi neceſsitate, eadẽ priuſquã fiant ſine neceſsitate futura ſunt:nam ſicut ſcientia præſentium rerũ nihil his quę fiũt,ita præſcientia futurorũ nihil his quæ futura ſunt neceſsitatis importat. Eodem modo ſi quid prouidẽtia pręſens videt,id eſſe neceſſe eſt, tametſi nullã naturæ habeat neceſsitatem. hæc Boëtius. Et ideo hæc duplex eſt.
F Si deus præuidet hoc , neceſſariò euenire oportet: quia cõiunctim vera,diuiſim eſt falſa:& eſt ibi neceſsitas conſequentiæ,& nõ conſequẽtis. Exẽplum habemus Boëtij , ſi aliquis videat aliquem facientẽ rotam,neceſſe eſt ꝙ ille faciat rotã: nec tamẽ viſus eius cauſa eſt illius factionis. Sic deus pręuidet mala iſtius opera, nec tamen cauſa eſt quare iſte malè operetur:veruntamen fiet ſi præuiſum eſt. Quãdo autem deus facit aliquã rem,nõ fit in ipſo deo mutatio:ſed in re certa quã operatur. Vnde quãdo fecit prædicari ſubuerſionẽ Niniue,& prædici mortem Ezechiæ,quorum neutrũ accidit,in talibus nõ mutauit deus conſiliũ quod ab æterno ſecum fuit: ſed ſententiam quæ reſpectum ad ipſa negotia habuit:quia Niniue ſubuertenda erat ſecundum merita , & Ezechias moriturus erat ſecundum cauſas inferiores,vel etiam ſecundum merita:ſed hęc non impoſuerunt neceſsitatẽ diuinæ potentiæ. Prædeſtinatio igitur licèt certa ſit, libertatem tamen arbitrij non tollit : vnde bonorũ ſaluatio eſt neceſſaria neceſsitate conſequentiæ vel conditionata, non

neceſsitate

Iacobi 2.

Prædeſtinatio.

Præſcientia.

In alia litera ſecundum Auguſtinum.

Ezech. 18.

Eſaiæ 1.

Mar. vlti.

Matth. 6.

Oramus nõ fruſtra

Libertas arbitrij.

Prouidentia dei nõ cogit.

Neceſsitas duplex

Mutatio non cadit in deum.

Ionæ 3.

Eſa. 83.

Prædeſtinatio non tollit libertatem arbitrij.

necesſitate cōſequentis,vel abſoluta.Iſta enim pro-
G
poſitio,prædeſtinatus pōt dānari : falſa eſt in ſenſu cōpoſito,eſt tamē vera in ſenſu diuiſo.Sic ergo excluſum eſt ſophiſma quod multos in errorē duxit, vt omnia ex neceſsitate fieri putarent.Si ergo dicis quid adhuc faciendum eſt?Reſpondeo,quia hoc ſolum ſupereſt conſilium,vt curramus, & contendamus placere ei qui nos vocauit. dicit enim Auguſtinus:ſic præordinata eſt diuina prædeſtinatio, vt ad eam per bonorum operū perſeuerantiā perueniamus.hinc Bernardus,ipſa cœleſtis regni prædeſtinatio, ita ab omnipotēti deo præordinata eſt:vt ad hoc electi ex labore perueniant,quatenus mereantur precibus obtinere quod ipſe omnipotens deus ante tempus diſpoſuit donare. Vbi nota exemplum vtile,& aptum ad propoſitū.

Exemplū prēſciti & ſaluati.

Fuit in quodā monaſterio frater quidam religioſus & deuotus,cui ſępe reuelationes fiebāt diuinitus:quod quidē alter eiuſdem monaſterij frater ſciens,inſtitit apud eundem vt deū oraret,quatenus ſibi dignaretur oſtendere ſi ipſe de numero ſaluandorum eſſet: & cùm ille vix
H
precibus victus orationi inſtādo hoc à deo poſtularet,oſtenſum eſt ſibi ꝙ ille frater de numero damnandorum eſſet:vnde timens fratrem aliū turbare, per aliquot dies hoc ſibi celauit : ſed tandē eidē requirēti (licèt inuitus) aperuit.Ille autē hoc audiēs, & ſcripturas intelligēs , ſtatim reſpōdit benedictus deus:nec tamen ſic deſperabo , ſed pœnitentiā quā per ingreſſum religionis aſſumpſi,decætero duplicabo, & triplicabo donec gratiā & miſericordiam apud deum altiſsimum qui pius eſt inueniā:& poſt multos dies iterū fratri prædicto diuinitus eſt reuelatum, ꝙ ille frater de numero ſaluandorū eſſet: quod cùm eidem fratri retuliſſet,ille lætus effectus de reuelatione,fortior factus eſt in opere:ac viriliter agens,& de virtute in virtutē quotidie proficiēs perſeuerauit in bono ſine ceſſatione. Vtinam multi animati hoc exēplo manum ſuā ad fortia mitterent,& non deſperarent vel deficerēt: quia ſic agēdo,& in hoc perſeuerando, deum ſibi propitiū vtique inuenirent.

ORATIO.

I
DOmine Ieſu Chriſte , iudex viuorū & mortuorum,in extremo iudicio me à dextris collocare digneris: & tūc auditā fac mihi illam dulciſsimam vocem tuā, quā promiſiſti electis tuis
Mat.25.c.
dicēs: Venite benedicti patris mei percipite regnū: & fac vt non timeam ab auditione mala,quam cōminatus es reprobis dicens.
Ibidem.
Ite maledicti in ignem æternum. O vnigenite fili dei miſerere noſtri, ne vnquam illam pœnam incurabilem experiamur, ſcilicet excidere à regni gloria & comburi in gehenna,deus meus miſericordia.Amen.

De paſcha,& diuerſis huius nominis acceptionibus. Caput LI.

Paſcha domini.

NVnc,ſecundum Hiero.aſpergamus de ſanguine librum noſtrū, & limina domorum, & funem circundemus coccineū domui orationis noſtræ,& coccum in manu noſtra vt zara ligemus, vt vaccā ruffam in valle occiſam enarrare poſsim⁹: iam enim inſtat vt ad paſsionē dñi veniamus : quā & ex affectu inſpicere, & in effectu imitari debemus.

Gene.39. Nume.19. & Deu.21

Iuxta illud Exod.Inſpice & fac ſecundū exēplar quod tibi in monte monſtratū eſt:
Exod.25.
K
Chriſtus eſt tāquam liber exēplaris,ad cuius exēplar totam vitam noſtrā ducere & corrigere debemus: etſi Chriſtus ſępius in ſcriptura dicatur,mons ratione ſummitatis,ſiue excellentiſsimę perfectionis,maximè tamen exaltatus in cruce mōs dicitur,rōne ſublimitatis meriti ſuæ ſacratiſsimę paſsionis.

Chriſtus mons.

In hoc ergo monte Chriſto,ſcilicet crucifixo, monſtratū eſt nobis exēplar diligenter inſpiciendum, & efficaciter imitandum.Non eñ ſufficit Chriſtiano Chriſtum paſſum inſpicere:nā & hoc fecerunt Iudęi & gētiles ſui crucifixores:ſed exigitur etiā ſecundum exēplar mōſtratum operari & facere. Et hoc eſt quod indicitur cuilibet fideli in verbis propoſitis,inſpice & fac:quaſi diceret,inſpice exēplar dominicę paſſionis ipſam tibi per intimā compaſsionē viſceraliter incorporando:& fac ſecundū illud exemplar, ipſum efficaciter imitādo. Et vtrumq; horū docet beatus Petrus, Chriſtus inquiēs ꝓ nobis paſſus eſt:
1.Petr.2.
ecce primū,quod eſt diligēter cordis oculo inſpiciēdum:vobis relinquēs exemplū,vt ſequamini veſti-
L
gia eius:ecce ſecundū , quod eſt efficaciter in facto imitandum.Circa primū ſciēdum eſt, ꝙ ſi nos oīa quæ Chriſtus in mūdo paſſus eſt, vellemus enarrare,īnumerabilia vtiq; eſſent: pręſertim cū tota vita Chriſti in terris quædā paſsio fuerit.

Paſſiones Chriſti innumerabilia.

Nimirū cùm etiā tota vita cuiuſlibet Chriſtiani, ſi ſecundū euāgelium viuat,quędā crux atq; martyriū ſit,vt Aug. Dicit,quātò magis hoc indubitabile eſt de ipſo domino Chriſto,qui euangelium cōdidit, & in ſeipſo perfectiſsimè adimpleuit.

Vita Chriſti tota paſsio & paupertas.

Exordiendo enim à primordio natiuitatis ſuę,inſpice quàm pauper natus fuit,qui nec domiciliū neq; veſtes habuit:ſed in vili diuerſorio nat⁹ in præſepi ſuper fœno exiguo ante bruta animalia reclinatus,pannis vilibus inuolutus fuit:octauo die circūciſus fuit,& iam ſanguinē ſuū pro nobis fundere cœpit: deinde perſecutionē Herodis fugiēs in Aegyptū deportatus, & inde rediēs per totam pueritiā & adoleſcentiā ſuā parentibus ſubiectus,& nō dubium in magna paupertate educatus fuit de hinc adueniente tēpore oſtēſionis ſuę,
M
inſpice quomodo tēpore magni frigoris baptizatus in aquis frigidis mergi voluit, & quomodo tēpore ieiunij quadraginta dierū continuato maceratus fuit:& quātas tunc à diabolo tētationes ſuſtinuit,quantas etiam iniurias & cōtumelias à Iudęis frequenter paſſus fuit, nunc dicētibus ipſum à dæmone obſeſſum,nunc ſamaritanū,nunc voratorem & vini potatorē, nunc de fornicatione natū , nunc blaſphemum,nunc populi ſeductorē: & alia multa blaſphemātes dicebant in eū, nihilominus ad facta iniurioſa ſæpe attentabāt ꝓcedere: nūc volentes eū lapidare,nūc de ſupercilio mōtis pręcipitare.Inſpice etiā cum quanto labore vixerit:qa quotidie erat prædicās in tēplo,& in ſynagoga:& de ciuitate in ciuitatē, de terra in terrā perābulauit : in oratione ſæpe pernoctauit,infirmos multos curauit,obſeſſos à dæmone liberauit:mortuos ſuſcitauit,multitudinem eſurientē pauit:& nihilomin⁹ in his oībus naturę legibus ſubiectus fami,ſiti,& cęteris īfirmitatibus hoīs abſq; tñ peccato expoſit⁹ fuit. Ecce quomodo tota

modo tota



modo tota vita ſua in laboribus & paſsionibus fuit:
A
ſed oībus talib⁹ paſsionē, de qua nūc tractandū eſt, antecedētibus omiſsis:inſpice diligēter quid in hac ſuſtinuit,& pręcipuè articulos & pūcta paſsiōis, in quib⁹ ſingulis Chriſtus notabiliter paſſus fuit.

Vita Chriſti tota doctrina eſt.

Circa ſecundū eſt ſciendum, ꝙ ſcđm Augu. nō ſolum quicquid boni Chriſtus in terra geſsit , ſed & quicquid mali ſuſtinuit,totū diſciplina morū fuit:vnde paſsio domini in ſe cōplectitur omnē perfectionē hominū,in hac vita poſsibilē:quoniā omnia opera perfectiōis quę Chriſtus vnquā in euāgelio docuit, ipſe in ſemetipſo in ſua paſsione perfectiſsimè adimpleuit:itaq; in cruce dñi,eſt finis legis & ſcripturæ:in paſsiōe eius,ſumma oīs perfectiōis:in morte ipſius,eſt cōſummatio omnis ſermonis.
1.Cor.2.
Vñ apoſtolus dicebat,Nō iudicaui me aliqd ſcire inter vos,niſi Ieſum Chriſtū,& hūc crucifixū.

Paupertas Chriſti.

Nēpe qa hoc ſcire eſt oīa ſcire, quę ad ſalutē ſpectāt. Nā ſi de pau-
B
pertate volūtaria agiṫ,quis vnū pauperior Chriſto nudo pēdente in cruce ? quia nec habebat vbi caput ſuū reclinaret.

Obediētia & humilitas Chriſti

Si de obediētia & humilitate loquimur,quis vnquā intantū ſe humiliauit & exinaniuit,ſicut Chriſtus?qui factus eſt obediens vſque ad mortē crucis:tāta vilia & magna opprobria ſuſtinuit pro nobis.

Caſtitas Chriſti. Charitas Chriſti.

Si de caſtitate virginali mētio fiat, quis caſtior eo cuius mater virgo eſt , cuius pater fœminam neſcit?Si de charitate ſermo fuerit:quis vnquā maiorem vel tantā charitatē habuit , quàm Chriſtus,qui in paſsiōe ſua poſuit animā ſuam pro ouibus ſuis : & tam horrenda ſupplicia pati voluit pro nobis,cùm tamē liberare potuiſſet ſolo nutu voluntatis.

Exēplar virtutū,& antidotū vitiorū in paſsione domini.

In paſsiōe ergo dñi relucet exēplar perfectionis omniū virtutū , prout iam ſuprà eſt tactū: item in ea relucet perfectū remediū & antidotū cōtra omnē ſpiritualē morbū : nā per hoc ꝙ pati voluit mortē exprobratiſsimā,habemus remediū cōtra ſuperbiā. Quòd latronibus ſe aſſociare voluit, remediū prębet cōtra inuidiā . Quòd cōtra ipſum blaſphemātes obticuit, remediū prębet contra irā. Quòd in cruce diſtēdi,& clauis cruci affigi voluit: prębet remediū contra acediā, quę nō ſinit ample-
C
cti pœnitētię crucē.Per eius verò nuditatē & paupertatē,habemus remediū cōtra auaritiā. Per fellis & aceti deguſtationē, habemus remediū contra gulā.Per vulnerū inflictionē,& ſummi doloris afflictionē,habemus remediū contra luxuriā:& hęc ſunt ſeptē ſigilla librū vitę,cōſignantia,quæ Chriſtus nobis in paſsiōe aperuit , & poſtea nobis vitæ aditum reſerauit : pręducta ergo in paſsiōe Chriſti adimpleta videmus:

Patientia Chriſti.

deniq; ſi de patiētia agitur:tota paſsio excellētiſsimā Chriſti patientiā demonſtrat.

Contemptus mūdi

Si de contēptu mūdi,& abſtractione à rebus mundialibus loquimur , quis vnquā elongatior & abſtractior ab omnibus terrenis,quàm Chriſtus in cruce ſupra terrā, & ſuper omnia terrena eleuatus & abſtractus?

Abſtinentia & ieiunium.

Si de abſtinētia & ieiunio, ſeu victus inedia mētio fiat : Chriſtus nihil in paſsiōe ſua niſi fel,& acetū,vel vinū mirrhatū guſtauit.

Caſtigatio corporis.

Si de corporis caſtigatiōe agitur,cuius vnquā corpus intantum caſtigatū fuit,quantū corpus dñi in cruce?

Orationis efficacia.

Si de efficacia oratiōis ſermo fiat:quis vnquā efficacius Chriſto orauit?qui ex vehemēti attētione orationis guttas ſanguineas ſudauit.
D
Si de eleemoſynarum largitione, & alijs miſericordiæ operibus loquimur, quis vnquam maiorē eleemoſynā dedit, quàm ipſe Chriſtus:qui propriū corpus ſuū in cibū & ſanguinē ſuum in potū nobis pauperibus in eleemoſynam perpetuā dedit : infirmos etiā viſitauit, dum infirma diſcipulorū corda cōfortauit:& ęgros multos curauit,captiuos multos in limbo redemit, mortuos de ſepulchris ſuſcitauit.

Eleemoſynarum largitio,& cętera miſericordiæ opera.

Si de dilectiōe inimicorū agitur,in cruce pēdens pro ſuis crucifixoribus orauit.

Dilectio inimicorū

Si de dimiſsione offenſarum loquimur, quis vnquam liberalius dimiſit debita debitoribus ſuis quàm Chriſtus?qui latroni non ſolū debita dimiſit,ſed & paradiſum ſibi promiſit:& ſic de ſimilibus inducēdo, per ſingula opera ſupererogationis, quæ omnia in paſsiōe Chriſti(ſi bene aduertimus) ſupereroganter adimpleta inuenimus:ſimiliter & nos,ſi perfecti imitatores Chriſti eſſe volumus,adimplere vel in facto,vel in deſiderio,vel in miniſte-

Dimiſsio offenſarū.

E
rio debemus. Nā ſicut dicit Hiero. Singula ea quæ circa dominū in paſsione geſta ſunt, quāuis Iudæi & alij quæcūque fecerūt alia mēte fecerūt:nobis tamen credentibus myſtica afferūt ſacramenta. Sic etiā Caiphas quādo dixit,expedit vnū hominē mo-
Matth.26.
ri pro populo,neſciuit quid diceret, & tamen prophetauit:ſimiliter eſt de ſingulis geſtis paſsiōis dominicæ:quę nos inſpicere debemus,& ſecundū exemplar illorū facere.[Cùm itaq; cōſummaſſet Ieſus ſermones,] omnes pręductos de ſecūdo aduētu, vbi ſe venturū ad iudiciū in claritate prędixit:conſequēter ſe paſſurū oſtendit, vt ſacramentū crucis admixtū eſſe gloriæ æternitatis admoneat : quaſi qui cōpatitur crucifixo,nō timuit de iudicio : coniuncta enim ſunt vt cauſa finalis & effectus, gloria æternitatis & meritū paſsionis. Poſt aduentū ergo maieſtatis ſubdit humilitatē paſsionis , vt cauſam illius:paſsionis eñ effectus vel cauſa finalis,eſt gloria ęternitatis. Vnde Apoſtolus,Chriſtus factus eſt
Philip.2.
obediēs vſq; ad mortē:propter quod deus exaltauit illū.Incipit ergo narrationē de paſcha & ſua paſſione , qua Chriſtus ipſe paſcha noſtrū fuerat im-
F
molādus,& eadē die ſcilicet feria tertia in ſero, & ibidē,ſcilicet in mōte Oliueti,[dixit diſcipulis ſuis: Scitis quia poſt biduū,]id eſt,feria quinta ad veſperam, [paſcha fiet,] & agnus paſchalis immolatur. Et ego addo quod neſcitis:ſcilicet ꝙ tūc[etiā filius hominis,]id eſt virginis,[tradetur vt crucifigatur,] & paſcha faciet trāſeundo.Ex quo patet,ꝙ nō fuit ex ignorātia traditus:ſed ex ſua pręſciētia & volūtate. Bene aūt dicit, [filius hominis:] quia ſecundū formam humanā tentus & crucifixus eſt,nō ſecundum diuinā,in qua ſemper immortalis eſt:& bene imperſonaliter poſuit,[tradetur:]quia vno traditionis verbo diuerſę volūtates exprimūtur:nā deus pater tradidit filiū propter charitatē,& generis humani vtilitatē:ecōtra Iudas Iudęis propter auaritiā & lucri ſui cupiditatē . Item ſpiritus ſanctus propter ſuam benignitatē:ecōtra Iudæi Pilato propter inuidiā & malignitatē. Item filius ſeipſum,vt impleret beneplacitū diuinū:ecōtra Pilatus cruci , vt ſatisfaceret peruerſæ volūtati Iudęorū. Item diabolus propter timorē,ne per Chriſti doctrinā & mira-

Tradentium Chriſtum diuerſæ voluntates.

cula euelleretur genus humanũ de manu ſua: non G aduertens q̃a magis erat per ipſius mortẽ eripiendum, q̃ fuerat per doctrinã & miracula ereptũ. Ecce opus cõmune, ſed voluntates diuerſę valde: ergo pater & filius & ſpiritus ſanctus nõ ſolũ amãdi, ſed etiã glorificãdi: Iudas aũt & alij nõ ſolũ deteſtãdi, ſed etiã cõdemnãdi ſunt: q̃a quod pater & filius & ſpiritus ſanctus bona, hoc illi mala intẽtione fecerunt. Prędicit aũt diſcipulis ſe tradendũ: prẽmuniẽs eos ne prius q̃ audiãt quę euẽtura fuerãt, ſubitò videntes tradi ad crucẽ magiſtrũ, obſtupeſcãt. Et quia hoc nomẽ paſcha in diuerſis locis reperit, & diuerſa per ipſum ſignificãtur: ideo ne in ęquiuoco erremus diuerſas eius acceptiões videamus.

Paſcha accipit multiphariã.

Sciendum ergo, ad ſolutionẽ multarũ cõtrarietatũ, ꝙ paſcha appellat primò, tota ſeptimana, ſeu vij. dies azimorũ, quib' Iudęi panes azimos hoc eſt ſine fermẽto, comedebãt: nã a, ſine: & zimi, fermentũ ſignificat: vñ in actib' volẽs poſt Paſcha ꝓducere eũ populo,

Acto. 12.

primus & vltimus dies illius ſeptimanę magis ſolẽnes erãt q̃ medij. H Scd̃ò, dicit hora ĩmolatiõis agni, ſ. veſpera qua agnus ĩmolabat, quę eſt initiũ primi diei azimorũ, q̃ ſolẽnior erat: vt hîc, Scitis q̃a poſt biduũ paſcha fiet, vñ cãtat eccleſia xiiij. die adveſperã paſcha dñi eſt, &c. Dies aũt pręcedẽs illã horã, nec paſcha dicebat, nec ſolẽnis erat. Tertiò, dicitur primus azimorũ, qui erat celeberrimus .ſ. xv. luna primi mẽſis, qñ egreſſus populus Iſraël eſt de Aegypto: vt ibi, Appropinquabat dies feſtus Iudeorũ, qui dicit paſcha: & ibi, Ante diẽ feſtũ paſchę.

Lucæ. 22. Ioan. 13. 2. Par. 35.

Quartò, dicit feſtiuitas epulę paſchalis: vt in Paralip. nõ fuit phaſe ſimile huic in Iſraël. Quintò, dicit agnus paſchalis, qui paratus comedebat: vt, Vbi vis paramus tibi comedere paſcha? & ibi, Venit dies azimorũ, in quo neceſſe erat occidi paſcha.

Matth. 26. Lucæ 22. Ioan. 18.

Sextò, panes azimi, vel quicũq; cib' paſchalis: vt ibi, Nõ introierũt pretoriũ, ne cõtaminarẽtur, ſed mãducarẽt paſcha: id eſt, panes azimos, ſeu paſchales: q̃a ad comedendũ azima, vij. dieb' oportebat eos mũdatos eſſe: & ideo quolibet vij. dierũ nõ poterãt in pretoriũ introire. Septimò, dicit ipſe Chriſtus ꝑ agnũ paſchalem ſignatus: vt ibi, Paſcha noſtrũ immolatus eſt I Chriſtus: ipſe eñi eſt verũ paſcha noſtrũ.

1. Cor. 5.

De pdictis paſchę acceptiõib' ſunt iſti verſus: Hebdomas, hora, dies, epulæ, azima, Chriſtus: Paſcha ſolẽt dici: velut exẽplis patefeci. Cõmuniter tamẽ paſcha vocat dies in qua ĩmolabat agnus. Declinatur aũt paſcha ſchæ, vel paſchatis: & dicit paſcha nõ à paſsiõe, ſed à trãſitu.

Paſcha vnde. Paſcha cur tranſitus.

Prima eñ origo huius vocabuli paſchę ex Hebręo habetur: q̃a paſcha dicit quaſi phaſe, quod in Hebręo idẽ eſt qđ trãſitus. Dicebat aũt paſcha Iudęorũ trãſitus, propter duo: q̃a ea nocte qua immolatus eſt agnus, angelus exterminator vidẽs ſanguinẽ agni in forib' Iſraëlitarũ, pertrãſiuit, nõ percutiẽs eos: & quia filij Iſraël fugiẽtes illa nocte de Aegyptiaca ſeruitute, mare rubrũ trãſierũt, & deinde ad terrã promiſſę olim hæreditatis & pacis venerũt, & ideo feſtũ iſtud bene paſcha vocatur: quo trãſitu pręfiguratus eſt etiã trãſitus Chriſti de hoc mũdo ad patrẽ: & trãſitus noſter de vitijs ad virtutes, & de terrenis ad cœleſtia. Et ideo ſimiliter paſcha Chriſtianorũ myſticè dicitur trãſitus: quia in eo dominus per mortẽ tranſiuit de hoc mundo ad patrẽ: & ſignificat ꝙ eius exẽplo fideles Chriſtũ ſe K quentes, vel pœnitentiã & martyriũ aſſumẽdo ſecundũ illud, Tranſiuimus per ignẽ & aquã: vel mẽtis deſiderio ad cœleſtia anhelando: ſecundũ illud, Tranſite ad me omnes qui cõcupiſcitis me: trãſituri ſunt pro Chriſti ſanguine fuſo ad patrię cœleſtis promiſsionẽ.

Pſal. 65.

Sanguis eñ Chriſti debet poni ſuper vtrumq; poſtẽ. ſ. ſuper intellectũ, deuotè recogitando: & ſuper affectũ, deuotè per pœnitentiam imitãdo.

Exod. 12.

Vnde ſecũdum Aug. ſignũ crucis à nobis repellit exterminatorẽ, ſi tamẽ cor noſtrũ Chriſtũ habeat inhabitatorẽ: cuius ſanguine illinitis poſtibus noſtris, id eſt, cuius crucis ſigno ſignatis frõtibus noſtris à perditiõe huius ſeculi, tanq̃ à captiuitate Aegyptiaca liberamur: & agimus ſaluberrimum trãſitũ, cùm à diabolo tranſimus ad Chriſtũ: & ab iſto inſtabili ſeculo ad eius fundatiſsimũ regnum.

Crux.

ſcd̃m Bedã, q̃a paſchæ dies in azimis panibus eſt celebrari pręceptus: & vno die agno immolato adveſperã, vij. ex ordine dies ſequũtur azimorum, L Ieſus ſemel pro nobis paſſus eſt, & de hoc mũdo trãſiens per omne nobis huius ſeculi tẽpus, quod vij. diebus agitur, in azimis ſinceritatis & veritatis pręcepit eſſe viuendũ: & quaſi paſcha perpetuũ faciẽdo ſemper ex hoc mũdo trãſeundũ, totoq; ſemper niſu deſideria ſeculi quaſi Aegypti retinacula fugere, & quaſi à mũdana cõuerſatiõe ſecretã ſolitudinẽ iter nos admonet ſubire virtutũ. Poſt hęc dominus Ieſus redijt cũ diſcipulis duodecim in Bethaniã, & mãſit apud Lazarũ, & Marthã, & Mariã ſorores eius: docẽs eos more ſolito & cõfortãs. Et deinde nõ venit in Hieruſalẽ, ſicut antè fecerat, vſque ad diẽ cœnæ: & ſic Iudæi locũ ſuum habebant tractandi liberius de ſua morte.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, qui die tertia ante tempus paſsiõis & mortis tuę, diſcipulis tuis paſcha & trãſitum tuũ ex hoc mũdo prędixiſti: da mihi per omne tẽpus vitę meę in azimis ſinceritatis & veritatis viuere: meq; de hoc mũdo trãſire nõ permittas antequã per triduũ pœnitẽtię ſcilicet cordis cõtritionẽ, oris cõfeſsionẽ, & operis ſatisfactionẽ, peccata mea oĩa deleas: donãs mihi ſacratiſ M ſimi corporis & ſanguinis tui cõmunionẽ, olei ſacri vnctionẽ, ac in oĩb' perfectã cõſummationẽ: & me tandẽ fœliciter cõſummatũ trãſire facias ad te dulciſsimũ dñm meũ ſuper oĩa benedictũ. Amen.

## Qua die, & cur Iudas vendidit dominum. Caput, LII.

TVnc, ſcilicet quarta feria ſequenti principes ſacerdotũ qui audierãt Ieſum dixiſſe, nõ me videbitis ammodo: videntes eũ abijſſe, & putãtes ipſum velle ab eis fugere, [congregati ſunt cum ſenioribus populi,] qui erant iudices ordinarij, in atriũ Caïphæ: [& quęrebãt conſilium vt eum dolo tenerẽt, & occiderent:] quia nullã mortis cauſam in eo inuenire poterant, niſi eã dolosè confingerent.

Matt. 26. Marci 14. & Lucæ 22.

Prius quidẽ determinauerãt ipſum interficere, & deliberauerãt de facto: ſed nũc quęrebant conſilium de faciendi modo, & qualiter poſſent facere occultè, & ſine populi ſeditione, qui ſe debuerant parare

Conſilium Iudęorũ.



rant parare ad paſchalẽ agnum, & ſecundũ ritum A legis purificari vt eſu agni digni fierẽt: contra verũ agnũ, magis & potius ſe armãt, & hoc faciũt ex dolo & cõſilio, timẽtes ne eis auferatur populi auxilio. Vnde dicũt habito cõſilio. [Non in die feſto]. ſ. azimorũ, id eſt, in ſolennitate paſchali imminenti de proximo, ſupple eſt capiendus ad occidendũ: qđ nõ dicebãt propter reuerentiã feſti, ſed ne tumult' fieret in populo: ] propter diuerſa ſtudia ipſius populi. ſ. diligẽtis Chriſtũ & odiẽtis, credẽtis & non credẽtis. Multi enim propter ſolennitatẽ paſchæ venerãt in Hieruſalẽ: & quia aliqui reputabãt Ieſum eſſe verũ Chriſtũ, timebãt ſi durãte ſolennitate paſchali in eũ manus mitterẽt, ne populus qui eũ diligebat illis cõſurgẽs, innocentẽ defenderet: & ſic ipſe manus eorũ euaderet. Timebãt quidẽ plebẽ, non vitãtes ſcãdalũ, ſed impetũ: nec ſeditionẽ metuẽtes, ſed ne de ſuis manib' tolleretur cauẽtes: propter qđ cõſulebãt mortẽ ſuã differri vſq; poſt feſtũ: poſtea B tñ mutauerũt iſtud cõſiliũ, quia inuenerũt opportunitatẽ capiẽdi eũ ſecretè per diſcipulũ.

Maiorum malitia.

Attẽde hîc quia maiores principaliter quærebãt Ieſum perdere: à principibus enim & ſenioribus egreſſa eſt iniquitas in Babylone. Sic & hodie maiores præ cęteris cõtra eũ inſurgũt, & maiora ſcãdala quã cæteri faciũt. Vnde Bar. O bone Ieſu totus mũdus videtur cõtra te cõiuraſſe: & hi in perſecutione tua primi ſunt qui vidẽtur regere populũ, dirigere principatũ. [Intrauit aũt ſatanas in Iudã,] id eſt, in Iudæ animam: qui Scarioth eſt dictus: quia de hac villa fuit oriũdus.

Introitus ſatanæ in animam Iudæ.

Intrauit inquã non impellẽs, ſed patulũ inueniens oſtiũ: nã oblitus oĩm quæ viderat, ad ſolam auaritiã dirigebat intuitũ. [Intrauit aũt,] nõ per eſſentiã, & eſſentialiter in animã illabẽdo: quia ſcd̃m Aug. ſic ſolus deus intrat in animã, qui creauit eã: ſed intrauit per effectũ ſuggeſtionis venditionẽ & traditionẽ Chriſti ſuggerẽdo: & ſcd̃ò poſt buccellã per effectũ plenioris poſſeſsionis eum ſuæ ſeruituti ſubiugãdo. Ex quo patet ꝙ in omni peccato mortali diabolus intrat hominẽ, vt ipſum denuo vel amplius q̃ antè poſſideat. Iudas ergo audiẽs eos cõgregatos ad tractandũ de Chriſti morte, qui etiã audierat C à Chriſto ſe tradẽdũ vt crucifigeretur in paſcha tũc inſtãti: & apud ſe cogitans, & dicẽs in corde. In proximo morietur homo iſte, & ad lucrũ meũ poſſum eũ tradere: [abijt:] à Chriſto, & facta ſocietate, nõ tantũ corpore, ſed etiã mẽte recedẽdo & apoſtatãdo, & veniẽs ad cõſiliũ ꝓditor, dixit eis: [Quid vultis mihi dare, & ego vobis eũ tradã? ] occultè. ſ. & ſine ſtrepitu. [Et gauiſi ſunt] quia ille modus capiẽdi Chriſtũ, per ſuũ diſcipulũ videbatur magis cõueniens & ſecretus, propter qđ mutauerũt cõſiliũ prædictũ. ſ. differendo mortẽ eius vſq; poſt feſtum. Quia enim traditorẽ inuenerũt, in ipſa feſtiuitate Chriſtũ occiderũt. Hoc aũt, ſcd̃m Leonẽ papã, diuino intelligimus diſpoſitũ fuiſſe cõſilio. Oportebat enim vt manifeſto implerẽtur effectu, quę diu figurato fuerãt promiſſa myſterio.

Pretium Ioſeph. Gene. 36. Argentei tantum triginta.

Et pepigit Iudas cũ eis de Chriſto tradẽdo pro triginta argẽteis, eodem pretio quo Ioſeph vẽditus eſt à fratribus ſuis: in vẽditione enim Ioſeph præfigurata fuit vẽditio Chriſti. Iudas ad cõgregationes iuit, vbi Chriſtũ vendidit: ſic multi ad ſpectacula vandunt, vbi Chriſtum pro modica tẽratione & modico pretio vẽdũt. Ipſe D dedit pro triginta argẽteis: ſed peccatores dant ſæpe pro pretio minori. vbi dicit Leo papa, ꝙ anima lucri cupida etiã pro exiguo perire nõ metuit: nullũq; in illo corde eſt iuſtitiæ veſtigiũ, in quo ſibi auaritia fecit habitaculũ. Infœlix mercator Iudas, qui tantũ pro tanto, deũ pro nũmo, verũ pro vano, æternũ ꝓ trãſitorio.

Iudę infœlicitas.

Quia eñ audierat dñm tertia die moriturũ, & eũ in morte detineri putauit: mortem imminentẽ lucratiuã ſibi facere voluit. Cùm enim eſſet fur, & loculos habẽs: & videret vnguentũ ſuꝑ caput & pedes dñi effuſum, qđ putauerat eſſe vendendũ, & pretiũ ſibi tradendũ: qđ perdiderat in effuſione vnguẽti, voluit recuperare in vẽditione magiſtri. Illi quippe triginta argẽtei valebãt trecẽtos denarios vſuales: quilibet eñ decẽ valebat, & ita in vẽditione Chriſti recuperauit valorẽ vnguẽti prędicti, & recõpenſauit damnũ trecentorũ denariorũ de quo dixerat: quare hoc vnguentũ non venijt trecentis denarijs & datũ eſt egenis? E

Argenteorũ triginta valor.

Et fortè hæc cauſa fuit quare Matthæus hîc factũ Marię recitauit: vt. ſ. cõgruenter factũ Iudę quo dñm vẽdidit narraret, tanquã cõtinuans effectũ ad cauſam, quia hoc factum fuit occaſio vẽditionis Chriſti. Iudas itaq; vnus de duodecim: numero, nõ merito: nomine, nõ munere: corpore, nõ animo: à principibus nõ inuitatur, non cogitur, nulla neceſsitate conſtringitur: ſed propria ſpõte proceſsit, & propria malignitate cõſiliũ ſceleratæ mẽtis inijt: nec in vẽditiõe magiſtri certã poſtulauit ſũmã, vt de re chara fieri ſolet, ſed quaſi vile tradẽs & venale exponẽs mãcipiũ, in poteſtate emẽtiũ poſuit quãtũ dare vellẽt. Cũ eñ vilia exponũtur, ſolet quærere vẽditor ab emptore, quãtũ dabis? cũ aũt chara, ecõuerſò dicit tm̃ dabis. Myſticè aũt per Iudã ſignificãt iudices ac prælati & ſacerdotes, qui iudicia ac bñficia & ſacramẽta vẽdere nõ ceſſant: dicẽtes ſæpe, & ſi nõ verbo, tamẽ facto: [Quid vultis mihi dare, & ego vobis eũ tradã?] Vñ Ber. Quãti hodie de his qui animas regere ſuſceperũt, qđ ſine miſerabili gemitu nõ eſt dicendũ Chriſti opprobria, flagella, clauos, lanceã, crucẽ, mortẽ in fornace auaritæ cõflant: hoc ſolo à Iuda differentẽs, F ꝙ ille oĩm horũ emolumentum denariorũ numero cõpẽſauit: iſti voratoria ingluuie lucri infinitas exigũt pecunias: his inhiãt, timẽt ne amittãt, in harũ amore quieſcũt: animarũ apud eos nec caſus reputatur, nec ſalus: cũ ſint de patrimonio Chriſti nimiũ impinguati, incraſſati, dilatati, non cõpatiũtur ſuper cõtritione Ioſeph. Hæc Ber. Propter auaritiã verò Iudas factus eſt talis: quia vt Leo papa dicit, Anima lucri cupida, &c. vbi ſuprà.

Venditio Chriſti cõmittitur.

Ex hoc aũt articulo vẽditionis Chriſti, tria trahũtur notabilia documẽta. Primũ eſt, vt nobis caueamus ne & nos tam deteſtandũ facinus. ſ. vẽditionis Chriſti, vnquã perpetremus: qđ vtiq; diuerſis modis incurrimus. Vnde Beda: Multi hodie Iudæ ſcelus, ꝙ dñm & magiſtrũ deumq; ſuũ pecunia vẽdiderit, velut immane & nephariũ exhorrẽt, nec tamẽ cauẽt. Nam cùm pro muneribus falſum cõtra quẽlibet teſtimoniũ dicũt, profectò quia veritatẽ pro pecunia negãt dominũ pro pecunia vẽdũt: ipſe eñ dixit, ego ſum ve-

Ioan. 14.

1. Ioan.4.

G ritas.Cùm ſocietatem fraternitatis diſcordiæ peſte cõmaculãt, dominũ prodũt: quia deus charitas eſt. Qui etiã ſi nullus pecuniã det, dominũ argenteis vẽdũt:quia principis ſeculi imaginẽ,id eſt exẽpla hoſtis antiqui, neglecta cõditoris ad quã creati ſunt,imaginẽ ſumũt.nã ſecũdum Hiero.Sicut Ioãnes Baptiſta,qui nõ pro Chriſti cõfeſsione, ſed pro defenſione veritatis occubuit:ideo tamen pro Chriſto:quia pro veritate martyriũ ſuſcepit:ita ecõtrariò q̃ charitatis &veritatis iura ſpernit,Chriſtum vtiq;,q̃ eſt veritas & charitas,ꝓdit. Imò vniuerſaliter,ſicut dicitOrig.Oẽs qui ꝓ tẽporalibus &mũdialibus rebus iuſtitiã deſerũt,deum qui eſt iuſtitia vendũt.Similiter deũ vẽdit,qui iuſtitiã vel conſiliũ vendit:quia ipſe eſt iuſtitia, ac ſpiritus, & angelus cõſilij.Ille etiã dñm vendit qui eius timore & amore neglecto, terrena ac caduca,imò etiã criminoſa plus amare & curare cõuincitur.Dñm etiã pro tẽporali pecunia vẽdit, qui bona ſua pro vana gloria expẽdit.Item deum vẽdunt ſimoniaci,qui gratiam dei quæ eſt in ſacramẽtis & in alijs ſacratis,& ſpiritualibus rebus cõmutant.

Cõſilium vẽdẽs, deũ vendit.

H

Simonia tã in emente,quàm in vendente.

Et quia ſimoniæ peccatũ eſt tam in dãte,q̃ in recipiẽte:ideo non ſolũ peccauit Iudas in vendendo Chriſtũ, ſed etiã Iudæi in emẽdo Chriſtũ. Emit autẽ à me Chriſtũ: qui dãdo mihi aliquod tp̃ale,aufert mihi Chriſtũ: verbi gratia,ſi adulator dat mihi laudem falſam,ex qua cor meũ extollitur,aufert mihi Chriſtũ: & ego cõſentiens pro vana laude vẽdo Chriſtũ.Item dans mihi pecuniã, qua allicit me ad peccatũ mortale, aufert mihi Chriſtũ:& ego cõſentiẽdo vẽdo Chriſtũ.Nec tamẽ ille emẽdo retinet ſicut nec ego,ſed nec mihi nec tibi.Sic fuit de Iuda,& Iudæis,quorum neuter Chriſtũ retinuit:ſed acquiſitꝰ eſt nobis Chriſtianis. Vnde Raba.Exulta Chriſtiane:in cõmercio inimicorũ tuorũ viciſti. Quod Iudas vẽdidit,& Iudæus emit,hoc tu acquiſiſti:noſter enim Chriſtus,nõ Iudæorũ,qui eũ emerũt.

Neq; vendẽtis, neq; emẽtis eſt Chriſtus: ſed noſter.

Vendi debemus pro Chriſto.

Sc̄dm eſt,vt etiã & nos vẽdi & vilipẽdi pro laude dei patiamur: qui enim vẽdit rem aliquã,id pro quo rem vẽdit,plus appretiatur, quã rem ipſam . Vnde ſi quis te minoris valoris in

I

corde ſuo & factis ęſtimet,q̃ fortè ſis, nõ turberis: & maximè in cauſa dei. Si enim ipſe dñs & ſaluator noſter,qui eſt ſummũ bonũ,& infinitæ bonitatis,in quo ſunt oẽs theſauri recõditi,dignatꝰ eſt pro nobis tã vili & exiguo pretio æſtimari,ac vendi & vilipẽdi iniuſtè:nos q̃ veraciter viles,& ob hoc vilipẽſibiles ſumus,ſi cõditionis noſtræ miſeriã aſpicere volumus,cur nõ proChriſtovilipẽdi,imò nihilipẽdi patiamur iuſtè?vnde Pſal.Ego propter te ſuſtinui opprobriũ.

Pſal.68.

Vendi debemus pro cœlo

Tertiũ documentũ eſt,ꝙ homo debet vẽdere ſeipſum pro regno.Si eñ regnũ cœlorũ venale eſt,& tantũ valet quantũ habes: ſed tu nihil habes melius teipſo: vẽde ergo te ipſum pro regno cœlorũ,ſicut Chriſtus voluit vẽdi,vt nobis acquireret regnũ cœlorũ.

Meditatio

In recolendo iſtum articulũ,recogitet homo vilitatẽ ſuã:q̃a ſi iuſto pretio æſtimari deberet,vix vnũ obolũ valeret:imò nihil,in cõparatione Chriſti,qui tam exiguo &vili pretio vẽditus eſt.Item recogitet an ipſe vnquã Chriſtũ vendiderit:ipſum,& mãdata eius,pro re tẽporali vel pro delectatione trãſitoria deſerẽdo.Itẽ recogitet qualiter ipſe Chriſtũ ſic venditũ gratis ſua mera bonitate acquiſiuit.

K

Emenda Chriſtu

Itẽ q̃a Chriſtus adhuc hodie venalis eſt:ideo ſicut Iudas nequiter vẽdidit Chriſtũ,ſic tu per cõtrariũ cũ eleemoſynis eme ipſum:vel ſi aliud nõ habes,da pro eo cor tuũ:hoc eñ deſiderat prę omni re mundi:iuxta illud Sapientis, præbe fili cor tuũ mihi.

Prouerb.

Itẽ quilibet,quantũcũq; perfectus,nõ pręſumat de ſe:cũ audit Chriſti apoſtolũ, magiſtrũ & dñm ſuũ,imò deũ&creatorẽ oĩm,prodidiſſe.

Feria quarta ieiunijs & abſtinẽtijs celebrandã.

Et q̃a quarta feria dñs fuit vẽditꝰ,ſic ſexta feria fuit crucifixus:ideo in memoriã huius venditionis dñi,per totũ annũ ieiunijs pœnitẽtialibꝰ feria quarta ſc̄dm poſt ſextã tenet locũ.Hinc eſt etiã ꝙ multi quartis & ſextis ferijs ieiunare cõſueuerũt:multi quoq; abſtinẽt à carnibus quarta feria:quia tũc caro Chriſti fuit vẽdita.ex tũc etiã poſt feriã quartã illam, qua fuit vẽditus,tribus diebus ſequẽtibus initia & fines horarũ omittimus, quaſi nobis ablatus ſit alpha & ω,& impijs traditus.Facta igitur pactione quærebat opportunitatẽ.ſ.loci,& tp̃is,& ſocietatis,vt traderet eũ occultè & ſine turbis.ſ.qñ populus nõ erat circa eũ:ſed ſecretus erat cum diſcipulis,qđ & fecit tradẽs eũ poſt cœnã,& de nocte cùm in horto eſſet cũ eis,ne per cõcurſum & impetũ populi tolleretur qui de die eum ſequebatur.

L

Meditatio paſsionis.

Cõſidera nũc quomodo dñs Ieſus toto vitæ ſuæ tp̃e vſq; hodie pro Iudæis laborauit:ſed ipſi tanq̃ ingrati mala pro bonis dño reddiderũt,&poſt multas cõtumelias vſq; ad ipſius emptionẽ & mortẽ ſæuierunt. Vnde Anſel. Demũ veniſti dñe ad oues quæ perierant domus Iſraël,diuini verbi lampadẽ palã extollens,ad illuminationẽ orbis terræ,& regnũ dei annuntiãs cũctis obtẽperantibus verbo tuo,ſermonẽ ſequẽtibus ſignis cõfirmaſti,& virtutẽ diuinitatis tuæ oſtẽdiſti in cũctis malè habentibus:oĩa omnibus gratis exhibens quę ſaluti ipſorũ cõgruebãt,vt oẽs lucri faceres.Sed obſcuratũ eſt inſipiẽs cor eorũ dñe,&proiecerũt ſermones tuos retrorſum:nec attẽderũt ad oĩa mirabilia quæ operatus es in eis,exceptis paucis nobilibus athletis, quos inter infirma & abiecta mũdi elegiſti,vt per ipſos fortia & alta mirificè expugnares:

M

Opprobria quæ Chriſtus paſſus

nec ſolũ ingrati gratuitis tuis beneficijs extiterũt, ſed etiã cõtumelijs affecerũt te dñm dominãtiũ, & fecerũt in te quæcũq; voluerũt.Te enim faciẽte opera in eis,quæ nemo alius fecit,quid dixerũt?non eſt hic homo à deo.In principe dęmoniorum eijcit dęmonia:dęmoniũ habet:ſeducit turbas:vorax eſt, & potator vini,amicus publicanorũ & peccatorũ. Quid fles,quid ſuſpiras,ô homo dei,dũ ſuſtines verborũ iniurias?Non audis quanta propter te in dñm deum tuũ ceciderũt opprobria?Si patrẽfamiliãs Beelzebub vocauerũt,quãtò magis domeſticos eiꝰ?hęc quidem & his ſimilia blaphemãtes,& aliquoties de lapidibus impetentes,Ieſu bone patienter ſuſtinuiſti,& factus es corã eis,ſicut homo non audiens: & non habens in ore ſuo redargutiões.

Pſal.38.

Nouiſsimè autem & iuſtum ſanguinem tuum bone Ieſu à diſcipulo tuo filio perditionis triginta argenteis appretiati ſunt:vt præcipitarẽt animã tuam in mortẽ ſine cauſa.Hæc Anſel.Verè magna deberet nobis eſſe cõfuſio,ꝙ patientiã in aduerſitatibꝰ nõ habemus. Ieſus innocẽs tot & tanta ac etiã paſsionẽ & mortẽ

Patientia nobis neceſſaria.

patienter



patienter pro nobis ſuſtinuit: & nos pęccatis aggra-

A

uati,& ira dei digni non poſſumus paruas iniurias & grauamina modica ſuſtinere , & multoties nec verba leuia pro eius noĩe tolerare. Vñ Chry. Chriſtus exprobratus cõtumelias fert, tu verò vbiq; honorari vis,& non fers opprobriũ Chriſti.Cõſidera etiã hîc,q̃ periculoſũ ſit peccatis locũ dare, ac principia & introitus eorũ nõ repellere:quia frequẽter à minoribus diabolus incipit , vt ad maiora mala inducat.Si enim Iudas cupiditate & auaritia, ac Iudæi vanæ gloriæ & inuidiæ reſtitiſſent , nunq̃ ille ad ꝑditionẽ,nec iſti ad eius occiſionẽ perueniſſent: ſed q̃a minora contẽpſerũt,ideo cõſequẽter ad maiora deciderũt:vt enim eccleſiaſticus ait: Qui ſpernit modica,paulatim decidit.

Eccleſiaſtici 19.

ORATIO.

O Ieſu clementiſsime,qui labores in prædicando fatigatiões in diſcurrẽdo,cõuitia&opprobria, iniurias & anguſtias pro noſtra ſalute pertuliſti:ac tandẽ ab vno diſcipulorũ tuorũ vendi, &à Iudæis appretiari triginta argẽteis,ſic quoq; vili pretio vẽdi voluiſti:da mihi tãtæ patiẽtiæ & humilitatis exẽplũ imitari,atq; opprobria,iniurias &

B

oĩa quæ mihi illata fuerint patiẽter tua gr̃a tuoq; cõſilio ſuperare:& pro nulla re trãſitoria te nequiter cõmutare:vilipẽſiones quoq; meas,& anguſtias pro tui noĩs gloria æquanimiter tolerare.Amen.

## Meditatio in primis veſperis de cœna domini. Caput LIII.

Lucæ 22. Matth.22. Marc.14. 1.Petri 1.

ADueniente iam & imminẽte tp̃e miſerationũ & miſericordiarũ dñi,quo diſpoſuerat plebẽ ſuã ſaluã facere, & eam nõ corruptibilibus auro & argẽto,ſed pretioſo ſanguine ſuo redimere:voluit cœnã facere cum diſcipulis ſuis notabilẽ, anteq̃ ab eis per mortẽ diſcederet:in ſignũ, & memoriale recordationis,&vt myſteria quæ reſtabãt cõpleret.

Cœna domini.

1.Reg.12.

Hæc aũt cœna præfigurata fuit in panibus,quos Abimelech Dauid porrigebat:& magnifica valde fuit,&magnifica ſunt,quę dñs ibi fecit:ad quæ intuẽda te præſentẽ,cũ attẽtione ſumma exhibe:quia ſi hoc dignè & vigilãter feceris,non patie-

C

tur benignus dñs te ieiunũ redire.

Quinq; in cœna domini notãda.

Circa ipſam igitur cœnã principaliter q̃nq;,quæ ibi notabiliter facta ſunt,meditãda occurrũt.Primò,ipſa corporalis cœnatio.Sc̄dò,pedum diſcipulorũ per dñm Ieſum ablutio. Tertiò, charitatiua proditoris correptio. Quartò,ſacratiſsimi ſacramẽti inſtitutio.Quintò, pulcherrimi ſermonis per ipſum cõpoſitio. Circa primũ attende,ꝙ[prima die azimorũ,] id eſt,eadẽ die in cuius veſpera erat agnus immolãdus,& cum azimis edendus.ſ.quartadecima die ſeu luna mẽſis id eſt,quæ erat feria quinta, & paſchæ vigilia dñs Ieſus requiſitus à diſcipulis ſuis , vbi vellet ſibi iuxta legẽ parari paſcha: id eſt , paſchalẽ agnũ:præmiſit ad hoc faciendũ Petrum& Ioannẽ ad amicũ ſuũ in monte Sion,vbi erat cœnaculũ grãde ſtratũ , iubẽs vt paſcha pararẽt ibi: & per oĩa manifeſtans ꝙ vſq; ad extremũ vitæ nõ eſt aduerſatus legi . Per Petrũ ſignatur actio bona,per Ioãnẽ contẽplatio deuota, quæ ꝑparãt paſcha,id eſt,diſponũt ad corpus Chriſti ſanctũ debitè ſumendũ. Præparãt aũt in cœnaculo:id eſt,in homine per deuotionẽ eleuato,grãdi lõgitudine lõganimitatis:lato,latitudine charitatis: ſtrato,varietate virtutis.

D

Aquæ amphora.

Mittẽs aũt diſcipulos dixit eis:[Ite in ciuitatẽ,& occurret vobis homo amphorã aquæ portãs.]Ad literã tulit amphorã ſeu lagenã aquæ,vt in tanto feſto haberet apud ſe aquã expiationis,qua mũdaret ſe:& ſignificat ꝙ vbi Chriſtus cœnaturus eſt,lagena aquę lachrymarũ in expiatione debet præcedere: per aquã eñ viuifici fontis baptiſma deſignatur. Vñ Beda:Paraturis paſcha homo amphorã aquæ portãs occurrit,vt oſtẽdatur myſteriũ paſchæ dñi celebrandum pro ablutione mũdi.Aqua lauacrũ gr̃æ, lagena fragilitatem deſignat eorũ per quos eadẽ erat gr̃a mũdo miniſtranda. Et ſubdit:[Sequimini eum in domũ quã intrat & dicite dño domus:magiſter dicit,Tẽpus meũ],ſ. patiẽdi[propè eſt:apud te faciet paſcha,]dicit magiſter.q.d.volo parari apud te,quę exigũtur ad comeſtionẽ agni paſchalis : & ideo prouide mihi de loco &cibo:vnde creditur ꝙ ille erat diſcipulus Chriſti:ſed occultus:& ideo prouidit de loco,& agno & alijs neceſſarijs in cõuiuij celebratiõe paſchalis.

Paupertas Chriſti.

E

In quo apparet maxima paupertas Chriſti:q̃a ita pauper erat ꝙ nec domiciliũ,nec ſuſceptaculũ habebat nec vnde paſchalẽ cibũ emere poſſet : & ideo diſcipuli interrogabant vbi paſcha parare deberẽt. Audiãt hæc & erubeſcãt quibus cura eſt in ædificãdis magnis domibꝰ& ambitioſis,& cõgregãdis theſauris :cognoſcãt Chriſtũ oĩm dñm,quia locũ vbi cœnaret vel etiã caput reclinaret, aut cibũ quẽ acciperet,vel pecuniã vnde emeret nõ habebat.Attẽdant ſe parũ diſtare ab infidelibus,idola & opera manuũ hominũ colẽtibus.Studiũ enim ponere & delectari in magnis & pulchris ædificijs, vel in theſauris, quid aliud eſt q̃ colere ligna,vel lapides, vel argentũ & aurũ cũ gentibus? [Euntes aũt diſcipuli inuenerũt ſicut dixerat illis,&parauerũt paſcha:]id eſt refectionẽ paſchæ in mõte Sion, & cœnaculo oſtẽſo eis. Ibi paſcha mãducauerũt:ibi poſt reſurrectionẽ dñi diſcipuli propter metũ Iudęorũ latuerũt,ibi ſpiritũ ſanctũ in die pẽtecoſtes receperũt,ac multa & magna ibidẽ per dñm facta ſunt.

Pſal.67.

F

Hic mõs Sion, mõs coagulatus,mõs pinguis,mõs in quo bñplacitũ eſt deo habitare in eo:& multa ac mira oꝑari quaſi fauus diſtillans dulcedine,& flos redolẽs ſuauitatis odorẽ:pias mẽtes ſui recordatione afficit, cõfortat & reficit,ac ſanctitatis ſuæ præeminẽtia cõſolatur & paſcit. Appropinquãte aũt veſpera, ipſe dñs cũ alijs diſcipulis ciuitatẽ intrauit,& ad ipſum locum perueniẽs ad veſperã illiꝰ diei paſcha celebrauit:q̃a illa hora agnꝰ paſchalis comedi cõuenit.

Hora veſpertina agno paſchali apta

Hora q̃ppe veſpertina debebat agnus paſchalis immolari, & hoc in figura & ſigno , ꝙ in veſpera mũdi & in fine ſeculorũ immolãdus eſſet verus agnus.ſ.Chriſtus.Solẽnitates etiã Iudæorũ incipiebãt à veſpera & terminabãtur in veſpera : quia ipſi ſc̄dm lunam quæ de ſero primò apparet dies numerabãt, & eos de vno ſero in aliud cõputabãt.Sic ergo aliquid factum in vigilia feſti , põt dici in feſto factũ,quem quidẽ modũ tres euãgeliſtæ ſeruantes,dixerũt cœnam eſſe factã prima die azimorũ : quia facta fuit die præcedẽti ad veſperã, quæ iam ad primã diem azimorum pertinebat:in qua.ſ. veſpera fermento

de domibus ſuis abiectio, Iudæi agnũ immolare, id
G eſt, occidere ſolebãt. Ioãnes verò accipit diẽ feſtum
paſchę, nõ pro illo cuius feſtũ ſolũ celebre erat quę
erat dies præcedens: ſed pro illo die qui totus celebris
*Corpus dominicũ de azimo factum.*
erat, & ideo dicit cœnã factã ante diem feſtũ paſ-
chæ: illa autẽ veſpera qua comedebatur agnus paſ-
chalis cũ azimis: cõfecit Chriſtus corpus ſuum. ex
quo patet ꝙ cõfecit de azimo & nõ de fermẽto, cũ
tunc nõ eſſet fermẽtatũ in domibus Iudæorũ: quia
tunc tenebãtur veſci panibus azimis, ſcilicet à ve-
ſpera decimiquarti diei primi mẽſis, vſq; ad veſpe-
ram viceſimiprimi diei eiuſdẽ mẽſis: vnde patet ꝙ
Ioãnes non cõtradicit alijs, ſed magis cõuenit cũ ip
ſis. Quãuis aũt typicus agnus figurã veri agni ge-
ſtabat, illa tñ nocte qua immolabatur agnus typi-
cus, nõ fuit Chriſtus verus agnus immolatus. Ipſe
enim legalia voluit obſeruare, ne legi cõtrarius vi-
deretur: & ideo voluit more Iudæorũ paſcha cele-
brare, & nocte illa agnũ comedere anteꝗ̃ morere-
tur. Precęſſit ergo immolatio agni typici immola
tionẽ agni veri, vt ſic Chriſt⁹ qui eſt agn⁹ verus im
H molaretur pro nobis imediatè poſt immolationẽ
agni figuralis: & ſic veritas figuræ ſuccederet & re
ſpõderet. Qui etiã licèt die ſequẽti crucifixus fue-
rit: hac tñ nocte qua agn⁹ imolabatur myſteria cor
poris & ſanguinis ſui celebrãda diſcipulis tradidit,
& à Iudæis tẽtus & ligatus eſt: & ſic ipſius imola-
tionis, id eſt, paſſiõis ſuæ exordiũ ſacrauit. Quãdo
aũt Chriſt⁹ verus agnus fuit imolatus, ſ. in paraſce-
ue ſancta, tũc apud nos eſt tẽpus nõ gaudij, ſed mœ
roris, propter Chriſti paſſionẽ: & ideo eccleſia illa
die nõ ſolẽnizat paſcha, ſed differt vſq; ad diẽ reſur
*1. Corin. 5.*
rectiõis: q a ſicut ait apoſtolus, paſcha noſtrũ imola
tus eſt Chriſt⁹. Aſpice igitur nũc dñm Ieſum in ali
qua parte domus manentẽ, & cũ diſcipulis ſalubria
colloquentẽ. Et interim in cœnaculo parabaſ pro
eis per aliquos ex ſeptuagintaduobus diſcipulis. Le
*Marcialis.*
gitur enĩ ꝙ beatus Marcialis Lemouicarũ apoſto-
lus cũ aliquibus alijs ex ſeptuagintaduobus fuit ip-
ſo ſero ibi ad miniſtrandũ dño Ieſu, & duodecim re
I cũbentibus. Sed & aquã portauit ipſi dño Ieſu, qñ
*Ad agnũ paſchalem neceſſaria.*
lauit pedes diſcipulorũ. Cùm aũt oĩa eſſent parata
in cœnaculo, intrauit cœnaculũ dñs Ieſus, & diſci-
puli cũ eo. Oẽs lauãt man⁹, & defertur eis agnus pa
ſchalis aſſus, benedictioneq; per dñm, comedũt eũ
cum ſucco lactucarũ agreſtiũ. In ſolẽnitate quippe
paſchali quatuor erãt: agnus paſchalis, panis azim⁹
vinũ & ius lactucarũ agreſtiũ: nõ enim niſi cũ ama
ritudine & cõpunctione cordis dignè acceditur ad
*Carnis comeſtor raro Chriſt⁹.*
verũ agnũ. Dicit aũt Comeſtor in ſcholaſtica hiſto
ria, ꝙ nunquam legitur dñm comediſſe carnes, niſi
agni paſchalis: quod tñ fecit in typo & figura. Di-
ſcumbebat ergo Ieſus cu duodecim diſcipulis ſuis:
dñs cum ſeruis magiſter cum diſcipulis, pater cum
*Pſal. 137.*
filijs quaſi cũ ſocijs, quaſi cũ amicis. Vnde in Pſal.
Filij tui ſicut nouellæ oliuarũ, in circuitu menſæ
tuæ. Hæc refectio ſignificat refectionẽ æternã in
veſpere, id eſt, in fine mundi futurã. O quã fœlices
illius recubitus cõmenſales. Sed quomodo diſcum-
bentes cœnabãt cùm lex pręceperit, ꝙ ſtãtes erecti
paſcha comedere deberent? Poteſt dici ſcđm Theo
philum, ꝙ prius mãducauerunt paſcha, & fecerunt
vt lex mandabat. Deinde ſecundum communem
vſum diſcubuerũt manducãtes quoſdã alios cibos: K
vnde dicitur poſtea, ꝙ Ieſus ſurrexit à cœna. Et edẽ
tibus illis dixit dñs: [Deſiderio deſideraui,] id eſt,
valde deſideraui, [hoc paſcha] ſ. typicum & legale
[mãducare vobiſcũ anteꝗ̃ patiar:] id eſt, moriar.
Geminatione verbi notat intentionẽ duplicis deſi
derij. ſ. vt finiat vetus teſtamentũ, & inchoet nouũ,
quod erat ſibi in deſiderio. Cogita quàm lõgo tpe
*Deſideriũ domini.*
hoc deſideriũ dñi fuerit protelatũ, & noli deficere
ſi quandoq; ad tẽpus tuum deffertur deſideriũ. Ipſe
etiã oĩbus diebus vitæ ſuæ, poſt nos cucurrit in ſiti
feruẽtiſſimi deſiderij ſalutis noſtræ. Et nos ſi quã-
doq; nõ valemus habere deſideria bona, ſaltẽ habeã
mus voluntatẽ habẽdi deſideriũ. Iuxta illud: Cõcu-
piuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas: &
tunc acceptabit voluntatẽ pro facto. Dicit aũt hoc
dñs vt ſe voluntariẽ pati oſtendat, cuius paſſionem
immolatio agni typici & paſcha Iudaicũ prefigu-
rabat: & vt demõſtret affectũ quẽ habet vt legalia
ceſſent, & veritas euangelij currat. Scđm Bedã: Deſi L
derat primò typicũ paſcha cum diſcipulis mãduca
re, & ſic paſſionis ſuæ myſteria mundo declarare:
quatenus & legalis paſchæ probator exiſtat, & hoc
figurã veri paſchæ fuiſſe docẽdo vetetvltrã carnali
ter exhiberi. In cui⁹ rei figura defecit mãna poſtꝗ̃
comederũt filij Iſraël de frugibus terræ promiſſio-
nis, nec vſi ſunt vltrà cibo illo. Vñ ſubdit: [Ex hoc]
ſ. tpe [nõ mãducabo illud] ſ. vetus & legale paſcha
[donec] ſacramentũ dominici corporis & ſangui-
nis in hoc veteri paſcha ſpiritualiter intellectũ, [in
regno dei] id eſt, in eccleſia militãte: [impleatur:]
id eſt, inſtituatur vel inſtitutũ celebretur: quaſi di-
ceret: non comedã vel celebrabo amplius in figura
& ſigno, ſed in veritate & ſignato. Ipſe enĩ poſtea
ſumpſit verũ corpus ſuũ ſub ſacramẽto, & nihilomĩ
nus hodie in eccleſia vetus & figurale paſcha imple
tũ mãducat: quia ea quę lex rudi populo carnaliter
obſeruãda præcepit, ipſe in mẽbris ſuis, hoc eſt in
ipſa eccleſia ſpiritualiter exercet. In hoc igitur re-
gno comedit corpus ſuũ: id eſt, nos illud in ſe come M
dere facit: ſicut poſtulat pro nobis, id eſt poſtula-
re nos facit. Sacramẽtum enim euchariſtię, qđ nos
per fidẽ ſpiritualiter mãducamus, & ipſe mãducat
nobiſcũ icorporãdo nos ſibi p iſtud ſacramentũ qđ
alloquens Aug. dicit Cibus es grandiũ: nõ mutabe
ris in me, ſed tu me mutabis in te, vnde donec non
*Donec.*
ponitur hîc excluſiuè, ſed incluſiuè. [Et accepto ca
lice] ſ. vini quoad paſcha Iudaicũ, [gratias egit &
dixit, accipite & diuidite iter vos.] Gratias egit: q a
inſtabat cõpletũ deſideriũ, vt poſt immolatiõe a-
gni typici ſequeretur immolatio agni veri: ſcilicet
Chriſti: & q a vetera tranſibant & noua fiebãt oĩa,
dum vinũ & azima in corpus & ſanguinẽ dñi eius
benedictiõe trãſubſtãtiabatur. Vñ ait: [Nõ bibã a-
modo de geniminevitis] ſ. materialis, id eſt, devino
qđ generatur in vite. ſ. typicũ potũ, [donec veniat
regnũ dei,] quod intellige vt ſuprà de cibo eſt dictũ
Vnde Beda. Sicut ſuprà typicũ agni eſum, ſic etiã
potũ paſchę typicũ negat ſe vltrà guſtaturũ donec
oſtenſa & manifeſta reſurrectionis ſuæ gloria re-
gni dei fides mundo adueniat: vt per duo maxima
legis



legis edicta, eſum videlicet potumq; paſchalẽ, ſpiri
A tualiter immutata, diſceres omnia legis ſacramẽta
vel iuſſa quę carnaliter ſonare videbanſ, ad ſpiritua
lem iam obſeruantiã fuiſſe trãsferẽda. Et ſic ſcđm
Aug. Lucas de duplici calice mentionẽ facit. Pri-
mò, de calice vini prędicto: quoad paſcha Iudeorũ.
Scđò, de calice ſanguinis ſui: de quo infrà eſt dicen
*Calix.*
dum. Calix dñi argẽteus duas hinc & inde habẽs an
ſulas, ſextarij gallici mẽſurã capit. Legale igiſ pa-
ſcha ceſſauit, & impletũ fuit in regno eccleſiæ, quã
do diuina ſapiẽtia parauit mẽſam noui ſacramẽti:
vbi poſuit panẽ corporis, & miſcuit vinũ ſanguinis
*Legalia.*
ſui. Legalia enĩ habuerũt curſum ſuũ & obligatio-
nem vſq; ad Chriſti paſſionẽ, in qua oblatũ eſt vnũ
perfectũ ſacrificiũ, euacuatiuũ legaliũ: & ideo vſq;
tũc Chriſtus legalia ſeruauit, & ſimiliter alijs ſer-
uãda mãdauit. Vnde dicit Aug. ꝙ legalia tantũ fue
runt ante paſſionẽ dñi viua, poſt paſſionẽ mortua:
ſed poſtquã claruit veritas euãgelij p mundũ, ſunt
B ſepulta. Noſtra verò ſacramẽta vſq; ad finẽ mũdi in
ſuo vigore manebũt. Et nota, ꝙ in Exodo determi
*Exod. 12.*
nantur multa, quę requirũtur ad eſum agni typici:
*Agni ſumendi cõditiones.*
& adhuc requirũtur ad eſum agni veri. Debet enim
comedi verus agnus. ſ. Chriſtus primo à circũciſis:
per veteris cõuerſationis depoſitionẽ. Secũdò cũ la
ctucis agreſtibus: per amarã de peccatis omnibus
cordis contritionẽ. Tertiò, ſine fermẽto peccati, cũ
panibus azimis: per cõſcientię ſinceritatẽ. Quartò
renibus accinctis per caſtitatẽ. Quintò, pedib⁹ cal-
ciatis per affectionũ à terrenis elõgationẽ: cuius ſi-
gnum põt eſſe, ꝙ deus prius lauit pedes diſcipulorũ
quàm daret eis hoc ſacramentũ. Sextò, cũ baculis
in manibus: per ſuijpſius cuſtodiã diligentẽ. Predi-
ctæ cõditiões requirũtur ad declinationẽ mali. Sed
quantũ ad operationẽ boni requiritur. Primò, ꝙ in
domo vna comedatur: per eccleſiaſticã vnitatẽ. Se-
cundò, ꝙ à vicinis: per fraternũ amorẽ & concor-
diam. Tertiò, ꝙ nõ crudus ſine amoris igne, nec co
ctus aqua ſine deuotionis ſapore: ſed aſſus igni, per
deuotionis feruorẽ pręcedentẽ. Quartò, ꝙ feſtinã-
ter: per ſpiritualẽ auiditatẽ & delectationẽ cõcomi
C tantẽ. Quintò, ꝙ totaliter: per fidei integritatẽ, vo
rando caput cũ pedibus & inteſtinis: id eſt, per verã
fidem incorporãdo & credẽdo in Chriſto diuinita-
tem, quæ eſt caput eius: & humanitatẽ, ſcilicet car
nem quę tanquã pes eius eſt, infima in ipſa natura,
& animã, quę eſt media, ſicut eius inteſtina. Sextò,
ꝙ ſine oſſium cõminutione: per ſimplicem ſacra-
menti venerationem.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, qui hora veſpertina
cœnam vltimam cũ diſcipulis in cœnaculo
grãdi ſtrato feciſti, & eos ſacratiſsimo cor-
pore & ſanguine tuo cibaſti: fac pectus meũ cœna-
culum grãde ſtratũ: amplifica ſpem & charitatem
in corde meo: magnifica longanimitatẽ, ſpem, &
charitatẽ, patientiã & humilitatẽ: da mihi vt te quẽ
cœli & terræ nõ capiũt, pro modulo ſuo capiat cor
meũ contritũ & humiliatũ: vt per inhabitantẽ gra-
tiam tuã omnia tibi placẽtia cogitẽ & perficiã, &
omnia cõtraria odiẽda declinem, & ſic perſeuerã-
do vſq; in finẽ conſequar tunc dignam ſacro ſancti
corporis & ſanguinis tui perceptionẽ. Amen.

## De ablutione pedum. Caput LIIII. D

*Ioan. 13.*
Circa ſcđm verò diligẽter attẽde. Premiſ
ſis nãq; ita ſe habẽtib⁹, [ſciẽs Ieſus q a ve
*Hora Ieſu.*
nit hora eius,] nõ fatalis, ſed ĩpletiõis ſa
cramẽtorũ à deo prę ordinata [vt tran-
ſeat ex hoc mũdo ad prẽm:] nõ per loci mutationẽ,
ſed ſicut dicit à prę veniſſe aſſumẽdo naturã noſtrã
mortalẽ, ita dicit ad patrẽ rediſſe, faciẽdo ipſam p
immortalitatẽ in ſua reſurrectiõe paternę gloriæ
cõſortẽ: [cùm ſem p dilexiſſet ſuos qui erãt in mũ-
do,] nõ ſuos ſola creatiõe: ſed ſuos etiã electiõe. ſ. di
*In finem diligere.*
ſcipulos, in finẽ dilexit eos:] id eſt, in fine ſpecialia
& maiora ſigna dilectiõis: & quãto amore dilexe-
rit eos, oſtẽdit ponẽdo animã ſuã pro eis. Vel in fi-
nẽ,] id eſt, pſeuerãter & in mortẽ, nõ ꝙ morte ter-
minaret dilectio: ſed intantũ dilexit ꝙ vſq; ad mor
tem dilectio eũ pduxit: in quo exemplum dedit, vt
oẽs in dei & pximi charitate vſq; in finẽ pmaneãt:
vel [in finẽ,] id eſt, in Chriſtũ q eſt finis perficiẽs &
cõſummãs, [dilexit eos] vtiq;, vt & ipſi de hoc mun
do vbi erãt, ad caput ſuũ, qđ hinc trãſiſſet eius dile- E
*Ieſus.*
ctiõe trãſirẽt. Per Ieſum q ſalus interpretaſ: bonus
prælatus ſignificat, finis verò vltimus eſt beatitudo
vera, quę cõſiſtit in clara dei viſiõe & fruitiõe pfe-
cta. Licèt aũt oĩs homo debeat ad hũc finẽ pximũ
diligere, platus tñ qui eſt Chriſti vicarius, ſpeciali-
ter teneſ erga ſuos ſubditos hęc facere. [Et cœna fa
cta:] ſ. agni paſchalis, [cũ diabolus miſiſſet in cor,]
id eſt, in volũtatẽ Iudę, nõ directè tanꝗ̃ volũtatem
mouens: ſed indirectè tanꝗ̃ ei ſuggerẽs [vt traderet
eũ,] ſ. Ieſum cõſentiẽs iniquitati: die enĩ pręcedẽti
*Diabolus nõ immittit, ſed intendit cogitationes malas.*
ſe vendiderat ſuggeſtiõe diaboli. Diabolus quippe
nõ eſt imiſſor cogitationũ malarũ, ſed intẽtor: q a
tentatio praua ex homine eſt, quã diabolus nõ im-
mittit, ſed ĩmiſſã ab hoĩe magis intẽdit, & accẽdit
tẽtatiõe hoĩs pcepta p aliqua ſigna exteriora. Ali-
ter enĩ nõ põt hominẽ deijcere, niſi homo ſeipſum
deijciat, & hoſti arma reddat: id eſt, niſi ſuggeſtiõi
cõſentiat: nã ſcđm Aug. p diabolũ ſuggeſtiões ĩmit
tũtur, & humanis cogitationib⁹ miſcẽtur: his ergo
ita factis, [ſciẽs] Ieſus vt deus, [q a oĩa dedit ei pater
in manus:] id eſt, in poteſtatẽ, etiã ipſum traditorẽ
& perſecutores: ex quo patet in Chriſto plenitudo F
ſcientię & poteſtatis, [& q a à deo exiuit in mũdum]
veniẽs, nec patrẽ deſerẽs, [& ad deũ vadit,] oĩaq; ac-
quiſiuit prĩ reducẽs, & nõ nos relinquẽs, ſciẽs ſe eſſe
regẽ regũ, & dñm dominantiũ, nec oblitus ſe eſſe
dei filiũ naturalẽ, & nõ ignorãs ſuã ſublimitatẽ, quã
nis talis eſſet, & talẽ ſe ſciret, tñ in magnę ſuę pieta
*Humilitas domini in lauãdo pedes diſcipulorũ.*
tis indiciũ, in magnę noſtrę exemplũ humilitatis,
nõ dei dñi, ſed hoĩs ſerui implet officiũ: humiliat ſe
vt miniſtret, q a venit miniſtrare & nõ miniſtrari:
ac [ſurgit à cœna,] volens lauare pedes diſcipulorũ.
Ex quo vniuerſum cõculcat tumorẽ, dũ is q exit à
deo, & ad deũ vadit, pedes lauare voluit. Locuturus
quippe euãgeliſta, de tãta dñi humilitate prius eius
celſitudinẽ voluit cõmendare ad exaggerandũ ip-
ſius dñi humilitatẽ, & admonendũ nos vt quãto ma
gni ſumus, humiliemur in oĩbus, & de bonis dei nũ-
quã ſuperbiamus. Ac ſi p hoc dicat homini, Si ille
qui filius dei erat, & patri æqualis, ſuã à deo incli-
nauit maieſtatẽ, vt humiliaret ſe ad pedes hominis:

quid debet facere miſer homo, qui eſt terra & ci-
G nis? ſurgunt etiã ſtatim & diſcipuli, ignorãtes quò
velit ire. Ipſe aũt deſcẽdit cũ eis in aliũ locum, in-

Cœnacula paleſtinorum.

ferius in eadẽ domo ſubtus cœnaculũ. Nam in ſupe
riori parte domus Palęſtini faciebãt cœnacula, &
inferius cubicula. Sunt aũt in mõte Sion duæ capel
læ, vbi erãt canonici regulares cũ abbate, ſecũdum
regulã beati Augu. domino miniſtrãtes: vna ſupe-
rior, vbi cœna facta fuit, & ſpiritus ſanctus ſuper
diſcipulos deſcẽdit: alia inferior, vbi Chriſtus pedes
diſcipulis lauit: & eis ianuis clauſis apparuit, cui eſt
contiguũ cœmiteriũ, quod dicitur bonorũ virorũ
poſſeſsio: vbi ſepultus fuit beatus Stephanus, Nico-
dęmus, Gamaliel, & Abiba cũ alijs viris ſanctis: vbi
etiã eſt ſepulchrũ Dauid & Salomonis, & aliorum
bonorũ regum Iuda & Hieruſalẽ. Veniẽs ergo do-
minus inferius cũ diſcipulis, omnes ibi ſedere fecit
aquã ſibi afferri iubet, deponit veſtimẽta, vt conue-

Veſtes quater depoſitæ à Chriſto.

niẽtius hoc miniſteriũ exhibeat. Vbi nota quatuor
depoſitiões veſtiũ Chriſti. In cœna depoſuit eas, &
reſumpſit: ad columnã nudatus eſt, & reindutus: in
illuſiõe militũ nudatus eſt, & reindutus: ſed ab He-
rode nõ legitur nudatus: ad crucẽ nudatus eſt, nec
H reindutus. Prima ſpectat ad apoſtolos, quos in bre-
ui reſumpſit. Secũda, ad illos qui reſumpti ſunt in
die pẽtecoſtes, & paulatim reſumũtur. Tertia in re
liquias, quæ reſumẽtur in fine. Quarta, ad peruer-
ſam medietatẽ noſtri tẽporis, quæ nunquã reſume
tur. Depoſitis igitur veſtimẽtis ſuis [lintheo ſe prę-
cinxit,] diſponẽs ſe ad lauandũ, & nihil omittẽs de
his quę ad iſtud requirũtur officiũ. [Deinde mittit
aquã in peluim,] lapideã, proprijs manibus, nõ per
aliorũ miniſteriũ: & tam charitatiuè, tam honeſtè,
tam officiosè prępara tus venit lauare pedes diſci-
pulorũ lutoſos: q a diſcalciati incedebãt, [& tergere
lintheo quo pręcinctus erat:] vt per omnia humili
tatis officiũ impleret. Et quid mirũ ſi hoc fecit, qui
multò maiora facere dignatus eſt? Vnde Aug. Po-

Philip. 2.
Ibidem.

ſuit aũt veſtimẽta ſua, qui cùm in forma dei eſſet,
ſemetipſum exinaniuit: præcinxit ſe lintheo, qui
formã ſerui accipiẽs, habitu inuentus eſt vt homo:
miſit aquã in peluim, vt lauaret pedes diſcipulorũ,
I qui in terrã ſanguinẽ fudit, quò immunditiã dilue
ret peccatorum: lintheo quo erat præcinctus pedes
quos lauit terſit, qui carne qua erat indutus euãgeli
ſtarũ veſtigia cõfirmauit. Et lintheo quidẽ vt ſe prę
cingeret, poſuit veſtimẽta quę habebat: vt aũt for-
mam ſerui acciperet, quãdo ſemetipſum exinani-
uit, nõ quod habebat depoſuit: ſed quod nõ habebat
accepit. Hæc Aug. Et vt omnia ratiõe & ordine fa
ceret, & faciẽdo nos inſtrueret, [venit] miniſteriũ
inchoãdo primò, [ad Simonẽ Petrũ:] ipſe eñ inter
alios maior erat, & ideo ab ipſo inchoandũ fuit. Et

Petrus lotionem refugit.

tunc Petrus ex cõſideratiõe diuinitatis & maieſta-
tis Chriſti territus, ꝙ etiã quilibet eorũ expauiſſet,
expauit, & totus ſtupefactus recuſat: & rẽ ſic ſuo iu
dicio indecentẽ declinat. Nõ decet, inquit, nõ con-
uenit: [tu] dñs, ego ſeruus: tu deus, ego homo: tu
creator, ego creatura: & [tu mihi] miſero, pauperri
mo, humilimo piſcatori [lauas pedes,] ſordidos, &
infimũ in corpore membrũ manibꝰ his quibus cę-
cis oculos aperuiſti, leproſos mundaſti, & mortuos
ſuſcitaſti: id eſt, vis lauare pedes mihi peccatori, tu
qui es filius dei: quaſi diceret, hoc indecẽs eſt, & nul K
lo modo ſuſtinendũ. Simile verbũ dixit in princi-
pio cõuerſionis ſuę, exi à me, quia homo peccator
ſum dñe. Sicut eſt dñs humilis ad ſeruiendũ, ita ſer Lucæ 5.
uus non ſuſcipiẽdo ſeruitiũ: quaſi diceret, ſecũdum
Bedam: Tu deus deorum, tu rex angelorũ, tu filius
altiſsimi, & ſpeculũ ſine macula maieſtatis dei: tu
quẽ adorãt angelicę poteſtates, tu deus ęternę mi-
hi vermiculo lauas pedes? tu ante me curuaris, ante
quẽ curuãtur qui portãt orbẽ: tu ante me flecteris
ante quẽ flectitur omne genu, cœleſtiũ terreſtriũ
& infernorũ. Et in hoc Petrus ſignificat diſcipulũ
ignorantẽ, & indiſcretè loquentẽ de facto ſuperio-
ris ſui, cuius ignorat rationẽ. Frequẽter eñ cõtin-
git, ꝙ aliquid iudicatur irrationabiliſsimũ ab igno
rãte cauſam, qđ tamẽ rationabiliſsimũ eſt ſecundũ
veritatẽ: propter qđ dixit ei Ieſus: [Quod ego fa-
cio, tu neſcis modò:] hoc meũ factũ, exemplũ eſt &
myſteriũ: exemplum quidẽ humilitatis exhibẽdę,
myſteriũ aũt interioris mũdationis. Dupliciter er-
go põt intelligi. Vno modo: [qđ ego facio,] id eſt,
quomodo ego facio exemplũ, [tu neſcis modò:] id
eſt, nõ intelligis, [ſcies aũt poſtea,] tũc. ſ. quãdo ex- L
poſuit eis dicẽs, ſcitis quid feci vobis, &c. Aliter eñ
nõ potuit ſuperbiæ noſtræ tumor curari, niſi per
maximã humilitatẽ redẽptoris noſtri: & tamẽ poſt
totũ iſtud adhuc cũ Lucifero ſuperbiũt multi vica-
rij, & ſucceſſores Chriſti. Alio modo poteſt intelli-
gi, [quod ego facio tu neſcis modò:] id eſt, hoc my-
ſteriũ eſt & ſecretũ, & ſignificat interiorẽ munda-
tionẽ, quæ nõ poteſt fieri niſi per me: qđ nõ intelli
ges modò [ſcies aũt poſtea:] tũc ſcilicet cùm ſpiri-
tum ſanctũ accipies. Res eñ eſt ſacramẽtalis ad in
ſtructionẽ eccleſiæ, & fiet tibi manifeſta opportu-
no tẽpore. Et in hoc docemur bene iudicare, & lo-
qui de factis ſuperioris boni, niſi deo permittẽte er
raret manifeſtè. Petrus aũt de tãta filij dei inclina-
tione perterritus, & vſq; ad ſuos pedes humilẽ Chri-
ſtum videre nolẽs, in eadẽ adhuc volũtate perſiſtit:
nõ ex obſtinatione, ſed ex humilima, quã ad Chri-
ſtum habuit reuerẽtia, dicẽs: [Nõ lauabis mihi pe-
des in ęternũ:] id eſt, nunquã lauabis, nunq̃ hoc pa- M
tiar: hoc eñ in ęternũ nõ fit, qđ nunquã fit. Ac ſi di
ceret, abſit à me ꝙ ſuſtineã hoc à magiſtro, à dño
& à deo meo: licèt autẽ Petrus bono zelo hoc face-
ret, tamẽ indiſcretè faciebat: q a cùm Chriſtus non
poſſet errare, nõ debebat volũtati eius aliquo modo Lauandi
reſiſtere. Et ideo cõminatur ei dñs dicẽs: [Si nõ la- ſumus à
uero te,] id eſt, pedes tuos, [nõ habebis partẽ mecũ] Chriſto.
in beatitudine. Siue hoc intelligatur de lotiõe my-
ſtica & interioris maculæ ipſius affectus, quę quia
neçeſſaria eſt, ideo pręcipitur: ſiue de lotiõe mate-
riali & corporali pedũ ipſius Petri, quę econuersò
ideo eſt neceſſaria, q a pręcipitur, nõ potuit in Pe-
trum amplius intonare q̃ vt minaretur repulſam.
Et ideo Petrus audita cõminatiõe Chriſti, ad tãtæ
comminatiõis terrificũ verbũ expaueſcẽs, ſapiẽter
mutat cõſiliũ in melius, dicẽs: [Dñe non tantũ pe-
des meos:] id eſt, affectus: ſed & manus,] id eſt ope-
ra: & [caput,] id eſt, cogitatiões mẽtis: quaſi diceret
nõ ex proteruia recuſaui: ſed quia cõſideraui opera
tua, &



tua & expaui: pedes ſunt pars corporis inferior,
A manus media, caput ſuperior: & ideo per expreſ-
ſionem iſtarum partium, intelligitur totũ corpus.
Territus Petrus de periculo ſalutis ex domini re-
ſponſione, ac perturbatus amore & timore, plus ex
pauit Chriſtum ſibi negari, quàm vſq; ad ſuos pe-
des humiliari: & ſe totum offert abluẽdum. Si tibi,
inquit, placet: ſi aliter fieri non poteſt, ſeruus tuus
ſum, totum me tuæ volũtati ſubijcio: & [nõ pedes
tantum, ſed & manus, & caput] ad lauandũ tibi of-
fero: & prius ſuſtinerẽ à te per totũ corpus lauari,
quàm à te ſeparari. Non mihi neges capiendã tecũ
partem, cùm nullã tibi negẽ abluendã mei corporis
partem. Quamuis enim durũ eſſet Petro ſuſtinere
ſeruitium magiſtri: grauius tamẽ erat ei ab ipſo ſe

Totus homo lauandus in baptiſmo.

parari. Secundũ Aug. Totus homo abluitur in ba-
ptiſmo: & errauit Petrus, ne nos erraremus cùm ſe
totum deo obtulit abluendũ quem deus correxit,
oſtendens ſemel baptizatũ non eſſe rebaptizandũ.
vnde [dixit ei, Qui lotus eſt,] ſcilicet per bapti-
ſmum: [non indiget, niſi vt pedes lauet:] id eſt, af
fectus, & motus ſenſualitatis inordinatos: [ſed eſt
B mundus totus,] ſcilicet præter pedes quibus terrã

Baptizati erant apoſtoli.

tangit, quos lauare opus habet. Ex quibus verbis in
telligimus apoſtolos baptizatos, etſi nõ legimus q s
baptizauit eos. Erãt autẽ baptizati baptiſmo Chri-
ſti: qui licèt nõ baptizauit turbas, baptizauit tamen
diſcipulos ſuos, ſibi familiares & domeſticos: vt ha
beret baptizatos ſeruos, per quos baptizaret cæte-
ros. Sed cum baptiſmus abſtergat etiã ſordes pedũ,
videtur ꝙ qui lotus eſt, id eſt, baptizatus: nõ indiget
vt pedes lauet. Ad hoc dicẽdum, ꝙ ſi ſtatim poſt ba
ptiſmum de hoc mundo trãſiret: non vtiq; hac ab-
lutione indigeret: q a cùm ſit mundus totus ſtatim
euolaret. Sed qui poſt baptiſmum viuit in hac vita
mortali, nõ poteſt ad tantum culmen perfectionis
aſcendere, quinetiã inordinati motus ſenſualitatis
de affectibus terrenis inſurgant: & ideo oportet, ꝙ
pedes lauet, vel per martyrium, quod eſt baptiſmus
ſanguinis, vel per pœnitẽtiam, quod eſt baptiſmus
flaminis, vt euolare poſsit. Vbi nota ꝙ interioris
C hominis caput, eſt ratio ſuperior, qua aĩa eſt cõiun-

Ratio, interioris hominis caput.

cta deo: [ſiue pars cõtemplatiua, quæ intẽdit ſupe-
rioribus & æternis. Manus, ſunt ratio inferior, quę
vacat operibus actiuæ vitæ: pedes verò, ſenſualitas,
& ſenſus corporis, ac mẽtis & aĩę affectiones infe-
riores. Ipſi enim nos fecerunt extra nos: & ipſi fre-
quenter ſicut pedes maculãtur nobis poſt baptiſmũ
in quo totus homo abluitur: quia ex cõditione mor
talis vitæ ſæpe maculas contrahunt ex terrenis &
temporalibus: & ideo lauãdi ſunt ſæpius: vnde ne-
ceſſe eſt, vt crebra ablutione cõfeſsionis & lachry-
marum emundẽtur pedes affectuum de terrena co-
gitatione terrenorum, in cogitatu & amore eorũ.
Qui enim nõ lauatur poſt baptiſmum per pœnitẽ-
tiam, nõ habet cum Ieſu partem. vnde dicit Augu-
ſtinus, ꝙ humani affectus, ſine quibus in hac mor-
talitate nõ viuitur, quaſi pedes ſunt, vbi humanis re

1. Ioan. 1.

bus afficimur: vt ſi dixerimus quoniã peccatum nõ
habemus, nos ipſos decipimus. Sciebat ergo domi-
nus apoſtolos mundos quoad caput, quia deo cõiun
cti erãt per fidẽ & charitatẽ: & quãtum ad manus,
quia eorum opera erant ſancta: ſed tamen quãtum
ad pedes, affectus aliquos terrenorum ex ſenſuali- D
tate habebant, & ſordidi erant: & ideo quantum ad
illos lotione indigebãt. vnde Bernar. Qui lotus eſt, Lotus qui
non indiget niſi vt pedes lauet: lotus eñ eſt, qui gra-
uia peccata nõ habet, cuius caput, id eſt, intentio &
manus, id eſt, operatio & cõuerſatio, munda eſt: ſed
pedes, qui ſunt animæ affectiones, dum in hoc pul-
uere gradimur ex toto mundi eſſe nõ poſſunt, quin
aliquando vanitati, aliquãdo voluptati, aliquãdo cu
rioſitati, plus quàm oporteat cedat animus, vel ad
horam. In multis enim offendimus oẽs. Verũtamẽ Iacobi 3.
hæc cõtemnat aliquis: quia impoſsibile cum eis ſal-
uari, & impoſsibile eſt ea dilui, niſi per Chriſtum,
& à Chriſto: quia ſi nõ lauerit ea Chriſtus, nõ habe
bimus partẽ cum eo. Nemo tamẽ pro eis deſperet:
quoniam ſi viderit nos dominus humiliter pro eis
eſſe ſolicitos, ignoſcet facilè: imò & libẽter. De mi- Minora
noribus enim iſtis peccatis pia diſpenſatione nobiſcũ peccata
agitur, vt nõ penitus auferãtur, ſed in illis nos eru- cur nõ pe-
diat deus: & cum minora cauere nõ poſſumus, certi nitus au-
ſumus quòd nõ noſtris viribus maiora ſuperemus: ferantur.
E ſemper timorati & omni ſoliciti ſimus, quomodo
eius gratiam nõ amittamus: quã nobis tãtopere, &
tam multipharię neceſſariã eſſe ſentimus. hęc Ber.
Deinde dominus ſubiungit, [Et vos mundi eſtis:]
quia à me mundati. Secundum Aug. Erãt mundi,
quãtum ad manus & caput: nõ quantum ad pedęs.
Et ſequitur, ſed nõ omnes.] Duo enim ſunt præci-
pua, q bus homo à peccatis mundatur, ſcilicet elee-
moſyna, & charitas. Contra primũ, Iudas erat fur:
contra ſecũdum, Chriſti proditor: & ideo nõ mun-
dus erat. Sic ergo per pedum ablutionẽ deſignauit
dominus munditiã ſpiritualium pedum, quæ ma-
ximè requiritur, ex euchariſtiæ perceptione. Et ideo
voluit lauare pedes diſcipulorũ ſuorum, antequàm
daret eis ſui corporis ſacramẽtum: ad deſignãdum
quòd ſpiritualis munditia requiritur ad ipſum per-
cipiendum. vnde Anſel. Corpus & ſanguinẽ ſuum
diſcipulis ſuis, in cœna myſtica tradens, eorum pe-
des humiliter lauit: docens ſacroſancta myſteria
mundis operibus, & pia mẽtis humilitate celebrã- F
da. Myſticè etiã ſignificatur eius ſanguinis effuſio, Myſticè.
per hoc ꝙ miſit aquam in peluim: & peccatorum
noſtrorum ablutio, per hoc ꝙ cœpit lauare pedes
diſcipulorum: ac pœnarum noſtrarũ in ſeipſo ſu-
ſceptio, per hoc ꝙ terſit pedes lintheo, ſcilicet cor-
poris ſui, q a peccata noſtra pertulit in corpore ſuo
ſuper lignum. Alij autem diſcipuli audita repre-
henſione Petri, de hoc ꝙ recuſauerat huiuſmodi lo
tionem: non fuerunt auſi vltrà aliqualiter recuſare
eam. Cõſidera nunc bene ſingulos actus, in hac be- Contemplatio.
nigniſsima lotione pedum, omni dilectione & hu-
militate plena: & cum admiratione cõſpice quę ge
runtur, quia ſunt deuota. Inclinat ſe ſumma maie-
ſtas, & humilitatis magiſter, vſque ad piſcatorum
pedes. Stat incuruatus & genibus flexis coram ipſis
ſedentibus: lauat proprijs manibus & abſtergit, ac
deoſculatur pedes omnium. Sic ergo vſq; ad pedes
diſcipulorum dominus omniũ ſeipſum humiliat,
& ſupplex humilitatis miniſteriũ exhibet, propter
humilitatis formã: non ſolum verbo, ſed exemplo

G commendandam & docẽdam. Sed & illud ſuperexaltat humilitatẽ,& ad maximum cumulũ humilitatis accedit, ꝙ & ipſi ꝓditori ſuo eadẽ obſequia præbet:& illi nõ dedignatus eſt pedes lauare, cuius manus iam præuidebat polluẽdas in ſcelere: in quo dominus infirmitatem noſtrã conſolatur,vt ſi quãdo cõtingat nos ab amicis prodi, vel à famulis aut aliquibus vilioribus malum aliquod pati, nõ ſcandalizemur reſpiciẽtes Iudæ exemplũ, qui infinitis potitus bonis, in contrarium remunerauit benefactorem,ac dominum& magiſtrũ.

Iudę pedũ lotio.

Sed ó cor nequã, & ipſa duritia durius: ſi ſic ad tãtam humilitatem non molliris,ſi ſic dominum maieſtatis nõ vereris: ſi ſic vſq; ad ipſius tibi beneficij,ſemperq́; innocentis interitum ſæuis. Sed væ tibi miſer. Tu quidem obduratus,quod cõcepiſti parturies: non tamẽ ipſe, ſed tu peribis. Admirãda eſt igitur tãta humilitatis & benignitatis profunditas domini Ieſu. vnde Anſelmus: Et te quidem perditiſsimi proditoris tui perfidia nõ latebat: quãdo in hac cœna ablutionis, H etiam corã ipſo genuflexo procumbẽs, maledictos pedes eius veloces ad effundendũ ſanguinem tuum, ſanctiſsimis manibus tuis attrectare,lauare,& extergere dignatus es. Et tu adhuc extẽto collo ambulas.O terra & cinis,adhuc ſuperbia te eleuat,adhuc impatiẽtia te exagitat. Intuere humilitatis & manſuetudinis ſpeculum,vniuerſæ facturæ creatorem,& tremebundum iudicẽ viuorum & mortuorum:ante pedes hominis,etiã traditoris ſui, genua curuantẽ:diſce ab eo qui mitis eſt, & humilis corde. Confundere in ſuperbia tua, erubeſce in impatientia tua. Et iterum: Cùm autem ſurgens à cena lintheo ſe præcinxerit: miſitq; aquam in peluim: cogita quæ maieſtas,quę poteſtas hominum pedes lauit & extersit, quæ benignitas proditoris veſtigia ſacris manibus tangit. Specta & expecta,& vltimò omniũ tuos ei prębe pedes abluendos:quoniã quem nõ lauerit,nõ habebit partẽ cum eo,hęc Anſelmus.

Pſal.13.

Contra ſuperbiam.

Matth.11.

Hoc autẽ expleto miniſterio, quod ad humilitatem pertinebat obſequij,& ad purificationẽ I cœnæ corporis ſui: [reaccepit veſtimẽta ſua,& rediјt ad locum cœnæ: quia mutat officium, mutat & habitum, ad ſeruiendum veſtimẽta depoſuit: ad docendum reſumit & ſedet. Vt enĩ dicitur in Eccleſiaſtico: Amictus hominis enuntiat de illo. Per hoc autẽ oſtendit ꝙ ſuperior poſt actũ humilitatis debet reſumere debitũ officiũ autoritatis.

Amict' aptra reſumptio.

Eccleſiaſtici 19.

Myſticè.

Myſticè autem,ſecundum Alchuinum,impleta redẽptionis noſtræ purgatione, per ſanguinis ſui effuſionẽ accepit veſtimenta ſua: tertia die de ſepulchro reſurgens,& eodem corpore iam immortali veſtitus,& aſcendens in cœlum in dextera paternę diuinitatis recumbens,inde venturus eſt ad iudicandũ. Et cùm recubuiſſet iterũ ad cœnam corporis ſui faciendã, docuit eos quare hoc fecerit in exẽplo: ſcilicet mutuo ſibi ſeruiendi. Vnde dixit: [Scitis quid fecerim vobis?] id eſt, quãdam humilitatẽ exhibuerim vobis. Interrogat,vt eos attẽtos reddat. Deinde eos ad imitandum ſuum exẽplum confortat,dicens: [Vos vocatis me magiſter,& dñe: & bene dicitis,] quia verum eſt quod dicitis. [Sum etenim] magiſter & dñs,quia dei virtus,dei & ſapiẽtia. Magiſter,inquã, propter ſapiẽtiam quã doceo verbis: dominus, propter potentiã,quam oſtendo miraculis. K

1. Corin.1.

Magiſter.

Quia dicit magna de ſe: non eſt arrogantia, ſed veritas quæ prodeſt auditoribus,ſicut facit & Paulus. Auguſt. Vituperabile eſt ꝙ quiſq; ſe cõmendet, propter periculum ſuperbiendi. Nã periculoſum eſt ſibi placere,cui cauẽdum eſt ſuperbire: vbi ergo nõ imminet periculum ſuperbiendi,nõ eſt vituperium propria cõmendatio. In Chriſto autẽ hoc periculum non timebatur: ille enim qui ſuper omnia eſt,quãtumcunque ſe laudet, nõ ſe extollit excelſus. Item quia aliquãdo laudabile eſt ꝙ homo ſe cõmendet, quãdo ſcilicet cedit ad vtilitatẽ fideliũ: & ſic Apoſtolus commendauit ſe.

Laudare ſe.

2. Cor.11.

Sed valde eſt nobis vtile & neceſſarium vt cognoſcamus deum. vnde expedit nobis ꝙ magnitudinem ſuã nobis reuelet: & ideo oportet ꝙ ipſe ſe nobis laudet: nõ eſt igitur veritas, quandoq; tacenda pro vitanda iactantia. Gregori'. Incauti ſunt humiles,qui ſe mẽdacio illaqueant: dũ arrogantiam vitant: quia contra veritatẽ ſe erigũt, quam relinquũt. Qui enim neceſſitate cogẽte vera de ſe bona loquitur: tantò magis humilitati iungitur,quantò veritati ſociatur.

Mẽtiendũ non eſt, vt humiles videamur.

L Tunc arguit à minori. [Si ergo ego laui pedes veſtros, dominus & magiſter:] de quo minus videtur, & quod minus erat debitum: [& vos] ſibimet diſcipuli multò fortius debetis] hoc exẽplo prouocati,alter alterius lauare pedes:] & ad omne obſequium humiliari: quia magiſter ſum,meã doctrinã recipite. Et quia dominus meum mandatum cuſtodite. Hîc per vnũ obſequiũ accipiuntur ſynecdochicè omnia alia obſequia fraterna: quaſi dicerẽt: Debetis vobis mutua obſequia humilitatis & charitatis exhibere: ſcilicet inuicem miniſtrare,inuicem iniurias dimittere, pro inuicẽ orare. Chry. Non in lauando pedes hanc legẽ ſcribit ſolum: ſed & in alijs omnibus,quæ circa nos nõ monſtrauit. [Exẽplum enim dedi vobis,vt quemadmodum ego feci vobis,] humiliando me ſub vobis, [Ita & vos] inferiores [faciatis] vobiſinuicẽ: & maximè in caſu neceſsitatis: quaſi diceret, Non ſolum hoc feci propter pedum corporalium emũdationem,ſed propter humilitatis eruditionem:& ad hoc feci vt oſtenderem vos ad hoc teneri. M

Magiſter & dominus.

Secũdum Chryſ. Chriſtiana religio potius attẽdit modum quàm opus: quia dominus nõ attendit quantũ, ſed ex quãto: id eſt,potius hoc quàm illud. Et bene docuit humilitatẽ exemplo. Nã in moralibus & in actibus hominum,plus monẽt exempla quàm verba. Illud enim hoc agit & elegit, quod ſibi videtur bonum. Vnde magis oſtẽdit quis illud eſſe bonum, quod ipſemet eligit,quàm quod docet. Et inde eſt, ꝙ quando quis docet aliquid, & aliud facit: magis ſuadet alijs quod facit,quàm id quod docet: & ideo maximè neceſſarium eſt ex ipſo facto dare exemplum.

Facta plus quàm verba mouẽt.

[Non eſt ſeruus maior domino ſuo: neque Apoſtolus,] id eſt, miſſus, ſeu nuntius, [maior eo qui miſit illũ:] & ideo ſicut ego dominus,& magiſter & mittens me humilio vobis: ita & vos humiliare debetis: & facere æqualibus veſtris, quod me vobis minoribus facere vidiſtis: quaſi diceret, ſecundum Chryſoſtomũ, Si à me hæc facta ſunt, multò magis à vobis oportet hæc fieri: debitores enim



enim nos conſtituit deus ipſe incipiens. Qui ſedet A ſuper cherubin,pedes lauit proditoris. Tu verò homo,terra & cinis exiſtẽs:& puluis & lutũ,extollis teipſum,& magna ſapis. Ecce quantũ exemplo & verbo eas ad humilitatẽ inuitauit:& doctrinę ſuæ de humilitate factum & exẽplum humilitatis præmiſit:& in hoc conuenientẽ modũ docendi oſtendit. ſecundum illud: Cœpit Ieſus facere,& docere. Hîc etiam aperuit in hoc ꝙ Petro dixit: Scies aũt poſtea. Auguſ. Hoc eſt beate Petre quod neſciebas, cùm tibi lauare pedes non ſinebas: hoc tibi poſtea ſciendum promiſit,quando vt ſineres terruit te magiſter tuus,& dominus tuus lauãs pedes tuos. Didicimus fratres humilitatẽ ab excelſo: faciamus inuicem humiles,quòd humiliter fecit excelſus. Hæc Aug.

Actuũ 1.

Humilitas Chriſti imitanda.

Et ad literã & ad myſticũ ſenſum,hoc mandatum domini debet impleri: ad literã quidem, vt per charitatẽ ſeruiamus inuicẽ: nõ ſolũ in lauando pedes fratrũ,ſed & in omnibus neceſsitatibus adiuuãdo,& opera miſericordiæ exercẽdo. Quod ſi nõ fiat ad literam,ſcilicet manu, ſaltẽ faciamus B corde: vt in illorũ numero ſimus quibus dicitur: benedicite ſancti & humiles corde domino. Auguſt. Multò melius eſt,& ſine cõtrouerſia verius: vt etiã manibus fiat,ne dedignetur quod fecit Chriſtus facere Chriſtianus. Cũ enim ad pedes fratris inclinatur corpus,etiam in corde ipſo vel excitatur,vel ſi iam inerat cõfirmatur ipſius humilitatis affectus. Hæc Aug. Sed excepto iſto morali intellectu: nihilominus hoc etiã ad myſticũ intellectũ,& ſpiritualiter facere debemus. In lotiõe enim pedũ,datur intelligi ablutio macularum. Tũc ergo ſpiritualiter lauas pedes fratris tui,cũ Chriſtũ imitando abluis, quãtum in te eſt,maculas eius. Hoc autẽ fit tripliciter: remittẽdo ſcilicet ei offenſam, ſicut ille nobis pœnitẽtibus peccata dimittit: itẽq; orãdo pro peccatis eius,ſicut ille lauit nos à peccatis interpellando patrẽ pro nobis:& iſte duplex lauãdi modus cõmunis eſt omnib' fidelibus. Tertius modus pertinet ad prælatos,qui lauare debẽt remittẽdo pec- C cata autoritate clauiũ. Noſtrũ eſt ergo donãte domino miniſteriũ charitatis,& humilitatis adhibere: illius eſt exaudire,ac nos ab omni cõtaminatione peccatorũ mũdare. Deinde quod dixit ſequẽti præmio cõfirmat,dicẽs: [Si hæc ſcitis,] quæ feci & doceo: [beati eritis,] hîc in ſpe,& in futuro in re: [ſi feceritis ea,] quia beati qui audiunt verbũ dei, & cuſtodiũt illud:& intellectus bonus facientibus ea. Quia ſcire bonum,& nõ facere: nõ pertinet ad beatitudinẽ,ſed ad condemnationẽ. Secundũ illud: Sciẽti bonũ & nõ facienti peccatũ eſt illi. Vnde & Chryſ. Beatitudo non copulatur cum ſcientia: ſed cum opere & lumine ſcientiæ.

Lucæ 11.

Pſal.110.

Iacob.4.

## ORATIO.

O Mitis Ieſu,& veræ humilitatis exemplum, qui lauiſti pedes diſcipulorum tuorum: peto & obſecro domine purga meos affectus,vt vtroque pede,gemina videlicet charitate purgatus,& accenſus ad te purificatorem meum accedã ſecurus: Purifica me in finem dierum,& emunda ab omnibus maculis peccatorum: vt dimiſsis negligentijs,& peccatis meis inimici die mortis cõfuſi abſcedant,qui meũ calcaneũ obſeruabunt. Dirige domine pedes meos in viam pacis: vt de manibus D omnium inimicorũ liberatus, benedicam te cum electis tuis omnibus in ſecula ſeculorum. Amen.

## De charitatiua correptione proditoris & egreſſu eius. Cap. LV.

CIrca tertium autẽ dolens, & mœſtus auſculta. [Cùm enĩ hęc dixiſſet Ieſus,turbatus,] id eſt,contriſtatus eſt, non carnaliter,ſed [ſpiritu:] id eſt,ſpiritualiter & ex imperio ratiõis: quia ipſe ſpiritu ſuo,& poteſtate fecit in ſe iſtã propaſſionis turbationẽ:& hæc turbatio in parte ſenſitiua exiſtens non erat contraria rationi, ſed magis cõueniens ei: virtuoſum enim eſt cõtra vitia turbari: ſpiritualis turbatio ad pietatem, & miſericordiam ſpectat,ſed carnalis furorem & iram excitat: ſpiritu igitur turbatur Ieſus,& miſericorditer,ſiue compatiendo diſcipulo qui eum tradit, & tradendo perit,ſiue vt vos doceat quid agere debeamus, quando in magnum facinus,aliquem hominẽ ruere videmus: ſic & ſancti miſericorditer & ex charitate turbantur,cũ vrget eos iam zizania à tritico ante meſſes ſeparare. E

Ioan.13.

Matth.26

Marc.14.

& Luc.22.

Moraliter ergo inſtruit prælatos non debere,quantumcunque etiam flagitioſos, niſi cum magna compaſsione & dolore, à liminibus ſanctæ matris eccleſiæ ſeparare. Vnde Auguſtinus: Turbetur planè Chriſtianus, nõ miſeria,ſed miſericordia: timeat ne pereant homines conturbetur cùm perit aliquis Chriſto. Concupiſcat homines acquiri Chriſto: lætetur dum acquiritur aliqs Chriſto: timeat & ſibi ne pereat Chriſto,contriſtetur ſe peregrinari à Chriſto. Concupiſcat regnare cũ Chriſto,lætetur cùm ſperat ſe regnaturum eſſe cum Chriſto.

Moraliter Excõmunicandum rarò.

] Et edentibus illis,dixit: Amen dico vobis, quia vnus ex vobis] duodecim, qui vbique mecũ eſtis, quorum pedes laui, quibus tanta promiſi,[tradet me] dominũ, me magiſtrum,me ſaluatorem. vnus ex vobis: numero,nõ merito: corpore,nõ animo: ſpecie,nõ virtute. Maxima ingratitudo Iudæ fuit tradere ſuum commenſalem, imò dominum & nutritorem: vnde & F alius euãgeliſta,ſic dicit: [ecce manus tradẽtis me, mecum eſt in menſa.] Hoc idem poſſet dominus hodie dicere de ſacerdotibus multis qui menſam domini indignè attingere præſumunt, qui rurſus quantum in ſe eſt merito peccatorum filium dei crucifigendum tradunt. Per hoc enim quòd in menſa denuntiauit ſuum proditorem, deſignauit quòd multi proditoriè veniunt ad ſuam menſam, Maius autem peccatum eſt tradere Chriſtum regnantem in cœlis peccatoribus membris, quàm ambulantem in terris peccatoribus Iudæis. Vnde Beda: Sed & hodie quoque,& in ſempiternum, væ homini illi qui ad menſam domini malignus accedit: qui inſidijs mente conditis, qui præcor- G dijs aliquo ſcelere pollutus myſteriorum Chriſti ſecretis participare non metuit. Et ille enim in exemplum Iudæ,filium hominis tradit, non quidem Iudæis peccatoribus, ſed tamẽ peccatoribus membris,videlicet ſuis,quibus illud inæſtimabile & inuiolabile domini corpus violare præſumit. Væ,inquam,

Contra ſacerdotes ſceleſtos.

G Væ, inquam, illi homini de quo Ieſus, qui altaribus ſacroſanctis inter immolandũ, vtpote propoſita cõſecraturus adeſſe nõ dubitatur, aſtãtibus ſibi miniſtris cœleſtibns conqueri cogitur: ecce, inquit, manus tradẽtis me, mecũ eſt in menſa. Hæc Beda. & vt dicit Origen. Tales ſunt omnes in eccleſia, qui inſidiãtur fratribus ſuis, cum quibus ad eãdem mẽſam corporis Chriſti frequẽter fuerunt.

Prędicẽdę proditiõis cauſæ.

Prædixit autẽ dñs de proditore: & ſic eũ quodãmodo reuelauit triplici de cauſa. Primò, vt ſic oſtenderet ſe deũ, qui futura cõtingentia præuidebat. Secũdò, vt oſtẽderet ſe ſpontaneè pati, quia præcauere poterat mortem, quã præſciebat. Tertiò, vt proditor pœniteret, qui ſe non latere audiebat. Vnde Hiero. qui de paſsione prædixerat, & de proditore prædicit: dãs locum pœnitẽtiæ: vt cũ intellexiſſet ſciri cogitationes ſuas, & occulta cordis conſilia, pœniteret eũ facti ſui: & tamẽ nõ deſignat eum ſpecialiter, ne manifeſtè coargutus impudentior fiat: ſed mittit crimẽ in numero, vt cõſcius pœnitẽtiam agat. Hæc Hierony. Et notãdum ꝙ à mali perpetratione ſolet aliquis quatuor modis retrahi, quibus ex magnitudine miſericordiæ ſuæ tẽtauit dñs proditorẽ diſcipulũ à tanto ſcelere perpetrãdo ad pœnitẽtiam reuocare: ſcilicet pudore, cũ dixit, [vnus ex vobis tradet me: &, manus tradentis me, mecũ eſt in mẽſa.] timore, per cõminationẽ ſupplicij: cũ dicit, [væ autẽ homini illi per quẽ filius hominis tradetur:] vt qui pudore nõ vincitur, timore corrigatur. beneficij exhibitione, cũ illum ad menſam ſuam recipit, & ei pedes lauat. affectus oſtẽſione, in blanda allocutione, cũ dicit: [amice ad quid veniſti?] Sic exemplo Chriſti bonus prælatus ſubditis etiã malis debet exhibere beneficia, vt quãtũ in ſe eſt eos à ſua reuocet vita mala. Sed Iudas nullo horũ frãgitur, ne hominẽ tradat, quẽ dei filiũ nouerat.

Retractio à malo quadruplex.

H

Proditoris venenũ.

Paſsionẽ ergo Ieſu Chriſti piè cõſiderare volenti, occurrit primũ perfidia proditoris, qui tãtæ fuit fraudis veneno repletus, vt magiſtrũ & dñm proderet: tantæ cupiditatis flãma ſuccenſus, vt deũ argẽto venũdaret: & pretioſum Chriſti ſanguinẽ vilis mercedis pretio cõpenſaret: tãtę deniq; ingratitudinis, vt eũ qui oĩa ſibi cõmiſerat, & ad culmen apoſtolici honoris prouexerat venũdaret ad mortem: tantæ duritiæ, vt nec familiaritate conuiuij, nec humilitate obſequij, nec ſuauitate colloquij, nec mulcebritate oſculi à concepta malitia potuit reuocari.

I

O mira benignitas Chriſti in diſcipulũ dũrũ: domini in ſeruum nequiſsimũ. Verùm licèt inexplicabilis fuerit proditoris impietas: in immẽſum tamẽ eam exuperat agni dei dulciſsima manſuẽtudo, in exemplũ data mortalibus, vt iam nõ dicat ab amico exuperata humana infirmitas: ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtiq;: quia ecce homo vnanimis, qui dux videbatur & notus: qui panes Chriſti edebat, & in ſacra illa cœna dulces capiebat cibos: magnificabat ſuper eum ſupplantationem, & leuauit calcaneum ſuum contra eum: quia conabatur ſuppeditare ipſum.

Pſal. 40.

Sic hodie multi prælati, clerici, & religioſi qui lautè viuunt de patrimonio crucifixi: leuãt calcaneum contra Chriſtũ in mẽbris ſuis, ſupplãtantes ea, & affligentes calũnijs, & exactionibus iniuſtis.

K

Vnus veſtrum me tradet.

Cũ aũt Ieſus dixit eis, vnus ex vobis me tradet: hæc vox in corda ipſorũ vt gladius acutus intrauit: luctuſq; intolerabilis chorũ illum ſanctum tũc aſſumpſit, & triſtati comedere ceſſauerũt, & inſpiciebãt ſeipſos inuicẽ, quaſi nouo ſtupore percuſsi, hæſitãtes de quo diceret: Nõ ſolum propter mortẽ magiſtri ſui futuram ſunt cõtriſtati: ſed quia quilibet timebat de ſe ne eſſet ille qui debebat eum tradere. Erãt ergo admirati, quia quilibet eorũ præter Iudã ſentiebat ſe totaliter firmatum in contrariũ dicti ipſius Chriſti: & ſimiliter de ſuis ſocijs, ſicut de ſe cogitabat: veruntamẽ propter firmitatẽ verborũ Chriſti magis eius dicto, quàm ſuis cõſcientijs credebãt: & nõ hęſitabãt de euentu rei, ſed de illo per quẽ hoc eueniret. [Cõtriſtati ergo valde cœperũt ſinguli dicere,] vnuſquiſq; pro ſe, [Nunquid ego ſum domine?] ſcilicet qui tradet te. Et certè nouerãt vndecim apoſtoli, ꝙ nihil tale cõtra dominum cogitauerãt: ſed plus magiſtro quàm ſibi credebãt, & timentes fragilitatẽ ſuam, triſtes quærunt de peccato cuius nõ habẽt conſcientiam: vt dicitur in Pſal. Delicta quis intelligit? Quilibet etiam debet ſibi timere de futuro, quantũcunque ſit ſanctus.

L

Pſal. 18.

[Et reſpondẽs, ait: Qui intingit mecum manũ in paropſide, ſeu catino, hic me tradet.] Ecce humilitas Chriſti & patiẽtia, qua proditorẽ ad menſam & ſcutellã admittit. Et ſecũdum Hieronymum, In hoc mira apparet domini patientia, quia primũ dixerat vnus ex vobis me tradet: perſeuerat proditor in malo: manifeſtius arguit, & tamẽ nomine proprio nõ deſignat. Vnde per hoc verbum Chriſti nõ potuerunt determinatè perpendere quis eſſet: quia omnes duodecim de eodem vaſe in circuitu cũ domino edebãt: minores autem diſcipuli ſeorſàm in alia menſa comedebãt: quaſi diceret, vnus ex duodecim me tradet. Et ex hoc ſatis apparet ꝙ alij diſcipuli pręſentes erãt. Quod autẽ Matth. [paropſidem,] Marcus [catinum] dicit, vnus quadraturã vaſis: alter quod eſſet fictile opus deſignat. Eſt enim paropſis vas quadratum, habens pares apſides, id eſt latera & extremitates: catinus verò vas fictile, ſeu luteũ ad immittendum liquorẽ, & ad plura alia aptum.

Paropſis. Catinus.

M

Aſpice nunc bene diſcipulos, & compatere tam domino quàm eis, quia in magno dolore ſunt poſiti. Ille aũt proditor ne verba hæc ad eũ pertinere viderentur, comedere nõ ceſſauit. Cæteris enim cõtriſtatis ac retrahẽtibus manus, & interdicẽtibus cibos ori ſuo: Iudas temeritate & impudẽtia, qua proditurus erat magiſtrum, manum cum eo mittit in paropſidem, vt audacia bonam conſcientiam mentiretur.

Audacia Iudæ.

Mẽſa domini.

Et debes ſcire quòd ipſa mẽſa erat in terra, & more antiquo in terra ſederunt ad cœnã in cœnaculo ſtrato, quaſi iacendo recũbentes. Erat autem vt creditur quadrata, de pluribus tamen tabulis facta. Et prout narrauit ille qui eam Romæ in eccleſia Lateranenſi menſurauit: in vno quadro eſt duorum brachiorum & trium digitorum: & in alio duorum brachiorum & palmi: ita quòd licèt ſtrictè & arctè, tamen vt creditur tres diſcipuli in vno quadro ſedebant, & dominus humiliter in angulo, & Ioannes iuxta eum erat: ita quòd omnes de vno vaſe



vaſe comedere poterãt. Vbi aduerte cõuiuium humilitatis & charitatis, quia cum pauperibus illis diſcipulis, & Iuda proditore in eadẽ mẽſa, eodem cibo & potu, eodẽ catino & calice magiſter & dominus participat.

A

Nõ ſic hodie multi religioſi faciũt, qui diſsimiliter à fratribus refici nõ erubeſcũt. Et addit Ieſus, prædicẽdo pœnã damnationis traditoris. [Filius quidẽ hominis vadit,] ad paſsionem voluntariè: [ſicut ſcriptum eſt de eo,] oblatus eſt, quia ipſe voluit. [Væ aũt homini illi, per quem filius hominis tradetur.] Væ: id eſt, æternaliter peribit: quia væ in ſcriptura ſacra æternã damnationẽ notat. Licèt eñ Iudas poſt factũ pœnituerit: hoc tamẽ inutiliter fuit, quia per deſperationem ſe ſuſpẽdit.

Eſaiæ 53. Væ.

Hiero. Iudas autẽ nec primò, nec ſecũdò correptus à proditione retrahit pedem: ſed patientia domini nutrit impudẽtiam ſuã: & ideo pœna prædicitur, vt quem pudor nõ vicerat, corrigãt denũtiata ſupplicia. Et ne mitiſsimã pœnã eius intelligeremus, adiungit: [bonum ei erat, ſi natus,] ſcilicet in vtero [nõ fuiſſet homo ille:] tot & tãtis criminibus fœdatus: qui patrẽ occidit, matrẽ ſtuprauit, Chriſtum prodidit, ſeipſum ſuſpẽdio interemit: quia, ſecũdũ Hieronymũ, Melius erat ei nõ eſſe, quã ad tormenta eſſe: multò enim melius eſt nõ ſubſiſtere, quàm malè ſubſiſtere: bonum enim accipitur hîc pro minus malo.

Iudæ ſcelera.

B

Non eſſe præſtat ſecũdũ Hie. q̃ damnatum eſſe.

Minus autẽ malum eſt, nõ eſſe ſimpliciter, quàm eſſe damnatũ: quia & ſi nõ ſit minus malum ratione pœnæ adiũctæ, quæ nõ priuat totũ eſſe creatum: tamẽ minus malum eſt ratione culpæ mortalis, quæ inſeparabiliter adhæret dãnatis, & ipſa nõ ſolum priuat quoddam eſſe creatum ſicut pœna: ſed etiã priuat bonum infinitum, ſcilicet diuinum, propter quod eſſe miſerum, miſeria culpæ mortalis æternaliter, hoc eſt peius quàm ſit nõ eſſe ſimpliciter. Et quia cæteri diſcipuli eum triſtes interrogauerãt: interrogat eũ & ipſe quẽ cõſcientia remordebat, ne tacẽdo ſe & crimẽ ſuum prodere videretur. Si enim ipſe alijs de hoc quærẽtibus tacuiſſet, ſuſpectũ ſe eis reddidiſſet, vnde dixit: [Nũquid ego ſum rabbi?] nõ vocat eum dñm, ſicut alij, quia iam à ſe excuſſerat iugum domini, alijs ſub eius iugo remanẽtibus.

Cur rabbi & nõ dñe, dixit.

C

Et ſecũdum Hieronymũ, Nõ dominum, ſed magiſtrum vocat: quaſi excuſationem habeat, ſi dño denegato ſaltem magiſtrũ prodiderit. [Et ait, tu dixiſti:] quaſi diceret, ſecũdum Rabanum, Tu prodidiſti te, nõ ego: Eadẽ ratione confutatus eſt proditor, qua Pilatus iniquus iudicator. Nõdum coram eis eum exprimit, nec delictũ ſuũ in hoc alijs publicauit, ſed conſciẽtiæ Iudæ ſe eius delictum ſcire ſignificauit: poterat enim per hoc verbum mẽtem Iudæ ſic mouere, quod alios latebat: vnde poteſt ſic intelligi: Ego nõ dico, ſed tu dicis. Vel poteſt exponi de aſſertione cordis, quaſi diceret: Ore interrogas, quaſi neſcius: ſed corde dicis & ratũ habes te eſſe proditorẽ. Ecce miſer homo vides dominũ omnia ſcire, nec tuam cõſcientiam eum latere: ceſſa igitur, & confitere.

Arguendi forma.

Hîc admonemur vt peccantem primò cum manſuetudine arguamus: pòſt ſi peccauerit grauius, ad vltimũ grauiſsimè. Hanc enim formam nobis dominus reliquit, qui primò dixit: [vnus ex vobis me tradet:] ſecũdò [qui intingit mecũ manum in paropſide, hic me tradet:] tertiò, [tu dixiſti.]

D

[Erat autẽ Ioannes recumbens,] id eſt reclinatus, ſermonibus iſtis territus, & ſeipſum ſuſtinere nõ valẽs, eo quòd terrore erat reſolutus: [in ſinu,] ſiue ſuprà pectus [Ieſu] quia inclinatè, quaſi ante pect⁹, & prope os eius appodiauit ſe ſuper dñm, ſicut innixus ſuper dilectum ſuum: & ſic erat idoneè poſitus ad interrogãdum aliquid ſecretè ab eo, & audiendum. Cũ ergo iſta quæſtio à ſingulis fieret: [innuit illi Petrus: & dicit ei, quis eſt de quo dicit?] id eſt, nõ verbis & ſonãdo, ſed tãtummodo nutu corporis, & innuẽdo dixit ei vt ſecretò quæreret à domino, quis eſſet de quo dixerat. Vel primò [innuit,] & deinde nõ contentus nutu, dixit. Nota Petri reuerẽtiam, propter quam licèt maior, & princeps apoſtolorum nõ interrogat dominũ per ſe, ſed per minorem. Et cùm Ioannes ſubmiſſa voce hoc quæreret, dominus Ieſus familiariter ei, tanquã ſingulariter dilecto, ſubmiſſa voce aperuit, & proditorẽ ſuum tacitè expreſſit, ne alij audirẽt: cui ſcilicet panẽ intinctũ porrigeret.

E

Ioãni igitur, vt ſecretario ſuo, expreſsit aperto ſigno: nõ tamẽ nomine nec omnibus: in hoc nos inſtruẽs nõ debere crimina proximorũ propalare alijs. Ideo enim, ſecũdum Chryſoſto. Noluit Chriſtus Iudã proditorem publicare, vt nos doceret ꝙ peccata occulta aliorũ publicare nõ debemus: quia ſicut eſt mortale peccatũ innocẽti falſum crimen imponere: ſic verũ crimẽ occultum, alijs reuelare.

Prodenda non ſunt occulta ſcelera. Euchariſtia non eſt tradita Iudæ in buccella.

Et ſtatim buccellã tãtum intinctam, nõ conſecratam, Iudæ porrexit: quæ corpus ſuum nõ erat, quia qui verum panẽ de cœlo tradere inſidioſè ſtudebat non illo, ſed alio intincto reuelari merebatur. Et ideo ſtatutum eſt, quòd euchariſtia intincta nõ detur fidelibus: & etiam pro hæreſi tollẽda, quæ dogmatizauit totũ Chriſtum ſub vtraque eſſe, & neutra tãtum forma. Dominus per buccellam intinctam ſuum exprimit traditorem: fortaſsis per panis intinctionẽ, illius ſignificans fictionẽ: quia ſicut panis intinctus habet colorem, & ſaporem in ſuperficie alium quã interius: ita Iudas ſimulabat ſe exterius Chriſti diſcipulum, & diligere magiſtrũ, cùm tamẽ interius proditor eius eſſet, & proditionem tractaret.

F

Ioannes autem ſtupefactus, & cordialiter gladiatus, verſus dominũ magis ſe inclinauit, & ſupra pectus eius recubuit. Petro autẽ dominus nõ dixit, nec ipſe Ioannes, quãuis ad nutũ eius quæſiſſet: quia erat ita feruidus, ꝙ ſtatim in proditorem inſurrexiſſet, & eum interfeciſſet. Sed hoc noluit dñs, ne diſpenſatio cõſilij diuini impediretur, ꝙ autem Petrus Ioanni interrogationem committit: habet etiã rationem myſticam. Per Petrum enim, deſignatur vita actiua: per Ioannem cõtẽplatiua: Petrus ergo per Ioannem à Chriſto inſtruitur, quia actiua vita, de diuinis, per contemplatiuã informatur. Vnde habes hîc argumentum, & figuram, quòd cõtẽplatiuus nõ intromittit ſe de actibus extrinſecis: vindictam etiam nõ expetit de ipſis dei offenſis: ſed inde interius gemit, & per orationẽ ad deũ ſe conuertit, ac fortius per cõtemplationem approximans, eiq; adhærens omnia ſuę diſpoſitioni cõmittit: & hoc de tẽpore vacationis intellige.

Cõtemplatiui officiũ

tellige,cùm copiã ſponſi habet apud ſe.Nã aliquã

G

do ipſe cõtemplatiuus ex zelo dei & animarũ,vel ratione officij imminẽtis,exterius exit:& ſimiliter quãdo ſponſo,vt reuocetur auidius,& teneatur fortius,ad tẽpus recedente nõ ſentit ſolitas conſolationes,in actiuã ſe reducit,vt vel ſic ſponſo fructificet.Nõ eñ decet cõtemplatorem eſſe deſidioſum. Hinc etiã poteſt colligere ꝙ cõtemplatiuus ſecretum domini nõ debet reuelare:niſi fortè fraternæ ſalutis vrgeret zelus,vel ſupernæ reuelationis dictaret inſtinctus.Nunc ergo cõſpice domini benignitatẽ,quomodo dilectum ſuũ diſcipulum in ſinu ſupra pectus ſuum retinet:in quo & magna humilitas eius claret.O quàm tenerrimè ſeinuicẽ diligebant: & ideo de pectore & ſinu,id eſt,ſecreto ſapiẽtiæ domini ſacramẽtũ diuinitatis,& ſpecialiter euãgeliũ,quod ſcripſit hauriebat:& bibẽs inebriatus eſt.

Ioannis in Chriſtum amor.

Vnde Anſelmus: Quiſnã ille eſt, rogo te,qui ſupra pectus eius recubuit,& in ſinu eius caput reclinat?Fœlix quicũq; es.O certe ecce iam video.Ioãnes eſt nomen eius.

Ioãnis fœlicitas.

H

O Ioãnes quid tibi dulcedinis, quid gratiæ & ſuauitatis, quid luminis & deuotionis hauriebas ab illo fonte?Ibi certè omnes theſauri ſapiẽtiæ,& ſciẽtiæ dei abſcõditi ſunt. Ibi fons miſericordiæ:ibi domiciliũ pietatis, ibi fauus æternæ ſuauitatis:vnde tibi ô Ioannes omnia iſta? Nũquid tu ſublimior Petro,Andrea ſanctior , aut certè omnibus apoſtolis gratioſior ? Speciale hoc priuilegiũ virginitatis,quia virgo es electus à domino,atque inter cæteros magis dilectus.Iã nunc exulta virgo,accede propius,& aliquã huius dulcedinis portationem vẽdicare nõ differas.Si potiora nõ potes,dimitte Ioanni pectus,vbi ſe cũ vino lætitiæ in diuinitatis cognitione inebriat:tu currẽs ad humanitatis vbera,lac exprime quo nutriaris.Hęc Anſel.

Virginitatis priuilegium.

Cõſpice etiam alios diſcipulos multũ mœſtos,ad prædictam vocẽ domini nõ comedẽtes,ſeſeque inuicem aſpiciẽtes,& ſuper his cõſilium capere neſciẽtes.Cũ ergo Ieſus panem intinctum Iudæ dediſſet:[poſt buccellam,]per quã vidit eũ deſignatum:[intrauit Satanas in eum,]nõ tunc primò

I

& de nouo,cũ iam Chriſtũ prius vendidiſſet:ſed ad amplius,quaſi proprium ac ſibi iam traditum plenius poſſidẽdum,& ſuæ ſeruituti ſubiugãdum,& ad quæcũque vellet noxia agenda trahendum : in quem antè introiuerat,quaſi alienũ,ad tentandum & decipiẽdum.Intrauit in eũ,vt totum eum occuparet:& quem malignis cogitationibus obligaret, iam ipſo impietatis opere poſſideret.Ingratus eñ beneficiorũ Chriſti,factus eſt in poteſtate dæmonis magis quàm antè:ſicut apoſtoli,qui iã poſt reſurrectionem acceperãt ſpiritum ſanctum inſufflante domino:poſtea iterum ipſum plenius accepertũ in die Pẽtecoſtes.

Satanã intrare in hominem.

Vbi ſciẽdum quòd Satanã intrare hominẽ,poteſt dupliciter intelligi:quia vel intrare in corpus hominis:ſicut patet in dæmoniacis,& ſic poteſt eſſentialiter intrare in hominem: vel intrare in mẽtem,ita ꝙ mẽti eſſentialiter illabatur,& ſic nullus põt intrare in hominẽ,niſi ſolus deus.Anima enim rationalis nõ habet dimenſiones quãtitatis,vt aliquid in ea eſſe dicatur,quaſi infra dimẽſiones eius cõtentum , & ſic nihil põt in ea eſſe,niſi quod ei dat eſſe quod eſt ibi per virtutẽ ſuã:vbi autẽ eſt virtus dei,ibi eſt & eſſentia dei:in

K

deo enim idẽ eſt virtus & eſſentia:& ideo deus eſſentialiter eſt in anima,cuius ſolius eſt implere naturã,ſiue ſubſtãtiam ab eo creatam:dicitur tamen Satan illabi mẽti humanæ, per affectũ & effectũ malitiæ,ſcilicet inquãtum homo ab eo ſeductus ſequitur eũ ad perpetrandum malũ quod ſuggerit: & ſic per fraudulentã deceptionẽ,& malitiã habitare dicitur in eo quẽ implet:& hoc modo intrauit in Iudã,vt plenius poſſideret,& ad perpetrandum malũ induceret.In cuius cor prius miſerat vt deciperet,& ad præbendũ aſſenſum malo induceret.A ſimili,quãdo oſtiũ eſt ita forte ꝙ latro nec violenter,nec latẽter põt intrare:tũc quandoq; latrunculum per feneſtram ſubmittit,qui poſtea oſtiũ latroni aperit,& ſic latro intrat.Latro,eſt diabolus:domus fortis,volũtas:latrũculus,mala cogitatio vel delectatio.Quãdo ergo diabolus poteſt intrare per aliquã cõplacentiam:hîc aperit oſtiũ conſenſus:& ſic diabolus intrat,& ſpoliat animam bo

L

nis ſuis.Vnde Orige.Cauendũ nobis eſt,ne diabolus intrudat in cor noſtrũ aliquid ignitorũ telorũ ſuorum nã ſi introduxerit,inſidiatur deinde vt & ipſe introeat.In hoc aũt ꝙ buccella ſumpta amplius introiuit Satanas in Iudã,perpende quantum eſt malum cõmenſalem alicuius poſt eſſe ingratũ, & beneficij immemorẽ.

Commẽſalis proditoris iniquitas.

Deinde ponitur proditoris permiſſio:nõ enim poterat aliquid facere , niſi Chriſto permittente.Ideo dixit ei:[quod facis,]ſcilicet volũtate:[fac,]id eſt facies[citius.]Et bene dicit,[quod facis,]quia volũtatis crimẽ pro facto reputatur.

Permiſſio proditoris

Feſtinat dñs in bonũ ſalutis fideliũ quod Iudas operatur,ſed nõ ſibi.Multi quippe bonũ,vt Iudas faciũt:ſed omnino nihil eis proficit,quia bonũ facere nõ intẽdunt.

Bonũ non ſibi, ſed alijs facientes.

Non tamẽ dominus impellit Iudã ad proditionis culpã:ſed oſtendit ſe ſitire ſalutem noſtrã.Vnde non dicit hoc,præcipiẽdo facinus,vel conſulendo:quia præceptũ diuinum,vel cõſilium,non poteſt eſſe de faciẽdo malum:ſed tantum prædicendo & permittendo,dãs in ſe poteſtatem,quia vidit eius animũ prę nimio deſiderio im

M

plendi quod cœperat acceleretum,nõ poſſe quieſcere:ſed implere nõ poterat,niſi ipſe domin⁹ permitteret.Dicit etiã hoc dominus, crimẽ proditionis exprobrando:vt oſtẽderet quòd dũ ipſe beneficia cõferret,ille mortem intentaret.Dicit inſuper hoc,ad opus noſtrę redẽptiõis anhelãdo:nõ tam in perniciem perfidi ſæuiendo,quàm ad ſalutem fidelium feſtinãdo.[Cùm ergo] Iudas[buccellam] de manu domini[accepiſſet:exiuit continuò]ad quęrendum cohortẽ quę Chriſtũ caperet.In quo ſignificatur quòd ſacerdos ſumens corpus Chriſti indignè,magis elongatur à deo: quia enim bono malè vſus eſt,hæc præſumptio peccatũ auxit, vt ingratus beneficijs domini,apertè ab eo recederet.[Erat autem nox:]quod expreſſit euangeliſta; ad oſtendendum opportunitatem tẽporis ad peragendum proditionem:& ad denotandum in Iuda mentis tenebroſitatem.Vnde congruit hoc bene ſacramento:erat eñ qui exijt filius noctis,faciens opera tenebrarum:ibatq; in noctem ſeu tenebras & mortem



tem:quia ergo Iudas ex bonorũ ſocietate non pro

A

fecit,ob hoc maiori pœna dignus fuit.vnde Chry. Sicut boni & perfecti duplici ſunt digni honore, quoniam & benigni ſunt facti,& nihil à malis nocumenti ſenſerũt:ſic & mali duplici ſunt digni pœna:& quia mali facti ſunt, cùm poſſent effici boni, quod oſtendunt qui facti ſunt boni : & quia nihil à bonis lucrati ſunt.

Egreſſus Iudæ.

[Cùm ergo exiſſet] Iudas [ad procurandũ Chriſti mortẽ,] dixit Ieſus: Nunc clarificatus eſt filius hominis:] id eſt,eiecto tenebroſo remanſerunt ſoli mũdi,cũ ſuo mũdatore.Nunc,inquit,quia caligo noctis & tenebrarũ receſſit à diſcipulis meis: nũc filius hoĩs clarificatus eſt in eis, nũc nihil caliginis & tenebrarum ſentit in ipſis. vnde Anſel.Hoc quoque erat mãſuetudinis tuæ domine Ieſu,ꝙ perfidũ illum in cetu fratrũ palàm detegere,& cõfundere noluiſti: ſed leuiter admonitũ, accelerare iuſſiſti quod parabat. In oĩbus his non eſt auerſus furor eius malignus à te,ſed egreſſus foras ſatagebat circa frequens maleficiũ. Tũc clarificata eſt familia tua Chriſte in modũ ſocietatis angeli

B

cæ.hæc Anſel.Poſſunt etiam hîc res ſignificantes tanquam illæ quæ ſignificãtur accipi. [Nunc,] inquit,clarificatus eſt filius hominis in ſe:in cauſa,nõ in effectu:quia modò inchoata eſt traditio paſſionis,cuius merito ex cõgruo datur ei claritas reſurrectionis & aſcẽſionis. Similiter in corpore myſtico eſt clarificatus:quia Iudę exitus malorũ à bonis ſignat ſegregationẽ: [& deus clarificat⁹ eſt in eo:] quia ſcilicet nõ quæſiuit niſi gloriã patris.

Separatio Iudæ.

Hoc ergo facto ſeparationis Iudæ à ſocietate Chriſti & apoſtolorum,prẹfigurata fuit reproborũ ſeparatio tempore iudicij à conſortio Chriſti & electorũ:qa tunc apparebit gloria magna Chriſti: mẽbraq; adhærebunt capiti,& paleæ amouebũtur concremãdæ igni inextinguibili.vnde Aug. Exeũte immũdo,omnes mundi cũ ſuo mundatore manſerũt.Tale aliquid erit cum zizanijs à tritico ſeparatis: iuſti ſicut ſol fulgebunt in regno patris ſui. Hoc futurũ præuidens dominus,diſcedente Iuda, tanquã zizanijs ſeparatis, remanẽtibus tãquam tritico apoſto

C

lis ſanctis,nunc inquit,clarificatus eſt filius hominis:tanquam diceret, Ecce in illa mea clarificatione quid erit,vbi malorum nullus erit,vbi bonorum nullus peribit.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte,paſtor bone, qui diſcipulum tuum à ſuis erroribus ad pœnitẽtiam multis modis reuocare voluiſti : reuoca me ab inuijs & erroribus meis vniuerſis. Da mihi ſaluator meus poteſtatem & fortitudinẽ vincendi diabolum continuè vigilantem:& contra me dimicãtem, ne me fraude ſua nequiſſimè trahat ad tenebrarum foueam,ſed tuo adiutorio ſuffultus perueniam ad claritatis gloriam,vbi iuſti in modum ſocietatis angelicæ clarificati fulgebunt ſicut ſol , in regno patris ſui. Amen.

De inſtitutione ſacramẽti euchariſtiæ. Cap. lvi.

Matt.26, Marc.14. & Luc.22.

Circa quartum verò meditãdo obſtupeſce illam chariſsimam dignationem,& dignatiſſimam charitatem, qua nobis tradidit & reliquit ſemetipſum; ſcilicet ſacratiſſimum corpus & ſanguinem ſuum verè in cibum & potũ : vt qđ

D

erat futurum in proximo ſacrificiũ deo placens,& redemptionis noſtrę impretiabile pretiũ,eſſet viaticum noſtrum & ſuſtentamentũ : quia hoc ſacramentum quod per excellentiã dicitur euchariſtia, id eſt,bona gratia , quotidie reficit & renouat feruentia corda & deuota.

Euchariſtia.

Volens ergo dominus Ieſus finem dare legalibus ſacrificijs: & nouum incipere teſtamentum, ſeipſum noſtrum facit ſacrificiũ: & poſt cœnam legalem , mox ſpiritualẽ cœnã Chriſtianorum præparat : vt de lege ad euangelium:de veteri & trãſitorio teſtamẽto,ad nouum & ęternũ teſtamẽtum:de figura ad veritatem, de carnalibus ad ſpiritualia tranſeat.Beda: Finitis veteris Paſchę ſolennijs, quæ in cõmemorationẽ antiquæ de Aegypto liberationis agebantur, tranſit ad nouũ, qđ in ſuæ redemptionis memoriã eccleſiã frequẽtare deſiderat:pro carne & ſanguine agni,ſuę carnis & ſanguinis ſacramẽtum in panis & vini figura ſubſtituens:ſacerdos in æternum factus,ſecundũ ordinem Melchiſedech. Et [cœnãtibus illis,] id eſt,cœ

E

nam agni typici perficiẽtibus & cõſummantibus, vel poſt eſum agni typici adhuc in cœna reſidentibus,antequam ſurgerẽt de cœna:[accepit Ieſus panem] azimum , non fermentatum: [&] oculis ad patrem eleuatis, [gratias agens,] ꝑ veteribus terminatis,& nouis inchoandis: [benedixit,] dicendo illud quod ſequitur : ſcilicet, [hoc eſt corpus meũ: ac fregit,] ſcilicet poſt conſecrationẽ : [deditq; diſcipulis ſuis,dicẽs:] ſcilicet priuſquã frangeret, vel ſimul quãdo frangebat: [accipite,] ſcilicet [ex hoc oẽs:hoc eſt corpus meũ , quod pro vobis tradetur.] Eccleſia addidit,enim:& ideo ſemper eſt dicendũ.

Enim, nõ omittendum in cõſecratione

[Et ſimiliter accipiẽs calicẽ,] non veterẽ vt prius, ſed nouum: [& itẽ gratias agens benedixit: ac dedit illis,dicens:Accipite & bibite ex eo omnes : hic eſt ſanguis meus, qui pro vobis effundetur.] Quibus verbis hoc ſacramentũ inſtituit:& tacitè præmiſſum deſtituit. Vñ creditur cùm dominus dixit, [hoc eſt corpus meũ:hic eſt ſanguis meus:] mutaſſe panem & vinum in carnẽ & ſanguinem:& tunc

F

eandem vim contuliſſe illis in poſterũ:& ideo cùm proferũtur in canone, ex virtute eorũ ſit tranſſubſtantiatio : quia verba cõſecrationis efficiunt quod figurant.Si enim verbum Chriſti tãtæ eſt virtutis, quòd fecit de nihilo omnẽ creaturam: nõ eſt mirũ ſi vnam creaturam conuertat in aliam. Chryſoſto. Sicut illa vox quæ dixit, creſcite & multiplicamini,& implete terrã:ſemel quidẽ dicta eſt, ſed omni tempore ſentit effectum ad generationẽ operante natura:ita & vox iſta ſemel quidẽ dicta eſt,ſed per omnes menſas eccleſię,vſq; in hodiernum diem,& vſque ad eius aduẽtum præſtat ſacrificio firmitatẽ. hæc Chryſo.

Verbi Chriſti efficacia.

Eſt autẽ ibi altare,vbi dominus ordinauit ſacramentum euchariſtiæ. Ob cuius inſtitutionem eſt , quòd in hac die cùm omnes horæ ſint flebiles , ſola miſſa eſt ſolennis : tanquam in ſuo natali,ſcilicet in die ſuæ inſtitutionis. Eadem quoque die chriſma conficitur , quo frontes liniuntur: quia eadem die poſtes agni ſanguine linebantur. Aſpice nunc bene quomodo diligenter ac fideliter, & deuotè dominus prædicta facit : & proprijs manibus

Miſſæ in cœnæ die ſolẽnitas.

G

Cõmunicatio diſcipulorum, per manus domini.

manibus illam dilectam & benedictam familiam ſuam cõmunicat. Nõ enim eſt intelligẽdum, ꝙ diſcipuli ſumptum corpus de manu domini ſibi miniſtrarent: ſed qui conſecrauit, ipſe & miniſtrauit. In cuius ſignũ omnes religioſi deberent in die cœnæ recipere corpus Chriſti, de manu prælati ſui. Sumpſit etiam ipſe ſacramentum corporis & ſanguinis ſui, non propter ſui indigẽtiam, & vt aliquẽ à ſacramento cõſequeretur effectũ: ſed gratia exempli, ſcilicet vt alijs daret manducandi exemplum.

Chriſtus ſuum corpus ſumpſit.

Sumpſit autem modo illud ſacramẽtali tantum, nõ ſpirituali. Per hoc autem ꝙ Chriſtus morti propinquus, nõ ſolum agnum typicum, ſed etiam corpus ſuum verum ſacramẽtaliter cum apoſtolis manducauit: oſtenditur ꝙ quilibet Chriſtianus, periculo mortis imminẽte, debet (ſi põt) ſacramẽtaliter cõmunicare: & ſi nõ poteſt, cõmunicet ſaltem fide. Secundum illud verbum Auguſtini: Crede, & mãducaſti. Attende etiam ſacramenti dignitatem, & reuerentiam, & ordinẽ circa ipſum: quoniam primò

H

gratias egit pro tanto myſterio, circa quod diuina virtus operatur ſecretius: & pro tanto beneficio, vt corpus & ſanguinẽ ſuum det nobis: & per hoc oſtẽdit, ꝙ in ſumptione, & ante ſumptionem huius ſacramenti, præexigitur deuotio & oratio, ac mẽtis in deum eleuatio. In hoc etiam tribuit nobis exemplum, glorificandi deũ in omni bona inchoatione. Beda: Et ſicut de veteribus terminandis egerat: ſic & de nouis incipiendis gratias agit: nobis pariter exemplum tribuẽs, in omni boni operis inchoatione, vel perfectione, patrem qui in cœlis eſt, eſſe glorificandum. Deinde [benedixit,] dicẽdo verba quę ſequũtur: [hoc eſt corpus meum:] hoc, ſcilicet q̃d ſub ſpecie panis videtis: quod nunc do, & quod nũc ſumitis: quod pro vobis, & veſtri redẽptione tradetur: ad flagellandum, & crucifigẽdum.

Hoc quid demõſtret

Ex quo videtur quod ly hoc, non demonſtrat ſpeciem panis ſimpliciter, nec corpus Chriſti ſimpliciter, ſed corpus Chriſti ſub ſpecie panis apparẽs. Vnde etiã videtur ꝙ nulla alia intelligatur benedictio, quàm ſacrorum verborum prolatio.

I

Tranſmutatio autẽ fit in vltimo inſtanti prolatæ orationis. Vnde ly hoc, demonſtrat corpus Chriſti, nõ pro tẽpore pro quo profertur, ſed cõpleta oratione: vt cùm dicitur, hoc eſt bonum verbum deum time. Et tũc fregit, vt ſecundum Bedam, oſtenderet corporis ſui fractionẽ, id eſt, paſſionem, nõ ſine ſua ſponte & opere futuram. Frãgimus & nos, in ſignum quia fregerit: ſed nihilominus integer pòſt manet: pane enim in corpus Chriſti tranſſubſtantiato, frangi dicitur: non ꝙ corpus Chriſti, quod integrum ſub qualibet parte manet, frãgatur: ſed accidẽtia, ſub q̃bus corpus manet, franguntur.

Fractio in tres partes.

Debet autẽ fractio fieri in tres partes: in ſignum ꝙ fractus eſt tripliciter Chriſtus: ſcilicet flagellis ante paſſionẽ, clauis in paſſione, lancea poſt paſſionẽ. Item propter tres partes eccleſię: nam prima pars notat ſanctos in cœlis. Secũda, ſaluandos, qui ſunt in pœnis. Tertia tincta, viuos quos adhuc hæc vita ſuſtẽtat in terris. [Deinde dedit diſcipulis ſuis,] ad vſum, vt ad ſe ſpecies panis cõuerterent, & ipſi in Chriſtũ conuerterẽtur. vnde Aug. Dictũ eſt à dño, Nec tu me mutabis in te, ſicut cibũ carnis tuæ: ſed tu mutaberis in me. Et ait, [Accipite & comedite:]

K

vbi vtrãque huius ſacramẽti innuit comeſtionem: ſacramẽtalem ſcilicet, & ſpiritualem: vt accipiant mẽte & corpore, & comedant fide & ore, ac guſtent & videant deuotione: quoniã ſuauis eſt dñs.

Pſal. 33.

Eſt em̃ manna in ſapore habẽs omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuauitatẽ, ac ſibi incorporent, recogitatione: ſeruãtes in corde pretiũ redemptionis ſuæ. Nõ eſt ergo ſic intelligẽdum, ꝙ prius frangeret & daret diſcipulis: ac poſtea diceret verba conſecrationis: ſed magis econuerſò: quia Chriſtus dedit corpus ſuum cõſecratũ apoſtolis: & ideo prius dixit verba conſecrationis.

Fractio poſt cõſecratiõe.

Per Ieſum, qui ſalus interpretatur, bonus prælatus Chriſti vicarius, & de ſua ſubditorũq; ſalute ſolicitus, intelligitur. Hic accipit panẽ, cùm diligenter ſtudet ſacrã ſcripturam: gratias agit & benedicit, quãdo deo attribuit eius diligentiã. Frangit autẽ & dat, deuotẽ prędicando eã. E contrà de ignorãte & negligente, dicitur in Threnis: Paruuli petierunt panẽ, & nõ erat qui frangeret eis.

Ieſus.

Threni 4.

L

[Et accipiẽs calicem,] cum vino aqua mixto, paſsionem ſuam præſignantem: [gratias egit,] pro redẽptione humano generi collata per illam: nec nõ in aduerſis, & pro aduerſis, ꝙ non pro ſe, ſed pro nobis hęc tulit: mõſtrans in hoc vt dominum laudemus, quãdo flagella videmus, & gratias agamus in omni tribulatione, quæ ſignificatur in nomine calicis.

Laudãdus in tribulatione dominus.

vnde Chryſ. Gratias egit, docens nos qualiter oportet hoc myſteriũ perficere: & erudiẽs nos quodcũq; patimur cũ gratiarum actione ferre. vnde & Beda: Qui nihil dignũ percuſsione exhibuit, humiliter in percuſsione benedicit: vt hinc videlicet oſtẽdat quid vnuſquiſq; in flagello culpæ proprię facere debeat, ſi ipſe ęquanimiter flagella culpę alienę portat: vt hinc etiã oſtẽdat quid in correptione faciat ſubditus, ſi in flagello poſitus patri gratias agit ęqualis. Deinde [benedixit dicens, hic eſt ſanguis meus:] qui ſcilicet ſub ſpecie vini apparet: [noui teſtamẽti,] ſcilicet & ad noui teſtamenti cõfirmationẽ: quia ſicut vetus teſtamẽtum confirmatũ eſt in ſanguine animaliũ immolatorum, ita nouum teſtamentũ ſanguine Chriſti eſt confirmatum: in quo apparet excellẽtia noui teſtamenti, reſpectu veteris.

M

Et addit, [q̃d pro vobis & multis] redimẽdis, & in cœleſtẽ hæreditatẽ introducendis [effundetur in remiſsionẽ peccatorum.] Dicit autẽ, pro multis, efficiẽter: ſed pro oĩbus, ſufficienter: q̃a ſanguis Chriſti pro oĩbus effuſus fuit, quantũ ad ſufficiẽtiã: ſed nõ fuit effuſus pro oĩbus, quãtum ad efficientiã: quia nõ omnes emũdat, quãuis omnes emũdare ſufficeret, ſi fide & dilectione, ac ſacramentorum perceptione virtutes eius attingerent.

Pro multis.

Deinde [dedit eis, dicẽs: Bibite ex hoc oẽs,] vt ſitis paſsionis meę repręſentatores: id eſt, imitamini meam paſsionẽ: quia niſi cõpatiamini, nõ cõregnabitis.

2. Timot. 2.

Bibit autẽ ipſe primò ſanguinẽ ſuum: inducens eos etiam ad bibendum. Et notandũ, quòd ſicut tunc, ita & in primitiua eccleſia homines qui miſſæ intererant, ſumebant ſacramentũ vnitatis: nunc autẽ quia nõ poſſunt omnes dignè ſumere, ſumunt, aliud ſaltem lignum vnitatis, id eſt, oſculum pacis: quod tradens ſacerdos & dicens: Accipe vin-





Pacis oſculum. A

culum pacis: idem eſt, ac ſi diceret, [ſumite ex hoc omnes.] vel [Accipite, & diuidite inter vos.]

Calix q. d.

Per calicẽ perſecutio ſignatur in ſcriptura. Hic calix ſumitur, patienter tolerando: & datur alijs, ad ſimile exhortãdo.

Sacramentum cur ſub duplici ſpecie inſtitutum eſt.

Aduertendum aũt ꝙ iſtud ſacramentũ ſub duplici ſpecie. ſ. panis & vini, eſt inſtitutũ: quia ordinatur ad corporis & animæ ſalutẽ: vel ad ſignificandũ perfectam animæ refectionẽ: ſicut ex cibo & potu fit perfecta corporis refectio. Separatim tamen fit corporis & ſanguinis cõſecratio, quia in paſſione fuit ſanguis ſeparatus à corpore. Hoc aũt ſacramentũ inſtitutum eſt, quaſi quoddã memoriale illius paſsionis: & ideo cõſecratio corporis & ſanguinis fit ſub ſpeciebus diſtinctis. Cõſiderandũ tamen ꝙ ſub vtraq; ſpecie eſt totus Chriſtus indiuiſus: ſcilicet corpus & ſanguis, ac anima & deitas: ac per hoc vtrobiq; eſt vnũ & ſimpliciſsimum ſacramentum: aliter tamen & aliter. Sub ſpecie nanq; panis, eſt tantũ corpus ex vi cõuerſionis vel ſacramẽti: cętera aũt ſunt ibi ex concomitãtia reali, ſeu naturali

B

& inſeparabili: quia ſanguis eſt ibi, per cõnexionem: & anima, per coniunctionẽ: & deitas, per vnionem. Iſta enim quatuor nõ poſſunt diuidi, nec abinuicẽ ſeparari. Similiter ſub ſpecie vini, eſt tantũ ſanguis, ex vi cõuerſionis & ſacramẽti: cætera aũt ex concomitãtia ſunt ibi.

Cur non amplius ſub vtraq; communicemus.

Et licèt in primitiua eccleſia populus ſub vtraq; cõmunicaret: poſtea tamẽ prouidẽ ordinatũ eſt, vt non cõmunicaret ſub ſpecie vini, propter periculũ effuſionis: & quia ſub ſpecie panis quodãmodo ſanguis accipitur, inquãtum ibi cõtinetur. Euchariſtia itaq; formaliter & perfectiſsimẽ eſt vnũ ſacramentũ, materialiter verò plura: quia ibi cõcurrunt duo. ſ. cibus & potus: & propter hoc quandoq; exprimitur pluraliter, ſicut in collecta: Purificẽt nos quęſumus domine ſacramẽta quę ſumpſimus: & ſubditur pòſt ſingulariter, & præſta vt hoc tui corporis ſacramentum &c.

Aquæ ſignificatio

Panis quippe ſacramentũ eſt corporis, & vinũ ſanguinis: aqua verò quę apponitur, notat ſimilitudinem, vel illius aquę quę fluxit de Chriſti latere, vel fidei eccleſię: vt neq; Chriſtus ſine eccleſia, neq; eccleſia ſine Chriſto ſit: ſed eis carni & animæ vniatur & conformetur.

C

Et ideo vinũ aquę mixtũ offertur, vt oſtendatur quia caput & mẽbra, id eſt Chriſtus & eccleſia, vnũ corpus ſunt.

Tria in hoſtia.

Sunt aũt tria in ſacramẽto iſto cõſideranda: vnũ, quod tantum eſt ſacramẽtum, ſcilicet ſpecies viſibilis panis & vini: alterum, quod eſt ſacramẽtũ & res: ſcilicet caro Chriſti propria & ſanguis: tertiũ, quod eſt res & nõ ſacramentum: videlicet myſtica Chriſti caro, ſcilicet eccleſiæ vnitas. Res ergo ſignificata & cõtenta in hoc ſacramento, eſt verũ corpus Chriſti, quod traxit de virgine: res nõ contenta, ſed tantum ſignificata, eſt corpus Chriſti myſticum, quod cõiungitur capiti per charitatẽ. De hoc corpore Chriſti myſtico, ſcilicet vnitate eccleſiæ, dictũ eſt ſuprà de verbis domini, pro quibus quidã retrò abierunt. Eſt etiã corpus dominicum ſacramentũ incarnatę diuinitatis. Aug. Illud corpus viſibile & palpabile, ſacramentũ eſt inuiſibilis formę: id eſt panis cœleſtis, quo viuũt angeli. Cùm enim nihil geſsit in corpore anima Chriſti, niſi quantũ verbum cui vnita eſt inſpirabat: quis nõ iudicet corpus eſſe ſacramentũ inhabitãtis diuinitatis? Et iterũ: Chriſti viſibilis forma no-

D

bis modò inuiſibilis, res eſt viſibilis ſacramẽti altaris: & inuiſibilis forma cœleſtis panis, quo viuũt angeli, res eſt viſibilis & palpabilis formę Chriſti. Eſt ita Chriſtus & ſacramentũ, & res ſacramẽti.

Chriſtus ſacramentum eſt.

Mirabilia in euchariſtia.

Multa mirabilia ſunt in hoc ſacramento. Primũ, ꝙ ibi eſt corpus Chriſti in tãta quãtitate, ſicut fuit in cruce, & ſicut iam eſt in cœlo: nec tñ excedit illius paruæ formæ terminos, vel quantitatẽ. Vñ mirũ eſt quomodo ſub tam modica ſpecie tãtus homo lateat. Secundũ eſt, ꝙ ibi ſunt accidẽtia ſine ſubiecto: q̃a em̃ in deum nõ cadit accidens: ideo accidẽtia quę prius erãt in ſubiecto. ſ. in pane, poſtea ſunt ſine ſubiecto. Tertiũ eſt, ꝙ panis ita cõuertitur in corpus Chriſti, ꝙ tamẽ nõ eſt materia corporis, nec etiã animę. Quartũ eſt, ꝙ corpus nõ augeť ex multarũ hoſtiarum cõſecratiõe: & ecõuerſò nõ minuitur ex earũ ſumptiõe. Quintũ eſt, ꝙ idẽ corpus ſimul in pluribus locis, id eſt ſub oĩbus hoſtijs cõſecratis eſt. Deo

E

enim cõuenit eſſe vbiq; ſimpliciter & propriè: creaturę verò in loco vno tantũ eſſe: corpus verò Chriſti medio modo habet ſe. Cùm em̃ ſit creatura, non debet coęquari creatori in hoc, ꝙ ſit vbiq;: cùm verò ſit vnitũ diuinitati, debet in hoc alia corpora excellere, vt ſimul & ſemel poſsit in pluribꝰ locis eſſe, ſub iſto videlicet ſacramẽto. Sextũ eſt, ꝙ cùm diuiditur hoſtia, nõ diuidiť Chriſti corpus: ſed ſub qualibet parte totus eſt Chriſtus. Vñ hæc fractura in forma eſt panis, non in Chriſti corpore: quia totus Chriſtus indiuiſus ſumiť, ſub qualibet parte. Sicut integro ſpeculo tota & vnica forma relucet in tota: & in fracto ſpeculo fit vnius & eiuſdẽ formę numero, & totius integrę formę ad quãlibet ſpeculi fracturã reflexio. Septimũ eſt, qñ teneť hoſtia in manibus, & videtur oculis, corpus Chriſti nec tangitur manibus, nec videť oculis: ſed hoc totũ tantũmodo circa ſpecies agiť, ſicut & qñ diuiditur. Octauũ eſt, ꝙ cùm nõ ſit ibi panis vel vinũ, tñ accidẽtia eundẽ habẽt effectũ, quẽ prius: vt ſatiare, inebriare, & huiuſmodi.

F

Nonũ eſt, ꝙ ſtatim cũ deſinũt illę ſpecies, tunc etiã ibi deſinũt eſſe corpus Chriſti & ſanguis. Hugo: quãdiu ſenſus corporalis afficitur, corporalis pręſentia nõ aufertur: ſed deinceps Chriſtus trãſit de ore ad cor, & manet virtus ac pręſentia ſpiritualis tantũ. Et licèt poſt ſumptionem deſignat ibi eſſe corpus & ſanguis Chriſti: cauere tamẽ debet cõmunicans ne poſt cõmunionẽ ſpuat, maximẽ ante comeſtionẽ, in loco immũdo: vel vbi poſsit ſputum pedibus cõculcari: & hoc ꝓpter periculũ, & ob reuerẽtiam tãti ſacramẽti. Tandẽ quoq; dñs in amoris recordationẽ ſubiũxit: [Hoc,]. ſ. ſacramentũ [facite,] id eſt cõficite vel celebrate: accipite & date, [in meã,] id eſt in paſsiõis meę [cõmemorationẽ:] quia euchariſtię cõſecratio, eſt quędã dñicę paſsionis rememoratio. Hoc exponit apoſtolus, dicens: Quotieſcũq; mãducabitis panẽ hunc, & calicẽ bibetis: mortẽ dñi annũtiabitis donec veniat. ſ. ipſe dñs ad iudiciũ.

1. Cor. 11.

Paſcha em̃ legale fuit in pręfiguratione paſchę futuri: ſed euãgelicũ, fit in cõmemoratione præteriti. ſ. paſsionis Chriſti. In memoriã ergo illius beneficij inexpreſsibilis Chriſtus inſtituit ſa-

cramentũ altaris,dicens:itaq;[hoc facite in meam
G commemorationem.] ordinauit eos in ſacerdotes:
& dedit eis poteſtatẽ conficiendi ſacramentũ cor-
poris & ſanguinis ſui. Hoc igitur colit eccleſia, paſ
ſumq; Chriſtũ retractat, cùm illud corpus domini
*Leuatio hoſtiæ.*
cõſecrat:& ſacerdos cùm leuat corpus dñi , repre-
ſentat ꝙ Chriſtus in cruce ſit leuatus. Illud eñi cor
pus eſt quod & ipſe ſacrauit , quod crucifixũ eſt &
*Monumẽtum, ſeu memoriale domini.*
mori ſuſtinuit. Hoc eſt illud memoriale,quod ani-
mam gratã,cùm ipſum ſuſcipit mãducando & bi-
bendo,vel etiã fideliter meditãdo debet totã ignire
& inebriare:& in ipſum dominũ pre amoris & de-
uotionis vehemẽtia totaliter transformare. Nihil
enim maius,carius,dulcius, vel vtilius nobis relin-
*Idem eſt in euchariſtia Chriſtus.*
quere potuit quàm ſeipſum. Ipſe nãq; quẽ in ſacra
mento altaris,hodie per eũ inſtituto,ſumimus: ille
idẽ eſt qui de virgine incarnatus & natus vbera eius
ſuxit, qui pro te crucifixus mortẽ ſuſtinuit , & qui
reſurgẽs & aſcẽdens ſedet à dextris dei . Ipſe eſt qui
creauit cœlũ & terrã,& qui gubernat & moderat
vniuerſa. Ipſe eſt à quo dependet ſalus tua: in cuius
volũtate & poteſtate eſt,tibi dare paradiſi gloriam.
H Ipſe in tali hoſtia modica ſic oblatus:tibiq; exhibi-
tus,ipſe dñs Ieſus,de quo loquimur,fili' eſt dei viui.
Vnde excellẽter euchariſtia,id eſt bona gratia dici
tur:ꝗa in hoc ſacramẽto non tantũmodo augmen
tum eſt virtutis & gratie:ſed ipſe totus ſumitur,qui
eſt fons & origo totius gratie. Hiero. Hanc vltimã
memoriã nobis reliquit : quẽadmodũ ſi quis pere-
grè proficiſcẽs aliquod pignus ei quẽ diligit relin-
quit:vt quotieſcũq; illud viderit,poſsit & eius bene-
ficia & amicitias memorari . Quẽ ſi ille perfectè
dilexerit,ſine ingẽti illud deſiderio, vel fletu nõ po
teſt videre. Ideo hoc ſaluator tradidit ſacramentũ,
vt per hoc ſemper cõmemoremur , quia pro nobis
mortuus eſt. Nã & ideo cùm accipimus,à ſacerdoti
bus cõmonemur,ꝗa corpus & ſanguis eſt Chriſti,
vt nõ ſimus ingrati tãtis eius beneficijs. Hec Hiero.
*Inſtituendi ſacramenti cauſæ.*
Inſtitutũ eſt igitur hoc ſacramentũ altaris. Primò,
in recordationẽ dñice paſsiõis & liberatiõis. Secun
dò,in ſignũ precipue dilectiõis & imitationis. Ter
tiò,in robur cõfirmatiõis,cõtra lapſus humane in-
firmitatis. Quartò,in purgationẽ ſpiritus hoĩs : &
I nutrimentũ vitæ ſpiritualis. Quintò,in viaticum
preſenti peregrinatiõis. Sextò,in pignus & arram
habẽde hereditatis. Septimò,in remedium ſatisfa-
ctionis pro peccatis. Vnde ſanguine Chriſti corpus
& animã linimus,ꝗa ſanguis agni ſuper vtrũq; po
ſtem domus,liberauit Hebreos ab angelo extermi
*Recipienti euchariſtiam neceſſaria.*
natore. In hoc aũt ſacramẽto duo requiruntur ex
parte recipiẽtis .ſ. deſideriũ cõiunctionis ad Chri-
ſtum,quod amor facit:& reuerẽtia ſacramẽti, quæ
ad donũ timoris pertinet. Primũ,ad quotidianã hu
*Receptio euchariſtie an frequẽtanda.*
ius ſacramẽti frequẽtationẽ inuitat:ſed ſecundũ re
trahit. Vnde ſi aliquis experimentaliter cognoſce-
ret,ex quotidiana ſumptiõe feruorẽ amoris augeri
& reuerẽtiam nõ minui:talis deberet quotidie cõ-
municare : ſi aũt ſentiret per quotidianã frequẽta-
tionem reuerẽtiam minui,& feruorẽ nõ multũ au-
geri,talis deberet interdũ abſtinere,vt cũ maiori re
uerentia & deuotiõe poſtmodũ accederet. vñ,quan
tum ad hoc,vnuſquiſq; eſt ſuo iudicio relinquẽdus.

*Sumptio & comeſtio triplex.*
Modus autem ſumẽdi,tripliciter diuiditur. Come
ſtio enim alia fit ore,& eſt ſacramẽtalis:alia fit cor
de,& eſt realis:alia fit ore & corde:in altero ſacra-
mentum,in altero res ſacramẽti. Sola ſacramẽta-
K lis tantũ,malorũ eſt.qui etſi ſub viſibili ſpecie ele-
mentorũ corpus Chriſti accipiant,tamen quia nec
verè credunt, nec diligũt,pani cœleſti coũniri non
poſſunt. Sola realis tantũ,bonorũ eſt:qui etſi ſub vi
ſibili ſacramẽto carnẽ Chriſti non ſumãt,tamen fi
de & dilectione panẽ cœleſtẽ manducãt,& ei coũ-
niuntur. Aug. Quid paras dentes & ventrẽ? Crede,
& manducaſti. Realis verò & ſacramẽtalis come-
ſtio iunguntur,cùm accipiẽtes in pane quod pepen
dit in ligno,accipiẽtes in calice quod manauit de la
tere,pertingũt mẽte vſq; ad eſum panis vite. Oris,
inquã perceptio & incorporatio,ſacramentũ eſt co
meſtionis cordis,qua mãducamus cũ domino car-
nem ſuam,& bibimus cũ eo ſanguinẽ ſuum:hoc eſt
per efficaciã carnis ſuæ & ſanguinis ſui manemus
*Sumentes ad mortẽ.*
in eo,& ipſe in nobis. Itaq; alij accipiũt corpus do-
mini ad mortẽ,quia nõ attingunt panem vite : alij
L accipiunt ad vitã,quia aduniuntur cũ verbo. Chry.
*Cœna dominica repreſentatur.*
Credimus itaq; quoniã & nũc illa cœna eſt,in qua
& ipſe recubuit:nihil enim illa ab hac differt. Ne-
que enim hãc quidẽ homo operatur, illam aũt ipſe
ſed hanc & illã ipſe. Cùm ergo ſacerdotẽ dantem
tibi videris,nõ ſacerdotẽ eſtima eſſe qui hoc facit:
ſed manũ Chriſti eſſe que extẽditur . Sicut igitur
cùm baptizaris,nõ ipſe ſacerdos baptizat, ſed deus
eſt qui detinet tuum caput inuiſibili virtute: ita &
nunc. Nullus itaq; Iudas aſsit,nullus auarus,nullus
inhumanus accedat , nullus crudelis & immiſeri-
cors,nullus vniuerſaliter immũdus:ſi quis nõ eſt di
ſcipulus,diſcedat. Nõ recipit eos qui non ſunt tales
hæc mẽſa cum diſcipulis enim meis, ait,facio paſ-
cha: hec eſt illa menſa , & nihil minus illa habet.
Hoc illud eſt cœnaculũ vbi tunc fuerũt:hinc ad mõ
tẽ Oliuarũ exierũt. Exeamus & nos in manus pau
perum. Hæc enim regio mons eſt Oliuarũ : oliuæ
enim ſunt plantatæ in domo domini,id eſt paupe-
rum multitudo ſtillat oleũ,quod hîc eſt vtile nobis.
Ita enim & deũ propitium habebimus,& multam
M aſſumemus mercedẽ. Hæc Chry. ſecundũ Bedam:
*Cur non ieiuni,cùm apoſtoli poſt cœnam communicati ſint.*
ſi quẽ mouet cùm cœnatus ſaluator apoſtolis ſuũ
corpus,ac ſanguinẽ tradidit:quare nos ieiuni eadẽ
ſacramẽta percipiamus ? audiat , quia tunc neceſſe
erat typicũ paſcha prius conſummari,& ſic ad ve-
rum paſcha trãſire,ac verè paſche ſacramẽta ſubſti
tui:nunc autẽ in honorem & pro reuerentia tanti
ſacramẽti placuiſſe magiſtris eccleſiæ , primò nos
dominicæ paſsionis participatione muniri,& ſpiri
tualibus epulis ſatiari:deinde terrenis dapibus cor-
pus refici. Sunt aũt tria ſacrificij genera:vnum,do-
minici corporis:alterum, contriti cordis: tertium,
mortificate carnis. Oportet ergo ſacrificium humi
litatis, præcedere in mente: afflictionis , in carne:
vt deuotio habeatur in dominici corporis conſe-
cratione & receptione. Appropinqua nunc & tu ad
hanc cœnam mendicans , vt eleemoſynam inde
accipias:ad quod te hortatur Anſelmus,dicẽs: Iam
nunc aſcende cum eo in cœnaculum ſtratum gran
de & ſalutaris cœnæ intereſſe delitijs gratula-
re. Vincat



re. Vincat verecundiam amor,timorem excludat
A affectus,vt ſaltẽ de micis menſæ illius eleemoſynã
præbeat mẽdicanti,vel à longè ſta,& quaſi pauper
attendens in diuitẽ vt aliquid accipias, extende ma
*Cœnæ figura in manna.*
num,famem lachrymis prode. Hæc Anſel. Cœna
domini olim in mãna præfigurata fuit, quod deus
filijs Iſraël in deſerto dedit. Dedit Iudeis figurã ve
ri panis:ſcilicet panẽ materialẽ & tẽporalẽ: nobis
autem veritatẽ, ſcilicet ſuperſubſtantialẽ & æter-
nalem. Manna creatũ fuit à deo in celo aëreo : ſed
panis nobis datus:ſcilicet Chriſtus deſcendit de cœ
*In agno paſchali cœna figurata.*
lo vero. Cœna domini etiam prefigurata fuit in a-
gno paſchali:quẽ deus primò præcepit filijs Iſraël
manducare,quando decreuit eos de captiuitate Ae
gyptiaca liberare. Ita Chriſtus ſacramentũ eucha-
riſtie tunc primùm inſtituit,quãdo nos à diabolica
*Agni ſumendi modus.*
poteſtate eripere voluit. Quãdò filij Iſraël agnum
Paſchalẽ manducabant,ſuccincti erant, baculos in
manibus tenebant,& ſtabant. Ita cõmunicantes de-
bent eſſe ſuccincti,per mẽtis & corporis caſtitatẽ:
& tenere baculos,per rectæ fidei firmitatẽ. Debent
B etiam erecti ſtare in bona vita,quam inchoauerũt:
& non ſe iterum reponere in lutũ,de quo iam ſur-
rexerunt. Agnus comedebatur cum lactucis agre-
ſtibus,quæ ſunt amaræ: & nos debemus corpus do
mini manducare cum amara contritione. Qui co-
medebant agnum, tenebantur pedes ſuos calciare:
ſic cõmunicantes debent pedes ſuos,id eſt, affectus
& deſideria cuſtodire:cauendo ne aliqua maculen
tur ſorde. Agnus Paſchalis nõ fuit coctus aqua, ſed
aſſatus igne:& mãducans debet eſſe ignitus charita
te. Chriſtus rex,& ſacerdos verus,euchariſtiam ſub
ſpecie panis & vini dedit:& hoc ſacramentũ inſti-
tuit,quod olim Melchiſedech rex & ſacerdos dei
altiſsimi figurauit,quapropter Chriſtus ſacerdos,ſe
cundũ ordinem Melchiſedech appellatur:quia hoc
ſacramentũ in oblatione Melchiſedech præfigura-
batur. [Facta eſt aũt & cõtentio,]id eſt,diſquiſitio,
[inter diſcipulos: quis eorũ videretur eſſe maior.]
Vbi ſciendũ ꝙ cùm apoſtoli audierũt Chriſtũ,præ
dicentem traditionẽ ſui ad mortẽ: cœperunt quæ-
rere inter ſe,[quis eorũ eſſet maior:] id eſt, aptior
C & cõuenientior ad præcedendũ alios loco Chriſti,
& ad tenendũ eius locum. Et ideo Chriſtus de hoc
eos docuit , videlicet ꝙ ille eſſet ad hoc aptior , qui
eſſet verè humilior: reuocãdo eos ab affectu ſuper-
bæ dominationis & primatus , exẽplo regũ gentiũ
*Gentium imitatores.*
& per contrariũ dominorũ terrenorum . Gentiles
enim & terreni dñi appetũt primatum, dominãtur
ſubiectis,& [benefici vocantur:]quia blandi ſermo
nes à ſubditis eis offeruntur. Vnde dñs nolens diſci
pulos ſuos imitari,ſubiungit: [vos aũt non ſic]face
re debetis,[ſed qui maior eſt in vobis, ] ſcilicet per
virtutũ excellentiã:[fiat ſicut minor,] per humili-
tatem:[& qui preceſſor,]ſcilicet dignitate,vel etiã
ſanctitate:fiat ſicut miniſtrator,]humili ſui reputa
tione,vel humilis officij executione, & exhibitio-
ne pro loco & tẽpore. Sed heu hodie multi haben-
tes nomen Chriſtianorũ,Gentiles imitantur:appe
tentes primatũ habere,& ſubiectis dominari : ſeq;
ab eis ſuperuacuis laudibus extolli,& benefici voca
ri. Specialiter autem in eccleſia fit frequenter con-
tentio pro dignitatibus obtinendis: & non ſolũ in-
D ter ſeculares,ſed etiam inter religioſos: ſicut canes
contendunt ad obtinendũ os carnibus plenũ & me
dullis:propter quod viliores canibus videntur qui-
dam religioſi qui cõtendũt pro officijs præſidendi:
cùm tamen nihil habeant annexũ,niſi miſeriam &
laborem. Et quia monuit diſcipulos ad humilitatẽ,
ſuperbiã ſeculariũ diſſuadendo: conſequenter facit
hoc,eos ad ſui exemplũ inuitãdo. Nam ſecundum
iudicium humanũ[maior eſt qui recumbit, quàm
qui miniſtrat:] licet ſecundũ iudicium dei ſæpe ſit
aliter:ipſe autem qui cõtrarius eſt mundo,[in me-
dio]eorum eſt, [ſicut qui miniſtrat:] quãuis maior
ſit eis vt etiã iam in lotione pedum ipſorũ oſtende-
rat,& ideo eſt imitãdus. Et ex hoc intendit conclu
dere,ꝙ ille eſt aptus ad ſuccedendũ ſibi in regimi-
ne eccleſiæ,qui eſt fundatus in vera humilitate. Vt
enim humilitate ſuperbiã curaret, ipſe deus ad nos
deſcẽdere & humilis fieri voluit:oſtendens exem-
plo ꝙ meritò eum imitãdo humiliari debeat & ho
*Contra ſuperbiam.*
mo. Vnde Aug. Quid ſuperbis homo? deus propter
te humilis factus eſt. Puderet te fortaſſe imitari hu
E milem hominẽ:ſaltem imitare humilẽ deum. Hec
Aug. Humilieris ergo miniſtrando , & abiectiora
miniſteria, & quæ alij dedignantur lætanter cùm
opus eſt ſuſcipiẽdo. [Ait Ieſus: Omnes vos ſcandalũ
patiemini in me &c.] Prædicit quod paſſuri ſunt,
vt cùm paſsi fuerint ne deſperent ſalutẽ , ſed agen-
tes pœnitentiã liberentur. Scandalũ enim dubita-
tionis paſsi ſunt,dum quaſi impotentẽ teneri,liga-
ri,& duci viderent. Et ſignãter dicit,in nocte:quia
qui ſcandalũ patiuntur,in nocte & in tenebris ſuſti
nent:& ipſi apoſtoli in aduerſitate dominũ reliquę
runt. [Petrus autem] quia cæteris feruentior erat,
quod Ieſus prædixit præuidẽdo,ipſe denegat amã-
do. Et [reſpõdens,ait: Etſi omnes ſcandalizati fue-
rint in te,ego nunquã & cætera.] Infirmus volunta
te,iactat ſuã voluntatẽ:ſed non vires cognoſcẽs glo
riæ cõſcius. Petrus preſentis affectus,ſed neſcius fu
turi caſus nõ credit ſe ab eo nõ poſſe deficere. Intan
F tum Petrus affectu & charitate Chriſti efferebatur
*Petrus nõ mentitur falſum dicens.*
vt & imbecillitatẽ carnis ſuæ,& fidẽ verborũ Chri
ſti non cõtueretur. Sed non mẽtitur,quia credit ve
rum eſſe qđ promittit:& ſic in mẽte habet:mẽtitur
aũt qui falſum voce ſignat,cũ voluntate & intẽtio-
ne fallẽdi. Dixit tñ falſum:quia accidit cõtrarium.
Cõiter eñ accidit ꝙ illi qui alijs in virtute ſe præ-
ferũt,turpius alijs cadunt. [Reſpõdit ei Ieſus: Amẽ
dico tibi,ꝗa tu hodie in hac nocte, priuſquã bis gal
lus vocẽ dederit,ter es me negatur'.] Hiero. Petrus
de ardore fidei promittebat:& ſaluator,quaſi deus,
*Confidentia damnatur.*
futura nouerat. Hæc Hiero. Nemo ergo in ſe,ne-
mo in viribus ſuis cõfidere põt : quia oĩs cõſtantia,
omnis virtus & fortitudo,non hominis ſed dei eſt.
Beda: Qui ſolus nouit quid ſit in homine ne quis fi-
delium ſuo vel de ſtatu incautè cõfidat , vel de caſu
incautius diffidat:quaſi deus modũ,tempus, ac nu-
merum negationis eius prædicit. Vnde & Remig.
*Negationes Petri quando factæ.*
Moraliter inſtruimur , vt quantum confidimus
de ardore fidei,tantum timeamus de carnis fragili
tate. Iſtud verbum dñi,de negatione Petri, Marcus
(vt præmiſſum eſt)plenius cæteris expreſsit. Poſt

primam enim negationem Petri ſtatim gallus can
G tauit,& ante ſecundũ gallicantũ bis iterũ negauit:
& ita trina negatio Petri ante primũ gallicantum
eſt inchoata,& ante ſcdm cõpleta. Alij verò euãge
liſtæ,dicentes: priuſquã gallus cantet,ter me nega-
bis:]de inceptione trinæ negationis agũt:id eſt,tri
nam negationẽ inchoabis,ſed Marcus de cõpletio-
ne eius ſcripſit. [Et ait illi Petrus:Etiã ſi oportue-
rit me mori tecũ,nõ te negabo.]Intellexit enim ꝙ
timore mortis prędiceret eum eſſe negaturũ:& ob
hoc dicebat,ꝙ licèt periculum mortis imminer et,
nullo tamen modo ab eius fide diuelli poſſet.[Simi
liter,]id eſt,eodẽ amore & feruore, [& oẽs diſcipu
li dixerũt,]ac feruorẽ intrepidũ oſtenderũt, & per
ardorẽ mentis damnum mortis non timuerunt:ſed
non perſeuerauerũt:quia vana fuit pręſumptio hu
mana ſine protectiõe diuina. Chry. Hinc ergo ma
gnum diſcimus dogma:ꝙ non ſufficit deſideriũ ho
minis,niſi diuino aliquis potiatur auxilio. Et nota
ꝙ multiplex eſt ratio ꝙ deus permiſit Petrũ cade-
re. Prima,vt nullus de ſe præſumat. Secũda,vt plus

Petri caſus rationes.

H Chriſto,quàm ſibi quiſq; credat. Tertia,vt compri
meret eius audaciam. Quarta,vt alij exemplo eius
inſtruerentur, humanã fragilitatem excogitantes
& dei veritatem. Quinta, vt Petrus alijq; prælati
diſcerent,qualiter ſubditis cõpati deberent. Sexta,
vt error hęreticorũ confunderetur,dicentiũ ꝙ cha
ritas ſemel habita nõ amittitur, nec amiſſa iterum
haberi poteſt: cuius contrarium omnino in Petro
patuit.

ORATIO.

O Pie Ieſu,qui tranſiens de hoc mundo ad pa-
trem,poſtquam cœnaſti corpus tuum & ſan
guinem diſcipulis ob tui memoriam dediſti,
& nobis ſumendum reliquiſti: placuitq; tibi vt tuo
refecti corpore, & potati ſanguine, eſſemus os de
oſſibus tuis,& caro de carne tua. Peto ergo domine
& obſecro per virtutẽ huius ineffabilis ſacramenti
vt dignũ me facias gratia tua, & tanta rẽdẽptione
non frauder:& fac me tanti myſterij tua miſeratio
ne participẽ:vt per participationẽ veniam merear
peccatorũ optatã:& gratiã proficiẽdi in fide,ſpe,&
I charitate percipiam, & ad gaudia ſempiterna per-
tingam. Amen.

De ſermone domini in cœna. Caput LVII.

Ioan. 18. & ſequẽ. vſq; ad 16. Matth. 26. Mar. 14.

CIrca quintum verò ad omnem cumu
lum ſupereffluentem attende alia di
lectionis inſignia. Poſt egreſſum eiũ
Iudæ,cùm.ſ.mundi cum mundatore
remanſiſſent:& poſt alia ſupradicta
dominus Ieſus diſcipulos cõſolando fecit eis ſermo
nem pulcherrimũ:ignitis plenũ carbonibus dulce-
dinis & amoris.ſ. verbis dulciſſimis de cœli melle
mellitis,& de dei lumine luminoſis: quem ſcripſit
Ioannes ſpecialiter à deo delectus & his potatus.
Anſel. Tunc demum diuiniſſimi eloquij vberrima
inundatione conuentus ille ſacer ex ore tuo domi-
ne potatus eſt. Siquidẽ corruptus ille vter foras miſ
ſus fuerat, quem huius lympidiſſimi liquoris infu
ſione ſciebas indignum. Ex huius autem ſermonis
ornata ac veneranda & vtili magnitudine, quinq;
meditãda principaliter aſſume. Primum qualiter
prædicens diſcipulis diſceſſum ſuum,confortat eoſ

Cur poſt Iudæ abitum ſermo habit⁹.

dem. Dicebat namq;: [Filioli adhuc modicum vo
biſcum ſum:]id eſt modico tẽpore.ſ.vſq; ad captio- K
nem vel mortẽ:quia tunc fuit eius ſubtractus:vel ſe
cundũ quoſdã,vſq; ad aſcenſionẽ:quia vſq; tunc ap-
paruit eis corporaliter. Dicens autẽ,filioli,oſtendit
teneritudinẽ amicitiæ,& dilectionis ad eos. Dimi- Filioli.
nutiua enim,ſecundũ Priſcianũ,aliquãdo pro fami
liaritate,& amore dicuntur. Sic ergo nũc eos vocat
præ amoris teneritudine,quia cùm amici ab inuicẽ
recedũt,affectu amoris maximè inardeſcũt. Et ite
rum: [Adhuc modicũ].ſ. tempus erit, [& mundus
me iam non videt,]id eſt,amatores mũdi.[Vos au-
tem videbitis me,]& boni quidẽ cæteri: quia ſolis
bonis poſt reſurrectionẽ apparuit in carne. Et ite-
rum: [Non turbetur cor veſtrũ].ſ. de meo receſſu
per mortẽ,cùm ſit ad meam glorificationẽ,& ſpiri
tus ſancti miſſionẽ. Et in hoc docemur nõ turbari
de noſtris amicis in confeſſione fidei decedentibus:
nam eſt via ad eorum glorificationẽ & noſtrã ſub-
uentionẽ:quia amici noſtri exiſtẽtes cum deo,mul L
tò plus nos iuuare poſſunt,quàm viuentes in mun-
do.[Non turbetur inquã cor veſtrũ,] quia dixi me
moriturũ,ſed ſtabiliatur fide credentes me reſurre
cturũ·[neq; formidet,]propter tribulationũ inſtan
tiam ne dimittatis fidei conſtantiã:ſed perſeuerate
fortes vſq; in finem. Dominus intendebat animos
diſcipulorũ confortare contra duo.ſ. contra vnum
quod imminebat in pręſenti,quod erat eius paſſio:
& aliud quod timebatur futurum,ſcilicet ſuperuen
tura eius tribulatio. Vnde dicit eis:[Non turbetur]
& triſtetur cor veſtrũ:] ſcilicet de malo præſenti,
quantũ ad primũ,neq; formidet,]& timeat,ſcilicet
de futuro,quantũ ad ſecundum.[Crediris in deum,
& in me,]per cõſequens [credite:]qui ſum deus,&
quẽ etiam cõfeſſi eſtis deum. Vnum ſupponit.ſ.fi-
dem eorũ in deum:hac enim iam inſtituti erãt per
eum,& aliud præcipit.ſ. vt credant in ipſum: quia
eſt deus,& non homo tantũ. ſecundũ Aug. Ne mor
tem Chriſti tanquã hominis timerent, & ideo tur-
barentur,conſolatur eos etiã ſe deum eſſe cõteſtans
qui poſſit hominẽ ſuſcitare. [In domo patris mei
manſiones multę ſunt,] id eſt,diuerſæ participatio M
nes beatitudinis:quia ſecundũ differentias merito-
rum,ſunt etiã diſtinctiones præmiorũ, quaſi dice-
ret. Iam certi eſtis de paſſione mea, & tamen à me
expectate vitã æternã, ſecundum Aug. meritò tur
babantur,quando quidẽ fidentiori dictũ erat ꝙ ne-
garet dñm:ſed cùm audiunt de mãſionibus cœli, à
perturbatione recreãtur:certi poſt pericula ſe apud
dominũ manſuros,quod ſignificant multæ mãſio-
nes. Et iterum: [Vado parare vobis locũ] tam pul-
chrũ,tam delectabilẽ moriendo,reſurgendo,in cœ
los aſcẽdendo. Et [iterum venio] in iudicio apparẽ
do[& accipiã vos ad meipſum]ad beatitudinẽ cor-
poris & animæ[vt vbi ego ſum & vos ſitis,]ſcilicet
in æterna beatitudine. Iam vt dixerat paratę erant
mãſiones,ſcilicet in prędeſtinatione,ſed tamen ad-
huc parandæ erant ab eo redemptionis opere,& ab
ipſis meritoria operatione. O domine, para quod
paras:nos ſcilicet tibi,& te nobis: vt ſit multitudo
manſionũ pro diuerſitate meritorum. Alius plus,
alius minus participes tui erimus. Et iterum,[non
relinquam

Turbandi non eſt de morte ſſ lis.



relinquã vos orphanos:]in quo indicat ſe eſſe patrẽ
A illis:[vado & venio ad vos,]ſpiritũ.ſ.mittendo:hoc
autem dicit,ne putaretur ſpiritũ mittere ſine ſe. Et
iterum:Pacẽ.ſ.pectoris relinquo vobis:quæ triplex
eſt in homine.ſ.ad ſeipſum,ad deũ,& ad proximũ
pacem meam,ſcilicet æternitatis,do vobis:ſi in pa
ce prima perſeueraueritis. ſecundum Aug. Pacem
nobis relinquit in hoc ſeculo, qua hoſtẽ vincamus:
& qua nos inuicem diligamus. Pacem ſuam dabit
nobis in futuro:quãdo ſine hoſte,& ſine diſſenſione
regnabimus. Et bene dicit[pacẽ meam,]ad diſtin-
guendũ pacem ſanctorũ à pace mundi,quæ eſt ma
gis apparens & ficta,quàm vera. Vnde ſubiungit:
[nõ quomodo mundus dat,ego do vobis:] quia mũ
dus dat carnaliter,ego ſpiritualiter: mundus tẽpo-
raliter:ego æternaliter:mundus exterius,ego inte-
rius. Et iterum, [ſi diligeretis me, gauderetis vtiq;
de receſſu meo,quia vado ad]exaltationem meam:
B ſcilicet[quia vado ad patrẽ,qui maior me eſt.]Au-
guſt. quia naturæ humanæ gratulandũ eſt,eo ꝙ ſic
aſſumpta eſt à verbo vnigenito,vt immortalis con
ſtitueretur in cœlo:atq; ita fieret terra ſublimis, vt
incorruptibilis puluis ſederet ad dexteram patris.
Quis non hîc gaudeat,qui ſic diligit Chriſtum: &
ſuam naturã iam immortalem gratuletur in Chri
ſto,atq; ipſum ſperet futurũ eſſe per Chriſtum? Et
iterum:[Expedit,]id eſt,vtile eſt[vobis,vt ego va-
dam:]ſcilicet ad patrem aſcẽdendo,vt ſpiritualiter
me cognoſcatis,& carnaliter iam me noſſe deſiſta
tis:ne verbo carnem facto, quaſi lacte cõtenti ſitis.
Et verè expedit:[ſi enim nõ abiero,paracletus non
veniet ad vos: ſi autem abiero, mittã eum ad vos.]
Si hanc carnalem dilectionem à vobis abire non
fecero:non eritis digni vt paracletus veniat ad vos:
quandiu enim de me carnaliter ſentietis,non eritis
idonei vt ſpiritũ ſanctum recipiatis. Non ꝙ poſitus
in terra non poſſet dare,ſed quia illi nõ ſunt idonei
accipere,niſi eum ſecundũ carnem noſſe deſiſtant:
quò magis ſpirituales effecti magis ad cœleſtia am
plectenda eius deitate anhelant. In tantũ enim mun
dus eſt ſpiritus,ꝙ in nullo quieſcit,niſi in eo qui o-
C mnino eſt ſpiritualis:nullo carnali ſolatio impedi-
tus. Ber. Delicata eſt diuina conſolatio, & non da-
tur admittentibus alienam. Hugo: Idcirco nimirũ
dominus Ieſus diſcipulis ſe ſubtraxit corporaliter,
vt eum diſcerẽt amare ſpiritualiter. Aſcendit ſiqui
dem in cœlũ, vt corda poſt ſe traheret, vt dilectio
pergeret poſt dilectũ. Sed & vſq; hodie Chriſtus a-
micos ſuos, quaſi quadã corporali præſentia conſo
latur in ſcriptura ſacra,& eccleſiæ ſacramẽtis,atq;
alijs viſibilibus exercitijs virtutũ,quorum aliquan-
do diſpenſatoriè ſubtrahit vſum,vt ſpiritualis amo
ris dulcedinem:tantò prius percipiant,quò nihil fo
ris habent etiam in opere virtutis ad quod mentem
ſuam per intentionẽ effundant. Hæc Hug. Penſan-
dum ergo eſt quia ſi præſentia carnis filij dei impe
dit ſpiritus receptionẽ:quantò magis carnalis affe-
ctus in nobis impediat eandem? Hæc & his ſimilia
eis dicebat,quæ corda ipſorũ totaliter penetrabãt.
Non enim de ſuo diſceſſu aliquid pacificè tollerare
poterant. Secundò circa ſermonem mediteris,qua
liter cordialiter & inſtanter dominus Ieſus inſtru

Pacem relinquit Chriſtus.

Humanæ naturę fœlicitas ex incarnatione dominica.

Amor terrenus amouendus eſt

Diuina cõſolatio.

Præſentia carnis Chriſti impediebat.

xit diſcipulos pluribus vicibus in charitate ſeruan- D
da,dicens:[Mandatum nouum do vobis,]quod ſci-
licet diſpoſiti ad meã ſequelam eritis videlicet [vt
diligatis inuicẽ, ſicut dilexi vos:] hac enim via ſe-
quendus eſt dominus. Non dicitur nouũ quantum
ad ſubſtantiã,quia fuit datum in veteri lege: quæ
etiã præcipit proximos diligere: non tamẽ pro eis
mori:ſed dicitur nouũ, quantũ ad mandati formã:
ſicut ipſe dilexit nos,qui etiã mori dignatus eſt pro
nobis. Vnus modus renouandi vinũ vetus eſt, quan
do amiſit colorẽ & ſaporẽ,ponendi ipſum cum vi-
no nouo & forti:quia ibi recipit colorẽ & ſaporem
ex feruore vini,& ſic dicitur renouari. Mandatum
de dilectione fuit valde antiquũ,& iam quaſi nulli
ſapiebat:ideo paſſio Chriſti, in qua fuit maximus
feruor dilectionis, quaſi vinum fortiſſimum illud
mandatũ renouauit: dicitur etiã nouũ mandatum
ab effectu,quia animã renouat, & hominẽ nouum
facit:dilectio enim talis confert nouitatẽ,& aufert
vetuſtatẽ. Et iterum[in hoc,]ſcilicet ſigno,quaſi in
meo proprio charactere[cognoſcent,] omnes aper
tè,[quia mei eſtis diſcipuli:]diſciplinis meis imbu
ti,& de ſchola mea inſtructi:non ſi dęmonia eijcia E
tis,vel alia ſigna faciatis:ſed ſi dilectionẽ habueri-
tis adinuicẽ: hoc eſt enim quod maximè deſiderat
dominus. Quicunq; cõnumeratur militiæ alicuius
regis,debet portare inſignia eius. Inſignia aũt Chri
ſti ſunt inſignia charitatis:quicunq; ergo vult annu
merari militiæ Chriſti,debet charitatis characte-
re inſigniri. Aug. tanquã dicens: Alia munera mea
habent vobiſcũ etiã non mei: non ſolũ naturã,vitã,
ſenſum,rationẽ,& eam ſalutẽ quæ hominibus pe-
coribuſq; cõis eſt, verumetiã ſacramenta, prophe-
tiam,ſcientiã,fidẽ,diſtributionẽ rerum ſuarũ pau-
peribus,& traditionẽ corporis ſui vt ardeãt:ſed quo
niam charitatẽ non habẽt, vt cymbala cõcrepant:
nihil ſunt,nihil eis prodeſt. Hic eſt fons cui nõ cõi-
cat alienus:id eſt,dilectio ſola diſcernit inter filios
dei & filios diaboli. Signẽt ſe oẽs ſigno crucis Chri
ſti: reſpondeãt oẽs, amen:cantent oẽs alleluia,bapti
zentur oẽs,intrent eccleſias,faciãt parietes baſilica
rum,non diſcernuntur filij dei à filijs diaboli, niſi F
charitate. Quicquid vis habe,hoc ſolũ ſi nõ habeas,
nihil tibi prodeſt. Alia ſi non habeas: hoc habe, &
impleſti legẽ. Hæc Aug. Et iterũ: [Hoc eſt præce-
ptum meũ vt diligatis inuicem,ſicut dilexi vos:]id
eſt,vt diligatis opere,vt quod tibi vis fieri,facias al-
teri:& qđ tibi nõ vis fieri,nec tu alteri facias. Vbi
notandũ ꝙ tripliciter dilexit nos Chriſtus. Gratui
tè,quia in dilectione nos præuenit:ipſe enim ince-
pit,nec expectauit ꝙ nos inciperemus diligere. Sic
ergo & nos debemus prius diligere proximos, non
expectãtes præueniri ſeu beneficiari. Et multò ma
gis debemus deum diligere,quia ſecundũ Aug. nul
la eſt maior ad amorẽ inuitatio, quàm præuenire
amando:& nimis durus eſt animus qui dilectionẽ,
& ſi nolebat impendere,nolit & repẽdere. Dilectio
ergo dei cauſa eſt dilectionis noſtræ:ſed non econ-
uersò:nõ enim quia nos diligimus deũ, diligit nos:
ſed quia diligit nos,diligimus eum:& quia eum,&
proximũ. Et quia per charitatẽ Chriſtus ad nos re
dimen dos venit,ſectemur charitatem:vt per hanc,

Mandatũ nouũ quõ.

Inſignia militum Chriſti.

Dilexit nos Chriſtus tripliciter.

cua ad nos Chriſtus deſcēdit dilectionis viam, etiā

G

nos ad ipſum poſſimus aſcendere. Item efficaciter quod patet per opus dando ſeipſum,& ponēdo animam pro nobis:quia probatio dilectiōis,exhibitio eſt operis. Nos ergo hoc exēplo efficaciter & fructuoſè inuicē diligamus.

1.Ioan.3.

Secundū illud Ioan. Non diligamus verbo,neq; lingua:ſed opere & veritate. Et multò magis deum diligamus, vt ſermonem & mandata eius ſeruemus.Itē rectè,quia hāc dilectionem ad noſtrā beatitudinē ordinauit, & vt ad deū nos traheret:non ſicut homines ſeſe inuicē carnaliter,& pro commodo terreno diligētes. Sic ergo & nos in proximis,nō qđ beneficij eſt,ſeu dilectionis ſed qđ dei eſt debemus diligere:& inuicē ad hoc vt deū habeamus.

Amici triplices.

Sunt enim amici naturæ,& ſunt amici fortunæ,& ſunt amici gratiæ, & hi vltimi ſoli approbātur à deo.Licèt enim in dilectione proximi,includatur dilectio dei,tanq̄ principalior:quia proximus nō eſt diligēdus, niſi propter deū:tū ſaluator hîc magis facit mentionē expreſſam de dilectione proximi,quàm dei:cùm dicit,inuicem:quia intēdebat apoſtolos inducere ad ædificationē,& cō

H

ſolationē fideliū:& ad perferēdas tribulationes perſecutorū,ad qđ neceſſaria eſt charitas proximi,quę tū vt dictū eſt,includit charitatē dei. Et iterū:[Maiorem hac dilectionē nemo habet, vt animā ſuā ponat quis pro amicis ſuis.]

Dilectio ſumma.

Dilectionem vocat hîc ſignū,& probationē dilectionis,id eſt,exhibitionem operis,trāſferens de cauſa ad effectū. Et quidē nullum maius dilectionis argumentū eſt,quàm ponere animā pro amicis: hoc enim eſt vltimū ſignum amoris:vltra qđ non eſt aliud inueniri.

Amoris ſigna quatuor.

Amor nāq; per quatuor ſigna pōt manifeſtari. Primò,per verba:quando enim cor abundat in amore,tūc os abūdat in ſermone: quia ex abundātia cordis os loquitur.

Matth.12.

Secundò,per collata beneficia:& iſtud eſt maius ſignū quàm primū:quia multi ſeruirent de verbis ſuis,qui non ſeruirēt de ſuis rebus. Tertiò, per obſequia perſonalia:& iſtud eſt adhuc maius ſignū quàm primū vel ſecundū: multi enim ſeruirent de ſua ſubſtātia,qui nō ſeruirēt de ſua perſona. Quar

I

tò per aduerſa,quādo.ſ.quis pro amore amici ſe exponit morti:multi enim darēt perſonā ad ſeruiendum,qui non darent animā ſuam ad moriendū. In hoc ergo ꝙ Chriſtus pro nobis crucifigi & mori voluit,infinitam nobis charitatem oſtendit. Greg. Mori etiā pro amicis dominus venerat,& tamē poſiturū ſe animā pro amicis dicebat: vt nobis oſtenderet,quia,cùm diligendo lucrū facere de inimicis poſſumus, etiā ipſi amici ſunt qui perſequūtur.

Mori debemus pro fratribus.

Cōſequens ergo eſt, vt quemadmodū Chriſtus animā pro nobis poſuit,ſic & nos animas pro fratribus ponamus.

Diligēda quatuor.

Quatuor enim ſunt diligenda per ordinem ex charitate:ſcilicet,deus,anima, proximus,& corpus:& ideo cùm charitas ſit ordinata, pro ipſo deo (qui eſt primū & maximū diligibile) ex charitate debēt alia tria exponi,ſicut minus pro maiori: pro anima verò propria debet proximus & corpus proprium contemni, & pro ſalute proximi debet vita corporalis exponi. Et iterum:[Hæc mādo vobis vt diligatis inuicem:]quia aliter nullum ſolatium habebitis,niſi in vobis inuicem habeatis, ſed abſq; dilectione:ſolatium,& conſolationem in vobis inuicem habere non poteſtis.

K

Charitatis excellētia.

Præceptū dilectionis ſemper inculcat,& tanquā ſola dilectio præcipiēda ſit, eam ſemper cōmendat. Et reuera ille qui ait: habe charitatē,& fac quæcunq; vis:quaſi ſolam charitatem viſus eſt præcepiſſe:& meritò: quia ipſa valet ſine vſibus multarū virtutū: ſed cætera omnia non valent ſine ea. Vnde ſecundum Greg.de dilectione quaſi de ſingulari mandato dominus loquitur:quia omne mandatum de ſola dilectione eſt, & omnia vnū præceptū ſunt. Quicquid enim præcipitur, in ſola charitate ſolidatur. Multa ſunt per diuerſitatē operis vnum in radice dilectionis. Et plura alia huiuſmodi ad dilectionē incitantia dominus dicebat, quæ Ioannes hîc conſcripſit.

Dilectio ab Ioanne præcipuè præcipitur.

De dilectione fraterna nullus apoſtolorū, tantum loquitur quantū Ioannes,& hîc & in epiſtolis ſuis. Legitur etiam de eo ꝙ iam ſenex effectus portabatur ad eccleſiam à diſcipulis ſuis,vt fideles inſtrueret:quibus hoc tantum dicebat. Filioli diligatis inuicem,& in hoc eſt perfectio diſcipline Chriſtianæ. Vnde dicitur ſpecialiter à deo dilectus: non ſolū propter priuilegiū

L

virginitatis,ſed etiā propter ſpecialitatem charitatis. Tertiò,circa ſermonē mediteris: quomodo monuit eos ad obſeruantiā mandatorū ſuorum, dicēs: [Si diligitis me,mandata mea ſeruate: ] implendo ea facto,& opere:quaſi diceret,non oſtēdatis amorem quem habetis ad me fletu ſolum: ſed in obediētia mandatorum. In hoc enim mundi huius poteſtates ſuos amicos & fideles probant & cognoſcunt, ſi eis obediunt,& eorū mandata cuſtodiunt:qua ſecundum Gregorium, probatio dilectionis exhibitio eſt operis. Et iterum: [Qui habet mādata mea & ſeruat ea,ille eſt qui diligit me:]ſcilicet opere& veritate, & non tantū lingua & ſermone:hoc eſt ille habet verā dilectionē ad me. Aug. Qui habet in memoria,& ſeruat in vita: qui habet in ſermonibus,& ſeruat in moribus. Qui habet audiendo,& ſeruat perſeuerando [ ipſe eſt,] inquit [ qui diligit me.] Opere eſt demonſtrāda dilectio: ne ſit infructuoſa nominis appellatio. Vnde & Ioannes,qui dicit quia diligit deum,& mādata eius non cuſtodit,

M

mendax eſt. Et iterū:[Si quis diligit me,] id eſt,dilectionē in me tēdit:[ſermonē meum ſeruabit,] id eſt, mandata mea ad faciendū ea: quia obedientia procedit ex amore,qui eſt in corde. Sermonē ergo & verba dei tūc ſeruamus,quādo facimus quæ pręcepit,& diligimus quæ promiſit. Qui autē verba tenet per memoriā,& non cohæret illis per obediētiam:non ſunt ei in beneficiū,ſed in damnationis teſtimoniū. Greg. Verè diligimus, ſi mādata eius ſeruamus,verè diligimus,ſi à noſtris nos voluptatibus coartamus. Nā qui adhuc per illicita deſideria defluit,profectò deū non amat:quia ei in ſua voluptate contradicit. Ille ergo verè amat, cuius videlicet mentē delectatio praua,ex cōſenſu nō ſuperat. Nā tantò quiſq; à ſuperno amore diſiungitur,quātò inferius delectatur. Hęc Greg.

Mandatorum obſeruatio.

Et iterū:[Si præcepta mea ſeruaueritis,manebitis ī dilectiōe mea:]id eſt ex hoc ſcietis vos dilectos à me,ꝙ in dilectiōe mea quia vos diligo,& in gratia mea manetis, ſi præcepta mea ſeruaueritis. Seruatio enim mandatorum,

eſt effectus



eſt effectus & ſignum diuinæ dilectionis:nō ſolum

A

eius qua nos diligimus , ſed & eius qua ipſe diligit nos:ex hoc enim quòd ipſe nos diligit , monet nos & ad implendum eius mandata , quæ impleri non poſſunt niſi per gratiā. Oſtendit ergo,ſecundū Auguſt.non vnde dilectio generetur,ſed vnde mōſtraretur:vt nemo ſe fallat,dicēdo quòd deū diligat , ſi eius præcepta non ſeruat. Nam intantū deum diligimus,inquantū eius præcepta ſeruamus: inquantum aūt minus ſeruamus,minus diligimus. Nemo præcepta ſeruat,qui nō diligit:& nemo diligit,niſi qui ſeruat. Nec prius ſeruamus præcepta , vt nos diligat Chriſtus:ſed niſi nos diligat,ea ſeruare non poſſumus. Et iterū:[Vos amici mei eſtis,ſi feceritis quę ego pręcipio vobis:]id eſt,ſi opera oſtenditis amicitię & dilectionis:quia impletio præceptorum eſt ſignū dilectionis,& præceptū eſt ſignū ſuæ voluntatis:& ideo ſi ea quæ præcepit nō facerent, voluntates nō conſonarent: & ſic amici nō eſſent.

Amicus quis.

ſecundum Greg. Amicus,quaſi animi cuſtos dicitur. Vnde non immeritò qui voluntatē dei in pręceptis eius cuſtodire dicitur, illius amicus vocatur:& ſecū

B

dum eundem, Magna eſt miſericordia redēptoris, & dignitas hominū,eſſe amicos dei. Sed audiſti gloriam dignitatis,cùm dicitur:[vos amici mei eſtis:] audi & laborē certaminis,cùm ſubditur: [ſi feceritis quæ ego pręcipio vobis.] Vnde & ait Aug. Cùm ſeruus bonus eſſe non poſſit , niſi præcepta domini ſui fecerit:hinc amicos ſuos voluit intelligi , vnde boni ſerui poſſunt probari. O magna bonitas dei. Cùm ei pro cōditione reddere debeamus obſequia: vtpote ſerui domino, famuli deo , ſubiecti potenti, mancipia redēptori,amicitiarū nobis pręmia promittit,vt à nobis obſequia debita ſeruitutis extorqueat:vt quos nolle ſeruire conſpicit,ſponte ſuorū beneficiorum poſſit promiſſionibus inuitare. Hæc Augu. Nullus ergo ſine operis atteſtatione credat ſe deū diligere:ſed,vt ait Grego. de dilectione conditoris lingua,mens,& vita requiratur.

Amor dei non eſt otioſus.

Nunquam eſt dei amor otioſus:operatur etenim magna ſi eſt: ſi verò operari renuit , amor nō eſt. Nemo itaque debet credere quòd deū diligat, qui eum ſæpe cor

C

de nō cogitat,qui eum ſæpe ore nō laudat, qui eius mandata opere nō ſeruat. Grego. Si ab aliquo quęratur,vtrū deum amat: liberè reſpōdet,ita: ſed cōſtat vt ipſe dicit quòd probatio dilectionis,exhibitio eſt operis:ergo ſi verè deū diligis,quærendū eſt à corde,ab ore,ab opere. Primò à corde,quia quod amat de eo ſæpe cogitat. Vnde luxurioſi ſæpe cogitant de delitijs carnis , auari de diuitijs , ſuperbi de eminentijs,& viri verè ſpirituales de diuinis. Si ergo non ſæpe de deo cogitas,nō credas te verè amare eū. Item homo maximè de eo cogitat,quod præ cæteris amat:ergo ſi de mūdo magis quàm de deo cogitas,mundū magis quàm deū amas. Secundò,ſi deum diligis,à lingua tua requiras : quia ex abundantia cordis os loquitur.

Lucæ 6.

Nam idē eſt verbum cordis & oris,ſed in corde eſt nudū,in ore veſtitū: lingua ergo libenter illum nominat,quē cor amat: & ideo ſi plus de mūdo,quàm de deo fatur:magis mūdum,quàm deum diligere conuincitur . Tertiò,an deum diligas,ab opere tuo requiras : non enim poteſt ignis eſſe, & non ardere. Si ergo ignis diuinus eſt in corde tuo , nō poteris vacare otio : ſed ſi otio

D

vacas,ignem non habes:quia vt dictum eſt : charitas non eſt otioſa:operatur enim,ſi eſt:ſi operari renuit,charitas non eſt.

Diligere veraciter deum,quo modo poſſumus.

Ad hoc ergo quòd quis Chriſtum veraciter diligat : neceſſe eſt vt deo amando nihil præponat,& proximū ſuum ſicut ſe diligat, ac dilectionē corde,ore,& opere oſtendat: hoc etiā quod dictū eſt,[Vos amici mei eſtis:]dupliciter poteſt intelligi, ſecundū quòd amicus dupliciter dicitur:ſcilicet qui amat , & qui amatur:& ſecundum vtrūque verū eſt quod ſubdit: [ſi feceritis quę ego præcipio vobis.] Quia & qui deū amant,mandata eius ſeruant:& quos deus amat,mandata illius ſeruant inquantū conferendo eis gratiā ſuam adiuuat ad ſeruandū. Sed,vt viſum eſt,mandatorum obſeruatio nō eſt diuinæ amicitiæ cauſa: ſed ſignum: ſcilicet quòd deus diligat nos,& quòd nos diligamus eum. Et plura alia huiuſmodi dominus tunc dicebat.

Patientiæ cōmendatio.

Quartò,circa ſermonē mediteris,qualiter dādo eis cōfidentiā circa preſſuras,quas eis prædixit eſſe venturas:præmunit & hortatur ipſos ad patiētiam,ne deficiāt in tribulationibus,dicens:[Si mun

E

dus vos odit,]id eſt mūdani:& amatores mūdi, qui diuitijs,delitijs,& honoribus ſunt dediti : [ſcitote] ad conſolationē veſtram, [quia me priorem vobis odio habuit.] Vnde ſcriptū eſt, odio habuerunt me gratis:quaſi diceret,ſecundū Chryſo. Scio hoc eſſe durū & difficile:ſed propter me patiemini:& ideo non dolere , ſed & lætari oportet : & ſufficit vobis in conſolationē propter me hæc pati:grandis conſolatio mēbris ex capite, quia nō debent conditionem capitis refutare. Vnde Augu. Cur ſe mēbrum ſupra verticē extollit? Recuſas eſſe in corpore,ſi nō vis odiū mundi ſuſtinere cū capite.

Odia mūdi tolleranda.

Deinde oſtendit,cur odit eos mūdus,ſcilicet quia nō ſunt de mūdo:id eſt,parte eius:nihil enim cōmune cum terra eſt eis,ſed cœleſtiū facti ciues:& propter hoc mundi odiū patienter eſt ſuſtinendum. Vnde Chryſoſt. Hoc eſt virtutis augmentū , à mundo odio haberi: vnde dolere oportet ſi à mundo diligeremini : hoc enim eſſet malitiæ veſtræ oſtenſiuū. Grego. Nam peruerſorū derogatio,vitæ noſtræ approbatio eſt:

F

quia iam oſtēditur nos aliquid iuſtitiæ habere , ſi illis diſplicere incipimus qui non placent deo . Et quia exēplo ſui,quo aliud maius & melius non eſt, monuit ad ferēda odia mundi : ſubdit quare ei debeāt imitari:q̄a ille dñs,ipſi ſerui.[memētote,inq̄t ſermonis mei,quē dixi vobis:Non eſt ſeruus maior dño ſuo. Si]pro q̄a, [me perſecuti ſunt,] quia ſum dñs:[& vos perſequētur,] qui ſerui eſtis:perſequentur vos in quibus ego ſum,& per cōſequēs me in vobis. Nō poteſt placere ſeruus, quibus diſplicet dñs, Chryſoſt. quaſi diceret:Non vos turbari oportet ſi communicabitis meis paſſionibus , quia vos non eſtis me potiores. Et iterum:[Mundus quidem,]id eſt mundani,in delitijs,diuitijs,& ambitione viuentes:[gaudebit:]tanquam de me triūphauerit : quia in triduo mortis Chriſti Iudæi mundo dediti ſunt gauiſi,credentes extinxiſſe totam ſectam Chriſti: [vos autem contriſtabimini,] de mea morte & abſentia,[ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium]

P 4 in reſurre

in reſurrectione, & apparitione, ſeu pręſentia &
**G** aſcenſione,& maximè in ſpiritus ſancti miſsione.
Contriſtati enim ſunt de morte domini, ſed mox
de reſurrectiōe lætati. Nam poſt lachrymationem
**Triſtitię libēter ſuſtinendę.** & fletũ,infudit deus exultationẽ & gaudium. Vbi
notandum ꝙ ſi cui promitteretur, ab eo qui eſſet
verax & potẽs facere promiſſum, ꝙ omnes illius
lapides verteret in aurum: vtique ille congregaret
hincinde lapides, quàm poſſet plures & maiores.
Nunc igitur promittitur nobis ab ipſo qui veritas
eſt,& potẽs ſuper omne quod eſt, ꝙ triſtitia noſtra
vertetur in gaudiũ:ideo multùm libenter debemus
ſuſtinere triſtitias,& preſſuras huius mundi,in au-
gmentum noſtri gaudij:vnde non dixit poſt triſti-
tiam veſtrã vobis erit gaudiũ: ſed ait, [triſtitia ve-
ſtra vertetur in gaudium:] ita ꝙ hoc ipſum, quod
eſt triſtitiã habere,in cumulũ gaudij conuertetur.
Ad oſtẽdendam aũt & mœroris & gaudij immen
ſitatem,inducit ſimilitudinẽ, declarando quod di-
xerat per exemplũ mulieris,in dolore partus triſti
tiam habentis:ſed in natiuitate pueri gaudiũ ſuper
**H** ueniens abſorbet in ea omnẽ triſtitiam pręceden-
tem. Deinde hoc paradigma,quod de muliere pro
poſuit dominus,exponit,& ſimilitudinẽ adaptat,di
cens:[Et vos igitur nunc quidẽ triſtitiam habetis,]
ſcilicet tẽpore meæ paſsionis & mortis, quaſi iam
parturientes:[iterũ autem videbo vos, & gaudebit
cor veſtrũ:] ſcilicet poſt meam reſurrectionẽ, [&
gaudium veſtrum nemo tollet à vobis:] quia vita
Chriſti quę fuit materia huius gaudij, erat dein-
ceps immortalis,nõ amplius auferenda per mortẽ.
Triſtitiã enim habuerũt paſſo domino: ſed poſt re
ſurrectionẽ gauiſi ſunt viſo domino,& gaudiũ eo-
rum non tollebatur ab eis:quia etſi poſtmodũ per-
ſecutiones,& tormẽta pro Chriſto paſsi ſunt:ſpe ta
men reſurrectionis & viſionis illius accenſi,liben-
ter aduerſa quæq; ferebant:imò gaudiũ exiſtima-
bant,cùm in tentationes varias inciderẽt. Poſſunt
autẽ & hæc ita intelligi,vt in diſcipulis vniuerſę lo
**Matt.28.** quatur dominus eccleſię,velut etiã ibi: ecce ego vo
**I** biſcum ſum,vſque ad conſummationẽ ſeculi. Mun
di enim amatores gaudẽt,quia in præſentibus dele
ctantur,nulla alterius vitæ gaudia ſperãtes: ſed bo-
ni in ęrũnis huius vitæ triſtantur,& plorãt pro pec
catis proprijs,& alienis,pro huius mũdi incolatu&
dilatione regni cœleſtis:& per huius vitæ tribula-
**Acto.14.** tiones & anguſtias,ad ęterna cõtendunt gaudia cœ
li:quia per multas tribulationes oportet nos intra-
re in regnũ dei. Dicens ergo dominus, [iterum au-
tem videbo vos:] ſecundũ promittit aduentũ,quoad
vniuerſam videlicet eccleſiã,ad remunerandum ex
integro. Ac ſi diceret,iterũ videndus apparebo vo-
bis æterna viſione,eripiã vos ab aduerſarijs, aſſu-
mam vos ad meipſum,coronabo vos victores,pro-
babo me ſemper vidiſſe vos decertãtes. Alchuinus:
**Mulier pariens, eccleſia eſt.** Mulier aũt ſancta eccleſia eſt, propter fœcũditatẽ
bonorum operũ,& quia ſpirituales deo filios gene-
rat:hæc mulier dum parit:id eſt dum in mũdo vir
tutum profectibus inſiſtit, dum vndiq; tentatur &
affligitur,triſtitiã habet de hoc,quia venit hora vt
**Epheſ.5.** patiatur: quia nemo carnẽ ſuam odio habuit. Sed
cùm peperit,id eſt cùm deuicto laboris certamine
ad palmam peruenerit,iam non meminit preſſurę
præcedẽtis,propter perceptę gaudiũ retributionis **K**
quia natus eſt homo in mundũ. Sicut enim mulier **Naſcitur, qui in cœlum migrat.**
nato in hoc mũdo homine lætatur:ita eccleſia na-
to in vitã æternam fideliũ populo, exultatione re-
pletur. Beda:Nec nouũ debet videri, ſi natus dica-
tur,qui ex hac vita migrauerit. Sicut enim cõſuetè
naſci dicitur,cùm quis de vtero matris procedẽs in
hanc lucem progreditur:ita poteſt natus appellari,
qui ſolutus à vinculis carnis ad lucẽ æternam ſubli
matur. Vnde ſanctorũ ſolennia nõ funebria,ſed na
talitia vocãtur. Deinde concludit concluſionẽ prin
cipaliter intentã:ad hoc eñ dixit prædicta omnia,
vt firmarẽtur cõtra tribulationes eis imminentes,
& aduerſa. Vnde ait:[Hæc omnia] quæ dixi,in ſer
mone iſto,[locutus ſum vobis,] ſcilicet ad hunc fi-
nem[& ideo vt in me pacẽ habeatis:] aduenientibus
tribulationibus futuris: quia ſicut graue quietatur
in loco proprio,ita cor humanũ in deo. Et inde eſt
quòd homines mundani,qui deo per amorem non
ſunt cõiuncti,habent tribulationes abſq; pace: ſed
ſancti, qui deũ per amorẽ habent in corde, etſi ex
mundo habẽt tribulationes, in Chriſto habent pa- **L**
cem. Hîc finit ſermonẽ ſuum,vt pius pater vtiliora **Pacis commendatio.**
ponens in fine,ſcilicet de pace ad quã omnes cona-
tur inuitare. Vnde gloſa: Nõ ſolũ quæ in cœna, ſed
etiam quę ab initio prædicationis ſuæ,& maximè
quæ in cœna hac de cauſa dicit, vt in illo pacẽ ha-
beant:pacẽ pectoris in pręſenti,pacẽ ęternitatis in
futuro. Hęc pax eſt pro qua Chriſtiani facti ſumus
pro qua ſacramẽtis imbuimur, pro qua flagellis &
alijs modis erudimur,pro qua ſpiritus pignus acce
pimus,pro qua in eũ credimus & ſperamus,& amo
re eius accẽdimur. Hæc eſt in preſſuris cõſolatio&
liberatio,vt hac in fine fœliciter regnemus cũ Chri
ſto. In hoc ergo ſermonẽ concludit,quia ipſe eſt cõ
ſummatio vię,& beatitudo patriæ. Augu. Hęc pax
finem tẽporis non habebit: ſed omnis piæ noſtræ
intentionis, actioniſq; finis ipſa erit. Et ſubiungit:
[In mũdo preſſurã habebitis,] ſcilicet ab humanis
hominibus vos perſequẽtibus: in me aũt pacẽ: qua- **M**
ſi diceret,ſecundum Gregor. Sit vobis de me inte-
rius, quod conſolando reficiat: quia erit de mundo
exterius, quod ſæuiendo grauiter premat. Sancti
enim viri nõ habent tribulatiões puras, quia habẽt
conſolationẽ dei admixtam: ſed mali habent eas
puras,nõ habentes conſolationẽ iſtam.[Sed cõfidi-
te,] id eſt,fiduciã in me habete: quia ego pro vobis
vici mundũ,& nõ præualebit:quaſi diceret,recur-
ratis ad me,& habebitis pacẽ in me: Chriſtus vicit
mundum,diripiendo & auferẽdo arma eius quibus
impugnat:hæc autẽ ſunt eius cõcupiſcibilia: Nam **1.Ioan.2.**
omne quod eſt in mundo,aut eſt cõcupiſcentia car
nis,quã deſtruxit per afflictionem & laborem:aut
concupiſcentia oculorũ, quam deſtruxit per pau-
pertatem:aut ſuperbia,quã deſtruxit per humilita
tem. In hac victoria Chriſti debẽt confidere ſancti
quia cõſideratione eius armati,& virtutibus muni-
ti,faciliter ſuperant tentationes mundi: propter
quod dicit Petrus Chriſto in carne paſſo:& vos ea-
dem cogitatione armamini. Qui ergo ſicut Chri-
ſtus iſta cõcupiſcibilia vincit,vincit mundũ. Et hoc
ſecundum



**Fides.** ſecundum Ioannem,facit fides noſtra:quia cùm ſit
**A** ſubſtantia ſperandorum,quæ ſunt bona ſpiritualia
& æterna, facit nos contẽnere bona corporalia &
tranſitoria. Et alia plura his ſimilia tunc dicebat:
Quintò,circa ſermonẽ mediteris,qualiter ipſe dñs
Ieſus,eo qui erat ad diſcipulos ſermone finito (de
quo,ſecundũ Bedam,in cœna locutus eſt vſque ibi:
ſurgite eamus hinc) deinde ſtando vſq; ad hymni
finẽ,cuius hoc initiũ eſt, tandẽ [ſubleuatis oculis,]
aſpiciens in cœlũ ſe ad patrẽ conuertit:& verba ad
**Orandi ratio ī Chriſto.** ipſum dirigens orare cœpit. Chriſtus non tantum
orauit ad aliquid impetrandum,ſed etiã ad dãdum
nobis orandi exẽplum:& ideo oratio ſua hîc deſcri
bitur optimis circumſtãtijs diſpoſita. Primò,reſpe-
ctu præcedentium:quia poſt ſermonem,& diſcipu
lorum inſtructionẽ, conuertit ſe ad orationem: ad
oſtendendum ꝙ cõplemẽtum boni operis eſt,à deo
requirẽdum:& vt quos inſtruimus verbo, iuuemus
orationum ſuffragio: quia ſermo diuinus maximè
habet effectum in cordibus audientium, cùm fulci
tur oratione,per quam diuinũ imploratur auxiliũ:
**B** & ideo finis ſermonis noſtri debet ad orationẽ ter-
minari. Secundò,reſpectu præſentium: quia orãdo
principaliter oculos leuauit ad cœlum,ad denotan-
dum ꝙ in oratione mẽs debet eleuari in deum: ꝗa
**Oratio quid.** ſecundum Damaſcenum, Oratio eſt aſcenſus men
tis in deum. Inter alias autẽ partes corporis, diſpo-
ſitio interior mentis maximè relucet in oculis: vbi
**Oculorũ leuatio.** enim amor,ibi oculus. Chryſ. Propter hoc in cœlũ
oculos leuauit,vt ſtãtes ſurſum aſpiciamus:nõ ocu-
lis carnis ſolũ,ſed & mentis. Sancti ergo quãdoque
erecti & eleuantes oculos ad cœlum erant, non vt
ſuperbi,ſed vt humiles:vt orationẽ ad deum dirigẽ
dam, & cœleſtia tãtum petẽda eſſe oſtendãt. Vnde
**Pſal.122.** Pſal. Ad te leuaui oculos meos, ꝗ habitas in cœlis.
Et non ſolum oculos,ſed & operationes noſtras in
deum referre debemus: ſecundum illud Threno.
**Thren.3.** Leuemus corda noſtra cũ manibus ad deum:in cœ
lis:per manus enim deſignantur operationes. Ter-
tiò,reſpectu ſequẽtium:quia articulo paſsionis ſibi
imminente,& preſſuris diſcipulorũ prædictis,ora-
**C** uit ad patrem ſuum:ad deſignãdum, ꝙ preſſuris &
tribulationibus imminentibus debet homo per ora
tionem recurrere ad deum:ſicut Moyſes, Suſanna,
& alij plures clamauerunt ad dominũ cùm tribu-
**Orauit Chriſtus pro ſe & ſuis.** larentur, & liberauit eos. Orat autẽ Chriſtus pri-
mò pro ſe,deinde pro mẽbris. Pro ſe orat,tum ſecũ
dum humanam naturã, tum ſecundum diuinã: ſe-
cundum humanã naturã,pro clarificatione in paſ-
ſione,pro clarificatione reſurrectionis, pro clarifi-
catione aſcenſionis,pro clarificatione iudicij quam
habebit in eo poſt illud. Secundum diuinã naturam
orat pro notitia,& manifeſtatione claritatis patris
& filij:in quibus intelligitur nexus & amor ambo
rum,ſcilicet ſpiritus ſanctus:quia medium ſæpe in
telligitur in extremis. Horum trium eadẽ eſt clari
tas,natura,eſſentia,eadem potẽtia, ſciẽtia, bonitas.
Poſtulat ergo ipſe Chriſtus claritatẽ ſuam,ab ęter-
no patre habitã, ad humanã cognitionẽ & notitiã
peruenire:ne ipſum purum hominẽ arbitrantes,de
paſsionis ignominia verecundiã recipiãt, ac de re-
ſurrectionis gloria deſperãtes à fide deficiant. Pro
membris dupliciter orat. primò,pro mẽbris credẽ-
tibus,& iam capiti adhærentibus:ſecundò,pro cre- **D**
dituris per verbum iam credẽtium. Orat ergo pro
diſcipulis & mẽbris iam credentibus,& recõmen-
dat eos patri dicens: [Pater ſancte ſerua eos,] con-
ſeruando à malo,& cuſtodiẽdo in bono:[in nomi-
ne tuo,] id eſt,in fide ac confeſsione,& veritate &
virtute nominis tui: [quos dediſti mihi,] pro fun-
damento eccleſiæ per eos fundandæ,per ſpiritualẽ
amicitiã eos mihi cõiungendo, [vt ſint vnum,] &
vniti per charitatẽ, [ſicut & nos] ſumus vnum,per
naturam:ita ꝙ ly, ſicut, non importat æqualitatẽ,
ſed quandam ſimilitudinem & imitationẽ longin-
quam. Sum ego filius tuus per naturam,ſicut & illi
filij tui & fratres mei per gratiã. vel ſecundũ Aug.
Vt quemadmodum pater & filius non tãtum ęqua **Vnũ eſſe cum deo.**
litate ſubſtantiæ,ſed etiã voluntate vnum ſunt: ita
& hi non tãtum per hoc ꝙ eiuſdẽ naturæ ſunt, ſed
etiam per eandẽ dilectionis ſocietatem vnum ſint.
Cuiuſcunq; perfectio nihil aliud eſt quàm partici-
patio diuinæ ſimilitudinis: intãtum enim boni ſu- **E**
mus,inquãtum deo aſsimilamur. [Ego pro eis ro- **Oratio ꝓ apoſtolis.**
go,] quoad efficaciam: [quia tui ſunt,] per æternã
prædeſtinationem: [non pro mundo,] id eſt,mũdi
dilectoribus,& perditis ſecundum tuã pręſcientiã.
Hoc dicit,quia efficacia ſuæ orationis tantũmodo
ad electos ſe extẽdit. Quãuis enim in ſe ſit efficax
pro oĩbus, tamen mali ponunt ſibi impedimẽtum,
ne ſint participes ipſius. Et licèt iam non eſſent de
mundo,adhuc tamen neceſſariũ erat eos eſſe in mũ
do:ideo ſubdit, [non rogo vt tollas eos de mundo:]
vel propter aliorum ſalutẽ, quia adhuc ſint mundo
neceſſarij: vel ꝓpter eorũ vtilitatẽ, quia in meritis
nõ ſunt cõſummati. vbi Beda: Quaſi diceret:iã im-
minet tempus vt ego tollar de mũdo,ideoq; neceſſe
eſt vt iſti nunc nõ tollãtur de mũdo, vt te & me pri
mùm annũtient mũdo. [Sed vt ſerues eos à malo,]
& defectu,in preſſuris eripiendo de periculis,& dã
do eis permanentiã in fide, & conſtantiã in tribu-
lationibus imminẽtibus. Hinc habes quia ſancti nõ
debent rogare,vt trãſeant,de mũdo,ſi adhuc eis cõ-
ueniens nõ eſt,ſicut nec iſtis cõueniens erat: [ſancti **F**
fica eos:] id eſt,cõfirma [in veritate] fidei catholi-
cæ,ac vitæ & doctrinæ:ſanctũ enim vno modo ſi-
gnificat idem quod firmum. Iſta autẽ confirmatio
apoſtolorum facta eſt à deo patre,qñ in die pẽteco-
ſtes miſit eis ſpiritum ſanctũ. Deinde orat pro toto **Oratio ꝓ cæteris fidelibus.**
fideli populo,dicẽs: [Nõ pro eis rogo tãtum: ſed &
pro eis qui] per totũ orbẽ [credituri ſunt in me.]
per verbum eorũ: ſcilicet per verbum fidei & euã-
gelij quod prædicauerunt: per quod oẽs in Chriſtũ
crediderunt, qui fidẽ illam habuerunt,quã apoſtoli
prædicauerunt. Quod verbum,dicitur eorum,non
quòd per eos tãtum ſit prædicatũ,imò & per Pau-
lum & alios quoſlibet prædicatores: ſed eis primò
& principaliter cõmiſſum eſt ad prædicandum,&
ab ipſis eſt primitus ac præcipuè prædicatum. Hoc
eſt verbum fidei prædicatum,verbum dei inſpira-
tum:per quod credidit latro,credidit Paulus,& ꝗ-
cunque vnquam credidit in Chriſtum. vnde ſecun-
dum Auguſtinum,omnes ſuos ibi intelligi voluit:
non ſolũ qui tunc erant in carne,ſed etiã qui futuri

 erant.

erant. Quotquot enim poſtea crediderunt in eum, G per verbũ apoſtolorũ ſine dubio crediderunt, & donec veniat credituri ſunt. Per hos euangeliũ miniſtratum eſt, & antequam ſcriberetur: & vtiq; quiſquis in Chriſtum credit, euãgelio credit. hæc Aug. [Vt omnes vnũ,] vnitate [ſint] fidei & charitatis, [ſicut & tu pater in me: & ego in te vnum ſumus:] in vnitate naturę & ſubſtantiæ: [vt & ipſi in nobis vnum ſint,] fide & charitate. vel ſecundum Auguſtinum, põt referri ad vnitatẽ amoris, ſic: [Sicut tu pater es in me, & ego in te, per amorẽ: [ita & ipſi ſint vnum in nobis,] per amorẽ: quia charitas facit vnum eſſe cum deo: quaſi diceret, ſicut pater diligit filium, & econuersò filius patrẽ, ita ipſi diligebant filium & patrem. Fructus autẽ vnitatis eſt, [vt mũdus] totus prædicatione eorum conuerſus [credat] & cognoſcat: [quia tu me miſiſti,] & ꝙ doctrina quam dedi eis ſit à te: ſic enim oẽs vnum erunt. Nã per nihil aliud manifeſtatur veritas euangelij, ſicut per charitatẽ fideliũ. vnde Chryſ. Nihil enim ſcãdalizat omnes, vt ab inuicẽ diuidi: ꝙ credentes fiãt H vnum, hoc ędificat ad fidẽ. [Et ego claritatẽ quam dediſti mihi dedi eis:] quia poteſtatẽ miraculorum per quam declarata eſt diuinitas Chriſti, dedit apoſtolis. vnde Chryſ. Claritatem dicit gloriã, quæ eſt per ſigna & dogmata, & vt vnanimes ſint. Vnde ſubdit: [Vt ſint vnũ ſicut & nos vnum ſumus:] id eſt, vt ſint in vera vnitate eccleſiæ, abſq; ſchiſmate.

Claritas.

vnde Chryſ. Hæc enim gloria, vt ſint vnum, etiam ſignis maior eſt. Ego in eis per gratiã & per charitatis ſpiritum, & tu in me per vnitatem naturæ & ſubſtantiæ, & per cõſequens etiã tu in eis per eundem ſpiritum.

Vnũ eſſe.

Vel ſecũdum Hilarium: Ego in eis, ſcilicet ſum per vnitatem naturæ humanæ, quam eandem habeo cum ipſis: & etiã quia do ipſis corpus meum in cibum ſacramẽtalem: & tu in me per vnitatem eſſentiæ: vt ſic ſint cõſummati, id eſt, perfecti in vnum: quia per vnionẽ humanitatis Chriſti ad deum facta eſt vnio totius craturæ. Vt ſint, inquit, cõſummati in vnum in præſenti, in vnitate charitatis & gratię per fidẽ: & in futuro in vnitate I gloriæ, & fruitionis diuinæ per ſpeciẽ. Ad hoc eñ tota tendit oratio, in qua pluries inculcat orãdo vt ſint vnum. Sic omnes orare debẽt pro vnitate gratiæ in via, & pro cõſummatione gloriæ in patria: vt hîc habeant vnitatẽ charitatis & gratię per fidẽ, & ibi vnitatem fruitionis & glorię per ſpeciem. In vnione charitatis cõſiſtit perfectio Chriſtianæ religionis: quia per hoc mẽbra eccleſiæ coniungũtur adinuicẽ, & capiti homini Chriſto, & vlterius ipſi deo: quia qui adhæret deo, vnus ſpiritus eſt: & ſic per conſequens primum principiũ, quod eſt deus, coniungitur homini, qui eſt quodammodo omnis creatura. Finis autem vnitatis eſt [vt cognoſcat,] tunc per ſpeciem [mũdus,] ex inimico amicus effectus, id eſt, credentes [quia tu me miſiſti,] & dilexiſti eos ſicut & me dilexiſti. vnde Aug. In filio quippe pater nos diligit: quia in eo nos elegit, Cùm igitur eorum quę fecit nihil oderit, quis dignè poſſit loqui quãtum diligat membra vnigeniti ſui, & quantò amplius ipſum vnigenitũ? Deinde petit cõiunctionem membrorum ad caput, dicens: [pater

Vnitas cũ capite.

quos dediſti mihi,] per veram fidẽ in tua prędeſtinatione ab æterno: [volo] id eſt, oro & deſidero: K [vt vbi ego ſum,] citò futurus, [& illi ſint mecũ,] id eſt, in æterna beatitudine: in qua etiam iam erat Chriſtus actualiter, quãtum ad animã, quę eſt pars principalior hominis, [vt videant claritatẽ meam quam dediſti mihi:] id eſt, diuinitatẽ meã: vel claritatem corporis mei glorificandi, vtramque enim claritatem, & ſecundum diuinitatẽ, & ſecundũ humanitatẽ ſancti in gloria videbunt: [quia dilexiſti me,] eſſentiali dilectione [ante mundi cõſtitutionem,] & ab æterno: hoc patet quantum ad Chriſti deitatem, ſimiliter quãtum ad humanitatẽ, inquãtum deus pater æternaliter prędeſtinauit ipſam ad hanc gloriã & exaltationẽ. In ipſo etiã dilexit nos ante mundi cõſtitutionẽ prædeſtinatione: quia mẽbra eius ſumus: & diligimur in illo qui totus diligitur: id eſt, caput & corpus. Eſt eñ in nobis tãquam in templo ſuo, nos autẽ in illo ſecundũ ꝙ caput noſtrum eſt. vbi Aug. In magnã ſpem dominus Ieſus ſuos erigit, qui maior eſſe nõ poſsit: audite & eſtote in ſpe gaudentes, vt eſſe poſsitis in tribulatione pa- L tientes: audite inquã, in quo ſpes noſtra leuetur attendite. Chriſtus Ieſus dicit audite, credite, ſperate, conſiderate quod dicit. [Pater, inquit, quos dediſti mihi, volo vt vbi ego ſum, & illi ſint mecum. Qui ſunt iſti quos ait à patre datos ſibi? Nónne illi de quibus alio loco dicit, nemo venit ad patrem, niſi pater qui miſit me traxerit eum? Et iterum: Quapropter omnibus mẽbris ſuis promittit hoc præmiũ, vt vbi eſt ipſe & nos cum illo ſimus. Nec poterit nõ fieri, quod omnipotenti patri ſe velle dixit omnipotens filius. hæc Augu. vnde & Anſel. Inter hæc cùm diſcipulos ſacratiſsima illa oratione cõmendans pater dixerit, pater ſerua eos in nomine tuo: inclina caput tuũ, vt merearis audire, volo vt vbi ego ſum & illi ſint mecum, bonũ eſt tibi hîc eſſe: ſed exeundum eſt. hæc Anſel.

Dati Chriſto à patre Ioan. 6.

O quàm dulciſsima orationis verba, antidotum, & remedium ad omnẽ aduerſitatem & peccatũ, cuius dulciſsimæ orationis principium & finis in pace & dilectione cõſiſtit: ad quã præcipuè (vt dictum eſt) tendit. Et multa alia dñs M Ieſus diſcipulis dicebat, quę verè corda deuota ſcindebant. Si ergo in ſermone quæ dicta ſunt attentè diſcuſſeris, & diligenter meditãdo ruminaueris, in eorum dulcedine requieſcens: meritò inardeſcere poteris ad tantam dignationẽ, benignitatem, prouidẽtiam, diligẽtiam, & charitatẽ: & circa alia per dominum hoc ſero geſta. Ex quibus poteris colligere faſciculum contra omnẽ tentationem & aduerſitatem, ſalubre cõſolationis remediũ.

Orationis dulcedo.

Inter oĩa enim memorialia Chriſti, præcipua recordatione conſtat eſſe digniſsimum finale illud ſacratiſsimæ cœnæ conuiuium, in quo non ſolũ agnus paſchalis proponitur ad edendum: verũetiam agnus immolatus, qui tollit peccata mũdi, ſub ſpecie panis præbetur in cibum.

Cœnę excellentia.

In quo quidem conuiuio mira dulcedo bonitatis Chriſti refulſit, quando cum pauperculis illis diſcipulis & Iuda proditore, eadem menſa & ſcutella cœnauit. Mirum claruit humilitatis exemplum, dum pedes piſcatorum & proditoris ſui rex gloriæ præcinctus lintheo ſtudio- ſiſsimè

Miranda in cœna.



ſiſsimè lauit. Mira patuit munificẽtiæ largitas, dũ A ſacerdotibus illis primis, & per cõſequẽs toti eccleſiæ, & orbi terrarum corpus ſuũ ſacratiſsimum, & ſanguinẽ verè in cibum dedit & potum. Mirus tãdem emicuit dilectionis exceſſus, quãdo in fine diligens ſuos tam dulci exhortatione confortauit in bono, Petrum ſpecialiter præmonens ad fidẽ & robur, & Ioanni cõferens pectus ad recubitũ dulcem & ſacrũ. O quã mira ſunt hæc omnia repleta dulcedine, illi dũtaxat animæ quæ ad tam celebre vocata cõuiuium, tãto mentis currit ardore, vt poſsit illud propheticum cãtare: Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, &c.

Pſal. 41.

Conſpice ergo dominum dum loquitur, quomodo efficaciter, deuotè & delectabiliter loquens, imprimit diſcipulis ſuis quæ narrat: & paſcaris in amenitate aſpectus & verborũ eius. Cõſpice etiã diſcipulos, quomodo ſunt mœſti, lachrymãtes & ſuſpiria dantes. Pleni eñ ſunt triſtitia, vt de hoc ipſa veritas teſtimoniũ B fert dicẽs: [Quia hæc,] ſcilicet de receſſu meo, [locutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrũ] & doletis me corporalibus ſubtrahi oculis. Inter alios autem cõſpice Ioannẽ, eidem familiarius cohęrentem qualiter attẽtè & diligẽter hũc dilectũ ſuum aſpicit, & tenerius anxiatus omnia verba eius recolligit. Ipſe enim ſolũmodo ea deſcribẽs tradidit nobis.

Ioanni benedicit.

Benedictus ipſe Ioãnes, qui ſupra pectus domini recũbens hæc potauit, & memoriter retinẽs nobis ea ſcripſit. Nullus ſic fideliter & familiariter domino adhæſit, vt Ioãnes. In cœna iuxta eũ ſedit, licèt eſſet iunior aliorũ: & quãdo captus fuit, ſecutus eſt eum in atriũ principis ſacerdotum: & nec in crucifixiõe, nec in morte, nec poſt mortẽ eum dimiſit, quouſque ſepultus fuit. Et quia dominus videbat diſcipulos formidare & timere: tum ratione temporis, quia nox erat: tum ratione loci, quia in ciuitate manifeſtè ſiſtebãt, ita vt frequẽter circunuoluerẽt oculos ad oſtium domus, quaſi imaginantes & expectãtes inuadi & capi ab hoſtibus: & propter hoc minus intẽdentes his quæ dicebat: ideo vt melius verba quæ dicturus erat intelligerent, & vt C ad locũ vnde tradẽdus erat veniret, inter alia eis diſcũbentibus dixit: [Surgite eamus hinc:] ſcilicet ad locum aliũ magis ſecurum & ſecretũ: vbi æſtimãtes vos ſecuros attẽtius audiatis verba mea, & melius attendatis ad ea quæ ſunt vobis dicẽda: ad locũ vnde tradẽdus ſum ad mortẽ, ad ſeparationẽ à vobis corporaliter in hoc mũdo, ad anguſtiam & paſſionẽ meã: & quicunque voluerit poſt me venire, abneget ſemetipſum: & tollat crucẽ ſuã & ſequatur me. Et ora eũ vt non ſinat te à ſuo latere ſeparari: ſed cõcedat tibi ſecũ ire, & eum ſequi, ſiue ad mortem, ſiue ad vitã. O quãtus pauor in diſcipulos intrauit, neſcientes quò vel qualiter ire deberent, & de ipſius ſeparatiõe plurimũ formidãtes. Meritò autem de tanto cõuiuio gratiæ reddendæ erant deo: & ideo poſt cœnã hymnũ, id eſt, cãticum diuinæ laudis dixit: & gratias egit, ſicut & ante cœnã fecerat: vt ſcilicet addiſcas, & ante cibũ & poſt cibum gratiarũ reddere actiones.

Hymnus dicendus.

Gratiæ poſt cibũ agendæ.

Vnde Chryſoſtomus: Audiãt quicũque velut porci ſimpliciter mãducantes cum ebrietate ſurgunt, cùm deceret gratias agere, & hymnũ cõcinere, & mẽſam deſinere: audiãt quicũque vltimã orationem in ſacris myſte- D rijs nõ expectant: vltima enim oratio miſſæ, illius hymni eſt ſignũ. Gratias ergo egit antequã ſacra myſteria diſcipulis daret, vt & nos gratias agamus hymnũ dixit poſtquã dedit, vt & nos hoc ipſum faciamus. Hæc Chryſoſto. Vbi & Beda: Simul etiam & hoc oſtendit, quòd amplectibile erat ſibi pro nobis mori: quia cũ tradẽdus erat deũ laudare dignatus eſt, docet & nos cùm in anguſtias incidimus, propter multorũ ſalutẽ non cõtriſtari: ſed deo gratias agere, qui in noſtra tribulatione operatur multorum ſalutẽ. Tandem multis cõpletis myſterijs, & hymno dicto, pro ſacramẽti inſtitutione, & nouæ vitæ denũtiatione, hora cõpletorij egreditur de loco cœnæ, cũ diſcipulis ſuis, ad locũ extra ciuitatem, ad quẽ ſciebat vẽturum proditorẽ, vltrò ſe offerẽs paſsioni: vt oſtẽderet ſe volũtariè ſubire mortẽ, & deſiderare noſtrã redemptionẽ.

Egreſsio Chriſti hora completorij.

Ille eñ locus E erat aptus ad capiendũ Chriſtũ: quia erat à ciuitate remotus, & ipſi quærebãt capere eum ſine ſtrepitu turbarũ. Præcedit ipſe, tu eũ ſequere, & cõſpice diſcipulos eũtes poſt eũ, & cũ eo, quomodo quilibet qui magis poteſt, magis eidem approximat, & cõgregatim pergentes (ſicut moris eſt pullorũ pergere poſt gallinam) impellunt eũ modò vnus, modò alius ex deſiderio appropinquãdi & audiendi verba ipſius. Ipſe verò libẽter & patienter ſuſtinebat ab eis, & tũc locutus eſt eis cõplendo ſermonem, eũdo per viam & in horto. Et iuit cũ illis verſus Orientẽ, [trans torrentẽ Cedron,] & vallẽ Ioſaphat, quæ eſt inter Hieruſalẽ & montẽ Oliueti à Septentriõe in auſtrũ porrecta, per cuius vallis medium currit idem torrens Cedron. Eſt aũt cedron genitiuus pluralis, qui Latinè cedrorũ dicitur: de quibus arboribus copia ibi erat in ripis torrentis eiuſdẽ: vnde ſic appellatur.

Vallis Ioſaphat.

Cedron genitiuus.

In hac valle eſt parua campi planities irrigua & nemoroſa, plenaque delitijs. Vallis verò nomen accepit à rege Ioſaphat ibi ſepulto, vbi à parte montis Sion in pede mõtis Oliueti, in ipſam vallẽ deſcendendo, eſt turris ſepulchrũ eius cõtinens. Cuius ad dexterã de rupe mõtis Oli- F ueti, exciſa & ſeparata domus duo cauata habet ſepulchra, ſcilicet Simeonis ſeni: & Ioſeph ſponſi Mariæ virginis.

Ioſeph ſepulchrum

Et [venit cũ illis in villã, quæ dicitur Gethſemani,] ad radicẽ, ſeu pedem mõtis Oliueti iuxta cãpum, qui Gethſemani dicebatur: vñ & villa ſic vocatur, vbi eſt eccleſia adhærens rupi, ſub qua apoſtoli erãt ſomno prægrauati, & intra erant canonici regulares cũ abbate, ſecũdum regulam beati Auguſtini, domino ſeruiẽtes. Et intrauit cũ ipſis in hortũ, qui in fine villæ erat, & ad villam pertinebat, vbi traditorẽ ſuum & armatos expectabat, ſciens omnia quæ vẽtura erãt ſuper eum, ſecũdum altiſsimæ diſpoſitionis arcanum.

Introitus in hortũ.

Et qui perſecutores ſuos, & omnia in manu ſua accepiſſe ſe nouerat: quia omnia dedit ei pater ĩ manus, ſpõte in manus perſequentiũ ſe ponebat. [Sciebat autẽ & Iudas traditor locum, quia frequẽter Ieſus cum diſcipulis ſuis illuc venire conſueuerat,] cauſa orandi ſecretius extra tumultum ciuitatis, & cauſa ſecretius loquendi cum diſcipulis familiariter inſtruendis.

ſtruendis. Itaque tradendus à diſcipulo, conſueti G ſeceſſus locũ & Iudæ notum adijt, quò facillimè reperiri poſſet: manifeſtũ ſe dãs ad capiẽdum, ne mortem timere, vel inuitus crucifigi putaretur. Vnde bene dicitur, quòd [hymno dicto exierunt,] ſecundum cõſuetudinẽ, [in mõtem Oliueti:] id eſt, verſus mõtem Oliueti: quia cõſuetus erat illuc ire, & morari de nocte, cauſa orationis. Nam ſecundum Chryſoſtomũ, cõſueuerat frequẽter extrà in oratione pernoctare, & ſtratus molitiẽ declinare: &, ſecundũ eundẽ, cõſuetudo Chriſti erat, vt maximè in ſolennitatibus, poſt cœnã diſcipulos ſeorſum ducere, & purũ à tumultibus locũ inquirere, ne mẽs impediretur ab auditiõe, & aliqua ſublimia de facto docere, quæ nõ erat phas alios audire. Cõpletorium poteſt dici: quia in ipſo cõpletur curſus diei. Similiter dñs noſter Ieſus Chriſtus, completo curſu prædicatiõis, & cœna illa ſingulari tam glorioſiſsimè celebrata & facta cũ diſcipulis ſuis, de qua cœna & de ſacratiſsimo dono corporis & ſanguinis

In oratione pernoctare ſolitus erat dominus.

Cõpletorium vnde dictum.

H eius, ibi tradito debes frequẽter deuotiſsimè cogitare: & quòd lotis diſcipulorũ pedibus, ac facto ſermone & dicto hymno, id eſt, gratiarum actiõe, exiuit cum diſcipulis ſuis verſus mõtem Oliueti, vbi capiẽdus erat & ab amicis ſeparãdus. Et quãdo complẽdum erat quod propheta dixerat, percutiã paſtorem & diſpergentur oues gregis. Vade & tu ſemper cum eo, & noli eũ deſerere, ne & ipſe deſerat te. Myſticè, Egreſſus eſt Ieſus extra ciuitatem vt nos egreſſuros de mũdanis, & mũdi habitatione ſignificaret, quãdo ſacrificiũ deo offerre volumus: & vt tumultũ hominũ fugere doceret, quãdo orare vel familiaria cum noſtris tractare intẽdimus.] [Egreſſus autẽ iuit trãs torrẽtem Cedrõ,] qui interpretatur, triſtis mœror, & ſignificat viã paſſionis, quã Chriſtus perambulare voluit: quia ſicut torrẽs torrore caloris ſolis cũ impetu deſcẽdit, ſic Chriſtus calore charitatis & luce veritatis ſuccẽſus fluctus paſſionũ impetum proprię volũtatis ſuſtinuit. Per hoc ergo ꝙ Chriſtus iuit illuc imminente ſua paſsiõe, ſignificatur quòd Chriſtianus ire volẽs ad

Zacha. 13.

Myſticè.

I martyrium, debet imminẽs ſupplicium præcogitare, & per patiẽtiam ſe armare. quia ſecũdũ Grego. Minus feriũt iacula quæ præuidẽtur: & tolerabiliora ſunt mala quæ præſciũtur. [Et venit in villam Gethſeman i,] quę interpretatur vallis pinguedinis: quæ interpretatio oſtẽdit, quã humilis, quàm deuota fuit Chriſti oratio quã ibi fecit: in valle eñ humilitas, & in pinguedine deuotio notatur: ſecundũ Remigiũ, dominus appropinquãs paſsioni in valle pinguedinis orauit, vt demonſtraretur quia per vallẽ humilitatis & pinguedinẽ charitatis pro nobis mortem ſuſcepit. Humiliauit enim ſe vſque ad mortem, & ex charitate poſuit pro amicis animã ſuam. In horto etiã orauit & capi voluit, vt oſtẽderet quòd ſatisfacere venerat pro peccato primorũ parentum commiſſo in horto: id eſt, in terreſtri paradiſo: vel quòd per paſsionem ſuam nos in hortũ paradiſi corõnãdos introducit. Dicitur etiam poſt communionem in montem Oliueti exiſſe & oraſſe: quod repręſentat proceſsio fratrum, quãdo poſt refectionem exit in oratoriũ, ad gratias agẽdum.

Cur in horto orauit & captus eſt.

Egreſſus in Oliuetũ

Per quod etiã datur intelligi, ꝙ virtute dominici ſacramẽti aſcẽditur ad culmẽ gratiæ & glorię. Si- K gnãter aũt, ſecundũ Orige. hymno dicto exierunt in mõtem Oliuarũ: per hoc deſignãs ꝙ poſt perceptionẽ tãti ſacramẽti fidelis homo nihil debet agere in cõualle, nec circa aliquod terrenũ ſe occupare. Sed, ſecũdum Hiero. debet aſcendere in mõtem Oliueti: id eſt, in virtutũ ſublimia, vbi eſt laboris refectio, & doloris ſolatium, ac veri luminis notitia apprehẽditur. Orauit ergo dominus in mõte Oliueti, huc in horto ad radicẽ eiuſdẽ mõtis: quod totũ viuũ eſt, & plenum figuris. Cùm eñ in mõte orat: ſurſum nos, & pro cœleſtibus habere cor in oratione, & ſublimia tãtum orando inquiri debere docet: cùm in valle, & hoc in valle pinguedinis, docet nos in oratione humilitatem & internæ deuotionis ac dilectionis pinguedinẽ ſeruare: & vt nõ geſtemus cor aridum à charitatis pinguedine. Meritò autẽ paſſurus dominus aſcẽdit in illum mõtẽ, vnde erat aſcẽſurus in cœlum, vt per hoc oſtẽderetur ꝙ per L tolerãtiam paſsionis aſcenditur ad quietem cœleſtis mãſionis. Vnde Hieronymus: In monte quidẽ Oliueti Ieſus vigilat & orat, tenetur ac ligatur: ac inde ad cœlos aſcẽdit, vt nos ſciamus quia inde ad cœlos aſcendimus: vnde vigilamus & oramus, ligamur, & non repugnamus in terra. Hic mons Oliueti omni acceptione eſt dignus, in quo dominus frequenter morari & orare, ac multa & mira operari dignatus eſt. Eſt autẽ in hoc mõte eccleſia, in qua cũ abbate nigri monachi eſſe ſolebãt. Potes autem meditari, ꝙ dominus Ieſus dedit nobis in iſto ſero exemplum quinque magnarum virtutum: ſcilicet humilitatis, in lauãdo pedes diſcipulorũ: charitatis, in ſacramẽto corporis & ſanguinis ſui, & in ſermone qui eſt monitis charitatis plenus: orationis, in orãdo in horto tribus vicibus: patiẽtiæ, in ſuſtinẽdo proditorem ſuũ, & multa opprobria, quãdo fuit captus & ductus vt latro: obediẽtiæ, in eundo ad paſsionẽ & mortem ex patris præcepto. In his ergo virtutibus & alijs eũ pro poſſe imitari cõneris. M

Oliueti mons dignus.

Quinque virtutum exempla.

ORATIO.

Benigniſsime Ieſu, qui pro credẽtibus & credituris in te, ante tẽpus paſsionis patrẽ ſuppliciter exoraſti: rogo dñe tuã clementiã & miſericordiã pro illis, & pro me, & pro omnibus mihi cõſanguinitate, affinitate, familiaritate, beneficio, oratione, recommẽdatione, vel quocũq; cõiunctis, ſeu cordi meo inſertis: & vniuerſaliter pro omnibus fidelibus, tã viuis quã defunctis. Vt nobis viuis & gratiã in præſenti, & gloriam in futuro exhibeas: ac defunctis miſericordiam & requiem ęternam indulgeas: & tu qui omnium redẽptor es, etiã eorum ſaluatorem te oſtendas. Amen.

## De paſsione domini noſtri. Caput LVIII.

Ocurrit nunc, vt paſsionem domini noſtri Ieſu Chriſti tractemus, de qua ad minus ſepties in die recordari deberet Chriſtianus. Vnde dicit Bernardus: Quòd quotidiana lectio Chriſtiani, debet eſſe recordatio dominicæ paſsionis: & quòd nihil ita accendit cor humanum, quẽ-

Paſsionis dominicæ recordatio.

admodum



admodũ ſæpe & ſedulò recogitata paſſio & humanitas ſaluatoris. Qui ergo in cruce & paſsione do- A mini deſiderat gloriari, ſedula meditatione debet in ea perſiſtere: quæ præcipuè inter cætera debet cordi noſtro eſſe infixa: vt ſicut in ſuo corpore cicatrices & vulnera ſemper tenet, & de eius corpore nõ delẽtur: ita & in corde noſtro per memoriã noſtri teneri, & nũquam de eo deleri debet. Cuius quidem paſsionis myſteria, & quę circa eum facta ſunt, ſi toto mẽtis intuitu perſpicerẽtur, in nouum vtiq; ſtatũ meditantẽ adducerent. Nam ex profundo corde & totis viſcerũ medullis eã perſcrutanti, multi paſſus inſperati occurrerẽt ex quibus nouã cõpaſsionẽ, nouũ amorẽ, nouas cõſolationes, & per conſequẽs nouum quendã ſtatum dulcedinis ſuſciperet, quæ ſibi præſagia & participalia gloriæ videretur. Vnde quædã monialis deuota intãtum circa paſsionẽ Chriſti erat affecta, vt nũquam crucifixi imaginẽ inſpicere poſſet, niſi cadens in terram B quaſi totaliter abſorpta à ſe deficeret. Oportet ergo ꝙ quis præſentem ſe exhibeat affectuosè diligenter & moroſè omnibus & ſingulis quæ circa dominicã paſsionẽ contigerũt: & quòd illuc totam mẽtis aciem vigilantibus oculis cordis, oblitisque alijs curis & ſolicitudinibus exterioribus dirigat perſeuerãter. Et ſcias quòd ſi in hac ſciẽtia (quę ſuper omnes alias ſciẽtias eſt) volueris proficere, cũ magno ſtudio oportebit te à cibo & potu delicato abſtinere, & ad neceſsitatẽ tantum parcè de vtroq; ſumere. Cœna quoque nocturna, ſiue potus, multũ impedit orationẽ & cõtemplationem: quapropter eſſet pro poſſe abſtinẽdum. A veſtibus quoq; ac lectis mollibus & delicatis abſtineas, & in veſtitu ſicut & in victu humilieris, groſsioribus vtẽdo & vilioribus. Oportet etiã ꝙ caueas à multiloquio, ac lætitia vana & inepta: quia nõ decet eum qui vult Chriſti dolorẽ ſentire, in verbis, riſibus luſibus & gaudio vano ſe inutiliter occupare. Neceſſariũ eñ erit, vt aliquando ita cogites te præſentem cogitatione tua, ac ſi tunc tẽporis ibi præſens fuiſſes quãdo paſſus fuit: & ita te habeas in loquẽdo, in viuen- C do, in dolendo, ac ſi dominũ tuum corã oculis tuis cerneres patientẽ. Ita enim & ipſe dominus in ſpiritu tibi pręſens erit, ſicut à te cogitabitur pręſens eſſe: & accipiet tua vota, & acceptabit tua facta. Et (vt breuiter dicam) oportebit te à delectatione & conſolatione carnali, cum magna diligẽtia elongari, & vt amara & dura tibi dulceſcãt, & ſuauia fiãt ſi in Chriſti doloribus & paſsione cõſolationem & dulces animæ tuæ dapes cupis inuenire. Nõ enim bene cõueniunt cõſolatio carnis, & contemplatio dominicæ paſsionis: ſed contraria quaſi nomina ſortiũtur, nec poſſunt ſimul caro & ſpiritus delectari: imò, ſecũdũ apoſtolum, ſibi adinuicẽ aduerſantur. Vnde Bernar. Crux Chriſti voluptati aduerſatur, & voluptas cruci: & quomodo poſſunt excuſari voluptatum amatores, vt nõ ſint Chriſti perſecutores? Rei enim fiunt mortis Chriſti: & ſi nõ vt perſecutores, tamẽ vt tãtæ rei cõtemptores. Et iterũ: Mihi abſit gloriari, niſi in cruce domini mei Ieſu Chriſti: per quẽ mihi mũdus crucifixus eſt, & ego mũdo. Nõ ſolum, inquit, mortuus mũdo: ſed & crucifixus, quod eſt ignominioſiſsimũ genus mortis. Ego illi, & ipſe mihi. Omnia quæ mundus amat, D crux mihi ſunt: delectatio carnis, diuitiæ, honores vanæ hominũ laudes. Quæ verò mundus reputat crucẽ: illis affixus ſum, illis adhæreo, illa toto amplector affectu. Quãuis in his apoſtoli verbis, illud quoque nõ incõgruẽ poſſit intelligi, crucifixum ei mundũ reputatione: ipſum verò mũdo crucifixum cõpaſsione. Crucifixũ enim videbat mundũ obligationibus vitiorũ, & ipſe crucifigebatur ei per compaſsionis affectũ. Hæc Bern. Et quia, vt dicit Grego. ſine delectatione anima nunquã põt eſſe: nam aut infimis delectatur, aut ſummis: ideo heu multi conſolationẽ diuinã non inueniẽtes, protinus inhiant ad aliam, & ſic ſibi iuſtè ſubtrahũt diuinã. Vnde Bernardus: Renuit conſolari anima tua in alijs, ſi vis in dei memoria delectari. Cuius ad alias conſolationes mens inhiat, & nõ penitus in caducis & tranſitorijs renuit cõſolari, ipſe ſibi profectò cœleſtis ſubtrahit gratiã conſolationis: quã ſi digna deuotione, pleno affectu, deſiderio vehemẽti petere, E quæreret, pulſaret, ſatageret, ſine dubio petens acciperet, quęrens inueniret, pulſanti aperiretur. Non ergo quæras cõſolationem aliã, ſi cupis habere diuinam: quia, vt idem dicit Bernar. Delicata eſt diuina conſolatio, quę nõ datur admittẽtibus alienã: nec duplici via, vel duplici affectu quæras diuinam conſolationẽ: quia indignum te redderes ad eandẽ. Vnde iterũ Bernardus: Indignus benedictione cœleſti cõuincitur, qui dubio quærit affectu, duplici petit intẽtione: aliud ſibi refugium parans, ſi fortè eam nõ obtinere cõtingat. Hæc Bernar. Mãna defecit filijs Iſraël poſtquam comederũt de frugibus terræ: per mãna quod habebat in ſe omne delectamẽtum, & omnis ſaporis ſuauitatẽ, ſignificatur ſuauitas Ieſu: quæ deficit filijs Iſraël, id eſt, clauſtralibus, cũ incipiũt comedere de frugibus terræ, id eſt, dare ſe terrenis conſolationibus. Vnde Auguſti. Si animus habet vnde delectatur extrinſecus, ſine delectatione manet intrinſecus. Ideo vir ſanctus de- F bet dicere cum propheta: Renuit conſolari anima mea, ſcilicet exterius: & ideo ibi ſequitur, memor fui dei, & delectatus ſum. Vnde Richardus: Nũquã intellectus ad cœleſtium cõtemplationem perfectè attrahitur, niſi caro in neceſſarijs fortiter retrahatur. Vnde & Gregorius: Si à carne hoc quodlibet abſcindimus, mox in ſpiritu quod delectet, inueniemus. Cõpatiaris igitur ſaluatori noſtro Ieſu, memoriã paſsionis & vulnerũ eius in corde tuo habendo: certiſsimè cõfidens quòd eius conſolationis ſocius in futuro efficieris, ſi eius tribulatiõis in pręſenti ſocius inuenieris. Nec enim pro ipſo piè lugẽtibus gloriã ſuam negabit, qui nec Magdalenæ dolẽti & ipſum quærẽnti reſurrectionẽ ſuã occultari voluit. Quod bene propheta innuit dicẽs: Qui ſeminãt in lachrymis, in exultatione metẽt. Vnde apoſtolus: Si tamen cõpatimur, vt & ſimul glorificemur. Vnde & Bern. Qui mãducat carnem meã, & bibit ſanguinẽ meum, habet vitam æternã: hoc eſt, ſi compatimini, & conregnabitis. Sed nõ ſolum corde, verũ etiã corpore cõpatiendum eſt Chriſto. Vnde Ambroſius: Qui aũt compatitur, nõ perfun-

ctoriè

Monialis deuotio.

Paſsionis intentio.

Proficere volens in paſsionis dñicæ ſciẽtia, quid faciat.

Cõſolatio carnis non congruit paſsioni Chriſti.

Ad Gal. 5.

Ad Gal. 6.

Delectatione nõ vacat anima

Cõſolatio diuina nõ cõpatitur aliam.

Rep. Iſa dignus.

Mannę defectus.

Pſal. 76.

Cõpatiẽndũ Chriſto.

Pſal. 125.

Roma. 8.

G ctoriè compatiatur:ſed vt tribulationes Chriſti in
corpore ſuo impleat,ſicut implebat & Paulus.Vn
Canti.8. de & in Canticis:Pone me vt ſignaculũ ſuper cor
tuum:diligẽdo.ſ.me per affectũ,& mihi te confor
mando per affectionẽ dilectionis:& vt ſignaculũ
ſuper brachiũ tuum,diligẽdo etiã me per effectũ,
& mihi te conformãdo per amorẽ operationis:ſi-
gnaculũ enim formã ſuam imprimit rei quæ ſigil
latur.Et meritò debes me diligere vtroque modo:
Ibidem. quia fortis eſt vt mors dilectio:hoc eſt,tam forti-
ter te dilexi,ꝙ pro amore tuo mortuus ſum.& du
ra ſicut infernus æmulatio:quia in nullis tẽtamen
tis hoſtium à noſtræ ſalutis cura reuocare potuit,
ſicut infernus nullis miſerorũ cruciatibus mitiga
tur.Per multas ergo tribulationes oportet nos in-
Crucis locatio & eius ſignificatio. trare in regnũ cœlorum:quod bene figuratur per
hoc quòd crux ponitur inter chorũ & cancellos ec
cleſiæ,vt qui chorum intrare voluerint,vadãt ſub
cruce:quia ab eccleſia militante ad triũphantẽ,ne
Memoria paſsionis. mo niſi per crucẽ poteſt intrare.Multũ quippe pla
cet deo,ꝙ homo memoriã paſsionis & vulnerum
H eius portet in corde ſuo.Narratur enim quòd cũ
quidam eremita ſanctiſsimæ vitæ inſtãter domi-
nũ exoraret,vt ſibi oſtẽderet quod ſibi inter cæte-
ra ſeruitia magis acceptaret:vidit hominẽ nudum
trepidãtem frigore,& crucẽ magnã ſuper ſe baiu-
lantẽ,& ſibi quis eſſet interroganti dicentẽ: Ieſus
Chriſtus ego ſum:Rogaſti eñ me vt tibi oſtẽderẽ
quod inter cætera ſeruitia mihi magis complace-
ret,& nũc tibi dico ꝙ hoc:ſcilicet quòd quis homo
iuuet me portare crucem meã,& vulnera,& paſ-
Crux domini nobis baiulãda. ſionem in corde ſuo.Et hæc dicens euanuit.Cru-
cem domini debemus baiulare, & iuuare eũ por-
tare:& hoc in corde,per recordationẽ & cõpaſsio-
nem:in ore,per crebrã & deuotã gratiarum actio-
nem:in corpore,per flagellationẽ & caſtigationẽ:
vt ſaluatori noſtro corde,ore,& opere gratias aga
Brigidæ. mus.Cuidã etiam ſeni matronæ recluſæ multitu-
dinem & numerũ omniũ vulnerum Chriſti ſcire,
cupiẽti,& pro hac re flebiliter deũ orãti,vox cœli
ca miſſa dixit:Quinq; millia quadringenta nona-
Vulnerũ Chriſti numerus. ginta vulnera mei corporis extiterũt:quæ ſi vene-
rari volueris,orationẽ dominicã cum ſalutatione
angelica quindecies quotidie in memoriam paſsio
I nis meę replicabis:ſicque anno reuoluto vnũquod-
Oratio quĩdecim Pater noſter. que vulnus venerabiliter ſalutabis.Hæc oratio val
de placet deo,prout poſtmodũ reuelatum fuit cui-
dam ſolitario.Et accipitur hic numerus ſecũdum
annum biſextilem,vt ſemper ſufficere poſsit:quia
minor numerus quẽ quidam ponũt,ſcilicet quinq;
millia quadringenta ſeptuaginta quinque alijs an-
D.notat quingenta quæ vndecies notãt md.vnde demuntur decem. nis tãtum,ſed nõ hoc anno ſufficit.De numero vul
nerum Chriſti ſunt verſus iſti.Mittitur vt legitur
olim,vox cœlica lenis.Cor refouẽdõ ſenis flebilis,
vt ſequitur:D.duc vndecies decẽ dempta ſimplice
Chriſti.Vnde reuixiſti vulnera cuncta ſcies. Tot
quippe fuerũt vulnera Chriſti,accipiẽdo videlicet
quamlibet plagã flagellationis pro vulnere vno:&
Numeri myſteriũ. puncturã cuiuſlibet ſpinæ pro vno.Cuius quidem
numeri partes ſingulæ cõgruunt myſterio paſsio-
nis dominicæ. Millenarius enim, qui eſt vltimus
limes numerorũ, vltimã & ſupremam perfectio-
nem in hac vita homini poſsibilem inſinuat,quam
K vtiq; Chriſtus in ſua paſsione & ſummè adimple-
uit.Quinarius autem ad quinq; ſenſus refertur:in
quibus omnibus Chriſtus paſſus fuit,vt ſenſus no-
ſtros noſtris peccatis corruptos reintegraret. Cẽte
narius etiã perfectionẽ notat.Et ideo per quadrin
gẽta perfectio noui teſtamẽti,quod in quatuor euã
gelijs cõſiſtit,accipi põt:quod quidẽ teſtamẽtũ in
ſanguine paſsionis Chriſti dedicatũ eſt . Nonage-
narius verò,qui cõſtat ex ductu denarij in nouena
riũ,deſignat nouẽ ordines angelorũ.Inter quos du
cimur per obſeruãtiam præceptorum decalogi,&
hoc nõ niſi per meritũ paſsionis Chriſti.Multa qui
Bona ex meditatione paſsionis. dem & magna bona proueniũt homini paſsionẽ
Chiſti frequẽtanti,& ſe circa eam ſedulò occupan
ti.Si eñ ad diuinitatis cognitionẽ peruenire deſi-
deras,reſtat vt per aſſumptã humanitatẽ,& huma
nitatis paſsionẽ tãquam per viã regiam gradatim
aſcẽdere ad altiora diſcas.Quia nõ datur perueni-
re ad diuinitatis altitudinẽ,vel inuſitatã dulcedinẽ
L niſi tractis pio quodã fidei ac dilectiõis affectu,per
humanitatis Chriſti amaritudinẽ.Et quãtò hac ne
glecta quis aſcẽderit altius,tãtò cadit profundius.
Hæc eſt via per quã itur.Hæc eſt porta per quã in
troitus ad deſideratũ finẽ cõceditur.Per fructiferã
nãque ac venerabilem Chriſti paſsionẽ,cũctorum
nobis ſpiritualium bonorũ materia copioſiſsimè
miniſtratur:vbi enim eſt gloriatio noſtra,vbi ſpes
& lętitia cordis noſtri?Reuera in Chriſto vno ſum
mo & vero bono , & pretioſiſsimo eius paſsionis
theſauro.Et ideo tam impretiabilem theſaurũ de
lectat iugiter in corde retinere,& cõtinuè de ipſo
loqui,ac omni tẽpore mẽte & corpore cum ipſo oc
cupari:vtinã quoque & in cordibus nũquã marce-
ſcat,ſed ſemper rediuiua pullulatiõe nouus exiſtat.
Fœlix proinde tu ô glorioſiſsimũ lumẽ eccleſia-
rum,qui arcanũ diuinitatis attingẽs,abyſſum cla-
ritatis diuinæ oculis purioribus intuẽdo introiſti:
ac verba quæ nõ licet homini loqui audiſti,& ta-
men ad ima deſcendẽs affectu quodã mellito paſ-
M ſionis huius ob prçconiũ de cordis theſauro in me
1.Cor. dium eructaſti dicẽs:Nihil arbitratus ſum me ſci
re inter vos niſi Ieſum Chriſtum,& hunc crucifi-
xum.O verbũ melliſluum,dulcius ſuper mel & fa
uum,deuotis mẽtibus iugiter ruminãdum,de quo
liquor emanat,qui miſeris largiter gaudia ſalutis
propinat.Cæterũ quicũque æternam ſalutẽ,& prę
miorum magnitudinẽ deſiderat habere:arcẽ quo-
que cũctarum virtutum optat cõſcendere,ſciẽtiam
etiam atq; ſapiẽtiam obtinere,inter proſpera & ad
uerſa æquanimiter ſtare,& ſecuram viam ambu-
lare,necnõ amaritudinem paſsionis Chriſti eiuſ-
que cõſolationis potum ſuauiſsimũ deſiderat præ-
guſtare,debet Ieſum Chriſtũ,inquam crucifixum,
Paſsio Chriſti doctũ efficit. iugiter in ſuo corde portare. Frequens paſsiõis hu
ius memoria indoctum quẽquam reddit doctiſsi-
mum,ac imperitos & idiotas facit proficere in ma
giſtros:magiſtros inquam nõ ſcientiæ quæ inflat,
ſed charitatis quæ ædificat.Ipſa eſt velut quidam
liber vitæ,in quo omnia ſaluti neceſſaria inueniũ-
tur.Hic liber de omnibus docens mellea quadam
dulcedine perũctus ſentitur.Fœlix qui eius ſtudio
ſeriosè



ſeriosè intendit: quia contẽptu mundi & in amore
A dei proficiet, cunctarũq; virtutũ ac gratiarum in-
Paſsionis memorandæ modus. crementum ſumet. Memoria paſsionis Chriſti de-
bet fieri non perfunctoriè, nec cum feſtina accele-
ratione,maximè cùm tẽpus aderit ſufficiens & op
portunum: ſed cum matura & moroſa ac præcor-
diali rememoratione, & flebili quadã compaſsiõe.
Niſi enim hoc dulciſsimũ lignũ dentibus affectuo-
ſæ diſcretionis maſticatum fuerit, ſapor eius licèt
Deuotionis excitãdæ mod⁹. immenſus nequaquã mouebit. Quod & ſi quidem
flere cum flente,aut dolere cũ dolente nõ potes:ſal-
tem affectu deuoto de tãtis beneficijs tibi per eam
gratuitò exhibitis gaudere & gratias agere debes.
Quòd ſi nec affectu cõpaſsionis, nec gratulationis
deſiderio moueris : ſed dura quadã affectione te in
eius recordatione deprimi ſentis : nihilominus in
duritia cordis tui ad laudẽ dei,memoriã huius ſalu-
tiferæ paſsionis qualitercunq; percurre : & quod à
te habere nõ potes,ipſius manibus pijſsimis cõmit-
te.Percute bis ſilicem: interiori videlicet recorda-
tione,& corporali nihilominus labore,te exercens
B ad pietatem,per extenſionẽ manuum , ſeu oculorũ
ad crucifixum ſubleuationẽ, vel pectoris tunſionẽ,
aut genuflexiones deuotas,ſeu diſciplinas & flagel
lationes:vel cætera ſimilia pietatis officia cõtinuã-
do,donec egrediantur aquæ lachrymarum largiſ-
ſimæ:vt & ratio bibat deuotionis aquas, & corpus
animale eius experiẽtia accenſum ad gratiã habi-
Solatia ex paſsione quatuor. litetur. Porrò paſsionis Chriſti frequentẽ medita-
tionem inter alia innumerabilia ad quatuor pręci-
puè tibi noueris prodeſſe ſolatia : videlicet ad tria
principalia vitia,quæ in mundo ſunt, repellẽda:ad
tribulationem & pœnitentiã mitigandam , ad tri-
ſtitiam inordinatã repellendam, & ad pœnã pur-
gatorij diminuendã. De primo patet in Threnis-
Thren.3. vbi dicitur:Recordare paupertatis meę trãſgreſsio
nis:id eſt,vilitatis tranſgredientis omnes alias vili-
tates & fellis.Cõcupiſcentia ergo carnis debet cru-
cifigi,per crucifixi amaritudinem.Concupiſcentia
oculorum,per eius paupertatem: ſuperbia vitę,per
eius vilificationẽ. Sed voluptuoſi cõtrariãtur cruci
C Chriſti:quia Chriſtus in ea ſuſtinuit amaritudinẽ.
Item vanè glorioſi : quia Chriſtus in ea ſuſtinuit
ignominiam. Item auari:quia Chriſtus in ea ſuſti-
nuit paupertatem. De ſecũdo etiã ex hoc apparet,
quia cibus aliquãdo de ſe inſipidus , per ſalſam ap-
poſitam,vel condimẽtum fit ſapidus : ſic tribulatio
& pœnitentia de ſe ſunt inſipida:ſed appoſita ſalſa
paſsionis Chriſti,quæ fuit amara, efficiũtur dulcia
Exẽplum doloris pellendi. & ſapida.Tertium autẽ , ſcilicet qualiter dolorem
animi expellat, exẽplo tibi potius quàm verbo mõ
ſtrabo. Erat namque quidã quẽ circa conuerſionis
ſuæ initia quædã triſtitia inordinata lætaliter op-
preſsit:ita vt nec legere,nec orare,nec quicquã bo-
ni pro tunc facere poſſet.Qui dũ die quadã in cella
reſidens,ab hac paſsione grauiter vrgeretur:& in-
credibili dolore affligeretur,facta eſt ad eum deſu-
per quaſi vox intellectualis,dicens: Quid hîc ſedes
otioſus,& in teipſo tabeſcens ? Surge nunc & meã
deuotè pertracta paſsionẽ,& in amaritudine tuum
deuinces dolorẽ:quo audito ille frater ſurrexit , &
ſe ad meditandum paſsionẽ contulit:& extũc me-
dicina hac ſalutari ſanatus,per eius continuã repli-
D cationem,nequaquam plus de cætero talem vnquã
Purgatorij relaxatio per paſſionem Chriſti. ſenſit animi paſsionẽ. Quartum verò,ſcilicet qua-
liter hęc vtiliſsima meditatio pœnã purgatorij re-
laxare habeat, tibi indicabo. En autor naturæ nil
inordinatum in ſua natura relinquit , ſed nec diui-
na iuſtitia quicquam impunitum dimittit:quod nõ
aut hîc,aut in futuro debitæ correctioni ſubijciat.
Quando igitur putas ꝙ finem habitura eſſet pœna
alicuius peccatoris, q multis criminibus obnoxius
condignam ſatisfactionẽ pro quolibet mortali,pro
milleſima parte nõ impleuiſſet, quã exoluere in lo
cis purgatorij dedecens cogeretur vſq; ad minimũ
quadrantem.O nimis longa miſeræ animæ expe-
ctatio.O diutina & acerba nimiũ cruciatio , dolor
perſeuerans & immenſus,pœnitẽtia grauior omni
terreſtri cruciatu.Sed vide ꝙ hanc pœnam leuiſſi-
ma & breuiſsima ſatisfactione compenſare poſſet,
quicũque ipſam de theſauro paſsionis agni imma-
culati recipere ſciret. Hic namq; theſaurus pretio-
ſiſsimus, propter charitatem maximã perſonamq;
E dignisſimam,ac dolorem immenſiſsimũ,ſufficiens
eſt & ſuperabũdans. Et ideo taliter poſſet ſe homo
ad hunc applicare,& de eius merito & ſatisfactiõe
tam deuotè ad ſe trahere : vt ſi mille annis purgari
deberet,in breui de toto liberaretur.Si ergo vis pœ
nam purgatorij longã & acerbã in tẽporalem,bre-
uem,& leuem commutare:ſtudeas hęc facere.Pri-
mò omnium , debes corde cõpuncto & ſpiritu cõ-
tribulato cum gemitu cordis enormitatẽ peccato-
rum tuorũ grauiſsimè põderare,confitendo aduer-
ſum te iniuſtitiam tuã domino, amariſsimè recogi
tando quid feceris, quẽ offenderis, quídve merue-
ris:peccaui inquiẽs domine ſuper numerum arenæ
maris. Deinde debes teipſum corã oculis ęterni iu-
dicis humiliter deſpicere,& vilẽ ęſtimare:ita vt cũ
publicano oculos immundos nec audeas ad cœlum
leuare , nec labijs pollutis nomen illud glorioſum
nominare:ſed neq; teipſum hominẽ,ſed vermẽ im-
mundum ęſtimare,& opera tua ſatisfactoria quaſi
nullius momenti ſint annihilare,& ſic miſer & mi
F ſerabilis ante fores gratiã iudicis,& cum profundo
Lucæ 15. gemitu cordis tui petere:& dicere,Pater mi,pecca
ui in cœlum & coram te, & nõ ſum dignus vocari
filius tuus:fac mihi ſicut vni ex mercenarijs tuis.
Poſtea meritum paſsionis Chriſti debes cum ſum-
mo affectu extollere & magnificare,cogitãdo quo
niam apud eum copioſiſsima eſt redẽptio: & ꝙ mi
nima gutta pretioſiſsimi ſanguinis, qui per omnes
partes corporis ſui vulneribus repleti largiter ef-
fluxit, pro redẽptione & ſatisfactione totius mũdi
ſuffeciſſet : ſed copiosè ipſum effundere voluit, in
argumentũ magni amoris, & ſupereffluentiſsimæ
pietatis,in ſolamẽ omnium miſerum. Tandẽ debes
humili quidẽ, ſed feruido affectu manum auxilia-
toris quærere, & miſericordiſsimi redẽptoris me-
ritum infinitum in ſubſidiũ poſtulare,nihil hęſitãs:
quia pronior eſt fons ille pietatis iugiter ſcaturiẽs
ad miſerẽdum,quàm tu ad petendũ. O verbũ gra-
tioſum & præcipuũ, miſeris peccatoribus cũ ſum-
ma exultatione ſuſcipiendũ,eo ꝙ in Chriſti paſsio-
ne ſic in prõptu inuenimus vnde poſsimus peccata
abluere,

abluere, pœnas delere, gratiam inuenire, & gloriã

G

ſempiternam promereri. Memoriã igitur paſsionis Chriſti ſemper debes in corde tuo habere, & omnes tribulationes & aduerſitatesquas pateris ad ipſam referre: ipſiusq́; ſimilitudinem, quãtum poſſibile eſt, induere. Et cùm ex occulta diſpenſatione tibi conſolatio interna ſubtrahitur, & deſolatus relinqueris: debes inſtar veri crucifixi nõ aliunde cõſolationem quærere, ſed patiẽter expectare, & ſurſum ad patrem qui in cœlis eſt reſpectum habere: teipſum deſerendo, & omnẽ cogitatũ tuũ in ipſum iactando. Tunc ſine dubio quãtò fuerit maior hominis exterioris preſſura, & deſertio hominis interioris cum voluntate deo vnita: tantò ſimilior crucifixo, & amabilior patri peramãdo bis: quia reuera hoc eſt punctum aduerſitatis, per quod milites probatiſsimi in acie Chriſti conſtituti ſtrictiſsimè examinantur. Itẽ omnia infortunia & cuncta triſtabilia clementiæ dei debes cõmittere: & ſic te liberè in omni facto tenere, quaſi homo qui in procinctu migratur⁹ eſt de hoc mũdo. Refugiũ quoq;

H

continuũ in vulnere lateris Ieſu Chriſti debes quærere, tãquam colũba in foraminibus petræ: quia in hoc loco ſemper inuenies copioſiſsimã peccatorũ remiſsionẽ, gratiarum plenitudinẽ, & à cũctis malis imminentibus ſecurã protectionẽ. Ad narrationem itaq; propoſiti accedamus.

Narratio hiſtoriæ paſsionis.

Si igitur vigilãter attendiſti præmiſſa, quę de vita Chriſti ſunt dicta, hîc multò vigilãtius totum apponas animum, totã virtutem: quia hîc maximè apparet illa eius charitas, quæ corda noſtra deberet totaliter cõcremare. Nõ ſolum autẽ illa pœnalis & mortalis crucifixio domini, ſed & ea quæ eandẽ præceſſerant, ſunt vehementiſsimæ cõpaſsionis, & amaritudinis, & ſtuporis.

Paſsio in generali.

Quid enim eſt cogitare ꝙ ipſe dñs noſter, ſuper oĩa benedictus deus, ab hora qua de nocte cum facibus & armis tanquã latro quæſitus fuit, & captus, vſque ad ſextã crucifixionis ſuæ ſcilicet horã, fuit in bello cõtinuo doloris, magnis opprobrijs, & tormentis. Nõ enim ſibi datur vel modica requies: ſed in quolibet bello & cõflictu audi & vide: Alius

I

eum tradit, alius cõprehendit, alius ligat, alius ducit, alius impellit, alius exclamat, alius inſurgit, ali⁹ vexat, alius circũuoluit, alius interrogat, alius cõtra eum falſos teſtes inquirit, alius inquirentẽ aſſociat, alius falſum teſtimonium cõtra eũ dicit, alius accuſat, alius deludit, alius blaſphemat, alius in eum expuit, alius oculos velat, alius in faciẽ cædit, alius colaphizat, alius veſte alba induit, alius ſpernit, alius illudit, alius ad columnam eum ducit, alius dũ ducitur percutit, alius vociferatur, alius eũ inſultãter ad vexandũ ſuſcipit, alius in eũ impetũ facit, alius expoliat, alius eũ ad columnã ligat, alius flagellat, ali⁹ eum purpura in contumeliã veſtit, alius ſpinis eum coronat alius arundinem in manu eius ponit, alius furibundè reaccipit vt ſpinoſum caput feriat, alius nugatoriè genuflectit, alius vt regẽ ſalutat. Hæc & multa ſimilia nõ ſolum alius, ſed & alij plurimi intulerunt. Ducitur & reducitur de iudicio in iudicium, de opprobrio in opprobrium, de ſupplicio in ſuppliciũ: ſpernitur & reprobatur, voluitur & circumflectitur, huc atq; illuc tanquã ſtultus & imbecillis, ſed & tãquàm latro & impijſsimus malefactor, modò ad Annã, modò ad Caĩpham, modò ad

K

Pilatum, modò ad Herodẽ, & iterum ad Pilatum: & ibidẽ modò intus, modò foris. Deus meus q̃d hoc eſt? Nónne hoc tibi videtur duriſsimum, amariſsimum, & cõtinuum bellũ? Sed expecta parumper, & duriora videbis. Aſtant cõtra eum, cõſtant, & viuaciſsimè principes, ſcribę & phariſęi & millia populi. Acclamatur ab oĩbus vnanimiter vt crucifigatur. Crux humeris ſuis iã fractis & laceratis imponitur, in qua crucifigatur. Concurrunt vndiq; ciues & aduenę, tã maiores quàm etiam viliſsimi ribaldi, viniq́; potatores: non ad cõpatiendum, ſed ad deridẽdum. Nemo eſt qui eũ recognoſcat: ſed luto & immunditijs eũ impetunt & affligunt. Et dum ſuam portat ignominiã, factus eſt illis in parabolã. Contra eum loquebãtur qui ſedebãt in porta, & in eum pſallebant qui bibebant vinum.

Pſal. 68.

Impellitur & anxiatur, trahitur & acceleratur: & ſic fatigatus, flagellatus, cruciatus, totusq́; maceratus, & opprobrijs ſaturatus vſq; ad ſummũ nõ ſinitur requeſcere, nõ eſſe in otio. Vix põt refocillare ſpiritũ quouſq;

L

perueniatur ad Caluarię locũ. Et hęc oĩa cum impetu & furore fecerũt. In ipſo aũt loco finis & quies negotio, de quo tractamus imponitur. Sed quæ eſt illa quies? Crucifixio, & lectus doloris. Ecce qualis. Aſperior bello eſt. Vides ergo quomodo vſq; ad horam ſextam paſſus eſt longum & durum bellum.

Ibidem. Pſal. 21.

Verè intrauerũt aquę vſq; ad aĩam ſuã: & verè circundederunt eũ canes multi & feroces & terribiles, qui dirè & vt gladiũ bis acutũ exacuerunt in eũ linguas & manus ſuas.

Tria principalia paſsionis partes pœnitentiæ cernenti. Fœmoralibus caruit in cruce.

In paſsione autẽ Chriſti tria fuerunt in ſummo, ad quæ redigũtur cætera oĩa, & in quibus pœnitentiæ ſumma exprimitur: & veræ patiẽtiæ perfectio experitur. Primũ, eſt rerũ ablatio & nudatio. Secundũ, contẽptus & irriſio. Tertium, pœna & corporalis afflictio: quę oĩa in Chriſto deo fuerũt in ſummo. Nudatus eſt à crucifixoribus, ita vt nec fœmoralia in eo remanerent: quod nulli vnquã latronũ factũ fuiſſe legimus: & pãniculis à pia matre ſua nõ incõgruè creditur inuolutus.

M

Nudam ergo crucẽ ita nudus aſcẽdit, vt ſi per ſepulchrum illius terrã matrẽ omnium corporũ velimus intelligere, rectè poſsit ei & ad literã conuenire q̃d ſanctus Iob ait: Nud⁹ egreſſus ſum de vtero matris meę, & nudus reuertar illuc. vñ Ambo.

Iob 1.

Nuditas domini.

Reſtat igitur cõſiderare crucẽ dñs qualis aſcendat. Nudũ video. Talis ergo aſcendat, qui ſeculũ vincere pẽſat, vt ſeculi adiumẽta non quærat. Victus eſt Adã qui veſtimẽta quæſiuit, vicit ille q tegumẽta depoſuit. Et talis aſcẽdit, quales nos (autore deo) natura formauit. Talis ĩ paradiſo homo primus habitauerat, talis ad paradisũ homo ſecũdus intrauit. hęc Amb. Sed quis narrare ſufficiat qualia & quãta ludibria, qualis & quãtus, à q̃bus & à qualibus paſſus ſit? Hęc eñ & à parte patiẽtis, & à parte inferẽtis, & à parte illatorũ penſanda ſunt: nec aliter (& vtinã) vel ſic dignè pẽſari poſsint. Vide qualia paſs⁹ eſt. Etenim cum gladijs & fuſtibus tanquã ad latronẽ exierunt cõprehendere eũ: traditus, captus eſt, ligatus, velat⁹, cõſputus, alapis & colaphis cęſus, accuſatus in veſte alba illuſus, flagellatus, purpura in opprobrũ, indutus, ſpinis

Ioann. 18.



tus, ſpinis coronatus, arundine pro ſceptro inſignitus,

A

& capite percuſſus: deriſoriè adoratus & ſalutatus, ac multis alijs illuſionibus & cõtumelijs affectus, & demũ cruci eſt affixus. Ad conſummãdam quippe hominis humilitatẽ, vniuerſa in eum cõtumeliarũ genera exercebãtur. Sed quis nouit quanta paſſus eſt?

Paſsio nõ tota ſcripta.

Credimus enim ſanctos euangeliſtas breuitatis cauſa irriſionũ tantum ſpecies, nõ etiam numerum expreſsiſſe. Quis enim ſcire, quis narrare ſufficeret, quot & quoties in tanta multitudine quæ tunc ibi erat, eum irriſerunt? In augmentum etiã irriſionis & verecundiæ, confuſionis & ignominiæ accedit, vbi & quãdo paſſus eſt.

Locus paſsionis.

Vbi? vtique inter cognatos, & notos, in Hieruſalem, in ciuitate regia, famoſa & populoſa, extra portã, in loco punitionis ſceleratorũ, ſcilicet in loco Caluariæ fœtido & immundo: vbi occidebãtur homicidæ & latrones. Vbi? in medio latronũ, in cruce quaſi ad ſpectaculum eleuabatur flentibus amicis, & inſultantibus inimicis.

Tempus paſsionis.

Quando? in præcipua ſolẽnitate Iudæorum, ad quã propter reuerẽtiam templi & pulchritudinem, & propter ipſam feſtiuitatẽ confluebat nõ ſolum ex Iudæa, verumetiã ex diuerſis gen

B

tium nationibus maxima multitudo: & quæ maximè illa die ad tantũ ſpectaculum concurrebat: coram quibus dominus noſter ludibrio expoſitus, omnibus ſpectaculum eſt factus.

Paſsionis grauitas.

Sed de afflictione corporali, quid dicturi ſumus? Caro enim Chriſti beatiſsima atq; mũdiſsima, quantò natura purior, quantò ab omni labe peccati ſincerior fuit, tãtò vtique paſsibilior extitit ad tormẽta. Vnde in perſona ipſius Hieremias lamẽtabatur, dicens: O vos omnes qui tranſitis per viã, attendite & videte ſi eſt dolor, ſicut dulor meus: quaſi diceret, Non.

Threno. 1.

Quãuis enim multi martyres multa & magna tormentorum paſsi ſunt genera, nullus tamẽ in carne ex peccato corrupta tam ſenſibilis eſſe potuit ad tormenta: quinetiã cùm ipſe martyres ſuos in paſsionibus non ſolũ roborauerit: verumetiã ipſum dolorẽ mitigauerit, aut certè in refrigeriũ & oblectamẽtum frequẽter cõuertit. Et quãuis hæc martyribus ſuis Chriſtus ex potẽtia diuinitatis cõtulerit beneficia, piè tamen credimus, & fiducialiter cõfitemur, eum

C

non ſibi, hoc eſt ſuæ humanitati beneficiũ hoc pręſtitiſſe: ſed in carne illa mũdiſsima, quantũ dolorẽ naturaliter ſuſtinere potuit, tantũ vſq; ad exitum animæ ſuſtinuiſſe, & vim doloris virtute patientię toleraſſe. Ecce qualia & quãta paſſus ſit, vidimus.

Quis & qualis Chriſtus, qui paſſus eſt.

Sed iam qualis & quãtus ſit, qui hæc paſſus eſt, videamus. Nónne ipſe eſt innocẽs manibus & mũdo corde: qui peccatũ non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius? Nónne ipſe mitis eſt, & humilis corde? Nónne ipſe eſt qui fecit cœlũ & terram, mare & omnia quę in eis ſunt? Nónne ipſe eſt qui cũcta quę fecit tenet, regit, gubernat, & protegit? Nónne ipſe eſt qui intuetur abyſſos, cuius oculis omnia nuda ſunt & aperta, qui nouit oĩa antequã fiant? Nónne ipſe eſt qui nouit cogitationes angelorũ & ſanctorum omniũ: & quas ipſe nec inſpirat, nec informat dęmonum & hominũ peruerſorũ? Nónne ipſe eſt qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire? Ipſe quippe eſt dei filius, deus verus, ſummè potens, ſapiens, & bonus.

D

A quibus paſſus.

Videamus etiam à quibus & à qualibus hæc omnia paſſus ſit. In augmentũ enim doloris & dedecoris nõ hęc ab extraneis, ſed à domeſticis paſſus eſt: nec à quibuſlibet vicinis & notis, ſed à filijs & fratribus: de quibus ipſe dixit, Non eſt bonũ ſumere panẽ filiorum & mittere canibus, Iudęos vtiq; filios vocãs, & gentiles canes: & Dauid in perſona ipſius loquẽs ad patrem: narrabo, inquit, nomen tuũ fratribus meis, id eſt, Iudęis, ex quibus erat ſecũdum carnẽ. Qui etiã filij & fratres quales fuerint, oſtendit in Eſaia. Vbi ait: Filios enutriui & exaltaui, ipſi aũt ſpreuerunt me. Et in Canti. Filij matris meæ pugnauerũt contra me.

Matt. 15. Pſal. 21. Eſaiæ 1. Canti. 1.

Cõtra quos in euãgelio ſæpe inuehitur, & væ æternæ dãnationis eis cõminatur. Ecce qualia & quãta, qualis & quãtus, à quibus & qualibus paſſus eſt dominus: vt ex omnibus aduertamus quantum ipſi domino qui pro nobis nequã mancipijs, hęc omnia volũtariè paſſus eſt, vnuſquiſque debeat Chriſtianus. Lætali duritia laborat, qui taliter amantẽ non amat.

Saporis dominicę paſsionis excitatiua.

Ad intrandũ autem ad ſaporẽ dominicæ paſsionis, & ad cõpatiendum domino noſtro Ieſu crucifixo, hęc attẽde. Primò ſtudeas, quãtum potes, te vnire illi per feruentem amorẽ: nam

E

quantò feruẽtius eũ diliges, tãtò magis ſuę paſsioni cõpatieris: & quãtò plus ei cõpaſſus fueris, tantò plus erga eũ tuus affectus accẽdetur: vnde ſic ſe mutuò augebunt dilectio & cõpaſsio, donec venias ad perfectionẽ, niſi hoc remãſerit propter aliquã tuã miſeriã: & pręcipuè ſtudeas abijcere omnẽ pręſumptionem, diffidentiã, & negligentiam. Debet enim homo tam nobile opus aggredi humiliter, cõfidenter & inſtãter, & cũ quanta poteſt munditia cordis. Et quanuis homo ſibi videatur indignus, tamẽ nequaquam deſiſtat: quia ipſe Chriſtus pro peccatoribus crucifixus eſt. Primò igitur ſic vniaris ſibi amore, vt cor tuũ intret in ipſum totaliter: & extra ipſum reputat nihil eſſe, ac de te extra ipſum tanquã de nihilo curabis. Tota cura tua vertatur ad præſens circa dominum tuum paſſum, nec de te aliquid exhibeas alteri: nã eius es quicquid es. Si ergo totaliter transformatus in ipſum, nõ poſſum credere quin eius vulneribus vulnereris & perfundaris eius contumelijs, illuſionibus, & opprobrijs. Et ad

F

hæc omnia addas orationẽ, vt quaſi cõtinuè depreceris dñm Ieſum Chriſtũ, vt ſuis vulneribus vulneret mentẽ tuam: & ad ipſa vulnera quaſi ſemper dirige cordis affectũ: vt per tuã nimiam importunitatem, à ſua miſericordia impetres quod intendis.

Modus exercendi ſe in paſsiõe.

De modis aũt exercitij paſsionis Ieſu Chriſti ſcire debes, ꝙ circa paſsionẽ domini poteſt homo ſe habere ſex modis. Cõſideret eã, Primò, ad imitandum. Secũdò, ad cõpatiendũ. Tertiò, ad mirãdum. Quartò, ad exultandũ. Quintò, ad reſoluendũ. Sextò, ad quieſcendũ. Primò ad imitandum cõſideret; nam imitatio Chriſti, eſt ſumma & perfecta religio perfecti. Hæc eſt regula & exẽplar perfectiõis omnis vitæ & virtutis, ſcilicet Chriſtũ imitari in paſsione, & in morte. Sit ergo noſtra regula viuendi, paſsio ſaluatoris: nã tanto amplius deſolamur, quãtò ab hoc exemplari & regula amplius elongamur. Semper ergo, quantũ in nobis eſt, velimus ab

Q omnibus

omnibus cõculcari, deijci, & vilipendi, illudi, perſe-
G cutionem pati, flagellari, & in diuinis obſequijs ab omnibus exprobrari. Simus nudi cũ nudo, & nihil penitus cupiamus habere: imò habere aliquid ſit vobis grauiſsima pœna & dolor intenſus. Abhorreamus delectabilia & dulcia deguſtare, & potius velimus vilibus & amaris cibari: q̃a ipſe fuit felle & aceto potatus. Et vt breuiter dicã, conſideremus quę pro nobis ſuſtinuit, & qualiter ſe in paſsionibus habuit, & nos pro modulo noſtro quantum poſſumus conformemur eidẽ. Secũdò debemus cõſiderare eã ad compatiendũ. Debemus enim cõſiderare ipſius flagella, illuſiones, & opprobria: & in corde noſtro ruminare & imaginari, quãta ſit dilectio & cõtemptus erga dñm noſtrũ: quãtus dolor, quãtáue afflictio in corde & corpore ſuo: & ꝙ ratio paſsiõis & cõpaſsionis ſuę peccata noſtra ſint. Magnã habemus materiã flendi, & cauſam lugẽdi, ſi intimè cogitemus ꝙ ſumus occaſio necis vnigeniti filij dei, rei leſę maieſtatis eius. Cõſideremus quãta tunc amaritudine repletus erat angelorũ dulcedo: quantum etiã aggrauabat eũ non tantũ pœnæ illatio & noſtra ingratitudo, ſed etiã aſsiſtẽtis matris afflictio: quã ſic diligebat, & quaſi deficere pręcõpaſ-
H ſionis dolore videbat. Iam ergo trãſfigãt cordis noſtri intima eius conuitia, flagella & vulnera: nec in nobis ſit qđ nõ perfundatur ex cõpaſsiõe, & nõ affligatur dolore immẽſo. Tertiò cõſideremus quis, quæ, & pro quibus paſſus eſt: & multũ mirari debemus. Quis. ſ. dei filius, deus verus, ſummè potẽs, ſapiens, & bonus. Sed quę? peregrinationẽ, fugã, famẽ ſitim, frigus, calorẽ, tempeſtates, horrores, perſecutiões, obſeruatiões, vincula, flagella, illuſiões, & dolores. Conſpuitur gloria, contẽnitur iuſtitia, iudex iudicatur, inoffenſus inculpatur, innocẽs infamatur, deus blaſphematur, Chriſtus conculcatur, vita occiditur, ſol obſcuratur, luna denigratur, ſidera diſpergũtur. Sed pro quibꝰ hęc patitur? ꝓ ſceleratiſsimis inimicis, ꝓ nequiſsimis mãcipijs, ꝓ cõtemptoribus diuinę maieſtatis, & ꝓ ingratis diuinę pietati. Ergo talis & tãtus, talia & tãta, pro tam vilisſimis & abiectis paſſus eſt. Sed à quibus? à ſpecialiter dile-
I ctis, quibus omnẽ benignitatẽ oſtẽdit: & à viliſsimis, à ſtultiſsimis, ab impijs: maximus, ſapientiſsimus, ſummè pius: & à ſanie fœtidiſsima ſplendor ęternus. Et in his omnibꝰ in diuinę pietatis admiratiõe eleuemur. Quartò cõſideremus eã ad exultandũ. Exultare in ea debemus de redẽptiõe humana, reſtauratiõe angelica, & clemẽtia diuina. De re-
K demptiõe humana ſine dubio nimis gaudere debemus, facta per Chriſti paſsionẽ & mortẽ. Quis quęſo nõ exultet & gaudeat, cùm cernat ſe per hãc redemptũ à damnatione ęterna, à culpę ignominia à poteſtate diabolica. Exultemus etiã ꝙ per Chriſti paſsionẽ reſtaurata eſt angelica ruina. Magna pretioſitas debet eſſe nobis cùm videmus per Chriſti mortẽ tam nobile collegium reparari de nobis, vt fiat vnũ ouile & vnus paſtor, & ſimus vnũ de vno. Præcipuè aũt exultare debemus cernẽtes in prędictis omnibus ſummã domini noſtri clementiã. Vbi queſo magis apparet benigniſsima dñi clementia, quàm in paſsiõe ſua? vbi tam turpia & grauia ſuſtinere voluit pro inimico ſuo liberando & glorificando, qui puniendus erat quadam morte æterna.
L Quintò conſideremus beatiſsimã Chriſti paſsionem, ad cordiũ noſtrorum reſolutionẽ in Chriſtũ: hoc eſt, per perfectã transformationem in ipſum: quod fit quãdo non ſolũ imitatur, compatitur, admiratur & exultat: ſed etiã totus homo quodãmodo conuertitur in ipſum, ſcilicet dominum Ieſum Chriſtum crucifixũ: vt iam quaſi vbiq; & ſemper ſibi crucifixus occurrat: imò tũc verè in ipſum reſoluitur, quãdo ex ſe exiens homo, & ſuprapoſitus vniuerſo, imò totus ſupra ſe totũ abſtractus ab omnibus, totus eſt cõuerſus in dominũ ſuũ paſſum, vt nõ videat ſentiatq; intra ſeipſum niſi Chriſtum crucifixũ, illuſum, exprobratũ & paſſum pro nobis. Sextò cõſideremus illam beatiſsimã paſsionẽ, ad quietẽ dulcoris: quod fit cùm iam reſolutus vt dixi ſitibũdus eandem paſsionẽ ruminare non ceſſat, intrãs ſecundum poſſe in illũ paſsionis theſaurum humiliter & deuotẽ, & liqueſcit amore deuoto, & feruida deuotiõe deficit à ſe & quieſcit in Chriſto crucifixo. Sed quãtò plus deficit à ſe amore & deuotione, tãtò plus eidẽ dilecto pro ſe mortuo inhęret, & plus requieſcit in ipſo. Et ſic mutuo ſe auget adheſio & amoris deuotio, donec totus deficiẽs abſorbeatur ab illo camino amoris paſsiõis dilecti. Sicut in amplexibus ſpõſi ſponſa quieſcit, quę clamat & dicit. Adiuro vos filię Sion, ne euigilare faciatis dilectã, donec ipſa velit. Sic circa paſsionem dñi debet eſſe imitatio ad purgationẽ & directionem, cõpaſsio ad vnionem & amorẽ, admiratio ad mẽtis eleuationẽ, gaudiũ & exultatio ad cordis dilatationẽ, reſolutio ad pfectã cõformationẽ, quies & pauſatio ad deuotiõis cõſummationem. Docet aũt paſsio Chriſti tria. ſ. q̃ odioſa ſint deo vitia, quàm lachrymoſa inferni ſupplicia q̃ gratioſa cœli gaudia. Chriſtus eñ paſſus eſt ꝓ culpis delẽdis, ꝓ ſupplicijs nobis auferẽdis, & ꝓ gaudijs cõferendis. Hęc in quadã generalitate ſunt dicta: ſed videamus diligenter ſingula. Non eñ nos docet tædere, illa cogitare quę Chriſtum dñm nõ tęduit tolerare. Et prout dicitur non ſolũ ſemel pro omnibus hęc tolerare: ſed
M etiam iteratò pro peccatoribus ſingulis ſi neceſſe eſſet omnia, ſuſtinere deliberauit & paratus fuit. O deus meus miſericordia mea. Quid eſt hoc? Quis ad tantã pietatẽ non obſtupeſcit? Vnde ſanctus vir Carpus dicebat ſe aliquãdo contriſtatũ à quodam infidelium, qui quẽdam bonũ ab eccleſia ſeduxerat. Cumq; ſtaret in diuino colloquio, indignatus non eſſe iuſtum: dicens: ſi viuerent impij ſubuertentes rectas vias domini, petijt à deo igne cœleſti vtrumque immiſericorditer conſumi. Et vidit ſubitò in viſione Ieſum humaniformiter in dorſo cœli, angelis ipſi aſtantibus dicentem ſibi, Carpe Carpe paratus ſum pro hominibus reſaluandis iterum pati.

Camis.

Tria quę paſsio docet.

Carpi viſio.

ORATIO.

DVlciſsime domine Ieſu infunde obſecro multitudinem charitatis tuæ mihi peccatori, vt nihil terrenum vel carnale deſiderem: ſed te ſolum ſuper omnia diligam, vt penitus renuat conſolari anima mea niſi in te deo meo dulciſsimo. Scribe digito tuo in tabulis



A bulis cordis mei eorum quæ pro me pertuliſti memoriã, vt ea ſemper præ oculis habeã, & dulceſcat mihi nõ ſolum illa cogitare: ſed etiam ſi neceſſe ſit pro meo modulo tolerare, & non ſolum tibi ex omnibus viribus obſequi: ſed etiam propter te contumelijs affici, aut certè morte turpiſsima condemnari. Amen.

De primo completorio in paſsione domini. Caput LIX.

Matth. 26. Marc. 14. Lucæ 22. & Ioan. 18

REaſſume igitur à principio paſsionis meditationes iſtas, & proſequere per ordinem vſq; ad finem: & attende ad ſingula ac ſi præſens eſſes. Conſpice itaq; dominum Ieſum attentè cùm à cœna exiens hora cõpletorij, in hortum cum diſcipulis ſuis vadit, vltimo nunc ab eis aſſociãdus itinere, quomodo affectuoſè, ſocialiter ac familiariter eis loquitur, & eos ad orationem hortatur, & cùm intraſſet in hortũ cum diſcipulis ſuis, dixit: [Sedete hîc,] id eſt, expectate non moueamini: ſicut nec lo-
B co, ita nec mẽte: [donec vadã illuc & orem:] & vos etiam orate ne intretis in tentationẽ, per conſenſum: ne ſcilicet ſuccumbatis tentationi. Vt ait Hiero. ſeparantur in oratione, qui ſeparantur paſsione. Et Chry. Conſuetudo enim ei erat ſine eis orare, hoc autem faciebat, erudiens nos in orationibus quietem conſtituere nobiſipſis, & ſolitudinẽ multam quærere. Vnde & Cyrillus: Semotim orat, vt diſcas ꝙ animo attento & corde quieto colloquendum eſt cum deo ſublimi: hæc autẽ dixit octo apoſtolis, quia Iudas ibi non erat: & tres ſecũ duxit, ſcilicet Petrum, Iacobũ, & Ioannem. Per hoc ꝙ Chriſtus volens orare, aſſumpſit Petrum, Iacobũ & Ioannem: docet nos ꝙ omnis volens deuotè orare, debet habere tres comites: ſcilicet fidei firmitatẽ, deſignatam in Petro, qui interpretatur agnoſcens: & temporalium abdicationẽ, ea ſub pedibus per contemptum ponendo: & nihil de temporalibus dum orat cogitãdo: hoc deſignatur in Iacobo, qui dicitur ſupplantator: ac ponere ſe in ſtatu gratiæ, & habere
C gratiæ feruorẽ, quæ deſignatur in Ioanne, qui interpretatur in quo eſt gratia. [Aſſumpto igitur Petro & duobus filijs Zebedæi,] ſpecialiter tanquam de ſuis ſecretarijs & magis familiaribus: vt quibus in transfiguratione oſtenderat gloriam ſuæ maieſtatis, eiſdem reuelaret etiam triſtitiã ſuæ paſſionis: & qui viderant glorioſa, viderẽt & humilia, [cœpit,] ille cuius ſunt omnia, & in quo aduerſarius nihil habebat: qui peccatũ non fecerat morte ſibi imminente, [contriſtari & pauere:] quid ergo nos oportet facere? Vnde Hiero. In hoc, pauere & triſtari docemur ante iudicium mortis: qui nõ poſſumus per nos dicere niſi per illũ, venit princeps mũdi huius, & in me non habet quicquam. Hęc autem triſtitia domini maximè fuit: quia tunc [ait illis: Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem.] Vſualiter dictum eſt, id eſt, multũ triſtis eſt anima mea: quia triſtitia tantum intenſa erat, quantum eſſe poterat: vel triſtis eſt vſq; ad timorem mortis, & pro timore mortis: quia mortẽ naturaliter timebat: vel vſq; poteſt eſſe excluſiuum: triſtabatur enim donec ſe & ſuos morte liberaret: mors quippe corporis, abſo-
lutio eſt doloris in Chriſto & ſuis: vel poteſt eſſe in-
D cluſiuum, ſcilicet donec poſt mortẽ ſuam redirent apoſtoli ad eius fidem. Vnde Anſel. Dato autẽ charitatis & patientiæ ſalutari mandato, & diſpoſito fratribus regno patris tui, ad locum proditori tuo notum cum illis diuertiſti, ſciens omnia quæ ventura erant ſuper te. Ibi animæ tuæ triſtitiã, quam ex imminente paſsione ſponte aſſumpſiſti, ſicut & cętera quę paſſus es in auribus fratrũ profiteri non erubuiſti, dicens: triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem. Et iterum præcedit ipſe ad montem Oliueti, tu eum ſequere. [Et licèt aſſumpto Petro & duobus filijs Zebedæi,] ad ſecreta ſeceſſerit: vel à longè intuere quomodo in ſe noſtram transtulerit neceſſitatem. Vide quomodo ille cuius ſunt omnia, [pauere cœpit & tędere,] triſtis eſt inquiens anima mea vſq; ad mortem. Vnde hoc deus meus? Ita compateris mihi exhibens hominẽ, vt quodammodo videaris neſcire ꝙ deus es? Hæc Anſel. Aſſumpſit autem Chriſtus iſtum pauorem & triſtitiam propter plu-
E ra. Primò, ſecundum Hierony. vt veritatem aſſumpti hominis probaret. Naturale enim eſt homini timere mortem. Ex hac naturali triſtitia verè contriſtatus eſt dominus, ſed ſciendum quòd quędam eſt triſtitia & quidam timor rationem ſubmergens, & hominẽ contempto dei præcepto in peccatum ducens: ſicut Petrus timore negauit Chriſtum, de huiuſmodi loquuntur expoſitores, quando dicunt Chriſtum non timuiſſe: quippe qui ad hoc venerat vt pateretur, & Petrum temeritatis arguerat, cùm eum vellet auertere à paſsione, dicens Abſit à te domine, non erit tibi hoc. Eſt & alius timor moderatus, qui naturaliter ineſt omni homini, & eſt ſine peccato, ſicut & fames, & ſitis, & tales paſsiones fuerunt in Chriſto. Vnde ipſe naturaliter horruit mortẽ & pœnas acerbiſsimas, quas præſciuit ſe paſſurum de proximo. Aliter tamen huiuſmodi paſsiones fuerũt in Chriſto quàm in nobis. In nobis enim plerunq; huiuſmodi paſsiones præueniunt iudicium rationis, & imperium voluntatis. In Chriſto autem ſemper ſequebantur rationem & voluntatem:
F vnde volens eſuriuit & ſitiuit, volens timuit & contriſtatus eſt. Nihil enim coactum in Chriſto conſideratur: ſed omnia voluntaria creduntur. Iſta ergo triſtitia ita fuit naturalis, quòd tamen fuit voluntaria & rationalis. Et ideo ſignãter dicunt hîc euangeliſtæ quòd cœpit contriſtari, & quòd cœpit pauere: non dicunt, fuit contriſtatus, vel pauefactus: quia ipſe motus triſtitiæ non ei dominatus eſt: ſed ipſe eum ſtatim aſſumpſit, & voluntati diuinæ ſubiecit. Aliud eſt enim contriſtari, & aliud incipere contriſtari. Vnde cõtriſtat eum propaſsio: ſed paſsio nõ dominatur eius animo. Propaſsio eñ dicit inceptionem, ſed paſsio continuationẽ. Quia ergo timor & triſtitia inceperunt ſurgere in parte ſenſitiua, ſed nondum peruenerũt ad eius animum ſiue mentem: ideo dixit [triſtis eſt anima mea vſq; ad mortẽ,] vbi anima ſumitur pro parte ſenſitiua, in qua ſunt paſsiones: non autem in ratione, ſicut etiam alibi dixerat: Nunc anima mea turbata eſt. Poterat quidẽ Chriſtus natura non mori: ſicut Adam potuit nõ mori ante peccatũ: in eo enim nullũ culpę

Orandum in ſecreto.

Orationi comites.

Pauor & triſtitia domini.

Pauoris aſſumendi cauſæ.

Timor duplex.

Matth. 16.

Paſsiones non vitioſæ quę nos pręneniũt ſequebantur Chriſtum.

Propaſsio.

Ioan. 12. Non mori natura poterat Chriſtus.

culpæ debitum, nullius peccati fuit veſtigium. Sed
G ſicut veram humanitatem: ita & humanas infirmitates noſtras aſſumpſit, quæ à deo non ſeparant: velut econtra ignorantia, impotentia, concupiſcentia & huiuſmodi faciunt. Et nota ꝙ cõpaſsio turbans poteſt in anima tripliciter accidere: aut præter imperium & iudicium rationis, vt motus ſubitus, qui appellatur propaſsio: aut contra imperium, & iudicium rationis, vt motꝰ progreſsiuus vſq; ad perturbationẽ rationis, vel à ſua rectitudine, vt in malis: vel à ſua tranquillitate, vt in bonis imperfectis: aut ſecundum imperium & iudiciũ rationis, vt motus à ratione imperatus & ordinatus: vt turbatio pœnitentis & cõpatientis. Primo modo, paſsiones ſunt in omnibus puris hominibus etiã perfectis. Secundo modo, in imperfectis ſolũ. Tertio modo, in Chriſto: quia in eo totaliter ſubdita erat ſenſualitas rationi, & ratio inferior ſuperiori, & ſuperior deo: nec tamen vna potentia impediebat aliam in opere ſuo naturali.

Paſsio turbãs accidit tripliciter in anima.

Contriſtatur etiã Chriſtus, ſecundum Hiero. non ſolũ timore imminẽtis mortis, quã ipſa natura abhorret & recuſat: ſed & propter infœlicitatem Iudæ, & ſcandalũ diſcipulorũ, & deiectionẽ
H Iudæorum, & euerſionem Hieruſalẽ miſertus his & compaſſus. Et poſſumus etiã addere ꝙ ideo triſtatur: quia præſciuit ꝙ tam acerbæ paſsionis ſuæ flagella & vulnera & mors amariſsima, in multis adhuc hodie miſeris & obſtinatis peccatoribus fruſtrari deberent. Secundò, aſſumpſit pauorẽ & triſtitiam pro nobis membris ſuis, vt ipſe noſtras triſtitias in ſe vinceret, ſicut & mortem noſtrã ſua morte deſtruxit: & ſicut ſuſcepit tentationẽ & paſsionẽ vt nos à tẽtatione & paſsione liberaret.

Triſtitiæ Chriſti cauſæ.

Tertiò quoque huiuſmodi pauorem & triſtitiã aſſumpſit, nobis in exemplũ & doctrinã moralẽ vt ſequitur: ex hoc enim articulo qui eſt pauoris & triſtitię aſſumptio, plura habemus documẽta. Primum eſt, vt nos exẽplo Chriſti diſcamus timores & triſtitias ac paſſiones alias in nobis inſurgẽtes freno rationis cohibere, ne vſq; ad animã pertingant: ſed in inferiori parte animæ ſub voluntatis imperio conſtringan-
I tur: vt dictũ eſt de Chriſto. Secundũ eſt, vt eius exẽplo diſcamus nos deſperare non debere: ſi aliquando nobis ſurrepat triſtitia, timor, vel puſillanimitas in obſequio & opere diuino. Vnde Aug. Moriturus triſtatus eſt Chriſtus, vt doceret martyres ſuos non debere deſperare, ſi in hora paſsionis ſurrepat triſtitia quã tamen vincant. Tertium eſt, vt nos diſcamus contriſtari pro maximis & neceſsitatibus eorum, ſicut Chriſtus triſtatus fuit nõ pro ſe, ſed pro alijs, vt dictum eſt ſecundum vnum intellectum. Quartum documentũ eſt, vt exemplo Chriſti diſcamus triſtitias & turbationes noſtras ad deũ cum oratione referre, ſicut fecit, & ipſe. Nam ſtatim vt dixerat, triſtis eſt anima mea, iuit ad orandum. Quintum documentũ eſt, ꝙ nos orare volentes deuotè, debemus ſecedere ab hominibus ad aliquẽ locum ſecretũ, ſicut fecit Chriſtus, dans nobis exemplum. Sextum eſt, ꝙ omnes triſtitias, tribulationes, pœnas, aduerſitates, & infirmitates noſtras etiam ſi petamus ab eis liberari, ſicut Chriſtus fecit, ſemper poſt orationem committamus voluntati diuinæ: ac per hoc eas quaſi in cor Chriſti reponamus, orantes vt ipſe eas in vnione ſuæ paſsionis K perficiat, & offerat eas deo patri ad laudẽ & gloriã ſuam. Et ex hoc noſtræ tribulationes, & paſsiones multũ nobilitantur. Nam ſicut paſsio Chriſti in cœlo & in terra infinitum attulit fructum: ſic pœnæ & quæcũq; tribulationes noſtræ, hoc modo Chriſto cõmiſſæ, in vnione paſsionis ſuæ tam fructiferæ erunt, vt angelis in cœlo gloriã, iuſtis in terris meritum, peccatoribus veniã, purgandis animabus conferant releuamen.

Documenta ex pauore Chriſti.

In recogitando iſtum articulum ſtudeat homo ſemetipſum cõtriſtare cum gemitibus, cõpatiẽdo Chriſto de ſua triſtitia propter nos aſſumpta, & ſi in aliqua turbatiõe vel aduerſitate ſit, vniat illã cum triſtitia & aduerſitatibus Chriſti: vt ex vnione ipſarum dulceſcant, & deo in ſumma patiẽtia redoleant. O domine Ieſu Chriſte qui triſtari pro me miſero voluiſti, da mihi omnes triſtitias meas ad te iugiter ſufferre: tuq; eas in vnione tuæ triſtitiæ mecũ digneris ſufferre.

Cõtriſtemur cum Chriſto.

Deinde dominus Ieſus volens ſe etiã ſequeſtrare à tribus apoſtolis ſecũ aſſumptis, dixit eis: [Suſtinete hı̃c,] expectando: [& vigilate mecũ,] non cum diabolo vel L cum mundo, tanquã amici ſpeciales præ cæteris, qui debent in anguſtijs aſsiſtere amicis. Suſtinete pondus tentationis, vigilantes à ſomno infidelitatis & torpore mentis, ne ingrauante diabolo obrepat vobis. Cæteris quidẽ iuſsi ſedere ibi, quaſi inferiores ab agone iſto ſeruans eos ſecuros: vos aũt quaſi firmiores vſq; huc adduxi, vt collaboretis mecum in vigilijs & orationibus: ſed nolo vos progredi vlterius, nondũ enim poteſtis. Propter hoc manete hı̃c vigilãtes, ſicut & ego vigilo, vt vnuſquiſq; in gradu ſuæ vocationis conſiſtat: quia & omnis gratia, quãuis magna fuerit, ſuperiorẽ habet. [Et progreſſus eſt ab eis puſillũ,] ſcilicet quantũ iactus eſt lapidis, [& poſitis genibus procidit in faciẽ ſuam,] ſuper terrã: vt humilitatem mentis oſtẽderet habitu corporis, & orabat corde, [dicens] ore: [Abba pater ſi poſsibile eſt,] ſalua congruentia redẽptionis humanæ, & ſi moritur mors me ſecundũ carnẽ non mo- M riente, [transfer calicẽ hunc,] id eſt, experimentũ paſsionis [à me.] Quaſi diceret: ſi poſsibile eſt ſine morte mea tẽporali ſaluari genus humanũ, trãsfer calicẽ amaræ paſsionis à me.

Oratio Chriſti.

Per orationem offerebat ſpiritũ deo patri, quæ quidẽ oratio ex pluribus oſtenditur perfecta. Primò quia ſolitaria erat: eſt enim oratio, eleuatio mẽtis in deum: quod melius fit quando homo eſt ſequeſtratus ab alijs. Secundò, quia humilis, cùm in faciem ſuã procidit. Tertiò, quia deuota, cùm ad deum patrẽ recurrit. Quartò, quia recta, cùm voluntatẽ ſuã volũtati diuinæ ſubmittit. Quintò, quia charitatiua, cùm interim dulciter diſcipulos viſitauit.

Perfectio orationis Chriſti.

Quia dicit [abba pater,] vtriuſq; populi patrẽ & ſaluatorẽ deũ eſſe innuit & oſtẽdit. Idem enim ſignificat abba, quod pater: ſed abba Hebræũ, pater verò Græcũ & Latinũ. Ergo vtroq; primus ipſe inuocat, vt vtrũq; populũ in eũ crediturũ, & ab vtroq; eum inuocandũ eſſe doceat: quia nõ eſt diſtinctio Iudæi & Græci.

Abba pater.

Quia aũt dicit [ſi poſsibile eſt,] ad potentiã dei pariter & iuſtitiam refert. Quoniam quantum ad iuſtitiam eius qui non

Poſsibilia apud deũ.



qui non ſolum potẽs, ſed etiam iuſtus, non ſunt poſ-
A ſibilia niſi ea quæ iuſta ſunt. Vnde & verus homo horrebat mortẽ: & volũtate ſenſualitatis vellet non mori: ſi de iuſtitia poſſet fieri. Habebat autem iuſtitia patris, vt Chriſtus pateretur, & à conſtitutione mundi hoc noſtræ ſalutis ſacramentum erat ab eo præoſtenſum. Anguſtia ergo mortis, & tolerantia paſsionis nõ placebat Chriſto per ſe, & tanquã finis qui per ſe appetitur: ideo ſimpliciter loquendo pati nolebat, ſed propter obedientiã patris, & ſalutẽ humani generis, paſsionẽ & mortẽ voluntariè ſuſtinebat: ſicut infirmus voluntariè recipit potionẽ amaram, non propter potionẽ, ſed propter ſanitatẽ conſequendã. Hæc voluntas, non moriendi, glorioſos martyres facit. Non enim vult ſenſus carnis niſi quod delectat: ſi autẽ delectaret eos mori, non inde viderentur mereri. Sed quia hãc voluntatẽ non moriendi deo ſubijciunt: & quod naturaliter fugiunt, propter deum volunt: ideo merẽtur: vnde & Chriſtus ſubdit dicens· [Verũtamen nõ quod ego volo,]
B humano affectu: [ſed quod tu.] Quod enim ex humana infirmitate trepidãter renuerat: reuertens in ſeipſum, per obedientiã & fortitudinẽ mentis confirmat. Non, inquit, hoc fiat quod humano affectu loquor: ſed ad quod miſſus ſum, & propter quod ad terras tua voluntate deſcẽdi. Vnde alibi: Non veni facere voluntatẽ meam, ſcilicet quam tẽporaliter ſumpſi ex virgine: ſed voluntatẽ eius qui me miſit quam videlicet cõmunem habui æternus cum patre, & quam ſemper approbo animæ ratione. Non meam, non propriã: non meam, non filij hominis: non meam, quæ reſiſtat deo. Et vtriq; volũtas Chriſti, non erat cõtraria voluntati patris: ſed qui venerat obedientiã docere, non inueniretur obediens ſi propriã faceret voluntatẽ. Quantò ergo magis nos non iudicabimur obediẽtes, ſi facimus proprias voluntates: Vnde Aug. Filius vnicus dicit, non quæro voluntatem meam: & homines volũt facere voluntatem ſuam. Ille tantum ſe humiliat, qui eſt æqualis patri: & tantũ ſe extollit qui in imo iacet, & niſi manus ei porrigatur nõ ſurgit. Et iterũ: Transfigu-
C rat in ſe ſuos: & qui nihil aliud vult quàm pater, docet eos priuatã voluntatẽ corrigere, & dirigere iuxta diuinam. Vnde & Hiero. Vſq; in finẽ non ceſſat docere nos patribus obedire, & voluntatem eorum voluntati noſtræ præponere.

Martyrũ gloria.

Ioannis 6.

Voluntas Chriſti.

Oſtendit itaq;, ſecundum Bedam, dominus Ieſus, vt cùm mors vel aliud quod fieri nolumus imminet, ſic per infirmitatẽ petamus vt non fiat, quatenus per fortitudinẽ parati ſimus vt voluntas conditoris noſtri etiã contra noſtram voluntatẽ fiat. Nam ſicut multũ confidere nõ debemus, ne noſtrã virtutẽ videamur profiteri: ſic multum puſillanimiter agere & diffidere non debemus, ne dei adiutoris noſtri impotentiam videamur pronuntiare. Et iterum: Multi adhuc infirmi contriſtantur futura morte: ſed ſi habeant rectum cor, vitent mortẽ quantum poſſunt: ſed ſi non poſſunt, dicant quod dominus dixit, [pater ſi fieri poteſt tranſeat à me calix iſte.] Ecce habes voluntatem humanã: vide iam rectum cor, [ſed non quod ego volo: ſed quod tu.] Hæc Beda. [Et rediens,] de loco in quo orauerat, [ad] tres [diſcipulos ſuos,] ſcilicet Petrum, Iacobum, & Ioannem, [inuenit eos dormientes,] iam vicina tentatione incipiebant o- D culi eorũ langueſcere: quia dormitio erat quaſi prę figuratio negationis & fugæ. Vnde Beda: Somnus corporis, præfiguratio erat ꝙ in proximo grauandi erant ſomno infidelitatis. Et Petro ironicè dicit ſic: [Simon dormis?] quaſi diceret, Sic erat faciendum: vel ſic imples quod promiſeras? [Non potuiſti vna hora vigilare mecũ?] quaſi diceret. Quia vna hora non potuiſti vigilare mecũ, quomodo mortẽ ſpernes tu qui ſpondes mori mecum? Non oſtendis tantũ feruorem facto, quantum verbo. In hoc apparet tua infirmitas. Per hoc ꝙ dicit, vna hora: oſtendit, ꝙ breuis eſt moleſtia tentationis, reſpectu remunerationis. Vt ergo dicit Tullius: Omnia quæ breuia ſunt, tolerabilia debent eſſe, etiam ſi magna ſint. Quãuis autem omnes dormirent, Petrum tamen potius increpabat: quia enim præ cæteris fuerat gloriatus, ideo præ cæteris erat increpãdus. Itẽ quia inter eos principalis erat, ideo in ipſo alios reprehendebat. Item quia in eodem defectu prælatus E magis eſt increpandus, quàm alij: cæteris paribus. Qui etiam iam infirmitate depreſſus, non Petrus vel Cephas, ſed antiquo nomine Simon à domino hı̃c vocatur.

Petendi à deo forma

Petri increpandi cauſa.

[Vigilate,] attentè, oculis mẽtis & corporis: [& orate] deuotè, verbis cordis, & oris: [vt nõ intretis in tentationẽ,] negandi me, & recedendi à me. Non dicit, ne tẽtemini, quia impoſsibile eſt hominem non tentari: ſed, [ne intretis in tentationẽ,] & incidatis in eius profundũ: id eſt, ne tentatio vos ſuperet & includat, per conſenſum vel opus: tentationis enim initium, eſt ſuggeſtio mali: mediũ, conſenſus in delectatione, vel opus: conſummatio, eſt opus ipſum. Ad euitandum autem tentationem, & ad reſiſtendum eidem, recurrendũ eſt ad orationẽ. Oratio enim eſt eleuatio mentis in deum: quantò autem mens in deum eleuatur, tantò facilius tentatio ab ea ſeparatur. Et ſicut fur audito clamore fugit, & vicini veniunt ad ſuccurſum: ita clamor orationis diabolũ fugat, & ſanctos ad ſuccurrendũ excitat. Vnde Iſidor. Hoc eſt remediũ eius qui vitio- F rum tentamentis æſtuat, vt quoties quolibet vitio tangitur, toties orationes fundat: quia frequens oratio impugnationẽ vitiorum extinguit. Et ſicut ſeruus qui ſentit furem in domo, & non clamat, fauet furi, & proditor eſt domini ſui: ſic qui ſcit tentationem eſſe in corde, videtur Chriſtũ prodere, & diabolo conſentire, niſi ſtatim per orationẽ exclamet. Et ideo quia diabolus ſemper tentat, ſemper debemus orare, & nunquã deficere. Sed oratio debet ordinari non ad hoc vt non tẽtemur: ſed ad hoc quod non intremus in tentationem.

Orationis virtus.

Multũ autem valet ad expulſionẽ tentationis cogitatio, & timor æternæ mortis. Vnde Auguſt. Timor de futura morte mentem concutit, & quaſi cõclauatos omnes corporis motus ſuperbię ligno crucis affigit.

Timor mortis æternæ.

[Spiritus quidem] de ſe & natura ſua, [promptus eſt,] in me & in vobis ad confitendum: [caro autem infirma,] in vobis, non autem in me, ad tolerandũ: quia caro corrupta ſemper deprimit, & aliquãdo vincit ſpiritum: & ideo eſt orandũ. Nam quaſi promptũ habuiſti ſpiritum, in promittendo mori etiã pro me: ſed

Promptitudo ſpiritus Petri.

nunc patet carnis infirmitas,ad ſuſtinẽdum immi-
G nentẽ tentationẽ:quia ipſa dormitio corporalis,indicium eſt & quaſi prænuntia veſtræ infirmitatis: nondum enim virtute ex alto induti eſtis. Vbi Hiero. Hoc autẽ aduerſus temerarios dictum eſt: quicquid crediderint,putãt ſe cõſequi poſſe. Itaq; quantum de ardore mentis cõfidimus,tantũ de fragilitate carnis timeamus. Hæc Hieron. Tu domine qui mandaſti ꝙ vigilemus & oremus, da nobis gratiã ad hoc faciendũ:quia licet ſpiritus promptiſſimus ſit,caro tamẽ infirma eſt,& tota pigra & tota ſomnolenta:nec poteſt ſuſtinere vt vix per vnã horam perfectè tecum vigilet,& tecum oret, ne cadat in tentationẽ. Deinde [iterum ſecundò abijt & orauit dicens:Pater mi,ſi non poteſt hic calix tranſire niſi bibam illum,fiat voluntas tua.] Oſtendit hîc,vt ait Chry. quoniã valde cõcordat voluntati dei:& quoniam vbiq; hanc ſequi oportet, & hanc inquirere. Vellet quidẽ tranſire calicẽ,quia homo eſt:ſed perfi-
H cit diſpenſationẽ,quia patri obediens eſt. Vnde &

Fiat voluntas, vox efficaciſſima.

Leo papa: Hæc vox capitis,ſalus eſt totius corporis hæc vox omnes fideles inſtruxit:omnes cõfeſſores accendit,oẽs martyres coronauit. Nam quis mundi odia, quis tentationũ turbines:quis poſſet perſecutorum ſuperare terrores: niſi Chriſtus in omnibus,& pro omnibus patri diceret,fiat voluntas tua? Diſcant igitur hanc vocem omnes eccleſiæ filij,vt cùm aduerſitas violẽtiæ alicuius tẽtationis incumbit:ſuperato tremore formidinis,accipiant tolerantiam paſſionis. [Et reuerſus denuo, inuenit eos dormientes præ triſtitia,erant enim oculi eorum grauati,] & depreſſi:interiores quidẽ, languore terroris & triſtitiæ:exteriores verò, vigiliarũ longitudine: nam triſtitiæ magnitudine ſomnũ non poterãt vincere timentes tum pro capite,tum pro ſe:ſed ſicut dormiebant mente,ita & corpore:quia ex torpore animæ,quãdoq; prouenit ſomnus naturæ:[& ait illis:Quid dormitis? ſcilicet in tantis conſtituti periculis,cùm ſit tempus vigilandi, propter inſtantiam grauiſſimę tentationis vobis imminẽtis.[Sur-
I gite,] à torpore mentis:[vigilate,] animi vigilãtia: [& orare,ne intretis in tentationẽ:] ſcilicet per conſenſum:id eſt,ne tentatio vos ſuperet, & intra ſuos caſſes teneat. [Et abijt iterum,& orauit tertiò, dicens eundẽ ſermonẽ ] orationis, ſcilicet [pater mi,

Orationes iterandæ.

&c.] Tertiò Chriſtus idem orauit,vt orationis frequentiã oſtenderet, & nobis ſpei longanimitatem exhiberet. Iterat orationẽ,oſtendens ꝙ oratio debet eſſe continua. Similiter iterat viſitationem diſcipulorũ ſuorum:quia opera charitatis debent orationi eſſe coniuncta. Et ſic prelatũ inſtruit & ſibi & gregi intendere,& nunc contemplatiuã,nunc actiuã vitam exercere. Huic non obſtat,quod dicitur in Eccleſiaſtico: Non iteres verbũ in oratione tua:quia illa autoritas ſic intelligẽda eſt,non iteres: id eſt,ita ſis diligens in proferẽdo integrè & deuotè verba orationis tuæ,vt poſtea propter omiſſionẽ vel negligentiam non oporteat iterare : ſed tamen iterare propter deuotionẽ,vel inſtãtiam,bonũ eſt.

Eccleſiaſtici 7.

Sic & eundem ſermonẽ,in prędicando diuerſis,bonum eſt quandoq; iterare. Cùm autem oraret & anxiaretur dominus Ieſus, [ecce angelus] princeps

Chriſtus ab angelo cõfortatus

Michaël aſtitit confortans in eo motum ſenſualitatis,ſecundũ quam minoratus eſt paulominus ab an- K gelis,illum ſcilicet motũ qui exhorrebat mortem. Statim poſtquã Chriſtus ſe voluntati patris ſubmiſit,angelus eum confortauit. In quo innuitur ꝙ licèt quandoq; non fiat quod petitur: quia fortè non expedit:ſemper tamen oranti mentalis conſolatio confertur. Et,ſecundũ Theophilũ,vt nobis innoteſceret oratiõis virtus,quatenus eam in aduerſis prępponamus,orans dominus ab angelo cõfortatur. Et humilis dominus reuerenter & humiliter ſuſcipit hanc confortationẽ,etiam à ſua creatura, conſiderans ſe eſſe minoratũ paulominus ab angelis, dum eſt in hac lachrymarũ valle:& ſicut contriſtabatur vt homo,ſic ex verbis angeli ſui fuit cõfortatus vt homo.

Pſal. 8.

Nec putandũ ꝙ hic angelus,vel alius, fuerit in eius cuſtodiã deputatus:quia hoc non decuit, & Chriſtus non indiguit. ſecundũ Bedã: Alibi ꝙ angeli ei miniſtrauerint,hîc ꝙ angelus eum confortauerit dicitur:vt vtraq; natura deſignetur. Nam diuinæ naturę angeli miniſtrant, humanã verò confortant.

Angelus nõ habuit deputatũ

Matth. 4.

[Apparuit autem ei angelus,] viſione corporali L in aſſumpto corpore humano,conſolans eum per modum ſeruientis : non propter ſe & ſui indigentiam,ſed magis propter diſcipulorũ aſſiſtentiũ conſolationẽ,& ad confirmandũ fidem in eis, ꝙ Chriſtus ſit maior angelis, ratione deitatis: ac propter noſtrã inſtructionẽ,ad oſtendendum ſcilicet ꝙ angeli aſſiſtunt nobis orantibus,cõfortantes nos in oratione:& vt ex ſua poſt triſtitiã cõſolatione ſciremus ꝙ tribulatis pro Chriſto non deeſt diuina conſolatio:iuxta illud Pſal. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo,conſolationes tuę lætificauerunt animam meam.

Angelus in forma humana

Pſal. 93.

Nam ſecundũ Bedam,creator non indigebat creaturæ ſubſidio: ſed homo factus,ſicut nobis & propter nos eſt cõtriſtatus,ſic nobis & propter nos eſt confortatus. Sed & ipſe dominus ratione ſe confortabat, dicens ad patrem: Nõ ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Aiunt autem quidam Michaël aſtitiſſe oranti & dixiſſe ſe patri orationis tenorẽ retuliſſe, omneſq; procidẽtes an- M gelos pro hoc ipſo oraſſe:& reſpondiſſe patrem,nouit dilectus filius meus ꝙ humani generis redemptio,quã ſic optamus,ſine ſui ſanguinis effuſiõe decenter fieri non poteſt.

Michaël ſermo

Angelus autem poſt hæc confortauit eum: vel de ſui præſentia,ſicut amicus de ſua præſentia confortat amicum. Vnde confortauit: id eſt, ad modum confortantis ſe habuit: ſcilicet ei aſſiſtendo: vel fortè aliqua verba conſolatoria dicendo:quia ſcilicet hîc vincetur Lucifer,ſicut victus eſt in cœlo : vel quia magnanimum magna ſuſtinere diceret : vel quia paſſio citò tranſiret, & eius fructus eſſet perpetuus: ſcilicet redẽptio humani generis, & reſtauratio angelicæ ruinæ, vel aliquod ſimile. vel ſecũdum quoſdam, vt dicit Theophilus,iſta angelica confortatio,fuit Chriſti glorificatio:dicebat enim angelus glorificans eum,Domine tua eſt virtus,tu potes contra mortem & infernum genus liberare humanum : & ſimilia. Ieſu qui in oratione poſitus ab angelo confortari voluiſti,da mihi per virtutem orationis tuæ, vt orãti mihi ſemper aſſiſtat angelus tuus me confortans.

Confortatio angeli qualis.





Hîc animaduerte contra impatientiam noſtram,
A quia dominus Ieſus pluribus vicibus orauit, antequam à patre acciperet reſponſionẽ, & confortationem. Sicut aũt ter fuerat tentatus in tribus locis ſic ter orauit:nõ in eodem loco,ſed in tribus diuerſis locis,diſtãtibus abinuicẽ per iactum lapidis. Et (vt dicitur) adhuc in ipſis locis veſtigia eccleſiarum, ſunt,quæ ibi factæ fuerũt.

Ter orauit,vt ter tentatus fuerat.

[Et factus eſt in agonia prolixius orabat:] oſtendens & docẽs ꝙ nos in agonia,vel quacũque neceſſitate cõſtituti, debemus ad orationem cõfugere:& in magnis periculis ac maiori neceſſitate, magis & inſtantius orationi inſiſtere. Agonia iſta poteſt dici certamẽ contra mortem,vel mortis anxietas, quam quaſi præſentem pręuidebat:& ideo dicitur tunc fuiſſe in agonia,ſicut infirmi in extremis laborãtes dicũtur eſſe in agone.

Agonia Chriſti.

Vel poteſt dici certamẽ & reluctatio ſenſualitatis ac rationis : quia agonizabat & certabat in eo mirabili pugna ſenſualitas, naturaliter mortem horrens & recuſans:ac ratio volũtati diuinæ obtẽ-
B perans,& ipſam mortẽ pro ſalute humana zelans: quia virtute diuina quęlibet pars permittebatur agere vel pati quod propriũ erat ſibi. Iam tamẽ vincebat mortẽ animo dum etiã mori volebat, quam pòſt vicit actu ipſo,ſcilicet reſurgendo. Sed heu colluctatio carnis ad ſpiritũ,ſiue ſenſualitatis ad rationem,quoſdã hominum facit retroire vel exorbitare:vt illos qui peccãt mortaliter:& quoſdã lentè incedere,ſiue in via morari,vt illos qui peccãt venialiter. Vnde in huiuſmodi pugna prolixius eſt orandum,vt oratio ſit recta & voluntas cõſtans, ac ſenſualitas rectæ rationi & ratio diuinæ volũtati non obſiſtat,ſed obediat:& dicamus,nõ mea,ſed tua voluntas fiat.

Orandum prolixius.

In ſtatu mortis,diſtrictũ iudicium,& ea quæ homo nunquã antea recoluit,ei veniunt in animum. In cuius figura Chriſtus appropinquãte morte,factus eſt in agonia. Vnde Greg. Appropinquante etiã morte,noſtrę mentis in ſe certamen expreſſit,qui vim quandã terroris & formidinis patimur,
C cum per ſolutionẽ carnis ęterno iudicio appropinquamus. Nec immeritò tunc anima terretur: quoniam poſt puſillũ hoc inuenit quod in ęternũ mutare nõ poſſit. Si enim cõſideremus ꝙ viã vitæ pręſentis nequaquã ſine culpa tranſire potuimus:& ꝙ nec hoc ipſum ſine reatu noſtro eſt quod laudabiliter geſſimus, ſi remota pietate iudicemur: meritò in agonia cõſtituimur.

Morienti ſubuenientia.

Et cùm dominus prolixius oraret,interim ſudor feruentiſſimus,in modũ ſanguinis erũpẽs in hac agonia, ſiue certamine,vſque in terrã abundãter currebat. Ex feruore enim orãdi,& ex apprehenſione imminẽtis periculi,ac vehementi anxietate ſenſualitatis, quę permittebatur agere & pati quod erat propriũ ſibi, inflammabatur cor & corpus,vt apertis poris efflueret ſudor rubicundus & ſanguineus. Iſte ſanguis fuit verus & naturalis,quantũ ad veritatem ſuę exiſtẽtiæ,& de puriſſima Chriſti carne:ſed miraculoſus & nõ naturalis,quantũ ad modum profluentię:quia, ſecundũ Bedam,contra naturam eſt ſanguinem ſudare. Sic etiam oportet dicere de ſanguine & aqua lateris Chriſti, iam mortui, ꝙ fuit verus ſanguis & vera aqua:ſed miraculoſè effluxerunt de mortuo corpore.

Sudor ſanguinis Chriſti.

Ad hunc ſuauiſſimi ſudoris balſamum,ægrotis proficuum,feſtina ne tardaueris,vt inde ſanari me- D rearis. Vnde Anſelmus: Quid ſtas? accurre, & ſuauiſſimas illas guttas lambe , & puluerẽ pedum illius linge:noli dormire cũ Petro, ne merearis audire,ſic non potuiſti vna hora vigilare mecum? Hæc Anſelmus. Surgit igitur tertiò ab oratione in qua ſtabat,flexis in terrã genibus, totus ſanguine madefactus:quẽ conſpice tergentem ſibi vultum , vel fortè etiã in torrente lauantem,totumq; afflictum reuerenter cerne , & conſidera quanta tunc fuerit animæ ſuæ anguſtia:cuius teſtes ſunt guttæ ſanguineæ decurrentes in terrã, & ei intimè compatere: quia nõ ſine ingenti acerbitate doloris hoc ſibi potuit contingere. Nunquã enim aliquis mortalium, ob mortis horrorẽ auditur ſudorem fudiſſe ſanguineum. Vnde patet eius nunquã ſimilem fuiſſe dolorem. In hoc quidẽ apparet quanta fuerit amaritudo paſſionis Chriſti,cuius ſola cogitatio tantũ naturam immutauit, quòd præ anguſtia ſanguinem ſudare coëgit.

Dolor paſſionis dominicæ.

E Hæc pugna eius & anxietas,martyrum certamina , & agones ſignificans, plurimum conſolatur & confortat puſillanimes & infirmos, & ad amorẽ incitat tepidos & ingratos. Vnde Anſelmus: Poſitis quoque genibus in terra, procidiſti in faciem tuam adorans in agonia,& dicens: Abba pater mi,ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte, Et anguſtias quidem cordis tui dulciſſimi certiſſimè indicabat ſudor ille ſanguineus,qui orationis tempore de ſanctiſſima carne tua guttatim decurrebat in terram. Dominator domine Ieſu vnde animæ tuæ tam vehemens triſtitia : vnde tanta ſudoris anxietas,& tam anxia ſupplicatio ? Nõnne voluntarium omnino ſacrificium deo patri obtuliſti, & nihil inuitus pertuliſti? vtique domine. Arbitramur autem quòd & hoc quoque ad conſolationem infirmorum membrorum tuorum aſſumpſiſti, ne fortè deſperet quis, ſi caro infirma remurmuret, vbi ad paſſionem promptus eſt ſpiritus. Nimirum & vt maiores erga te amoris & gratitudinis ſtimu- F los haberemus,naturalem carnis infirmitatem huiuſcemodi indicijs in te expreſſiſti : quibus docemur, quia verè languores noſtros portaſti,& non abſq; ſenſu doloris paſſionũ ſentes percurriſti. Vox enim illa vox carnis fuiſſe videtur,non ſpiritus,eo quòd ſubiunxiſti : Spiritus quidem promptus eſt, caro aũt infirma. Hęc Anſelmus.

Voluit autem dominus ſanguinẽ ſudare,pluribus rationibus. Prima eſt ſecundũ Auguſtinum , ad figurandum quòd de corpore ſuo toto , quod eſt eccleſia, ſanguis effundendus,& emanatura erant ſanctorũ martyria. Secunda eſt,ſecundũ Bedam,vt per terram ſanguine irrigatã,declararet terrenos homines ſanguine ſuo redimendos & mundandos. Tertia eſt,ſecundum Gloſam,vt totũ mundum peccatis mortuum ad vitam reſuſcitaret:ideo ſudorem ſuum ſanguineum ad terram decurrere volebat. Item ſecundũ Bern. non ſolum oculis,ſed quaſi membris omnibus fleuiſſe videtur:vt totum corpus eius, quod eſt eccleſia,totius corporis lachrymis purgaretur. Inſuper etiam ſanguis decurrebat in terram:ad oſtendendum ꝙ pro terra,id eſt,eccleſia adhuc militante in

Sanguinẽ ſudandi ratio.

terra,orabat:& ſanguinẽ ſuum fundebat: & ipſam G ſuo irrigatam ſanguine fœcundabat. In ſudore autem notatur feruor: in ſanguine pretiũ: in decurſu, abundantia: in guttis, particularis efficacia, quãuis eſſet vniuerſalis ſufficiẽtia.

Documentum.

Ex iſto articulo, qui eſt ſudoris ſanguinei defluxio, habetur documentum ſalutiferũ, ꝙ & nos in oratione debemus ita eſſe intenti & feruidi, vt ex vehemẽtia intẽtionis, & feruore deuotionis, ſudemus quaſi ſanguinẽ: per figurationẽ paſsionis Chriſti, & ardorẽ dilectionis ad deũ. Quod fit, dum quis orans in tãto ardore deuotionis accẽditur, ꝙ pro amore dei ſi oportet ſanguinem ſuũ fundere nõ veretur: & talis ſic incaleſcit ſpiritu, vt totus ſanguis in corpore, quaſi ſpiritui alludẽs, pronũ & promptũ ſe exhibeat ad exſudandũ: quia verò caro ex infirmitate ſua tam vehementem ardorẽ deuotionis ſufferre non prævalet: ideo ſudorẽ quaſi ſanguinẽ euaporat, vel ſaltẽ pro ſanguine ardentes lachrymas per oculos effundat.

Efficacia orationis ex oratione Chriſti

Et quoniã nos tam vigoroſam orationẽ effundere non valemus, adiungamus orationẽ noſtram orationi Chriſti, qui eſt aduocatus noſter apud patrẽ, & ipſe interpellat pro nobis, imò orat nobiſcũ. Et H illa oratio eſt efficaciſsima, & deo patri accepta, quæ ſcilicet in vnione orationis Chriſti offertur.

Oratio cũ lachrymis compaſsionis.

Quàm efficaces etiã ſint lachrymæ orationis, & maximè illæ quæ in recordatione paſsionis Chriſti fundũtur, patet ex quadã reuelatione facta cuidam perſonæ, de qua legitur ꝙ apparens ei dominus in ſpiritu ait: Si quis in recordatione meæ paſſionis lachrymas cum deuotione fuderit, ſuſcipere volo ac ſi ipſe pro me paſſus ſit. In recolendo iſtum articulũ procidat homo in faciẽ ſuper terrã orando intentè, & cogitet angelicã præſentiam ſibi tũc adeſſe: recogitet etiã agonem ſuũ, & conetur quantum poteſt habere lachrymas ex cõpaſsione & amore Chriſti: quas ſi habere nõ poteſt per oculos, fundat ſaltem lachrymas cordis. Et ſicut Chriſtus dei filius imminẽte ſibi paſsione horrẽda, cùm præ anguſtijs ſuperuẽturæ mortis guttas ſanguineas in terram funderet: nihilominus tamen liberè voluntatem ſuã voluntati patris cõmiſit, & quod cœpe I rat deuotè perfecit: ſic quilibet deuotus in omni aduerſitatis preſſura, & tribulationis anguſtia (licèt fortè naturã reluctantẽ habeat) ſe paternæ voluntati cõmittat: & hoc quod occurrit, deuotè ſuſcipiat. O pie Ieſu, qui factus in agonia guttas ſanguinis mirabiliter deſudaſti: da mihi vt recordatione tuæ paſsionis accenſus, lachrymarũ guttas pro ſanguine, in cõſpectu tuo merear dulciter deſudare.

Contemplatio.

Reſpice nunc qualiter iacebãt diſcipuli dormiẽtes: & qualiter dominus oſtẽdit eis modũ orandi in geſtu corporis, & in verbo pio, & per angelũ ibi apparentem: quẽ modum & tu tenere debes: ſcilicet te proſternẽdo, ac proprium defectũ & fragilitatẽ recognoſcẽdo, & cadẽdo in faciẽ tuam, nõ poſt faciem: vt ea quæ rogas coram te habeas, & in mẽte teneas, non retrò: vt vnũ ore dicẽdo, & aliud corde cogitãdo: & vt humilitatẽ mentis oſtẽdas habitu corporis (caſus enim in terrã, docet nos magis humiliari, ſi poſſet fieri) & ꝙ volũtas patris ſemper præcedat, & ꝙ nõ tepidè, ſed cum magno feruore ores, ſicut dominus fecit: & ꝙ non parum, ſed prolixè & diſtinctè, nõ ſicut illi qui feſtinanter horas ſoluẽdo: & ſi K non verbo, facto tamẽ dicunt expediamus nos de iſtis: q̃a habemus facere alia magis neceſſaria, quaſi feſtinãtes ad vtiliora & maiora. Et vide quomodo ſtatim aderit tibi angelus qui te adiuuet & cõfortet, & orationẽ tuam deo præſentet: propter exemplũ enim noſtrũ ille angelus apparuit cõfortãs dominũ.

Orandũ frequẽt.

Et nõ ſemel, ſed frequenter eſt orandũ, ſicut ipſe oſtẽdit nobis per trinã orationem ſuã: docens vt non deficiamus, ſed in oratione permaneamus, donec impetremus ea quæ poſtulare iam cœpimus. Et tu ora pro mortuis, pro viuis, tam peccatoribus quàm iuſtis.

Dĩstur ter orauit

Vel orauit ter, vt & nos de peccatis præteritis veniã, de præſentibus emendationẽ, & de futuris cautelã à deo poſtulemus. Vel vt hæc tria ſcilicet veniã, gratiam, & gloriã, in oratione petamus: vel vt cõtra trinam cõcupiſcentiæ, ſeu cupiditatis tentationẽ orationis clipeo tueamur. Vel vt ad trinitatẽ, ſcilicet patrẽ, & filium & ſpiritũ ſanctum orationẽ dirigamus. Per hoc etiã docuit nos orare perfectè: quia perfectio cõſiſtit in tribus: ſcilicet in principio, medio, & fine. Cõpatere nunc do L mino, & admirare profundiſsimã humilitatẽ ſuã: quia cùm ſit deo patri ſuo coæqualis & coæternus, proſtratus tamen deũ orat, & tanquã quilibet de populo homũculus.

Orare modo Christo conuenit.

Orare quidẽ patrẽ, cõuenit Chriſto ratione humanitatis, in qua eſt minor patre: nõ autẽ ratione deitatis, in qua eſt æqualis patri: vt homo rogat patrẽ, qui vt deus eſt vnus cũ patre. Cõſidera etiã perfectiſsimã eius obedientiã. Quia enim pater vult ꝙ moriatur, ipſe hanc obedientiã reuerenter ſuſcipit & exequitur. Vide tertiò indicibilẽ ad nos charitatem, tam patris, quàm filij: pro nobis enim hæc mors indicitur & ſuſtinetur, propter nimiam ipſorũ charitatem quã ad nos habẽt. [Venit autẽ,] poſt hæc dominus Ieſus [ad diſcipulos ſuos,] & quaſi cõpatiens eis propter tentationẽ de proximo eis imminentẽ, [dixit eis: Dormite iam & requieſcite:] quaſi diceret, Parũ poteſtis hoc facere.

Dormire cur permiſit apoſtolis.

Qui ibidẽ aliquantulũ dormierunt. Iubet eos dormire vt oſtendat ſuã ad eos compaſsionẽ, quia grauati erant: & vt cognoſcant ſuã infirmitatẽ, quia cũ M ipſo vigilare nõ poterant: & vt ſomno recreati fugere poſſent de manibus eorũ qui ſtatim Chriſtũ erant capturi: & in figura, ꝙ in proximo infidelitatis ſomno erãt grauandi. Cõſidera in Chriſto manſuetudinẽ piam: quãtò enim magis appropinquat ad mortẽ, tantò magis oſtendit cordis ſui dulcedinem.

Vigilia Chriſti.

Bonus paſtor vigilabat ſuper cuſtodia puſilli gregis ſui. O grandis amor. Verè bonus & pius eſt hic paſtor. Verè in finẽ dilexit eos, cùm in tãta agonia poſitus illo modico tẽpore quietem eorũ procurat: nõ ſic hodie multi paſtores faciunt, qui ſubditis vigilantibus & in agonia poſitis, dormiũt ſuauiter & quieſcũt. Dum ergo videbis diſcipulos dormientes in tanto periculo, & dominũ vigilãtem, ſi deuotus es, multa inuenire poteris quæ dicas tam dño tuo, quàm diſcipulis ſuis. Videbat tandẽ à longè aduerſarios ſuos venientes cũ facibus & armis, nec tamen diſcipulos excitauit, niſi cùm propè & quaſi iuxta eos fuerunt. Tunc autem euigilans diſcipulos



ſcipulos, dixit eis: [ſufficit:] ſcilicet quia iam quie A uiſtis, & ſatis dormiſtis: ergo parũ eſt dormiẽdum. Vnde quidam patres, nõ niſi ſtãdo vel ſedendo ſomnum capere cõſueuerunt per modicum. Ter diſcipuli dormiunt: ter dominus orans ſuſcitat: quæ trina dormitio & ſuſcitatio, tres mortuos quos dominus ſuſcitauit ſignificat. Et ſubiũxit: [Venit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorũ.]

Tradi in man' peccatorum.

vbi Origenes: Sed & nũc Ieſus in manus peccatorũ traditur, quando hi qui videntur in Ieſum credere, habent eum in manibus ſuis, cùm ſint peccatores: ſed & quotieſcunq; iuſtus, habẽs in ſe Ieſum, in poteſtate factus fuerit peccatorum: Ieſus eſt traditus in manus peccatorum. hæc Origenes. [Surgite eamus,] ſcilicet obuiam Iudæ proditori, & ſuis cõplicibus: [ecce qui me tradet, propè eſt:] quẽ nolo declinare quãuis poſſem hoc facere: ac ſi diceret, Non nos inueniant latentes, ac quaſi timẽtes & retrahẽtes: vltrò eamus eis obuiã, & pergamus ad mortẽ: vt paſſuri confidentiam & gaudium videãt, & paſſionem omnino volũtariam ſciant. Vltrò nos debe B mus offerre, quando nõ expedit mortem effugere: vbi oſtenditur Chriſti deſiderium ad noſtrã redẽptionem: quia nõ ſolum proditorẽ cum turba venientem expectauit, ſed etiã eis occurrit: vbi etiam docet, vt ſi tribulari nos oportet, cum gaudio & cõfidentia ſuſtineamus.

Moraliter

Moraliter quoq; monet nos ad tria: Primò, ad tẽtationes nos præparare: cùm dicitur, [ſurgite.] Secundò, in bonis operibus proficere: cùm ſubditur, [eamus.] Tertiò, omni hora quaſi tentationẽ proximã expectare: cùm additur, [ecce propè eſt.]

Iudæ aduentus.

[Et adhuc eo loquente cum diſcipulis ſuis: ecce Iudas] mercator peſsimus: [vnus de duodecim:] ſcilicet numero, non merito: quod dixit ad oſtendendum immane facinus illius, qui de apoſtolica dignitate proditor fuerat factus: [accepta à præſide cohorte] militũ Gentiliũ, quorum intererat capere malefactores, cũ tribuno q̃ præerat eis, ac turba plurima Iudæorũ miniſtrorũ, accepta à põtificibus & principibus ſacerdotũ, crudeli vtiq; & peſsima ſocietate impiorum, tanquã ad tenendũ C reum, antecedebat eos tanquã ductor eorum, q̃ volebant cõprehendere Ieſum: & venerũt illuc [cum laternis & facibus,] vt ſi in tenebris latere vellet, his quæreretur: necnõ [cum gladijs, fuſtibus & armis,] vt captionẽ eius impedire volẽtibus his reſiſteretur. ſecũdum Hierony.

Armatura Iudæ.

Incũbit virtuti ſeculi, qui deſperat de adiutorio dei: habebat itaque fulcimentum ab vtraq; curia, ſcilicet imperatoris & põtificis, quaſi ſeruato ordine legitimæ poteſtatis, vt nemo tenẽtibus auderet obſiſtere: cùm hinc milites præſidis, inde miniſtri Phariſæorũ, qui in lege ſummi & iudices videbantur, illum tenerent: vel etiã ſi quis auderet, cõtra tot nõ poſſet: timebãt eñ plebẽ, ne per hanc defenderetur contra eos: & ideo etiam nocte traditur, vt ſine turbis quæ in die frequenter propter inſtructionẽ aderãt, inueniretur. Antequã autẽ Iudas cum turba veniret ad hortum, vbi Ieſus cum diſcipulis erat, dedit eis ſignũ dicens: [Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt,] ſcilicet Chriſtus: [tenete eum, & ducite cautè:] ſcilicet cauẽdo à populo, ne eũ de veſtris manibus eripiat: populus eñ communis deuotionẽ ad eum habebat: hoc autẽ fecit Iudas, & propter Romanorum milites, q̃ Chri D ſtum nõ cognoſcebant, & ꝓpter alios ne loco Chriſti caperent Iacobum minorẽ, qui in facie Chriſto ſimilimus erat: propter quod ſpecialiter frater domini dicebatur: & quia timebat ne ſe transformaret, & de manibus eorum elaberetur: quia pluries detentus ab ipſis pertrãſijt, neſcientibus eis: & ideo oſculari eũ voluit, vt in oſculãdo teneretur ne euaderet.

Iacobi minoris ſimilitudo ad Chriſtũ.

Et cùm veniſſent ad hortum [tũc Ieſus ſciẽs omnia quæ] ex diſpoſitione diuina [ventura erant ſuper eum, ꝓceſsit] vltrò [in occurſum illorum,] ſicut paratus ad paſsionẽ. Ex quo patet, voluntariè eum captum fuiſſe & paſſum: diſcipuli quoq; ſequebantur eum timentes: ſed ipſe cõfortabat eos ne timerent. vnde Anſel. Quàm prõptus, bone Ieſu, ſpiritus tuus ad paſsionem fuerit, euidẽter oſtendiſti, quando veniẽtibus vnà cùm ꝓditore tuo viris ſanguinum, & quærentibus aĩam tuã cum laternis, & facibus, & armis, per noctẽ vltrò occurriſti. [Et dixit] Ieſus occurrentibus, offerens ſe voluntariè eis: E [Quem quæritis?] Non interrogat, quaſi ignarus voluntatis eorum: ſed mori paratus interrogat, vt ſciant eſſe eum quẽ quærebãt. [Reſponderũt ei, Ieſum Nazarenum.] Non erat quærẽdus ad mortẽ, quem profitentur eſſe ſalutis autorẽ: nec erat perſequendus, quẽ dicũt eſſe florẽ honoris & honeſtatis.

Obuiatio Chriſti.

[Dixit eis Ieſus:] ſemetipſum manifeſtans & offerens, [Ego ſum:] ſcilicet quẽ quæritis. quaſi diceret: Quid pro ſigno ſumitis oſculum proditoris? quid quaſi latentẽ me quæritis cũ facibus & laternis? [Ego ſum.] Non ſe occultauit, nec ſe abſcõdit: ſed magis quærentibus obuiam iuit, & ſe oſtendit. vbi Chryſo. Fecit autẽ hoc Ieſus, oſtendens quoniã non ſolum cõprehendere eum non poſſent: ſed nec videre in medio exiſtentẽ, niſi ipſe cõcederet. hæc Chryſ. Virtute enim diuina factum eſt, vt veniẽtes ad capiendum eum, primò non cognoſcerent: etiã ſuus diſcipulus qui venerat ad tradẽdum: quod maximè eſt potentiæ eius oſtẽſiuum: vt per hoc ſecundò oſtenderetur ꝙ de voluntate ſua caperetur: quia incognitus ab eis recedere poterat, ſi voluiſſet. Sed F & manifeſtius patet per quod ſubditur, q̃a audito verbo virtutis & diuinitatis, quod eſt ei cũ patre & ſpiritu ſancto cõmune, à voce tonitrui huius formidantes, [abierũt retrorſum, & ceciderũt in terrã,] reſupini, tam Iudas quàm alij, potentia, diuinitatis ipſius deiecti: ita erat eis importabile quod dicebatur.

Reſupin captiuantium caſus.

Item ideo, vt etiã quantũ in ſe eſt, daret Iudæis materiam cõuerſionis viſo potentiæ ſuæ miraculo: & ideo cùm ſtatim ad oſtenſionẽ ſuæ potẽtiæ conuerſi non fuerunt, ſe eis capiendum ſponte obtulit.

Caſus retrorſum.

[Ceciderunt retrorſum,] & reſupini, ſicut cadunt iniqui: nõ antè & in faciẽ, ſicut cadũt iuſti: qui autẽ ante ſe cadit, videt quò cadat: qui autẽ retro cadit, non videt ſui caſus periculũ. Iniqui ergo retrò cadunt, quia nõ vident ſui caſus miſeriã, & quod eos ſequatur: iuſti verò q̃ in iſtis viſibilibus ſemetipſos ſponte deijciunt, vt in inuiſibilibus erigantur: in faciem ſuã, & antè cadere dicũtur: quia caſum vidẽt, & timore compuncti humiliantur.

Verbi Chriſti virtus.

Hinc ergo pẽſandum eſt, quàm aſpera erit vox irati: cuius verba



dulcia

dulcia pati non potuerunt: hoc autē factum eſt ex G diuina ordinatione, vt per hoc declararetur virtus ſuę diuinitatis. vnde Auguſtinus exclamās ait: Vbi nunc militum cohors, & miniſtri principū ac Phariſæorum: vbi terror, & munimē armorū? Nempe vna vox dicentis, Ego ſum: tantam turbā odijs ferocem, armiſq; terribilem, ſine telo vllo percuſsit, repulit, ſtrauit virtute diuinitatis latentis. Deus eñ latebat in carne: quid iudicaturus faciet, qui iudicādus hoc fecit? quid regnaturus poterit, qui moriturus hoc potuit? hæc Augu. Poterat Chriſtus oēs hoſtes ſuos deſtruere, ſi vellet ſe defendere: ſed noluit, niſi ad modicum eos proſternere: hoc ideo fecit, vt oſtenderet ſe mortē volūtariè ſuſtinere: & ſi vellet reniti, non poſſent eum capere, vel tenere. Hæc hoſtium Chriſti victoria, fuit olim in Samſone & Sangar, & Dauid præfigurata. Samſon eum mandibula aſini ſtrauit mille viros: & Sangar cum vomere interfecit viros ſexcentos: & Dauid vno impetu, occidit viros octingentos. Sed ſi iſti dei adiutorio tot hoſtes proſtrauerunt, nō eſt mirū ꝙ corā H Chriſto oēs hoſtes corruerūt. Et cùm tremuli ſurrexiſſent, [iterū eos interrogauit, quem quæritis?] quæſtionē iterat, vt fideles ſua paſsione liberandos oſtendat. [Illi autē] adhuc in malitia ſua perſeuerantes, [dixerūt: Ieſum Nazarenum:] nō enim cognoſcere, vel capere poterāt eum, donec ipſe vellet: propter hoc ſubditur, [Dicit eis Ieſus: dixi vobis, quia ego ſum: qui voluntariè me offero: & tunc habuerunt ipſius notitiā, & capiendi licentiā, propter quod ſequitur: Si ergo me quæritis, ſcilicet cōprehendere, faciatis id quod intēditis: ſed tamē [ſinite hos,] ſcilicet diſcipulos meos, [abire:] quia non eſt tempus modò, ꝙ tollātur de mūdo. In quo patet, ꝙ ipſe dedit eis poteſtatem capiendi eum: nā ſicut ex ſua potentia diſcipulos ſuos ſeruauit, ita & multò magis ſeipſum ſeruare potuiſſet: quaſi diceret, Sic do vobis poteſtatē me capiēdi: vt tamen meis diſcipulis non faciatis aliquid mali. Hoc dixit, quia ſeruandi erāt diſcipuli, vt verbū ſalutis per eos diuulgaretur. Vſq; ad vltimam horā eius, quā ad eos habuit I dilectionis conſeruantiā demōſtrauit: per hoc oſtenditur ꝙ ſuperiores debent ſuos ſubditos fideliter adiuuare: & pro eorum defenſione ſe mortis periculo exponere (vt ait Auguſt.) Faciunt quod iubet: ſinunt eos abire quos nō vult perire: & impletur quod dixerat, [quia quos dediſti mihi, nō perdidi ex eis quēquam.] Tunc [accedens] ille nequā, & dominum ſuū ſubdolè ſalutās [dixit, aue rabbi, & oſculatus eſt eum.] Acceſsit tanquā domeſticus, ſed fur erat: ſalutauit tanquā diſcipulus, ſed inſidiator erat: oſculatus eſt tanquam amicus, & inimicus erat. Dicitur ꝙ erat conſuetudo Iudæorū, in aduētu ſuo oſculari, ad ſignificandum ꝙ ingreſſus erat pacificus: & ꝙ moris erat domini Ieſū diſcipulos, quos emittebat, in oſculo pacis recipere redeuntes: & propterea proditor illis oſculum in ſignū dedit, & alios tanquam dux exercitus, & ductor ad malū præcedēs, cum oſculo ficto redijt, quaſi diceret: Nō ſum ego cū iſtis armatis: ſed rediens more ſolito te oſculor, & dico: aue rabbi, ô verè ꝓditor. Huic ſimiles ſunt multi prælati, qui verbo vel facto alios ſcādalizando, & poſt ſe trahendo antecedūt ad malū: & ideo etiam antecedunt ad infernum. Iudas beneficijs Chriſti abutens, mala pro bonis reddebat: cui K etiam ſimiles ſunt, qui ſimilia facere nō erubeſcūt. Secundum Bedam: Suſcepit oſculū dominus, nō ꝙ ſimulationem nos doceat: ſed ne proditorē fugere videretur, & plus afficeret proditorē, cùm amoris officium non negaret: ſimul & illud Pſal. cōplens: Cum his qui oderunt pacem erā pacificus. [Et] ſuſcepto oſculo [dixit illi Ieſus: Amice ad quid veniſti?] Vocat eum amicū, ſecundum ſtatū priſtinum: amicabiliter eñ fuit electus à domino in apoſtolū, ac ſi diceret: Ad quod ſcelus dilapſus es, vt diſcipulus traderes magiſtrū: & dū eſſes apoſtolus, factus es traditor. vide quid feceris, & cōſidera finē tuum malum: vel amice, quia diligo te: ſed inimice, quia me tradis: vel vocat eum amicum ironicè, improperans ſimulationes. Tāquam ſecundū Auguſtinū diceret: Oſcularis, & inſidiaris: noui quare veneris: amicum fingis, cùm proditor ſis: oſtendis amicitiā ſigno, & agis proditionē de facto. Amicitiæ ſignis L proditores vtuntur, vt eorū dolus latentius peragatur. Vnde apertius ei dixit: Iuda oſculo filium hoīs tradis:] id eſt, in ſigno charitatis, proditionē homicidij facis. Infœlix ſignū vbi per pacē bellum, per oſculum homicidium, per ſalutationē condēnatio procuratur. vbi Ambro. Illud plus confutat ingratum, ꝙ eum tradiderit, qui cùm eſſet dei filius, propter nos filius hominis eſſe voluiſſet: quaſi diceret, propter te ſuſcepi ingratè, quod tradis hypocrita. Et ſecundum eundē, quaſi amātis affectu corripuit proditorem: & ideo etiā ſecundum Chry. Propriū nomē poſuit, quod magis dolētis erat & reuocātis, quàm prouocati ad iram. vnde Anſel. Signo quod acceperāt à duce flagitij, teipſum manifeſtaſti. Nā accedentem ad oſculum ſanctiſsimi oris tui cruentam beſtiam auerſatus nō es: ſed os in quo dolus inuentus non eſt, ori quod abūdauit malitia dulciter applicuiſti: ô innocēs agne dei, qd tibi & lupo illi? Quæ conuentio Chriſti ad Belial? ſed & hoc benignitatis tuæ erat domine, vt omnia illi exhiberes, M quæ praui cordis ſui ꝑtinaciā emollire potuiſſent. Nam & veteris amicitiæ illum cōmonuiſti, dicēs: Amice, ad quid veniſti? Et horrore ſceleris ſui cor impium ferire voluiſti, cùm dicebas: Iuda oſculo filium hominis tradis. hæc Anſel. Hoc idem pōt dici indignè ſumētibus corpus Chriſti, ſcilicet [Iuda oſculo filium hominis tradis.] Moraliter Iudas eſt mundus: qui quando ad libitum dat diuitias, tūc ridet: quando dat ſolatia, & delitias, tunc oſculatur: quando dat honores, tūc amplexatur: ſed omnibus iſtis modis nos decipit, & morti æternę nos tradit. Teſte beato Iob, q dicit: Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad infernum deſcendūt. Vide hîc maximam manſuetudinem domini, quia oſculū proditori ſuo dedit, & verbis blādiſsimis alloquēs amicum ipſum vocauit. O quot ſunt hodie tales, qui videntur amici eſſe dñi, & non ſunt eius amici. Amicis enim ſuis oīa nota facit, ſcilicet mundū cōtemnere, carnem domare, & diabolum cum ſuis tentationibus vincere. Sed multi abeuntes retrò poſt concupiſcentias ſuas, cum Iuda proditore abierunt ad pœnas.

Figuræ victoriæ Chriſti.
Iudic. 15.
Ibidem 3.
2. Reg. 23.
Capi voluit ſe, nō ſuos.
Acceſſus Iudæ.
Oſculandi conſuetudo.
Iudæ ſimiles.
Pſal. 119.
Amicus dictus Iudas.
Ingratitudo Iudæ.
2. Cor. 6.
Moraliter
Iob 21.
Amici fraudulēti



ad pœnas. Quot ſunt etiam hodie, qui inter ſe videntur A amici: ſed ſunt ficti, & peiores quā inimici aperti. Inimicus enim manifeſtus melior eſt, quā amicus fictus. Ille dū timetur, facilè vitatur: iſte præualet dū nō cognoſcitur. In iſto articulo traditiōis exprimūtur tria, quæ ſpecialiter traditionē iſtā reddebant Chriſto multū doloroſam, & factū Iudę aggrauabant valde. Vnum eſt, quòd fiebat à ſuo ſeruo à ſuo diſcipulo, & vno ex duodecim, de toto mūdo ad tantam dignitatē apoſtolatus ſpecialiter electus ab eo. Vbi, ſecundū Ambroſiū, ſeruus dominū, diſcipulus magiſtrū, electus autorem prodit. Secundū eſt, quòd ſigno pacis & amicitię, ſcilicet oſculo, tam fraudulenter & doloſè tradebatur. Vnde Ambro. Amoris pignore vulnus infligis, & charitatis officio ſanguinē fundis, & pacis inſtrumēto mortem irrogas. Tertium eſt, quòd illud fœdū os proditoris, vtpote cuius cor Satanas, & omni ſpurcitia eum repleuerat: tam amoroſum & melliflumm os verbi æterni contigere audebat. Et tunc, ſecun-B dum Chryſoſtomū, Agno miti baſia lupus dedit venenoſa. Ex hoc articulo tria habemus documenta. Primū eſt, vt caueamus ne & nos Chriſti proditores efficiamur: quia vt dicit Origenes, Omnes proditores veritatis, amare veritatē fingentes, oſculi ſigno vtūtur: omnes etiā hæretici, ſicut Iudas, Ieſu dicunt, aue rabbi. Item Chriſtū quis doloſè ſalutat, & tradit oſculo in proximo, vel etiam in ſeipſo. In proximo quidē, dum quis proximū diligere ſe ſimulat, & malū contra eū machinatur: quā traditionem ſibi Chriſtus aſſumit. Iuxta illud: Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Item Chriſtū doloſè cum Iuda ſalutat, & oſculatur, qui proximo ſuo promittit & nō ſeruat: vel fraudulenter adulatur. In ſeipſo etiā deū ſalutat, & oſculo tradit: qui ore dicit ſe noſſe deū, & credere in eū, factis autem negat. Item cū Iuda dominū ſalutat, & oſculo tradit, qui cū mortali ad corpus domini accedit. Secundū eſt, vt diſcamus patienter ferre malorum hominū fraudulentias: ſicut Chriſtus patienter ſuſtinuit proditoris ſui fallacias. Tertium eſt, vt calum-C niatores nobis malū imprecantes nō odiamus: ſed amantis affectu, exemplo Chriſti, eos corripiamus. In recolendo hunc articulū de falſo oſculo Iudæ, poterit homo per contrariū cum ſyncera fidæ & deuotione oſculari pedes crucifixi, indignū ſe reputans oſculo oris, ad quod ille infœlix Iudas accedere præſumpſit: quòd ſi imaginem crucifixi ante ſe non habeat, oſculetur terram, reprę ſentando hoc idem: & aliter prout deus inſpirabit. O domine Ieſu, qui à Iuda oſculo tradi pertuliſti: da mihi nunquam in proximo, vel in memetipſo, te tradere, & calumniatoribus meis, & inſidiatoribus fraterni amoris officium non negare. Iſta iniqua ſalutatio Chriſto facta, olim fuit in Ioab & Amaſa præfigurata. Ioab Amaſam ſalutans, doloſa mente fratrē vocabat: & Iudas Chriſtum ſalutans, iniqua intentione magiſtrum appellabat. Ioab dextera mētum Amaſi quaſi deoſculans tenebat, & in ſiniſtra gladium educēs ipſum perimebat: ſic Iudas, quaſi dextra mentum Chriſti tenuit, Aue rabbi, blādè ſibi dicens: & quaſi ſiniſtra gladiū eduxit, & ipſum perfodit, inſidias ſub verbis blandis occultās. Iudam & D Iudæos, malū pro bono reddētes, olim Saul præfigurauit: qui genero ſuo Dauid malū pro bono reddidit. Dauid hoſtē Saulis, ſcilicet Goliam ſuperauit & in multis ei vtilis fuit: ſed Saul ſibi tanquā hoſti inſidias parauit, & ei mortē inferre affectauit. Sic deus Pharaonē, & inimicos Iudæorū ſæpe deuicit, & ſemper eis profuit: nūc autē in mortē eius arma parant, & ad occidendū eū ſe armant. Similes etiā ſunt Cain, q fratri ſuo ſine cauſa inuidit: & ipſum qui nihil mali ſibi fecerat, occîdit. Cain eduxit fratrem ſuū verbis blādis, & eductū crudeliter interfecit: ſic & Iudas verbis blādis Chriſtū, fratrem noſtrum, & patrē ſalutauit, & hoſtibus ad interficiendum nequiter præſentauit. Et cùm Petrus cęteris ardētior, ſeruo pontificis, cui nomen erat Malchus, qui ad Chriſtū capiendum magis de propè ſe ingerebat, & ferocius inſtabat, auriculā dextram ob zelum amputaſſet: putans eū magis lædere & grauiter vulnerare, vel ei caput amputare & interficere: ſed diuina diſpoſitione ictus declinauit, & relapſus eſt ad aurē: dominus eū à læſione aduerſariorum cōpeſcuit, dicēs: [cōuerte gladiū tuū in locum ſuū,] ſeu [vaginā,] quaſi non eſſet locus defen-E ſionis, ſed patiētiæ: nec ei licitus vſus gladij materialis: quaſi diceret, Noli eo vti ad defenſionē meā: quia nō licet viris apoſtolicis vti gladio materiali. Vbi conſiderandum, ſecundū Chryſoſtomū: quòd licèt Chriſtus Petro & alijs diſcipulis prius præcepit, dicēs: [Si quis te percuſſerit in vna maxilla, prębe ei & aliā.] Ex ſermone tamen Chriſti, quē fecit poſt cœnā, Petrus in tantū amorē exarſerat, quòd de illo præcepto nō recolēs, ſolum magiſtri ſui defenſionem intēdebat. Ex hoc autē quòd Chriſtus defenſiōem prohibuit, oſtēditur promptitudo eius quā ad patiendū habuit: recōdi gladiū præcipit, vt patientiā, nō vindictā doceat. Vñ Rabanus: Oportuit vt autor gratiæ fideles patiētiā ſuo doceret exemplo: & potius ad ſuſtinendum aduerſa fortiter inſtrueret, quàm ad vindicādum prouocaret. Prohibet ergo dominus defenſionē armorū, ne clericus armis pugnare præſumat. Vnde Ambroſius: F Arma mea ſunt lahrymæ & orationes: alter non poſſum, nec debeo, reſiſtere. Sed hoc hodie prælati parum attēdūt, qui regulā à regibus ad pugnandū accipiunt: cùm potius reges ab eis cilicia ad pœnitendum accipere deberent. Et adiecit dominus, [Omnis eñ qui acceperit gladiū:] id eſt, vſus fuerit gladio: ſcilicet ꝓpria autoritate, & nulla ſuperiori aut legitima ꝑtāte vel iubēte, vel concedēte, ſeu iniuſtè, & pro crudelitate vindictæ, nō iuſtè & amore iuſtitię: [gladio peribit,] id eſt, ipſa vindicta erit ei cauſa perditionis, quia dignus eſt gladiari. Quicunque molitur lædere aliū, ſeipſum proprio iaculo percutit: & incidit in foueā quā fodit. Et ſubdit dominus, [An putas quia nō poſſum rogare patrem meū, & exhibebit mihi pluſquā duodecim legiones angelorū:] tanquam ſibi dicat, per aliam viam poſſum euadere, ſi vellē: non indigeo auxilio duodecim apoſtolorū, qui poſſem ſi vellem habere duodecim legiones angelorū. Cùm ergo poſſet accipere legiones, nolebat accipere: vt per patientiam

Traditionis tria amara.
Documēta.
Math. 25.
Meditatio
Figura ꝓditorij oſculi.
2. Reg. 20.
1. Reg. 20. & alibi.
Geneſ. 4.
Petri feruor.
Defenſionem ſui prohibet

tiam eius implerentur ſcripturæ,prophetantes de
G ipſo,quoniam ita eum pati conueniebat ad noſtrā
redemptionem:quia & ſi noſtræ liberationis alius
modus fuiſſet poſsibilis: nullus tamē ita cōueniēs:
& ideo nō erat locus defenſionis & reſiſtētiæ, ſed
magis patiētiæ.Non ſolū autē minis eū cohibuit:
ſed & aliter cōſolatur eū,dicēs: [ Calicem quē dedit mihi pater,non bibam illū?]quaſi dicat: Si rectæ ſapis,debet volūtatē tuam diuinæ volūtati conformare:aliter enim eris ſatanas,non ſapiens quæ dei ſunt. Secūdum Chryſ.In eo ꝙ ipſam mortem
Calix pro morte. calicē dicit: quàm ſit grata & acceptabilis pro ſalute mortaliū mors,vt videtur,ediſſerit.Ieſus autem ſeruū ſanauit,auriculā eius tāgendo,&ei reſtituendo:vt adimpleret quod prædixerat, Benefacite his qui oderūt vos.In quo maxima Chriſti ſaluatoris charitas, & pietas apparet, & benefica virtus eius oſtēditur:quā exhibet, hoſtē ſuum qui ad ipſum comprehēdendū venerat,ſanādo:& per hoc inimicos eū perſequētes ad fidē admonendo,& in
H ſuper diſcipulos in fide cōfirmando,& nos:quia noluit quenquā propter ſe lædi:& vt inimicis noſtris benefaciamus inſtruēdo.In quo etiā ſuam virtutē & poteſtatē reuelat,quòd nō de neceſsitate,ſed voluntariè captus eſſet.Vbi Beda: Nūquam enim pietatis ſuæ dominus obliuiſcitur,qui etiā hoſtes ſuos nō patitur vulnerari.Illi iuſto mortē inferunt:iſte perſequentiū vulnera ſanat:myſticè docēs & ipſos ſi cōuertātur,poſſe ſanari,qui in ſuę ſunt mortis cō ſenſione vulnerati.Tūc Ieſus conuertit ſe ad turbam,nō impatienter,ſed rationabiliter eā alloquēdo:dicens lamētabiliter,& quaſi ad lamētum auditores prouocando:[Tanquā ad latronē exiſtis, cū gladijs & fuſtibus cōprehēdere me:]quaſi diceret, ſine cauſa feciſtis hoc.Cuius rationem aſsignat,dicens:[Quotidie,]id eſt frequēter,pacificè, & ſine armis[apud vos erā docens in tēplo:]in locovbi poteſtatem habētis:& tunc ſine violētia armorū me cōprehendere potuiſtis,[ſed nō me tenuiſtis:]tunc nec cepiſtis,quia nolebam:ſed nec nunc poſſetis,ni
I ſi permitterem,&me ſponteveſtris manibus ſubijcerem.Vbi Remigius,ac ſi diceret:Latronis officium eſt nocere,&latitare:egoverò nemini nocui: ſed plures ſanaui, & in ſynagogis ſemper docui. Vbi & Hiero.Stultū eſt,inquit,eum cū gladijs & fuſtibus quærere,qui vltrò ſe tradebat veſtris manibus:& in nocte quaſi latitātem,& veſtros oculos declinantē,per proditorem inueſtigare,qui quotidie in tēplo docebat:ideo aūt, vt dicit Chryſoſto. eum in templo nō tenuerunt:quia nō auſi erāt propter turbam,propter quod & dominus foras exiuit,vt ex loco & tempore daret aptitudinem ſe capiendi.Hîc,ſecundum Anſelmū,manſuetudo domini notanda eſt,quæ tam dulciter perſecutores ſuos allocuta eſt,tam dulci allocutione redarguit: vt ipſorū nequitiā compeſceret,& nos ad imitationē ſuæ benignitatis vtiliter inuitaret.Et ſubdidit dñs:[ſed hæc eſt hora veſtra:]id eſt vobis conceſſa ad me cōprehendendū,[& poteſtas tenebrarū harū:]quia diabolus princeps tenebrarum incitabat eos ad hoc faciendū:& hęc poteſtas eſt tenebris data,id eſt diabolo & Iudæis inſurgendi in Chriſtū.
Et ideo aduerſum me in tenebris cōgregamini:& poteſtas veſtra,qua contra lucē armamini,in tene- K
bris eſt.vt autē ait Theophilus,Peractis cūctis quę ſufficienter ſe habebant ad prohibendū Iudæos,cū illi hoc nequaquam diſcernerent,tunc duci ſe permiſit.Vnde dicitur[cohors ergo]militum,[& tri-
Captio Chriſti. bunus,]qui eis præerat,& miniſtri Iudæorū] acceſſerūt,ſicut lupi ad agnum,vnanimiter & impetuoſè:& manus ſacrilegas iniecerunt in Ieſum,omniū ſaluatorem,irreuerēter & indebitè:& tenuerunt eū,ipſo permittente:quando enim voluit tentus eſt,& nō antè:& ſic fuit captiuatus propria voluntate.Nam vt dicit Remigius,frequenter eum cōprehendere voluerunt:ſed non potuerunt: ſicut nec nunc potuiſſent,niſi ipſe voluiſſet.Sicut em̄ eos ſoloverbo,pſtrauit: ſic ſoloverbo eos fugare,vel annihilare potuiſſet,ſivoluiſſet.Ex quo patet obſtinatio eorum:quia non fuerunt auerſi à ſuo malo,viſis prædictis ſignis:ſed magis attribuebant artibus magicis.Cogita hîc quod ſi pœnale eſt cuilibet ho- L
mini capi,pro eo quòd per captiuitatem adimitur homini libertas,tam conditionis,quia redigitur in ſeruitutem captiuatoris,ſecūdum leges ciuiles:quā actiōis,quia captus nō poteſt facere quod vult:quātò magis pœnale fuit Chriſto,qui eſt dominus cœli & terræ:& quam cœli & terra capere non poterant,violentorum,quātum ex parte ipſorum erat,
Documentum morale. manibus capi & teneri.Ex hoc articulo habemus morale documentum:quòd ſicut Chriſtus amore noſtri ſemetipſum volūtariè tradidit captiuum Iudæis:ſic & nos pro eius amore noſipſos, id eſt,oēs ſenſus noſtros debemus captiuare in obſequiū Chriſti:videlicet vt oculi captiuentur ab illicitoviſu,aures à noxio auditu,lingua ab otioſis & nociuis locutionibus,manus à malis operibus, pedes à vano & vago inceſſu,maximè ad peccandum : ſicut em̄ Chriſtus fuit captiuatus,ne quovellet poſſet abire: ſic homo ſeipſum debet captiuare,ne ſequatur concupiſcētias carnis,& ſenſualitatis appetitum ad nociua trahentem.Cor etiam captiuetur à maliſcogi-
M tationibus:intellectus ab erroneis ſenſibus,& falſis dogmatibus:voluntas ab omnibus à diuina volun-
2.Cor.10. tate diſcrepantibus.Vnde Apoſtolus:In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti:vbi per oēm intellectū poſſunt omnes ſenſus,& vires animæ ad operationem intellectus deſeruientes accipi.Aliud documentū eſt huic conne
Captiui debemus eſſe Chriſti. xum:quòd homo libenter debet eſſe captiuus Chriſti,vt mortē euadat æternam.Sicut enim homo in belli periculo conſtitutus,libenter dat ſe alicui nobili & benigno domino captiuū,ne ab alijs ferocibus occidatur:ſic nos in hac vita ſicut in bello con
Iob 7. ſtituti,quia militia eſt vita hominis ſuper terram, tradamus nos benigno domino Chriſto captiuos:
Luc.20. qui non eſt dominus mortuorum,ſed viuorum:ne
Meditatio. ab hoſtibus ęterna morte ferociter occidamur.In recolendo hunc articulū recogitet homo,ſe quaſi in campo bellico cū hoſtibus concluſum:nec poſſe euadere potentiam aduerſariorum,id eſt dæmonū niſi ſe tradat Chriſto benigniſsimo domino in ſeruitutem captiuum:& ſic aliquo geſtu corporis tradat ſe totū Chriſto captiuum,clamans,& dicēs ad eum:



eum:Ieſu quia à Iudæis ſponte capi,& teneri vo-
A luiſti:da mihi oēs ſenſus vireſque in obſequiū tuū iugiter captiuare:vt à morte perpetua bonitate tua merear præſeruari.Deoſculatio & cōprehen-
2.Reg.20. ſio Chriſti præfigurata fuit in Ioab:qui Amaſam deoſculās interfecit.Tenētes autē Ieſum:dulces illas manus ſuas vinculis ſtrinxerūt:& ligauerūt eū ignominioſè quaſi latronē,& morte dignū à quo potius ſolui velle debuerūt,quia omniū venerat ab ſoluere vincula infirmitatū & peccatorū,ac mortis & inferni.Et erāt fortè in eis qui poſtea liberati ab eo dixerunt,Dirupiſti domine vincula mea.
Pſal.115. Ecce adeſt Ioſeph ligatus venditus à fratribus:& Samſon vinctus à Dalila:id eſt à ſynagoga.Vnde Anſelmus:Sed ecce iam proditore præeūtem impiorum turba proſequitur:& oſculū præbēte Iuda manus inijciūt in Ieſū.Dominū ſuum tenent ligatū,& illas dulces manus vinculis ſtringūt.Quis fecerat? Scio,occupat nūc cor tuum pietas:omnia
B viſcera tua zelus inflāmat.Sine rogo patiatur,qui pro te patitur.Quid optas gladiū?Quid iraſceris? Quid indignaris?Si inſtar Petri cuiuſlibet auriculam abſcideris: ſi ferro brachium tuleris:ſi pedem truncaueris:ipſe reſtituet omnia qui etiā,ſi quem occideris abſque dubio ſuſcitabit.Hæc Anſelmus.
Ligandi Chriſti cauſę tres. Ligauerunt autem eum propter tria. Primò,ne manus eorum effugeret:dixerat enim eis Iudas, quòd eū tenerēt,& cautè ducerēt.Secundò,vt eum morte dignum oſtenderēt:quia mos erat Iudæis, vt quē morte dignū iudicarent, vinctum præſidi traderēt.Tertiò,propter myſterium,licet ipſi hoc ignorarēt:quia enim Chriſtus nos peccatis ligatos, &in lymbovinculatos ſoluere debebat:ideo ipſum pro nobis ligari oportebat:cuius vinculis liberati ſumus. Voluit quippe Chriſtus,tanquā latro comprehendi,& ligari.Adam enim cū latrocinio furtum cōmiſit,quando pomū ſibi vetitū attractauit:
Furtum quid. nam furtum eſt contrectatio rei alienæ inuito domino:&huius rei cauſa,totum genus humanum à diabolo cōprehenſum tenebatur ligatum : pro cuius ſatisfactione Ieſus,tanquā latro voluit cōprehē-
C di,qui incōprehenſibilis eſt:& ligari,qui ligatosve nit ſoluere,& vincula eorū dirumpere.Et nota ꝙ
Latronib' aſſociatus Chriſtus. Chriſtus filius dei,tanquam latro cū latrone:ſcilicet Barraba eſt captus,inter latrones crucifixus:à latronibus occiſus,propter latrones paſſus:ſoluens
Ligat' ter. quæ nō rapuit.Legitur autē dominus ter ligatus. Primò,ſtatim cū captus eſſet,& duceretur ad Annam.Secundò,cū de Anna duceretur ad Caiphā. Tertiò,cū duceretur ad Pilatum.Nam ſecundum Bedā potuit fieri,vt ad horam ſolueretur,quatenus diſcuteretur,& poſt hæc diſcuſſus iterum ligaretur.Quartò poteſt addi,ꝙ etiam ligatus fuit ad columnā cū flagellaretur:licet hoc in euāgelio nō exprimatur.Inſuper in cruce clauis fuit vinctus, &
Documēta ex ligatione dñi. ſic etiā ligatus.Ex hoc articulo trahūtur plura documēta ſalubria.Primū eſt,quia ſicut dictū eſt,dominus ligari voluit:vt ipſe peccatorum noſtrorū vincula ſolueret:ideo nos debemus eſſe grati de ſolutione noſtra,& cauere ne rurſus eū noſtris peccatis ligemus,quod fit quotieſcūque mortaliter peccamus.Manus etiā Chriſti videntur cū funibus pec
catorum colligare:qui nō credunt deo,quòd poſsit eis neceſſaria ſua dare.Secundū eſt,ꝙ Chriſtus li- D
gari voluit:vt nos ſibi alligaret vinculo charitatis, vnde ſtudeamus & nos ſibi tam fortiter charitate aſtringi,ne leuiter ab ipſo poſsimus ſeparari : ipſa enim charitas eſt vinculum,in quo anima deo alligatur.Tertiū documētū eſt,vt nos ligemus omnia mēbra noſtra:& ipſam linguā funibus præceptorum dei,ne laxentur ad aliqua cōtraria diuinis prę ceptis,vel diuinæ voluntati:vt nihil operemur,aut loquamur,quo deus vel proxim' offendatur.Quartum eſt,vt ſimus vinculo fraternæ charitatis proximis colligati,ita vt oēm gratiā diuinitus acceptā ſtudeamus eis impartiri:ſicut apoſtolus oēs fideles hoc vinculo ſibi colligatos habuit:eoſque ſocios ſui gaudij eſſe cupiuit.Quintū eſt,ꝙ nos volentes ſequi Chriſtum,debemus noſmetipſos ligare vinculo profeſsionis obedientiæ,propter eū qui pro nobis voluit ligari:ita vt amplius pro noſtro velle nos mouere nō poſſumus:& ſic cū Iſaac colligati,& in E
altari mactationis propriæ volūtatis,poſiti,quotidie in holocauſtū viuum deo immolamur.Ad con Cōformatio.
formandū ſe huic articulo,recogitet homo qualiter dominus ligatus fuit,propter vincula peccatorū noſtrorum ſoluēda:& vt vinculo charitatis nos ſibi alligaret:& poterit in recōpenſam aliquā ſeipſum deo ligare aliquo bono propoſito,vel etiā voto.Quo ſi iam ligatus ſit in religiōe,vel aliàs:deſideret à deo adiuuari ad perficiendū huiuſmodi obligationē ad laudē ſuā.O Ieſu,qui iniquorum manibus ligari voluiſti,abſolue quæſo noſtrorū vincula peccatorum:atque ita charitatis vinculo,præceptorumque tuorū funibus me cōſtringe:ne vnquā mēbra corporis,autvires animæ meæ laxētur,ad quę
uis cōtraria tuæ voluntati.Capto autē & ligato do Fuga diſcipulorum.
mino:[diſcipuli oēs]perterriti,[relinquentes eum fugerunt:]& magiſtrum ſuū,ſicut latronē advīctimā deduci dimiſerunt:ſicut prædixerat eos ſcādalum in ſe paſſuros.Cōprehenſo paſtore,diſperguntur oues:capto magiſtro,fugiūt diſcipuli.Vnde Beda:Impletus eſt ſermo domini,quo dixerat, ꝙ oēs F
diſcipuli ſcandalizarentur in illo in ipſa nocte.Et Hierony.Tunc adimpletū eſt,Elōgaſti à me ami- Pſal.87.
cum & proximū:& notos meos à miſeria.vt autē dicit Theophilus,Permiſit eos dominus cadere:vt nō in ſeipſis cōfidāt.Vnde Remigius:In hoc facto demonſtratur fragilitas apoſtolorum. Qui enim de ardore fidei promiſerant ſe mori cū eo : timore fugiunt,immemores ſuę promiſsionis.Quod etiā videmus impleri in his,qui pro amore dei magna ſe promittunt facturos,& poſtmodū nō implent: nō tamen deſperare debent,ſed cū apoſtolis reſurgere,& per pœnitētiā reſipiſcere.Vbi &Rabanus. Myſticè autē ſicut Petrus,qui culpā negationis pœnitentiæ lachrymis abluit:recuperationem eorum oſtendit qui in martyrio labuntur:ita cæteri diſcipuli,qui articulum comprehenſionis fugiēdo præuenerunt:cautelam fugiendi docent eos qui ſe minus idoneos ad toleranda ſupplicia ſentiunt:quibus tutius eſt latere,quàm ſe diſcrimini certaminum exponere.Sed quare non comprehenderunt apoſtolos,& maximè Petrum,qui percuſſerat cū gladio? Dicen

G

Apoſtoli cur nõ cõprehenſi. Fides in ſola Maria. Cãdelabrũ extinctio.

dio? Dicendum ꝙ nihil eos detinuit, niſi virtus diuina, quę etiam proſtrauit eos reſupinos. Tunc oẽs diſcipuli peccauerunt: & in fide per illud triduum extincti fuerunt: præter beatã virginẽ, in qua ſola fides eccleſiæ incõcuſſa permãſit: ob cuius repręſentationẽ in matutinis illius tridui omnes cãdelę extinguuntur excepta vna ſola, quæ remanet accenſa. In huius ſignũ etiã denudãtur altaria, quia Chriſtus per altare deſignatus relictus fuit ab apoſtolis ſignatis per ornamẽta. In illo etiam triduo officiũ nocturnum altè cantatur, per quod prophetiæ de Chriſto ſignantur: diurnæ verò horæ ſub ſilẽtio dicuntur, quia apoſtoli tunc prædicare non audebãt: vnde & campanæ nõ pulſantur, quia tũc ſonus prędicationis ceſſauit. A parte montis Sion in vallẽ Ioſaphat deſcendendo, ſunt cauernæ apoſtolorũ, vbi latuerunt tẽpore paſsionis Chriſto relicto. [Adoleſcens autem quidã ſequebatur Ieſum, amictus ſindone,] id eſt linea veſte quæ innocentiam ſignificat [ſuper nudo, ſcilicet corpore: quia non habebat

H

Ioãnes iuuenis. Fuga Ioã.

aliud indumentum ſupra tunicã & ab extrà, quàm ſolam ſindonẽ, qui dicitur fuiſſe Ioãnes. Vnde Beda: Iuuenem iſtũ nil vetat intelligi fuiſſe Ioãnem, cuius longa poſt hæc in carne vita indicio eſt. Hic cùm teneretur ab imppijs, reiecto veſtimento elapſus manibus tenentiũ, nudus profugit ab eis: quorum ſcilicet & præſentiã deteſtabatur & facta: nõ à domino, cuius amorẽ etiã abſens corpore fixum ſeruauit in mẽte: nondũ fuit in eo perfecta charitas, quæ foras mittit timorẽ: ſed pro tãto plus alijs de amore habuiſſe videtur, quia plus cæteris magiſtrum ſequebatur. In facto autẽ ſuo, ſecũdum Bedam, deſignat illos qui vt ſecuriores ab incurſibus hoſtium fiant, quicquid in hoc mũdo poſsidere videntur abijciũt ac nudi potius deo famulari, quàm adhærendo mũdi rebus materiã tentãdi, & à deo

Geneſ. 39.

reuocãdi aduerſarijs dare didicerũt: iuxta exẽplũ beati Ioſeph, qui relicto in manibus adulteræ pallio, foras exiliuit: malẽs nudus deo, quàm indutus

Paulus primus eremita.

cupiditatibꝰ meretricis ſeruire. Sic Paulus primus eremita, vidẽs alios deficere in exquiſitis tormẽtis fugit, & ad ſolitudinẽ ſe trãſtulit. Et tu nudus euo-

I

la ad vexillũ crucis, potius quã diuitijs alliciaris, & detinearis à mũdo, quò minus Chriſtum imiteris. Vnde Hiero. Qui vult effugere manus iniquorũ, relinquẽs mẽte quæ mũdi ſunt, fugiat poſt Ieſum. Ioannes verò mox recuperato & reſumpto veſtimento redijt, & dominũ vt prius ſequebatur. Potuit enim fieri, vt ſub dubia noctis luce ſeſe turbis ducẽtium Ieſum, quaſi vnus ex ipſis immiſcuit donec ad atriũ põtificis, cui notus erat, perueniret. Ioannes ſudario ſimplici, & tenui erat ſuperueſtitus: ſed nunc veſtes extẽdimus in perticis: & plicamus in capſis, ac veſtium deportãdarum habemus ſummarios quadrigas & currus: & etiã earum caudas poſt nos trahimus, vel portari facimus. Ex hoc ar-

Documenta ex fuga apoſtolorum. Fugere à Chriſto.

ticulo, ſcilicet fuga diſcipulorum, trahuntur quatuor documẽta. Primũ eſt, ꝙ nos caueamus, ne & nos vnquã à Chriſto fugiamꝰ. Fugit autẽ à Chriſto qui propter timorẽ humanũ, vel ex tentatione diabolica, vel aliâs propter quamcũq; paſsionem, ſeu affectionem corruptã relinquit iuſtitiã aũt veritatem: nã Chriſtus eſt iuſtitia & veritas. Et vniuerſaliter in omni peccato mortali fugit homo à deo.

K

Secundũ eſt, quòd ſi nos aliqñ ex fragilitate ad horam à Chriſto recedamus peccando: nõ ideo debemus deſperare, ſed cum apoſtolis reſurgere, & per pœnitentiã reſipiſcere. Tertiũ eſt: quia (vt ſuprà dictum eſt) ex fuga cæterorũ diſcipulorũ docetur cautela fugiẽdi minus idoneis ad tolerãda ſupplicia & aduerſa, ſicut ex pœnitẽtia Petri oſtenditur reparatio lapſorũ in martyrio ꝓpter illa. Quartũ eſt, ſi interdũ hi qui videntur amici noſtri, & proximi recedãt à nobis tẽpore neceſsitatis, vel aduerſitatis, æquanimiter hoc feramus: memores, ꝙ & apoſtoli receſſerũt à Chriſto his incũbẽtibus. In cõ-

Cõformatio.

formando ſe iſti articulo recogitet homo, quãtum ſe elõgauerit à deo peccãdo, & ruminet illud Pſal. Qñ qui elongant ſe à te, peribũt: perdidiſti oẽs qui fornicãtur abs te: mihi autẽ adhærere deo bonum eſt: ac oret deũ dicendo, Ieſu qui electos diſcipulos tuos oẽs à te fugere permiſiſti, ſuſcipe me fugitiuũ

L

ſeruum tuũ, & tene virtute omnipotẽtiæ tuæ, nec ſine me abs te propriæ voluntatis arbitrio euagari. Attende nunc diligẽter, & vide quomodo domi-

Contemplatio.

nus Ieſus patitur ſe capi & ligari, & à diſcipulis derelictum duci ad mortis ſupplicium: ac ſi eſſet malefactor, & omnino impotẽs ad ſe defendendũ. Cũ quanto clamore putas manus in eum iniecerunt: quàm crudeliter eũ ligauerunt, quàm dirè ſtrinxerunt, & quàm irreuerenter traxerũt: conſidera etiã quomodo diſcipulis ſuis fugiẽtibus, & errantibus compatitur: & quis fuit dolor quẽ diſcipuli amantiſsimi habuerunt, quando oportuit quòd à magiſtro ſuo dilectiſsimo ſepararẽtur. O quàm inuiti, ó quàm triſtes, ó quàm deſolati, o qualiter plorantes, ó quales voces & clamores, gemitus & ſuſpiria dantes, ſicut orphani & timore perterriti recedebant. Et perpendere potes, ꝙ recedẽtes dicebãt. O magiſter bone, ô dulcis pater, ô benigne domine, quomodo ita ſeparamur à te? quomodo pater ſancte filij tui fugiũt à te? quo ibimus dñe? hæc & multa alia dicere poterãt. O quoties retrò reſpiciebãt,

M

vidẽtes qualiter dominus ſuus ligatus & ſine honore trahebatur. O quoties ſe in terrã proijciebãt, & ad cœlũ clamabãt. Ex hoc eñ magis, & magis eorum dolor augebatur: quia videbãt magiſtrũ & dominũ ſuũ ſic viliter trahi, & canes illos peſsimos mordentes, & ad victimam eum trahentes, quaſi agnũ manſuetiſsimum ſine clamore, & reſiſtẽtia ſequi. Quis enim tunc doloris aculeus diſcipulorũ corda penetrauit: quando videbant dilectiſsimum magiſtrum, & dominum ſuũ tanquam malefactorem duci ad mortẽ: cùm & ille impijſsimus Iudas pœnitentia ductus, tanta poſtmodũ fuerit ex hoc repletus amaritudine, vt maluerit mori quã viuere: cogitare potes ſi domina mater ſua ibi fuiſſet, quid feciſſet? O domina mea quàm mala, & quàm amara erit tibi dies craſtina quãdo audies, & quãdo videbis tam crudele ſpectaculũ? O domine Ieſu, quæ anima hæc cogitans poteſt ſuſtinere quòd non rũpatur prę dolore? Cõſpice igitur eum quomodo ducitur ab illis nequiſsimis de torrẽte ſurſum verſus Hieruſalẽ feſtinãter, & cũ impetu: manibus retrò

eregione



A eregione dorſi ligatis: &, vt dicitur, catena collo ſuo impoſita, exchlamidatus tunica, nõ curioſè ſuccinctus, capite diſcoopertus, & curuus, ex fatigatione, & vehemẽti acceleratione incedens: & quomo-

Ducendi Chriſti forma.

do agnus innocens inter lupos ibat mordaces. O q̃ violenter eum impellebãt per vallis Ioſaphat medium, & ad montis aſcenſum: quàm fatigatus, & moleſtijs afflictus, tranſijt per torrentẽ Cedron: vt

Pſal. 109.

adimpleretur ſcriptura quę dicit: de torrẽte, amarę ſcilicet paſsionis, in via bibet. Et ſic cum impetu tãquam contra latronem ſtridẽtes, & eum percutiẽtes duxerunt eum per portas aureas, per quas in die palmarum intrauerat, quæ modò clauſæ ſunt: [& adduxerunt eum,] ligatum tanquam morte dignũ

Ducendi primò ad Annã cauſæ.

[ad Annam primùm,] id eſt, primò. Pluribus autẽ de cauſis ducebant eum primò ad Annã. Quarum vna eſt, quia domus Annę prior eis in via occurrebat: & ideo turpe ei eſſet, & cõtemptus videretur ſi domum ſuã antepoſitã prǣteriſſent: vel fortè illuc diuertebant, ne in via longiori tumultus in populo

B fieret. Vel miniſtri faciebant hoc de volũtate Caïphę, volens Annã ſocerum ſuũ honorare: vt diuino iudicio, qui erant affines ſanguine, ſociarentur in ſcelere. Itẽ quia Annas ſenior fuit quàm Caïphas: iudicium autem primò referebatur ad ſeniores, vt magis iuſtum appareret corã hominibus: ideo fecit eum Annæ primò pręſentari, vt excuſabilior eſſet, ſi ab Anna cõdemnatum ipſe poſtmodũ cõdemnaret. Itẽ quia hi duo ſacerdotium vicisſim à gẽtibus emebant: & ſibi per annos vicisſim ſuccedebãt, & vtilitatem in cõmuni habebãt: & ideo fecit eũ pręſentari Annę tãquam coniudici, ad quẽ ſcire de iudicio pertinebat: & vt Chriſtus magis dignus morte, & per cõſequens ipſe Caïphas minoris culpę videretur: ſi alterius quoq; cõſacerdotis ſui ſententia, & corã iudicibus pluribus Chriſtus cõdemnaretur.

Pontificũ iuriſdictio.

Et licèt iſti põtifices Iudæorum, nõ haberent iudicium ſanguinis, habebãt tamẽ iudicium examinis: quia ipſi examinabãt cauſas ad ritus Iudæorũ ſpectantes: & poſtea miſerũt ad præſidẽ Cęſaris cau-

C ſas inſtructas. ſecũdum legẽ vnus ſummus ſacerdos per totam ſuã vitam officio pontificij fungebatur, cui poſt mortem filius ſuccedebat, vt generationis in ſacerdotibus ſeries texeretur. Poſtmodum verò inuidia & ambitione principum creſcẽte, non ſolũ patri non ſuccedebat filius, ſed nec vltra annũ quis officio fungebatur põtificatus, & hoc ipſum pecu-

Annas & Caiphas.

nia procurabat à Romanis. Vnde hi duo, ſcilicet Annas & Caïphas principes ſacerdotum erãt: licèt de tribu Leui nõ eſſent: & per vices annuas alternatim ſacerdotium miniſtrabãt: quod quolibet anno pro ſuis vicibus ab Herode emebant, & erat tunc annus Caïphæ cùm paſſus eſt dominus, quia [erat pontifex anni illius:] id eſt, adminiſtrationẽ anni illius habebat, quamuis iudicium & vtilitas iudicij cõmuniter amborum eſſet. Nõ ergo mirũ ſi iniqui pontifices iniquè iudicauerunt: & officim põtificatus, tam nequiter adepti, rẽ ſic nephariã geſſerunt. Sæpe enim qui per auaritiã vel ambitionem ad ſacerdotium & dignitatem accedit, per iniuſtitiã in eis ſeruatur, & ſceleratum initium funeſto fine cõſummatur. Vide ſimonia, ambitione, & ſchiſmate ſacerdotium ſynagogę deperiſſe: caueat hęc eccle-

D

Ductus eſt Chriſtus nouies.

ſia, ne ſibi cõtingat ſimile. Circa hunc articulum, ſcilicet ductionem Chriſti, eſt conſiderãdum, quòd Chriſtus in proceſsione paſsionis ſuę nouies hodie ductus fuit. Primò enim mox vt captus fuit & ligatus, duxerunt eum ad Annã. Secũdò, ab Anna ad Caïpham. Tertiò, à Caïpha ad Pilatum. Quartò, à Pilato ad Herodem. Quintò, ab Herode reductus eſt ad Pilatum. Sextò, milites duxerunt eum intrò in atrium pretorij, vbi illuſerunt ei. Septimò, Pilatus duxit eum foras de prætorio portantẽ coronã, & veſtem purpureã. Octauò, duxit eum foras prętorium, ad locum vbi ſedit pro tribunali. Nonò, duxerunt eum ad crucis patibulũ: & in qualibet iſtarum ductionum ſemper ſingulares pœnas, & contumelias paſſus eſt, ſicut de ſingulis in ſuis locis pa-

Viſitatio nouẽ templorum.

tebit. Has nouem ductiones vſq; ad meridiem factas: repræſentant fideles, qui hodie vſq; ad nonam circũeuntes viſitant nouẽ eccleſias, in memoriã, ꝙ Chriſtus poſtquã captus fuit ductus eſt ad nouẽ lo-

E

ca. Et meritò fideles hodie ſanctorum eccleſias viſitant, vt ab ipſis beneficia obtinere valeant: nã hodie ſancti valde liberales eſſe debent: quia hodie de carcere fuerũt liberati, & in cœleſte imperiũ ſublimati. Si qs enim de carcere liberaretur, & in imperium ſublimaretur, illã diem multũ diligeret, & in illa die multũ liberalis eſſet: ſic & de ſanctis credendum eſt. Fuit autẽ ductio Chriſti violenta: quia manu armata, & cum turba. Fuit & ignominioſa: quia ducebatur vinctus, ſicut malefactor, & morte dignus. Fuit etiã doloroſa: quia quantũcumq; ipſe voluntariè cum eis iret: tamẽ in fune eum trahebãt ac impellebant, & preſſuris obruebãt: ita vt dicere

1. Paralip 12.

poſſet illud Paralip. Ex omni parte anguſtiæ me premunt. Ex hoc articulo habẽtur quatuor docu-

Documẽta quatuor.

menta. Primũ eſt, ꝙ fideles in die paraſceues nouẽ ecceleſias, ſecundum nouẽ ductiones, in prima eccleſia rememorari debẽt, quid Chriſtus paſſus fuit coram Anna. In ſecunda, quid corã Caïpha. In tertia, quid corã Pilato: & ſic deinceps, vt videre potes

F

in ordine ſupradicto. Secundũ eſt, ꝙ ſi quando forſitan cauſa dei ducamur ad pœnã: cùm patiẽtia toleremus, amore & exẽplo eius, q pro nobis ductus eſt innocens, ſicut ouis ad occiſionẽ. Tertium eſt, ꝙ licèt nos aliquando ducamur ad malũ pœnæ: nunquàm tñ patiamur nos duci ad malũ culpę: qa talibus ductionibus nullatenus cõſentire debemus: imò nec ad huiuſmodi inuiti trahi, vel duci poſſumus: & ideo ſi qñ inducamur ad tẽtationẽ: nequaquã tñ ducamur in tentationẽ, per peccati cõſenſum. Quartũ eſt, vt nos ſimus de facili ducibiles ad viã iuſtitię, ſicut Chriſtꝰ valde faciliter, imò deſiderãter ducebat ad paſsionẽ: non repugnãs nec renitẽs, nec remur-

Conformatio.

murãs, & ſicut ouis os ſuũ nõ aperiẽs. In cõformãdo ſe iſti articulo, recogitet homo q̃ exprobrabiliter, ſicut fur vel latro Chriſtus ductus fuit: & poterit etiã mẽtaliter viſitare nouẽ eccleſias, ſicut deuotio dabit. Itẽ formet ſibi homo ꝓpoſitũ ſe velle cũ gratia dei ducibilẽ eſſe ad omne diuinũ bñplacitum: & oret, dicẽs: Ieſu q vinctus velut malefactor ab iniqs de loco ad locũ exprobrabiliter duci voluiſti: da mihi virtutem, vt ad nullũ à ſpiritu maligno, vel hoĩe

malo

G malo ſeducar peccatũ,ſed ſpiritu tuo bono ducar ad oĩa tuę beneplacita volũtati. [Sequebaẗ aũt Ieſum Simõ Petrus,& alius diſcipul⁹,] ſcilicet Ioãnes:ſed à lõgè ex timore. Licet eñ iſti ſicut & alij primò ex timore fugiſſent: poſtea tamẽ ex deuotione Ieſum ſecuti ſunt:qui i feruẽtiores alijs erãt,& prę cęteris Chriſtum diligebãt:& quia maior eos adinuicẽ vis dilectionis vniebat.

Petri & Ioannis ſequela.

Quòd Ioãnes & Petrus dominum ad paſsionem euntẽ ſequuntur, ſignificat eccleſiam de Iudæa & Gentibus domini paſsionẽ ſecuturam:id eſt,imitaturã:ſed à lõgè & differenter: eccleſia enim pro ſe patitur, ſed ille pro eccleſia:& paſsio ſanctorum à longè imitatur paſsionẽ Chriſti,q̃a nõ eſt dolor ſimilis dolori eius.

Vita duplex.

Myſticè per hos duos diſcipulos duæ vitæ intelligũtur, q̃ Chriſtum ſequuntur:ſcilicet actiua,quæ per Petrum:& contẽplatiua,quę per Ioannẽ ſignificatur:& actiua quidem ſequitur Chriſtum obediẽdo, contẽplatiua verò cognoſcendo & contẽplando. Et quia Ioãnes erat notus põtifici,introiuit cum Ieſu in atriũ pon-

H tificis:quia propter notitiã permiſſus eſt intrare cũ alijs.

Ioannes cur notus pontifici.

Cauſa autẽ ſuæ notitiæ hæc eſſe poterat: quia fortè miſſus à patre ſuo piſces ad domum põtificis pluries portauerat. Vel fortè quia aliquis de cognatione eius ibidẽ ſeruiebat: vel ſecundum aliquos,de Dauid deſcenderat,quas genealogias ſacerdotes habebant. [Et dixit Ioãnes oſtiariæ,& fecit introduci Petrum,] qui ex timore ſtabat foris ad oſtium, quaſi præſagiens futuræ negationis factũ. vnde in Pſal. Qui videbãt me,foras fugerũt à me.

Pſal.30.

Myſticè autem Ioannes intrauit cum Ieſu,quia vita contẽplatiua eſt ei familiaris: ſed Petrus foris ſtabat, q̃a actiua vita circa exteriora occupatur. Per hoc aũt quòd Ioãnes fecit introduci Petrũ,myſticè intelligi datur ꝙ per contẽplatiuã introducitur ad Chriſtum vita actiua: ſicut eñ ratio inferior dirigitur per ſuperiorem:ita actiua per contẽplatiuã. Sequere & tu eum vſq; ad atriũ principis, & intra cũ eo ſi poteris:vt ſingula quę fiũt videre merearis.

Atrium.

Atriũ vocabatur platea ſub diuo inter primã portam, &

I ſecundam,vbi erãt miniſtri principis circũſedentes ad ignem : inter quos ſtabat Petrus calefaciens ſe. Intus autẽ erant in conſilio principes ſacerdotũ,& ſcribæ,& ſeniores:& dñs cum eis, ſicut agnus inter lupos.

Negationis Petri initium.

Hîc trina negatio Petri fuit inchoata, ſed poſtea in domo Caïphę cõſummata:& ideo ꝑpter continuationem materiæ,ſimul oẽs tres infrà ſunt poſitæ. Ibidẽ ergo domino Ieſu in bello & cõflictu duro & aſpero permanẽte: tu aliquãtulum nõ ſine cõpaſsione & gemitu dormitabis & quieſces: ſi tamen poteris hoc facere.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte,qui in agonia ſanguinẽ ſudaſti: da mihi in erumna peregrinationis huius tecũ ſudare,vt otioſa non marceſcã requie: ſed in ſudore vultus mei veſcar te pane viuo: tuiq; ſudoris ſanguinei balſamũ me ægrotũ ſanet, & cœleſti curię lotũ repręſentet: & q̃ Iudæ oſculo te tradi in man⁹ impiorũ,& ligatũ adduci ad Annã ꝑmiſiſti,ac vincula mortis ęternę nobis abſtuliſti, nõ permittas me tradi in manus crudeliũ, & rũpe vincula cõſciẽtię meę malę, vt ſecurus decantẽ, dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiã laudis.

Pſal.115.

De matutinis. Caput lx.

K HOra matutinali excitaberis à ſomno tuo,plenus lachrymis, & dolore cõfectus: propter ea quæ poſt completorium cogitaſti, & tunc meditaberis, & in ſpiritu tuo videbis qualiter dominus tuus ſedet inter inimicos deſpectus & inhonoratus,& à ſuis diſcipulis,& amicis derelictus: & tot malis hominibus ſociatus.

Matt.26. Marc.14. Lucæ 22. & Ioã.18.

O domine Ieſu, quomodo ita ſedes tam contẽptus,& deſolatus: vbi ſunt diſcipuli tui,& amici? O vnicum bonũ meum. O ſingulare gaudium meũ,quid faciam cùm te ſic videam? Certè domine ſedebo in terra tecũ,& aſſociabo te,quia nõ video hîc qui diligat te: ſed potius inimicos tuos inſanos & dementes, qui odiunt te. Ieſu ergo ſtatuto & ſtante ligato ante Annã pontificem [interrogauit] doloſè Ieſum pontifex de diſcipulis ſuis:] fortaſsis vbi eſſent, & cuius gratia eos collegit, vt videret ſi poſſet eum deprehendere quòd ab eo ſeducti fuiſſent : [& de doctrina eius] non cognoſcendæ veritatis amore,ſed ad vidẽdum

L ſi poſſet ibi falſitatem,vel calumniã, & aliquid dictum cõtra legem inuenire: & ſic cauſam haberet qua poſſet accuſare eum,& tradere Romano præſidi ad dãnandum.

Impoſita Chriſto.

Duo enim imponebantur Chriſto à Iudæis: ſcilicet falſa doctrina & noua,ac ſeductio & attractio hominum ad ſe : & ideo pontifex examinat eum de vtroq;: videlicet ſi eſſet ſeductor hominum,& doctor falſę doctrinę:& primò de diſcipulis eius,quos videbatur ſeduxiſſe. Secundò,de doctrina eius,quaſi nouãs eã falſam eſſe: dicitur autem Annas põtifex, non quia tũc actu eſſet, ſed q̃a antè fuerat,& pòſt eſſe debebat. Ieſus verò de diſcipulis omnino tacuit:quia tũc de ipſis nihil boni dicere potuit,qui iam fugerũt: dans nobis exemplum. quòd malum de alijs nõ debemus dicere, nec peccatum alterius propalare. Sed de doctrina ſua reſpõdit:oſtendens ꝙ non mala vel ſuſpecta,ſed bona & ſana erat:quod declarat ex loco, & auditorũ teſtimonio, dicens: [Ego palàm locutus ſum mundo:]

M id eſt,in publico & multis audiẽtibus: [ego ſemper docui in tẽplo & ſynagoga] Iudęorũ,locis publicis & Iudæis præſentibus, [& in occulto locutus ſum nihil] ſcilicet ideo vt occultaretur,& nõ innoteſceret multis: [quid me interrogas?] à quo veritatem audire nõ deſideras: [interroga eos qui audierũt:] de quorum dictis nõ habeas inuidiã vel ſuſpitionẽ: quaſi diceret, Paratus ſum teſtimonium eorũ ſubire,ꝙ tibi magis quàm dictum meum eſt credibile. vnde Chry. Quid,ait, me de diſcipulis meis interrogas? Interroga inimicos meos,qui inſidiãtur mihi,hi dicant. Hęc eñ eſt veritatis inaltercabilis demonſtratio,cùm inimicos quis eorum quę dicit inuocat teſtes ipſos:ita dñs reſpõſionem tẽperauit, vt veritatem taceret ne ſe defendere videretur : dans nobis formam tẽperatè reſpondẽdi hoſtibus: ita vt nec veritatẽ celemus, nec eos cõtra nos dictis prouocemus.

Veritatis demõſtratio.

Tunc vnus miniſtrorum põtificis,qui dicitur fuiſſe Malchus cuius ſanauerat auriculam,ingratus accepti bñficij [dedit Ieſu alapã:] repręſentans peruerſos q̃ bñficijs impẽſis mala repẽdunt:& dixit, [ſic reſpondes põtifici?] Ille eñ miniſter ſceleris

Alapam accipit Chriſtus.



leris accepit reſponſionem Ieſu:quaſi notaſſet pon-

A tificem de ſtulta interrogatione : & dans ſibi alapam,ad improperiũ,voluit vindicare quod placabiliter nõ reſponderat pontifici,planè cõfitendo, vel negando:quia alapa vt plurimum pro vindicandis offenſionibus verborũ ſolet dari. In hac alapa impleta eſt prophetia illa: Dabit percutienti ſe maxillam.

Thren.3.

Alapa. Colaphus.

Eſt enim alapa,percuſsio in maxillam : ſicut colaphus,eſt percuſsio in collum. Ipſe verò dominus longanimis & patiens,malũ pro malo non reddidit:ſed hanc contumeliã,ſicut multas alias, quæ ſequuntur,pro nobis cũ omni patientia & mãſuetudine tolerauit:& patientiã docuit,humiliter vultu placido,& ſubmiſſo ſermone modeſtè reſpõdendo,& veritatẽ oſtendendo:ac miniſtrũ,cui quamlibet pœnã ſolo iuſſu irrogare poterat,blandè & charitatiuè corripiendo. [Si inquit,malè] ꝙ cõtra veritatem [locutus ſum,] & habes reprehẽdere quę dixi demõſtra [& teſtimoniũ perhibe de malo:] & proba me mendacẽ. [Si aũt bene,] & non habes reprehendere, [quid me cedis] iniuſtè? Quid iſta reſpon-

B ſione verius,mãſuetius,& iuſtius? Hinc colligimus nos poſſe increpare nobis iniuriãtes,& arguere,ita tamen ꝙ moderatè & pacatè.

Increpare interdum licet,

Reſpondendum eſt enim,quãdoque ſtulto iuxta ſtultitiã ſuam, ne ſibi ſapiens videatur.

Prou.26.

O verax & pie Ieſu:quę nam anima tibi deuota hęc cernens & audiens,valeat ſe cõtinere à lachrymis,& dolorẽ occultare internę paſſionis? Vnde Chryſoſto. Vnus dedit alapã Ieſu,hęc dicenti. Quid hoc fiet vtique ſtultius? horreas cœlum,exceſſum mentis patiaris terra: dominatoris longanimitate,& ſeruorum indeuotione. Vnde & Auguſt. Si cogitemus quis accepit alapã,nónne vellemus eũ qui percuſsit aut cœleſti igne conſumi, aut terra dehiſcente abſorberi,aut correptũ dęmonio volutari,aut aliqua huiuſmodi qualibet pœna, vel etiã grauiore puniri? Quid enim horũ per potentiam iubere nõ potuiſſet,per quẽ factus eſt mũdus:niſi patientiam nos maluiſſet docere, qua vincitur mundus? Hæc Augu.

Patiẽtiam voluit docere dñs.

Sed,ſecundum eundem

C Auguſt. dicet fortè aliquis: Quia cœpit Ieſus facere & docere:cur non fecit quod docuit, præbendo alteram maxillam?

Actuum 1.

Maxillam aliam cur non prębuit.

Dicendum,quòd dicta & præcepta ſacrę ſcripturę ex factis Chriſti,& ſanctorũ debent interpretari:ſic ergo ſacra ſcriptura interpretanda eſt,ſecundũ quod Chriſtus,& ſancti eam ſeruauerunt. Chriſtus autem qui vtique pręcepta quæ docuit prius impleuit,& in homine quẽ ſuſcipere dignatus eſt,viuẽdi nobis exemplum tribuit: non præbuit iſti aliã maxillam, nec Paulus (vt in actibus legitur) hoc fecit: oſtendens percutiẽti maxillam non actu ipſo præbendam eſſe alteram, ſed animo paratã eſſe ad patiendum ſi opus ſit. Fieri enim poteſt, vt alteram maxillam viſibiliter homo prębeat & iratus. Sed beatus eſt qui in omnibus quæ iniuſtè pro iuſtitia patitur, poteſt veraciter dicere: Paratũ cor meũ deus,paratũ cor meum.

Pſal.56.

Vnde iſtud Chriſti præceptum: de præbendo maxillam aliam:& ſimiliter de nõ reſiſtendo malo,& plura alia,non dantur & intelligũtur abſolutè & ad literam,ſed magis ſecundũ animi præparationem: vt homo habeat animum pręparatũ ad hęc facienda,vbi viderit expedire ad dei honorem, & eccleſię vtilitatẽ: aliàs autem nõ:

Pręcepta nõ ſecundum literã intelligenda.

D & hoc dominus ſeruauit,qui paratus erat dare aliam maxillam (ſi opus fuiſſet) percutienti:quia totum corpus ſuum pœnis acerbiſsimis prębuit & occiſioni: imò aliquãdo expedit iniuriantibus reſpondere, ad ipſorũ & aliorum inſtructionẽ,ſicut fecit hîc Chriſtus. Et vt in Actibus legitur Paulus. Et aliquando etiam facto reſiſtere,ne detur occaſio agẽdi malè.

Acto.23.

Sic ergo excuſatio domini,qua ſic reſpondit, vtilis ad inſtructionem fuit. Et multis alijs cõuitijs ibidem fortè eum affecerunt:de quibus euangeliſtę tacent. Ex hoc articulo alapizationis,habẽtur tria documẽta.

Documẽta ex alapizatione Chriſti.

Primum eſt,quia Chriſtus pro nobis alapizari voluit,vt nos ora noſtra cõpeſcamus, ne quid contra diuinum honorẽ loquamur: & etiam vt ad bonum loquendũ vel agendum excitemur:ſicut aliquando aliquis percutitur,vt à torpore excitetur. Secũdum eſt,vt & nos diſcamus in iniurijs & cõtumelijs nobis illatis patientiã habere,imitatione domini,qui in hoc ſpecialiter exemplũ magnæ patientiæ dignatus eſt nobis prębere.

E Et ſicut Chriſtus eadẽ nocte omnes illuſiones & verecundias,ab iniquis ſibi factas, patienter ſuſtinuit: ſic homo cõtumelias & opprobria,ac cũcta mala in verbis,ſeu factis,ab importunis hominibus ſibi illata patienter ferat amore ſui redẽptoris,ſimilia & multò maiora propter ipſum patientis. Tertiũ eſt, ꝙ conſilia euangelica non ſemper oportet ſeruare ad literã: ſed aliquãdo ſecundum animi pręparationẽ: & maximè vbi de hoc ex factis Chriſti & ſanctorũ informationem habemus & autoritatem.

Conformatio.

Ad cõformandum ſe iſti articulo,poterit homo ſibijpſi dare alapã moderatam ad repręſentandum alapã Chriſti, pro omnibus verbis ſuis otioſis, vel etiã prauis & mendoſis: & orare, dicens: Ieſu qui ab Annæ miniſtro cædi alapa voluiſti:da mihi quæſo gratiã tuam,quæ me à tua laude nunquã ceſſare faciat, & ab otioſo ſermone cõpeſcat. [Et miſit Ieſum Annas ligatum,] quaſi reum & morte dignũ, & iam coram eo con-

F demnatum [ad Caïpham pontificem,] quia Chriſti examinatio principaliter pertinebat ad ipſum: [& conuenerũt omnes ſacerdotes,] id eſt principes ſacerdotum: [& ſcribæ,] id eſt legiſperiti: [& ſeniores,] id eſt iudices ordinarij: ad examinandũ Chriſtum:& iudicandũ, & ad tractandum de ipſius condẽnatione & morte. Cùm aũt pręſentatur conſilio malignantiũ aduerſus eũ : illi quaſi leo capta prędа exultant. Bene potes cogitare quàm malè eũ receperunt,& quomodo ſine honore fortè in terra viliter corã ipſis ſedere fecerunt. [Petrus aũt] & hîc [vſq; in atrium,] id eſt vſquequo peruenit ad atriũ [principis ſacerdotũ,ſequebatur eum,] ex deuotione & amore: quãuis à longè,propter timorẽ. Quẽ charitas trahebat,timor retrahebat.

Petri timentis charitas.

Verùm,ſecundum Bedã,in hoc maxima nobis eſt admiratione venerandus,ꝙ dominũ non reliquit,etiam cùm timeret. [Et ingreſſus intrò,] ſcilicet in ipſum atriũ, deductus per oſtiariã ſimiliter vt ſuprà: [ſedebat cum miniſtris ad ignẽ,quia frigus erat,] ſicut ſolet eſſe in Martio. Poſt mediã noctem [vt finẽ] negotij [videret,] & quid pontifex de domino iudicaret.

R [Principes

[Principes autem ſacerdotum & omne cōſilium,] quia verum[teſtimonium]inuenire non poterant, [falſum quærebant,] procurando & ſubornando: [& non inuenerunt] vnde eum tanquā morte dignum corā Pilato accuſare poſſent, licèt multi falſi teſtes ad id procurandū acceſsiſſent: quorum teſtimonia nō erant conuenientia : & ſic defecerunt ſcrutantes ſcrutinia: mētita eſt enim iniquitas ſibi: vt regina aduerſus Ioſeph, & ſacerdotes aduerſus Suſannam: quia ignis ſine materia deficit. Vbi Origenes: Falſa enim teſtimonia tunc locum habent quando cū colore aliquo proferuntur : ſed nec color inueniebatur, qui poſſet cōtra Ieſum adiuuare mendacia, quod maximam laudē exhibet Ieſu, qui ſic omnia irreprehēſibiliter dixit & fecit, vt nullā veriſimilitudinem inuenirent in eo reprehēſionis, mali & multi aſtuti. Hæc Origenes. Sed de omniū teſtimonijs ſolum duorū teſtimonium exprimitur: de quibus ſubiungitur, [Nouiſsimè aūt, ſcilicet poſt multorū falſa teſtimonia:] duo falſi teſtes dixerunt: Nos audiuimus eum dicentē, Poſſum deſtruere templum dei hoc manufactū, & poſt triduū aliud nō manufactum ædificare.] Ex hoc aūt conabantur probare, quòd ipſe diuinā potentiam quaſi deus ſibi vſurparet: ſed falſi teſtes erant: quia & ſenſum, & verba Chriſti mutabāt: ad quod Chriſtus nihil reſpōdit: quia mentiebātur apertè: non enim dixerat de hoc tēplo Salomonis, ſed proprij corporis. Vnde Hiero. Falſus teſtis eſt, qui nō eodem ſenſu dicta intelligit quo dicūtur: dominus enim dixerat de tēplo corporis ſui: ſed in verbis calūniantur: & paucis additis, vel mutatis, quaſi iuſtam calumniam faciunt: ſaluator dixerat, ſoluite hoc tēplum: illi commutant, & aiunt, poſſum deſtruere tēplum dei: vos (inquit) ſoluite, non ego : quia illicitū eſt vt ipſi nobis manus inferamus: deinde illi euertūt, & poſt triduū ædificabo illud, vt propriè de tēplo Iudaico dixiſſe videatur : dominus aūt vt oſtenderet animale & ſpirans templū : dixerat, & ego in triduo ſuſcitabo illud: aliud eſt ſuſcitare, aliud eſt ædificare. Hæc Hiero. Dicens aūt dominus, ſoluite: nō dicit præcipiendo, ſed prædicēdo eis quid eſſent facturi: prædicens mortem ſuam, in qua corpus eius quod erat templū deitatis, ſolutum eſt. Vnde ſenſus eſt, ſoluite: id eſt, ſoluetis corpus meū per mortem, quā mihi inferetis, & in tribus diebus excitabo illud. Excitare eſt enim à ſomno mortis reuocare, quod propriè cōpetit templo ſpirituali : ſcilicet ſuo corpori, ſed reædificare propriè cōpetit templo materiali. Nō maius tamen miraculū erat, templū manufactū in tribus diebus reædificare, quàm ſeipſum poſt mortē die tertia reſuſcitare. Item poſſent dici falſi teſtes ex falſa intētione : quia intendebant mortē innocētis procurare. Ex hoc articulo, ſcilicet de latione falſi teſtimonij, ſumūtur tria documenta. Primū eſt, ꝙ nos falſum teſtimonium, imò omnem falſitatē & mendacium ſummè deteſtemur: quia mendacijs & fallacijs Chriſtus morti eſt addictus: & nos quotieſcunque falſum teſtimonium & mendacium contra proximū proferimus, Chriſtum (quantū in nobis eſt) morti addicimus. Vnde quàm deteſtabile ſit iſtud crimen, oſtendit

G
Pſal.26.
Gen.39.
Daniel.13
H
Falſus teſtis.
I
Excitare quid eſt.
Documēta de falſo teſtimonio.

Iſidorus, dicens: Teſtis falſidicus tribus perſonis eſt obnoxius. Primùm deo, quem periurando contemnit: cōſequenter iudici, quem mentiendo fallit: poſtremùm innocenti, quē falſo teſtimonio lædit. Secundum eſt, quòd nos diſcamus incriminationes, ſi nobis inferantur, amore dei patienter ſuſtinere: ſicut Chriſtus pro nobis ad omnes falſas incriminationes ſimpliciter tacuit: quia ſecundū Aug. Aperta mendacia nō ſunt reſponſione digna. Tertiū eſt, vt nos fallacias ſtudeamus, quantū cum deo poſſumus, declinare: ad hoc enim dominus falſos teſtes ſuſtinuit, vt nos ab eis eriperet: ſicut etiā mortem ſuſtinuit, vt nos à morte liberaret. Ad conformandum ſe iſti articulo, gratias homo referat Chriſto quòd falſos teſtes cōtra ſe admiſit, vt nos veritate fulciret, & ſic oret: Ieſu qui à Iudæis falſis teſtimonijs accuſari voluiſti: da mihi nemini falſas calumnias inferre, & illatas pro tuo honore patienter ſufferre. Videns aūt Caīphas princeps ſacerdotum, ꝙ Ieſus tacebat, & quòd teſtimonia contra eum producta ad eius condemnatione nō ſufficiebant: perturbatus, quia nō inueniebat locum calumniæ, & vnde poſſet Ieſum iuſtè cōdemnare: ſicq; ira commotus, & veſania mentis agitatus, [ſurgens] ex impatientia [in medium] de ſolio ſacerdotali, ait illi: [Nihil reſpondes ad ea, quæ iſti aduerſus te teſtificantur?] motu corporis inſaniam mentis demonſtrat: cùm temperantia & grauitas in verbo, opere, & geſtu iudicē & prælatum deceat. ſecundum Bedam: Ad reſponſum prouocat: vt ex occaſione ſermonis locum accuſandi inueniat. [Ieſus autem tacebat, & nihil reſpondit.] Primò, vt oſtenderet ſuā iuſtitiam: quia & illi indigni erant: & ea quæ contra ipſum dicebātur erant falſa, & reſponſione indigna. Secundò, ſuam miſericordiam : ne illi amplius peccarent, ſi in malitia perdurarent. Tertiò, ſuam ſapientiā: quia ſciebat (vt deus) ꝙ quicquid reſpondiſſet, traxiſſent in calumniam : & reſponſio excuſationis, nullo audiēte, fuiſſet inutilis. Quartò ſuam patientiā: vt exemplum daret cōtemnere calumniantium voces: & potius fortiter ſilere, quàm ſine vllo profectu defendere. Hinc colligimus, porcis, & canibus, & detractoribus, vel quibuſlibet, non eſſe reſpondendum, cùm nulla ſecutura ſit vtilitas: ſed potius incommoditas. Quantò autem magis Ieſus ad indignos reſponſione eius tacebat, tantò magis pontifex furens eum ad reſpondendum prouocabat: vt ex verbis eius occcaſionē calumniandi capparet. Tunc enim [princeps ſacerdotum] rurſus interrogans dixit ei : Adiuro te per deum viuū, vt dicas nobis ſi tu es Chriſtus filius,] ſcilicet naturalis, [dei benedicti?] Qui ad eum capiendū, quaſi latronem miſerat: nunc de furto & vſurpatione deitatis examinat. Nō tamen veritatē dei deſiderat: ſed magis calumniam parat. Ad hoc aūt Ieſus reſpondit, propter reuerentiam diuini nominis inuocati, [Et dixit illi: Tu dixiſti, quia ego ſum.] Veritatē eis reſpondit: vt inexcuſabiles eſſent, & ne nomen dei ſpernere videretur. Et adiecit dominus Ieſus: [Veruntamen dico vobis, Ammodo videbitis] oculis corporeis, [filium hominis,] ſcilicet quem modò contemnitis, & ignominioſè tra-

ctatis

K
Teſtis falſidicus tribus obnoxius.
Mendacia aperta.
Conformatio.
L
Tacendi ratio in Chriſto.
M
Quando non reſpondendum.



ctatis, in die iudicij [ſedentem,] vt iudicem, [à dextris virtutis:] id eſt, maieſtatis [dei] patris: id eſt, in æqualitate & pleniſsima poteſtate patris. Hoc eſt ſecundū Hiero. In vita regnantē ſempiterna, & virtute diuina,] & venientē,] ſcilicet ad iudiciū, ſecundum formam humanā [in nubibus cœli,] ſicut aſcēdit: vbi videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Quaſi dicat, vos me vt purum hominē contemnitis, & quaſi impium condēnatis : ſed tamen propter hoc me exaltatum ſuper oēs cœlos, & iudicem videbitis. [Tunc princeps ſacerdotū,] qui ſurrexerat in furore, magis inſaniens [ſcidit veſtimenta ſua,] in rabie: quia, ſecundū Bedam. Quem de ſolio ſacerdotali furor excuſſerat, eundem rabies ad ſcindēdas veſtes prouocat. Et in hoc facto Caīphas prophetauit, quamuis ipſe neſciuerit. Bis enim neſciens prophetauit: ſemel verbo, quando dixit: Expedit vt vnus homo moriatur pro populo: altera vice facto, vt patet in hoc loco : quia ſecundū Hiero. Per hoc oſtendit Iudæos ſacerdotalem gloriā perdidiſſe: dum enim veſtem ſibi diſcidit, ipſum quo tegebatur, velamentū legis abiecit. Vnde & Beda. Altiori autem myſterio factū eſt, vt in paſsione domini pontifex Iudæorū veſtimenta ſua ſcinderet: hoc eſt, Ephot, cùm tunica domini, nec ab ipſis qui eum crucifigēre militibus ſcindi potuerit. Figurabatur enim quòd ſacerdotiū Iudæorum, pro ſceleribus pōtificum eſſet ſcindendū: & à ſtatu ſuæ integritatis ſoluendū & auferendū, eùm ſoliditas eccleſiæ, ſeu fidei (quæ veſtis dei ſolet appellari) nunquā valeat ſcindi, vel diſrūpi. Hoc eſt iam oculis cernere, quia videmus Iudæos ſacerdotij gloriam perdidiſſe, & ſedem à cæremonijs vacuam eſſe: eccleſiā verò & fidem eius, quia ſupra petram fundata eſt, in ſua ſoliditate permanere. Hęc Beda. Mos quippe erat Iudæis ſcindere veſtimenta, in ſignum doloris & deteſtationis criminis : cùm aliquid blaſphemiæ, & quaſi contra deum audiebāt: ſicut Paulus & Barnabas ſciderūt veſtes, cùm cultu diuino ſe honorari videbant. Hoc autem tam enorme peccatū, princeps ſacerdotum imponebat Chriſto, dicens exclamando: [Blaſphemauit,] ſcilicet attribuendo ſibi quod dei eſt. Blaſphemia enim eſt, attribuere creaturæ quod ſolius dei eſt, vel deo quod ſolius creaturę eſt. [Quid adhuc egemus teſtibus?] Quaſi diceret, pro nihilo laboramus quærendo teſtes. [Ecce nunc,] id eſt, in aperto & coram omnibus [ audiſtis blaſphemiam. ] O miſer & princeps nequam : non dixit Chriſtus blaſphemiā, ſed veritatē : tuipſe blaſphemas, qui quod dei eſt, deo non attribuis : ſed filium dei purā creaturā credis: & ideo blaſphemia tua tecum eſt in perditionē. Sicut ergo Chriſtus in mortis diſcrimine ad Caīphā ductus veritatē non deſeruit: ſed conſtanter ſe dei filiū cum omni modeſtia confeſſus fuit : ſic verus ipſius ſeruus, propter nullum temporale periculū debet veritatem deſerere: ſed vſq; in mortem cōſtans perſeuerare. Ex hoc articulo, impoſitionis blaſphemiæ, ſumitur documētum, ꝙ nos debemus eſſe ab omni blaſphemia puri & immunes: tam quoad nos, quàm quoad alios. Quoad nos quidem, vt nihil cōmittamus, vel dicamus, quo nomen dei blaſphematur. Quod fit multipliciter, vt ſiue quis expreſsè maledicat deo: vel ſanctis, ſiue qui blaſphemet baptiſmū, vel alia eccleſię ſacramēta. Blaſphemat etiam verbū dei qui contēmnit: & ſpiritū ſanctum blaſphemat, qui ſacris canonibus derogat. Chriſtus igitur licèt non ſolū à blaſphemia, ſed etiā ab omni peccato puriſsimus fuerit, blaſphemiā tamen ſibi imponi pertulit: vt nos puros à blaſphemia cuſtodiamus. Quoad alios etiā vt nos alijs blaſphemiam non inferamus: ita ꝙ nos per os noſtrum nunquam verbum blaſphemiæ, vel maledicti exeat contra aliquē etiam maledicto dignum: ſicuti iſte Caīphas eoipſo blaſphemus fuit, quo blaſphemiam creatori impoſuit : & potuiſſet Chriſtus reſpōdere, non ego ſed tu blaſphemas: ſed noluit dominus per os ſuū exire aliquod blaſphemiæ verbū, nobis in exemplum. De quo etiam pulchram doctrinā habemus in epiſtola Iudæ, vbi dicitur ꝙ Michaël archangelus cùm altercaretur cum diabolo de Moyſi corpore, non eſt auſus iudicium blaſphemiæ inferre diabolo: ſed dixit, imperet tibi dominus. Super quo verbo dicit Hiero. Si Michaël non fuit auſus diabolo, certè maledictionis digniſſimo, iudicium inferre blaſphemiæ: quantò magis nos ab omni maledicto puri eſſe debemus? Merebatur diabolus maledictum, ſed per os angeli blaſphemia exire non habuit: Hæc Hiero. Si igitur diabolus, licèt voluntate malus, in ſubſtantia tamen bonus, ab angelo nō blaſphematur, quia aliquid proferret aduerſus bonam naturā, quæ dei eſt creatura: quantò magis ab hominibus blaſphemia eſt cauenda in quamcunq; creaturā, & maximè in creatorem. Ad conformandū ſe iſti articulo per contrarium benedicat homo deo dicens illud: Sit nomen domini benedictū: ex hoc nunc & vſq; in ſeculum, vel aliquid huiuſmodi. Ieſu qui blaſphemiæ crimē falsò tibi imponi voluiſti: cuſtodi ne vnquā per me nomen tuū verbo, vel facto blaſphemetur, nec per os meū blaſphemia, vel maledictū ꝓferatur. Cùm aūt princeps ſacerdotū dixiſſet: [ecce nunc audiſtis blaſphemiā:] adiecit. [Quid vobis] nūc ſecundū legem de hoc [videtur?] Tunc illi oēs condēnauerunt eum: & reſpondētes dixerūt, reus eſt mortis: ] cum tamē veritatē dixiſſet eis. Ipſi erāt accuſantes: ipſi diſcutiētes: ipſi ſententiā proferētes. ſecundū Bedā: Sententia ſua ſe condēnant, qui eū morti adiudicāt quē & oris, & operis ſui teſtimonio deū eſſe cognoſcere poſſunt. Et quidem in hoc verè reſpōdiſſent, ſuppoſita veritate facti : omnis enim qui blaſphemat nomē dei, ſecundū legem reus eſt mortis: quia debet lapidari: ſed quia factum ſuper quo fundabatur quæſtio fuit falſum: ideo reſponſio fuit falſa, ac prophana, & iniqua. Ex hoc articulo, condemnationis Chriſti ad mortem, habemus duo documenta. Primum eſt, vt caueamus ne vnquam illa vox Iudæorum, reus eſt mortis, quæ Chriſti auribus innocenter inſonuit, noſtris mentalibus auribus inſonet : & in nobis locum veraciter habeat: nam de quocunque exiſtente in mortali peccato verum eſt dicere, reus eſt mortis. Secundum eſt, vt ſi quando nos propter Chriſtum à perſecutoribus cōdemnemur ad mortem, non perturbemur : ſed potius gaudeamus reſpicientes ad mercedem. Ad conformandum

A
Prophetauit Caīphas bis.
Sciſſio veſtimenti.
B
C
Scindendi veſtimenti mos.
Documentum vitandę blaſphemiæ.
D
Blaſphemia multipliciter fit.
Blaſphemiæ nec creaturæ inferendę.
Iudæ 1.
E
Cōformatio.
Pſal.112.
F
Condemnatio ad mortem.
Documenta duo.

 mandum

G Cōformatio.

mandum ſe iſti articulo, recogitet homo qualiter ipſe ſæpe propter demerita ſua reū mortis ſe fecerit: ſed dei miſericordia ſit hactenus cōſeruatus pro ſua emendatione, vel aliàs prout deus inſperauerit. Ieſu, qui prophanā impiorū vocem, ſcilicet reum te eſſe mortis, minimè timuiſti: cuſtodi me ne in oculis tuis æternæ mortis reus inueniar. [ Tunc ] qui circunſtabāt oēs, ferè inſimul ] irruerūt ſuper dominum Ieſum, & illudebant ei. [ Alij ſpuebant in vultum eius: ] benigniſsimum, tanquā in hominē vilem & peſtiferū, & morte dignum, ſcilicet confeſſum ſe eſſe deo æqualē: vt compleretur quod dictū eſt:

Spuere in faciem. Eſa. 50.

Faciem meā non auerti à confuſione ſputorū. Proprium enim Iudæorū erat, in contemptum ac vituperium & deſpectum, ſpuere in faciem eius quem abijciebant. Et tam horribiliter & inceſſanter in facies hominum ſpuebant, vt quandoq; eos ſuffocarent. Quid turpius? quid deſpectius? quid ignominioſius & vituperioſius, quàm in faciē expuere: & maximè in illam faciem ſpecioſiſsimā, in quā deſiderant angeli proſpicere?

H

O quàm cæca æmulatio infœliciū Iudæorū, qui non exhorruerūt turpiſsimis ſputis ſuis maculare & deturpare faciem tam amabilem. Et non tantū ſimplicibus ſaliuæ ſputis: ſed veriſimiliter etiam execrationibus ſuis fœtidiſsimis. Vnde Matthæus non dicit, ſpuerunt: ſed, [ expuerūt: ] quaſi execrando ſpuerunt. Marcus autem dicit, [ conſpuerunt: ] quia nō tantum vnus, ſed plures ſimul conſpuerūt. Et ſic illa facies benedicta eſt, ita abominabilis, quaſi eſſet leproſa, ex ſputis & verberibus, quæ ei vt ſubditur, [ in faciē cum palmis dederunt. ] Hoc eſt contra illos qui adulterinis coloribus ornare ſuas nitūtur facies.

Documenta conſpuere faciem Chriſti.

Ex hoc articulo cōſputionis in faciē, ſumuntur duo documenta. Primum eſt, ꝙ nos diligēter caueamus ne & nos vnquā cum Iudæis, Chriſti faciē cōſpuamus: quod modis pluribus fit. Primò nanq;, ſecundū Hiero. faciem Chriſti conſpuunt, qui cōſcientiam ſuā fœdis cogitationibus & actionibus polluunt. Quia enim Chriſtus cōſcientiam ſanctā inhabitat, in qua dei facies, id eſt imago relucet: hinc eſt, ꝙ qui conſcientiam ſuā peccatis polluit, quaſi ſputū in Chriſti faciem proijcit.

I

Et ideo dicit Hiero. ꝙ dominus noſter in faciem ſuā conſpui voluit: vt ſputaminibus ſuſceptis faciem animæ noſtræ lauaret. Secūdò, ſecundū Rabanū, Illi in faciem Chriſti expuūt: qui præſentiam gratiæ eius execrandis verbis, ex interna cæcæ mētis inſania conceptis, reſpuunt, & eum in carne veniſſ negāt. Tertio, ſecūdum Gregoriū, in faciem Chriſti conſpuunt, qui iuſtos & ſanctos in præſenti vita confutāt: & in eorum cōtumelias fluxa verba, quaſi fluentes ſaliuas mittunt. Quartò poteſt dici, quòd ad literam Chriſtum in faciem cōſpuunt, qui euchariſtiam indignè ſumunt. Quicunq; enim polluta conſciētia corpus Chriſti in os ſuum accipiunt: hi ſaliua ſua peccato infecta, ſacramentum contingunt, madefaciunt & deglutiunt, ac per hoc in faciem Chriſti cōſpuunt. Quintò in faciem Chriſti cōſpuunt, qui prælatos ſuos contēnunt. Item ſextò in faciem Chriſti deſpectiuè conſpuunt, qui gratias deo de quolibet ſibi dato munere non agunt. Secundum documentum eſt, vt nos

K Opprobria Chriſti, gloria noſtra.

iſta ſputa turpiſsima, & alia facta exprobrabilia paſsionis Chriſti, nobis ad magnā gloriam reputemus. Vnde Chryſ. Attende quòd euangeliſta, cum ſumma diligentia ea quæ videntur eſſe exprobratiſsima exponit: nihil occultans vel omittens, aut verecundans: ſed gloriam exiſtimans maximā dominatorem orbis terrarum pro nobis talia ſuſtinere. Hæc autem legamus continuè, hæc noſtræ mēti inſcribamus, & in his glorieniur. Hæc Chryſo. Et ſiquidem iſtud documentū poſsit referri ad ſingula puncta dominicæ paſsionis, præcipuè tamen ad iſtud quod ſic exprobratiſsimū fuit.

Cōformatio.

Ad conformandum ſe huic articulo, formet homo in mente ſua Chriſtū, tam horribiliter ſputis in facie deturpatum, & regratietur ſibi pro magna gloria noſtra. Recogitet etiam quoties ipſe faciem illam ſpecioſiſsimam in cōſcientia ſua polluit. Item quoties indignè cōmunicando ſputi ſui contactu Chriſtum ſordidauerit. Ieſu qui immundis Iudæorum, ſputis pulcherrimam faciem tuam maculari voluiſti: da mihi tuæ imaginis faciem in me nunquā meis ſordidis actibus, aut cogitationibus inquinari.

L Velatio faciei.

[ Alij velabant faciem eius, ] quod velamen manet vſq; hodie ſuper corda eorum: quia ab eis faciem ſuam abſcondit. O inſana cæcitas: & cæca inſania infœlicium Iudæorum: quia illam deſiderabilem faciem, quam aduenturā patres eorum, & prophetæ cum longo ſuſpirio deſiderauerant: ipſi infœlices cùm præſentē habuerunt, tam ignominioſè velauerunt. Velauerūt, inquā (vt ait Beda) non vt ipſe illorum ſcelera non videat: ſed vt à ſeipſis faciem & gratiā cognitionis eius abſconderent. Oſtenderūt per hoc etiam neſcienter, ꝙ in faciem Chriſti nullus infidelis & auerſus à deo intueri pōt: quia eſt ab eis velata. Et ſimilis ratio eſt de falſis Chriſtianis. Sed ſicut dicit apoſtolus: Cùm quis cōuerſus fuerit ad deum, tunc auferetur velamen.

2. Cor. 3. Documenta velamē ponere ante faciem Chriſti.

Ex hoc articulo, velationis faciei, habentur plura documenta. Primum, ꝙ nos ſummè caueamus, ne velamen ante Chriſti faciem ponamus. Sed heu multi Chriſtiani velamen ante Chriſti faciem ponunt, quales ſunt qui infronitè peccāt, quaſi deus eos non videat: quales etiam ſunt qui ſub velamine cuiuſdā libertatis liberè peccant.

M

Item velamen ante Chriſti faciem ponunt, qui imaginem dei in ſe velamine culpæ & ignorātiæ obtegunt & obſcurant. dicit enim Hiero. quòd ideo Chriſtus pro nobis velari voluit, vt velamine faciei ſuæ velamen culpæ & ignorātiæ à cordibus noſtris auferret. Inſuper faciem Chriſti velant, qui à ſeipſis gratiā cognitionis eius abſcondunt.

Oculos domini velare.

Item oculos domini omnia videntis velant: qui malum pro bono dant vel vendunt. Item hîc eſt documentum, quòd & nos debemus interdum facies noſtras velare, ne oculi noſtri videāt vanitatem, vel ſaltem oculos habere defixos in terram: & ſic faciem quaſi habere velatam, ne capiatur in exteriorum aſpectu & concupiſcentia.

Cōformatio.

Ad conformandum ſe huic articulo, recogitet homo, quomodo omnia nuda & aperta ſunt oculis dei vt ex hoc trahatur à peccando. Item memoretur, quomodo ipſe luminoſam faciem imaginis dei in ſe obtexit, & obſcurauit peccatis. Ieſu qui faciem tuam gratiſsimam velari voluiſti



A

luiſti: illuſtra quæſo faciem tuam ſuper me indignum ſeruum tuum, & imaginem tuam in me non ſinas obſcurari: velamen quoq; culpæ & ignorantiæ à corde meo digneris auferre.

Colaphizatio.

[ Alij colaphis eum cęciderunt: ] id eſt in collo percuſſerūt. Solent in collo percuti fatui, & deſpectabiles perſonæ. Vnde in hoc quòd Iudæi Chriſtum colaphizant: non tam attenditur læſio percuſsionis, quàm maxima contumelia deſpectionis.

Documentum.

Ex hoc articulo colaphizationis tale habetur documentū: quòd caueamus ne & nos aliquando Chriſtum colaphizemus. ſecundum Bedam, omnes falſi Chriſtiani Chriſtum colaphizant: qui ore confitentur Chriſtum, factis autem negant.

Colaphizantes.

Colaphus datur à retrò. Illi ergo colaphizant dominū Chriſtum, quia ei blandiuntur, ore eum confitentur: ſed retrò, quo deberent eum ſequi per bonam vitā, colaphizant eum, malis operibus Chriſto contradicendo. Item ſecundum Auguſti. Colaphis Chriſtum cædunt, qui ei honores præferunt. Item à tergo Chriſtum colaphis verberat: qui proximum poſt tergū ſuum infamat.

B

Item eſt documentum, ꝙ ſicut Chriſtus pro nobis eſt colaphizatus: ſic & nos colaphizationes ſuas ſpirituales, quas plerunq; nobis infligit, non ſolum ſapienter, ſed & prudenter portemus: ſicut fecit apoſtolus qui dicebat: Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ: angelus Satanæ qui me colaphizet: & cætera.

2. Cor. 12. Cōformatio.

Ad conformandū ſeſe huic articulo, poterit homo ſibijpſi dare colaphū, in memoriam colaphorū Chriſti: & ſic orare, Ieſu qui à Iudæis colaphizari voluiſti: da mihi ſic te ore confiteri, vt contrarijs operibus nullatenus colaphizem.

Percuſsio in faciem.

[ Alij palmas in faciem ei dederunt, ] & faciē eius percuſſerūt. Dicitur autem palmam (ſecundum Papiam) manus extenſa, vel applicata: ſicut pugnus dicitur manus cōploſa. Manibus ergo extenſis & palmis, eum in faciem percuſſerūt: ex qua percuſsione plus affligitur homo, quàm de percuſsione in collo. In facie enim ſunt omnes ſenſus: & ſunt ibi membra tenera, facilè læſibilia.

C

Vnde veriſimile eſt, quòd ex tali paſsione fluxerit ſanguis per nares & os, licèt hoc ab euāgeliſtis non exprimatur. O quàm horrendum ſcelus impijſsimorum Iudæorū, quòd faciem tam formoſam, tam crudeliter verberibus affecerūt. ſecundum Hierony. voluit alapis expalmari: vt nos ei in laudem noſtris manibus, ſcilicet operibus & labijs applauderemus.

Documenta.

Ex hoc articulo, percuſsionis in facie, habentur plura documenta. Primum eſt, quòd nos exemplo Chriſti diſcamus patienter ſuſtinere, ſi quis nos in faciē cædat: ſicut apoſtolus quoſdam in hoc cōmendat.

1. Cor. 11.

Quod non ſolum accipiendū eſt ad literam, ſicut in propoſito Chriſtus ad literam, cæſus fuit in faciem, ſed etiam myſticè: quia ſicut dicit gloſa ibidē, in faciem cæditur, in cuius os iniuria irrogatur. Nam & iſto modo Chriſtus in faciē cæſus fuit, pro quantò multas iniurias, & improperia ei in faciem obiecerunt.

Percutientes in faciē Chriſti.

Sicut ergo dominus noſter, ab omnibus talibus increpationibus, blaſphemijs, percuſsionibus, & ſputis, faciem nunquā auertit: quinimo voluntariè ad omnia illa faciem ſuam eis pro nobis obtulit: ſic & nos caſu ingruente ſuſtinere ſimilia pro Chriſto non recuſemus. Secundū

D

documentum eſt, vt caueamus ne & nos demus palmas in faciem Chriſti. quia ſecundum Auguſti. Illi palmas in faciem Chriſti dant, qui perfidia cæcati eum in carnem non veniſſe affirmant: tanquā præſentiam eius exterminantes & repellentes. Item in faciem Chriſti illi ſacerdotes palmas dant, qui pollutis manibus corpus Chriſti tangunt, & contrectant. Item faciem Chriſti alapis contundit, qui proximum in præſentia ſua confundit.

Cōformatio.

Ad conformandum ſe huic articulo, recogitet homo quoties ipſe imaginē dei in ſe offenderit: & paratus ſit ſecundum præparationē animi, pro Chriſto libenter velle in faciem cædi: non ſolum verbaliter, ſed etiā realiter caſu opportuno. Item recogitet ſacerdos, quoties manus ſuas pollutas in faciem Chriſti iniecerit: corpus ſuum indignè tractando. Ieſu qui Iudæorum manibus faciem tuam ſpecioſiſsimā cædi voluiſti: da mihi imaginis tuæ faciē in me ſemper illibatā, illæſamq; conſeruare: ne quando iniquitatum mearū ſceleratis manibus meis violetur.

E

[ Et miniſtri alapis eum cædebant: ] hoc eſt, in maxillas eum percutiebant, de quo poteris meditari, ſicut dictū eſt ſuprà de alapizatione coram Anna pontifice facta.

Prophetizationis expetitio.

Percutiētes autē eum in capite, interrogabant eum dicentes: [ Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſsit? ] Sed in qua nam parte capitis percuſſerint eum, tunc quando hoc dicebant, de hoc euangeliſtæ diuerſimodè loquuntur. Vnde pōt dici, quòd cùm velaſſent faciē eius, quilibet eorū percuſsit eum vbi voluit: aliqui in collo, alij in faciē alij in maxillas: & ſic [ percutientes interrogauerunt eum, dicentes: Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſsit? ] Et hoc deriſoriè dicebāt, quaſi in contumeliā eius, qui ſe prophetā à populo haberi volebat: & quē populus magnū prophetā reputabat: per hoc enim deſignabant quòd falſus propheta eſſet: & quòd ignoraret quis eū percuſsiſſet. Vnde Theophilus dicit, quòd dominus prophetarū, vt pſeudopropheta deluditur. Et quoniā ipſi eum illis verbis irridebant, & quaſi ludibriū de eo faciebant: idcirco eis nihil reſpondebat. vt enim dicit Hiero.

F

Stultū erat verberantibus reſpondere, & prophetare cædentē, cùm palàm percutientis inſania videretur.

Documenta quatuor

Ex hoc articulo ludibrioſæ expetitionis prophetandi, habentur quatuor documenta. Primū eſt, quòd non illudamus Chriſto: putantes mala noſtra non videri ab eo. Nam ſecundū Bedā. Quicunq; reprobis actibus eum exacerbant, dū ſuas cogitationes & opera tenebrarum ab eo videri non putant: quaſi illudentes dicunt, quis eſt qui te percuſsit? Secundū eſt quòd conſideramus noſmetipſos, ſi vnquā manu praui operis Chriſtū percuſſerimus: quod ſi neſcimus, expetamus pia fide à Chriſto quod Iudæi irriſoriè ab eo exegerunt: vt prophetizet nobis, docendo nos cognoſcere culpas noſtras. Tertiū eſt, quod nos cauere debemus, ne à Chriſto prophetiam, vel miraculum tentatiuè expetamus. Vnde Auguſtinus. Quantis mecum ſuggeſtionum machinationibus agit inimicus, vt ſignum aliquod petam? Sed obſecro te domine, vt quemadmodum à me longè eſt iſta conſenſio, ita ſit ſemper longè atque longius ipſa cogitatio. Quartum eſt, quod

*Indignis non ſunt dona dei profundēda.*

G indignis non eſt effundendum donum dei. Vnde licèt Chriſtus eſſet verus propheta, noluit tamē prophetizare irriſoribus ſuis. Sic & doctores pro tempore & loco debent verbū dei ſubtrahere auditoribus indignis.

*Cōformatio.*

Ad conformandū ſe huic articulo, recogitet homo quantā irriſionem & infatuationem dominus noſter in hoc facto eſt paſſus: & quomodo Iudæi ludum quaſi puerorum fecerunt de eo: & oret dicendo, Ieſu qui ludibrijs Iudæorū percuſſus in capite, prophetizare exactus fuiſti: prophetiza mihi obſecro Chriſte, vt cognoſcam quis & qualis ego miſer ſum: qui toties manu praui operis prohdolor te percuſſi. Inſuper potes etiam meditari, ꝙ alij manu reuerſa dulciſſimū & melliffluū os eius percutiebant: alij pugnis eum cædebant: alij ſanctiſſimam barbam eius euellebant: alij per ſuos venerabiles capillos ipſum trahebāt: & viliter inter pedes conculcabant, ac ſine reuerētia & pietate aliqua dominū angelorum malè tractabāt. Et nihilominus alia multa blaſphemantes dicebant in eum, & faciebant. Cùm enim crudeliſſimi, & ſine miſericordia eſſent, omnia mala, & vituperia, quæ poterant, ei faciebant:

H

*Cōtemplatio.*

alij ex ſua mala voluntate ad hoc moti: alij vt placerent maioribus, qui erāt immaniſſimi. Quid ergo tu faceres ſi hæc videres? nunquid non te proijceres ſuper ipſum dominū, dicens: Nolite iam, nolite facere tantum malū domino meo: ecce me, facite mihi: ecce percutite me, & domino meo tantas iniurias irrogare nolite. Et tunc amplexareris flexis genibus dñm & magiſtrum tuum: & ſic ſuſciperes libēter ſuper te percuſſiones, ad tuendum ipſum. Quod ita mente facere recogites: & totum ſicut ſi præſens eſſes te facturū æſtimes. Conſpice igitur ſingula, quomodo illi maledicti dominum vexant: falſos teſtes procurant: ipſum examinant: & veritatē, ſcilicet ſe filiū dei eſſe confeſſum, quaſi blaſphemū cōdēnant: & quomodo opprobrijs vexatus in omnibus patienter ſe habet: & cōpatere ſibi, quia pro te omnia ſuſtinet, iugiterque lachrymas fundens ſpecioſiſſimā faciem eius, quam illi impudenter ſuis illiniunt ſputis,

I

tu reuerenter tuis laua lachrymis, quis enim audiens, vel mente pertractans, quomodo fuit factus opprobriū hominū, ipſe dñs & gloria angelorū: & abiectio plebis, filius dei patris: poterit ſe continere à lachrymis? Vnde Anſel. Cōcilio malignantiū aduerſum te pontificū præſentatus es, & veritatē prout oportuit confeſſus quaſi de blaſphemia adiudicatus es morti. Amantiſſime domine Ieſu quanta illic indigna à propria gente pertuliſti. Vultū tuum honorabilē in quem deſiderant angeli proſpicere, qui omnes cœlos adimplet lætitia, quē deprecantur omnes diuites plebis, pollutis labijs, & ſputis inquinauerunt: ſacrilegis manibus cæciderunt: velo operuerunt in deriſionē: & te dominū vniuerſæ creaturæ, tanquā ſeruum contemptibilē colaphizauerunt: ſed (vt ait Beda) ipſo diſpenſante qui patitur, omnia pro nobis fiunt: vt, ſicut Petrus hortatur, Chriſto in carne paſſo, nos eadem cogitatione armemur, atq; ad toleranda pro nomine eius irriſionū opprobria præparemur.

*Figura illuſionis Chriſti. Iud. 16.*

Iudæi qui Chriſtū deluſerunt, olim in Philiſteis hoſtibus Samſonis præfigurati fuerunt. Samſon enim quadam vice voluntariè ſe ligari fecit: quem Philiſtæi captum excæcauerūt: & ei illudentes in deriſionē ipſum habuerunt. Sic Chriſtus ſpōte à Iudæis ligari, velari, illudi voluit, & derideri: quadā autem vice dum Samſoni placuit, tunc ſe de inimicis horribiliter vindicauit. Sic in fine ſeculorum de inimicis Chriſti erit, cùm ipſe in maieſtate, & poteſtate ad iudicium venerit.

K

Conſpice igitur Ieſum præ cunctis meritò honorandū, indignè & viliter tractari: & eum imitando diſce humiliari: gratiamq; honoris ſpernere, & laudem humani fauoris contemnere. Cùm ergo homo foris videns reputat te vilem in oculis ſuis: tu vilem te reputa in oculis dei: nec murmures vel indigneris, ſi corā hominibus vilis reputaris: ſed magis in oculis dei, qui omnia nouit occulta, confundaris. Et caue ne malorū exemplo corruptus, dominū potius exhortari videaris, quàm imitari: qui enim tunc exhortatus eſt blaſphemis Iudæorum & infidelium: etiam nunc exhortatur væſanis opprobrijs falſorū Chriſtianorum: & nominetenus fidelium, prout ſuprà in articulis illuſionū huiuſmodi eſt tactum.

L

Cogita etiam qualiter dolebant Petrus & Ioannes, hæc percipientes, vel fortè vidētes. Et qualiter Petrus iam torpens frigore infidelitatis, [ſedet calefaciens ſe:] exterius, cui calor charitatis & verus ignis extinguebatur interius: & negat ter dominū ſuum, timore perterritus. Nec mirum ſi accedit ad eum tentatio, qui ſe elongat à Chriſto.

*Negatio trina Petri.*

Primò quidem in atrio ab ancilla hoſtiaria cōpellatur, & negat. Vnde Gregorius: Vnius ancillæ voce percuſſus, dum mortem timuit, vitam negauit. Sed cur ab ancilla prius prodatur Petrus, quàm à viris, vna ratio eſt ad confutationem præſumptionis: quia à muliere, non à viro: ab ancilla, non à libera primò victus eſt. Secunda ratio eſt, vt oſtendatur omnis ſexus & conditio in domini peccaſſe nece, & redimi per eius paſſionem. Deinde poſt negationem, timens Petrus inter Iudęos diu ſtare, [exiuit foras ante atriū & gallus cantauit.] Exeundo autem animaduertit [eum alia ancilla: & ] dum foris eſſet, [dixit miniſtris, ] qui ſe calefaciebant: [ & hic cum Ieſu erat:

M

ſed poſtquam redijt quod dictum fuerat. Vnus de circunſtantibus, ſecundum Lucam, ſed plures de eis ſecundum Ioannem, ei idem dixerunt: & negat cum iuramento:

*Mora in peccato.*

Ecce argumentum, quòd ex vno peccato homo ruit in aliud grauius: Vnde Rabanus: Mora in peccato, dat incremētū ſcelerū. Et Gregorius: Peccatum quod pœnitentia non diluit, mox ſuo pondere ad aliud trahit. Et timens Petrus, iterum foras exiuit. [ Et interuallo facto, quaſi horæ vnius, reuerſus iterum, [ſecundum Matthæum & Marcum, à multis, & ſecundum alios ab vno qui cognatus Marchi erat compellatur: & negat cum iuramento & deteſtatione, [ & ſtatim gallus, ] ſecundò [ cantauit.] Poteſt eſſe quòd multi tumultuantes, ibi ſtantes, Petro hoc dixerunt: vel vnus eorum pro omnibus: & quaſi in perſona omnium expreſſius, & acrius dixit ei. Et ſic ſemel negat ante primum gallicantum: bis ante ſecundum. Non enim ſolum negat Chriſtum qui dicit eum non eſſe Chriſtum, ſed etiā qui cum ſit negat ſe





gat ſe eius diſcipulum, vel membrum, vel qui negat ſe eſſe Chriſtianū:

A

dominus enim nō ait Petro, diſcipulum meū te negabis: ſed, me negabis. Negauit ergo Petrus Chriſtū, cùm ſe negauit eius diſcipulum: & iſto modo ſe etiā negauit Chriſtianum. Vbi Augu. Ecce medici cōpleta eſt conditio, ægroti conuicta eſt præſumptio. Non enim factū quod iſte dixerat, animam meā pro te ponam: ſed factū eſt quod ille prædixerat, ter me negabis. Et grauatur in Petro culpa: & exaggeratur crimen, ſecundum proceſſum negationū: quia primò ſimpliciter negauit, ſecūdò negationi periuriū addidit, ſed tertiò adiecit periurio deteſtationē:

*Anathematizatio.*

[& cœpit anathematizare: ] id eſt maledicere ſibijpſi, & maledictioni ſe obligare, ſi cognouiſſet Ieſum. Anathematizatio enim ſignificat iurationē, quæ eſt per execrationem, & cū imprecatione maledictionis: ſcilicet quando aliquis imprecatur ſibijpſi malū pœnę, & obligat ſe maledicto, ſi ita ſit ſicut imponitur ei, vel niſi illud quod dicit ſit verum.

*Negationū locus.*

Quidam dicunt totam trinā negationem factā in atrio Annę: & quę dicta ſunt inde, poſt miſſum Ieſum ad Caiphā, recapitulando dicta. Alij verò dicūt, in atrio Caiphę totam factam:

B

& ſecūdum hoc Ioānes anticipauit primam. Sed cōmunior opinio eſt, ꝙ trina negatio incœpit in atrio Annæ, & cōpleta eſt in atrio Caiphæ. Et hoc videtur patere ex textu Ioannis: qui cùm non faciat, mentionē de Caipha, ſed ſolū de Anna: ponit primò vnā negationem: deinde ea quæ Annas interrogauit de Chriſto, & tandē proſequitur alias duas negationes, quæ factæ fuerunt poſtea in atrio Caiphæ. Et potuit eſſe ꝙ Ioannes eſſet notus vtrique pontifici, & ſimiliter introduxit Petrum in domū vtriuſque: prout ſuprà patuit, vbi Annas Ieſum ad Caipham miſit.

*Contemplatio.*

Cogita etiā quomodo dominus benignus magiſter, cōuerſus à iuſtitia ad miſericordiā, reſpexit diuinitus Petrū dilectum diſcipulum, in tertia vice, reſpectu miſerationis & gratiæ: quia miſericordia prouocat ad pœnitentiam, & eſt neceſſaria ad eā.

*Cōuerſio domini ad Petrum.*

Conuerſio quidem iſta & reſpectus fuit interior, & ſpiritualis: nō exterior, & corporalis: quia dominus erat intus in auditorio,

C

& ſuperius cū principibus: Petrus autem foris in atrio, & inferius cū miniſtris: & vnus alium videre non poterat oculis corporalibus. Vnde Leo papa: Dominus aūt Ieſus, qui intra pontificale concilium corpore tenebatur, trepidationem diſcipuli foris poſiti ſolo diuino intuitu vidit: pauentiſq; animum mox vt reſpexit erexit, & in fletū pœnitudinis cōcitauit. Vnde ſecundum Augu. diuina Petri reſpectio nihil aliud fuit, niſi traditio in mēte eius, quoties iam dominū negaſſet, & hoc quod dominus ei prędixiſſet: atque ita miſericorditer domino eum reſpiciēte pœniteret & fleret, ſicut ſolemus dicere: domine reſpice me, & reſpexit eum dominus,

*Recordatio Petri.*

qui abſque periculo diuina miſericordia liberatus eſt. Hęc aūt recordatio fuit initiū pœnitentię eius, quia ſecundū Chryſoſto. nihil ita curat delictū, vt memoria domini continua. Vnde & Beda: Reſpiciente domino, Petrus ad cor reuerſus maculā negationis pœnitentiæ lachrymis tergit: quia non ſolum cùm agitur pœnitentia, verumetiam vt agatur dei miſericordia neceſſaria eſt. Vnde Pſalm. Vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me:

D

reſpice & exaudi me dñe deus meus: id eſt, miſerere & adiuua. Hæc Beda. [Petrus autē] cognoſcens ꝙ dominus eū audierat & reſpexerat: & hoc reſpectu commonitus, & ad amaras lachrymas prouocatus: [ſtatim exiuit foras] de medio malorū inter quos eum negauerat, [&] fugiēs in cauea, ſeu fouea quę modò gallicantus appellatur: [fleuit amarè:] id eſt ex cordis amaritudine, & fletu cōtritionis qui amarus eſt.

*Fletus Petri. Pſal. 41. a.*

Fletus aūt deuotionis eſt, ſuauiſſimus, intantum vt pro cibo reputetur: ſecundum illud Pſalm. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. In ipſo aūt loco vbi poſt negationē fleuit, & pœnitentiam fecit, in memoriā amari fletus & pœnitentię eius, ædificata eſt eccleſia ſancti Petri, qui locus eſt inter montē Sion, & ciuitatē Hieruſalem.

*Flendi cōſuetudo.*

Exinde tunc Petrus traxit in cōſuetudinē, vt ſingulis noctibus ſurgēs à primo gallorū cantu, vſq; ad horam matutinā ſtaret in oratiōe, flens pro iſta negatione: ita ꝙ facies eius videbatur aduſta ex fluxu lachrymarū,

E

& ſemper in ſinu ſuo ſudariū portabat, quo crebrò fluentes lachrymas tergebat: quia quādocunq; gallū cantantē audiebat, & quādocūq; denegationē Chriſti recolebat, amariſſimè flebat: tam pro peccato negationis, quàm pro dulcedine amoris dūi. Vnde ſecundum Chry. Flebat nō propter pœnā, ſed ꝗa dilectū negauerat: quod ei quolibet ſupplicio moleſtius erat.

*Negandi locus.*

Attende nunc vbi Petrus negauit, & fuge omnē locum qui occaſionem peccādi inducit. Vnde Ambr. Vbi tamē negauit Petrus? nō in monte, nō in tēplo, non in ſua domo: ſed in prętorio Iudęorū, in domo principis ſacerdotū. Ibi negat, vbi Ieſus ligatus eſt: vbi veritas nō eſt. Vnde & Hiero. In atrio cum miniſtris calefacit ſe ad ignem. Atriū ſacerdotis, circuitus eſt ſecularis: miniſtri, dęmonia ſunt: ignis, deſideriū carnale: cū quibus qui manet, flere peccata nō poteſt. Hęc Hiero.

*Curię magnatum.*

Hinc nota ꝙ malū eſt cōuerſari in curijs magnatum: Petrus eīn ſemel curiā intrauit: & ibi animi vigorem perdidit, & Chriſtū negauit. Quid ſi diu ibi manſiſſet? vnde nō ibi, ſed foris pœnituit. Sic ſtella

F

à magis in curia Herodis diſparuit: quibus inde egreſſis reapparuit.

*Exitus Petri de atrio.*

Exiuit itaq; Petrus de atrio principis, vt liberū locum flendi haberet: quia inter impios pœnitentiā agere nō valebat: & cùm vellet flere, egreſſus eſt foras: quia palàm flere non audebat: ne ſcilicet ab alijs videretur, & à lachrymis deprehenderetur. In quo & nos inſtruimur, vt volētes inſiſtere lachrymis, ſecretū locum quæramus. Vnde Beda: Quàm nociua ſanè alloquia perfidorum: Petrus inter Iudęos, vel hominē ſe noſſe negauit, quē inter cōdiſcipulos dei filiū cōfeſſus erat. Sed nec in atrio Caiphę retentus poterat agere pœnitentiā: egreditur foras, vt ab impiorū conſilio ſecretus, pauidę negatiōis ſordes liberis fletib' abluat. Hęc Beda.

*Atria magnorum.*

Sic hodie multi in atrio magnorū introducti, Chriſtū malis operibus negāt, & vix aut nunquam dum ibi ſunt pœnitēt: quia in magnatū domib' non eſt cōgruus pœnitētiæ locus: & ideo qui vult peccata vitare, & mala quę fecit emēdare, debet egredi de mala ſocietate. Vn̄ Ber. Periculoſum eſt valde ſi

*Pœnitentię locus.*

quis velit inter turbas ſeculi pœnitentiam agere: G vbi inimicorũ alij venenatis perſuaſionibus: alij vndique exemplis peioribus ad peccandum alliciunt, alij adulationibus in vanam gloriã trahunt, alij detractionibus in impatientiã deijciũt. Hęc Bernar.

Petrus imitandus in pœnitentia.

Imitare ergo Petrũ, qui voluntate, verbo vel facto procaciter negaſti Chriſtũ pro te paſſum. Cognoſcit Petrus reatũ ſuum, dolet & pœnitet, egreditur foras, reliquit conſilium malignantiũ, locum petit ſecretum, lachrymis & pœnitẽtiæ amicũ, flet amarè: certiſsimè intelligens quia ſacrificiũ deo eſt ſpiritus cõtribulatus, cor contritũ & humiliatum deus non ſpernit.

Pſal. 50.

Tu quoque rememorans paſsionẽ dilectiſsimi magiſtri, & tuum reatũ: foras cum Petro egredere, vt teipſum defleas amariſsimè, ſi quando te reſpiciat, qui Petrũ lachrymãtem reſpexit. Hic eſt pœnitentiæ modus. Peccaſti, quieſce, dole, & lachrymare, & diſce cũ Petro flere amarè: & ſi vis mereri veniam, dilue lachrymis culpã tuam. Geminæ quoque amarificationis, ſcilicet cõtritionis pro te, & cõpaſsionis ad Chriſtum, inebrieris abſinthio, vt expiatus cũ Petro à reatu ſceleris, H repplearis cum Petro ſpiritu ſanctitatis. Quia verò dicit Ambro. De Petro non inuenio quid dixerit: inuenio quod fleuit: eius lachrymas lego, ſatisfactionẽ nõ lego.

Fletus Petri efficacia.

Videtur ex hoc ꝙ tãta fuit eius cõtritio, ꝙ ſufficiebat pro eius ſatisfactione. Vnde leo papa: Fœlices ô apoſtole lachrymæ tuæ, quæ ad diluendam culpã negationis, virtutẽ ſacri habere baptiſmatis. Inde eſt argumentũ quòd contritio poteſt eſſe tanta quòd tollat omnem pœnã.

Ordo pœnitẽtiæ in Petro.

Et nota ordinem pœnitẽtię Petri. Primò gallus cantauit: deinde dominus Petrũ reſpexit. Tertiò, Petrus flere cœpit: & tũc egreſſus foras, amarè fleuit. Sic hodie fit.

Gallicantus.

Nam ſecũdum Gregor. Tunc nobis gallus cantat, quando prædicator quiſque corda noſtra ad compunctionem excitat. Sed cantus galli non ſufficit, niſi dominus oculo pietatis peccatorem reſpiciat: quia oportet vt miſer in tenebris permaneat, quandiu eum lux mundi nõ illuminat. Tunc aũt tertiò, ſecũdum Gregor. incipimus flere, quãdo ignimur intus per ſcintillam cõſcientiæ. Et tunc foris eximus, I cùm extra quod fuimus egredimur. Vnde & Beda: Petrus qui media nocte negauit, ad gallicantum pœnituit: & quod in tenebris obliuionis errauit, ſperatæ iam lucis rememoratione correxit. Hunc opinor gallum aliquẽ doctorem intelligendum, qui nos iacẽtes excitat, & ſomnolentos increpat, dicẽs: euigilate iuſti, & nolite peccare. Hęc Beda. Cogita nũc qualiter Petrus pro domino ſuo, & pro peccato ſuo plangebat: & quomodo recogitabat bona quę ſibi dominus fecerat, & qualiter ipſe eum negauerat. Dominus quidẽ intuitu ſuo ſpirituali prouocauit Petrũ ad lachrymas: nec mirum: oculi enim domini velut flãma ignis: Petri verò vt glacies erant: & ideo intuitu ſuo reſoluerũt illos ſicut ignis glaciẽ reſoluere ſolet, nec poterat in negationis tenebris permanere, quẽ lux mũdi reſpexit.

Oculi Chriſti.

O beati oculi tui domine Ieſu, qui ita calefaciunt cor frigidũ, & accẽdunt in amorẽ tuum, & illuminant vt videat homo creatorem & errorem ſuum. O quàm citò gelicidium pectoris liquefaciũt, & in aquas amaritudinis & deuotionis conuertunt. Vnde Anſelmus: Intuere quàm pijs oculis, quàm miſe K ricorditer, quàm efficaciter tertiò negantẽ reſpexit Petrũ: quando ille cõuerſus, & in ſe reuerſus, fleuit amarè. Vtinã bone Ieſu tuus me dulcis reſpiciat oculus, qui toties ad vocẽ ancillæ procacis, carnis ſcilicet meæ, prauis operibus affectibusq́; negaui. Hæc Anſelmus.

Moraliter Ancillæ.

Moraliter per primam ancillam oſtiariam, quæ Petrũ negare cogit, deſignatur cupiditas: per ſecundã, carnalis voluptas: per vnũ ſeu plures qui aſtabãt, intelligũtur dæmones: his enim ad Chriſti negationẽ trahuntur homines. Prima ancilla, ſcilicet auaritia, quæ hodie in domibus multorum principũ eſt oſtiaria, quaſi omnes intrare facit: quia ſicut oſtiarius intromittit quos vult: ſic & auaritia idẽ facit. Vnde in Prouerbijs: Donũ hominis dilatat viã eius, & ante principes ſpatiũ ei facit:

Prou. 18.

timendum eſt ne expulſa charitate à domibus prelatorum, tanquã domina incipiat principari ancilla: quia charitas expellitur, dum cupiditas ingreditur: nam venenũ charitatis eſt cupiditas. Huic car- L nalis delectatio & dæmones adhærẽt, qui Chriſtũ negare ſuadẽt. Per Petrũ autem, qui interpretatur agnoſcẽs, intelligi poteſt clericus, qui à longè ſequitur dominũ: quia fortè non propter ſe, ſed propter ſua, qui multoties cupiditate deuictus negat Chriſtum. O quot ſunt hodie miſeri curias principũ ſequentes, vix aut nunquã pœnitẽt dum ſunt ibi. Ex hoc articulo negationis Petri plura habẽtur documenta.

Documenta.

Primũ eſt, ꝙ prelatus eccleſiæ debet eſſe talis, qui infirmitatibus ſubditorũ compati ſciat: quia ſecundum Grego. ideo dominus Petrũ cadere permiſit, vt & fortius poſt caſum reſurgeret: & vt is qui futurus paſtor eccleſiæ erat, in ſua culpa diſceret qualiter alijs miſereri debuiſſet: & ex ſua infirmitate cognoſceret, quàm miſericorditer aliena infirma toleraret.

Caſus Petri.

Et, ſecũdum Chry. Chriſtus permiſit Petrũ labi, vt prelatis exemplũ preberet fragilitati ſubditorũ melius compatiendi. Nam ſecundum eundem, ideo angelis non eſt cõmiſſa ſacerdotij poteſtas, ne cùm ipſi minimè peccarent, de ſua innocẽtia preſumẽtes, alios ſine miſericordia iudicarent: ſed potius eſt collata homini fragili & pec- M canti, vt circa aliorũ lapſum ſe mitẽ prebeat & benignum. Secũdum eſt, ꝙ nullus debet ſe iactare & extollere: aut de ſua virtute, & viribus præſumere.

Preſumptio vitanda.

Vnde Leo Papa: Ob hoc Petrus heſitare permiſſus eſt, vt in ipſo eccleſiæ principe cõderetur remediũ pœnitentiæ: & nemo auderet de ſua virtute cõfidere, quando mutabilitatis periculum nec ille tantus potuiſſet euadere. Vnde Chryſoſt. Quod euãgeliſtæ ſcripſerũt, nos erudire volentes, quantũ malum ſit non deo totũ concedere, ſed in ſeipſo confidere. Vnde etiã Ambroſ. Hæc autem ideo ſcripta ſunt, vt ſciamus neminẽ ſe iactare debere. Nam ſi Petrus lapſus eſt, quia dixit, & ſi alij ſcandalizati fuerint in te, ego non ſcandalizabor: quis alius iure de ſe præſumat? Denique & Dauid qui dixerat: Ego dixi in abundantia mea, nõ mouebor in ęternum: eam ſibi iactantiam obfuiſſe profitetur, dicens: Auertiſti faciem tuam à me: & factus ſum conturbatus.

Pſal. 29. Ibidem.

Principijs obſtandũ.

Tertium eſt, quòd in principio obſtandum eſt peccatis:



eſt peccatis: quia vnũ ſemper trahit ad ſe aliud gra A uius. Sicut in propoſito primò fuit nuda negatio. Secũdò, negationi acceſsit periuriũ. Tertiò, periurio acceſsit maledictio. Vel ſicut dicit Hieronym. Prima ancilla, titubatio. Secũda, conſenſio. Tertius vir, actus eſt. Hæc eſt trina negatio, quã abluit per fletus verbi Chriſti recordatio. Quartum eſt, ꝙ ſi nos quandoq; ex fragilitate peccemus, nullo modo in peccato perſeueremus: quia ſecundum gloſam, Perſeuerare in peccato, dat incrementa ſcelerum: & qui ſpernit minimam, cadit in maiora. Et ſecũdum Grego. Peccatum quod pœnitentia nõ diluit, mox ad aliud trahit. Ecce enim beatum Petrũ ad primam negationem impulit vna tantum ancilla: ad ſecundã, duo: ſcilicet ancilla & vir: ad tertiã, plures. Quintum eſt, ꝙ nullus peccator debet deſperare, quantũcunque peccata ſint grauia: ſed debet pro peccatis ſuis flere, exẽplo beati Petri, qui culpã negationis abluit lachrymis pœnitẽtiæ. In hoc enim remedium nobis pœnitentiæ oſtenditur: & in maximis exceſsibus veniã ſperare cõceditur: cùm Pe- B trus poſt tantum peccatũ factus ſit ianitor cœli, ac omnibus norma & regula pœnitendi.

Chriſtum negare.

Sextum eſt, quòd nos caueamus ne vnquã Chriſtum negemus. Chriſtum nãq; negat quis in omni mortali peccato: quia conſentiẽdo diabolo, abnegamus Chriſtũ, & recedimus ab eo.

Cõformatio.

In conformãdo ſe huic articulo, cogitet homo quàm piè ipſum deus reſpiciet, & tunc inſtar beati Petri rememoremur peccata ſua breuiter & ſummariè: & ea quantum põt lachrymis ſaltẽ cordis defleat. Ieſu qui à beato Petro apoſtolorum tuorum principe ter negari te pertuliſti, quiq́; eum miſericorditer reſpiciens reatum ſuum amare flere feciſti: reſpice quæſo me oculo clemẽtiæ tuæ, & concede me verbis vel factis te nunquã negare, & peccata mea dignè deflere. Tandẽ fatigati principes Iudæorum, & miniſtri iniquitatis, & cæteri Iudæi receſſerunt euntes ad dormiẽdum, & mittentes dominum Ieſum in quẽdam carcerẽ ibi ſubtus ſolarium, cuius adhuc videri põt veſtigium, ligauerũt eum ibi ad quandã columnã lapideã, cu- C ius pars ibidẽ mutata fuit: & adhuc vt dicitur apparet. Dimiſerunt nihilominus cum eo aliquos armatos, ad tutiorem cuſtodiã, qui eum vexauerunt per totam noctẽ reſiduã, quaſi nõ ſufficeret dies ad complẽdum malitiã ſuã, deriſionibusq́; & maledictionibus vacãtes cõuitiabantur ei dicẽtes: Putabas eſſe prudentior principibus, & melior phariſæis? Nunc tua ſtultitia apparet, modò ſtas vt conuenit: & morte crudeliſsima citò morieris. Intuere igitur qualiter illi audaces & peſsimi cõuitiantur eidẽ & inſultãt: & modò vnus, modò alius verbis & fortè etiam factis cõtra eum inſurgunt. Tãta enim dicunt & faciunt, & irreuerenter huiuſmodi mercenarij & viliſsimi quanta poſſunt. vnde Anſel. Nox in ſomnis tota ducebatur, nulla prorſus requies ipſe preſtabatur: miniſtrorũ impia plebs iniuriatur, alapis & colaphis innocens mactatur.

Contẽplatio.

Intuere nũc opprobrijs dominũ verecũdum, in tormẽtis verò patientem, & vultum ſemper ad terrã habentẽ, & ſilentem ad oĩa, tanquã verè eſſet deprehẽſus in culpa, & mira cordis contritione compatere creatori. hæc Anſel. Et ſic ſtat dominus rectus ad iſtã colũnam ligatus, & ſaturatus opprobrijs vſq; mane, af- D flictus nimis frigore & labore: quia hyems erat & noctes longæ. Tu ergo ibis ad eum, & vehementer ſibi cõpatiens dices ad ipſum. O domine ad quorũ manus veniſti? Quanta eſt patientia tua? Verè iſta eſt hora tenebrarũ. Et tũc deuotiſsimè oſculaberis manus & pedes eius venerabiles, & vincula illa duriſsima, & ſedebis ibi ad pedes illius dolens & lugens & dices: O domine Ieſu ſaltẽ requieſcat caput tuum ſuper humerũ meum, ex quo te liberare non poſſum. Et tunc recõmendabis te ei, & omnes amicos tuos, & totum abſque dubio concedet tibi quicquid rogaueris & petieris ab eo. Et dices ei: O domine quid dicam in craſtinum digniſsimæ matri tuæ? Et ſic ad pedes beatiſsimos aliquantulum dormitabis & quieſces, ſi tamen dormire potes in tali ſtatu dominum tuum videns.

## ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte, qui hora matutina coram Anna à miniſtro alapã ſuſcepiſti, & te ligatum ad Caĩpham duci permiſiſti, & tota E nocte multa opprobria & incõmoda pertuliſti: tribue quæſo mihi peccatori vt ſimilia pati gaudeam pro gloria tui nominis, & gaudijs perfrui merear æternis. Illis quocunque tuæ pietatis oculis quibus tunc Petrum reſpexiſti, me miſerũ frequenter reſpicias: qui te toties prauis cogitationibus, locutionibus, operibus, negligẽtijsq́; negaui: vt valeã defectus meos cognoſcere & inde pœnitere: ac veniam & gratiam merear apud te inuenire. Amen.

## De prima. Caput lxi.

Lucæ 22. & 23. Matt. 27. Mar. 15. & Ioan. 18.

HOra primæ corde doloroſo & mœſto meditaberis, qualiter [mane quãdo dies eſt factus,] tẽpeſtiuè [conuenerunt,] apud Caĩphã [principes ſacerdotum,] id eſt, pontifices, qui precellebant reuerentia dignitatis: [ac ſeniores populi,] qui præcellebant reuerẽtia ætatis: [& ſcribę,] qui præcellebant reuerentia doctrinæ legalis: [ad conſiliũ aduerſus Ieſum, vt traderent eum morti,] F & fecerunt dominũ tuum dulcẽ Ieſum nimis afflictum ibi adduci.

Cõuentus malignãtium.

Hic eſt conuẽtus malignantiũ, cuius prior ſiue abbas erat Caĩphas, qui erat põtifex anni illius. Cùm autẽ volunt eũ de domo ducere, dicunt ei: Ieſu qd facis: ibimus an nõ? Veni quia principes & ſacerdotes mandãt, ꝙ ducaris ad conſiliũ, vbi te expectant cũ populo, volẽtes te tradere Pilato vt moriaris.

Cõformatio.

Tu autẽ ſi adhuc cogites te cũ ipſo eſſe, dices cũ magna compaſsione: Heu dñe mi, heu magiſter bone: quia iã te volunt perdere. Iã volunt te morti tradere. O domine quid ego miſer faciã? O quàm crudeles, & quàm doloroſi rumores? O domine quàm lugubrẽ viſionẽ habebit tua mater dulciſsima, quàm amaros rumores audiet tã ipſa quã oẽs qui te diligunt cũ ea. O dñe quid ego miſer faciam? Ibo tecũ dñe, vel ibo nuntiare & dicere dñe meæ benignæ matri tuę vt veniat ad te. Poſtea videbis quomodo ducunt eũ tanquã agnũ manſuetũ, qui portatur ad victimã, & quomodo ĩtrat ligatus, & affirctus, & oẽs in eũ reſpiciunt, & inſultantes ei dicunt: O bone Ieſu hîc es? Quomodo ſi propheta

eras,iſtud non præuidebas? Talia & multa ſimilia
G poterant ei dicere illi malediſti. Conſidera modò
quantum Iudæi ſitiebant ſanguinẽ Ieſu Chriſti, q
ſummo mane quærebant ſententiã de morte eius
dari.Nam tanta erat eorũ nequitia, vt nulla mora
interponeretur,quin occidendus Pilato traderetur.

Cõſilium impiorũ bis factũ.

Et ſic bis fuit conſilium impiorũ aduerſus Ieſum:
primò,ante gallicantum, vt viſum eſt ſuperius:ſe-
cundò,mane quando dies eſt factus.Quia enim ex
teſtimonijs præhabitis non habebant aliquid,vnde
coram Pilato ſicut reus mortis accuſari poſſet:ideo
vlterius conſulebant,qualiter eum morte dignũ ac-
cuſarent. Et tunc dixerunt ei: [Si tu es Chriſtus:]
id eſt,rex & vnctus, [dic nobis.] vbi Beda:Nõ ve-
ritatem deſiderabant: ſed calumniã præparabant.
Siquidem Chriſtum hominẽ tantũmodo de ſtirpe
Dauid venturum ſperãtes,hoc ab eo quærebant:vt
ſi diceret,ego ſum Chriſtus,calũniaretur ꝙ ſibi re-
giam poteſtatẽ arrogaret:& ob hoc à rege punien-
dus eſſet.Et ait illis: [Si vobis dixero,] ſcilicet ꝙ
ſim Chriſtus,[nõ credetis mihi:] ſicut & aliâs nõ
H crediſtis nec verbis meis, vel factis. [Si autẽ in-
terrogauero vos, nõ reſpondebitis mihi:] ſicut nec
aliâs reſpõdiſtis,cùm interrogarẽ,quomodo Chri-
ſtus fili⁹ Dauid eſſet: [neq; dimittetis] ſcilicet me,
qui tamen ſum innocẽs. [Ex hoc autem,] ſcilicet
tempore:id eſt, poſt tẽpus paſsionis & aſcenſionis,
[erit filius hominis ſedens à dextris virtutis dei: id
eſt,in potioribus bonis patris, ſecũdum humanita-
tem:ſed in æqualitate patris,ſecundum diuinitatẽ.
Vnde bene dixit, [filius hominis:] quia inquantũ
filius dei ſemper fuit ęqualis patri,& ſedens ad de-
xterã patris:quaſi diceret, Ero in vita regnãs ſem-
piterna & virtute diuina, cùm hîc infirmus coram
vobis appareã. vbi Theophilus:Quaſi diceret,Non
eſt vobis de cætero tẽpus ſermonũ & doctrinæ,ſed
deinceps iudicij tempus erit,cùm videbitis me filiũ
hominis ſedentẽ à dextris virtutis dei. Tunc [dixe
runt oẽs: Tu ergo es filius dei,] ſcilicet naturalis.
Qui ait: [Vos dicitis:q̃a ego ſum.] Quaſi diceret:
Ego nec dico,nec nego: ſed vos dicitis, quãuis non
I credatis.Sua ergo ſentẽtia condẽnantur. vbi Beda:

Reſponſum Chriſti.

Ita reſponſionẽ ſuam tẽperat,vt & verum dicat,&
ſermo eius calũnię non pateat.Maluit eñ ſe Chri-
ſtum filium dei probare,quàm dicere:vt condẽnan
di cauſa toleretur his,qui quod obijciũt hoc ipſi fa-
tentur. Quam tamen reſponſionẽ ipſi blaſphemiã
reputantes dixerunt: [Quid adhuc deſideramus te
ſtimonium?] ſcilicet ad probandũ ꝙ ſe Chriſtum
dicat,& dei filiũ.Hęc duo grauius põderabant:ſci-
licet ꝙ ſe Chriſtum & dei filium dicebat, eo quòd
vnum videbatur eſſe contra deũ: reliquum contra
Romanum imperiũ. [Ipſi enim audiuimus de ore
eius.] O inſenſati, excæcauit vos malitia veſtra.
Audiſtis ex ore eius dei reuerentiã qua erat colen-
dus,& nõ blaſphemiã qua eſſet crucifigẽdus.Ergo,
vt ait Beda,Sua ſe ſentẽtia condẽnant,qui eũ mor-
ti tradunt: quẽ oris, & operis teſtimonio deum eſſe
cognoſcunt. Et poſt multa quæ contra eũ fecerũt,

Adductio ad Pilatũ.

vt æſtimo,ſicut in nocte fecerant, [adduxerunt eũ
vinctum,] à domo Caiphæ pontificis,ad domũ Pi-
lati præſidis Romanę poteſtatis,ad quem pertine-
bat iudicium in cauſa ſanguinis: vt ſcilicet Pilato
totum imponeretur, & ipſi immunes reputarẽtur: K
duxerunt,inquã,eum vinctum, manibus poſt ter-
gum ligatis,& cum multis conuitijs ac cõtumelijs,
& vt dicitur catena in collo eius poſita, quæ poſtea
oſtendebatur in Hieruſalem peregrinis pro deuo-
tione magna, q & ipſi ſubmittebãt in ea colla ſua.
Cogita nunc,cũ quanto opprobrio ducitur per me-
dium ciuitatis Hieruſalẽ, conuitiantibus principi-
bus ſacerdotum & phariſæis atq; dicentibus: Veni
nobiſcum latro,& deceptor populi, nũc tua male-
ficia finem habebũt in breui. Horrẽda prorſus im-
pietas,quæ tãtis iniurijs ſatiari non potuit:quin po
tius ferali rabie fremens impio iudici, tanquã ra-
bido cani, animam iuſti deglutiendam expoſuit.
[Tunc videns Iudas ꝙ Ieſus dãnatus eſſet,] cõſilio
ſacerdotum & ſeniorũ,id eſt,damnationi & morti

Cõſuetudo damnati.

adiudicatus:conſuetudo enim erat Iudęorũ,vt quẽ
reum mortis iudicaſſent,vinctũ præſidi traderent:
vt dum præſes vinctum teneret, morti addictũ in-
telligeret: [pœnitẽtia ductus,] infructuoſa tamẽ, L
quia ſine ſpe venię erat: [retulit pretium,] ſcilicet
triginta argenteos, [principibus ſacerdotũ & ſe-
nioribus populi,] à quibus malè acceperat: in tua
poteſtate eſſet perſecutorũ ſententiam mutare: &
quaſi eodẽ pretio quo Chriſtũ dominum vendidit,
poſſet eũ redimere. Multi enim poſſunt alicui ma-
la perſuadere, quæ tamen pœnitẽtia ducti pòſt nõ

Iuda iniquiores.

poterunt diſſuadere,vel in bonũ cõuertere. Si ergo
Iudas reſtituit pecuniã malè acquiſitam:quomodo
vſurarius tenet vſuram, & ſimoniacus præbendã,
vel quicũque rem alienã? Credibile eſt ꝙ lata ſen-
tentia contra Chriſtum, illi qui principales fuerũt
in morte Chriſti,redierunt ad tẽplum: & tũc venit
Iudas, [pœnitentia ductus,] id eſt, anguſtia quadã
& triſtitia tactus,quę tamen nõ valuit:quia nõ pro
pter amorem dei,ſed propter enormitatẽ rei triſtis
fuit:] & retulit argenteos, dicens: Peccaui tradens
ſanguinem iuſtum.] Nõ valuit Iudæ iſta cõfeſsio,
quia deerat ſpes veniæ & ſalutis. vbi Chryſoſto.
Vide veritatem vndiq; fulgentẽ,proditor de ſeipſo
dat teſtimonium, & eorum qui condemnauerunt M
oppilat ora. [At illi] deridentes eum, [dixerunt:
quid ad nos,] ſcilicet de peccato tuo, qui nõ ſumus
rei in hoc facto: [Tu videris,] & ſenties te peccaſ-
ſe:ſed nihil ad nos pertinet,& nobis de hoc non eſt

Profeſsio Iudæorũ audax & cæca.

curæ.Profeſsio hæc audax eſt,atque cæca.Emiſſe-
ſe iuſti ſanguinem audiunt, & tamẽ extra reatum
ſe eſſe credunt, & in vendente ſcelus conſtituunt.
Vnde ſecundum Chryſoſtomum, Accuſatio ſacer-
dotum eſt, qui non egerunt pœnitentiam etiam
Iuda pœnitente. [Et] videns Iudas quòd eum de-
ridebant,lapſus in deſperationem, [proiectis argẽ-
teis in tẽplo, [vnde recepti erant, [receſsit:& abiẽs
laqueo ſe,] ex deſperatione [ſuſpendit.] ex quo
patet quòd cupiditas ſua nihil ſibi valuit. Maluit

Auaritia laqueus diaboli.

ſe quàm denarios perdere:denarios tẽplo, ſeipſum
diabolo tradidit,& laqueo. Hîc habemus duo exẽ-
pla.Primum eſt,quòd auaritia non eſt aliud quàm
quidam laqueus diaboli, per quem ſuſpendit aua-

Deſperatio ſubditorũ vnde.

ros. Secundum exemplum eſt, quòd crudelitas
præſidentis, eſt occaſio deſperationis peccatoris.

Iudas



Iudas eñ retulit pecuniã,pœnitentia ductus,& pec
A catũ ſuum eſt confeſſus:ſed quia principes durè re
ſponderunt ſibi,dicẽtes:[quid ad nos?tu videris:]de
ſperatus[abiens laqueo ſe ſuſpendit.]ſic frequẽter
circa peccatorẽ accidit. Iudas laqueo ſe ſuſpẽdit in
terræ meditullio,indignus hominũ & angelorum

Iudæ ſuſpendium

cõſortio.Indignus colligi inter angelos qui in cœ-
lis ſunt,indignus etiã colligi inter homines qui in
terra:ſocius factus dæmonũ,quibus deputatus eſt
aër iſte caliginoſus in carcerem,vſque ad iudiciũ.

Mortis talis in Iuda rationes.

Sunt autem tres rationes,quare tali morte decuit
proditorẽ interire. Prima,vt eleuatus in aëre, ſo-
cium ſe oſtenderet dæmonũ,in hoc aëre caligino-
ſo habitantium. Secũda,quia paciſcẽdo locutus fue
rat,in gutture punitur:vt arteriæ quæ vocẽ prodi-
tionis emiſerant,punirentur:quia per quæ pecca-
uit quis,per hæc & torquetur. Tertia, vt cœlo &
terrę exoſus oſtẽderetur: quia nõ ſolũ proditionis
culpã emẽdare nequiuit, ſed etiã homicidij ꝓprij

Iudæorũ duritia.

ſcelus addidit. Mirabilis duritia Iudæorum: quos
nec cõfeſsio peccati,nec reſtitutio pretij,nec ope-
B ratio proprij ſuſpẽdij emolliuit:quia nec pœniten
ti,nec proijcienti,nec ſuſpendẽti Iudæ crediderũt.
Cum Iuda quippe ſeipſos ſuſpẽdunt,qui veniã pe-

Cur medi⁹ crepuit Iudas.

tere & ſatisfactioni intẽdere nolunt. [Et crepuit
medius]effuſis viſceribus:rupto enim loqueo puta
tur cecidiſſe,& crepuiſſe:& in hoc quodãmodo de
latum eſt ori quo oſculatus dominũ fuerat,ne per
os damnata anima exiret:nõ enim tam viliter in-
quinari debuit,quod tã glorioſum ſcilicet os Chri
ſti cõtigerat. Dignum enim erat vt viſcera quę pro
ditionem conceperãt,rupta caderẽt:& guttur quo
vox proditionis exierat,laqueo arctaretur. Sæpe
enim modus pœnæ exprimit modũ culpæ. Væ Iu
dæ,quia ad fontẽ miſericordiæ per ſpem venię nõ
redijt:ſed proprij ſceleris immanitate perterritus
deſperauit. Et ideo dicit Hieronymus,quòd magis
Iudas offendit deũ quãdo ſe ſuſpendit, quã in hoc

Corbanæ mũdicies & cordis immundicies.

ꝙ deũ prodidit. [Dixerũtque] ſacerdotes,[quia nõ
liceret] ipſos argenteos [mitti,] id eſt remitti,[ in
corbanã:]id eſt,in gazophilacium,vnde eos tule-
rãt:[quia pretiũ ſanguinis& mortis erat:]quod ibi
mittere noluerũt,cauentes ſcilicet ne ſacros locu-
C los pecunia cruẽta pollueret.ſecundũ Hieronymũ,

Matt.23.

Verè culicem liquantes,& camelũ glutiẽtes.Si eñ
ideo pecuniã,quia pretiũ ſanguinis eſt,in corbanã
hoc eſt in gazophilacium,& inter dona dei nõ mit
tũt:cur ipſum ſanguinẽ fundunt? Vnde & Auguſt.
Qualis illa innocentiæ ſimulatio fuit,pecuniã ſan
guinis nõ mittere in arcam,& ipſum ſanguinem
mittere in cõſcientiam? Et[cõſilio]inter ſe[habito
emerũt ex eis agrũ]cuiuſdam[figuli,in ſepulturã]
mortuorũ,ſcilicet[peregrinorũ,]qui nõ habebant
ſepulchrũ proprium:qui dictus eſt[acheldemach]
id eſt,ager ſanguinis,in deteſtationem proditoris
Iudæ,& memoriã paſsionis Ieſu Chriſti:quia eñ
pretiũ mortis fuerãt,in vſum mortuorũ,& hoc pe

Emendi acheldemach ratio.

regrinorum eos tradiderunt. Quod fecerunt,nõ in
miſericordiam,ſed in ſaluatoris infamiam:ſimulã
do pietatẽ,& intẽdendo iniquitatẽ:vt longè lateq;
diffamaretur emptio,& propter hoc addita eſt im
poſitio nominis, & vocatus eſt [ager ſanguinis,]
id eſt,emptus pretio ſanguinis:vt eſſet frequens re
memoratio facti in deteſtationẽ nominis Chriſti. D
A parte mõtis Sion in vallem Ioſaphat deſcẽden-
do,iuxta natatoriam Siloë contra Auſtrũ,ad iactũ
lapidis vltra vallẽ,eſt ager acheldemach, vbi eſt ſe
pultura peregrinorũ,vbi fuit monaſteriũ ſeu eccle
ſia omniũ ſanctorũ.In hoc quòd de pretio ſangui-
nis emerunt agrũ in ſepulturam peregrinorũ,my
ſticè datur intelligi,quòd Chriſtus per ſuũ ſangui Myſticè.
nẽ nobis peregrinis emit quietẽ perpetuã, & gau-
dium paradiſi. Vnde Gloſa:Magnũ ſacramentum
latet in factis iniquitatis. Figulus eſt deus,in cuius
manu eſt ex eodẽ luto facere aliud vas in honorẽ,
aliud in cõtumeliã: ager eius eſt ſeculũ,quod vni-
uerſum pretio ſanguinis eius emitur:vt ei cõmor-
tui ſepeliãtur peregrini,non vtiq; Iſraël:ſed alieni
qui in pretio ſanguinis eius ſepulti æternã requiẽ
ſortientur. Vnde & Hieronymus:Nõ ergo q pere-
grini eramus à lege & prophetis,praua Iudęorum
ſtudia in ſalutẽ ſuſcepimus,& in pretio ſanguinis
Chriſti requieſcimus. Vnde etiã Auguſti. Peregri E
nis,inquam,qui ſine domo & patria & toto orbe
exules iactabantur,requies Chriſti ſanguine proui
detur. Iſtos autem peregrinos dicimus eſſe deuotiſ
ſimos Chriſtianos,qui renũtiantes ſeculo,& nihil
poſsidentes in mundo,in Chriſti ſanguine requie-
ſcunt. Hæc Auguſti. Cùm autem per omnes pla-

Maria reſciens filiũ captum.

teas Hieruſalem diceretur quòd dominus Ieſus ca
ptus eſſet,& quomodo Iudæi eum crucifigere vel-
lent:percipiẽs hos rumores terribiles doloroſa ma
ter eius,quæ tamen cum primò caperetur,hoc in
ſpiritu(vt dicitur)cognouerat:ducta eſt cum inæ-
ſtimabili lamento & fletu,& planctu à ſororibus
ſuis & alijs,quaſi mortua Et venit ad videndũ filiũ
ſuũ dilectũ,plorans inceſſanter per ciuitatẽ Hieru
ſalẽ,& dicens:Heu me,vbi eſt nunc amantiſsimus
filius meus? Vbi es dulciſsime fili? Vbi te inueniam?
quis te cepit chariſsime? Quare te mihi abſtulerũt
benigniſsime? Hæc & his ſimilia poterat dicere,&
multò magis mouẽtia mẽtes audientiũ, etiã infide
liũ,ad deuotionẽ & compaſsionẽ. Aeſtimo quòd
omnes qui viderũt eam dicerent:O quàm male eſt F
iſti bonę mulieri.Si vidiſtis parem dolorem? Et cũ
ipſa ac ſorores eius & alij qui ſecũ venerant,vide-
rẽt eũ ſic ligatum,afflictũ,conſputum,ab omnibus
deſpectum,à diſcipulis derelictũ:ac omni ſolatio,
& auxilio deſtitutũ,nõ loquẽtem,non ſe excuſan-
tem, ſic vituperabiliter, & ſic enormiter à tanta
multitudine armatorũ crudeliũ duci,ad ſiſtẽdũ tri
bunali iudicis iniqui,& cõdemnãdũ eũ morti:quã
to ſunt dolore & amaritudine repleti nõ poſſet dici
vel ſermone explicari. Credo quòd quaſi mortui
in terram proſternebantur coram eo. Dominus
etiam videns matrem, & alios in tanto dolore,
valde dolebat & ipſe. Multũ enim affligebatur ex
compaſsione quã ad ſuos & maximè ad matrẽ ha-
bebat: ſciebat enim pro ipſo vſque ad euulſionem
animæ à corpore dolebant. Et ſic domino vbique
& ſemper dolor multiplicabatur non modicũ:do-
lorem enim matris & ſuorũ reputabat ſuũ: in illo
ergo mutuo conſpectu magnus valde dolor fuit
vtrinque. Sequuntur verò à longè,quia nõ poſſunt
appropinquare,

G appropinquare.Conſidera & intuere iſta diligen-
*Contēplatio filij & matris dolorū.* ter per ſingula,quia multū ſunt cōpaſsiua . Cogita
(ſi potes)tantā amaritudinē,ſi piam habes animā:
quia longū eſt cogitare animæ habēti deuotionē.
Sicut ergo dulciſsima mater filio ſuo ſic anguſtia-
to viſo valde doluit,ac ei ex intimis cōpaſſa fuit,
& amariſsimè fleuit ,ſimiliter & dominus matri
& alijs cōpaſſus etiā multū doluit,ſicut fidelis ami
cus ſuo amico & proximo mala patienti compati
& cōdolere debet.[Et adduxerūt Ieſum vinctū,]
& eum Pilato præſidi incircūciſo cani glutiēdum
tradiderūt,[in prætorium:]quod erat in domo Pi
lati locus quidem vbi iudicabat,& prætoris,ſeu iu
dicis ſedē & locū tenebat. Vnde Beda:Prætorium
*Prætores.* enim dicitur ſedes prætoris:Prætores autē dicun-
tur præfecti,ſiue præceptores,eo quòd ciuibusprę
cepta donent.Tradiderunt eū poteſtati Romanæ,
vt eo modo alienos ſe oſtenderent ab eius interfe-
ctione:in quo non eorū innocētia,ſed magis demō
H ſtratur inſania.[Et]ipſi qui ducebant eū,[non in-
*Paſcha.* troierunt in prætorium,ne contaminarentur:]in-
trando domum gentilis:[ſed vt manducarent pa-
cha:]id eſt,azimos panes,quos non licebat comede
re niſi perſonis mundis:dies enim agere cœperūt
azimorū,quibus diebus contaminatio illis erat in
alienigenæ intrare habitaculū.Timebant cōtami-
nari ex ingreſſu domus hominis gentilis,& non ti
muerunt inquinari ex procuratione mortis Chri-
ſti innocentis:ex quo patet ſuperſtitio eorū vana,
ſicut in multis alijs.Vnde Auguſti.O impia cæci-
*Cōtaminari verentes prætorio.* tas.Habitaculo videlicet contaminarētur alieno,
& nō contaminarētur ſcelere proprio.Alienigenę
iudicis prætorio cōtaminari timebāt,& fratris in-
nocentis ſanguinem effundere nō timebant.Hæc
Auguſtinus.Iſtis ſunt ſimiles qui conſcientiā ma-
gnā de minimis faciunt,& multò grauiora cōmit
tunt.Cū ergo Ieſus eſſet in prætorio,[Pilatus,]ob
ſeruātijs Iudæorum,qui domū eius ingredi nō au-
debant deferēs,[exiuit ad eos foras,] de prætorio:
Ipſe eñ erat quaſi medius hincinde diſcurrens , &
quærebat quā accuſationē aduerſuseum in iudicio
afferrent,quē reū mortisiudicabant.Videbat enim
I eū in ſignum dānationis ligatum,& à tot ductum
ad dānandum:& ideo de cauſa ab eis quærebat,vo
lens modū tenere Romanorū à quibus miſſus erat:
*Romanorū in cōdēnādo mos.* quibus conſuetudo erat nullū condēnare niſi prius
accuſationem ſuam audirent,& ille locum defen-
dendi haberet.[Et dixerunt ei:Si nō eſſet hic ma-
lefactor,]quem deus in lege præcipit nō patiuiue-
re,[nō tibi tradidiſſemus eū:]nos qui ſumus tantæ
religionis & autoritatis.Quaſi dicerent:Nos ſu-
mus tantæ veritatis & iuſtitiæ,quòd nobis debe-
ret credi ſimplici verbo,ſine aliqua diſquiſitione:
nos enim factū diligēter examinauimus,& eū di-
gnū morte inuenimus:& ideo iam cōdemnatū tra
dimus eū tibi puniēdū:nec oportet aliā facere exa-
minationē.ſic homines malitioſi corā iudicibus ſe
iuſtificāt,vt innocenti magis nocere valeant.Miſe
ri Iudæi dicunt eū eſſe malefactorē,qui pertranſi-
bit benefaciendo & ſanādo omnes oppreſſos à dia-
bolo:& faciunt ſecundum illud quod de eis per pro
*Pſal.37.* phetā iam ipſe prædixerat,retribuebāt mihi mala
pro bonis.[Et Pilatus,]quaſi indignatus ex eorū
reſponſione,quia ſciebat eos per inuidiam ipſum K
tradidiſſe,[dixit eis:Accipite eū vos,& ſecundum
legē veſtrā iudicare eum.]Quaſi diceret:Si ſuffi-
cit veſtra examinatio,ſufficiat veſtra ſentētia:ego
nequaquā talis iudex efficiat.Per quā reſponſionē
mortē Chriſto inferre inhibebat,quiaRomani ali
qua minora iudicanda Iudæis dimiſerant:ſed cau-
ſam ſanguinis & altā iuſtitiā ſibi retinuerant.Vn-
de[dixerunt Iudæi:Nobis nō licet interficere quē-
quā:].ſ.propter poteſtatē ad alios trāſlatā.Tamen
cōtra ſeipſos dicebāt,quia interficiebāt quē iniuſtè *Iudæorū contra ſe reſponſio.*
interficiendū offerebant: & ſanguinem innocentē
fundebant,quem fundendū alteri tradebant.Argu
mentū contra ſentiētes,vel procurātes,aut ſimulā-
tes fraudem inferendā proximo,cùm poſſent ob-
uiare malo:quia tales ſimiles ſunt Iudæis hæc di-
centibus,& ſub prætextu iuſtitiæ vel cuiuſcunque
cauſæ ſuā nequitiam defendentibus. Multi etiam
mali clerici ſic dicunt,ſcilicet nobis nō licet inter- *Clerici Iudæis ſimiles.*
ficere quēquā:intelligētes de morte corporali,qui
tñ pro modico habēt multos interficere ſuo malo L
exēplo morte ſpirituali,quæ peior eſt interfectio-
ne corporali. Vel dixerunt Iudæi,ſibi nō licere il-
lis diebus,propter feſti ſolennitatē & ſanctitatem,
quod celebrare iam cœperant:propter quod de in-
greſſu etiā prætorij contaminari metuebant.Vn-
de Auguſtinus:Si malefactor eſt,cur nō licet inter
ficere?Si propter feſtū nō licuit interficere,cur cru
cifige crucifige eum,clamaſtis?Vel quia crucifigi
eum,vt etiam modo mortis infamaretur, cupie-
bant:& hoc eis ſecundū legem non licebat:licet a-
lio modo poſſent blaſphemos interficere, qualem
Chriſtū reputabant,vt patuit inStephano ab eis la *Acto.7.*
pidato.Hoc autē factum eſt[vt ſermo Ieſu imple-
retur quē dixit,ſignificans qua morte eſſet moritu
rus:]id eſt,à quibus:nō enim mortē crucis hīc ſi-
gnificat:ſed quia à gētibus eſſet moriturus,& quòd
Iudæi eū fuiſſent gētibus tradituri ad illudendum,
& flagellandū,& crucifigendū:hæc enim tria do-
minus à gentibus eſt paſſus . Quia enim proprijs
manibus noluerūt eū interficere:vt ſic qui magis
peccabāt,quaſi alieni eſſent à ſcelere,impletus eſt
ſermo Ieſu quē de ſua morte prædixit,vt à Iudęis
traditus occideretur à gētibus Et[cœperūt accuſa
re]eū falsè in multis,de quibus ſolū tria exprimū-
tur,quæ Lucas ponit dicēs:[Hūc inuenimus ſubuer
tentē gētē noſtrā,].ſ.Iudæorū,à cultu legis,falſam
doctrinā ſeminando:[& prohibentē dari tributū
Cæſari:]& ſic quaſi contra ipſum ſeditionē faciē-
do:[& dicentē ſeChriſtū regē eſſe,]quaſi volēs ſibi
regnū Iudæorumvſurpare.Nomine Chriſti reges *Chriſti,reges Iudæorum.*
Iudæorū appellabātur,propter vnctionem:ſed ad-
debant regē,dicēdo Chriſtum regē,gratia expla-
nationis,quia Pilatus gentilis erat:gentiles verò re
ges ſuos non vngebant ſicut Iudæi faciebāt,& ideo *Inuenim' cautè interpretatū,id eſt,excogitauimus.*
ſi ei quod eſt Chriſtum,id eſt vnctum,nō addidiſ-
ſent regē,Pilatus nō intellexiſſet.Sed falſæ erant
accuſationes.Vnde non bene dicebant inuenimus,
quia quod ei imponebant non erat rei veritas , ſed
humana fictio & adinuentio.Non enim ſubuertit
gentem à lege,quia nō venit ſoluere legem,ſed ad *Matth.22.*
implere:



A implere:nec ſubuertit,ſed cōuertit,quos docuit in
veritate.Nec prohibuit tributa Cæſari dari.Sed di
*Matth.17.* xit:reddite quæ ſunt Cæſaris,Cæſari:& quæ ſunt
dei,deo:& liber à tributo,ne ſcādalizaret,ſoluit tri
butum pro ſe & Petro.Dicēs quoq; ſe Chriſtū re-
gem eſſe,verū dixit,licèt regnum in hoc mūdo ha
bere nollet:quia cū ipſi vellēt eum regē facere,fu-
git,& regnū reſpuit.Igitur,vt ait Beda,arguuntur
impietatis Iudæi,quod accuſantes ſaluatorem , &
falsò quidem,nec aliquidveriſimile quod ei obijce
re poſsint inueniūt.De prima igitur accuſatione,
*Pilati accuſationū examinatio.* tāquam friuola & ad eū nō ſpectātePilatus parum
curabat:quia eñ erat homo gētilis,non curabat de
obſeruatiōe ſeu violatione Moſaycæ legis,& ſecū
dam tāquam falſam & mēdoſam paruipendēs nul
lam reputabat:quia fortè per reuelationē audierat
Ieſum dixiſſe aliquādo,reddite quæ ſunt Cæſaris,
Cæſari:& quæ ſunt dei,deo. Vnde trāſit ad tertiā,
quæ magis tāgebat eum,& Romanū imperiū , &
videbatur contra imperatoris honorem, ſcilicet ꝗ
B dicebat ſe eſſeChriſtum:id eſt,vnctum,ſiue regem
nam directè cōtra imperatorē erat quòd aliquis ſe
eſſe regem Iudæorum diceret,qui imperatori Ro
mano ſub tributo in ſignum ſubiectiōis ſeruiebat.
Propter quod Romani nomē regium ab eis abſtu
lerant,vt eorum ſuperbiā frangerent,& rebellādi
occaſionem tollerēt.Et intrāsPilatus in prætoriū,
vt ibi Chriſtum magis pacificè & exquiſitè exami
naret extra tumultum & ſtrepitū Iudæorum qui
nō audebant intrare prætoriū, [interrogauit eum
dicens:Tu es rex Iudæorū?]quaſi diceret: Eſt hoc
*Interrogatio Pilati irridendi cauſa.* verū quod tibi imponitur:ſcilicet quòd velis vſur-
pare regnum,vel quòd ſi rex Iudæorum,ſecūdum
quod accuſant te?Quærebat vtrum eſſet rex de iu
re:quia de facto conſtabat ipſum regem non eſſe.
Et,ſecūdum Theophilū,hoc interrogauit Pilatus,
cōtemptum obiecti criminis,& accuſationem Iu-
dæorum ſubſannādo:quaſi diceret,Tu pauper,hu-
milis,nudus,cui nullus adiutor, accuſaris de regni
ambitione,ad quod opuseſt multorū adiutorum&
C ſumptuū.Et[reſpondit Ieſus:A temetipſo hoc di-
cis,]hoc eſt quòd tu æſtimes qui nūquam mevidi-
ſti talibus intēdere.[An alij tibi dixerunt de me?]
Et tunc cognoſce radicē dicti,ex quo nullū ſignū
talis accuſationis in me vnquam vidiſti: [reſpōdit
Pilatus:Nunquid ego Iudęus ſum?]Quaſi diceret,
nō ſum Iudæus:& ideo de iſtis quæſtionibus à me
ipſo nō loquor,& per meipſum hæc ſcire non va-
leo:ſed gēs tua & pontifices,]qui te ab alienigenis
deberēt defendere,[tradiderūt te mihi,]pro male-
factore.Tu ergo dic[Quid feciſti?] Interrogatus
itaque Ieſus de regno,reſpōdit Pilato eū erudiens,
& ad altiora reducens.[Regnū,inquit,meum non
eſt de hoc mundo:]id eſt,ſecūdum Chryſoſto. Po-
*Regnum Chriſti nō eſt de hoc mundo.* teſtas mea,& autoritas mea qua ſum rex,non ha-
bet originē & principium ex cauſis mūdanis & ho
minū electione:ſed aliunde, ſcilicet à patre : quaſi
diceret:Rex ſum,non quidē talis qualē ſuſpicaris,
ſed multò maior & clarior.Temporale quippe re
gnū fugi,& nullū de hoc ſignū oſtēdi.VndeChry-
ſoſto.Nihil denique mōſtrauit tale.Neque eñ mi
lites,neque principes,neque equos,neque mulorū
iugum,neque aliud quod tale habebat circa ſemet-
ipſum:ſed humilem hanc & inopē vitam pertran- D
ſibat,duodecimviles homines ſecū circūferēs.Hęc
Chryſoſto.Secundū diuinitatē omnia ſunt ſubie-
cta Chriſto:tamen quantū ad humanitatem in pri *Chriſtus rex.*
mo aduentu ſuo nō venit ad dominandū tempora-
liter,& regnandū,ſed magis ad ſeruiendū & patiē
dum.Vnde nō negat ſe eſſe regem,ſed magis con-
cedit,quia ſecundum veritatem ipſe erat rexregū:
veruntamen ad tollendum occaſionem euadendi,
temperat ſuā reſponſionem dicens,quòd nō quęrit
huius mundi temporalē dominationē:quia regnū
ſuum non eſt de hoc mūdo,quantū ad temporalia
iſta quærenda,& habēda.Et ergo regnum eius ne *Regnum Chriſti nulli in mundo cōtrarium.*
que Iudæis,neque Romanis aduerſum erat:nec do
minationem eorū impediebat:quia ipſi tantum de
regno terreno,quod de hoc mūdo eſt,curabāt qua
ſi diceret eis,decepti eſtis,nō impedio dominatio-
nem veſtrā in hoc mundo,ne vanè timeatis & ſæ-
uiatis:ſed ad regnū cœleſte quod nō eſt de hoc mū E
do,venite credēdo,ad quod vos inuito prædicādo.
Chriſtus dixit,[regnū meū non eſt de hoc mūdo:]
ſed tamen multi prælati qui ſunt eius vicarij,con-
trariū videntur dicere facto,in pompis ſe principi
bus terrenis æquātes,vel etiā eos excedētes.Et ſub
iungit:[Si ex hoc mundo eſſet regnū meum,]tunc
[miniſtri,]regni[mei]terreni,vnde poſt regē etiā
regnum tēporale habet firmitatē,[vtique decerta-
rent]cōtra aduerſarios,[vt non traderer Iudæis:]
per quod patet quòd non eſt mūdanū regnū meū.
Vnde ſequitur:[Nūc autē regnū meū nō eſt hinc:]
id eſt,de hoc mūdo:eſt tamē hîc,quia vbique attin
git à fine vſque ad finem.Vnde Auguſt.Non dicit,
non eſt hîc:eſt enim regnū eius vſque in finem ſe- *Hîc & hinc.*
culi,habens in ſe cōmixta zizania vſq; ad meſſem:
ſed tamē nō eſt hinc:quia peregrinatur in hoc mū
do.Vnde & Theophilus,Non dicit,nō eſt hîc:ſed
non eſt hinc.Nā regnat in mundo,& vtitur illius
prouiſione:& iuxta votū cūcta diſpoſuit.Non eſt
autem ab infimis conſtitutū regnum eius,ſed cœli
tus & ante ſecula.Vnde etiāChryſoſtomus:Sed cū
F dixit,regnum meū non eſt hinc:nō priuat mundū
de ſua prouidētia& prælatione,ſed oſtendit regnū
ſuum non eſſe humanum neque corruptibile,quo-
niā deſuper habet principatū:quia nō eſt humanus
ſed multò maior& clarior.[Dixit itaq; ei Pilatus:
Ergo rex es tu?]ex quo alibi eſt regnum tuū.[Re
ſpōdit Ieſus:Tu dicis quia rex ſum ego.]Quaſi di-
ceret:Ego nec nego,nec affirmo:ſed tu dicis,nō ta
men aſſerendo,ſed interrogando.Eodē verbo præ
ſidi quo & principibus ſacerdotū reſpōdit,vt pro-
pria ſententia cōdēnentur.Noluit dicere,non ſum
ne falſum diceret:noluit etiā dicere ego ſum,ne ca
lumniæ occaſionem daret.Vnde ſic temperauit re
ſponſionem,vt & verum diceret,& ſermo eius ca-
lumniæ nō pateret,& penitus nulla culpa in eo co
gnoſceretur.Deinde determinat ſui regni condi-
tionem dicens:[ego in hoc natus ſum,] tempora-
liter:[& ad hoc veni in mundum,] per carnis aſ- *Eſſe ex veritate.*
ſumptionem:[vt teſtimonium perhibeam verita-
ti:]dicendo & radicando veritatem de diuinis in
cordibus fidelium.Et ideo[omnis qui eſt ex verita
te,]prima

e,]prima, quæ deus eſt, nō ſolum per creationem, G ſed etiā per imitationē & ſubiectionē,[audit verba mea:]credēdo,& opere adimplēdo,& per cōſequēs in talibus ſpiritualiter regno.[Dixit ei Pilatus:Quid eſt veritas?]Et huius quæſtionis reſponſum nō expectauit:quia Iudæorū malitiā,& Chriſti innocētiam percipiēs,ad eius liberationē feſtinauit:vel quæſtionem de veritate tantū facere potuit,ſed reſpōſum finale audire nō meruit:quia iudicium ſuū à veritate inchoauit,& non in veritate ſed in peruerſitate finiuit.Legitur tamē in euangelio Nazaræorum,& etiā videtur dicere Auguſti. quòd Chriſtus reſpondit,quòd veritas eſt de cœlo,& nō erat in terra:Sed Pilatus nō audiuit,vel quia exiuit ad Iudęos,vel propter tumultū clamātium.

Veritas vbi.

Pilatus quæſtionē de veritate fecit:ſed de reſpōſione nō curauit. Veritas enim eſt ſicut aqua bene dicta,ad quā omnes currūt,tamē manus faciei apponunt,ne ſuper faciē aqua cadat. Sic multi quærunt de veritate:tamen nolunt quòd eis veritas de H ſuis defectibus dicatur,etiā pro eorū ſalute.[Et cū hæc dixiſſet,]quærēdo quid eſt veritas,[iterū exiuit ad Iudæos,] vt pro innocētia domini loqueretur,[& dixit ad eos: Ego nullā in eo inuenio cauſam:]ſcilicet morte dignā. Quia enim Pilatus,& imperator dominus ſuus,nō curabāt niſi de regno terreno:ideo Pilatus habuit Ieſum excuſatū,dicēs ſe nihil criminis inuenire in eo.Ergo Iudæi inuidia ſtimulati ſunt,qui iuſtum mēdaciter dānare laborauerūt.Sed hic eſt modus malorū,quòd per mēdacia quærūt condemnationem iuſtorum.Ex hoc etiam patet quòd aliquādo iuſtius agitur in curia laicali,quā clericali:principes enī ſacerdotū Chriſtum cōdemnauerūt tāquam mortis reū,quem Pilatus pronūtiat innocētem & iuſtum.Sic & hodie fit in pluribus locis quòd malefactores qui per ſeculares iudices punirentur,per eccleſiaſticos viros (in magnū ſcandalum populi)tuentur.Iudæi verò cùm nihil aliud facerēt calumnię eorū,recurrebāt ad ſubſidia clamorū.Vnde quia deficiebāt rationibus,inualeſcebāt vocibus,dicētes:[Cōmouit populum,docens per vniuerſam Iudæā,& incipiēs à Galilæa vſque huc. I Quaſi dicerent:Peruertit populū,& turbauit pacem cōmunem:nec in vna parte tantum,ſed à Galilæa incepit & hucuſq; peruenit.ſecūdū Bedam,Hic accuſantiū ſermo magis & eū qui accuſatur docet innoxium,& eos qui accuſant docet eſſe peruerſos:docuiſſe enim populū,nō criminis ſed virtutis conſtat eſſe indicium:nec cōmouit populum,qui pacis condidit teſtamentū.Myſticè cōmouit populum ſalubri commotione,viā veritatis docēdo: de qua motione dicitur in Pſalmo: Cōmouiſti terram & conturbaſti eā,ſana contritiones eius:quia cōmota eſt.Clamoribus igitur inualeſcebāt,qui in rei veritate deficiebāt:vt ſit clamoroſa non iuſta accuſatio:quia per clamorē voluerunt obtinere,quod non poterant per rationem habere.Sic faciunt maligni,quærētes obtinere per verba & contentionem,quod nō poſſunt per iuſtitiam & veritatem.Nunc conſidera inquantū ſe humiliauit iudex totius creaturæ conſtitutus à patre vt acquieſceret ſtare ante iudicē terræ Iudææ,Et

Veritas vt aqua bene dicta vitatur.

Clericorū iudicium.

Cōmotio populi. Pſal.59.

Humilitas Chriſti.

ſicut Chriſtus cùm ante præſidē ſtatueretur,& iniquis accuſationibus falsè vrgeretur,omnē manſuetudinem & patientiā oſtendit:ſic verus Chriſti imi- K tator nō murmuret,aut reclamet,nec cōtradicat,cùm indebitè ab æmulis læditur,aut impugnatur. Ex iſto articulo,accuſationis Chriſti de falſis,datur documentū,quòd caueamus ne & nos de falſo vel falsè accuſemus Chriſtū.Iſti enī accuſant Chriſtū de falſo,qui ſibi falſum imponunt:ſicut Iudæi,pagani,hæretici,ac conſules qui de ipſo Chriſto aliter quàm debent ſentiūt.Sunt & alij qui accuſant eum de vero,ſed falsè:ſicut mali Chriſtiani qui retorquēt peccata ſua in deū,dicētes:deus hoc voluit,vel ſtellæ fecerūt me peccare:deus autē fecit ſtellas,& ſic deus fecit me peccare.Falsè imponis peccatū tuum deo. Verum quidē eſt quòd deus fecit & te & ſtellas,& hæc omnia bona:ſed quòd deus creauit nō te cogit ad peccandū,ſed malitia voluntatis tuæ:ergo impurādo deo peccatū tuum, tu accuſas deū falsè.Item alio modo quidā accuſant deū falſe,mali ſcilicet Chriſtiani:habētes quidē fidē verā,ſed informē:qui cognoſcunt Chriſtum per fidem,ſed nō glorificant eum per vitā. Ad conformandū ſe huic articulo,recogitet homo,quomodo ille qui eſt ipſa veritas,propter nos falſitatibus calumniari dignatus eſt,vt nos in veritate fundaret:& ſic oret: Ieſu qui coram Pilato de multis falſis accuſari voluiſti,doce me iniquorū fallacias euitare,& fidem Chriſtianam bonis operibus veraciter profiteri. [Cùm autē Pilatus audiſſet,quòd Ieſus homo Galilæus,& de Herodis]tetrarchæ [poteſtate eſſet,] quia in Galilæa nutritus & multū cōuerſatus fuit: habēs occaſionem dimittendi eū,miſit eum ad Herodē,præpoſitum Galilææ,[qui tunc etiā erat Hieroſolymis,]propter ſolennitatē paſchalē:quia Iudæus natu erat.Pater enim ſuus amore vxoris ſuę,quæ Iudæa erat,trāſiens ad ritū Iudaiſmi ſe circūcidi fecerat.Miſit,inquā,eum volens Herodi honorē deferre,vt ipſe d.is Galilææ,hominē Galilęū,vel abſolueret,vel dānaret,dans exēplum ne quis falcem in meſſem & poteſtatem alterius (etiam inimici) immittat:& quia credebat quòd libenter hominē de terra ſua & maximè innocentē liberaret:& ne contra eum quē inſontē & per inuidiam traditum cognouerat, ſententiam dare coactus eſſet. Et dum mittitur, fit cōcurſus magnus populorum eum ſequentium.O domina qualiter ibas vel quis te iuuabat vt ires in tāta preſſura? Certè exēplum doloris eras omnibus Chriſtū amātibus.Tu autem chariſſime cogita quàm libēter iuuares eā,& aſſociares ſic triſtē & mœſtā. [Et viſo Ieſu gauiſus eſt Herodes,]ex multo enim tēpore, ſcilicet ex tēpore decollationis Ioannis Baptiſtæ, [Ieſum videre cupiebat:quia multa]de miraculis & doctrina eius [audierat:& ſperabat aliquid]de ſuis miraculis[videre,]& ab eo quædā inſolita audire. [Interrogabat autem illum multis ſermonibus:]nō ſicut ſtudioſus,ſed ſicut curioſus:nō ſicut veritatis amator,ſed ſicut tētator,non tanquam lucratiuus aliquam vtilitatem, ſed patiens nouorum cupidinem:[& propter hoc, nihil reſpondit, ] nec etiam ſignum aliquod coram eo fecit. Stans quidem Ieſus ſicut agnus

Documentū accuſāti Chriſti. Accuſatoresq; ſunt, deū de falſo accuſantes.

L Cōformatio.

Herodes Iudaizans.

M

Mariæ in preſſura, eūdi labor.

Herodis interrogādi intētio.



agnus manſuetiſsimus ligatus coram eo,inquiſitus A tacuit, & expectatus miracula adhibere contēpſit: quia Herodis incredulitas & curioſitas,diuina non merebatur audire vel videre,& dominus ſuā iactātiam & oſtētationem declinabat,ſuāq; nolebat paſſionem impedire.Vnde,ſecūdum gloſam,quia Herodes non reputabat Chriſtum ſaluatorē,ſed incātatorem:ideo non erat dignus nec verbis,nec miraculis Chriſti.Et ſecūdū Ambr.Herodes ex quadā curioſitate miracula fieri petijt, quod Chriſtus,renuit,docens nos per hoc iactantiam declinare. Per hoc ꝙ Chriſtus corā Herode inceſtuoſo & homicida noluit miracula facere,nec ſuis interrogationibus reſpondere : ſignificauit ꝙ tales & oēs impij non ſunt digni opera diuina videre,nec eius reſpōſa habere.Ex hoc articulo, deriſionis habetur documentum,ſecundum Gregorium,vt quoties auditores noſtri noſtra volunt quaſi laudāda cognoſcere,non autē ſua peruerſa mutare, omnino taceamus: ne ſi oſtentationis ſtudio verbum dei loquimur,& eorum quę erat culpa eſſe nō deſinat,& noſtra quę B non erat fiat.Multa autem ſunt quæ audientis animum produnt,maximè ſi auditores noſtri & ſemper laudant quod audiunt,& nunquā quod laudant ſequuntur. Ad cōformandum ſe huic articulo, rememoretur homo factū articuli, & oret dicendo: Ieſu q̨ ab Herode deriſorie multis interrogari ſermonibus voluiſti,nec ei ad vllum verbum reſpōdere curaſti:da mihi amore tuo (quādo oportet) ſermones deriſorios patiēter audire, meāq; iactantiā cum ſilentio declinare. [Stabant autē & principes ſacerdotum & ſcribæ conſtanter accuſantes eum,] coram Herode. De quibus verò ibi eum accuſauerunt,euangeliſtę non exprimunt,ſed fortè de eiſdē tribus de quibus coram Pilato eum accuſauerant, maximè hoc corā Herode aggrauantes, quomodo commouiſſet vniuerſum populū, incipiens à Galilæa,ſcilicet dominio Herodis,vt ex hoc magis ſibi animo aſſumeret, quia in ſuo dominio commotionem ſuſcitaſſet:vnde ad iſtas accuſationes Chriſtus nihil reſpondit,nec Herodi, nec accuſatoribus: ſed C tacuit,non concedēdo eorum accuſationes taciturnitate,ſed deſpiciendo tāquam indignas reſponſione:ad cōmendandā quippe patiētiam tacuit, & nihil reſpondit. ſecundum illud Eſaiæ : Quaſi agnus coram tondēte ſe obmuteſcet. Ex hoc articulo accuſationis,trahitur documētum,ꝙ non omni loco, & tempore, & corā quibuſlibet,veritas eſt manifeſtanda:ſed plerunq; ſilentium diuinum eſt. Ad conformandum ſe iſti articulo,memoretur homo grauitatem articuli,& oret dicēs: Ieſu q̨ corā Herode conſtitutus falſas incriminationes,nec verbo refellere voluiſti:da mihi iniquorū non frangi iniurijs, nec ſacra myſteria ꝓpalare indignis . Videns autē [Herodes,] ꝙ Chriſtus nullum ſignū faceret, nec verbum aliquod ad interrogata reſpōderet, nec cōtra accuſatores ſuos aliquibus reſpōſionibus ſe defenderet: reputauit eum idiotā ac fatuum,& nō ſanę mētis,ac per hoc [ſpreuit eum,] ipſe [&] ſimiliter [exercitus eius,] vt oēs in eadē culpa mōſtrarentur eſſe pares.Sic hodie ſectatores Chriſti à malis hoībus ſpernuntur, & ab eis fatui reputātur:Ie-

Herodis de Chriſto opinio

Documētum.

Cōformatio.

Accuſatio Chriſti coram Herode.

Eſaiæ 53. Documētum.

Cōformatio.

Spretio Chriſti ab Herode.

ſum hodie multi cum Herode ſpernunt, qui ſigna fieri querunt,conquerētes ꝙ modò miracula ab eo D non fiūt,cùm modò nō ſit tēpus ſignorum,ſed operum.vnde dominus : Habēt Moyſen & prophetas, audiant ipſos:modò autem preter hæc habemus & euangelium,& apoſtolū,& adhuc ſigna querimus, non euangelium implemus,ſed ſpernimus.Ex hoc articulo deſpectionis, trahitur documētum ꝙ nos potius velle debemus à malis deſpici,quàm ab adulatoribus laudari, ſicut dñs noſter. Vt ait Gregor. Magis eligebat aptè à ſuperbiētibus deſpici, quàm à non credentibus vacua voce laudari. Ieſu qui ab Herode & exercitu ſuo ſperni nō ſpreuiſti:da mihi mundanum faſtum deſpicere,& iniquorum deſpectus pro iuſtitia nō curare: nō ſolum autē Herodes eum ſpreuit,ſed etiam illuſit, induendo veſte alba: & hoc in deriſionē & ſignum illuſionis, ſicut fatui ſolent aliqua veſte ludicra indui, qua cognoſcātur ab alijs: & fortè tūc temporis deriſorium fuit portare deſuper veſtem albam:eo ꝙ ſic illuderetur tūc E fatuus: hæc autem veſtis erat (vt dicitur) ad modū ſcapularis religioſorum, ſine caputio, dependens à collo antè & retrò.Fortè ſubitò peciam panni albi accipientes,foramen in medio eius fecerunt, & ſic collo ſuo impoſuerunt. Sed quantūcunq; Herodes hoc in illuſionibus fecerit, nō tamē à myſterio vacat,ſicut & oīa alia circa Chriſti paſsionem geſta. In veſte enim alba,innocentia & caſtitas aſſumptę humanitatis & gloria regni immortalis, quā per paſsionem accepit,deſignatur:& ꝙ pro peccatis totius mūdi in carne caſta & innocēte immaculatus agnus eſt paſſus. Tu quoq; nō niſi in veſte alba,ſcilicet ſine macula & cauſa illudaris, & ſpernaris: alioquin illuſio erit tibi pœna peccati:& magis dolendum de cauſa & materia irriſionis, quàm de irriſione ipſa.Deſignauit ergo Herodes ſuo facto,neſciens fortè quid agebat,ꝙ Chriſtus albedine puritatis & innocentiæ indutus erat. vnde Ambr. Non otioſum ꝙ veſte alba induitur ab Herode,immaculatæ tribuēs indicia paſsionis, quòd agnus dei ſine macula cum gloria peccata mūdi ſuſciperet.Hanc F autem veſtē albā, repræſentat hodie alba ſacerdotalis.Vnde myſticè notādum,ꝙ pontifex noſter in ſua paſsione habuit oīa pontificalia. Amictum ſuſcepit,cùm velatus eſt corā Caipha à Iudæis. Albā habuit,cùm veſte alba indutus eſt ab Herode. Caſulam accepit, cùm milites circundederunt ei purpureum veſtimētum coram Pilato. Et ne quid ſibi deſit,cingulum habuit, cùm ad columnā ligatꝰ eſt. Stolam habuit,quando ad collū ligatur. Manipulū habuit, quando cū fune manus eius ligauerunt:ſed hunc ſoluerunt, quādo ei arundinē in dextera manu dederunt,& funis manſit pendens in ſiniſtra:ad quod deſignandum manipulus ponitur in brachio ſiniſtro.Coronam ſpineam ſuper caput habuit pro mitra pontificali,& arundinē in manu pro baculo paſtorali.Chirothecas autē habuit & ſandalia,cùm manus eius & pedes toti fuerunt ſanguine rubricati : ad quod deſignandum ſandalia debent habere aperturam, cum aliquo rubro ſericeo panno. Chirothecæ etiam habent deſuper aliquod monile rotundum, quod debet ſimiliter habere aliquid de rubro,

Lucæ 16.

Documētum. Laudari à malis.

Veſte alba Chriſtus indutus.

Veſtis albę forma.

Myſteriū.

Pontificalia Chriſti indumenta.

rubro,ad deſignandũ ſtigmata Chriſti.Hęc omnia
G ſunt inſignia põtificalia,quæ in memoriã paſsionis Chriſti geſtat pontifex , in conſecratione eccleſiæ vel altaris:in cuius etiam memoriale conficitur ſacramentum altaris.

Illuſio domini in omni veſte.

Patet ergo ex dictis, ꝙ illuſus fuit dominus in omni veſte & ornamento, tã ſacerdotali,quàm pontificali:& quod peius eſt, hodie illuditur ei in omnibus veſtibus prædictis, nõ minus quàm tũc:& à maiori multitudine,& longiori tẽpore,& modo fraudulẽtiori:quia iſti verè,illi quaſi figuratè.Illa enim multiplex illuſio quæ facta fuit ei tunc,fi gura erat & ſignũ illuſionis futuræ,quę à multis impletur nunc.Notãdum etiam, ꝙ ille qui eis vtitur,debet ea habere in intellectu, per meditationem: in memoria, per recordationẽ : in affectu, per compaſsionem:& ſe domino pro poſſe in apparatu conformare : cùm enim aliquid taliũ accipit, nihil aliud proteſtatur facto ſuo,quàm ſi verbo diceret , ita credo dominum noſtrum fuiſſe indutũ, & in talibus illuſum: in cuius ſignum & memoriã ſic induo meipſum:& vt in me ſentiam quod & in
H ipſo Chriſto Ieſu.Qui ergo talia fuerunt exterius, nihil ſentientes vel cõpatientes interius, profectò Chriſto illudunt:faciunt enim ac ſi dicerent: ſigno tibi compatimur,& tuas illuſiones in nobis oſtẽdimus, ſed in nullo tibi cõpatimur.

Moraliter. De indumentis ſacerdotũ. Amictus capitis.

Moraliter amictus capitis,ſignificat ſpem, quam apoſtolus vocat galeam ſalutis:ſpes autem æternorũ,facit contemptum terrenorũ. Cùm ergo ſacerdos ſe velat amictu oſtendit ſe terrena contẽnere : & ſi ita non eſt, Chriſto illudit.

Alba.

Alba autẽ longa & lata, mentis & corporis ſignificat caſtitatẽ:cingulus verò,& ſtola, & manipulus,& huiuſmodi ligamẽta,præcepta & conſilia,& religionem cui ſe obligat,qui tales ordines aſſumit:obligatos ſe oſtẽdunt, qui talia induũt.

Caſula.

Caſula deſuper tegens per totum,& cæteris ſupereminens ornamentis,charitatem ſignificat, quàm apoſtolus ſupereminentiorem viam vocat: & ideo qui nõ diligit deum plus quàm ſua,vel ſuos, vel ſe, non eſt dignus tali officio.

Mitra.

Mitra verò epiſcopi,ſignificat ipſum habere ſcientiam duorum teſtamẽ-
I torum,propter duo cornua: quã (inquã) ſcientiam debet habere, non tantum in corde per habitũ, ſed etiam in ore & manu per vſum: vnde duæ linguæ dependẽtes à mitra ſup humeros,ſignificant ipſum epiſcopum debere habere duplex documẽtum,ſcilicet verbi & exempli.

Baculus paſtoralis.

Baculus verò paſtoralis in manu,ſignificat executionẽ officij paſtoralis:quòd conſiſtit in tribus, quæ ſignificantur per triplicem partem baculi.Primũ,eſt vocatio peccatorum.Secundum,directio vocatorũ. Tertiũ,eſt exhortatio directorum. Vnde eſt verſus : Attrahe per primũ, medio rege,punge,per imum.Sic itaq; vides,qualiter dominus non ſolum malefactor,ſed etiã ſtultus eſt reputatus. Ipſe autẽ omnia patiẽtiſsimè tolerabat.

Patientia domini.

Patientiã ergo habeas & tu , ſi malefactor vel ſtultus iniuſtè fueris reputatus.Nã ſicut diuina ſapientia, tanquam fatuus ſpernitur & irridetur: ſic omnes irriſiones quæ ſolẽt à vanis mũdi huius hominibus (deũ prę oculis nõ habẽtibus) homini ſpirituali irrogari,debẽt patiẽter ſufferri.

Documẽta tria.

Ex hoc articulo illuſionis, ſumuntur tria documenta. Primũ eſt,ꝙ omnes qui piè & innocenter volunt viuere,
K ſecũdum nouum hominẽ, ab his qui viuunt ſecundum hominẽ veterem illuduntur,& ab eis pro fatuis habentur. Sed propter hoc non debent turbari viri ſpirituales,imò potius gaudere:quia nouus homo ſaluator noſter Chriſtus indut⁹ alba veſte,quæ innocentiam ſignificat , illuſus & deriſus eſt à filijs huius ſeculi , apud quos alba veſtis exprobrabilis eſt: ſed ſicut crux ante paſsionẽ Chriſti exprobrabilis fuerat,quæ poſtea facta eſt honorabilis,ita vt etiã portetur in frõtibus regum: ſic alba veſtis poſt Chriſti paſsionẽ facta eſt valde honorabilis, & innocentiæ ſignum. Vnde quilibet poſt baptiſmũ renouatus induitur veſte alba, in ſignum innocentiæ quam confert baptiſmus,in cuius etiã ſignũ Chriſto paſſo angeli in veſtimẽtis albis apparuerunt in eius reſurrectione , & ſimiliter in eius aſcenſione.

Stultitiã ſimulare expedit.

Secundum documẽtum eſt,ꝙ pro tempore & loco expedit ſtultitiam ſimulare. Vide ꝙ dominus ipſe fons ſapiẽtię corã Herode pro ſtulto haberi dignatas eſt, ex incõprehenſibili ſapientia ſua proceſsit.
L quia ſi ſapientẽ verbis vel factis ſe oſtendiſſet, Herodes vtiq; paſsionẽ eius impediuiſſet.

In veſtibus quęrenda.

Tertiũ eſt,ꝙ homo nihil quærat in veſtibus,nõ ornatum,nõ pretioſitatem,ſed ſolum neceſsitatẽ: quia ſaluator noſter in veſte velut fatuus eſt illuſus.

Cõformatio.

Ad cõformandum ſe huic articulo,regratietur homo deo,ꝙ ipſe nobis cum ſua illuſione veſtem innocẽtię conferre dignatus eſt.Itẽ recogitet qualiter ipſe candidã veſtem innocentiæ baptiſmalis,quam Chriſtus nobis prætulit ſæpe peccatorũ malis denigrauit, & oret dicens,Ieſu ꝙ veſte alba indui,& vt ſtultus ab Herode illudi voluiſti:da mihi mũdi huius prudentiã, quæ ſtultitia eſt apud te,cautius declinare, & ad te qui vera es ſapientia peruenire.

Remiſsio Chriſti ab Herode ad Pilatum.

Herodes autẽ cùm non inueniret in Chriſto cauſam mortis, [illuſum & indutum veſte alba remiſit ad Pilatum,] vt eum honoraret, ſicut Pilatus ſibi detulerat. In quo ipſe probatur in necẽ domini cõſenſiſſe: quia enim fuit ſibi miſſus tanquam homo ſuæ ditionis,cùm nõ inuenit in eo cauſam,debuiſſet eum abſoluere, & nõ alieno iudici remittere. Remiſit ergo eũ Herodes
M Pilato : quaſi diceret , fac de eo quicquid volueris. Et fortè ſimilia verba ſibi remãdauit.Et ſic dominus cum nota illuſionis portando veſtẽ albã redijt, & Herodis conſenſum de ſua nece ſecum detulit.

Amicitiæ confœderatio.

Hic autem cõſenſus apparuit ſigno & facto: ſigno quidem,in veſtis albæ illuſione: facto, in amicitiæ confœderatione : nam & ipſa die facti ſunt amici Herodes & Pilatus,propter mutuam reuerentiam ſibi inuicem factã. Antea quippe inimici erant adinuicem,propter necẽ Galilęorum,qui de Herodis præpoſitura & dominio erãt, quos Pilatus occiderat miſcens ſanguinem eorum cum ſacrificijs quæ offerebant:ſed nunc ſuper hoc recõciliatus eſt Pilatus Herodi:quia pro bono habuit Herodes ꝙ Pilatus ſibi detulerat, mittẽdo ſibi hominẽ ſuę iuriſdictionis,& præſertim talem hominẽ quem ipſe videre diu deſiderauerat.

Amicitia Pilati & Herodis.

Sic multi frequenter amici & concordes in condemnatione vel nocumento innocentium fiunt , qui antea ſibijnuicem contrarij fuerunt. Hæc autem amicitia Pilati & Herodis,fuit





rodis,fuit ſignum quòd Iudæi & gentiles conueni-
A rent in perſecutione Chriſtianorum . Vnde Beda: Hoc nephandiſsimũ Herodis & Pilati fœdus,quod in occidendo Chriſto pepigerunt,hactenus eorum velut hæreditario iure ſucceſſores cuſtodiũt,quando gentiles & Iudæi ſicut genere & religione , ita etiam mente diſsidẽtes,in Chriſtianis tamen perſequendis,Chriſtiq; in eis fide perimẽda, conſentiũt. Hæc Beda.Poteſt etiã hęc amicitia in bono accipi & per concordiã Herodis & Pilati,cõcordia populi Iudaici & gentilis ſignificari.Sicut enim Pilatus primò miſit Ieſum ad Herodẽ , & Herodes poſtea ei remiſit: ſic verbũ ſalutis primò recepit populus gentilis,& annuntiauit Iudæis: in fine autẽ mundi iterum Iudæus remittet ad gentilem , quando per Heliam & Enoch multi conuertentur. Iſti duo populi ante mortẽ Chriſti erant inimici ſibijnuicem & diſcordes,ſed poſt mortẽ Chriſti facti ſunt amici & concordes in fide eius:quia ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. Vnde Ambroſius:In typo etiam Herodis atque Pilati, qui amici ex inimicis
B per Ieſum Chriſtũ facti ſunt,plebis Iſraël & populi gentilis figura ſeruatur, quòd per domini paſsionem vtriuſque ſit futura concordia : ita tamen vt prius populus nationũ capiat dei verbũ,& ad populum Iudęorũ fidei ſuę deuotionẽ trãſmittat . Hæc Ambroſius.

Humilitas domini.

O quanta humilitas & patientia domini Ieſu,qui de ſe quaſi de fatuo permittebat malos ludere:mittere ſe , & remittere , & quod volebant facere.Hanc autem miſsionẽ & remiſsionem ipſe dominus fieri voluit ad maiorẽ & euidentiorẽ ſuæ innocentiæ oſtenſionem.

Contemplatio.

Intuere eum nunc bene, dum ducitur & reducitur , demiſſo vultu & verecundè incedentem,& omniũ clamores conuitia & ſubſannationes audientem , & fortè lapidum percuſsiones & immunditiarũ ſuſcipientem. Et cogita quomodo habebat illos pedes ſanctiſsimos confractos:quia cũ magna feſtinatione duxerũt & reduxerunt eum,nudis pedibus incedentem. Intuere etiam matrẽ & ſuos cũ indicibili mœrore à longè ſequentes & iſta videntes, & cogita quàm libenter
C tu iuuares & aſſociares ſic triſtes & dolentes .

Documẽtum.

Ex hoc articulo habetur documentũ , quòd tantã vim habet natura boni , quòd reſpectu ſui confœderat etiam malos.Inimicitia enim,reſpectu boni,parit amicitiam inter malos:non timeat ergo iuſtus ſi viderit malos contra ſe colligari : quia hoc ſe-ſtatur in eo aliquid eſſe boni , & per hoc ipſe conformatur Chriſto,contra quẽ omnes conuenerunt in vnum etiã inimici.

Conformatio.

Ad conformandũ ſe huic articulo,recogitet homo ſi habeat inimicitiã cum aliquo, & dimittat eam de corde amore Chriſti, qui pro nobis in ſua paſsione etiam malos aduerſum ſe concordauit. Ieſu qui contra te inter Herodem & Pilatum amicitiã fieri voluiſti , da mihi iniquorũ aduerſum me colligantiã non timere:ſed eorũ potius exercitatione me proficere, quatenus tibi merear conformari.

Conſideratio de fatigatione Chriſti.

Conſidera nunc quanta fatigatio fuerit Chriſto ſic duci & reduci de iudice ad iudicem:quia magna pœna eſt cuilibet homini mitti de vno iudice ad alium.Fuit enim primò pręſentatus Annæ.Secundò,Caïphæ.Tertiò,ductus ad Pilatum.Quartò,miſſus ad Herodem. Quintò, remiſſus ad Pilatum:quæ omnia ad vnum poſſunt re- D
duci articulum,ex quo plura ſumuntur documẽta. Primum eſt,quòd non debemus formidare pręſentari poteſtati temporali,vel ad malos iudices trahi propter Chriſtum : quia quantò poteſtas iniquior, & iudices nequiores , tantò faciunt martyres glorioſiores.Secundum eſt,quòd non omnes actus voluntates & deſideria noſtra antequã perficiamus debemus ad examen rectæ rationis , quæ per iudicem intelligitur,præſentare: & nihil præcipitanter agere:omnia quoque mala quæ fecimus debemus conſpectui conſcientiæ noſtrę præſentare,& ſic eam coram Chriſto iudice examinandam ſtatuere.

Religioſorum tranſmiſsio.

Tertium eſt, quòd religioſi,qui ſpecialiter debent eſſe imitatores Chriſti , non debent turbari ſi interdum ſub obedientia mittantur de loco ad locum , de prælato ad prælatũ : quia Chriſtus propter nos ſub obedientia patris dignatus eſt mitti de iudice ad iudicem. Item ſicut Chriſtus ſtabat ante iudices,& nullum irreuerentiæ verbũ eſt locutus: ſic & nos cũ reuerentia ſtare debemus coram præ- E
latis noſtris & iudicibus,etiã malis.

Conformatio.

Ad conformandum ſe iſti articulo , formet ſibi homo imaginem Chriſti in mente ſua.Statuens coram eo conſcientiam ſuã miſericorditer examinandã, pro eo quod Chriſtus corã iudicib⁹ malitioſè fuit examinatus. Recogitet etiã homo quomodo oportet nos oẽs exhiberi ante tribunal Chriſti,& idcirco ipſe pius ꝓ nobis impijs exhiberi voluit ante tribunal aliquã iudicis, vt nos iniuſti ante tribunal iuſti iudicis fiducialiter cõparere poſſemus. Ieſu qui de iudice ad iudicẽ mitti & corã eis examinari voluiſti:da mihi amore tui noĩs, malorũ iudicum verſutias nõ metuere,& in conſpectu tuo me tuta conſcientia comparêre:ac bono animo maiorum imperijs me ſubdere , & alacri corde ad obedientiam ſine mora concurrere.

## ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte , qui hora diei prima permiſiſti te ligatum adduci in concilium Iudæorum,ac poſt multas iniurias & conui- F
tia de Caïpha duci ad Pilatum , vbi à Iudæis reus mortis & malefactor fuiſti iudicatus,& in multis falsè accuſatus : ac deinde à Pilato ad Herodem te mitti,& ibidem accuſari & fatuus reputari,ac ſperni,& in veſte alba illudi pertuliſti,tandemq; ſic illuſus & in veſte alba indutus ad Pilatũ es remiſſus: fac me quæſo iniurias & conuitia patienter & gaudenter pro tui nominis gloria tolerare, & in cõſpectu tuo cũ gaudio apparere,ac vultum tuum deſiderabilem ſemper reſpicere. Amen.

## De tertia in paſsione domini.

### Caput lxii.

Matt.27. Marci 15. Lucæ 23. Ioan.18. & 19.

HOra tertia cogitabis mœſtus & triſtis qualiter reducto domino ad Pilatum illi canes lætantes de fœdere Herodis & Pilati,cum audacia magna proſequuntur accuſationes ſuas:quamuis neque Pilatus, neque Herodes diligenter eum interrogando & examinando inuenirent in eo cauſam mortis.

Innocẽtia Chriſti.

Vnde ad exprobrandam duritiam Iudæorum &

rum & gentilium Pilatus fatetur nec ſe, nec Hero
G dem, neq; in occidendo, neq; in illudendo, in Chri-
ſto cauſam ſeu aliquid dignũ morte inueniſſe. Vbi
Beda: Hoc dicẽdo Pilatus abſoluit quidem Ieſum,
quem probauit inſontem: ſed quẽ abſoluit iudicio,
crucifigit miniſterio. Audi cæce Iudæe, audi cru-
delis pagane. Pilatus ipſe fatetur neque ſe, neque
Herodem dignũ quid morte in Christo reperiſſe,
ſed tantũ in occidendo vel illudendo innoxio, alie-
næ crudelitatis obtemperaſſe clamoribus. Hæc Be

Pilati in dimittendum cura.

da. Magnũ dimittendi Ieſum ſtudiũ gerebat Pila-
tus. Sed quantò curioſius dimittere quærit, tantò
crimino ſiores ad mortẽ eius inuenit. [Et cùm ac-
cuſaretur,] dominus mendaciter [à principibus ſa-
cerdotum & ſenioribus, nihil reſpondit:] nec ad ſui
excuſationem, nec ad dictorum refractionem, nec
ad dicentiũ improperationem: ſed magis accuſatio
nes viriliter ſuſtinuit & tacuit. Et [tunc] cùm ſic

Miratio Pilati de Christo.

accuſaretur ab eis, [dixit illi Pilatus: Non audis
quanta aduerſum te dicunt teſtimonia?] ſecundum
Chryſoſto. Ideo hoc dicebat: quia volebat liberare
H eum, dum ſe excuſando reſpõderet. [Sed dominus
non reſpondit ei ad vllum verbũ, ita vt miraretur
præſes vehementer,] de eius patientia & conſtan-
tia: quòd ille quẽ in lege peritum & ad omnia re-
ſpondere potentẽ audierat, nihil reſponderet: & ꝙ
exhibitus ad criminale iudiciũ, & ſtans ante mor-
tem, quæ apud omnes homines æſtimatur terribi-

Cur accuſatus tacuit.

lis, ipſe imperturbabilis remaneret. In hoc autem
docet, accuſationes & criminationes patienter eſſe
ſuſtinendas: hoc enim magis mirabilem facit ſan-
ctorum patientiam, quàm defenſio. Vnde Ambro.
Accuſatur dominus & tacet, quia defenſione non
indiget: nec accuſationẽ tacẽdo confirmat, ſed de-
ſpicit nõ refellendo. Ambiunt defendi, qui timent
vinci. Melior eſt cauſa quæ non defenditur & pro-

Danie. 12.

batur. Suſanna tacuit, & vicit. Hæc Ambro. Iudex
ergo omnium ante tribunal iudicis vilis & indigni,
manſuetus & tacitus ſtetit, & accuſatus nihil re-
ſpondit. Sunt autẽ quatuor rationes huius ſilentij

Taciturnitatis Chriſti cauſę.

& taciturnitatis Chriſti. Tacuit enim Chriſtus pri
mò iuſtè, quia propter falſitatem accuſationum &
corruptum iudiciũ indigni erant audire. Secundò,
I miſericorditer, ne ſcilicet ex reſponſione ſua peio-
res fierent, ſi ſibi non crederent, vel non obedirent.
Tertiò diſpenſatiuè, ne ſi excuſaret dimitteretur:
& crucis vtilitas, ſcilicet noſtra ſalus & redemptio
differretur. Quartò exemplariter, vt daret nobis
patientiæ exemplũ, & impleret illud de ſe ſcriptũ:

Eſa. 53.

ſicut agnus corã tondente ſe obmuteſcet, & nõ ape

Reſpõdet, & non reſpondet.

riet os ſuũ. Igitur vt dicit Anſelmus, Vide attentè
quomodo ſtat ante prę ſidẽ inclinato capite, demiſ-
ſis oculis, vultu placido, ſermone raro, paratus ad
opprobria, prõptus ad verbera: quãdoque dominus
reſpondet, quandoque non reſpondet. Vbi reſpon-
det, quaſi paſtor bonus docet, & pro creditis ſibi o-
uibus contra luporũ latronumq; inſidias pugnat:
vbi verò nõ reſpondet, quaſi agnus pro toto grege
immolandus ſilet, & patientiã præſtat: & vtinã mo
dò innoteſceret quando quaſi agnus & quãdo qua-
ſi paſtor quiuis eſſe deberet: vt ſciret quãdo tacere
& reſpondere haberet. Quãuis ergo quibuſdam in-
terrogationibus ſæpe reſponderit, quando tamen
K reſpondere noluit, non ſicut reus & malè ſibi con-
ſcius, qui de peccatis cõuincebatur ſuis: ſed ſicut in-
nocens & manſuetus, qui pro peccatis immolaba-
tur alienis. Et ideo ſimilitudo de agno data eſt, vt
in ſuo ſilentio nõ reus, ſed innocẽs haberetur. [Per

Liberandi maleficis institutio.

diem aũt feſtum] paſchę, [conſueuerat prę ſes vnũ
vinctum dimittere populo,] id eſt ad petitionẽ po-
puli, [quẽ volebant,] ſine meritorum diſcretione,
in memoriã liberationis filiorum Iſraël de Aegy-
ptiaca ſeruitute: cuius beneficij memoria in ſolen-
nitate paſchali fiebat, ꝙ ea die de ſeruitute Pharao
nis egreſſi erant: in alijs autem feſtis non ſic fiebat.
Quia enim in nocte paſchæ angelus domini ſalua
uit Hebręos, & percuſſit primogenita Aegyptio-
rum: ideo ad hoc repręſentandũ, & in memoria hu
ius beneficij, in hac ſolennitate ſaluabãt vnũ morti
propinquũ, & aliquos interficiebant de vinctis qui
cuſtodiebãtur ad occidendũ. Vel hoc faciebant in
memoriã tranſitus maris rubri, in quo filij Iſraël
fuerunt liberati, & Aegyptij ſubmerſi. Et iſtã con-
ſuetudinem eis conſeruari impetrauerãt ab impe-
ratore Romanorũ, ſicut fuerat obſeruata antequã
L Iudęa eſſet Romanis ſubiecta: ſi adhuc ſingulis an-
nis aliquẽ occidunt deus ſcit, & ipſi ſciunt. Pilatus
ergo ſciens eos cupidos de obſeruãda illa conſuetu-
dine, & ex altera parte ꝙ Barrabas eſſet peſſimus,
& populo odioſus, propoſuit eis ſub diſtinctione
optionẽ dicens, quod ad honorẽ feſti liberaret eis
Barrabã vel Ieſum, & nullum aliũ, per hoc ſubtili-
ter credens liberare Ieſum de cõſenſu eorũ: quia nõ
credebat aliquo modo ꝙ peterent liberationẽ Bar-
rabæ qui erat homicida & ſeditioſus, ac peſſimus
& inſignis, nõ nobilitate generis, ſed ex famoſitate
ſui criminis: quia erat latro publicus, & in malitia
vulgatus & famoſus, & ideo credebat meritò Ie-
ſum eſſe prę eligendũ, ſciens eum innocentẽ & per
inuidiam traditũ: quia publicè arguebat vitia eorũ.

Diligentia Pilati ad liberandũ Christum.

Magnam (vt dictũ eſt) diligentiã Pilatus oſtendit,
vt Chriſtũ liberaret. Primò, per innocentiã: quia
manus Herodis euaſerat. Secundò, per conſuetudi
nem: quia eum præeligendũ credebat: in quo datũ
M eſt exemplum laborãdi ad liberationẽ innocentũ.
Vnde Chryſo. Et intuere ſapienter: nõ enim dixit
quia peccauit & dignus eſt morte, donari eũ ex fe
ſto: ſed primùm eũ excuſans & eruẽs à cauſa omni,
tamen rogat ex ſuperabũdanti: vt ſi nollent inno-
xium dimittere, ſaltẽ vt obnoxium donarent feſto
vel tẽpori. Tunc [miſit ad Pilatũ pro tribunali ſe-

Vxoris Pilati viſum.

dentem vxor ſua,] nomine Procula [dicẽs, nihil ti-
bi & iuſto illi,] ſit cauſæ vel cõtra iuſtũ illum: qua-
ſi diceret, nihil habeas cauſæ: nec intromittas te ad
interficiendũ hominem illũ, quia iuſtus eſt: [multa
enim paſſa ſum hodie per viſum,] & in ſomnijs
[propter eũ.] Vxor itaque gentilis viri hoc in viſio
nibus & ſomnijs intellexit, quod Iudæi vigilantes
nec credere, nec intelligere voluerunt. Diabolus
quippe apparuerat ei, mouens eã terroribus, ad libe
rationem Chriſti: nunc enim demum diabolus in-
telligens per Chriſtum ſua ſpolia, ſiue in mundo,
ſiue in tartaro ſe amiſſurum, penituit quòd fe-
cerat comprehendi eum: & ideo immiſit viſiones
huic



huic mulieri vt per eam impediretur mors Chri-
A ſti: & ſicut prius per mulierẽ intulerat mundo mor
tem, ita modò ſatagit Chriſtum de manibus Iu-
dæorum liberare per mulierẽ, ne per Chriſti mor-

Chriſtum agnouit diabolus.

tem mortis amitat imperium. Iam quidem dei nu
tu & virtute poterat myſterium crucis cognoſcere
& ideo laborabat ne Chriſt⁹ moreretur. Fortè iam
ſancti in inferno gaudebãt, vnde hoc nouerat. Nã
vt ait Auguſtinus, anima Lazari reuocata ad ſupe-
ros, animæ in inferno cognouerunt dominum de
proximo deſcenſurum ad inferos: vnde extunc læ
tabantur: & maximè diabolus hoc cognouit, cùm
dominus clamore valido animam exhalauit. Vel
etiam per ſcripturarum impletionem hoc perpen-
dit, quia in domino eas impleri vidit: quòd ergo v-
xor Pilati & ipſe Pilatus fecerunt tantum pro libe
ratione Chriſti, totum putatur fuiſſe ex inſtinctu
diaboli: qui per Pilatum & eius vxorem nitebatur
impedire noſtram redemptionẽ, ſicut olim per A-
dam & Euam fecit noſtram damnationem. Pila-
tus ergo quærebat ab eis, quem vellent propter ho
B norẽ feſti ſibi dimitti de duobus prædictis: & quaſi
exhortatiuè expreſſit Chriſtum, quærens ſi vellent
dimitti regem Iudæorum. Ipſi verò nimio odio cõ
tra Chriſtũ moti, & obſtinato corde in malitia per

Barrabæ prę electio

durantes, ne Chriſtus liberaretur præelegerunt &
petierunt Barrabam hominem peſtiferum dimitti
& liberari, Chriſtũ verò innocentẽ tolli de medio
& crucifigi. Putabant enim, vt dicit Chryſo. hoc ſe
poſſe aſtruere, quòd Ieſus deterior eſſet latrone, &
adeo nequam vt neq; pro feſti prærogatiua debe-
ret liberari. In quo facto eorum oſtenditur futuræ
infidelitatis arcanum, ſcilicet antichriſtum Chriſto
præferendum. Latrones latronem petierunt, & ho
micidam autori vitæ prætulerunt. Quod imprope

Acto. 3.

rans eis beatus Petrus poſtea dicebat: Vos ſanctum
& iuſtum negatis, & petiſtis virum homicidam do
nari vobis, autorem verò vitæ interfeciſtis. O quan
ta infelicium Iudæorum iniquitas & malitia, qui
ad procurandum Chriſti mortem petierunt latro-
nis publici liberationem, contra bonum publicum,
& iuſtitiam: mortem vitæ, tenebras luci, filiũ dia-
C boli filio dei tam ſtultè quàm impiè præferentes.
Vnde Aug. O cæcitas Iudęorũ, ò furia phrenetico
rum: [noli dimittere hunc, ſed Berrabã:] quid fuit
aliud dicere, quã occidatur ille qui ſuſcitauit mor-
tuos, & dimittatur latro vt iterum occidat viuos?
Vnde Anſel. Adhuc antẽ & animam tuam incircũ
ciſo cani glutiendam tradiderunt: vinctũ ſiquidem
ante faciem Pilati præſidis te perduxerunt, poſtu-
lantes ſupplicio crucis interimere qui peccatũ non
feceras, & virum homicidã donari ſibi: agnum lu-
po, aurum luto poſtponentes. O Indignum & infe

Iudæis ſua permanet petitio nociua.

lix concambiũ. Vnde etiã Beda: Hæret autem Iu-
dæis vſq; hodie ſua petitio quam tanto labore im-
petrauerunt. Quia enim data ſibi optione pro Ieſu
latronem, pro ſaluatore interemptorem, pro dato-
re vitæ elegerunt peremptorẽ: meritò ſalutem vi-
tamq; perdiderunt, & latrocinijs ſe ac ſeditionibus
intantũ ſubmerſerunt, vt & patriã regnumq; ſuum
quod plus Chriſto amauere perdiderunt, & hacte-
nus eam quam vendidere vel animæ vel corporis
libertatem recipere non meruerint: atq; ideo Iudęi
pacem habere non poſſunt, quia ſeditioſum princi D
pem, id eſt, diabolũ qui vſq; hodie regnat in eis, ma
gis quàm dominum eligere maluerunt. Hęc Beda.
Similiter adhuc hodie aliqui magis nituntur ſalua
re & etiam promouere malos homines quàm bo-
nos, & in multis electionibus ac prouiſiõibus Ieſus,
id eſt, vir bonus ac dignus, & dei amicus, qui ſe &
alios ſaluare vellet reprobatur: & Barrabas latro
inſignis, id eſt, malus ac indignus & Chriſti hoſtis,
qui ſe & alios in anima perimit, eligitur. Vnde qui
in talibus promotionibus faciendo vel conſentien-
do culpabiles ſunt, ipſo ſuo facto vel conſenſu con-
dicunt Iudæis: [non hunc, ſed Barrabã.] Ieſus verò
ad omnia tacet patiẽter canes oblatrantes tolerãs,
& ſua patiẽtia nos armans. Conſidera hîc quantũ
Chriſti animũ ſauciare potuit, ꝙ tam ſceleratus &
vilis homo præferebatur ſibi homini deo intãtum,
vt peterent illius vitã, & iſtius mortẽ: peccauerunt
autem in duobus, ſcilicet quia reum petebant libe- E

Prouer. 17.

rari, & innocentẽ damnari. Vnde in Prouerb. Qui
iuſtificat impium, & condemnat iuſtũ: vterq; abo-

Documenta.

minabilis eſt apud deum. Ex iſto articulo trahun-
tur duo documenta. Primum eſt, ꝙ nos æquanimi-
ter toleremus, ſi aliquando præferantur nobis per-
ſonæ infimiores & humilioris conditionis: quia la-
tro Chriſto fuit prælatus. Secundum eſt, ꝙ cauea-

Barrabam ſolui cupientes.

mus ne & nos Barrabã Chriſto prę feramus. Multi
enim adhuc hodie deſiderant Barrabam ſibi ſolui,
& Chriſtum vinctum eſſe: quia vt dicit Origenes,
Omnes qui Iudęis ſunt ſimiles, ſiue in dogmate, ſi-
ue in vita, Barrabam ſibi ſolui deſiderant: quicunq;
enim malè agit, ſolutus eſt in corpore eius Barra-
bas, Chriſtus autem vinctus: qui autem bonũ agit,
Chriſtum habet ſolutũ, Barrabã vinctum: & ideo
ſicut Iudęi poſtquam pro Chriſto elegerunt Barra
bam latronem, latrocinijs & ſeditionibus ſunt ſub-
uerſi: ſicut & nunc quæcunq; anima præelegit Bar
rabã, illa ſemper latrocinijs diabolicis extermina
tur. Vbi enim non eſt Ieſus, ibi lites & prælia ſunt:
vbi autẽ eſt Ieſus, ibi ſunt omnia bona & pax. Hæc

Spiritualiter.

Origenes. Spiritualiter homo vinctus eſt per pecca
tum poſitus in carcere ſecundũ corpus, & animam:
F ita quòd ſint duo vincti, corpus & anima: ſed de his
vnus, ſcilicet anima poterit liberari, ſi tamẽ corpus
pœnitentiæ & flagellis exponatur: quia ſicut ani-
mam à culpa & à pœna liberabit. Si verò corpus li
beretur, adhuc manebit vincta anima, & ſupplicijs
ac flagellis exponetur æternis: & ideo melius eſt
quòd anima liberetur quàm corpus: quia ſi corpus
ſuſpenditur in cruce pœnitentiæ, tunc animã libe-

Liberanda anima.

bit à morte. Vnde Greg. Si magnę mercedis eſt eri
pere à morte carnem moriturã: quanti meriti eſt

Cõformatio.

liberare animã in cœlo ſine fine victuram? Ad con
formandũ ſe huic articulo, recogitet homo ſi ipſe
vnquam Barrabam Chriſto prę elegit, & doleat ac
oret dicens: Ieſu qui non dedignatus es à Iudæis re
probari petentibus ſibi Barrabam latronem dimit
ti, te verò autorem vitæ crucifigi: da mihi te crea-
torem meũ ſemper eligere prę omnibus, & pro nul
la re creata te vnquã reprobare. Pilatus autẽ volens
dimittere Ieſum, iterum locutus eſt ad illos, quæ-

rens quid faceret de Ieſu rege Iudæorum, & quid
G mali feciſſet, & aſſerens quòd nullam cauſam mor
tis in eo inuenerit: ſed quantò plus videbant quòd
Chriſtũ liberare vellet, tantò magis iterum & ite-
rum clamabant, vocibus magis inſtabant, poſtulan
tes vt crucifigeret eũ: & inualeſcebant voces eorũ.
Mala fuit Barrabæ præelectio, ſed peior hæc ſentẽ
tiatio. [Videns autem Pilatus quia nihil proficeret
ad liberationẽ Chriſti ſaluo fauore populi, [ſed ma
gis tumultus] & ſtrepitus, [fieret,] populi clamãtis
ad contrariũ per ſeductionẽ ſacerdotum, volẽtium
per clamorẽ & tumultũ populi obtinere, quod non
poterant per rationẽ habere: & volens populo pla-
cere & ſatisfacere [dimiſit illis Barrabam,] quem
petebant, quanuis Chriſtũ præferendum non dubi

*Iniuſtæ dãnatiões iuſtorũ in curijs principum ſunt.*

taret. Ecce ꝙ Chriſtus innocens damnatur: & Bar
rabas latro liberatur. Ita contingit hodie in curijs
principum & prẹlatorũ: quia innocentes dãnantur
& peruerſi peccatores liberantur: minora puniun-
tur, ſed maiora diſsimulantur: puniuntur tranſgreſ
ſores decretaliũ & ſtatutorũ, & dimittuntur impu
niti tranſgreſſores diuinorũ mandatorum. [Et] vt
H Iudæi de morte Ieſu totum peccatum ſuper ſe acci
perent, & ipſe immunis eſſet à peccato, [accepta a-
qua lauit manus ſuas corã populo dicens: Innocens
ego ſum à ſanguine,] id eſt, ſanguinis effuſione, [iu
ſti huius:] & ſicut lauo manus, ſic & conſcientiam:
quia ego volui liberare innocentẽ, & ſolum mini-
ſter legis ſum, [vos videritis,] quid continget vobis
quantũ ad ſuppliciũ pro culpa quã cõmittitis: quia
vox veſtra ſanguinẽ iuſti fundit, vnde pœnam ſen

*Lauandarum manuũ mos.*

tietis. Mos enim erat apud antiquos, vt cùm quis
vellet ſe oſtendere immunẽ à crimine aliquo, acce
pta aqua lauaret manus ſuas corã populo. Lauit er-
go manus corã populo: vt quos non poterat moue-
re ſuaſione, moueret ſignificatiõe, qua ſignificabat
iniquã mortem Chriſto inferre, & ſe innocentẽ à
tanto ſcelere. Lauit manus ſuas, imponens peccatũ
de morte Chriſti Iudæis, ipſis hoc recipientibus,
quanuis non eſſet per hoc ſecundũ veritatẽ excuſa-
tus: quia non lotus fuit aqua ſuus reatus: mentieba-
tur ergo dicendo ſe innocentẽ, quia [ſciebat ꝙ per
inuidiam eum tradidiſſent,] & ꝙ iuſtus ac innocẽs
I erat: & vt met confitebatur, eum liberare poterat.
Particeps ergo erat criminis: ſed innocentior illis.
Vnde Leo papa: Exceſsit ergo Pilati culpã facinus
Iudæorũ: ſed nec ipſe euaſit reatũ qui reliquit pro-
prium iudicium, & in crimen tranſtulit alienum.
Huic Pilato ſimiles ſunt excuſantes ſe à criminis
conſenſu, cùm poſsint reclamare cum effectu. [Et
reſponderunt omnes, Sanguis eius:] id eſt, culpa &
pœna, ſeu vltio & vindicta effuſiõis ſanguinis eius,

*Sanguinis fluxum Iudæi patiuntur.*

[ſuper nos & ſuper filios noſtros.] Optimam hære
ditatẽ reliquerunt Iudæi filijs ſuis: perſeuerat enim
vſque hodie ſuper Iudæos hæc imprecatio pœnæ
& criminis, & ſanguis Chriſti non aufertur ab eis:
vnde in ſingulis lunationibus, vt dicitur, fluxum pa
tiuntur ſanguinis. Percuſsit enim eos dominus in
poſteriora, & opprobrium ſempiternũ dedit illis:
ſuntq; vagi & profugi ſub ſeruitute: & niſi lauerint
manus ſuas per baptiſmum, ab iſto ſanguine pœ-
nam criminis ſuſtinebunt continuè: vt autem dicit
Hieronymus, verbum optimum & ſalutiferum re
ſponderunt Iudæi: ſed intentione peſsima. Optan- K
dum eſt ergo vt ſanguis ille veniat ſuper nos: ſed in

*Apoca.*

ablutionem. ſecundum illud Apocalypſis, Lauit
nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Pilatus itaq;
cauſam mortis in eo non inueniens, nitebatur eum
dimittere: non enim in eo, ſed in nobis cauſa mor-
tis eius fuit: paſſus eſt pro nobis, nõ pro ſe, nõ habẽs
culpã & ſuſtinens pœnã: vt & culpam noſtrã ſolue-
ret & pœnam. Vnde Bernardus: O pijſsime Ieſu,
quid tibi & morti? nos peccauimus & tu luis, nos
debuimus & tu ſoluis. Nullam itaq; cauſam mor-

*Flagellatio domini.*

tis in eo inueniens, dixit illis: [Corripiã ergo eum]
ſcilicet flagellando: vt ſi qua in veſtris ceremoniali
bus commiſit, vel in aliquo deliquit, pro ipſis corre
ptus emendetur, & ſic emendatum & diſciplina-
tum dimittam à morte liberũ. Flagris & ludibrijs
eum afficiam quantum ipſi iubetis, dummodo in-

*Flagellã intentio*

noxium ſanguinẽ non ſitiatis vel fundatis. Videns
enim ex clamore eorum quòd nullo modo poterat
dimittere Ieſum omnino liberũ cũ pace ipſorum: L
& ex altera parte durum ſibi erat interficere inno
centem: ideo ad ſatisfaciendum eis fecit Chriſtum
flagellari & illudi, vt videntes eum ſic punitum &
illuſum vltra condignum, pœnis eius & opprobrijs
crudelitas eorum ſatiaretur, ac mitigaretur: & ſic
ſufficere ſibi æſtimãtes vltrà ſæuire deſiſterent, &
mortem eius non ſiſterent. Vnde Auguſtinus: Non
perſequendo dominum flagellauit, ſed illorum fu-
rori ſatisfacere volens: vt vel ſic iam miteſcerent,
& ſilerent, & deſinerent velle occidere eum quem
flagellatum viderent. Hæc Auguſtinus. Vnde etiã
propter hoc cohortẽ ſuam ei illudere permiſit, aut
fortè iuſsit, vt eorũ iram molliret: & à morte eius
deſiſterẽt. Naturale enim eſt vt ira quieſcat, ſi eum
contra quẽ iraſcitur humiliatũ & punitum videat.
Quod quidem verum eſt in ira quæ cum menſura
quærit proximi nocumentũ, ſed non in odio quod
totaliter quærit eius qui odio habet exitiũ. Iſti au-
tem ex odio mouebãtur contra Chriſtũ: & ideo fla
gellatio eiũs non ſufficiebat niſi viderẽt & eius in- M
teritum. O Pilate Pilate, tu vis dominũ caſtigare.
Neſcis quid agis: quia nec flagella meretur, ſicut
nec pœnã mortis. Rectius ageres ſi te ad ſuum nu-

*Malũ per ſe, nõ excuſat intẽtio*

tum corrigeres: vnde intentio non excuſat Pilatũ
in toto, quia nullum per ſe malũ poteſt propter bo-
nam intentionem effici totaliter bonũ: nec facien-
da ſunt mala vt veniant bona: affligere autem inno
centem, & præcipuè dei filium, eſt maximè malũ,
& ideo nulla intentione eſt excuſabile: & cùm iu-
dex eſſet, non debebat ei quem innocẽtem ſciebat

*Flagellãdi cauſa.*

etiam minimam inferre pœnam. Ob hoc etiam ſe
cundum Hierony. eum flagellari voluit, vt Roma-
nis legibus ſeruiret: quibus ſancitum erat vt cruci-
figendus flagellaretur prius, fortè ad extorquendũ
ab eo ſocios ſceleris: & ſic Chriſtus, ſi crucifigi de-

*Flagellari voluit. Pſal. 31.*

beret, iam flagellatus eſſet. Ipſe quoq; dominus fla
gellari voluit: vt, quia ſcriptum eſt. Multa flagella
peccatoris, nobis parceretur: & nos ſuo flagello à
perpetuis flagellis liberemur: ſicut pia mater quan
do videt patrem velle flagellare aliquem de filijs
ſuis: extenſis occurrit brachijs, & eum protegit, ex-
ponens



ponens ſe pro eo flagellis: homo enim deum offen-
A derat, & ideo diſciplinari debebat: Chriſtus ergo di
ſciplinari voluit, & ſic deum placauit: & ideo dici-

*Eſaiæ 53.*

tur, diſciplina pacis noſtræ ſuper eũ. Et ſi tam gra-
uiter flagellatus eſt innocens pro peccatis alienis:
quàm grauiter putas noxios, niſi ſe correxerint fla
gellãdos pro peccatis proprijs? Cùm ergo dominus
flagellari iubetur, ſpoliatur per milites, apparito-
res prẹſidis, & veſtibus quibus indutus erat exuitur

*Exutio veſtis albæ.*

& coram omnibus denudatur. Eſt autẽ intelligen-
dum, quòd ſicut remiſſus fuerat ab Herode cum al
ba veſte, ſic remanſit in eadem veſte vſq; ad horam
flagellationis, & tunc exuerunt eum hac veſte &

*Documenta. Nuditas vitanda.*

ſuis. Ex hoc articulo exuitionis veſtium, habemus
duo documenta. Primum eſt, vt caueamus nos à nu
ditate, tam corporali, quàm ſpirituali: ne fortè vn-
quam nudi apparẽamus coram deo, & angelis, &
hominibus: nam & ſi homo interdum non videa-
tur ab hominibus: erubeſcat tamẽ nuditatem ſuam
coram deo & angelis. Vnde primi parentes erubue
runt à facie dei, qui vbiq; apud nos eſt cum angelis
B ſuis. De nuditate verò ſpirituali eſt illud apoſtoli: ſi

*2. Corin. 5. Apoca. 3.*

tamen veſtiti, & non nudi inueniamur. Item eſt il-
lud Apocalypſis, Veſtimentis albis induaris, ne ap-
pareat confuſio nuditatis tuæ. Vbi per veſtimenta
alba intelligitur candor ſanctæ cõuerſationis, quæ
inſtar veſtimenti multis debet eſſe contexta villis:
his veſtimentis ſemper induta debet eſſe anima fi-
delis, ne confuſio nuditatis eius à virtutibus, appa-
reat coram deo & angelis & hominibus. Secũdum
documentum eſt, quòd ſicut exutus fuit veſtimen-
tis ſuis: ſic & nos exuamus veterem tunicam, & nu
demus conſcientias noſtras coram deo, per nudam
& puram confeſsionem peccatorum: deponentes
omne palliũ excuſationis: quia nuda & aperta ſunt

*Cõformatio.*

omnia oculis eius. Ad conformandum ſe huic arti
culo, recogitet homo quàm miſerabiliter, & cum
quanta iniuria & verecundia Chriſtus fuit exutus
veſtibus ſuis, & denudatus pro nobis, vt nos veſtiret
virtutibus: & oret hoc modo: Ieſu qui veſtimentis
C tuis exui, & ad flagella nudari voluiſti: Da mihi nu
da peccatorum meorum confeſsione veterem ho-
minẽ cum actibus ſuis exuere, & in conſpectu tuo

*Contemplatio.*

nudum à virtutibus me nequaquam apparere. De-
inde dominus ad columnam duriſsimè ligatus, il-
le qui ſoluere compeditos ſolet, & plena deo mem-
bra verberibus ſubdens immaniſsimè flagellatur,
[& vndiq; flagellis atteritur, verberibus cruciatur
Stat nudus coram omnibus amantiſsimus iuuenis,
elegans & verecũdus, & ſilet ad omnia quaſi agnus.

*Pſal. 44.*

Speciosus forma prẹ filijs hominum ſuſcipit dura,
aſpera, & doloroſa flagella ſpurciſsimorum. Caro
illa innocentiſsima, & tenerrima, mundiſsima &
pulcherrima: flos omnis carnis & totius humanæ
naturæ, repletur plagis, liuoribus, & fracturis: vul-
neratur per totum corpus illud ſanctiſsimũ, à plan
ta pedis vſq; ad verticẽ eius non remanet ſanæ par
tis veſtigium, & totum fit rubrum veſtimentum
ſuum. Fluit vndiq; regius & pretioſiſsimus ſanguis
de omnibus partibus corporis, & eius corpus candi
didiſsimũ cruore eius roſeo rubricatur per totum.
Superadditur, reiteratur & ſpiſſatur plaga ſuper
plagam, liuor ſuper liuorem, fractura ſuper fractu
ram, ſanguis ſuper ſanguinem, quouſq; tam torto- D
ribus quàm inſpectoribus fatigatis ſolui iubetur à

*Columnæ pars, Romæ.*

columna, cui fuit alligatus. Cuius columnæ aliqua
pars oſtenditur Romæ in eccleſia ſanctæ Praxe-
dis: maior autem pars fertur eſſe in eccesia montis
Sion, in loco vbi pronuntiatur euangelium: quæ ſe
cundum Bedam, dominici cruoris vſq; hodie cer-
nentibus veſtigia certa demonſtrat. Quot autem
& quantæ plagæ, vel vulnera in hac flagellatione
ſibi infligebantur, pro certo ſciri non poteſt, niſi
per reuelationẽ vt ſuprà dictum eſt: ſed oportuit ea

*Deut. 25.*

eſſe quaſi innumerabilia. Si enim, vt dicitur in Deu
teronomio: Pro menſura peccati erit plagarum
modus: Chriſtus autem flagellabatur pro peccatis
noſtris, quæ vtiq; ſunt innumerabilia: quare & plã
gæ innumerabiles. Et hoc eſt qđ dicitur in Eſaia:

*Eſa. 1.*

A planta pedis vſq; ad verticem, non eſt in eo ſani
tas. Tunc impletum eſt quod ibidem dicitur: Non
eſt ei ſpecies neq; decor: & vidimus eum, & nõ erat
aſpectus: & quaſi abſconditus vultus eius & deſpe- E
ctus: & reputauimus eum quaſi leproſum, percuſ-
ſum à deo & humiliatum. Vnde Augu. De vultu il
lius pulchritudo effluxerat omnis, & qui erat præ
filijs hominum ſpecioſus, videbatur omnium inde-

*Contemplatio.*

corus: quia iniquorum liuor ſacrum illius vultum
fœdauerat verberibus. Conſidera eum hîc diligen-
ter per longam moram & ſpacioſè, & ſi hîc ei non
compateris, cor lapideũ reputa te habere. Et tunc
exclamabis: O bone domine Ieſu, quomodo tu de-
nudaris qui nudos veſtis? quomodo tu ligaris, qui cõ
peditos ſoluis: & ligatos à dæmonibus & ab infirmi
tatibus detentos liberas? quomodo tu flagellaris, qui
nos à flagellis eruis? quis fuit ille tam audax, qui te
ſpoliauit? quis tam temerarius, qui ad columnã te
ligauit? quis tam ſacrilegus, qui te flagellauit? Sed
tu ſol iuſtitiæ tuos radios ſubtraxiſti, & ideo ſunt
tenebræ ac tenebrarũ poteſtates: omnes ſunt te po
tentiores: nobis debebantur flagella æternæ affli-
ctionis, tu flagellari voluiſti pro nobis, vt nos miſe-
ricorditer erueres ab illis. Vnde Anſel. Et quidem F
non ignorabat impius ille per inuidiam omnia in
te fieri, nec tamen abſtinuit temerarias à te manus:
ſed amairitudine repleuit animã tuam ſine cauſa.
Illudendum te miſit Herodi, illuſum recepit, nudũ
in conſpectu irriſorum ſtare te iuſsit: nec pepercit
amariſsimis verberibus virgineam carnẽ tuam di-
uellere, plagas plagis, liuores liuoribus infligens.
Electe puer domini dei mei quid tanta amaritudi
ne, quid ranta confuſione dignũ commiſeras? Pror-
ſus nihil: ego homo perditus totius contritionis, to
tius cõfuſionis tuæ cauſa extiti: ego domine vuam
acerbam comedi, & dentes tui obſtupuerunt: quia
quæ non rapuiſti tũc exoluebas. Amor tuus & ini
quitas noſtra ſic te fecit imbecillem. Maledicta ſit
tanta iniquitas, pro qua ſic affligeris. In omnibus
his non eſt ſatiata perfidorũ Iudæorum impietas.
Hæc Anſel. Vide nunc, attende quãta & qualia ab
impio Pilato & ſuis ſine cauſa dominus paſſus eſt
pro te, & exemplo eius ad patientiam in laboribus

*Cõformatio.*

& aduerſitatibus confortare. Sicut enim Chriſtus
verberatur & flagellis nodoſis caro illa ſanctiſsima

 & mem

& membra delicatiſsima acerrimè dilacerantur,
G ac corpus eius formoſum plagis liuet, & ſanguine vndiq; rubet: ſic miles Chriſti ſtrennuus debet corpus ſuum per aſperitates & duritias debitas caſtigare, ne inobedienter incipiat recalcitrare.

Flagellationis figura.
Iudith.6.

Flagellatio domini præfigurata fuit per Achior principẽ ligatum ad arborẽ. Achior ligatus fuit ad arborem per Holofernis ſatellites: Chriſtus ad columnã, per Pilati milites. Achior propter veritatẽ quam dixerat, fuit ligatus: Chriſtus propter veritatem quam prædicauerat, fuit flagellatus. Achior ligabatur, quia noluit Holoferni loqui placentia: Chriſtus, quia reprehẽdit Iudæos cum eorũ diſplicentia. Achior ligatus eſt, quia gloriã dei magnificabat: Chriſtus flagellatus eſt, quia nomen patris ſui manifeſtabat.

Hiere.20.

Flagellatio etiã Chriſti, in flagellatione Hieremiæ præfigurata fuit, quem Phaſſur flagellauit. Soluto autem domino à colũna, ducunt eum ſic nudum, ſic flagellatũ, per domũ pro pannis ſuis colligendis, qui ſparſim per domum ab expoliatoribus proiecti fuerant.

Contemplatio.

Intuere bene eum ſic afflictũ ſic trementẽ propter frigus: quia hyems erat. Attende
H diligẽter, & conſidera ſtatũ eius in actibus ſingulis vt intimè cõpatiaris, ac ſimul paſcaris: auerte autẽ parumper oculos à diuinitate, & eum purũ hominem conſidera, & videbis iuuenẽ elegantẽ, nobiliſſimum, innocentiſsimũ, & amantiſsimũ, totum autem flagellatũ, & ſanguine liuoribusq; reſperſum: pannos ſuos vndiq; ſparſim proiectos de terra recolligere, & cum quadã verecundia & rubore ſe nudũ coram illis ſemper ipſum deridentibus ſe reueſtire ac ſi foret omnium infimus, à deo derelictus, & omni auxilio deſtitutus. Intuere ergo eum diligenter, ac pietate & cõpaſsiõe mouearis. Redeas poſtea ad diuinitatẽ: & conſidera illam immenſam æternam & incõprehenſibilẽ, & imperatoriam, maieſtatem, incarnatã, ſe flectentẽ, & humiliter ad terram inclinantem, pannos recolligentẽ, & ſe cum reuerentia, rubore ſimiliter reueſtientẽ: ac ſi eſſet homo viliſsimus, imò quidam ſeruus empticius, ſub il-
I lorum dominio conſtitutus, & ab eis pro aliquo exceſſu correptus & caſtigatus. Intuere & nunc eum diligẽter, ac humilitatẽ ſuam admirare, & pro poſſe imitare. Secundũ eandem etiam conſiderationẽ intueri potes eundem cùm poſt coronationem purpura ſpoliatus ſe vult reueſtire.

Documenta.
Pſal.37.

Ex hoc articulo flagellationis, habentur duo documenta. Primum eſt, ꝙ nos flagella dei libenter debemus ſufferre, vt vnuſquiſq; noſtrũ poſsit cum Pſalmiſ. dicere: Quoniam ego in flagella paratus ſum. Et meritò, quia ſi vnicus dei filius paratus fuit ſuſcipere in ſe noſtra flagella ex obedientia patris: cur & nos adoptiui non eſſemus parati ſufferre flagella eiuſdem patris, quæ ipſe per ſe vel per miniſtros, ſeu inſtrumenta ſua media nobis miſericorditer infligere dignatur ad emendationem noſtram.

Hebræ.2.
Apocal.3.
Flagellantes iterum Chriſtum.

Nam ſecundũ Sapientem, quem diligit deus, caſtigat: flagellat autem omnem filium quem recipit. Secundum eſt, ꝙ diligenter caueamus ne & nos iteratò Chriſtũ flagellemus: quod fit quotieſcunq; mortaliter peccamus. Cùm enim Chriſtus flagellatus ſit pro peccatis noſtris, quandocunq; peccamus tunc Chriſto vnum ictum flagelli quãtum in nobis eſt incutimus: ſicut apoſtolus de quibuſdam dicit, rurſum crucifi- K gentes in ſemetipſis filium dei.

Cõformatio.

Ad conformandũ ſe huic articulo, poterit homo flagello vel virga ſeipſum cædere, ſi gratiam habet: vel ſaltem compatiendo flagellato Chriſto, mentaliter ſe flagellet & ſic oret: Ieſu qui pro nobis flagellari vndiq; voluiſti: da mihi flagella tuæ paternę correptionis libenter ſuſcipere, & de peccatis meis nunquã denuo flagellare. Cùm igitur poſt flagellationẽ Ieſus reueſtire ſe vellet, contendunt impijſsimi quidam Pilato dicentes: Domine hic ſe regem fecit, veſtiamus & coronemus eum more regio. Miſeri ad plenum ſibi illudere volebant antequã eum morti traderent. Vnde Anſel. Nouiſsimè autẽ domine Ieſu in manus incircunciſorum militum deuolutus es, morte turpiſsima conſummandus: parum erat ſacrilegis manibus ſuis crucifigere te, niſi prius repleuiſſent illuſionibus animam tuam. [Et] conſentiente Pilato, [congregauerunt ad hoc vniuerſam cohortẽ in prætoriũ,] vbi ſedebat præſes & ſenatus, vt omnes L intereſſent tali ſpectaculo, & vt magis ei illuderent in loco patenti & coram multitudine, [&] eum vix reueſtitũ, [exuentes veſtimẽtis ſuis induerunt eum veſte,] ſeu tunica, [purpurea, & circundederunt ei chlamydem coccineã,] id eſt, pallium ſiue mantellum, non conſutum: ſed fibula infrenatum coccinei coloris, qui eſt inter rubeum & purpureũ, in opprobrium regij nominis: quod ipſe (vt Iudei aſſerebãt) indebitè vſurpabat: & ad deridendũ eum, ſicut regem falſum, acceperũt purpuram & chlamydem: non nouã, ſed veterem, in confuſionis augmentum: quia enim rex dicebatur, induũt eum veſtibus quibus reges veteres vtebãtur.

Clamys coccinea.
Veſtitus tripliciter Chriſtus vno die.

Chriſtus illa die fuit indutus triplici veſte: ſcilicet alba, rubea, & coccinea: ad deſignandũ quòd qui vult eſſe de Chriſti familia, debet portare veſtẽ albam innocentiæ, rubeam charitatis & obedientiæ, & coccineã pœnitentiæ ſic ergo tunc purpura & chlamyde induerũt eum: & vnus euangeliſta exprimit vnũ, alius aliud: quia ſi tantum chlamydẽ ei circũdediſſent, non eum nu- M daſſent: ſicut non legitur nudatus ante Herodẽ, vbi impoſuerunt ſibi albam veſtem. Et bene conueniẽbat veſtis alba & rubra tali corpori, vtpote toti ſanguine rubricato ex flagellatione: vt impleretur illud Eſaiæ.

Eſaiæ 63.

Quare rubrum eſt indumentũ tuum, & veſtimentum ſicut calcantium in torculari? & hæc quæſtio, ſecundum gloſam, fuit angelorum videntium & mirantium quòd Chriſti corpus quod de vtero virginali tantum candorẽ habuit, quantum fullo non poteſt facere ſuper terram, intantum fuit ſanguine rubricatum. Ad quam quæſtionem ipſemet ibidem reſpondit dicens: Torcular calcaui ſolus: quaſi diceret, ſecundum gloſam.

Ibidem.

Ego ſolus ſuſtinui preſſuram crucis, flagellorum, & omnium tormentorum paſsiones, in quibus quaſi prelo preſſus ſum, ſanguine proprio per totũ corpus meum pro ſalute mundi aſperſus. In purpureo ergo veſtimento caro eius paſsionibus obiecta ſignificatur. Per hoc etiam ſignificatur paſsio martyrũ, qua totum corpus Chriſti, id eſt, eccleſia rubricatur: & ſic etiã purpura veſtitur, cùm de triumphis ſanctorũ martyrum





Documenta.

tyrum gloriatur. Ex hoc articulo trahuntur duo
A documenta. Primũ eſt, quòd nos peccata noſtra operire debemus operibus charitatis: vt ſicut Chriſtus noſtrorũ peccatorum flagellis cruentatus purpura cooperiri voluit: ſic & nos opera noſtra cruenta, id eſt, peccata noſtra cooperiamus purpura vernantis charitatis: quia, vt ait Petrus, charitas operit multitudinem peccatorũ.

1.Petri 4.
Canti.7.

Vel etiã per purpuram ſignificatur memoria dominicę paſsionis. Vnde in Canticis, Comæ capitis ſponſæ, id eſt, animæ fidelis dicuntur eſſe ſicut purpura regis: quia cogitationes mentis noſtræ, quæ per comas capitis intelliguntur, verſari debent aſsiduè circa paſsionem redemptoris, vel etiã circa opera charitatis. Secundũ documentum eſt, ꝙ per hoc ꝙ dñs noſter veſte regali indui voluit, ſecundũ Theophilum, docemur quòd & nos habitu mentis veſte regia induamur, & ſimus verè reges calcantes ſuper ſerpẽtes & ſcorpiones: id eſt, omnia vitia ſuppeditantes. Vnde dicimur Chriſtiani, id eſt, vncti quaſi reges.

Conformatio.

Ad cõformandum ſe iſti articulo & ſeptẽ ſequentibus illuſionum articulis, recogitet homo factũ cuiuſlibet
B articuli cum aggrauationibus ſuis: & oret ſicut in quolibet articulo deuotio miniſtrabit: Ieſu qui veſte purpurea illuſoriè indui voluiſti: da mihi iugẽ tuę paſsionis memoriã induere, & peccata mea charitatis purpura operire.

Coronatio Chriſti.

Pro diademate autẽ ſeu corona regali, [plectentes,] cõplicando ſeu plicantes, id eſt, cõponentes connectẽdo [coronã,] id eſt, ſertum ad modũ coronæ capitis [de ſpinis,] hoc eſt de iuncis ſpinoſis & aculeatis, valde acutos angulos habentibus, [impoſuerunt capiti eius] reuerẽdiſsimo & tenerrimo, aculeis ad caput verſis: vt pœna punctionis cumularetur probro irriſionis: qui attentius conſideraſſe ſe dicunt, ſpinas illas iuncos fuiſſe marinos aſſerunt: quorũ acies non minus dura & acuta, aſpera & pungitiua ac penetratiua ſpinis eſſe dicitur, intantũ vt etiam homines calciati deſuper calcantes inde vulnerentur. Vnde Poëta: Et acuta cuſpide iunci.

Iunci marini.

Suauiſsimũ mihi ceruical ſit illa ſpinea corona domine capitis tui, ſuper quã dulciter caput meũ requieſcat.

Documenta.

Ex hoc articulo tria habentur documenta. Vnũ, quòd nos peccata noſtra per
C recordationẽ ſemper in mẽte portemus, ſicut Chriſtus ſpinas peccatorũ noſtrorum in ſuo capite portauit: quia ſecũdum Bedam, In corona ſpinea quã portabat, noſtrorũ ſuſceptio peccatorum oſtenditur: quorum ſpinas remouit, per ſpinas quas portauit.

Gene.3.
Trophęa.

De his ſpinis dictũ erat primo homini: Terra ſpinas & tribulos germinabit tibi: quia terra noſtri corporis peccata germinat, quæ ſuis aculeis conſcientiam noſtrã ſicut ſpinę pungunt. Has ergo ſpinas Chriſtus ſuſcepit portandas pro corona victoriæ. Solent enim victores arma deuictorũ hoſtium pro ſigno victoriali geſtare, & de his gloriari. Arma diaboli ſunt peccata noſtra, quibus armatur cõtra nos: quæ dominus in paſsione ſua abſtulit: ipſe enim eſt agnus qui abſtulit peccata mũdi.

Coronæ ſpineæ cauſa.
Cantic.3.

Idcirco ſpineam coronã, vtpote victorialem in ſuo capite geſtare dignatus eſt. In iſta corona videre regẽ noſtrum deſiderabile eſt omni animæ amanti. Vnde ad hoc ſponſa in Canticis, omnes fideles animas euocat dicens: Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonẽ in diademate quo coronauit ma- D ter ſua, ſcilicet ſynagoga ad literã: vel mater ſua, id eſt, charitas quantũ ad tropum præſentẽ. Aliud documentum eſt, ſecũdum Theophilum, vt & nos ſumamus coronã ſpineam: id eſt, feſtinemus coronari vita arta, abſtinẽtijs & puritate conſcientiæ: hæ enim ſunt quædã ſpinæ propter auſteritatem quam habent. Tertium documentũ eſt, vt & nos conemur coronari ſpinis tentationum. Quælibet enim tentatio nos impugnans, eſt quaſi quædã ſpina caput mentis noſtræ pungens, quã dum homo ſuperat, ſpina illa cedit ſibi ad coronã. Vnde quot ſpinas tentationũ homo in hac vita ſuſtinet & ſuperat, tot gemmas pretioſas ad coronam ſuã comparat. Ieſu qui ſpinis coronari voluiſti: fac me pœnitentię ſpinis ſic dignè cõpungi vt à te merear in cœleſtibus coronari.

Arũdinis in dexterã datio.

Pro ſceptro quoq; regali, [dederunt arundinẽ in dextera eius:] dehoneſtãtes arũdine dexterã quæ cœlum regit & terrã, & per hoc ſignantes regnũ quod ſibi vſurpauit, dicendo ſe regem, ad modum arundinis eſſe vacuũ & infirmum, ac ipſum regno vacuum: nõ attendentes, quòd ipſe E dixerat regnũ ſuum non eſſe de hoc mundo: ſed in alio mundo, ſcilicet æternitatis, vbi regnũ eſt firmiſsimum. Ex hoc articulo trahitur documentũ, quòd nos attendere debemus, nos ex nobis eſſe infirmos & fragiles, ac omni bono vacuos, niſi dextera dei nos manu teneat: ſicut arũdo in ſe habet vacuitatem & imbecillitatẽ, ſed manu Chriſti apprehenſa firmatus. Vnde dicit Hilarius: Idcirco ergo dominus noſter arundinẽ in dextera tenere voluit, vt per hoc oſtẽderet ſe nos fragiles vacuos & infirmos manu tenere, & omnibus bonis implere. Item arundo, ſiue calamus, eſt inſtrumentũ ſcribendi: & idcirco ſecũdum Hiero. Chriſtus calamum in manu tenere voluit, vt ſacrilegium Iudæorũ ſcriberet: & oſtẽderet ſe illum eſſe, qui electos ſuos ſcriberet in libro vitę. Ieſu qui arundinẽ pro ſceptro in dextera tibi dari voluiſti: imbecillitatem queſo meam dextera tuæ potentię ſic ſuſtentare digneris, quatenus in me regnũ tuum iugiter conformetur. Sic ergo tria inſtrumenta illuſionis introducũtur: ſci- F licet veſtis purpurea & coccinea, corona ſpinea, arundo vacua. Veſtis corpori, corona capiti, arũdo ꝓ ſceptro manui imponit.

Reus agitur maieſtatis lęſę.

Ad literã hæc ſunt tria regalia inſignia contumelioſè & in deriſionẽ ſibi impenſa, vt reus oſtendatur læſæ maieſtatis, eo ꝙ regnum vellet ſibi vſurpare: nec poſſet obtinere.

Moraliter Illuſio triplex animæ.

Moraliter ſicut Chriſtus illuſus fuit tripliciter: ſic tripliciter anima frequenter illuditur & per peccatum capitur. Primò in oſtentatione humanæ potentiæ, quæ ſignificatur per veſtem purpuream & coccineam: quæ eſt veſtis regum & potentum. Secundò, in cupiditate affluentiæ opulentiæ: quæ notatur per coronam ſpineam, diuitiæ enim ſpinis & curis ſunt plenæ. Tertiò, in vanitate mundanæ ſapientiæ: quæ ſignificatur per arundinem, quæ pulchra, ſed vento plena & vacua eſt: mundana enim ſapientia in qua confidunt homines, & qua quis non ad dei laudem, ſed ad gloriam ſuam vtitur, eſt quaſi baculus arundineus & confractus.

G Vide hîc quomodo Chriſtus in omnibus non tantum patri,ſed ſuis etiam illuſoribus obedit. Purpuram ſuſcipit,caput coronæ parat, arundinem manu tollit. Sicut ergo Chriſtus rex gloriæ ſpinea corona coronatur,purpura ac ſceptro ſubſannatoriè deluditur:ſic etiã cùm ſeruus Chriſti in hoc mundo vilipenditur,&velut omni honore indignus abijcitur,& à præſumptuoſis deſpicitur, & illuſionibus moleſtatur,cogitet ꝙ ſeruus non eſt maior domino ſuo , nec pro malo habeat ſi patiatur ſimilia regi ſummo. Deinde cùm ſigna regalia ei adhibuiſſent,flectebant genua corã eo:ac deriſoriè eum vt deum adorãtes,[&] vt regẽ ſalutantes, [illudebant ei,]tanquã regnare volenti & non valenti: ac irridentes,[dicebãt ei, Aue rex Iudæorum:] quaſi dicerent, Voluiſti regnare:ſed nõ potuiſti. Regem Iudæorum eum vocantes,verũ dicunt etiam nolentes & irridentes. Et ſic,ſecundũ Bedam,adorabant eũ, quaſi qui deum ſeipſum falsò dixiſſet:& ſalutabãt eum,tanquã qui ſeipſum falsò regẽ feciſſet. Quod fecerunt,vt eorũ illuſio reſponderet Iudæorũ accuſationi:quia de vtroque accuſabatur à Iudæis:de teſtabilis mentis affectu hæc faciunt,quia cõpungentes coronant,ac illudentes adorãt & ſalutant. Et licèt gentiles hoc facerent , tamen Iudæi hoc luunt, qui tanti criminis autores erãt:& ideo in paraſceue cùm pro perfidis Iudæis oratur, genua nõ flectimus, cùm fortè Iudæi hoc agebant cũ gentilibus. Vbi Chryſoſto. dicit, quòd milites pecunia corrupti hoc ad gratiã Iudaicam faciebant. Auguſt. autem dicit,hoc eſſe factũ mandato vel permiſſione præſidis: vt ſcilicet magis Iudæorũ odia ſaturarentur,& facilius eum eriperet. Ex hoc articulo habetur documentũ , quòd nos caueamus ne Chriſtum falsò adoremus,vel ſalutemus. Myſticè falsò Chriſtum adorant & ſalutãt,qui in eũ credunt,ſed peruerſis actibus deſpiciunt:ore eũ confitentur, ſed factis negant. Item falsò adorant vel ſalutant,qui inter orandũ aliquid quod eſt cõtra diuinum honorem mente pertractant. Item qui in eccleſijs ſigna deuotionis oſtendunt, & poſtea iniurias Chriſto graues in mẽbris ſuis faciũt. Item falsò Chriſtum adorant & ſalutant omnes pſeudochriſtiani. Ieſu qui irriſoriè adorari & ſalutari voluiſti:da mihi te deum meũ verum adorare in ſpiritu & veritate,& te ſolum verũ regem venerabiliter ſalutare. [Et] vt illuderent factis,ſicut illuſerãt ſignis & verbis,[dabant ei alapas,]in augmentũ illuſionis:& hoc ideo vt ipſo opere oſtenderent illuſoriũ eſſe quòd ei talem honorẽ exhibebant. In hoc enim illuſionem ſuam magis deſpectiuã fecerunt , quòd velut adorantes deũ,& ſalutantes regem,eum alapizauerũt. Et differt illa alapizatio ad illa quæ in domo Annæ fuit facta : quia ibi vna alapa ab vno miniſtrorum, hîc autẽ plures alapę à diuerſis dabantur : & illa dabatur cauſa illuſionis,iſtę cauſæ illuſiõis. Documenta autẽ poſſunt hîc accipi ibi. Ieſu qui alapis cędi voluiſti:fac me ore & vita tibi ſemper plaudere, & aliorũ opera licèt mala ſint, mihi in bonum cooperari cõcede. [Et expuebant in faciem eius,] ſicut perſonæ viles & contemptibiles. O quàm vilis actus militum. Ex hoc apparet quòd iſti dicuntur milites,non ſecundum nomen militiæ præſentis tẽporis, quo generoſi & nobiles qui equites nominantur de calcaribus deauratis:tales enim nobiles perſonæ nõ illuderent,nõ conſpuerent, nec crucifigerent,nec veſtes crucifixi ſibi diuiderent quod ad carnifices potius pertinet. Sed dicuntur milites, ſecundum antiquã conſuetudinẽ,ſtipendiarij,& ſeruientes pedites. Sicut patet in geſtis Iulij Cæſaris. Vbi milites ab equitibus diſtinguũtur. Et in actibus apoſtolorum,Vbi dicitur: Quòd Paulus cũ militibus ducentis,& equitibus ſeptuaginta de Hieruſalem miſſus eſt Cæſareã. Ergo milites in hoc loco intelligimus viles ſtipendiarios carnifices, quales nullam perhorreſcunt inſolentiã:qui dicti ſunt milites,nõ à nobilitate,ſed à fortitudine:erãt enim robuſti corpore,& ad omne malum expoſiti,vt dicit Chryſoſt. de quibus dicit Theophilus,quòd in iſtis illuſionibus militaris vana gloria ſemper inordinatis gaudens opprobrijs ſibi propria oſtendebat. Documẽta hîc poſſunt ſumi, ſicut ſuprà de cõſpuitione in domo Caiphę facta. Ieſu qui in delicioſiſſimam faciẽ tuam cõſpui voluiſti: da mihi faciem tuam in ſacramẽti euchariſtiæ ſumptione indigna non polluere,& conſcientiã meam immũdis cogitationibus nõ fœdare. Et accipiebant arundinẽ de manu eius: [& percutiebant] ſacrũ [caput ipſius:] & ratione doloris infligendi,vt aculei ſpinarũ fortius infigerentur capiti:& ratione contẽptus,in ſignum vacuitatis & nihili: nõ enim tantũ cauſa lędendi eum, per puncturas ſpinarũ & per ictus baculi, quantũ cauſa illudendi & vilificãdi hoc fecerunt:nam viles perſonę baculis ſicut beſtiæ percuti conſueuerũt:quaſi dicerent ad eum, O tu homo vilis,vt quid te regẽ facis? In hoc fiebat ei ſicut furi qui fune capiti circũpoſito torquetur , vt recognoſcat mala quæ fecit:& ſicut funis cõſtringitur,vt ſe amplius profundet vel grauius torqueat , ſic & Ieſum coronatũ arundine percutiebãt. Percutiebant arundine caput pauẽdum, dæmonibus tremẽdum, ac reuerendum cunctis cœlorũ virtutibus,& venerandum ſanctis omnibus, caput benedictũ in ſecula:à quo omnis benedictio nõ ſolum in barbã , verum etiam in oram veſtimẽti totius eccleſiæ manat. O miſeri quomodo vobis adhuc tremendum apparebit caput illud,quod nunc ſic percutere non formidatis? Et tunc ſanguis per aculeos coronæ de capite extractus,& largiter fluens,tinxit caput & genas eius,ita vt appareret quaſi leproſus: quia ſanguis & ſputa appoſita faciebãt eum leproſo ſimilem. Tinxit ergo ſanguis totum caput eius: ſicut cruor flagellis extractus, & ſudor ſanguineus tinxit omnes alias partes corporis,vt nõ tantum manus & pedes & latus dicamus ſanguine reſperſa: ſed tota veſte tincta Chriſtũ aſcendiſſe de Bozra. Cerne igitur eum cũ cordis amaritudine in ſingulis ſuis afflictionibus,quia omnia ſuſtinet quæ ipſi volunt quaſi eorũ ſeruus, & ad omnia tacet quaſi mutus. Et maximè cerne eũ cùm caput eius ſpinis plenũ arũdine grauiter & ſępe percutitur,quomodo depreſſo collo patiẽter,cũ dolore tamẽ magno, acerbos ictus ſuſcipit & patitur. Perforabant nãq; caput ſacratiſſimũ acerbiſſimæ illæ ſpinę, ac totũ

madefaciebant

(Marginal notes: Obedientia Chriſti. — Ioan. 13. — Flexio genuum. — H — Genua nõ flecti pro Iudæis. — Documentum. — Adorare falsò. — I — Alapizatio à multis. — K — Milites. — Act. 23. — L — Arũdinis incuſſio. — M — Contemplatio.)



A madefaciebant ſanguine. Ex iſto articulo trahitur documentum,ꝙ caueamus ne & nos caput Chriſti cum arundine percutiamus. Caput quidem Chriſti percutiunt,qui diuinitatẽ eius impugnant: & eum deum eſſe verum denegãt. nam ſecundũ Apoſtolũ, Caput Chriſti eſt deus: id eſt , diuinitas creans, eſt caput creaturæ aſſumptę. Arũdo autẽ vel calamus, ſignificat ſcripturã diuinam, calamo ſpiritusſancti ſcriptam. De qua in Pſalmo dicitur: Lingua mea calamus ſcribæ. Calamo igitur (vt dicit Beda) caput Chriſti percutiunt,qui diuinitati eius cõtradicentes errorẽ ſuum autoritate ſacræ ſcripturę,quę calamo ſcribitur,cõfirmare conẽtur. Quales ſunt, qui eum purum hominẽ fuiſſe dicunt. Itẽ arũdine caput Chriſti percutiunt , quando propter aurum mundani fauoris, quæ per arundinem ſignificatur, deus offenditur. Item caput Chriſti calamo percutiunt, qui ex ſcriptura diuinitatẽ , pluſquã oportet inueſtigare ſatagũt: vnde & interdum ſanguinem erroris eliciunt. Itẽ cum arundine Chriſtum in capite percutiunt, qui per vacuã, id eſt, otioſam vitã B Chriſtum offendunt: qui eſt caput noſtrum : à quo in omnes ſenſus noſtros vitales operatiões defluũt, qui & operum noſtrorum exempla nobis prębuit. Vnde in quolibet otio , cùm adeſt nobis opportunitas bonum faciendi, homo otioſus Chriſtum quaſi in capite percutit: ita vt ex tali percuſſione & ſpinarum pũctione ſanguis de capite Chriſti emũgatur. hoc eſt quia Chriſtus dolet & pungitur vſq; ad ſanguinem de otio noſtro: quia videt ꝙ exẽpla ſua non fructificant in nobis. Ieſu qui nobile caput tuũ arundine percuti voluiſti: da mihi te caput noſtrũ per inanem vitã non offendere:ſed tibi placitis moribus deſeruire. Coronatio & illuſio Chriſti,ac eiꝰ patientia præfigurata fuit in rege Dauid, quando ab inimico Semei, tanta mala patienter tolerauit. Semei proiecit ſuper Dauid lapides,ligna, & lutũ: ſic ſynagoga iniecit in Chriſtum palmas,ſpinas,& ſputum. Semei Dauid virum ſanguinum , & virũ Belial vocauit:ſynagoga Chriſtum ſeductorem,& maleficum appellauit. Sed Abyſai cum voluiſſet C Semei occidere, Dauid ꝓhibuit:& angeli occidiſſent deriſores Chriſti,ſed ipſe nõ permiſit. Chriſtũ etiã pręfigurauerũt nuntij regis Dauid,quos Amõ rex Amonitarum tã turpiter dehoneſtauit. Dauid miſit Amon nuntios ad pacẽ inſtaurandã: quorum veſtes ipſe præcidit vſq; ad nates, & radi fecit mediam barbã:ſic deus filium ſuum ad pacẽ faciẽdam in mundum miſit,quem ſynagoga nudans veſtibus barbam ipſius ſputis maculauit. De præmiſſis domini cõtumelijs (dicit Aug.) Sic enim implebantur quæ de ſe dixerat Chriſtus:ſic martyres informabantur ad omnia,quæ perſecutores libuiſſet facere perferenda : ſic paulisper occultata tremenda potentia, cõmendabatur prius imitanda patientia: ſic regnum quod de hoc mundo nõ erat,ſuperbum mundum nõ atrocitate pugnandi,ſed patiendi humilitatẽ vincebat:ſic illud granum multiplicandũ ſeminabatur horribili contumelia,vt mirabili pullularet in gloria. hæc Aug. Væ igitur ſemel,væ vę bis, & væ iterum his qui poſt tam præclarum humilitatis ſpeculum ſuperbia tollũtur in altum: opprobria refugiũt,& ad honores aſpirant:rurſus cõtemptui habentes dei filium,quẽ tanto ab hominibus D amplius omni cõſtat honorificentia dignũ,quãto pro hominibus indigniora ſuſtinuit. vnde Chry. Tot autẽ & talibus factis ipſe inſtabat ſilẽs:tu verò audiens hæc in mente habe cõtinuè , & regẽ orbis terrarum & angelorum dominum vidẽs contumeliam patientẽ , & omnia ferentem ſilẽtio imitare. Et iterum: Quæ igitur erit nobis cura de cætero,ſi cõtumelias ab aliquo patiamur: poſtquã hęc Chriſtus paſſus eſt? Etenim quod fiebat in Chriſto,vltimus cõtumeliæ terminus erat:nec vna particula tãtum,ſed vniuerſum corpus patiebatur iniurias:caput per coronam,& arundinẽ, & colaphos: facies, quia conſpuebatur: genæ, quia alapis cædebantur: corpus totum,per flagella: & quia denudatũ eſt,& per circundationem chlamydis, & per fictã adorationem manus,per arũdinem, quã dederunt ei pro ſceptro: ac ſi timerent ne prætermitterent aliquid grauiſſimæ pręſumptionis. vnde Anſ. Regali purpura induitur: ſed plus in ea deſpicitur , quàm E honoretur. Sceptrum in manu geſtat:ſed eo ipſo reuerendum caput eius feritur. Adorãt coram ipſo poſitis genibus in terra, & regẽ conclamant, & cõtinuò ad conſpuẽdum amabiles eius genas ſubſiliũt: maxillas palmis concutiunt,& honorabile collum exhonorãt. hæc Anſel. Omnes verò iſtæ illuſiones militum, & cõtumelię Iudęorũ Chriſto illatæ nobis tribuũt myſteria: licèt alia intẽtione ab eis ſint facta,prout ſæpius tactum eſt ſuprà. Hæc autẽ ſecundum Ioannẽ ante ſentẽtiam Pilati facta ſunt: ſed Matthæus & Marcus, poſt ſententiam ea quæ omiſerant recordãdo ponũt: ſic ergo (vt dictũ eſt) martyres informabantur ad perferenda oĩa,quæ à perſecutoribus inferebãtur. Quod eñ in veſte duplici, ſcilicet alba & rubea Chriſtus illuſus eſſe ꝓhibetur: in vno puritas ſuæ humanitatis : in altero veritas paſſionis exprimitur. Hoc etiam ſignificat duplex martyrij genus,quo in paſſionibus eccleſia adornatur,vt ſit candida virginitate, & rubicunda ſanguine. Et ipſa eccleſia varij mẽbrorum ſuorum floſculis vernans in pace lilia gignit,in bello roſas. F Vnde dicit admirando: Dilectus meus candidus & rubicundus:candidus,ſcilicet actione:& in pace lilium virginum:ac rubicũdus ſanguine , & in bello roſa martyrum. In vtroq; ergo habitu domini,põt omnis multitudo electorũ intelligi: alba enim veſte induuntur virgines & cõfeſſores,& rubea martyres. Vnde & dominus alba veſte induitur , cùm munda iuſtorum cõfeſſione circundatur: rubea veſtitur, cùm in triũphis victorioſorũ martyrũ gloriatur. Si autẽ te nudũ abſq; his veſtibus inueneris, veſte Chriſti rubea induere:& totus Chriſti paſſionibus adornare,ſed nec illis ſufficiebat ꝙ ad maiorem illuſionem totã cohortẽ militum cõgregauerant:ſed & Pilato iubente corã ipſo & toto populo Iudęorum foris expectante,qui propter feſtum nõ introibant in prætoriũ, adduxerũt foras Ieſum ſic illuſum:& ad deriſionẽ & cõfuſionẽ paratũ omnibus demonſtrandum. [Exiuit ergo iterũ Pilatus] de prætorio, [foras] ad Iudæos, [& dixit eis. Ecce adduco vobis eum foras:] poſtquã diligenter examinaui,

(Marginal notes: Documẽtum. — Caput Chriſti ꝑcutere. — Pſal. 44. — Otij deteſtatio. — Coronationis & illuſionis figuræ. — 2.Reg.16. — 2.Reg.10. — Superbiæ execratio. — Patientiæ laudatio. — Corporis totius contumelia. — Myſteria illuſionũ. — Cantic. 5. — Veſtium colores. — Coronati egreſsio.)

minaui,& puniui,ad vobis ſatisfaciendum: [vt co-
G gnoſcatis quia nullam in eo cauſam,] ſcilicet mor
tis, [inuenio:] licèt afflictus & illuſus ſit,& hoc ad
voluntatem veſtrã innocenti feciſſe ſufficiat. In eo
habitu illũ oſtendit,in quo illuſus eſt à miniſtris:vt
ſaltem ſic quieſcant vidẽtes eum plenũ opprobrijs.
[Exiuit ergo Ieſus] ex præcepto Pilati, [portans
ſpineam coronã,& purpureã tunicã,] & chlamidẽ
coccineam, turpẽ & veterẽ: ac ſceptrũ arundineũ.
Ecce quàm lamẽtabile ſpectaculũ.Incedebat quaſi
in habitu regali,ſed patebat vndiq; deſpectui. Ecce
quomodo rex & dux tuus confuſione repletur &
humiliter ſuſtinet,vt te ab æterna cõfuſione eripe-
ret,& à ſuperbiæ peſte ſanaret. Hîc ergo inſtrui-
mur,vt opprobria omnia pro nomine Ieſu Chriſti
ſuſtinere parati ſimus,& in omnibus humiliari ſtu
deamus. vnde Anſel. Attende aĩa mea quis eſt iſte,
qui ingreditur habẽs imaginẽ quaſi regis,& nihil-
ominus ſerui deſpectiſsimi cõfuſione repletus eſt:
coronatus incedit, ſed ipſa ei⁹ corona cruciatus eſt
illi,& mille pũcturis ſpecioſum eius verticẽ diuul-
H nerat. hęc Anſel. [Et] tũc quaſi deſpectiuè loquẽ-
do,vel eos ad miſericordiã prouocando, [dixit eis

Ecce homo.

Pilatus,ecce homo:] ecce de quali homine creditis
quòd vellet ſibi regnum vſurpare:& quaſi diceret,
& ſi in aliquo malè egiſſet: tamẽ vltra condignum
punitus eſt:& ideo ſufficere vobis deberet: videte
caput eius perforatum: totũ corpus laceratũ: faciẽ
conſputã:& pro deo cõpatiamini ſibi,q̃a frater ve-
ſter eſt:volebat enim Pilatus vt ſenſibiliter viderẽt
qualiter fuiſſet punitus & illuſus, vt ſic moueren-
tur ad cõpaſsionẽ, qui animo liberandi eũ fecit hãc
oſtenſionem.vnde Chryſo.Propterea coronatũ Ie-
ſum eduxit ad eos,vt conuitiũ quod à militibus fa-
ctum erat in eũ,videntes parũ reſpirent à paſſione
& vomant venenũ.vnde & Aug.Hinc apparet non
ignorante Pilato hęc à militibus facta:ſiue iuſſerit
ea,ſiue permiſerit:illa ſcilicet cauſa,vt hæc eius lu-
dibria inimici libentiſsimè viderẽt,& vlterius eius
ſanguinẽ non ſitirent. Egred tur ad eos Ieſus por-
tans ſpineam coronam , & purpureũ veſtimẽtum:
I non clarus imperio , ſed plenus opprobrio : ſpinis
punctus,ſputis illuſus,flagellis afflictus. Et dicitur
eis,ecce homo:quaſi dicat, Si regi inuidetis:iã par-
cite,quia deiectũ videtis:flagellatus eſt,ſpinis coro-
natus eſt,ludibrioſa veſte amictus eſt,amaris cõui-
tijs illuſus eſt , alapis cæſus eſt , feruet ignominia,
frigeſcat inuidia. Sed non frigeſcit: inardeſcit po-

Documẽtum.

tius,& increſcit hæc Auguſti. Ex hoc articulo ſu-
mitur documentum,ꝙ nos Chriſtum illuſum ante
mentis noſtræ oculos habeamus: & in veſtitu & in
exteriori apparatu non vanè gloriemur: quoniam
dominus noſter in veſtitu illuſus eſt. Et maximè in
hoc ſequi Chriſtũ debent religioſi & monachi,qui
Chriſtum illuſum repræſentant in habitu, tonſura,
& ferulis: habitus enim monachalis deſpectibilis
eſt,& quaſi illuſorius hominibus mũdanis : corona
autem capitis monachalis,repræſentat coronã ſpi-
neam:baculi ſeu ferulæ , quos antiquitus monachi
portare conſueuerunt,repræſentant arundinem.Et
ſicut Chriſtus non dedignabatur habitu illuſorio
populo Iudæorum oſtendi:ſic non erubeſcant mo-
nachi & alij mundi contẽptores, qui ſecundũ apo-
ſtolum ſpectaculi facti ſunt mundo in habitu con- K
temptibili , & inſignijs regalibus illuſorijs prædi-
ctis Chriſtum regẽ imitari.Itẽ eſt hîc documentũ,

Eleuatio hoſtiæ.

quòd iſtam oſtentationẽ Chriſti repræſentat ſacer-
dos in eleuatione hoſtiæ : quaſi diceret ipſe, [Ecce
homo.] Quia enim ſacramẽtum altaris eſt memo
riale dominicæ paſsionis,& Chriſtus eſt paſſus,ſe-
cundum humanitatẽ:ſecundum diuinitatẽ verò eſt
impaſsibilis : ideo ſacerdos oſtendẽs ibi Chriſtum,
congruẽtius dicit,ecce homo:quàm ecce deus:licèt
ipſe ſit & homo & deus: ſed homo patẽs fuit in illa
oſtenſione,& deus latens. Itẽ eſt documentũ,quòd
nos debeamus cum eiſdem inſignijs myſticè acce-
ptis prout dictum eſt , ſuis locis ante conſpectum
Chriſti regis noſtri in iudicio apparere , cũ quibus
ipſe dignatus fuit Iudæis oſtentari.Ieſu qui cũ illu-
ſionis inſignijs Iudæis oſtentari voluiſti : da mihi
oſtentationem vanæ gloriæ deuitare, & cum eiſdẽ

Pertinacia Iudæorum.

inſignijs myſticis ante conſpectũ tuum in extre-
mo iudicio cõparere.Sed licet Pilatus hæc agat:ta- L
men inſatiabilis ſacrilegorum furor non ceſſat,ſed
magis inſtat. Ecce magna pertinacia Iudæorũ, in
procurãdo mortẽ Chriſti : nam obſtinata nequitia
non emollitur miſericordia.Tunc enim illi Iudęi,
filij diaboli,cùm vidiſſent eũ ſic punitũ & illuſum,
vt cognoſcerẽt ꝙ Pilatus ſic volebat dimittere eũ:
in nullo cõpatientes ei , ac punitionis correptione,
& illuſionum opprobrio nõ contriti, nec Pilati ex-
cuſatione placati, [clamabãt] tumultuoſè, & alios

Crucifige.

ad clamandum excitabãt: [dicentes:crucifige,cru-
cifige eum:] quaſi dicerent,hæc pœna nullo modo
nobis ſufficit:ſed petimus quòd moriatur. Vidẽtes
eum magis cõmouebãtur, quia ex aſpectu eius qui
odio habetur magis cõtra eum cor odientis inflã-
matur. Ingeminant autẽ crucifige,propter deſide-
rij vehementiam , & quia voluntate & opere cru-
cifixerunt eum. Magna crudelitas:quia nõ ſufficit

Pœnã eĩ ſanguine poſcunt.

eis alterum,ſcilicet vel flagellare, vel occidere, ſed
vtrumque:nec contenti ſunt quacunque morte,ſed
turpiſsima & duriſsima : ſcilicet crucis deſiderant
occidere.Clauis affigi ad lignũ quærunt, ne dolor M
citius finiatur:ſed morte producta moriatur, & vt
in cruce diutius videatur,& modò mortis diffame-
tur.Et ſecundũ Chryſoſtomũ: Formidãtes ne ali-
qua eius poſt ipſum fiat memoria:ſtudẽt & ad ſup-
plicium ducere maledictum. Verùm,vt dicit Raba
nus,Iudæi de morte peſsima cogitabant : ſed à do-

Crucis ſupplicium à deo & à Iudæis electũ diuerſimodè.

mino nõ intelligẽtibus eis electa erat. Ipſam enim
crucem,diabolo ſuperato, erat tãquam trophæũ in
frontibus fideliũ poſiturus. Cerne etiam nũc quo-
modo ſic contumelioſè veſtitus & coronatus, & cũ
ſceptro incedit,& quomodo facie dimiſſa ſtat corã
tanta multitudine vociferante & clamãte, crucifi-
ge crucifige:ac ſemper eũ deridente,& ſibi inſultã-
te,quaſi ſapiẽtiores eo fuerunt: & ſic nõ ſolum do-
lores & pœnas , ſed etiam contumelias & terrores
recipiebat ab eis. Ex hoc articulo, qui in clamore

Documẽtum.

conſiſtit,trahitur documentum, quòd nõ refert ad
culpę intẽtionem occidere hominẽ lingua vel gla-
dio.vnde Pſalm. Lingua eorum gladius acutus:&

Pſal.56.

loquitur ad literam de Iudæis clamantibus , cru-
cifige.



cifige.ſuper quo Auguſt.Noli attendere inermes
A manus,ſed os armatum:inde gladius proceſsit quo
Chriſtus occideretur.Caueãt ergo ſibi detracto-
res,& proximorũ infamatores,ne exacuant vt gla
diũ linguas ſuas:quia ſicut gladio corpus,ſic lingua
fama hominis perimitur. Vnde dicitur in Prouer.

Prou.18.

Mors & vita in manibus linguæ.Itẽ eſt documen-
tũ,ꝙ non ſemper ad quælibet interrogata eſt re-

Cõformatio.

ſpondendũ.Ad cõformãdũ ſe huic articulo,reco
gitet homo quã terribiles fuerunt illi clamores Iu
dæorũ:& rememoretur an ipſe vnquã iniquis ho-
minũ iudicijs,aut oblocutionibus,ſeu detractioni-
bus contra proximũ per cõſenſum conclamauerit
vel aliàs prout deus dederit:& ſic oret:Ieſu qui ter-
ribiles Iudæorũ voces,crucifige crucifige claman-
tiũ,audire minimè expauiſti: da mihi inimicorũ
tuorũ verbis execrabilibus non terreri,& lingua
mea nocumentũ proximo non inferre. Sed Pila-

Pilati reſiſtentia.

tus videns Chriſti innocentiã,& Iudæorũ malitiã,
impellentiũ ad rem illicitã,& recuſans crucifige-
re Ieſum,dixit eis:[Accipite eũ vos,& crucifigite:]
B qui ſine cauſa conſueuiſtis innocentes condẽnare:
[ego enĩ non inuenio in eo cauſam,]ſcilicet cruci-
figendi,& dandi talẽ ſentẽtiam. Verum dixit Pila-

1.Petri 2.

tus,quia Chriſtus peccatum non fecit: nec inuẽtus
eſt dolus in ore eius.vnde bene dicit,in eo q̃a cau-
ſa mortis Chriſti nõ fuit in eo,ſed in nobis.& ideo
dicit Bernardus:O pijſsime Ieſu,quid tibi & mor-
ti?nos peccauim⁹, & tu luis:nos debuimus,& tu ſol
uis:ac ſi diceret Pilatus,Mihi non licet crucifigere
innocentem:vos crucifigite, ſi vultis. Deriſoriè &
indignãter hoc dixit, quia nõ habebãt poteſtatem
iudicandi aliquẽ ad mortẽ. Vnde,ſecundũ Chryſo.
quòd dixit crucifigite , execrantis fuit hoc ver-
bum,& ad rẽ nõ conceſſam illis impellentis: viden
tes autẽ Iudæi quòd Pilatus clamoribus eorũ non
acquieſceret, incœperunt allegare rationes alias,
quàm ſuprà allegauerant,& accuſabant eum, quia
cõtra legẽ dei filiũ dei ſe fecit:& ideo vt blaſphem⁹

Filiũ dei ſe fecit.

ſecundũ legem quam habebant, mori deberet.Er-
ras ô Iudęe,quia ſe deũ non fecit : ſed pater eũ ge-
nuit deus deum:& ergo filium dei ſe dicendo, non
blaſphemauit,ſed veritatem dixit.Vnde Auguſti-
C nus: Ecce altera maior eſt inuidia.Parua quippe il
la videbatur velut affectatę illicito auſu regiæ po
teſtatis:& tamẽ neutrũ ſibi Ieſus mendaciter vſur
pauit:ſed vtrumque,ſcilicet quia erat rex, & filius
dei,verũ eſt:& vnigenitus eſt dei fili⁹ & rex à deo
conſtitutus ſuper Siõ mõtẽ ſanctũ eius:& vtrũque
nũc demõſtraret,niſi quãtò erat potẽtior,tãtò mal
let eſſe patiẽtior.Hæc Aug.[Tũc ergo Pilatus ma
gis timuit,]ne fortè verũ eſſet quòd eſſet dei filius,
& ſic factũ enorme feciſſet ipſum puniẽdo & illu-
dẽdo,& ne videretur iniquè agere occidẽdo.Illi ve
rò hoc dicẽtes nõ horruerũt:ſed interfecerũt: pro
quibus oportuerat adorare ſecundũ Auguſtinũ:Pi
latus nõ timuit legẽ eorũ,vt occideret,quia alieni-
gena erat,& legẽ non obſeruabat:ſed magis timuit
filiũ dei ne occideret . Prius timuit occidere inno-
centẽ: nunc magis timet occidere dei virtutem.Et
ideo volens de hoc ſecretius inquirere:nõ amplius
interrogauit,quid feciſti: [ſed ingreſſus eſt iterum
prætorium cum Ieſu , vt veritatem magis poſſet
cognoſcere extra tumultũ Iudęorũ:[& dixit ad eũ: D
vnde eſt tu?]id eſt, vnde duxiſti originẽ? ꝓ hoc quę
rebat,vtrũ eſſet deus originẽ habẽs diuinã, vel ho-
mo,habẽs originẽ terrenã. [Ieſus autẽ nõ dedit ei
reſpõſum:]implens illud propheticum,ſicut ouis

Eſaię 53.

nõ aperuit os ſuum: vt nobis daret patientiæ exem
plũ. Quia enim Pilatus altã quæſiuit quęſtionem,
non audiuit reſponſionẽ:nã diuina generatio infi-
deli & incredulo explicanda non erat: & quia ſuã
paſsionẽ impedire nolebat:cũ ad hoc veniſſet,quòd
pro nobis pati vellet.[Dixit ergo ei Pilatus,] pro-
uocãs eũ ad reſpõſum aliquod,per quod illa accuſa
tio excludi poſſet:[Mihi non loqueris?]Mirabatur
de eius taciturnitate, cũ eſſet in puncto liberatio-
nis,vel condẽnationis ſuæ.Ideo ſequitur: [Neſcis
quia poteſtatẽ habeo crucifigere te, & poteſtatem
habeo dimittere te?]quaſi diceret, mihi ſaltẽ debe
ret reſpõdere.Tua Pilate voce cõſtringeris:tua ſen
tentia dãnaris.Si enim in te totum eſt poſitũ,qua-
re innocentẽ,in quo nullã cauſam inuenis,non ab-
ſoluis?pro poteſtate ergo, non pro æquitate crucifi E
gendũ dominũ tradis per poteſtatẽ latronẽ abſol-
uis, autorẽ verò vitæ interficis : & quia gloriatur
de ſua poteſtate,ideo reſpõdit Ieſus ad reprimẽdũ
eius iactantiã & tumorẽ,dicens: [non haberes po-
teſtatẽ aduerſum me vllam]quãtulãcunque habes:

Poteſtas Pilati vnde.

[niſi]hoc ipſum quicquid eſt[tibi eſſet datũ] & cõ
ceſſum[deſuper]ſcilicet à Cæſare,& vlterius per-
miſſum à deo,qui eſt poteſtas ſuperior:& à quo eſt
omnis poteſtas.Et ex hoc arguit eius peccatũ,quia
nõ acceperat poteſtatẽ à Cæſare & à deo cõdẽnan
di innoxios,ſed magis liberãdi eos:& quia Pilatus
Gẽtilis erat,& ſuperioris poteſtatis timore ange-
batur:dicit eũ minus peccare quã Iudæos, qui legẽ
nouerãt,& inuidia mouebãtur, vnde Auguſtinus,
quia plus peccat qui poteſtati innocentẽ occidẽdũ
liuore tradit,quã poteſtas ipſa ſi eũ timore alteri⁹
maioris poteſtatis occidit:nec timẽdo quidẽ, præ-
ſertim innocẽtẽ hominẽ,homo debet occidere: ſed
tamẽ id zelãdo facere, multò magis malũ eſt quã
timẽdo.Hæc Aug. Et ſimiliter traditor plus pecca F
uit,qui pro quæſtu eũ Iudæis tradidit. Maius ergo
erat peccatũ Iudæ & Iudæorũ,quã Pilati:quia ad
occiſionẽ Chriſti Iudas fuit motus cupiditate, Iu-
dæi autẽ rãcore, ſed Pilatus humano timore. [Et
exinde,]id eſt ex hac cauſa,& propter hoc,ſcilicet
ne peccaret,& peccatũ haberet occidẽdo innocen
tẽ,& dei filiũ:[quærebat Pilatus dimittere eũ,] ab
ſolutũ:quãuis minus eſſet peccans quã alij qui tra-
diderũt illũ:nõ quod tunc primũ conciperet:ſed ſi
prius volebat,modò quęrebat.Suprà enim tẽtabat
eũ dimittere:ſed extunc omnino & cõſtãti animo
quærebat hoc facere.Iudæi autẽ nõ valẽtes per fal
ſas accuſationes circumuenire iudicem,nituntur ei
de iniuria Cæſaris ingerere timorem : & ideo de
hoc magis quam de omnibus ſuperius dictis eum
terrere putantes,[clamabant dicentes: Si hunc di-

Cęſaris amicus.

mittis, qui ſe regem facit:]non eſt amicus,]& fide
lis miniſter,[Cæſaris:] id eſt non zelas pro hono-
re & ſtatuto domini tui cuſtodiẽdo:& ideo amici-
tiam eius amittes.[Omnis enim qui ſe regẽ facit,]
vſurpando

vſurpando poteſtatē ſibi,[contradicit Cæſari.]Imperatores em̄ Romani abſtulerant à Iudæis regiā dignitatē:& ideo qui inter Iudæos dicebat ſe regē, videbatur facere contra imperatoris ordinationē: ſine cuius conſenſu nō ſolebat quis titulo vti regio: hæc enim poteſtatis eſt terrenæ natura,quòd vna eſt impatiēs cōſortij aliarū.vnde & ideo Cæſar nō patiebatur aliū dominari. Vbi Chryſoſtomus, Et vnde habetis demōſtrare hoc:à purpura,à diademate,à curia,à militibus:nónne ſolus ſemper cū diſcipulis incedebat?per omnia viliter trāſiens,& cibū,& ſcholā,& habitationē.Hęc Chryſoſtomus.[Cū autem Pilatus audiſſet]minas ſibi inferri à populo de indignatione Cæſaris,adhuc plus timuit Nā ſecundum Auguſtinū,Nō ſic potuit Pilatus cōtemnere Cæſarē autorem poteſtatis ſuæ : quēadmodū legem gētis alienæ.Timens ergo Cæſarē , & non audens etiā ſecūdum minimā apparentiam facere contra eius honorē:[adduxit Ieſum foras,] extra prætoriū,[& ſedit pro tribunali]id eſt,ante tribunal,vel in tribunali: nā apud Græcos hæc prepoſitio pro,idē eſt quod ante,vel in:hoc eſt,ſedit in loco ſedis iudicare:ſeu, ad iudicandū: quod eſt officium ſedētis in tribunali. Eſt enim tribunal ſedes iudicū, ſicut thronus vel ſoliū regum, & cathedra doctorum.Et dicitur tribunal, quia apud Romanos tribuni cauſas particulares decernebant: dicti à tribubus quibus præponebātur.Sedit verò[ in loco qui dicitur Græcè Lithoſtrotos,] id eſt, lapidū ſtratura,ſiue pauimentū varietate lapidū ſtratum: dictum à Lithos,quod eſt lapis:& ſtroton,quod eſt ſtratura,ſeu pauimentū:quia ille locus diuerſis lapidibus erat pauimētatus,&erat ante domū Pilati: & idē locus dicitur[Hebraicè Gabatha,]id eſt,collis,ſiue ſublimitas,ex coaceruatione lapidū:quia locus fuit ſublimis vario lapide ſtratus,in quo tribunal erat.]Erat autē Paraſceue,] id eſt, præparatio Paſchæ,[hora quaſi ſexta.]Grecis admixti Iudęi, Gręcis crebrò vtebātur vocabulis. Paraſceyi autē autem Græcè,dicitur preparatio Latinè.Sic dicebatur feria ſexta:quia in ea præparabant neceſſaria pro ſabbato,in quo aliquid decoqui,vel operari non licebat:ſicut & in deſerto duplex māna feria ſexta, propter ſabbatū colligebant:dicitur etiā feria ſexta præparatio,quia Iudæi præparabāt ſe mundādo.Et congruè ſexta die crucifigitur dominus:quia per crucē reparauit hominem, qui ſexta die à deo eſt factus. Sexta etiā hora dominus pro homine eſt crucifixus:qa ſexta hora homo in peccatum eſt lapſus . Nā vt dicit Hieronymus:Qua hora primus Adam mortē peccando induxit, eadem hora ſecundus Adam mortē moriēdo deſtruxit.Sex ta quoque hora, qua maior feruor diei eſt, crucifigi voluit ad oſtēdendū quòd ex magno feruore charitatis paſſus ſit.Tūc Pilatus iuſsit Ieſum ſiſti iudicio,[&]allegans pro eius liberatione[dixit Iudæis,]quaſi eos ſubſanādo,[ecce rex veſter:] prius dixerat,Ecce homo:ignominiā ſuā demonſtrans,vt eos ad miſerendū moueret:nunc verò vt eos magis moueat,ironicè eis inſultat,dicēs:[ ecce rex veſter.]Primò conabatur eū liberare,per Chriſti ludibriū.Secundò,per Iudæorū opprobriū:quaſi diceret eis:Mirum eſt quòd hunc hominē flagellatum,illuſum,& abiectū dicitis vſurpare ſibi regnū.Talis homo eſt quòd regnum inuadere,vel captare non poſsit.Vnde erubeſcere debetis quòd eū eſſe regē formidatis.Compatiamini ergo illi:quia de eo timere non oportet,vel tale quid ſuſpicari. Et tamen Pilatus ſuper hoc timet ab eis apud Cæſarē accuſari,& ſua poteſtate priuari.Vbi Chryſoſto.Et nimirū quæ dicta ſunt erāt ſufficiētia,vt facerent eos de cætero ab ira ceſſare:ſed trepidabāt ne dimiſſus rurſus turbam ducat,&omnia pro hoc agebant. Amor enim principatus,verſutū quid eſt & animā ſufficiens perdere:propterea magis inſiſtunt.Hæc Chryſoſto. Vnde Iudæi ſicut furibundi [clamabant,]& ex abundantia malitiæ ingeminādo,dicebant:[Tolle tolle,]ſcilicet ad mortē:& nō quācunque,ſed turpiſsimā. Et explicantes genus mortis,addiderunt:[& crucifige eum.]Interficere enim eū conabantur, & morte exprobratiſsima: formidantes ne aliqua eius poſt ipſum fiat memoria:quaſi dicerent,Tolle eū à nobis,& conſpectu noſtro:grauis enim eſt nobis ad videndū,nec poſſumus eū videre:auferq́ue eū de medio,& interfice.Quantò plus audiebant,quòd Pilatus vellet liberare eū,tantò magis clamabāt in contrariū.Vbi Beda:Quia totā accuſationem,quā aduerſus dominū detulerant,crebra & ſolicita Pilati interrogatione videbant euacuatā:tandē impudici ad ſolas ſe preces conuertunt:vt quod criminando,& quaſi ratiocinando nequiuerant:iam poſtulando & vociferando perficiant.Quem exinde ordinē ſæuiendi,etiā beatorū martyrū perſecutores tenuiſſe,ſatis eccleſiaſtica demonſtrat hiſtoria.Hęc Beda.dulciſsime Ieſu, quis tam durus & impius erit,vt clamores illos horribiles,[tolle tolle,crucifige eū]ſine gemitu & clamore ſpiritus aure corporis valeat audire,ſeu mente tractare?Pilatus verò terrorē quē de Cæſare ingerunt,adhuc ſuperare conatur:& volens de ipſorum ignominia eos frangere , quos de Chriſti ignominia non potuit mitigare:allegāsq́; in Chriſti crucifixione eorū verecundiā:dixit eis, quaſi ſubſannando:[regem veſtrū crucifigā?]quod redūdat in veſtrā ignominiā:quaſi diceret, Ex quo eū regnare formidatis , & iā de hoc fama magna fuit:nō eſt honor veſter quòd rex veſter condēnetur, & erit vobis verecundia ſi morte ſic abiecta moriatur.Et ideo ſi non moueamini ab eius humilitate, debet vos mouere veſtrum opprobriū,quod eſſet ſi crucifigerē eum.Sed illi ſe à libertate regni dei & Chriſti excludentes , iugū diaboli ſumpſerunt:ac perpetuæ ſeruituti & tyrannidi ſe ſubiecerūt,dicētes:[nō habemus regē,niſi Cæſarem.]Ex quo patet quòd extunc perpetuæ Romanorum ſe obligauerunt ſubiectioni:renūtiantes omni alteri regiæ dignitati:patet etiā eorum obſtinatio ad procurandū mortē Chriſti,cū pro eius procuratione confeſſi ſunt imperpetuū ſeipſos ſubiectos ſeruituti. Vñ Chryſoſtom⁹:Abnuerūt dei regnū,& traditi ſunt regno Romanorū,quia quod habebāt nō intellexerunt:& ideo quod petierunt acceperunt:hoc idem etiā facto clamāt noſtri pōtifices & pręlati,ſeu curati,qui ſuas eccleſias dimittētes ingerunt ſe negocijs

Marginalia (652): G — H — Pro. — Tribunal. Tronus. Solium. Cathedra. — Lithoſtrotos. — Paraſceue — I — Sexta die congruè crucifixus Chriſtus ſexta hora. — K — Principatus amor — L — Pilati [illegible] gentia — M — Iudæorū ſubiectio



cijs temporalibus principatus, vel regni. Per hoc autem iterū Iudæi timorem Pilato ingerebāt. Vt enim dicit Auguſt.Apertiſsimè cōtra Cæſarē venire videretur,ſi regē ſe nō habere niſi Ceſarē profitentibus,aliū regem vellet ingerere: dimittendo impunitū,quē propter hos auſus ei tradiderāt occidendum. Ex quo articulo adductionis Chriſti ad tribunal,habētur duo documēta. Primū,quòd nos debemus tribunal in mēte noſtra cōſtituere,& ibi iudicio aſtare, ſicut Chriſtus ſtetit ante tribunal propter nos:vt nos diſtrictū dei iudiciū poſsimus declinare.Iuxta illud Apoſtoli:Si noſmetipſos diiudicaremus,nos vtique iudicaremur.Secundū eſt, quòd tēpore aduerſitatis iudicium dei cū patiētia ſubeamus: ſicut dominus noſter pro nobis ductus ante tribunal hominis obmutuit, & nō aperuit os ſuum,cū omni patiētia ſubiens iudiciū: nos quippe tēpore aduerſitatis, quaſi ante tribunal dei ſiſtimur.Vnde Apoſtolus,poſt verba præallegata,ſubdit:Cùm autē iudicamur,ſcilicet tēporalibus pœnis,à domino corripimur,quia vt dicit gloſa: Pœna ipſa nobis propria eſt purgatio, vt nō cum hoc mundo dānemur:quaſi diceret,Ideo eſt bonū hîc per punitionē tēporalem iudicari à deo:vt hîc correpti nō damnemur in iudicio futuro.Ad conformandum ſe huic articulo,attēdat homo documēta iam præmiſſa,& oret mente deuota.Ieſu qui ante tribunal Pilati adduci,& in iudicio ſiſti voluiſti:da mihi ante tribunal mētis meę cōſcendere,& meipſum de culpis meis cōſcientiæ teſtimonio diſtrictius iudicare:iudiciū quoque tuū in aduerſis tam patienter hîc ſubire, vt iudicio tuo extremo valeā ſecurus aſtare. Sed Pilatus timore mox vincitur, & à tramite veritatis & iuſtitiæ detorquetur.Petente enim tota Iudæorū multitudine vocibus magnis,vt crucifigeretur:tandē miſer præſes Pilatus motus timore imperatoris,&fauore Iudaici populi,cui ipſe præerat:& à quibus pecunias ſperabat leuare cōtra iuſtitiā,& cōtra cōſciētiam,qua Chriſtum innocentē nouerat:& ī quo nulla cauſa erat: dedit ſententiā crudeliſsimā de morte innocentis: [&]per ſententiā diffinitiuam,[tradidit Ieſum,vt crucifigeretur] iudicio & poteſtate prſidis: nō dixit euāgeliſta,vt crucifigerēt eum:ſed vt crucifigeretur,per pæſidis iudiciū.Sed ideo illis traditū dixit,vt eos crimine implicatos,à quo alieni eſſe conabantur,oſtēderet.nō enim Pilatus hoc faceret, niſi vt id quod eos cupere cernebat impleret.Itaq; Pilat⁹ ambitioſus nolēs amittere principatū, quāquam pronūtiaſſet Chriſtū innocētem: ac per eū dimittendū:volēs tamē ad cōplacendum clamoribus populi ſatisfacere:id eſt,eorū vulūtatē facere: & nō quod erat placitū deo & iuſtitiæ:timēsq́; ne accuſaretur de Cæſaris rebellione, cùm hoc nullū ſuſpicans periculū,ſi innocētem pauperem morti adiudicaret:maximè quia cōtradictor aliquis non apparebat:protulit ſentētiam & iudicauit eum ob culpā affectati regni eſſe crucifigendū: quia enim Iudæi Cæſarē regē & dominū profeſsi ſunt: vidēs quòd ſic ſe poteſtati Romanorū ſubiecerunt, condemnauit Ieſum,quaſi vſurpantē Cæſaris poteſtatem:[& tradidit eū volūtati ipſorum]ad crucifigēdum.Quæ autē fuerit forma ſentētiæ, nō eſt expreſſum ab euāgeliſtis:in euāgelio tamē Nicodemi ſcribitur,quòd Pilatus protulerit ſententiā ſub his verbis:Gens tua cōprobauit te regē: propterea præcipio te primùm flagellari,ſecundū principum ſtatuta:deinde in cruce alleuari.Peccauit Pilatus, nec excuſatur:quia cū iudex eſſet,tenebatur ex officio ſeruare iuſtitiā:& nec timore cædere debuit, nec amore,vt faceret cōtra eam:qui ſi omnino voluiſſet,quē iuſtū pronūtiauerat , eripere potuiſſet. Minus tamē peccauit quā Iudæi:inſtetit enim quā tum potuit, vt illū ex eorum manibus liberaret:& eius motiuū fuit minus malū,quia Iudæi ad occidēdum Chriſtum moti ſunt per rācorem & odiū: Pilatus verò propter timorē Cæſaris & fauorē Iudęorum.Sic ergo eis cōſenſit,quia cū effectu furori eorū obuiaſſe potuit:cōſentit em̄,qui cū poteſt arguere nō arguit:nō conſenſit etiam cōſenſu pleno, ſed coacto.Sicut autem tunc Pilatus,ſic hodie faciunt multi iudices,timore vel fauore à veritate iudicij declinātes,& iuſtitiā ſubuertentes:ecce quomodo innocētiſsimus agnus,vt te à iudicio & lamēto iuſtæ & æternæ dānationis eriperet,iniuſtè propter te iudicio dānari prælegit:ecce quæ non rapuit pro te ſoluit:& tu anima mea nequā & impia,nec deuotionis ſoluis pinguedinē,nec compaſſionis refundis affectum.Cogita quātū amici eius clamauerūt,quando illā ſentētiam audiuerūt.Sed maledicti gaudent & exultāt,quòd intētum ſuum prauum habēt.Rident,& eum qui eſt verus & ęternus deus deridēt,& eius mortem quātum poſſunt accelerant:nō beneficiorum & operum eius recordantur:nō propter innocentiam eius mouētur : & (quod crudelius videtur)nō propter afflictionem quā in euident retrahuntur.Et ſic hora tertia crucifixus eſt dominus linguis Iudæorū:& ſexta manibus militū.Vnde Auguſtinus:Quoniā Iudæi facinus interfecti Chriſti à ſe in Romanos,id eſt Pilatū,& eius milites trāſferre conati ſunt: propterea Marcus ea hora qua Chriſtus à militibus crucifixus eſt,quæ agi ſexta iam cœperat prætermiſſa: tertiam potius horam recordatus expreſsit:qua hora intelliguntur clamare potuiſſe, crucifige crucifige:vt nō illi tātū reperiātur crucifixiſſe Ieſum,id eſt milites qui eū ligno ſexta hora ſuſpenderūt:verùm etiā Iudæi,qui vt crucifigeretur hora tertia clamauerūt.Et iterum apparitores poteſtatis hora ſexta crucifixerunt:præuaricatores legis hora tertia clamauerūt.Quod illi manibus hora ſexta:hoc iſti lingua hora tertia.Rei magis iſti,qui clamādo ſæuiebant,quàm illi qui obtēperando adminiſtrabant.Hæc Auguſti.Alij dicunt quòd in hora tertia dominus iam condēnatus ſit,& in hora tertia incœpta eſt crucifixio eius:& occupatis eis in crucifixione,fluxit tempus vſque ad ſextam:& in hora ſexta crucifixio fuit conſummata:& ideo quod dicitur de tertia,verum eſt de crucifixiōis principio: & quod dicitur de ſexta,intelligitur de crucifixionis conſummatione:ſecundum veritatem poterit eſſe meditullium horarū,& hora media inter ſextam & tertiam & quia medium denominatur ab vtroque extremorum,ideo ab euangeliſtis quandoque

Marginalia (653): A — Documēta. — 1.Cor.11. — Ibidem. — B — Cōformatio. — Iudicium Pilati. — C — Ambitio Pilati. — D — Sententiæ Pilati contra Chriſtū,forma Pilati peccatū. — Pilati imitatores. — E — Iudęorū acceleratio. — Crucifixus lingua Hora crucifixionis. — F

G doque dicitur tertia: aliquãdo dicitur ſexta. Vnde
Hora miſſæ celebrãdæ.
etiã in ſignũ huius eccleſia cõmuniter, inter tertiã
&ſextam celebrat miſſas ſolẽnes: quia miſſa in me
moriam celebratur paſsionis. Ex hoc articulo con
Documentum.
demnationis Chriſti ad mortẽ per ſententiã trahi
tur documentũ, quòd nos caueamus ne vnquã iu-
ſtam mortis ſententiã animæ vel corporis merea
mur. Item ſicut ſaluator noſter ſuſtinuit pro nobis
iniquã, ab homine, cõtra ſe ferri ſententiam: ſic &
pro deo curare non debemus iniqua hominum iu
1.Cor.4.
dicia. Vnde Apoſtolus: Mihi, inquit, pro mini-
Cõformatio.
mo eſt vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Ad
conformandũ ſe huic articulo, oret homo dicẽdo:
Ieſu qui ſententiã condẽnationis ad mortẽ, mor-
tem autẽ crucis, innocenter ſubire voluiſti: fac me
iuſtam mortis ſẽtẽtiã, ſiue in corpore, ſiue in ani-
ma nõ mereri: & tui amore iniqua hominũ iudi-
cia nõ timere. Data autẽ ſentẽtia reducitur domi
nus intus, & ſpoliatur [chlamide & purpura,] qui-
bus fuerat ab illis indutus: & adhuc nudo corã eo
H existenti, vix datur ſibi licẽtia veſtiẽdi. Intuere &
hîc dominũ, ſecundũ cõſiderationẽ ſuprà de flagel
latione poſitã. tandem [veſtimẽtis ſuis, quibus eum
ſpoliauerant [ reinduerũt eum, vt ductus ad mor-
tem magis cognoſceretur in veſte propria, quàm
in aliena: & cùm eſſet veſtimẽtis ſuis reueſtitus, du
cunt eũ foras quãtò citius, ne mortẽ eius differant
amplius: vbi ligãtes fune manus & collum ipſius,
iudicium ſuæ mortis ei imponũt, & ipſum tanquã
Lignum crucis.
malefactorẽ extra propriã ciuitatẽ eijciunt. Nam
venerabile lignũ crucis longũ & groſſum & mul-
tum graue ponunt ſuper humeros ſuos delicatiſsi-
mos, vt portet ipſum ad locũ vbi erat crucifigẽd⁹.
Vt enim dicitur in hiſtorijs, opinio eſt crucẽ quin
decim pedes habuiſſe in lõgitudine. Et quia lignũ
Lõgitudo crucis.
illud reputabatur prophanũ & immundũ, & mors
crucis ignominioſiſsima: quia, vt dicitur in Deute.
Deut.21.
Maledictus qui pẽdet in ligno: ideo nullus eorum
Crucẽ portat humeris.
lignum illud nedũ portare, ſed nec tãgere voluit:
& ideo impoſuerũt illud Ieſu vt iam dãnato. agnus
autem mãſuetiſsimus patienter ſuſcipit, & portat
I patibulum ſuis humeris in angariã mortis, tẽdens
ad locũ paſsionis. Vnde Auguſtinus: Hîc adimple-
Eſaiæ 9.
tur illud Eſa. Cuius principat⁹ ſuper humerũ eius.
Principatus enim Chriſti eſt crux eius: ꝓpter quã
Philip.2.
(ſecũdum Apoſtolũ) deus eũ exaltauit: & ſicut ſi-
gnum dignitatis alij baltheũ, alij mitram portant,
ſic & dominus crucem: & ſi inquiras, inuenies nõ
aliter in nobis regnare Ieſum, niſi per aſperitates:
quo fit vt delitioſi inimici ſint crucis. Hæc Augu-
Geneſ.22.
ſtinus: Completur etiam nũc figura Iſaac obedien
tis, & ad patris iuſſum ligna pro ſui immolatione
portantis. Et, ſecundum Chryſoſtomum, Quo-
modo Iſaac dimiſſus eſt, & mactatus aries: ſic &
hîc diuina natura manet impaſsibilis: ſed macta-
ta eſt humanitas, hærens cornibus inter vepres: id
eſt inter retiacula peccatorum, quibus natura hu-
3.Reg.17.
mana detinebatur. Hîc etiam cõpletur viduę Sa-
reptanæ figura, quæ collegit duo ligna. Vide An-
ſelmus: Vide anima mea quomodo per omnia
vir iſte coartatur & ſpernitur. Sub crucis onere
dorſum incuruare iubetur, & ſuijpſius portare
ignominiam. O ſpectaculum, vides ne? Ecce prin-
cipatus eius ſuper humerũ eius: hæc eſt virga ęqui K
tatis, virga regni ſui. Vnde & Hieronym⁹: Hîc edu
Gene.4.
citur Abel in agrũ à fratre, vt perimatur: hîc adeſt
Gene.22.
Iſaac cũ lignis, & Abraham cũ ariete vepribus hæ
Gene.37.
rente: hîc adeſt Ioſeph cũ gramineo faſce ſomnia-
to, & tunica talari ſanguine lita: hîc adeſt Moyſes
Num.21.
cum virga & ſerpẽte ſuſpẽſo in ligno: hîc adeſt bo
Num.13.
trus in ligno portatus: hîc adeſt Heliſæus cũ ligno
4.Reg.6.
ad quærendũ ſecurim, quę in imo dimerſa erat, &
natauit ad lignũ: id eſt, genus humnũ, quod à ligno
vetito in infernũ decidit, per lignũ crucis Chriſti,
& baptiſmũ aquæ ad paradiſum natauit, hîc adeſt
Ionę 1.& 2.
Ionas de ligno forti in marevẽtrẽq; ceti triduo miſ
ſus. Vñ Aug. Grãde ſpectaculũ. Si ſpectet impietas,
Crucẽ portantis ſpectaculum.
grãde ludibriũ: ſi pietas, grãde myſteriũ. Si ĩpietas
ſpectet, grãde ignominię documẽtũ: ſi pietas, grãde
fidei munimẽtũ: ſi ſpectet impietas, videt regẽ pro
virga regni lignũ ſui portare ſupplicij: ſi pietas, vi
det regẽ baiulãtem lignũ ad ſeipſum figẽdũ, quod
fixurus fueret etiã in frontibus regũ: in eo ſper- L
nendus oculis impiorũ, in quo erãt gloriatura cor-
Gal.6.
da ſanctorum. Dicturo enim Paulo: Mihi autem
abſit gloriari, niſi in cruce d i n oſtri Ieſu Chriſti:
ipſam crucẽ ſuã geſtãs humeris cõmendabat: & lu
cernæ arſuræ, quę ſub modio ponẽda nõ erat, cãde
labrum ferebat. Hæc Auguſtin. Portat autẽ Chri-
ſtus crucem vt rex: ſeptrũ, in ſignum gloriæ, quæ
eſt vniuerſale rerũ omniũ dominium. Itẽ vt victor
trophęum, & ſignũ ſuæ victorię: quo principatus,
& poteſtates expoliãdo triumphauit. Item & do-
ctor portat candelabrum, in quo ponenda erat lu-
cerna ſuæ doctrinæ: quia ſignũ crucis fidelibus eſt
Figura.
virtus dei. Et ſicut ſummus ſacerdos, quando ibat
ad tabernac.ulum vt intret ſanct a ſanctorũ, porta-
bat clauem ſuper humerũ ſuum: ſic Chriſtus vadẽs
ad tabernaculum ſancti ſanctorũ, & volens nobis
aperire, portauit clauẽ, ſcilicet crucẽ, ſuper humer-
Gene.22.
rum. Baiulatio crucis præfigurata fuit in Iſaac fi-
lio Abrahę. Iſaac enim ligna proprijs humeris fe-
rebat, in quibus eũ pater ſuus immolare volebat:
ſic Chriſtus proprijs humeris crucẽ baiulabat, in M
qua ipſum gens Iudæorum ſuſpendere affectabat.
Iſaac ad obediendum patri ſe voluntariũ exhibuit:
ſic filius dei patri ſuo cœleſti vſque ad mortẽ obe-
diuit: duo autem populi Ieſum ad interficiendum
eduxerunt, videlicet Iudæi qui corde, & Genti-
Nume.13.
les qui opere hoc fecerunt. Iſti olim per duos ex-
ploratores præfigurati erant, qui botrum de terra
promiſsionis ad deſertum afferebant: per botrum
præfigurabatur filius dei Ieſus Chriſtus, qui per
hos duos populos de Hieruſalem in locum Cal-
uariæ eſt ductus: per botrum illum probabant fi-
lij Iſraël terræ promiſsionis bonitatem: per do-
ctrinam Chriſti poſſumus conſiderare patriæ cœ-
leſtis ſuauitatem. Eduxerunt autem eum extra
ciuitatem: quorum enim animaliũ ſanguis infe-
rebatur in ſancta ſanctorum: horum corpora edu-
cebantur extra caſtra, cùm cremabãtur & immo-
labantur. Baiulans verò crucem, per hoc nos indu-
cit ad ſui ſequelam, ſicut antè dixerat monendo
Matth.16.
ad eam: Si quis vult venire poſt me, abneget ſe-
metipſum,



metipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.
A Sicut enim Chriſtus autor vitæ, ſentẽtia mortis ſu-
per eum data, crucem ſibi baiulans cõfeſtim ad lo-
cum ſupplicij foras educitur, tãquam malefactor,
qui huius mundi vita indignus æſtimatur: ſic verus
Chriſti imitator ſeipſum abneget, crucẽ ſuam tol-
lendo, & extra caſtra ſecũ improperia eius portan-
do: tãquam purgamentũ huius mundi factus: ſem-
perq; mortificationem Ieſu in corpore ſuo circũfe-
rat, vt & vita Ieſu in corpore ſuo tandẽ manifeſta-
Eccleſiæ ſub Antichriſto præfiguratio.
ta fiat. Et nota ꝙ hęc tria: ſcilicet quia exuerunt eũ
veſte regia, [& induerunt eũ veſtimẽtis ſuis, & du-
xerunt eũ vt crucifigerẽt:] figuratiua ſunt paſsio-
nis in corpore myſtico ſcilicet eccleſia: maximè tẽ
poribus Antichriſti. Exuitio regiæ veſtis, eſt ſpo-
liatio terrenę poteſtatis: induitio proprię veſtis, eſt
reuerſio priſtinę paupertatis: ductio ad crucifigen-
dum, eſt violẽtia perſecutionis finalis. Cùm igitur
Chriſtus ad ſupplicium trahitur.
Chriſtus Pilato imperante, pręcone clamãte, baiu-
lans ſibi crucem traheretur ad ſupplicium: tunc eũ
ducendo & accelerando, & opprobrijs ſaturando,
B factus eſt concurſus populorũ poſt ipſum eũtium:
alij ſuper ipſum plangebãt, alij illudẽtes irridebãt,
alij lutum & immunditias in caput & in faciẽ eius
proijciebant. Sed ipſe quaſi agnus innocens, & vt
ouis corã tondente, ſe inclinato capite incedens, ad
Eſaiæ 53.
omnia tacebat: quoniã tanquã ouis ad occiſionẽ: &
quaſi agnus ad immolandum ductus eſt, & nõ ape-
Turba triplex Chriſtum ſecuta.
ruit os ſuũ. Et ſequebatur eũ triplex turba. Prima
carnificum, quę eum premebat. Secunda Iudęorũ,
quæ eum irridebat. Tertia amicorũ, quæ anxiè lu-
gebat. Et inſuper quarta illorũ, qui ad videndũ ſpe-
ctaculum veniebant: vnde non eadẽ mente ſequebã
tur: ſed quidam vt læti morientẽ aſpicerent, quem
viuentem oderũt: alij vt morientẽ plangerent, quẽ
viuentẽ dilexerunt: ductus eſt autẽ cum ſocijs, duo-
bus vtique latronibus, per medium vrbis, vbi eius
Verecundia Chriſti.
confuſio patebat ſingulis ad oſtia & fores confluẽ-
tibus: hæc eſt ſocietas ſua. O bone Ieſu quantã tibi
verecundiam iſti faciunt: latronibus te aſſociãt: ſed
& deterius tibi faciunt, quia crucẽ portandã impo-
C nunt, quod de latronibus nõ legitur: vnde non ſolũ
cum iniquis deputatus es, ſed & iniquorũ iniquior.
Indicibilis eſt domine patiẽtia tua: hoc ad literam
procuratum fuit per principes Iudæorũ, vt Chri-
ſtus infamaretur ſocietate latronum: & à vulgari-
bus videretur in criminibus eorum participaſſe, &
ſic ipſi viderẽtur iuſtè mortem eius procuraſſe. Sic
& hodie frequẽter maligni faciunt, qui ſuã nequi-
tiam per bonorum infamiã operire quęrũt: per iu-
ſtitiæ etiam ſubuerſionẽ hodie in multis locis depu
tantur iuſti cũ iniquis. Chriſtus autẽ permiſit hoc
fieri, vt oſtenderet ꝙ pro peccatoribus vellet pati.
vnde Beda: Sed ille cum iniquis deputatus eſt in
morte, vt iniquos iuſtificaret in reſurrectione: qui
cùm in forma dei eſſet, propter homines homo
factus eſt, vt hominibus poteſtatẽ daret filios dei fie-
Contemplatio.
ri. hæc Beda. Occurre igitur nũc anima mea & vi-
de amatorẽ tuum & dominum, pro te crucẽ baiu-
lantem, & ad patibulum properantẽ, ac tua crimi-
na ſuis pœnis expiantẽ. Cerne eum quomodo ſub
onere crucis curuus incedit, & vehemẽter anxius
anhelat. Cõpatere ei quãtum potes, in tot anguſtijs D
& ludibriorum renouationibus poſito. Certè bene-
faceres ſi iuuares dominum deum tuũ: & diceres,
date obſecro mihi crucem domini mei, & ego por
tabo eam. Quia verò mœſta mater & mœrore cõ
Marię occurſus.
fecta, propter multitudinẽ populi appropinquare
ei non poterat, nec eũ videre, iuit celeriter per aliã
viam breuiorẽ, & cõpendioſam cum ſociabus ſuis
& Ioanne, vt alios pręcedens valeret eidem appro-
ximare: cùm autem extra portã ciuitatis in cõcur-
ſu viarum eum obuiũ haberet: cernens eum ſic one
ratum ligno tam grandi, quod antè nõ viderat, ſe-
mimortua facta eſt, & penè exanimata præ angu-
ſtia: nec ei verbũ dicere poterat, nec dominus ſibi,
acceleratus ab his qui eum ducebant. O quàm tri-
ſtes & dolentes: quàm clamãtes & plorantes, ibant
mulieres ſanctæ, ſuſtentãtes dominã noſtram ma-
trem eius, non valentem ſe ſuſtẽtare vel ſuſtinere:
imò dicitur in terrã corruiſſe. Credo ꝙ ipſa libẽter
crucem portaſſet, ſi potuiſſet: & quãuis non poſſet,
libenter accepiſſet. vnde ſecũdum Anſel. Hac voce E
vt reor ſequebatur, dicens: Vadis propiciator ſolus
ad immolãdum pro omnibus: nõ tibi occurrit Pe-
trus qui dixit, pro te moriar. Reliquit te Thomas,
qui ait: Cùm eo omnes moriamur: & nullus de his
niſi tu ſolus duceris: qui me caſtã conſeruaſti filius
meus & deus meus: verùm hæc verba ex magnæ
pietatis affectu ꝓducta, ita ad hoc memoraſſe ſuf-
ficiat, vt oculus ea pietatis attendens dum tãtę ma-
tris gemebundis affectibus compatitur, fructu pij
amoris illius aliquando remunerari mereatur. hæc
Anſel. Vlterius autẽ dominus procedens, parũ pòſt
Reſpectus domini in filias Hieruſalem.
vertit ſe ad ipſas mulieres ſequẽtes & flẽtes. Quia
enim nouit dominus qui ſunt eius, prætermiſſa fu-
rentis populi turba, ad amantes & plãgentes ſe fœ-
minas oculos & ora conuertit: ſuos enim dominus
libenter reſpicit, & dixit eis: [Filiæ Hieruſalẽ, no-
lite flere ſuper me,] nec lamentemini me moritu-
rum, cuius citò reſurrectio mortẽ ſoluere pòt: cu-
ius mors & omnem mortẽ, & ipſum mortis auto-
rem deſtruet. Non enim oportet flere eum, ꝗ pro-
pria patitur ſponte: ſed magis ei applaudere. Vbi F
cùm filias Hieruſalem appellat, datur intelligi ꝙ
nõ ſolum mulieres de Galilęa eum ſecutæ ſunt: ſed
etiam aliquæ mulieres eiuſdẽ vrbis per deuotionẽ
ei adhæſerunt. Typum gerebãt iſtę mulieres eorũ,
qui alijs compatiũtur & miſerentur, ſed non ſibi:
aliorum peccata deplorant & accuſant, ſed de ſuis
Eccleſiaſtici 30.
moribus nõ curant: cõtra quod dicitur in Eccleſia-
ſtico: Miſerere animæ tuæ placens deo. Non ergo
prohibet dominus cõpaſsionem: ſed prędicit aliam
luctus cauſam. Vnde ſubiungitur: [Sed ſuper voſ-
pſas, & ſuper filios veſtros flete,] & ſuper imminẽ
ti excidio vrbis & gentis veſtræ: voſq; ipſas, & ve-
ſtram, progeniẽ dignis lachrymarũ fletibus ablui-
te, ne in vltionem meæ mortis dãnemini etiã cum
perfidis. Secunũ ſenſum literalem, fletus ad quem
induxit Chriſtus mulieres, fuit propter miſe-
riam per Romanos ſuper Iudæos venturam: &
illa miſeria figura fuit miſeriæ ſuper incredulos
per ſpiritus malignos venturæ: pro cuius euaſione
flendum eſt, & orandum ante terminum huius
vitæ.

vitæ. [Quoniam ecce venient dies,] ſcilicet quadrageſimo anno poſt paſſionem Chriſti, in quibus ſteriles,quę non genuerunt & lactauerunt,dicētur beatæ:] quia agiliores erunt ad fugiendum, quàm grauidæ,& pro ſe ſolū anxiæ. In die quoq; iudicij parentes dicent filijs ſe eſſe dānatos,propter amorē nimium filiorū:& econuerſò filij dicent ſe eſſe damnatos, propter amorē & ſequelā parentū. [Tunc incipient dicere montibus,cadite ſuper nos: & collibus,operite nos:] quia aliqui præ horrore miſeriæ tunc dicebant: vtinā montes caderēt ſuper nos, & colles operirent nos. Similiter in die iudicij hoc dicent reprobi, optantes abſcondi à facie domini.

G

Lignū viride dicitur Chriſtus.

[Quia ſi in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?] Chriſtus hîc dicitur lignū viride faciens fructum:& per conſequens indignum abſciſſione per mortem. Populus autē Iudaicus,lignū aridū infructuoſum: & per conſequens dignū abſciſſione per mortem. Viride etiā lignū & fructiferū, ſunt iuſti & electi:ſed aridū infructiferū, peccatores & impij.

H

[Si ergo in viridi ligno,] id eſt, in Chriſto omnium virtutū virore virenti, [hęc faciūt:] id eſt, tot tormēta inferunt: [in arido,] id eſt, in populo Iudaico & peccatore,ab omni honore gratię deſtituto & areſacto, [quid fiet?] Certè grauius puniētur. Quaſi omnibus diceret:Si ego qui peccatū non feci,& fructuoſus ſum,ſine igne paſſionis de mundo non exeo:quę tormēta manent peccatoribus & impijs,qui fructibus ſunt vacui?Certè domine Ieſu verum eſt:quia ſi tu arbor ſancta lignum vitę fructuoſum & benedictum tāta pateris, & ramis tuis ſpoliaris:q̄d erit de nobis miſeris, qui ſumus lignū infructuoſum & ſiccum, aptum pro igne & gehēnę incendijs?

2. Tim.3.

Perſecutio omnibus tolerāda.

Si ergo incipit iudiciū de domo dei,& omnes qui volūt piè viuere in Chriſto,perſecutionem patiuntur: quis finis eorū qui non credunt dei euangelio,& impiè viuunt? vnde Aug.Si hinc ſine flagello non exijt, qui huc ſine peccato venit: quomodo flagellis digni nō ſunt, qui huc cum peccato venerunt?vnde & Greg. Quoties mortē ſaluatoris

I

attendo,& patientiā Iob,& mortē Baptiſtæ conſidero:dico tibi ô peccator,hinc cōſidera,quid paſſuri ſunt illi quos reprobat, ſi tanta paſſi ſunt quos amat?hęc Greg.

Cogitatio de iudicio

Bonū eſſet de his cogitare,vt cogitatio tantæ anguſtiæ nobis timorē incuteret: & timor incuſſus à nobis peccatum perpetratū expelleret:vel à perpetrando arceret : exēplo Hieronymi dicentis, Siue comedā, ſiue bibā, ſiue aliquid aliud faciam, ſemper videtur auribus meis inſonare illa vox terribilis:ſurgite mortui, venite ad iudicium. In prædictis duobus locis,quę modò ſunt in ipſa ciuitate:ſed extra eccleſiā ſepulchri,ſcilicet vbi Chriſtus obuiauit matri:& vbi ſe vertit ad mulieres:adhuc (vt dicitur) apparent veſtigia eccleſiarū, quæ ibi factæ erant in horum memoriā.Cùm ergo dominus vlterius proceſſiſſet, & ita fatigatus ac fractus,& ex afflictione præcedēti debilitatus eſſet,ꝙ lento gradu incederet,& amplius crucē portare nō poſſet:depoſuit eā vt aliquantulū pauſaret & reſpiraret. Illi autē peſſimi nolētes differre mortē eius: timentes ne Pilatus ſententiā reuocaret,quia voluntatem dimittendi eū oſtenderat: [coēgerūt Simonem Cyrenęum,] dictū à Cyrene ciuitate Lybiæ K

Simō Cyrenę cur crucē portare cōpulerunt.

[patrem Alexandri & Rufi] diſcipulorū domini: [de villa venientem,] & ad ciuitatē eundo eis occurrentem, [vt portaret crucē,] poſt Ieſum vſque ad crucifixionis locum. Hoc autē non fecerunt ex cōpaſſione ad Chriſtum: ſed vt citius duceretur ad crucifigendum. Itē vt oſtēderent eū eſſe hominem fatigatum & infirmum,& ſic nō crederetur dei filius.vt autē ait Aug. Nullus aliorū acceptabat crucem baiulare, eo ꝙ lignum deteſtabile putabatur: & ideo Simoni Cyrenæo, quaſi in quandā iacturā impoſuerunt crucē portandā, quam alij recuſabāt. Qui portauit eā corporaliter & inuitè:nō ſpiritualiter & voluntariè:tum quia hoc erat turpe:tū quia forſitan erat Ieſu diſcipulus,licèt occultus. Et vt dicit Hieronymus,Nomen iſtius Simonis hîc exprimitur,ratione filiorum ſuorū,qui erant Chriſti diſcipuli. Crucē Ieſus diu portare non poterat, quia ex afflictionibus præcedentibus fatigatus erat: & ideo Iudæi crucē Simoni portare poſt Ieſum imponebant.

Documentum.

In quo docemur ꝙ quilibet debet portare crucem pœnitētiæ quādiu pōt: ſed cùm vlterius non pōt,tunc placet Chriſto ꝙ alius pro eo portet. L

Myſterium in Simone Cyrenæo.

Iſte Simon,ſecundum quoſdā,non fuit Hieroſolymita:ſed peregrinus & aduena:quia fuerat Gētilis, & factus fuit proſælitus. Et licèt ipſi tanquā contemptibili impoſuerunt crucē Ieſu:hoc tamen non vacat à myſterio. Significabat enim ꝙ Gentilitas ab ipſis humeris immediatè,crucē ſuſceptura ad redemptionem erat,quę & tenebras ignorantię idolatriæ extirparet, quod Alexāder interpretatur: & totam eccleſiā de Gentibus ſanguine ſuo decoraret,quod ſignat Rufus: & per omnia mœrorem gentium,per obedientiā deponeret,quod interpretatur Simon: & hæredes regni faceret quod interpretatur Cyrenęus:& crucē Chriſti in altū per pœnitentiam extolleret, quod ſuſtollere crucem Chriſti ſignificat:& ad hoc compellerent Iudęi,per hoc quòd verbum crucis reiecerunt,quod ſignificat angaria.Ipſe ergo Chriſtus primus paſſionem crucis ſuſtinuit:& poſtmodū alij,& maximè aduenę Gētiles,cum imitando. M Sapiētia enim diuina ordinauit,vt ipſe dominus crucē primò portaret, & portando nobis portandā præberet. vnde Hilarius: Indignus enim Iudæus erat Chriſti crucē ferre: quia fidei gentium erat in reliquum, & crucē accipere, & cōpati. vnde & Glo. Ecce nō Hebræus,ſed alienigena & peregrinus opprobrio Chriſti ſubditur, vt plenitudo ſacramentorum tranſire à Iudæis ad Gentes oſtēdatur.Simon quippe obediēs interpretatur:Cyrenæus hæres.Vnde bene per eū deſignātur Chriſtiani ex gentibus cōuerſi,qui quondā peregrini erāt teſtamentorū dei:ſed nūc credendo & obediendo diuinis mādatis, facti ſunt ciues ſanctorum & domeſtici atq; hæredes dei:cohæredes autē Chriſti.hæc Gl.De villa ergo Simō egrediens crucem portat poſt Ieſum,cùm populus nationū paganis ritibus derelictis, veſtigia dominicæ paſſionis obedięter amplectitur: Villa eñ Græcè pagos vocatur,à qua pagani nomē trahunt. Vñ paganos appellamus eos , quos à ciuitate dei alienos videmus.

Villa. Pagos.

vnde Theoph.Ille tollit crucē ſuā,qui venit à villa: id eſt,



id eſt,qui dimittit hunc mundum, & opera eius in

A

Hieruſalem, id eſt,in ſupernā ciuitatem tendens. Ex hoc articulo, baiulationis crucis, ſumūtur duo documenta.

Documenta duo.

1.Petri 2.

Crux portanda cuique.

Primum eſt,quòd nos Chriſtiani crucem portare debemus poſt Ieſum: quia Chriſtus paſſus eſt pro nobis,relinquēs nobis exemplum , vt ſequamur veſtigia eius.Vnde gloſſ. Prior dominus crucem portat,qui prior paſſus eſt:poſtea impoſita eſt Simoni Cyrenęo,poſt Chriſtū portanda : quia debemus ſequi veſtigia eius. Vnde(vt dicit Ambroſius)Nō præceſſit Simon:ſed ſequebatur. Hinc dominus in euāgelio:Si quis poſt me vult venire,tollat crucem ſuam quotidie,& ſequatur me.

Lucæ 9.

Vbi tria innuit neceſſaria,portāti crucem poſt Ieſum.Videlicet quòd portet eam voluntariè, & non angariatus,ſicut Simon iſte. Vnde dicit:ſi quis vult,& cetera.Item ꝙ portet crucē ſuam:ſcilicet propriam nō ſicut iſte Simō alienā,vnde dicit crucē ſuam. Item quòd portet crucē,non pro inani,ſed dei gloria:vnde dicit,& ſequatur me.

Crux dñi.

Notandum aūt(ſecūdum Auguſt.)ꝙ crux domini nō tantū illa dicitur,quæ tempore paſſionis Chriſti,ligni affixione cōſtrui-

B

tur:ſed & illa quæ totius vitę curriculo cūctarum diſciplinarū virtutibus coaptatur. Intelligendū ergo crucē,non ligni patibulum : ſed vitæ virtutiſq; propoſitū. Tota igitur vita Chriſtiani hominis , ſi ſecūdum euangeliū viuat,crux atq; martyrium eſt. Hæc Aug.

Crucem portantes.

Et iſta eſt crux,quæ quotidie eſt portanda.Hanc autē quidam portant volūtariè:vt viri perfecti,imitatores Chriſti:quidā inuitè, ſicut qui cum murmure & coacti alicui ſe diſtrictioni ſubijciūt,vel bonum faciūt. Quidam etiā portant crucem alienā,non ſuam : ſicut qui abſtinentiā & diſtrictionem ſanctorū prædicant , ſed in ſe non ſeruant:vel qui ſub regula arctiſſima ſe militare gloriantur,ſed per eius obſeruantiā non mortificātur. Quidam inſuper crucē portant,ſed Chriſtum non ſequuntur : vt qui pro laude humana laborant, ſed adhuc dei dilectione nō trahūtur.Vnde & ſicut Simon crucē portant,ſed nō moriuntur: quia corpus

C

quidem per laborē affligunt,ſed per deſideriū gloriæ mundo viuūt.Primi figurātur in domino,& faciunt pœnitentiā meritoriam.Alij figurātur in Simone,& hi faciunt pœnitentiā , ſed nō meritoriā. Vnde Bernar.Væ ſemel,væ iterū crucem portātibus,& nō ſequentibus Chriſtū:væ portantibus crucem,nō ſicut ſaluator ſuā,ſed ad angariā ſicut Cyrenęus alienam . Si crucē portas cū crucifixo , cur non moreris mūdo?Hęc Bernar. Sponte igitur & Chriſti amore crucē tuam porta poſt Ieſum quotidie,& ſemper oculū mentis in eū dirige , & leuius portabis quęcūque pateris.Vnde Augu. Quātumcunq; propinat nobis pręſentis tēporis tribulatio: parua patimur,ſi recordamur quis pro nobis iuerit ad crucis patibulū:quis nos inuitat ad gloriā.

Crucem Chriſto fabricare.

Caue etiam ne vnquā crucem Chriſto fabrices,vel dorſo eius imponas.Crucē enim Chriſti ad crucifigendū ipſum perhibetur carpētare, qui ad perpetrandum mala conatur conſiliū & auxiliū pręſtare.Et dorſo Chriſti crucē baiulandā imponit, qui peccatum ſuum diuinæ ordinatiōi attribuit .Secūdum documentum eſt (ſecūdū Theophilum) ꝙ qui ad modum Chriſti magiſter eſt,debet ipſe primò tollere

D

crucē,& timore dei propriā carnem crucifigere,& ſic ſubditis & obediētibus ſalutari eā angaria imponere.

Conformatio.

Ad cōformandū ſe huic articulo,rememoretur homo quāta charitate Chriſtus crucē portauit, & quāti ponderis illa crux fuerit,cui omnia peccata mūdi impoſita erāt:quę omnia agnus immolandus in humeris ſuis portauit.Poterit etiā homo per imaginē recolere , quaſi ipſe portet crucē poſt Ieſum: & cū Ieſu inſtar Simonis Cyrenęi , vel aliàs prout deuotio miniſtrabit:Ieſu qui crucē tuā proprijs humeris baiulare voluiſti:fac me crucē arctioris cōtinentię ſpōte apprehēdere,eamq; poſt te quotidie baiulare.

Crucem portantes quatuor.

Et nota ꝙ quatuor portauerūt crucem etiā materialē,ſcilicet latro ſiniſter:qui ſignificat impœnitētes:qui de cruce pręſentis pœnalitatis,tranſeūt ad crucē ęternę calamitatis.Latro dexter,qui ſignificat verè pœnitētes.Simō,qui ſignificat de pœnitētia murmurātes. Chriſtus,qui ſignificat innocētes,aliorū peccata portātes. Primi ſuſtinent pœnā,ſed non faciunt pœnitentiam. Secūdi faciunt pœnitentiā,meritoriam & propriā.Tertij faciunt pœnitentiā,ſed non meritoriā. Quarti faciūt

E

pœnitentiā non propriā,ſed meritoriā.Primò itaque Ieſus crucē ſuam quādiu poterat baiulauit:poſtea impoſita eſt Simoni cōgruo ordine myſterij.

Ductio Chriſti ignominioſiſſima

[Ieſum aūt]ſic exoneratū:ſed vt latronē ligatū[duxerūt in Golgotha(quod interpretatur caluarię locus)ad crucifigendū:]clamātes & vociferātes poſt ipſum:& iſta ductio fuit exprobroſior & pœnoſior inter omnes de quibus dictū eſt ſuprà , pluribus de cauſis.Primò ratiōe ignominię:quia valde ignominioſum eſt,duci ad patibulū. Secūdò,ratiōe ſocietatis:quia[ducebātur cū eo & alij duo nequā]vt interficerētur:quod ſpecialiter factū eſt ad maiorem ſuam cōfuſionem , vt nō videretur diſtinctio inter Chriſtū,& alios nequā. Tertiò,ratione multiplicis comitiuę & turbę,quę eū ſequebantur : ſed nō vna eademq; mēte. Quartò,ratiōe loci ad quē deduxerunt eū,qui horrorē pręſtabat pariter & fœtorem.

Documenta.

F

Ex iſto articulo,deductionis in Golgotha ad crucifigendū,tria trahūtur documenta. Primū eſt,ꝙ ſicut Chriſtus volūtariè ductus eſt ad patibulū, tanquam ouis ad victimam:ſic & nos volūtariè ducamur ad obedientiā mandatorū dei, & prælatorū vice dei qua propria voluntas mactatur.Secundū eſt, ꝙ nos ſequi debemus Chriſtū euntem ad locū ſuæ paſſionis,ſuper noſipſos flentes cū mulieribus miſeriā noſtrę fragilis cōditionis. Quia(vt dicit Theophilus) Mens infirma, quę ſignificatur per fœminam:ſi ſumpta cordis cōtritione per pœnitentiam flet,ſequitur Chriſtū.

Proceſſio, & letania.

Vnde hanc proceſſionē plangentium & lugentiū poſt dominū repręſentamus: quādo proceſſiōnes & letanias pro aliquibus imminentibus periculis facimus,ſequentes crucē quę ante proceſſionē baiulatur: quaſi dicamus, exeamus ad eū extra caſtra:improperiū eius portātes: & ſic iuxta mandatū domini plāgimus ſuper nos , & ſuper filios noſtros. Similitudinē ergo proceſſionis illius amariſſimę, quā Chriſtus condēnatus fecit, dum ad locū paſſionis educeretur explēdo: animo dolenti cōquereris crucifixo,ꝙ affectū tam feru-

T dum ad

dum ad ſuam paſsionem, prout dignum eſt, non
G habeas: nec hactenus habuiſti. Tertiũ eſt, ꝙ pere-
grini pro pœnitẽtia, & religioſi pro obediẽtia per
vias euntes, ſi aliquãdo laſſantur, rememorari de-
bent iſtius itineris Chriſti, quo ad patibulũ duceba
tur: quoniã ita laſſus fuit, ꝙ crucem per ſe amplius
ferre nequiuit: nimirũ cùm per totam noctem &
diem illam multipliciter fatigatus fuerit. Si igitur
ſaluator noſter tantã laſsitudinem cũ tanta igno-
minia pro nobis ſufferre eſt dignatus: cur & nos
propter eum modicũ laborem viæ, & cũ noſtro ho
Confor- nore nõ ſuſtinemus? Ad conformãdum ſe huic arti
matio. culo, recogitet homo, cũ quanta ignominia domi-
nus noſter ducebatur ad patibulum pro noſtra ma
gna gloria: & fleat cũ ſanctis mulieribus, fundendo
lachrymas ſaltẽ cordis, & ſic oret: Ieſu qui ad cru-
cifigendũ in Golgotha duci voluiſti, deduc me in ſe
mita mandatorum tuorũ: vt cum ſanctis mulieri-
bus tuæ ſequar vias paſsionis, & ſuper meipſum
fleam miſeriã propriæ cõditionis. Vides itaq; quo-
H modo hæc quæ in hora cõpletorij, matutinali, pri-
ma & tertia paſſus eſt dominus, abſq; aliqua cruci-
fixione, vehemẽtiſsimi & amariſsimi doloris ſunt,
& horroris valde ſtupẽdi. Cùm enim in manus im
piorum deuolutus eſſet morte turpiſsima conſum-
mandus: parũ erat ſacrilegis illis crucifigere eum:
niſi prius doloribus & illuſionibus animam eius
repleuiſſent. ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte, qui hora diei tertia pro
nobis flagellari voluiſti: libera me ab ęternę
iræ flagellis quę merui: per ſacratiſsimi ca-
pitis tui punctiones punge mentẽ meam, vt noxias
delectationes vitare pręualeã: & da mihi poſt pœ-
nitentiam pertingere ad coronã. Qui etiam multi
pliciter deriſus, tandẽ ſententialiter condemnatus
es ad mortẽ: fac me euadere diabolicã deriſionem
& mortẽ æternam. Portaſti tibi crucem domini:
da mihi tollere crucẽ meam, & ſequi te: meam vti-
que, quæ debetur peccatis meis, meã etiam ſponta-
neam & deuotam: vt per hanc perueniam ad glo-
I riam. Amen.

De ſexta in paſsione domini. Caput LXIII.

Matt. 27. Mar. 15. Luc. 23. & Ioan. 19.

HOra ſexta cogitabis dolens & triſtis,
quomodo dominus Ieſus præcone
clamante, & vituperabiliter ductus
extra portam Hieruſalem peruenit
ad locum caluarię, vtique fœtidum:
Hebraicè Golgotha dictũ, & Latinè decollationis
interpretatũ: vbi malefactores puniebãtur, & publi
Caluaria. cum erat patibulum. Eſt aũt Caluaria teſta capitis
pilis & pelle denudata: & quia ibi decollabantur &
ſuſpendebãtur rei: & ſparſa erãt multa oſſa corpo-
rum humanorũ, & maximę capitum: ideo diceba-
tur locus Caluariæ, ſeu Caluariarũ. Et idcirco Ie-
ſus pro omniũ ſalute in loco peccatorũ eſt paſſus:
vt oſtenderetur pati pro peccatoribus: vt vbi prius
erat area damnatorũ, ibi erigerentur vexilla mar-
tyrum: & vbi abundauit peccatũ, ſuperabundaret
gratia dei: & in hoc oſtenderetur quòd per toleran
tiam ſupplicij, peruenitur ad coronã martyrij. Ibi
Chriſtus decaluatur, id eſt à carne ſua, ſcilicet car-
nali Iudæa ſeparatur. Et ſic patet mortis Chriſti
turpitudo ex cõditione loci: quia in loco vbi punie-
bantur malefactores & rei: & ex modo mortis, K
quia crucifixio erat turpiſsimũ genus mortis: & ra Turpitu-
tione ſocietatis, quia inter duos malefactores, qua do mortis
ſi noxius eſt crucifixus: per quod Iudæi intendebãt Chriſti ex
inducere ſuſpitionẽ populo, ꝙ Ieſus eſſet particeps multis.
& principalis in eorũ malefactis: quia eum vilifica
re intendebant in omnibus. Crux verò, quæ tunc
erat ſupplicium latronum & multæ ignominiæ:
nunc à locis ſuppliciorũ fecit tranſitum ad frontes
imperatorũ, & eſt immẽſę gloriæ. Tempus etiam
paſsionis Chriſti erat tẽpus ſolenne: & ideo tempus
gaudij & miſericordiæ: & per conſequens maior
fuit dolor tantã crudelitatem & afflictionem tali
tempore ſuſtinere. Extra aũt ciuitatem paſſus eſt. Cur extra
Primò, vt oſtenderet virtutẽ paſsionis ſuæ nõ eſſe ciuitatem
includendam intra terminos gentis Iudaicę. Vnde passus.
Chryſoſto. Non autẽ voluit dominus pati ſub tecto
non in templo Iudaico, ne putares pro illa tantum
plebe oblatũ: & ideo foras ciuitatem, foras muros:
vt ſcias ſacrificium eſſe cõmune, quod totius terrę L
eſt oblatio, quod cõmunis eſt purificatio. Secundò,
vt oſtendat quòd quicũque ſequi volunt paſsionis
fructum, debent exire mundum, ſaltem per affe-
ctum. Quia ergo Chriſtus extra portã paſſus eſt,
ſequamur eum, & exeamus ad eum extra caſtra
& mundanam conuerſationem, improperia ip-
ſius & pœnã portantes. Vnde Bernar. Chriſtus ex-
tra portã paſſus eſt: ad quẽ egrediamur mundanæ
conuerſionis contẽptu, quod eſt egredi de ciuitate
huius mũdi: & hoc tribus modis. Affectu, vt mun-
dum nõ diligamus. Effectu, vt eũ mente & corpo-
re funditus deſeramus. Profectu, vt cũ domino ſpi
ritus vnus fieri anhelemus. Quia vt ait Grego. Tan
tò quis deo eſt proximus, quãtò ab amore mũdi eſt
alienus. Hic locus, ſeu mons Caluarię, ſanctus ma-
gnam inter loca ſancta obtinet dignitatẽ, & maxi
mam ob memoriã dominicæ paſsionis habet com
punctionis virtutẽ: in quo dñs noſter magna & ſtu
penda operari dignatus eſt: quibus ad memoriã re-
ductis cor contritũ & humiliatũ compũgitur, &
quaſi torculari paſsiõis lachrymę cõpaſsionis ex- M
primũtur. De hoc ergo mõte ſeu loco, & his quę ibi Meditatio
fiebãt, debes ſæpe & maximè in tẽtationibus recor
dari: & quando tibi extinctus eſt ignis deuotionis,
perge illuc, & collige de lignis crucis, & per hæc
ignem huiuſmodi iterũ ſuſcitabis. Mons autẽ Cal- Mons
uariæ, in quo crucifixus eſt dominus, prope quẽ ad Caluarię.
quinquaginta paſſus eſt ſepulchrũ eius, erat extra
ciuitatem ad Aquilonem: dominus enim paſſus &
ſepultus eſt extra portã, quem montẽ & locum ſe-
pulturę domini Helius imperator Adrianus incluſ
ſit intra vrbem, amplians eã verſus Aquilonẽ, & à
capite vſq; ad pedes muro cingens eandem. In quo
loco poſtea Chriſtiani eccleſias duas: ſub vno tamẽ
tecto cõſtruxerunt montemq; Caluarię & locum
ſepulturę, & multa ſacra loca intra eas concluſe-
runt. A monte enim Caluarię verſus Occidentem
deſcendendo, ad duas cannas eſt Golgotha ſiue Cal
uaria, vbi eſt eccleſia oblonga in qua apparet ru-
pis illa in qua crux ſancta cùm portaret domi-
num erat fixa patẽte adhuc foramine in rupe ipſa,
qui locus



qui locus crucis diſtat tribus cannis, vel circa, ſcili-
A cet ſedecim gradibus à ſuperficie terrę: hoc eſt à pa
uimento eccleſiæ. Eſt etiam ibi alia grãdis ſciſſura
per totã petram, quæ teſtimoniũ perhibet per ſuã
ſciſſuram, ſanguinẽ ſui fabricatoris ſe ſuſtinere ne-
quaquã potuiſſe. Ipſa verò petra altior eſt quàm pa
uimentum, vſq; ad genua circunſtantiũ. Deinde ad
quinquaginta paſſus, vel circa, eſt ſepulchrũ domi-
ni: vbi eſt eccleſia ſancti ſepulchri, ſeu reſurrectio-
nis dominicæ rotũda: ſed chorus protẽditur in lon
gum cũ ſanctuario: in quo eſt ſummũ altare, & ſu
ſtentatur duodecim colũnis: ſed vtraque eccleſia, ſci
licet iſta & golgotha vno tecto eſt tecta. Vnde qui-
dam hãc & illam vnã dicunt eſſe, nominantes eam
eccleſiam ſancti ſepulchri, ſeu reſurrectionis domi
nicæ. Locus autẽ crucis prædictus talis eſt, vt poſi-
tus in medio terrę ad capeſcendã dei cognitionem
omnibus gẽtibus eſſet æqualis. Vnde ſuper hũc lo-
cum ſcriptũ eſt Gręcè: Hîc deus noſter ante ſecula,
operatus eſt ſalutẽ in medio terræ. Tradũt autẽ Iu
B dæi (vt Hieronymus ait) quòd in loco mõtis immo
latus eſt aries pro Iſaac. Vnde Auguſtinus: Hiero-
nymus presbyter ſcripſit ab antiquis & ſenioribus
Iudæis ſe certiſsimè cognouiſſe, ꝙ ibi immolatus
ſit Iſaac, vbi poſtea Chriſtus crucifixus eſt. Sub iſto
loco eſt locus carceris Chriſti, vbi ſtetit ligatus, quã
Hieruſalẽ do præparabatur crux, in qua debebat affigi. Et no
ſitus. ta quòd Hieruſalẽ ciuitas dei ſummi, domina mun
di, de qua dicta ſunt & dicuntur glorioſa: ſita eſt
in decliui latere montis dupliciter, & ab Auſtro
videlicet & ab Occidente. Ab Auſtro quidẽ ſita eſt
in latere mõtis Sion: & inde deſcẽdit lõgitudo eius
cõtra Aquilonẽ: & ab Occidẽte habet montẽ Sion
& dependet ab ipſo eius latitudo contra Orientẽ,
vſq; ad torrentẽ Cædron, ſiue vallẽ Ioſaphat. Situs
ergo ciuitatis ab Auſtro eſt eleuatus, ſimiliter per
totũ latus Occidentis, & in parte Orientis omnino
eſt demiſſus: ita vt ſordes ciuitatis tempore pluuię,
C deſcendant per portã ſterquilinij in torrentem Cæ
Cõforma- dron. Nunc ergo conſpice operarios malos, vndiq;
tio. nequiter operari. Intuere diligenter ſingula, quæ
fiunt contra dominũ tuum: & quæ dicũtur, & quæ
fiunt ab ipſo, & per ipſum: & his toto mentis intui-
tu exhibe te præſentẽ. Videas igitur oculis mentis
alios cùm vidiſſent eum fatigatũ, ſibi dare vinum
myrrhatum, ſiue cum felle mixtum: in hoc etiam
interiora dulciſsimi domini amaricare volentes, &
ſuam amaritudinem declarantes: quod, ſecundum
Matthæum, cùm guſtaſſet noluit bibere: quia (vt di
Guſtare. cit Chry.) Nihil diſtat ſimpliciter guſtare, & non
bibere: ſed vnum quidẽ & idem ſignificant. Et ſe-
cundum Marcum non accepit, id eſt, non bibit, vel
non ſcilicet perfectè vt biberet: quod enim guſta-
mus, non accipimus: quia nõ traijcimus illud in cor
pus, ſed ſtatim reijcimus. Aliquid ergo accepit ad
guſtandũ modicum, vt quod ſcriptũ erat implere-
Pſal. 68. tur, ſcilicet: [Et dederunt in eſcam meã fel: & in ſi-
ti mea potauerũt me aceto:] & quia illud quod mo
dicum eſt, quaſi nihil reputatur: ideo hîc dicitur ꝙ
non accepit, ſcilicet ad perfectè bibendũ, quia fel-
leam amaritudinem hominibus dulcis & rectus do
minus, nunquam acceptauit. Vel cùm guſtaſſet, id
eſt, ori appoſuit, noluit bibere propter duo. Primò, D
vt oſtenderetur iniquitas talem potũ propinantiũ. Bibere cur
Secundò, vt ſignificaretur velocitas reſurrectionis noluit.
ipſius. Vnde Greg. Guſtauit vinũ, ſed noluit bibere:
quia mortis amaritudinẽ, quã guſtaturus erat, mo-
mentaneã, & citò in dulcedinẽ conuertendã ſignifi
cabat, quia tertia die reſurrecturus erat. Vnde &
Hiero. Hoc aceto ſuccus lætalis pomi abſtergitur
& non accepit id pro quo patitur. Vnde de eo dici- Pſal. 68.
tur, quæ non rapui tunc exoluebam. Vinũ myrrha
tum dño propinat: qui hæreſes ſub pallio veritatis
docet. Acetũ cum felle mixtũ dño propinat: qui de
malè acquiſitis domino ſacrificat. Hoc etiam facit,
qui mẽbra eius amaritudinibus affligit. Et vniuer-
ſaliter vinũ myrrhatũ, vel cum felle mixtũ, eſt bo-
num opus cum culpa factum: quia ſicut modicum
myrrhæ, vel fellis, bonum vinũ corrumpit: ſic mo-
dicum culpæ mortalis, totum bonũ opus deſtruit.
Videas & alios quæq; ad hoc opus neceſſaria diſpo E
nere, & alios ipſum ſpoliare. Spoliatur itaq; ſuis ve Spoliatio
ſtibus: & ad pudoris tumultũ etiam fœmoralibus, Chriſti
vt ventis & frigori exponatur nudus. Spoliatur au ante crucẽ.
tem cum maximo dolore, & renouantur in eo fra-
cturæ: quia veſtis interior, propter ſanguinẽ flagel
lationis fortiter corpori adhęrebat. Et tunc corpus
eius, tam eleganter formatũ, apparuit totum cruen
tatum, & liuoribus repletum. In hoc etiã apparuit Nudus
paſsionis eius ignominia, ꝙ nudus eſt crucifixus: crucifixus.
quia hoc non fit niſi perſonis abiectis & vilibus. O Mariæ do
quantus dolor erat tibi mater ſanctiſsima, cùm ocu lor.
lis tuis aſpiceres iſta? Nunc enim primò cõſpiciens
mater ſua filium, ſic vulneratum & diſpoſitum, do-
lore mentis nimio affligitur. Triſtatur autem ſu-
pra modum, quia eum videt ſic nudatum. Accele-
rat igitur mater, & filio ſuo approximat, ac velo
capitis ſui eum cingit & velat. O in quanta amari-
tudine eſt nunc anima ſua? Non credo ꝙ verbum
facere potuiſſet. Differt autem iſte articulus expo
liationis, ab articulo exuitiõis in flagellatione: quia F
ibi exuebatur in prætorio corã præſide & ſuis mi-
niſtris, hîc autẽ in publico corã omni populo. Item
ibi exuebatur reinduẽdus, hîc autẽ nunquã reindu
endus: & ideo ſignãter dictũ eſt, ꝙ exuerũt eũ: hîc
aũt dicitur ꝙ expoliauerũt eum, quaſi nunquã am
plius veſtes rehabiturum. Ex hoc articulo documẽ Documen
ta poſſunt accipi, ſicut ex illo. Itẽ eſt documentum, ta.
quòd nos debemus nudari ab oĩbus rebus & acti-
bus mũdanis: ſaluti noſtræ contrarijs: vt, ſecundum
Hiero. nudã crucẽ nudi ſequamur. Itẽ eſt documen
tum, quòd ſi quẽ Chriſtianũ contingat à prædoni-
bus veſtibus ſuis ſpoliari, recordetur & Chriſtũ à
ſuis crucifixoribus ſpoliatũ: & erit ſibi materia pa Cõforma
tiẽtiæ. Ad cõformandũ ſe huic articulo, rememore tio.
tur homo ſubſtantiã actus articuli, & oret dicẽdo:
Ieſu qui ante crucẽ veſtibus expoliari & nudari vo
luiſti: fac me ab oĩbus mũdanis rebus, inquantũ cõ-
tra ſalutẽ meã ſunt, denudari: quatenus nudũ cruci-
fixum & nudam crucẽ nudus ſequar. Deinde eripi
tur furibũdè filius de manibus matris doloroſę, nõ
ſine magnis doloribus, gemitibus, & ſuſpirijs: & Crucifi-
ducitur ad mortem crucis. Et nudus ſuper lignum xio Chri-
crucis, quæ in terra erat poſita, dirè proiectus, ſti.

crudeliter expanſus & tractus,ſtrictiſsimè,in mo-
dum pellis hincinde eſt extenſus. Dicitur enim ꝙ
foramina fecerunt prius in cruce: & quia brachia,
& pedes Chriſti non poterant foramina attingere:
ideo ligatis funibus in brachijs & pedibus tantũ tra
xerũt,ac dulces manus & pedes ita atrociter exten
derunt,ꝙ omnes iuncturæ oſsium dinumerari po-
Pſal.21. tuerunt. Iuxta illud Pſal. Dinumerauerunt omnia
oſſa mea:id eſt,dinumerabilia fecerunt. Vbi ſecun
dum Augu. Ad literam deſcribitur extenſio corpo
ris Chriſti in ligno: nec poterat melius deſcribi hu
ius extenſio. Hęc autẽ extenſio multũ pœnoſa fuit
& maximã pœnam Chriſto intulit. Vnde legitur
Extenſio Chriſti in cruce. ꝙ cùm quædam deuota perſona,in quadam reuela
tione interrogaret à domino,quid in omnibus,quę
pro nobis pertulit,maximè doluiſſet. Reſpondit ꝙ
in cruce extenſus fui,ita ꝙ omnia oſſa mea nume-
rari poterant:& quicunq; pro illo dolore mihi gra
tias egerit:ita gratum obſequiũ mihi præſtabit,ac
ſi omnia vulnera mea vnguento ſuauiſsimo delini-
H ret. Ex iſto articulo,extenſionis in cruce, ſumun-
Documenta. tur duo documenta. Primum eſt, ꝙ & nos omnia
membra & organa corporis noſtri extendere debe
mus in obſequium Chriſti:manus videlicet & bra-
chia ad operationẽ:pedes ad ambulationem,genua
ad orationẽ, omnes quoq; ſenſus ad ſuorũ actuum
ſanctam & caſtã exercitationẽ, vt poſsimus dicere
Pſal.34. cum Pſal. Omnia oſſa mea dicent:domine, quis ſi-
milis tibi? Vnde Caſsianus in collationibus patrũ do
cet,ꝙ religioſæ & deuotæ perſonæ debẽt omnium
membrorũ ſuorũ primitias domino offerre. Mox
Primitiæ membrorum deo offerendę. enim vt à ſomno excitati de lectulo ſurrexerint,
debent primo oris & linguæ motu orando laudes
deo offerre:& priuſquã membro aliquo ſuo fungan
tur officio,circa curam rei familiaris,debent ea ad
diuina obſequia extendere:caput & faciem cum o-
mnibus ſenſibus ad cœlũ leuando: manus ad deum
in oratione eleuando,brachia in modũ crucis expã
dendo,genua ad orationẽ incuruãdo:totum corpus
nunc ſtando,nunc in terrã ad veniã proſternendo:
I cum reuerenti & honeſta omniũ membrorum, &
virium totius corporis extenſione,& ſpiritualium
virium intentione in ſacrificiũ iuſtitiæ deo offeren
Contemplatio. do. Secundum documentũ eſt,ꝙ cordis oculis aſpi-
ciamus ſaluatorem noſtrum in cruce expanſis ma-
nibus extenſum,quaſi paratũ nos recipere ad amo-
roſum amplexum ſuum. Vnde Aug. Chriſtus ex-
tendit brachia ſua in cruce:& expandit manus ſuas
paratas in amplexus peccatorũ. Inter brachia ſal-
uatoris mei,& viuere volo,& mori cupio:ibi ſecu-
Pſal.29. rus decantabo: Exaltabo te domine,quoniã ſuſcepi
Cõformatio. ſti me. Ad conformandum ſe huic articulo,poterit
homo brachia & omnia membra ſua, ſiue ſtando,
ſiue procumbendo in modũ crucis,etiam corpora-
liter,& vires ſpirituales intentionaliter ad laudem
dei extendere:rememorãdo illos amoroſos ample-
xus extenſionis Chriſti cum Aug. Ieſu qui in cruce
extendi voluiſti ita atrociter, vt omnia mẽbra tua
poſſent numerari:fac me omnia membra, vireſq́;
corporis & animæ meæ ad laudem tuam extende-
Cur cruci figi voluit re:& ad amoroſos amplexus tuos dulciter aſpirare.
Ipſe autem dominus noſter nõ ſolum dignatus eſt
in cruce extendi:ſed & voluit cruci affigi:vt com-
mendaret nobis indiſſolubilẽ charitatẽ ſuam, qua K
ſalutem noſtram firmauit. Extenſis ergo neruis &
venis:ac protenſis oſsibus & iuncturis:violenta ex-
tenſione affixus eſt cruci in manibus & pedibus du
riſsimè perforatis & ſauciatis cum clauis groſsis &
duriſsimis,cutem & carnẽ,neruos & venas, ac cõ-
pages oſsium diſsipantibus: quorũ ſtimulis excita
& tu manus & pedes tuos ad omne bonum opus.
Quia enim primus homo ad lignum præuaricatio Adæ conformitas.
nis manus extendendo,& pedibus accedẽdo,chiro-
graphũ damnationis noſtræ diabolo confecerat:
ideo ſaluator noſter,vt chirographũ illud deleret,
manibus & pedibus ligno ſalutiferæ crucis affigi
voluit clauis inuictiſsimę charitatis:delens per hoc
chirographũ decreti quod erat contrariũ nobis, &
ipſum tulit de medio affigẽs illud cruci. O quàm li
benter crucẽ aſcendit,& quanto amore omnia pro
nobis ſuſtulit. O quãta patientia obediuit:& quan-
tũ pater in ipſius obedientia delectatus fuit. O quã-
tæ voces ac triſtes vlulatus & gemitus,ibi ab ami- L
cis ſuis,& præcipue à matre ſua mœſtiſsima audiũ
tur,cùm ſic crudeliter extenditur, clauatur & fodi
tur,& toto corpore diſsipatur. O ſtupor, ô pietatis
abyſſus,ô charitatis incendiũ,ô mira circa nos tuæ
pietatis dignatio, ô inæſtimabilis dilectio chari-
tatis. Sed caue ne tu clauos crucis Chriſti fabrices, Clauos Chriſti fabricare, aut ipſum crucifigere.
vel manus aut pedes dñi eis vulneres,aut configas.
Clauos enim crucis Chriſti fabricat,qui inter pro-
ximos diſcordias ſeminat. Manus verò dñi videtur
clauis vulnerare & cõfigere,qui de bonis à deo datis
non vult eleemoſynas erogare. Pedes autẽ Chriſti
clauis ferreis perforat,qui theatra ſeu ſpectacula &
tabernas magis quàm eccleſias viſitat. Ex hoc enim
articulo crucifixionis,trahitur documentum,ꝙ & Documentum.
nos crucifigere debemus carnẽ noſtrã cum vitijs &
cõcupiſcẽtijs:vt ſimus fixi clauis,id eſt,pręceptis iu
ſtitię ſicut Chriſtus clauis cõfixus fuit in cruce. Sic
fecit ipſe apoſtolus qui dicebat: Chriſto cõfixus ſum
cruci:id eſt,crux Chriſti extinxit in me ardorẽ pec Galat.
cati:timore dei,quaſi clauis affixas habens carnes. M
Et hoc eſt quod orat propheta: Confige clauis à ti-
more tuo carnes meas:ſecundũ tranſlationem, qua Pſal.118.
vtitur Augu. Ad conformandum ſe huic articulo, Cõformatio.
memoretur homo continentiã eius,& ſic oret: Ieſu
qui duriſsimis clauis cruci affigi voluiſti: ac ꝑ hoc
chirographũ peccatorum noſtrorũ, & mortis eidẽ
cruci affixiſti. Confige quęſo timore tuo carnes
meas vt præceptis tuis firmiter inhærẽs,ſemꝑ tibi
cõfixus ſim cruci. Cũ ergo crucifixio facta eſſet cru Leuatio cũ cruce.
ce in terra iacente:poſtea Chriſtum affixum leua-
uerunt cum cruce. Et hoc videtur ſentire Hierony.
& in quadam oratione expreſsè hoc dixit Innocen
tius papa tertius. Et hoc fortè repręſentat eccleſia,
in eo quòd in die paraſceues crux deoſculando ia-
cet ad terram appodiata. Iſta autem leuatio non du
bium,quin maximi doloris fuerit, eo quòd tunc la
cerabantur vulnera manuum & pedum ex ponde-
roſitate corporis: profluxerunt́q; copioſi riui ſan-
guinis vndiq; ex illis magnis ſciſſuris & fontibus
ſaluatoris. In alto autem (ſecundum Auguſtinum)
eleuari & nõ ſub tecto pati dominus voluit, vt etiã
ipſius



ipſius aëris natura mundaretur,ſcilicet à dæmoni-
A bus & infectione peccatorum:ſed & terra per ſan-
guinem decurrentẽ ſimiliter mundabatur. Et ſecũ-
dum Theophilum,vt ſanctificaret aërem, qui ſan-
ctificauerat terram,ambulando in ea. Et ſecundũ
Chry. vt à dæmonibus expiaret aërem,& aſcẽſum
nobis pararet in cœlũ. Ideo etiam ſic eleuari voluit
vt in cruce pendens in aëre,ſe inter deum & homi
nem mediatorem oſtenderet:& per paſsionem cru
cis,cuius cùm eleuata fuerit vna pars ad cœlum,al
tera verò in terram reſpicit, humanã naturam ad
conſortium angelorũ reuocaret. Vnde Anſel. Me-
diator dei & hominũ,inter cœlum & terrã medius
pendens,ima ſuperis vnit: cœleſtibus terrena con-
Documentum. iungit. Ex hoc articulo, leuatiõis in cruce habetur
documentum,ꝙ nos paſsionem domini recolentes
debemus exaltari à terra: id eſt, à terrenis affecti-
bus:vel etiam à terrena conuerſatione, ſaltẽ quoad
mẽtalem abſtractionẽ,vt vel ſic à terra ſurſum tra
hamur ad Chriſtum in cruce pendentem:quatenus
B ſimus de illorum numero, de quibus ipſe pollicens
Cõformatio. dixerat: Omnia trahã ad meipſum. Ad cõforman-
dum ſe huic articulo, poterit homo ex deuotione
ſua mentem ſurſum erigere, quaſi Chriſto coram
pendere in cruce:& poterit hoc etiam aliquo geſtu
corporis repręſentare,& ſic orare: Ieſu qui in cruce
leuari,& ſic à terra exaltari voluiſti:fac me quæſo
à terrenis affectibus ſubleuari, & mente in cœleſti
Minutio Chriſti. bus conuerſari. O quàm malè prouiſum fuit Ieſu
in ſua minutione:fuit enim in ſua minutione, vſq;
ad ſudorem calefactus, firmiter ligatus, profundè
Minutorũ prouiſio. vulneratus,ſed malè procuratus. In tribus namq;
prouidetur minutis:ſcilicet in alimonię recreatio-
ne,in quieta pauſatione,& in luminis abſconſione.
Sed dulcis Ieſus pro recreatione habuit fel & ace-
tum:pro quiete,vexationem corporis & afflictionẽ
animę:pro luminis temperatione,ſplẽdorẽ meri-
Contemplatio. dianum. Hîc ſiſte anima mea:hîc ſiſte Chriſti ſan-
guine redempta. Ecce Abel occiſus à fratre. Ecce
Iſaac ligatus à patre. Ecce ſerpens æneus in deſer-
to exaltatus à Moyſe. Ecce agnus,immolatus in le
C ge. Ecce deus,occiſus ab homine. Ecce Ieſus, cruci
fixus in carne. Ecce rex tuus,ſuſpẽſus in cruce. Ec-
ce dominus tuus,condemnatus morte. Ecce homo
mitis & innocens,inuolutus ſanguine. Ecce homo
vita tua,quaſi pendens ante te. Fixis in illa vulnera
oculis, interna pietate conſidera illud corpus te-
nerum,corpus illud innocens, corpus immaculatũ:
graui crucis extenſione grauiter laceratũ. Attende
& vide,ſi eſt dolor ſicut dolor eius. Et licèt nõ igno
res q̃d boni illa paſsio cõferat mũdo: tñ ſi qua ſunt
in te pietatis,ſi qua charitatis, ſi qua compaſsionis
viſcera,pietatis affectu cõpatere,& emitte,lachry-
mas:clama & dic, Flecte ramos arbor alta,tenſa la
xa viſcera:& rigor lenteſcat ille,quem dedit natiui-
tas,vt ſuperni membra regis miti tendas ſtipite. Sic
enim crucifixus eſt dominus Ieſus,& in cruce extẽ
ſus,quòd dinumerari poſſent omnia oſſa eius:& ſic
anguſtatus vndique ꝙ ſe mouere non poſſet,niſi in
capite. In hora enim & in tempore illo flebili ſpa-
cioſa terrę latitudo ſibi defecerat: ita vt nõ haberet,
vbi caput miſerijs feſſum reclinaret: ſed inclinatũ
dependebat. Claui ferrei ſuſtinent totũ pondus to-
tius corporis eius:dolores acerrimos tolerat, & vl- D
trà quàm dici vel cogitari poſsit, affligitur. Vide
cum quanto labore,& dolore dominus ſtat in cru-
ce,& non tædeat te in ſeruitio ſuo ſtare. Quia (vt
ait Petrus Damianus) Quò laborioſius in conſpe-
ctu ſupernæ maieſtatis ſe cõſpicientis quis aſsiſtit:
eo ſuauius dulcedinẽ intimæ quietis acquirit:quan
toq; difficilius ſui corporis grauedinem tolerat,tan
tò copioſius eum ad dei meritum leuat. Stat etiã do
minus nudus corpore,ac vento & frigori expoſitus:
ſed veſtitus amore, & amoris calore inflammatus
à planta pedis vſq; ad verticem:à leua in dexteram
intus & exterius cruciatus. Crux quippe à cruciatu Crux vnde.
dicitur, vbi dolores acerrimi exagitant:vbi diu vi-
uitur,& mors ipſa protẽditur,ne dolor citius finia-
tur: quod genus mortis intantũ duriſsimũ atq; tur-
piſsimum apud Iudæos erat,vt non ſolum ipſe vitu
perabilis eſſet quem crucifigi contigiſſet,ſed etiam E
tota domus eius,domus crucifixi appellatur. Vt er- Crucis mortem
go dominus à turpiſsima & duriſsima morte nos cur elegit.
liberaret: non ſolũ duriſsima, ſed etiã turpiſsima
morte ſe condemnari permiſit:& vt maledictionẽ
quã incurreramus ſupportaret,maledictã mortem
ſcilicet crucis ſuſcepit. ſecundum illud: Maledictus Deut.21.
qui pẽdet in ligno. Vnde Apoſtolus,ait: Factus ma Galat.3.
ledictũ vt nos à maledictione liberaret. Vnde Aug.
Illa morte nihil peius fuit. Inter omnia genera mor
tis,elegit extremum & peſsimũ genus mortis: qui
omnium fuerat ablaturus mortem,de morte peſsi-
ma occidit omniũ mortẽ. Hæc Aug. Hanc autem
crucifixionẽ Chriſti Eſaias præfigurauit,quẽ gens Figura.
Iudaica ſerra lignea per mediũ ſecauit. Iudęi enim
cũ ſerra lignea Chriſtũ per mediũ diuiſerunt: quia
animã & corpus eius,per crucẽ,ab inuicẽ ſeparaue
runt. Congrue autẽ dñs tale genus paſsionis elegit,
quod primæ præuaricationis reatũ abſolueret: vt
qui per lignũ vetitũ cecideramus,per lignũ ſanctæ
crucis reſurgeremus. Et qui per lignum pręuarica
tionis mortui iacebamus:per lignum recõciliatio-
nis,ad vitam reuocaremur. In cruce ergo Chriſtus F
mori,& ſic genus humanũ ſaluare voluit, vt mor- Crucis lignum redemptioni aptum.
bo conuenienter medela reſponderet: vt videlicet
vnde mors oriebatur,inde vita reſurgeret: & dia-
bolus qui in ligno vincebat,in ligno quoq; vincere
tur per Chriſtũ. Per lignum enim pręuaricationis,
mors inducta fuerat:& neceſſarium erat,vt per li-
gnum paſsionis pelleretur:& de ligno crucis & cru
ciatus,lignũ concupiſcẽtiæ excluderetur: & vt dñs
per ligni dolores inuictus trãſiens,delectationes ex
ligno prouenientes cõfutaret. Expandit in cruce
immaculatas manus, pro manibus incontinenter Contemplatio.
extenſis. Pro ſuaui cibo arboris vetitæ eſcam fellis
accepit:& in ſe ſuſcipiens mortẽ,noſtrã mortalita-
tem abſtulit. Vnde Bernar. Quid cõmiſiſti dulciſ-
ſime puer? Quid feciſti amantiſsime iuuenis? quæ
tua noxia, quæ tua cauſa damnationis? Ego certè
tui ſum cauſa doloris:quod perpetrauit ſeruus, do-
minus ſoluit:quod cõmiſit iniuſtus,ſoluit iuſtus. O
nate dei,quò tua deſcendit humilitas? qui factus es
obediens pro me,deo vſq; ad mortẽ:mortem autem
crucis. Me ad illicita,traxit concupiſcentia: te pro
T 3 me ſan-

me ſancta charitas,traxit ad crucem. Ego pomum
G accepi, tu clauis laniaris. Ego pomi dulcediuē:tu fellis guſtas amaritudinē. Mihi miſero congaudet Eua:tibi crucifixo plorans cōpatitur Maria. Hæc Ber. Quis det mihi vt totus totaliter carne & ſpiritu transfigar, crucisq; affigar patibulo cū dilecto vt nec aliquid ſentiam niſi Ieſum, & hunc crucifixum:& clamabo toto corde:Quis mihi det, vt ego pro te moriar deus meus? Dulcis mihi lectus ſit illud lignū crucis tuæ domine,vt ego pro te moriar, in quo dulciter requieſcā. Manus tuæ,quæ me fecerunt,expoſitæ ſunt clauorū aculeis: placeat tibi vt non extendam vltrà ad iniquitatē manus meas: ſed per ſanguinem,qui de manuum tuarum plagis exiuit, purifica manus & opera mea: vt ſine ira & immundicia leuem eas ad te, & ad opera pietatis. Sana domine vulnera conſcientiæ meæ,quæ inflixi mihi manibus proprijs in operibusvoluptatum. Beatos pedes tuos, quorū ſcabellū terra eſt, ligno crucis paſſus es clauis affigi duriſsimis: per hoc te obſecro domine dele errata pedum meorū,& perfi
H ce greſſus meos in ſemitis tuis, vt non moueantur veſtigia mea:ſed ſemper ſint ſtabiles in opere ſancto.

Tituli ſcriptio.

[Scripſit autem Pilatus,]in quadā charta tabulæ affixa[titulum,] & poſuit tabulam cum cauilla [ſuper crucē,]vt eminentius appareret,& in titulo cauſa mortis eius. [Ieſus,] in quo exprimitur proprium nomē eius[Nazarenus,]quoad patriā, quia ibi fuit nutritus:[rex Iudęorū:]in quo exprimitur cauſa mortis ipſius:quaſi diceret. Ideo crucifixus eſt,quia erat rex Iudęorum.Mos enim erat Romanorum,ſuper lignum crucis ponere cauſam mortis crucifixorum.Ipſe autē accuſatus fuerat,ꝙ ſibi regnum Iudæorū vſurpare volebat.

Cauſa mortis.

Pro hac ergo cauſa Iudæi eum Pilato tradiderant:& Pilatus eum ad mortē condemnauerat. Et quia Iudæi cōtra voluntatem Pilati petierūt Chriſtū crucifigi:ideo volens ſe vindicare de eis, per talem modū ſcripſit titulū vt redundaret in verecundiā ipſorum. VndeChry.
I Sicut in trophæo literę ponuntur victoriam oſtendentes:ita Pilatus titulū cruci Chriſti inſcripſit:ſimul quidem proChriſto reſpondens,vt eum à communione latronum diſcerneret:ſimul autem & de Iudæis vlciſcens,oſtēdens ſcilicet ipſorum malitiā, dum in ſuum regem inſurrexerunt.

Chriſti à latronibus exemptio

Tituli myſterium.

ſecundū Theophilum:Iudæi procurabāt ſcribi titulum,& intendebant per hunc illuſoriè vituperare opinionem eius qui regem faciebat ſeipſum: vt ſic prætereuntes ſui miſereri non valerēt: ſed magis ei tanquam tyranno improperarēt.Sed Pilatus non ſcripſit ſicut volebant. Vnde & Hiero. Iudęi illudentes,& irridentes hoc fecerūt: ſed in intentione Pilati aliud fuit. Operabatur enim,ſecundū gloſam, diuina vis in corde neſcientis. Diuinitus namq;, ſecundū Remigium,hoc procuratum fuit,vt talis titulus ſuper caput eius poneretur:vt per hoc Iudęi agnoſcerent ꝙ eum occidendo nihilominus regem haberent. Vnde & Beda,in quo mōſtrabatur iam tunc regnū ipſius,non vt ipſi putabant deſtructū,ſed potius augmentatum. Titulus enim poſitus ſuper crucem eius,illud oſtendit,quia nec etiam occidendo efficere potuerunt vt eum regem non haberent, qui eis ſecundū opera ſua redditurus eſt. Hæc autem tria verba,ſcilicet Ieſus Nazarenus rex Iudæorū: ſatis K conueniūt ad crucis myſteriū.

Tituli conuenientia.

Nā hoc qđ dicit Ieſus,quod interpretaturſaluator, cōuenit ad virtutē crucis,per quam facta eſt nobis ſalus. Hoc verò ꝙ dicit Nazarenus,quod interpretatur floridus,pertinet ad patientis innocentiam:qui eſt flos qui de radice Ieſſe aſcēdit:ſed hoc quod dicit rex Iudæorū, pertinet ad patientis poteſtatē & dominium, quod ex paſsione promeruit: quia propter hoc deus illū exaltauit. Sed licèt ipſe per crucem ſit nō ſolū rex Iudæorum,ſed & gentium: tamen ſcripſit rex Iudæorum tantum: quia ipſi Gentiles conuerſi ad fidem ſpiritualiter Iudæi dicuntur,id eſt, cōfitentes: non circunſione corporis, ſed Chriſti: & ideo per hoc quòd dicit rex Iudæorum,intelliguntur etiam Gentiles conuerſi:vt autem dicit Beda, Pulchrè titulus,qui Chriſtum regem teſtetur non infra, ſed ſupra crucem ponitur:quia licèt in cruce pro nobis hominis infirmitate dolebat, ſuper crucem tamen regis maieſtate fulgebat.

Tituli ſuper cruci poſitio.

L

Vnde & Ambroſius. Meritò autem ſupra crucem ponitur titulus: quia non humani corporis,ſed diuinæ poteſtatis eſt regnum quod habet Chriſtus.

Cur tribꝰ linguis.

Scripſit autem titulum illum non in vna lingua,ſed in tribus linguis famoſis: ſcilicet,[Hebraice,Græcè, & Latinè:] & in qualibet lingua integrè:vt diuerſarum linguarum homines qui ad diem feſtum conuenerant,legere & intelligere poſſent cauſam mortis ipſius: & vt omnis lingua confiteretur, quia dominus Ieſus Chriſtus eſt rex regum, & dominus dominantium, in gloria dei patris:& vt omnis lingua commemoret perfidiam Iudæorum: & ad oſtendendum ipſum pati pro populo omnis linguæ,& eis dominari in perpetuum. Cuius ſignum eſt,quòd Pilatus titulum delere noluit,vel mutare,licèt Iudęi hoc peterent:quia videbant quòd in verecundiā eorum redundabat, eo modo quo ipſe ſcripſit. Vnde pontifices Iudæorum,volentes titulū corrigere, dicebāt Pilato:[Noli ſcribere,rex Iudæorum, ſed quia ipſe dixit, rex ſum Iudæorum.] Nam in hoc quòd ponit,rex Iu- M dæorum,oſtenditur Chriſti præconium,& Iudæorum opprobriū: quia cōtumelioſum erat Iudæis ꝙ crucifigi fecerūt regē ſuum.Sed ſi poneretur, quia dixit rex ſum Iudæorū, hoc redundaret in Chriſti opprobriū:& Indicaret eius culpā:&hoc ipſi intendebant;vt ſcilicet crucifixi famā auferrēt: qui iam viuo vitā abſtulerant. Pilatus verò magis confirmauit,dicens:[Quod ſcripſi ſcripſi:]id eſt, immobiliter & indelebiliter ſcripſi:quaſi diceret,hoc eſt verum quod ſcripſi:ideo nō mutabo.

Tituli approbatio.

Non corrūpo veritatē,etſi vos diligitis falſitatē. Iteratio verbi,confirmatio eſt tituli,& regni Chriſti. Immobilitas tituli,immobile regnum ſignificat Chriſti. Fuit autem ſecundū Aug.titulus iſte immutabilis:nō quia Pilatus ſcripſit:ſed quia veritas dixit. Rex inquit, ſum Iudæorū. vnde exclamat idem Aug. O ineffabilē vim diuinę operationis:etiā in cordibus ignorantium. Nónne occulta quadā vox Pilato intus quodā(ſi dici poteſt) clamoſo ſilentio perſonabat, qđ tacito ante in Pſalmorū literis prophetatū eſt: ne corrumpas tituli inſcriptionem. Ideo enim Pilatus



tus,quod ſcripſit ſcripſit:quia dominusquod dixit,
A dixit. Hæc Auguſt. Cōmendauit autē eum Pilatus licèt neſciens,in hoc titulo à tribus.

Mortis Chriſti cauſa.

Mors enim Chriſti, cauſa erat remiſsionis culpæ: quia Ieſus, collationis gratiæ:quia Nazarenus:adeptionis gloriæ:quia rex Iudęorū,in quo omnes erimus reges.

Linguarū trium excellentia.

Tres verò linguæ prædictæ ad principatū in crucis titulo ſunt cōſecratæ,quia illæ præ cæteris eminebant & principales erant:Hebręa, propter religionem, & Iudęos in lege dei gloriantes. Gręca, propter ſapientiā &gentium ſapiētes. Latina,propter potentiā,& Romanos,multis, ac benè omnibus,iam tūc Gentibus imperantes: ac ſi diceretur, Hic eſt rex totius religionis,totius ſapientię,totius potentiæ. Hæ ergo tres gentes(vt ait Auguſt.) ſibi dignitatem in cruce Chriſti vendicāt:in quo ſignatur ꝙ per crucē Chriſti ſubiugari & conuerti deberent deuoti & religioſi, qui ſignātur per linguā Hebræam:ſapientes, qui per Græcā: & potentes, qui per Latinā. Velint nolint ergo Iudæi, diuerſæ
B linguæ,omne mundi regnū,omnis mūdana ſapientia,omnia diuinę legis ſacramenta teſtantur, quia Ieſus rex eſt Iudęorū:hoc eſt imperator credentiū, &confitentiū deum.

Titulus triplex.

Et notandū ſecundum Hiero. quòd triplex diſtinguitur titulus. Memorialis,quādo ſcilicet aliqua ſcribuntur ad memoriā facti,maximè mortuorum:ſic fit inſcriptio ſuper ſepulchra eorum. Præconialis,qui ſcilicet inſcribitur in pręconium & laudē viuorum:ſic fit in portis domorū vel ciuitatū,quando res actu deſcribitur. Triūphalis,qui ſcilicet continet cauſam & ordinē alicuius triumphi:& talis fit hic titulus,de quo nūc dicitur. Poſt victū enim diabolū,ſuper caput eius fuit ſcriptum,hic eſt rex Iudæorū:ſcilicet corde circūciſorum:ſpiritu nō litera:& per hoc quòd etiā in morte dicitur,rex Iudæorū:oſtenditur ꝙ nec in morte perdidit regnū Iudęorū,ſed magis acquiſiuit:verorum,ſcilicet Iudęorū:ipſum corde,ore,& opere cōfitentium.

Documentum.

Ex iſto articulo,ſuperſcriptionis tituli, habetur documentū,quòd quādoque impugnamur à dęmone,opponamus ſibi titulū iſtum, Ieſus Na-
C zarenus rex Iudæorū. Qui ideo titulus triūphalis dicitur,quia trium Chriſti cōtra diabolum euidenter exprimit. Quod ſentiens diabolus,mox affixo titulo cruci,Iudęos inſtigauit vt à Pilato tituli mutationem peterent: ſed Pilatus diuino inſtinctu in hoc facto motus,immutabilem eſſe titulū aſſeruit.

Titulus in corde habendus.

In omni ergo impugnatiōe diabolica, Chriſtianus hunc titulum in corde & ore,vel etiā in ſcripto gerat:quia inter omnia arma paſsionis dominicę diabolus hunc titulum triumphalē maximè perhorreſcit:prout metipſe diabolus cuidā perſonæ deuotę in viſione quadam exactus aſſeruit.

Conformatio.

Ad conformandum ſe huic articulo,qui illuſorius fuit ex intentione Iudæorū, attendat homo documētum, & ſic oret: Ieſu, qui tituli triūphalis ſuperſcriptione luſoriè diffamari voluiſti: da mihi ſub eodē titulo tuo ſic ſtrenuè militare,vt trophęo tuo hoſtis perterritus mihi non audeat propinquarę.

Crucis forma.

Ad literam nota,quòd crux nō habebat aliquid ſuper lignum tranſuerſum,habēs tria brachia ad ſimilitudinem literæ T:ſed loco quarti brachij, Pilatus ſuperpoſuit cauillam &tabulam,ſimiliter admodum thau ei affixam,& in tabula ſcriptus erat titulus. Credi- D tur autem crux domini quindecim pedes habuiſſe in altum,& tabula ſuperpoſita pedē & dimidium.

Ligna crucis quadruplicia.

Dicuntur quoque in cruce domini fuiſſe quatuor ligna diuerſa,& generū diuerſorum:ſcilicet ſtipes, ſiue truncus in rupe defoſſus, cui crux erat infixa, de cędro. Palus, ſiue lignum erectum de cypreſſo. Tranſuerſale,ſiue lignum tranſuerſum,de palma. Tabula ſuperpoſita, de oliua. Vnde eſt iſte verſus: Ligua crucis palma,cędrus,cypreſſus,oliua.

Cædrus
Cypreſſus
Palma.
Oliua.

Signat autem cędrus,altitudinē contemplationis:cypreſſus,famam bonæ opinionis: palma, fructum iuſtitiæ:oliua,lenitatē miſericordiæ. Crux verò quadripartita,quadrifariā partem mundi deſignat: nam ſi rectè iacendo in terra proijciatur: alia pars eius ad orientē: alia ad occidentem, alia ad meridiem, alia ad Septētrionem reſpicit. Cùm ergo dominus huius genus mortis ſuſtinere voluit: oſtendit quia quadrifidum mundum ſaluaturus erat: & ex quatuor mundi partibus electos ad ſuam fidem colle- E cturus erat:& quòd virtus paſsionis & crucifixionis ſuæ, ad has plagas mundi per crucem expandi debebat.

Mortuus pro quadruplicibus.

Siue etiam tale genus mortis ſuſtinere voluit,vt oſtenderet pro quibus reſtaurandis patiebatur:ſcilicet pro ſupernis angelorum ruinis replendis,pro iuſtis de limbo educendis,pro amicis colligendis & adunandis, pro inimicis reconciliandis. Primum,deſignatur per brachium ſuperius. Secundum,per inferius. Tertium,per dextrā. Quartum, per ſiniſtram.

Cur expāſis manibus.

Et ſecundū Chryſoſtomum, In cruce etiam expanſis manibus moritur:vt altera quidem manu veterem populum, altera eos qui ſunt ex gentibus trahat,vtroſque ſibi coniungens. Moralem verò ſacroſanctæ crucis figuram deſcribit apoſtolus,vbi dicit:In charitate radicati & fundati:vt poſsitis comprehendere cum omuibus ſanctis quæ ſit longitudo,& latitudo,altitudo, & profundum:cognoſcere etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti.

Epheſ.3.

Vbi oſtēditur quòd hi qui car- F nem ſuam cum vitijs, & concupiſcentijs crucifigunt,latitudinem debent habere in bona operatione:longitudinem, in bona perſeuerantia: altitudinem,in ſpe cœleſtium pręmiorum:profundum,in cautela inſcrutabilium iudiciorum dei.

Latitudo crucis.

Secundum Auguſtinum enim,in latitudine crucis bona opera,in latitudine charitatis facta ſignificantur:quia charitatis opera ſunt generaliter extendenda, & hoc eſt in ligno tranſuerſo, quo extenduntur manus propter operum ſignificationem: per manus enim opera intelligimus,per latitudinem hilaritatem operantis:quia triſtitia facit anguſtias.

Lōgitudo

In longitudine perſeuerantia boni operis, & ſanctæ conuerſationis: quæ in tota longitudine temporis eſt habenda vſque in finem: & hoc eſt in ligno à tranſuerſo vſque in terram:vbi corpus crucifixum ſtare videtur: quod ſignificat perſiſtere, hoc eſt longanimiter permanere.

Profunditas.

In altitudine ſpes cœleſtium præmiorū & intentio recta, qua in deum tanquam in finem vltimum,cuncta bona opera referuntur, & hoc ab ipſo ligno tranſuerſo ſurſum verſusque ad caput eminet, propter expectationem

nem ſupernorum, ne illa opera bona atque in eis G perſeuerantia, propter tẽporalia dei beneficia credantur facienda: ſed potius propter ſempiterna ſperanda. In profundo inſcrutabilia iudicia dei, vnde iſta gratia dei in homines venit: & hoc eſt in illa parte ligni, quæ terræ abdito defixa latet: ſed inde conſurgit illud quod eminet, quia cuncta eis apparentia & eminẽtia inde conſurgunt: ſicut bona noſtra de profunditate gratiæ dei, quę cõprehendi ac iudicari nõ poteſt, vniuerſa procedunt: quia ex occulta dei volũtate vocatur ad participationẽ tantæ gratiæ, alius homo ſic, alius autẽ ſic. Supereminentem verò ſcientię charitatẽ Chriſti, ea profectò dicit, vbi pax illa eſt, quæ præcellit omnẽ intellectũ.

*Virtutum operatio in cruce à Chriſto.*

ſecundũ Bernar. Chriſtus in cruce patientiã exhibet: obedientiã implet: humilitatẽ commendat, & charitatẽ perficit. His ergo quatuor virtutũ gẽmis, quatuor brachia crucis decorãtur. Supereminens, eſt charitas: à dextris, obedientia: à ſiniſtris, patientia: in profundo, radix omniũ virtutum humilitas. Hæc Bernar.

*Crucis beneficia quatuor.*

In quatuor etiã brachijs crucis, notantur quatuor crucis beneficia. Signat enim pars ſuperior, ianuæ cœleſtis apertionẽ: inferior, inferni deſtructionẽ: à dextris, gratiæ collationẽ: à ſiniſtris H peccatorum remiſſionẽ.

*Latronũ crucifixio*

[Crucifixi autẽ ſunt cum Ieſu duo latrones,] propter ſcelera damnati: [vnus à dextris,] qui in fine pœnituit: & alius à ſiniſtris, qui in pertinacia permanſit: & Ieſus in medio, qui mediator ad reconciliandũ fuit. Sed hoc quantum ad intentionẽ Iudæorum, factum eſt ei ad ignominiam & opprobriũ: vt ſcilicet cauſa mortis eius, ſimilis iudicaretur cauſæ mortis latronũ, ac particeps in malefactis eorũ videretur: & eorũ ſocietate infamaretur.

*Myſteriũ.*

Sed ſi ad myſteriũ attendatur, hoc ad claritatem Chriſti pertinet: nam per hoc oſtenditur, quòd per paſſionẽ ſuam merebatur iudiciariam poteſtatẽ: medium enim tenere propriè pertinet ad iudicẽ. Vnde Chryſoſt. Pariter crucifigũt latrones, non tanquã inimici latronum: participes enim erant ſceleris eorũ: ſed vt infamarent dominum ſuum: quòd nõ ſine cauſa crucifixus ſit, ſed I quaſi qui facinoroſus inuẽtus ſit. Vnde & Ambro. quàm execrabilis in facto iniquitas Iudæorum, vt quaſi latronẽ crucifigerent omniũ redemptorem?

*Cur cum peccatoribus crucifixus. Eſaię 53.*

Ipſe verò hoc permiſit, & cũ peccatoribus voluit crucifigi, vt oſtenderet ſe pro peccatoribus voluit mori: & vt impleretur ſcriptura Eſaię, quę diu ante dixerat, Et cũ ſceleratis reputatus eſt. Cũ iniquis ergo reputatus eſt in morte: vt iniquos viuificet in reſurrectione. Hæc Ambro. Pendet ergo dominus inter duos latrones, quaſi dux & magiſter criminum in medio locatus.

*Iudicij ſignificatio.*

In hoc aũt myſterium finalis iudicij deſignatur: quando veniet filius hominis, & iudicandos ſtatuet hos, ſcilicet agnos à dextris: & alios, ſcilicet hœdos à ſiniſtris. Vnde Hiero. Cũ iniquis veritas deputata, vnum reliquit ſiniſtrum, alterũ aſſumpſit dextrum: ſicut in die iudicij faciet.

*Confeſſio latronis.*

Confeſſio breuis, vitã acquiſiuit longã: & blaſphemia finita, pœna plectitur æterna. Vnde & Augu. Ipſa crux, ſi attendas, tribunal fuit. In medio enim iudice conſtituto, vnus latro (qui credidit) liberatus: alter (qui inſultauit) damnatus eſt. Iam ſignificabat, quid facturus eſt de viuis & mortuis: alios poſiturus eſt ad dexterã: alios ad ſiniſtram. Iudica- K batur, & iudiciũ minabatur.

*Documentum.*

Ex hoc articulo crucifixionis latronũ cum Chriſto, trahitur documentum, ꝙ & nos cũ Chriſto crucifigi debemus in medio latronũ. Nam ſicut ibi ſunt tres crucifixi: duo latrones, & medius Ieſus: ſic in nobis moraliter crucifigẽda ſunt tria: ſcilicet caro & mũdus, qui per duos latrones: & ſpiritus noſter, qui per Ieſum deſignatur. Caro crucifigẽda eſt, ſicut latro dexter: vt ſpiritui ſubijciatur, & ei cõſentiat: ſecundum illud Apoſtoli, Qui autẽ ſunt Chriſti, carnẽ ſuam crucifixerunt cũ vitijs & concupiſcentijs: (*Galat. 5.*) mundus, ſicut latro ſiniſter, vt bono inſultans relinquatur: ſecundum illud eiuſdẽ apoſtoli, Mihi mundus crucifixus eſt: & ego mũdo. (*Galat. 6.*) Iſtis latronibus in nobis crucifixis, ſpiritus in medio crucifigatur cũ Chriſto: vt dicat cũ apoſtolo: Chriſto cõfixus ſum cruci: viuo autem iam nõ ego, viuit verò in me Chriſtus. (*Galat. 2.*)

*Latro ſiniſter.*

Eſt aũt ſciendum, ꝙ latro ſiniſter crucifixus quidem fuit, non tamẽ ſaluatus, ſed permãſit in perfidia ſua: ſic mundus licet crucifigatur, rumanet tamẽ in immũditia ſua: caro aũt crucifixa ſaluatur cũ ſpiritu, quia L in reſurrectiõe ſua glorificabitur: vnde latroni dextro dixit Ieſus: [hodie mecũ eris in paradiſo.]

*Crux carnis.*

Ad maiorem aũt euidẽtiam prædictorũ, eſt ſciendum ꝙ crux carnis eſt rigor diſciplinæ: cuius quatuor ſunt brachia: ſcilicet vigilia, abſtinẽtia, aſperitas veſtium, & diſciplinę verberũ.

*Crux mũdi.*

Crux autẽ qua mundus crucifigitur, eſt paupertas ſpiritus: cuius etiam ſunt quatuor brachia: ſcilicet contẽptus glorię, pecunię, patriæ, & parentelæ.

*Crux ſpiritus.*

Crux verò ſpiritus, eſt feruor deuotionis: cuius ſimiliter ſunt quatuor brachia: ſcilicet amor, ſpes, timor, & dolor. Spes ſurſum, timor deorſum: amor à dextris, dolor à ſiniſtris. Radix autẽ, ex qua omnia hæc pullulant, eſt charitas. Vnde Apoſtolus: In charitate radicati, vt (*Ephe. 3.*) poſsitis cõprehendere cum omnibus ſanctis quę ſit latitudo, longitudo, ſublimitas, & profundum. Vbi figuram crucis, & eius myſterium aptiſsimè exprimit Apoſtolus, ſecũdum Auguſt. & glo.

*Conformatio.*

Ad conformandum ſe huic articulo, recogitet homo quomodo Chriſtus pendebat in medio latronũ: & reuol- M uat in mẽte documentũ, & oret: Ieſu qui inter duos latrones crucifigi, & cũ ſceleratis reputari voluiſti: da ſpiritũ meum in medio carnis & mũdi crucifigi: quatenus extremis mihi crucifixis, in medio conquieſcã. Nec tamẽ Chriſto ſic anguſtiato à cõuitijs parcũt: ſed quod pœna peius eſt, paſſum ſubſannant. Vndique pœnæ, vndiq; opprobria, vndiq; conuitia.

*Diuiſio veſtimentorum Chriſti.*

Quidã, ſcilicet [milites,] quatuor qui eũ crucifixerant: [acceperunt veſtimẽta eius,] excepta tunica: & iuxta numerũ perſonarum diuiſerunt ſibi ea in quatuor partes, in præſentia ſua.

*Tunica inconſutilis.*

Et tunicã ſuperiorem ſimiliter accepẽrũt, circa partes prædictas: quam niſi ſcinderetur partiri non potuerunt: ſed vtiliter & cõmodè ſcindi non potuit: quia [erat inconſutilis,] id eſt ſine ſutura & reticulato opere facta: qualibus indumẽtis pauperes in Paleſtina vti conſueuerũt: & ideo ne ſcinderetur, ad vnũ eam integram peruenire ſortione maluerunt. Dicitur autem quod ad modum chyrothecarum ſeu birretorum, &



rum, & quorundã ciliciorũ quodã opere textili fa- A cta fuit: & quòd beata virgo proprijs ſuis manibus eam fecerit: & quòd cũ Ieſu creſcẽte paulatim etiã creuerit. [Et erat deſuper contexta per totũ:] quia (vt dicitur) ab extra per totũ de panno aliquo erat appoſitũ, ad eã fortificandũ magis & cõſeruandũ. vnde ſecundũ Chryſoſto. Hoc dicens euangeliſta, occultè veſtis vilitatẽ inſinuat: nã in Paleſtina eſt quoddam genus veſtiũ, propter pauperes ex multis pannis contextũ, quaſi vnus pannus ſuper aliũ. [Hoc autẽ factum eſt vt adimpleretur] cõſecutiuè id eſt, ad hoc & ex hoc adimpletũ eſt: [quod dictũ eſt per prophetã,] (*Pſal. 21.*) ex perſona Chriſti: [Diuiſerũt ſibi veſtimenta mea,] ſcilicet alia à tunica: [& ſuper veſtẽ meã,] ſcilicet tunicã inconſutilẽ, [miſerunt ſortem.

*Quadripartita veſtis eſt eccleſia.*

ſecundũ Augu. Quadripartita veſtis domini Ieſu Chriſti, quadripartitã figurauit eius eccleſiam: toto orbe ſcilicet (qui quatuor partibus conſtat) terrarũ diffuſam: & in omnibus eoſdẽ partibus ęqualiter: id eſt, cõcorditer diſtributã: ad quas virtus crucifixi expãditur per quatuor partes cru- B cis. Tunica verò illa ſortita, omnium partiũ ſignificat vnitatem, quæ charitatis vinculo continetur. Si enim charitas ſupereminet, & ſuper omnia pręcepta eſt: meritò veſtis, qua ſignificatur, deſuper cõtexta perhibetur. Et addidit, per totum: quia nemo eius eſt expers, qui pertinere inuenitur ad totum, à quo tota catholica vocatur eccleſia.

*Incõſutile quid.*

Inconſutilis autem dicitur, ne aliquando diſſuatur. Et ad vnum peruenit, quia in vnũ omnes colligit. In ſorte autẽ, dei gratia commẽdata eſt: quia cùm ſors mittitur, non perſonę cuiuſquã vel meritis, ſed occulto iudicio dei in vnitate fidei conceditur,

*Myſticè.*

ſecundũ Hieronymum, veſtimẽta Chriſti ſunt, quibus tegitur corpus eius, ſcilicet eccleſia: quatuor milites quibus diuiſa ſunt, quatuor genera hominũ quibus data ſunt præcepta: ſcilicet coniugati, viduati, prælati, religioſi, ſeu continentes. Hi omnes dicuntur milites, quia debent militare Chriſto, per obedientiæ perfe- C ctionem: non mundo, per tẽporalium amorem: nõ diabolo, per peccatorum perpetrationẽ.

*Tunica inconſutilis nunc diuiditur.*

Tunica inconſutilis & indiuiſa, eſt vnitas eccleſiaſtica vſq; in finem duratura. Sors quę hanc tunicã vni aſsignat, non alij: ſcilicet fideli, nõ infideli: eſt gratia dei, quę etiam huius vnitatis integritatẽ conſeruat. Chriſti ergo tunica partita nõ fuit: ſed heu hodie peccatis exigẽtibus Chriſti tunica incõſutilis, ſcilicet eccleſia militans prauè ſcinditur, diſſuitur, & ſortitur. Quod gentiles facere noluerunt, hoc prohdolor Chriſtiani facere non verentur. Scindunt eã hæretici, contra ipſam diuerſas ſẽtẽtias inducendo: ſcindunt eam laici, affligẽdo. Eandemq; inter ſe clerici ſortiuntur, & cuius erit eã dolo & fraudibus partiuntur. Vnus dicit hîc eſt, alius hîc eſt. O Chriſti tunica quàm peſsima eſt diuiſio tua. Veſtimenta etiam Chriſti diuidit, qui eccleſias ſpoliare, vel res proximorũ diſtrahere præſumit. Vides ergo quomodo veſtes Chriſti dantur in prædam militibus, ſicut veſtes interfectorum dari ſolent tortoribus.

*Documentum.*

Ex quo apparent duo documenta. Primum, paſsionis Chriſti ignominia, in hoc ꝙ nudum eũ crucifixerunt: quod nõ fit niſi vilibus perſonis. Secũdum, crucifigentium auaritiã: quia veſtes Chriſti quãuis parum valerent, omnes tamen ſibi rapuerunt. vnde D Chryſ. Diuidunt veſtimenta, quod in valde vilibus & abiectis condẽnatis fit, & nihil aliud habẽtibus.

*Diuiſionis ratio.*

Quaſi enim in dehonoratum, & abiectũ, & omniũ viliſsimum hoc ita audebant: in latronibus quippe nihil tale operati ſunt: ſed in Chriſto omnia auſi ſunt. Dicit etiã Theophilus, ꝙ forſitan plures eorũ egebant, vel fortè magis ad opprobrium, & ex quadam laſciuia hoc faciebãt: quaſi ſubſannatiuè dicerent, Quia iſte dixit ſe regẽ, habeamus ſinguli aliquid de regalibus veſtimẽtis eius.

*Agnus Chriſtus ſimilis.*

Eſt autẽ mirãda patientia & diſpenſatio miſericordiæ ſaluatoris, qui ſicut agnus tondentẽ & occidentẽ ſe ſuo vellere veſtit: ita ſe tondẽtes ſeu ſpoliantes & occidẽtes ſuo veſtitu veſtiuit, oſtẽdens ꝙ niſi ſuis exẽplis veſtirentur, ignominioſè nuditas eorũ eſſet corã oculis dei & angelorum apparens.

*Documenta.*

Ex iſto articulo diuiſionis veſtimẽtorum Chriſti, plura habentur documenta. Primum eſt, ꝙ libẽter debemus participare exempla ſanctorũ, quæ per veſtimẽta domini ſignãtur. Item eſt documẽtum, ſecundũ Hieronymum, ꝙ obſeruantia mãdatorum dei, quæ etiã per E veſtimenta ſignantur eſt diuidenda inter Chriſtianos ſecundum diuerſos hominum ſtatus. Itẽ eſt documentum, ꝙ bonum eſt diuidere reliquias ſanctorum, pro deuotione, ad eorum honorẽ ampliandũ. Quod enim iſti milites pagani fecerũt Chriſto in opprobrium & deriſionẽ, hoc boni Chriſtiani conuertere debent ad Chriſti & ſanctorum pręconiũ & honorẽ: ſicut multos ritus paganicos Chriſtiani conuertunt ad cultum dei. Itẽ eſt documentum, ꝙ charitas, quę ſecundum Aug. ſignificatur per tunicã inconſutilem, diuidi non põt: cùm ipſa cæteras virtutes cõnectat. Item, ꝙ nemo debet ſchiſmate diſſuere vnam ſanctã catholicam eccleſiã quæ in vnũ omnes colligit, quæ etiam per tunicam inconſutilem ſignificatur: propter quod etiã, ſecundũ Chryſoſtomum, non caput ei amputatur, vt Ioanni, neq; ſectus eſt vt Eſaias: vt corpus integrũ & indiuiſibi- F le morti ſeruet, & nõ fiat occaſio volentibus eccleſiam diuidere.

*Cõformatio.*

Ad conformãdum ſe huic articulo, imaginetur homo exempla Chriſti & ſanctorum, quaſi quędam pretioſa veſtimenta, quæ participare quantũ poſſumus ſtudeamus: & ſic oret: Ieſu qui veſtimẽta tua inter crucifixores tuos diuidi, ſuper tunicam autem tuã inconſutilem ſortem mitti voluiſti: da mihi ſanctorum tuorum exẽpla cum mãdatorum obſeruãtia participare, & charitatẽ ſemper integram conſeruare. Et ſedentes iuxta crucẽ obſeruabant eum quãdo expiraret: & ne euaderet: vel ne aliquis eum de cruce viuũ deponeret. Et ſic volebant ſuam impotentiam oſtendere: ac ſi impeditus ac cuſtodibus non poſſet ſe iuuare. vbi Hiero. Diligentia militum & ſacerdotum nobis proficit, vt maior & apertior reſurgentis virtus appareat.

*Illudentium Chriſtum in cruce differẽtiæ quatuor.*

Illudebatur quippe & deridebatur in cruce à pluribus, & diuerſis vicibus. Vbi nota, in ſerie literæ quatuor differentias illudentium Chriſto in cruce. Prima eſt ſedentium, qui eum obſeruabant. Secũda prætereuntium, qui eum blaſphemant. Tertia, ſtãtium ſacerdotum & ſeniorũ. Quarta, pendentium latronum.

Virtutem Chriſti abnegãtes. latronum. Per hos ſignificãtur quatuor genera ho
minum, virtutem eius abnegantium. In ſedẽtibus,
delitioſi & acedioſi, qui delitijs carnis intendunt.
G In prætereuntibus, cupidi & auari, qui prętereũtia
ſequuntur, & viam iuſtitiæ prætergrediuntur. In
ſtantibus, ſuperbi & elati, qui ſtant per appetitum
excellentiæ. In pendentibus, impatiẽtes & queru-
loſi de aduerſitate. Quibuſdam ergo ſedentibus &
eum obſeruantibus, alij prętereũtes iuxtà per viã,
hoc eſt vulgares homines circa locum crucis trãſ-
euntes & concurrentes, blaſphemabãt eũ, mouen-
tes capita ſua in ſignum irriſionis, & dicentes im-
Vah. properãdo: [Vah,] quod eſt interiectio inſultãtis,
ſeu deridẽtis & ſubſannãtis, [qui deſtruis tẽplum
dei:] ſicut dixiſti, [& in triduo illud reædificeas,]
virtute tua quę apparet nunc tamẽ infirma. Repe-
tunt dicta falſorum teſtium, & eis cõcordant qui
ſibi imponebãt ꝙ hoc dixerat: ſed hoc falſum erat.
[Saluum fac te ipſum,] virtute quam de te prædi-
caſti in poteſtate reædificandi templum, [deſcen-
dens de cruce,] qui promittebas te in triduo tem-
plum reædificare. Et iterũ dicebant: [Si filius dei
es, deſcende de cruce:] id eſt, ſi potes amoue dolo-
H res quos ſuſtines: quaſi dicerent, non potes, ex quo
falſitas tua patet: ſed mentita eſt iniquitas ſibi: plus
enim fecit de ſepulchro reſurgendo, quàm feciſſet
Cur de cruce non deſcendit. de cruce deſcendendo. vnde Greg. Si tunc de cruce
deſcendiſſet, nimirum inſultãtibus cedens, virtutẽ
nobis patientiæ nõ demonſtraſſet. Sed expectauit
paululum, tolerauit opprobria, irriſiones ſuſtinuit,
ſeruauit patientiam, diſtulit adminiſtrationem. Et
qui de cruce deſcendere noluit, de ſepulchro reſur-
rexit: plus igitur fuit de ſepulchro reſurgere, quàm
de cruce deſcendere. Plus fuit mortẽ reſurgẽdo de-
ſtruere, quàm vitã deſcendendo ſeruare. Vide etiã,
ſecundum Auguſtinum, in verbis iſtis vocem filio-
rum diaboli, quomodo imitãtur vocem paternam.
Diabolus dicebat, ſi filius dei es mitte te deorſum:
& Iudæi dicunt, [ſi filius dei es deſcende de cruce.
Similiter & principes ſacerdotum illudentes cum
ſcribis,] id eſt, legiſperitis [& ſenioribus,] id eſt,
iudicibus ordinarijs [dicebant,] ad alterutrum ir-
ridendo: [Alios ſaluos fecit,] & vtique tam ſpiri-
I tualiter quàm corporaliter, [ſe ſaluum faciat,] id
eſt, ſupplicio crucis eruat, [ſi hic eſt Chriſtus,] id
eſt, rex ſiue Meſsias, [dei electus,] id eſt, dei filius.
vnde Beda: Imò ſe ſaluum facere de cruce deſcen-
dendo noluit: quia ipſe eſt Chriſtus dei electus. Nã
qui ideo venit vt pro nobis crucifigeretur: ideo ſe-
ipſum ſaluarę de cruce deſcendendo neglexit: quia
cum cæteris pęccatoribus etiã illos qui eum cruci-
fixere ſaluare moriẽdo curauit. Et iterum dicebãt:
[Alios ſaluos fecit, ſeipſum non põt ſaluũ facere.]
vnde Hierony. Etiam nolentes confitentur ſcribæ
& phariſęi, ꝙ alios ſaluos fecerit. Itaque veſtra vos
condemnat ſententia. Qui enim alios ſaluos fecit:
vtique, ſi vellet, & ſeipſum ſaluare poterat. Et ite-
rum dicebant: [Si rex Iſraël eſt,] nõ quicũque, ſed
Meſsias promiſſus in lege, ſicut ipſe dicebat de ſe,
[deſcendat nũc de cruce,] vt videamus ſcilicet vir-
tutem ipſius: qa alij reges non poſſunt talia facere,
[& credimus ei] ſed mentiebantur dicẽtes, credi-
mus. vnde Hiero. Fraudulẽta promiſsio. Quid eſt
enim plus de cruce viuẽtem deſcẽdere, an de ſepul- K
chro mortuum reſurgere? Et ſurrexit, & nõ credi-
tis ei: ergo etiã ſi de cruce deſcẽderit, ſimiliter non
credetis. Sed mihi videtur hoc dæmones immitte- Deſcẽdi de cruce diaboli calumniſ. ſio.
re. Statim enim vt crucifixus eſt dominus, ſenſerũt
virtutem crucis, & intellexerunt fractas eſſe vires
ſuas: & hoc agunt vt de cruce deſcendat, ne faceret
ſalutem quã inchoarat. Sed dominus ſciens aduer-
ſariorum inſidias, parmanet in patibulo, vt diabo-
lum deſtruat. hæc Hierony. Tamen in Thobia ſu- Thobię 6.
per exẽteratione piſcis legitur dæmonẽ ſtetiſſe ſu- Diabolus ſupra crucem ſtetit.
per brachium crucis, & cõſideraſſe an Chriſtus ali-
quam maculã peccati haberet. Vnde diſcipulis in
cœna dicebat: Venit eñ princeps mundi huius, id Ioan. 14.
eſt, amatorũ mũdi: ſcilicet aduerſum me, ſed in me
non habet quicquã, quod ad ſe pertineat. Et quãuis
peccatum nõ haberet: & ideo morti obnoxius non
eſſet, mori tamẽ voluit, quia pater mãdauit: & ideo
ſubiecit, ſed vt cognoſcat mũdus [qa diligo patrẽ:
& ſicut mandatũ dedit mihi pater, ſic facio:] ſcili-
cet pro hominibus moriẽdo. Conſidera modò quid
in aliorũ exitu dęmon facit, qui cõtra ipſum mũdi
ſaluatorẽ & dominũ venire præſumpſi. vñ Grego. L
Curãdum nobis eſt, & cũ magnis quotidie fletibus Diabolus timendus.
cogitãdum, quàm ſæuus, quàm terribilis ſua in no-
bis opera requirẽs, in die noſtri exitus princeps hu-
ius mundi veniat, ſi etiã ad deũ in carne moriẽtem
venit, & in illo aliqd quęſiuit in quo inuenire nihil
potuit. Prius verò eũ in miraculis deũ cognouerat,
ſed de cognitione ſua ad dubitationẽ cecidit, quãdo
hunc paſsibilem vidit. hæc Greg. In cruce ergo tã-
quam in decipula, captus eſt diabolus & victus. vn-
de Aug. Ipſa morte Chriſti eſt diabolus victus, tan- Muſcipula diaboli.
quam in muſcipula eſcam accepit. Muſcipula dia-
boli, crux Chriſti: eſca qua caperetur, mors domi-
ni. Et iterum dicebãt: [Cõfidit in deo, liberet eum
nunc ſi vult. Dixit enim quia filius dei ſum,] quaſi
dicerẽt: Si verum dixit, liberationẽ ſuam à deo ſta-
tim impetrabit: quia pater filios libenter liberat.
Item [illudebãt ei & milites accedẽtes] prope cru-
cem corpore, ſed lõgè recedentes mente: [& acetũ
offerentes illi,] ſcilicet poſtea quando dixit ſitio,
[dicẽtes: Si tu es rex Iudæorum,] ſicut dixiſti [ſal- M
uum te fac,] ſcilicet à morte liberando. O miſeri,
& rex Iudæorum, id eſt, credentium & deum cõfi-
tentium eſt: & ſe ſaluũ faceret, de cruce deſcenden-
do, ſi vellet. Miſeri & cæci deberẽt ſupplicare, ſal-
uos fac nos qui indigemus, nõ ſaluũ te fac: cùm ipſe
eſſet & ſaluus, & ſalus. Sed dominus Ieſus nõ acqe- Documẽtum de tribulatione.
uit, docens nos in tribulatione habere perſeueran-
tiam, vide quomodo non Iudæis ſuffecit, & alijs ꝙ
Chriſtum crucifigerent: ſed etiã crucifixum eũ di-
uerſimodè deriſerunt. Ita multis nõ ſufficit Chri-
ſtum crucifigere peccando: ſed etiã derident cruci-
fixum peccata iterando, vel de peccatis ſe iactãdo.
Dominum etiã deridet & ſubſannat, qui pro laude
humana orat, vel eleemoſynas dat, ſeu quodcũque
bonum facit. Ex hoc articulo illuſionis crucifixi Documẽtũ non ſit gendi illuſionibus.
habetur documentum, ꝙ nos quando fuerimus in
ſublimi contemplationis, vel ſacræ actionis, aut
ſanctæ religionis poſiti, nõ debemus ad verba ſub-
ſannantium



ſannatiũ deſcẽdere ad mundanas occupationes: ſed
A potius ſuſtinere peruerſorum ſubſannationes: ſicut
Chriſtus ad Iudæorũ inſultationem & tentatiuam
exprobrationem de cruce deſcendere noluit, ſed ibi
Iudicũ 9. vſque ad mortem perſeuerauit. Vnde dicebat vitis.
Nunquid poſſum deſerere vinũ meũ quod lætificat
deum & homines, & inter cætera ligna promoue-
ri? Similiter & oliua, & ficus dicebant: Sic eſt in
propoſito. Cũ autem tẽpus ſit crucis quãdiu exte-
rior homo corrũpitur, vt per eã interior homo re-
nouetur: & euacuetur corpus peccati: quidã tamen
pro modica cõtumelia deſcendunt de cruce patiẽ-
tiæ. Alij de cruce macerationis carnis & pœniten
tiæ, pro lenticula rufa & cibo delectabili. Alij de
cruce cõpaſsionis, pro auaritia, claudentes viſcera
ſua cũ vidẽt proximũ ſuũ neceſsitatem habere. De
cruce ſanguinis & martyrũ nõ deſcendimus, quia
nec eam aſcendere volumus. Petitionẽ verò prædi
ctam ſæpe facit diabolus pœnitenti, ſcilicet vt de-
ſcendat de cruce: quia homo cadit facilius deſcen-
B dendo: & ideo vult diabolus vt deſcendat de cruce
Religioſi Pariſiẽſis reſponſio ad matrẽ. pœnitentiæ, eam deſerendo. Vnde quidã nouitius
Pariſienſis matri ſuę volenti eũ de religione extra
here, ſic legitur reſpõdiſſe: Chriſtus propter matrẽ
ſuã nõ deſcendit de cruce: ſic nec ego propter te de
Cõformatio. ſerã crucẽ pœnitẽtiæ. Ad cõformandũ ſe huic arti
culo, rememoretur homo ſenſum documẽti, & o-
ret: Ieſu qui in cruce poſitus exprobrabilibus ver-
bis illudi voluiſti: da mihi pro nulla diabolica vel
humana ſuggeſtione de ſublimi ſanctæ religionis
& conuerſationis deſcẽdere, ſed in tui amoris am-
plexu fixũ iugiter permanere. Itẽ latrones cũ Chri
ſto crucifixi, illudẽdo idipſum, ſimile improperiũ,
ſeu verba improperij præmiſſa improperabãt ei,
& cõuitiabãtur blaſphemãtes. ſecũdum Auguſtinũ.
Duo dicũtur pro vno, & pluralis pro ſingulari. Vel
ſecũdum Hieronymũ. Primò vterque blaſphema
uit: ſed viſis ſignis in elementis & rebus inſenſatis,
vnus in Chriſtũ credidit, & priorẽ negationem ſe-
quenti cõfeſsione emendauit: vnde cũ vnus qui Iu-
C dęos fidẽ reſpuentes ſignat, blaſphemãdo diceret,
[ſi tu es Chriſtus,] id eſt, rex, ſiue Meſsias, [ſaluum
fac temetipſum & nos:] ſcilicet ſalute corporali &
à morte liberãdo: nõ enim curabat de ſalute ſpiri-
tuali, vel animæ cõmodo: alter qui gentes fidem ſe
quentes ſignat, increpabat eũ dicens: [Neque tu ti-
mes deũ qui in eadẽ dãnatione es,] ſcilicet mortis
& pœna ſimili: quaſi diceret, licèt homines nõ ti-
mueris, tamẽ deũ timere deberes, maximè in arti-
culo mortis in quo nunc es. [Et nos quidẽ iuſtè in
hac dãnatione ſum'. Nã digna factis] ſupplicia, &
ſecundũ factorũ noſtrorũ exigẽtiam [recipimus.]
Confeſsio latronis boni. Ecce confitetur culpã ſuã: vt dicat, iniquitatẽ meã
ego cognoſco: & ideo meretur miſericordiã. Cõfi-
tetur etiã Chriſti innocentiã dicẽs, [hic verò nihil
mali geſsit:] quia peccatũ nõ fecit, & ſine peccato
cõceptus fuit. Vbi quærit Auguſtin': Quis, inquit,
illũ docebat: niſi qui iuxta illũ pẽdebat? Erat enim
illi fixus in latere, ſed hærebat in corde. Vnde con-
uerſus ad Ieſum, qui nouit precordia, dixit: [Me-
Fides latronis. mẽto mei domine dũ veneris in regnũ tuum.] Ma
nifeſtè patet quod non loquebatur de regno tẽpo-
rali, ſed æterno: non de pręſenti, ſed de futuro. Ma-
gna fides huius latronis fuit: quia nõ timore Iudęo D
rum aſtãtium, nec proprij doloris acerbitate, nec ſo
cij ſui blaſphematione, nec carnis Chriſti apparen
te infirmitate, nec apoſtolorũ fuga & negatione,
retrahitur à veritatis ſeu veræ fidei cõfeſsione: vn-
de fuit ei remiſsio culpæ, & totius pœnæ. Apparet
quidẽ hìc illi' cõuerſio quoad plura. Primò, quoad Cõuerſio
profectũ charitatis, quã viuaciter in morte ſua te latronis ꝑ
nuit, fratrẽ & cõlatronẽ pro ſimili ſcelere morien charitatẽ,
tẽ, de iniquitate ſua redarguẽdo, & ei vitã quam co fidem, &
gnouerat prædicãdo. Secũdò, quoad fidei & veræ confeſsio-
cõfeſsionis ſinceritatẽ, eũ quẽ ſecũ pariter morien nem, &c.
tẽ vidit, deũ & dominũ regnaturũ credẽdo, & pu-
blicè prædicãdo. Tertiò, quoad iuſtitiæ & verita-
tis propalationẽ humiliter & verus pœnitẽs reatũ
ſuũ fatẽdo, vnde qui fictè cõfitetur, vel in cõfeſsio-
ne mẽtitur, dominũ cũ ſiniſtro latrone ſubſannare
videtur. Quartò, quoad ſpei firmitatem, regni dei
aditũ & cõſortium poſtulãdo, nec propter peccato
rum ſuorũ magnitudinem vel multitudinẽ deſpe- E
rando. Iſte latro de nullo niſi de corde & lingua ſe Satisfa-
iuuare poterat, quæ deo totaliter offerre curauit: ctio latro-
cor quidẽ in cõtritione & intima cõpaſsione: quia, nis.
ſecũdum Gloſam, plus videbatur affligi ex Chriſti
compaſsione, quàm ex ſua propria paſsione, imò
plus plangens Chriſti ſupplicium, quàm ſuum pro
priũ: & linguã (vt dictũ eſt) in veritatis cõfeſsione.
Vnde Gregorius: In cruce claui man' pedeſque li
gauerãt, nihilque ei à pœnis in eo liberũ niſi cor &
lingua remãſerat. Inſpirante deo totũ illud ei obtu
lit quod in ſe liberũ inuenit, & iuxta hoc quod ſcri Roma. 10.
ptum eſt: Corde crederet ad iuſtitiam, ore confite-
retur ad ſalutem. Vnde Beda: Quis huius latronis
animũ non miretur? imò iuuantis domini gratiã,
quis dignè miretur? digna gratiarũ actione vene-
retur? Ille qui talis ad crucem venit ex culpa, ecce
qualis à cruce recedit ex gratia. Confitebatur do-
minũ, quem videbat ſecũ humana infirmitate mo
rientẽ: quando negabant apoſtoli eum, quem mi-
racula viderant diuina virtute facientem. Hęc Be F
da. Obſecro te domine, da mihi primò cũ latrone
iſto cognoſcere, & deinde cognoſcere te me ſicut
verè peccatorem confiteri & magnificare te, qui
ſine culpa paſſus es iuſtus pro iniuſtis. Deſiderem
quæſo domine, petã & impetrẽ eiſdẽ verbis cũ eo-
dẽ, memẽto mei domine dũ veneris in regnum tuũ.
Per iſtos tuos latrones ſignantur illi qui pro pecca
tis ſuis expiandis cũ Chriſto crucifiguntur, ꝑ pro-
feſsionẽ in religione factã: ſed aliqui reuertuntur,
actu & ſi non habitu ad ſecularem vitam. De qui- Roma. 2.
bus dicit apoſtolus: Nomen dei blaſphematur per
vos inter gentes: quoniã ſcandalizant ſeculares: &
iſti ſignantur per latronem blaſphemantem. Alij
verò profeſsi crucem pœnitentiæ ſuſtinent deuo-
tè, per patientiam: & iſti ſignantur per latronem Myſticè.
Chriſtum confitentem. Vnde Beda: Myſticè la-
trones qui cum domino hincinde ſunt crucifixi, ſi-
gnificant eos qui ſub fide & confeſsione Chriſti,
vel agonem martyrij, vel quælibet continentiæ
ſeu diſciplinę arctioris inſtituta ſubeũt. Sed quot-
quot hæc pro æterna ſolum, cœleſtique gloria ge
runt,

runt, hi profectò dextri latronis merito & fide de-
G ſignantur. At quid vel humanę laudis intentu, vel qualibet minus digna intẽtione ſęculo abrenũtiãt, non immeritò blaſphematoris & ſiniſtri latronis mẽtem & actus imitantur. Quidam duos latrones cũ domino crucifixos, duobus baptizatorũ generibus coaptant. *Gala. 3.* Quicũque enim baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. Ambo nãque ſimiles crucifixi: ſed vnus in cruce blaſphemus peior, alter eſt cõfeſſiõe martyr effectus: quia per baptiſmũ quo cũ peccatores eſſem᷑ abluimur. Alij dũ deũ in carne paſſum, fide, ſpe, charitate laudãt, coronantur. Alij dum aut fidẽ aut opera baptiſmatis habere renuunt, dono quod accepere priuãtur. Hæc Beda. *Latronũ differẽtia.* Quòd etiã alter latronũ murmurabat, alter nõ: ſignificat quòd tribulationẽ alij patienter ſuſtinent, & coronã merẽtur: alij nõ ſuſtinent patienter, & dãnationem cõſequuntur: vnde de impatientibus ait Hugo. *Pati ſine culpa Chriſti eſt, cũ culpa latronis.* Dicũt homines quãdo pœnã ſuſtinẽt. Si meruiſſemus nõ erubeſcerem᷑ nunc autẽ iniuſtè pati & ſine culpa, nobis ignominioſum eſt: imò vero ſi pro culpa pateris, erubeſce: ſi ſine culpa, gloriare.
H Latro magis vis eſſe, quàm Chriſtus: & fortè ſiniſter & blaſphemator, nõ cõfeſſor. Tu enim pro culpa pateris, & culpam agnoſcis, & iudicẽ nõ veneraris. Cõſidera nunc quã magni deſpectus fuit illuſio latronis ſiniſtri: eo quòd tã vilis & ſceleratus homo & iã ad mortẽ dãnatus, & mox pro ſuis vulneribus moriturus inſultauit vitę autori. *Documentum.* Ex hoc articulo illuſionis latronis habetur documentum tale, quòd diſcamus exemplo Chriſti calũnias etiã à vilibus perſonis patiẽter ſupportare. Itẽ eſt documentũ in latrone dextro, quòd iniurias dei nullatenus tolerare debemus, ſed reprehendere ſicut fecit latro iſte. Itẽ documentũ quantũcunque ſimus ſcelerati peccatores, de dei tamen miſericordia nullatenus deſperemus, exẽplo iſtius peccatoris: qui, vt dicit Auguſtinus, per vnũ verbũ factus eſt hæres paradiſi. *Cõformatio.* Ad conformandũ ſe huic articulo, attendat homo documẽta, & oret dicẽdo:
I Ieſu qui tibi ab vno latronũ exprobrari & ab alio venerabiliter confiteri voluiſti: fac me pro tui nominis gloria malignorũ improperia æquanimiter ſuſtinere, & cum illo latrone venerabili paradiſi gaudia poſſidere. Et multa alia conuitia dicebant tũc maledicti, qui aderat ibidẽ, domino Ieſu & faciebãt. Ipſe verò docẽs nos in tribulatione habere patientiã & perſeuerãtiam, nihilominus perſeuerabat & permanebat in cruce vſque in finẽ: vt diabolũ prorſus deſtrueret, & ſpolia ſua ei auferret. *Marię præſentia.* Omnia autẽ iſta dicũtur & fiunt mœſtiſſima matre ſua præſente, quæ ſtabat iuxta crucẽ cũ ſororibus ſuis, & Maria Magdalenę & Ioanne, cuius matris cõpaſſio multũ augmẽtabat filio paſſione. Et econuerſo ipſa cũ filio in cruce pẽdebat mẽtali dolore: & potius elegiſſet cũ ipſo mori, quã amplius viuere. Vnde Barnardus: O bone Ieſu magna pateris exterius in corpore: ſed multo maiora interius in corde, ex compaſſione matris omnia tecũ participantis. Hæc Barnardus. Vndique ſunt anguſtię, vndique tormenta & pœnæ. Sentiri potuerũt, narrari nõ poſſunt. Stabat Maria cũ cæteris iuxta crucem corpore: ſed in cruce tota migrauerat mente. Non auertebat oculos à filio, anguſtiabatur vt ipſe
K & toto corde orabat patrem pro eo, & filius ſimiliter orabat pro matre. Vnde Ambroſius: Fugientibus apoſtolis Maria ante crucẽ ſtabat, & pijs ſpectabat oculis filij vulnera: quia expectabat non pignoris mortẽ, ſed mundi ſalutẽ. Aut fortaſſe quia cognouerat per filij mortẽ mundi redẽptionẽ, aula regalis putabat ſe & ſua morte publico muneri aliquid additurã. Sed Ieſus non egebat adiutore ad omnium redẽptionẽ. Vnde & Chryſoſtom᷑. *Altaria duo.* In paſſione Chriſti duo videbis altaria: vnũ in pectore Mariæ, aliud in Chriſti carne: Chriſtus carnem, Maria immolabat animam. *Maria filiũ offerẽs.* Optã quidem ipſa ad ſanguinem filij addere ſanguinẽ carnis ſuæ, & cũ domino Ieſu corporali morte redẽptionis noſtræ conſummare myſterium. Sed hoc ſolius ſummi ſacerdotis erat priuilegium, vt cum ſanguine intraret in ſancta ſanctorũ. Ideo nec virgini, nec angelo, nec vili homini potuit in reparatione hominis eſſe cõmunis autoritas. In hoc autẽ grauiſſimè patitur pia mater: quia quod fili᷑ ei᷑ corpore, ipſa ſuſtinet corde. Hæc Chryſoſtomus.
L Et quia Ioannes crucifixioni aſtitit: ideo ea die paſſio ſecũdum ipſum legitur licet etiam meritò poſtrem᷑ legatur: *Ioannis euangelium. Magdalenæ.* quia poſtremus ſcripſit. Omnes igitur & maximè Magdalena ſua dilecta diſcipula vehemẽter flebãt, nec cõſolari de ſuo dilecto dño & magiſtro poterãt. Cõpatiebantur dño, & etiã dominæ, & ſibiipſis. Sæpe eis dolor renouabatur: quia ſemper paſſio domini ſui, vel in conuitijs vel in factis augebatur. [Stabant à longe] aſpicientes, & à nullo cõſolabantur. O quantæ voces & triſtes vlulatus ibi audiebãtur ab amicis ſuis. *Longè & iuxta ſtetit.* Quòd autem Ioannes dicit [iuxta crucẽ,] & alij euangeliſtæ dicunt à lõgẽ mulieres ſtetiſſe, intelligendum eſt ſecũdum Auguſtinũ, quòd eo interuallo erant vt & iuxta dici poſſent: quia in conſpectu eius preſtò aderãt: & ſic propè quòd verba chriſti audire poterãt: & à lõgè, in cõparatione turbæ cõprimentis, propinquius circunſtantis, cũ Centurione & militibus. Vel erãt lõgè,
M reſpectu militũ Chriſtũ crucifigẽtium & cuſtodientium: ſed propè: reſpectu aliorũ aſtantiũ & aſpiciẽtium. Sic ergo poſſunt dici longè & propè ſtetiſſe diuerſis reſpectibus. Vel primo erãt propè crucem, & poſt cõmendationem matris abierunt: vt à denſitate turbæ ſe exuerent, & cetera quæ facta ſunt lõgius intuerẽtur, vt euangeliſtæ, qui poſt mortem domini ea cõmemorauerunt & lõgè ſtãtes cõmemorarent. Quòd autẽ mulieres ſtabãt iuxta crucẽ diſcipulis fugientibus, cõmendat deuotam conſtantiam in mulieribus. *Mulieris cõmendatio.* Vnde Chryſoſtom᷑: Mulieres aſtiterũt cruci, fugientibus diſcipulis: & quòd imbecillius genus eſt, virilius apparuit tũc: ergo ſicut nec à ſalute, ita nec à myſterio crucis, & ſciẽtia reſurrectionis excludũtur & repelluntur mulieres. *Situs Mariæ ſub cruce.* Et nota, quòd beata virgo nõ ſtetit ſub cruce ad Aquilonem, vt quidã fabulantur, & ſicut in picturis ponitur: ſed contra faciem filij ad Occidentẽ aliquantulum, tamen declinans ad Auſtrum. Monſtratur enim iuxta montem Caluariæ quidam locus, & à fidelibus veneratur, vbi ipſa cum alijs mulieribus



lieribus iuxta crucem filij ſui ſtetit, plorãs & lamẽ-
A tans eũ: in quo loco eſt vna capella extra eccleſiam ſancti ſepulchri, ſed cõiuncta muro eiuſdem eccleſiæ. *Iuxta crucẽ ſtandũ.* Sta & tu iuxta crucẽ cum ea, & lamentare dominum pro te mortuum. Iuxta crucem libẽter debemus ſtare, & potius mente quàm corpore, habẽdo memoriã ſaluatoris ſecundum ſtatũ in quo fuit in cruce. *Crucis memoriæ vtilitas.* Vtilis enim valde eſt nobis memoria talis. Ibi eſt nobis refugiũ, contra mala culpæ: refrigeriũ, cõtra mala pœnæ: ibi erudimur circa bona gratiæ, ibi oſtenditur nobis via ad bona gloriæ. Bona & deſiderabilis eſt vmbra ſub alis Ieſu vbi tutũ eſt fugientibus refugiũ, gratũ feſſis refrigerium. Vna ala poteſt intelligi protectio in proſperitate: alia, protectio in aduerſitate. Vna ala contra mala culpæ: alia, contra mala pœnæ. Vnde Bernar. hac memoria abſorptus, ait: Domine quocunque iero, ſemper te in cruce video. Conſidera nunc qualiter ipſe eſt exaltat᷑: prout prædixerat, ſicut Moyſes exaltauit, ſcilicet ſuper palũ ſerpentẽ in deſerto, ita
B ſcilicet exaltari in cruce oportet filiũ hominis. Ille enim ſerpens æneus in deſerto exaltatus, figura *Nume. 21.* fuit huius exaltationis: quia ſicut ille ſerpentis quidẽ ſimilitudinẽ habebat, ſerpentis autẽ venenũ nõ habebat, quia æneus erat: ſic Chriſtus cũ iniquis deputatus, & inter latrones ſuſpenſus, carnis quidem ſimilitudinẽ habebat, peccatũ autẽ nullũ habebat. Et ſicut qui mordebantur à ſerpente, inſpiciendo ſerpentẽ in palo exaltatum, ſanabantur: ſic contra morſum & tentationẽ diaboli non eſt melior medicina, quã in cruce pro nobis paſſum aſpicere ſaluatorem. Si enim aſpectus illius ſerpentis ænei ſaluauit à morte corporali: multò fortius fides Chriſti crucifixi ſaluat à morte ſpirituali. Vide etiam dominũ tuũ ſtantẽ ſuper ſolium excelſum, & paratũ ad iudicandũ: & ideo duo homines hincinde ponuntur, quorũ vnus ſaluatur, alter cõdẽnatur: vide etiã Chriſtũ, qui eſt põtifex futurorũ bonorũ, qualiter extenſis brachijs & manibus offert hoſtiã pu-
C rã, ſcilicet carnẽ ſuã precioſam pro nobis ſuper altare crucis. *Verba Chriſti in cruce.* Vide etiam magiſtrum tuum qualiter ſtat in alto & prædicat. Dominus enim etiã in cruce pendens, etiã vſque ad exitum ſpiritus non fuit otioſus: ſed faciebat & dicebat vtilia pro nobis. Vnde, ſecundũ Auguſtinũ, ſe habuit ſicut magiſter in cathedra: & lignũ pendentis, factũ eſt cathedra docentis: vbi ſeptẽ verba ſacratiſſima quæ dixit in cruce poſitus, breuiter tibi nota, & ea frequenter cũ deuotione pertracta. Per hęc autẽ ſeptem verba poſſumus facere exclamationes veſtras, modò tenẽdo partẽ domini noſtri, & cauſando cõtra Iudæos, modò cõpatiẽdo domino noſtro, modò matri eius: modò nobis miſeris, & in fine cuiuſlibet verborũ facere orationẽ. *Verba ſeptem vel octo.* Quidã tamẽ verba octo diſtinguunt, & verbũ tertiũ in duo diuidunt: ita vt dixerit duo pro peccatoribus: ſcilicet, [pater ignoſce illis:] &, [hodie mecum eris in paradiſo:] duo pro bonis: ſcilicet, [mulier ecce filius tuus,] &, [ecce mater tua:] duo pro vniuerſo mundo: ſcilicet, [ſitio.] &, [conſummatum eſt:] duo pro ſeipſo: ſcilicet, [deus meus vt quid dereliquiſti me?] &, [pater in manus tuas commendo ſpiritum meum.] Primum verbũ fuit in ipſo actu crucifixionis, cũ pro ſuis crucifixo- *Primum verbum.*
D ribus inimicis crudeliſſimis, ipſum ad crucẽ fabricantibus, orauit dicẽs: [Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciũt:] ſcilicet bonũ mihi, & malũ ſibi. Reuera ita eſt: quia qui alteri malum facit neſcit quantã pœnã & culpã ſibi inferat, quantãque gratiã & coronã alteri acquirat. Vel, [neſciũt quid faciũt:] ignorãt enim quod filius tuus ſum quẽ crucifigunt. Vnde Chryſoſtomus: Quia dominus dixerat, orate pro perſequentibus vos: hoc etiã crucem aſcendẽs fecit, dicẽs, pater dimitte illis: Nõ quia nõ poſſet ipſe relaxare, ſed vt nos pro perſequentibus orare doceret: nõ ſolũ verbo, ſed opere. Dicit autẽ, dimitte eis ſi pœnituerint: fauet enim pœnitentibus ſi vellet poſt tantã nequitiã reatus per fidem diluere. Hęc Chryſoſtomus. *Pro neſcientibus orat.* Cũ ergo dixerit, [quia neſciũt quid faciunt:] pater ſecundũ Bedã, quòd nõ pro eis orauit qui per inuidiã & ſuperbiã eũ, quem filiũ dei intellexerũt, negantes crucifigerunt: ſed pro eis qui zelũ dei habentes, ſed non ſecundũ ſcientiã,
E neſcierũt quid fecerunt. Erãt enim ibi aliqui ſimplices & illiterati, à ſacerdotibus Iudæorũ decepti qui perſequebantur Chriſtũ zelo legis, & pro iſtis orauit Chriſtus. Alij autem erant literati, qui ipſum eſſe Chriſtũ probabiliter nouerant, ſeu cognoſcere debuerãt, ſed ex odio & inuidia excæcati fuerunt, & Chriſtũ vſque ad mortẽ perſecuti ſunt: & pro illis non orauit, ſecundũ Bedã. Nõ fruſtra orauit, ſed eis qui poſt eius paſſionem crediderunt impetrauit. *Acto. 2.* Vnde dicitur in Actibus, quòd conuerſi ſunt vna die tria millia, & alia die quinque millia. Nec dubium quin hoc prouenerit ex virtute huius orationis Chriſti. Ad quã etiã vocẽ multi de turba Iudæorũ aſtantiũ cõpuncti ſunt corde & pœnituerunt: vt dicitur in euangelio Nazaræorũ: & ponitur in gloſa Eſaiæ ſuper illo verbo, & pro trãſgreſſoribus exorauit. *Eſaiæ 53.* O quã dulcis in oratione Chriſti ad crucifixorũ malleationem erat melodia, de cuius cõſonãtia cõuerſa ſunt tot millia. Nec mirum:
F quia ipſe tãtam manſuetudinem ſeruãs in contumelijs, tãtam patientiam oſtendẽs in tormẽtis, ſic miram benignitatem exhibens crucifixoribus euidentius declarauit ſe filiũ eſſe patris quem orabat. Quid enim maius miraculũ hac benigna pietate? hoc quippe verbũ magnæ patiẽtię & mãſuetudinis, magni amoris & indicibilis bonitatis, magni dulcoris & venię fuit. *Charitatis actus tripliciter in primo verbo.* In quo triplex actus charitatis maximẽ apparuit: primò, quia pro crucifixoribus affectuoſiſſimè orauit: ſecũdò, quia orationi lachrymas adiunxit: tertiò, quia cũ valido clamore, & lachrymarũ effuſione, pro ipſis preces obtulit. Vnde Bernardus: Chriſtus flagellis cæſus, ſpinis coronatus, clauis cõfoſſus, crucifixus, opprobrijs ſaturatus, omniũ dolorum immemor, ait: Pater ignoſce illis. *Miſericordiæ abundantia.* Hinc multæ miſerię corporis, hinc multæ miſericordię cordis. O quã firmata eſt ſuper ipſos miſericordia tua, & quã magna multitudo dulcedinis miſericordię tuę, quoniam potabis domine deſiderantes de torrente voluptatis tuæ. Hæc Bernardus. Non ergo deſperet amodo quiſquã pœnitens pro peccatis, penſando copiam gratiæ ſaluatoris. Vnde Auguſtinus: Quid autem conuerſo non ignoſcitur

ignoſcitur, ſi fuſus Chriſti ſanguis cognoſcitur?

G *Documẽtum.* Quis homicida deſperet, ſi in ſpẽ reddit' eſt, à quo etiã Chriſtus occiſus eſt? Per hoc verbum primum docemur petentes nos citò exaudire iniuriaſque remittere, & vindictas nõ expetere: ac etiã pro inimicis intercedere & orare, eoſque diligere. Ad verbũ igitur tantæ pietatis emolliatur cor noſtrũ, ſicut dicitur in Pſalmo *(Pſal. 94.)*: Hodie ſi vocẽ domini audieritis, nolite obdurare corda veſtra: vt dimittamus offenſas debitoribus & iniuriatoribus noſtris: & nõ ſolũ dimittamus offenſas, ſed etiã pro ipſis oremus *(Ignoſcere debemus.)* intuitu eius qui patrẽ exorauit pro perſecutoribus ſuis & crucifixoribus. Vnde Aug. Vide charitatis affluentiã, & mirabilẽ patientiã: pro inimicis facit orationẽ: remittit, & nõ expetit vltionẽ. Cur igit' formica, feſtuca, cinis, puluis, & fauilla vindictam expetis, remiſsionẽ protrahis, cũ videas regẽ gloriæ dominũque virtutũ remittẽtem minas, contumelias, & blaſphemias, & cõdonantem crucis moleſtias, & reales iniurias? Vnde & Anſelmus: Ad locũ deductus ſupplicij, mirrha potatur & felle. Ita in cruce leuatur, & dicit: pater dimitte illis, quia

H neſciunt quid faciunt. Qualis eſt hic qui in omnibus preſſuris ſuis, nec ſemel os ſuum aperuit: vt aut querelę, aut excuſationis, aut comminationis, aut maledictionis verbũ aduerſus maledictos canes illos proferret: ſed nouiſsimè verbũ benedictionis, quale à ſeculo nõ eſt auditũ, ſuper inimicos ſuos effudit. Quid hoc viro manſuetius, quid benignius anima mea vidiſti? Et iterũ: In omnibus his conſidera illud dulciſsimũ pectus, quã trãquillitatẽ ſeruauit pietatis. Nõ ſuã attendit iniuriã, nõ pœnã reputat, nõ ſentit contumelias: ſed ipſis potius à quibus patitur, ille cõpatitur: à quibus vulneratur, ille medetur: vitã procurat à quibus occiditur. Cũ qua mentis dulcedine, cũ qua ſpiritus deuotione in qua charitatis plenitudine clamat, pater ignoſce illis? Ecce ego domine, tuæ maieſtatis adorator, nõ tui corporis interfector: tuæ mortis venerator, nõ tuæ paſsionis deriſor, tuæ miſericordię cõtẽplator, nõ infirmitatis contẽptor: interpellat pro me tua dulcis humanitas, cõmendet me patri tuo tua ineffa-

I *Oratio.* bilis pietas. Dic igitur dulcis domine, pater ignoſce illi. Hęc Anſelm'. O clemẽtiſsime domine, quãta eſt patiẽtia tua? ſemper inſidiati ſunt tibi, & perſecuti ſunt te & tuos: proditioſè te ceperunt, & malicioſè te crucifixerunt, & modò petis vt ignoſcatur illis? Domine Ieſu, pater miſericordiarum, oro te, vt ſicut tu pepercisti tuis crucifixoribus, & rogaſti pro eis, fac vt amore tui parcã ego cunctis mihi mala facientibus, & tu domine parcere digneris omnibus iniquitatibus meis, & patri tuo in cõſpectu gloriæ tuæ me miſerũ cõmendare: ſæpe enim domine te offendo, & (quãtũ in me eſt) peccatis meis crucifigo: tamẽ domine tu ſcis quia in te credo, & te dominũ meũ & deũ verũ cõfiteor, à quo veniam peccatorũ poſtulo impartiri mihi miſero & indigno.

*Verbum ſecũdum.* Secũdum verbũ fuit ad latronẽ pœnitentẽ & cõfitentẽ, cũ dixit: [hodie mecũ eris in paradiſo.]

*Paradiſus.* Nõ intellige de terreno paradiſo, vel horto voluptatis, vnde Adã eſt expulſus, nec de paradiſo angelico, vel cœlo empyreo: quia ad illũ ante Chriſtũ nemo aſcendit: ſed de limbo ſanctorũ, & ſinu Abrahę, ad quẽ anima Chriſti & latronis deſcendit: vel

K [in paradiſo:] id eſt, in fruitionis gaudio & fruitione beata, quã habuerũt ſancti patres in limbo: cũ ad eos deſcẽdit Chriſti anima: & eadẽ die deſcẽdit illuc anima hui' latronis, facta particeps beatę fruitionis. Vel [in paradiſo:] id eſt, in requie: quod eſt eſſe cũ Chriſto: vel [hodie eris mecũ:] quod eſt eſſe [in paradiſo:] quia vbi eſt Chriſtus, qui eſt paradiſus, ibi eſt & paradiſus, ſicut vbicũque eſt papa, ibi dicit' eſſe Romana curia. *(Paradiſus vbi deus.)* Vnde Anſelmus: Credo domine, credo certè quòd vbi tu vis, & vbi tu es, ibi eſt paradiſus, & eſſe tecũ, hoc eſt eſſe in paradiſo: quoniã venerabilis ille cõfeſſor & glorioſus martyr tecũ fuit per totũ illud hodie, & poſtea omni tẽpore. O quã beatũ eſt eſſe tecũ, ô quã beati ſunt illi qui tecũ ſunt? Illi verè ſunt in paradiſo, verè ſunt in requie, q̃ tecũ ſunt fide & dilectione. Hęc Anſelm'.

*(Pœnitẽtium cõſolatio.)* Hoc etiã dicẽs magnã cõſolationẽ dedit pœnitentibus, & peccata ſua cõfitẽtibus: nã reuera hodie & quotidie ita accidit, quia qui deuotè & purè cõfitetur peccata ſua, ſtatim cũ domino eſt in paradiſo

L per gratiã, & poſtea erit per gloriã: vel eſt in paradiſo: id eſt, in quadã requie & ſecuritate ſuæ cõſcientiæ: quia ſecura mẽs quaſi iuge cõuiuium. *(Prou.)* Ecce quã liberalis, imò quàm prodigus hodie factus eſt Chriſtus: quia latroni regnũ, crucifixo cœlum, dãnato paradiſum, pro breui petitione eſt largit'. Miſericordia obtulit, quod miſeria diſtulit. *(Deſperandũ non.)* Hoc verbum ſecũdum magni amoris & gratiæ ac cõſolationis fuit: in quo Chriſtus nobis exẽplum perfectæ ſpei & fiducię reliquit: vt nullus de venia peccatorũ quantũcunque enormiũ, necdũ in vita, imò nec in mortis articulo deſperare debeat: cũ iſte latro qui nihil boni fecerat, ſed ſuo teſtimonio mortis ſupplicio dignus erat, veniã conſecutus fuerit. Et hoc rationabiliter: nã ipſe ſolũ de corde & lingua iuuare ſe potuit, quorũ vtrũque deo perfectiſſimè obtulit: cor quidẽ, in perfecta cõtritione: linguã, in pura & vera cõfeſsione: & ideo nõ mirũ ſi veniã impetrauit. *(Temerè confeſsio differenda non.)* Sed exẽplo iſtius latronis nullus debet ſuã pœnitentiã differre vſque ad mortẽ: quia priuilegia paucorũ, nõ faciũt legẽ cõmunẽ: & pauci ſunt qui in morte verè pœniteãt. Nã ſicut mon-

M ſtruoſum eſſet, quòd lupus caudã ouis haberet: ita mõſtruoſum videtur q̃ vita mala bono fine claudatur. *(Latronis meritum.)* Euolauit iſte latro, propter fidei meritũ, & crucis quodãmodo martyriũ: ac nobis cõuerſionis & pœnitentiæ reliquit exẽplum. Vnde Hieronymus, Chriſtus de cruce latronẽ in paradiſum intulit: & ne quis aliquãdo cõuerſionem ſerã putaret, fecit homicidij pœnã martyriũ. Vnde & Ambroſius, pulcherrimũ autẽ datur affectandæ cõuerſionis exemplum, quòd tam citò latroni venia relaxatur, & vberior eſt gratia quàm precatio. Semper enim plus dominus tribuit, quàm rogatur. Ille enim rogabat vt memor ſui eſſet dominus cùm veniſſet in regnum ſuum: dominus autem ait: amen dico tibi, hodie &c. Vita eſt enim eſſe cum Chriſto: quia vbi Chriſtus, ibi regnum. Citò igitur ignoſcit dominus, quia ille citò conuertitur. Vnde etiam Auguſtinus: Dixiſti latroni, hodie mecum



eris in paradiſo: vt deſit locus deſperationis, qui

A parcis latroni, vt oſtendas fructum pœnitentiæ, fontem miſericordiæ, celeritatem indulgentiæ. *(Latroni promiſsio paradiſi. Fides latronis.)* Tu eñ ſaluas latronẽ ſeipſum accuſantẽ, teipſum excuſantẽ, miſericordiã inuocantẽ, & blaſphemãtem ſociũ increpantẽ. vñ & Chryſ. O res miranda: nõ Abrahæ data eſt ꝓmiſsio paradiſi, nõ patribus, non prophetis, ſed primò latroni dicitur: hodie mecum, &c. Credidit Abraham deo, nõ ſub tali cõditione poſito: ſed de cœlo loquenti. Credidit Eſaias, ſed ſedenti ſuper ſolium excelſum & eleuatũ. Credidit Ezechiel, ſed ei ſuper quẽ cherubim cõtemplatus eſt. Credidit Moyſes, ſed de medio ignis loquenti. Sed iſte vidit ſaluatorẽ non in regali throno, ſed in pœna ſociatũ latronibus. Videt in cruce pendentẽ, & orat quaſi in cœlis ſedentẽ: videt condemnatum & inuocat regẽ. O admiranda latronis conuerſio. Iudæi crucifigunt qui nouerunt legẽ & prophetas, & tu latro vnde talia philoſopharis? hęc Chryſ. Sed clemens oculus tuus, ô domine Ieſu reſpexit ſuper eũ & vocaſti ipſum interna vocatione

B pœnitẽtiam. Quis nõ debet in te ſperare, te laudare, & benedicere, & amare, cùm ita de facili pepercisti ei qui tam malè cõſumpſerat vitam ſuã? Reſpira ergo nunc in ſpẽ veniæ quęcunque peccatrix anima, ſi tamen patiẽtis pro te domini tui nõ horres ſequi veſtigia. Sed ne procraſtines vſque ad horam mortis, exẽplo huius latronis, pœnitere, & inuenire locum domino. Etſi enim optimũ ſit & ſalubre conſilium de miſericordia dei quærere refugium, totum tamen hominẽ ex ea pẽdere ſtultiſsimum eſt ſolatiũ: quia miſericordia & veritas in eo obuiant ſibi.

*Oratio.* O pater clemẽtiſsimè rogo te ego miſer dignus infernali ſupplicio, vt ſis memor mei in regno tuo: ego eñ domine latro ſum peſsimus qui me & multos in anima occidi: ſed tu dñe miſericordiſsime memẽto mei in bonum. Ecce adoro te quem latro adorabat, & oro ſicut ille orabat: [Memento mei domine dũ veneris in regnum tuum.] Recognoſce in me domine hanc orationẽ, ſicut re-

C cognouiſti eam in latrone, ſuſcipe hãc à ſeruo, ſicut ſuſcepiſti eã à famulo tuo: memento mei de regno, ſicut fuiſti memor illius de ligno. Dic igitur, dic quæſo domine, dic ſeruo tuo, loquere ad cor meũ: dic animæ meę, [hodie mecũ eris in paradiſo:] & ego cõfortatus deſiderabili tua promiſsione, fideliter permaneã in tua fide & dilectione. In ſplẽdore fidei & cõfeſsionis tuæ tecum ſim per tuam gratiã ſpiritus vnus: & ſic tecum ero in paradiſo, ſi videlicet in terra amoris tui delitias guſtẽ, quibus in paradiſo reficis ſpiritus beatorum: verè enim guſtare de tuo amore, eſt tecum eſſe: & fac me ita viuere vt aliquando cùm tuæ pietati placuerit, dicas animæ meæ, hodie mecũ eris in cœlo.

*Tertium verbum.* Tertiũ verbum fuit cùm vt matrẽ & diſcipulũ inter anguſtias poſitos aliqualiter cõſolaretur, cõmendauit matrẽ ſolatio deſtitutam ac mœſtam, & quaſi moriẽtem diſcipulo, & diſcipulum matri, dicẽs matri: [Mulier ecce filius tuus:] hoc eſt, qui loco filij tui tibi debet obſequi, & affectione cõiungi: quaſi diceret ei, vſque modò fui obſequiũ tibi, & tui curã habui: ſed de cętero iſtum derelinquo tibi, qui erit loco mei: & diſcipulo, [ecce mater tua:] hoc eſt cui reuerentiã &

D ſeruitiũ debes vt filius matri: quaſi diceret ei, deputo te ad eius obſequiũ & curã loco mei. *(Verbũ ſolicitudinis.)* Hoc tertiũ verbũ Chriſti fuit maximè ſolicitudinis & pietatis, eo q̃ in tantis doloribus cõſtitutus matris mœſtiſsimæ curã geſsit, & ei de miniſtro prouidit. In quo docuit nos cõpati parẽtibus noſtris afflictis, & in neceſsitatibus ſubuenire: ac eis, quando indigẽt, curã & debitum & obſequiũ impẽdere: & in quocunque ſtatu ſimus, parẽtes (quantũ bono modo fieri põt) honorare: quod prius mãdauit dicẽs, honora patrem, & matrẽ, hoc nunc ſuo exẽplo docuit & fecit quod faciendũ admonuit. Pro ſe eñ matri, quã moriens relinquebat, alterũ quodãmodo filium ad eius curã & obſequium prouidebat. *(Ioannis dignitas.)* In hoc autẽ, q̃ Ioanni matrem cõmendauit, magna oſtenditur dignitas Ioannis, & quãto eum honore honorauit. Et vt dicit Hiero. Pudicitia virginis nulli diſcipulorũ rectius q̃ virgini cõmendata eſt: vt eſſet adinuicem grata ſocietas, & floribus aſpectus, necnõ & venuſtus cõuerſandi vernãs alternatim pudicitiarũ ſplẽ-

E dor decoratus. [Et ex illa hora,] quãdiu vixit Maria, [accepit eã Ioannes in ſuã:] ſcilicet matrẽ, ſecũdum quoſdã. ſed cõgruentius ſubauditur, in ſuã curam & ſolicitudinem, quã de cætero ſpecialiter de ea gerebat: quia quicquid ei neceſſariũ erat, ad ipſius curã pertinebat. *(Cõmutatio iniqua.)* Tradit dominus matri Ioannẽ pro Ieſu, ſeruũ pro domino, diſcipulũ pro magiſtro, hominẽ pro vero deo: filiũ Zebedæi, pro filio dei, nepotẽ pro filio ſuo, qui erat totum ſuum gaudium: ac vita ſua & ſolatium. Quę mutatio ipſam intus crutiat, ac matri amarior omnibus doloribus corporeę paſsionis exiſtit, & cætera corda humana, licèt ſaxea, licet ferrea, ſcindit. *(Mulier.)* Quis enim ſine ſingultu audiet eum hæc verba dicentem? non dixit ei, mater: ſed, mulier: ne matris dolorem amplius excitaret. Vnde Chryſoſtomus hîc mouendo quæſtionem, ſic dicit. O bone Ieſu, qui matrem tuam dulciſsimam, quæ ita di[illegible]enter te nutriuit reuerenter tractauit, & dulcit[illegible]ctauit, adeo indulciter alloqueris? Sed vt dictum eſt, non voca-

F uit eam matrem, ſed communi nomine, ne pro materni nominis (ſi exprimeretur) & vehementis amoris teneritudine aggrauaretur virginis animus: *(Cur non matrem vocauit.)* ac videns filij paſsionem, & audiens matris nomen doleret amplius: tunc enim non erat tempus ipſam dulciter alloquendi, nec matris nomen exprimendi: quia ſi Chriſtus dulcius ſibi locutus fuiſſet, fortè cor virginis crepuiſſet. *(Status Mariæ ſub cruce.)* Stans autem dominus in cruce, faciem verſus Occidentem tenebat, ſed Maria & Ioannes verſus Orientem ad Chriſti faciem reſpicientes iugiter lachrymas fundebant: vnde non ſtetit beata virgo ſub cruce ad Aquilonẽ, vt quidam fabulantur, ſed cõtra faciem filij ad Occidentẽ, aliquãtulum tamẽ declinans ad Auſtrum. Mõſtratur enim locus & à fidelibus veneratur, vbi cũ alijs mulieribus ipſa ſtetit. Contemplare & tu dñm tuũ, vt mouearis ad cõpatiendum. Vnde Anſelmus: At tu cũ matre & Ioanne accede ad crucẽ, & perfuſum pallore vultũ Ieſu cominus intuere. Quid ergo? Tu ſine lachrymis amãtiſsimę dñę tuę lachrymas videbis? Tu ſiccis manes oculis, & eius

& eius animam pertranſibit gladius doloris? Tu ſi- G ne ſingultu audies dicentem matri, mulier ecce filius tuus:& Ioanni ecce mater tua. Et iterũ mulier (inquit) ecce filius tuus? O cõmutatio: pro æterno & incõmutabili deo, purũ & corruptibilem hominem: pro naturali & vnico filio, ſeruũ accepit in filium. O domina qui (precor) cogitatus in te ſuccedebant, cùm tam inæſtimabilẽ commutationẽ ab ipſo quẽ ſuper omnia diligebas tibi fieri audiebas?

Mariæ martyriũ.

Verè tuam animã pertrãſiuit gladius doloris: quoniam tibi amarior extitit oĩbus doloribus cuiuſuis corporeæ paſsionis. Quicquid eñ crudelitatis inflictum eſt corporibus martyrũ, leue fuit, aut potius nihil, cõparatione ipſius tuæ paſsionis, quæ nimirum ſua immenſitate transfixit tua penetralia tui benigniſsimi cordis. hæc Anſel. Vnde & Aug. Matri dominus, in cruce iã anxius, oculis & vultu annuens, de Ioanne ait: Mulier ecce filius tuus. Ecce Ioannes, qui eſt nepos tuus, de cætero reputabitur tibi filius:& curã habebit tui, & erit ſolatiũ tibi fideliſsimum. Inde intuitus Ioannẽ dixit. Ecce ma- H ter tua: ei ſeruias, & curã illius habe: eã tibi cõmendo, ſuſcipe matrem tuã, imò magis ſuſcipe matrem meam.

Maria & Ioannes virgines & martyres.

Dum hæc pauca diceret, illi duo dilecti lachrymas fundere non ceſſabant. Tacebãt ambo illi martyres, & præ nimio dolore loqui nõ poterant. Iſti duo virgines audiebãt Chriſtum voce loquentẽ tanta, & ipſum videbãt paulatim moriẽtem. Amarè flebant: quia amare dolebãt, nam gladius doloris Chriſti, animas vtrorũq; trãſibat: quæ magis amabat, ſeuerior fiebat in matre. Et iterum: Eructauit etiã os tuum verbũ bonũ, cùm diceres: Mulier, ecce filius tuus.

Cruciatur memoria matris.

Cruciat te dñe Ieſu crux tua, ſed nõ minus mater tua: cruciat te dolor tuus, ſed non minus dolor eius. Nõ eſt mirum ſi doles & cõdoles, ſi pateris & cõpateris, bone fili in deſolatione matris, in ſeparatione matris, in commẽdatione matris.

Marię obſequia.

Nũquam enim te deſeruit: nõ in infantia, nõ in adoleſcentia, nõ in iuuẽtute, nõ in paſsione tua. Nunquã defuit tibi eius [illegible]um: ſed nec eius obſequiũ. Lactat infantem, audit & ſequitur prædicãtem, videt I & comitatur patiẽtem: cõtemplatur opprobria, intuetur vulnera, audit tua verba. Tu verò bone Ieſu quanquam eſſet dolor intolerabilis, plaga inſanabilis in agonia mortis, & vltimo ſpiritu cõſtitutus nõ obliuiſceris matrem tuã: caput inclinas, & eam in matrẽ Ioanni cõmendas, & eũ ſibi in filiũ adoptas: fœlix depoſitũ, ſingulare priuilegium, inſigne ſolatium. Vrgebat te ſiquidem domine Ieſu præceptũ: iuſsiſti, honora patrem tuum & matrem tuã: ſeruitium, quod ipſa exhibuit tibi: exẽplum, poſteris relinquendum.

Mariæ dolores.

Cõſiderare libet bona mater, & genitrix, & nutrix, & filia deſolata, quis ſit dolor tuus, anguſtia tua. Vides enim crucifixum vnigenitum tuum, mutas filiũ magiſtrũ in diſcipulum regẽ in militem, dominum in ſeruũ, omnipotẽtem in deficientem. Reuera viſcera tua penetrat gladius, cõfigit animã tuã lancea & clauus, laniat mentem tuã ſpinarum aculeus, lacerat cor tuũ filij tui amarus aſpectus, deeſt tibi præ amaritudine lachryma: deſunt verba, deeſt fortitudo, marceſcit pulchritudo. Vulnera filij tui, ſunt vulnera tua: crux filij tui, eſt crux tua: mors eius, mors tua. Nutrix quomodo dimittis alumnum? mater filiũ? ancilla dominum? vna K die orbaris patre & filio. hæc Augu. Cõpatiebatur itaque filius matri compatienti ſibi: commota ſunt quippe omnia viſcera eius ſuper matre ſua. Sciebat enim ipſe anguſtias materni cordis nouerat dolorem animæ eius. Et vt dicit Damaſcenus, quia dolores quos ipſa in ſua nõ ſenſerat parturitione, nũc geminabantur ſibi in eius paſsione: ideoq; & ipſe geminum dolorẽ patiebatur: ſcilicet, crucis & matris.

Cõfor[ma]tio.

Ad cõformandum nos huic articulo, cõpaſsionis materni doloris meditemur quãtus fuerit dolor piæ matris, & talis matris, ꝓ filio tali, quẽ volebãt tam crudeliter tractari, & tã miſerabiliter mori. Penſemus etiam quãtus fuerit dolor cõpaſsiuus filij ad matrem, ſibi cõpatiẽtem: quãtus amor filij ad matrem, tam cordialiter eã diſcipulo cõmendãtis. Penſemus inſuper qualiter in illa commẽdatione cor virgineũ anxiebatur, cùm ei pro filio alienus, & pro homine deo homo purus dabatur. O quàm miſerabilis cõmutatio? Quis itaq; iſta deuota meditatione penſans, poterit ſe cõtinere à lachrymis? L Quis nõ compatitur matri totius pietatis? Quis nõ miſereatur matri miſericordiæ? Si ergo quoad hũc articulum volumus nos Chriſto cõformare: cõpatiamur dolenti matri ſuę, quia cõpaſſus eſt & ipſe. Ieſu qui in cruce maternæ cõpaſsioni compatiens, ipſam tuo dilecto diſcipulo, & ei diſcipulum commendare curaſti: cõmendo me tibi in illa fide & dilectione qua eos adinuicẽ cõmendaſti: & ſupplico tibi vt per tantæ dilectionis pignora facias me ad amorem tuũ veraciter peruenire, & me eorum cõmenda cuſtodiæ, vt inter huius vitæ diſcrimina ab omni aduerſitate, & in omni ſanctitate ac puritate & caſtitate mẽtis & corporis vitam meã cuſtodiant, & poſt huius vitæ exitum ad te, te miſerãte perducant.

Exem[plum] comp[aſsio]nis.

Hìc nota, ꝙ erat, quidã religioſus, qui tantam habebat deuotionem in iſto verbo: ſcilicet, [mulier ecce filius tuus:] ꝙ ferè per viginti annos continuauit lachrymas in tanta abundantia, quòd multum de illis bibebat. Vnde quãdo incipiebat cogitare totam paſsionem domini, & veniebat ad lo- M cum iſtum, totus in lamẽta & lachrymas diſſoluebatur, & dicebat matri: O mater mea, ecce qualiter pendet in cruce filius tuus: vide quomodo derelictus eſt, & moritur filius tuus. Item dicebat filio: Ecce mater tua lachrymoſa & doloroſa, vide quomodo ſtat dilectiſsima mater tua derelicta. Tu ergo chariſsime frequenter ita cogita, & loquere ad filium pro matre, & ad matrẽ pro filio vt gratiam obtineas vtriuſque. In hac autem recommẽdatione intelligimus non ſolum Ioannem, ſed & totam eccleſiam & quamlibet fidelem animam in Ioãnę beatæ virgini commendatam, ac eius ſeruitio & obedientiæ ſubditam: ipſamq; econtra toti populo Chriſtiano vſque in finem mundo pro conſilio & auxilio relictam, vt ipſa nos habeat in filios: diligẽdo nos, & bonum noſtrũ procurando affectu materno: & nos habeamus eã in matrem dilectiſsimã, ipſam ſemper amãdo, & poſt deũ ſuper omnia honorando. vnde Hugo de ſancto Victore, Ex hoc articulo vbi dictum eſt, ecce mater tua: intelligitur ꝙ virgo beata



Maria mater eccleſię totius.

virgo beata nõ ſolum Ioanni in matrem traditur, imò toti eccleſię vniuerſiſq; peccatoribus in matrẽ aſsignatur, cùm dicitur: ecce mater tua. O pec- A cator deſperate, ecce mater tua: ô verbum dulce, ô verbum ſolatioſum, ô verbũ gaudioſum, ecce mater tua. Ipſa enim eſt mater dei & hominis, mater rei & iudicis: non decet vt inter filios diſcordiam eſſe permittat. Si enim ô peccator, Maria eſt mater tua: ergo & Ieſus eſt frater tuus: & pater eius, pater tuus: ergo & regnũ & hæreditas tua: ergo gratia Marię, quã inuenit apud deũ, eſt theſaurus tuus. Ergo dilige eam & venerare tanquã præſentẽ tibi vbique, & amplius noli morari: ſed ab hac hora accipe illam in tuã, vt ipſa tandẽ recipiat te in gloriã ſuam. Hęc Hugo. Sicut ergo neceſſaria fuit nobis paſsio domini ad ſaluandũ, ita neceſſaria fuit hæc recõmendatio ad noſtrũ auxilium & cõſilium. Et propterea ſecurè currendũ eſt ad eam, pro quacunque neceſsitate & vtilitate. Ipſa enim mater miſericordiæ, nulli conſueuit miſericordiã denegare. B Vnde Bernar. Sileat miſericordiã tuam virgo beata, ſi quis eſt qui inuocatã eam in ſuis neceſsitatibus meminerit defuiſſe. Hęc quippe miſericordia, nobis miſeris eſt multũ neceſſaria. Vnde idẽ Bernardus: Nos quippe in cæteris virtutibus cõgaudemus tibi: ſed in miſericordia tua potius nobiſipſis Laudamus virginitatẽ, humilitatem miramur: ſed miſericordia miſeris ſapit dulcius, hanc amplectimur charius, recordamur ſæpius, crebrius inuocamus. Ne timeas ad eã accedere: quia mitis & dulcis eſt valde. Vnde iterũ Bernar. Reuolue totã ſeriem euangelij, & ſi quid aſperũ, ſi quid durũ inueneris in Maria, deinceps eam ſuſpectã habeas. & ad eam accedere verearis. Nos igitur ſtudeamus vt exemplo Ioannis virginẽ beatam in matrẽ habeamus, ſi ipſam volumus habere adiutricẽ.

Maria in triplici ſtatu nos adiuuat.

Cùm enim ſit triplex ſtatus hominis: ſcilicet in vita, in morte, & poſt mortẽ: ipſa in hoc triplici ſtatu adiuuat filios ſuos, qui eam habent in matrem. Vnde cantat eccleſia, Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ, &c. Adiuuat ergo in vita: ſed in vita quidam C ſunt iuſti, & iſtis impetrat perſeuerantẽ gratiam: ideo dicitur mater gratiæ, ſcilicet datrix & cõſeruatrix: alij ſunt peccatores, & iſtis impetrat peccatorum veniã & dei miſericordiã: ideo ſubditur, mater miſericordię. Secũdus ſtatus, ſcilicet in morte, eſt periculoſus: quia hoſtes, id eſt, dęmones ad morientes accedunt, & ſi quod ius habẽt exquirũt: ſed beata virgo animas in morte protegit, & hoſtes expellit: ideo ſubiungitur, tu nos ab hoſte protege. Tertius ſtatus, ſcilicet poſt mortẽ & animę egreſſum, ſimiliter eſt periculoſus: quia ibi ſunt dæmones rugientes, animã deuorare volentes: ſed beata virgo animas in morte ſuſcipit & in cœlũ deducit ideo ſubinfertur, & hora mortis ſuſcipe. O domine Ieſu, magiſter bone, recõmendationem quã feciſti inter nos & matrẽ tuam conſerua in æternũ & da nobis gratiã vt ei valeamus taliter deſeruire, ꝙ dignè mereamur eius filij nũcupari, & ipſa dignetur mater & domina noſtra dici.

Tenebræ factæ.

[A ſexta aũt hora factæ ſunt tenebræ,] viſiones, [vſque ad horã nonam ſuper vniuerſam terram.] Quia enim agnus innocens & verus ſol iuſtitię eclipſin patiebatur, ſol iſte viſibilis clariſsimũ mundi lumẽ, factori ſuo cõpa- D tiens, lucis ſuæ radios retraxit & occultauit: nõ valens intueri pendentẽ dominum, ac mortis eius vilitatem & acerbitatẽ. Vnde Chry. Sol obſcuratus eſt: nõ enim ferre poterat creatura iniuriã creatoris. Retraxit radios ſuos, celauit igneũ iubar, ne videret impiorũ facinora. Hæc Chryſo.

Cauſa tenebrarum

Hoc aũt factum fuit triplici ratione. Primò vt natura inſenſibilis, Chriſto cõpatiens, corda lapidea ad verã Chriſti cõpaſsionem emolliret. Secũdò, vt eclipſatio luminis ſolaris, ſubtractionẽ veri luminis in cordibus Iudęorũ, & militum Chriſtũ crucifigentium, oſtenderet. Tertiò, ne corpus Chriſti nudum in cruce & mortem eius exprobratiſsimã ab impijs cũ gaudio videri, vel eos ſua luce frui permitteret.

Eclipſis non naturalis.

Non fuit iſta ecclipſis naturalis: quod patet ex ratione durationis: quia nunquã poteſt fieri naturaliter per tres horas. Secũdò, ratione tẽporis: quia impoſsibile eſt fieri eclipſim, niſi in cõiunctiõe ſolis & lunę: ſed tũc luna erat plena & è regione ad ſolẽ. Tertiò, E ratione generalitatis: eclipſis enim nunquã poteſt eſſe ſuper vniuerſam terram, ſicut dicitur hìc: quia apud Athenas hoc viſum fuit.

Dionyſius, eclipſim vidit.

Vnde Dionyſius apud Heliopolim tunc pręſens, vidit hoc fieri per interpoſitionẽ lunę, inter terrã & ſolem, ſicut fit in ecclipſi ſolis: quia vidit lunã ab Oriente aſcendentem verſus meridiẽ, & ſe ſupponentẽ ſoli, & tranſacta eclipſi luna redijt ad Orientẽ: ita ꝙ in veſpere fuit in Orientẽ, ſole exiſtente in Occidente, & ſic orbes totũ ſunt ad priſtinum ſtatum reſtituti: vnde patet etiã defectum & repugnationẽ ſolis non ex eadẽ parte, ſed econtraria ſecũdum diametrũ incepiſſe. Item illæ tenebræ palpabiles erãt & obſcurę, & nigrę ſicut tenebrę Aegypti ſub Pharaone, tenebrę aũt ex eclipſi ſolis naturali ferrugineę ſunt & aërę & aliquãtulum clarę. Patet ergo, ꝙ illa eclipſis nõ potuit naturalis eſſe, ſed miraculoſa: & ſoli Chriſto, qui eſt cauſa omnium, manifeſta. Et quia tribus horis protẽſę ſunt tenebræ, ideo has tres horas repręſentamus tenebris triũ noctiũ: vel potius in memoriã triduanæ ſepulturę tribus noctibus ce- F lebramus, quaſi triduanas exequias Chriſti mortui: quia nec alibi monachi nouẽ lectiones faciunt, niſi hìc & pro mortuis. Et tunc etiã primatus tenebrarum inſinuatus eſt: quia in illis diebus tenebræ cœperunt diẽ præcedere. His etiã horis, ſcilicet à ſexta vſq; ad nonã magis obtenebrantur homines commeſſationibus & ebrietatibus vacãdo. O quãti & quales etiã religioſi, his horis tenebris voluptatũ effrenatè ſe immergũt: quia ea quæ Chriſtus tunc paſſus eſt, tanquã ingrati parũ cogitant vel attendunt. Tibi domine Ieſu morienti cõpaſſus eſt ſol, proinde precor & obſecro, vt me quẽ rationalem condere dignatus es, ſic facias tua pietate cõpati tibi morienti, & pro nobis impijs in crucis ſqualore pendẽti, vt in vita mea non gaudeã in luce gloriæ tẽporalis, neq; diẽ hominum deſiderẽ, ſed toto mentis ardore deſiderẽ diem tuũ.

Quartum verbum.

Quartum verbũ fuit quando circa horã nonam præ nimia doloris anguſtia clamãs voce magna, dixit: [Eli Eli lammazabathani.] Et quod Hębraice dixit, euãgeliſta

exponit, dicens: hoc eſt: Deus meus:] cuius ſum fi-
G lius (per naturam) inquantũ deus: [deus meus,] cu-
ius ſum filius (per vnionis gratiam) inquantũ ho-
mo, & ſic geminatio duplicẽ oſtendit naturã in eo:
[vt quid dereliquiſti me?] id eſt, pœnis & morte ex-
poſuiſti? Hoc nõ loquitur deitas, quæ paſſa nõ fuit:
quia diuinitas in Chriſti paſſiõe ſemper illæſa mã-
ſit. Sicut ſi ſole ſuperlucẽte in ligno, ſecuris lignum
incideret, ſol impaſsibilis permaneret: multo ma-
gis verbi diuinitas, ſecũdum hypoſtaſim carni vni-
ta, carne patiente permanet impaſsibilis & illæſa.
Sed loquitur hoc humanitas, quæ videbatur dereli
cta: & dolorẽ ſuſtinuit, quia illa morti tradita &
paſſa fuit: quaſi diceret, Pater intantũ mundum di-
lexiſti, vt me pro ipſo tradidiſti, & dereliquiſti Iu-
dæis & morti. Subtraxit enim protectionẽ, ſed nõ
ſoluit vnionẽ. Hoc etiã dixit, vt magnitudinẽ ſuæ
pœnæ oſtenderet. Ita enim grauiter dolebat, ac ſi
non dei filius ſed inimicus eſſet. Et ideo penitus vi-
debatur derelictus à deo, nullum refrigeriũ vel iu-
H uamen recipiens ab eo. Derelictũ ergo ſe clamat:

Derelictus cur dicatur Chriſtus.

quialicet multi multa propter deũ paſsi ſint, omni
bus tamẽ deus aliquid cõſolationis & refrigerij mi
niſtrabat: Chriſtũ verò totaliter dolori ſubiecerat:
vt doleret quantũ dolere poterat. Vnde non eſt in-
telligendum, ꝙ diuinitas humanitatẽ deſeruerit,
vel ab ea ſeparata fuerit: deũ enim, quẽ inuocabat,
inſeparabiliter ſemper ſecũ habebat: quia nunquã
deſinebat eſſe deus, ſiue anima coniuncta corpori,
ſiue ſeparata: nã & tũc anima illa erat deus, & cor-
pus mortuũ erat deus: ſed q̃a traditus erat ita cala
mitatibus, ꝙ videbatur à deo derelictus: quaſi ſecũ-
dum hũc ſenſum diceret: Vt quid tam immanibus
& intolerabilibus me expoſuiſti doloribus & pœ-
nis, ac ſi me dereliqueris? Vehemẽtiſsimo enim do
lore in carne ſua tenerrima tenebatur, & amariſsi-
mo dolore pro cõpaſsione ſuæ matris & aliorũ in
anima torquebatur. Et tamen pro bono noſtro ip-
ſemet voluit hæc trãſire: & ſic ſuſtinebat, vt nos ali
quãdo exemplo ſuo taliter patiamur, ac ſi deo dere
licti videamur. Siue quãdo dominus vult nos proba
I re: vel noſmetipſi volumus nobis etiam aliquas pœ
nas inferre, vt ſic domino noſtro conformemur in
pœna, vt ei poſsimus conformari in gloria. Vel ſe
derelictum à deo patre dicit: quia tunc ferè inutilis
videbatur eius paſsio: de toto enim genere homi-
num non videbatur aliquis redimi niſi latro, qui fe
rè ſolus in eũ credebat: excepta beata virgine, quæ
tunc etiam credidiſſe non ambigitur: in huiuſmo-
di enim ipſa ſemper excipitur. O domina mea quã
to dolore tenebaris, quãdo filium tuum ſic clamã
tem audiebas? Et attẽde, quòd in iſto clamore non
erant adhuc tenebræ: & ideo quod de tenebris eſt
dictum, eſt per anticipationem accipiendum. Hoc

Verbũ acerbitatis.

quartum verbum Chriſti fuit magnæ acerbitatis:
quia clamãdo oſtendit magnitudinem ſui doloris:
qui tantus fuit, quòd præ eius acerbitate ſe clamat
à patre derelictum: in acerbitate paſsionis, omni ſo
latio deſtitutum. Quæ quidem acerbitas paſsionis
ex hoc apparet, quòd ipſe patiebatur exterius in
toto corpore, & ex omni parte ſenſuũ, & ex omni
genere tormentorum: intus verò ex materna com-
paſsione, quæ omnes Chriſti dolores corporales in
ſeipſa per materni cordis compaſsionem pleniſsi- K
mè transformabat: & ex diſcipulorum lapſu & ex-
cæcatione, qui omnes tunc à fide exciderant: nec-
non ex pretioſi ſanguinis tam multiplici de perdi-
tione, quia conſiderauit quòd pretium ſuæ redem-
ptiõis in tot hominibus ingratis annihilari debuit:
hoc enim, ſecundum Bernardum, maiorem dolo-
rem ei intulit, quàm omnes pœnæ quas extrinſe-
cus pertulit. Vnde bis ingeminat, deus meus, vt ex
hoc oſtendatur immenſitas ſui doloris, tam in car-
ne quàm in anima, quantum ad vires inferiores
corpori affixas: quia in ſuperioribus viribus ani-
mæ fruebatur perfectè, licet in inferioribus tor-
queretur acerbiſsimè. Clamauit etiã voce magna,
peccatum inclinando quod fuerat tantæ mortis &
miſeriæ cauſa: quia ſecundum Ambroſium, quo-
rum ſuſcepit naturam, horum plorauit miſeriam:
& vt duritiam humani affectus ad ſui excitaret
compaſsionem. Sciendum tamen, quòd homo ra-

Compatiendum Chriſto triplici ratione.

tionabiliter debet moueri ad compatiendum Chri
ſto triplici ratione. Primò, ex motu creaturæ in-
ſenſibilis, quæ tota Chriſto morienti cõpaſſa fuit.
Secundò, ex conditione ſuæ propriæ naturæ: natu-
ra enim tot membra prouidit corpori humano, L
quot ſunt dies in anno (vt dicunt phiſici) ad deſi-
gnandum quòd non ſit dies vel momẽtum, in quo
homo beneficium redemptionis affectuosè & cum
gratiarum actione non debet recordari. Tertiò ex
diuinæ voci imprecatione: quia ipſe ſponſus ama-
ritudinem ſuæ paſsionis iubet ſine interuallo im-
primi noſtris mentibus, dicens: Pone me ſicut ſi- Cantic. 8.
gnaculum ſuper cor tuum. Cui voci anima deuota Cantic. 1.
obtemperans reſpondet, faſciculus mirrhę dilectus
meus mihi: inter vbera mea commorabitur. De
hoc clamore appropriatè dici poſſunt verba beati
Auguſtini, in ſermone: Satagentis & ſoliciti pro
nobis in tribulatione poſiti, verba ſunt iſta: verba
quidem teneritudinis & mœroris, verba amaritu-
dinis & doloris. Nam qui deuotè conſideraret ex
quàm anxio gemitu, ex quàm alto ſingultu, ex
quàm profundo luctu, ex quàm amaro planctu, M
hæc vox in cruce proruperit ab ore domini Ieſu:
nullus eſt ſi haberet pectus ferreum, quin mollire-
tur cõpunctione: ſi ſaxeum, quin ſcinderetur com-
paſsione: ſi ligneum, quin flecteretur condilectio-
ne: ſi æreum, quin liquaretur contemplatione. In

Duplex natura in Chriſto.

hoc verbo duplex natura in vna perſona Chriſti,
clamauit ad duas perſonas in vna eſſentia dei: &
ideo geminatur perſona ſub eodẽ actu verbi, deus
meus, deus meus, vt quid dereliquiſti me? Clama-
bat enim in Chriſto affectio rationalis naturę, pro
pter zelum ardentiſsimę compaſsionis: clamabat
afflictio ſenſualis iacturæ, propter telum acutiſsi-
mæ paſsionis. Clamabat affectio rationalis, deus
deus meus, vt quid dereliquiſti me? in tanto mentis
ſuſpirio & mœrore, qui non derelinquis clamãtes
ad te. Clamat afflictio ſenſualis, deus meus, deus
meus: vt q̃d dereliquiſti me? in tãto carnis ſupplicio
& dolore, qui nõ derelinquis pręſumẽtes de te. Ma-
gnam enĩ patiebatur exterius amaritudinẽ: ſed lon
gè plus cruciabatur interius propter ingratitudinẽ.





A Vnde Hugo inducit eum in cruce ſic loquentem:

Hugo, in perſona Chriſti nos alloquentis.

Cerne homo quid pro te patior, vide pœnas quibus
afficior, vide clauos quibus cõfodior, & cùm ſit tan
tus dolor exterior, intus tamẽ planctus eſt grauior
tam ingratũ dum te experior. Per hoc verbũ quar-
tum, docemur ad deum in neceſsitatibus clamare,

Documentum.

& in periculis ad orationẽ recurrere. Vnde Augu.
Inſup addidiſti deus meus, vt quid dereliquiſti me?
vt oſtenderes effectũ orationis, quæ ſicut ſcutũ ac-
cipienda eſt cõtra iacula tentationis, in tpe tribula
tionis. Orauerat ſiquidẽ dominus Ieſus in horto: o-
rat & in patibulo: quia reuera oratio, eſt ſubſidiũ
in periculo. Aſcende igitur anima mea turrim &
caſtrũ orationis: ipſa etenim eſt vnguentũ egroto-
rum, ſcutum infirmorum, odoramentũ ciuium ſu-

Documentum.

pernorũ. Hæc Aug. Ex hoc ergo articulo, dereli-
ctionis Chriſti à deo, habetur documentũ, ꝙ in no
ſtris tribulationibus debemus ad deũ recurrere, &
ei deſolationẽ noſtrã conqueri orãdo, vt ipſe tribu-
lationem noſtrã dignetur reſpicere: Sicut Chriſtus
qui in anguſtia tribulationis poſitus clamauit ad
B deum patrẽ, dicens: [Deus meus, deus meus, vt quid
dereliquiſti me?] Quod ſecundũ gloſ. non ſolũ fuit
verbũ conqueſtiõis: ſed & orationis. Quę quidẽ ora
tio hîc ſubintelligitur, & in pſal. illo ex quo Chri-
Pſal. 21. ſtus hoc aſſumpſit exprimitur. Vbi dicitur: Deus
deus meus reſpice in me: quare me dereliquiſti? Vbi
hoc quod dicitur, Reſpice in me: eſt oratio, & non
eſt in Hebræo: ſed additũ à ſeptuaginta interpreti-
bus, magis ſenſum quàm verba ſequentibus. Quod
verò ſequitur, quare me dereliquiſti? eſt cõqueſtio.
In hoc ergo verbo Chriſti, fuit oratio implicita: &
Hebræ. 5. cõqueſtio explicita. De qua oratione videtur loqui
apoſtolus, dicens de Chriſto: Qui in diebus carnis
ſuæ, preces cum clamore valido & lachrymis offe
rens, exauditus eſt pro ſua reuerentia. Igitur & nos
conquerentes deo tribulationẽ noſtrã, ſemper ſub-
intendamus orationẽ, vt ipſe in nos reſpiciat & ad-
iuuet. Exprimit ergo hîc dominus formã tentati,
& liberati: qui dum eſt in tribulatiõe, putat ſe quaſi
C derelictũ à deo, cùm tamẽ propior ſit dominus ho-
Pſal. 4. mini in tribulatione poſito. Iuxta illud Pſal. Cum
ipſo ſum in tribulatione. Dereliquit quippe dñs a-
micos ſuos, dum tribulatiõibus exponit ad tempus,
vt miſereat in æternũ. Dereliquit, id eſt, ad modũ
derelinquentis ſe habet: quia protectionem ſuam
ſubtrahit. Sicut enim deum pœnitere, eſt ad modũ
pœnitẽtis ſe habere: ita hîc deum aliquem derelin-
quere, eſt ad modum derelinquentis ſe habere. Ad

Cõformatio.

conformandum ſe huic articulo, meditetur homo
quàm atrocibus pœnis expoſitus fuerat Chriſtus,
quando ſic clamauit ad patrẽ: & recolligat omnes
paſsiones & tribulationes ſuas, & conqueratur eas
deo patri in vnione paſsionũ Chriſti: clamãs in to-
to corde, ſimul cum Chriſto, verba hęc: Deus meus
deus meus, reſpice in me: vt quid me dereliquiſti?
Nec miretur vel deficiat, ſi tribulari permittitur:
quia ſic ſuo capiti conformatur. Domine Ieſu, qui
pendens in cruce preces ad patrẽ cum clamore vali
do & lachrymis obtuliſti: da mihi in omni tribula
tione & anguſtia mea ad te clamare, nec tu me pa
tiaris (velut derelictum) à tua miſericordia repro-
bari: ſed exaudias de cœlo vocem meam, & facias
in tribulatione prouentũ, vt ſentiens me tua miſeri D
cordia ſaluatũ, poſsim cantare gloriã & laudẽ tuã,
dicens: Voce mea ad dominũ clamaui: voce mea
ad deũ, & intendit mihi. [Quidã autem illic ſtan-

Dicentes, Heliam vocat.

tes, & audientes] hoc verbũ domini: [dicebant He-
liam vocat iſte:] hi (ſecundũ Hiero.) Romani mili
tes ipſum cuſtodientes fuiſſe videtur, qui erant gen
tiles, non intelligentes Hebreũ, & putantes propter
ſonũ & quandã affinitatẽ vocabuli Eli, idem quod
Heliam ſonare: & Heliam vocari. Vel fuerunt Iu-
dæi, dominũ imbecillitatis infamãtes, ꝙ Heliæ de-
precaretur auxilium: reputantes eum minorẽ fuiſ-
ſe Helia. Vel fortè ipſi Iudæi potuerunt hoc dicere
non bene intelligentes quod diceret, propter tumul
tum obſtrepentẽ circumquaq;. Quintum verbum

Quintum verbum.

fuit, cùm [Ieſus ſciens omnia cõſummata,] quæ lex
& prophetæ prædixerant de eo, & quæ erant ſcri-
pta de Chriſto paſſuro, & quę oportebat fieri ante-
quam acciperet acetum, & traderet ſpiritũ, vt hoc
etiam conſummaretur quod in ſcriptura prædicta
reſtabat: & cõſummandũ erat, ſcilicet, In ſiti mea E
potauerunt me aceto: [dicit, [Sitio:] ac ſi diceret.
Hoc ſolum ex ſcripturis implendũ reſtat: perficite
quod prædixit. Vnde cùm dicitur, [vt conſumma-
retur ſcriptura:] ly, vt, non ponitur cauſatiuè, ſed Vt.
conſecutiuè: non enim ideo Chriſtus hoc fecit, quia
ſcriptura hoc prædixerat: nam tunc ſequeretur ꝙ
nouum teſtamentũ propter vetus & eius impletio
nem eſſet, cùm tamen econuerſò ſit: ſed ideo prædi
ctum eſt, quia per Chriſtum cõſummandum erat:
hoc enim facto impleta eſt ſcriptura prophetiæ, &
ſic in alijs ſuo modo intellige. [Dixit ergo, Sitio:]

Sitis Chriſti.

ſcilicet hominũ ſalutem, quia hanc deſiderio cor-
diali ſitiuit: videlicet ſitim ſitiens: id eſt, deſiderans:
vt nos ſitiremus fontem viuũ. Hoc quintũ verbum,

Verbum conſolatoriũ.

fuit maximè conſolatoriũ omnium totius eccleſię
fidelium quãdo dicit, ſitio: ſcilicet ſalutẽ humanam.
feruentiſsimo deſiderio. In hoc enim oſtẽditur eius
ardens deſiderium de ſalute generis humani, qui
vult omnes homines ſaluos fieri: nam vehemẽs de- F
ſiderium exprimere conſueuimus per ſitim. Vnde
dicit Pſalm. Sitiuit anima mea ad deum fontem vi Pſal. 41.
uum. Vnde Bernar. Sitio, ait Chriſtus, non doleo.

Sitis Chriſti.

O domine quid ſitis? Fidem veſtram, ſalutem ve-
ſtram, gaudium veſtrum: plus animarum veſtra-
rum quàm corporis mei cruciatus me tenet: & ſi
nõ mei, ſaltẽ veſtri miſeremini. Et iterum: O bone
Ieſu coronã ſpineã ſuſtines de tua cruce, & de vulne
ribus tuis taces: & pro ſola ſiti clamas dicens, ſitio:
quid ergo ſitis? Certè ſolam redemptionem homi-
nis, & gaudium humanæ ſalutis. Per hoc verbum
quintũ, docemur ſalutem noſtrã deſiderare: & æter
nam vitam appetere. Vnde Aug. Adiecisti etiã do-
mine Ieſu Chriſte, ſitio: quid ſitis domine Ieſu? vi-
num de vite, aut aquam de flumine? Sitis tua, ſalus
mea cibus tuus, redemptio mea. Siti igitur anima
mea & deſidera, ſicut deſiderat ceruus ad fontes a-
quarum, illum videlicet qui ſitiuit te: nõnne tædet
te anima mea intemperies aëris, moleſtia carnis, &
cordis pugna cũ vitijs, varietas formæ, mutatio &
incertitudo temporis, expectatio & timor mortis?

Cur igitur non cupis diſſolui,& eſſe cum Chriſto? G Cur te retardat vita mortalis & non prouocat te vita vitalis,beatitudo fontalis, ſocietas & lætitia ſpiritualis. Deſidera igitur, & cõſidera quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, q̃ glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei:vbi eſt lumen vitæ,fons totius dulcedinis,& beatitudo vtriuſq; hominis. Hæc Aug. In hoc verbo dñi fuit magna cõpaſsio matris,& ſociarum eius,& Ioãnis,& maxima exultatio illis peſſimis:nam licèt exponi poſsit ꝙ ſitiebat ſalutẽ, tamen ad literã æſtimare potes ꝙ in veritate multũ ſitiebat:quia propter nimiũ laborem, & ſanguinis emanationẽ,totus deſiccatus intus & areſactus & aduſtus erat:& propter hoc ſitiebat ſupra modũ:& talis ſitis eſt maximũ tormentũ. Et cùm illi maligni cogitare nõ poſſent in quo amplius ei nocerẽt: acceperũt vexandi materiã,[& dederũt ei in ſpongia,]quæ propter poroſitatẽ de aceto multũ imbiberat,[arundini impoſita,] vt ſurſum ad os pertingeret:ac[hiſſopo circũpoſita,]& circũligata:vt per hiſſopũ herbam amarã de ſpongia ſugeret [acetũ] H ſeu vinum acetoſum[cum felle mixtũ,ſeu mirrhatum,]quale etiã ſibi priuſquã crucẽ aſcenderat propinauerant. Sic ergo bis potatus fuit:& ante crucifixionẽ,& in crucifixione. Et eſt ratio potationis, & ratio geminationis huius. Dicunt enim quidã, crucifixos citius mori ſi aceto potẽtur:& ideo potatus eſt iſte,& non alij, vt citius moreretur : & hoc vel inſtinctu Iudæorũ,qui captabãt maximè mortem Chriſti,vel ex tędio militũ,vt citius à cuſtodia eius abſoluerentur:quia tędebat eos ibi morari. Cõpetit autẽ myſterio gemina potatio, propter geminam perſonã quæ peccauerat,guſtato ligno vetito, ex qua damnata erat generis humani propagatio. In hoc etiã potu amaro,amaritudinẽ ſuæ peruerſę voluntatis oſtenderũt:quia quantũ poterant,tantũ ei nocuerunt. De quorũ malitia,ſic dicit Chry. Tu autẽ mihi teme ritatẽ eorum qui aſsiſtebãt cogita. Et ſi decem millia habuerimus inimicorũ,& ſi inſanabilia paſsi ſumus,vidẽtes eos interfici flectimur: hi verò neq; in his quæ videbãt facti manſueti: ſed ſæuiebãt magis & inſaniã intendebant, & ſpongiã I afferentes aceto potabãt. Hęc Chry. Vnde ſecundũ Remigiũ. Ipſi Iudęi erant acetũ,degenerantes à vino patriarcharũ & prophetarũ in acetum:id eſt,in malitiã & crudelitatẽ,habẽtes fraudulenta corda, quaſi ſpongiã cauernoſis atq; tortuoſis latibulis. Ob hoc ſignanter fel cum aceto ſibi porrexerunt,vt in omnibus ſenſibus ipſum amaritudine replerẽt:iam enim velatus fuerat oculis contra ligni vetiti procacem viſionẽ:iam maxillas eius pugnis attribuerãt cõtra pomi veti timaſticationẽ: iam collũ eius alapis cæciderãt,contra cibi vetiti traiectionẽ : ſolum reſtabat os & nares affligere:& ideo nares Chriſti affligebant tam cadauerum fœtore, quàm aceti odore:os verò affligebant,fellis amaritudine. At ipſe acetum quidem accepit non vt biberet,ſed guſtauit: vt ſcripturam,ſeu quod ſcriptum erat adimpleret. Et quia Eli Eli clamauerat,cæteri potũ ei dantes dicebant:[Sine,]id eſt,expecta [videamus,]per experimentũ[an veniat Helias liberans eũ.] Quia verò vocem domini malè intellexerant: non enim Heliæ,ſed deo loquebatur: ideo fruſtra & inaniter aduentũ Heliæ expectabant. Ecce qualis cœna da- K batur domino noſtro: hora autẽ iam cœnandi: ſed præ labore & dolore non petijt aliud pro cœna niſi potum,& filij diaboli dederunt ei pro cibo,fel:& pro potu,acetum. O nos miſeri quid faciemus, qui aliter cœnare, & aliter potare volumus,& delitias quærimus. Certè ſi mille annis homo viueret,& quotidie in pane & aqua ieiunaret, vnicã cœnam illam ſufficienter cõpenſare non poſſet. Veruntamen qui poteſt capere capiat:quia durus eſt hic ſermo pro carnalibus:& ideo non ſapiunt,non ſentiũt cum ſapore quæ dei ſunt,& conſolationes internas amittunt. Quia ſi acetum domino propinatum ad mentẽ reducerent,in cibo & potu quantũcunq; vili ſaporẽ inuenirent. Vnde Ber. Non eſt cibus adeo aridus,qui nõ efficiatur ſapidus, ſi illius aceti quod propinatum eſt condimento fuerit tẽperatus. Si ergo cibus ex defectu ſalis , vel alia cauſa fuerit tibi inſipidus non apponas ibi ſal, vel cõdimentũ aliud, ſed propter Chriſtũ felle & aceto potatũ ſenſualitati reſiſtas:cogitãs ꝙ ꝑ peccatis tuis in pane & aqua L abſtinere debes,& ꝙ multi pauperes ſibi iſta reputarent ad delicias:& tunc videbitur tibi magna gratia aliquid adiecisse ad hæc ipſa. Ex hoc articulo, potationis aceti,trahuntur plura documenta. Primum accipiendo iſta myſticè in bono ſenſu, ſicut Iudæi & milites multa fecerunt mala intentione, quæ tamen myſtreriũ boni nobis important:& ſecundũ hoc docemur hîc,ꝙ & nos vinum deuotionis,admixtũ mirrha mortificationis carnis,& felle amaræ cõpunctionis Chriſto propinare debemus. Tale enim vinũ mirrhatum & fellitum Chriſtus à nobis ſitit,& oblatũ liber guſtat: ſed non vult bibere & in ſe traijcere,quia ipſe bonorũ noſtrorũ non eget. Quid enim Chriſto de noſtra deuotione,mortificatione,& cõpunctione accreſcit? Sed talia ab eo gratanter guſtata nobis relinquit,quibus omnia illa cooperãtur in bonum: imò & amara fiunt nobis dulcia,merito ſuæ paſsionis. Aliud documentũ eſt, accipiendo iſta in malo ſenſu, ꝙ nos caueamus ne vinum mirrhatũ vel fellitum Chriſto bibendum offeramus:quia ſicut tunc Iudęi,ita etiã mali Chri- M ſtiani dant deo bibendũ amarum potũ, & Chriſto ſitienti ſalutem animarũ, offerunt amaritudinem peccatorũ. Quicunq; enim rectè credunt,ſed malè viuunt:hi Chriſto dant bibere vinũ cum mirrha & felle mixtum,quia vinum Chriſtianę profeſsionis vel deuotionis,miſcent cum mirrha & felle ſcandaloſæ conuerſationis, inquantũ malè viuendo ſcandalizant eccleſiam:quales ſunt præcipuè mali prælati,ſacerdotes & monachi,& aliæ perſonæ religionis ſpeciem prætendentes, qui ſpecialiter ſe ad cultum dei deuouerunt. Qui præ cæteris Chriſtianis vinum deuotionis , quod deum & homines lætificat, deo offerre deberent : ſed per ſuã ſcandaloſam conuerſationem vinum ſuum mirrha & felle malorum exemplorũ miſcent,& hoc deo offerũt:quibus dominus exprobrat dicens : Vinea mea electa ego te plantaui: quomodo conuerſa es in amaritudinem? Alij ſunt qui acetũ in ſpongia cum calamo domino offerũt,qui extraneas & à veritate alienas

ſententias

Cõpaſsio Mariæ nõ habentis potum.

Potat' bis, & cauſa potationis

Iudęorum peruerſitas.

Senſus oẽs in Chriſto paſsi.

Cõtra gulosos.

Documenta.

Hiere. 2.



ſententias ex ſcriptura applicãt Chriſto,quaſi eas A dicẽti: quales ſunt qui ſingulares ſenſus, à cõmuni eccleſiæ doctrina extraneos, ex ſcriptura trahere moliũtur,& ſic in errores homines mittũt. Hi enĩ ſpongiã aceto implẽtes,calamo ſcripturã imponũt, & ori eius offerũt:& talis potus eſt Chriſto inſipidus:nã[cũ guſtaſſet,noluit bibere.] Ex quo etiã nobis datur documẽtũ,ꝙ ſicut Chriſt' nõ dedignatus fuit pro nobis acetũ guſtare,ſed nõ bibit:ſic & nos ſuo exẽplo diſcam' prædictos aridos homines tam ſcandaloſos in vita, quã ſuperſtitioſos in doctrina, guſtare quidẽ, id eſt,pati & tolerare: ſed nequaquã bibere, & eorum vitã & exempla nobis incorporare:queẽadmodũ dominus noſter acetũ non bibit:qa tales in corpus eius traijci nõ poſſunt. Item eſt documentũ pro religioſis & pœnitẽtibus, ꝙ ſi quãdo eis apponitur cibus & potus pœnitẽtialis & minus ſapidus, recogitẽt Chriſtũ felle & aceto pro nobis potatũ. Poſt cõcupiſcentias ergo tuas non abeas:ſed eas viriliter frangas,& tũc felle amaritudinis dum B dilecto tuo potaberis. Ad conformandum ſe huic articulo, recogitet quãto deſiderio ſaluator noſter ſalutem noſtram ſitiuit, pro qua etiam acetum cum mirrha & felle accipere non dedignatus fuit: ad oſtendendũ ꝙ non ſalutẽ, quæ eſt vita æterna, cõſequi valeamus,niſi prius amaritudinẽ vitæ præſentis guſtemus. Ieſu qui noſtram ſalutẽ ſitiens aceto & vino mirrhato cum felle potari voluiſti:ſalua me tua gratuita gratia in numero ſaluandorũ: & da mihi verſa vice ſitire te fontẽ vitæ, & aquæ viuæ,corde diligẽdo,ore laudãdo & prædicãdo,& amorẽ ad te habitũ operibus oſtendendo. fac me vinũ deuotionis,cũ mirrha mortificationis carnis,ac felle pœnitẽtialis cõpunctionis, tibi dignè offerre: & da mihi acerbitatẽ calicis tui non horrere:ſed cũ gaudio amplecti & bibere ad ſalutẽ, vt pro amore tuo animæ meæ ſitiẽti amara dulcia videãtur. Sextum verbũ fuit,cùm dixit:[Cõſummatũ eſt:]id eſt, totum cõpletũ eſt in opere etiã vſq; ad aceti potũ, quicquid de me lex & prophetę prędixerãt:& quicquid de me ſcriptũ erat,& opus redẽptiõis humanę & omne opus meũ quod in mundo facere debui,cõ C ſummatũ eſt & perfectũ:ac etiã omnis pœna & omnis pugna cõſummata eſt & cõpleta:omniſq; labor & dolor,quẽ ſuſcipere venerã,eſt finitus: tẽpus quoq; quo inter homines eſſe debui , ad honorẽ dei patris & vtilitatẽ fideliũ,eſt completũ:& obedientiam,quã dedit mihi pater,perfectè cõpleui:& quicquid oportebat fieri antequã morerer,factũ eſt: & nihil remanet,nec quicquã iam reſtat qđ antequã moriar adhuc fieri oporteat. Et hanc cõſummationem etiã ipſe prædixerat. Cõſummabũtur,inquiẽs omnia quæ ſcripta ſunt per prophetas de filio hominis. Aceto igitur & felleo poculo propinato,intulit, [cõſummatũ eſt:] tanquã ſi in guſtu aceti & fellis totius amariſsimæ paſsionis cõſummata plenitudo cõſiſteret. Per hoc enim diluitur primus ille malè delectabilis guſtus. Nam cùm guſtũ ligni ſuauis & vetiti totius noſtræ perditionis cauſa extiterit præuaricator Adã : opportunũ fuit & cõgruũ per viã contrariã inuenire ſaluti noſtræ remediũ. Et cùm in ſingulis membris ipſius acutiſsimarum paſsionum militãtes ſagittę crebreſcerent,quarum D indignatio ebibebat ſpiritũ eius:decebat,vt cibi verbiq; vehiculũ nequaquã maneret immune:vt verificaretur illud prophetæ. Repleuit me amaritudine: inebriauit me abſinthio. Hoc verbũ ſextum magnę perfectionis fuit,cùm dixit:[cõſummatũ eſt:] per hoc inſinuans,ꝙ omnia cõſummauerat,quæ pro ſalute humana ipſum Chriſtũ pati vel agere oportebat. Exẽplariter:Nam ſicut bonus medicus primò pro infirmo dietã taxat : ſecundò ſudorẽ procurat: tertiò ſi prędicta nõ ſufficiũt,indicit minutionem, pro humanorũ correctiõe:quartò miniſtrat potionem pro malæ materiæ euacuatione : ſic Chriſtus (vt nos à morbo peccati ſaluaret) pro nobis primò quadraginta diebus ieiunauit: ſecũdò ſudorem ſanguinẽ pro nobis exhalauit:tertiò per totum corpus ſuũ minutionẽ celebrauit , quãdo pro nobis totum ſanguinẽ ſuũ abundãtiſsimè ſine numero & mẽſura fudit,ſic ꝙ corpus ſuũ in cruce pendẽs tanquam cremiũ exaruit,quartò & vltimò,prædictis antido- E tis non cõtentus,potionẽ amariſsimã ſumpſit,quãdo pro noſtra ęgritudine fugãda,felle & aceto ſe potari permiſit: & ideo rationabiliter dixit,[cõſummatũ eſt:]innuens per hoc ꝙ omnia compleuerat, quæ pro noſtra ſalute fienda erãt. Per hoc verbum ſextũ docemur pœnitentiã inchoatã cõſummare & vitam noſtrã fine debito terminare,ac omnia opera noſtra ad virtutũ perfectionẽ & debitã perducere conſummationẽ. Vnde Aug. Dixiſti etiã dñe, cõſummatũ eſt:conſummata etenim erant vaticinia prophetarũ,figuræ hoſtiarũ, acerbitas & diuerſitas pœnarũ:emendatio culparũ. Fœlix qui poterit dicere cum Ieſu, cõſummatũ eſt, cum Ieſu qui eſt alpha & ω: & ſermonũ cõſummatio nõ eſt præmium in inchoatione,ſed in cõſummatione:nõ datur denarius incipiẽtibus,ſed finientibus:& corona nõ currẽtibus,ſed perueniẽtibus. Inchoa igitur pœnitentiã,& cõſumma:vt ad crucẽ ſicut Chriſtus,ſicut latro curras ad pœnitentiã:non deſcẽdas de cruce,vt ſalutẽ conſequaris perſeuerantia. Hæc Aug. Sciendum autẽ ꝙ cõſummare idem eſt quod ſimul ſummare:vnde tũc aliquid cõſummatur, quãdo omnia ſigillatim acta vel paſſa ſimul ſummãtur : id F eſt,in ſumma recolliguntur. Sic fuit in propoſito: Nam poſtquã Chriſtus oẽs pœnas paſsionis ſuæ ſigillatim pertulerit,& nihil amplius circa mortem patiendũ reſtaret:tunc demũ omnia perpeſſa rememorans,recolligit ea ſimul in vnã ſummã:& obtulit ea deo patri,dicens,[conſummatũ eſt:]quaſi diceret,conſummatũ eſt opus obedientiæ,quã aſſumpſit:cõſummatũ eſt opus totius paſsionis meę,quod tibi deo patri meo offero pro ſalute generis humani. Vñ apoſtolus: Cõſummatus factus eſt omnibus obtẽperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. Et aduerte,ꝙ hæc cõſummatio nõ fuit ſine notabili pœna: ſicut qui pertrãſiuit multa pericula, vel grauia ſupplicia,non ſine magno horrore poteſt cogitare ea, licèt ex alia parte gaudeat ea in præteritũ pertrãſiuiſſe: talẽ horrorẽ doloroſum nõ dubiũ quin Chriſtus habuerit in cõſummãdo oĩa ꝑpeſſa: nec mirũ, quia talis cõſummatio virtualiter, vel etiã integraliter cõtinebat in oẽs partes paſsionis,quas ſimul in

Eccleſiaſtici 18.

Cõformatio.

Sextum verbum.

Lucæ 18.

Treno. 3.

verbũ perfectionis.

Doctrina.

Conſummare.

Hebr. 5.

Conſummatio pœnoſa.

G ſumma ſignificabat cùm dicebat, conſummatū eſt: Quod verbū magnæ efficaciæ eſſe in periculis, perhibetur ab expertis. Et ſpecialiter valere dicitur in immoderato fluxu ſanginis è narib', ſi cū eodē ſanguine ſcribatur idē verbū in frōte patiētis. Et non mirū ſi magnæ efficaciæ ſit verbū iſtud, in quo tota ſumma poſsionis Chriſti cōtinetur. Ex hoc articulo, cōſummatiōis totius paſsionis, habetur documentū, ꝙ nos in fine cuiuſlibet boni operis partes habētis, debemus facere ſummā vel epilogū, & ſic in ſumma illud offerre deo: verbi gratia. Si quis pro deo vadat Romā, perueniēs ad terminū, oēs paſſus & oīa veſtigia ſua offerat deo & beato Petro, dicēs: cōſummatū eſt. Similiter ſi quis legat pſalteriū: in fine oēs pſalmos, verſus, & verba totius pſalterij in ſumma offerat deo: & ſic de ſimilibus. Ita etiā facimus in officio eccleſiaſtico, qđ ſemp in fine cū collecta cōcluditur: quæ & idcirco collecta dicitur, ꝗa in illa oratiōe tota vis illius officij quaſi in ſumma eſt collectio. Eodē modo hoc verbū, cōſummatū eſt fuit collecta totius paſsionis Chriſti citra mortem. Ad cōformandū ſe huic articulo, recolligat homo breuiter in ſumma oēs articulos paſsionis prælibatos, & agat pro eis gratias Chriſto & deo patri: dicens, cōſummatū eſt: vel aliàs prout deuotio miniſtrabit. Ieſu ſaluator noſter, & cōſummator glorioſi operis, quod accepiſti à patre conſummandū: qui incepiſti opus tuū cum multis laboribus, & cōſummaſti cū maximis doloribus: & tandē cōſummationem totius paſsionis tuæ in ſumma deo patri obtuliſti, dicēs: [conſummatū eſt:] benedictū ſit dñe ex hoc nomen ſanctū tuū, quia ad hoc cōſummaſti, vt nos ſimus in bono cōſummati, & inimici noſtri oēs conſumpti: rogo te da mihi mādata tua perficere, & in tuis virtutibus proficere: ac omnia per me (te operāte) bene acta & paſſa ad tuā laudē cōſummare: cōſummata tibi & per te deo patri offerre: vt in hora mortis poſsim dicere, ecce dñe cōſummaui & perfeci opus qđ dediſti mihi vt facerē, & nunc venio ad te magiſtrū meum & dñm Ieſum Chriſtū: & tunc merear videre facie ad faciē, & omnis conſummationis finem.

*Verbum efficaciæ contra fluxū ſanguinis. — Documentum. — Cōſummationis deo dicādæ ratio. — Collecta. — Cōformatio. — H*

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, qui hora diei ſexta fuiſti ante crucē vino mirrhato ſeu fellito potatus, ac denudatus, & tuis veſtibus ſpoliatus, in manibus quoq; & pedibus clauis acutiſsimis perforatus, & dariſsimè cruci affixus: in cruce autē poſitus, à multis blaſphematus & deriſus: & iterū aceto ſeu vino acetoſo potatus: da mihi, qui peccatis meis crucē merui, vt in te aſpiciēs, totus totaliter carne & ſpiritu traſfigar, omniq; iniuria & cōtumelia ac cōfuſiōe contēpta tecū cruci affigar: vt nec aliquid ſentiā, niſi te Ieſum, te inquā crucifixū. Amen.

## De nona in paſsione domini. Caput LXIIII.

*Matth. 27. Marci 15. Lucæ 23. Ioannis 19. Contēplatio Chriſti morientis*

Hora nona cogitabis mente lugubri & deuota, ſi piā habes animā, qualiter ſiccatur ipſe fons vitæ, & dulcedo cordiū noſtrorū, Ieſus dñs tuus amātiſsimus, & omni gratioſitate acceptiſsimus, venis iam ex ſanguinis effuſiōe exhauſtis, & viribus deficientibus appropinquans morti incipit oculos langueſcentes deprimere, & facie palleſcere. Et quomodo incipit inclinare caput verſus matrē ſuam, quaſi dans ei aue vltimū: aue inquā doloris & omnis deſolationis, quod nō poterat ore & verbo exprimere præ nimia paſsione & inæſtimabili dolore: & quaſi cōmendans ei corpus ſuū, tam crudeliter foſſum, ac laceratū, & diſsipatū vndiq;. Et etiā verſus patrē ſuum: quaſi oſtendēs ex modo moriendi, ꝙ moriebatur ex obediētia patris, & nō inuoluntariè: & quaſi gratias agens eidē, ꝙ ipſum reuocabat ad ſe: docens nos ſimiliter gratias in aduerſis agere, & ſignificās ſe per varias tribulationes ad præmia ſequendū, & quaſi tradens ei ſpiritum ſuū. Etiā quaſi declinare à crucis titulo ſe oſtēdens, & vanā gloriā vitare nos docens: ac ſi diceret. Nolo hîc regnare, nolo ſcribat aut nominet me regē Pilatus: Et etiā quaſi me patri recōciliato, nuntians mihi pacē, me ſalutet: & oſculū mihi prębeat: & aures meis precibus, quę prius nō perfecerūt, ad exaudiendū inclinet. Quo facto cōcluſit vltimū verbū, ſ. ſeptimū, cum clamore valido & lachrymis, dicēs: [Pater in manus tuas,] id eſt, in poteſtate tua, [commēdo ſpiritū meū.] Per quod voluit nobis declarare, ꝙ ſanctorū animę ex tūc in manus dei aſcendūt: nam prius ab inferis omniū animæ tenebātur, donec venit qui captiuis redemptionem prædicauit. Vnde Cyrillus. Hæc aūt vox edocet, ꝙ animæ ſanctorū non deinceps in inferno clauduntur, vt prius: ſed apud deū ſunt, hui' rei facto Chriſto principio. Vnde & Anaſt. Cōmendat enim patri per ſe vniuerſos mortales in ſe viuificatos: nā ſumus mēbra eius: ſcđm illud apoſtoli. Oēs vnū eſtis in Chriſto. Prius ergo dñs clamauerat, Eli Eli: & modò clamat: Pater in manus tuas. Vnde quidā dicunt, vt Hiero. ꝙ ab illo Pſal. Deus deus meus reſpice in me: vſq; ad iſtū verſum. In manus tuas: vbi ſunt pſalmi decē: & verſus centū quinquaginta, Chriſt' dixerit eos oēs: primū videlicet & vltimū verſum cū clamore, ſed inter medios ſub ſilētio. De iſto clamore Chriſti, ſicut & de ſuperiori, videtur loqui apoſtolus, cùm dicit: Qui in diebus carnis ſuæ preces cū clamore valido & lachrymis offerēs, exauditus eſt pro ſua reuerētia. Et ex hoc videtur, ꝙ Chriſtus tā in illis verbis Eli Eli: quā in iſtis: Pater in manus tuas: lachrymatus fuerit. Alij verò dicūt, ꝙ Chriſtus totū Pſalmū, Deus deus meus reſpice in me: & deinde pſalmū. In te dñe: vſq; ad verſū. In manus tuas: cōcluſiuè decātauit. Cōmendauit dñs Ieſus patri ſpiritum: non ꝙ egeret, ſed vt nos inſtrueret. In hoc enim ſeptimo verbo, qđ maximæ deuotionis fuit, exēplū multiplicis informationis nobis reliquit, prout infrà in documētis articuli patebit. Hoc aūt verbo vltimo dicto, [inclinato capite tradidit ſeu emiſit ſpiritū:] nō coactus & inuite, ſed quādo voluit & voluntariè ſine coactione [expirauit:] id eſt, ſpiritū extra corpus ſponte & propria poteſtate miſit: non alius extorſit. Vñ Aug. Quis ita dormit quādo voluerit, ſicut Ieſus mortuus eſt qñ voluit? Quis ita veſtē ponit quando voluerit, ſicut ſe carne exuit quando voluit? Quis ita quādo voluerit, obit: quō cùm voluit obijt? Quāta ſperando vel timēda eſt poteſtas iudicātis, ſi tāta apparuit moriētis? Hęc Aug. Hîc ergo apparet ꝙ Chriſtus tradidit ſpūm clamādo, orando, & lachry-

*K — Verbum ſeptimum & vltimū. — L — Animæ ſanctorū cœlū petūt. — Galat. 3. — Pſal. 21. — Hebr. 5. — M — Lachrymæ Chriſti in cruce. — Verbū deuotionis. — Emiſsio ſpiritus Chriſti.*



mando. In primis duobus: ſcilicet in tradendo ſpiritū, & clamādo, diuinitas apparuit, & deitatis ſuę potentiā Chriſtus declarauit. Tradere eīm vel emittere ſpiritū propria virtute, diuinę poteſtatis indiciū eſt, & nemini niſi deo conuenit. Et per hoc ꝙ moriēs clamauit, apertiſsimè ſe deū verum oſtēdit: nā homines alij moriētes non clamare, ſed vix ſpirare, vel tenuiter loqui poſſunt. In alijs autē duobus. ſ. in oratiōe, & lachrymatione, humanitas apparuit, & miſerationis affectū Chriſtus manifeſtauit. Quādo igitur Mattheus dicit, [Ieſus aūt iterum clamās voce magna, emiſit ſpiritū:] & Marcus, [Ieſus autem emiſſa voce magna expirauit:] quid hac voce magna dixerit, Lucas apertè deſignat dicēs, & clamans voce magna Ieſus ait: Pater in manus tuas cōmendo ſpiritū meum: & hęc inquit, dicēs, expirauit.] Ioānes verò tacēs de hac voce, ſcribit, [cùm ergo accepiſſet Ieſus acetū: dixit, conſummatū eſt: & inclinato capite tradidit ſpiritum:] emiſſa tamē prius voce prędicta. Fuit aūt [vt dicitur] ita magnus & validus clamor iſte, ꝙ vſque in infernū auditus fuit: & cœlū terramq; tremere fecit. Vox ergo illa nō fuit naturalis, ſed miraculoſa: quia homo magno & lōgo cruciatu afflictus, & ex tali afflictiōe morti ſic proximus, non poſſet ſic clamare virtute naturę: & ideo ſequitur ꝙ vox illa ſit formata dei virtute. Hîc nota ꝙ eadē hora qua primus Adā peccauit, ſecūdus expirauit. Primus eīm poſt meridiē peccauit: ꝗa mox vt peccauit vocem dñi ambulantis ad aurā poſt meridiē audiuit: & tūc circa horā nonam ſecūdus Adā expirauit. Vnde qua hora primus Adā peccando mortem huic mūdo induxit, eadē hora ſecūdus Adam mortem moriēdo deſtruxit. Et qua hora illi paradiſus eſt cōcluſus, eadē hora iſte paradiſum aperuit: quia ſecūdum Bedā, ordo poſcebat vt eodē temporis articulo, quo Adę peccāti occluſerat ianuā paradiſi, panderet eā latroni pœnitēti. Et ſecundū gloſam cùm ſol à feruore tepefactus eſt, paſsionē conſummat, oſtendēs ſe mori propter peccata, quibus à diuina luce & dilectiōe in hanc noctē cecidimus. Itē hac hora mortuus eſt: ꝗa per eū nouem ordines angelorū reparantur. Notādum etiā ꝙ ſicut dicitur in gloſa Thobię, dño in cruce paſſo, diabolus (quo procurāte crucifixus erat) aduenit, querēs ſi quid peccati in ipſo inueniret. Et dicit magiſter in hiſtorijs, ꝙ ſtabat ſupra brachiū crucis, donec Chriſtus expirauit: & tūc videns ſe cōfuſum, receſsit: & veniēs ad tartara, inuenit ibi animā Chriſti portas & ſeras cōfringentē, & iuſtorū animas inde educentē. Et tūc mox remotū eſt diuinę viſionis impedimentū, quod figurauit gladius flāmeus & verſatilis poſitus ante paradiſum. Sciendū aūt ꝙ inter oēs pœnas paſsiōis Chriſti, iſta pœna mortis fuit acerbiſsima: ꝗa inter oīa terribilia terribiliſsimum eſt mors. & hoc eſt ſcđm Damaſcenū, propter naturalem inclinationē animę ad corpus. Et fuit ſpecialis ratio in Chriſto de tali aīa & de tali corpore, cui vtriq; diuinitas vnita fuit in vnitate ſuppoſiti. Vnde oportuit ꝙ illa ſeparatio eſſet maximè pœnalis. Ex iſto articulo expiratiōis, ſeu mortis Chriſti, habētur plura documēta. Primū eſt, ꝙ nos debemus cōmori Chriſto, moriendo videlicet mūdo & peccatis, ſi cū Chriſto in ęterna vita viuere voluerimus. Vnde apoſtolus: Si cōmortui ſumus cū Chriſto, & cōuiuemus. Et de talibus idem apoſtolus ait: Mortui eīm eſtis. ſ. mūdanis & caducis, & vita noſtra abſcōdita eſt cū Chriſto in deo. Scđm eſt, ꝙ Chriſtus in anguſtia mortis voce alta clamans ad patrē, & cōmendās ei ſpiritū ſuū, reliquit nobis exemplā intimę deuotiōis, docēs nos in hoc ipſe bonus magiſter quid nos in articulo tētationis, & ſpecialiter in agone mortis poſiti facere debeamus. Semper eīm debemus auxiliū noſtrū in deū ponere, & eū inuocare, ac ſpiritus noſtros ei cōmendare: quorū corpora quotidie tēdunt ad mortē, & penitus ignoramus diē & horā. Et ſpecialiter in hora & articulo mortis debemus hoc facere: ꝗa maximè tūc eſt neceſſe, & propter hoſtis importunitatem maiorē, & propter noſtrę virtutis debilitationē. Reliquit etiā nobis exemplū perfectę fiducię paternę defenſiōis per hoc eīm ꝙ in manus pr̄is cœleſtis homo ſpiritū ſuum cōmendat, ſecurus eſſe debet ꝙ diuina virtute ab incurſu malignorū ſpirituū defenſatur. Tertium documentū, ſpecialiter ꝓ religioſis, qui moriūtur mūdo in religiōis ingreſſu, eſt: ꝙ ipſi debent ſpiritū, id eſt, volūtatē & ſenſum ſuū tradere in manus ſpiritualis pr̄is. ſ. prelati: ſic ꝙ amplius nō reſumant vſq; ad diē reſurrectionis: exēplo Chriſti, qui ſpiritū ſuum, quē moriens in manus patris cōmendauerat, vlterius nō niſi in reſurrectiōe ſua reſumpſit. Cōmendans eīm ſpiritū deo patri, exemplū perfectę obediētię & ſubiectiōis reliquit, qua quilibet ſubditus ſuo prelato ſpiritū ſuum gubernandū & dirigēdum cōmittit: Vnde quilibet ſubditus, voto obediētiæ ſuperiori aſtrictus, humiliter habet dicere ſuo prelato, pater in manus tuas cōmendo ſpiritum meū. Illi ergo religioſi, qui nunquā depoſuerunt ſpiritū ſuum, vel ante reſurrectionē reſumūt: puta qui ſecundū voluntatem ſuā facere, & ſenſum ſuū ſequi volunt: mēdaces ſunt, & reſurrectionem pręueniūt, & ideo antichriſti ſunt. Quartū documentū eſt, ꝙ valde vtile & ſalubre eſt legere illos decē pſalmos, quos Chriſtus orauit in cruce: ꝗa nulli dātū quin deuotionis effectū legenti eos cōferant ſalutarē. Et dicitur ꝙ ſpecialiter valeāt ad expirationē negligentiarū in horis canonicis negligenter dictis. Quintū documentū eſt, ꝙ quantuncunque aliqui ſint iuſti & ſancti, nunquam tamen ſe putēt ſecuros de diabolo, cùm ipſe nec Chriſtū in cruce dimiſerit, quin eū obſeruaret. Quid ergo preſumere poterit homo miſer & fragilis? Certè de nullo niſi ſolū de morte Chriſti. Vnde Aug. Tota ſpes mea eſt in morte dñi mei. Mors eius, eſt meritum meū, & refugiū meum, ſalus, vita, & reſurrectio mea. Nō poſſum terreri multitudine peccatorum meorū, ſi mors dñi in mentē venerit: ꝗa peccata mea illā vincere nō poſſunt. Sextū documentū eſt, ꝙ nos multū tenemur amare Chriſtū, qui pro nobis animā ſuā poſuit: & caput ſuū ad nos in morte inclinauit. Vnde Aug. Saluator noſter caput ſuū inclinauit in morte, vt oſcula daret dilectis ſuis. Et nos toties dñm oſculamur, quoties in eius amore compūgimur. Septimū documētum eſt, ꝙ quilibet

*A — Tradere ſpiritum. — Clamor Chriſti validus. — B — Hora mortis Chriſti — Gene. 3. — C — Diabolus ſuper brachium crucis. — Gladius verſatilis. — Mors pœnarū ſummum. — Documenta.*

*D — 2. Tim. 2. — Coloſ. 3. — In articulo mortis facienda. — E — Religionem ingrediētes. — F — Pſalmorū decē, quos Chriſtus legit, lectio. — Spes noſtra in morte Chriſti. — Diligēdus Chriſtus.*

Morienti ſeruanda quinq;. G

Chriſtianus moriens debet illa quinq; ſupradicta ſeruare quantũ poterit, quæ Chriſtus moriens ſeruauit. Ipſe enĩ orauit, clamauit, plorauit, animam patri cõmendauit, & ſpiritũ tradidit: ſic & nos in extremis poſiti debemus orare, clamare, ſaltẽ corde, plorare pro peccatis, per verã pœnitentiã animam deo cõmendare, & ſpiritũ tradere: voluntariè ſcilicet moriendo, & voluntatẽ noſtram diuinę voluntati tradendo.

Confor-matio.

Ad conformandũ ſe huic articulo, recogitet homo quanto amore ſaluator noſter mortẽ pertulit: vt nos viuificaret, & ꝙ cõditionem mortis ſubijt, qui vitã vniuerſis creaturis tribuit: & mortuus eſt qui mortuos ſuſcitauit, & reuoluat in mẽte ſua documẽta premiſſa. Ieſu qui in cruce moriens animã tuam patri cõmendaſti: da mihi in hac vita tibi ſpiritualiter ſic cõmori, quatenus tu in hora mortis meę digneris animã meam miſerã habere cõmendatam. Ego aũt domine in illas manus tuas extẽſas & perforatas, & ſacro ſanguine reſperſas cõmendo ſpiritum & corpus meũ: & ſupplico charitati tuæ, vt in nouiſsima hora poſsim cũ memoria integra, fide pura, & ſpe firma animã

H

meam in manus tuas miſericordiſsimas cõmendare, quas pro me ſaluãdo expandiſti in cruce: & audire merear verbũ illud dulciſsimũ, hodie mecum eris in paradiſo.

Veli ſciſ-ſio.

[Et] tunc hac voce [velũ templi,] quod erat foris ante faciẽ & introitũ templi prohibens aſpectũ ſanctorum quę erãt intra templũ ſciſſum eſt in duo à ſummo vſq; deorſum:] non illud

Vela duo.

quod erat intra tẽplum inter ſancta & ſancta ſanctorum. Vnde Origenes: Duo aũt vela fuiſſe intelliguntur. Vnũ quod velabat ſancta ſanctorũ: alterũ exterius, ſiue tabernaculi, ſiue tẽpli. In paſsione ergo domini ſaluatoris, velũ quod erat à foris, cõſciſſum eſt à ſurſum vſq; deorſum, vt ab initio mundi vſq; ad finẽ conſciſſo velamine myſteria publicentur, quę vſq; ad Chriſti aduentũ rationabiliter fuerant occultata. Cũm aũt venerit quod perfectũ eſt: tunc auferetur etiã ſecundum velum, vt videamus etiã quę intus ſunt occultata, ſcilicet verã arcam teſtamenti: & ſicut ipſa ſe habet natura, videamus cherubim & alia. Hęc Origenes. Per hoc ergo ſi-

I

gnum figurabatur reuelata eſſe myſteria & ſecreta ſacramentorũ legis, quę antè velata erãt: vt vniuerſis proderẽtur, & ad gentes trãſirent, & impletam eſſe veritatẽ quę in figuris latebat, & cœlum apertũ quod ante clauſum erat.

Detectio crucis & cęterorũ.

Vnde & nos in paſſione domini & cruces, & reliquias, & cetera ſacra detegimus in eccleſia, & patefacimus. Et in euangelio Nazarę orũ legitur, ſuperliminare tẽpli infinitæ magnitudinis fractũ eſſe, auditaſq; voces in aëre, & virtutes angelicas pręſides quondã templi tunc pariter clamaſſe, trãſeamus ex his ſedibus.

Veli ſciſſi pretioſi-tas.

Vt autẽ dicit Chry. Hoc velũ ſciſſum erat pretioſiſsimum de purpura & byſſo, & cocco & auro, & ſerico: & hiacintho contextũ, quod in diebus celeberrimis ſuſpẽdebatur.

Terra mota.

Hac quoq; voce [terra mota eſt] quaſi nõ valens ferre dñm ſuum pendentẽ, & non potens ſuſtinere Chriſti mortẽ: capax enim huius mortui eſſe nõ poterat: & in ſignum ꝙ Iudęi de ea abijciẽdi & deſtruẽdi erãt:

Petræ ſciſſæ.

[& petrę ſciſſæ ſunt, in ſignũ conuerſionis gentiliũ: & in ſignum ꝙ corda quantumcunq; dura deberẽt compati Chriſto morienti.

K

Dicitur aũt ꝙ adhuc apparet ibi ſciſſura, & deponũt ibi peregrini cruces ſuas.

Monumẽta aperta.

[Et monumẽta aperta ſunt,] ad denotandũ ꝙ mortis clauſtra erãt reſerata, & ꝙ reſurrectio Chriſti & aliorũ cũ ipſo reſurgentiũ erat propinqua, & in ſignũ reſurrectionis quę expectatur futura.

Mortuorũ reſurrectio.

[Et multi ſanctorũ ſurrexerunt à mortuis,] non tunc quãdo monumenta aperta ſunt. ſ. hora mortis Chriſti, ſed quãdo reſurrexit: quia cũ eo ſurrexerunt tanquã teſtes ſuę reſurrectionis: & ideo nõ antè, ſed cũ eo debebant reſurgere, vt ipſum oſtenderent reſurrexiſſe: & hoc eſt quod ſubditur, [& exeũtes de monumẽtis poſt reſurrectionẽ eius,] id eſt Chriſti, [venerũt in ſanctam ciuitatẽ,] .ſ. Hieruſalẽ, [& apparuerũt multis:] ad declarationẽ dominicę reſurrectiõis. Vnde dicit Hiero, ꝙ cũm monumẽta aperta ſunt, nõ antè reſurrexerũt quàm reſurgeret dñs, vt eſſet primogenitus reſurrectionis ex mortuis. In Apoca. Chriſtus dicit primogenitus mortuorũ: ſed in epiſtola ad Corinthios, primitiæ dormientiũ.

Apoca. 1. 1.Cor.15.

Hęc aũt magnitudo ſignorũ ſignificat vt crucifixũ dominũ

L

ſuum cœlũ & terra, & omnia quę in eis ſunt, demõſtrarent. Voce quippe Chriſti mouẽtur elemẽta, & ſimul cũ eo vult diſſolui atq; finiri omnis creatura. Vnde Leo papa: Pendẽre ſiquidẽ in patibulo creatore, vniuerſa creatura cõgemuit. Debebat hoc teſtimoniũ ſuo mũdus autori, vt in eius occaſu vellẽt vniuerſa finiri. Hęc Leo.

Maieſtas Chriſti in morte.

Ecce quãta nunc apparet eius maieſtas, cuius antè apparuit tãta infirmitas. Vnde Anſel. Et iam quidẽ infirma eius aĩa mea vidiſti & miſerta es: nũc & maieſtatẽ eius attẽde, & miraberis. Qualis eſt hic, q̃a cœlũ & terra cõpatiũtur ei: cuius & mors mortuos viuificat. Vnde & Aug. Quãquam aũt tu iudiceris, vt maleficus: crucifigaris, vt flagitioſus & impius, quãuis videaris à deo derelictus, nõ deſunt miracula, nõ deeſt virtutũ abundãtia. Vnde etiã Chry. Intẽde quãta ſigna fecit, hoc quidẽ è cœlo, hoc aũt in terra, hoc aũt in ipſo tẽplo: ſimul quidẽ anguſtiam ſuã demonſtrans. Etenim iræ dei magnæ erãt quę fiebãt, & nõ ſimpliciter ſigna, ſed & furoris ſigna vniuerſa erãt tenebrę, ſciſſę petrę, velũ mediũ ſciſſum, terrę cõcuſ-

M

ſio, & multę anguſtię ſuperabundantia erat. Hæc Chry.

Mariæ dolor.

O quantũ pia mater eius tũc dolebat, quando fieri hæc videbat. Vnde Aug. Cogitare libet quãtus dolor tũc fuerit matri, cũm ſic dolebãt quę inſenſibilia erãt. Nõ lingua loqui, nec mens cogitare valebit, quãto dolore tenebatur tũc anima Mariæ. Hæc Aug.

Myſtice.

Myſticè hęc ſigna prędicta habẽt fieri in reſuſcitatiõe & cõuerſione peccatoris. Dei quippe tẽplum eſt fidelis anima: cuius velum ſcinditur, quãdo velamẽ hypocriſis & cuiuſlibet peccati diſſipatur. Sicut enim velũ impediebat ne videri poſſent ſancta tẽpli, ſic peccatum impedit ne videãtur ſancta paradiſi: quod tamẽ quantũ ad ſufficientiã, fuit amotũ per mortẽ Chriſti. Velũ enim tẽpli ſciſſum fuit, in ſignũ ꝙ per mortẽ Chriſti ablatũ eſt impedimentũ quod nos ſecreta gaudij paradiſi prohibuit contẽplari: ſicut velũ operiebat ſecreta templi. Terra mouetur in peccati recogitatione, & per timorem compunctionis internæ: & quando per compaſsionem



A

compaſsionem mortis Chriſti terrenũ deſiderium in amorem cõmutatur cœleſtium. Terra enim tremuit præ horrore ignominioſę mortis Chriſto inflictæ: ad deſignãdum ꝙ corda terrena Chriſto cõpatienti debẽt compati, & eius ſtrictum iudicium formidare. Quòd autẽ tremuit in reſurrectione, hoc deſignat quoddã ſpeciale tripudium: quo omnis creatura debet congaudere Chriſto reſurgẽti: ſicut etiam ſibi cõpaſſa fuit Chriſto morienti. Vnde primus tremor deſignat metum & terrorẽ. Secundus autẽ, gaudium & exultationẽ. Petræ ſcinduntur in contritione: & per dolorẽ contritionis in corde: & quã do duritia cordis per pietatem emollitur cõpaſsionis. [Petræ enim ſciſſæ ſunt,] ad deſignandũ quòd corda lapidea & dura, per dolorem contritionis, & intimæ cõpaſsionis ſcindi debẽt, [Monumẽta aperiuntur,] in confeſsione, & per pudorem cõfeſsionis in ore: & quãdo fœtor, qui intus latet, foras per os prodit. [Mortui reſurgunt,] in ſpirituali viuificatione, & per laborem ſatisfactionis in opere, & quando ad boni operis exercitium excitatur ſom-

B

nus pigritię: & apparẽt in ſancta ciuitate, in animę illuminatione. In hora mortis tuæ domine [velum tẽpli ſciſſum eſt:] rogo te aufer velamen ignorãtię de corde meo: vt videam voluntatẽ tuam, & opere perficiam. [Terra contremuit:] da mihi obſecro, qui ſum terra & cinis coram te ſtare cum caſto timore, & reuerentia filiali: & meam ſalutẽ cum timore & tremore operari. [Petræ ſciſſæ ſunt:] da mihi vt lapideũ cor tuo ſcindatur timore, & inhiãs ardenter à te rorẽ ſupernæ benedictionis accipiat: & tibi germinet fructum vitæ. [Monumẽta aperta ſunt: & multa reſurrexerũt corpora ſanctorũ:] da quæſo domine animæ meę à ſepultura reſurgere peccatorum.

Timor crucifigentium.

Viſis autem his quæ fiebãt, ſcilicet tot & tam mirificis ſignis in paſsione Chriſti, inter quæ etiam fuit ꝙ voce magna clamans, ſic citò & ſponte expirauit: [centurio] q̃ crucifixoribus pręerat, [&] milites [qui cum ipſo] cõſtituto [erant] ad cuſtodiẽdum Ieſum in cruce quouſq; expiraſſet: [timuerũt valde,] & diuinę virtuti, tot & tãta mi-

C

racula aſcribendo [glorificauerũt deum:] fidei cõfeſsione, ac poteſtatem & veritatem diuinitatis in

Teſtimonia i Chriſto.

Chriſto confeſsi ſunt, [dicẽtes: Verè hic homo iuſtus erat: verè filius dei erat iſte:] aliter enim tanta gloria in eius morte nõ appareret. Matthæus dicit, [verè filius dei erat iſte.] Marcus, [verè hic homo filius dei erat.] Lucas, [verè hic homo iuſtus erat.] Ibi reſultat veritas deitatis, quia verè filius dei: ibi veritas humanitatis, q̃a verè hic homo: ibi veritas innocẽtiæ ſuæ & ſanctitatis, quia verè iuſtus erat. Et hæc tria neceſſaria erant ad redẽptionem: ſcilicet homo qui deberet, deus q̃ valeret, iuſtus cui cõgrueret. Et ex iſtis aggrauatur ſcælus Iudæorum: quia occiditur deus à ſeruis, homo à beſtijs caninis, iuſtus ab iniuſtis. Multum quidẽ iſtos ad fidẽ diuinitatis Chriſti diſpoſuit, ꝙ cũ clamore magno ſic potenter & dominatiuè ſpiritum dimiſit. Videbãt enim ꝙ clamor ille ſupernaturalis & miraculoſus fuit: quia propter defectum ſanguinis & effluxum ſpirituum, talis clamor fieri non potuit ab homine ſic propinquo morti: & ideo cõcluſerũt quòd eſſet factus virtute diuina ſupernaturali: & per conſequens ꝙ ipſe eſſet filius dei.

D

Quod etiã ex hoc perpenderũt: quãdo voluit, tunc ſpiritum dimiſit.

Animã in poteſtate habuit ſolus Chriſtus.

Vt enim dicit Hieronymus, nullus habet poteſtatẽ dimittendi ſpiritũ, niſi ille qui animarũ conditor eſt. Et ſecundum Aug. Cũm poſt illam vocẽ continuò tradidit ſpiritum, hoc maximè qui aderãt ſunt mirati: lõga enim morte cruciabãtur in ligno ſuſpẽſi.

Ceturio.

De iſto Centurione, ſic dicit Bernar. Erat ille Cẽturio incircuncíſus, ſed non aure, qui ad vnã expirantis vocẽ ſub tot infirmitatũ indicijs dominum maieſtatis agnouit: ideoq; nõ deſpexit quod vidit, quia credidit quod nondum vidit. Non autẽ credidit ex eo quod vidit, ſed ex eo qđ audiuit: quia fides eſt ex auditu: auditus autem per verbũ Chriſti.

Rom.10. Centurio martyr.

Et ſecundum Chryſoſtomum. Centurio (vt quidã dicunt) non ſolum cõfeſſor fuit: ſed etiã corroboratus in fide martyriũ ſuſcepit.

Gẽtilium confeſsio.

Per hoc ꝙ Centurio Gẽtilis cõfeſſus fuit Chriſtum tã clarè: ſignificata fuit glorioſa confeſsio Gentilium, in eorũ conuerſione: & duritia Iudæorũ, in infidelitate. vnde Hierony.

E

Nouiſsimi autem nunc primi efficiũtur, quia Gẽtilis populus confitetur: & plebs Iudaica cęcata negat, vt fiat eis error nouiſsimus peior priore.

Iudæorũ cæcitas.

Vnde & Beda. Quanta ergo cæcitas Iudæorum, qui tot per dominum virtutibus factis, tãtis in morte eius apparentibus ſignis credere reſpuerunt: & inſenſibiliores Gẽtibus deum glorificare, vel timere contempſerunt: vnde meritò poſt Cẽturionẽ fides eccleſiæ deſignatur: quæ velo myſteriorũ cœleſtium per mortẽ domini reſerato, cõtinuò Ieſum, & verè iuſtum hominem, & verè dei filium ſynagoga tacente cõfirmat. vnde etiam Ambr. O duriora ſaxis pectora Iudæorum: iudex arguit, credit miniſter, proditor ſcelus ſuum morte condemnat, elementa fugiunt, terra cõcutitur, monumẽta reſerantur: Iudæorum tamen immobilis duritia manet orbe cõcuſſo. hęc Ambr.

Contemplatio.

Conſidera ergo tu homo redẽpte, quis & quantus & qualis eſt, qui pro te pendet in cruce: cuius tranſitũ & cœlum luget & terra: & lapides duri, quaſi cõpaſsione ſcinduntur: cuius mors mortuos viuificat: & quem omnis creatura domi-

F

num ſuum confitetur. O cor humanum omniũ lapidum duritia durius: ſi ad tanti rememorationem piaculi, nec terrore concuteris, nec cõpaſsione afficeris, nec cõpunctione ſcinderis, nec pietate mollirís. vnde Hierony. Omnis creatura Chriſto moriẽti compatitur: ſol obſcuratur, terra mouetur, petræ ſcinduntur, velum templi diuiditur, ſepulchra aperiuntur, ſed ſolus miſer homo non compatitur, pro quo ſolo Chriſtus patitur. vnde Bernard. Aſcendit Chriſtus in altum, vt ab omnibus videretur: alta voce clamauit, vt ab omnibus audiretur: clamori fletum admiſcuit, vt homo cõpateretur. Qui ad hanc vocem non concutitur, terra grauior eſt, petra durior, ſepulchro fœtidior. hęc Bernard.]

Mulieres aſtantes.

Erant autẽ ibi] ad aſſociandum, ad conſiderãdum, ad cõpatiendũ cum matre domini, Ioannes, & Magdalena, & duæ ſorores dominæ: ſcilicet Maria Cleophæ, & Maria Salomæ: & præter iſtas, quæ principales erant, etiam plures aliæ [mulieres à longè ſtãtes,] & videntes, quæ fiebant: [quæ ſecutæ eũ à Galilęa fuerant,]

fuerant,] ex deuotione quã ad audiẽdum verbum

G

eius habebant: [miniſtrantes ei neceſſaria vitæ de ſubſtãtia ſua,] vt meteret eorum corporalia, cuius illæ metebant ſpiritualia.

Prędicantium nutritio.

Conſuetudinis enim Iudaicæ fuit, vt mulieres de ſubſtantia ſua victum & veſtitum prædicatoribus & præceptoribus ſuis miniſtrarent, & in alijs: vt in præparatione cibi, & in lotione veſtiũ ſeruirent: quod & dominus accepit, vt exemplum daret Apoſtolis, eorum cõſulens infirmitati: & vt euangelio magis vacarent: nec tunc hoc ſcandalum erat.

Pauli ſupererogatio.

Paulus autẽ ſupererogauit, qui cùm haberet poteſtatẽ circũducendi mulieres ſicut alij: non tamẽ vſus eſt ea, propter pſeudoapoſtolos, vt eos à prędicatione reprimeret: & propter ſuſpitionem, remouendã, maximè inter gentes, vbi talis conſuetudo non erat: & ideo ſcandalũ facere poterat. Miniſtrabant autẽ domino carnalia pro ſpiritualibus: nõ quòd indigeret dominus creaturis: ſed vt oſtenderet typũ magiſtrorũ, quòd victu atque veſtitu ex diſcipulis deberẽt eſſe contẽti. vbi Chry. Hæ autẽ mulieres conſiderabant, quæ gerebantur,

H

quæ maximè erant cõpaſsibiles: & quæ ſequebantur miniſtrantes, vſque ad pericula affuerunt, maximam fortitudinẽ oſtendẽtes: quia dũ diſcipuli fugerunt, ipſæ affuerunt. hæc Chryſ.

Marię dolor.

O qualiter tũc anima matris intimi doloris gladio penetrata erat cùm ſic pœnoſum filiũ deficere, languere, lachrymari, clamare, & mori: & ſe in mundo derelinqui in tanto dolore & anxietate videbat: & qualiter clamauit, ſi tamẽ loqui poterat, & dixit: O fili mi: dulciſsime, quid faciã ego mœſtiſsima? Cui me miſeram cõmendatã dimittis? Fili mi memento mei, & omnis familiæ tuæ, quã ita deſolatã relinquis. Memento etiã hominũ, qui ſeruierunt tibi: fili mi & ego in manus tuas, & patris tui commendo meipſam, & totã eccleſiã noſtrã. O pater ſanctæ deus omnipotẽs, in manus tuas cõmendo filiũ m eũ: imò dominũ meũ, & filiũ tuũ. Iam enim deficio, & ante filium meũ in eius conſpectu mori deſidero. Talia dicens, æſtimo quòd propter anguſtiarũ multitudinẽ vel abſorpta erat, & quaſi inſenſibilis, vel ſemi

I

mortua facta, & quòd ſe ſuſtinere non valens, corruit in faciẽ ſuã ſuper terrã. Nullus eñ cogitare aut dicere poſſet, quãta mœſtitia patientẽ & morientẽ ſuſpirauerit & doluerit: vnde ipſa ſuſtinebat intus quod filius tulit foris. Quid tunc Ioannes ſpecialiter ab eo dilectus: quid Magdalena fidelis & dilecta diſcipula: quid væ ſorores dominæ faciebant? ſed quid facere poterant? Repletæ erant amaritudine, cõpletæ doloribus, inebriatæ abſynthio, & intolerabiliter flebant.

Plangẽtes pectora.

O chariſsime, cogita & conſidera quanto dolore & eiulatu oẽs amici eius plorabant: quia etiã hi qui ſibi nihil attinebant: & cũ eo nihil habere videbantur, multũ dolebant, ſicut Centurio & alij milites, qui Ieſum crucifixerant, & eũ quouſque expiraſſet cuſtodiebant: [& oĩs turba eorum qui ad] videndũ [ſpectaculũ] conuenerant, & [ſimul aderant, & videbant quæ fiebant: qui pectora ſua,] in ſignũ pœnitentiæ & luctus, [percutiẽtes] cum ſilentio [reuertebantur,] dolentes de Chriſti perſecutione. ſecundũ Bedã, quòd percutiebant pectora, quia pœnitentiæ eſt & luctus indiciũ: poteſt dupliciter intelligi: ſiue enim eũ, cuius vitã dilexerant, iniuſtè occiſum dolebant: ſiue cuius mortẽ ſe

K

impetraſſe meminerant, hunc in mortem amplius glorificatum tremebant: primũ pertinet ad bonos: ſecundũ, ad malos. Cõdolens ergo plora & tu cum mulieribus, & alijs, ſi piam animã habes, & viſcera pietatis. vnde Anſelmus: Stupet cœlũ, terra miratur. Quid tu? Non mirũ ſi ſole contriſtato tu cõtriſtaris: ſi terra contremiſcente tu cõtremiſcis: ſi ſciſſis ſaxis cor tuum ſcinditur: ſi flentibus iuxta crucẽ mulieribus, tu collachrymaris. hæc Anſelmus. Ecce igitur pẽdet dominus in cruce mortuus: recedit multitudo tota, remanet mœſtiſsima mater cum Ioanne & Magdalena, cum duabus ſuis ſororibus.

Marię geſtus.

Sed quid tunc mater faciebat? leuabat manus præ cordis deſiderio, tangere cupiens dilectũ ſuũ: vt vel ſic dolori & amori melius cõſulere potuiſſet. Cũq; aliud ſolatiũ non haberet, ſanguinẽ fumantẽ, & ex vulneribus filij ad terrã vſque ſtillantẽ, nimia cum auiditate deoſculabatur: intantum vt facies eius de cruore filij occiſi ſanguinolenta redderetur. vnde

L

Marię iuxta crucẽ ſtantis geſtus.

Auguſtinus inter cætera, ſic ait: Iuxta crucẽ ſtabat Maria conſiderans vultu benigno Chriſtũ pendentem in crucis ſtipite ſæuo: pedibúſque nitens, in altum manus leuabat, amplectẽs crucẽ, ruẽs in oſcula eius. Ex qua parte ſanguinis vnda crucẽ rigabat, illuc ſe vertebat, vt eam complecti valeret: ex quo ſurſum manus extendere nõ valebat. Volebat amplecti Chriſtũ in altum pendentẽ: ſed manus inde fruſtra reuerſæ in ſe redibant cõplexæ. Se leuans à terra, ſurſum erigebat ad Chriſtũ: & quia tangere illum nequibat, malè collidebatur ad terrã. Mortis pallor eius perfuderat vultum, tamen genis & ore, Chriſti cruore rubea erat. Cadentes guttas ſanguinis ore ſacro lingebat: terrã deoſculans quã cruoris vnda rigabat: ô quàm malè tunc illi erat. hęc Aug. Tande ponunt ſe oẽs ad ſedendũ iuxta crucẽ: contemplantur dilectum ſuũ: expectant à deo auxiliũ, quomodo ipſum deponere valeant & ſepelire. Cõmorantibus igitur, & ſedẽtibus eis prope crucem: & aſpiciẽtibus ſine intermiſsione dominũ Ieſum,

M

ſic pendentẽ in cruce inter latrones: ſic nudum, ſic deturpatum, ſic afflictũ, ſic mortuũ, & ſic ab omnibus derelictũ. Ecce armati multi veniebant à ciuitate verſus eos, qui licentia Pilati habita, mittebantur à Iudæis, vt ipſis crucifixis crura frangerentur, vt citius morerentur, & taliter mortui tollerentur de patibulis, & ſepelirentur: ne in magno die ſabbati, quæ à veſpera ſextæ feriæ incipiebat: & propter ipſum ſabbatũ, & propter feſtũ azimorũ valde ſolennis erat, corpora eorum in cruce pendentia remanerent: & feſtum horrore diuturni cruciatus fœdarent.

Die feſto paſſus dominus.

Prima quidem dies Paſchæ, qua crucifixus eſt dominus, ſolennis erat apud Iudæos. Secunda tamen dies, pro tunc fuit ſolennior, ratione ſabbati apud eos: quia die ſabbati, quæ intra octauas occurrebat, duplex feſtum erat: ideò hoc faciebant, quia in lege præceptum erat, vt cadauera ſuſpenſorum propter delicta, vſque mane non eſſent ſuſpenſa, ne inde pollueretur terra. vnde Theophilus: Sic enim iubebantur in lege non occidere ſolem in hominis ſupplicio.

Deute. 21.

Sed, ſecundũ Chryſoſto. Iudæi



Iudæi hoc quidem in paruis diligentes ſunt, ſed in

A

magnis contempſerunt: & cũ tantã fuiſſent operati audaciam, de die diligenter ratiocinãtur: colantes culicẽ, & glutientes camelũ.

Fractio crurũ latronum.

Appropinquant ergo ipſi armati cũ furore & ſtrepitu magno, & videntes latrones adhuc viuere, frãgunt eis crura, & occidunt ac deponunt, & in aliquã foueã proijciẽdo (ne oleant) ſepeliunt. Duo milites fregerũt crura vnius latronis, & duo alterius, & ſic ſimul venerunt ad Ieſum qui erat medius. Redeuntibus autẽ illis verſus dominũ, [vt viderunt eũ iã mortuum,] eo quòd acerbiora ſupplicia quã latrones pertulerat: vel quia fortè ante alios ſuſpenſus fuit: vel quia poteſtatẽ ponendi animam habuit [non fregerunt eius crura:] quia hoc non fiebat, niſi ad hoc quòd euadere non poſſent depoſiti de patibulis: [vt impleretur] conſecutiuè [ſcriptura,] qua dicitur in

Exod. 12.

Exodo, [Os non comminuetis ex eo:] ſcilicet ex Paſchali agno: qui verũ agnũ dei, ſcilicet Chriſtũ præfigurabat, cui mortuus iã coctus ad eſum fidelium erat. Ideo enim ordinatione diuina conſtitu-

B

tum eſt, vt oſſa agni Paſchalis non frangerentur, quia veri agni oſſa in cruce fracta non ſunt, vt ſic figura & veritas correſponderent.

Lõginus.

[Sed] vt certificarẽtur de morte eius, [vnus militũ] Longinus nomine: tunc impius & ſuperbus, poſt verò cõuerſus & martyr factus: porrigẽs [lanceã] de lõgè, ſacrum [latus dominꝰ] Ieſu dextrũ vulnere grãdi [aperuit:

Zacha. 12.

vt impleretur ſcriptura] qua per Zachariã dicitur: [videbunt in quẽ transfixerunt.] In qua prophetia ſecundũ Auguſtinũ, promiſſus eſt Chriſtus, in ea qua crucifixus eſt carne ventũrus. Et nota quòd iſte miles fecit hoc ad cõplacentiã Iudæorũ, de morte Chriſti certificari volentiũ. In quo etiam patet nimia ipſorũ crudelitas: quia non ſatiati pœnis quas Chriſto viuente inflixerant, etiã mortuũ vulnerare conati ſunt. Sic & hodie Chriſtũ ſemel crucifixum conatur rurſus vulnerare, qui ſine timore peccare præſumit, vel de peccato ſe iactare. Vnde Theophilus: Vt Iudæis cõplaceant, lanceant Chriſtum, circa corpus exanime contumelias infe-

C

rentes. Vnde & Chryſo. Aperuerunt eius coſtam lãcea: & mortuo corpori de reliquo cõuitiantes: & in mortuũ conuitiari corpus militẽ, multò deterius fuit, quã crucifigi.

Illuminatio Lõgini

Qui autẽ eum lãceauit, cũ ferè caligaſſent oculi eius præ ſenectute & caſu, vel potius nutu diuino: ſicut & lãceauit, licèt neſciens, ſanguine Chriſti, per lanceã defluẽte oculos tangeret: cõtinuò clarè vidit, & protinus illuminatus in Chriſtũ credidit.

Longini vita.

Vnde & militiæ cedẽs, inſtructus ab apoſtolis, in Cæſarea Capadociæ trigintaocto annis monaſticã vitã duxit: & in omni ſanctitate permanẽs, verbo & exẽplo multos ad Chriſtũ conuertit. De eo quoque dicit Iſidorus: Lãcea Lõginus latus ſaluatoris aperuit, & nõ tantũ veniã inuenit, ſed epiſcopatus honorẽ & martyrij coronã promeruit. Nõ ſuffecit Iudæis & alijs quòd Chriſtũ occiderunt, ſed etiam poſt mortem diuerſimodè deri-

2. Reg. 18.

ſerunt. Iſtud olim fuit in Abſalon præoſtenſum, quem legimus in arbore ſuſpenſum: & veniens Ioab, tres lanceas in corde eius fixit: & armigeri Ioab gladijs ipſum crudeliter inuaſerunt. Sic &

Lanceę dolores tres.

Chriſtus in cruce lancea militis, & inſuper tribus lanceis, id eſt tribus doloribus eſt cõfixus: quorum primũ habuit ex propriarũ pœnarũ magnitudine.

D

Secũdum, ex dilectę matris ſuę amaritudine. Tertium, propter peccatores, quibus ſuã paſsionẽ præſciuit nõ prodeſſe: & inſuper ſuper hoc Iudæi inuaſerunt eũ gladijs linguarũ ſuarũ acutiſsimis. Hoc modo omnes voluntarij peccatores Chriſtũ inuadũt, qui ſpontè peccando iteratò ipſum crucifigũt. Plus peccant, qui offendunt Chriſtũ regnantẽ in diuinitate: quàm qui crucifixerunt eũ conuerſantẽ in humanitate. Sed contumelia à Iudæis illata in ſignũ prodijt: quia de corpore extincto ſanguis verus, & aqua pura miraculosè manauit.

Efficacia ſacramentorum.

Vnde ſequitur: [Et continuò exiuit ſanguis & aqua:] ex quibus habent efficaciam eccleſiæ ſacramenta. Hoc autẽ factũ eſt, ad oſtendendum quòd per paſsionẽ Chriſti plenã conſequimur ablutionẽ: ſcilicet à peccatis, & maculis: à peccatis quidem, per ſanguinem, qui eſt pretium noſtræ redemptionis. ſecundum illud Petri.

1. Pet. 1 E

Non corruptibilibus auro & argento redẽpti eſtis: ſed pretioſo ſanguine. A maculis verò, per aquã, que lauacrũ eſt noſtræ regenerationis. ſecũdum illud Ezechielis:

Ezech. 36.

Effundã ſuper vos aquã mundã, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris. Vel poteſt referri ſanguis ad pretiũ & noſtrã redẽptionem, vt redimamur à pœnis: aqua, ad lauacrũ & peccatorũ ablutionem, vt purgemur à culpis.

Exod. 12. & 14.

Sãguine enim agni domus ſeruãtur à percuſsione angeli: & aqua maris rubri extinguuntur inimici. Effuſus eſt inquã ille, ad redẽptionẽ: iſta, ad redẽpti ablutionẽ. Ille, vt redimeret captiuũ: iſta, vt ablueret immundũ. Sed hic ſecũdus ſenſus ſatis intelligitur in primo: quia vbi eſt plena à peccatis ablutio, ibi ſequitur & à pœnis redemptio: & vbi eſt à maculis ablutio, ibi præcedit & à peccatis purgatio. Hoc etiã factũ cõpetit figuræ: quia ſicut de latere Chriſti dormientis in cruce fluxit ſanguis & aqua, quibus cõſecratur eccleſia: ita

Gen. 2.

de latere Adę dormiẽtis in paradiſo, mulier (quę ipſam eccleſiã figurabat) eſt formata.

F

Miraculũ aquę & ſãguinis defluentis.

Et factũ eſt hoc miraculosè: quia de corpore mortui, in quo ſtatim per mortis frigiditatẽ ſanguis coagulatur, & in tabem conuertitur, nõ ſolet ſanguis exire, nec de aliquo aqua pura manare. Ille autẽ ſanguis erat verus & purus, & aqua vera & pura: & nõ (vt quidã dixerunt) humor aquaticus, ſeu phlegma. Cõſidera nũc quãta fuit malicia Iudæorũ, qui adhuc nõ fuerunt ſaturati pœnis & opprobrijs Chriſto in vita eius illatis: quin etiã eum perſequerentur mortuum. Et quãuis etiã iſtud vulnus lateris nõ ſenſerit, cũ corpus mortuũ fuerit: tamẽ per hoc contumelię, & cõuitia ſibi inferebantur: quia omnes contumelię & crudelitates, illatę mortuorũ corporibus, reputantur ac ſi viuis inferrentur.

Documenta tria.

Ex hoc articulo, lanceationis lateris, habẽtur tria documẽta. Primum eſt, quod nos cùm mortui fuerimus cum Chriſto, ſcilicet mundo & peccatis: tunc debemus & lanceari cum Chriſto cuſpide, videlicet charitatis: ſicut anima illa ſe lanceatam gloriabatur, quæ dicebat,

Cant. 4.

vulnerata charitate ego ſum. Hac etiam amoris lãcea, cor ſuũ perforari Auguſtinus petijt, dicens: Rogo te

Oratio beati Augustini.

G

Rogo te domine per illa ſalutifera vulnera tua quæ paſſus es pro ſalute noſtra in cruce: ex quibus, emanauit ille pretioſus ſanguis quo ſumus redempti:vulnera hãc animã meam peccatricẽ, pro qua etiã mori dignatus es:vulnera eã igneo & potẽtiſſimo telo tuę potentiſſimę charitatis. Confige cor meũ iaculo tui amoris, vt dicat tibi anima mea, charitate tua vulnerata ſum:ita vt ex ipſo vulnere amoris tui vberrimę fluãt lachrymę die ac nocte. Percute obſecro domine hãc duriſſimã mẽtẽ meã valida cuſpide pię dilectionis, vt altius ad intima penetret virtute potenti. Hæc Aug. Secũdum documentum eſt, ſecũdum Chryſoſtomũ, quòd nos percipere debemus ſacramenta eccleſiæ ea intentione ac deuotione, ac ſi nobis de latere Chriſti perfluerent. Vulnus enim lateris Chriſti, fuit oſtiũ ſacramentorũ:quia ſicut de latere primi Adę formata eſt Eua:ita de latere ſecũdi Adę, formata eſt eccleſia. Vnde, ſecũdum Aug. Vigilanti verbo euangeliſta vſus eſt: vt non diceret, latus eius percuſſit:

Aperuit, ſignanter dictum.

H

aut, vulnerauit:aut quid aliud:ſed aperuit:vt innuat, quòd ibi quodãmodo oſtiũ vitæ apertũ eſt:quia inde ſacramenta eccleſiæ manauerunt:ſine quibus ad verã vitã non intratur. Et nota quòd hoc, quod dicitur ſacramenta manaſſe de latere Chriſti:ſpecialiter intelligẽdum eſt de duobus pręcipuis ſacramentis, ſine quibus non intratur ad vitam videlicet de ſacramento redẽptionis, & ſacramento ablutionis.

Sacramenta ſaluti neceſſaria

Quorũ primum pertinet ad ſacramentum euchariſtiæ, & ſignificatur per ſanguinem:imò eſt ipſe idem ſanguis, quẽ quotidie ſumimus, & qui fluxit de latere Chriſti. Secũdum verò pertinet ad ſacramentum baptiſmatis, quod ſignificatur per aquam. Vnde Aug. Ille, inquit, ſanguis in remiſſionem fuſus eſt peccatorum:aqua illa ſalutare temperat poculum:hæc lauacrum præſtat & potũ. Hoc prænuntiabat, quòd Noë in latere archæ oſtiũ facere iuſſus eſt, quo intrarent animalia, quæ non erant diluuio peritura:quibus præfigurabatur eccleſia.

Latronis baptiſm⁹.

I

De iſtis etiam ſanguine & aqua dicit idem Auguſtinus, quòd credibile eſt quòd latro ille, cui promiſit domin⁹ paradiſum, aſperſus fuit aqua & ſanguine, de Chriſti latere exilientibus, & tali ſanctiſſimo baptiſmate ſaluatus ſit:cũ ſine baptiſmate nemo ſaluetur, vel martyrio. Tertium documentum eſt, quòd nos omnem voluntatẽ noſtrã conformare debemus voluntati diuinę:& quòd voluntas dei in omnibus, & ſuper omnia ſit nobis accepta, eo quòd cor Chriſti vulneratũ eſt amoris vulnere propter nos:quatenus nos per amorẽ reciprocum intrare poſſimus per oſtiũ lateris ad cor eius, & ibi omnẽ amorem noſtrum ad ſuum diuinum amorẽ coünire, vt ſicut ferrum candens cum igne in vnum redigatur amorem. Homo enim omnia deſideria ſua debet fundare & ordinare in deum amore Chriſti: quia pedibus, per quos affectus accipiũtur, eſt crucifixus:& in omnibus bonis operibus ſe exercere, ac cuncta mala opera deuitare, amore Chriſti:quia manibus, per quas opera accipiuntur, crucifixus eſt: omnem verò voluntatem ſuam conformare voluntati diuinæ, pro illo amoris vulnere quod in cruce pro homine accepit, cũ inuincibilis amoris ſagitta cor ſuum melliſluum perforauit. Per iſtud vulnus quaſi per oſtium amoris Auguſtinus intrauerat, cũ dicebat: Longinus, inquit, aperuit mihi latus Chriſti lancea, & ego intraui:ibi requieſco ſecurus. Claui & lancea clamãt mihi quòd verè recõciliatus ſum Chriſto, ſi eum amauero. K

Conformatio

Ad conformãdum ſe huic articulo, rememoretur homo, quã ſuperexcellẽtiſſimum amorẽ Chriſtus in apertione lateris ſui nobis oſtenderit, in quo nobis aditum patulũ ad cor eius dedit. Feſtinet ergo homo intrare ad cor Chriſti:ac recolligat omnẽ amorem ſuũ, & coüniat amori diuino:reuoluendo in mente ſua documẽta præmiſſa. Recogitet etiã homo, quanta charitate Chriſtus ex latere ſuo nobis profuderit ſacramenta, quibus intremus ad vitam æternã, vel aliâs:ſicut dominus meditãti & orãti deuotionem miniſtrabit. Ieſu qui latus corporis tui mortui, lãcea aperiri, & exinde ſanguinẽ & aquã exire voluiſti, vulnera quæſo cor meũ lancea charitatis: vt tuis dignus efficiar ſacramẽtis, quę de eodẽ ſacratiſſimo latere profluxerũt. L In apertura lateris tui domine, aperuiſti electis tuis ianuã vitę. Hęc porta tua domine, iuſti intrabũt in eã. Noli domine quęſo iniquitatũ mearũ recordari vt propter eas mihi claudas aditũ iſtũ, quẽ peccatoribus & pœnitentibus prouidiſti.

Mariæ ſit vulnus lateris Chriſti.

Et licet iſtud vulnus lateris nõ ſenſerit Chriſtus:quia mortuus:beata tamẽ virgo mater eius bene ſenſit:cuius fœliciſſimã animã crudelis illa lãcea tũc transfixit. Tũc ipſa deficiẽs, & quaſi mortua cecidit inter brachia Magdalenę in terram. Vides quoties hodie mortua eſt. Toties certè, quotiẽs videbat cõtra filiũ fieri nouitatẽ. Vnde nũc perfectè verificata eſt in ea Simeonis prophetia, qua ſibi dixerat: Tuã, inquit, ipſius animã gladius pertranſibit. Lucæ 2.

Ex hac cordis Chriſti ſciſſione, à cuius archano (tanquã à fonte) pretiũ noſtræ ſalutis copioſè eſt effuſum:meritò etiã ad cõpatiendũ, & amandũ vulneratur cor noſtrũ: quia hîc maximè apparuit, quã copioſa apud eũ redẽptio fuerit.

Redẽptio copioſa.

M

Vnde Bernardus: Ad cumulũ poſtremò pietatis, tradidit in mortẽ animã ſuã, & de proprio latere protulit pretiũ ſatisfactionis, quo placaret patrẽ:per quod illum planè ad ſe verſiculũ traxit: Apud dominũ miſericordia, & copioſa apud eum redẽptio. Pſal. 129.

Prorſus copioſa:quia non gutta, ſed vnda ſanguinis largiter per quinque partes corporis emanauit. Vnde & Anſelmus: Adhuc autem attentius eundẽ intuere, quã grãdi & tenerrima cõpaſſione dignus appareat. Vide nudũ, & verberibus laceratum, in medio latronum cruci ignominioſè ferreis clauis affixũ:aceto & felle potatũ:& poſt mortem lancea in latere vulneratum: & copioſos ſanguinis riuos ex quinque vulneribus manuũ, pedũque, & lateris effundentẽ. Fletum deducite oculi mei:& liqueſce anima mea igne cõpaſſionis, ſuper contritione amabilis viri huius: quem in tanta manſuetudine tantis vides affectum doloribus. Hæc Anſelmus.

Quinque vulnerum ratio.

Quinque autem vulnera ſibi infligi permiſit, vt humani generis quinque ſenſus à diabolo captos redimeret. Chriſtus quippe hodie pro nobis ſanguinem ſuum fudit pijſſimè, pleniſſimè, & acerbiſſimè. Pijſſimè fudit, ſi conſideretur



cauſa:nã cauſa effuſionis ſui pretioſi ſanguinis, fuit pijſſima: A quia ipſum fudit ex charitate feruentiſſima, ex qua voluntariè pro nobis pati voluit:quod pulchrè oſtendit Auguſtinus in perſona Chriſti, ita dicẽs: O homo, recogita qualia & quãta pro te paſſus ſum:cũ eſſes inimicus patri meo, reconciliaui te:cũ tanquã ouis perdita oberrares, quęſiui te, & in humeris meis portaui te. Luc. 15.

Patri meo reddidi te:caput meũ ſpinis oppoſui: manus meas claui obieci: ſanguinem meũ pro te fudi:animã meam pro te poſui:vt iungerem te mihi, & tu diuideris à me? Conuertere ad me: & ego ſuſcipiã te. Pleniſſimè fudit, ſi cõſideretur menſura:quia totũ ſanguinẽ effudit, ita vt vnica gutta in eo nõ remaneret. Nã ſanguinẽ intercutaneũ fudit in flagellatione:& quicquid ſanguinis habuiſſet in vertice & capite, effuſum fuit in ſpinarum cõfeſſione:ſanguinẽ verò venarũ & neruorum, fudit in manuum & pedum cõclauatione:ſed ſanguinẽ qui remãſit in corde, vel in mẽbris interiorib⁹ effudit in lateris apertione:& ideo quia nihil in eo ſanguinis remãſit, nõ erat ei ſpecies neque decor. B Acerbiſſimè fudit, ſi cõſideretur natura:nã quãtò natura & cõplexio eſt nobilior & delicatior, tãtò eſt ſuę leſionis perceptibilior:& per conſequens pœna inflicta, & eius ſenſibilitas eſt acerbior:ſed conſtat quòd cõplexio corporis Chriſti fuit delicatiſſima, quia ſpiritusſancti artificio de virginis ſanguine formata: & ergo ſui ſanguinis effuſio, & pœnarũ illatio, fuit acerbiſſima: & ideo dicit, [attendite]:ſcilicet mẽtaliter:[& videte,] ſenſibiliter:[ſi eſt dolor ſimilis:ſicut dolor meus:] quaſi diceret, non. Surge ergo amica Chriſti:eſto ſicut colũba nidificans in ſummo ore foraminis:ibi vt paſſer inueniẽs domum vigilare non ceſſes:ibi, tãquam turtur, caſti amoris pullos abſcõde:ibi os appone, vt haurias aquas de fontibus ſaluatoris. Hic enim eſt fons egrediens de medio paradiſi:qui in corda deuota diffuſus, fœcundat & irrigat vniuerſam terrã. Gene. 7.

Ecce oſtiũ in latere archæ, quo intrant animalia non peritura nõ diluuio. Ad huius ergo petrę foramina, & maceriæ cauernam ſtude nunc. Et in die exitus tui recurre, & in eis latita: C vt ibi valeas paſcua inuenire, & ora leonũ euadere. Vnde Anſelmus: Feſtina, ne tardaueris:comede fauum tuũ cum melle tuo:bibe vinum tuum cũ lacte tuo. Sanguis tibi in vinum conuertitur, vt inebrieris:in lac aqua mutatur, vt nutriaris. Facta ſunt tibi in petra foramina, in mẽbris eius vulnera & in corporis eius maceria, tua cauerna:in quibus inſtar colũbę latitans & deoſculãs ſingula, ex ſanguine eius fiãt ſicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce.

Vulnera Chriſti.

Vnde & Gregorius: Per foramina petrę, vulnera manuũ & pedũ Chriſti in cruce pendentis libenter intellexerim: cauernã verò maceriæ, vulnus lateris, quod lancea factũ eſt, eodem ſenſu dixerim: & bene in foraminibus petrę, & in cauerna maceriæ, eſſe dicitur: quia cũ in crucis recordatione patientiam Chriſti imitatur, dum ipſa vulnera (propter exẽplum) ad memoriã reducit, quaſi colũba in foraminibus, ſic ſimplex anima in vulneribus nutrimentũ, quo cõualeſcat inuenit. Hæc Gregorius.

In vulnerib⁹ Chriſti quęrẽda.

In his etiam vulneribus ſaluatoris ſecuritatem & protectionem, ac conſolationẽ non modicam reperies. Vnde Bernardus quædã de verbis Auguſtini aſſumens, ſic ait: D Et reuera vbi tuta firmaque infirmis requies, niſi in vulneribus ſaluatoris? Tantò illic ſecurior habito, quãtò ille potentior eſt ad ſaluandũ. Fremit mundus: premit corpus, diabolus inſidiatur:non cado, fundatus enim ſum ſupra firmam petram. Peccaui peccatũ grande, turbabitur cõſcientia:ſed nõ perturbabitur, quoniam vulnerum domini recordabor. Nempe vulneratus eſt, propter iniquitates noſtras. Quid tam ad mortem, quod non Chriſti morte ſaluatur? Si ergo in mentẽ venerit tam potens tãque efficax medicamentũ, nulla iam poſſum morbi magnitudine terreri. Ego verò fidenter quod ex me deeſt, vſurpo mihi ex viſcerib⁹ domini:quoniã miſericordia affluunt, nec deſunt foramina per quæ effluãt. Foderunt manus & pedes, latúſque lancea perforauerunt:& per has rimas licet mihi ſugere mel de petra, oleũque de ſaxo duriſſimo:id eſt, guſtate & videte, quoniã ſuauis eſt dominus. Patet arcanũ cordis, per foramina corporis:patet magnũ illud pietatis ſacramẽtum: E patent viſcera miſericordię dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto. Quid ni viſcera per vulnera pateãt? In quo enim clarius quã in vulneribus tuis elucet, quòd tu domine ſuauis & mitis es, & multæ miſericordiæ? Maiorem enim miſerationem nemo habet, quã vt animã ſuã ponat, quis pro amicis ſuis. Tu domine maiorẽ habuiſti, qui animã tuã etiam poſuiſti, pro abditis & dãnatis. Meũ proinde meritum miſeratio domini. Nõ planè ſum meriti inops, quãdiu ille miſerationum non fuerit:quòd ſi miſericordiæ domini multę, multus nihilominus ego in meritis ſum. Quid enim ſi multorum ſum mihi conſcius delictorũ? Nẽpe vbi abundauerũt delicta, ſuperabundauit & gratia. Et ſi miſericordiæ domini ab ęterno & vſque in æternũ: ego quoque miſericordias domini in æternũ cãtabo. Quanta in foraminibus petræ multitudo dulcedinis:plenitudo gratiæ, perfectióque virtutũ: Hæc Bernardus. O domine ſicut exiuit ſanguis tuus, copioſa redemptio noſtra:nõ permittas me in hora mortis, vel in die iudicij perire cũ impijs:ſed me tuo pio cruore redẽptum aggrega cum electis tuis, abſcondendo me interim in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ:& vulnerando me charitate tua, vt amore langueam. F Qui enim verè te diligit:pro te vulneratur & languet: & donec te videat, à mundi actionibus eſt velut mortuus alienus. Fortis eſt enim, vt mors, dilectio tua:& dura velut infernus æmulatio. Cant. 8.

Conſidera nunc bene corporis Chriſti, in cruce poſiti, diſpoſitionem:quia ex hoc in ſpem & fiduciam rapieris maiorem:atteſtante Bernardo, qui ait: Quis non rapiatur ad ſpem, & ad impetrandi confidentiam, qui eius attẽderit corporis diſpoſitionem? Vide caput inclinatum ad oſculum, brachia extenſa ad amplexum, manus perforatas ad largiendum, latus apertum ad diligendum, pedum affixionem ad nobiſcum manendum, corporis extenſionem, ad ſe totum nobis impendendum. Hæc Bernardus.

ORATIO.

## ORATIO.

G Domine Ieſu Chriſte, qui hora diei nona pendens in patibulo, & clamans voce magna, in manus patris ſpiritum commendaſti: & inclinato capite eundem ſpiritum emiſiſti: & iam mortuus vulnus lateris, de lãcea militis ſuſcepiſti: dignare queſo nunc, & ſemper, ſpiritum meum tibi commendatum habere, & gladio charitatis cor meum tranſuerberare: eiſque vulnera tui corporis imprimere: & per hæc cogitationes illicitas ab ipſo repellere: ac tandem in fine vitæ meæ, ſpiritum meum in manus tuas commendatum, cum beatis ſpiritibus collocare. Amen.

## De ſecundis veſperis. Caput lxv.

Matt.27. Mar.15. Luce 23. Ioan.19.

Hora veſpertina meditaberis mente lugubri & lachrymabili, quomodo mater domini, & alij quatuor, ponunt ſe iterum ad ſedendum prope crucem, neſcientes quid facere debeant. Corpus enim domini deponere, & ſepelire
H non poſſunt: quia nec vires ſufficientes habent, nec inſtrumenta quibus deponãt. Recedere autẽ, eo ſic manente, non audent: & diu manere nocte appropinquante non valent. Vide in quanta ſunt perplexitate, & eis corde compatere. Interim autem [Ioſeph ab Arimathia,] ciuitate Iudææ, decẽ leucis ab Hieruſalem diſtante, antiquitus dicta Ramatha: vnde fuerunt Helchana & Anna, parentes Samuelis: [diues & nobilis genere, & decurio:] id eſt de ordine curię, & officia curię imperijs Romanorum adminiſtrans: [vir bonus:] in ſe & quoad deũ: [& iuſtus,] quoad proximũ: [ac diſcipulus Ieſu,] nõ de duodecim, vel ſeptuagintaduob⁹: ſed de multis alijs credentibus, quia omnes credentes à principio diſcipuli vocabantur: [ſed occultus propter metũ Iudæorum:] ne de ſynagoga expelleretur: [qui non conſenſeret] neci domini, & [actibus & conſilijs aliorum] Chriſtum parſequentium: [qui & ipſe,] ſicut & alij diſcipuli e[xpectabat,] ſcilicet certitudine ſpei [regnũ dei:] nõ tẽporale & terrenum, ſed cœleſte & æternum: id eſt, regnũ cœlorum, à Chriſto diſcipulis promiſſum: [venit] ad ſepeliendum

Arimathia.

I Chriſtum, antequã intraret ſabbatum: in quo talia facere non erat licitum: quia enim erat diſcipulus domini: ideo curam de corpore eius habere voluit, vt cum honore ſepeliretur, & non ſicut damnati corpus proijceretur. Hic virtute ſanguinis Chriſti iam fuſi raboratus, [audacter] omni timore depoſito, & confidenter [introiuit ad Pilatum,] nec Iudæorum timens inimicitias, nec Pilati poteſtatem [& petijt,] magno munere, [vt] de eius licẽtia [tolleret corpus Ieſu,] de cruce: & ſepeliret illud honorificè, hoc præferens omni theſauro quãtumlibet pretioſo. Petijt autem hoc ſibi concedi: quia (ſecundũ leges humanas) corpora dãnatorum non debẽt ſine licẽtia deponi, vel ſepeliri. [Et permiſit Pilatus;] tũ propter petentis reuerentiam: tũ propter Chriſti innocentiã ſibi notã: & quia plura in morte eius viderat miracula. In quadã hiſtoria dicitur, quòd Ioſeph ſeruierat quinque annis Pilato, & pro ſeruitio petijt & obtinuit corpus Ieſu ab eo. Fit autem hîc ſecularis dignitatis Ioſeph mẽtio: nõ quòd

Ioſeph quomodo Pilato notus.

euangeliſta hãc cõmendet, ſed quia ad præſidẽ niſi talis accedere nõ poterat: quia ergo diues erat val-
K de inſignis, ac Pilato notus & familiaris, potuit de facili ad Pilatũ intrare, & ab eo impetrare: quia verò bonus & iuſtus, dignus fuit hoc miniſterio, & meruit corpus Ieſu ſepelire. Vnde Beda. Magnæ quidẽ Ioſeph iſte dignitatis apud ſeculũ, ſed maioris apud deũ meriti fuiſſe laudatur: vt & per iuſtitiã meritorũ, ſepeliendo corpore dominico dignus foret: & per nobilitatẽ potẽtiæ ſecularis, idem corpus accipere poſſet: nõ enim quilibet ignotus, aut mediocris ad pręſidẽ accedere, & crucifixi corpus poterat impetrare. Vnde & Auguſtinus: Ioſeph fiducia dignitatis, qua pręditus erat, familiariter intrauit ad Pilatũ: iam minus curans de Iudæis quãuis antea in audiẽdo domino deuitaret inimicitias eorũ. Vnde etiam Greg. Fuerat quandoque Ioſeph occultus Chriſti diſcipulus: denique vincula timoris rumpens, feruentior factus, dominicum corpus turpiter pendẽs, à ligno depoſuit: cõparans pretioſam margaritã verborũ modeſtia. Cõſidera nũc
L fortitudinem Ioſeph: quia nõ ſolum audet corpus Chriſti petere, ſed etiã ſepelire: ſicut homo poteſtatem habẽs, plus ex virtute quã ex adiutoribus. Vnde Chryſo. Inſpice autẽ huius viri fortitudinem: in mortis enim periculũ ſe tradidit, inimicitiã ad omnes aſſumẽs, propter beneuolẽtiam Chriſti. Vnde & Theophilus: Audet auſum laudabilem: nõ enim excogitauit, à diuitijs decidã, & expellar à Iudæis, ſi corpus petã eius qui eſt blaſphemijs condẽnatus. Hæc Theophilus. Qui ergo prius ex imperfectione meticuloſus, & occultus diſcipulus domini fuerat, propter metũ Iudæorũ, vitãs tũc inimicitias eorũ: nũc exẽplo mortis Chriſti animatus, ac virtute & vigore auctus, manifeſtat ſe: ac palã & facto fatetur, & oſtẽdit ſe Chriſti diſcipulum, petẽdo eius ſepulturam, & exequendo: minus curãs de illis, in hoc extremo officio. Cõceſſo autẽ ſibi corpore, vocauit ad ſe quẽdam virum ſapientẽ, & legiſperitũ, diſcipulum Chriſti ſimiliter occultũ. Nicodemum nomine. [Ioſeph igitur mercatus ſindonem, id eſt
M pannũ lineum, cãdentem & mũdum, venit ad crucifixionis locum, portãs ſecum inſtrumẽta quibus clauis euulſis corpus de cruce deponat: & ipſam ſindonẽ, qua inuoluat. Iſte pannus mũdus & candidus innocentiam domini, & liliosãm ſignificabat caſtitatem: vt qui rubricatus fuerit ſanguine paſsionis, candidaretur ſindone innocentiſsimę caſtitatis. In Canticis: Dilectus meus candidus & rubicundus. [Venit & cũ eo Nicodemus,] ſe illi aſſociãs, in quo dolus non erat, [qui prius] timidus [nocte ad Ieſum venerat primùm,] ſcilicet ante paſsionem: [ferẽs ſecum mixturam myrrhæ & aloës, libras quaſi centum,] ad ipſum cõdiendum: quia hęc ſua amaritudine arcent vermes à corporibus mortuorum: & quàm plurimum ea conſeruant, nec citò corruptioni ſubijci permittunt. Iſte ante paſsionẽ Chriſti, ſicut & Ioſeph, erat diſcipulus domini occultus: ſed poſt paſsionem manifeſtauit ſe ſicut & ille: & factus eſt publicus: ſed nondum habẽs veram fidem de reſurrectione: quia attulit myrrham & aloë, quaſi corpus eius muniri indigeret à putredine,

Ioſeph fiducia.

Sindo

Can.5.

Nicodemus. Ioan.19.



dine. Et ideo licèt ex deuotione iſtam vnctionẽ fa-
A ceret: videtur tamen ꝙ plenam notitiã de reſurrectione Chriſti non haberet: quia de eo ſcriptũ erat: non dabis ſanctum tuum videre corruptionẽ: propter quod non indigebat vnctione, conſeruante cõtra putrefactionem. vnde Chryſo. Adhuc enim vt de nudo homine diſponebant: ſed tamẽ multam dilectionem demonſtrabãt. De iſto Nicodemo legitur in reuelatione corporis beati Stephani protomartyris. Per Ioſeph, qui interpretatur accreſcens, ſignificatur perſona creſcẽs in virtutibus: quæ corpus domini poſtulat, quando pro digna receptione euchariſtiæ deum ſuppliciter orat. Per Nicodemũ verò peritum, ſignificatur doctor bonus: ferens mixturã: id eſt, doctrinã ex autoritatibus ſacræ ſcripturæ confectam, ad vngendũ corpus Chriſti myſticum ad eius ſalutem. In ſindone etiam munda, paupertas & caſtitas notãtur: & in aromatibus, virtutum varietas deſignãtur. Fœlix talis cõſcientia, cui non deficit defunctio paupertatis, contra mundum: mundicia caſtitatis, cõtra carnem: fragrantia
B virtutum, contra diabolũ. Cùm autẽ Ioſeph, & Nicodemus fuerũt prope crucifixionis locum, genua flectentes adorauerunt dominum. Quos dum vidit mater, volẽtes deponere corpus, quaſi de morte cõſurgens paululum reuixit ſpiritus eius. Et applicãtes recepti fuerũt per eam reuerẽter: & parauerũt ſe ad deponendum eum, quibus ipſa quod poterat miniſtrabat adiutorium. Vnus clauos de manibus trahebat: alius ne corpus caderet exanime ſuſtinebat. Stabat Maria leuans brachia in altum: & dum tangere eum valuit, caput & manus eius dependẽtia trahebat ſupra triſte pectus ſuũ: & ruens in amplexus & oſcula, de dilecto ſua ſatiari nõ poterat: nec quis ipſam deſuper corpus attrahere valebat. Corpore igitur domini in terrã depoſito, domina ſuſcepit caput cum ſcapulis ſuis in gremio. Magdalena verò pedes, apud quos olim tãtam gratiã meruerat. Alij autem circunſtant, & omnes planctum magnum ſuper eum faciũt. Omnes enim amariſſimè plangũt eum, quaſi vnigenitum. vnde Anſel.
C Sed adhuc expecta, donec nobilis ille decurio veniens extractis clauis manus pedéſque diſſoluat. Vide quomodo fœliciſsimis brachijs corpus amplectitur, ac ſuo aſtringit pectori. Tunc potuit vir ille ſanctiſsimus dicere: Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Cerne prætereà, quàm dulciter, quàm diligenter beatiſsimus Nicodemus, ſacratiſsima mẽbra eius tractat digitis, fouet vnguentis. hæc Anſelm. Venias & tu chariſsimè deuotis greſsibus, & ſpiritualibus acceſſibus, ad deponẽdum dominum deum tuũ de cruce, & ad plangendum eum cum ſua benedicta matre, & alijs qui ibi aderant & ad ſepeliẽdum, & alia faciendum quæ ipſi faciebant. vnde Amb. Veni & tu vel ſero, vel nocte, vel quacunq; hora: quacũque enim hora veneris, Ieſum inuenies ad ſuſcipiẽdum paratum: nec minorem ſerius veniẽtibus mercedẽ pia largitate ſoluẽtem. Nam & qui hora ſexta venit, nõ eſt mercede fraudatus: & qui vndecima, plenitudinem mercedis accepit. hęc Amb. Deus meus bone Ieſu: concede mihi quanquã per omnem mo-

Pſal.15.

Depoſitio Chriſti de cruce.

Cantic.1.

dum immerito & indigno, vt qui his cũ matre tua & alijs qui tunc aderãt corpore intereſſe, & ea fa-
D cere non merui: fideli tamen hæc eadẽ mente pertractans, illum ad te deum meum pro me crucifixum & mortuum, cõpaſsionis affectum experiar, quem innocens mater tua, & pœnitẽs Magdalena in ipſa paſsionis tuæ hora ſenſerunt. Et ſciẽdum, ꝙ quãuis iſta depoſitio domini de cruce, nõ fuerit ſibi in pœnam: quia corpus erat exanime: nec fieret ei in contumeliam, ſed potius in honorem & reuerẽtiam, præſertim cùm non fieret à Iudæis ſæuientibus, ſed à deuotis fidelibus eũ multum diligẽtibus, imò etiã Iudæis & hoc dolẽtibus, ꝙ cum tanta ſolennitate deponebatur, condiebatur, & ſepeliebatur: iſtud tamen factum depoſitionis, in ſe valde miſerabile fuit & lamentabile: ꝙ videlicet corpus tantæ nobilitatis, tractabatur tãquam cadauer vile: licèt in veritate cadauer nõ fuerit, ꝓpter diuinum ſuppoſitum, in quo corpus illud imputribiliter ſubſiſtebat: & ſi corpus illud non ſenſit pœnam, beata tamen virgo (quæ ibi aderat) pœnam in hoc facto
E ſenſit maximã. Ex hoc articulo, depoſitionis domini de cruce, habẽtur duo documẽta. Primum eſt, ꝙ fideles cõmunicãtes corpus domini de altari, æquiparantur illis qui ipſum depoſuerũt de cruce. Perinde enim eſt (imò plus) Chriſti corpus ſumere de ara altaris, quàm de ara crucis. Illi enim acceperunt eum in brachijs & manibus: ſed iſti ſumunt in ore & cordibus. Secundum documentum eſt, ꝙ & nos libẽter debemus Chriſtũ cum Ioſeph de cruce deponere. Quandiu enim peccator in peccatis eſt, Chriſtum in cruce diſtẽtum, quantũ in ſe eſt, vinculat & crucifigit: peccata eñ noſtra ſunt in cauſa, quòd Chriſtus crucifixus eſt. Sed mox, cùm per pœnitentiam ad deum cõuertitur, ipſum de cruce ſoluit & deponit: & inter brachia ſua eum recipit. Sicut fecit Ioſeph qui in deponẽdo Chriſtũ de cruce, inter brachia ſua eum cõplectebatur. Vnde ſicut quis cõplectens aliquẽ inter brachia, potens eſt de eo facere quicquid vult: maximè ſi illud non repugnet, ſic peccator cõuerſus per pœnitẽtiam, cõſtrin-
F gens iam Chriſtũ brachijs amoris, potens eſt de eo omnia quæ voluerit obtinere. Nequaquam enim Chriſtus repugnat pœnitẽti: ſed paratior eſt ad dãdum gratiam, quàm iſte ad recipiendũ. Ad conformandum ſe huic articulo, recogitet homo, quàm lamentabile factum fuit ꝙ tale corpus (quod erat deus) ſic tractabatur ad modum cadaueris: & quòd corona gloriæ, iacuit ſic ſupina & proſtrata in terra: qualem etiam plãctum tunc beata virgo fecerit ſuper corpus dilecti & dulcis filij ſui: vel aliâs, ſicut dederit meditãt. Ieſu qui de cruce nõ viuus deſcẽdere, ſed mortuus deponi voluiſti: vt de morte reſurgeres ad electorum informationem: da mihi de ſacro altari tuo, ac ſi de ara crucis corpus tuum verum dignè ſuſcipere: & vt de hac cruce, quã ſuſcepi in tui profeſsione ſeruitij quouſque vixero non deſcendam: ſed cùm tibi placuerit ab hoc corpuſculo repetere animã quam dediſti, tũc te vocãte de cruce deponar: & te inuitãte ad requiem paradiſi perducar. Poſt aliquam verò morulam, rogat Ioſeph dominam, vt permittat corpus domini perungi, ac lintheami

Depoſitio ad miſeriã refertur.

Documẽta.

Cõmunicantes.

Conformatio.

Iniun- dilatio. G

lintheaminibus inuolui & ſepeliri. Ipſa verò contendebat, dicens: Nolite amici mei tam citò mihi filium meum auferre, vel me ſecum ſepelite. Illum adhuc paululum relinquite mihi, vt faciẽ ipſius valeam contemplari, & videndo aliquantulum inde conſolari. Illi volebant eum tradere ſepulturæ, & ipſa volebat eum retinere: & ſic erat hæc pialis & miſeranda contentio inter eos. Flebat illa lachrymis irremediabilibus. Ipſius lachrymarũ tãta vbertas fluebat, vt caro cũ ſpiritu in lachrymis reſolui putaretur. Rigabat lachrymis faciem & extinctũ filij ſui corpus, & perfundebat vndiq; plagas eius. Lapidem quoq; quo corpus eius poſitũ & locatum fuerat, lachrymis madebat, in quo eius lachrymæ adhuc apparere dicuntur: qui nunc in ingreſſu eccleſiæ ſancti ſepulchri eſſe memoratur. Lauit & terſit vulnera eius cruentata, & oſculabatur ea, & faciem eius ſacratiſsimã. Aſpiciebat vulnera corporis, & vultum eius & caput: videbat ſpinarũ puncturas depilationẽ barbæ, faciem ex ſputis & ſanguine deturpatam: & de aſpiciendo & flendo non poterat ſatiari. Virginis dolores narrari nõ poſſunt quia malè illi erat, ſicut eſſe poterat. Et ideo quãtas lamentationes, vlulatus, plãctus & fletus ſuper idẽ corpus vnici filij ſui tũc fecerit, verbis explicari nõ poſſet. Credendum tamen eſt, ꝙ nullo planctus irrationabiles fecerit: quia dolor eius ad rationẽ ſuperiorem non pertingebat. Magdalena verò pedes domini, quos alia vice lachrymis cõpunctionis rigauit: nunc multò magis vndis lachrymarum cõpaſsionis largiter lauit. Aſpiciebat pedes ſic vulneratos & perforatos, deſiccatos & ſanguinolẽtos: & flebat amariſsimè: & præ dolore videbatur deficere: ſimiliter flebant vehemẽter & alij, ac etiã angeli præſentes ibi. vnde Augu. O quis angelorum vel archangelorum illic non fleſſet, vbi cõtra naturam autor naturæ, immortalis deus mortuus homo, iacebat? Videbãt Chriſti corpus ſic malè tractatum: ab impijs ſic laceratum iacere & Mariam totã ſuo cruentatã in cruore ſic amariſsimè flere: & nullo modo lachrymas poterãt refrenare. Sicut enĩ poſſibile fuit deum per aſſumptum hominẽ mori: ſic poſsibile fuit angelos bonos in morte domini ſui dolere. hęc Aug. Plãge ergo & tu chariſsime amarè, & clama cum Bernardo dicente: O bone Ieſu quàm dulciter cũ hominibus conuerſatus es: quàm magna & abundãtiſsima eis largitus es, quàm dura & aſpera pro eis paſſus es, dura verba, duriora verbera, duriſsima crucis tormenta. hæc Bernardus. Contempleris etiã bene dominum & ſaluatorem tuum: gira & regira, volue & reuolue, à latere in latus, à plãta pedis vſq; ad verticem, & nõ inuenies in eo ſanitatem: ſed vndiq; dolorem, vbiq; cruorẽ. Non enim eſt in eo mẽbrum, vel ſenſus corporis, qui ſuam afflictionem & infirmitatem, vel paſsionem non ſenſerit. Vide quid in quolibet ſenſu, quid in qualibet parte ſuſtinuit. In capite ſpinas: in auribus opprobria: in oculis fletum, in ore fel & acetũ, in facie alapas & ſputa, in collo colaphos, in naribus fœtorem: quia in loco ex cadaueribus corrupto fuit crucifixus: clauos in manibus & pedibus, flagella in dorſo, lanceã in pectore. Quia enim genus

Lachrymæ virginis.

H

Planctus Marię rationabiles

I

Contemplatio.

humanum vulneribus peccatorũ fuit plenum, ſecundum illud Eſaiæ, Omne caput languidum, & omne cor mœrens, à planta pedis vſq; ad verticem non eſt in eo ſanitas: ideo Ieſus in omni parte corporis ſui plagas ſuſcepit: vt per eius liuores in toto ſanaremur. Homo enim erat infirmus in capite. id eſt, in intentione, quæ eſt caput animæ: quia in his quæ faciebat non ſanam intentionẽ habebat. Erat infirmus in manibus, quia faciebat opera mala vel remiſſa: erat infirmus in pedibus, quia habebat affectionem immundam aut terrenã: pes enim animę, eſt affectus & amor eius: quia ſicut corpus vadit pedibus, ſic anima vadit affectibus. Erat infirmus in corde, quia habebat cogitationes noxias & vanas. Erat infirmus in toto corpore, quia habebat totam vitam mundanã, & cõuerſationem vanã. Vt igitur Chriſtus ſuis liuoribus & vulneribus nos ſanaret: voluit vulnerari in capite, vt ſanaret omnes noſtras obliquas intẽtiones: voluit vulnerari in manibus, vt ſanaret noſtras malas & remiſſas operationes: voluit vulnerari in pedibus, vt ſanaret & noſtras immũdas & terrenas affectiones: voluit vulnerari in corde, vt ſanaret noxias & vanas cogitationes: voluit flagellari & vulnerari in toto corpore, vt ſanaret totam noſtram vitam & cõuerſationẽ. vnde Bern. Meditare, inquit, poſitionem corporis crucifixi: & vide ſi aliquid eſt in eo quod non peroret pro te ad patrem. Diuinum illud caput multiplici ſpinarum denſitate depreſſatur, vſq; ad cerebri teneritudinẽ confixum eſt. Ad quid hoc? Ne doleret caput tuũ, ne tua vulneraretur intentio. Caligauerũt in morte oculi ſui: & illa luminaria magna, quę illuminãt orbem, ad horam extincta ſunt. Nõnne illis obtenebrantibus tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram: & illa duo luminaria magna cum illis luminaribus ſemota ſunt? Hoc autem totum factum eſt, vt auerterentur oculi tui, ne viderent vanitatẽ: & ſi viderent, nõ adhæreret. Aures illę quę in cœlis audiunt: Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus deus Sabaoth: audierunt in terra dæmoniacorum voces: crucifige crucifige. vt quid iſtud? Ne aures tuæ obſurdeſcerent ad clamorem pauperis: ne reciperent auditum vanum, ne detractionis virus apertis poris vſquequaque ſuſciperet. Specioſa illa facies ſpecioſi forma præ filijs hominum ſputis illita eſt, afflicta colaphis, addicta deluſionibus. Quare hoc? Vt facies tua illuminaretur, illuminata confirmaretur, & diceretur de te, Vultus eius non ſunt amplius in diuerſa mutati. Os illud quod angelos docet, homines inſtruit, quod dicit & factum eſt, felle potatum eſt & aceto. Sed hoc factum eſt, vt veritatem & iudicium loqueretur os tuum, & confiteretur dominum deum ſuum. Manus illæ quæ fundauerunt cœlos, extenſæ ſunt in cruce: clauiſq; transuerberatæ duriſsimis, vt manus tuæ extenderẽtur ad inopem. Pectus illud, in quo ſunt omnes theſauri ſapiẽtiæ & ſcientiæ dei abſconditi: lancea militari profoſſum eſt, vt pectus tuũ à prauis cogitationibus mundaretur, mundatum ſanctificaretur: & conſeruaretur ſanctificatum. Pedes illi, quorũ ſcabellum adorare debemus, quoniã ſanctum eſt: dura transfixione transfixi ſunt, ne pedes tui feſtinarent ad malum:

K Eſaiæ

Infirmi- humanę per Chriſtum ſanat.

L

Oſte- bra- ſtip- bitra.



ad malum: ſed currerent viam mandatorum domini. Quid plura? Pro te carnẽ & animam poſuit, vt corpus & ſpiritũ ſibi vendicaret. Totum toto, ſe te comparauit. Huic igitur omnẽ vitam tuã ô homo debes: quia vitã ſuam pro tua poſuit, & cruciatus amaros ſuſtinuit: ne tu perpetuò ſuſtineres. Cui verò iuſtius viuã quàm illi? qui ſi non moreretur, ego non viuerẽ. Hæc Bernar. Ad hoc etiã faciendum, & debitũ domino rependendũ, idem Bernar. quaſi monendo ſic dicit: O homo reſpice oculo mentali, quanto remunerationis debito aſtringaris domino patienti. Recole ſudorẽ ſanguineum, triginta argenteos, fictionis oſculũ, alaparum contumeliã, flagellorum inſtantiã, ictus arũdinis, coronã ſpineam ſputi ludibria, crucis angariã, patibuli ſuſpendium, oculos languẽtes, oris pallorẽ, fellita cibaria, amara pocula, ſpongiæ obſequiũ, caput inclinatũ, latus perforatũ, vlnas extenſas, manus transfixas, pedes confoſſos, vocẽ lamentabilem, latrones altrinſecos garrulationes irriſorias, titulũ famoſum, veſtimẽti ſortem, geminatũ crucifige. Quid plura? Viliſsimũ mortis ſupplicium, & probra nephandiſsima. Et iterum: Vide homo quo amore te dilexit dominus deus tuus, vt veſtigia eius ſequaris. Pro te ligatus eſt vt te à vinculis peccatorũ abſolueret. Pro te flagellatus eſt, vt te à flagellis ęternæ iræ erueret. Pro te iudicatus eſt, vt te à iudicio æternæ dãnationis liberaret. Pro te coronatus eſt ſpinis, vt te coronaret in cœlis. Pro te vulneratus eſt medicus, vt tu ſanareris ægrotus. Pro te crucifixus, vt tuas cõcupiſcẽtias crucifigeret. Pro te mortuus eſt, vt te à mortuis ſuſcitaret. Pro te ſepultus eſt, vt in te vitia ſepeliret. Hæc Bernar. Multa igitur pro nobis ſuſtinuit dominus Ieſus: ſed nos miſeri ad confuſionẽ noſtram vno ſermone fatigamur, vno verbo deijcimur. Omnia ergo quę dominus Ieſus paſſus eſt: quę circa ipſum geſta ſunt, mente reuolue, & diligenter pertracta: & ex his te ad patientiã in omnibus aduerſis, quę pateris, accinge viriliter & arma. Vnde Chryſo. Armemus noſmetipſos aduerſus omnem furorẽ, aduerſus omnẽ iram: & ſi inflammatũ vides cor tuũ, ſigna pectus, impone crucẽ. Conuitiatus eſt tibi aliquis: recordare omniũ quę in Chriſto geſta ſunt, & omnia extinguentur. Non ſolũ legamus hęc omnia: ſed & mẽte feramus ea. Sufficientia enim ſunt hęc, cõtinuè reuoluta, vniuerſam irã deſtruere. Et ſi iniuſtitiã patiamur: dicamus cõtinuò, nõ eſt ſeruus maior domino ſuo. Propterea enim hęc omnia ſuſtinuit, vt ſecundum eius ſemitã gradiamur: & nos cõtumelias feramus, quia maximè cõuitia à mente abijciũt. Sed tamen ipſe non ſolũ tulit hęc: ſed omnia egit vt ſaluaret eos qui hęc faciebãt. Hæc & nos zelemur. Vnde Gregor. Nihil enim deũ ita propitiũ facit: vt inimicos amare, & his qui officiũt benefacere. Cùm quis officit, nõ ad ipſum reſpicias: ſed ad eũ qui mouet, ſcilicet dęmonẽ, & irã vniuerſam aduerſus illum euacua: ipſius autẽ & miſerere, qui ab illo mouetur. Cùm iniuriantẽ videris, excogita quoniã diabolus eſt qui mouet: non enim Chriſtianorum ſunt iniurię. Cùm igitur quis iniuriatus fuerit, memento tui dominatoris: quoniam & per verba, &

A

Memoria paſsionis ob remunerationẽ faciẽdam.

B

Contra iram paſsionis memoria. C

Amare inimicos.

per res ei detrahebant: & ironiam multam oſtendebant: ipſe verò nõ ſolum nõ vlciſcebatur: ſed & contrarijs remunerabat in humilitate & mãſuetudine: hunc itaq; & nos zelemur: ita enim poterimus & à cõuitio eripi omni. Si enim nõ dolueris, nõ conuitiũ patieris: quid enim doles? Si quidẽ iniuſtè cõuitiũ pateris: hoc maximè triſtari nõ oportet, ſed illius miſereri. Si verò iuſtè multò magis ſilere oportet: neq; doleas in verbis, ſed corrigas in rebus. Quare ſi vigilaueris, dupla lucraberis: & propitiũ facere deũ ſilentio, & actionẽ accipere: ex his quæ dicta ſunt, corrigere ea quę acta ſunt: & gloriam hanc humanã deſpicere. Etenim hinc dolor nobis fit, quoniã multi ad inſenſatorũ ſuſpicionem inhiant. Hæc igitur vniuerſa meditemur in operibus: ſi enim nõ hęc direxerimus, inaniter & vanè in mundũ venimus: magis autẽ & in malo. Nõ enim ſufficit fides in regnũ ducere: ſed hæc maximè condemnare habet eos qui vitã malam demonſtrant. Qui enim ſciuit voluntatẽ domini ſui & nõ fecit, verberabitur in multis. Properemus igitur nos ad exitũ: etenim multis nobis opus eſt viaticulis: vt ſufficientia æternę vitę accipiẽtes viaticula, videamus dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum. Hęc Chryſo.

D

E

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, qui hora diei veſpertina à Ioſeph de cruce deponi, & inter brachia eius recipi voluiſti: à matre quoq; tua mœſtiſſima, & alijs amicis tuis plãctus fuiſti: fac me quęſo Ioſeph creſcentẽ in virtutibus quotidie: & da vt peccata propter quę crucifixus es, & iterũ quaſi in cruce ligaris, plangendo & deponẽdo merear te de cruce deponere: teq; quaſi faſciculũ myrrhæ inter brachia amoris recipere: vbi digneris dilecte mi ſemper cõmorari, & me à laqueis diaboli cuſtodire, ne vnquam vel hîc, vel in futuro valeam à te ſeparari. Amen.

De ſecundo completorio. Caput lxvi.

Hora completorij cogitabis doloroſus & triſtis, qualiter tardante hora rogat Ioannes dominã, vt permittat aptari & ſepeliri corpus domini noſtri, antequã intret ſabbatum, in quo non licet talia operari: & eo ꝙ propter nimiã moram poſſent à Iudæis pati calumniã. Tandẽ domina tanquã grata & diſcreta, & cogitãs ꝙ ipſi Ioanni eſſet per filiũ cõmiſſa, amplius cõtendere noluit: ac ſignans & benedicẽs corpus, vt volebant aptari permiſit: tunc vnxerunt corpus: [& inuoluerũt in ſindone mũda,] quã Ioſeph emerat, [& ligauerunt illud lintheis:] etiã alijs, ſcilicet ſudario quod capiti adhibebatur: & inſtitis ſeu faſcijs quibus totum corpus alligabatur: quæ omnia etiã de lino erant, [& (vt creditur) Nicodemus attulerat, ac etiã [cum aromatibus, ſicut mos Iudæis eſt ſepelire:] ſcilicet perſonas venerabiles: hoc enim acceperũt à patribus ſuis & ſenioribus. Domina tamen ſemper tenebat caput ipſius in gremio ſuo, quod ſibi reſeruauit aptandũ: & Magdalena pedes, apud quos miſericordiam eſt cõſecuta: tandem verò Magdalena pedes lachrymis rigatos deuotè abſtergit, amplexatur, oſculatur, & inuoluit: & aptat fideliter, quàm melius

Matt. 27. Marc. 15. Lucæ 23. & Ioan. 9.

F

Inungitur & inuolui tur corpus Ieſu.

X

melius nouit. Sic ergo aptato reliquo corpore, reſpiciunt ad dominā: vt ipſa cōpleat, & omnes planctum reincipiūt. Omnes eū ſic amariſsimè flebāt, vt vix quiſquā eorum loqui poſſet. Videbāt matrē omni ſolatio deſtitutā: & ſuper illā dabant potius planctū, quàm ſuper extinctū dominum ſuū. Recipe etiā & tu planctū, ſi fortè dimiſeras eū. Tunc domina videns ꝙ amplius differre nō poſsit: ponit vultū ſuper faciē filij: & ex inundantia lachrymarum, multò magis lauit faciē, quàm Magdalena pedes: abſtergit autē & deoſculans os eius, in quodam ſudario ipſum inuoluit, & diligēter aptat: & iterū benedicit eum, & ſignat. Et tunc omnes adorantes flexis genibus, & pedes eius oſculātes, accipiunt & portant eum ad monumentū, quod à mōte Caluariæ diſtat paſsibus quinquaginta: domina tenebat caput, & Magdalena pedes: reliqui verò erāt in medio. Vnde Anſel. Sequere & tu pretioſiſsimum cœli terræq; theſaurū: & porta vel pedes, vel manus, brachiaq; ſuſtēta: terræ defluentes minutatim pretioſiſsimi ſanguinis guttas curioſius collige: & puluerem pedū eius linge. Dolorē quem Maria in exequijs filij ſui tolerauit: olim Dauid in exequijs Abner præfigurauit. Abner à Ioab fraudulēter interfectus erat: cuius interfectionē rex Dauid, feretrum ſequēs, deflebat. Dauid nō ſolū ipſe ſuper exequias eius plorabat, ſed etiā alios ad plorandū incitabat: ita beata virgo & alij deuoti exequias Chriſti deplanxerūt, & corda ſua intima cōpaſsione ſciderunt. [Erat aūt prope locū crucifixionis hortus, & in horto monumentū nouū] ipſius Ioſeph ſumptuosè factū: & in petra exciſum, id eſt in vno lapide, ſecūdum quantitatē hominis cōcauatū: [in quo nondū quiſquam poſitus fuerat: in quo, quia iuxta erat, propter paraſceuen Iudæorū ſepelierunt eū:] reuerēter & deuotè, flexis genibus, magnis ſingultibus, & ſuſpirijs validis: & ſic dominū vitæ, dederunt ſepulturæ mortis. Sepelierunt eū in loco propinquo: quia nō poterant lōgè portare, propter ſolennitatē ſabbati imminentē. Vnde Chryſo. Quia verò breuitate tēporis vrgebātur, & veſpera imminebat: ideo ponunt eū in proximū monumentū. Et Augu. Acceleratā vult intelligi ſepulturā, ne aduesperaſceret: quādo iam propter paraſceuen facere cere aliquid tale nō licebat. Tunc (vt ait Augu.) illius exequias angelorū millia milliū decantabant: qui omnes cōuenerant ad ſepulchrū domini ſui. Illi cantabāt laudes, ſed Maria dabat gemitus & ſuſpiria cordis. Diſp. ſatinè aūt in nouo ponitur monumento, vbi nullus poſitus erat: vt, ſecūdum Ambr. & Chry. nō alius qui cū eo iaceret ſurrexiſſe à perfidis diceretur. vel ſecundū Aug. Sicut in Mariæ virginis vtero nemo ante illū, nemo poſt illum cōceptus eſt: ita in hoc monumēto nemo ante illum, nemo poſt illū ſepultus eſt. Et ſecundū Hiero. In monumento exciſo in petra cōditus eſt: ne ſi ex multis lapidibus fuiſſet ædificatū, ſuffoſsis tumuli fundamētis, ablatus furtò diceretur. Et ſecundū Aug. Si etiā ſepulchrum fuiſſet in terra, dicere poterant: ſuffoderunt terrā, & furati ſunt eū: ꝙ aūt in alieno ſepulchro ponitur, paupertatem eius teſtatur. vnde Theoph. Attende etiā abundantiā pro nobis ſuſceptæ paupertatis. Namq; domū in vita non habuit, poſt mortē quoq; in alieno ſepulchro recōditur: & nudus exiſtēs, à Ioſeph operitur. Vnde & Anſelm. Pauper ita fuit Chriſtus vt nō in ſua, ſed in aliena domo naſceretur: & viuēs in hoc mūdo, non haberet vbi caput ſuū reclinaret: nec moriēs, vnde nuditatem ſuā tegeret: nec mortuus, vnde inuolueretur nec ſepulchrū aut locū, vbi corpus ſuum poneretur. Ideo etiā ſecundū Ambr. & Aug. Saluator in aliena ſepultura ponitur, qui pro aliena moriebatur ſalute. Vt quid illi propria ſepultura, qui in ſe mortē propriā non habebat? Itē ſecundū Ambr. ad oſtendendū ꝙ nō debuit detineri à morte. Nō enim ille ſepulchrū mortis deſiderabat, qui de morte triumphum quærebat. ſecūdum Hiero. aūt & Bedam, ex ſimplici ſepultura dñi, ambitio diuitū condemnatur: qui nec mortui & in tumulis poſſunt carere diuitijs. Sed (vt ait Aug.) Pōpa funeris: agmina exequiarū, ſumptuoſa diligentia ſepulturæ monumentorum opulenta cōſtructio: viuorū ſunt qualiacunque ſolatia, non adiutoria mortuorū. Hæc Auguſt. Non fuit in ſepultura domini aurū, non gēma, non ſericū: ſed lintheamen purū & nitidū. Sindon enim pānus, ſeu tela de lino eſt: de quo etiā erāt inſtitæ, quib⁹ corpus eſt alligatū: & ſimiliter capitis ſudariū. vnde ſcđm Hiero. poſſumus intelligere ꝙ corpus domini: nō auro, non gēmis, non ſerico: ſed lintheamine puro obuoluēdum ſit. Vnde etiā quia in ſimplici ſindone inuolutū eſt corpus Ieſu: ideo Syl ueſter papa inſtituit, vt ſacrificium altaris non in panno ſerico, vel tincto, vel auro texto: ſed puro lintheo terreno, & ſindone munda conſecretur & celebretur. Secundum Petrum cantorem, ex eo ꝙ dicitur, In ſindone munda, & in monumento nouo: colligi poteſt pallas altaris, dalmaticas, caſulas, albas, ſicut nec ſindonem fieri de vetere de aliqua veſte prius in cōmunes vſus aſſumpta: propter reuerentiā tanti ſacramēti: ſed ex noua, prius nō induta quæ dño conſecrata, nō debet ad cōmunes vſus aſſumi. Sed nónne corpus Chriſti ponit ſæpe in aureis ſcyphis? Ita, ſed mediātibus pixidib⁹ nouis. Hæc Petrus. Sepulto aūt dño mater eius omni corde amplexabatur ſepulchrū, & qua poterat voce benedicebat filiū ſuū. Ad ſepulchrū ſedens innixa illi manus extēdebat: & deſuper illud exoſculās, amaro nimis dñm ſingultu deplorabat. Acceſsit Ioannes, & lugēs ipſe multū leuauit eā lugentem: & exeuntes omnes de monumēto, [poſuerūt lapidē,] quaſi pro clauſura [ad oſtiū monumēti,] ne ipſe locus beſtijs eſſet peruius, ſcilicet magnū, qui nō poſſet de facili & ſine multorū auxilio amoueri: ne aliquis veniēs poſſet rapere Chriſti corpus: quia per illud oſtium erat ad ſepulchrum ingreſſus. In quo patet virtus reſurgentis, quem non potuit retinere magnus lapis: & tollitur omnis in reſurrectione eius ſuſpitio, quia nec ab aliquo fieri potuit violentia, aut furtum, aut fictio. Vnde Auguſtinus. Si fuiſſet lapis paruulus ſuppoſitus: dicere poterant, dormientibus nobis tulerunt eum. Et Hieronymus. Saxum enim magnum appoſitum, oſtendit non abſque auxilio plurimorum ſepulchrum potuiſſe reſerari. Myſticè in actibus Ioſeph & Nicodemi ſignatur

Marginalia (left page): G — H — Dolor Mariæ in exequijs Chriſti. — 2.Reg.3. — Monumētum domini. — I — Exequiæ domini. — Monumētum cur nouum. — Cur ſolidum. — Cur alienum. — Paupertas domini. — K — Pompæ funebres. — L — Sindon. — Ornamenta altaris ſint noua. — M — Lapidis ſaxi per ſepulchrum poſitio.



A ſignātur plura requiſita in nobis, ſi Chriſtus in corde noſtro debeat ſepeliri. Nam debet cōmunicans eſſe inuolutus lintheaminibus: per mūdā affectionē & conſcientiæ puritatē. In ſindone enim munda Ieſum inuoluit, qui eum pura mente & puro corpore ſuſcipit: decet namq; non ſolū pura anima, ſed & corpore puro corpus Chriſti ſuſcipere. Inuoluere autem oportet: quia myſteriū eius clauſum & occultū eſt. Debet etiam vnctus eſſe aromatibus, per feruentem deuotionē. Cum mirrha enim & aloë Ieſum inuoluit, qui crucifixū in corde cum amaritudine pœnitētiæ & cōpaſsionis recōdit. In nouitate vero monumēti deſignatur, ꝙ cor debet eſſe per gratiam & puritatem innouatū, & ab omni vetuſtate peccati purgatū, priuſquā ad corpus Chriſti accedat: in quo corde etiam ponit eum, quando de ipſo iugiter cogitat: quia monumentū dicitur, quaſi monens mentē. Sumpturus igitur euchariſtiā, videat vt cor ſuum ſit quaſi monumentū nouum, in quo locetur: & quaſi hortus in quo delectetur, ne in monumento ſuo alius poſitus ſit, vel circa hoc quicquam inutile excreuerit: quod erit, ſi bene per B pœnitentiā mundatum fuerit & innouatum: alioquin non poterit in eo dignè ſepelire Chriſtū. Per monumentū autem lapideū, in petra exciſum, deſignatur cordis ſtabilitas: quia debet in bono propoſito eſſe firmū: & fidei ſoliditas, in qua apud eccleſiā ſepultus eſt Chriſtus: hoc eſt fides Chriſti, ſupra quā petram ædificata eſt eccleſia. Sed pro cuſtodia omniū prædictorū, debet adhiberi longanimitas perſeuerātiæ: vt mens corpus Chriſti recipiens in prædictis conditionibus intēdat finaliter perſeuerare: & hoc deſignatur per ſaxum oſtio monumenti aduolutum. Ille etiam ſepulto Chriſto in corde ſuo aduoluit pro clauſura lapidem magnū ad oſtium: qui ſe claudit ne poſsit ingredi peccatum: & ponit diligens obſtaculū contra peccati recidiuū, ne Chriſtus eum deſerat & relinquat, donec ipſum à mortuis reſurgere faciat. Vnde Ambro. Cui pulcherrimè lapis amotus eſt, ne pateret: quicunq; enim in ſe humauerit Chriſtum, diligenter cuſtodiat ne eum C perdat, ne perfidiæ ſit ingreſſus. Vñ & Hilarius. Et quia nihil præter eū oporteat in pectora noſtra penetrare, lapis oſtio aduoluitur: vt nihil abſq; eo inferatur. Voluit autem Chriſtus in monumento iuſti, ſcilicet Ioſeph, ſepeliri, ad oſtendendū ꝙ non requieſcit niſi in corde iuſti: & ꝙ non amplius peccatorum cōſortio volebat: quia amplius pro ipſis non moriturus erat. Vnde Ambro. Myſticè autē iuſtus Chriſti corpus ſepelit (talis enim eſt Chriſti ſepultura) qui fraudem iniquitatemq; nō habeat. Iuſtus autē corpus Chriſti operit ſindone veſti: & tu domini corpus gloria ſua, vt & ipſe ſis iuſtus. Bene autem in monumento conditur iuſti: vt iuſtitiæ habitatione requieſcat. Hæc Ambroſius. De monumento domini fertur, quòd domus ſeu ſpelunca fuerit rotunda, de ſubiacente rupe exciſa: erat enim lapis ſeu rupes grādis in horto: in cuius latere erat monumentum exciſum ſeu ſpelūca, habens octo pedes longitudinis: & totidem latitudinis: & tantæ altitudinis, vt homo intrò conſiſtens, & in eius pauimēto rectus ſtans, vix poſſet manu extenſa culmen attingere: introitū patulum habens ab Oriente: cui lapis ille magnus aduolutus atq; appoſitus erat ꝓ oſtio. In cui⁹ monumēti parte Aquilonari ſepulchrū dñi, hoc eſt locus dñici corporis de eadē petra eſt exciſus, ſeptē pedes & mediū habens lōgitudinis, & à cætero pauimēto altius eminens: tres palmos & mediū habēs altitudinis: eiuſdēq; exiſtens latitudinis, cuius eſt altitudinis. Qui videlicet locus nō deſuꝑ, ſed à latere Meridiano per totū eſt patulus. vñ inferebatur corpus, vt eſſet quaſi ſarcophagus ſuperpoſitus fundamēto, & inclinatus ſuꝑ latus, apertura habēs à latere, & nō ſuperius. Color autē eiuſdē monumēti ac loculi, rubicūdo & albo dicitur eſſe permixtus. Monumentū ergo erat ad modū domūculæ factū: intra quod erat ſepulchrū Chriſti poſitū. Sic enim ſepulchra Iudæorū antiquitus, & maximè magnarū perſonarū ſolebāt fieri: vt eorū filij poſſent ibi etiā ſepeliri. Propter hoc dicitur frequēter de regibus Iuda: Sepultus eſt in ſepulchro Dauid &c. Eſt aūt ibi in eodē loco, ob reuerētiam dñici ſepulchri, artificioſo opere, forma rotūda, vno tantū foramine ſuperius aperto dñicæ reſurrectionis eccleſia maxima cōſtructa, continens mōte Caluariæ ac locū ſepulchri: & multa loca ſacra, in qua ſepulchrū dñi eſt intra quādam cellam rotundā pulchris lapidibus conſtructā. Hæc ſiquidem eccleſia dñici ſepulchri eſt patriarchalis, & habebat canonicos regulares, & priorē, ſcđm habitū & regulā ſancti Auguſtini viuētes, quibus loco abbatis patriarcha præerat, cui ſoli obedientiā promittebant. Hæc eccleſia inter ſancta & venerabilia loca, non immeritò obtinet principatū, in cuius loco tam magna & mira, per dñm ſunt facta & oſtenſa. [Et dies erat paraſceues,] id eſt, præparationis. ſ. ſexta feria, in qua præparātur illa quæ in ſabbato comedi debebāt: [& ſabbatū illuceſcebat] ꝗa veſpera ad ſabbatū pertinēs inſtabat, à qua ſolēnitas ſabbati incipiebat. Vbi ſciendū ꝙ ſicut homo ſexta feria creatus eſt, & peccauit: ſic Chriſtus ſexta feria pro homine mortuus eſt, & ſatisfecit. Vnde & dixit, cōſummatū eſt: opus. ſ. recreationis, ſicut eadē die cōſummatū fuit opus creationis: & ſicut ſabbato requieuit ab omni opere ſuo, ſic ſabbato quieuit in ſepulchro: in ſignū ꝙ in hac ſexta ætate pro eo operari, & pati debemus, vt in ſeptima cum ipſo quieſcamus: donec in octaua, veniēte gloria reſurrectionis, cū ipſo ſimul gaudio perfruamur. Vnde Beda, Paraſceue Græcè, Latinè præparatio interpretatur: quo nomine Iudæi, qui inter Græcos cōuerſabātur, ſextā ſabbati, quæ nūc à nobis ſexta feria vocatur appellabāt: eo ꝙ in illo ab opere ſuo requieuit deus. Vñ & hāc ſabbatū, id eſt, requiē vocari præcepit, rectè dñs eadē die ſexta crucifixus, humanæ reparationis impleuit arcanū: ſabbato aūt in ſepulchro requieſcēs, reſurrectiōis, quæ octaua die ventura erat, expectabat euentū. Vnde noſtræ ſimul deuotionis, ac beatæ retributionis prælucet exēplū: quos in hac quidē ſexta mundi ætate pro dño pati, & velut mundo crucifigi neceſſe eſt: in ſeptima verò ætate, id eſt, cùm leti quis debitū ſoluit, corpora quidē in tumulis, animas aūt ſecreta in pace cū dño manere, & poſt bona oportet opera quieſcere: dominec octaua

Marginalia (right page): Myſtica ſepultura Chriſti in corde noſtro. — Euchariſtiam ſumpturo videnda. — Cordis clauſura. — Cur in monumēto iuſti ſepult⁹. — Sepulchri forma. — D — Sepulchri color. — Eccleſia ſepulchri. — E — Sextæ feriæ myſterium. — F — Paraſceue.

nec octaua tandẽ veniente ætate, etiã corpora ipſa
G reſurrectione glorificata,cum animabus ſimul in-
corruptionem ætern æ hæreditatis accipiant. vnde
Veſpera ſabbati nõ lecta. pulchrè ſeptima dies in Geneſi veſperã habuiſſe nõ
legitur:q̃a requies animarũ,quę in illo ſeculo nunc
eſt,non conſumenda mœrore: ſed pleniori gaudio
futuræ eſt reſurrectionis ad augẽda. Hęc Beda. Vbi
Oratio eccleſiæ in paraſceue. etiã nota, ꝙ inter cætera myſteria, quæ hodie ec-
cleſia facit,hoc vnũ eſt:quia hodie pro omnibus o-
rat. Cuius ratio eſt: quia Chriſtus fuit hodie valde
pius,in parcendo:qñ dixit,Pater dimitte illis:quia
neſciũt quid faciũt. Fuit valde liberalis,in largiẽdo:
quia ad modicã petitionẽ dedit latroni regnũ cœlo
rum. Fuit valde largus,in redimẽdo:quia non gut-
tam,ſed totũ ſanguinẽ pro noſtra redemptione de-
Pſal. 129. dit. Vnde in pſal. Quia apud dñm miſericordia: &
copioſa apud eum redemptio. Ideo eccleſia,ad ſimi
litudinẽ Chriſti,eſt hodie multũ liberalis in orãdo,
Eccleſiarũ & altariũ viſitandorũ cauſæ. &multum pia in parcendo. Hodie etiã fideles eccle
ſias omnes,& altaria viſitare cõſueuerunt:cuius tri
plex ratio eſt: Prima eſt,ꝙ illa viſitatio repræſen-
tat viſitationẽ apoſtolorũ &ſanctarum mulierum,
H quæ crebrò viſitabant ſepulchrũ. Secunda eſt, quia
Chriſtus hodie omnes ſanctos,qui fuerunt à princi
pio mundi vſq; nunc,præſentialiter viſitauit: dum
ad limbũ deſcendit. Tertia ratio eſt,quia ſancti ho
die debent valde liberales eſſe: fuerunt enim hodie
de carcere liberati, & in cœleſte regnũ ſublimati.
Si quis enim de carcere liberaretur, & in imperiũ
ſublimaretur,illã diem vtiq; multũ diligeret: & in
illa die multũ liberalis eſſet. Meritò igitur hodie fi-
deles ſanctos viſitãt:vt ab ipſis de carcere liberatis,
& in imperiũ ſublimatis,beneficia valeãt obtinere.
Mulierũ circa ſepulturam deuotio. [Mulieres autẽ,] quæ erant Chriſto deuotæ funus
[ſubſecutę]quomodo & in quo loco corpus dñi po
neretur,diligenter curauerunt reſpicere & notare:
vt poſtea ei tempore cõgruo munus ſuę deuotionis
poſſent offerre,& officiũ futuri impendere: ac cor
pus eius inungere. Per hoc ſignificatur:quia animę
deuotæ debent myſteriũ paſsionis Chriſti ſolicitè
I conſiderare:& eam pro poſſe imitari. Vnde Beda.
Sed & hactenus ſanctæ mulieres die paraſceues,id
eſt,præparationis,idem faciunt:cùm animæ humi
les,& quò maiores ſibi conſcientiæ fragilitatis, eo
maiori ſaluatoris amore feruẽtes,paſsionis eius ve
ſtigijs in hoc ſeculo, quo requies eſt præparãda fu-
tura,diligenter obſequuntur:& ſi fortè valeãt imi-
tari,pia curioſitate quo ordine ſit eadem paſsio cõ-
pleta,perpẽdunt. Quæ lecta,audita,recordata,mox
ad parandũ opera virtutũ,quibus Chriſtus delecte-
tur ſe conuertunt:vt finita præſentis vitæ paraſce-
ue,in requie beata expectent tẽpore reſurrectionis
occurrere Chriſto cum aromatibus ſpiritualium
Mariæ & cæterarũ cõſtantia. actionum. Hæc Beda. Ioſeph autem & Nicodemus
inclinantes domino,& adorantes ſepulchrũ receſſe
runt:Maria verò & alij,qui arctius amabant,remã
ſerunt[ſedentes contra ſepulchrũ,] & lamentantes
dñm,& expectantes eius promiſſum. In quo oſten
ditur earum conſtantia, & feruor dilectionis erga
dominum:quia recedentibus diſcipulis,ac alijs no-
tis,adhuc remanebãt circa ſepulchrum. Vnde Hie-
rony. Cæteris relinquentibus dominũ,mulieres in
officio perſeuerant: expectantes quod promiſerat
Ieſus:& ideo meruerunt primò videre reſurgentẽ: K
quia perſeuerauerunt vſq; in finem. Vnde & Raba
nus: Alijs notis Ieſu ad ſua redeuntibus,ſolæ mulie
res,quæ ardentius amabant,obſequium funeris in-
ſpiciebant: expectantes quod promiſerat: & ideo
poſt reſurrectionem primò Chriſtum vident bea-
tæ mulieres quæ miniſtrauerunt viuenti, aſtiterũt
morienti, obſecutæ ſunt ſepulto: & ſic congauiſæ
ſunt reſurgenti. Vnde & Chryſoſt. Vidiſti mulie-
rum fortitudinem,vidiſti dilectionem, vidiſti ma-
gnanimitatem quę vſq; ad mortem fuit. Imitemur
has mulieres nos viri:neq; derelinquamus in tenta
tionibus Ieſum. Hæc Chry. Per deuotionem quip-
pe harum mulierum oſtenditur,quia deuotæ perſo
næ mundo mortuæ,debent cum Chriſto per com-
paſsionẽ ſepeliri:vt mereãtur reſurrectiõis eius par
ticipes fieri. Laua ergo & tu lachrymis corpus eius
ſacratiſsimo ſanguine aſperſum:& vnge ipſum vn-
guentis ſanctæ orationis: & porta brachijs charita
tiuæ & humilis operationis: & ſepeli cum aroma-
tibus bonæ cõuerſationis: ac bonis doctrinis & ex-
emplis:cum multis gemitibus ac planctibus & la- L
mentis,& cooperi ſub amoris & deuotionis paui-
mento cõſcientiæ tuæ in ſindone & caſtitate men
tis:ac ſudario & labore pœnitentiæ, & ſedebis ibi
iuxta eum ad monumentum, donec videas ipſum
à mortuis reſurgentem. Quæſo ne mortuum pro
te dilectũ reijcias: ſed totis deſiderijs in ſepulchro
cordis recipias: ſtringas candidiſsimis cogitatio-
num & puriſsimis affectionum lintheaminibus,
roſeas ſpecioliſsimas,amoroſiſsimas eius plagas:do
nec te ducat in reſurrectionis ſuæ lætitiam mirabi
libus dotibus decoratam, & in aſcenſionis ſuæ ex-
cellentiam ſuper omnes cœli ordines eleuatam. Et Sepultura lamentabilis.
nota quòd licèt in hac ſepultura Chriſtus nihil paſ
ſus fuerit,quia mortuus: tamẽ hoc factum eſt in ſe
miſerabile fuit & lamentabile: propter rationes &
cauſas ſuprà circa depoſitionem domini de cruce
tactas. Ex iſto articulo ſepulturæ trahuntur plura Documenta.
documenta. Primum eſt(ſecundum Theophilum)
quòd nos ſimus imitatores Ioſeph, in hoc ꝙ quan- M
do corpus Chriſti ſuſceptum fuerit à nobis, & in-
uolutũ:tunc debemus ipſum ponere in monumen-
to nouo exciſo in petra: id eſt, in mente noſtra dei
imagine inſignita: renouata & firmata in Chriſto,
qui eſt petra. Vt dicat illud Canticorum, Tenui Canti. 3.
eum,nec dimittam. Secundum eſt,quòd ſicut domi
nus paſſus,mortuus,& ſepultus,lamentatus fuit:ſic
& nos lamentari eum debemus,per compaſsionem
& veram compunctionem. Tertium eſt, quòd ſi-
cut Chriſtus ſepultus cuſtoditus fuit:ſic & nos eum
in mente noſtra ſepultum firmiter cuſtodire debe-
mus:ne latrunculi,id eſt,dæmones ſepulchrum cor
dis noſtri ſubintrẽt,& furentur nobis Ieſum. Quar
tum eſt,quòd & nos qui ſpiritualiter mortui ſumus
peccatis,conſepeliamur etiam cum Chriſto: ita vt
abſcondamur & quieſcamus à peccatis:ſic quòd ve
tus homo in nobis amplius nõ reſurgat. Vnde Apo
ſtolus,Conſepulti, inquit, ſumus cum Chriſto per Roma. 6.
baptiſmum in mortem:vbi Glo. Chriſtus in perſo-
na veteris hominis habebat membra confixa in
cruce,ne



cruce, ne ad priores actus mouerentur, à quibus
A etiam mortuus & ſepultus quieuit humanis ſubtra
ctus aſpectibus:per hoc exigens à nobis vt membra
noſtra cõtinentiæ & iuſtitiæ clauis confixa habea-
mus:ne ad priora mala redeamus: à quibus etiã ita
perfectè quieſcamus,vt nec eorum viſio,nec memo
ria habeatur. Et ſic veteri homine in nobis crucifi-
xo,mortuo,& ſepulto:ad bona reſurgentes, in no-
Cõformatio. uitate vitæ abluemus. hæc in glo. Ad conformandũ
ſe huic articulo,imaginetur homo,quaſi cor ſuum
ſit Chriſti ſepulchrum: & in ibi ipſum venerabili-
ter recondat: reconditum lamentabiliter defleat
& diligenter cuſtodiat:ne ipſum amittat. Conſepe
liat ſe ipſum in eodẽ ſepulchro cum Ieſu:& rumi-
net ſenſum documentorum,vel aliâs ſicut deus mi
niſtrabit. Ieſu qui in monumento ſepeliri lamenta
ri,& cuſtodiri voluiſti: da mihi te in corde meo ſpi
ritualiter ſepelire,lamentari,& diligenter cuſtodi-
re: vt & ego tibi conſepultus tecum merear ad re-
ſurrectionis gloriã peruenire: & qui poſitus in ſe-
pulchro à viſu hominum es ſegregatus in pace dor
miens,abſconde interim me ſeruũ tuum in abſcon
B dito faciei tuæ,à conturbatione hominum:vt mun
do mortuus tibi viuens in te dormiam, & ſuauiter
Sepeliendi cum Chriſto forma. in te requieſcam. Hîc nunc videndum eſt,qualiter
debemus cum Chriſto ſepeliri. Sepulchrum autem
iſtud in quo debem⁹ ſepeliri,eſt ipſa religio,in qua
ipſe religioſus ſpiritualiter debet mundo mori &
ſepeliri. Aſsimilari autem debet religioſus mortuo
& ſepulto,quantum ad plura. Primò, quantum ad
ſenſum rerum:quia ſicut mortuus & ſepultus nihil
proprium habet: ſic & religioſus nihil proprium
habere,ſed omnia in cõmuni diuidere debet. Secũ-
dò,quantum ad ſenſum carnis & motũ: quia ſicut
mortuus priuatur ſenſu, nec ſenſibilibus gaudet:
ſic & religioſus debet eſſe mortuus quãtum ad de-
lectationes,quæ ad ſenſum carnis pertinẽt:& ſicut
mortuus,mouenti ſe non contradicit:ſic & religio-
ſus prælato,ſe regenti non debet cõtradicere:ſed in
omnibus obedire. Tertiò, quãtũ ad domiciliũ:quia
ſicut mortuus clauditur in ſepulchro:ſic & religio-
C ſus debet eſſe clauſus in clauſtro: & ſicut mortuus
de monumento non exit,niſi ad iuſsionem dei:ſcili
cet die iudicij: ſic nec religioſus debet exire clau-
ſtrum ſine iuſsione prælati: & ſicut mortuus non
murmurat quãdo transfertur de monumẽto in mo
numentũ,ſic nec religioſus debet murmorare quan
do trãsfertur de monaſterio ad monaſteriũ. Quar
tò,debet aſsimilari maximè morti Chriſti:in mor
te enĩ Chriſti anima fuit à carne ſeparata:tamẽ ani
ma & caro fuerunt diuinitati vnitæ:ſic in vero re-
ligioſo anima debet eſſe ſeparata à carne:vt ſcilicet
carni non conſentiat in aliquo carnali amore:ani-
ma tamen & caro deo debent eſſe vnitæ: anima,
per amorem:caro,per incorruptionem:vt poſsit di
Pſal. 12. cere cum propheta,Cor meum & caro mea exulta
Sepulturæ figuræ. uerunt in deum viuum. Sepulturam Chriſti olim
filij Iacob præfigurauerunt: qui fratrem ſuum Io-
Gene. 37. ſeph in ciſternam miſerunt. Hanc etiam Ionas præ
Ionę 2. & 3 figurauit: quem proiectum de naui in mare cetus
deuorauit. Ionas fuit per tres dies & noctes in ceto:
ita Chriſtus fuit vſq; ad triduum in monumento.
Nunc recogita qualiter dominus tuus ſeptem horis D
Memoria ſeptem horarũ dominicarum. prædictis pro te paſſus ſit,& auſculta eum quaſi te
moneret & diceret:Cùm primò nocte ſurrexeris,
ob reuerentiã illius amoris quo me vinctũ tradidi
in manus malorũ, & quo factus ſum obediens vſq;
ad mortem:diſponas in corde tuo obedire velle ad
omnia quæ tibi iniunguntur. Circa primã,ob reue
rentiã humilitatis qua coram indigno iudice velut
agnus manſuetus ſteti: ſubijcias te omni creaturæ
propter me,& ad quæq; vilia opera ſis paratus. Ad
tertiam,ob amorẽ quo ego contemptus,conſputus
& opprobrio ſaturatus fui: teipſum contẽnas & vi
lipendas, & opprobria ſuſtineas. Ad ſextã crucifi-
gas tibi mundũ,teq; mundo:cogitans qualiter ego
omniũ creator pro amore tuo crucifixus ſum: &
ideo omnia delectabilia mundi ſint tibi quaſi crux
amara. Ad nonã,moriaris mundo & omni creatu-
ræ.ſ. vt amara mors intantũ corde tuo dulceſcat,
vt omnis creatura deſipiat. Circa veſperam,qua de
cruce depoſit⁹ ſum,recolas in gaudio qualiter poſt
mortẽ & oẽs labores tuos fœlici requie pauſabis in
ſinu meo. Ad cõpletorium,memor ſis vnionis illius E
qua ſpiritus vnus mecũ effectus,meipſo in ſumma
experientia perfrueris: quæ vnio hîc in via incipit
per voluntatis meæ & tuæ concordiã in omnibus,
tam aduerſis quàm proſperis, & in futuro cõplebi-
tur per æternam gloriã in cœlis. Appropinquante Marię abductio à ſepulchro.
aũt nocte, dicit Ioannes dominę quòd eis expedit
recedere,quin non eſt cõueniens ibi morari, vel de
nocte ad ciuitatẽ redire. Tũc domina prout poteſt
ſurgit,& ad monumentũ genuflectit,& ipſum am-
plectitur ac benedicit. Nam cruciata gemitibus
fatigata doloribus,afflicta ploratibus,nequibat ſta-
re pedibus. Tamen ſicut poterat mulieribus ſanctis
adiuta,cunctis plorãtibus ſimul cum ea,cœpit rece
dere. Cùm aũt venerunt ad crucẽ,ibi ipſa genu fle- Crucẽ prima adorauit Maria.
xit,& crucẽ adorauit. Similiter & oẽs fecerunt. Co
gitare nanq; potes, ꝙ ipſa fuit prima quæ crucem
adorauit, ſicut & prima quæ filiũ natum adorauit.
Hæc autẽ ſancta crux poſt paſsionẽ & reſurrectio Crucis abſconſio.
nem domini per Iudęos,cum crucibus latronũ,ſub F
monte Caluarię profundè ſub terra abſcõdita fuit,
vbi ducentis annis & amplius vſq; ad tempora Cõ
ſtantini & Helenæ latuit:ſed Helena in lapide pluſ
quam viginti paſsibus fodiens,ipſas tres cruces in-
uenit,quibus ſublatis crucẽ domini ab alijs ſigno re Crucis abſconſæ locus.
ſurrectionis mortui probauit & diſcreuit. Ipſe au-
tem locus in quo crux inuenta eſt,diſtat à loco Cal
uarię decem pedibus verſus Orientem deſcẽdendo
vbi in eccleſia quæ continet montem Caluariæ,eſt
cripta profunda,inferior pauimento quadraginta
gradibus,vel circa:& ſunt ibi quatuor colũnæ,quæ
dicuntur mortẽ domini fleuiſſe. Deinde recedunt
verſus ciuitatem, & per viam ſæpe domina ſe ver-
tebat retrò,aſpiciens per compaſsionem. Intranti-
bus autem illis ciuitatem, multi videntes dominã
moti pietate ſuper illius dolore ad luctum conuer-
tebantur amarum, & concurrunt vndiq; bonæ ma
tronæ,& virgines ambulantes poſt ipſam, & aſſo-
ciantes eam per viam,& conſolantes, ac etiam la-
mentãtes eam. Sed & boni homines,per quos tranſ
ibat,compatiebantur eidem & mouebantur ad fle-

 tum. Vn-

tum. Vndique fit ploratus magnus & luctus. Nam

G dolor eius multos faciebat dolētes. Vix lachrymas continere poterāt, quicunq; eam plorantē videbāt. Fiebat luctus quocunq; tranſibat Maria: plorabat ipſa, plorabant oēs ambulantes cum ea, plorabāt & multi venientes obuiā ei. Sic vtiq; deducitur à plorantibus plorans, quouſq; peruentū eſt ad domū Ioannis. Cùm autem venerunt ad domum, tunc ipſa vertens ſe verſus dominas illas, inclinauit ſe agens gratias. Illæ verò inclinantes ſe eidē valedixerunt, & cum lachrymis receſſerunt. Intrauit ergo domina domum: ibi reſedit, ibi permanſit: & eam Ioannes in ſua cura & cuſtodia retinuit: ac ſuper propriam matrem omni corde amauit. Flebat & plangebat valde cum Ioanne, & Magdalena, & ſororibus ſuis. Soluebat dolori amaras lachrymas, filij ſui mortem nimis amaram in corde ſuo recolens: ac paſſionis loca, & cuncta quæ paſſus fuerat in animo voluens.

Conſolari monet Mariam.

Tandem Ioannes hortando quòd deſiſteret, conſolatus eſt eam, vt poterat. Tu quoq; experiaris vires tuas, ſi ſcires eam cōſolari: & confor-

H tare, quòd parum comederet, & alios comedere faceret: quia adhuc ieiuni ſunt, & refectione indigēt: ac eis parare, & miniſtrare coneris: & poſtea benedictione ab ea, & alijs ſingulis accepta recedere poteris. Hîc nota quòd hodie, ſcilicet die paraſceues, non conſecratur hoſtia: quia vera hoſtia hodie eſt oblata.

Sextæ feriæ inſignia.

In hac etiam ſexta feria, in qua paſſus eſt Chriſtus multa ſunt facta diuerſis annis & vicibus: de quibus ſunt iſti verſus:

Salue feſta dies: quæ vulnera noſtra coherces.
Angelus eſt miſſus: eſt paſſus & in cruce Chriſtus:
Eſt Adam factus: & eodem tempore lapſus.
Ob meritum decimæ, cadit Abel frater ab enſe.
Offert Melchiſedech: Iſaac ſupponitur aris.
Eſt decollatus Chriſti baptiſta Ioannes.
Eſt Petrus ereptus: Iacobus ſub Herode peremptus.

Iudeorum blaſphemia & peruerſitas.

Tędet iā audire, & recitare Iudęorū blaſphemias: [Altera enim die, quę eſt poſt paraſceuē,] iam inceptâ: ſcilicet cùm iam ſexta feria trāſiſſet, & ſero facto poſt ſolis occaſum ſabbatū iam intraſſet: [con-

I ueniunt iterum ſacerdotes & phariſæi ad Pilatum dicētes: Domine recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc viuens, poſt tres dies reſurgam.]

Proprij nominis expreſſio.

Quod dicunt illi ex inuidia eſt: quę etiam propriū nomen non patitur: & dicentes, ſeductor: hoc quod ipſimet erant domino impoſuēr. Non ſufficit ſeductoribus ſcelus mortis: niſi & poſt lacerent famam eius.

Seductio duplex. Hiere.xx.

Eſt autē ſeductio duplex: ſcilicet bona & mala. Prima, eſt ſeductio ſanctitatis: ſcilicet à falſitate in veritatē: de qua dicit Hiere. Seduxiſti me domine: & ſeductus ſum. Alia eſt ſeductio peruerſitatis: ſcilicet à veritate in falſitatē: & hanc imponunt Iudæi Chriſto. Vnde Hiero. Principes autē ſacerdotum, licèt immenſum facinus in nece domini perpetrauerint: tamen non ſufficit eis, niſi etiam poſt mortē eius conceptæ nequitiæ virus exerceant, famam eius lacerantes: & quem innocentē ſciebant,

Seductor bon' Chriſtus.

ſeductorē vocant. Sicut autē Caiphas ignorans antè prophetauerat, dicens: expedit vnum hominem mori pro populo, & non tota gens pereat: ſic & modò: ſeductor enim erat Chriſtus, non à veritate in errorem mittens: ſed à falſitate ad veritatem, à vitijs ad virtutes, à morte ad vitā ducēs. Hæc Hiero. K

[Iube ergo cuſtodiri ſepulchrū, ne diſcipuli furentur eum, & dicant alijs ꝙ ſurrexit à mortuis.] Stulti cuſtodiā petunt: quaſi in ſepulchro teneri valeat, qui vbiq; eſt, & omnia continet. Vbi Ambro. Quāta malitia ſacerdotū, qui non tantum magiſtro, ſed etiā diſcipulis detrahunt: [& erit nouiſſimus error peior priore.] Vbi Raba. In hoc autem ignoranter verū dicunt. Peior enim fuit contemptus pœnitentiæ in Iudæis, quàm error ignorātię. Peior erat infidelitas reſurrectionis, quā crudelitas paſſiōis. Confitētur ergo planè ꝙ prius fuit error in nece domini. Vbi & Chry. Vnde autem qualiter etiā nolentes concertāt ad demonſtrandā veritatē. Irrefragabilis enim demōſtratio reſurrectiornis facta eſt per ea quæ prætenderunt. Quia enim cuſtoditum eſt ſepulchrū: nulla fraus facta eſt. Si autem fraus facta non eſt: manifeſtè & irrefragabiliter dominus ſurrexit. Hæc Chry. Pilatus verò iam fatigatus dixit

Cuſtodia ſepulchri fidei conducit.

eis, [Habetis cuſtodiam:] id eſt, do vobis licentiā ponendi cuſtodes, & concedo ꝙ accipiatis milites ad cuſtodiendū eum ꝑ veſtra volūtate. [Ite & cuſtodite ſicut ſcitis: quaſi diceret: Si debet reſurgere, malè poteritis cuſtodire: quàm impius & fatuus erat Pilatus, qui ſicut Chriſtum permiſit occidi, ita & cuſtodiri eum morti adiudicauit, eis etiam cuſtodes dedit. Vadūt illi, & veniētes illuc primò corpus eius inſpiciūt, & eum qui autor vitæ clarueraт, in inferni clauſtris retentū ſe deprehendiſſe lætantes, ſepulchrū muniūt: milites armatos cuſtodes poſuēt: lapidē qui erat in oſtio monumēti, vnde acceſſus in ſepulchrū erat, ſigillo præſidis, ac etiam ſigillis ſuis ſignant: ne aliquis ſine ſcitu eorū ingredi poſſit, & diligēter omnia faciunt. L

Sigillorū ſignatio.

Et in hoc apparet malitia eorū: qa etiā in cuſtodibus nō cōfidūt: ſed inſuper ſigilla apponūt. Hoc aūt totum dñs voluit fieri, propter maiorem certitudinē reſurrectionis ſuæ: vt & ipſi quāuis nolentes, ſibi tñ teſtes ſint dñm reſurrexiſſe: & nullo modo ſic poſitū furari potuiſſe. Non eſt enim cōſiliū, nec ſapientia, nec fortitudo cōtra dominum. M

Sepulchri ſoliditas calumniā pellit.

Et rectè in tali loco ſuis ſepulturā ſuam elegit, vbi nulla poſſibilitas fodiēdi eſſet: quatenus omnem occaſionem calumniandi Iudæis auferret: ne fortè ſi in maceria circunclus eſſet, vel quolibet pariete: dicerent ipſi diſcipulos illius furatos eum fuiſſe. Vnde & Hiero. Non ſuffeceræt principi ſacerdotum, & ſcribis, & phariſæis crucifixiſſe dominum ſaluatorē: niſi ſepulchrum cuſtodirent, cohortem acciperent, & ſignarent lapidem: & (quantum in illis eſt) manum opponerent reſurgēti: vt diligentia eorum noſtræ fidei proficeret. Quantò enim diligētius ſeruatur: tātò magis reſurgētis virtus oſtēditur: Vnde & Chry. Et in duriſſimo lapide fuerat exciſum, & grandis lapis poſitus eſt ad oſtium, & cuſtodia ponitur militum in circuitu: vt quantò fortius ſeruatur ne furari poſſet: tantò magis virtus dei appareat cùm reſurrexerit. Si enim ſepulchrū fuiſſet in terra, dicere poterant. Suffoderunt terrā, & furati ſunt eum. Si fuiſſet lapis paruulus poſitus, dicere poterant. Paruulus lapis fuit, & dormientibus nobis tulerunt eum. Et iterum, Diligentia





gentia ſcribarum prodeſt fidei noſtræ. Seruate pha-

A riſæi, ſeruate: deus includi non poteſt, deus in ſepulchro teneri non poteſt: qui fecit cœlum & terram, cuius in pugillo terra eſt & cœlum, qui appendit mundū in tribus digitis. Qui ergo appendit mundum, vno ſepulchro nō poteſt cōtineri. vnde etiam

Hilarius.

Hilarius: Mœtus furandi corporis, & ſepulchri cuſtodia atq; obſignatio, ſtultitiæ atq; infidelitatis teſtimonium eſt: cùm prius præcepto domini conſpexiſſent de ſepulchro mortuū ſuſcitatum.

Pilati exiliū, mors, & patria: item Herodis.

Pilatus aūt prædictus, poſtmodū in multis apud Tiberium Cæſarē à Iudæis accuſatus: deportatus eſt in exilium Lugdunū, vnde erat oriundus. Herodes verò, qui conſenſit Pilato in nece domini: deportatus eſt in exilium Viennium, & mortuus eſt ibi.

## ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, qui hora completorij aromatibus vngi & condiri: ac ſindone & alijs lintheis inuolui, & ligari: matre quoq; tua & alijs amicis tuis lamentātibus ad ſepeliendum portari & ſepeliri voluiſti: da mihi, quæſo, vt te aromatibus vngam per feruentē deuotionem,

B & bonam conuerſationē: ſindone & lintheaminibus te inuoluā, per mūdam affectionē, & conſcientię puritatē: lamenter te lachrymis pœnitentię & compaſſionis, portemq; brachijs charitatiuę & humilis operationis: & ſepeliam te in corde meo, per iugem recordationē, & memoriam: vt & ego tibi conſepultus peruenire tecū merear ad reſurrectionis gloriam. Amen.

## Epilogus dominicæ paſſionis, & de laude crucis. Caput lxvii.

Conſidera nunc quę pro ſalute hominis omni tēpore, & ſpecialiter hodie paſſus eſt dominus: vt inde aduertas quantum ſibi debeat quilibet Chriſtianus: hæc enim quæ pro nobis paſſus eſt, ſuper omnia quæ operatus eſt, valde amabilem eum nobis reddunt: & nos ad eum amandū fortius aſtringunt. vnde Bernar. Valde omnino mihi

Amandi Chriſti rationes. C

amandus eſt, per quē ſum, viuo & ſapio. Pro his ergo ita ſum amans te quantū poſſum. Sed eſt quod me plus mouet, plus viget, plus accendit. Super omnia (inquam) reddit amabilē te mihi, bone Ieſu, calix quē bibiſti, opus noſtrę redēptiōis: hoc omnino amorē noſtrum facilè vendicat totū ſibi. Hoc, inquam, eſt quod noſtrā deuotionem & blandius allicit, & iuſtius exigit, & arctius ſtringit, & afficit vehementius. Multū quippe laborauit in eo ſaluator: nec in omni mundi fabrica tantū fatigationis autor aſſumpſit. Ille deniq; dixit & facta ſunt: mandauit & creata ſunt. At verò hic & in dictis ſuis ſuſtinuit contradictores: & in factis, obſeruatores: & in tormentis: illuſores, & in morte, exprobratores. Et iterū, Memento iam homo, etſi de nihilo te factum: nō tamen de nihilo te redemptū. Sex diebus

Salutis noſtræ operatio.

condidit omnia: & te inter omnia. At verò per totos triginta annos operatus eſt ſalutē tuam in medio terrę. O quantū laborauit ſuſtinens? hęc Bernardus.

Redēptionis beneficium maius eſt quàm creationis.

Vnde & Ambro. Plus itaque mihi contulit deus redimendo, quàm creando. Creando quippe me mihi dedit: redimendo aūt, & ſeipſum dedit, & me mihi reddidit. Itaq; ſi me totum illi debeo pro me facto: quid iam addā pro me refecto? Non eſt tam facilè ſum refectus, quàm factus. Siquidē de omni quod factū eſt: dixit & facta ſunt. In me aūt D reficiendo: & dixit multa, & geſſit mira, & pertulit dura, nec tantū dura: ſed etiā indigna. hæc Ambroſius. Non eſt aūt æſtimandum ꝙ paſſionis ſuę pœna in eius ſolū captione & traditione fuerit inchoata: ſed potius ab inſtanti ſuæ cōceptionis vſq; ad mortē eius durauit. Cùm enim mortem ſuam acerbiſſimam, quā pro ſalute noſtra pati voluit, firmiſſimè præſciret, & eā futuram infallibiliter cognoſceret: oportuit ꝙ in qualibet hora pro ea naturaliter doleret: pręſertim cùm cogitaret tantā mortis acerbitatē, & tantam doloris generalitatē: quæ per totū corpus & omnia mēbra corporis, & per omnes vires inferiores animæ diffundi debebat.

Paſſa à Chriſto plurima.

Multa verò de his omnibus paſſus eſt pro nobis, quę colligi poſſunt ex verbis Auguſtini, dicentis: Attende & intellige anima mea, tēpus beatiſſimæ paſſionis. Paſſus eſt Ieſus meus, amor meus, dulcedo mea, ſpes mea, beatitudo mea, cōſolatio mea: & E in omni tēpore, in toto corpore, & in omni ſuo opere.

Paſſus eſt Chriſtus in omni ætate.

In tēpore infantię anguſtias vteri, paupertatem, aſperitatē, & humilitatē præſepij, perſecutionem aduerſarij, fugā Aegypti. In tēpore adoleſcentiæ, in omni diſputationē, pręcipitationem. In tēpore iuuentutis, amariſſimā & turpiſſimam paſſionē.

Paſſus eſt Chriſt' in omni membro.

Paſſus eſt etiā in toto corpore: in oculis, effuſionē lachrymarum: in auribus, auditū contumeliarum & blaſphemiarū: in genis, moleſtiā alaparum: in naribus fœtorem ſputi: in ore, amaritudinē aceti & fellis: in manibus, vincula: & in pedibus afflictionē plagarum: in toto corpore flagellationē. Et in opere detraxerūt prædicationi, cōuerſationi, miraculorum operationi. Traditur & ligatur iuſtus & innocens ſicut agnus ad ſacrificium, & ſicut latro ad ſuſpendium: & tamen nō quærit vindictam, non oſtendit impatientiam, imò arguit Petrū amputantem auriculam, cùm poſſet obtinere à patre legionē angelicam duodenā.

Ligatus.

Ligatur ergo ſicut latro, accuſatur vt latro, condemnatur vt latro, expellitur vt latro, plectitur inter latrones, vt princeps latronū. Liga- F ris domine, vt ſoluas vincula peccatorū: vt diſſoluas colligationes impietatis, & faſciculos deprimētes.

Punctus.

Pungeris bone Ieſu ſpinis, clauis, & lancea: vt ſit in nobis recta intētio, diſcreta operatio, manifeſta dilectio.

Flagellatus.

Flagellaris, vt à me flagella tuę iracundiæ propulſares.

Vulneratus.

Vulneratus es domine Ieſu propter peccata noſtra, attritus propter ſcelera noſtra: vt plagæ tuæ noſtrorū vulnerum efficax medicina. Tempus etiā, dulcis Ieſu, tuā aggrauat paſſionem.

Paſſus toto tēpore.

Paſſus enim es tempore nocturno, diurno, frigido, æſtiuo. In matutinis caſtigatus, in mane accuſatus, in tertia acclamatus, in ſexta condēnatus, in nona cū clamore & lachrymis expiraſti. Plāge igitur & dole, & ſatage anima mea, & deducāt oculi tui lachrymas, & nō taceat pupilla oculi tui ſuper fratrem tuū decorum nimis, & amabilē ſuper amorē mulierū, qui veſtiuit te coccino, & prębuit tuo cultui ornamēta. Dolebis eīn ſi conſideras lachrymas mulierū, lachrymas piſcatoris, lachrymas inſenſibi

lium: ſi videas obtenebrationem ſolis, vt celaret
G membra domini patientis:terręmotū concuſsionē lapidum,reſurrectionē corporum, apertionē monumentorum,& velū diſſolutū:lachrymas patientis,& lachrymas genitricis. Dolet enim beata virgo mater de proditione & captiōe,de condēnatione,de crucifixiōe:potiſsimè in cōmendatiōe & depoſitione.

Locus aggrauat. Locus etiā tuam,bone Ieſu,aggrauat paſſionē. Paſſus eſt enim dn̄s Ieſus in pręſepio, in deſerto,in templo,in hoſpitio,in itinere, in horto,in atrio,in prætorio,in loco crucifixiōis. In pręſepio, indigentiā:in deſerto,pugnā:in tēplo,reſiſtentiam: in hoſpitio obſeruationē detentoriā:in itinere, fatigationem & moleſtiā:in horto, ſudorē ſanguinis: verbum & oſculū proditoris: vexationē corporis: comprehenſionē & ligationem cohortis. In atrio: interrogationē,alaparum afflictionē, trinam negationē,accuſationem:in faciē conſpuūt,colaphis cędunt,in faciē palmis percutiūt: inſultando & illudendo prophetā eum dicūt. In prętorio iniquitatē teſtium,& accuſationē infidelium:amariſsimū flaH gellum,iniquū iudicium, illuſionē perſequētium.

Peruerſio rerum. Et vide peruerſitatē nimiam, iniquitatē maximā. Iudicatur iudex,deridetur rex, cruciatur pōtifex. Vide iniquū iudicium,ex parte teſtiū:quia nō conueniūt.ex parte rei:quia accuſatur innocēs. Defecit etiā in iſto iudicio rectitudo animi: ſciebat eñ ꝙ per inuidiā tradidiſſent eū. Defuit etiā iuſta cauſa:q̄a non culpa propria,ſed aliena.iuſtus ordo: q̄a capitur & ligatur ante ſententiā. Admittit Pilatus accuſationē falſam:cōdemnat innocentē ad crucis ignominiā. Erubeſce Pilate iudex inique. Quomodo vinceris, ſuperaris, ſubuerteris, ſeduceris? qui prius eū eripere conabaris iure cōmuni,conſuetudine loci,flagello corporis. Erubeſcite infideles, perfidi Iudæi:qui magiſtrū veſtrum dn̄mveſtrum crucifigitis & percutitis. Plectitur in loco crucifixorio:patitur nāq; dei filius,amor ęternus, ſyncerus, dulcis & ſuauis:in mulierib⁹ plangētibus, in Iudęis infidelibus,in latrone blaſphemāte,in populo acclamante,in matre lachrymāte.

Mortis genus turpiſſimum. Attende etiā & intellige anima mea genus mortis ſuę. Illud eñ genus mortis fuit turpiſsimū,viliſsimum,amariſsimum,
I acerbiſsimū. Spoliatur eñ veſtibus,expellitur à ciuibus,cruciatur cū latronibus,illuditur à militibus. Illuditur in domo Herodis,in veſte candida:in domo principis colaphis,ſputis, & alapa: in pręторio iudicis,in veſte purpurea,in corona ſpinea,in ſalutatione,in genuflectione irriſoria,in cathedra crucis,in titulo,in conſortio, in multiplici opprobrio. Fuit etiā amariſsimum:ſi cōſideres cauſalitatē, generalitatē,diuturnitatem,& acerbitatē. Cauſa eñ nō eſt tua,ſed mea,dn̄e Ieſu:tu eñ ſolus fuiſti abſq; macula. Paſſus es generaliter. Vt videas igitur anima mea generalitatē hanc.

Lectus ſpōſi,crux. Vide lectū ſponſi: non eſt floridus,nō eſt aureus vel argēteus, ſed duriſsimus:neſcit eñ ſtramina,deeſt culcitra,lintheamina cooptoria,puluinaria. Vide titulū famoſum,tripliciter à Pilato cōſcriptum:conſidera cibū eius & potum:comitatū eius.i.mulierū & latronū: verba & verbera,vincula & flagella,coronā & lanceam: Paſſus eſt etiā in omnibus partibus corporis: vt miſericordia redemptoris,amoueret tranſgreſſus pręK uaricatoris. 

Acerbitas paſsionis. Acerbitatē etiam habet,bone Ieſu paſſio tua:& propter innocentiā ex parte tui: excęcationem & ingratitudinē, ex parte populi: & propter cōplexionem,ex parte corporis:cōpaſsionem, ex parte matris,& tui dilecti collegij:& quia pateris in partibus magis paſsibilibus& ſenſitiuis:quod accidit propter raritatē & teneritudinē carnium, multitudinē oſsium,& collectionē neruorum. Pateris igitur domine deus meus, dux meus, & notus meus:in latere,manibus,& pedibus: vt accelerares homini originalis, actualis, & venialis criminis medicinam. Dediſti etenim,domine Ieſu Chriſte, ſanguinē tuum in pretiū redemptionis, & in potū fidelibus inebriationis, in lauacrum coinquinationis,in antidotū curationis, in ſcutū pręſentis impugnationis. Fuit igitur,bone Ieſu,lectus tuus duriſſimus,cibus & potus amariſsimus,cruciatus ſingularis & acerbiſsimus:nec reuocat te,nec retrahit tenerrimus amor matris,aut timor turpiſsimę mortis:nō pudor ſpoliati corporis, nō dolor ſingularis, aut fallacia ſpōlionis,quia indutus es veſte nuptiali, inſtructus lege legali, armatus armatura ſpiri-
L tuali.

Salomoni cōparatur Chriſtus. Egredere igitur filia Sion,& vide gloriā Salomonis in equitatura:in ramis,in veſtibus & laudibus. Quomodo igitur emarcuit tam citò flos gloriæ tuæ,vmbra honoris tui:nimirū conuertunt honorem in opprobriū, dulcedinem in abſinthium. Portas etenim crucē in humeris, ſpoliaris veſtibus tuis,cruciaris flagellis,ſatiaris opprobrijs, de vrbe expelleris.

Virtutes Chriſti. Vide noſtri ſapientiā Salomonis,à parte tēporis:paſſus eſt etenim ſexta feria hora ſexta: vt hominē lapſum ſexta hora & die, per mortem ſuam repararet à parte medij: hoc enim opus noſtræ ſalutis ordo depopoſcerat. Vide & patientiā, ipſe etenim tanquā agnus,qui portatur ad victimā: & ſicut ouis ad occiſionē ductus eſt. Vide eius humilitatem:quia damnatur cū latronibus. Vide charitatem:quia indulget crucifigētibus. Vide & paupertatem:pauper enim fuit & in laborib⁹. Pauper tatem tuā oſtendit mihi,pauper Ieſu,mater tua,familia tua,domus tua:domus(inquam) pręſepij,cœnaculi, patibuli, & tumuli, in equitatura aſinæ & pulli. Vbi ſunt inſignia tua,rex regū, pr̄ceps paſto-
M rum? vbi eſt equitatura tua, veſtis purpurea, palatium,ſceptrū,ſolium,& diadema regni?vbi ſunt ornamenta tua,ſacerdos in æternum,& pontifex futurorum bonorū?vbi ſunt pretioſa,anulus & gemma,baculus & cappa ſerica,chirothecę & ſandalia? vbi ſunt arma bellica fortis armatę, & miles noue? Non defuit tibi in gloria alapa, veſtis alba, & purpurea:non defuit pugna: ſuperaſti latronem & mortem:ſpoliaſti infernum,omnia ſpoliantem: in funda vinculorū, in lapidibus quinque vulnerum, in baculo crucis. Vbi ſunt codices tui, magiſter optime? liber tuus:corpus tuum, ſcriptus intus & foris, ſcriptus ſpinis & clauis, illuminatus vnda ſanguinis, ligatus vinculis, ſignatus clauis.

Insignia regalia.

Mortis diuturnitas. Attende & huius mortis diuturnitatē, & præpoſitiones acerbitatum:& pone ſuper caput tuum, ſicut ſignaculum:inter vbera tua,ſicut faſciculum:ſicut antidotum,contra omnem morbum. Aſcende ſuper pal-



ſuper palmā crucis:per cōpaſsionem, meditationē,
A imitationē,vt apprehēdas dulciſsimos fructus eius.

Edulium animæ. Vade ergo ò anima ad montē mirrhæ: & cōſidera altitudinem paupertatis,latitudinē charitatis,longitudinem acerbitatis,amaritudinē & dolorē mortis:& affer ramum virentis oliuæ ad arcā tuę conſcientiæ. Accipe etiā columba mea granū frumēti: ſeminatum in incarnatione, in terra virginis glorioſæ:præciſum,in circuncíſione:excuſſum & flagellatum,in paſsione:candidū in mēte, rubicūdum in corpore,diuiſum in latere,multiplicatū in morte,reconditū in horreo in aſcenſione. Hoc ſit tuum edulium,pulmentum & viaticū. Si autem faſtidit appetitus,ſi laſſeſcat interior guſtus:adhibe agnum immaculatū, adiunge & piſcem aſſatū in craticula crucis. Reuera bone Ieſu agnus es,& propter medicinam tuā, patiētiam,& innocentiā atq; notitiam: agnoſcis quippè matrē tuā in patibulo,virginē virgini,euangeliſtā euangeliſtæ cōmendans. Si autem amplius deſideret guſtus tuus:ſi nō quieſcit appetitus:fac pulmentū de piſce aſſato,vt comedas. Piſcis
B aſſatus,Chriſtus paſſus eſt: nutritus in aquis tribulationis,apertus in latere,exquamatus in expoliatione,ſallitus in ſputorum multiplicatione, aſſatus in cruce. Huius felle piſcis inūge oculos tuos,vt videas ſi eſt dolor ſicut dolor eius.

Crucis laus. Arma oīa in Chriſti cruce. Si contingat plerunque ſtare in acie:accipe ſcutū militiæ,vexillū victorię, arcū glorię. Scutū hoc,quod miles cōtra hoſtes debet accipere: propter figurā,picturā, efficaciam & materiam,crux dn̄i arbor ſalutifera eſt. Huius ſcuti cornua,in manibus crucifixi. Tria enim cornua tua exuperāt pręlia. Cornu eñ paupertatis,ſuperat auaritię prēliū:cornu humilitatis,pugnā ſuperbię: ſed cornu aduerſitatis,laſciuiā voluptatis. Iſtud ſcutum fuit rubricatū & picturatū ſanguine veri agni. iſtud ſcutū fuit perforatum lancea,clauis,& ſpina. Si autē nondum bene vales reſiſtere:vide arcum,& benedic qui fecit illū. Iſte arcus habet chordam ex corpore,lignū ex cruce. Iſte arcus percuſsit latronem morte, & vulnerauit hoſtē ſerpentē antiquū. Sed ne inermis & imparatus appareas, præcedat
C vexillū regis,crux: oſtēdatur ſanguis Chriſti militibus,vt in prælīū acuātur,& nō formidabitur fortis ar.. atus. Si inſurgat flatus elationis,vētus tribulationis,naufragiū ſuggeſtionis:aſcēde in nauiculā ſanctæ crucis,bonis omnibus refertā,in dextero latere perforatā,ab hoſtibus violenter detractā,catena vinculorum ligatā: In hac inuenies filiū dormiētem,ventis imperantē, & omnino naufragiū propulſantem. Per hāc fugabis periculū,& appropin-

Crux aperit cœlū. Crux oīa confert indigenti. quabis ad portum optimū. Ipſa eñ crux ſancta,eſt lignum exiguum, per quod factū eſt iudiciū veritatis. Si ſit tibi clauſa ianua paradiſi:adhibe tibi baculum ſanctæ crucis: & pulſa, & aperietur tibi. Si autem oſtium clauſum eſt, & iam dormiunt pueri in cubiculi, & nō habes quod ponas ante amicum tuum:accede ad arcā ſanctæ crucis,vt inde tres panes accipias quos apponas hoſpiti recūbenti: panē humilitatis maximæ, panē patientiæ, panē charitatis affluentiſsimæ. Si non potes tibi theſaurū ſapientiæ aperire:adhibe clauē Dauid,quæ aperit,& nemo claudit. Si grauat longitudo itineris,& concidit vultus tuus, & deſperas de viribus:accipe virgam & baculū ſanctæ crucis,quo Iordanē tranſeas
D huius mūdi:& viaticum ligni vitæ, ne in via deficias aut torpeſcas. Si viator es in ſolitudine huius mundi,& ſerpētes igniti cōtra te morſum & mortem intentant:aſpice ſerpentē æneum,poſitū ſupra palū,ne antiqui ſerpentis virus inficiat aut irrepat. Si ſpiritus malus quēquam accipiat:arripiat citharam ſanctæ crucis,& refocillabitur,leuiuſq; habebit. Si inualuerit ægritudo,aut infirmitas ſpiritualis: adhibe tibi huius pretioſi ſanguinis medicinā. Si deſperas ex meritis, & videas tua opera nequaquam tibi ſufficere:de ſtatera crucis accipe decorū pretium animarū. Et accipe in ara crucis hoſtiam immaculatā,conſcientiā ab operibus mortuis emūdantem. Denique crux ſancta & benedicta eſt in Chriſti corpore dedicata,& ex mēbris eius tanquā margaritis ornata,decorata regis purpura:quę meruit Chriſti mēbra tangere:quæ ſola digna fuit regem cœlorum & dominum ſuſtinere. hęc Auguſt.

Andreæ oratio ad crucem. Vnde beatus Andreas,ductus ad crucem,& videns eam, prorupit in laudē crucis, & ſalutauit dicens: Salue crux, quæ in corpore Chriſti dedicata es, &
E ex mēbris eius tanquā margaritis ornata: antequā in te aſcenderet dominus timorē terrenū habuiſti, modò verò amorē cœleſtē obtines: pro voto ſuſciperis:ſecurus ergo & gaudens venio ad te: ita vt & tu exultans ſuſcipias me diſcipulū eius qui pepēdit in te:quia amator tuus ſemper fui, & deſideraui amplecti te. O bone crux,quę decorē & pulchritudinem de mēbris domini ſuſcepiſti, diu deſiderata, ſolicitudine amata, ſine intermiſsione quæſita, & iam concupiſcenti animo pręparata:accipe me ab hominibus, & redde me magiſtro meo, vt per te me recipiat,qui per te me redemit.

Chryſoſt. De laude etiā crucis ſic dicit Chryſo. Si noſſe deſideras (chariſſime) virtutē crucis,& quanta ſit, vt poſſum ad eius de laude laudē dicere: Audi. Crux nobis totius beatitudinis cauſa eſt. Hęc nos à cœcitate liberauit erroris. Hęc è tenebris reddidit luci. Hæc debellatos quieti ſociauit. Hæc alienatos deo coniunxit,& longè conſtitutos proximos præſentauit. Hęc peregrinos ci-
F ues oſtēdit. Hæc diſcordiæ amputatio eſt. Hęc pacis firmamentū. Hęc omniū bonorum operū largitio. Crux eſt clauis paradiſi, crux ſpes Chriſtianorum, crux reſurrectio mortuorū, crux cęcorū dux, crux errantium via, crux claudorū baculus, crux conſolatio pauperū, crux refrenatio diuitum, crux deſtructio ſuperborum, crux malè viuentium pœna, crux aduerſus dæmones victoria, crux deuictio diaboli, crux adoleſcentium, pædagogus, crux ſuſtentatio inopum, crux ſpes deſperatorū, crux nauigantium gubernator, crux periclitantium portus, crux obſeſſorū murus, crux pater orphanorū, crux defenſor viduarū, crux iuſtorū cōſiliarius, crux tribulatorum requies, crux paruulorum cuſtos, crux virorum caput, crux ſenū finis, crux lumē in tenebris ſedentium, crux regū magnificentia, crux ſcutum perpetuum, crux inſenſatorum ſapiētia, crux libertas ſeruorū, crux imperitorum philoſophia, crux Imperatorū lex, crux prophetarū pręconizatio, crux annuntiatio Apoſtolorū, crux martyrum

 gloriatio,

gloriatio;crux monachorum abſtinentia,crux vir-
G ginum caſtitas,crux gaudium ſacerdotũ, crux ec-
cleſiæ fundamentũ, crux orbis terræ tutela, crux
templorũ deſtructio,crux idolorum repulſio, crux
ſcandalũ Iudæorũ,crux perditio impiorũ,crux in-
ualidorum virtus,crux ęgrotantium medicus,crux
emũdatio leproſorum, crux paralyticorũ requies,
crux eſurientiũ panis,crux ſitientiũ fons,crux mũ
dorum protectio hæc Chryſoſt.vnde & Rabanus,

Rabanus, de laude crucis.

Quantos & quales,fructus lignũ ſanctę crucis ger
mine ſuo proferat:dignũ eſt commemorare. Cuius
fructus æternus eſt,& radix perpetua. Cuius odor
mundum replet,& ſapor fideles ſatiat. Cuius ſolem
ſplendor ſuperat,& candor niuẽ obfuſcat:cuius ca-
cumen polũ excedit:& cuius infimũ inferna pene-
trat. Cuius infirmitas humillima exaltat? Cuius po
tentia exaltata humiliat. Omnium enim virtutum
iucunditas per ipſum & in ipſo mundo collata eſt:
quia in ipſo rerum perfectio cõpleta eſt. In cruce
inſinuatur à morte redẽptio, demonſtratur ſancta
morũ conuerſatio,intimatur omniũ virtutũ perfe-
H ctio,promittitur ad ęternã vitam reſurrectio:ęter-
nę beatitudinis ſperatur adeptio,& veræ fœlicita-
tis acq̃ſitio. O verè bona,& verè ſancta crux Chri
ſti:quis te ritè totã enarrare põt:aut quis condignè
dignè laudare? Quæ cœleſtium archanorum pia es
reuelatrix. Quæ myſteriorum dei ſacra es conſer-
uatrix,quęq; ſacramentorum Chriſti idonea es di-
ſpenſatrix. In te angeli gaudia ſua accumulata cõ-
ſpiciunt, in te homines iura ſalutis ſuæ cognoſcũt,
in te inferi iuſtam retributionem fraudis ſuę reci-
piunt. Omnibus es æqua,omnibus bona, omnibus
iuſta:præterita renouas,præſentia illuſtras, futura
præmonſtras:perdita requiris,quæſita inuenis,in-
uenta cuſtodis:lapſa reſtituis, reſtituta gradu mu-
nis,munita in viam pacis dirigis. Tu quidẽ æterni
regis es victoria: & cœleſtis militiæ lætitia, terri-
genarumq; potẽtia:tu peccatorum es remiſsio,pie-
tatis exhibitio, & meritorum augmẽtatio. Tu in-
firmorum remediũ,laborãtium auxiliũ, & laſſorũ
refrigerium,tu inſanorũ incolumitas:quietorũ ſe-
I renitas,& fortunatorum fœlicitas. Tu cura ægro-
tos medicãs,tu gaudium mœſtos conſolans,tu ſani
tas dolentes lætificans,tu ſtatus credẽtium rectè,tu
firmitas operantiũ bene, tu beatitudo perſeueran-
tium ritè. Sancta,pia,bona,iuſta,benigna,rationa-
bilis,laudabilis,venerabilis,amabilis,fortis, ſuauis,
mitis,ſapiens,patiens,potẽs. Quicquid ergo corde
dignè de redẽptione noſtra põt cogitari:vel quicq̃d
ritè linqua loqui omnia ad laudẽ tuam decẽtiſsimè
poſſunt aptari. Quia quicquid in te laudatur,cruci
fixo in te Chriſto regi deputatur: & quicq̃d Chri-
ſto honoris datur,ad reuerentiã ſummi patris,cuius
ipſe vnigenitus filius eſt,refertur. Et iterũ: Grandis
conſolatio fidelium eſt ſpes ſanctæ crucis & mate-
riam tribuit laudis: quia bonitatem nos facit ſcire
creatoris. Crux Chriſti via eſt iuſtorũ, aſcenſus ad
cœlũ,rota de infimis ad ſuperiora nos trahens,dux
cœli,& ianua regni. Huius pars erecta, diuinũ: &
tranſuerſa,commẽdat amorẽ fraternũ. Cuius amo
ris integritatẽ Chriſtus nobis oſtẽdit,ac ſuo exẽplo
nos inſtruxit:qui dilectã animã ſuam in cruce mo-
riens ꝑ amicis ſuis poſuit:& nos idẽ facere docuit.
Hunc amorẽ, ô deus ſemper laudabilis, tu pone in K
me:& timor noxius,atque carnalis affectus procul
recedant à me:vt gloria ſanctę crucis aucta & mul
tiplicata in vera ꝓmiſsione,dignaq; laude in ęter-
num perſiſtat: ipſaq; mihi carmine & amore vene
rabilis:ſemper laus eius in ore meo,& in corde ex-
ultatio ſempiterna ꝑmaneat:vos quoq; precor cœ-
leſtes plebes angelorũ,animaſq; iuſtorũ, qui in cõ-
ſpectu diuinæ maieſtatis veraciter exultatis, vt ſi-
cut hallelu ia ſine ceſſatione,& amẽ deo Chriſto in
æternum cãtatis: ita quoq; noſtrã ſortem precibus
adiuuare ſtudeatis: quatenus beatitudinẽ verã quã
teneris iã perfectè, tandẽ & nos per gratiã Chriſti
mereamur accipere. hęc Rabanus. vñ & Caſsiodo.

Caſsiodorus, de laude crucis.

Crux eſt humilium inuicta tuitio,ſuperborum ab-
iectio,victoria Chriſti,perditio diaboli, infernorũ
deſtructio,cœleſtium reformatio, mors infideliũ,
vita iuſtorum. Et,vt ait Hierony. Ligno hoc vehi-
mur per mare vndoſum,ad terrã viuẽtium. De his L
etiam quę paſſus eſt dñs,quaſi concludẽdo cum gra
tiarum actione & oratione ſic dicit Anſel. Exper-
giſcere nunc aĩa mea,excutere de puluere, & con-

Paſsionis epilogus.

templare attentius virum,hunc memorabilẽ, quẽ
ecce in ſpeculo Euãgelici ſermonis,quaſi præſentẽ
intueris Cognoſce aĩa mea, cognoſce. Hic eſt dñs
Ieſus Chriſtus,creator,& ſaluator tuus, vnigenitus
dei filius:verus deus, verus homo: qui ſolus ſub ſole
ſine macula inuentus eſt:& ecce quoniã cum ſcele-
ratis reputatus eſt: & quaſi leproſus & nouiſsimus
virorum æſtimatus:& tãquam abortiuũ,quod pro-
ijcitur ab vtero,& nemo curat, ſic proiectus eſt ab
vtero matris ſuæ infœlicis ſynagogæ. Iſte formo-
ſus præ filijs hominum,quaſi deformis prę filijs ho
minum factus. Siquidẽ vulneratus eſt propter ini-
quitates noſtras: attritus eſt propter ſcelera noſtra;
& factus eſt holocauſtum ſuauiſsimi odoris in cõ-
ſpectu tuo pater æternæ gloriæ, vt auerteret indi-
gnationem tuã à nobis:& cõſedere ſibi nos faceret
in cœleſtibus. Reſpice domine ſancte pater de ſan
ctuario tuo:& de excelſo cœlorũ habitaculo & in M
tuere hanc ſacroſanctã hoſtiã,quam tibi offert ma-
gnus pontifex noſter, ſanctus, puer tuus dñs Ieſus
pro peccatis fratrum ſuorũ:& eſto placabilis ſuper
multitudinem malitiæ noſtræ. Reſpice domine in
faciem Chriſti tui, qui tibi vſq; ad mortẽ obediens
factus eſt,nec recedãt ab oculis tuis cicatrices eius
in perpetuum:vt memineris quantam pro peccatis

Paſsionis Chriſti meritum

noſtris ſatisfactionẽ ab eo ſuſceperis. Vtinam dñe
appendas in ſtatera peccata, quibus iram tuã me-
ruimus:& calamitatẽ quam paſſus eſt pro nobis in
nocens filius tuus. Certè hæc grauior apparebit,&
magis,digna,vt propter ipſam effundas miſericor-
diam tuã ſuper nos quàm ſint iſta peccata, vt pro
illis cõtineas in ira miſericordias tuas. Gratias tibi

Gratiarũ actio, pro paſsionis beneficio.

domine pater referat omnis lingua, ſuper inenar-
rabili abundãtia pietatis tuæ,qui vnico filio tuo nõ
pepercisti,ſed pro nobis illũ tradidiſti in mortẽ: vt
tantũ tanquã fidelẽ aduocatum haberemus in cœlo
coram te. Et tibi dñe Ieſu,zelotes fortiſsime, quid
gratiarum,q̃d retributionis dignæ tribuã ego pul-
uis,& cinis,& vile figmẽtum? Quid enim pro no-
ſtra ſalute



ſtra ſalute facere debuiſti, & nõ feciſti? Ab imo pe
A dis,vſque ad ſummũ verticis te totũ in aquis paſ-
ſionis demerſiſti, vt me totum de illis extraheres.
Nam & animã tuã in mortẽ perdidiſti,vt meã per
ditam mihi redderes. Et ecce me duplici debito ob
ligaſti. Nã & pro eo,quod dediſti,& pro eo quod
mei cauſa perdidiſti debitor ſum. Et pro anima
mea quidẽ bis mihi à te data, ſemel in creatione,
ſemel in redẽptione:quid magis tibi iuſtè reddam
quàm ipſam,nõ habeo. Pro tua autẽ pretioſa ani-
ma ita tribulata, quid ab homine dignè repẽdi poſ
ſit,non inuenio. Nã ſi cœlum & terram, & omnẽ
ornatũ eorum poſſem repẽdere, certè nec ſic vſque
ad menſuram debiti vllatenus attingerẽ. Et ſi id-
ipſum quod & debeõ,& poſsibile mihi eſt tibi domi
ne retribuam:tuum domine totum eſt. Diligẽdus
igitur mihi ex toto corde,tota anima, tota mente
& tua mihi ſequẽda veſtigia,qui mori dignatus es
pro me. Et quomodo fiet hoc in me,niſi per te? Ad
hęreat anima mea poſt te,quia tota virtus eius pẽ-
det ex te. Et nunc domine redẽptor meus,te vt ve
rum deum adoro,in te credo,in te ſpero:& quibus
B poſſum deſiderijs ad te ſuſpiro. Adiuua imperfe-
ctionẽ meã. Ad tuæ paſsionis glorioſa inſignia, in
quibus ſalutem meã operatus es, me totũ inclino.
Tuæ victorioſæ crucis regale vexillũ in nomine
tuo Chriſte adoro. Tuũ ſpineum diadema, tuos ru
bẽtes ſanguine clauos, tuo ſacro lateri immerſam
lanceam,tua vulnera, tuũ ſanguinẽ, tuã mortem,
tuam ſepulturã,tuam victorioſam reſurrectionẽ,
& glorificationem Chriſte adoro ſupplex & glori
fico,horũ viuifico odore ſpiritũ meũ à peccati mor
te reſuſcita, horum virtute ab aſtutijs ſatanæ me
cuſtodi,meque conforta, vt & iugũ mandatorum
tuorũ ſuaue mihi fiat,& onus crucis quod baiula-
re me iubes poſt te, humeris animæ meæ leue ſit

Crux dñi fortitudo noſtra.

atque portabile. Quę enim fortitudo mea,vt iux-
ta pręceptũ tuũ mundi preſſuras tam multiplices
inuicto animo ſuſtineã? Sed audi quæſo vocẽ meã,
& inclina ſuper ſeruũ tuũ ſuauem crucẽ illam,quę
lignum vitæ eſt his qui apprehenderint illã. Iſtam
inquã,diuiniſsimã crucem humeris meis impone:
C cuius latitudo eſt charitas ſuper omnẽ creaturã ſe
extendens,cuius lõgitudo æternitas,cuius ſublimi
tas omnipotentia,cuius profundũ inſcrutabile eſt
ſapientia. Confige illi manus meas,& pedes meos:
& totam paſsionis tuæ formã ſeruulo tuo impri-
me. Da obſecro mihi continere ab operibus carnis
quę odiſti,& facere iuſtitiam quam dilexiſti,& in
vtroque tuã quęrere gloriã:& ſiniſtrã quidẽ meã,
clauo tẽperantiæ dexteram verò,clauo iuſtitiæ in
illa ſublimi cruce affixã arbitror. Da mẽti meę iu

Meditationem optat paſsionis.

giter meditari in lege tua,& deinde cogitatũ iacta
re in te: & dexterum pedem meũ eidẽ ligno vitæ
clauis prudẽtiæ affigi. Da vt miniſtrã ſpiritus mei
ſenſualitatẽ nõ eneruet labentis vitæ infœlix fœli
citas, nec conturbet perennis vitæ præuia fœlix
infœlicitas:& ſiniſter quoque pes meus clauo for-
titudinis in cruce tenebitur. Vt autẽ & ſpinarum
tui capitis aliqua in me ſimilitudo appareat, detur
obſecro menti meæ,& ſalutis pœnitentiæ cõpun-
ctio,& alienæ miſeriæ compaſsio,& ſtimulus zeli
æmulantis illud quod rectũ eſt coram te; & ad te
conuertar in erumna mea, dũ triplex mihi confi- D
gitur ſpina. Libet vt & ſpongiam per arundinẽ ori
meo porrigas,& aceti amaritudinẽ guſtui meo ad
hibeas:vt per ſcripturas tuas rationi meę conferas
guſtare & videre,quoniã florẽs hic mũdus tanquã
ſpongia inanis eſt,& omnis concupiſcẽtia eius ace
to amarior. Ita pater in me fiat vt calix iſte aureus
Babylonis inebrians omnẽ terrã, nec inani ſplẽdo
re ſeducat,nec falſa dulcedine inebriet. Tuæ quo-
que viuificæ mortis domine effigiem facies in me
ſeruum tuũ,vt moriar quidẽ peccato ſecundũ car-
nem,viuã autẽ iuſtitiæ ſecundũ ſpiritum. Vt autẽ
integrã crucifixi imaginem portare me glorier, il
lius quoque quod poſt mortem tuã inſatiabilis ma
litia impiorũ in te exercuit,hanc in me ſimilitudi
nem exprime. Vulneret cor meum viuus & effi-
cax ſermo tuus,penetrabilior omni lancea acutiſ-
ſima,& pertingens vſque ad interiora animę meę:
producat ex ea tanquam à dextro latere meo vice
ſanguinis & aquæ amorẽ tuum domine & fratrũ
meorũ. Poſtremò munda ſindone primæ ſtolæ ſpi E
ritum meum inuolue,in qua requieſcã ingrediens
ad te in locũ tabernaculi admirabilis, & abſcondas
me donec pertranſeat furor tuus. Die autem ter-
tio poſt diem laboris, poſt diem ſimplicis gloriæ,
mane prima ſabbati perpetũò inter filios tuos me
indigniſsimum reſuſcita, vt in carne mea videam
claritatem tuam, & adimpleat lætitia vultus tui.
Hæc Anſelmus. Imaginem itaque crucifixi ſecun
dum modum præmiſſum,portans in te, ora & co-
nare vt ſpiritus tuus inuoluatur munda ſindone pu
ritatis & innocentiæ,in qua abſconſus à mundi va
nitatibus ſepeliaris in ſecreto mentis tuæ, & ibi re
quiſcas in meditatione paſsionis dominicæ, mor-
tuus quidem mundo, & viuens deo: & hoc apertè
ſignatũ eſt,vbi dicitur quòd pretio ſanguinis Chri
ſti emptus eſt ager figuli,in ſepulturam peregrino
rum:vbi dicit gloſa, quòd ſepultura Chriſti nihil
eſt aliud quàm requies Chriſtiani: & tunc cor tuũ
debet ſigillari ſigillo paſsionis Chriſti & clauſum F
teneri ac cuſtodiri. Deinde ſic ſepultus in ſecreto
mentis tuæ ab omnibus vanitatibus,glorioſum tri

Triduum ſepulturæ myſticè.

duum mortis Chriſti peragas. Quorum primus
dies,afflictionis & pœnitentiæ:vt pro omnibus cõ
miſsis vel omiſsis deo voluntariè ſatisfacias. Secũ-
dus dies eſt quietionis & gratiæ:vt in ſolo deo re-
quiem mentis ponas,quia in eo ſolo pax inuenitur
& tranquillitas. Tertius dies eſt præmiationis &
gloriæ: vt eius coniunctionem & amplexum fer-
uente deſiderio iugiter concupiſcas. Quibus tranſ-
actis in mane prima ſabbati:hoc eſt, in futura vi-
ta perpetua,inter filios & electos dei glorioſè reſu-
ſciteris,& in carne tua videas glorioſam humanita
tem Chriſti,in ſpiritu autem beatificè contẽpleris
inæſtimabilem claritatẽ dei,& per hoc adimplea-
ris perpetua lætitia vultus eius.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte, qui pro redemptione
mundi miſerias & anguſtias, opprobria &
cõuitia,calũnias & iniurias,pœnas & affli-
ctiones,paſsionẽ & mortẽ patiẽter ferre voluiſti:
tu per

tu per hæc omnia quæ propter peccata noſtra per
G tuliſti, à peccatis omnibus & vitijs,ab omnibus hu
ius ſeculi periculis,& infernalibus pœnis, à ſubita
nea morte, & æterna me libera:& dat mihi (obſe-
cro te)oĩa quę pro me toleraſti nõ fugere,vel obli
uiſci:ſed præ oculis ſemper habere,& ardẽter am-
plecti: vt laboris & doloris participẽ, etiã requiei
& cõſolationis tuę me velis eſſe cõſortem. Amen.

## De ſabbato ſancto. Caput lxviii.

Matth.26. Mariæ,& ſociarũ,in ſabbato ſãcto exercitium.

MAne autẽ ſabbati, ſtabãt ſimul in do-
mo,ianuis clauſis, domina & aliæ ſo
ciç cũ Ioãne, afflictę & doloroſę(tã-
quã orbatę & plenę mœrore)memo
rãtes anguſtias tribulationis heſter-
næ.Sedebãt ſimul , aſpiciẽtes ſe tantũ adinuicẽ cũ
lachrymis,ſicut cõtingere ſolet magna preſſura&
calamitate grauatis.Succeſsiuè autẽ veniũt diſcipu
li,plorantes & ipſi,tandẽ ceſſantes à fletu, loqui de
domino ſuo incipiunt:& cũ lachrymis diſcipuli ſe
redarguũt,quòd eũ dereliquerũt. Et de his quę fe-
H cerat dominus Ieſus cũ eis,narrãt adinuicẽ : modò
vnus,modò alius,& ſic per ordinẽ. Intuere igitur
eos diligẽter,&eis cõpatere:quia in magna ſunt af
flictione.Quid enim eſt videre quod domina mũ-
di,& principes eccleſiarũ,& omniũ populorũ, du-
ceſque diuini exercitus,ſic timoroſi & afflicti ſtãt
in quadã domuncula recluſi,neſciẽtes quid facere
debeãt, niſi quod conferunt, & ſe cõfortant de ver

Mariæ ſpes, & fides.

bis & factis domini ſui.Domina tamẽ ſemper mẽ
te trãquilla, & pacata , ſtabat: quia certiſsimã ſpẽ
de reſurrectione filij ſui habebat:& in ea ſola remã
ſit fides eccleſiæ , in ipſa die ſabbati : & propterea
ſpecialiter dies ſabbati attribuitur ei. Et ideo alijs
luminaribus extinctis vna candela in tenebris ſer-
uatur accenſa:quia lumẽ fidei in ſola remanſit vir-
gine Maria.vnde Aug. Quẽ genuit virgo,iniuſtè
mori dolebat:ſperãs autẽ & firmiter credẽs,ipſum
I ſecundum promiſſum,tertio die morte deuicta re

Fides in triduo in ſola Maria.

ſurgere:in hac enim ſola interim fides eccleſiæ in
triduo illo ſtabat.Et dũ vnuſquiſque vacillãdo hęſi
tabat:hæc quæ fide cõcepit fidẽ, quam ſemel à deo
ſuſcepit,nunquã perdidit:ſpeque certiſsima reſur-
rectionis gloriã expectauit.hæc Aug. Non tamen
poterat ipſa domina gaudenter ſtare, propter me-
moriã mortis filij ſui.paſſi iniuſtè.Et ſabbato qui-

Sabbati ceſſatio.

dem ſiluerunt,ſecundum mãdatum legis:id eſt, ab
operib⁹ quieuerũt:nã ſabbatũ cuſtodire oportebat:
& tũc neque vendere,neque emere,neque quid ta-

Sabbatum trinitatis ſanctæ.

le aliquid fieri licebat . Vnde & ipſum ſabbatum
requies,ſeu intermiſsio eſt dictũ Magna eſt digni-
tas ſabbati quia in eo tota trinitas requieuit.Nã pa
ter requieuit,ab opere creationis:quod fuit magnę
potẽtiæ. Filius,ab opere recreationis: quod fuit in
finitę ſapientiæ . Spiritus ſanctus requieuit hodie
in virgine,quod fuit magnæ & infinitæ bonitatis:
quia ipſa ſtabat cæteris,ſcilicet Apoſtolis & mulie
ribus,à gratia ſpiritus ſancti cadentibus. [Cùm au
tem tranſiſſet ſabbatũ] ſero facto,& ſtellis apparẽ
tibus poſt ſolis occaſum,cũ operari erat licitũ,[Ma
ria Magdalenę & Maria Cleophę,& Maria Salo-
me]vadũt emere aromata, pro faciẽdis vnguentis,
ad corpus Ieſu ſacratiſsimũ perungendũ. Intuere
igitur eas diligenter,& quę faciũt, quomodo eun-
do & redeundo mœſtis vultibus, more viduarũ & K
orphanorũ,incedũt. Emunt aromata, & redeũtes

Fideles mentium aromata.

parant ſe ad faciendũ contra corruptionem vnguẽ
ta:quaſi neſcientes illud propheticum : Non dabis

Pſal.15.

ſanctũ tuũ videre corruptionẽ . vnde Theophilus.
Neq; tamen fidẽ debitã adhuc habebãt: ſed ei quaſi
puro homini aromata & vnguẽta parabant, more
Iudæorũ,qui talia exhibebãt defunctis.hæc Theo

Aromata vnde.

philus.Aromata dicuntur,quaſi aeromata:quia dif
fundebãt longè lateque odorẽ in aërem:& ſignifi-
cant virtutes:quas in conuerſatione mulieres habe
bant:& famã crucifixi,quæ longè lateque diffun-
dẽda erat.Deuotę ergo mulieres illę & ſanctę,quę
fuerant viuenti obſecutæ, vt etiam mortuo pieta-
te officioſa famulatũ poſſent impendere[emerunt
aromata] & parauerunt vnguenta [vt venientes]
manè ex deuotione ad viſitandũ ſepulchrũ [vnge-
rent]corpus Ieſu,ſacratiſsimũ: neque veſpere ſab-
bati,pręoccupante iam noctis articulo,adire value
runt monumentum. Conſpice nunc quomodo fi- L
deliter & deuotè cum lachrymis & ſuſpirijs pro
domino ſuo laborant, ſecundũ quod melius ſciũt.
Et in huiuſmodi operibus per totam noctem labo
rauerunt:& nihil vel parũ quietis habuerunt. Do-
mina verò & apoſtoli aſpiciunt, & fortè adiuuant
in quibus poſſunt.Adiuua & tu eas: ſi permitteris,
& potes. Venit hîc in conſideratione: quid fecerit

Diuinitas non dereliquit animam & corpus.

dominus in triduo mortis ſuæ . Corpus quidẽ eius
fuit in ſepulchro , anima verò cũ ſanctis patribus
in limbo,& deitas vtrique coniuncta.Nã quia paſ
ſio non attingebat in Chriſto diuinam naturam,
ſed humanam : ideo in morte Chriſti facta eſt ſic
diuiſio animæ à carne: vt tamen ſalua eſſet vnio
tam carnis quàm animæ cum diuinitate. vt enim
ait Leo Papa:forma ſerui,& forma dei,quæ in vni
tatem conuenerunt,nec ſeparationem poſſunt ha-
bere,nec finem:dũ ita ſibimet inhæſerunt, vt ſiue
in omni potentia,ſiue in contumelia nec diuina in
Chriſto careãt humanis,nec humana diuinis.Tũc
impletum eſt quod de ſeipſo dixerat:Sicut fuit Io-

Matth.12. & Luc.11. Ionæ.2.

nas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus,
ſic erit filius hominis in corde terræ. Sepultura e-
nimChriſti triduana,in Iona,qui triduo fuit in ce
to, fuit præfigurata.hoc autem de ſepultura Chri
ſti,ſecundum Auguſtinũ,accipiendũ eſt ſenecdo-

Triduum ſinecdochicè.

chicè,ſcilicet accipiendo partẽ pro toto.Fuit enim
dominus in ſepulchro per extremã partẽ paraſce-
ues,per quam tota dies cũ ſua nocte iam pręterita
accipitur:& per totã ſabbatũ, quod integrã diẽ &
noctẽ cõplectitur:& per primam partẽ diei domi
nicę,ſcilicet per noctẽ ſequentẽ ſabbatũ,per quam
tota dies dominica ad quã pertinet,intelligitur.Et
ſic ſunt tres dies naturales:& quælibet noctẽ ſuam
habet præcedentẽ. Et tunc mutatus eſt ordo dierũ
naturalium:nõ quantũ ad ordinẽ obſeruatiõis, ſed
quantũ ad ordinẽ creationis.Nam ante ordo erat
vt dies præcederet noctem : quia primò creata eſt
dies,& ſubſecuta eſt nox:ſed deinceps creator tem
porũ fecit,vt nox præcederet diem: quia nox qua

Dierũ cõputatio.

ſurrexit,adiuncta eſt diei qua ſe oſtendit.vnde Au
guſtinus: Sicut primò cõputabantur dies propter
hominis



hominis conditi lapſum à luce gratiæ , in noctem
A culpæ:ita nunc propter hominis reparationẽ , per
paſsionẽ & reſurrectionẽ Chriſti,à tenebris culpæ
in lucẽ gratię merito cõputantur. Vnde & Beda,

Diei & noctis ordo.

Dominus autor & ordinator tẽporũ, qui in vlti-
ma noctis huius parte ſurrexit,totã eã nimirũ eiuſ
dem reſurrectionis luce feſtiuã & coruſcã reddit.
Siquidẽ hucuſque ab exordio mũdanæ creationis,
ita tẽporũ curſus diſtinguebãtur, vt noctẽ dies pręce
cederet,iuxta ordinẽ videlicet primę conditionis.
Hac autẽ nocte tẽporũ ordo mutatus eſt, per my-
ſteriũ reſurrectionis dominicæ.Nam quia nocte à
mortuis reſurrexit:die verò ſequẽti eiuſdẽ reſurre
ctionis,effectũ diſcipulis oſtẽdit,& participato cũ
eis cõuiuio veritatẽ virtutis eius mirãtibus, ſimul
& gaudẽtibus aſtruxit:rectiſsimè nox illa ſequẽtis
diei luci coniungitur,ac ſic tẽporum ordo ſtatutus
eſt,vt dies noctẽ ſequatur.Et quidẽ aptiſsimè quõ-
dam nox ſequebatur diem , quia homo à luce pa-
radiſi peccãdo lapſus in huius ſeculi tenebras erũ-
naſque decidit . Aptiſsimè verò nũc dies ſequitur
B noctẽ quãdo per fidem reſurrectionis, à peccati te
nebris & vmbra mortis ad lucẽ vitæ Chriſto largi
ente reducimur.vnde etiã Petrus Cõtor:In exordio
conditionis rerũ cõputatur dies cũ nocte ſequenti,
quia in primaria creatiõe rerũ pręceſſit dies noctẽ.
Primò eñ facta eſt lux,poſtea vergẽte luce ad oc-
caſum,facta eſt nox:& ita fuit vnus dies naturalis,
dies præcedẽs cũ nocte ſequẽti. In paſsione verò
domini facta eſt mutatio ordinis naturalis,vt ſcili
cet cõputetur nox præcedẽs cũ die ſequẽti pro my
ſterio,noxque pręcedat diem:ac ſuper hoc dicatur

Ephe.5.

myſticè: Fuiſtis aliquãdo tenebræ,nũc autẽ lux in
domino:&,Nox præceſſit,dies autẽ appropinqua
uit:hanc autẽ cõmutationẽ naturalis cõputationis
in artificialẽ,voluit dominus præfigurare in legi-
timis. Ideoq; præcepit obſeruantiã ſabbati,& lega
liũ fieri à veſpera in veſperã. hæc Petrus.Et ſic, vt
viſum eſt,quidã dicũt hãc mutationẽ factã in para
ſceue,vt nox,ſcilicet quintæ feriæ fuerit etiã para
ſceues,alij in nocte reſurrectiõis:vt nox illa cõmu-
nis fuerit ſabbato,& diei dominicę:ſed totũ ad vnũ
tẽdit ſenſum & effectũ.Illa ergo hora qua ſaluator
C noſter inclinato capite ſpiritum emiſit:corpore in

Deſceſſus Chriſti ad inferos.

cruce derelicto,anima ſimul cũ diuinitate ad infer
na ſpoliãda deſcẽdit. Cũ autẽ ad inferos deſcẽderet
& chorus angelicus ante faciẽ eius portas princi-
pũ tolli præciperet, ſanctorũ populus qui teneba-
tur in morte captiu⁹, voce lachrymabili clamabat:
Adueniſti deſiderabilis,quẽ expectabamus in tene
bris:vt educeres vinculatos de clauſtris . Te noſtra
vocabãt ſuſpiria,te larga requirebãt lamẽta.Tu fa
ctus es ſpes deſperatis,magna cõſolatio in tormen
tis.Sed quis per ſingula dicere valeat, quãta ibi lę-
titia fuerit cũ Chriſtus ſol iuſtitiæ eis apparuit: &
habitãtibus in regione vmbræ mortis, diu noue lu
cis expectata claritas radiauit.Et ſtetit domin⁹ cũ
eis ibi,& tũc fuerũt in gloria:nã viſio dei,perfecta
eſt gloria.Ibidẽ fuit & latro,cui dñs dixerat,hodie
mecum eris in paradiſo.Nomine paradiſi notatur
ibi dei fruitio,& viſio diuina:quia peracta paſsio-
ne tã ipſe latro,quã alij qui erãt in limbo,viderun
deum per eſſentiam . Iſtud quòd Chriſtus infernũ

Figura deſcenſus.

introiuit, & ſanctos lætificauit: præfiguratũ erat

Danie.3.

in tribus pueris in fornace Babylonis,vbi ad ingreſ
ſum angeli ignis verſus eſt in ſuauitatẽ roris. Qui D
in fornace erant,fuerunt pueri:ſic in limbo non e-
rant niſi innocentes & puri. Qui enim ante plena-
riam ſatisfactionẽ decedebant,in purgatorio pur-

Danie.14

gabantur:& tũc ad limbũ aſcendebãt. Iſtud etiam
præfiguratum fuit per Danielem in lacu leonum,
cui dominus miſit per Abacuch prandiũ.Dominus
Danielẽ illęſum à leonibus cuſtodiuit,& per ange
lum refectionẽ ſibi miſit. Sic deus patres in limbo
à dæmonibus defenſauit,& tandẽ ipſe veniẽs diui-

Infernus duplex.

na refectione eos pauit.Et ſciendũ quod nomẽ in-
ferni ſumitur dupliciter:ſcilicet pro pœna, & loco
pœnę.Secundũ primũ modũ dicitur, quod dæmo-
nes ſemper infernũ ſecum portãt.Sed prout infer-
nus pro loco pœnæ ſumitur, ſic quadrupliciter di-

Infernus pœnarum quadruplex.

ſtinguitur. Vnus infernus dãnatorũ, in quo eſt pœ
na ſenſus & dãni:id eſt, ſenſibilis pœna & diuinæ
viſionis carẽtia:& ſunt ibi tenebræ interiores , id
eſt,abſentia diuinæ gratiæ : & exteriores,ſcilicet
corporales.Super iſtum eſt limbus puerorũ in quo
eſt pœna dãni,& nõ ſenſus: & ſunt ibi tenebrę in- E
teriores & exteriores.Super hunc eſt locus purga-
torius, in quo eſt pœna ſenſus & dãni ad tẽpus : &
ſunt ibi tenebræ exteriores,& nõ interiores: quia
per gratiã habẽt lucẽ interiorẽ. Supremus locus in
ter hæc,eſt limbus ſanctorũ patrũ:in quo fuit pœ-
na dãni,& non ſenſus:& fuerunt ibi tenebræ exte-

Morſus inferni.

riores,& priuationis gratiæ diuinæ. Ad hunc locũ
Chriſtus deſcendit : & ſuos qui non propter reatũ
perſonæ,ſed propter reatũ naturę detinebantur in
de liberauit:& ſic infernũ momordit,quia partem
eius abſtulit,& partẽ reliquit:morte verò proſtra-
to mortis autore, quoad electos, penitus deſtru-
xit:vt ille qui nihil iuris habebat in capite,quod in
uaſit,per iniuſtitiam plus petendi:etiã id perderet
quod habere videbatur in corpore , quod decepe-
rat.Chriſtus enim ſecundũ naturã diuinã impaſsi-
bilis & immortalis fuit, quia paſsio vel mors pœ-
na eſt peccati:ſed ipſe ſine peccato venit,& abſque
peccato vixit:ſecundũ potentiã verò & mortalis F

Mercedẽ mortis ſuę dedit Chriſtus homini.

voluit eſſe & paſsibilis.Mercedẽ quoque ſuę mor-
tis dedit homini,pro quo oĩa ſuſtinuit:pro paſsio-
ne,impaſsibilitatẽ:pro morte,immortalitatẽ: pro
peregrinatiõe,æternã patriã.Vnde Leo papa,Per
ſtitit improbus prædo,& auarus exactor in eũ qui
nihil ipſius habebat inſurgere : ab illo iniquitatis
exigens pœnã,in quo nullã reperit culpã: & per iu
ſtitiam plus petẽdi,totius debiti ſumma vacuatur.
Fortis ille nectitur vinculis ſuis, & omne cõmen-
tum maligni in caput ipſius retorquetur. Ligato
mundi principe,captiuitatis vaſa reperiuntur. Vn-
de & Anſel . Virũ homo deus cũ ex debito mori
non deberet:quoniã peccator non erat : ſponte ſua
dedit ad honorẽ patris,cũ eã ſibi auferri propter iu
ſtitiam permiſit.Dedit itaque humana natura deo
patri in illo ſpõte, & nõ ex debito quod ſuum erat
vt redimet ſe in alijs,in quibus quod ex debito exi
gebatur,reddere non habebat. Sic homo ille rede-
mit omnes alios,cũ quod ſpõte dedit deo , cõputa-
uit pro

uit pro debito quod illi debebent. Quo pretio non
G ſemel tantũ homo à culpis redimitur, ſed quoties
Diabolus cũ digna pœnitẽtia redierit, recipitur. hæc Anſel-
à ſe, non à mus. Nõ tamẽ deus diabolũ fefellit, aut fallere vo-
Chriſto luit: ſed diabolus ſeipſum in deũ inſurgẽdo decepit.
deceptus. vnde idẽ Anſel. Cur bone domine, pie redẽptor, po
tẽs ſaluator, cur tantam virtutem operuiſti tanta
humilitate? an vt falleres diabolũ: qui fallẽdo, ho-
minẽ eiecit de paradiſo. Sed vtique veritas nullum
fallit: qui ignorat, qui nõ credit veritatẽ, ipſe ſe fal
lit: qui veritatẽ videt, & odit, vel cõtẽnit, ipſe ſe fal
lit: veritas vtique nullũ fallit. An ideo, vt ipſe dia-
bolus ſe falleret? Sed vtique ſicut veritas nullũ fal-
lit: ita nõ intendit vt aliquis ſe fallat: quanuis hoc
dicatur facere, cũ permittit. Non enim aſſumpſiſti
hominẽ, vt te notũ operires, ſed vt ignotũ aperires.
Verũ deũ, verũ hominẽ te dixiſti, & operibus oſtẽ
diſti. Res per ſe fuit occulta, nõ ſtudioſè occultata.
Nõ ſic eſt facta vt abſcõderetur: ſed vt ſuo ordine
perficeretur. Nec vt aliquẽ deciperet: ſed vt quẽad
H modũ oportebat, fieret. Et ſi dicitur occultata: nõ
eſt aliud, quã non eſt omnibus reuelata. Nã & ſi ve
ritas non omnibus ſe manifeſtat, nulli tamẽ ſe ne-
gat. Ergo domine, nec vt falleres, nec vt aliquis ſe
falleret ſic feciſti: ſed vt faceres quod & quomodo
Sinus A- faciẽdũ erat, in veritate per omnia perſtitiſti. Qui
brahæ. ergo ſe fefellit, in tua veritate, nõ de te, ſed de pro-
pria queratur falſitate. hæc Anſel. Pręd ictus quoq;
locus ſupremus, ſcilicet limbus patrũ, ad quẽ Chri-
ſtus deſcẽdit, ſinus Abrahæ dicebatur: quia ibi A-
brahã fuit cũ liberãdis, cui primò huiuſmodi libe-
ratio eſt promiſſa, ſed nũc cœlũ empyreũ ſinus A-
brahæ eſt, quia ibi iã eſt Abrahã. A nullo autẽ præ
dictorũ locorũ eſt tranſitus ad aliũ, niſi de tertio
ad quartũ: hoc eſt, de purgatorio ad limbũ ſancto-
rũ. Vnde quãdo cantamus, libera animas fidelium
defunctorũ de pœnis inferni: ſumitur ibi infernus
pro purgatorio: ſicut & ibi ſumitur pro limbo, quã
do Chriſtus dicitur ad inferos deſcendiſſe: vel infer
Ioan. 12. nũ deſtruxiſſe. Igitur, ſecundũ Gregoriũ, quod an-
I te paſſionẽ promiſit: in reſurrectione ſua dominus
adimpleuit. Si exaltat⁹, inquit, fuero à terra: omnia
trahã ad meipſum, omnia videlicet electa. Omnia
nãque traxit, qui d: electis ſuis apud inferos nullũ
reliquit, quos ſuos in fide & actibus recognouit.
Expãſis in cruce manibus exaltatus à terra, traxi-
ſti ad te omnia: pręcor & obſecro te benigne domi
ne, noli me dimittere in cœno cõcupiſcentiarũ: tra
he me ad te, vt crucifigar tibi: & mũdo mortuus, ti
bi viuã: viuã verò iã nõ ego, viuas autẽ in me Chri-
Humilitas ſte. Cõſidera hîc attẽtè, quãta fuit Chriſti benigni-
Chriſti in tas in infernũ deſcẽdere: quãta charitas, quãta hu-
deſcenſu. militas. Poterat enim vnũ ex angelis ad eos mitte
re, & facere ipſos ſeruos ſuos liberari, & ſibi præ-
ſentari prout voluiſſet, ſi hoc ſuus amor & humili-
tas ſuſtinuiſſet. Per ſeipſum ad inferna deſcẽdit, &
nõ vt ſeruos, ſed vt amicos dominus omniũ eos vi-
Sanctorũ ſitauit: & ibidẽ vſque ad diẽ dominicũ, prope auro
iubilatio. rã, cũ eis ſtetit. Iubilauerũt ſancti patres in ſuo ad-
uẽtu: & repleti ſunt iucũditate immenſa, omni mi
ſeria procul pulſa. Et procidentes, adorauerunt: &
ſurgẽtes, ſtabãt in laudibus & cãticis coram eo, cũ
reuerẽtia & ingẽti exultatiõe. Et in huiuſmodi lau
dibus & canticis & iubilationibus ſteterunt in lim K
bo vſque prope auroram diei dominicæ, & in con-
ſpectu etiam multitudinis angelorum ibidẽ exul-
tantiũ & iubilantiũ cum eis. Aſsiſte & tu, ac in vo
cem exultationis & iubilationis erũpe, ſanctorũq;
melodię tuas preces interpone. O quàm dulce &
quàm iucundũ talibus intereſſe: vel ſaltẽ à lõgè ta-
lia contemplari. Tunc portis inferorũ cõfractis: & Sanctorũ
diabolo magno alligato, accepit eos dominus cum redẽptio.
exultatione ab inferis educens: & ante eos cũ glo-
ria & triũpho lætus procedẽs: ſanctorumque exer
citu comitante ad ſuperos rediẽs: poſuit eos in pa-
radiſo delitiarũ & voluptatis, qui eſt ad Orientẽ,
in extremis maris. Tunc verus Samſon moriens,
hoſtilem exercitum proſtrauit: & agnus ſine ma-
cula in ſanguine teſtamẽti ſui, de lacu, in quo non
erat aqua, vinctos eduxit. Tunc quoque angelus,
Loth cum ſuis de Sodoma eripuit: & nepharios
igne ſulphureo inuoluit. Tunc etiã angelus Aegy
ptum deuaſtauit, & filios Iſraël inde liberauit. Cũ
ergo fortis armatus, ſcilicet diabolus, cuſtodiret a- L
trium ſuum, id eſt, limbum: Chriſtus fortior ſuper
ueniens, atrium ſuum intrauit: & ipſum per crucẽ
ſuam deuincens, alligauit. Iſtud Banaias olim in
figura demonſtrauit, qui ad leonem in ciſternam 1. Paralip.
intrans, cum virga ſua ipſum proſtrauit. Sic Chri- 11.
ſtus intrauit ad diabolum in infernum: & per ſan
ctam crucem proſtrauit ipſum. Per fortiſsimum
etiam Samſonem, Chriſtus fortiſsimus deſigna- Iudic. 14.
tur, à quo infernalis leo, ſcilicet diabolus, ſuperaba
tur: & potentia ſua priuabatur: & tunc homo eſt li
beratus de captiuitate diabolica, quæ olim fuit in
captiuitate Aegyptiaca præfigurata. Filij Iſraël Exod. 1.
in Aegypto à Pharaone oppreſsi, clamauerunt ad
dominum pro ſua liberatione: & miſertus domi-
nus liberauit eos de captiuitate. Ita genus humanũ
à principe tenebrarum detẽtum, clamauit pro ſua
redemptione ad dominum: & miſertus eius libe-
rauit ipſum. Hanc liberationem hominis deus pręGeneſ. 15.
figurauit, quando Abraham de Hur Chaldæorum M
liberauit. Chaldæi enim Hur, hoc eſt ignem pro
deo coluerunt: quod cùm Abraham renueret, ip-
ſum in ignem proiecerunt. Deus autem verus, quẽ
ipſe coluit, de igne eum liberauit: ſic & ſanctos de
inferno redemit. Hanc etiam redemptionem ho- Gen. 19.
minis deus pręfigurauit, quando Loth cum ſuis
de ſubuerſione Sodomæ liberauit. De Sodomis tã-
tum boni liberati fuerunt: mali autem igne & ſul-
phure interierũt. Sic Chriſtus bonos tãtum de lim
bo liberauit: de inferno autem dãnatorum, nemi-
nem eripuit. Et iuſti quidem cum tanta lætitia li- Dolor re-
berantur. Sed quid putas indicibilis amaritudinis manentiũ
& incõſolabilis doloris, imò extremæ damnatio- in inferno
nis accidit remanentibus in igne extinguibili, ver-
me immortali, tenebra palpabili, morte infinibili?
Væ illis quibus datũ eſt hoc potius experiri, quàm
credere, vel timere. Aliqua verò morula in para-
diſo facta cum eis, & etiam cũ Helia & Enoch, ip
ſum recognoſcẽtibus & exultãtibus, dixit eis: quia
eſſet tempus vt iret ad excitandum & reaſſumen-
dum ſuum corpus. Qui omnes procidentes, ado-
rauerunt



rauerunt: rogantes vt citò rediret: quia glorioſiſ-
A ſimum corpus ſuum videre plurimum affectabãt.
Da & mihi domine benigniſsime, corpus tuũ glo-
rioſiſsimum in ſecundo aduentu tuo cũ gaudio vi-
dere: & de tua viſione æternaliter cum electis tuis
gaudere. Conſidera nunc quomodo omnia quæ
Chriſtus pro nobis pertulit, pro noſtra vtilitate pa-
ti voluit. vnde Hieronymus quædam ex his colli-
gens, ſic dicit: Opprobria autem eius, noſtrum ab-
ſtulere opprobrium. Vincula eius nos liberos fece-
runt. Corona ſpinea capitis eius, diadema regni
adepti ſumus: vulneribus eius ſanati ſumus. Sepul-
tura eius reſurgimus: & deſcenſu ad inferos, aſcen-
dimus ad cœlos.

ORATIO.

O Bone Ieſu, nec adhuc ſatiata eſt tuæ ineffa-
bilis clementia pietatis, niſi & inferni clau-
ſtra penetrans tuos captiuos redimas. Deſcẽ-
dit igitur illa fœlix tua & ſanctiſsima anima ad
inferos educẽs, vinctos de tenebris & vmbra mor-
tis. Deſcendat & nunc Ieſu miſericors, per hãc in-
B effabilem pietatem tuam, gratia & miſericordia
tua ſuper animas famulorum famularúmque tua-
rum, parentum & propinquorum meorum, fami-
liarium, benefactorum & recommendatorum: vt
eas à pœnis quas pro peccatis ſuis merentur eri-
pias, & ad gaudia æterna perducas. Amen.

De reſurrectione domini. Caput lxix.

Matth. 29. NVnc, ſecundum Hieronymum, aro-
Lætitia matibus redolentibus cum ſponſa &
paſchalis. adoleſcentulis, quæ currunt poſt eã,
conſpergimus librum & cubiculum
mentis noſtræ. Nunc introducit nos
rex in cellaria ſua, nũc ſurgit amica Maria: hyems
abijt, pluuia receſsit, flores viſi ſunt in terra noſtra.
Cantic. 2. Vox turturis, audita eſt in terra noſtra. Vineæ flo-
rentes dederunt odorem. Redit ſponſus de vmbra,
ſub qua dormit in meridie. Radix amara crucis
euanuit, flos vitæ cũ fructibus erupit: & qui iacuit
in morte, ſurrexit in gloria: ſol poſt occaſum ori-
tur, aquilæ ad corpus congregantur. Poſt ſabbata
C triſtia, fœlix irradiat dies: quæ primatũ in diebus
tenet, luce prima in ea luceſcente, & domino in ea
Pſal. 117. cum triumpho reſurgẽte: & dicente, Hæc dies quã
fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. Hæc
Hieronymus. vnde & Aug. Poſt illuſiones & ver-
bera, poſt aceti & fellis pocula mixta, poſt ſuppli-
cia crucis & vulnera, & poſtremò poſt ipſam mor-
tem & inferos, ſurrexit de ſuo funere caro noua:
redit ab occiduo latẽs vita: & in morte ſalus reſer-
uata, reſurgit pulchrior reditura poſt funus. Hæc
Reſurre- Auguſtinus. Veniens itaque dominus Ieſus die do-
ctio domi minico, & ſummo mane, cum honorabili multitu-
nica. dine angelorũ ad monumentũ: & reaccipiens illud
corpus ſanctiſsimum, propria virtute reſurrexit:
& ex ipſo monumẽto clauſo proceſsit. Nemo quip
pe tam facilè excitatur & ſurgit à ſomno, quàm
Chriſtus ſurrexit à morte & ſepulchro: quia exci-
tatus eſt tanquam dormiens dominus, qui etiã de
Pſal. 3. ſe dicit, Ego dormiui, & ſoporatus ſum: & exurre-
xi, quia dominus ſuſcepit me. Sicut autẽ Chriſtus
exiuit clauſo virginis vtero, ſic potuit clauſo pro-
dire ſepulchro: hoc tamen aliter fuit: quia in reſur-
rectione habuit corpus glorioſum, cui aliud nõ re- D
ſiſtit: ſed exitus de vtero virginis miraculoſus fuit.
Vt autem ait Beda, reſurrexit dominus mane de
monumento, in quo ſero iam facto erat depoſitus:
vt adimpleretur illud pſalmiſtę: Ad veſperum de- Pſal. 29.
morabitur fletus, & ad matutinũ lætitia. [Et ecce Tęrremo
terręmotus] domino reſurgente [factus eſt ma- tus.
gnus:] cuius cauſa ſubditur: [angelus enim domini
deſcẽdit de cœlo,] & virtute eius factus eſt terrę-
motus: quia corporalia obediunt angelis ad nutum,
quantũ ad motum localẽ. Sicut in paſsione Chriſti
terra mota eſt in ſignũ triſtitiæ, ſic in reſurrectio-
ne eius mota eſt in ſignũ lætitiæ. vbi Beda: Quòd
etiam tęrremotus reſurgẽte domino de ſepulchro,
ſicut & ipſo moriente in cruce factus eſt magnus,
ſignificat terrena prius corda per fidem paſsionis
ac reſurrectionis eius fore concutienda ad pœnitẽ
tiam, & ſaluberrimo pauore permota ad vitã ſub-
limandam perpetuam. vbi & Seuerianus: Si autem
ſic terra tremuit, cùm dominus ad veniam ſuorum
reſurgeret: quomodo cõtremiſcet, cùm noxiorum E
omnium reſurget ad pœnam? Et quomodo domi-
ni præſentiam ſuſtinebit, quæ angeli præſentiam
ſuſtinere non valuit? Et notãdum, quòd legitur ter- Terręmo
ręmotus factus in legis datione. vnde Pſal. Terra tus quãdo
mota eſt: etenim cœli diſtillauerunt à facie dei Si- factus.
naï, à facie dei Iſraël. In Chriſti paſsione mota eſt: Pſal. 67.
vt viſum eſt ſuprà. In reſurrectione mota eſt: vt
hîc dicitur. In iudicio generali erit terręmotus, vt
infrà patebit. Secundum hæc moraliter in terrę- Moraliter
motu ſignificatur contritio, quę prouenit ſecũdum
quatuor pręd icta: videlicet ex conſideratione diui-
norum mandatorũ, hoc eſt in legis latione: ex con-
ſideratione paſsionum Chriſti & dolorum, & hoc
eſt in paſsione: ex conſideratione amiſſæ vel dilatę
beatitudinis, & eſt in reſurrectione: ex conſidera-
tione pœnæ gehẽnalis, & hoc eſt in extremo exa-
mine. Meritò autem Chriſtus exaltatus eſt à deo Exaltatio
vſque ad gloriam reſurrectionis: quia propter obe- Chriſti
dientiam dei patris, ſe humiliauit. vſq; ad mortem merita.
crucis. vnde Anſelmus: Reſurrectionis ſacræ glo- F
ria ſublimandus: ludibria perfidorum, aſperitatem
verberum, crucis opprobriũ, fellis amaritudinem,
& ad vltimum mortem ſuſtinuit: admonens ſuos
vt ſi poſt mortem ad gloriam peruenire conten-
dunt, vitæ præſentis anguſtias & labores, prauo-
rumq; oppreſsiones, non ſolum æquo animo tole-
rent: ſed omnia huius mundi aſpera pro præmijs
æternis ament, appetant, & gratanter ſuſcipiant.
Hæc Anſelmus. Sicut ergo humiliatus eſt Chri-
ſtus per hoc, quod mala ſuſtinuit moriendo, vt nos
liberaret à malis: ita & glorificatus eſt reſurgẽdo,
vt nos promoueret ad bona. ſecundum illud quod
ait Apoſtolus, Mortuus eſt propter delicta no- 1. Cor. 15.
ſtra: & reſurrexit propter iuſtificationem no-
ſtram. Suſtinuit enim paſsionem pro nobis, vt
nos à pœna inferni liberaret: & reſurrexit à mor-
tuis, vt nos de morte ad vitam traheret. Vnde be- Reſurre-
ne ſuam reſurrectionem longius quàm vſque in ctio non
diem tertium differre noluit, ita vt duabus no- fuit diffe-
ctibus & vno die in ſepulchro quieſceret: nox renda.
enim

enim ad peccatum pertinet, & natura quidē huma G na duabus mortibus tenebatur aſtricta: animæ, propter peccatum: carnis, propter vindictam peccati. Quia ergo dominus ſola carne mortuus eſt, vt nos à morte animæ & carnis liberaret: rectè duabus noctibus & vna die in ſepulchro quieſcere voluit: quia videlicet lucem ſuæ ſimplæ mortis, tenebris duplæ noſtræ mortis adiunxit: & per ſuā ſimplam mortem noſtrā duplam dānauit. Si eñ ipſe vtrâque ſuſciperet, nos à nulla liberaret: ſed vnā miſericorditer ſuſcepit, & iuſtè vtrâque dānauit: ſimplā ſuā duplæ noſtræ contulit, & duplā noſtram moriens ſubegit. Duæ ergo noctes, ſignificant duas noſtras mortes: dies verò ſignificat ſuam mortē, quæ fuit lux noſtrarum mortiū. Vnam abſtulit, alteram ad exercitium electis reliquit, quā denuo veniens exterminabat.

Reſurrectio Chriſti eſt cauſa noſtræ.

Reſurrectio itaque ſua, eſt cauſa efficiens noſtræ reſurrectionis: quæ fit in præſenti, & quæ fiet in futuro. Reſurrectio quæ fit in præſenti, eſt noſtra iuſtificatio: & dicitur reſurrectio prima. Vnde in Apocalypſi, Beatus qui habet partē in reſurrectione prima.

Apoc. 20.

H Reſurrectio quæ fiet in futuro, eſt corporis reſuſcitatio: & dicitur reſurrectio ſecunda. vnde in Oſee: Viuificauit nos poſt duos dies, & in tertia die ſuſcitauit nos.

Oſee 6.

Ad reſurrectionem quippe primam duo dies requiruntur: ſcilicet ablatio omnis culpæ, & collatio cōſummatæ gratiæ: nullus enim reſurget reſurrectione ſecūda ad gloriam, niſi prius reſurrexerit reſurrectione prima per gratiam.

Mortui Chriſti duratio.

Mortuus autem fuit Chriſtus quadraginta horis, vt quatuor mundi partes, quæ in decalogo legis mortuę erant, viuificaret. Prima quoque die hebdomadæ ſurrexit, vt ea die mundum innouaret qua eum creauerat. In tertia verò die paſſionis ſurrexit, vt eos qui tribus temporibus: ſcilicet ante legem, ſub lege, ſub gratia in peccatis mortui fuerant, ſubleuaret: & nos qui factis, dictis, cogitationibus labimur, per fidē ſanctæ trinitatis reſurgamus. Et ſecundum Auguſtin. Ideo poſt tres dies reſurrexit: vt in paſſione filij, totius trinitatis mōſtraretur aſſenſus: triduum enim legitur in figura: I quia trinitas quæ in principio fecerat hominē, ipſa in fine hominem per Chriſti reparat paſſionem.

Reſurrectionis acceleratio.

Ideo etiam reſurrectionem ſuā dominus ſic accelerare voluit, ne diſcipulos diu in mœſtitia cruciari permitteret. vnde Leo papa: Dominus nempe Chriſtus, ne turbatos diſcipulorum animos longa mœſtitudo cruciaret: denūtiatam tridui morā tam mira celeritate breuiauit, vt dum ad integrū ſecundum diem pars primi nouiſſima & pars tertij prima concurrit: & aliquantulū de ſpatio tēpore decideret, & nihil dierum numero deperiret. Reſurrectio igitur ſaluatoris nec animam in inferno, nec carnem diu morata eſt in ſepulchro: & tā velox viuificatio fuit incorruptæ carnis, vt magis ibi eſſet ſoporis ſimilitudo, quàm mortis. Quoniam deitas quæ ab vtraque hominis ſubſtantia non receſsit: quod poteſtate diuiſit, poteſtate cōiunxit. hęc Leo.

Exemplū paſsionis & reſurrectionis.

Paſsionis igitur & reſurrectionis exēplum Chriſtus nobis præbuit: paſsionis, ad firmandā patientiam: & reſurrectionis, ad excitandam ſpē: vt duas vitas in nobis oſtenderet in carne: vnā laborioſam, quam tolerare debemus: alteram beatam, quā ſperare debemus. Reſurrexit autem Chriſtus cū corpore glorioſo: cuius dotes ſunt claritas, agilitas, ſubtilitas, & impaſsibilitas. K Quamuis enim anima Chriſti à principio ſuę cōceptionis fuerit glorioſa, per apertam viſionem & perfectā fruitionem diuinitatis, diſpenſatione tamen & diſpoſitioue diuina factum eſt, vt gloria animæ eius nō redundaret in corpus: vt ſic corpus eſſet paſsibile & mortale, ad adimplēdum pretium & myſterium redēptionis humanæ in ſua paſſione. Et ideo peracto myſterio paſsionis & mortis, anima Chriſti ſtatim reſumpto corpore in reſurrectione, in ipſum corpus ſuam gloriam deriuauit: & ita factum eſt corpus Chriſti glorioſum. vt enim ait Auguſtinus, carnis quippe ille gerebat infirmitatē: quæ infirmitas reſurrectione conſumpta eſt. Vnde & Leo papa: Sicut ergo dicit Apoſtolus, Et ſi cognouimus Chriſtum ſecundum carnem, ſed nunc iā non nouimus: eius nāque reſurrectio non finis carnis fuit, ſed cōmutatio: nec conſumpta eſt ſubſtantia virtutis augmento. Qualitas tranſijt, non natura defecit. Et meritò dicitur eius caro neſciri in eo ſtatu quo nota fuerit: quia nihil in ea paſsibile, nihil infirmū remanſit: L & vt ipſa ſit per eſſentiā, & non ſit ipſa per gloriam. hęc Leo.

2. Corin. 5. Carnē derelinquit Chriſtus ſed cōmutauit.

Interim igitur, ô anima mea deponamus, piiſsima triſtitiæ querelas, ac nubila mœroris, & in lætitiæ reſpiremus ſerenum: & qui funera redemptoris noſtri proſecuti ſumus cū lachrymis, qui mortē noſtrā moriēdo deſtruxit. De ipſius reſurrectione & gloria iucundemur, qui vitam reſurgendo reparauit. Chriſtus eñ reſurgens à mortuis, iam non moritur: mors illi vltrà nō dominabitur.

Roma. 6.

Induit enim eū dominus pater ſtola immortalitatis & gloriæ: & coronā pulchritudinis poſuit ſuper caput eius: iucunditatē & exultationem theſaurizauit ſuper eum. Totum igitur in eo plenum eſt gaudio, totum lætitia cumulatum, totū exultatione refectum.

Chriſtus plen' gaudio reſurrexit.

Caro eñ Chriſti, flos ille pulcherrimus de radice Ieſſe, qui in natiuitate floruit: quia ex virgine ſine peccato tanquā pulcherrimi floris M ſingulare decus emicuit: in paſsione defloruit: quādo nec ſpecies, neq; decor ei fuit: ſic in reſurrectione, reſumpto etiā ſanguine fuſo in cruce, cū omnibus quæ ſunt de veritate humanæ naturæ, per gloriam refloruit, vt omnium eſſet decor. Nā corpus illud glorioſiſsimum, ſubtile, agile, & immortale, tantæ claritatis ſuperueſtitum eſt gloria, vt verè ſole fulgentius, exemplarem præferens pulchritudinem ſuſcitādorum corporū humanorum, de quibus ipſe ſaluator ait: Tunc fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris: ſcilicet, beatitudinis ſempiternæ.

Matth. 13.

Quod ſi quilibet iuſtus fulgebit vt ſol: quanti putas eſſe fulgoris, ipſum iuſtitiæ ſolem? Tanti, inquam eſt, vt ſit ſpecioſior ſole, & ſuper omnium diſpoſitionem ſtellarum luci cōparatus, decor præcipuus non immeritò iudicetur.

Figurę ra riæ. Hiere. 18. & Reg. Ionæ 2.

Tunc renouata eſt, vt aquilæ iuuentus Chriſti. Tunc leo ſuum catulum ſuſcitauit. Tunc phœnix reuixit. Tunc ex eodem luto factis vaſis, fecit aliud vas figulus, ſicut placuit in oculis ſuis. Tunc Ionas de vētre ceti illæſus exiuit. Tunc veſtitum eſt candelabrū auro. Tūc ſuſcitatum



tatum eſt tabernaculum Dauid, quod cecidit. Tūc A refulſit ſol, qui prius erat in nubilo. Tunc viuificatum eſt granū frumenti, quod cadens in terra mortuum erat. Tunc ceruus reſumpſit cornua. Tunc Samſon tulit portas ciuitatis, & exiuit. Tunc Ioſeph eductus de carcere tondetur, & cōſtituitur dominus Aegypti. Tunc conſciſſus ſaccus circundatur lætitia. Magna igitur & ſolennis valde eſt ſolennitas Paſchalis, & cæteras præcellit ſolennitates. Vnde omnes dies dominici octauæ ſunt huius feſti: & in eo omnia ſigna lætitiæ proponuntur.

Dominicę diei dignitas.

Dignitas quippe dominicæ diei notatur in hoc quòd fuit prima dierum. Item nox illam non præceſsit. Item, vt dicitur, erit vltima dierū. Item nox illi nō ſuccedet. Item cœlū & terra ſunt in ea creata. Item angelus eſt in ea creatus, & ad deū conuerſus. Item primò data ſunt in ea filijs Iſraël mandata. Item Chriſtus in ea natus eſt. Item Chriſtus in ea ſurrexit. Item ſpiritus ſanctus datus eſt in ea apoſtolis. Item in ea omnes reſurgemus, atque iudicabimur. B Item in ea continuandū eſt perpetuò in laude dei.

Solennitas ſolennitatum.

Vnde Gregor. Hanc rectè nobilitatē ſolennitatis dicā, quia ſolennitates cæteras antecedit. Sicut eñ in ſacro eloquio ſancta ſanctorū, vel cantica canticorum, pro ſui magnitudine dicūtur: ita hæc feſtiuitas rectè dici poteſt ſolennitas ſolennitatum. Ex hac quippe ſolennitate exemplū nobis reſurrectionis datū eſt: ſpes cœleſtis patriæ aperta, & facta ſuperni regni iam præſumptibilis gloria. Per hāc electi mei (qui quamuis in tranquillitatis ſinu) tamen apud inferni clauſtra tenebātur, ad paradiſi amœna reducti ſunt. Quæ eſt ergo iſta ſolennitas, quæ inferni clauſtra deſtruxit: & ianuas nobis regni cœleſtis aperuit? Vnde & Augu. Alacrior dies illa refulget: nō de viſitatis ſolis circuli illuminata præclarius: ſed de lumine agni reſurgētis illuſtrata ſublimius. Hac enim die ſol iuſtitiæ Chriſtus aſcendit ab inferis: & idcirco pulſemus cytharā Dauid, canentes: Hæc eſt dies quā fecit dominus: exultemus & lætemur in ea. Contemplemur hunc diem, qualem noctē habuerit genitricem. Nox quæ cœlum luminaribus imitatur: imò in qua cœlum & C terra lætatur: nox bonę parturitionis, nox ſanctæ regeneratiōis, nox de qua dicitur, & nox ſicut dies illuminabitur: & ab ipſa eſt dies quā fecit dominus, dies dominicus.

Pſal. 138.

Dies lucis

Et rectè dies dicitur lucis, in quo fugerūt tenebrę cęcitatis. Exclamauerūt qui erant in regione vmbrę mortis, quia lux orta eſt illis: lętetur terra, quia nouā lucem vidit: lętentur & angeli, quia peccatoribus dominus claritatem dedit. Contremuerūt inferi, ſuſtinendo ſplendorē inſolitum: & incuruatū eſt omne genu Chriſto domino: cœleſtium, terreſtriū, & infernorum. Omnia ergo nobiſcū hodie triumphant: & angeli, & archāgeli: cæteriq; beatorū ſpirituum ordines nobiſcū feſta concelebrāt. Nos quoq; imitamur cantilenam cantantes cantica cœleſtia, quę adhuc humana cātare non poteſt lingua.

Exultandum cum tremore. Lucæ 1.

Exultemus ergo in domino, ſed in timore, nō remiſſa ſecuritate. Nā & beatus Ioannes prę curſor exultauit in vtero matris: ſed vinum non bibit pręcepto angeli Gabrielis. Nos autē qui infirmi ſumus, ſobriè bibamus: modum non excedamus, vt lætitia noſtra cum exultatione nullam ſentiat corporis tempeſtatē: ſed per ſobrietatis ſere D nitatem, portū intremus ſalutarem. Accepimus ieiuniorum palmā, feſtiuitatis non amittamus victoriam: quā nobis tribuat dominus Chriſtus adiuuando, quia vicit in nobis patiendo: vt digno carmine triumphemus cantātes: Abſorpta eſt mors in victoria: hallelu ia.

1. Cor. 15. Romphea amota paradiſo. Pſal. 117.

Ignitā quippe rompheam illam, & paradiſi ianuā, quam nullus effringere potuit hac die Chriſtus cū latrone reſerauit: dicens ad angelos, Aperite mihi portas iuſtitiæ: & ingreſſus in eas confitebor domino. Ex eo nimirum tempore quo paſſus eſt dominus, porta hæc & clauſa & reſerata eſt. Clauſa quidem, incredulis & peccatoribus: reſerata verò, iuſtis & credētibus.

Excellentia diei reſurrectionis.

Quomodo mater domini Maria inter omnes mulieres principatū tenet: ita & inter cæteros dies hæc omniū mater eſt. Hæc dies eſt vna de ſeptē, & extra ſeptem. Hęc eſt dies, quę appellatur octaua. vnde & in quibuſdam pſalmorum titulis ſuperſcribitur, pro octaua. Hæc eſt dies, in qua ſynagoga finitur, & eccleſia naſcitur. E Hæc eſt in cuius numero octo animæ ſeruatæ ſunt in arca Noë.

Gene. 7. & 8.

Et quid mihi neceſſe eſt, infinita replicare. Dies mihi deficiet, ſi voluero omne diei iſtius exponere ſacramentum. Hoc tantum dico, quòd vniuerſa ſabbati gratia, & antiqua illa feſtiuitas populi Iudæorū diei iſtius ſolennitate mandata eſt. Illi in ſabbato non faciebant opus ſeruile: nos in d e dominico, hoc eſt, in die reſurrectionis opus ſeruile non facimus. Illi de domibus ſuis non egrediebantur, & nos de domo Chriſti non egrediamur. Illi non accendebant ignē in die ſabbati: nos econtrariò accendamus in nobis ignem ſpiritus ſancti. De quo igne dominus, ait: Ignem veni mittere in terram: & quid volo, niſi vt ardeat?

Lucæ 12.

Deſiderat dominus iſtum ignem ardere in nobis: ſpiritum ſanctum feruere, vt non refrigeſcat charitas dei. Illis agnus aut hircus, nobis Chriſtus occiditur. Pro quibus vniuerſis fratres conſona voce pariter cantemus: hęc dies quàm fecit dominus: exultemus & letemur in ea. Hinc ergo & à nobis hallelu ia, decantetur, quod Latinè laudare dominum interpretatur.

Pſal. 117. Hallelu ia

Laudemus dominum fratres vita, lingua, corde, & ore: vocibus & moribus. F Sic enim ſibi dici vult deus hallelu ia, vt non ſit in laudante diſcordia. O fœlix hallelu ia in cœlo: vbi templū dei ſunt angeli. Ibi enim cōcordia ſumma laudantium: vbi nulla lex in membris repugnat legi mētis: vbi non eſt rixa cupiditatis, in qua periclitetur victoria charitatis. Hîc ergo hallelu ia cantemus, adhuc ſoliciti, vt illic poſsimus, aliquando cantare ſecuri, quando ſcilicet hoc mortale corpus, immortale & incorruptibile factum fuerit: quando tota tentatio perierit. O fœlix illic hallelu ia, ô vita ſecura, ô ſine aduerſario, ô vbi nemo erit inimicus: nemo perit amicus. Ibi laudes deo, & hîc laudes deo: ſed hîc à ſolicitis, ibi à ſecuris: hîc à morituris, ibi ſemper à victuris: hîc in ſpe, ibi in re: hîc in via, ibi in patria. Modo ergo fratres mei cantemus, non ad delectationem quietis: ſed ad ſolatium laboris. Quomodo ſolent viatores cantare, canta, & ambula, & cantando laborem conſolare. Pigritiam noli amare: ſed

ambula, & in bono profice. Canta & ambula: noli G errare, noli redire, noli remanere. Hæc Augu. vnde & Beda: Et quoniā illa vita tota in dei laude geritur, ceſſantibus cunctis languoribus: meritò quinquaginta diebus in memoriā huius noſtræ quietiſſimæ ac fœliciſſimæ actionis crebrius ac feſtiuius hallelu ia canere ſolemus: hallelu ia namque Hebręus ſermo eſt: & interpretatur Latinè, laudate dominum. Denique in Pſalm. vbi nos canimus, laudate dominum: pro hoc verbo apud Hebræos, ſemper canitur hallelu ia. Quod euangeliſta Ioannes (Apo. 19.) in Apocalypſi ſua cœleſtiū agmina virtutū, cantica ſe audiſſe perhibet. Sed & venerabilis pater Tobias, intelligens qualis ſupernorum ciuium gloria: (Tob. 13.) quanta ipſius Hieruſalem cœleſtis ſit claritas, hęc myſtica voce dicebat: Ex lapide pretioſo, & auro mundo omnes plateę eius ſternentur, & per vicos eius hallelu ia cātabitur. Hæc Beda. Reſurge nunc anima mea, cum Chriſto de ſordido peccati ſepulchro: reſpira iam in ſpem reſurrectionis, & vitæ H perhennis: pro amore dei moriamur in pręſenti vita, vt poſt reſurrectionē viuamus in futura. Quia ſi pro amore Chriſti, nūc mortuū corpus portamus: tunc in lætabundo gaudio, cū ipſo cōregnabimus. Sic ergo curemus intereſſe feſtis hominū, vt mereamur etiam intereſſe feſtis angelorū. Vnde Gre- (Solēnitas ęterna petenda.) gor. Ecce Paſchalia ſolennia agimus: ſed ita viuendum eſt nobis, vt peruenire ad ęterna feſta mereamur. Tranſeunt cuncta quæ temporaliter feſtiuè celebrantur. Curate qui his ſolennitatibus intereſtis, ne ab ęterna ſolēnitate ſeparemini. Quid prodeſt intereſſe feſtis hominū, ſi deeſſe contingat feſtis angelorum? Vmbra venturæ ſolennitatis, eſt ſolennitas pręſens. Idcirco hanc annuè agimus, vt ad illam, quæ non eſt annua perducamur. Cùm hæc ſtatuto tēpore geritur: ad illius deſiderium memoria noſtra refricatur. Frequentatione ergo gaudij temporalis, ad æterna gaudia mens incaleſcat & ferueat: vt ex veritate lætitia perfruatur in patria, quod de vmbra gaudij meditatur in via. Hęc Gre- (Figura. Iudicū 16.) gor. Chriſtus reſurrectionē ſuam, per Samſonem fortiſſimum olim figurauit: qui ciuitatē inimico- I rum ſuorum introiuit: & ibidem nocte dormiuit. Et cùm inimici portas ciuitatis cuſtodirent, vt ipſum mane cōprehenderent, & occiderēt: ipſe media nocte ſurrexit, & portam ciuitatis ſecū detulit. Sic Chriſtus vrbem hoſtium ſuorum, hoc eſt infernū, potenter intrauit: & deſtructo eo media nocte ſurrexit. Chriſtus etiā per Ionam reſurrectio- (Ionę 2) nem ſuam præfigurauit: qui in ventre ceti per triduum viuū conſeruauit: & poſt triduum cetus ipſum de ore in terrā viuum emiſit. Fuit etiā reſurrectio Chriſti præfigurata per lapidem, quē reprobauerunt ędificantes templū domini. Qui cùm ab eis propter ineptitudinē abiectus eſſet: tandem conſummato tēplo, cùm lapis angularis poni deberet, qui in ſe duos parietes cōplecteretur, non eſt inuentus lapis ad hoc aptus: niſi ille qui ab ædificantibus erat reprobatus. Chriſtus erat lapis reprobatus, in ſua paſſione: & factus eſt eccleſiæ lapis angularis, in ſua reſurrectione. Tunc adimpleta eſt illa pro- (Pſal. 117.) phetia Dauid, Lapidem quē reprobauerunt ædificantes, & cætera. & ideo ipſa cantatur in feſto re- K ſurrectionis. Lapis iſte duos parietes in templo domini coadunauit: quia Chriſtus de populo Gentili & Iudaico vnā eccleſiam ędificauit. In hoc ędificio pro cęmēto, vſus eſt ſuo ſanguine: & pro lapidibus, ſuo ſacratiſſimo corpore.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte, dulcor vnice: qui ruptis vinculis mortis, glorificaſti corpus tuū, & in tam ineffabili gloria ſurrexiſti: precor & obſecro te per tuā reſurrectionem floridam: da mihi vt à vitijs, & à morte animę reſurgens, in virtutibus ſemper floream: & in nouitate vitæ ambulem: vt quę ſurſum ſunt quæram & ſapiam, non quæ ſuper terram. Per tuæ claritatis virtutem purga animam meā à tenebris peccatorum: & per eandem virtutē die vniuerſalis reſurrectionis caro mea reſurgat ad gloriam, vt tecum æternaliter in vtroque gaudeam. Amen.

De eo quomodo dominus Ieſus apparuit matri ſuæ. Caput lxx.

L EAdem autem hora, ſcilicet ſummo mane. Maria Magdalenæ, (Magdalenæ.) & Maria Iacobi minoris mater: quæ etiā appellatur Maria Ioſeph: (Maria Iacobi, ſiue Ioſeph, & Cleophę.) ſcilicet mater, qui fuit frater Iacobi: & vnus de ſeptuaginta duobus diſcipulis: & ab apoſtolis cum Matthia ſtatutus: & quādoq; Maria Cleophę, ſcilicet filia appellatur: & Maria Salome, (Maria Salome & Zebedęi.) ſcilicet filia, quæ etiā mater filiorum Zebedęi vocatur: & cæterę quæ cū eis erant: licentia prius petita à domina: cœperunt ex deuotione & fide, quā ad dominum habebant, ire cū vnguentis ad monumentū ad inungendum corpus dominicū. Domina aūt remanſit domi, vacās interim lachrymis & orationi. Et pulchrè hæ mulieres vno cenſentur nomine: vt quibus vna erat voluntas, parq; deſideriū, vnum eſſet vocabulum. Vbi ſciendū, quod tres ſunt ſtatus hominū ſaluandorum, quorū quilibet quærit Chriſtum, & (Status pœnitentiū.) extra hos nemo ſaluatur: ſcilicet incipiētium, proficientium, & perfectorū: ſiue pœnitentium, actiuorum, & contemplatiuorū. Et hi tres ſtatus ſignātur per tres Marias, quæ quærebant dominū, quantum ad triplicē nominis Mariæ interpretationem. M Status pœnitentium ſignatur in Maria Magdalena: (Magdalena pœnitentiū primiceria.) quæ famoſa peccatrix fuerat, & pœnituit. Et licèt alibi per ipſam accipiatur vita contēplatiua: vt tamen Marcus hîc de ea loquitur, dicēs: Maria autem erat, de qua eiecerat ſeptē dæmonia: ſic inter pœnitentes reputatur: imò ipſa in euangelio primiceria pœnitentium fuiſſe dignoſcitur. Et ſecundum hoc bene conuenit ei nomen Maria: prout interpretatur mare amarū, ſecundum etymologiam Latinam: vel ſecundum deriuationē Hebraicam, à vocabulo mara, quō Latinè eſt amara. Vnde Ruth: (Ruth 1.) Non vocetis me Noēmi, id eſt pulchram: ſed vocate me Mara, id eſt amaram: quia amaritudine valde repleuit me dominus. Quod verificabatur in Maria Magdalena, quando ante pedes domini lachrymis lauit maculas criminis. Sic & Pe- (Matth. 26) trus pœnitens fleuit amarè. Vnde cuilibet animæ verè pœnitenti, dicitur illud Threnorum, Magna eſt, velut mare, contritio tua filia Sion. Sta-





A tus verò proficientiū & actiuorū, (Thren. 2.) ſignatur in Maria Iacobi, quę fuit mater Iacobi minoris. (Status pficientium.) Ad proficientes enim pertinet ſupplātare vitia, & luctari in exercitio ſpirituali virtutū. Cui conuenit alia interpretatio Mariæ: prout interpretatur domina, Syriacè. Quia enim proficere volētes, ſunt in cōtinuo cōflictu, propter promptitatē ad malū, & difficultatē ad bonū: neceſſe eſt proficiētes dominari paſſionibus, per rationē, ne tentationibus cedant: ex qua lucta quādo videlicet ratio prædominatur ſenſualitati, generātur virtutes: nam virtus in infirmitate (1. Cor. 12.) perficitur. Status aūt perfectorū, & contēplatiuorū (Status perfectorum.) ſignatur in Maria Salome, quæ fuit mater filiorū Zebedæi, ſ. Iacobi maioris, & Ioannis: hæc poſtulauit filijs ſuis regnū: ſic perfecti & contēplatiui non (Matth. 20. c.) occupātur, niſi circa regnū dei: imò ipſi in ſe habēt regnū dei, & hîc prægustant quodāmodo regnum cœlorū. Vnde etiam Salome, interpretatur pacificans: (Salome.) nam in hac vita nulla pax eſt homini, niſi in actu contēplationis. Et huic conſonat tertia interpretatio nominis Mariæ, prout interpretatur, illu- B minata. Vnde animæ contemplatiuæ dicitur illud (Eſaiæ 60.) Eſaiæ: Surge illuminare Hieruſalē: quia venit lumen tuum. (Aromata trium Mariarum, ac ſtatuum.) Quælibet iſtarū Mariarū, habet ſua aromata & vnguēta. Pœnitentiū aromata ſunt: dolor contritionis, pudor cōfeſſionis, & labor, ſatisfactionis: ex his conficitur vnguentū, quo libēter vngitur dñs. Conficitur autem hoc vnguentū ex myrrha, aloēs, & thure. Per myrrhā, quæ valde amara eſt, ſignificatur amaritudo contritionis. Per aloēs quod etiā amarum eſt, & valet contra retentionem menſtruorū: id eſt, peccatorū: ſignificatur verecundia cōfeſſionis. Per thus, cuius odor cum fumo aſcēdit, ſignificantur opera ſatisfactionis: quæ per rectam intentionē in deum diriguntur. Sed ex his tribus non cōficitur bene vnguentū: (Vnguentū ſalubre.) niſi apponatur oleum miſericordiæ diuinæ, ſine qua omnis pœnitētia eſt inefficax: admixto autē hoc oleo, optimū vnguentū efficitur: & tale fuit vnguentū Mariæ Magdalenæ, quæ oēs partes pœnitentię perfectiſſimè impleuit, aſſiſtente ſibi miſericordia ſaluatoris: vt C patet in euāgelio. Ipſa enim lachrymas copiosè effudit, ex amaritudine cōtritionis: cōuiuantes non erubuit, ex pia impudētia cōfeſſionis: pedes domini lachrymis lauit, capillis terſit, oſculabatur, vnxit: & ſe totam Chriſti obſequio deuouit, & impendit: & hoc ex immenſo affectu ſatisfactionis. (Aromata proficientium.) Proficientiū aromata ſunt: patientia, humilitas, perſeuerantia, ſeu longanimitas: ex quibus cōficitur vnguētū actiuorū. Et hoc vnguentū intrāt myrrha, & gutta, & caſia, quæ fluūt à veſte vitæ Chriſti. (Myrrhæ virtus.) Myrrha bona eſt in omni vnguento: & ideo licèt poſita ſit in vnguēto pœnitentiū, conueniēter tamen ponitur etiam in vnguento proficientium, & ponetur etiam in vnguento perfectorū. Myrrha enim arcet vermes: ſic patiētia arcet vermes, qui mordere ſolent cor patientis, ne contra iniuriantem dolore mordeatur. Et hæc patientia maximè opus eſt, proficere volentibus exercitio ſpirituali: quia (ſecundū Greg.) virtutes inter preſſuras paſſionum, & puncturas tentationum creſcunt. Per guttam autem quæ & aromatica dicitur, ſignificatur humilitas quia gutta pellit omnes inflaturas & tumores: ſic humilitas curat cordiū duritias. Hac etiā opus eſt D proficientibus: quia (ſecundum Greg.) origo virtutis eſt: & ideo illa in nobis virtus veraciter pullulat quæ in radice propria, id eſt, in humilitate perdurat: à qua ſi abijcitur, areſcit: quia viuificantē ſe in infimis humorē perdit. (Caſia.) Per caſiā, quæ & fiſtula dicitur, ſignificatur perſeuerātia, ſeu longanimitas: vt videlicet quis in exercitio ſpirituali non frangatur deſperatione aut tædio: nec ſtatuat ſibi terminū in profectu: ſed ſemper tēdat ad melius ſine termino: quia in ſpirituali profectu nō eſt ſtatus. Caſia enim in aquoſis naſcitur, & creſcit in immenſum: ſic bonus proficiens aquis diuinarū gratiarū fœcundatus creſcit in immēſum, de virtute in virtutē, & nunq; ceſſat donec videat deū deorū in Sion. Sed & hæc aromata nō bene cōficiuntur, ſi non apponatur oleū lætitiæ: vt videlicet homo lætitiam ſpiritualem habeat in bonis operibus ſuis: & illam ponat in corde atq; cōſcientia ſua, non in laudibus hominū. Et E iſtud eſt vnguentū Mariæ Iacobi: quæ habuit quatuor filios: ſcilicet Iacobum, qui interpretatur ſupplantans, ſ. paſſiones per patientiā. Simonē, qui interpretatur obediēs, per humilitatē. Ioſeph, qui interpretatur augmentum, vel appoſitio per longanimitatem: & Iudam, qui interpretatur glorificans, ſcilicet deū, per ſpiritualē lætitiam. (Aromata perfectorum.) Perfectorum vel cōtemplatiuorū aromata, ſunt carnis omnimoda mortificatio, deifica cōuerſatio, & charitatis perfectio: ex quibus fit vnguentū ſuauiſſimi odoris, qd intrāt myrrha, cinnamomū, & balſamū. Per myrrham enim accipitur totalis mortificatio carnis, quæ conuenit perfectis. Nam pœnitentibus cōueniebat myrrha mortificans peccata per amaritudinem contritionis: proficientibus cōueniebat myrrha, mortificās paſſiones: vermē. ſ. remordentē contra tolerantiā paſſionū: ſed perfectis cōuenit myrrha mortificās carnē à petulantia rebellionis: ne videlicet caro in aliquo rebellet ſpiritui. Et hæc eſt myrrha electa prima & pbatiſſima, de qua dicitur F in Cāticis: (Cant. 5.) Manus meæ diſtillauerūt myrrā, & digiti mei pleni ſunt myrrha probatiſſima. Manus eñi id eſt, opera pœnitentiū & actiuorū, diſtillāt quidē myrrhā, vt dictū eſt: ſed digiti, id eſt, ſubtiles & ſpirituales exercitationes cōtemplatiuorū, ſunt pleni myrrha probatiſſima. Probata quippe eſt myrrha pœnitentiū, pbatior proficientiū, ſed probatiſſima eſt contēplatiuorū & pfectorū. (Cinnamomum.) Per cinnamomū accipitur deifica cōuerſatio. Cinnamomi enī cortex, cū frāgitur, ſpiramentū viſibile reddit ad modū nebulæ vel pulueris: & valet ad bonū odorem oris: ſic perfectus ſi frāgitur vituperatiōe, vel iniuria corporali, moleſtia, vel inædia, laborū frequētia, vel quæcūq; acciderit aduerſa, ſemp ſpirat viſibiliter odorē deificæ cōuerſationis: & emittit odorē dulcis reſpōſionis. (Balſamū.) Per balſamū, charitas pfecta intelligit, quæ foras mittit timorē: & omne cū quo ipſa ſtare non pōt. Balſamū enim purū & non adulteratū, corpora à corruptione cōſeruat: ſic vbi charitas pura & pfecta, ibi nulla corruptio hoīs interioris: q (ſecundū Aug.) habere oīa ſacramēta, & malus eſſe quis pōt: habere autē charitatē, & malus eſſe, nō poteſt,

G

Pſal.30.

Sed ex iſtis perfectorũ aromatibus,non fit vnguentũ ſine admixtiõe olei diuinæ dulcedinis,quæ ſemper prædicta tria comitatur:quod oleum deguſtauerat propheta,cùm dicebat: quàm magna multitudo dulcedinis tuæ,& cætera.Et iſtud eſt vnguentum Mariæ Salomæ : quæ fuit filia Salome, vxor Zebedæi,& mater Iacobi maioris,& Ioannis. Per Iacobũ maiorẽ,intelligitur totalis ſupplãtatio, vel mortificatio hominis exterioris. Per Salome intelligitur deifica cõuerſatio, quæ non eſt niſi in homine bene intra ſe pacificato.Per Ioannẽ,charitas intelligitur:quia erat præ cæteris à Chriſto dilectus: ſed per Zebedęum,qui interpretatur fluitio,intelligi poteſt diuina dulcedo , qua talis anima fluit , & affluit delitijs internis. Itaq; quælibet anima, pro ſtatu ſuo debet iſtas mulieres imitari , & cum iſtis vnguentis Ieſum quærere & vngere: vt ſcilicet inſtanter pœnitentiã faciat,viriliter tẽtationes ſuſtineat,pacificè ad proximũ ſe habeat. Iſta enim tria faciunt apparere Ieſum:& cuilibet,ſecundum ſtatum ſuum:ſecundum Ber.

Moraliter

H

Vnguenta tria mentis.

Moraliter per iſtas tres mulieres,ſignantur in iuſto quolibet mens,lingua, manus:quæ habẽt valde pretioſa vnguenta.Mentis vnguenta ſunt tria:contritio, cõpaſsio, & deuotio. Primum,ſcilicet contritionis,conficitur ex viliſsimis ſpeciebus: ſcilicet ex peccatis, quæ creſcunt in noſtro horto proprio.Secundũ, ſcilicet compaſsionis,conficitur ex amariſsimis ſpeciebus:ſcilicet ex proximorũ miſerijs,quæ creſcunt in horto alieno. Tertium.ſ.deuotionis,conficitur ex prætioſis ſpeciebus:ſcilicet ex Chriſti beneficijs,quæ creſcũt in horto dominico.

Vnguenta tria linguæ.

Linguę vnguenta ſunt tria:oratio deuota cõfeſsio integra,prædicatio vera.Primum, ſcilicet orationis,conficitur ex herbis:quæ ſunt,intentio recta,attentio firma,affectio pia. Secũdum, ſ. confeſsionis,cõficitur ex herbis:quæ ſunt, pudor cõmiſsi,dolor amiſsi, timor ſupplicij.Tertiũ,ſcilicet prædicationis,cõficitur ex herbis : quæ ſunt,fidei inſtructio,morum informatio, vitiorũ increpatio.

Vnguenta man⁹,ſunt opera miſericordiæ

Manus vnguẽta,ſunt ſeptẽ miſericordiæ opera: de quibus eſt iſte verſus:Colligo,poto,cibo,redimo tego,viſito,condo.Qui autẽ vult prædicta aromata & vnguenta habere,oportet ea emere.Ille enim

I

qui emit,dat de ſuo & accipit de alieno:ſic in operibus virtuoſis oportet aliquid ponere de noſtro,ſcilicet voluntatẽ:& aliquid recipere à deo,ſcilicet operandi facultatẽ:vel à deo recipimus gratiã præuenientem de noſtro apponimus voluntatem ſubſequentẽ.Quamuis ergo multę aliæ mulieres dominum ſequerentur,iſtæ tamen præcipuè venerunt: quia Chriſto plus obligatæ erant ex eo,ꝙ plura beneficia ab eo receperant. Maria enim Magdalena multũ Chriſto tenebatur,quia ab ea ſeptem dæmonia eiecerat. Maria aũt Iacobi, & ſimiliter Maria Salome Chriſto multũ tenebantur : tum quia nepos earum erat , tum quia filios ſuos cardinales, id eſt,Apoſtolos fecerat.

Maria cur ad monumentum non venit.

Sed mirum videtur ꝙ beata virgo cum iſtis mulieribus ad monumentum non iuit:ſed domi remanſit.Super hoc autẽ poſſunt tres cauſę aſsignari.Vna quia mater ſepulchrũ filij ſine magno dolore videre non potuiſſet:& maximè recenter ſepulti.Si enim ſepulchrũ filij vidiſſet,quaſi doloris gladius animã eius perforaſſet.Et ſatis probabile eſt ꝙ ſi ire voluiſſet,Ioannes eius cuſtos hoc

K

non permiſiſſet: imò etiã cæteri apoſtoli dixiſſent Ioanni , nullo modo illic eam ire permittas:quia ſi ierit,tantũ ibi flebit, & ſe mactabit ꝙ ferè ſe occidet. Secũda cauſa,quia in paraſceue & ſabbato tantum fleuerat,& tantũ ſe mactauerat, ꝙ etiam ſuſtinere ſe nõ poſſet.Vt enim dicit Bernar.oportuit ꝙ inter manus diſcipulorũ tanquam ſemiuiua de cruce ad domum propriam portaretur.Vnde & Aug. Illa pia mater immani dolore eiulans , & pectora delicata contundens,ita viſcera omnia fatigauerat & membra,vt iam ſenſu deficiens vix potuiſſet ad funus Chriſti peruenire.Tertia cauſa eſt,quia prædictæ mulieres putabant corpus Chriſti adhuc in monumẽto eſſe:& volebant(prout antiquitus conſuetudo erat)ipſum corpus inungere:vt cõſeruaretur à fœtore,& à vermiũ corroſione, & ab incineratione:ſed erãt deceptæ , quia corpus Chriſti erat deitate imbalſamatũ:& ideo ſi per decẽ millia annorũ in terra latuiſſet,non potuiſſet putrefieri, nec

L

incinerari,nec à vermibus corrodi.Beata autẽ virgo ſciuit ꝙ ibi nõ erat,ſed quia iam immortalis & incorruptibilis ſurrexerat:& ideo illuc ire nolebat ſicut nec poterat.Ipſa itaq; ex quo vnigenitũ filium ſuũ teneri,flagellari,& crucifigi vidit:delicatis manibus delicata pectora tundens: & ſe nimio dolore vigilijsq́; & ieiunijs affligens: iam viribus pariter & ſpiritu attenuata , alicubi ſola in ſecreto domus ſedebat:& de his quę ſibi acciderant calamitatibus lamentabatur & flebat.

Apparitio facta Mariæ matri.

Domina igitur orãte & lachrymas dulciter emittente, ecce ſubitò venit dñs Ieſus in albiſsimis veſtibus gloriæ & reſurrectionis nouitatis ſuæ:vultu ſereno,ſpecioſus,glorioſus, & gaudens,ac matri deſolatæ & mœrenti totus feſtiuus apparẽs. Ac illa adorãs,& ſurgens cũ lachrymis,præ gaudio eũ amplexatur : & tota acerbitas mœroris in lętitiã vertitur.Poſtea cõſedentibus eis pariter,curioſè intuebatur eundẽ in vultu & cicatricibus per totũ: diligenter quærens ſi omnis pœna trãſiſſet,& omnis dolor ab eo diſceſsiſſet.O quãto gaudio mater impletur: cùm ipſa natũ impaſsibilẽ intuetur:non ſolũ in æternũ victurũ,ſed & cœ

M

lo & terræ,omniq́; creaturæ perenni iure dominaturũ.Stant igitur & colloquũtur ad inuicẽ gaudentes,ac Paſcha delectabiliter & amãter ducentes.Et narrat ei dñs Ieſus qualiter populũ ſuum liberauit de inferno,& quæ fecit in illo triduo. Ecce igitur nunc magnũ Paſcha.

Apparitio prima facta Mariæ

De hac apparitione qua ante cæteros virginiglorioſæ apparuiſſe creditur,nihil in euangelio habetur:ſed ideo ipſam poſui, & ante alias præmiſi,quia ſic piũ eſt credere:prout in quadam legenda de reſurrectione dñi plenius continetur. Dignum nanq; erat vt matrẽ præ cæteris viſitaret,& de reſurrectione ſua prius lætificaret,quę præ cæteris plus dilexit,eius amoris deſiderio plus afficiebatur : plus de eius morte doluit, plus dolore afflicta,eius reſurrectionẽ expectauit.Et licèt hoc ab euãgeliſtis ſubticeatur:piè tñ ſic creditur . Vnde & Romana eccleſia hoc cõprobare videtur,quæ ſtatim ipſa die apud ſanctam Mariã maiorẽ Romæ celebrat ſtationem: per hoc innuens,beatæ Mariæ primò



A

Ioan.vlti.

primò factam apparitionem.Quid enim ſi euangeliſtæ hoc non dicant. Non enim,vt ait Ioannes, omnia eius facta ſcripta ſunt. Nam ſi hoc ideo non creditur quia nullus euangeliſtarum teſtatur: conſequens eſt , vt poſt reſurrectionem nunquam ſibi apparuerit:quia vbi,vel quando nullus euangeliſta ediſſerit.Sed abſit vt talem matrẽ,talis filius tali & tanta negligentia dehonorauerit: qui patrẽ & matrẽ honorari præcepit.

Cur euangeliſtæ nõ ſcripſerĩt. hãc apparitionem.

Sed ideo forſitan hoc euangeliſtæ ſubticuerunt,quia eorũ fuit officiũ ſolummodo reſurrectionis teſtes inducere.Matrẽ autem, ad teſtificandum pro filio ſuo,inducere non decuit. Si enim verba extranearũ mulierũ,deliramenta ſunt viſa: quomodo non magis matrẽ , pro honore filij crederent delirare?Hoc igitur euangeliſtæ ſcribere noluerunt:ſed pro cõſtanti reliquerunt.Hoc etiã teſtatur Ambro dicens: Vidit Maria reſurrectionẽ domini:prima vidit,& credidit. Vidit Maria Magdalena,quamuis adhuc iſta nutaret.Vnde & Anſelmus. At ſi aliquis quærit,cur euangeliſtę non referant ipſum pijſsimum dominum à morte reſurgentem,huic dulciſsimæ matri,vt eius dolores mitiga

B

ret,primò,ac præcipuè apparuiſſe:dicimus,quod à quodam ſapiente de hoc ipſo ſciſcitãtes audiuimus. Ait ergo:Tanta ſcitur autoritas narrationis euangeliſtæ,vt nihil in ea dependens,vel inane , vel ſuperfluum reperiatur.Itaq; ſi matri,ſi dominę mundi ipſe filius eius ab inferno reſurgens ſcriberetur, ſicut alijs,apparuiſſe:eamq́; de ſua reſurrectione docuiſſe: quis non tale ſcriptum ſuperfluũ diceret?Reginam videlicet cœli & terræ, omniſq́; creaturæ, coæquaret illi vel illi quibus apparuit,viro vel mulieri.Spiritus eius plenè atq; perfectè in illa quieſcebat:qui ſibi & eſſe illius,& omnia facta eius , & luce clarius reuelabat : & euangeliſtæ ſcriberent, tunc vel tũc,illi talem vel talem ſemet exhibuiſſe. Hæc Anſel. Vnde etiam Sedulius: Semper virgo manens,huius ſe viſibus aſtans Luce palàm dominus prius obtulit. Dicit etiam Ignatius,quòd primò dominus apparuit matri ſuæ,poſt reſurrectionem:& conſolabatur eam:ex quo tanto fuit repleta gaudio,quòd oblita fuit omnis doloris quem ha

C

buerat de ſua paſsione.Quòd ergo infrà dicitur apparuiſſe primò Mariæ Magdalenæ:intelligitur inter eos,quibus voluit ſuam reſurrectionem probare.Matri enim virgini primò omnium apparuit: non vt reſurrectionem ſuam probaret , ſed vt eam de viſu ſuo lætificaret.

ORATIO.

O Maria,dei genitrix & virgo gratioſa,omniũ deſolatorum ad te clamantium conſolatrix vera: per illud magnum gaudium quo conſolata es, quando cognouiſti dominum Ieſum die tertia à mortuis impaſsibilem reſurrexiſſe : ſis conſolatrix animæ meæ : & apud eundem tuum, & dei natum vnigenitum, in die nouiſsimo , quando cum anima & corpore ero reſurrecturus , & de ſingulis meis factis rationem redditurus , me digneris iuuare quòd perpetuæ damnationis ſententiam,per te pia mater & virgo valeam euadere, & cum electis dei omnibus ad æterna gaudia fœliciter peruenire. Amen.

## Quando Maria Magdalena & aliæ Mariæ & Petrus,& Ioannes venerunt ad monumentum. Cap. lxxi.

D

Matth.28. Marc.16. Lucæ 24. & Ioan.20

VEſpere igitur ſabbati,id eſt, nocte ſequente ſabbatũ:nomine enim veſperis(quod principiũ noctis eſt)ſignificat noctem.ſ.à parte totum: & ideo mutat genus,referẽs ad ſenſum, non ad nomen:& ait: [quæ,] ſcilicet nox [luceſcit,] id eſt,luceſcere incipit:[in prima ſabbati:]id eſt, prima die poſt ſabbatũ,ſeu prima die ſeptimanæ;quæ apud nos dominica dicitur: [valde diluculò & mane,orto iam ſole,]id eſt,ortu ſuo iam cœlũ illuſtrãte:quãuis nondũ appareret terris,raris adhuc tenebris exiſtentibus:hoc eſt iam rubeſcente aurora,& cœlo ab Orientis parte ob ſolis vicinitatem iam albeſcente:aurora enim media eſt,inter tenebras noctis,& perfectã lucem diei:& ideo tanquã medium ab vtroq; extremo põt nominari, [Maria Magdalena,& aliæ]duæ Mariæ iuerunt, & [venerunt ad

E

Dierũ denominatio.

monumentum cum vnguentis]ex deuotione. Vbi ſciendum,ꝙ ſicut Gentiles denominabant dies totius ſeptimanę à nominibus deorũ ſuorum.ſ.planetarum:vt à luna,diem lunæ:à Marte,diem Martis, & ſic de alijs:ita Iudæi , quia dies ſabbati apud eos ſolennior habebatur,ſabbatũ ſic nominabant abſolutè,propter reuerentiam illius diei : & ab eo tanquã à digniori oẽs alios dies nominabãt : ita ꝙ dies immediatè ſequens ſabbatum,dicebatur prima ſabbati:id eſt,prima poſt ſabbatũ. Alia,ſecunda ſabbati,& ſic conſequenter:&

Numeralia pro ordinalibus.

quia Hebræi & Græci nominibus numeralibus,pro ordinalibus nominibus vtuntur, ideo vnũ apud eos,in ordine dierũ,ſignificat primum.

Gene.1.

Vñ in Geneſi dicitur:Factũ eſt veſpere & mane dies vnus:id eſt,primus:& ideo conſequenter ibi ſubditur ſecundus, & tertius , & ſic de alijs. Vñ Lucas dicit,[ vna ſabbati,]id eſt,prima die poſt ſabbatum,vel prima die ſeptimanæ: quia enim ſabbatũ apud Hebræos,non tantũ diem principalem, à quo ſeptimana apud eos incepit: ſed etiam ſeptimanã,ex prærogatiua ſabbati,denominat:vt ibi,ie

F

Lucæ 18.

iuno bis in ſabbato:id eſt, in hebdomada : ideo etiã cùm dicitur prima,vel vna ſabbati,põt intelligi prima die ſeptimanæ,vel hebdomadæ : quæ apud nos propter dñicam reſurrectionẽ vocatur dominica,à qua etiam apud nos incipit ſeptimana.Nobis enim celebritas veteris ſabbati, conuerſa & tranſlata eſt in dominicã,quæ cæteris diebus celebrior eſt, propter dominicæ reſurrectionis ſanctitatẽ, gaudium & reuerentiam.Latini verò,ſeu Romani,& eccleſia,modò dies vocant ferias:diem dominicã vocantes feriam primã:diem lunæ,ſecundã:& ſic de alijs vſq; ad ſabbatum.

Feria.

Et vocatur feria à feriare quod eſt ceſſare,vel à ferendis victimis:quia omni die feriare,id eſt,à peccato ceſſare,& victimas ferre , & offerre debemus .

Quomodo tenebræ, diluculum , & ortus erat ſol.

Mulieres ergo iſtæ venerunt ita mane quòd[adhuc tenebræ erãt,] vt dicit Ioannes: & ſecundum Lucam venerũt diluculò,quæ eſt claritas media inter noctis tenebras & diei claritatẽ, quod aurora appellari ſolet. Et ſecundũ Marcum, venerũt orto iam ſole. Et potuit eſſe ad literam,ꝙ valde mane,cùm adhuc tenebræ eſſent,venire cœ-

G perunt: diluculò autem venerunt: ſed orto iam ſole ad monumentū peruenerūt. Et nota quòd non ſine myſterio euangeliſtæ ſic diuerſimodè loquuntur de iſto mane: ſed omnes concordant in hoc ꝙ fuit mane.

Tres ſtatus.

Nam vt patet ex præmiſsis iſtud euangelium myſticè procedit, ſecundū tres ſtatus electorum, per tres Marias ſignificatos: ꝙ enim Ioannes dicit, cùm adhuc tenebrę eſſent: reſpicit ſtatum incipientium. ꝙ verò Lucas dicit, diluculò: reſpicit ſtatum proficientium: ſed quòd dicit Marcus, orto iam ſole: reſpicit ſtatum perfectorum. Debent ergo fideles quærentes Chriſtum, quilibet pro ſtatu ſuo manevenire, quod eſt contra pigros. Debent etiam venire vna ſabbatorum, per quod quies & pax cordis ſignificatur, ſabbatum enim quies interpretatur, quod eſt contra diſcolos & diſcordes. Debent etiam venire ad monumentum: & ibi quærere dominum.

Monumētum, pœnitentiū cor.

Monumentū eſt mens humana, quantum ad quemlibet ſtatum. Nam cor pœnitentium dicitur monumentum, ratione luctus, qui circa monumenta fieri ſolet, & pœnitentium eſt lugere, & flere ſuper ſeipſos.

H

Proficientium.

Proficientium autem cor dicitur monumentum, ratione operis miſericordiæ: quod in ſepeliendo mortuos exercetur: & actiuorum eſt inſiſtere operibus miſericordiæ.

Contemplatiuorū.

Contemplatiuorū verò cor monumentum dicitur, ratione quietis: dicuntur enim corpora quieſcere in monumentis, & quies maximè ad cōtemplatiuos pertinet. In tali ergo monumento, pro quolibet ſtatu, rectè quæritur Chriſtus. Debet etiā obſtacula impedientia remouere, quę intelliguntur per lapidē magnum, ad oſtium monumenti aduolutū: & per angelum (vt ſtatim infrà patebit) reuolutum. Nam in quolibet ſtatu eſt aliquis lapis obſtās, ne quis poſsit intrare in intima mētis: & exercere actus ſuo ſtatui cōpetentes.

Lapis obſtans.

Lapis obſtans pœnitētibus, eſt pronitas ad malū. Lapis obſtans proficientibus, eſt difficultas ad bonum: ſed lapis obſtans contēplatiuis, eſt materialis ſpecierū. Sed iſte lapis pro quolibet ſtatu, plerunq; remouetur ad ſolum deſiderium animæ piæ quærentis, per gratiam ſpiritus ſancti.

I

Fœlix Maria, id eſt, anima, quæ ad ſepulchrū Chriſti venit videre per meditationē: plangere, per cōpaſsionem: vngere per deuotionē.

Mariæ ſunt nobis imitandæ.

Imitemur ergo & nos eaſdem ſanctas & deuotiſsimas mulieres: vt ſicut illæ cum aromatibus dominum toto corde, ac deſiderio quærebant in ſepulchro (quod eſt proprius mortuorum locus) ita & nos cum noſtris aromatibus, ſcilicet operatione bonorū operum, & odore virtutū, ſuauitateq; orationum, toto affectu mētis ad deū: per ſancta deſideria proficiſcamur, & quæramus eum non in ſepulchro, ſed in cœlo: quò ipſum aſcendiſſe credimus, atq; nouimus. Vnde Grego. Sanctæ mulieres, quæ dominum fuerant ſecutæ cum aromatibus ad monumentum venerunt: & ei quem viuentem dilexerant, etiam mortuo ſtudio humanitatis obſequuntur. Et nos ergo in eum qui eſt mortuus credentes: ſi odore virtutū refecti, cum operatione bonorum operum dominū quærimus: ad monumentum profectò illius cum aromatibus venimus. Hæc Gregorius:

Myſticè monumentum quid.

Myſticè monumentum eſt corpus dominicum: ad quod accedere nemo debet, niſi vna ſabbati, id eſt, in pace & quiete pectoris: & valde diluculò: id eſt, cū feruore. Mane enim K ſignificat feruorē quærendi: vel diluculò, id eſt, excuſsis vitiorū tenebris per diluceſcentē gratiā portans aromata operationis & famæ bonæ. Qui aliter accedit, canat ſibi, ne iudicium manducet & bibat. Vnde Beda: Quòd autem valde mane venerūt mulieres ad monumentū: iuxta hiſtoriam quidem magnus quærendi & inueniendi dominum feruor charitatis oſtenditur. Iuxta intellectum verò myſticū, datur nobis exemplū illuminata facie decuſſisq; vitiorum tenebris ad ſacroſanctū domini corpus accedere. Nam & ſepulchrum illud venerabile figurā dominici altaris habet: in quo carnis eius & ſanguinis ſolent myſteria celebrari. Aromata autem quæ mulieres deferūt, odorem virtutum & orationum ſuauitatem, quibus altari appropinquare debemus, ſignificāt. Hæc Beda.

Mulieri prima apparitio facta.

Mulier ergo quę prima iuit ad culpam, nūc prima venit ad veniam: & quæ prima perfidiam ſumpſit in paradiſo: feſtinat nunc prima fidem ſumere de ſepulchro: contendit de morte rapere vitam, quæ de vita rapuit mortem.

L

Quòd autem dominus diluculò ſurrexit, huic conſentit autoritas illa quæ dicit dominum quadraginta horis fuiſſe mortuum, & totidem diebus ante aſceſionem pòſt in terra moratum: quia quatuor horis paraſceues, & triginta ſex duarum noctium & vnius diei: quod eccleſia conſentire videtur, quæ matutinas laudes celebrat, pro Chriſti reſurrectione. Vnde Petrus cantor: Valde mane, dicit diluculò.

Diluculū quid eſt.

Diluculum enim eſt, inter tenebras noctis & diei claritatem: in qua ſalus humani generis fœlici vicinitate præuenit in eccleſia declaranda: more ſolis, qui proxima luce cōſurgens, roſeam præmittit auroram, vt tantus ſplendor præparatis oculis poſsit intueri, quando tēpus dominicæ reſurrectionis illuxit: vt tunc ſcilicet diluculò laudes Chriſti tota caneret exemplo ſanctarum fœminarum eccleſia: quando genus humanū exemplo ſuæ reſurrectionis animauit, quādo fidem præſtitit, & lumen credulitatis infudit.

M

Tēpus in ſepulchro.

Ergò Chriſtus mane & vicino ortu ſolis ſurrexit, ſecundum Auguſti. qui dicit dominum tantum quadraginta horis quieuiſſe in ſepulchro, ſexta hora paraſceues paſſum: & ita cùm eſſet ęquinoctium, diluculò ſurrexit.

Tēpus reſurrectionis.

Iudicū.

E contra Hierony. dicit dominum ſurrexiſſe media nocte: legitur enim in libro Iudicū, tunc Samſonē aſportaſſe portas Gazæ vſq; in ſupercilium montis. Solutio autem contrarietatis eſt, quòd in tempore medio inter diluculum & mediam noctem ſurrexit. Hęc Petrus.

Mulieres ad ſepulchrū euntes.

Dum ergo mulieres ad monumentum euntes eſſent extra portam ciuitatis, reuocabant ad memoriam afflictiones & pœnas ſui magiſtri & domini: & in omnibus locis in quibus contra ipſum notabiliter aliquid factū fuerat, aliquantulum ſubſiſtebant, genu flectentes, & oſculantes terram: gemitus & ſuſpiria dantes, atque dicentes: Hîc obuiauimus ei cum cruce ſuper collum: quando mater eius ſemimortua facta eſt: & hîc ſe vertit ad mulieres: hîc crucem depoſuit fatigatus, & ſuper iſto lapide ſe parumper appodiauit: hîc fuit vbi ſic crudeliter & fortiter eum impulerunt, vt



runt, vt velocius ambularet: & eum quaſi currere A coëgerunt: hîc ſpoliauerunt eū & nudauerūt, & hîc eum crucis patibulo affixerunt: & tunc cū magno clamore & inundatione lachrymarum procidētes in facies ſuas, adorauerūt: & oſculatę ſunt crucē, adhuc pretioſo ſanguine rubricatā. Deinde ſurgētes & verſus ſepulchrū euntes, cùm ſexus ſui fragilitatem cōſiderarent: & magnitudinē lapidis recolerent, qui tam magnus fuiſſe fertur, vt vix à viginti hominibus moueri poſſet: [dicebant adinuicē,] & colloquētes ſe mutuo interrogabāt, [quis reuoluet nobis lapidē de oſtio monumenti?] vt ſcilicet poſsimus in illud ingredi. Quaſi diceret, non poſſumus per noſipſas reuoluere: quia erat magnus valde. Sed quāuis talia dicerent: nō tamen ab incepto itinere ceſſabant: credentes dño eſſe poſsibile, quod humanæ fragilitati videbatur impoſsibile. [Et reſpicientes viderūt reuolutum lapidē,] per angelū qui prębens domino ſuo obſequiū, venerat ad manifeſtandum Chriſti reſurrectionē iam factā: & ipſum angelum domini ſedentē ſuper lapidē extra monumentum.

B

Monumētum.

Monumentū poteſt dici ſcriptura, in qua dominus olim iacuit multis figuris occultatus: ſed poſt reſurrectionē angelus magni cōſilij ſcripturę difficultatē aperuit.

Reuolutio lapidis

Vnde ſecūdum Bedā, reuolutio lapidis myſticè reuolutionē ſacramentorum Chriſti, quæ velamine literę legalis tegebatur, inſinuat: lex enim in lapide ſcripta fuit: & ideo per lapidem deſignatur. Et, ſecundū eundem, angelus ſe debet ſuper lapidē, quo oſtium monumēti claudebat: vt clauſtra inferorū ſua ipſum dominū virtute deieciſſe doceret.

Moraliter

Moraliter hic lapis deſignat pœnitētiæ pondus: ad quod aſpicientes incipientes ad deum cōuerti, timere incipiūt: ne poſsint inchoantem pœnitentiā conſummare: ideo dicūt ingemiſcentes, [Quis reuoluet nobis lapidē ab oſtio monumēti?] id eſt, à corde in quo Chriſtus affectat ſe peliri. Sed nō debent diffidere & retrocedere: ſed cū his mulieribus cominus procedere: & videbunt quantocius lapidē reuolutum: deſcendet enim angelus de cœlo, id eſt, gratia ſpiritus ſancti, quę lapidem amouebit: quia totū pondus pœnitētiæ ſubleuabit.

C

Matth. 11.

Ipſe enim ait: Iugum meū ſuaue eſt, & onus meum leue: ſcilicet gratia dei. [Et introeuntes] ab Oriente: [in monumentū,] id eſt, intra clauſurā & domunculā rotundā, quę erat circa ſepulchrū: [viderunt] aliū angelum, [ſedentē à dextris] ſepulchri Ieſu: [ſtola candida coopertū, & obſtupuerunt:] prę gaudio & admiratiōe tantę viſionis. [Viderūt enim iuuenē] ipſo habitu corporis iuuenilis pręcedētem immortalitatē reſurrectiōis, in qua renouatur vt aquilæ iuuētus, & nemo ſeneſcit: [ſedentē in dextris,] id eſt ad meridianā partem loci illius, vbi corpus poſitū fuerat: hoc quippe in dextris Ieſu erat. Corpus enim dñi, quod ſupinū iacens habebat caput ad Occidentē, & pedes ad Orientem: dextram manū neceſſariò habebat ad Meridiē, & ſiniſtram ad Aquilonē.

Sepeliēdorum mos.

Ex quo tēpore conſuetudo excreuit Chriſtianorū, ad hanc ſimilitudinē corpora ſepeliri defunctorū. Viderunt, inquā, ſedentē in dextris: [coopertū ſtola candida:] id eſt alba candēte, propter gaudiū reſurrectionis: [& obſtupuerūt,] præ admiratione tantæ viſionis [In dextris] & in albis angelus apparuit: quia dextera perpetua vitam deſignat, & cādor veſtis, ſplendorē ſolennitatis denūtiat.

D

Vnde Gregorius: In dextera ſedebat, qui ſtola candida apparuit: quia & ſuæ & noſtræ feſtiuitatis gaudia nūtiauit. Illa enim domini reſurrectio, & nos ad immortalitatē reduxit, & angelorū numerum reſtituens, cœleſtis patriæ damna reparauit. Hæc Gregor.

Stola candida.

In ſtola etiā candida angelus apparuit: ad deſignandū puritatem vitæ, quā poſt baptiſmum quiſque debet obſeruare. Vnde & veſtis alba in baptiſmo traditur: in ſignū glorioſę reſurrectionis, ad quam per baptiſmum peruenitur. Sic ergo duo erāt angeli, propter teſtimonij ſufficiētiā: quia in ore duorū, vel trium, ſtat omne verbū.

Reſurrexit clauſo monumēto.

Iam quidem terremotus factus erat domino reſurgēte: & monumēto clauſo egreſſus erat Ieſus ante reuolutionem lapidis, ſicut intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis: ſed poſt egreſſum accedens angelus reuoluēs lapidē, vt ſepulchrū vacuū oſtēderet, ac reſurrexiſſe dñm: & egreſſum eius iam factū indicaret.

E

Nō enim indiguit in reſurrectione auxilio angelorū, qui propria virtute clauſtra diſsipauit inferorum.

Lapidis reuoluendi ratio.

Vnde Chry. Cuius gratia igitur venit angelus, & leuauit lapidē poſt reſurrectionem? propter mulieres. Ipſæ enim viderūt eum in ſepulchro. Vt igitur credant quoniā ſurrexit, vident ſepulchrū corpore vacuum: propter hoc vtique abſtulit lapidē. Vnde & Beda: Angelus reuoluit lapidē, non vt egreſſuro domino ianuā panderet: ſed vt egreſſus iam facti hominibus indiciū præſtaret. Qui enim mortalis adhuc clauſo virginis vtero potuit naſcendo mundum ingredi: ipſe iam factus immortalis, clauſo licet ſepulchro, potuit reſurgendo exire de mundo. Hęc Beda. Hoc tñ aliter & aliter fuit: quia in reſurrectione habuit corpus glorioſum, cui aliud nō reſiſtit: ſed exitus de vtero miraculoſus fuit.

Miraculū.

Vbi nota quòd cuidam monacho ſancti Laurētij Romę extra muros admirāti, quomodo Chriſtus clauſo ſepulchro exire potuerit: cingulo, quo cinctus erat, reſolutus, dilapſus eſt, & vox in aëre facta eſt: Sic potuit Chriſtus clauſo prodire ſepulchro.

F

Angelus cur videtur.

Igitur (vt dicit Gregor.) mulieres angelos vident, quę cū aromatibus venerunt: quia illę mentes ſupernos ciues aſpiciunt, quæ cū virtutum odoribus ad deum per ſancta deſideria proficiſcūtur.

Angeli aſpectus.

Et deſcribitur angelus aſpectu fulgureo, & veſtitu candido: vt aſpectu malos terreat: & veſtitu bonos mulceat, ad credendum Chriſti reſurrectionē: timor enim & amor debent inclinare ad credendum. [Erat enim aſpectus eius, ſicut fulgur,] quia facies eius videbatur ignea, ad incutiendū terrorem cuſtodibus: [veſtimenta eius, ſicut nix:] ad dandū conſolationem mulieribus. Fulgor enim terrorē timoris denotat: candor verò veſtis gaudiū dominicæ reſurrectiōis denūtiat. Vnde vſus eccleſiæ habet, vt eo tēpore in eccleſia in albis pſallant: & cōſuetudo eſt Palæſtinis dies feſtos celebrantibus, vt alba veſtimenta induant: propter quod ſubditur, [Prę timore autem] & fulgore vultus eius [exterriti ſunt cuſtodes,] & ſtupefacti inſtar mortuorum iacentes. Ecce quomodo malos terruit: & eis durus fuit. Vbi Rabanus:

banus: Timoris anxietate ſunt exterriti, qui amo-
G ris fiduciam nõ habebant: [& facti ſunt velut mortui,] qui reſurrectionis veritatẽ credere noluerunt. Et Seuerianus: Cuſtodiebant enim crudelitatis ſtudio, non pietatis obſequio: ſtare autem non poteſt, quem conſcientia deſtituit, impellit reatus.

Angeli boni diſcretio à malo

Hic nota, quòd in hoc cognoſcitur bonus angelus à malo à principio. Nam bonus angelus in principio terret, ex ſuo fulgore: in medio cõfortat, ex ſua allocutione: in fine lætificat, ex immiſſa conſolatione. Malus aũt angelus econuerſò in principio terret, ex ſua horribili voce: in medio decipit, ex fallaci promiſſione: & in fine contriſtat, ex ſubſecuta deceptione. [Et reſpõdens angelus] mulierũ trepidationi & affectibus: [dixit eis, Nolite timere vos.]

Vos cur expreſsit.

Ac ſi (ſecundũ Gregor.) apertè dicat: Paueant illi qui non amant aduentũ ſupernorum ciuium: pertimeſcant qui carnalibus deſiderijs preſſi, ad eorũ ſocietatem pertingere deſperant. Vos aũt cur perti-
H meſcitis, qui ſeruos eius quẽ quæritis, & veſtros cõciues videtis? Ecce quomodo bonos mulcet, & eis blandus extitit.

Chriſtus terribilis & blandus videbitur.

In quo etiã oſtendit, quia dominus Ieſus Chriſtus, qui eſt angelus magni cõſilij dictus in vltima & generali reſurrectione apparebit: & terribilis reprobis: quibus dicet: ite maledicti in ignẽ æternũ: & blãdus iuſtis, quib⁹ dicet: venite benedicti pris mei, pcipite regnũ. Sic moraliter prælatus bonus, qui angelus dñi exercituum eſt, obſtinatos terret, & pœnitentes demulcet. Hic enim notantur duæ cõditiones, quæ debent eſſe in angelo, ſacerdote, ac prælato, & prædicatore: quia debet primò venenũ peccati per terrorem extinguere: & ſecũdò, per honeſtæ cõuerſationis amorem bonos allicere. Et ſubiungit: [Scio enim quòd Ieſum] ſaluatorem, [qui crucifixus eſt, quæritis:] in ſepulchro ſicut mortuũ. Qui crucifixus eſt, additur ad differentiam aliorũ, qui etiam nomine Ieſu vocabantur. Item additur ad beneficij paſſionis cõme-

Heb. 12.

I morationem. Vnde Apoſtolus: Recogitate eũ qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictorẽ.

Quærunt crucifixũ pauci.

Item additur ad cõmẽdationem mulierũ quæ & Ieſum etiã crucifixum quærebant. Multi enim Ieſum quærunt, id eſt, ſaluatorem: ſed non crucifixũ: quia non per crucẽ, cùm tamen illa nõ niſi in iſta inueniatur. Vnde Chryſo. Multi libenter quærunt purpuratũ, ſed pauci quęrunt eum crucifixũ vel flagellatum: ſed antequam inueniatur purpuratus, primò quæri debet flagellatus. Marcus addit, [Nazarenũ,] & ſic tangit nomen ac patriã, & conditionem. Et ſubdit angelus: [Non eſt hic:] ſcilicet per præſentiã carnis & corporis, qui nuſquã deeſt per præſentiam diuinitatis & maieſtatis. [Surrexit] enim per humanitatẽ, qui nullũ caſum patitur in diuinitate. Et addit, [ſicut dixit:] vt reduceret ad memoriã verba Chriſti dicta ante paſſionem ſuã, vt ſic magis crederẽt reſur rectionem eius iam factã. Impoſſibile enim eſt nõ fieri quod ipſe dixit: quaſi diceret, Et ſi mihi non creditis, mementote verborũ illius. Deinde oſtendit eis locũ, dicens: [Venite & videte locum,] ſcilicet vacuum: [vbi poſitus erat dominus] hoc eſt corpus dominicũ. Vnde Chryſoſt. Corpus domini, dominus dicitur: deitas enim nunquam ſeparata fuit à corpore etiã mortuo. Ac ſi dicat angelus: Vultis K
certificari de eius reſurrectione: ecce locus vbi poſuerunt eũ. Si verbis meis non creditis: viſui & vacuo ſepulchro credatis. Propter hoc enim & lapidem reuoluerat, vt locũ oſtenderet. Vnde cùm per vniuerſum mundũ fidelibus dicatur: ſurrexit dominus de ſepulchro, qui pro nobis pependit in ligno: ſoli canonici eccleſiæ reſurrectionis dominicæ, ſpeciali gaudent prærogatiua, dicẽtes, & ad oculum demonſtrationẽ faciẽtes: ſurrexit dominus de ſepulchro. Similiter in euangelio Paſchali cùm dicitur: ſurrexit, nõ eſt hic, diaconus qui legit euãgelium, digito demonſtrat dominicã ſepulturam. Et ſubiungit: [Sed ite feſtinãter, dicite diſcipulis eius] cõmuniter, [& Petro] ſpecialiter: [quia ſurrexit & præcedet vos in Galilęã, ibi eum videbitis, ſicut dixit vobis] ante paſſionem: & ideo ſequimini eum ibidem: quaſi diceret, Non conceſſum eſt vobis hoc gaudium occulto cordis tenere: ſed ſimiliter aman L
tibus pandere.

Diſcipuli Chriſti qui ſint.

Nõ dicit amatoribus mũdi: ſed, diſcipulis Chriſti. ſecundum Gregor. verò, nõ ſunt diſcipuli, qui cum eo Paſcha non faciunt: nõ ſunt diſcipuli, qui retrò aſpiciunt, quos curioſitas vitæ detinet: illecebra capit, & ſpinę retrahunt ſcandalorũ.

Cur in Galilęã præceſsit.

Ibi eũ videbitis, in propinqua regione, & propinquo tẽpore. In Galilæã præceſſit, vt vbi fuit initiũ ſplendoris gratiæ: ibi eſſet initiũ ſplendoris glorię. Voluit etiã dominus ſpecialiter in Galilæa apparere, vt veritas reſurrectiõis probaretur: quia ibi plura miracula eſt operatus, & amplius cõuerſatus: & ideo melius cognitus.

Mulier cur nũtia ſalutis.

Mulieribus ergo dicitur ab angelo, vt nuntiẽt apoſtolis vitam reſurgentẽ: quia ſuadente diabolo mors nuntiata fuit Adæ per mulierem. Vnde ſicut fuit progreſſus in prima tentatione mortis à diabolo in mulierẽ, & à muliere in virum: ſic in prima annũtiatione vitæ, fieret proceſſus ab angelo in mulierem, & à muliere in viros.

Cur, & Petro, dicit.

M Dicitur autẽ ſpecialiter, & Petro: tum propter principalitatẽ inter diſcipulos: tum ne deſperaret de reconciliatione, propter magnitudinem peccati apoſtaſiæ: tum ne ad præſentiã domini quẽ negauerat, & ad diſcipulos venire trepidaret. Quia (vt ait Hiero.) ſe indignũ iudicabat diſcipulatu, dũ ter negauit magiſtrũ. Vnde & Gregor. Si hunc angelus nominatim non exprimeret qui magiſtrũ negauerat, venire inter diſcipulos nõ auderet. Vocatur ex nomine, ne deſperaret ex negatione. Vnde ſecundum Auguſt. & Hiero. Peccata præterita non nocent, quando nõ placent.

Quomodo in Galilęam præceſsit.

Videamus autem (ſecundum Augu.) cur ab angelo, & à domino dictũ eſt, quòd præcedet eos in Galilęam, cùm hoc ſit poſt multa cõpletum: & tamen ſic mandatũ vt aut hoc ſolum, aut hoc primũ expectaretur fieri debuiſſe. Et ſoluitur (ſecũdum eundem Auguſt.) quòd hoc propheticè, & ſignificatiuè eſt accipiendum. Galilæa namq; interpretatur, vel tranſmigratio, vel reuelatio. In Galilæa verò, ſecũdum tranſmigratiõis ſignificationẽ intelligendum occurrit: quia de populo Iſraël tranſmigraturi erant ad Gentes, quæ apoſtolis prædicantibus non crederent: niſi ipſe dominus eis viam in cordibus hominum præueniens præpararet.

præpararet.



præpararet. Et hoc intelligitur [præcedet vos in
A Galilæam: ibi eum videbitis] id eſt, ibi membra corporis eius, quod eſt eccleſia, in his qui vos ſuſceperint inuenietis.

Galilæa.

Secundum illud autẽ, ꝙ Galilæa interpretatur reuelatio, nõ iam in forma ſerui intelligendum eſt: ſed in illa in qua æqualis eſt patri, quam promiſit dilectoribus ſuis: & illuc nos præceſſit, vnde ad nos veniens non receſſit: & quo nos præcedens non deſeruit. Illa erit reuelatio tãquam vera Galilęa, cùm ſimiles ei erimus: ibi eũ videbimus ſicuti eſt. Ipſa etiã erit beatior tranſmigratio ex iſto ſeculo in illam ęternitatem: ſi eius pręcepta ſic amplectamur, vt ad eius dextrã ſegregari mereamur. Et, ſecundũ Grego. Quia Galilęa trãſmigratio ſancta interpretatur, rectè in Galilęa dominus vidẽdus nuntiatur: ſiue quia ipſe de corruptione in corruptionem, de mortalitate ad immortalitatem tranſijt: ſiue quia illi ad ſpeciẽ eius contemplandam peruenire merebuntur, qui modò trãſmigrant de vitijs ad virtutes, de amore mũdi ad amorem dei: declinantes à malo, & facientes bonũ: quę-
B rentes & ſapientes non terrena, ſed cœleſtia. Cùm dicitur: [ibi eum videbitis,] ſecundum Hierony. Breuis eſt ſententia in ſyllabis, ſed ingens in quantitate pmiſſio. Ibi eſt gaudij noſtri fons, & ſalutis noſtrę ęternę origo pręparata. Ibi cõgregantur diſperſiones, & ſanãtur cõtriti corde. Ibi, inquit, eum videbitis: ſed non ſicut vidiſtis. hæc Hieronymus.

Relatio ad diſcipulos facta.

Mulieres verò fraudatę ſpe ſua: q̃a corpus domini inuenire ſperabant, nõ attendẽtes ad verba angeli, quæ audierant: conterritæ ex inſolita apparitione angelorum: & gementes, quia non inuenerunt dominum: redeunt ad diſcipulos, dicentes, corpus domini eſſe ſublatũ. Nuntiãt diſcipulis, vt aut ſecum quærerent, aut ſecum dolerẽt. De angelo quidẽ & eius verbis, quibus dominũ reſurrexiſſe audierant, nihil eis dixerũt: hoc ſolum nũtiantes eiſdẽ, ſcilicet

Deliramẽta diſcipulis viſa.

dominum in monumento nõ eſſe. [Et viſa ſunt eis verba iſta ſicut deliramẽta:] id eſt, quaſi phantaſtica, & nõ vera: ſcilicet ꝙ dominus ſurrexiſſet à mortuis: [& ideo nõ credebãt illis:] quia res noua erat,
C & contra conſuetudinem ꝙ mortui reſurgerẽt. Vt enim ait Theoph. Eſt naturaliter incredibile mortalibus reſurrectionis miraculum.

Petri & Ioãnis ad ſepulchrũ curſus.

[Petrus autẽ & Ioannes,] hæc audientes, tollunt moras, & [cucurrerunt ad monumẽtum,] ex deſiderio videndi factũ: quia ignis materiæ ingeſtus non nouit moras. Iſti duo præ cæteris currebant: quia præ cæteris Chriſtum amabãt: & ſicut familiares inuicẽ ſe tenebãt, propter quod in pluribus locis leguntur ſimul cõbinati. [Sed Ioannes citius præcucurrit Petro,] q̃a erat iunior & agilior illo. Non tñ introiuit,] propter Petri reuerẽtiam, quẽ expectauit: quia ipſo ſenior, & inter apoſtolos principalior erat.

Curſus ad ſepulchrũ

Conſpice nunc bene ipſos. Currunt ipſi, currunt Magdalena & ſocię eius poſt eos: omnes currunt ad quęrẽdum dominum ſuum, cor ſuum, & animã ſuam. Currũt multum fideliter, multũq; feruenter, multũ anxiè, & multum ſtudioſè. Curre & tu poſt eos, ſiue potius cum eis, vt cũ eis conſolari merearis. Cùm autẽ perueniunt ad monumẽtum, reſpiciẽtes in ipſo per exterius oſtium intrauerunt, primò Petrus, deinde Ioannes. Et quidẽ ſecũdum literã Ioannes qui pri- D
mò peruenit, nõ intrauit propter reuerentiã Petri, cui primum ingreſſum ſeruabat: ſed myſticè ſecũdum Gregorium, Per Ioannẽ ſynagoga, per Petrũ eccleſia deſignatur.

Ioannes cur nõ intrauit.

Venit ſynagoga prior ad monumentum, ſed minimè intrauit: quia & ſi primò ſcripturæ ſacramenta cognouit, tamen ad fidẽ paſſionis dominicæ intrare diſtulit. Secuta poſterior eccleſia gentium, introiuit in monumentum: quia Chriſtum Ieſum & cognouit carne mortuũ, & viuentem credidit deum. Sed poſt Petrũ intrauit & Ioannes, quia in fine mũdi ad redẽptoris fidem etiã Iudęa colligetur. Et introeuntes nõ inuenerũt corpus: ſed [viderunt ſola,] ſcilicet ſine corpore [lintheamina,] quibus corpus erat inuolutũ: [poſita,] id eſt, bene diſpoſita & plicata: [& ſudariũ] capitis, [nõ cum lintheaminibus poſitũ: ſcilicet indiſtinctè & confusè, [ſed ſeparatim inuolutum,] id eſt, bene plicatum, [in vnũ locum,] ac ſi ex induſtria eſſet factum: quod totũ factum eſt, ad oſtendẽdum Chriſti reſurrectionem iam factã: & ꝙ corpus nõ fuerat ſublatum: [& crediderũt] verum eſſe quod E
mulieres dixerant: ſcilicet corpus Chriſti de monumẽto ſublatum eſſe, nõ autem ſurrexiſſe: [nondum enim ſciebant ſcripturas,] de Chriſti reſurrectione loquentes: quia nõdum erat eis apertus ſenſus vt intelligerent illas.

Ioannis & Petri admiratio.

Et receſſerũt ſtupefacti, & apud ſe mirãtes euentum rei, qualiter ſola lintheamina derelicta fuere ſine corpore perũcto: vel quãtam opportunitatẽ fur habuiſſet, vt hęc ſeriatim inuoluta dimittẽs, pręſentibus militibus corpus auferret: nõ cogitantes de Chriſti reſurrectione: nec intelligentes nõ eſſe ſublatum, quia ſimul fuiſſent lintheamina aſportata: & maximè quia ꝓpter vnctionem erant fortiter corpori adhærẽtia: ideo per hoc ꝙ ſic pãni relicti & diſpoſiti fuerãt, manifeſtè apparebat ꝙ reſurrexerat.

Reſurrectionis ſignum.

Separatio eñ lintheaminum à corpore domini, & deſertio eorum in ſepulchro: ſignũ fuit dominicæ reſurrectionis, nõ tranſpoſitionis. vnde Chryſo. Conſiderant lintheamina poſita, & ſudariũ ſeparatim inuolutum in vnũ locum, quod erat reſurrectionis ſignum. Neq; enim F
ſi tranſpoſuiſſent quidã, hoc feciſſent corpus denudantes: neq; ſi furati eſſent, hui⁹ rei ſoliciti fuiſſent, vt leuarent ſudarium & inuoluerẽt, & ponerent in vnum locum ſeorſum à lintheaminibus: ſed ſimpliciter (vt ſe habebat) ſuſcepiſſent vtiq; corpus. Propter hoc enim & Ioãnes ait, quoniam cum mirrha ſepultus eſt: multaq; cõglutinat corpori lintheamina, vt nõ decipiaris ab his qui dicut eum furtò ſublatum eſſe. Quid autẽ eſt ſurſum lintheamina iacere, & ſudariũ ſeorſum inuolutum? Vt diſcas quoniã non erat feſtinantiũ hæc res, ſcilicet ſeorſum quidem illa: ſeorſum verò hæc & inuoluta eſſe. Non enim ita inſenſatus eſſet q̃ furaretur, vt circa rem ſuperfluam tãtum ſtudium cõſumeret. hæc Chryſ.

Moraliter

Moraliter monumentum, in quo ſunt lintheamina ſola, põt dici clauſtralis, in quo eſt veſtis religioſa exterius tãtum, ſine habitu interiori. Vnde legitur in libro Regum, Cùm veniſſent qui quærebãt Dauid, inuentum eſſe ſimulacrum ſuper lectum eius.

1. Reg. 19.

Hæc eſt tunica Ioſeph inuenta ſine ipſo. Hæc eſt

Geneſ. 37.

veſtis ouina, ſub qua latet mens lupina. Hîc, ſecun-G dum Gregorium, diuinæ diſpenſationis magnitudo penſanda eſt: quòd diſcipulorum corda, & accẽduntur vt quęrant, & differuntur ne inueniãt: quatenus infirmitas animi ipſo ſuo mœrore cruciata, purgatio ad inueniendum fiat: & tantò validius teneat, quãtò tardius inuenit quod quærébat. Cõpatere igitur diſcipulis ipſis & mulieribus, quia in afflictione magna ſunt. Quærũt dominum ſuum, & non inueniũt: & neſciunt vbi eũ amplius quærere debeant. Igitur dolentes & flẽtes diſcipuli, & non audiẽtes diu manere iuxta ſepulchrũ, propter metum Iudæorum, [abierunt ad ſemetipſos:] id eſt, ad hoſpitia ſua: & illuc vbi habitabant, & prius latitabant: & vnde ad monumẽtum currebant, nihil certi ſcientes de domini reſurrectione. Marię autẽ ibidem remanſerunt. Et dum mẽte conſternatæ, id eſt, ſtupefactæ eſſent de hoc quod viderant: quia & lapidem tam immẽſæ magnitudinis reuolutũ ſtupebant, & corpus tam eximiæ venerationis nõ inuentum dolebãt, [reſpicientes in monumẽtum vi-H derunt duos viros,] id eſt, duos angelos in ſpecie virorum [ſtantes circa illas in veſtibus albis:] ad deſignandum gaudiũ dominicæ reſurrectionis. Angeli non ſolum verbo, ſed etiam fulgẽti habitu gloriam annuntiãt triumphantis. Apparitiones enim angelorum, faciunt ad inſtructionẽ hominũ: & ſolent per illum modum apparere, qui cõpetit rei de qua debent inſtruere: candor autẽ veſtis, ſplendorẽ denuntiat ſolẽnitatis: & ideo in albis apparuerunt veſtibus, ad denotãdum gaudium dominicæ reſurrectionis. Apparuerunt autem duo, ad ſolẽnius denuntiandum Chriſti reſurrectionem: quia ſolẽnius denuntiatur per duos, quàm per vnum. vbi Beda: Quomodo autem poſito in ſepulchro corpori ſaluatoris, angeli aſtitiſſe legũtur: ita etiam celebrãdis eiuſdem ſacratiſsimi corporis myſterijs, tempore conſecrationis aſsiſtere ſunt credendi: monẽte apoſtolo, mulieres habere velamen propter angelos in eccleſia. Cumq; mulieres timerent, ex viſione angelorum inſolita: & declinarent vultus in terram, I ex verecundia: dixerunt angeli ad illas, conſolando eas benignè, & inſtruẽdo de Chriſti reſurrectione: [Quid quęritis viuentẽ,] & iam reſuſcitatũ, [cum mortuis?] Quaſi dicerẽt: Nolite eum mortuis, hoc eſt in monumento (qui locus propriè eſt mortuorum) quærere cũ, qui ad vitã iam reſurrexit à mortuis. Verũtamen multi quærunt viuentẽ cum mortuis: vt illi, qui licèt ſint boni, tamen libẽter conuerſantur cum malis: quibus poteſt dici illud: ſine, vt mortui ſepeliãt mortuos ſuos. Et ſubiungit: [Non eſt hîc,] ſcilicet in ſepulchro, præſentia corporis: qui tamen nuſquam deeſt, præſentia deitatis: [ſed ſurrexit inde,] ſcilicet propria virtute. Et addunt dicti ſui confirmationem, dicentes: [Recordamini qualiter locutus eſt vobis:] quia verax eſt, & non fallit: [cùm adhuc in Galilæa eſſet, dicens: qa oportet filium hominis tradi in manus peccatorum, & crucifigi, & tertia die reſurgere:] quaſi dicerẽt, diu antè prædixit hæc omnia: & ideo non miremini ſi modò auditis eſſe facta. Iubẽtur verborũ recordari, vt prædicatione euẽtus futuri confirmentur in fide iam facti. Quia verò (vt dictũ eſt) mulieres viſis angelis timẽtes declinauerunt vultus in terrã: myſticè cùm cœleſtibus myſterijs appropinquamus, K exemplo mulierum harum vultum in terrã declinare debemus, nos terram & puluerem eſſe recolẽtes. vnde Beda: Et nos ergo exẽplo deuotarum deo fœminarum, quoties eccleſiam intramus, & myſterijs cœleſtibus appropinquamus: ſiue propter angelicæ præſentiã virtutis, ſiue propter reuerentiam ſacræ oblationis, cum omni humilitate, & timore ingredi debemus. Ad cõſpectum quippe angelorum vultum declinamus in terrã, cùm ſupernorum ciuium quæ ſint gaudia æterna cõtemplãtes, nos cinerem eſſe, terrãq; recolimus. ſicut beatus Abraham: Loquar, inquit, ad dominum meũ cùm ſim puluis & cinis. Et notãdum, q̧ ſanctę mulieres aſtantibus ſibi angelis nõ in terrã cecidiſſe: ſed vultum dicũtur in terram declinaſſe. Vnde mos obtinuit eccleſiaſticus, vt in memoriã dominicę, vel in noſtræ ſpem reſurrectionis: & omnibus diebus dominicis, & toto quinquageſimæ tempore nõ flexis genibus: ſed declinatis in terram vultibus oremus. L hæc Beda. Illæ autẽ mulieres nec tunc attenderunt ad verba angelorum, nec aliquam cõſolationem receperunt de viſione eorum: quia nõ quærebant angelos, ſed dominum angelorum: imò illæ duę Mariæ, ſcilicet Iacobi & Salome conterritæ, & quaſi abſorptæ exeuntes fugerũt de monumẽto, & elongauerunt ſe inde aliquantulũ, & ſedebãt dolentes: [quia tremor & pauor,] id eſt, ſtupor, [eas inuaſerat:] propter viſionẽ angelorum & cuſtodũ, & nemini ſcilicet de cuſtodibus quicquã dixerunt: nec etiam angelis loquentibus reſponderũt. vnde Aug. Intelligamus ipſorũ angelorũ nemini auſas fuiſſe aliquid dicere: id eſt, reſpõdere ad ea quę ab illis audierant, aut certè cuſtodibus quos iacẽtes viderunt.

Angelorũ qualis ſoleat eſſe apparitio.

1.Cor.11.

Matth.8.

Declinãdi vultus in terrã cauſa.

Gene.18.

## ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, vnica proles ſummi dei, qui dilectis tuis deſiderium te quærendi indidiſti: ſed vt magis accenderentur, affectum inueniendi diſtuliſti: eoſq; in Galilęa te viſuros per angelum certificare voluiſti: da mihi miſe-M ro ardenter te quærere, & gaudenter te inuenire: vt de vitijs ad virtutes, & de amore mundi ad amorem tuum tranſmigrans merear poſt hanc vitã ex iſto ſeculo in illam æternitatem tranſmigrare, teq; deum deorum in Sion & in Galilæa vera, cum electis tuis gratia tua largiente tunc videre. Amen.

## Quomodo dominus apparuit Mariæ Magdalenæ. Caput lxxii.

Ioan.20. & Mat.28

Maria verò, amaritudine plena, æſtuans amore, & neſciens quid aliud deberet facere: quia ſine magiſtro nõ poterat viuere, nec ibi eum inueniebat, & vbi eum quæreret ignorabat: [ſtabat] ex feruore & conſtantia: quia vis amoris nec ſedere, nec iacere ſinebat, [ad monumentum foris,] & ab extra: ſcilicet in horto, & ante domũculam in qua erat ſepulchrũ, [plorans,] & lamentans dominum ſuum: tanto enim cordis ferebatur incendio, tanta pietatis afficiebatur dulcedine, tam validis trahebatur vinculis charitatis, vt fœmineæ infirmitatis



infirmitatis oblita, nec tenebrarum caligine, nec A perſecutorũ immanitate retraheretur à ſepulchri viſitatione: quin potius foris ſtans, & lachrymis monumentũ irrigãs, recedentibus diſcipulis nõ recedebat: pro eo, quòd diuinæ dilectionis igne ſuccenſa, & tã inualeſcente vrebatur deſiderio, & impatiente vulnerabatur amore, vt nihil ei ſaperet niſi flere: poſſetq; illud propheticum veraciter eructare. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dũ dicitur mihi quotidie vbi eſt deus tuus. ſecundum Aug. Feruentior & deuotior erat ad Chriſtum alijs mulieribus & nimius ardor amoris eam ſolicitabat. Maria enim quicquid voluit, flendo obtinuit. Flendo obtinuit veniam peccatorum. Flendo obtinuit fratris reſurrectionem de faucibus infernorum. Flendo obtinuit conſolationem de reſurrectione. Lachrymas ergo fudit compunctionis, compaſsionis, & deuotionis. Vnde Greg. Quã in re penſandum eſt huius mulieris mentẽ quanta vis amoris accẽderat, quæ à monumento domini B etiã diſcipulis recedentibus nõ recedebat. Vnde cõtigit, vt eum ſola tũc videret, quæ remãſit vt quæreret: quia virtus boni operis perſeuerãtia eſt. Vbi & Auguſtinus: Viris enim redeuntibus, infirmiorem ſexũ in codẽ loco fortior faciebat affectus: & oculi qui domũ quæſierant, & nõ inuenerant, lachrymis iam vocabãt: amplius dolentes quòd fuerat ablatus de monumento, quã quòd fuerat occiſus in ligno: quoniã magiſtri tãti, cuius ei vita ſubtracta fuerat, nec memoria remanebat. Tenebat itaque ad monumẽtum iam dolor iſte mulierem. Vnde & Orige. Audiuimus fratres Mariã ad monumentum foris ſtantem, audiuimus Mariam plorantẽ. Amor faciebat ſtare, dolor cogebat eã plorare. Stabat & circunſpiciebat, ſi fortè videret quem quærebat. Dolor renouatus erat ei: quia quẽ prius doluerat defunctum, nunc dolebat ablatũ. Et iſte dolor maior erat: quia nullã conſolationẽ amplius habebat. Prima ergo fuit cauſa doloris, quia viuum perdiderat: ſed de hoc dolore aliquãtulã cõſolationẽ habebat, quia mortuũ remanere videbat. Nũc C autẽ de iſto dolore conſolari non poterat: quia nec corpus defuncti inueniebat. Metuebat autem ne amor magiſtri ſui in ſuo pectore refrigeſceret, quo viſo recaleſceret. Plorabat itaque Maria vehementer, quoniã dolor additus erat ſuper dolorẽ. Duos itaque dolores eximios vno geſtabat corde: quos mitigare lachrymis volebat, ſed nõ valebat: ac ideo tota poſita in dolore, mẽte & corpore deficiebat: & quid ageret neſciebat. Petrus quidem & Ioãnes timuerũt, & ideo nõ ſteterũt: Maria nõ timebat: quia nihil ſuſpicabatur ſibi ſupereſſe pro quo timere deberet. Perdiderat enim magiſtrũ ſuũ: quẽ ita ſingulariter diligebat, vt præter ipſum nihil poſſet diligere vel ſperare. Perdiderat vitã animę ſuę, & iam melius arbitrabatur fore ſibi mori q̃ viuere: quia forſitã moriẽs inueniret, quẽ viuẽs inuenire nõ poterat. Fortis nãque vt mors dilectio, quid nã aliud in Maria faceret: facta erat exanimis, facta erat inſenſibilis. Sentiẽs nõ ſentiebat, vidẽs nõ videbat, audiẽs nõ audiebat: ſed neq; ibi erat vbi erat, quia tota ibi erat, vbi magiſter ſuus erat: de quo tamẽ vbi eſſet neſciebat. Quęrebat autẽ eũ, & non inueniebat: & ideo ſtabat ad monumẽtũ & plorabat, tota D lachrymabilis & miſerabilis. Certè iã nihil ſapiebat Maria niſi diligere, & pro dilecto dolere. Oblita erat timorẽ, oblita erat ſemetipſam: oblita erat denique omnia, pręter illum quem diligebat ſuper omnia. Sẽſus nullus in ea remãſerat, omne cõſiliũ ab ea perierat: ſpes omnis defecerat, ſolũmodo flere ſupererat. Hæc Orige. [Dũ ergo fleret,] propter corporis Chriſti abſentiã: [inclinauit ſe,] corporaliter, & [proſpexit in monumẽtũ,] quia ſemper ſperabat ibi eũ inuenire, vbi eũ ſepelierat, & amor inquiſitionẽ multiplicabat. Sicut eñ nos cũ aliquã rẽ perdimus, quãuis huc illuc quęrẽdo diſcurramus, tamẽ ad eũ locũ ſępe reſpicimus, vbi eam habuiſſe meminimus: ita & hæc mulier quãuis huc illucq; corpus domini quæreret, anxia tamẽ de eius abſentia frequẽtius monumẽtũ aſpiciebat, vbi eum poſitũ nouerat. Vnde Greg. Amãti ſemel aſpexiſſe nõ ſufficit: quia vis amoris intentionẽ multiplicat inquiſitionis. Quæſiuit ergo prius, & minimè inue-E nit: perſeuerauit vt quæreret, vnde cótigit vt inueniret. Actumq; eſt vt deſideria dilata creſcerẽt, & creſcẽdo caperẽt quod inueniſſent. Sãcta eñ deſideria dilatiõe creſcũt: ſi autẽ dilatiõe deficiũt, deſideria nõ fuerũt. Hoc amore arſit, quiſquis ad virtutẽ pertingere potuit. Hæc Greg. Quãuis ergo Maria vidiſſet corpus Chriſti abeſſe, volebat tamẽ adhuc videre ſi aliquod veſtigiũ poſſet percipere, & ideo nõ ſufficiebat ſibi ſemel reſpexiſſe. In hoc quòd inclinauit ſe & reſpexit in monumẽtũ, datur intelligi quod cũ humilitate cordis debemus proſpicere mortẽ Chriſti: & in hoc quòd iterũ proſpexit, datur exẽplum cõtinuè oculos mẽtis mortẽ Chriſti proſpicere. [Et vidit,] Maria oculis corporis ipſos [duos angelos,] præfatos [in albis ſedẽtes,] ſupra ſepulchrũ & loculũ corporis, [vnũ ad caput, aliũ ad pedes:] propter reuerentiã loci cõſecrati ex tactu corporis dominici: ex feruore enim deuotiõis quã habebat, illã viſionẽ meruerat. Angelus ad caput F eſt, reuelans diuinitatis arcana: quia caput Chriſti deus eſt: angelus autẽ ad pedes eſt, docens humanitatis eius obſequia in redẽptione nobis impenſa. [qui dicũt illi, mulier quid ploras?] Angeli lachrymas prohibebãt, & futurũ quodãmodo gaudiũ nũtiabãt: ac ſi dicerẽt, Plorare noli, nõ habes cauſam flẽdi: ſed magis gaudẽdi, ex reſurrectione Chriſti. Nõ eſt plorãdũ, ſed plaudendũ: hic dies lætitiæ eſt, nõ mœroris, læta venimus nũtiare tibi, noli ergo plorare, ſed potius ad illum reſpice, quem tanto amore deſideras videre. At illa putans interrogare quaſi neſciẽtes, & nõ angelos eſſe ſed homines, prodit lachrymarum cauſas: [quia tulerũt, inquit, dominum meũ,] de monumẽto, [& neſcio vbi poſuerunt eũ:] arbitrans cuſtodes vel Iudæos eum eſſe furatos. Magnus ergo dolor me flere, cõpellit, magna triſtitia viſcera mea coartat. Timebat enim ne Iudæi corpus Chriſti in aliquem locum inhoneſtum proieciſſent, inuidentes honori ſepulturæ eius: vel ne fortè aſportaſſent, vt ei ignominiam fecerent: Agebat in ea vis amoris, vt non inuentum non crederet niſi ſublatũ: & hæc anguſtiæ cauſa erat: quia

Pſal.31.

Magdalenę feruor.

Flendo obtinuit quicquid voluit Magdalena.

Dolor geminus in Magdalena.

Canti.8.

Quærentium mos.

Timor Magdalenæ.

quia neſciebat vbi inueniret,& officiũ funeris im-
G penderet:nõ dicit,corpus domini mei:ſed,dominũ:
à toto deſignans partẽ: ſicut omnes confitemur Ie-
ſum Chriſtũ filium dei ſepultũ,cũ ſola eius ſepulta
ſit cara. Vide hîc mirabilem operationem amoris.
Paulò antè audierat ab vno angelo, quòd reſurre-
xit:& poſtea à duobus,quòd viuebat:& nõ recorda
tur:& dicit,neſcio. Amore hoc faciebat: quia ani-
ma ſua nõ erat,vbi ipſa erat:ſed ibi erat, vbi magi
ſter ſuus erat. Nã ſecundũ Origenẽ: Spiritus Ma-
riæ magis erat in corpore magiſtri,quã in ſuo. Ne
ſciebat cogitare,loqui,vel audire,niſi de ipſo:& ne
ſcio,inquit,vbi poſuerũt eũ. Hęc erat ei maior cau
ſa doloris & deſolatiõis:quia neſciebat quò iret ad
cõſolandũ dolorẽ, & vbi eũ inueniret. Maria quia
vidit lapidẽ ſublatũ: credidit Chriſtum furatũ &
deportatũ:lapide enim ſublato, corpus faciliter a-
mouetur de monumẽto:quod fieri non poteſt quã-
diu lapis ſuperpoſitus eſt:ſic quãdiu lapis timoris
dei in corde eſt,Chriſtus ab eo auferri nõ poteſt: ſi
H autẽ amouetur,citò ipſum perdit. Cùm autẽ Ma-
ria ſic ploraret, nec de angelis aliquid curaret:a-
mor ſuus,magiſter ſuus,amplius ſe tenere non po-
tuit:dominus igitur Ieſus refert hoc matri ſuæ,&
dicit quòd vult ire ad cõſolandũ eam: valedicensq́;
matri,venit in momento in hortũ,vbi erat Magda
lena:ſtat mulier & plorat:adeſt Ieſus mœrentium
cõſolator,& pias mulieris lachrymas intuetur:eiq́;
ab angelis ſe vertenti,& retrorſum cõuerſæ appa-
rere dignatur. Per hoc oſtẽditur,quòd ſi quis Chri-
ſtum videre deſiderat,oportet vt ad deũ cõuertatur:
quia illi ad deũ videndum perueniunt,qui ſe totali
ter per amorẽ in eum cõuertunt. Vbi Chryſ. Cur
nõ expectauit eorũ reſponſum, ſed conuerſa eſt re
trorſum,cũ ad minus homines multę reuerẽtię ap
parerent? Dic quia cũ Maria illa diceret, Chriſtus
aduenit,cui angeli reuerentiã exhibẽtes aſſurrexe
runt:quod Magdalena admirãs,[cõuerſa eſt retror
ſum,] vt videret ad quid aſſurrexerũt.]Et non co
gnouit quòd Ieſus eſſet:] quia videbat eũ in ſpecie
nõ glorioſum,quẽ angeli glorioſum vidẽtes hono-
rabãt. Ipſa enim nondũ habebat fidẽ de Chriſti re-
ſurrectione:& ideo talis apparuit in corpore,qua-
I lis apud eã erat in mente:nõ quòd iuxta hæreticos
formã dominus vultumq́; mutaſſet,vt pro volũra-
te diuerſus ac varius videretur:ſed quò Maria ob-
ſtupefacta erat miraculo. Vnde Bern. O quã dile-
ctabile pietatis ſpectaculũ:qui quæritur & deſide-
ratur,occultat ſe & manifeſtatur:occultat ſe vt ar-
dentius requiratur,& requiſitus cum gaudio inue
niatur, & inuentus cum ſolicitudine teneatur,
tentus non dimittatur. ſecundum Gregorium:
Maria,quæ adhuc de domini reſurrectione dubi-
tabat,conuerſa eſt retrorſum, vt videret Ieſum:
quia videlicet per eandẽ dubitationẽ ſuã quaſi ter-
gum in faciẽ domini miſerat,quẽ reſurrexiſſe mi-
nimè credebat. Sed quia amabat & dubitabat, vide-
bat & nõ cognoſcebat:eumq́; illi & amor oſtende-
rat, & dubietas abſcondebat. Et [dixit illi Ieſus:
mulier quid ploras? quẽ quęris?]nõ petit quaſi igno
rãs: ſed vt eius reſponſione conuenientius eam in-
ſtruat. ſecundũ Greg. Interrogatur doloris cauſa,

Chriſtũ videre volẽs.

Qualis viſus eſt Chriſtus Magdalenæ.

vt augeatur deſideriũ,quatenus cũ nominaret quẽ
quæreret,in amorẽ eius ardentius æſtuaret. At illa K
eum adhuc non cognoſcens,putauit eũ eſſe hortu-
lanũ,cui incũbebat cura horti illius in quo monu
mentũ erat:eo quòd mane primo eum in horto vi
debat:æſtimabat enim nullũ circa loca illa occupa
ri,niſi eum qui illorũ cultor erat. Bene autẽ ſpiri-
tualiter hortulanus ei erat:quia ſentes perfidiæ &
vitiorum iã eradicauerat, ac virentia ſemina fidei
& virtutũ per amoris ſui vim in eius pectore &
horto animæ ſeminare & plantare curabat. Sicut
enim ad hortulani officiũ pertinet noxias herbas
eradicare, vt bonæ poſsint proficere: ita dominus
de horto ſuo,id eſt,de eccleſia quotidie vitia eradi
cat:vt virtutes pr ficere valeãt. Vnde Orig. O Ma
ria ſi quęris Ieſum:quare nõ cognoſcis? Ecce Ieſus
venit ad te,quẽ tu quęris,& tu æſtimas hortulanũ
eſſe. Verũ quidẽ eſt quod ęſtimas,ſed tamen in hoc
erras:dũ enim ſic hortulanũ æſtimas,vt Ieſum eſſe
nõ cognoſcat. Eſt eñi Ieſus,eſt & hortulanus:quia
ipſe ſeminat omne bonũ ſemẽ in horto animę tuę, L
& in cordibus fideliũ ſuorũ:ipſe omne bonũ plan-
tat & rigat in animabus ſanctorũ, & ipſe eſt Ieſus
qui tecũ loquitur. Hæc Orig. Mariæ etiã in ſpecie
hortulani apparuit:tale enim officium,talis actus
tale exercitiũ,taliſq́; nominis interpretatio incipi
entibus cõgruit:oportet enim vt pœnitẽs gerat mo
dum hortulani, ſcilicet vt omnia nociua eradicet,
& bona inſerat:ſi ergo vis vt appareat tibi verus
hortulanus,oportet te herbas nociuas eijcere ſalu-
tiferas inſerere. Illa verò vt ebria reſpondit ei ſi-
cut hortulano,[dicẽs: Domine ſi ſuſtuliſti eũ, dici-
to mihi vbi poſuiſti eũ:]qui mihi eſt ſingularis the
ſaurus etiã mortuus,[& ego eũ tollã:] cũ oĩ deſide
rio,& accipiã. Dominum vocat, vt beneuolẽtiam
eius captet,nõ dicit,ſi ſuſtuliſti Ieſum crucifixũ:lo
quendo determinatè,& nominando eum, vel aliâs
deſignãdo:ſed dicit,eum,in generali,nihil addẽdo:
quia vis amoris,& affectus cũ deſiderio quęrentis
vel feruenter amãtis, hoc agere in animo ſolet: vt
quẽ ipſe quęrit vel cogitat, oẽs cogitare ęſtimet, M
& nullũ aliũ ignorare credat:vnde quaſi de cogni-
to loquitur:& quẽ ipſa diligebat,omnes ſcire cogi
tabat:nec putauit alteri incognitũ,quẽ ſic ipſa cõ-
tinuè plangit deſideratũ. Si ergo tu propter timo-
rem Iudæorum leuaſti eũ hinc,dicito mihi, vt ego
eum accipiã:,timebat enim ne Iudæi etiam corpo
ri inſæuirent exanimi: & ideo volebat in alium lo
cum cognitum illud tranſponere. Mirabilis mulie
ris audacia,quam mortui nõ terret aſpectus,& cu-
ius valitudo ad graue mortui funus tollendũ plus
intentat quam poſsit. Ex virtute enim amoris cre
debat ſe poſſe tãtum corpus etiam mortuum por-
tare:quia feruenter amanti nihil videtur difficile:
cũ enim ſexus fœmineus fragilis ſit ad onera defe
renda,& pauidus ad mortuorum corpora baiulan
da:quicquid alijs impoſsibile eſt, hæc propter ma
gnitudinem amoris leue & poſsibile arbitratur.
Vnde Origenes: Ioſeph timuit, & auſus non fuit
tollere corpus de cruce, niſi in nocte: & niſi hoc
expetijſſet à Pilato: Maria autẽ noctem non præ-
ſtolatur, non poſtulat, nec veretur: ſed audacter
promittit,

Hortulanus creditus eſt Chriſtus.

Hortulanus eſt Chriſtus.

Amantiũ mos.

Audacia Magdalenæ.



promittit,dicens:ego eum tollã. O mirabilis mu-
A lieris audacia:ô mulier,iã nõ mulier. Nullum locũ
excipit,nihil anteponit,ſine timore dicit, abſolutè
promittit:dicito mihi vbi poſuiſti eũ, & ego tollã.
O Maria, magna eſt conſtantia tua:magna eſt fi-
des tua. Hæc Origenes. Hîc ergo oſtenditur ma-
gna Mariæ deuotio, & dilectionis feruor: & ideo
meruit quẽ mortuũ quærebat,viuũ videre & audi-
re,reſpice bene eam,quomodo lachrymabili vultu
ſuppliciter & deuotè ipſum exorat, vt ſibi illũ quẽ
quærit oſtendat:ſemper enim ſperabat audire ali-
qua noua de ſuo dilecto ſuper omnia. Poſtquã au-
tem,vt ait Gregorius,eã cõmuni vocabulo appella
uit ex ſexu, & agnitus nõ eſt:vocat ex nomine pro
prio vt eam magis intentam faciat:& talẽ ſe exhi
bet vt cognoſcat,dicẽs:[Maria,]deſideriũ eius vlte
rius affligi non ſinẽs, per vocationẽ nominis aper-
tam ſui declarat cognitionẽ:ac ſi apertè dicat. Re-
cognoſce eũ, à quo recognoſceris. Cũ enim apud
deum certus ſit numerus electorũ, magna gratia
aliquibus datur quãdo proprijs nominibus deo no-
B ti eſſe mõſtrantur:proprio ergo nomine vocat Ma
riam,vt deſignet ſpecialẽ quã ad ſanctos habet no-
titiã:[illa verò conuerſa,]corde & oculis mentis,
ſicut antè erat conuerſa corpore & oculis carnis,
mox vt ſe ſuo nomine vocari audiuit,eũ in voce ſi
cut ouis bona paſtorẽ recognouit. Prius enim con-
uerſa corpore,Ieſum eſſe quod nõ erat putauit:nũc
cõuerſa corde, quod erat agnouit:ac quaſi reuiui-
ſcens,& adorãs eũ indicibili gaudio: [Dixit,Rab-
boni:]id eſt,magiſter:ſic enim ante paſsionẽ eũ vo
care cõſueuerat:quia doctores apud Iudęos vocan
tur magiſtri. Tu es quem quærebã, quare tãdiu te
mihi celaſti? quia ergo perſeuerauit vt quæreret,
cõtigit vt inueniret. Vnde Greg. Maria quia voca-
tur ex nomine,recognoſcit autorẽ:atque eũ proti-
nus Rabboni, id eſt:magiſtrum vocat:quia & ipſe
erat qui quærebatur exterius, & ipſe qui interius
vt quæreret docebat. Vñ & Origenes. O mutatio
dexteræ excelſi:cõuerſus eſt dolor magnus in gau-
C dium magnũ:mutatæ ſunt lachrymę doloris,in la
chrymas amoris & exultationis. Vt ergo audiuit
hoc verbũ,Maria(ſic enim cõſueuerat illã vocare
magiſter ſuus)præſenſit in ipſo nomine quãdã ſin
gularẽ vocationis dulcedinẽ: & per eam cognouit
ipſum,à quo vocabatur,eſſe magiſtrũ ſuum. Vnde
etiã Anſelmus: Noli Magdalenæ deſerere comita-
tũ:ſed peractis aromatibus cũ ea dominicũ ſepul-
chrũ viſitare memẽto. O ſicut illa oculis,tu in ſpi-
ritu cernere merearis,nunc ſuper lapidẽ reuolutũ
ab oſtio monumẽti angelũ reſidentẽ: nũc intra mo
numentũ vnũ ad caput, aliũ ad pedes reſurrectio-
nis gloriã prædicãtes: nũc ipſum Chriſtũ Mariam
flentẽ & triſtẽ tã dulci oculo reſpicientẽ: tã ſuaui
voce dicentẽ, Maria. Rũpuntur ad hãc vocẽ omnes
capitis cataractæ: ab ipſis medullis eliciuntur la-
chrymæ,ſingultus atque ſuſpiria ab imis trahun-
tur viſceribus. Maria,ô beata,quid tibi mentis fuit
quid animi, cùm ad hanc vocem te proſternens,&
reddens vicem ſalutanti, clamares, Rabboni: quo
rogo affectu,quòd mentis deſiderio clamaſti Rab
boni? Nunc plura dicere lachrymæ prohibẽt,cùm

Nomine proprio facta appellatio.

Agnitio ex nomine facta.

Magdalena pręgaudio elinguis ad tempus.

vocem excludãt affectus, omnesq́; & animæ cor-
poris ſenſus nimius amor abſorbeat. Et iterũ:nomi D
nat dominus conſuetũ ancillæ nomẽ, & cognoſcit
ancilla conſuetam domini vocem. Puto, vel certè
affirmo,quia ſenſit ſolitã ſuauitatẽ, qua vocari cõ-
ſueuerat Maria. O vox dilectabilis,ô quantũ blan
dimẽti,quantũ ſapuit amoris? nec celerius hoc ex-
primi potuit,ſcio quę ſis,& quę velis. Illicò muta-
tæ ſunt lachrymæ,nõ enim credo mox eſſe reſtri-
ctas:ſed quas contritũ cor ſe torquẽdo prius expri
mebat,eas poſtmodũ cor gaudẽs effundebat. O quã
diſsimilia ſunt,Rabboni:&,Si tu ſuſtuliſti eũ,dici-
to mihi? O quã diſſona ſunt. Tulerũt dominũ, &
neſcio vbi poſuerũt eũ:& illud,Quia vidi dominũ,
& hæc dixit mihi. Hæc Anſel. Et currẽs ac proci-
dens Maria ad pedes Ieſu, veſtigia eius adorando,
ſtatim voluit ex deuotione amplecti veſtigia eius
quẽ recognouit:ac pedes tangere & oſculari, vt cõ
ſueuerat. O amor fortis & impatiens: nõ enim ſuf E
ficiebat ei videre Ieſum,& cũ Ieſu loqui,niſi etiam
tangeret Ieſum:ſciebat enim quia virtus de illo exi
bat, & ſanabat omnes. Ipſe verò volens fidẽ in cor-
de illius vt hortulanus ſeminare, & animã eius ad
cœleſtia eleuare:[dixit,Noli me tangere:] ſcilicet
manibus corporis,quẽ nondum tetigit fide cordis:
quaſi diceret: Potius volo vt tangas me tactu men
tis,credẽs me patri æqualẽ:quã tactu corporis, cre
dẽs me hominẽ purũ & patre minorẽ:adhuc enim
carnaliter in eũ credebat, quẽ ſicut hominẽ flebat.
Prohibita eſt ergo:quia propter defectũ fidei indi-
gna erat. Et ideo ſubdit: [Nõdum enim aſcendi:]
id eſt,eleuatus ſum,ſcilicet in corde tuo, [ad patrẽ
meũ:]id eſt,ad æqualitatẽ patris: quia non credis
me perueniſſe ad æqualitate eius, ac me filiũ ęqua
lem & coęternũ patri,qui me ſuſcitaſſet à mortuis:
ſed eſſe ſublatũ tanquã cadauer purũ: ac ſi diceret.
Quia me tanquã mortuũ in ſepulchro quæris, &
reſurrexiſſe nõ credis:ideo viuentẽ tangere nõ me
reris:tibi enim nõdum ad patrẽ aſcẽdi,quẽ viuentẽ
cum mortuis quæris:cũ tibi aſcẽdero ad patrẽ,tũc F
mereberis me tangere patri æqualẽ. Vnde Anſel.
Sed ô dulcis Ieſu,cur à ſacratis ac deſideratiſsimis
pedibus tuis ſic arces amantẽ? noli(inquis)me tan-
gere:vt quid domine? quare non tangã illa deſide-
rata veſtigia tua,pro me perforata clauis, perfuſa
ſanguine? nõ tangã,nec deoſculabor? an inimicitior
es ſolitò,quia glorioſior? ecce nõ dimittã te,nec re-
cedã à te:non parcã lachrymis, pectus ſingultibus
ſuſpirijſq́; rumpetur niſi tangã. Et ille,inquit, Noli
timere:non auferetur tibi hoc bonũ, ſed differtur.
Hæc Anſel. Sic ergo Maria dubijs plena, luctu in-
quieta,præparatione indiguit antequã ad tangen-
dum tantam ſanctitatem accederet. Si autem illa
quæ dominum reſurgentem prima poſt matrem
eius videre meruit: quæ tantum dilecta eſt à do-
mino, & tota eius mancipata obſequio ab omni
peccato ab eo liberata, à tactu pedum eius eſt pro-
hibita: quantò magis pollutus vitijs, ne eum totũ
tangat: conficiendo, vel ſumẽdo? ſed [valde] iam
lætificata,[dic]& nuntia[fratribus meis,] ſcilicet
apoſtolis: quia ſurrexi, & [aſcendo] id eſt, aſcen-
dam,[ad patrem meum,] per generationem & na
turam,

Noli me tangere.

Aſcẽdere ad patrem

Non tãgẽdus ab immundis dominus.

turam·[& patrem veſtrũ,]per adoptionem & gra
G tiam:[deum meum,] quia me hominẽ creauit, &
ſub quo ego homo ſum ſecundũ humanitatem:[&
deum veſtrũ,]qui vos creauit, & ab errore libera-
uit:inter quos & ipſum,ego mediator ſum : quaſi
diceret, In proximo eſt, vt videant aſcendentẽ. Lo-
quitur in propoſito inquantum homo, quia aſcen-
dere non cõpetit ei ſecundũ diuinã naturã,quę eſt
altiſsima: quod etiam patet ex hoc, quod vocat a-
Fratres cur vocet apoſtolos. poſtolos fratres, propter ſimilitudinẽ & conformi
tatem humanæ naturæ:& propter ſpiritualitatem
amicitiæ,& etiam propter adoptionẽ gratiæ:quia
eius patris ſunt filij adoptiui,cuius ipſe eſt filius na
turalis. Vnde Seuerianus: Vocat fratres, quos cor-
poris ſui fecit eſſe germanos:vocat fratres,quos pa
tri ſuo adoptauit in filios : vocat fratres quos be-
nignus Ieſus ſibi præſtitit cohæredes:vocat fratres
propter ſpecialitatẽ amicitiæ quã habuit ad ipſos.
Deſcenſus Chriſti. Vnde & Amb. Deſcendiſti quidem filius hominis,
nec patri cũ deſcẽderes abfuiſti: ſed deſcendiſti no
bis,vt te oculis ac mentibus videremus,vt in te cre
H deremus:ergo & aſcende nobis,vt te ſequamur mẽ
tibus,quẽ oculis videre non poſſumus. Hæc Amb.
Stant ergo dilecti cum iucunditate & gaudio ma-
gno loquentes adinuicẽ,ſicut amicus cum amico.
Ecce igitur & hîc ſimiliter magnũ paſcha. Sic ita-
que dominus à matre rediens apparuit primò Ma
riæ Magdalenæ,quã ipſis apoſtolis , vel aliquibus
alijs. Vnde Hiero. Mariæ Magdalenę primò oſtẽdi
tur,de qua eiecerat ſeptẽ dæmonia: quia meretri-
Locus apparitionis ces & publicani præcedent ſynagogam in regno
dei,vt latro præceſsit apoſtolos. Locus autẽ vbi do
minus apparuit Magdalenæ, diſtat quindecim paſ
ſibus à ſepulchro. Hanc igitur mulierem quæ ma-
ne ſurrexit, amarè fleuit,ardentiſsimè dilexit, di-
ligentiſsimè quæſiuit, & ideo præ cęteris inuenit,
& nos imitemur, eiuſq; exercitiũ gerentes cum la
chrymis & perſeuerantia dominũ quæramus : vt
ſimul cum ipſa dominũ inuenire,& ab eo conſola-
I ri mereamur. Vnde Origenes: Sequamur ergo, fra
tres chariſsimi,huius ſanctæ mulieris affectum, vt
perueniamus ad effectum. Ploret vnuſquiſque ad
Ieſum,& quærat fideliter Ieſum·quia non deeſt a-
nimæ querẽti illũ. Diſce ergo ô homo, ô peccator
Quærendus eſt Chriſtus. à muliere peccatrice:cui tamẽ dimiſſa ſunt omnia
peccata ſua. Diſce peccator homo plorare dei ab-
ſentiã,ac intimè deſiderare eius præſentiam:diſce
à Maria Ieſum amare,& Ieſum ſperare, Ieſum in
deſinenter quærere,& quærẽdo inueſtigare:nulla
aduerſa formidare,nullã conſolationẽ extra Ieſum
recipere,omnia præter ipſum cõtẽnere·diſce à Ma
ria quærere Ieſum in monumẽto cordis tui,reuol-
ue lapidẽ ab oſtio monumẽti dei:amoue omnẽ du-
ritiã,& repelle omne obſtaculũ à fide tua:tolle er-
go omnẽ concupiſcentiã, & omnẽ immunditiam
à corde tuo,& diligenter perſcrutare ſi ſit Ieſus in
eo:ſi autẽ nõ inueneris in te Ieſum:ſta foris & plo-
ra,& permane in fide,& reſpice foris ad alios ſi for
tè alicubi inuenias & videas in aliquo eũ;& plorã-
Humiliter quærẽdus eſt. do ora Ieſum vt dignetur intrare ad te,& habitare
in te. Et ne fortè erecta ceruice repellas eũ à te,hu
miliando inclina te:& iterũ proſpice in monumẽ-
to dei, quod debet eſſe in te : & ſi ibi videris duos
angelos,vnũ ad caput,& vnũ ad pedes:id eſt,ſi co K
gnoueris in corde tuo quaſi cœleſtia deſideria, tã
ad contẽplatiuã vitã ,quàm ad actiuã pertinentia:
per quæ adhuc nõ poſsis Ieſum videre, nec Ieſum
habere:noli his contentus eſſe, noli adhuc deficien
do quieſcere:ſed plora & quære Ieſum in te,donec
inuenias:& ſi fortè aliquo modo tibi apparuerit,
& deſiderio tuo ſe repręſentauerit: noli præſume-
re de te tanquã ex tuo deſiderio vel merito tibi ap
paruerit,& tanquã eũ agnoſcas: ſed bonitati,pieta
tiq; eius attribue:& interroga illũ , & ora vt iudi-
cet tibi ſeipſum:audeo enim tibi cõfidẽter promit-
tere,ſi in fide ad monumentũ cordis tuis ſteteris,ſi
plorando Ieſum quæſieris, & quęrẽdo perſeuera-
ueris,ſi cũ humilitate te inclinaueris,ſi exẽplo Ma
riæ nullã aliam conſolationem de Ieſu niſi ipſum
recipere volueris,ipſo reuelente ipſum ſine dubio
inuenies,& ipſum agnoſces: ita non ſit tibi neceſ-
ſe quærere ab alijs vbi eſt Ieſus, ſed tu magis indi-
cabis eum,nuntians quòd vidi dominũ , & hæc di- L
xit mihi. Hæc Origenes. Poſt aliquantulam verò
morulam dominus diſceſsit, dicens: quia & alios
viſitare eũ oporteret . Tunc Magdalena(benedi-
ctione ab eo recepta) & domino diſcedente receſ-
ſit:& iã credẽs ad ſocias ſuas venit,& hæc eis nun-
tiauit. Illę verò de reſurrectione domini gaudẽtes,
ſed quòd eum non viderãt dolẽtes,[recedunt]cum
ea,[de monumẽto:]id eſt,de loco ante monumen-
tum, ſcilicet de ſeptis horti in quo erat monumen
tum:[cũ timore & gaudio magno, currentes nun-
tiare hæc diſcipulis]domini de ipſo. ſecundũ glo-
ſam,duplex erat in eis affectus:ſcilicet, timoris, &
gaudij:alter de magnitudine miraculi,alter ex de-
ſiderio reſurgentis:& vterque greſſum concitabat
fœmineum.

ORATIO.

O Pijſsime domine , ô dulciſsime magiſter,
quàm bonus es tu his qui recto ſunt corde,
quàm ſuauis his qui diligunt te. O quã fœ-
lices ſunt qui quærunt te : & quàm beati qui ſpe-
rant in te. Verum certè eſt , quòd tu diligis omnes
diligentes te·& nunquã derelinquis ſperantes in te.
Ecce enim hęc dilectrix tua ſimpliciter quęrebat M
te,& veraciter inuenit te. Sperabat in te, & nõ eſt
derelicta à te:ſed plus eſt cõſecuta per te,quàm ex
pectaret à te. Obſecro ergo te domine, da & mihi
diligere & quærere te, ac ſperare in te:vt & ego à
te diligi , & te inuenire merear:& à te nunquam
derelinquar. Amen.

## Quomodo dominus apparuit tribus Marijs, Caput lxxiii.

CVm ergo iſtę tres Marię ſimul perge Matt. 28. & Ioã. 20.
rẽt,de monumẽto reuertẽdo,antequã
peruenirẽt ad ciuitatẽ, & ad apoſto-
los,[occurrit]& apparuit[eis]domi-
nus Ieſus. Vbi Hier. Pergebãt eñ ad
apoſtolos, vt per illos fidei ſeminariũ ſpargeretur.
Quę aũt ſic quęrebãt,quę ita currebãt,merebãtur
obuiã habere dominũ reſurgentẽ. Et vt ait Raba-
nus:Per hoc oſtẽdit ſe omnibus iter virtutũ inchoã
tibus,vt ad ſalutẽ perpetuã peruenire queãt, adiu-
uando occurrere . Blanda quoque ſalutatione do-
minus



minus deiectas erigens, & verbo conſolatorio tri-
Auete. A ſtes conſolans ait, [Auete:] ex Eua formans Aue.
vbi Hierony. Primò mulieres merẽtur audire, aue
te:vt maledictum Euæ mulieris,in mulieribus ſol-
ueretur. [Illæ verò] vltrà quàm dici poſſet exhila-
ratæ, [acceſſerunt,] vt iam credentes & per fidem
Hebr. 11. illuminatę:quia,vt ait Apoſtolus, Accedentẽ opor-
tet credere: [& tenuerũt,] ac deoſculatæ ſunt [pe-
des eius:] ex deuotione humanitatẽ , in qua ſurre-
xit,probãtes apertè:& de reſurrectione eius certi-
ficatæ,deum ac dominũ adorauerũt:adoratione la-
triæ,tanquam fidẽ trinitatis aſtruentes. vñ Chryſ.
Tenuerunt pedes eius: & cum ſuperabundanti ad
eum lætitia currẽtes, acceperunt & per tactũ con-
iecturam & certitudinẽ reſurrectionis: & adoraue
runt eum. Fortaſsis aliquis veſtrum vellet & ſecũ
dum illas effici mulieres , & pedes detinere Ieſu.
Tenere pede Ieſum datur oĩbus volentibus. Poteſtis & nunc,quicunque vultis,nõ pedes & ma-
nus ſolum,ſed & caput detinere ſacrũ illud:terribi
libus potientes myſterijs pura conſcientia. Nõ hîc
autem ſolũ: ſed & in illa die videbitis eum cũ inef-
B fabili gloria illa,& plebe angelorũ venientẽ, ſi vo-
lueritis eſſe miſericordes : & audietis verba illa:
Matth. 25. Venite benedicti patris mei , hæreditate percipite
regnum paratũ vobis ante conſtitutionẽ mũdi. hęc
Chryſ. Iſte eſt modus veniẽdi ad veniã: ſcilicet ac-
cedendo ad pedes Chriſti:vñ debemus ire ad oſculũ
pedis Chriſti,per deuotã orationẽ: eius ſcilicet con
ſiderando humanitatẽ. Si vis capere celſitudinem
Moraliter dei:cape prius humanitatẽ Chriſti. Moraliter acce-
ditur ad Chriſtum,per fidẽ illuminantem. Vnde in
Pſal. 33. Pſalmiſta:Accedite ad eũ,& illuminamini:tenetur
Cantic. 3. per charitatẽ coniungẽtem. vnde in Cãticis: Tenui
eum,ſcilicet dilectũ:nec dimittã:adoratur per debi
Lucæ 4. ti cultus exhibitionẽ. vnde ſuprà in Euãg. Dominũ
deum tuũ adorabis,& illi ſoli ſeruies. Et tunc Ma-
gdalenę eſt datũ,ſcilicet vt tangeret eum:quod fuit
antè dilatũ,quãdo quærebat viuentẽ cum mortuis:
ſcilicet in ſepulchro & loco mortuorum. Cum ma
gna igitur iucunditate loquũtur adinuicẽ,& faciũt
ſimiliter Paſcha magnũ. Hîc,vt ait Anſel. Quãdiu
potes morare : nõ delitias tuus ſomnus interpollet:
nullus exterior tumultus impediat. [Tunc ait illis
C Ieſus:Nolite timere:] hoc dicit ad earũ perfectam
conſolationem:quia timor qui eas inuaſerat,adhuc
totaliter ab eis nõ receſſerat. Sicut occurrit currẽ-
tibus,auete dixit gaudentibus , ita timorẽ excludit
à timentibus. Et ſubiungit: [Ite nuntiate fratribus
meis,vt eant in Galilęã:ibi me videbũt.] vbi Hier.
Nõ in Iudæa,ſed in multitudine gẽtium:gratia eñ
tranſmigratura de Iudæa ad Gẽtes,pręcedet viam
in cordibus pręparãdo,de Galilæa:& de hac mate-
Fratres domini. ria latius eſt dictũ ante præcedens capitulũ. Vides
hîc & ſuprà ꝙ magiſter humilitatis vocat diſcipu-
los ſuos fratres: eos amicabilius ſolitò nominãs, vt
ſecurius ad eũ accedant,& nõ timeãt accedere,pro-
pter hoc ꝙ eũ in ſua captione reliquerãt:& vt verã
reſurrectionẽ doceãt: vt & ad honorẽ & ad amorẽ
accendat. vnde Rabanus. Vera fraternitas eſt, quæ
fratrẽ veneratur deuotũ,& corripit diſſolutũ: quæ
pręſenti obſequitur,abſentẽ non rodit:ſano applau
dit,infirmũ nõ deſerit:placatũ non prouocat, iratũ
metuit vt maiorẽ. hęc Rabanus. Angelus apoſtolos
vocat diſcipulos,ratione humilitatis debitę,domi- D
no dans honorẽ. Ieſus autẽ, quãuis dominus,vocat
eos fratres,& charitatis , & humilitatis ratione: in
quo datur pręlatis forma charitatis & humilitatis:
iuxta illud Eccleſiaſtici: Rectorẽ te poſuerũt,noli Eccleſiaſtici 32.
extolli:eſto in illis quaſi vnus ex illis. Nunquã Ie-
Humilitas Ieſu. ſus omnium dominus humilitatẽ dimiſit : ſed vſq;
ad mortem fidẽ ei ſeruauit,& etiã poſt mortẽ,nec-
non & poſt aſcenſionẽ. Nónne in fine pedes diſci-
pulis lauit ? Nónne humiliatus eſt vltra quàm dici
poſsit,crucis patibulum ſuſtinendo!nonne poſt re-
ſurrectionẽ vocauit diſcipulos fratres ? nónne poſt
aſcenſionem locutus eſt Paulo humiliter quaſi ad
cõparem ſuum, Saule, Saule quid me perſequeris? Acto. 9.
nec nominauit ſe deũ,ſed Ieſum Nazarenũ:nónne
etiam in ſede maieſtatis conſiſtens , dicturus eſt in
die iudicij,quãdiu feciſtis vni de his fratribus meis Matth. 25.
minimis,mihi feciſtis. Nõ ſine cauſa virtutẽ hanc
tantum amauit , & ſuo nobis exẽplo cõmendauit:
ſine hoc enim fundamẽto fruſtra fit aliarum virtu
tum ædificium,vel conſtructio. Vnde nec de caſti- E
tate , nec de paupertate , nec de aliqua virtute vel
opere cõfidas,ſine humilitate. [Venit ergo Maria
Magdalena,] cũ alijs duabus , ad denuntiãdum bo-
nos rumores Chriſti [diſcipulis,] triſtibus de mor-
te domini. hæc enim dies boni nũtij fuit, [nũtians]
eis:quia [vidi dñm:& hęc,] quæ dicta ſunt, [dixit
mihi:] ſcilicet nũtiare vobis. Mulieres opus faciũt
Mulieres euãgeliſtę & apoſtolæ. euangeliſtæ:factæq́ue apoſtolę apoſtolorũ,feſtinãt
ad nuntiãdum mane miſericordiã domini. Omnis
qui rectè intelligit,alijs nuntiare debet. Iuxta illud
Apoc. 22. Apocalypſis:Qui audit,dicat veni: vnde per iſtam
quæ præ oĩbus fuit ſolicita videre Chriſti ſepul-
chrum : propter quod dominus ei primò apparuit:
ſignificatur quęlibet perſona de cognitione verita-
tis diuinę valde ſolicita,& per hoc meretur aſſequi
cognitionẽ: & talis debet veritatẽ agnitã nuntiare
alijs,ſicut Maria nũtiauit diſcipulis,ne de abſcondi
to talento debeat meritò reprehendi . vnde Beda:
Mulier cur pręnuntia. In eo autem ꝙ hęc mulier diſcipulis Chriſtum re-
ſurrexiſſe nũtiauit,oẽs monemur,maximè quibus
eſt cõmiſſum prædicãdi officium:vt ſi quid eis cœ-
litus reuelatum fuerit , ſtudioſè ꝓximis propinẽt. F
hæc Beda. Miſericordiſsima dei pietas in hoc loco
erga ſexum fœmineum declaratur. Mulier reſurre
ctionis accipit primũ myſterium,& mãdata cuſto-
dit,vt veterem pręuaricationis errorẽ aboleret. In-
de,ſecundum Gregoriũ, humani generis culpa ab-
ſcinditur vnde proceſsit : mulier in paradiſo viro
propinauit mortẽ,à ſepulchro mulier viris annun-
tiauit vitam: & dicta ſui viuificatoris narrat , quæ
mortiferi ſerpentis verba narrauerat. Mulier,quæ
fuerat ianua mortis:prima pręedicat reſurrectionẽ,
& oſtendit ianuã vitæ:ac ſi, ſecũdum Gregorium,
humano generi nõ verbo dominus,ſed rebus dicat:
De qua manu vobis illatus eſt potus mortis,de ipſa
ſuſcipite poculum vitæ. vnde Auguſt. Reſurgentẽ
deum priores fœminæ apoſtolis nũtiauerunt:nun-
tiauit viro ſuo mortẽ fœmina in paradiſo,nũtiaue-
runt & fœminæ ſalutem viris in eccleſia: reſurre-
ctionem Chriſti apoſtoli erant gẽtibus nuntiaturi,
apoſtolis

apoſtolis fœminæ nuntiauerunt. vnde & Ambro.

G Sicut in principio mulier autor culpæ viro fuit, vir executor erroris: ita nunc quæ mortem primò guſtauerat, reſurrectionem prior vidit: culpæ ordine remedio prior: & ne perpetui reatus apud viros opprobrium ſuſtineret, quæ culpã viro transfuderat, transfundit & gratiam: veteriſque lapſus cõpenſat erumnam reſurrectionis indicio. Per os mulieris mors antè proceſſerat, per os mulieris vita reparatur. vnde tiam Beda: O quàm fœlices fœminæ, quę triumphũ reſurrectionis mundo meruerunt annũtiare: ac mortis quã Eua ſerpentino affatu ſeducta contraxit, imperium diſruptum prædicare: quantò fœliciores animæ virorum pariter & fœminarũ, quotquot in die iudicij (percuſsis pauore ac digna vltione reprobis) ipſæ cœleſti gratia adiutæ triũphare de morte, & gaudium beatæ reſurrectionis meruerint intrare. hæc Beda. Et quia conſtantiam prædicandi nõ habet ſexus inferior, & ad exequẽdum infirmior, & mulieribus docere in eccleſia nõ

H permittitur: mandatur viris officiũ euangelizandi.

Cur Magdalena huic operi delegitur.

Hîc autem nuntiat mulier: iam non vt mulier, ſed vt eccleſiam geſtans. Rectè quoq; hæc mulier quæ lætitiam dominicæ reſurrectionis prima nuntiauit: ſcilicet ſancta Maria Magdalena, à ſeptem dæmonibus, id eſt, vniuerſis vitijs & criminbus curata eſſe memoratur: vt vbi abundauit peccatum, ſuperabundare gratia monſtraretur: & ne quiſquam dignè pœnitẽs de venia commiſſorum deſperaret, videns eam quæ tot erat ſubdita vitijs in tantũ culminis ſubitò eſſe promotam, vt ipſis euangeliſtis atque apoſtolis prima miraculũ reſurrectionis euãgelizaret: tum etiã vt nullus de ſua innocentia pręſumat, aut peccãtem deſpiciat: tum vt pateat quòd ex dei abundanti gratia, pecator aliquando reſurgit melior, quàm ante caſum fuerat. Sancti cùm peccant, lapis eſt motus, non euulſus. Cadat iuſtus, labatur iuſtus: reſurgat iuſtus, melior erit. Sanctis enim omnia cooperantur in bonum.

## ORATIO.

I O Ieſu noſtra redemptio, amor & deſiderium: qui deuotis mulieribus te quęrentibus, te deſiderantibus, & à tuo ſepulchro redeũtibus, reſurgens à mortuis propitius occurrens apparere voluiſti: quæro ego te quẽ diligit anima mea Ieſu dulciſsime: quæro, & non inuenio. Occurre igitur animæ meæ quærenti te ô vnice fili dei patris: & ſi differs in præſenti tuam deſiderabilem præſentiã, non auferas in futuro: vt in vltima reſurrectione fidelium mihi cum eis teipſum placidum ac benignum exhibeas, vt de tua præſentia perẽniter cum electis tuis merear iucundari. Amen.

## De mendacio cuſtodum. Cap. lxxiiii.

Matth. 28.

DEinde cùm mulieres abijſſent à monumento, ad explendam iuſsionẽ dominicam: [quidã de militibus,] illud cuſtodientibus, qui viderunt factum, & audierunt verbum angelicũ, [venerunt] ipſa die reſurrectionis, [in ciuitatẽ,] ſcilicet Hieruſalem: [& principibus ſacerdotũ,] à quibus poſiti erant ad cuſtodiendũ ſepulchrũ Chriſti, [nuntiauerunt omnia quæ fuerant facta,] ſcilicet Chriſti reſurrectionem, & angeli terribilẽ apparitionem ac terrẹmotum: & ex his quæ viderant &

K audierant facti ſunt vellent nollent teſtes & prędicatores veritatis & reſurrectionis domini triũphatoris mortis: & hoc quippe eſt validũ teſtimonium, quòd ab inimicis & crucifixoribus Chriſti Iudæi audiant ſurrexiſſe ipſum. vnde ſecundũ Chryſoſt.

Teſtimoniũ ab aduerſarijs.

Mira angeli apparitio, & terræmotus propter milites facta ſunt: vt ſtupefierent, & ab eis fieret teſtimonium veritatis: veritas enim à contrarijs diuulgata, magis effulget. Quod & contigit, quãdo prędicti cuſtodes nũtiauerunt principibus omnia quæ facta fuerant. Vbi notãdum, ꝙ volentes impedire diuinam prouidentiã, contra ſuam intentionẽ promouent illã: ſicut fratres Ioſeph vendiderũt ipſum ne adorarent eum, & per hoc compulſi ſunt eum adorare, ſecundum prouidentiæ diuinæ ordinẽ. Sic principes Iudęorum volentes impedire celebritatẽ nominis Chriſti, fuerunt valde diligentes de cuſtodia ſepulchri & per hoc celebrata eſt fama de veritate ſuæ reſurrectionis, & per cõſequens ſui nominis.

Prouidentiam diuinam impedire volentes expediũt eam. Gene. 37.

L Indocta igitur ſimplicitas fatetur veritatem: aſtuta verò duplicitas principum modũ quęrit, quo aſtruat falſitatem. vnde Rabanus: Simplex animi æquitas, & indocta hominũ ruſticitas ſæpe veritatem rei vt eſt ſine fraude manifeſtat: ac cõtrà verſuta malignitas falſitatem veriſimilibus verbis, pro vero cõmendare decertat. hæc Rabanus. Vnde nequitia Iudæorum per hoc nõ quieſcit: quia congregati cum ſenioribus ad cõfingendum falſitatem cõſilio accepto, dederunt militibus pecuniã copioſam ad peruertendum veritatẽ: iniungentes eis vt ad denigrandam reſurrectionis famã dicerẽt, quòd ipſis dormientibus diſcipuli eius nocte furati eũ eſſent.

Veritatẽ fatentur ſimplices.

Ecce apertum mendaciũ. vnde Remigius: O ſtulta inſania: dormientes teſtes adhibes. Si dormierunt, quomodo furtũ viderunt: ſi nõ viderunt, quomodo teſtes ſunt? Quòd ſi etiã fures viderunt, cur non eos detinuerunt? vnde & Chryſoſtomus: Verè formam mendacij habebat quod dicebant: qualiter enim furarentur diſcipuli homines pauperes, & idiotæ, &

Mendaciũ apertum.

M neque apparere audentes: ſi enim adhuc Chriſtum viuum videntes fugerunt, qualiter mortuo eo non timuiſſent tot militum multitudinem? Nunquid oſtium ſepulchri poterãt euertere? lapis eminebat magnus, multis indigens manibus. Nunquid etiam non erat ſigillum ſuperimpoſitũ, quare nõ perſuaſibilia ſunt quæ de furto dicta ſunt: vnde per quæ reſurrectionem obumbrare conantur, per hęc eam faciunt clarere: dicẽtes enim quòd diſcipuli furati ſunt, confitentur corpus nõ eſſe in ſepulchro: furtũ autem oſtendit eſſe mendax, cuſtodia militum, & diſcipulorum pauor. hæc Chryſoſtomus. Per hoc etiam moliebãtur diſcipulorũ perditionem, imponendo eis furti crimen. Spiritualiter autẽ diſcipuli Chriſti fures erant: quia ab ingratis Iudæis ſcripta noui & veteris teſtamenti ablata in vſum eccleſiæ conferebant: & ſaluatorẽ, qui eis promiſſus fuerat, illis nocte dormientibus, hoc eſt infidelitate torpẽtibus abſtulerunt, gentibus credendũ tradentes. Et, vt dicit Seuerianus, Amiſerunt milites, perdiderũt Iudæi: ſed diſcipuli magiſtrum ſuum nõ furto, ſed fide:



A fide virtute, non fraude: ſanctitate, non crimine: viuum, nõ mortuum ſuſtulerunt. De tẽpli verò ærarijs & oblatione pauperum, non de burſis proprijs acceperunt pecuniam: & copioſam, vt ea famam Chriſti extinguerent, cuius ſanguinẽ & vitã prius huiuſmodi pecunia emerant: de cõmuni prodigi ſumus adeo, vt de proprio nil erogemus: ſic proprietas diligitur, & cõmunio contemnitur. Vnde Hierony. Cuſtodes miracula confitentur: illi aũt qui poſt tale teſtimoniũ debuerant conuerti ad pœnitentiam, & Ieſum quęrere reſurgentẽ: perſeuerant in malitia: & pecuniã quæ ad vſus templi data fuerat, vertunt in redemptionẽ mendacij: ſicut & ante triginta argenteos Iudę dederant proditori. Oẽs igitur qui ſtipe templi, & his quæ conferuntur ad vſus eccleſiæ abutuntur in alijs rebus, in quibus ſuã explent voluntatem: ſimiles ſunt ſcribarũ & ſacerdotum, redimentiũ mendacium & ſanguinẽ ſaluatoris. Vnde & Hilarius: Emitur ergo reſurrectionis ſilentium, & furti mendaciũ, argento: quia

Pecunia militibus data.

Iudęorum ſimiles prẹlati.

B honore ſeculi (qui in pecunia eſt & cupiditate) Chriſti gloria denegatur. Hæc Hilarius. Iſtis etiam Iudæis ſimiles ſunt, qui cũ magnis ſumptibus & laboribus conantur ad ſubuerſionẽ veritatis: cuiuſmodi ſunt aduocati doloſi, & doctores vanè glorioſi, & illi qui eos ad hoc inducunt quibuſcunque modis. Vbi Chry. Non mireris ſi pecunię milites ſuperauerunt, quæ apud diſcipulũ tantam oſtenderunt virtutem, vt facerent eũ magiſtri proditorẽ: nihil enim clauſum vel occultũ, quod non pecunia indagante ſit contritũ: propter quod dicitur: Nihil iniquius, quàm amare pecuniam. Vnde & Rabanus: O peſtis magna auaritiæ, ſemper bonis animis deteſtanda: quid illæſum, quid incõcuſſum dimittis? tu genus hominum confudiſti, diſcipulum comitem Chriſti ab apoſtolatu prẹcipitaſti, tu milites cuſtodiẽtes Chriſti ſepulchrũ captiuaſti. Nunquid "bene dictũ eſt, Pecuniæ obediunt omnia? Hæc Rabanus. O quot ſocios & hæredes Iudæi & milites

Veritatẽ oppugnãtes.

Pecuniæ malum.

Eccleſiaſtici 10.

C in hoc ſcelere, etiã apud magnos & potentes, reliquerunt: qui pecunia corrũpuntur & corrumpunt: ac pro temporalibus & tranſitorijs agentes iniquè, credunt nihilominus (ſed vanè) quòd ſic animæ eorum requieſcant in pace, & partẽ habeant cũ Chriſto in reſurrectione. Cuſtodes verò [accepta pecunia] corrupti, [fecerunt ſicut erant docti:] & dixerunt, [nobis dormientibus furati ſunt diſcipuli Ieſu corpus eius:] ſed mẽtita eſt iniquitas ſibi: & auaritia, ſicut & Chriſti diſcipulus, ſunt decepti. Hæc autem irriſio heu multis hodie cõgruit pigris, illa hora dominicæ reſurrectionis torpentibus. Vnde Petrus Damianus, Cauendum eſt autẽ ne ſomno quis, vel ad momentum quidem in competentibus horis aſſentiat: & maximè iuxta diluculum: vt quo videlicet tẽpore grauius incumbit acedia, canonicis nos inueniat occupatos officijs: abſit etiam nos tunc ſopore vel ignauię tẹdere: qua videlicet hora conſtat redemptorẽ noſtrum deſtructo mortis imperio ſurrexiſſe: ne ſi tunc dormiamus, quando oriente ſole corporeo etiam interior noſter homo lucem debeat inocciduã expectare (quod abſit) vt irriſio nobis videatur illa congruere, diſcipuli eius nocte venerunt, & nobis dormientibus furati ſunt

Acedię deteſtatio

D eum. Hæc Petrus Damianus. Iſtud aũt mendaciũ militum Iudęi emerunt carè, quod adhuc eos tenet in errore: vnde [diuulgatũ eſt,] & manſit [hoc verbum,] ſcilicet ꝙ Chriſtus furatus fuiſſet, nõ ſurrexiſſet: tanquam verum, quod tamen erat falſum, [apud Iudęos vſque] modò, & [in hodiernũ diem,] & vſque hodie ſuũ non vident vel intelligunt errorem. Vnde Rabanus: Error empti mendacij, per quod reſurrectionis denegant veritatẽ, perſeuerat in Iudæis, ne in Chriſtũ credant, & reatu eos conſtringit perpetuò: ad tẽpus autem mendaciũ præualuit, ſed non ſemper: nã contra fictum mendacium Iudęorũ, refulget efficax & irrefragabile teſtimoniũ reſurgentium mortuorũ: qnia multa corpora ſanctorũ qui dormierunt, [ſomno mortis: ſurrexerunt poſt reſurrectionẽ eius] tanquã teſtes ſuę reſurrectiõis, [& exeũtes de monumẽtis, venerunt in ſanctã ciuitatem] Hieruſalẽ: quæ dicitur ſancta propter templũ diuino cultui deputatũ: & propter

Mendaciũ emptum.

Reſurrectio mortuorum.

Matt. 27.

E ſancta ſanctorũ, & ob diſtinctionẽ aliarum vrbiũ in quibus idola colebãtur: vel pro antiquo nomine, vt Matthæus publicanus dicitur: [& apparuerunt multis,] teſtificãtes de reſurrectione domini, ſcilicet idoneis ad declarationẽ reſurrectionis dominicę: his ſcilicet qui videre meruerũt, & reſurgentẽ ſuſceperunt: ſed nõ omnibus, quia nõ erat reſurrectio generalis, quæ apparebit omnibus & bonis & malis. Et hoc diuinitus factũ eſt cõtra Iudęos & milites, in teſtimoniũ ꝙ Chriſtus dominus primitiæ dormientiũ verè reſurrexit à mortuis. Vnde Chry. Aperta ſunt monumenta, & reſurrexerũt mortui, & intrauerũt in ſanctam ciuitatẽ: vt inexcuſabilẽ relinquerent eã, & domini reſurrectio firmaretur. Hæc Chry. Fortè hi fuerũt de quibus ſupra epiſtolam ad Hebręos legitur: ꝙ multi affectauerunt ſepeliri in terra ſancta, vt cũ domino reſurgente reſurgerẽt. In euãgelio etiam Nazaręorũ legitur, ꝙ duo viri ſancti mortui ante quadraginta annos, venerunt in templũ, & ſcripſerunt quomodo illi qui erant in limbo, exaltauerũt in deſcenſu domini ad

F inferos: & dæmones triſtabãtur. Vnde Leo papa: Qui mortalitatis grauabãtur ſepulchris, diſcuſſa obſtaculorũ mora proſiliant: appareãt quoq; nunc in ciuitate ſancta, id eſt, eccleſia dei futuræ reſurrectionis indicia: & quod credendum eſt in corporibus, fiat in cordibus. Hæc Leo. Rectè autẽ in reſurrectionis domini tẽpore alij ſurrexerũt: vt cùm ſe perciperẽ deſperaret homo, quod in ſe oſtenderat deus: homo hoc in ſe fieri poſſe prẹſumeret, qđ in puris hominibus factũ cognoſceret. Vnde Gregor. Ad inſtruendã ergo ignorantiã noſtram, ad roborandã infirmitatem noſtrã, ſuę reſurrectiõis exemplum nobis ſufficere voluit: ſolus illo in tempore mortuus eſt, & tamen ſolus minimè ſurrexit. Ne quis eñ dicat, ſperare de ſe non debet homo, quod in carne ſua exhibuit homo deus: ecce cũ deo homines reſurrexiſſe cognoſcimus. Hęc Gregor. Cõſidera hîc q̃ magna fuit nequitia Iudæorũ circa dñm Ieſum, quę etiã poſt eius mortẽ non ceſſauit: & q̃ magna bonitas circa illos, de quorũ ſalute nihilominus curã habuit quibus exẽplis & nos prouocamur, vt

Cur & alij ſurrexerunt.

mur, vt eius bonitatem circa iniuriãtes imitemur.

G **ORATIO.**

DOmine Ieſu Chriſte, ad cuius reſurrectionis famam denigrandã Iudæi militibus pecuniam copioſam dederunt, & ad peruertendũ veritatẽ eos corruperunt: da mihi vt pecunia non corrũpar, vel corrumpã, nec pro temporalibus & tranſitorijs iniquè agã, ſed ſemper in veritate permaneam, & liberer per eam. Da etiã mihi vt ſicut poſt reſurrectionẽ tuam ſurgentes teſtes extiterũt tibi: ſic & ego merear de te verbo & opere teſtificari, & in reſurrectione generali, tecũ & cũ tuis electis partẽ habere: & cum eis corã te in regno tuo ſine fine te miſerante gaudere. Amen.

Quomodo dominus apparuit Petro, & Ioſeph, & Iacobo minori, ac ſanctis patribus. Cap. lxxv.

Petrus dominum quærit.

CVm ergo magdalena & ſociæ eius redeuntes domũ, narraſſent diſcipulis reſurrexiſſe dominũ: Petrus mœrens ꝙ dominum ſuum nõ viderat: H nec quieſcere valẽs, propter amoris vehementiam quã ad eum habebat: diſceſſit ſubitò ab alijs ad quærendũ dominum, & ſolus ibat verſus ſepulchrũ. Neſciebat enim, vbi eũ alibi quæreret. Dum ergo pergeret, dominus in via ei apparuit: licèt euangeliſta vbi vel qua hora factũ ſit, non deſignauerit. Tũc Petrus videns dominũ, procidit in terrã, & veniam petijt de hoc ꝙ eũ dereliquit, & pluries negarit: dominus aũt ſibi peccata dimittẽs, & eum conſolando cõfortans, dicit ei vt confirmet etiam fratres ſuos. Stant ſimul, & cũ gaudio colloquuntur adinuicẽ, & fit hîc ſimiliter paſcha magnum.

Petro ſingulariter apparuit dominus.

Singulariter ergo Petro apparuit, qui ſingulariter eũ negauit. Omniũ autem virorũ quos euangeliſtæ & apoſtoli cõmemorant, Primò dñs Petro, pluribus de cauſis ſeu rationibus apparuere voluit. Prima eſt, vt qui primò confeſſus eſt eũ Chriſtum eſſe, primò reſurrectionẽ eius mereretur videre. Secunda, vt mentem eius (quæ in paſſiõe titubauerat) reformaret: & qui timore paſſiõis eius euidentius ceciderat, per ſpem reſurrectionis prius reſur- I geret. Tertia, vt peccatũ trinæ negationis ei indultũ oſtẽderet, cõſolans eũ ne deſperaret. Quarta, vt apoſtolatus eius ordinẽ conſolidaret, & ipſum in eo roboraret. Quinta, vt eũ facto doceret qualiter ſubditis ſuis pœnitentibus condeſcendere deberet, quantũcunque peccaſſent. Sexta, vt peccatoribus omnibus ſpem miſericordiæ & veniæ daret, oſtendendo ꝙ peccatores nõ deſpiceret. Septima poteſt addi, ſecũdum Chry. qui dicit, Non enim ſimul omnibus ſe manifeſtabat, vt ſereret fidei ſemina. Nam qui primò viderat, & certus erat, alijs referebat. Deinde ſermo prodiens præparabat animum auditoris viſiõi. Et ideo primo digniori & fideliori omnibus apparuit. Erat enim opus animæ fideliſſimæ, quæ prius acciperet hunc aſpectũ, vt minimè turbaretur inopinata viſione. Poſt Petrũ verò alijs apparuit quãdoq; paucioribus, quãdoque pluribus. Hæc Chry. Petrus verò benedictione à domino accepta, rediens ad dominũ, & ad diſcipulos, eis omnia narrauit: & deinceps in omnibus multũ fidelis deo permãſit.

Petri interpretatio.

Petrus interpretatur obediens, K & typum obedientiæ gerit: quibus dominus ſæpius apparere conſueuit.

Ioſeph apparitio.

Diſcedens igitur dominus Ieſus à Petro, apparuit Ioſeph, qui eum ſepelierat in monumento ſuo. Nã vt legitur in euãgelio Nazareorum: Cùm audiſſent Iudæi, ꝙ Ioſeph à Pilato corpus Ieſu petijſſet, & ipſum ita honorificè in monumento ſuo ſepeliſſet: Tunc indignati aduerſus eum, ceperunt ipſum eadẽ veſpera qua ſepeliuit dominum, & in quodã cubiculo diligenter clauſo & ſigillato recluſẽtes incarcerauerunt: alligãtes eum ad columnã in ipſo carcere, & volentes poſt ſabbatum eũ occidere: & ecce ſtatim in ipſa die reſurrectionis, ſuſpenſa domo à quatuor angulis dominus ad eũ intrauit, & ei lætus apparuit: cumq; conſolans faciẽ eius exterſit, & oſculum dedit: ac deinde ſaluis ſigillis eum educens & liberans, in domum ſuam in Arimathia ipſum adduxit: Vide quomodo dominus ſuos non obliuiſcitur, nec derelinquit vſquequaq; ſed tandẽ eos conſolatur & adiuuat ſuo tempore.

Ioſephi captiuitas & liberatio. Pſal. 9.

Quia ipſe eſt adiutor in opportunitatibus in tribulatione. vnde Chry. Mos ſiquidẽ dei eſt iſte certiſſimus, vt cùm mala ad cumulũ ſuum venerint: L cumq; viderit ſuos grauiter affligi, & aduerſarios tyrannide quadã contra ſe impietatis attolli vel potius mẽtis ebrietate bachari, diuinitatis ſuę potentiã per ſigna demonſtret. Hæc Chry. Nicodemum verò, ipſius Ioſeph ſociũ in ſepeliendo dominum ſuũ, dicunt quidã interim latuiſſe, propter metum Iudæorũ. Ioſeph interpretatur augmentũ, vel appoſitio per longã ætatem: & typũ gerit perſeuerantiũ in bono opere, quibus ſæpe ipſe dominus dignatur apparere.

Iacobo minori apparitio facta & eius votum.

Apparuit etiã dominus ipſa die Iacobo minori, vt in epiſtola ad Corinthios tãgitur. Qui in cœna deuouerat & iurauerat ſe nõ comeſturũ panẽ ab illa hora qua calicẽ domini biberat, donec eum à mortuis ſurrexiſſe videret. Cùm ergo vſq; ad diem ſurrectiõis Iacobus cibum nõ guſtaſſet: apparẽs dominus dixit ei, & his qui eũ eodẽ erant: ponite mẽſam & panẽ, deinde panem accipiens, benedixit ac fregit, & pòſt dedit Iacobo, dicẽs ei: Frater mi, comede panẽ tuum: quia filius hominis à mortuis reſurrexit. M Iſta refert Ioſephus, & ſimiliter Hiero. in libro de viris illuſtribus. Vide quomodo hîc qui non ſolũ panem ſubſtantialem, ſed etiã ſuperſubſtantialẽ, ſcilicet Ieſum eſuriebat: vtroq; cõſolari & refici meruit. Non em̃ permittit dominus illos qui eũ vel propter eum eſuriunt, vel inedia deficere: ſed dat in ſe ſperãtibus eſcã opportuno tẽpore: & implet eos benedictione.

Iacobus quid interpretatur.

Iacobus interpretatur luctator: & typũ gerit eorũ qui in tentationibus fortes ſunt, & vitia viriliter ſupplãtant: quibus etiã dominus frequẽter ſe manifeſtat: ergo Petrus obediẽdo, eſto. Iacobus vitia ſupplantando, eſto Ioſeph de virtute in virtutẽ proficiendo, & in hoc perſeuerãdo, & nõ obliuiſcetur dñs te per ſuã gratiã viſitare: & prout tibi expedire nouerit, conſolari.

Deus quẽ viſitat ſemper conſolatur.

Et ſciẽdum, ꝙ animã cui ſe dñs in quacunq; ſpecie dignatur oſtẽdere, nunquã dimittit ſine conſolatione & aliqua ſalubri reuelatione, quod patet in omnibus apparitionibus poſt reſurrectionẽ factis. Nam Mariæ matri ſuæ præ cæteris plus de morte eius dolẽti, & reſurrectionẽ eius expectanti totus



totus feſtiuus & glorioſus apparens, totum mœ- A rem in lætitiã conuertit: itaq; omnis doloris priſtini oblita fuit. Mariam etiã Magdalenã, cui in ſpecie hortulani apparuit, plorantẽ conſolabatur: vocans eam proprio nomine, & dicẽs, Maria quo verſo ſtatim cõuerſa, ac cõſolata & edocta, cognoſcẽs dominum cum gaudio magno dixit, Rabboni: reuelauitq; ei dñs myſterium ſuæ voluntatis, dicens: vade ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad patrẽ meum. Item tres mulieres, quibus occurrit, conſolatus eſt dicens: Auete: & deinde ſubiungẽs, nolite timere: eiſq; myſterium ſuum reuelauit, dicens: Ite annuntiate fratribus meis, vt eant in Galilæã: ibi me videbũt. Item duobus diſcipulis euntibus in via apparuit in ſpecie peregrini, quibus aperuit ſenſum ſcripturæ, & eorũ corda fecit ardentia: & demum in fractione panis eos plenè conſolabatur ſui notitia. Item cùm appareret diſcipulis, cõgregatis in vnum, in propria ſpecie: cõſolabatur eos dicens: pax vobis: quid turbati eſtis, ego ſum: nolite timere. Videte manus meas, & pedes meos: & aperuit B illis ſenſum, vt intelligerẽt ſcripturas: & ſic ſimiliter deus in qualibet alia ſua reuelatione conſolatus eſt videntes ſe, cum aliqua reuelatione: vnde nõ dubium eſt quin ſimiliter & hîc iſtos ſuos dilectos cõſolatus ſit.

Cõſolatio diuina quõ acquiritur.

Et notandum, ꝙ diuina cõſolatio acquiritur: Primò, per timorẽ. Secundò, per lachrymationem, ſeu lachrymarũ deuotionem. Tertiò, per tribulationum ſuſtinentiam. Quartò, per ſui humiliationem. Quintò, per terrenæ cõſolationis vitationem. Sextò, per ſupernorũ contemplationem. Dominus igitur Ieſus inde diſceſſit: quia nondum ſanctos patres poſt reſurrectionem ſuam viſitauerat: quos in paradiſo delitiarum dimiſerat. Redijt ergo ad eos, procedens in ſtola candida, cum multitudine angelorũ: quem ipſi in tanta gloria à longẽ conſpicientes, cum indicibili gaudio, exultatione & iubilo, canticis & laudibus eum ſuſceperunt: & procidentes in terram, adorauerunt: deinde ſurgentes & ſtantes coram eo reuerenter & iucundè, cõpleuerunt laudes ſuas feruenter, & omni qua po- C terant deuotione. O qualis cantus, & quanta gaudia ibi erant, vbi tanta concio ſanctorũ ſimul pſallebat: O quàm bonũ & quàm iucundum talibus intereſſe, vel ſaltẽ aliquid de his percipere: appropinqua ergo & tu ſi permitteris, & admiſcere laudibus iſtis: vel ſaltẽ auſculta à longè, & iucundare in eis.

**ORATIO.**

DOmine Ieſu Chriſte: da vt ſim Petrus, obediẽdo: & Iacobus, vitia ſupplãtãdo: ac Ioſeph de virtute in virtutem per augmentum proficiendo, & in hoc per longanimitatem perſeuerando: vt tu qui illis in anguſtijs dignatus es apparere, digneris & me ſæpe per tuam gratiam propitius viſitare: da etiã mihi vt ſicut ſancti patres gaudium de tua præſentia habuerunt, cùm te poſt reſurrectionem tuam glorificatũ videre meruerunt: ita & ego in illo ineffabili gaudio, quo nũc tecum gaudent in cœlis, merear de conſpectu tuo ſemper gaudere cum eis. Amen.

Quomodo dominus apparuit duobus diſcipulis in via. Caput lxxvi.

IPſa autem die reſurrectionis domini, [duo ex] ſeptuaginta duobus [diſcipulis] eius, de Hieruſalem egreſſi, [ibant] verſus caſtellũ Emaus, quod diſtabat ab hieruſalẽ ſtadijs ſexaginta: id eſt, ſeptem millibus quingentis paſſibus contra Occidentẽ. D Lucæ 24.

Octo quippe ſtadia faciunt milliare vnum: & ſic diſtabat ab Hieruſalẽ per ſeptem milliaria & dimidiũ: quorum duo, vel ſecundũ quoſdã tria, faciunt vnã leucã: vnius iſtorũ duorũ nomen exprimit Lucas, cui inquiens nomẽ Cleophas: alterius verò nomẽ tacet cauſa humilitatis: quia ſecũdum Greg. creditur fuiſſe ipſe Lucas: ſed ſecundũ Ambro. putatur fuiſſe Amaon filius Ruſi: & cùm ipſi, quaſi deſperati, de Ieſu adinuicẽ de his quę acciderãt. ſ. de eius cõuerſatione & morte triſtes conferrent: maximè dolentes, quia eum ſine culpa & innocẽter occiſum nouerant: venit dominus Ieſus & iunxit ſe illis: ſcilicet corporaliter & ſpiritualiter, [& ibat cum eis:] tanquã ſocius itineris: interrogans & reſpondens, ac verba ſalubria cum ipſis cõferens. vt ſecundũ Bedam, fidẽ ſuæ reſurrectionis mentibus eorũ incenderet: & quod ſe facturũ E promiſerat, impleret. ſ. vbi ſunt duo vel tres in nomine meo cõgregati, ibi ſum in medio eorum. Matth. 18. In ipſo loco in quo ſe eis iunxit, poſtea capella facta fuit. Et quia intus in corde dominũ amabant, ſed de eius reſurrectione dubitabant: ideo dominus eis foris in corpore aparebat, ſed quis eſſet non agnoſcebat. Hoc apud eos agebatur foris in oculis corporis, quod agebatur intus in oculis cordis. Quia enim amabant, videbant: quia verò dubitabãt, eum quem videbant non agnoſcebãt. Et hoc eſt quod dicit, [oculi autẽ eorum tenebantur ne eum agnoſcerent: ] quia incredulitas eorũ & dubietas demerebatur, ꝙ Chriſtus cognitionem ſui corporis ab eis retardaret.

Tentio oculorum.

Tenebantur oculi eorum veritate, non fallitate: ſed ipſis non valentibus veritatẽ recipere vel percipere: vnde non ab ipſo domino Ieſu, ſed propria dubitatione tenebantur. Vbi Aug. quòd autem ait Marcus eis in alia effigie dominum appa- F ruiſſe: hoc Lucas dicit, ꝙ oculi eorũ tenebantur ne cognoſcerent eum: oculis quippe eorum acciderat aliquid, quod ita manere permiſſum eſt, vſq; ad fractionẽ panis. Non quia dominus nõ poterat transformare carnẽ ſuã, vt alia reuera eſſet effigies quã ſolebant intueri: ſed non ita eſt factum. Hæc Aug. [Et ait ad illos: Qui ſunt hi ſermones quos cõfertis adinuicẽ ambulantes, & eſtis triſtes?] Non quęrit ex ignorantia, ſed vt ex eorum reſponſione incredulitas eorũ cõuenientius arguat, vt dicit Greg. Cõferebãt q de inter ſe, quaſi nõ ampli' expectãtes Chriſtũ viuentẽ: ſed doloroſi, quaſi perẽpto ſaluatore. [Et reſpõdens Cleophas dixit ei: Tu ſol' peregrinus es in Hieruſalẽ, & nõ cognouiſti quæ facta ſunt in illa his diebus]

Solus.

hîc ſolus nõ facit excluſionẽ aliorũ peregrinorũ, cùm valde multi peregrini & de diuerſis partibus veniſſent in Hieruſalẽ ad diem feſtũ paſchæ: ſed notat excluſionẽ cognitionis, ab iſto ſic apparẽte. ſ. notitiæ mortis Ieſu: quã ſolus videbatur ignorare: vt ſic ſenſus. Cùm multi peregrini his diebus venerint in Hieruſalẽ, mirũ eſt ꝙ tu ſolus

ſolus inter alios peregrinos ignores ea quę ſunt nota alijs omnibus.

G

Vbi Theophil⁹, quaſi diceret: Tu ſolus quaſi iam peregrinus es, & extra cõſinia Hieruſalẽ habitans, & expers eorũ quæ in medio eius cõtigerunt, vt hæc ignores.

*Peregrin⁹*

Vbi & Beda: Peregrinũ putabãt eum, cuius vultũ non agnoſcebãt. Sed reuera peregrinus erat eis: à quorũ naturæ fragilitate (pręcepta iam reſurrectiõis gloria) longè diſtabat: & à quorũ fide, vtpote reſurrectionis eius neſcia, manebat extraneus. Et cùm nõ ex ignorãtia, ſed vt ex reſpõſione eos argueret, & de factis in Hieruſalem, quæ nam eſſent, eos interrogaret: [dixerũt de Ieſu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere]. ſ. miraculorũ: [& ſermone,] ſcilicet prædicationis & doctrinæ: quõ eſſet traditus in mortẽ, & crucifixus. Vbi Beda: Prophetã fatentur, filium dei tacent: vel nondũ perfectè credentes, vel ſoliciti ne inciderent in manus Iudæorũ perſequentiũ: quia neſciebãt quis eſſet, quod verũ credebãt celantes. Et ſubiungũt, ꝙ ſperabãt ipſum redẽpturũ Iſraël, quaſi iã euaneſceret ſpes eorũ: cui⁹ cauſam ſubdũt,

H

quia iam tertia dies ab illis factis erat, qua ſe reſurgere prædixerat: & tamen adhuc diſcipulis nõ appareret, licèt tertia dies prope finẽ eſſet. Et addunt ꝙ quidã ex eis abeuntes ad monumentũ, terruerũt eos, non de reſurrectione Chriſti quã nuntiabant: ſed de ablatione corporis eius nõ inuenti, quã diſcipuli timebant. Et ipſe dixit ad eos, ex reſponſione eorũ arguens ipſos: [ô ſtulti,] propter cæcitatẽ intellectus: & tardi corde,] propter tarditatem affectus: [ad credẽdũ in his quę locuti ſunt prophetę,] de Chriſti morte & reſurrectiõe: [nonne hęc oportuit pati Chriſtũ,] tũ propter patris præordinationẽ, tũ propter Chriſti exaltationẽ, tum propter humani generis redẽptionem, tũ propter ſcripturarũ impletionem: [& ita,] ſcilicet per paſſionẽ & mortem, [intrare in gloriam ſuam:] ad quã nemo perueniet niſi per paſſionis viã. [Et interpretabatur,] & exponebat [illis in omnibus ſcripturis quæ de ipſo erãt,] inducendo teſtimonia aliqua, & aperiendo myſteria quantũ ad propoſitũ oſtẽdendũ ſuffi-

I

ciebat, oſtendens eis omnia circa ipſum facta antè fuiſſe prædicta. Firmitas enim fidei in eo eſt: quia omnia quæ in Chriſto venerunt, prædicta ſunt.

*Benignitas & bonitas domini.*

Cõſidera hîc multiplicẽ domini benignitatem & bonitatẽ: primò, quia non potuit eius feruẽs amor ſuſtinere, ſuos ſic triſtari & errare. Verè fidus eſt amicus, fidelis comes & benignus dominus: iũgit ſe ipſis, quærit triſtitiæ cauſam, & exponit eis ſcripturas, inflãmans corda eorũ.

*Loquendũ de deo.*

Sic quotidie facit nobiſcum ſpiritualiter: ſi enim aliqua perplexitate vel acedia grauati, piè de ipſo loquimur, ſtatim adeſt confortans corda noſtra & illuminãs, & etiã ad amorem ſuum inflãmans: optimũ enim remedium eſt cõtra tales perplexitates, loqui de deo: ſimiliter & cogitare de ipſo: propter quod, iſtorũ diſcipulorum exẽplo, cùm per viam incedimus, de ſalutiferis loqui debemus: vt Chriſtũ nobiſcũ pergentẽ habeamus: & non ſolũ pergentẽ, ſed etiã nos docentẽ: ſicut iſtis diſcipulis, cũ quibus ibat, ſcripturas aperiebat. Et vniuerſaliter vbiq; bonũ eſt loqui de Ieſu: bonũ eſt eum in mente ſemper habere: quia nec ipſe obliuiſcitur eorũ qui memores ſunt eius, ſicut & hîc videmus.

K

Promiſit enim, ꝙ vbi duo vel tres cõgregati ſunt in nõie eius: ibi eſt in medio eorũ.

*Matth. 18.*

Specialiter aũt de paſſione loquẽtes comitatur dñs: quia ampli⁹ placet ei recordatio eorũ quę ipſe pro nobis eſt paſſus. Vñ ad hoc ſpecialiter monet dicẽs:

*Threno. 3.*

Recordare paupertatis meæ. ſ. contra diuitias: & tranſgreſsionis, id eſt, vilitatis. ſ. cõtra honores: abſinthij & fellis. ſ. cõtra delitias. Secũdò, cõſidera bonitatẽ eius nõ ſolũ ex amore, vt dictũ eſt ſuprà: ſed etiã ex humilitate profunda. Conſpice quõ humiliter vadit dñs omnium cum iſtis diſcipulis, quaſi vnus ex eis. Nõnne tibi videtur rediſſe ad primordia humilitatis: ſed & in alio attẽde humilitatẽ eius quia non eſt dedignatus hos diſcipulos inferioris grad⁹: nõ enim erãt iſti de apoſtolis, ſed de alijs minoribus diſcipulis: & tũ familiariter iungit ſe ipſis vadit & loquitur cũ eis: nõ ſic faciũt elati, qui nolũt niſi cũ præcipuis viris ambulare & cõuerſari. Item in alio relucet hîc ſua humilitas: nam ſi cõſidẽres elatos, videbis ꝙ nolunt verba ampulloſa ſpargere

L

inter paucos: q̃a ea perdita exiſtimarẽt: nec illos dignos ea ſuſcipere reputarẽt: ſed dñs etiã cum duobus loquitur arcana ſua: non vilipendit paucos, nec etiã vnum, ſicut fecit loquẽdo cum Samaritana iuxta puteũ.

*Ioan. 4.*

Tertiò cõſidera dñi benignitatẽ: & vide quõ diſcipulos ſuos iſtruit, ac ſermonib⁹ cõſolatur, & reficit: inducẽs eos ad credendũ, & dicit: [O ſtulti & tardi corde, ad credendũ, &c. quaſi diceret nobis. O ſtulti & tardi ad credendũ. O ſtulti & tardi ad inquirendũ præcepta & voluntatẽ dei. O ſtulti & tardi ad implendũ intellecta, & faciendũ ea: humiliemus ergo nos, vt ſacrã ſcripturã inquiramus, & ſecundũ eam viuamus: humiliemus etiã nos ad tolerantiã paſsionũ, vt participes paſsionis Chriſti effecti ſim⁹ ſocij reſurrectiõis & gloriæ ipſius. Qui enim non cõpatitur, nõ intrabit in gloriã illã: quã etiã pręcedit mãdatorũ inquiſitio, & impletio. Vñ Beda: Hoc nobis in loco nõ vllã ſcripturã interpretandi, ſed gemina noſipſos humiliãdi neceſsitas incumbit, qui neq; in ſcripturis quantũ oportet edo-

M

cti, neq; adimplẽda quæ nouimus quantũ decet ſumus intenti: nam ſi Moyſes & oẽs prophetæ Chriſtum locuti ſunt, & hunc per anguſtiã paſsionis in gloriã ſuam intraturum prædixerũt: qua ratione gloriãtur ſe eſſe Chriſtianos, qui iuxta viriũ ſuarũ modulũ, neq; ſcripturas qualiter ad Chriſtũ pertineant inueſtigare, neq; ad gloriã quã cum Chriſto habere cupiũt, per paſsiones tribulationũ deſiderãt attingere. Hæc Beda:

*Pati oportet cœlum intrare volentes.*

Chriſtus enim per paſsionẽ & mortẽ, tanquã per portã anguſtã, intrauit in gloriam ſuã, oſtẽdens nos per multas tribulationes intrare in regnũ dei. Delirant ergo & fatui ſunt, qui ſine pati & tribulationibus præſumunt intrare in gloriam alienã: cum Chriſtus ſine his non intrauerit in gloriã ſuam: ſed oportebat multa pati illũ, cuius naturaliter eſt regnum: multò magis nos, quorum non eſt regnũ niſi de gratia, oportet per multas tribulationes intrare in regnũ cœlorũ.

*Paſsio oẽs ſancti.*

Exemplum habemus de omnibus charis & electis Chriſti, qui omnes per viam paſsionis voluntariæ venerunt ad regnum dei. Mirum quippe eſſet ſi quis intrare



intrare nollet portam, per quã rex ſuus intraſſet.

A

Vnde Ber. Caput noſtrũ per paſsiones & anguſtias cœlũ introire videmus, & nos membra eius nobis alia itinera ſomniamus. Monſtroſa res eſt, ſi per vnũ foramen caput tranſire videmus, per aliud corpus: pudeat ſub ſpinato capite, mẽbra fieri delicata. Hæc Ber. Hæreditas quippe trãſit ad hęredes cum ſuo onere & honore: deus autem hæreditati beatitudinis æternæ adiunxit onus, id eſt, tolerantiã paſſionis, & cum iſto onere habuit eam Chriſtus: quia vt hîc dicitur oportuit Chriſtũ pati, & ſic intrare in regnum dei, habuerunt eam apoſtoli: quia perſecutionem pro Chriſto (vt ipſe eis prædixerat) ſuſtinuerũt, habent eam oẽs fideles: quia, vt dicit apoſtolus. Omnes qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionẽ patientur: qui ergo vult aſſequi æternam beatitudinẽ & nullam pati tribulationem, videtur ꝙ velit eſſe & Chriſto dignior, & apoſtolis ſanctior, & cunctis fidelibus melior.

*Fingendi & ſimulãdi ratio.*

[Et cùm appropinquaret caſtello quo ibant,] tunc ipſe dñs [finxit ſe longius ire:] vt. ſ. eorum augeret deſide-

B

rium: & inuitaretur ab eis, & teneretur. Vnde Ber. Simulabat ſe longius ire: non quia volebat: ſed volebat audire. Mane nobiſcũ dñe, quoniã adueſperaſcit. Hæc Ber. In hoc tamẽ nulla falſitas fuit: quia ſicut aliquid poteſt fingi verbis, ita & factis: primũ autem fuit ſine falſitate, vt patet in parabolis teſtamenti noui & veteris, quibus aliquid fingitur verbis aduertatẽ aliquã conuenientius deſignandam: & eodẽ modo hîc Chriſtus finxit ſe longius ire, ad deſignandã diſtantiã à cordibus eorũ propter fidei defectum. Vnde Aug. Quod non ad mendaciũ pertinet: nõ enim quod fingimus mendaciũ eſt: ſed qñ id fingimus quod nihil ſignificat. Cùm autẽ fictio noſtra fertur ad aliquã ſignificationẽ, non eſt mendacium, ſed aliqua figura veritatis: ſicut autẽ dicta ita etiã finguntur facta ſine mendacio ad aliquam rem ſignandã. Hæc Aug. Ipſi autẽ deſiderãtes adhuc audire ipſum, [cõegerunt illum] factis. ſ. manibus trahẽdo vt maneret: ac verbis & rationibus alliciendo obnixè rogauerũt, [dicentes: Mane nobiſcũ

C

quoniã adueſperaſcit, & inclinata eſt dies]. ſ. ad occaſum:

*Peregrini in hoſpitium trahendi.*

quo exemplo, ſecundum Greg. colligitur ꝙ peregrini non ſolum ad hoſpitiũ inuitãdi ſunt: ſed etiã trahendi. Quilibet morti appropinquans, & ad veſperum ſeu occaſum vitæ tendens, congruenter etiã poſſet hoc verbũ dicere, & dñm ad manendum ſecum corde & ore inuitare, tandẽ [intrauit cum illis,] & recũbens cum eis: [accepit panẽ & benedixit ac fregit, & porrigebat illis.] Conſpice bene quõ ad eorum inuitationẽ & coactionẽ benignẽ cum eis intrat: menſam ponunt, cibos offerunt: panes accipit ac benedicẽs eos manibus ſacratiſsimis frangit & porrigit illis. Faciens in hoc ſicut ante paſsionem, quando adhuc inter eos cõuerſabatur, ſeu morabatur, facere conſueuerat. Vnde per hoc ſeipſum eis reuelat: quia tunc [aperti ſunt oculi eorum,] ſcilicet interiores: [& cognouerunt eum,] in modo fractionis panis, aſſuetã eius conſuetudinẽ videntes:

*Frãgendi panis conſuetudo.*

ſic enim frãgebat panẽ ſola manu, ac ſi ſcinderetur cum cultello. Cognouerunt eum ex modo frangendi & etiã benedicendi panẽ. Legitur enim panem ſic fregiſſe & benedixiſſe pluries. Primò, in quinq; panũ multiplicatione.

D

Secundò, in ſeptẽ panũ diſtributione. Tertiò, in ſui corporis cõſecratione. Quartò, hîc in diſcipulorũ illuminatiõe.

*Fractiones quatuor totidẽ ſenſus. Euchariſtiæ ſuſceptio.*

In his aũt quatuor fractionibus, ſignificatur quadruplex expoſitio ſacræ ſcripturæ ſecundũ quatuor eius ſenſus. ſ. hiſtoricũ, tropologicũ, allegoricum, & anagogicum. Vbi Aug. Non incongruenter accipimus hoc impedimentũ in oculis eorum à ſatana fuiſſe, ne agnoſceretur Ieſus: ſed tamen à Chriſto facta eſt permiſsio vſq; ad ſacramentũ panis, vt vnitate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentum inimici, vt Chriſtus poſsit agnoſci. Vbi & Theophilus: Sed & aliud innuit, ꝙ ſcilicet ſumentibus ſacrum panẽ, aperiuntur oculi vt eum agnoſcant: magnã enim & ineffabilẽ vim habet domini caro. Hæc Theophilus. Iſta circa diſcipulos geſta quotidie facit dominus nobiſcũ inuiſibiliter, & in animã nam teneri vult, & etiã inuitari per deſideria & orationes ac ſanctas meditationes: & ideo oportet orare, & non deficere.

E

Iſta etiã facit ad noſtrã eruditionẽ: vt ſcilicet intendamus in opera charitatis, pietatis, & hoſpitalitatis: & quõ non ſufficit diuina eloquia legere vel audire, niſi cõpleantur opere: quia dominus non eſt cognitus dum loqueretur, & dignatus eſt cognoſci dum paſcitur: pius & miſericors dñs fidei iſtorum ſubuenit, quos miſericordes reperit, eiſq; miſericordiã impẽdit.

*Fides ſine operibus.*

Hinc ergo cognoſcere poſſum⁹, ꝙ fides ſine operibus mortua eſt: quia dominũ quem diſcipuli nec ex viſione, nec ex ſcripturarũ interpretatione & expoſitione cognouerãt mox vt opere quod ſcripturæ præcipiũt perfecerunt, eũ in fractione panis cognouerũt. Audiendo ſcripturas & præcepta dei, illuminati non ſunt: faciẽdo. ſ. ipſum trahendo ad hoſpitiũ, & apponendo cibum, illuminati ſunt: quia nõ auditores legis, ſed factores iuſtificabũtur apud deum.

*Roma. 2.*

In operibus ergo pietatis & miſericordiæ, vt in hoſpitalitate & huiuſmodi, amplius cognoſcitur deus: quàm in lectione, diſputatione, & ſcripturarũ expoſitiõe. Veritas enim me-

F

lius operando, quàm audiendo intelligitur: & melius ipſo opere, quã verbo manifeſtatur.

*Peregrini ſumus oẽs*

Nos ergo qui peregrini in hoc mundo ſumus: quia non habemus hîc permanentẽ ciuitatem, ſed futurã inquirimus, ſi ſpiritualiter in nobis habemus quæ in ſe habebant iſti peregrini: erit dñs comes itineris noſtri. Peregrini iſti laborabãt: quia ambulabant: triſtabantur, & de Chriſto cõfabulabantur: ſed Chriſtus ſe eis iungit, cor vrit, ſcripturas aperit, longius ſe ire fingit. Si tales eſſemus: ſcilicet laborando, cõtra acediam: triſtando, contra vanam lætitiam: de Chriſto confabulando, contra vaniloquium: tunc Chriſtus ſe nobis iungeret, cor accenderet, ſcripturas aperiret, & intellectum daret: licèt aliquando longius ſe ire fingeret, vt nos probaret.

*Peregrini conditiones.*

Item peregrinus ab omnibus ad eum non pertinẽtibus ſe exonerat & alienat, viam quærit, ſummo deſiderio patriam ſuam apetit, & cor atq; oculos ab omnibus ne retrahatur vel impediatur auertit. Eſto talis peregrinus, & apparebit tibi Chriſtus: & hæc tria faciet tibi, ſicut fecit & illis duobus peregrinis.

Tempus abbreuiat,per dulce vitæ colloquiũ:viam
G inſtruit,dans verum intellectũ:vltimò pane bene-
dicto,per ſeipſum fracto,reficit affectũ:& hoc ſi cõ
pellis ipſum,ſe longius ire fingentẽ,manere tecum.
Per iſtos diſcipulos,euntes in Emaus,ſignantur vo
lentes implere conſilia domini:quia Emaus inter-
Emaus. pretatur deſideriũ conſilij: quibus dñs ſæpe ſua vi-
ſitatione dignatur apparere: nõ aũt dedit dominus
iſtis diſcipulis ſuis tunc magnã ſui copiam,ſed ſta-
tim porrecto pane , [euanuit ab oculis eorum:] vt
ex hoc ipſorũ argueret affectum: ſimul oſtendens
ſe corpus glorioſum habere,quod per dotẽ agilita-
tis ſubitò poteſt diſparere: ſubtrahebatur carnali
bus oculis ſpecies infirmitatis, vt mentibus eorum
inciperet apparere gloria reſurrectiõis. Vnde iam
certi eum reſurrexiſſe,dixerunt adinuicẽ:[Nõnne
cor noſtrũ ardẽs erat in nobis?]ſcilicet ardore cha-
ritatis[dũ loqueretur in via, & aperiret nobis ſcri
pturas,]nos inſtruendo ex eis. Quare eum non te-
nuimus?quare ad pedes eius nõ corruimus? Quare
H nobiſipſis & cordibus noſtris nõ credidimus?vbi eũ
quæremus? vbi eum inueniemus? per quod, vt di-
cit Origenes,innuunt ꝙ prælati ſermones à ſalua
tore,accẽdebant audientiũ cor ad amorẽ diuinum.
Vnde Greg. Ex audito quippe ſermone inardeſcit
animus,torporis frigus recedit,fit mẽs in ſuperno
deſiderio anxia,à cõcupiſcentijs terrenis aliena: au
dire ei libet præcepta cœleſtia : & quot mandatis
inſtruitur,quaſi tot facibus inflãmatur. Hęc Greg.
Cur citò euanuit. Idcirco quoq; citò euanuit, quia etiam alios conſo
lari feſtinabat:cum quibus tamen ſimul & iſtos cõ
ſolatus eſt,vt ſtatim infrà patebit.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, qui diſcipulis euntibus
in Emaus apparuiſti, & corda eorum tuo a-
more inflãmaſti : illumina quæſo cor meum
vt læta voluntate impleam tui conſilij deſiderium:
videlicet vt purificẽ me ab omnibus operibus ma-
lis,& faciã opera miſericordiæ ac pietatis:vt in fu
I tura reſurrectione delicatam tuam inuitationem
Matth. 25. gaudenter cum electis tuis audiã te dicentem:Ve-
nite benedicti patris mei,percipite regnũ quod vo
bis paratum eſt ab origine mundi:quã vocem dulci
ſimam fac me audire vnigenite fili dei. Amen.

## Quomodo dominus apparuit diſcipulis Thoma abſente. Caput lxxvii.

Lucæ 24. & Ioã. 20.
Surgentes autem eadem hora prædi-
cti duo diſcipuli, [regreſſi ſunt] ipſa
die in Hieruſalem,] ad alios diſcipu-
los propter metum Iudæorum inclu
ſos. Vnde Theophilus: Ardebat ergo
Diſcipulorum feruor. cor eorum igne verborum domini,quibus intende
bant : & adeo lætati ſunt vt nullam moram paſſi,
mox reuerſi ſint in Hieruſalẽ. Vide hîc diſcipulo-
rum diligẽtiã,& fidei feruorem,ad reuelandum re
ſurrectionẽ:quia tarda;ſcilicet veſpertina hora,aut
menſa, ſeu fatigatione itineris non detenti, & re-
moto Iudæorum timore , ad annuntiandum apo-
ſtolis reſurrectionem dominicam , & quod de ea
in via compererant,cucurrerunt impigri. Nec mi
rum ſi eadem die & hora ſurrexerunt: erat enim
dies boni nuntij:& ideo timere poterant, ſi differ-
rent vſq; in mane illud:quod timebant illi qui di-
cebãt,hæc dies boni nuntij eſt,ſi tacuerimus & no K
luerimus nuntiare vſq; mane, ſceleris arguemur. 4. Reg. 7.
Prædicatio enim non eſt differenda , & ea quæ
ſunt ad ſalutẽ cõmunem,nõ ſunt tacenda:ſed reue
landa. Ex quo exemplo prelati moti,ad diligentiã
prædicationis debent accendi. [Et inuenerunt] in
monte Sion,ſubtus cœnaculũ,[congregatos]&in-
cluſos,propter metũ Iudæorũ, & propter domini-
cæ reſurrectionis gaudiũ, qui prius diſperſi fuerãt
propter metũ Iudæorũ, & propter paſsionis metũ
[vndecim,]& qui cum ipſis erant de ſeptuaginta-
duobus diſcipulis,loquẽtes mutuo,&[dicẽtes]ipſis
duobus [ꝙ reſurrexit dñs verè,& apparuit Simoni.
Et ipſi] duo ad maiorem certitudinẽ faciendam
de reſurrectione, econuerſò, [narrabant illis quæ
geſta erant in via,]& apparitionem factam eis:&
quomodo cognouerunt eũ in fractione panis.]Sed
quidam ex eis,nec iſtis duobus, nec alijs credebãt
ex quibus vnus Thomas erat.Cõſidera modò quan L
ta ibi lætitia fuerit,dũ iſti & illi viciſsim ſua gau-
dia nuntiarẽt. Et dum hęc loquerentur adinuicem
exiuit Thomas inde. Quo egreſſo,dum adhuc alij
colloquerentur de his quæ audierãt & viderãt, &
[ſero iam eſſet die illa,]prædicta ſcilicet, [vna ſab
batorum,]id eſt,prima poſt ſabbatũ, quæ eſt domi
nica:hoc eſt eadem die reſurrectionis dominicæ: Fores.
[& fores,]id eſt,oſtia quæ fores dicũtur:quia de do
mo ducũt foras:[eſſent clauſæ propter metũ Iudæo
rum:]quod etiã diuina reuelatione eſt factum: vt Ianuis clauſis congruè venit.
ſcilicet Ieſus intrãs ad diſcipulos ianuis clauſis, ma
nifeſtaret eis virtutẽ ſuæ poteſtatis, & glorioſi ſui
corporis:venit dñs Ieſus ad ſuos diſcipulos à deſide
rio eorũ vocatus: indutus albiſsimis veſtimẽtis glo
rioſæ reſurrectionis ſuæ & nouitatis,& intrans ad
eos ianuis clauſis,[ſtetit in medio eorũ:]vt videre-
tur ab omnibus:quia congregati erant in nomine
eius:ſecundũ Bedam, ideo ſero apparuit:quia tunc
maximè timidi erant:& ſecundum Theophilum,
præſtolabatur vt omnes conuenirent , oſtijs verò M
clauſis vt ſe corpus glorioſum cui aliud nõ reſiſtit
habere oſtenderet. Ipſe etiã ad congregatos venit,
& ſpiritus ad congregatos deſcendit:quia Chriſtus
& ſpiritus ſanctus non niſi in charitate congrega
tis aſſunt. [Stetit in medio,]vt omnes eum certitu
dinaliter agnoſcerent,& omnes conſolationẽ ſuæ
præſentiæ reciperent. Et nota ꝙ ſicut dicit Sallu-
ſtius: Medius locus eſt dignitatis,& debetur hono- Medius locus.
rabilioribus: propter quod Chriſtus ſtetit in medio
diſcipulorum, ſicut ſol inter ſydera, vt eos illu-
minaret: ſicut flos inter lilia, vt eos decoraret: ſi-
cut princeps inter milites , vt eos roboraret : ſicut
magiſter inter diſcipulos,vt eos informaret: ſicut
pater inter filios:vt eos concordaret:ſicut cor inter
membra,vt ea viuificaret:& ſicut communis ami
cus,vt omnibus eis ſe cõmunicaret. Vnde quando
ſumus plures aliquẽ diligentes,ſi ſuperuenerit,ſta-
tuimus eum in medio,vt ſinguli poſsimus eius frui
præſentia. Eſt autẽ ibi altare,in loco vbi dominus
dicitur tunc ſtetiſſe. Conſiderandũ eſt hîc, ꝙ de ſe
colloquẽtibus dñs in medio ſtetiſſe dicitur: vt intel
ligamus quia eum nobiſcũ habitantẽ habebimus,
ſi quoties



ſi quoties in vnum congregamur , ea quæ ad eius
A laudem & noſtrã ſalutem pertinent,agimus:iuxta
Matth. 18. quod ait:Vbi fuerint duo vel tres cõgregati in no-
mine meo:ibi ſum in medio eorũ. Quando aũt Ie-
ſus ſaluator ad diſcipulos venit:ipſi erãt in timore,
ſero factũ erat,in vnum erant cõgregati , & fores
erant clauſæ. In quibus quatuor inſinuantur nobis
Ieſum ſuſcipere volenti quatuor neceſſaria. valde neceſſaria,vt ſaluatorẽ quem expectamus ſu
ſcipere mereamur. Primũ eſt timor , qui domum
conſciẽtiæ mũdat,ſecundũ illud Eccleſiaſtici, Ti-
mor domini expellit peccatũ:nam qui ſine timore
Eccleſiaſtici 1.c. eſt,nõ poterit iuſtificari. Secundũ eſt, contẽptus va
næ gloriæ:quod ſignificatur in hoc,ꝙ ſero factum
erat:ad eũ enim dñs venit,cui lux mũdanæ gloriæ
occubuit:& qui verè eã contemnit. Tertiũ eſt, vni
tas:quia erãt in charitate cõgregati:nõ enim viſitat
2.Cor.13. ſaluator homines diſcordes. Vnde apoſtolus: Pacẽ
habete,& deus pacis erit vobiſcũ. Quartum eſt,ſta
bilitas:qua aliquis in domo cõſcientiæ manet,non
curioſè exterius euagãdo:vnde fores ſenſuũ clau-
B dendæ ſunt,& ſic ſaluator eſt expectãdus. Per iſtos
verò diſcipulos,in vnũ foribus clauſis cõgregatos,
ſignificãtur religioſi cũ foribus quinque ſenſuum
clauſis,quibus dñs ſæpe apparet,eoſq; ſua viſitatiõe
Pax cum diſcipulis domini qualis ſit. conſolatur & lætificat. [Et dixit eis,pax vobis:]nõ
pax tẽporis,quia exponendi erãt multis tribulatio
nibus:ſed pax pectoris,& pax ęternitatis:prima in
præſenti,ſecunda in futuro. De vtraque dicitur in
Ioanne pacem,ſcilicet pectoris , relinquo vobis in
præſenti:pacẽ meam.ſ.æternitatis(quę eſt ſpeciali
ter pax mea) do vobis:id eſt, citò dabo: dicit ergo,
[pax vobis:].ſ.recõciliationis,quã ad deum factam
nuntiauit:ac charitatis & vnitatis,quã eis ſeruan-
dam præcepit:itemq; æternitatis & immortalita-
Papa, pax vobis in principio dicit. tis,quã eis futurã promittit. Pacẽ offert, qui pro-
pter pacẽ venerat:vnde põtifex,præcipuus ſponſus
eccleſiæ,in perſona Chriſti,ſicut ſpecialis vicarius
eius,dicit pax vobis, cùm in miſſa primò ſe vertit
ad populũ:quia hæc fuit prima vox Chriſti ad di-
C ſcipulos poſt reſurrectionẽ:inſtar verò aliorũ ſacer
Cõmunicandi conſuetudo. dotum dicit poſtea,dominus vobiſcũ : vt ſe vnũ ex
nobis oſtẽdat. Cùm aũt eccleſia primitiua quotidie
& generaliter:& pòſt,tantũ diebus dominicis:pòſt
verò,tantũ in tribus ſolennitatibus communicaret
corpori & ſanguini domini:nũc eccleſia per oſcu-
lum pacis,quo deſignatur vnitas eccleſiaſtica,com
municat in miſſa ſpiritualiter,etſi nõ ſacramẽtali-
ter. Et pulchrè reſurgens à mortuis dñs,primò pa-
cem diſcipulis cõmendauit : vt illos ad ſui viſionẽ
peruenturos eſſe demõſtraret,qui pacẽ & concor-
diam corde & corpore ſeruãt. Ex quo patet, ꝙ illi
Pacifici ſunt diſcipuli. ſunt pacifici,qui verè ſunt Chriſti diſcipuli. ſecun-
dum Chry. Diſcipulis dixit, pax vobis : quia præ-
lium inexpugnabile ad Iudæos habebant. Mulieri-
bus autẽ gaudium euãgelizat, quia in triſtitijs ge-
nus illud erat. Alternatim igitur viris quidẽ pro-
pter prælium pacẽ,mulieribus propter triſtitiam
euangelizat gaudiũ:& ne diſcipuli eum alium , vel
phãtaſma putarent,ſubiũxit:[ego ſum:] ſcilicet in
perſona propria,nõ res phantaſtica,ſeu illuſio dia-
bolica:[nolite timere,]vel dubitare. Quidam verò
ex ipſis[conturbati,]præ ſtupore & admiratione:
[& conterriti,] præ timore ſeu quodam naturali-
horrore, quo viui ſolent mortuos horrere: [exiſti- D
mabant ſe ſpiritũ quem in paſsione emiſerat,]non
carnem[videre:]nondũ enim credebant,vel tertia
die verã carnem potuiſſe de ſepulchro reſurgere,
vel reſuſcitatã clauſis ianuis ad eos poſſe intrare:di
uina aũt prouidentia permiſsi ſunt dubitare,ad ma
iorem certificationẽ fidei de dominica reſurrectio
ne. [Et dixit eis: Quid,]id eſt,qua de cauſa[turbati Dubitare cur permiſsi diſcipuli.
eſtis:& cogitationes aſcẽdunt,]quaſi ab infimo tan
quam falſæ & phantaſticæ nõ deſuper de cœlo de-
ſcendentes tanquã verę & bonæ:[in corda veſtra,]
infirma & dubitantia? Et quia ad illud corpus quod
videri poterat fides intuentiũ dubitabat:vt veritatẽ
carnis probaret,exhibuit eis manus,& pedes,& la
tus ad videndũ & palpandum declarans ꝙ ipſe qui
crucifixus,mortuus & lanceatus fuit,in illo eodem
corpore ſurrexit. [Videte, inquit, manus meas &
pedes,quia ego ipſe ſum:]quaſi diceret, Per huiuſ-
modi cicatrices poteſtis percipere : quia ego ſum
qui paſſus fui & reſurrexi. Per cicatrices enim re-
manentes,oſtendit ꝙ erat idẽ corpus numero. Re- E
ſurrectio enim vera , eſt eiuſdẽ in numero iterata Reſurrectio.
ſurrectio. [Palpate & videte,quia ſpiritus carnem
& oſſa non habet,ſicut me videtis habere:]quaſi di
ceret , Per hoc poteſtis etiã cognoſcere me habere
corpus verũ , non phantaſticum. Ad dubitantium
enim corda ſanãda,vulnerum ſeruata ſunt veſtigia
& ideo vulnerũ cicatrices oſtendit,vt dubietatis&
infidelitatis eorũ vulnus ſanaret. Oſtendit ergo ma
nus,vt incitaret ad pugnandũ:quaſi diceret: Vide-
te manus,quibus pro vobis fideliter pugnaui:has vo
bis ideo oſtẽdo,vt & vos pugnetis: quia ſine pugna
victores nõ eritis. Viriliter ergo agite: quia vincen
ti dabo ſedere mecũ in throno meo. Oſtendit etiã
latus,vt prouocaret ad amandũ:quaſi diceret, Vide
te latus apertũ,cor vulneratum:vt videatis quantũ
dilexerim vos,vt & vos me diligatis. Oſtẽdit & pe
des,vt ſtabiliret ad perſeuerãdum,vt ab inceptione
bonæ vitæ non deſiſtamus. Vnde perſeuerãtia vel
ſtabilitas eſt,qñ homo nec minis,nec amore,nec ti F
more,nec cõmodo,nec incõmodo :à bona vita vel à
præceptis,vel à voto quod vouit retrahitur. Sunt
autem quinque principales diaboli impugnantes Dæmones quinque præcipuè tentantes.
nos,contra quos debemus eſſe fortes. Primus,eſt a-
mor culpę & inuſtarũ rerum,vel amor carnis,vel Amor.
amor honoris:qui in quorundã cordibus eſt ita for
tis,quòd pro eo cœleſtem gloriam deſerunt. Secun
dus,eſt timor diffidentiæ:qui etiam multos impu- Timor.
gnat quaſi dominus nolit eos iuuare , quòd poſsint
in bono perſeuerare:vel quòd nõ poſsint ſuſtinere
duram pœnitentiã,cùm tamen deberent ſuſtinere
duriorem gehennæ pœnam. Tertius, eſt dolor de- Dolor.
lectationis carnis,vel mundi:dimittendæ , vel iam
dimiſſæ. O miſer quid facis?morbum eligis pro ſa
nitate,mortem pro vita,triſtitiam pro lętitia,pœ-
nam ſempiternam pro gloria. Quartus, eſt pudor Pudor.
operationis bonæ:quando quis cogitat ꝙ homines
derident eũ ſi humili veſte incedit,ſi ieiunat, orat,
peregrinatur,& ſimilia facit. Quintus,eſt ſpes ve- Spes.
niæ:quãdo quis dicit,deus eſt miſericors: nos de fa
cili non damnat: & Chriſtiani ſumus: horum ſpes
Z 4 confunditur

confunditur,quia ſpes eſt certa expectatio futuræ
G beatitudinis,ex meritis prouenienſ:ſed iſti qui carent meritis,non propriè ſperant, ſed præſumunt.

Palpatio glorioſi corporis, miraculoſa eſt.

Hoc aũt ꝙ ſe palpabilem præbuit,factũ eſt miraculosè:quia corpus domini incorruptibile & immortale,à corruptibilibus & mortalibus naturaliter palpari eſt impoſsibile:miro ergo & ineffabili modo,ſecundũ Gregor.corpus ſuũ palpabile præbuit, vt reformaret nos ad fidẽ:& incorruptibile demõſtrauit, vt inuitaret ad præmium: ſiue & palpabile exhibuit & incorruptibile,vt oſtẽderet ſe eiuſdem eſſe naturæ cuius fuerat ante paſsionẽ:id eſt,carnẽ habere:& alterius gloriæ,id eſt , eandẽ carnem incorruptibilẽ eſſe. Et quia in dñi reſurrectione,noſtra generalis reſurrectio eſt præfigurata : oſtendit per hoc noſtra corpora poſt reſurrectionẽ ita eſſe incorruptibilia & ſubtilia per effectũ ſpiritualis potentiæ,vt poſsint eſſe palpabilia à cõſimilibus corporibus per veritatẽ naturę. Caro eñ noſtra abſq; corruptione vel fragilitate mortis,in veritate ſubſtantiæ eſt reſurrectura. Vnde Beda: Parũ fuit oculis ſe videntiũ præbere,ſi nõ præberet etiã manibus

Palpabilia quibus erunt corpora glorioſa.

H contrectandũ:qui dum palpãda diſcipulis oſſa carnemq; præmõſtrat,apertè ſtatũ veræ reſurrectiõis, quæ & in ſe facta & in nobis eſt futura ſignificat. Vnde & Gregor. Non eñ in illa reſurrectionis gloria corpus noſtrũ erit impalpabile,& ventis aëreq; ſubtilius vt Euthicius dixit:ſed ſubtile quidem,per effectũ ſpiritualis potẽtię:palpabile aũt,per veritatem naturę. Sed,vt dicit Augu. Claritas qua iuſti fulgebũt ſicut ſol in regno patris ſui,in Chriſti corpore,cùm reſurrexit ab oculis diſcipulorũ potius abſcõdita fuiſſe,quàm defuiſſe credẽda eſt:non eñ eam ferret humanus atq; infirmus aſpectus,quãdo ille à ſuis ita deberet attendi,vt poſſet cognoſci. Et cùm quidã eorũ adhuc dubitarẽt, petijt ab eis ſi aliquid manducandũ haberẽt:vt per comeſtionẽ melius reſurrectionem aſtrueret. [At illi obtulerũt ei partẽ piſcis aſsi]cuius fortè iam aliã partem comederãt:[& fauũ mellis.]Fuerunt aũt ei hæc duo cõpetenter oblata:ipſe eñ erat piſcis aſſus,per naturę humanę paſsionẽ:ſed fauus mellis,per naturę diui-

Claritas fulgida nõ defuit, ſed occulta fuit in corpore Chriſti.

Oblata domino ad comedendum.

I næ dulcedinẽ. In fauo quippe mellis vtraq, natura ſuę perſonę exprimitur:fauus eñ eſt mel in cera: hoc eſt,diuinitas ſeu diuinitatis dulcedo in humanitate. Hæc aũt duo dño oblata,ſignificãt duo quæ & nos debemus dño offerre. ſ.piſcẽ aſſum,per carnis mortificationẽ:& fauũ mellis, per mẽtis deuotionẽ:vel in cibo ſuo dñs piſci aſſo coniungi voluit fauũ mellis: quia ipſe vt piſcis latẽre dignatus eſt in aquis humani generis,& tundi mũdi fluctibus, ac capi laqueo noſtrę mortis,& aſſari igne & tribulatiõe ſuæ paſsiõis,& decoqui in ara crucis. Et qui piſcis aſſus fuit in paſsiõe,fauus mellis & melle dulcior nobis extitit in reſurrectiõe. Piſcẽ ergo aſſum & fauũ mellis ei offerũt,qui fidẽ paſsionis & reſurrectionis eius tenẽt. vel ſecundum Theophilũ, Per piſcẽ aſſum,ſignificat vitã actiuam,conſumentem noſtrã humiditatem laborũ prunis:contemplationem verò ſignificat per fauũ mellis,propter dulcedinem eloquiorum dei:& mãducauit corã eis,per quod oſtendit ſe habere corpus viuum, anima vegetatiua animatum. Manducauit quidem, non ꝙ

K tunc cibo carnali ſuſtẽtari indigeret,ſed vt in veritate carnis ſe reſurrexiſſe mõſtraret: quia comedere propriè ad corpus,nõ ad ſpiritũ pertinet. Vnde Beda: Ad inſinuandã reſurrectionis ſuæ veritatem, non ſolũ tangi à diſcipulis,ſed etiã conueſci cũ illis dignatur: non quidẽ quaſi poſt reſurrectionẽ cibo indigens,nec quaſi nos in reſurrectiõe (quã expectamus) cibis egere ſignificãs:ſed vt eo modo naturam corporis reſurgẽtis aſtrueret, ne illud nõ corpus,ſed ſpiritũ arbitrarentur:& ſibi non ſolidè, ſed imaginabiliter apparere. Secundũ ſenſum ergo literalem certificauit eos de ſua reſurrectione per tria. Primò,per viſum,dicẽs: [videte manus & pedes,quia ego ipſe ſum.] Secundò, per tactũ,dicens: [Palpate & videte:quia ſpiritus carnẽ & oſſa nõ habet.] Tertiò,per guſtũ,cùm dixit: [Habetis hîc aliquid quod mãducetur?]myſticè verò Chriſtũ reſurrexiſſe videt,qui reſurrectiõis eius gloriã meditantur. Ipſum tangũt & palpant,qui ſibi charitate copulantur:piſcẽ aſſum offerũt,qui patientiã igne tribulationis decoctã habent pro nomine Chriſti:ſed illi offerunt fauũ,qui mẽbris eius exhibent opera pietatis. [Et cùm mãducaſſet corã eis, dedit eis reliquias:]ſcilicet ad maiorẽ probationem ꝙ verè reſiduũ manducaſſet:& ad inſinuandũ quia ſuã paſsionem eis imitandã eſſe oſtendit:quę amara eſt in dolore corporis, ſed dulciſsima in gloria remunerationis. Illos ergo in ſuo corpore ad ęternam requiẽ ſuſcipit,qui cum hîc tribulationes pro deo ſentiũt,ab amore internæ dulcedinis nõ recedunt:qui hîc pro veritate quaſi piſcis afflictionibus aſſantur,illic quaſi fauo vera dulcedine ęternę beatitudinis ſatiabũtur. Deinde certificat eos de reſurrectione per auditũ,dicens:[hęc ſunt verba,]id eſt, res verborũ. Verbum enim quãdoque dicitur vox quam proferimus:quãdoque res quã per vocem ſignificamus:[quę locutus ſum ad vos,]ſcilicet ſuprà dicens:Ecce aſcẽdimus Hieroſolymam,&c. [cùm adhuc eſſem vobiſcũ,]ſcilicet in carne mortali ante paſsionis inſtantiã:[quoniam neceſſe eſt impleri,]per rerũ exhibitionẽ, [omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi & prophetis, & pſalmis de me.] In his enim tribus vetus teſtamẽtum cõprehenditur. Per hoc ꝙ loquebatur ſenſibiliter & etiã rationabiliter,reducẽs ad memoriam quæ eis dixerat ante mortem ſuã , oſtendit ſe habere corpus animatum anima ſenſitiua & intellectiua,& eadẽ quæ prius tunc poſt prædicta[aperuit illis,]per gratiã internam,[ſenſum,]& intellectũ qui ſcilicet prius erat clauſus:[vt intelligerent ſcripturas,]& ex illis cognoſcerent reſurrectionẽ ſuam: ſicut per pręcedentia probauit veritatẽ ſuæ reſurrectionis quantũ ad humanitatẽ,ſic per iſtud illã probat quantũ ad deitatem:quia illuminare mentes ignorantiũ intellectu ſacrę ſcripturę,& ſubitò,eſt ipſius deitatis proprium. Sicut ante paſsionem declarauit ſe verum deum & hominem,ita etiam poſt reſurrectionem ſuam:[& dixit eis,]inſtruend o per doctrinã,[quoniam ſic ſcriptum eſt:]quaſi diceret , Bene debetis credere,quoniã ſic ſcriptũ eſt ſicu t euenit:& ſic cõtigit ſicut ſcriptũ eſt. vnde ſubdit:[ & ſic oportebat Chriſtum

Certificatio de reſurrectiõe per tria.

L

Verbum.

M



A Chriſtum pati,] ſcilicet per lignum crucis: [& reſurgere à mortuis,tertio die:] quia , vt dicit Beda, perdidiſſet Chriſtus fructum paſsionis, ſi non eſſet veritas reſurrectionis: oportebat autem non quidẽ pro ſe,ſed pro nobis: vt per ſuã indebitam paſsionẽ, à debita pœna nos liberaret:& per ſuã ſanctam reſurrectionẽ, nos ſecum regnaturos oſtẽderet: quia ſicut ait Apoſtolus, Mortuus eſt propter peccata noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationẽ noſtrã: aperuit eis ſcripturas:tunc enim agnus qui occiſus eſt,iudicatus eſt eſſe dignus accipere librum,& per ſpiritum deitatis ſoluere ſeptẽ ſignacula eius : hoc eſt quęcunq; ſcripta ſunt de ſacramẽtis incarnationis,baptiſmatis,prędicationis & operationis ipſius ac paſsionis,reſurrectionis & aſcenſionis eius . Ex hoc patet,ꝙ ſacræ ſcripturæ nõ poſſunt ſufficiẽter intelligi,niſi ille aperiat qui habet clauem Dauid: qui aperit & nemo claudit:& cur pro nobis (vt dictum eſt) mori & reſurgere voluit, manifeſtatur, cùm ſubditur: [& prędicari in nomine eius pœni-

Oportebat Chriſtum pati, vt nos liberaremur à pœna.

1.Cor.15.

Apocal.5.

Scripturarum intellectio dependet à deo.

B tentiam:] ſcilicet ex parte hominis: [& remiſsionem peccatorũ,] ſcilicet ex parte dei , cuius ſolius eſt peccata remittere hominibus: [in oẽs gentes,] non in vna tãtum gente Iudæorũ, vel in vna parte terrarum:quia nõ eſt acceptio perſonarũ apud deũ. Cõmendata igitur ſui corporis veritate,cõmendat (vt iã dictũ eſt) vnitatẽ eccleſię:q̃a vt dicit Theop. Non tacebat amplius bipartitum eſſe humanũ genus,& Iudæos & gentiles,à pœnitentia: ergo ſicut & Chriſti , ſic & præcurſoris & apoſtolorũ incœpit prædicatio: & ne aliquis propter magnitudinẽ peccatorum deſperaret de venia:ſubiunctũ eſt, incipientibus ab Hieroſolyma. Hieruſalẽ enim eſt in medio terrę habitabilis:& ideo cõuenienter ab illa incepit prædicatio euãgelij,& per Chriſti diſcipulos circũquaq; per orbem diſperſos in omnẽ terrã exire ſonus prædicationis eorũ. vnde dicit Theop. Quòd ideo vt omnes in vnũ venirent,mãdauit incipere ſermonem à Hieruſalẽ, & ad gentes terminari. Nullus ergo præ magnitudine peccatorũ ſuo-

Acto.10.

Eccleſiæ vnitas.

Matth.3. & Luc.13.

Luc.24.

Hieruſalẽ ſitus.

C rum remiſsionẽ ſe poſſe conſequi deſperet, quando ipſis Hieroſolymitis cognoſcit indultũ:qui cruẽtis manibus,& mendacibus vocibus, ipſum ſanguinẽ per quem genus humanũ redemptũ eſt, effuderũt. Vnde ſecundũ Bedam,Incipiunt ab Hieroſolyma, non ſolum quia credita ſunt illis eloquia dei,& eorum adoptio filiorum & gloria: verumetiã vt gẽtes varijs erroribus implicatæ hoc maximè indicio diuinæ pietatis ad ſpem veniæ prouocẽtur, ꝙ eis qui filium dei crucifixerunt venia conceditur. vnde & Chryſo. Inſuper ne diceret aliqui, ꝙ omiſsis notis iuerunt ſe oſtentaturos ad extraneos : ideo primò apud ipſos occiſores pãdunt reſurrectiõis inſignia, in eadẽ ciuitate in qua prorupit temerarius auſus. Vbi eñ crucifixores credere videntur , reſurrectio plurimũ demõſtratur. Et q̃a ante paſsionẽ eis dixerat:iterũ videbo vos,& gaudebit cor veſtrũ:hoc nũc opere oſtenditur impletũ . Vnde ſequitur: [Gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo domino:] id eſt, agnito : & qui antè erant triſtes, & ſic expauefacti , lætantur coram eo conſolati : quis enim ſine magno gaudio videret tantũ pietatis ſpectaculum? Oſtẽdit manus clauis perforatas, quibus operatus eſt ſalutẽ in medio terræ:pedes,quibus prædicando diſcurrit,& in

Cur ab Hieroſolyma cœpta prędicatio.

Ioan.16.

Gaudij cauſæ.

D itinere laſſatus fuit:latus,ex quo ſacramenta redẽptionis profluere fecit:in quibus omnibus ad dubitantium corda ſananda, vulnerum ſunt ſeruata veſtigia: & ideo in talibus ſignis pietatis [gauiſi ſunt diſcipuli viſo domino:] quia iſte viſus non potuit eſſe ſine maxima lætitia, & gaudio. Et ſic duplex eorum triſtitia eſt amota:ſcilicet de morte Chriſti, & metu Iudæorum : erant enim cõturbati de ipſius Chriſti morte , & de Iudæorũ perſecutione eis imminente: poteratq; eos per ſuã præſentiam cuſtodire,& de ſua reſurrectione certificare. [Dixit ergo eis iterum,pax vobis:] geminat pacem,propter duo pręcepta charitatis,ſcilicet dei & proximi:geminam enim pacem ſeruãt,qui hanc geminã dilectionem habent: ſiue ideo repetit, quia ipſe eſt qui vtraque vnum fecit. Iterat etiam pacẽ,vt monſtret per ſuum ſanguinẽ eſſe pacificata,quæ in cœlis, & quæ in terra ſunt:quaſi diceret, Pacem relinquo,id

Pacẽ cur geminat.

E eſt,reliquias pacis:ſcilicet pectoris in præſenti: do vobis pacem meã,ſcilicet æternitatis in futuro:do, id eſt,dabo vobis:etiã hãc pacem itero, vt oſtẽdam vos deo recõciliatos, hominem angelis, hominem homini:vt homo deũ diligat,& homo hominẽ propter deum. Et ſecundũ Chry. Simul quoq; demonſtrat crucis efficaciã , per quã ſoluit omnia triſtia: & cõtulit omnia bona:& hæc eſt pax. Deinde ſubiungit: [Sicut miſit me pater,] ad veritatem fidei docendã in Iudęa: [& ego mitto,] id eſt, mittam [vos:] ad hãc veritatẽ publicandã per totũ mundũ. Meos vicarios vos cõſtituo , mea vice vobis mãdo, meum officiũ vobis cõmendo, ad docendũ, ad prędicandum,ad baptizãdum, ad meũ & patris nomẽ glorificandum: [vos mitto:] mediũ & mediatorẽ ſe oſtendit,cùm ait , ille me,& ego vos : miſit deus pater filium ſuum, quãdo eum incarnari cõſtituit: miſit filius apoſtolos,quãdo eos ad prędicãdum incarnationem eãdem per orbẽ vniuerſum direxit: & ſicut pater amãs filium,miſit eũ in mundum ad

Miſsio apoſtolorũ.

F preſſuras & paſsionẽ tolerãdas,pro ſalute fidelium: ita & filius amans apoſtolos, miſit eos ad mala & paſsiones tolerãdas,pro ſuo nomine,non ad mundi gaudium. vnde Grego. Itaq; dicitur , ſicut miſit me pater,& ego mitto vos:id eſt, ea charitate vos diligo cùm inter ſcãdala perſecutorũ mitto,qua me pater diligit, quę venire ad tolerãdas paſsiones fecit. Et quia executio huius officij , non põt cõuenienter fieri ſine gratia ſpiritus ſancti:ideo [cùm hęc dixiſſet inſufflauit in eos,& dixit: Accipite ſpiritũ ſanctum.] Inſufflando ſpiritum dedit , vt ſeipſum eſſe oſtenderet qui in facie primi hominis ſpiraculum ſpirauerat: vel certè vt oſtẽderet ſpiritũ ſanctum à ſe procedere,ſicut procedit à patre: & nõ patris ſolius,ſed & ſuũ eſſe flatus eñ procedit à flãte,non tñ eſt intelligendũ, ꝙ huiuſmodi flatus Chriſti fuerit ſpiritus ſanctus,ſed ſignũ eius. vñ Augu. Flatus ille corporeus,ſubſtantia ſpiritus ſancti nõ fuit: ſed demonſtratio per cõgruam ſignificationẽ, non tantũ à patre, ſed etiã à filio procedere ſpiritum ſanctũ. hęc Augu. Vnde conſuetudo eccleſiaſtica obtinuit, vt in eorum facie, qui per gratiã ſpiritus ſancti regenerandi

Spiritum ſanctum, cur inſufflando dedit.

generandi ſunt, à ſacerdotibus inſuffletur: & quia
G per ſpiritum ſanctũ remiſsio peccatorũ tribuitur,
qui eſt fructus & effectus ſpiritus ſancti:rectè poſt
Remittendi poteſtas. eundẽ ſpiritũ datum diſcipulis dicitur, [Quorũ remiſeritis peccata,remittũtur eis:& quorũ retinueritis,retenta ſunt.] Vbi dedit eis poteſtatẽ ligandi & ſoluendi,miniſterio non autoritate,eos quorum peccata ipſi remiſerint vel retinuerint:id eſt,retinẽda iudicauerint,vel non remiſerint: hoc tamen intelligendum eſt,quãdo iudiciũ eccleſiæ diuino iudicio cõformatur. vnde Aug. Vt euidẽtius oſtenderet dñs à ſpiritu ſancto (quẽ donauit fidelibus ſuis) dimitti peccata,nõ meritis hominũ: continuò ſubiecit,ſi cui dimiſeritis peccata,dimittẽtur ei:hoc eſt, ſpiritus dimittit,nõ vos: ſpiritus autẽ deus eſt. deus autem dimittit,nõ vos: deus ergo habitans in tẽplo ſancto ſuo,in ſanctis fidelib⁹,in eccleſia ſua per eos dimittit peccata,quia viua templa ſunt. hęc Augu. Licèt ergo ſolus deus,principaliter peccata remittat:tamen miniſtri eccleſię per virtutẽ clauium ad hoc miniſtraliter operãtur: dimittũtur autẽ peccata in eccleſię vnitate & charitate cõſtitutis,ſed non
H alijs.vnde Aug.Eccleſię charitas,quæ per ſpiritum ſanctum diffunditur in cordibus noſtris, participũ ſuorum peccata dimittit: eorũ autem qui non ſunt
Poteſtas conſecrandi data in cœna. participes,tenet.hæc Aug.Poteſtas ergo cõficiendi corpus Chriſti,data fuit diſcipulis in cœna: quãdo dominus dixit, hoc facite in meã cõmemorationẽ:
Poteſtas clauiũ, in die paſchę Apoſtoli facti epiſcopi. ſed clauium poteſtas ſuper corpus Chriſti myſticũ, quæ præmiſſa fuit Petro, & in Petro cæteris, poſt iterum expreſsè alijs hæc eis collata fuit. Et nota hîc dñm apoſtolos ordinaſſe epiſcopos.vnde Augu. Nemo tunc dubitat dominum apoſtolos epiſcopos ordinaſſe,cùm inſufflans eis dixit: accipite ſpiritũ ſanctum,quorum remiſeritis peccata,remittuntur eis:& quorũ retinueritis,retenta erunt. Vides quomodo oĩa iſta ſunt plena iucunditate & lætitia, & hîc nunc eſſe magnum Paſcha.O qualis domũcula in qua fiũt iſta,& quàm glorioſum habitare in ea.
Animæ deũ videre volenti neceſſaria. Ex hoc facto apparitionis domini tria ſpiritualiter & myſticè accipiũtur,quæ in aĩa fideli apparitionem,& præſentiã verbi æterni mentaliter flagitante exigũtur.Primum eſt,animæ ab omni opere
I exteriori vacatio,quod notatur per diẽ ſabbatorũ: per ſabbatum enim requies ſignificatur,quo Iudæi ab omni opere vacabant. Secundum eſt,virium ab omni ſpecie extranea cuſtoditio: quod notatur per fores clauſas:fores enim aĩæ ſunt, ſenſus corporis & vires animæ. Tertium eſt, viriũ omnium ad intima recollectio:quod notatur per diſcipulorũ congregationem:vires eñ animæ,ſunt quaſi quidã diſcipuli, ſub magiſterio verbi æterni. Sed dominus non venit ad animã,niſi de ſero:propter quod dicitur,cùm eſſet ſero. Per ſero intelligitur perfectio boni operis:nõ enim in initio boni operis dominus apparet,ſed ſero,poſtquã ſol diuinæ gratię curſum ſuum in perfectione operis peregit: tunc deus ho-
Ieſus operatur ĩ anima quinque. mini ſe oſtendit. Ieſus autẽ veniens in animã,operatur ibi quinq;. Primò, ſtat in medio diſcipulorũ omnium,videlicet viriũ:id eſt,in initio animæ quã inhabitat: & ipſam eſſentiam animæ (quæ mediũ eſt omnium potẽtiarum) per gratiã perficit, & fœ-

cundat,conferendo ſibi eſſe diuinũ. Secundò, annũtiat diſcipulis pacem: ecce quibus loquitur pacem, K
q̃a diſcipulis. Eſto & tu diſcipulus diſciplinæ Chriſti capax & audies. Tertiò, oſtẽdit eis manus & latus: conferendo ſcilicet eis & diuinas operationes quæ per manus: & affectiones, quę per latus,vbi cor latet deſignantur. Quartò,facit gaudere diſcipulos excitãdo videlicet in eis gaudium internum: quia gauiſi ſunt diſcipuli viſo domino. Quintò,inſufflat dando eis ſpiritum viuificationis ad nouam vitam,vt viuãt tam ſibi quàm alijs ad ſalutem. Sed dominus cum diſcipulis tũc parũ ſtetit, quia multũ ſerò fuit:tamen fortè etiã ipſi coëgerunt eũ aliquãtulum plus ſtare:rogantes ne ſic citò recederet:nec hoc d o diſplicebat: teneri eñ vult,prout ſuprà dictum eſt. Tandem benedicens diſceſsit ab eis.Cũq; Thomæ aduentus. ab eis euanuiſſet,redijt Thomas,qui ante dñi aduentum exierat: [dixerũtq;] animo læto [alij ad eũ,] nuntiantes ei bonum nuntium: [vidimus dñm:] ſic enim ante paſsionem appellauerunt eũ. Qui dixit ſe non crediturum,niſi videret, & etiã tangeret cicatrices vulnerũ:vt ſi viſus deciperetur,ſaltẽ tactus L
nuntiaret veritatẽ. Volebat certificari duplici ſenſu,ſcilicet viſu & tactu. Iſti enim duo ſenſus ſunt, qui minus decipi poſſunt. Tãta q̃ppe viderat mortis ſupplicia, ꝙ reſurrectionis & vitæ non poterat accipere argumẽta,niſi non ſolũ viſu,ſed etiã tactu perciperet ea.vnde Chryſ. Alijs enim groſsior exiſtens,eam quæ & per ſenſum groſsiſsimũ, ſcilicet tactu quærebat fidem,& neq; oculis credebat. Remanſerunt autem diſcipuli famelici,& ſitibũdi de domino ſuo, de quo tantã copiam habere cõſueuerant,& eum ſæpe ſuſpirijs & deſiderijs reuocabãt. Vidiſti quoties hodie paſcha habuiſti: nam omnes Apparitiones quę que ſcriptæ. prędictę apparitiones in die reſurrectionis fuerũt: de quibus tantũ quinque in euãgelio ſcriptæ ſunt: & has quinque repręſentat ſacerdos,in miſſa quinquies ſe vertẽs ad populũ, & quaſi pro apparitione repręſentans eis vultum: ſed tertia verſio eſt cũ ſilentio quæ ſignificat tertiã ex his apparitionẽ factam Petro,quia neſcitur vbi vel quãdo facta fuerit hæc apparitio:per hoc etiam eas repręſentat, ꝙ quinquies dominus vobiſcum dicit:ſed fortè audiſti,non tamẽ ſenſiſti,quia nec fortè in paſsione cõ- M
paſsionem habuiſti:credo enim ꝙ ſi in paſsione cõpati ſcires,& mentẽ vnitam & nõ ſparſam ad ſecularia,aut ſuperflua,vel curioſa haberes, in qualibet vice ſentires paſcha: & hoc tibi contingere poſſet qualibet die dominica,ſi mẽte integra feria ſexta, & ſabbato te in paſsione domini præpares. Quia 2.Cor.1.
ſecundũ Apoſtolũ. Si fuerimus ſocij paſsionũ, erimus & conſolationũ. Tũc verò dominus Ieſus rediјt ad ſanctos patres,qui corã eo nõ otioſè, ſed vigilanter laudibus inſiſtebãt iucundãtes. Stabant eñ in cãticis & laudibus omnes ſancti patres,& angeli coram domino reuerenter, alacriter, & deuotè: ac tanquam glorioſi iubilant continuè. Conſpice igitur eos & tu cũ lætitia, & eis cõgratulare, ac diſce deum venerari & laudare,& ſibi gratias agere, & ſua bñficia recognoſcere: ac toto conatu ad illã gloriam tẽdere nõ ceſſes,vbi ſemp in cõſpectu dei tui, cũ tã nobili multitudine, in laudibus dei pſeueres.

ORATIO.



ORATIO.

A O Alme fili dei patris,qui foribus clauſis apparuiſti diſcipulis in vnum congre ris: obſtrue quęſo clauſtra ſenſuum meorũ interiorũ & exteriorum,cõtra pericula tentationũ ſancto timore reuerentię tuæ: mortifica in eis omnia mala cum vinculo tuę charitatis delicatę: & illumina eos cum lumine religionis diuinę,vt merear tua lęta viſione conſolari: pacẽmque pectoris in pręſenti & æternitatis in futuro te donante valeam inuenire: vbi cum angelis ac omnibus ſanctis & electis tuis te laudare merear ſine fine. Amen.

Quomodo dominus apparuit diſcipulis incluſis Thoma præſente. Caput lxxviii.

Ioan.20. Adueniente autem octauo die reſurrectionis,iterũ apparuit dominus Ieſus diſcipulis ſuis:nã quia nõ malicia,ſed ignorãtia Thomas dubitauit: noluit pius magiſter, tã dilectũ diſcipulũ in
B infidelitate relinquere: ſed ad fidẽ eius reformandam iterum,dignatus eſt apparere,igitur:[cũ m]in prædicto mõte Siõ,[iterũ eſſent diſcipuli intus, & Thomas cũ eis,] paſtor bonus & de puſillo grege ſolicitus,[venit ianuis clauſis, & ſtetit in medio eorũ,]vt poſsit videri ab omnibus:[& dixit illis, pax
Pax collegij, dum prelatus in medio. vobis:]ſtetit in medio, & dixit,pax vobis:nunquã poteſt eſſe pax in collegio, niſi pręlat⁹ ſit in medio ita quòd nõ plus ad vnã partẽ inclinetur quàm ad aliã:colũna nunquã ſuſtinet ędificiũ, ſi ſit ad partẽ prope parietẽ,& non in medio:omnia elemẽta,pręter terrã,mouentur,quia nõ ſunt in medio:terra autem immobilis eſt,quia in cẽt. o eſt & in medio.Sępe dominus pacẽ diſcipulis nuntiat, & cõmendat, ac perſuadet habere, quia ſine pace impoſsibile eſt deo placere:in eis enim qui pacẽ & concordiã dili-
Pſal.75. gũt,habitat deus,quia factus eſt in pace locus eius: pacẽ veniẽs attulit,& hinc abiẽs pacem reliquit:qa
Pacis commendatio. tota perfectio Chriſtianę vitæ & religionis, in pace & dilectione conſiſtit: cũ magna ergo diligẽtia debemus eam inquirere, & ſtudioſè obſeruare.
C Vnde Grego.Nazanzenus: Pudeat ergo nos pacis munus deſerere,quã nobis hinc diſcedens Chriſtus reliquit. Pax,& res, & nomẽ dulce: quã & dei eſſe
Philip.4. accepim⁹.Iuxta illud:Pax dei:& eius eſſe,deũ:iuxta
2.Cor.13. illud,de⁹ pacis:& ipſam eſſe deũ,iuxta illud,ipſe eſt
Ephe.2. pax noſtra.Pax bonũ cõmendatum ab omnibus, & obſeruatũ à paucis:quę autẽ cauſa eſt?fortaſsis ambitio dominij:aut facultatũ,aut liuor,aut odiũ, aut contemptus, aut aliquid huiuſmodi ex his quæ dei ignaros videm⁹ inquirere.[Deinde dicit Thomę,] quaſi reſpõdẽs penitiori eius ſuppoſitæ, [Infer digitum tuũ huc, & vide manus meas:]nõ quòd in digito ſit viſus:ſed quaſi diceret:Tange hoc,& expe-
Videre. rire. Vnde videre in hoc loco, pro ſentire & intelligere ponitur:quod genus locutionis adeo vſitatum eſt,vt per omnes ſenſus currere videatur:ſicut cùm dicimus,audi & vide quã modulatè cantat. Olfac & vide,quã ſuauè redolet. Palpa & vide,quàm lene
Exo.20.c. ſit. Guſta & vide,quã dulce ſit. Vnde in Exodo dici
Viſu. tur:Cunctus populus videbat voces:id eſt,ſentiebat. Viſus ergo propter ſui certitudinem, pro omni ſenſu accipitur. Vnde ſecundũ Aug. Nomine viſus, generaliter alij quatuor ſenſus conſueuerunt nominari:imò etiã aliquando pro intellectu accipitur: D
vt cùm alicui dicitur,vides tu hoc?id eſt,intelligis. Vel ſimpliciter dici poteſt,quòd Ieſus ad verba Thomæ reſpondet:in quo etiam ſuam deitatẽ declarat, inquantum abſens corporaliter eius verba ſciebat. Thomas enim duplici ſenſu, ſcilicet viſu & tactu certificari volens,dixerat: [niſi videro in manibus eius fixurã clauorũ,& mittã digitũ meum in locũ clauorum,& manũ meã in latus eius, non credam.] [Ieſus verò quaſi reſpondens]dicit ei:[Infer digitũ tuũ huc,] ſcilicet in locũ clauorũ: [& vide manus] perforatas,& clauorum fixuras. Deinde ſubiungit: [& affer manũ tuam,& mitte in latus meum:] lancea perforatum:& cognoſce me illum eũdem eſſe qui pependit in cruce. Magnum certè fuit vulnus Vulneris in latere Chriſti magnitudo.
illud ſacratiſsimi lateris, in quo non digitum: ſed manum mittere debebat. Myſticè per digitum ſignificatur diſcretio:per manũ,opus noſtrum: monet ergo digitum & manum in locum clauorũ & lanceę mittere: vt quicquid in nobis eſt diſcretionis & operis, in ſeruitium Chriſti expendamus. E
Deinde ſubdit, [& noli eſſe incredulus:] hoc eſt ad credendum tardus:[ſed fidelis,]hoc eſt fide firmus: quia in peccato infidelitatis me iterum crucifigis, cauſam meæ iterans paſsionis. Hoc dixit Ieſus, q̃a Thomas dixerat diſcipulis reſurrectionẽ Chriſti nuntiantibus,ſe aliter non crediturum. Sicut ergo Thomas,præ cæteris dubitauit:ita præ cæteris palpare & videre monetur. Vbi Chryſo. Tu verò cũ videris decredentem diſcipulũ,excogita dominatoris clementiã: qualiter etiã pro vna anima oſtẽdit ſeipſum vulnera habentẽ, & accedit vt ſaluet vnũ: non enim ei ſtatim apparet,ſed poſt dies octo:vt in medio à diſcipulis admonitus, accẽdatur ad maius deſideriũ,& fidelior fieret in futurum. Tunc Thomas cicatrices domini tetigit: & nõ ſolũ corde credendo,ſed etiã ore confitendo (quia vtrumq; ad ſalutẽ requiritur) exclamãs dixit: [Dominus meus, Dominus & deus.
& deus meus, ſcilicet tu es:dominus meus, ſecun- F
dum humanitatem, in qua me ſanguine tuo redemiſti & comparaſti:[& deus meus,] ſecundum diuinitatem, qua me creaſti,& de limo formaſti:iam nihil dubito,certus ſum, confirmo reſurrectionẽ, prædico immortalitatem: tu es dominus meus, & magiſter meus: ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ:tu es deniq; deus meus,qui me creaſti: & pro me carnem ſuſcepiſti, quã vt me redimeres, morti te tradidiſti, & vt me tecũ reſuſcitares,nunc à mortę reſurrexiſti:hæc eſt fides mea, ita ſentio, & ita credo. O fœlix Thoma,quã fœlicem habuit licentiam manus tua:magna quippe licentia, & magna gratia eſt mittere manum in latus illud dulciſsimum,in latus illud ſaluberrimum: in latus(inquã) vnde ab ira ſaluamur, vnde à culpa ſanamur, vnde in gratia regeneramur, vnde in gloria ſublimamur. Ipſe ergo Thomas,qui dicitur didymus, pro- Didymus quid dicitur.
pter dubiũ cor in credendo:quia, Didymos, Gręcè, geminus eſt Latinè,bene etiã dicitur abyſſus, quia altitudinẽ diuinitatis,certa fide penetrauit: quantã autem remunerationem fides habebat, manifeſtatur,cũ ſubditur: [dicit eis Ieſus,] beatificando confeſsionem

feſsionem ipſius:[quia vidiſti me Thoma: ] id eſt,
G q̃a expert' es, etiã per tactũ:[ideo credidiſti.Beati
Fidei meritum. qui nõ viderũt,& crediderũt.]In hoc verſiculo nõ
ſolũ fides Thomę cõmendatur,ſed etiã noſtra ſalus
futura prædicitur:ac ſi diceret dñs.Tu quidẽ beat'
es:quia eñ me vidiſti,credidiſti : ſed & illi beati e-
rũt,qui nõ videntes me corpore,credituri ſunt mẽ
Præteritum pro futuro. te.Vbi ſecundũ Aug.Preteriti tẽporis vſus eſt ver-
bis,ꝓpter certitudinẽ: tanq̃ ille qui quod erat futu-
rũ,in ſua nouerat prædeſtinatiõe iã factũ: q̃a apud
eius præſentiã omnia futura præterita ſunt: ſed a-
liud Thomas vidit & palpauit corpore , & aliud
credidit corde :quia fides, ſaltẽ quoad actũ, non po
teſt eſſe de viſis & apparẽtibus:nam fides eſt argu-
mentũ,id eſt oſtẽſio,nõ apparentiũ : arguere enim
dicebãt antiqui oſtẽdere.Hominẽ nãq; ſeu huma-
nitatẽ vidit & tetigit, & deũ ſeu deitatem (quæ in
preſenti videri nõ poteſt) credidit:dicendo eñ dñs
meus:humanã naturã, cui datũ eſt totius creaturæ
dominũ dicendo verò, deus meus,diuinã , quæ oĩa
condidit,cõfeſſus eſt:& vnũ eundẽ deũ & dominũ.
H Vnde Theophilus: Qui prius infidelis fuerat, poſt
lateris tactũ ſe optimum theologum oſtendit:nam
duplicem naturam vnicamq; hypoſtaſim Chriſti
Fides vera. ediſſeruit.Nos ergo cõſolãdo ſubiunxit: [beati qui
nõ viderũt & crediderũt.]Vnde Grego . Lætificat
autẽ valde quod ſequitur: [beati qui nõ viderũt &
crediderũt,] in qua ſentẽtia nos ſpecialiter ſignati
ſumus,qui eũ quẽ carne nõ vidimus,mẽte tenemus:
ſi fidẽ noſtrã operibus ſequimur,ille enim verè cre
dit,qui exercet operãdo quod credit. Hæc Grego.
Ad Titũ 1. De his autẽ qui fidẽ nominetenus retinẽt,Paulus di
cit:Cõfitentur ſe noſſe deũ, factis autẽ negant . Et
Iacob.2. Iacobus:Fides ſine operibus mortua eſt.Cùm ergo
(vt dicit Chryſo.)aliquis ſic iſto tempore dixerit:
vtinã in tẽporibus illis fuiſſem & vidiſſem Chriſtũ
miracula facientẽ:tunc excogitet, beati qui non vi
derũt & crediderũt:potuit autẽ eſſe ꝙ poſt cõfeſsio
nem,qua dixit,dñs meus & deus meus:dñs Ieſus in-
Ioan. vlt. ſufflãs dixerit:Accipite ſpiritũ ſanctũ, quorũ remi
ſeritis peccata &c.Licèt hoc nõ dicat euangeliſta:
q̃a multa fecit Ieſus,quę nõ ſũt ſcripta in libro hoc.
I vn ipſe q̃ virtutẽ ſuã nõ alligauit ſacramẽtis,potuit
ſine ſigno ſenſibili dare ſpiritum ſanctũ,& cõferre
ei poteſtatẽ,& ordinem epiſcopalẽ.Nã credendum
Vnum ſaluandũ curauit dñs. eſt ꝙ eũ ſicut alios epiſcopũ ordinauit . Attẽde hîc
quòd Chriſtus Thomæ apparuit , quãdo in errore
fuit.In quo magna Chriſti pietas oſtẽditur,qui pro
pter vnũ ſolũ venit.Vnde Chryſo . Conſidera do-
minatoris clementiã, qualiter etiã pro vna anima
oſtẽdit ſeipſum vulnera habentẽ, & accedit vt ſal-
Thomæ dubitatio. uet vnũ. Hoc autẽ de Thomę dubitatione diſpen-
ſatoriè permiſſum eſt : vt euidẽtioribus argumẽtis
reſurrectio dñi probaretur: ideo enim dubitatũ eſt
ab illo,ne dubitetur à nobis.Vnde ſecundũ Grego.
Nõ caſu, ſed diuinæ pietatis diſpenſatione geſtum
eſt, vt ille electus diſcipulus tunc deeſſet,qui audita
reſurrectione dubitaret,dubitãs palparet,& palpãs
crederet:vt à noſtris cordibus omnẽ dubitationem
expelleret:& dũ in magiſtro ſuo vulnera palparet
carnis,in nobis vulnera ſanaret infidelitatis : plus
enim in nobis incredulitas Thomę,q̃ aliorũ credu
litas ad fidẽ profuit,quia dũ ille ad fidẽ palpãdo re-
ducitur:mẽs noſtra omni dubitatiõe poſtpoſita in K
fide ſolidatur:& non ſolũ noſtrã fidẽ roborauit: ſed
etiã hereticorũ errorẽ,dicentiũ Ieſum verũ corpus
nõ habuiſſe,excluſit.Vñ & Leo papa:Sufficeit Tho
mę ad fidẽ propriã vidiſſe quod viderat : ſed nobis
operatus eſt,vt tãgeret quod videbat. Vñ & Greg.
de ipſius Thomę,& aliorũ etiã diſcipulorũ dubita-
tione ſic dicit:ꝙ reſurrectionẽ dominicã diſcipuli
tardè crediderũt, non tã illorũ infirmitas q̃ noſtra
(vt ita dicã)firmitas fuit:ipſa nãq; reſurrectio illis
dubitãtibus,per multa argumẽta mõſtrata eſt: quã
dũ nos legẽtes agnoſcimus, quid aliud q̃ de eorum
dubitatione ſolidamur?Minus eñ mihi Maria Mag
dalena præſtitit:quæ citius credidit , q̃ Thomas q̃
diu dubitauit:ille etenim vulnerũ cicatrices tetigit
& de noſtro pectore dubietatis vulnus amputauit.
Hæc Greg. Diſpẽſationis autẽ gratia nõ ex curãdi Vulnerũ Chriſti retentio.
impotentia dñs, qui mortis regna deſtruxit, ſigna
mortis delere noluit:ſed pluribus de cauſis veſtigia
paſsionis,ſcilicet cicatrices vulnerũ,in corpore(ſci-
licet incorruptibili)reſeruauit.Primò,ad aſtruẽdam L
& probandã reſurrectionẽ:ac reformãdã & corro
borãdã diſcipulorũ fidẽ,de ſua reſurrectione dubiã:
vt credãt quòd ipſe qui crucifixus fuit,in eodẽ cor-
pore numero reſurrexit:in eo eñ ꝙ vulnera oſten-
debat,manifeſtabat quòd idẽ reſurrexerat,q̃ in cru
ce pepẽdit. Vñ Lucas:Videte manus meas,& pedes Lucę 24.
meos,quia ego ipſe ſum.Secũdò ad cõmẽdãdã eius
circa nos dilectionẽ:vt q̃ miſericorditer ſumus ad-
iuti,oſtẽſis ſuæ mortis indicijs inſinuet:noſq; ad di
lectionẽ repẽdendã magis prouocet. Vñ & Apoca.
Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in Apoca.1.
ſanguine ſuo.Tertiò,ad oſtẽdendã noſtrã redẽptio
nẽ,q̃a illa vulnera fuerunt noſtrę redẽptiõis ſignũ.
Vñ Eſaias : Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates Eſa. 53.
noſtras:ideoq; miſericordias dñi cãtare nõ ceſſent:
ſed dicã q̃ redẽpti ſunt à dño,quoniã bonus, quoniã
in ſeculũ miſericordia eius.Quartò,propter noſtrã
ædificationẽ & inſtructionẽ:ſi eñ in corpore Chri
ſti glorioſo etiã manebãt ſigna ſuę paſsionis:& nos
(quaſi cõpatiẽdo)eadẽ vulnera cõtinuè in mẽte por
tare,& pro eis gratias agere deberem'.Vñ Apoſto M
lus:Hoc ſentite in vobis,qđ & in Chriſto Ieſu.Quin Philip.2.
tò,propter noſtri recordationẽ, & memoriã apud
ſe ſemper retinendã.Nequaquã eñ noſtri obliuiſci
tur,pro quibus ſic crudeliter plagatus dignoſcitur.
Vnde in Eſaia: Ego tui nõ obliuiſcar:ecce in mani Eſa.49.
bus meis deſcripſi te. Sextò propter dei patris re-
cõciliationẽ:vt deus pater ignoſcat humano generi
pro quo filius ſic voluit plagari . Vnde Apoſtolus: 1.Ioan.2.
Aduocatũ habemus apud patrẽ Ieſum Chriſtũ iu-
ſtũ,& ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris:nam
patri pro nobis ſupplicat,obedientiã repręſentans:
& quale genus mortis pertulerit ſemper oſtẽdens,
quod eſt quidam modus interueniendi pro nobis.
Vnde Bernar. Securum acceſſum habes , ô homo Aduocat' noſter Ieſus.
ad deum, vbi habes filium ante patrem,matrem an
te filium:filius oſtendit patri latus & vulnera: ma-
ter oſtendit filio pectus & vbera : nec vlla poterit
ibi eſſe repulſa , vbi tot charitatis occurrunt inſi-
gnia.Septimò,ad impiorum confuſionem,vt oſten
ſis eis



ſis eis in iudicio vulneribus, denuntiet quàm iuſtè
A dãnari debeant.Vnde ſecundũ Aug.Conuincẽs eos
de peccato ſuæ mortis,dicet:Ecce hominem, quem
crucifixiſtis:videtis vulnera, quæ inflixiſtis: agno-
ſcitis latus,quod pupugiſtis:quoniã per vos & pro-
pter vos apertum eſt, nec intrare voluiſtis.Octauò,
ad electorũ exultationem dũ in deo ſuo inſignia a-
moris præcipui, quę ad eos habuit, videbunt.Nã ſe
Vulnerũ Chriſti iucũda viſio beatis. cundum Bedam:Magnũ gaudium erit ſanctis, vi-
dere vulnera in carne Chriſti fulgida, per quæ vi-
ctor triumphauit de morte,& ſaluauit electos. Ve
niens ergo dominus ad iudicium,in eadẽ forma o-
mnibus apparebit,ſcilicet iuſtis & iniuſtis: vt iuſti
vidẽtes quãta & qualia pro eis ſuſtinuit , in eius a-
more amplius exardeſcãt , & in laude ac gratiarũ
actione proficiant:iniuſti verò deterius puniantur,
cõfundantur, & pereant,quãtò magis rãtis benefi-
cijs ingrati extiterunt,& largiora beneficia dei in-
dignius contẽpſerunt. Nonò, vt triũphum,ſeu titu
Trophęa Chriſti. lum triũphalem,& ſignũ victoriæ ſuę omni carni
oſtendat,& in perpetuũ circunferat : quæ eum vi-
B ctore diaboli per infinita ſecula demõſtrent : verbi
gratia:Miles pro totius gẽtis ſalute fortiter egit:&
multis vulneribus perfoſſus eſt: hoſtem tamen in-
terfecit:eiuſq; ſpolia diripuit,& victoriã ſuę genti
reportauit:ait illi medicus,vis ſanari ſine omni ci-
catrice,vel cum cicatricibus ſine omni deformita-
te?puto quòd in ſignum ſuę victorię,& pro exem-
plo animãdi alios ad idem, reſeruaret ſibi cicatri-
Cicatrices pulchræ. ces:illę enim cicatrices ſunt in Chriſto, non in de-
formitatem,ſed in magnam pulchritudinẽ . Vnde
dicit Chryſ. quòd cicatrices ſunt in Chriſto ſuper
radio ſolis lucidiores. Vnde etiam ſecundũ Augu.
In illo regno apparebunt in corporibus beatorum
martyrum cicatrices vulnerũ, quæ pro Chriſti no
mine pertulerunt,ſicut ſtella in cœlo, ſicut lapis
pretioſus in anulo,ſicut flos in ſtipite , & ſicut ru-
beus color in roſa:non enim deformitas in eis , ſed
dignitas erit, & quędam quanuis in corpore, non
corporis,ſed virtutis pulchritudo fulgebit:nec ideo
tamen ſi martyribus aliqua amputata & ablata
ſunt membra,ſine ipſis mẽbris erũt in reſurrectio
C ne mortuorum:ſed vbi mẽbra vt præciderẽtur per
cuſſa ſunt,vel ſecta, ibi cicatrices : ſed tamen eiſdẽ
mẽbris redditis,nõ perditis,apparebunt. Conſpice
nunc dominũ,& conſidera ſolitã ipſius benignita-
tem,humilitatem & amorẽ feruentẽ,quomodo vi
delicet monſtrat Thomæ & alijs diſcipulis vulne-
ra,vt tollat omnẽ obſcuritatẽ de cordibus eorum,
ad ipſorum & noſtrã vtilitatẽ. Stat igitur cum eis
per aliquã morulam,loquẽs de regno dei conſola-
toria:ſtant & ipſi eum eo in lætitia magna:audien
tes illa verba excelſa,& aſpicientes faciem eius ple
nam gaudio,ac decore & gratia. Attende bene eos
familiariter circuncirca ſtantes. Stat & tu reueren
ter,& verecundè,ſed gaudenter, à longè tamen: ſi
fortè miſericordia motus faciat te vocari,licèt im-
meritum. Tandem dicit eis quòd in Galilæam va
dant,& quòd ibi eis apparebit,ſicut promiſerit: &
benedictione data,diſceſsit ab eis. Ipſi verò reman
ſerunt,vt prius,de ipſo famelici & ſitibundi , ſed
plurimum confortati.

## ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte,qui Thomæ dubitan- D
ti loca clauorũ & lanceę oſtendiſti: & eum
per digiti & manus immiſsionem,ab erro-
re reuocaſti:da mihi vt tuorum vulnerum & paſ-
ſionis ſemper habens memoriam, digitum & ma-
num,hoc eſt, quicquid diſcretionis & operis in me
fuerit,totum in ſeruitium tuũ mittam & expen-
dam:& cum Thoma confitear, quia tu es dominus
meus,qui me ſanguine tuo cõparaſti: & deus meus
qui me creaſti: vt quod de credentiũ ſalute futura
ei prædixiſti,in me merear experiri, & te largien
te beatus apud te inueniri. Amen.

## Quomodo dominus apparuit ſeptem diſcipulis ad mare Tyberiadis. Caput lxxix.

Poſtea facto interuallo temporis,ma- Ioan.21.
nifeſtauit ſe iterum Ieſus,ad mare
Tyberiadis:id eſt,ſe viſibilẽ prębuit:
& hoc etiam modò dicitur apparrre,
quod idem eſt quod manifeſtari. Nã E
ſecundũ Ambroſiũ,illud apparet:in cuius poteſta- Apparere
te eſt videri,& non videri. Piſcabantur ſimul ſeptẽ
diſcipuli nocte quadam,vt cibum haberent:ſcilicet
Petrus & Nathanaël, qui(vt creditur)frater Philip
pi erat:& filij Zebedæi , ſcilicet Iacobus & Ioãnes
& alij duo: quorũ nomina non exprimuntur:quia,
ſecundũ quoſdã,erant minores: vel,ſecundũ quoſdã
videntur fuiſſe Philippus & Andreas.Et piſcaban-
tur in naui aliena eis accõmodata,vel locata,ſeu a-
lio modo licitè accepta:quia à principio ſuę cõuer
ſionis reliquerant nauem & rhetia.Piſcabantur au
tem licitè:quia (ſecundum Auguſtinũ) non fuerũt Piſcari licuit apoſtolis.
prohibiti ex arte ſua licita & conceſſa, victũ neceſ
ſarium quærere:ſeruata ſui apoſtolatus integrita- Scenefactoria Pauli ars.
te:ſi quando vnde viuerent,aliud non haberẽt.Pro
pter quod & Paulus ſcenefactoriam artem didicit:
vt cùm neceſsitas,vel eccleſiæ vtilitas occurreret:
de labore ſuo viueret. Et ſecundũ Grego. negotiũ
quod ante conuerſionem ſine peccato extitit, hoc
etiam poſt conuerſionem repetere culpa non fuit:
quod autem ad peccatum implicat,ad hoc neceſſe
eſt vt poſt conuerſionem animus non recurrat. Vn
de poſt conuerſionem ſuam ad piſcationem Petrus F
rediit. Matthæus verò ad teloniũ nõ reſedit . Et per
totã noctem illam hi ſeptẽ diſcipuli inuanũ labora-
uerunt, & nihil de piſcibus ceperũt: quia diuinum
auxilium deerat, cuius carentia nox dici poteſt.
Hoc ideo factum eſt, vt captio ſequens manifeſtẽ
miraculoſa appareret .[Mane autem facto,] per
quod intelligitur gloria reſurrectionis, dominus
Ieſus apparuit eis:ſtans in littore maris. Non appa
ruit ſupra aquam, ſed in terra ſolida:ad oſtenden-
dum quod amplius non erat cum eis in fluctibus vi
tæ corruptibilis,ſed magis tranſierat ad ſtatum vi-
tæ immortalis . [Non tamen cognouerant diſci-
puli quòd Ieſus eſſet.]Secundum Chryſo.Non ſta-
tim oſtendit Ieſus ſeipſum,vt per miraculũ , quod
facturus erat,agnoſcerent eum . Attende hîc quæ
acta ſunt, quia iucundiſsima ſunt . Quærebat ab
eis, quaſi piſces emere volens:ſi pulmentarium ha-
berent:id eſt,aliquid quod decoqui & comedi poſ- Pulmentarium.
ſet.Pulmẽtarium poteſt dici illud, quod pani dul-
corandum

corandum adiungitur:&quo panis,vt magis come
G ſtibilis ſit,cõditur.Pulmentariũ autem hicvocat pi
ſces,ad edendũ dulces & delectabiles.vt dicitChry
ſoſtomus:Interim humanius loquitur, vt quid de
bens emere ab eis.Myſticè à nobis pulmentũ petit
dominus,vt reficiatur:quod eſt obedientia manda-
Ioan.4. torũ dei,ad quam omnes obligantur. vnde ſupra di
xerat:Meus cibus eſt, vt faciam voluntatẽ eius qui
miſit me:[& reſponderunt ei,non:]credebãt enim
eum eſſe mercatorem, piſces emere volentẽ. Cùm
autẽ ad mandatum eius miſiſſent in dexterã naui-
gij rhete,impleuerunt illud:[& non valebant tra-
Piſcatores ſeptem. here præ piſciũ multitudine:]quia enim obediẽtes
fuerunt,ex obedientia fructum cõſecuti ſunt. Per
ſeptem piſcatores,qui hîc enumerãtur, vniuerſitas
prędicatorum eccleſiæ deſignatur:qui ſine Chriſti
virtute nihil prendunt: & nihil proficere poſſunt:
quia ſine inſtructione eius interiori, fruſtra labo-
rat lingua prædicatoris. Sed mane, quando venit
lux illuminãs corda,ipſoChriſto principaliter ope
rante, capiunt copioſam multitudinem piſcium:
H per quã ſignatur multitudo credentiũ,per prædica
tionẽ apoſtolorũ:&ſimiliter multitudo pœnitẽtiũ,
per prædicatores alios ad bonũ cõuerſorũ.Dicitur
quòd piſces fugiũt rhetia fœtida & corrupta,nec li
bẽter intrãt ea:&propter hoc illi qui piſcãtur cum
talibus rhetibus,paucos vel nullos piſces capiant:ſe
quuntur tamẽ rhetia odorifera & munda : & ideo
Rhete Chriſti. cũ talibus capiũtur melius.RheteChriſti,eſt verbũ
dei:piſces,ſunt omnes peccatores: dextra,ſpiritua-
lia:ſiniſtra,temporalia.Iſte ergo qui prædicat pro
pter lucrũ tẽporale, vel vanã gloriam:piſcatur ad
ſiniſtrã,& rhetia fœtida habet: & ideo parũ profi-
cit:ſed quiſ in doctrina & prædicatione quærit ſa
lutem audientiũ,ille piſcatur ad dexterã: & rhetia
odorifera habet:&ideo multum proficit:nec mirũ,
Prouer.4. quia vt dicitur in Prouerbijs, vias quæ à dex-
tris ſunt,nouit dominus:peruerſæ autẽ ſunt, quę à
ſiniſtris ſunt.Ioãnes itaque cõſiderato miraculo fa
cto,quia vidit impletũ ſicut prædixerat:recogno-
ſcit eũ & dixit Petro,quẽ præ alijs diligebat,& e-
I tiã quia inter alios prior erat:[domin⁹ eſt:] cui ſci
licet & piſces obediũt:dominus eñ eſt nomẽ pote-
ſtatis,&per poteſtatẽ in miraculo piſciũ eſt hîc ma
Ioannis perſpicacitas. niſeſtatus.Ioãnes qui(tanquã virgo) cęteris purior
erat,&perſpicacior in cognoſcẽdo,citi⁹ alijs cogno
uit Chriſtũ:quia puritas mẽtis & corpooris,maxi-
mè diſponit hominẽ ad cognitionem diuinorũ.ſe-
cundũ Bedã:Cognouit primus dominũ, ſiue mira-
culo iſtius piſcationis,ſiue ſono præcognitæ vocis,
ſiue primæ reminiſcẽs piſcatiõis.vbi Petrus cãtor:
per Petrũ,actiua & laborioſa vita:per Ioannẽ,cõ-
tẽplatiua &quieta ſignificatur.Cõtẽplatiua actiuę
deũ,quẽ cõſiderat,oſtẽdit.Si in die in actiõe fuiſti:
ſaltẽ in nocte dicat tibi cõtẽplatiua,dñs eſt : ne ita
diſtraharis operib⁹,quòd ipſum aliquãdo nõ cõſide
res.HęcPetr⁹.[Tũc Petrus audito quia dñs eſt:tuni
ca ſuccinxit ſe, ]vt cũ maiore reuerẽtia accederet
ad eũ:[erat eñ nudus,]id eſt,parũ veſtit⁹, vt aptior
Nudus. eſſet ad piſcatiõis opus. Vñ Beda:dicitur Petrus nu
dus fuiſſe, ad cõparationẽ cęterorũ veſtimentorũ
quibusvti ſolebat.Sic nos ſolemus dicere,cũ aliquẽ
ſimplici veſtimento videmus indutũ, quare nudus
incedis? Vbi & Theophilus: Præcinxit autẽ ſe lin- K
theo:amictu,quem Phœnices & Tyrij piſcatores
circumuoluũt ſibi,cũ nudi ſunt: ſiue etiã cæteris in-
dumentis apponũt:[&]ex deuotione ac feruore di
lectionis,[miſit ſe in mare,]vt citius ad eũ veniret:
memor domini quẽ feruẽter diligebat: alij verò di
ſcipuli]trahentes rhete piſciũ, cũ matura feſtina-
tione [nauigio venerũt:] quia ita feruidi, ſicut Pe-
trus nõ erãt:Petrus quidem moras nauis expectare
nõ potuit,ſed amoris immenſitate cogẽte in mare
ſe præcipitauit,vt velocius & magis feſtinus ad do
minũ venire potuiſſet. Vbique Petrus feruẽtioris Petri & Ioannis conditiones.
fidei, & maioris dilectionis inuenitur. Vbi Beda:
Eodẽ autẽ Ardore,quo & multa alia fecerat,venit
ad Ieſum:nõ tamẽ intelligendũ eſt Petrũ ſuper flu-
ctus veniſſe,ſed aut natando, aut pedibus proprijs,
quia erãt prope terrã.Et ſecudũ Chryſo.Optimè
ponitur hîc cõditio Ioãnis & Petri , quia Ioannes
perſpicatior erat intellectu: Petrus feruẽtior affe-
ctu.Propterea Ioannes quidẽ primus cognouit Ie- L
ſum:Petrus verò primus iuit ad eum. Myſticè per Myſticè.
mare ſignificatur tribulatio pręſentis ſeculi. Vnde
illi qui deſiderãt ad Chriſtũ peruenire,mittũt ſe in
mare:quia nõ refugiunt tribulatiões huius mundi:
ſcientes quòd per multas tribulationes oportet in- Acto.14.
trare in regnũ dei:& tamẽ inter tribulationes ſecu
rus & illæſus Chriſtũ ſeruans euadit : ſicut Petrus
illæſus peruenit:per nauigiũ verò, ſignificatur ec-
cleſia:vnde alij diſcipuli veniunt nauigio,id eſt pro
tecti ſocietate eccleſiæ.ſecundũ illud Pſalm.Prote Pſal.30.
ges eos in tabernaculo tuo. [Et cũ deſcendiſſent in
terram, inuenerũt prunas in littore poſitas,] id eſt
ordinatas ad calefaciendum:[& piſcem illis ſuper-
poſitum,& panẽ]iuxtà poſitũ.Ecce aliud miracu- Miraculi
lum: nam non ex materia ſubiecta, ſicut aliàs mul
tiplicauit panes:ſed de nihilo & nouo fecit virtute
diuina carbones accenſos,& piſcem, & panem : ad
maiorem diſcipulorum in fide reſurrectionis Chri
ſti confirmationem. De Bethſaïda ad vnam leu- M
cam contra Orientem eſt locus, vbi ſtetit Ieſus Bethſaida locus, vbi ſtetit dominus.
in littore: cuius adhuc veſtigia ibidem oſtendun-
tur in lapide : & inde non ad iactus lapidis medie-
tatem , locus vbi viderunt prunas, & piſcem ſu-
perpoſitum, & panem:& iuſſit Ieſus afferri de pi-
ſcibus , quos prędiderunt nutu ipſius : aſcendit
autem Simon Petrus, & traxit rhete in terram,
plenum magnis piſcibus centum quinquaginta tri
bus.Dicit Iſidorus, quod omnia genera piſcium ad Piſciũ genera,153.
iſtum numerum reducuntur : & quia apoſtoli de-
bebant eſſe piſcatores omnium hominum,ideo tot
& non plures piſces piſcati ſunt : & cùm tanti eſ-
ſent,non eſt ſciſſum rhete.Numerum & magnitu-
dinem piſcium exprimit, ad declarationem mira-
culi,ex tanta captione eorum: & iterum ex rhetis
integritate,quia non eſt ſciſſum. Et vocans domi-
nus diſcipulos ad prandendum, & ſimul cum eis
comedens,ad declarationem ſuę reſurrectionis,&
ad oſtendendum non eſſe phantaſma quod factum
eſt,eis fecit conuiuium,& feſtũ magnum cum ipſis
in littore maris: & nemo diſcumbentium audebat
eum interrogare quis eſſet:non propter auſterita-
tem &



tem & formidinem, ſed propter reuerentiæ auto-
A ritatem,& cognitionis certitudinẽ:ſcientes diſcre-
ta cognitione quia dominus eſt, cui cũ metu & re-
uerentia oportet intendere : & ideo fruſtra feciſ-
ſent de hoc quęſtionẽ,quia nõ oportebat facere eã:
vbi enim eſt veritas exhibita apertè , ibi nulla eſt
opus interrogatione.vbi Chryſ. Et nullus audebat
eum interrogare,ſed cũ ſilẽtio & formidine multa
& reuerentia ſedebant attendentes in eum.Nã ſci-
uerant quidem quoniã dominus eſt : formã autem
alteratiorem vidẽtes, & multa admiratione plenã,
valde erant ſtupefacti.vnde & Auguſt.Nemo au-
debat dubitare ꝙ ipſe eſſet: tanta enim erat euiden-
tia veritatis,quia illis Ieſus apparebat,vt nullus co-
Conuiuiũ iucũdum. rum auderet nõ ſolum negare,ſed nec dubitare: &
ideò ſtultum eſſet interrogare. Et conſuetæ humi-
litatis ſuæ more miniſtrans eis , accepit panem &
dedit eis,benedictũ tamen, & diſtribuendo fractũ:
& piſcem ſimiliter:& comedit cũ eis : nã eo modo
diuidebat eis,& diſtribuebat,ſicut cõſueuerat ante
B paſſionem,ad declarãdam ſuã reſurrectionẽ.Stant
igitur reuerenter,multiꝗ; alacriter iſti ſeptẽ diſci-
puli cum domino ſuo,pariter comedentes cum eo.
Aſpiciũt deſiderabilem,& iucundã faciem eius: &
exultant in cordibus ſuis. Accipiunt de ſacratiſſi-
mis manibus eius eſcas deſiderabiles : & reficiũtur
nõ minus ſpiritualiter,quàm corporaliter. O quale
eſt iſtud conuiuium. Cõſidera bene per ſingula,&
ſi potes paſcaris cum eis, in exultatione & lætitia.
In hoc cõuiuio eccleſiæ ſpirituali Chriſtus præpa-
rat prunas charitatis, quas de cœlis portauit ad ter
ras:quia ignem venit mittere in terrã,& vult vt ac
cendatur.Item pręparat piſcem ſuperpoſitum pru
nis:qui eſt ipſe Chriſtus,qui ſuper prunas ponitur,
quando ex incendio charitatis , pro nobis in cruce
immolatur. Itẽ præparat panẽ quo reficimur , qui
eſt & ipſe: nã ipſe reficit nos per doctrinã , & etiã
dando corpus ſuum nobis in cibũ.Dedit etiã domi-
nus diſcipulis piſcem, quia ſuam paſsionem imitã-
dam oſtendit:dedit & cum piſce panem, quia poſt
tolerantiam paſsionis gaudia æternæ ſocietatis re-
C promiſit.vnde Augu.Fecit dominus prandiũ ſeptẽ
diſcipulis de piſce aſſo,& alijs quos ceperant: piſcis
aſſus,Chriſtus eſt paſſus:ipſe eſt & panis,qui de cœ-
lo deſcendit:huic cõparatur eccleſia ad participan-
dam beatitudinem æternã:propter quod dictũ eſt,
afferte de piſcibus quos apprehendiſtis nunc:vt oẽs
qui hanc ſpem gerimus , per illum ſeptenariũ nu-
merum diſcipulorum,per quem põt noſtra vniuer
ſitas intelligi figurata:tanto ſacramẽto nos cõmu-
nicare noſſemus,& eidem beatitudini nos ſociari.
Conuiuiũ vltimum domini. hęc Aug.Ideo etiã vltimũ conuiuium,cum ſeptem
diſcipulis piſcãtibus voluit celebrare , quia illi poſt
vniuerſale iudicium cũ domino ęternũ conuiuium
ſunt celebraturi:qui ſeptiformis ſpiritus ſancti gra
tia repleti,fluct⁹ pręſentis ſeculi diuino amore cal
cant,& in lucrandis animabus inuigilãt. vñ Greg.
Cur cum ſeptẽ diſcipulis vltimum cõuiuium cele-
brat,niſi ꝙ eos tantummodo qui ſeptiformi gratia
ſpiritusſancti pleni ſunt,futuros ſecũ in æterna re-
fectione denũtiat. Septem quoq; diebus omne hoc
tempus euoluitur, & ſæpe ſeptenario numero per-
fectio deſignatur.Illi ergo vltimo cõuiuio de præ
ſentia veritatis epulãtur : qui nũc perfectionis ſtu- D
dio terrena trãſcendunt,quos huius mũdi amor nõ
ligat:quibus ſi vtcũq; per tentamẽta obſtrepit: cepta
tamen eorum deſideria non retundit . hæc Grego.
Sicut ergo dñs in alia piſcatione ſignificauit eccle- Piſcatio duplex.
ſiam qualiter nũc eſt,ſic in hoc loco qualiter ĩ fine
ſeculi,ſcilicet in vltima reſurrectione mortuorũ fu
tura ſit.Mare eñ pręſens ſeculũ ſignificat:littus,qđ Mare.
eſt finis maris, finem ſeculi deſignat.vnde ibi Ieſus
aſcendit in nauem,quia adhuc in fluctibus vitę cor-
ruptibilis cũ diſcipulis erat. Hîc autẽ in littore ſta-
bat:quia iã ad ſtatũ vitæ immortalis tranſierat.Ibi
non in dexterã,nec in ſiniſtrã: ſed indifferẽter, in-
quit,Laxate rhetia veſtra in capturã : vt intelliga-
mus bonos & malos:hîc aũt, [Mittite, inqr, in de-
xteram nauigij rhete,] vt ſignificaret eos qui ſta-
bunt ad dexterã ſolos bonos. Ibi numerus piſciũ nõ
exprimitur, quia multiplicati ſunt ſuper numerũ.
Hîc verò certus eſt numerus,ſ.centũ quinquaginta
tres:q numerus habet quinquagenariũ, per quẽ deſi-
gnatur iubileus,in quo cũctus popul⁹ ab omni ope- E
re quieſcebat,& inſup habet tria ꝓpter myſteriũ tri
nitatis.Ideo autẽ dictũ eſt,ꝙ erant magni,quia oẽs
electi magni ſunt in regno cœlorũ, licèt grad⁹ ſint
diuerſi.Ibi rhete ꝓpter ſignificãda ſchiſmata rũpe-
batur:hîc verò nõ eſt ſciſſum rhete,qñ in illã ſum-
ma pace ſanctorũ nulla erunt ſchiſmata. Et ideo ad
hoc cõmendandũ valet,qđ Ioães ante hãc appari-
tionem,tanquã finẽ libri ſui interpoſuit,dicẽs. Mul
ta quidẽ & alia ſigna fecit Ieſus in cõſpectu diſci-
pulorum ſuorũ, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc:
quod eſſet etiam ſecuturæ narrationis,quaſi proœ-
mium.Attẽde nihilominus quę ſequũtur,quia pul-
cherrima ſunt & vtilia:nã cõpleto iſto ſolẽni cõui-
uio,& refectionis bñficio oĩbus cõmuniter exhibi-
to: [dicit dñs] ſpecialiter [Simoni Petro,] volẽs ei
cõferre bñficiũ ſpeciale [Simõ Ioãnis,] ſ.filius, [di
ligis me plus his?] id eſt, pluſquã iſti me diligant:
quaſi diceret,qđ mihi dabis : quid mihi præſtabis,
quia diligis me:vbi Alcuinus.Myſticè aũt Simon
obediẽs,Ioãnes gratia dicitur:merito ergo noĩe vo F
catur,id eſt,obediẽs gratia dei:vt oſtẽdatur ꝙ ardẽ-
tior illũ charitate amplectitur, nõ meriti humani,
ſed diuini eſſe muneris. Interrogat dñs an ſe dili-
gat,quẽ ſemp & vbiq; maiorẽ amoris affectionem
erga ſe oſtẽdere videbat: [Simõ,inqt,Ioãnis diligis
me plus his,] q tui amoris affectũ pluſquã hi circa
me oſtendis . In quo apparet ꝙ ille qui eligitur ad Dilectio
officiũ prælationis,debet diligere deũ præ cęteris, præferenda.
& ꝙ cęteris paribus melior & perfectior debet prę
fici in prælatũ, quia dñs requirebat pręficiendũ:an
plus diligeret eum,& plus habet charitatis,quę eſt
vinculũ perfectionis: nã in omni regimine ille qui
præſidet,& gubernat,debet excellentior eſſe:& ad
plura ac maiora & magis ardua tenetur prælatus,
quàm quicũq; ſubditus:qa ſicut ſe habet aĩa ad cor-
pus qđ regit,& ratio ad vires inferiores, & paſtor
ad gregẽ,& homo ad bruta aĩalia:ſic ſe debet habe
re pręlatus ad ſubditos. Et ideo videtur ꝙ ille qui Eligendus optimus.
aliquem eligit ad tale officiũ,tenetur ſemp eligere
meliorẽ: non tñ intelligitur melior, literatior , vel
aſtutior:

aſturior: ſed ille qui omnibus conditionibus pēſatis
G melior eſt ad tale officium ad honorem dei, & vtilitatem eccleſiæ. Aliter autem eligens vel promouens, non videtur iudicium diuinũ euadere. Quòd autem, ſecundum iura, ſufficit eligere bonum & idoneum: hoc eſt ſecũdum iudicium humanum, per quod talis nõ eſt puniẽdus: cùm ſecũdum Auguſtinum, aliqua permittuntur humano iudicio incorrecta, propter maiora mala vitanda, quæ tamē ſunt diuino iudicio corrigẽda. Nam aliquid ſufficit ſecundum iudiciũ humanum, ꝙ nõ ſufficit ſecũdum iudicium diuinum: ſecũdum iudicium humanum, ſufficit illud, de quo homo non poteſt accuſari, nec electio eius improbari. Conſtat autem difficile eſſe electiones fieri, ſi poſſent ex hoc reprobari, ꝙ inuenitur alius melior quàm ille qui eſt electus. Vnde ſufficit (ſecũdum iudicium humanũ) vt electio ſit recta, & eligatur idoneus. Secũdum verò iudicium diuinum, & cõſcientiam, neceſſariũ eſt eligere meliorem: quantum ad honorē dei, & vtilitatē eccleſię: ſi verò aliquis minus bonũ prę eligat, & aliquid
H priuatum (puta affectio carnalis, ſpes beneficij & commodi tēporalis) eum moueat: eſt fraudulenta electio, perſonarũ acceptio & peccat. Sciēs ergo dominus interrogat: ſciebat enim ꝙ nõ ſolũ diligeret eum, verum etiã plus omnibus diligeret: ſed innuit, vt & corde credamus, & ore confiteamur: neſciens autem Petrus, quãtum alij Chriſtũ diligebant: non eſt auſus reſpõdere, pluſquam alij: quia cor alterius videre nõ poterat: ſed cum modeſtia locutus eſt, & abſolutè reſpondit, [etiã:] hoc eſt, ita [domine, tu ſcis quia amo te:] quaſi diceret, teipſum teſtē inuoco: qui ſecretorum es cõſcius, quia amo te: & tu qui interiora cõſideras, ſcis ſi plus alijs amem te, quod ego neſcio: tu ſcis quãtum diligo te, & quia integro corde te diligo: quantũ verò alij te diligunt, neſcio. Item, quia expertus propriæ fragilitatis in Chriſti negatione fuit: cautius de ſe reſpondit, nec vltra ſe efferre in Chriſti dilectione auſus fuit: ſed quantitatem ſuæ dilectionis in iudicio Chriſti (qui ſecreta cordium intuetur) poſuit: nec audet inuocare cõ-
I ſcientiam propriam, in qua prius deceptus fuit: ſed domini cõſcientiam inuocat, dicēs: [tu ſcis q̃a amo te:] ac ſi dicat, tu noſti pluſquam ego: humilians ſe coram apoſtolis, non dicit, plus his: ſed ſimpliciter, [amo te:] inſtruens nos quòd nõ debemus nos alijs præponere, ſed alios nobis. Quod ergo de ſe nouit, ſcilicet quòd diligeret, dixit: quod neſciuit, ſcilicet vtrum plus alij diligeret, tacuit: docēs nos ꝙ in dubijs ſuſpenſam debemus ſentētiam tenere, & nõ temerè de occultis diffinire. [Dicit ei dominus,] officiũ paſtorale ſibi cõmittēs, [paſce agnos meos:] quaſi diceret, hoc mihi dabis, hęc pręſtabis, ſi amas me: vt paſcas gregē meum. In hoc ſciã & experiar quòd me amas, ſi ſcilicet gregem meũ paſcis: exhibitio operis, fit probatio dilectionis. Dilectio enim dei, probatur in dilectione proximi: qui verò opus pietatis proximo nõ impendit, minus deũ diligit. Vnde Aug. Cõfitenti autem amorē ſuum, oues ſuas commendauit: tãquam nõ eſſet vbi oſtenderet Petrus amorem ſuum in Chriſtũ: niſi eſſet paſtor fidelis ſub principe omniũ paſtorũ. Cumq; dominus

Electio ĩprobãda.

Petri cauta modeſtia.

ſecũdò ab eo quæſiſſet, ſi ipſum diligeret: & Petrus idem quod ſuprà reſpõdiſſet, iterum ſubdit [paſce K agnos meos.] Cùm verò dominus tertiò quæreret, ſi eum amaret: [contriſtatus eſt Petrus,] eo quòd ſæpius eſſet interrogatus ab eo: qui ſciuerat quod interrogabat: & turbatus fuit, eo ꝙ ſciebat eũ ſcire etiam omnia futura: propter quod timuit ex tali replicatione, ne Chriſtus vellet ſibi prædicere aliquē caſum ſuum futurum, ſicut ſuprà prędixit ei ſuam negationem futurã: & ideo meritò timuit, & turbatus fuit. vnde ſecũdum Chryſ. Rurſus formidat, ne fortè æſtimãs ſe diligere, ſi nõ diligat corripiatur: ſicut & prius correptus eſt multũ ſe exiſtimans fortem: vnde ad ipſum Chriſtum refugit, & dicit ei, domine, tu omnia ſcis: & ineffabilia cordis, & præſentia, & futura: & de vltimo cordis protulit amantis vocem, dicēs: [tu ſcis quia amo te:] quaſi diceret, tu ſcis omnia & præſentia & futura. Ideo tu ſcis ꝙ nunc te diligo: ſed quid ſit mihi futurum, ego neſcio: tu ſcis. Deinde poſt tertiã Petri reſponſionem, dominus adiecit: [paſce oues meas.] Inter-
L rogauit autem eũ ter, non ignorãs quo animo confiteretur Chriſti amorē: ſed vt trina cõfeſſio amoris, deleret trinam negationē timoris: ter negauit timor, ter cõfeſſus eſt amor. vñ Aug. Redditur negationi trinæ trina confeſſio: ne minus amori lingua ſeruiat, quàm timori: & plus vocis elicuiſſe videatur mors imminens, quàm vita præſens. Et ſecũdum Ambroſiũ, interrogauit non vt diſceret, ſed vt doceret quē (eleuãdus in cœlum) amoris ſui velut vicarium relinquebat: non vult dñs ſuos agnos vel oues cõmittere, niſi illi qui eũ diligit: quos ipſe tantum dilexit, vt pro eis mori dignaretur: & ideo prius eccleſię paſtorem interrogat, an ſe diligat, & ſic poſtea ad paſcẽdum ſuos agnos & oues ei committit: ſicut eñ fuit timoris indiciũ negare paſtorē ſic eſt amoris officium paſcere dominicũ gregem. vnde Chryſo. Si diligis me, inquit, præſiſte fratribus: & feruentem amorē, quem per omnia demõſtraſti, nunc oſtende: & animã, quam dixiſti poſiturum te eſſe ꝓ me, hãc pro ouibus da meis: oſtendēs quanti appretiatur præſiſtentia propriarũ ouium: M & quoniam hoc eſt maximè eius, qui in ipſum eſt, amoris ſignum. vnde & Grego. Si ergo ſignũ dilectionis, eſt cura paſtoris: quicunq; virtutibus pollēs gregem dei negligit paſcere, ſummum paſtorē conuincitur nõ amare. vnde & Augu. Quid eſt aliud, Diligis me, paſce oues meas: quàm ſi diceret: Si me diligis, nõ te paſcere cogita, ſed oues meas: & ſicut meas paſce, non ſicut tuas: gloriã meam in eis quęre, non tuam: dãnum meum, non tuũ: lucra mea, nõ tua. vnde Bernar. Non otioſè toties repetitum eſt, Petre amas me, in cõmiſſione ouium. Et ego quidē id ſignificatũ proinde puto, ac ſi illi dixiſſet Ieſus: niſi teſtimonium tibi perhibente conſcientia, quòd me ames, & valde perfectèq; ames: hoc eſt, pluſquã tua: pluſquam tuos: pluſquam etiam te: vt trinæ repetitionis meæ numerus impleatur: nequaquam ſuſcipias curam hanc, nec te intromittas de ouibus meis: pro quibus vtique ſanguis meus effuſus eſt. Terribilis ſermo, & qui poſſit etiam impauida quorumuis tyrannorũ corda concutere. Propterea

Confeſſio Petri.

attendite



attendite vobis quicunque opus miniſterij huius ſortiti eſtis: attendite inquã vobis, & pretioſo de-
A poſito, quod vobis creditũ eſt. Hæc Bernard. Vide quomodo dominus Chriſtus, cõmittendo Petro paſtorale officiũ, ipſum ter examinat de dilectione: quia paſtores eccleſiæ debent deũ ac etiam proximum præ cæteris hominibus diligere. Non ergo debet quis eligi in prælatũ, niſi habitis certis ſignis & argumentis de dilectione eius erga deũ & proximum. Vnde Bernar. An non incongruè de dilectione requiritur, qui paſcẽdo gregi præponitur. Ille eñ præeſſe debet alijs, qui vino charitatis inebriatus exæſtuat, immemor ſui: vt nõ quærat quæ ſua ſunt, ſed magis quæ Ieſu Chriſti. Attẽde etiam quòd dominus paſtorale officiũ iniungit, trina examinatione præmiſſa: & ideo qui ad hoc officium aſſumitur, prius examinari debet diligēter. Primò autem & ſecũdò agnos imperfectos, quodam lacte veſcendos, & tertiò oues perfectiores ſolido cibo alendos Petro cõmiſit: quia non ſolum paſtorem, ſed & paſtorũ paſtorem eum conſtituit: ſunt enim
B in eccleſia tria genera, ſeu tres gradus hominũ fidelium, qui ſicut agni & oues in eccleſia ſunt paſcendi: ſcilicet incipientes & proficientes, qui quaſi adhuc imperfecti nomine agnorũ: & perfecti qui nomine ouiũ poſſunt intelligi: & bis dictum eſt, paſce agnos meos: ſed ſemel, paſce oues meas: quia infirmi & adhuc tenelli in fide ampliori paſtorali cura & ſolicitudine indigent, quàm fortiores & grandiuſculi, qui ſe regere valent, nec tãta cura egent. Paſcit igitur Petrus agnos, paſcit & oues, paſcit filios, paſcit & matres: quia regit & ſubditos, & prælatos: omniũ igitur paſtor eſt, quia præter agnos & oues in eccleſia nihil eſt: nihil inquã quod ſuis paſtoribus cõmiſerit. Sed cùm Ioannes à domino magis eſſet dilectus, quare non eſt alijs apoſtolis prælatus, ſed Petrus? Quia erat adoleſcēs: & ſi eſſet prælatus, illi ſcandalizarentur fortè in eo: ſed nõ ita in Petro, quia ſenex. Item ne videretur amicos carnales exaltare, & eos alijs pręferre. Vtinã eccleſia imitaretur hoc exemplũ: & non faceret in multis con-
C trarium. Conſidera hîc ſolitã domini charitatem & benignitatem. Apertè enim vides quomodo diligenter & affectuoſè imprimit, reiterat & recommendat Petro animas noſtras. Ter enim interrogans eum de amore, ter ſubiunxit paſce. Non dicit ei tonde, munge, macta, & manduca: ſed dicit tribus vicibus, paſce: ſcilicet pane doctrinæ, & ſanctę prædicationis verbo, vitæ & honeſtę conuerſationis exemplo, & tēporalis ſuſtentationis ſubſidio. Ter ergo dictũ eſt, paſce: ad ſignificandum quòd habens curã animarum, debet ſubditos paſcere paſtu triplici, ſcilicet verbi dei, & boni exēpli, & prout poteſt tēporalis ſubſidij. Sed iſtud quod dicitur ter, paſce: quidam mali mutant in tonde, munge, & occide: quia multi hodie ſubditos exactionibus temporalium opprimunt: malis ſuaſionibus, & exemplis corrũpunt, & occidunt: ſed de triplici paſtu prædicto parum cogitant vel curant. Deinde poſtquam Petrus dominum ſe amare ter reſpondit, & per hoc amoris ſui priuilegium confirmauit, mortem ſuam ei dominus nuntians ſuum martyrium

Prelatorũ periculũ.

Petri examinatio.

Examinari debet ad prælaturã ſumendus

Ioannes plus dilectus cur non prælatus.

Paſcere, non tondere iubetur

ſibi prædixit: in qua morte quantum Petrus eum dilexerit demonſtrauit apertè, quia prælati eccle- D ſiæ tantam debent charitatē habere: vt parati ſint ſe morti pro grege exponere. Vnde ait Chriſtus, loquens Petro parabolicè, [Cùm eſſes iunior] nõ tam ætate, quàm ſenſus & virtutis imbecillitate qua negaſti me: [cingebas te,] & ad libitũ tuum properabas [& ambulabas, vbi] ſecũdum appetitum [volebas: cùm autē ſenueris,] non tam ætate, quàm ſenſus & virtutis ſtabilitate: ſicut iam tua demonſtraſti confeſſione: [extendes manus tuas,] ſcilicet ad crucem: hoc eſt crucifigeris: vbi promptitudo eius ad martyriũ tolerãdum deſignatur: & genus mortis [& alius,] ſcilicet tortor, te cinget, & ligabit vinculis: fuit enim ligatus chordis, & ſic in cruce poſitus: nõ clauis affixus, vt viueret diutius, & longior eſſet ipſius cruciatus [& ducet te,] id eſt, viriliter trahet [quò non vis] ire naturaliter, ſecũdum appetitum ſenſitiuum: ſcilicet ad mortē, quam refugit ſenſualitas & voluntas naturalis: voluntate tamen deliberata & electiua, qua cupiebat eſſe cũ Chriſto in vita æterna, & ſecundũ appetitum intellectiuũ etiam ſenex voluit ad mortē duci & crucifigi, ſe- E quens magiſtrũ ſuũ, qui ait: nõ mea, ſed tua voluntas fiat. Sed ſi fieri poſſet, vitam æternam præter mortis moleſtiã concupiſceret. Eſt enim in homine duplex appetitus: ſcilicet ſenſitiuus & intellectiuus, & vterque aliquãdo & largè loquendo voluntas nominatur, quia ſolus appetitus intellectiuus propriè voluntas dicitur. Licèt ergo appetitus intellectiuus in Petro eſſet prõptus ad martyrium: tamen appetitus ſenſitiuus refugiebat: quia mors eſt vltimum terribiliũ. Et eodem modo in Chriſto fuit, vt viſum eſt ſuprà, vbi ad patrē orauit. Nam inter animã & corpus eſt adeo naturalis amor, ꝙ nunquam vellet anima à corpore ſeparari, nec ecõuerſo: & ideo dicit [quò tu non vis,] ſcilicet, ſecundum naturę inſtinctum: qui ſic eſt naturalis, vt nec ipſa ſenectus eũ Petro auferre potuerit: ſed deſiderium gratiæ hoc immittit. Vnde dicit Apoſtolus: Cupio diſſolui, & eſſe cũ Chriſto. Vnde Chryſoſt. Philip. 1.
F Dicit ergo, quò non vis, propter naturalem compaſſionem animæ, quæ inuita ſeparatur à corpore: deo hoc vtiliter diſpenſante, vt nõ multi ſibi mortem inferant violentã. Hæc Chryſoſto. ſed ſecundum Auguſt. quantacũque ſit moleſtia carnis, debet eam vincere vis amoris, quo amatur Chriſtus, qui etiam mori voluit pro nobis: quia ſi nulla eſſet vel parua mortis moleſtia, non eſſet tam magna martyrij gloria. Vnde Gregor. Neque enim ſi pleniſſimè Petrus nollet, pro Chriſto pati potuiſſet: ſed martyrium quod per infirmitatem carnis noluit: per virtutē ſpiritus amauit. Qui dum per carnem ad pœnas ire trepidat, per ſpiritũ ad gloriam exultat. Actumq; eſt vt cruciatum martyrij nolendo voluiſſet. Sic nos quoque cùm gaudium quærimus ſalutis: amarũ poculum ſumimus purgationis. Amaritudo quidem in poculo diſplicet, ſed reſtituenda per amaritudinē ſalus placet. Cùm ergo cognouit dominus quòd diligeretur à Petro, prædixit ei fructũ dilectionis, ſcilicet coronam martyrij, quo oues paſcere, & eccleſiam multiplicare, &

Alligatus Petrus cruci.

Appetitus hominis duplex.

AA ſe caput

ſe caput ſequi deberet. Vnde glo. Paſſurum prædicit, qui negaturum prædixerat: hoc iam poterit,
G ſcilicet pati pro Chriſto ratione firmatus, quod immaturè pollicebatur infirmus. Iam non metuit huius vitæ interitum, quia reſurgēte domino vitæ alterius præceſſit exemplū. Vnde & Chry. Et nimirum hoc volebat & cupiebat: idcirco ei manifeſtum hoc fecit: quia enim dixit, animam meā ponam pro te: &, ſi oportuerit me mori tecū, non te negabo: dedit ei quod deſiderabat. Quia enim Petrus ſemper volebat eſſe in eis, quę pro eo erant periculis cū fide, ait: ita enim tuum implebo deſiderium, vt quæ non paſſus es iuuenis exiſtens, hoc te oporteat pati ſenē factum. Hęc Chryſoſt. Hoc autem quod ait: alius te cinget, & ducet te: debet pręcedere hoc quod dicit, extendes manus tuas: nam in alterius cinctione exprimitur impoſitio vinculorum à perſecutore. Vnde Auguſt. Extendes: inquit, manus tuas: hoc eſt crucifigeris: ad hoc autem vt venias, alius te cinget, & ducet non quò vis, ſed quò non vis. Prius dixit quod fieret: & deinde quo-
H modo fieret: nō enim crucifixus, ſed crucifigendus quò nollet eſt ductus. Hæc Auguſt. Et bene dicit, cùm ſenueris. Nam poſt tēpus, quo verba iſta dicta ſunt, vſque ad tēpus mortis Petri, fluxerūt verè trigintaſeptē anni. Vnde patet, quòd ſatis ſenex erat. In hoc autē quòd Petrus cùm ſenuiſſet, & propè terminū vitæ iam eſſet, paſſus eſt moleſtiā crucis: myſticè ſignificatū eſt, quòd poſt peccati remiſſionem toto tēpore vitæ ſuæ debet homo pro peccato ſuo dolere, & vſque ad terminū vitæ miſeriam ſuſtinere. Vnde gloſa etiam remiſſis peccatis tolerat homo miſeriam, in quam tamen ex peccato venit: productior eſt pœna quàm culpa, ne parua videretur culpa, ſi cū illa finiretur & pœna. In Petro typus eſt ſecularium & religioſorum: ſecularis enim quò vult vadit, dominus ſuæ voluntatis: ſed religioſus ſuperioris ligamine cinctus, grauitate religionis ſenior, & profeſſione maturior: præcepto maioris frequēter ducitur quò nō vult: niſi propter obedientię fructū: [hoc autem dixit [Ieſus Petro] ſi-
I gnificans,] quia eſſet crucifigendus. Et hac morte deum clarificaturus: martyriū enim Petri fuit ordinatū ad gloriam dei: quia ſicut ne cingeretur vinculis cū domino, Chriſtum obſcurauit in cordibus audientium negatione: ita extendendo manus in ſimili cruce, ſicut Chriſtus: glorificauit Chriſtum per exemplū conſtantiæ in veritatis cōfeſſione, in auribus crucifigentium tortorum. Quamuis enim Chriſtus nō clarificetur in ſe à malis & infidelibus: tamē clarificatur quotidie per exemplū patientiæ à ſanctis & bonis fidelibus. Mors ergo ſanctorum eſt ad gloriā Chriſti, quia ex hoc oſtēditur magnitudo domini, ꝙ pro eius veritate & fide, ſancti exponunt ſe morti. Cùm enim vis amoris graues vincat moleſtias mortis: profectò martyres morte ſua deum clarificāt, oſtendentes ea quantū colendus & amandus ſit. Et nota ꝙ Chriſtus in directū crucifixus eſt: Petrus ob reuerentiā domini in contrariū ſcilicet deorſum: ſed Andreas in tranſuerſum. [Et cùm hoc dixiſſet] Ieſus Petro: nuntians ei mortem & paſſionem, ne dura & intolerabilis Petro videretur paſſio, hanc ſuo exemplo prius magiſter lenire curauit, & ad genus mortis exemplo ſui eū inui-
K tans [dixit, ſequere me:] id eſt, imitare me: ſequi enim dominū, imitari eſt: ac ſi diceret, tātò tolerabilius crucis paſſionē ſuſtinebis: quantò in eius ſufferentia mea te ſequi veſtigia recordaberis: vt ſicut ego pro tua ſalute crucis patibulū ſuſtinere nō diſtuli: ita quoq; tu pro cōfeſſione nominis mei te pati debere memento: quia ego glorioſiorē palmam martyrij cōſequeris, quo ad hanc promerendā arctius magiſtri iter ſequeris. Quia eīn Petrus prius ſingulariter ad hanc ſe exhibuerat ſequelā, dicens: quare nō poſſum te ſequi, animā meam pro te ponam: ideo ſingulariter ab eo exigit dñs promiſſum, dicens, [Sequere me:] ſcilicet in genere mortis. Si me, inquit, diligis, ſequere me: veni poſt me: & ſicut ego pro te, ita & tu moriaris pro me: ſicut ego tu crucē aſcende, tu eandē quam ego mortē patere. Vnde nō dixit ei ſoli, ſed ſignāter præ alijs: quia ipſe prę omnibus debebat animā pro grege ponere & ouibus. Hoc aūt dicendo dñs ſurrexit, & à loco
L conuiuij abire cœpit. Et ſic per illā ſequelam corporalem, idē ſignificabat, quod prius Petro per verba expreſſerat: ſicut enim in veteri teſtamēto prophetæ ſignificabant aliqua verbis, & aliqua factis ſimiliter Chriſtus faciēs, poſtquā verbo prædixerat Petro ſuū martyrium, incepit ire: & tunc dixit ei, ſequere me: ſcilicet in hoc quod prædixi tibi. [Cōuerſus Petrus] retrahēdo oculos ab aſpectu domini, [vidit Ioannē quem diligebat Ieſus etiā ſequentē,] quia ſicut & Petrus cœperat ire poſt Chriſtum, & volēs certificari de morte Ioānis, ex amore quo eū diligebat, de eo dūm queſiuit, dicēs: [Hic autē quid?] ſcilicet patietur: quaſi diceret, ecce ego ſequor te in paſſione: hic aūt quem vt me diligo, nunquid morietur ſicut & ego? Poſtquā Petrus audierat ſe crucifigendū: voluit etiam agnoſcere fratris exitum. Diligebat eīn Petrus Ioannē ſpeciali dilectione: & ideo volebat eū in martyrio ſociū ha-
M bere. Vnde dicit Chryſo. quòd valde diligebat Petrus Ioannē: & audiens tam magni amoris indicia à domino, ꝙ videlicet ſimili genere mortis ſecuturus eſſet dominū, quo dominus præceſſerat Petrū: cupiebat tam magnorū munerum habere ſocium. De hoc autem quòd Petrus interrogauit, etiā Ioannes interrogaſſet, ſed non audebat. Diligebat autem (vt hìc dicitur) Ieſus Ioannem: nō quidem ſingulariter ſolum, ſed præ cæteris familiarius, & ſpecialia ſigna dilectiōis ei oſtēdendo præ cæteris, & hoc ſignum inter cętera, vt per pacem exiret de vita: non per certamen paſſionis: Diligebat primò quippe, propter mundiciam puritatis: quia virgo eſt electus à deo, & virgo permanſit. Secundò, propter ſublimitatem ſuæ ſapientiæ: quia cæteris altius arcana diuinitatis vidit. Tertiò, propter feruorem ſui affectus ad Chriſtū, qui diligentes ſe diligit: & reſpondens Ieſus Petro, dicen., [Sic eū volo manere,] id eſt expectare, ſcilicet abſq; paſſione martyrij: [donec eccleſia ſua pace firmata [veniā,] ſcilicet ad eū vocandum: & per placidam mortē de hoc mundo ad gloriam cœleſtem aſſumendum: quaſi dicat, nolo eum mori per martyrium, & me ſequi

Animam ſuam ponere pro Chriſto, datum eſt Petro.

Triginta ſeptē annis ſuperuixit Petrus.

Miſeriam patitur etiam, cui peccata remiſſa ſunt.

Martyres deum clarificant.

De morte Ioānis interrogatio.

Petrus Ioannem diligebat.

Dilexit dominus Ioannem ob multa.



ſequi per viam paſſionis: ſed magis volo eum occu-
A pari in quieta contemplatione: [donec] me vocāte de hac vita in aliam transferatur ſuauiter & iucundè. Habetur enim in legenda eius, ꝙ Chriſtus apparuit ſibi circa finem vitæ ſuæ cum diſcipulis ſuis, vocans eum ad gloriā: & ad epulandum cum illis: quid ad te?] ſcilicet inueſtigare de ipſo, quia ad Petrum non pertinebat ſcire quod deus ordinabat in futurum de Ioanne: ſed tantum pertinebat ad ipſum verbo Chriſti promptè & humiliter obedire. Ideo ſequitur, tu me ſequere: ſcilicet crucis paſſione. Vnde Chryſ. Sic eum volo manere, inquit, quid ad te? per hoc erudiens nos non anxiari, neq; multum inueſtigare: neq; vltra ea quæ placent ei quærere, & nihil vltra quàm oportet circunſcrutari. Hoc autem faciebat ab intemporanea compaſſione, quæ ad ſeinuicē erat diuidens eos. Quia enim debebāt orbis terrarum procurationem accipere: non oportebat eos ad ſeinuicem de reliquo eſſe complexos: profectò enim magnum huic orbi terrarum factum eſſet damnum. Propterea, ait: o-
B pus commiſſum eſt tibi, id attēde & perfice, & exerce, & certa. Hunc verò ſi voluero manere hic [quid ad te.] Tu ea quæ tuiipſius ſunt attēde, & de his ſolicitus ſis. Hæc Chryſoſto. [Exiuit ergo ſermo iſte inter fratres,] id eſt, diſcipulos: qui erāt vniti fraterna charitate, & diuulgatum eſt in publicum per narrationem vnius ad alterum, [quòd diſcipulus ille non moritur.] Hunc intellectum conceperunt ex verbis Chriſti, & in iſto intellectu ſermo ille recitabatur, quòd Ioannes non eſſet moriturus: ſed donec Chriſtus ad iudicium veniret victurus. Sed non erat hoc magnum donum, ſi datū eſſet diſcipulo: cū melius ſit diſſolui & eſſe cū Chriſto. Ille tamen intellectus fuit erroneus. Quia Ioannes, ſecundum veritatem eſt mortuus. Et ideo ſtatim excluditur, cùm ſubditur [Et non dixit Ieſus, nō moritur,] quia ſententia mortis in omnes in originali peccato natos prolata eſt. [Sed dixit, ſic eū volo manere,] à dolore perſecutionis alienū: [donec veniā] vocando eum in morte, per reſolutionē naturalem ad cœlū: [quid ad te?] hoc remiſ-
C ſiuè legendum eſt, quia non quærit, ſed ſolum recitat hoc quod antè dixit: habebat autem Ioannes nonagintanouem annos cùm moreretur: & ſexagintaocto annis prædicauit. [Hic eſt diſcipulus ille,] ſcilicet Ioannes de quo ſaluator iam locutus eſt, [qui teſtimoniū perhibet de his,] quæ vidit & audiuit: propter qđ eius teſtimoniū eſt efficax & verum, [& ſcripſit hæc] tanquam teſtis verax, teſtimoniū perhibens de eis. Modus erat antiquorum, quòd illi ſcriberent hiſtoriā, qui vidiſſent: propter quod dicitur hiſtoria ab hiſtorin quod eſt videre: quia qui videt quod fit, poteſt inde hiſtoriā contexere: & ideo Ioannes qui verba Chriſti audiuit, & facta eius vidit: conuenientiſſimè ſcribere potuit. Omiſſa autem omni cōparatione inter duos iſtos diſcipulos de dilectione poteſt ad myſterium referri, & miſticè accipi: nā per hos duos duplex ſignificatur vita, ſcilicet actiua & contemplatiua: per Petrum enim cui dictum eſt, ſequere me: labor exprimitur vitæ actiuæ, ad quam pertinet neceſſitatibus proximorum inſudare: ac pro veritate & iuſtitia, ſi neceſſe fuerit, vſque ad mortem cer-
D tare: per Ioannem verò ſuauitas deſignatur vitæ contemplatiuæ, ad quam pertinet, omnibus alijs omiſſis, ſoli deo inhærere: de quo bene dictum eſt: [ſic eum volo manere donec veniā:] id eſt eos quos guſtu meæ contemplationis inebriauero ſemper proficere volo, vouſque me in die iudicij cū æterna remuneratione apparente de fide tranſeant ad ſpeciem, & de imperfecta vitæ huius contemplatione ad perfectam gloriæ contēplationem. Vtriuſque autem vitæ finis & obiectum eſt deus, pro quo exercetur hæc & illa: ſed vita actiua plus diligit quàm contemplatiua, quia magis ſentit anguſtias præſentis vitæ, & æſtuantius deſiderat ab eis liberari & ad deum ire. Contemplatiuam verò vitam deus plus diligit: quia eam magis conſeruat: non enim ſimul finitur cum vita corporis, ſicut vita actiua: & ideo in Pſalmo dicitur: Diligit dominus portas Sion, ſuper omnia tabernacula Iacob. Vnde dicit dominus de vita contemplatiua, ſic eū volo manere: id eſt, expectare: donec veniam, vel
E in fine mundi, vel in morte cōtemplatiui: ſed vitæ actiuæ dicit, tu me ſequere: quia cōtemplatiua hìc inchoata nō perficitur: ſed inchoata manet, & expectat donec veniat Chriſtus perficiendo cùm venerit: ſed actiua vita perfecta & informata eius paſſionis exemplo: interim ſequitur Chriſtum, patiendo pro eo. Potuiſti itaque attēdere quàm multa & quàm magnifica dicta & facta ſunt in hac apparitione: & hanc apparitionem vocat Ioānes tertiam, ſcilicet à numero dierum: ſed nō numero apparitionū. Prima apparitio fuit in prima die qua ſurrexit: in qua pluries ſe manifeſtauit. Secunda, poſt dies octo: quando Thomas vidit & credidit. Tertia, hac die: quādo de piſcibus prandium fecit: ſed poſt quot dies ab octaua reſurrectionis id fecerat, euangeliſta non determinat: vel poteſt referri ad vices, quia non legitur quòd multis vel pluribus diſcipulis ſimul apparuerit: niſi primò Thoma abſente, & ſecundo eo præſente, & tertiò hìc ad mare. Vnde ſignanter in plurali dicit diſcipulis
F ſuis. Et deinceps apparuit vſque ad diem aſcenſionis quoties voluit: quamuis non omnia ſcripta ſunt. Tandem dominus benedictione data diſcipulis, diſparuit ab eis.

Mors Ioānis.

Philip. 1. c. Ioannes mortuus eſt.

Hiſtoriæ ſcribendæ mos.

Vita duplex.

Pſal. 86.

Apparitio tertia, id eſt, tertiæ diei.

## ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, præſta mihi miſero vt pulmentarium tibi exhibeam, mandatis tuis obediendo: tu enim noſtra obediētia quodammodo reficeris: quia in ea quamplurimum delectaris. Fac quoque me indignum tui conuiuij participem: vt te piſce aſſo & pro nobis paſſo, reficiar, pro te patiendo: & te pane vero ſatier, nunc in tua doctrina, & tui corporis ſacramento, & tandem in æternę ſocietatis gaudio: da etiam mihi domine vt cum Petro merear te diligere: pro te mala perferendo: & cum Ioanne à te, tibi diligi inhærendo: & in hoc ſemper proficere, & vſq; in finem perſeuerare. Amen.

## Quomodo dominus apparuit vndecim diſcipulis in Galilæa,& etiam quingentis fratribus. Caput lxxx.

G

Matth.28.

POſt hæc vndecim diſcipuli abierunt in Galilæã, ſecundũ mandatũ Chriſti,& angeli in montẽ & locum, vbi principaliter conſtitutũ erat eis vbi dñs ordinauerat ſe viſibilẽ præbere illis. Vnde Beda: Nam pergens dñs ad paſsionẽ,ait diſcipulis:poſtquã reſurrexero,præcedã vos in Galilæã. Angelus quoq; mulieribus,ait: quia præcedet vos in Galilæã. Quapropter iuſsioni magiſtri obedientia diſcipulorũ obſequitur. Quanuis enim ſupradicta apparitio ad mare Tyberiadis fuerit in Galilæa,vbi eſt idem mare:non tamẽ illa principaliter intendebatur,cũ ibi pauci.ſ.ſeptẽ tantũ eſſent diſcipuli:ſed potius iſta in qua ſimul oẽs erant congregati.

Apparitio principalis in Galilæa:& quę Galilæa.

Et ſciendũ,ꝙ prope montẽ Oliueti ex parte boreali ad vnũ milliare eſt mons,qui appellatur Galilæa:& dicunt quidã ꝙ ille eſt mons prædictus ad quem diſcipuli vndecim abierũt:non quia mons ſit in Galilæa,cùm ſit in Iudæa:ſed quia mons iſte

H

appellatur Galilæa. Alij (quod magis videtur) dicunt hoc fuiſſe in monte Thabor:in quo dñs transfiguratus fuit,qui verè in Galilæa conſiſtit. Ibi enĩ paucis.ſ.tribus diſcipulis oſtenderat gloriã ſuæ futuræ reſurrectionis:& ideo ibi reſurrectionẽ ſuam completã manifeſtauit omnibus ſuis diſcipulis. Vnde probabiliter creditur ꝙ ibi etiã fuerunt quingẽti fratres, præter prædictos vndecim diſcipulos, & ꝙ illa fuit manifeſtatio, de qua ad Corinthios

1.Cor.15.

ſcribit Apoſtolus,dicens: Deinde viſus eſt pluſquã quingentis fratribus ſimul:hîc tamẽ non exprimũtur,niſi vndecim apoſtoli:quia erãt principales diſcipuli Chriſti. Vnde Euſebius. Duo enim euãgeliſtæ.ſ.Lucas & Ioannes ſolis vndecim hunc ſcribũt apparuiſſe Hieruſalẽ:cæteri verò in Galilæã properare:non ſolũ vndecim:ſed vniuerſis diſcipulis, & fratribus dixerunt angelũ & ſaluatorem vidiſſe:de quibus & Paulus meminit dicens:deinde apparuit

I

pluſquã quingẽtis fratribus ſimul. Hæc Euſebius. Quomodo aũt tot fratres erãt ibi,cùm apertè dicatur in actibus,ꝙ oẽs diſcipuli erant in Hieruſalem

Acto.2.

in cœnaculo congregati & non erant niſi centum viginti? Poteſt dici ꝙ oẽs credentes de Hieruſàlem cum apoſtolis non erant niſi centũ viginti. Multi tamen erãt credentes de alijs ciuitatibus & locis, quibus ſimul apparere voluit,ad ipſorũ conſolationem,ſicut & alijs.

Cur in mõte viſus dominus.

Et ibi ſcilicet in mõte apparuit eis dñs·quia illi eum quandoq; videre merebuntur in altitudine cœlorũ: qui nunc celſitudinem perfectionis aſcendentes in ima calcant deſideria terrenorum. Vnde Rabanus: In monte quidẽ apparuit eis dominus,vt ſignificaret quoniã corpus,quod de communi generis humani terra naſcẽdo ſuſcepit: iam ſuper omnia terrena reſurgẽdo ſubleuauerat, & vt admoneret fideles,ſi illic celſitudinẽ reſurrectionis eius cupiunt videre hîc ab infimis voluptatibus ad ſuperna ſtudeant deſideria tranſire. Hæc Rabanus. Diſcipuli autem dominum videntes viuum,adorauerũt in aduẽtu ſuo adoratione latriæ: & ante eum humiliauerũt ſe credentes dominum deum,& hominem immortalem reſurrexiſſe:quidam autem dubitauerunt, propter rei nouitatem: K

quorũ dubitatio noſtrã auget fidem: ex quo patet ꝙ ibi erant alij quàm apoſtoli:qui oẽs erant certificati:etiã Thomas qui inter eos fuit magis incredulus. Dubitatio quidẽ diſcipulorũ, noſtræ fidei fuit confirmatio:quia quo amplius dubitauerunt,eo ſolicitius inquiſierunt:& quo verius probauerunt:eo firmius crediderũt: & non ſolum fidẽ noſtram corroborauerunt,ſed etiã hæreticorũ veſaniam deſtruxerunt. Pius autem & clemens dñs credentes in fide confortat, & fidem eorũ roborat, ac dubios ad fidẽ reducit,& dubietatem eorũ excludit intimans eis ad quantã gloriam peruenerit. Vnde vt omnẽ dubietatẽ à cordibus eorum auferret, accedens locutus eſt eis, ad certificandum eos de ſua reſurrectione dubios,dicens: [Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra:] quia licèt Chriſtus,quantum ad diuinitatem,ab æterno haberet hanc poteſtatem,& inquantũ homo ab inſtanti conceptionis haberet poteſtatem in cœlo & in terra:autoritatẽ tamen executiuè non habuit ante ſuã reſurrectionem:ſed voluit paſsibilitati eſſe ſubiectus, propter noſtram redemptionẽ.

Poteſtas data Chriſto vt homini.

L

Hoc ergo loquitur à parte humanitatis,in qua minoratus eſt, paulominus ab angelis:non à parte diuinitatis:in qua patri eſt conſors,& coæqualis.

Hebre.2.

Nam ſecundum diuinitatẽ tantus eſt pater,aut filius,aut ſpiritus ſanctus:quantus eſt pater,& filius,& ſpiritus ſanctus. Vnde Augu. Tanta eſt tota trinitas in ſolo patre,vel in ſolo filio vel in ſolo ſpiritu ſancto:quanta eſt ſimul in patre & filio,& ſpiritu ſancto. Hæc Aug.

Tãta quælibet perſona,quantę omnes.

Igitur ſecundum diuinitatem ſemper ſimul cum patre & ſpiritu ſancto omnipotens ſuper omnia: ſecundum humanitatem,omniũ rerum, & inter omnia poteſtatem accepit,& omnia in manu eius ſunt tradita:vt homo ille qui nuper factus eſt de cœlo, dominetur & in terra. Habet enim poteſtatem in cœlo coronandi quos vult:& in terra eligẽdi quoſcunq; vult: quia & hîc & ibi facit quod vult. Non ſolum ergo in terra:ſed etiã in cœlo poteſtatẽ accepit, quia in M

humanitate exaltatus,ad dexteram patris eſt collocatus:& ſuper omnes angelos eleuatus nomenq; ſibi datum eſt, quod eſt ſuper omne nomẽ:vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cœleſtiũ,terreſtriũ Philip.2.

& infernorũ: non ſolũ eſt ſuper omniũ hominum nomen,ſed etiã ſuper omnium angelorum ſanctiſſimum:nulli enim hominum, vel angelorũ conceſſum eſt,vt natura filius dei dici poſsit:niſi illi,cui à Matth.3.

patre dictum eſt:hic eſt filius meus dilectus,in quo mihi complacui:nulli quoq; ſanctorum vel angelorum datum eſt,vt in nomine eius daretur ſalus mundo, niſi ſoli deo:de quo Petrus, ait: non eſt in Actuũ 4.

aliquo alio ſalus:neq; enim aliud nomen datũ eſt ſub cœlo hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. In natura quippe hominis à patre accepit, quod in natura deitatis etiam ipſe donauit. Vnde Seuerianus: Filius quippe dei, virginis filio: deus, homini:diuinitas carni contulit, quod ſemper ipſe cum patre poſſedit. Hæc autem poteſtas ſibi data peccatores non ſpernit: ſed omnes ſine perſonarum acceptione colligit. Vnde conſequenter inſtitu-



ens baptiſmum ſubiungit:[Euntes per mun-

A

dum vniuerſum,docete] fidem [omnes gentes:] id eſt,omnia genera gentiũ,ſine diſtinctione perſonarũ.

Prædicandũ omnibus.

Ex hoc patet, ꝙ prædicatores euangelij, debent omnibus & magnis,& paruis ſine acceptione prædicare. [Euntes] ergo:quod eſt cõtra negligentes,qui ire nolunt·[docete,] quod eſt contra ignorantes,qui docere neſciunt, & officium aſſumũt: [oẽs gentes,] quod eſt cõtra perſonarũ acceptores, qui tantum ad aliquos vadunt: [baptizantes eos,] quia niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto non poteſt intrare in regnũ dei: [in nomine,] propter vnitatem ſubſtantiæ:[patris,& filij,& ſpiritusſancti:] propter diſtinctionem perſonarum:vt quorum eſt vna diuinitas,vna ſit largitio: non ait, in nominibus patris,& filij,& ſpiritusſancti·ſed in nomine:vt indiuiduã trinitatẽ,vnum deũ eſſe inſinuet. Iſta ergo eſt forma baptiſmi à Chriſto inſtituta:ſed familiari cõſilio ſpiritusſancti,quodãmodo mutata fuit in primitiua eccleſia,quãdo apoſto-

B

li baptizabant in nomine Chriſti:vt nomen Chriſti,quod tũc odioſum erat,publicaretur & magnificaretur per ambitũ mundi. Et addit, [docẽtes eos ſeruare] opere & perſeuerantia, [omnia quæcunq; mãdaui,] & dixi [vobis:] ſcilicet ſacramẽta à Chriſto inſtituta:& alia ad fidem catholicã pertinentia: ac mores,circa dilectionẽ dei & proximi inſtituẽtia.

Præceptũ ad tẽpus. Matth.10.

Pręceptũ quod dominus ante paſsionẽ ſuam diſcipulis dederat.ſ.ꝙ Iudæis prædicarẽt,& in viam gentium non abirent ad tempus erat certum:quia ante Chriſti reſurrectionẽ, fides Chriſti non erat diuulganda per orbem vniuerſum:& ideo poſt reſurrectionem præcepit eis,vt in omnes gentes irẽt & primò docerent,id eſt,catechizarent, & in fide inſtruerent:deinde fidei ſacramẽto, ſcilicet baptiſmo intingerent,quia adulti prius debent inſtrui de his quæ ad fidem pertinent,quàm baptizari.

Catechiſmus.

Et ideo catechiſmus debet baptiſmum præcedere:& tandem poſt doctrinã fidei, & poſt baptiſmum omnia quæcũq; eſſent obſeruãda præciperent: quia

Iacob.1.

C

(vt dicit Iacobus) Oportet nõ tantũ auditores eſſe verbi:ſed etiã factores:& qui offenderit in vno,factus eſt omniũ reus:cõgruus ordo:primò enim auditor in fide eſt docendus,quia niſi prius fidem anima recipiat,nõ eſt dandus baptiſmus: quia ſine fi-

Hebr.11.

de impoſsibile eſt placere deo: nec valet baptiſmi mundatio,ſi non quantũ poteſt bonis operibus inſiſtat:quia ſicut corpus ſine ſpiritu mortuũ eſt,ita & fides ſine operibus mortua. Igitur oportet omnia ſeruare,quæcunq; mandauit ipſe. Cui hoc videtur impoſsibile,ſolũ teneat & cuſtodiat charitatẽ. Vn-

Charitas legem implet.

Dilectionis fortitudo.

de Aug. Dilectio fortis res eſt,fratres. Vultis videre quàm ſit fortis dilectio? quiſquis propter aliquã neceſſitatẽ non potuerit implere, quod iubet deus: amet illum qui implet,& in illo implet. Et iterum Diuinarum ſcripturarum multiplicem abundantiam,latiſsimamq; doctrinam,ſine vllo errore comprehendit,& ſine vllo labore cuſtodit,cuius cor ple-

Roma.13.

num eſt charitate:dicente apoſtolo: Plenitudo autem legis charitas:totam magnitudinẽ diuinorum eloquiorũ ſecura poſsidet charitas:qua deum proximumq; diligimus:docet enim cœleſtis vnus medicus nos,& dicit: Diliges dominum deum tuum, D

ex toto corde tuo:& ex tota anima tua: & diliges Exod. 20.

proximum tuum ſicut teipſum. In his duobus præ & Deut.6.

ceptis,tota lex pẽdet & prophetæ: ſi ergo nõ vacat omnes paginas ſacras perſcrutari omnia inuoluta ſermonum euoluere,omnia ſcripturarũ ſecreta penetrare:tene charitatem,vbi pẽdent omnia. Ibi tenebis quod ibi didiciſti, tenebis etiam quod non didiciſti·ſi enim noſti charitatem,aliquid noſti,vnde & illud pendet,quod fortè non noſti. Et in eo quod in ſcripturis intelligis,charitas patet:& in eo quod nõ intelligis,charitas latet. Ille itaq; tenet & quod patet,& quod latet in diuinis ſermonibus, qui charitatem tenet in moribus. Et iterum: Quanta eſt charitas:quæ ſi deſit,fruſtra habẽtur cętera:ſi aſsit habentur omnia. Et iterum,Homo fide, & ſpe, & charitate ſubnixus,& eas inconcuſsè retinens,non indiget ſcripturis,niſi ad alios inſtruendos. Multi per hæc tria in ſolitudine, ſine codicibus viuunt. Hæc Aug.

Charitas aliena noſtra facit.

Eſt etiam tantum bonum charitas, vt non tantũ defectus noſtros ſuppleat:ſed etiam bona aliena noſtra eſſe faciat. Vnde Greg. Aliorum bona opera noſtra ſunt: quæ ſi imitari non poſſu- E

mus,in alijs amemus, & amantiũ fiunt quæcunq; amãtur in nobis. Vnde & Aug. Pẽſent inuidi quantum bonum eſt charitas: quæ ſine labore noſtro, aliena bona noſtra facit. Et iterum·Si amas vnitatem,etiã tibi habet, quiſquis in illa aliquid habet: tolle inuidiam,& tuum eſt quod habeo:tolle inuidiam,& meum eſt quod habes. Liuor ſeparat,charitas iungit. Hæc Aug. Per charitatem quippe eſt homo in participio omnium bonorum eccleſiæ: & ex defectu charitatis amittit homo meritum omnium bonorũ eccleſiæ,& etiam boni operis proprij.

Charitas omnia facit acceptabilia.

Et vt dicit Bernar. Charitas eſt virtus in qua nec minimum opus reſpuitur: ſine qua nec maximum acceptatur. Et breuiter concludendo,charitas inter virtutes tenet principatum:quia ſine ipſa ad perfectionis culmen nemo conſcendere valet: tunc enim homo perfectus, quando charitate plenus eſt.

Fides non deficiet.

Deinde quia magna eis iniunxit,erigens eorum ſenſus & eos confortans, ait: [Et ecce ego vobiſcum ſum,] protectione diuinæ virtutis:coo- F

peratione laboris & operis:ac etiam ſacramentali præſentia corporis: [omnibus diebus vſq; ad conſummationem ſeculi:] incluſiuè,cùm finitis laboribus,& cõſummato ſeculo mecum regnabitis:cuius rei pignus eſt præſentia meæ deitatis & gratiæ, etiã in præſenti. Ex quo patet quanta merces piæ conuerſationis, qualéve pignus futuræ beatitudinis etiam in præſenti fideles maneat, & quòd vſq; ad finem mundi,fides non deficiat, quantumcunq; tribulationibus agitetur:ac ſi dicat,ſecundũ Chryſoſtomũ,non excuſetis vos, nec mihi dicatis difficultatem iniunctorum negotiorum, quia ego vobiſcum ſum: qui omnia faciam leuia: Hæc Chryſoſto. Magna promiſsio, magnus & inſuperabilis clypeus ſecuritatis:ego,inquit,vobiſcum ſum:in vobis pugno, vos defendo, nihil timeatis, ite ſecuri.

Roma.8. Pſal.59.

Si enim deus pro nobis, quis contra nos? dicamus ergo:in deo faciemus virtutem,& ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos,& inimicos noſtros:& ſpe-

cialiter prædicatoribus euangelij promittitur à ſi
G ſententia domini, cùm dicitur: [& ecce ego vobiſcum ſum,] ſcilicet dirigendo ſermones ad ſalutē audientium & meritum veſtrum, ſecundum Chry. Non tantum loquitur illis qui tunc erāt: nec cùm illis ſolum dixit ſe futurum eſſe: ſed & per ipſos loquitur omnibus futuris, qui poſt illos credent: cum quibus etiam ſemper erit. Non enim vſq; ad conſummationem ſeculi apoſtoli permanſuri erant: ſed ſicut vni corpori, loquitur fidelibus: quibus cōiungitur vt caput membris. Hæc Chryſoſt.

Chriſtus quomodo ſemper præſens.

Quanuis enim dominus, quoad præſentiam corporalem, abſceſſurus eſſet à diſcipulis: tam per præſentiam diuinitatis, & ſpiritualem influxum ſuorum donorum & ſuæ gratiæ, præſens ſemper manet, & manebit cū fidelibus, vſq; ad finem ſeculi. Sapiens enim & fidelis nauta, nauem non dimittit donec fuerit ad portum applicata: eccleſia verò eſt nauis, & Chriſtus eſt nauta regens ipſam: quia eam non dimiſit, nec dimittet, donec ad portū paradiſi perueniat.

Eccleſia nauis Chriſti.

Hæc eccleſia in Apocalypſi de cœlo deſcendere dicitur: quia ſecundum Auguſti. Cœleſtis eſt gratia, qua

Apoca. 12.

H deus eam facit. Vbi Rabanus: Ex hoc autem intelligitur, quòd vſq; ad finem ſeculi non ſunt defuturi in mundo, qui diuina manſione & inhabitatione ſunt digni.

Vſq; pro ſemper.

Quòd autem dicit, vſq; ad conſummationem ſeculi: ſecundum Bedam, finitum pro infinito ponitur. Nam qui in præſenti ſeculo manet cum electis, eos protegendo: & per occultos inſtinctus ſpiritusſancti dirigendo: ipſe cum eis poſt finem ſeculi manebit, eos remunerando, & ſine fine ſua præſentia ſatiando. Vnde & Leo papa: Qui enim aſcendit in cœlos, non deſerit adoptatos: & ipſe deorſum cōfortat ad patientiā, qui ſurſum inuitat ad gloriā. Manebit etiā cum fidelibus in præſenti ſeculo: non ſolum virtualiter, ſed etiā per præſentiam corporalem in euchariſtiæ ſacramento: vbi eſt Chriſtus totus, & poſt finem videbunt eum facie ad faciē luce clarius.

Conſummatio ſeculi.

Rememorat autem eis, vt ait Chryſoſt. & conſummationem ſeculi: vt eos magis attrahat, & ne præſentia ſingulariter inſpiciant ſolum, quæ ſimul cum præſenti vita diſſol-
I uuntur: ſed & futura bona, & ſine fine manſura: quaſi diceret, Triſtia quæ ſuſtinebitis, ſimul cum præſenti vita diſſoluentur, cùm & totum ſeculum in cōſummationem deueniat: bona autem quibus potiemini ſunt in æternum manſura. Hæc Chry. Conſidera nunc bene diſcipulos, & ea quæ modò ſunt eis dicta: quia ſunt valde magnifica. Stant in magna iucunditate cum domino: manifeſtat eis qualiter eſt dominus omnium, dat eis mandatum de prædicando, & dat formā baptiſmi: dat & vigorem permaximum, dum dicit quòd ſemper cum eis erit. Et ſtans benignus familiariter inter eos, prædicans & loquens de regno dei: magna eos iucunditate repleuit, & lætitia inenarrabili. Vides quantam conſolationem dat eis, & quot oſtendit inſignia charitatis. Apparet quòd iſti dominum cum deſiderio & ſolicitudine expectare curauerūt. Et ideo læti eum aſpicere meruerunt. Sic & nos contingere ſentiremus, ſi in expectādo dominum & aduentum eius, feruidi & ſoliciti eſſemus. Per iſtos quibus dominus in monte Thabor prædicto apparuit, cōtēplatiui deſignātur: quia in hoc monte transfiguratus dicitur, & talibus ipſe frequenter K apparere dignatur. Deinde dominus ab eis diſceſſit, & more ſolito ad ſanctos patres rediJt: diſcipuli verò cum magno gaudio remanſerunt, & poſtea in Hieruſalem redierunt.

## ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, fili dei viui: qui corda diſcipulorum, de morte tua dolentium tuæ exhibitione præſentiæ gaudio incredibili, in monte eis apparens, perfudiſti: da mihi miſero vt nunc celſitudinem perfectionis aſcendens, in ima ſtudeā deſideria terrenorum calcare, & ab infimis voluptatibus ad ſuperna deſideria tranſire: quatenus te merear quandoq; in altitudine cœlorum videre. Fac etiam domine me omnia quæ mandaſti ſeruare: & mane nobiſcum in hoc ſeculo protegendo & dirigēdo, & poſt finem ſeculi remunerando, & ſine fine tua præſentia ſatiando. Amen.

## Epilogus apparitionum domini, poſt reſurrectionem. Caput lxxxi.

L

Duodecim apparitiones.

Habes igitur duodecim apparitiones, poſt domini reſurrectionem vſque ad aſcenſionem, abſq; duabus cum aſcenſione proximò dicendis: & ſic apparitiones quatuordecim fuerunt: de quibus tantum decem in euangelio ſcriptę ſunt: potes etiam meditari de pluribus: nam veriſimile eſt, ꝙ benignus dominus ſæpe matrem & diſcipulos, & Magdalenam dilectam diſcipulam viſitauit: cōfortans & exhilarans eos, qui ſic vehementer de ſua paſſione conterriti & contriſtati fuerant.

Apparitiones in vniuerſo quatuordecim.

Quod etiam beatus Auguſtinus ſentire videtur, loquens de tempore poſt domini reſurrectionem: Non omnia, inquit, ſcripta ſunt: crebra enim erat eius cū illis conuerſatio, priuſquam aſcendiſſet in cœlum. Et fortè ipſi ſancti patres: maximè Abrahā, & Dauid, ad quos ſpecialis facta fuit promiſſio filii dei: veniebant cum eo, ad videndum illam excellentiſſimam filiam ſuam, matrem domini, quæ pro eis & omnibus gratiam inuenit, & redemptorem genuit.

Abraham & Dauid viſitantes Mariam.

M O quàm libenter eam conſpiciebant, & quàm reuerenter ſe eidem inclinabāt: & omni qua poterant benedictione complebant: quanuis ipſi non viderentur ab illis, qui corporaliter ibi erant. Potes etiam hîc conſiderare benignitatem, charitatem, & humilitatem domini, more ſolito quæ in omnibus factis eius relucent: quòd etiam poſtquam glorioſè vicerat & reſurrexerat, peregrinari adhuc per dies quadraginta voluit, vt ſuos diſcipulos confirmaret & roboraret. Dignè namque poſt tot annorum curricula, poſt tot labores & afflictiones, poſt tam crudelem, ignominioſam, & acerbam mortem poterat triumphator ad ſuam gloriam remanere: & apoſtolos per ſuos angelos confortare, & pro ſuo nutu conformare: ſed hoc non patiebatur charitas ſua: perſonaliter voluit cōuerſari cum eis, & veritatē reſurrectionis multis cōprobauit argumētis, id eſt, ſenſibilibus & euidentiſſimis ſignis: multa in corpore proprio oſtēdens præter



præter naturam corporis immortalis: vt ſic verita-
A tem reſurrectionis aſtrueret, & ab apoſtolis eorumq; poſteris omnē omnino cauſam hæſitatiōis amoueret. In corpore enim proprio cicatrices oſtēdit, cùm tamen à natura corporis immortalis penitus aliena ſit omnis deformitas cicatricis: comedit cum eis & bibit, cùm tamē corpus ſpirituale ciborum alimonia minimè indigeret.

Cibi poſt reſurrectionem à domino ſumpti, quò deuenerunt.

Sed ſciendū eſt, cibos à domino ante mortē ſumptos in eius alimoniam ceſſiſſe, quia illos in ſe cōuertit: poſt reſurrectionem verò ſumptos, nullā ei alimoniā præbuiſſe: quia illos in ſe nō conuertit, cùm haberet corpus glorificatū & incorruptibile: ſed mox ſpirituali eius virtute abſumptos, ſicut abſumitur aqua miſſa in ignē: aliter abſorbet aquā terra ſitiēs, aliter exiccat radius ſolis calens: illa abſorbet & in ſe trahit, indigētia: iſte exiccat & cōſumit potētia.

Manducatio domini.

Manducauit ergo dominus poſt reſurrectionē poteſtate, nō neceſſitate: vt eo modo reſurrectionē & vitā verā, non imaginariā oſtenderet: ſi non oſtendere-
B tur veritas reſurrectiōis, perditus eſſet fructus paſſionis. Vnde Aug. Et de ſaluatore quidē fides Chriſtiana nō ambigit: quin poſt reſurrectionē in carne ſpirituali, ſed tamen vera, cibum & potum cum diſcipulis ſumpſerit: non alimentorū indigentia, ſed ea qua & hoc poterat poteſtate: nō enim edendi & bibēdi talibus corporibus aufertur poteſtas, ſed egeſtas: quoniā certo & inuiolabili munere immortalitatis induētur: vt nō niſi velint, poſſibilitate, non neceſſitate veſcātur. Hæc Augu.

Actuū 1.

Præter hæc argumenta Lucas ſcribēs hiſtoriā actuum Apoſtolorū, ponit & alia. Fuit enim argumentū veræ reſurrectionis, ꝙ per dies quadraginta multiformiter apparuit eis, loquēs de regno dei: nō eſt intelligendū, ꝙ ſingulis quadraginta diebus apparuit eis: ſed ꝙ infra numerū tot dierū pluries apparuit, exhibendo ſe oculis videndū, & manibus palpandū: cum eis comedēdo & bibēdo, ſicut ante cōſueuerat: vt reſurrectionem ſuā pluribus modis oſtēderet: ſed ad demonſtrandum gloriā ſuæ reſurrectionis, nō decebat eū cum illis (vt prius) cōuerſari continuè, ne pu-
C taretur ad vitā mortalem reſurrexiſſe. Facto ergo interuallo apparebat diſcipulis, & nō conuerſabatur continuè cū eis: vt oſtenderet ſe reſurrexiſſe ad immortalem vitā, ab hominibus huius vitæ ſeparatam.

Aſcenſio cur dilata.

Itaq; non ſtatim poſt reſurrectionē aſcendit: vt multipliciter reſurrectionē probaret, & diſcipulos cōſolando refoueret, & vt noſtrā informaret patientiam: quia debemus æquanimiter expectare mercedē noſtram. vnde ſicut fuerunt quadraginta horæ mortis eius: ſcilicet quatuor paraſceues veſpertinę, & triginta ſex duarū noctiū & vnius diei: ita quadraginta diebus cū eis conuerſatus eſt poſt reſurrectionē: quia diuina cōſolatio excedit humanam triſtitiā. Pro eis fecit hoc, & pro nobis: ſed nō aduertimus. Dilexit & diligit ſic vehemēter, & nō diligitur: cùm tamen ad talem & tantū ignem nō ſolum calefieri, ſed etiā ardere debemus. Vnde Beda: Reſurrectionē ſuam certā & veram, multis & varijs documētis perſuadere dignatus eſt: propter ædificandā fidem, & fugandā de corde perfidiam: omnemq; dubitationē de ſua reſurrectione tollendam. Vnde etiam Bernardus: Chriſtus dicitur tri-
D plex panis: ſubcinericius, in incarnatione: reuerſatus, in reſurrectione: triticeus, in nudæ deitatis oſtēſione.

Panis ſubcinericius.

Panis ſubcinericius eſt deus homo: nam quid eſt deus, niſi vita & panis: quid eſt homo, niſi cinis & puluis: & quid eſt in vna perſona deus latens, & homo patens, niſi panis ſubcinericius? Panis ergo ſubcinericius, eſt panis ſub cinere, deus latens ſub homine: & hoc erat Chriſtus ante reſurrectionē: panis reuerſatus, eſt ecōuerſò homo deus: ſcilicet, poſt reſurrectionē. Prius enim quaſi cinis panem occultauit: poſt verò quaſi panis cinerē celauit: quādo enim habuit corpus glorificatū, tunc humanitas in eo quaſi celata fuit. Vnde ante paſsionē humanitas in eo manifeſta fuit, deitas latebat: & ideo tunc per miracula & prædicationē deitatem probare, & mūdo oſtendere oportebat. Poſt reſurrectionē verò magis probationi humanitatis, quàm diuinitatis inſiſtebat: vnde tunc viſu, tactu, eſu, & multis alijs argumētis ſe verum hominem eſſe approbabat.

Panis triticeus.

Panis triticeus ſine omni cinere eſt, ſine furfure, ſine ænigmate, ſed de ſimila puriſſima: hęc
E eſt nuda deitas. Hic panis eſt deus deus. Nam deuotioni nō ſufficit ſemel dicere, deus: vox enim deuota eſt, deus meus. hoc facit mihi deus: & hoc addatur, vt ſit deus deus meus.

Deus deus.

Quid enim proderit mihi deus: ſi nō ſit deus meus. Hæc Bernard. Et ſciendum ꝙ non iniquis hominibus, & mūdi amatoribus, ſed ſolis apoſtolis alijſq; fidelibus poſt reſurrectionem ſuā ſaluatorem apparuiſſe legimus: neque enim cōueniens erat vt Chriſtus à mortuis reſurgens, factuſq; iam ęternus & immortalis, iniquis hominibus deo mortuis, & à vita quę Chriſtus eſt, ſeparatis, ſe manifeſtaret. Vnde & antè dixerat: adhuc modicū, & mundus, ſcilicet qui modò non me videt oculis carnis, iam me nō videt: vos autem videbitis me.

Conuerſatio Chriſti poſt reſurrectionem.

Vnde & Theophilus: De cætero non conuerſabatur inter plebē: quia ſcilicet poſt reſurrectionē conuerſatio eius non erat digna hominibus: ſed diuina magis: quod etiā eſt forma reſurrectionis futuræ: in qua ſicut angeli cōuerſabimur
F & filij dei. Hęc Theophilus. Manifeſtauit aūt ſe diſcipulis ſuis, & alijs fidelibus, vt viuus videretur à viuētibus. Vnde dicit Aug. ꝙ quādo ſurrexit, non eſt viſus niſi à ſuis. Vnde & in Actibus: Hunc deus ſuſcitauit tertia die, & dedit eum manifeſtum fieri non omni populo: ſed teſtibus præordinatis à deo: nobis qui manducauimus & bibimus cū illo, poſtquam reſurrexit à mortuis.

Acto. 10.

Fuit autem cōueniens quòd nō omnibus, ſed teſtibus tantum præordinatis reſurrectionem ſuam manifeſtaret: quia infima per media reducit in ſuprema: & ideo quoſdam mediatores elegit, per quos vniuerſo orbi reſurrectio manifeſtari poſſet. Sic ergo dominus per dies quadraginta multiformiter apparens diſcipulis: ac edens loquenſq; cum eis, & argumentis nos illuminauit ad fidem, & promiſſis erexit ad ſpem: vt ſic tandem, donis cœlitus datis, accenderet ad amorem. Et ſecundum Hieronymum, Oſtendit immortalitatem mortalibus, ad gratiarum actionem debitam: vt intelligamus quid fuerimus, & ſciamus quid futuri erimus. De myſte-

Immortalitatis oſtenſio.

G rio autem prædictarum åpparitionum,& duarum
Apparitio num myſterium. ſequentiũ,ſic dicit Beda:Hac ergo frequentia cor-
poralis ſuæ manifeſtationis,oſtendere voluit domi
nus,in omni loco ſe bonorũ deſiderijs prçſentẽ eſſe
diuinitus.Apparuit nãque ad monumentũ lugenti
bus fœminis:adeſt & nobis eius abſentiç recorda-
tione ſalubriter cõtriſtatis. Occurrit reuertẽtibus
à monumẽto,vt agnita reſurrectiõis gaudia prçdi
carent:adeſt &nobis,dum bona,quç nouimus,pro-
ximis fideliter annuntiare gaudemus : apparuit in
fractione panis his, qui ſe peregrinũ eſſe putantes
ad hoſpitiũ vocauerũt:adeſt nobis, cùm peregrinis
& pauperibus quæcunque poſſumus bona libenter
impendimus:adeſt & nobis in fractiõe panis,cùm
ſacramentũ corporis eius, videlicet panis & vini,
caſta & ſimplici cõſcientia ſumimus. Apparuit in
abdito de ſua reſurrectiõe lo quentibus:adeſt & no
bis, qui modò eius dono idem agimus : adeſt &
nobis ſemper,cùm ab extrinſecis operibus ad tem
pusvacãtes,de eius gratia locuturi cõuenimus: ap-
paruit cùm foribus clauſis,intus Iudçorũ metu re-
H ſiderent:apparuit cũ minorato eodẽ metu, apertis
eum greſsibus in montis vertice quærerent: affuit
quondam cõfortaturus ſuo ſpiritu eccleſiã,cùm ab
infidelibus premeretur,& ad publicũ venire,ac di-
latare prohiberetur:adeſt eidẽ & nunc,cùm incli-
nato ad fidẽ culmine regali,terror quieuit perſecu
tiõis:& omnis mũdi ſublimitas,apoſtolicis eſt ſub
ſtrata veſtigijs:apparuit piſcatoribus, eoſq; appa-
rens,diuinis adiuuit beneficijs:adeſt & nobis, cùm
neceſſaria vitæ tẽporalis recta intẽtione curamus
iuſtiſq; noſtris laboribus ſubſidiũ adiungit ſuæ pie
tatis:apparuit recũbentibus:adeſt &nobis cùm iux
ta apoſtoli monita,ſiue mãducamus,ſiue bibimus,
ſiue aliud quid agimus, oĩa in gloriã dei facimus,
apparuit primò in Iudæa : deinde in Galilça, poſt
hçc in Iudça,rurſum die quo aſcẽdit in cœlũ: ade-
rat eccleſiç cùm primò ſolius Iudçæ terminis clau
deretur:adeſt modò cùm Iudæis ob culpã perfidiç
I derelictis,trãſmigrauit ad gentes:& aderit in fu-
Rom.11. turo cùm ante finẽ ſeculi reuertetur ad Iudæã : &
ſicut apoſtolus ait,intrante gentiũ plenitudine, ſic
omnis Iſraël ſaluus erit. Nouiſsimè illis apparuit
aſcendens in cœlũ:aderit & nobis vt eũ poſt mor-
tem ad cœlos ſequi mereamur, ſi ante mortẽ eum
in Bethaniã vnde aſcẽdit,id eſt in domũ obediẽtiç
ſequi curamus.Ipſe etenim cœlũ aſcenſurus Betha
Philip.2. niam venit:quia ſicut apoſtolus,ait:Factus eſt obe-
diens vſq; ad mortẽ,mortem autẽ crucis : propter
quod & deus eũ exaltauit:venimus ibidẽ & nos, ſi
quod ille monet agimus,quod promiſit intẽdimus.
Eſto fidelis,ait,vſq; ad mortẽ: & dabo tibi coronã
vitæ. Fit quoq; ipſius gratia largiẽte, vt qui nobi-
ſcum vſq; ad vitç huius terminũ manet : poſt hanc
nos vitã ad videnda ſecũ cœleſtis vitæ prçmia ſub-
Quinquageſimç cõſecratio. leuet. Hæc Beda. Sicut ergo quadrageſimã,ſic &
quinquageſimam Chriſtus nobis ſacrauit : & nos
vtraq; ſolẽnitate myſticè inſtituit:de quibus ſimul
Beda,ſic ait:Vtrãq; ſanè hanc ſolennitatẽ : hoc eſt
quadrageſimç & quinquageſimç,nõ quorumlibet
hominũ:ſed ipſius domini,ac ſaluatoris noſtri pri-
ma nobis ſanxit autoritas:quadrageſimæ videlicet
in eo, ꝙ diebus ac noctibus quadraginta ieiunauit
in deſerto. Victaq; verſutia tentatoris, miniſterijs K
fruebatur angelicis,vbi ſuo nos informaret exem.
plo:quia per macerationẽ carnis, aduerſarij ſpiri-
tualis machinas euitare,& ad angelorũ debeamus
conſortiũ peruenire. Porrò quinquageſimç nobis
gaudia in eo ſeruãda mõſtrauit:ꝙ poſt reſurrectio
nem ſeipſum diſcipulis viuũ,in multis argumẽtis, Actor.1.
per dies quadraginta præbuit:& illos ſuæ frequen
tia viſitatiõis lçtabundũ hoc tẽpus habere fecit, ac
feſtiuũ.In quo non ſolũ futuri ſeculi gaudia,quç cũ
illo ſumus habituri prçſignauit,verùm & ineffabi
lem circa nos ſuç pietatis affectũ oſtendit:qui depo
ſita iam infirmitate corporis : & per reſurrectiõis
virtutẽ in cœleſtẽ gloriam cõmutata.Dignatur ta
men adhuc diſcipulorũ intereſſe cõuiuio : vt ſocios
eos habere poſsit in cœlo:& prçcepta quibus ad re-
gnum dei perueniãt viuacius ipſa familiaritate cõ
mẽdet:atq; memoria illius tẽporis roboret, de quo
eis ante paſsionẽ ſuam promittẽdo prçdixerat: &
ego diſpono vobis,ſicut diſpoſuit mihi pater meus Lucç 22.
regnũ,vt edatis & bibatis ſup menſam meã in re- L
gno meo:ſed & in cœlũ aſcendẽs nequaquã eis pri-
ſcç ſuç prçſentiæ dulcedinẽ abſtulit : ſed eandẽ po-
tius promiſſo ſpirituſſancti chariſmate cumula-
uit.Deniq; mox illi regreſsi ſunt in Hieruſalẽ, cũ
gaudio magno:& erãt ſemper in tẽplo,laudãtes &
benedicentes deũ:hoc quoq; nobis gaudio,ac laude
& benedictiõe cœleſti,qua ſpirituſſancti prçſtola-
bantur aduentũ,vſq; ad diẽ quinquageſimũ, quem
Grçci Pentecoſten appellãt ſolẽnitatis,huius læti-
tiam docuerũt eſſe protelandã. Meritò ergo ſacro- Deuotio habenda inter Paſcha & Pẽtecoſten.
ſanctis diebus his nos maioribus epulis atq; hymnis
cœleſtibus vacamus,ob reuerentiã dñicç reſurre-
ctionis:ob memoriã dominici cõuictus cũ diſcipu
lis ſimul:& ob ſpem futurç noſtrç quietis, ac vitæ
immortalis.Sed & genu in oratiõe minimè flecte-
mus:quia flectio genuũ,pœnitẽtiç & luctus eſt in-
dicium.Quod etiã omnibus diebus dñicis obſeruã
dum,propter eiuſdẽ reſurrectionis vel dominicæ, M
vel noſtræ ſacramẽta patres inſtituerũt. Rectè er-
go quadragenario dierũ numero ieiuniũ annuè ce-
lebramus:vt per hoc ſpiritualius admoneamur: qa
quandiu in mundo viuimus,pro cœleſtiũ prçmio-
rũ adeptiõe ſemper laborare debeamus.Rectè etiã
quinquagenario dierũ numero ſtatũ futurç noſtrç
beatitudinis in imagine veneramur,ieiunia vide-
licet relaxãdo:hallelu ia canendo: ſtantes orando,
quæ ſunt aptiſsima perpetuç quietis reſurrectio-
nis,& laudis prçſagia. Hçc Beda. ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte,per glorioſam reſurre
ctionem tuã,qua diſcipulis & fidelibus tuis,
viuus & immortalis apparuiſti:per gratiſsi
mam morã & colloquia dulciſsima, quæ cum eis
per quadraginta dies habuiſti:in quibus multis ar-
gumentis apparens eis & loquens de regno dei,
eoſq; cõfortans,& cũ eis cõueſcens,vt reſurrectio-
nem verã in te probarent & crederẽt:totalem dubi
tationem de ipſorũ cordibus abſtuliſti : obſecro te
Ieſu bone & pie,da mihi inter teſtes prçordinatos
à deo teſtẽ fieri reſurrectionis tuç: non lingua tan-
tum,& verbo:ſed opere,& veritate. Amen.

De aſcen



De aſcenſione domini noſtri Ieſu Chriſti.
Caput lxxxii.

A
Matth.16. Lucæ 24. Circa aſcẽſionem domini te vigilem
eſſe oportet:nam hæc ſolẽnitas val-
de ſolẽnis eſt,vt infrà patebit. Et ſal
tem hoc ad attentionem te animet
amplius,ꝙ nunc dominus completo
ſuæ peregrinationis curſu,eſt præſentia corporali
receſſurus:vnde ipſius verba & facta ſunt attentius
cõſideranda.Quælibet enĩ anima fidelis debet ſpõ-
ſum ſuum,dominum deum ſuũ, in eius diſceſſu di-
ligentiſsimè & vigilãtiſsimè obſeruare:& quç per
eum dicũtur & fiunt, viſceroſius mente amplecti:
ac eidem ſe deuotius & humilius recõmendare: &
totaliter animum ſuũ ab alijs abſtrahere. Quadra-
geſimo autem die à reſurrectione voluit dominus
aſcendere: vt demonſtraret eos qui decalogũ legis,
per quatuor euangelia impleuerint poſſe cœlum
Ioan.13. ſcandere. Tũc itaq; ſciens dominus Ieſus, qa venit
eius hora vt tranſeat ex hoc mundo ad patrẽ, cùm
B dilexiſſet ſuos, nunc verò vſque in finẽ dilexit eos.
Aſcẽſurus aſſumpſit nos ex paradiſo. Accipiens igitur de paradiſo terreſtri ſanctos pa-
tres, & omnes illas ſanctas & benedictas animas,
ac benedicẽs Heliæ & Enoch ibi remanentibus, &
adhuc viuẽtibus, venit ad vndecim diſcipulos ſuos,
qui erant in monte Sion, cum matre ipſius & alijs.
Habitatio Mariæ & diſcipulorum. Omnes ſiquidẽ tã apoſtoli quàm alij diſcipuli,nec-
non & mulieres,habitabãt in mõte Sion: ſed in cœ
naculo,in quo dñs cœnauerat, habitabãt tunc Ma-
ria & vndecim diſcipuli : cæteri verò diſcipuli &
mulieres circũquaq; p diuerſa hoſpitia erãt diuiſi.
Dũ ergo recumberẽt ſeu comederẽt vndecim apo-
ſtoli ĩ illo cœnaculo cũ beata virgine: & fortè alij,
ſed digniores ſunt tãtum expreſsi: apparuit eis dñs:
& comedit cum eis benignus magiſter ante diſceſ-
ſum ſuum,in ſignũ & memoriale ſpecialis dilectio
nis & gaudij.Quia enim apoſtoli nõ erant eũ am-
plius in carne viſuri:ideo antequã recederet, man-
ducauit cũ eis, quẽadmodum amici cùm abinuicẽ
Conuiuiũ domini vltimum. ſeparari debent,ſimul manducant & bibunt.Oĩbus
igitur ſimul hora tertia comedẽtibus cũ magna lç-
titia in hoc vltimo dñi ſui conuiuio vt omnes teſtes
C eſſent & narrarent quæ cõmuniter viderũt & au-
dierunt:ſciens dominus Ieſus tẽpus eſſe vt reuerte-
retur ad eũ qui miſit ipſum, [exprobrauit illis in-
credulitatem eorum,] quã prius habuerunt,vt ſuc-
cederet credulitas: [& duritiam cordis] lapidei,vt
ſuccederet cor carneum,charitate plenũ, [quia his
qui viderant eum reſurrexiſſe] à mortuis, [nõ cre-
diderant.] niſi & ipſi eum viderent:cùm vtiq; poſt
reſurrectionem ſuã euangelium prædicantibus gẽ-
tes crediturç erant eũ reſurrexiſſe quẽ non viderãt.
Ergo inexcuſabilis es,ſi teſtimonio vidẽtis rem de
Exprobratio cõgruè facta. qua teſtatur non credideris.Exprobratio,eſt obie-
ctio ex probro: quia probrũ fuit, ꝙ tantis viſis ar-
gumentis reſurrectionis, & tãtis auditis ſignis per
teſtes propoſitis nõ crediderũt. Quãuis enĩ Petrus
& Maria Magdalena, & duo illi diſcipuli qbus in
via dñs apparuerat,certiſsimè firmiſsimeq; nuntia
rent dñm reſurrexiſſe,ſeq; illũ vidiſſe: cæteri tamẽ
illis nõ credebãt.Hanc aũt exprobrationẽ maximè
tunc dominus fecit, cùm ad prædicandũ per vni-
uerſum mũdum diſcipuli ire debebant,quaſi daret
eis intelligere, & diceret : Multò magis debebatis D
vos nuntiãtibus reſurrectionem eam credere ante-
quam me videretis, quàm gentes,qui credent vobis
prædicantibus euangeliũ,& me non videbunt.Poſt
illã quippe exprobrationẽ,dixit eis:vt irent in mũ-
dum ad prædicãdum.Idcirco etiam tunc eos incre-
pauit,cùm corporaliter reliquit : vt defectũ ſuum
cognoſcentes remanerẽt humiliores: oſtendens eis
in ſuo diſceſſu quãtum ei humilitas placet,quaſi eã
peculiariter eiſdem recõmendaret:vt verba quæ re
cedens dicebat,in corde audientiũ arctius impreſſa
remanerent. Poſt increpationẽ igitur admonendo
dixit eis: [Euntes] & cõtinuis profectibus in præ-
dicando proficientes [in mundũ vniuerſum,] non
in Iudæã tantũ: [prædicate euãgelium,] qđ omnẽ
aliã doctrinam præcellit,ſicut caput corpori præ-
Euangelium quid ſit. eminet: quia ſecundũ Innocentium, Euangeliũ eſt
verbum verbi,quod erat in principio apud deũ:ſer-
mo ſermonis,qui à regalibus ſedibus venit:ſapiẽtia
ſapientiæ, quæ attingit à fine vſq; ad finẽ fortiter, E
& diſponit omnia ſuauiter. [Prædicate,inquit,euã Sap.8.
gelium,] nihil aliud: [omni creaturæ,] id eſt, hu-
mano generi:ſeu indifferẽter & ſine acceptione o-
mni homini, pro quo facta eſt omnis creatura: vel
ideo ꝙ habet participiũ,& conuenientiã,ſeu aliqd
cõmune,cum omni creatura:vnde & homo micro Homo microcoſm⁹.
coſmus,id eſt,minor mũdus dicitur : quaſi omnem
creaturam cõtinens.Per eſſe enim, cõuenit cũ ina-
nimatis:per viuere,cũ vegetabilibus & plantis:per
ſentire,cũ animalibus:per intelligere,cum angelis:
ideo deſignatur nomine omnis creaturç. Itẽ homo Homo oĩs creatura.
dicitur omnis creatura,quia propter eũ omnis crea
tura mũdi videtur eſſe producta:ſumus enim quo- Omnia ꝑ congruis.
dammodo finis omniũ. Vel [omni creaturæ,] cui
prædicandũ eſt.Et multa in ſcripturis inueniũtur,
quibus hæc vna determinatio ſufficere põt : quale
eſt illud:Cùm exaltatus fuero à terra,oĩa trahã ad Ioan.12.
meipſum:ſcilicet trahẽda:& illud:Charitas omnia 1.Cor.13.
credit:ſcilicet,credẽda.Ita dicitur, De⁹ erit omnia 2.Cor.15.
in omnibus:id eſt,vnicuiq; ſufficiẽtia.& illud: Oĩa Ioan.15.
quæcunque audiui à patre meo,nota feci vobis:oĩa
ſcilicet ad ſalutẽ & beatitudinẽ pertinẽtia.Et ſic in F
alijs ſuo modo accipere poteris. Hoc autẽ quod de
euangelio prçdicãdo dicitur, fiendũ erat poſt rece-
ptionem & confirmationẽ ſpirituſſancti:quia antè
non erãt ſecũdum mandatũ Chriſti) ab Hieruſalẽ
Gentium electio. diſceſſuri. In hoc etiã ꝙ de euangelio oĩbus prædi-
cando mãdatur:Iudçorũ abiectio,& gentiũ electio
apertiſsimè monſtratur. Qui ergo prius dixerat,
In viã gentium ne abieritis: nũc dicit, [Prædicate Matth.10.
euangeliũ omni creaturç,] id eſt,omni nationi: pri
mò Iudço,ſecũdò gẽtili:quia vult oẽs homines ſal 1.Timo.3.
uos fieri,& ad agnitionẽ veritatis venire. Deinde
ſalutem promittẽdo credentibus,& damnationem
cõminando incredulis,ſubiunxit: [Qui crediderit,
fide formata & per dilectionẽ operãte, ſcilicet per
ſe vt in adultis: vel per aliũ, vt in paruulis: [& ba-
ptizatus fuerit,] baptiſmo aquç ſi fieri poterit, [ſal
uus erit:] çterna ſalute à peccatis & pœnis liberã-
Baptiſm⁹ neceſſari⁹. te. Non enĩ ſufficit fides abſq; baptiſmo,per quẽ ali
quis incorporatur Chriſto: ſi aſsit facultas recipiẽ-



di baptiſmum

di baptiſmum ab aliquo. Si autē non aſsit facultas,

G

ſufficit baptiſmus ſanguinis: vt in martyribus, qui pro Chriſto interficiuntur antequā ſint baptizati: vel flaminis, vt in habentibus fidē Chriſti, deſiderātibus baptizari, ſed pręueniuntur morte antequam poſsit impleri.

Paruulorum purgatio à peccatis.

Per alios ergo paruuli credūt in eccleſia, ſicut ex alijs trahunt peccata: quę illis in baptiſmo remittūtur cōfeſsione aliena. Piū eſt enim, vt id quod per alienum peccatū amiſerunt, per alienum auxilium (vt eccleſię & patrinorū, in quibus credere dicūntur) recuperare & recipere poſsint. [Qui verò non crediderit:] per ſe, vel per alium, [condēnabitur:] ęterna damnatione, per meritum iuſtitiæ infidelitatis ſuę. Nō ait, qui baptizatus non fuerit: quia per fidē, ſine baptiſmo, ſaluatur homo: cùm eū excludit articulus neceſsitatis, non cōtemptus religionis. Vnde quod dictum eſt Nicodemo,

Ioan. 3.

Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non pōt introire in regnū dei: ſic debet intelligi, qui cōtempſerit renaſci.

Fides, ſine opere non ſaluat. Iacobi 2.

Noli autē pręſumere de fide, niſi oſtendas eam in opere: quia ſine hoc non poterit te ſaluare. Fides enim ſine operibus mortua eſt: ſicut & opera ſine fide. vnde Grego. Fortaſſe autē vnuſ-

H

quiſq; apud ſemetipſum dicat: Ego iā credidi: ſaluus ero. Verum dicit, ſi fidē operibus teneat. Vera etenim fides eſt, quæ in hoc quod verbis dicit, moribus nō contradicit: & ille credit, qui exercet operando quod credit. Vnde & Iacobus. Quid ꝓderit, fratres mei, ſi fidē quis dicat ſe habere, opera autē non habeat: nunquid poterit fides ſaluare eū? Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita fides ſine operibus mortua eſt: Deinde etiam ſigna pro fidei augmentatione & cōfirmatione promittēdo adiūgit: Signa autē eos qui crediderint hæc ſequentur: propter meritū fidei ſuo tēpore, & cùm fuerit neceſſe. [In nomine meo,] inuocato & honorato: id eſt, in virtute nominis mei, [dæmonia eijciēt:] qđ de multis legimus, quibus immūdi ſpiritus obediebant: [linguis loquētur nouis:] hoc factū eſt in die pētecoſtes in apoſtolis, & alijs credētibus: [ſerpētes tollent:] id eſt, auferent vel diſpergent: quod de apoſtolo Paulo patet. [Et ſi mortiferū quid biberint, nō eis nocebit:] quod de Ioāne euāgeliſta fa-

I

ctum fuit. [Super ægros manus imponent, & bene habebūt:]

Signa primitiuę eccleſiæ.

quod etiā multi fideles fecerunt. Oīa enim hæc in primitiua eccleſia, non ſolū apoſtolos & alios maiores: ſed etiā frequēter alios ſimplices credentes feciſſe legimus, pro infidelibus cōuertendis: & vt fides credētium creſceret, ac nutriretur & firmaretur miraculis: qua nunc radicata & aucta, non ſic neceſſarium eſt nunc fieri ſicut paſsim tunc fiebant: quia ſufficit ea quæ facta ſunt ſolummodo legere & audire, ac eis fidē adhibere.

Cur modò nō fiāt miracula.

Si ergo quæratur, quare prædicatores & fideles moderni talia ſigna nō faciunt? Reſpondetur, ſecūdum Greg. quia cùm fides catholica ſit ſufficienter probata per miracula Chriſti & apoſtolorū eius, nō oportet vltrà hanc probationē reiterare amplius. Sicut etiā arbuſta cùm primò plantātur, frequēter irrigātur quouſque cōualuiſſe videātur: cùm autē in terra radicē fixerint talia ſubtrahuntur. Veruntamē deus in poſteris tēporibus etiā multa miracula fecit ad cōſolationem fideliū: vt patet de tēpore martyrū & cōfeſſorum. Fiunt tamen, ſecūdum eundē Gregoriū,

K

Spiritualiter nūc in eccleſia, quę olim corporaliter fiebāt in ea.

Signa ſpiritualia.

Nā ſacerdotes populū exorciſando, baptizando, & ad pœnitētiam vocādo, dæmonia eijciunt: dūq; ſecularia verba relinquētes fidei & nouæ legis myſteria inſonāt, linguis nouis loquūtur. Qui dū bonis ſuis exhortationibus vitia & malitiā de alienis cordibus auferunt, ſerpentes tollūt. Et dū hæreticorum libros legūt, vel mortifera in cōfeſſionibus ſeu peſtiferas ſuaſiones audiūt, ſed tñ non conſentiūt, & ad prauanō pertrahuntur: mortiferū eſt qđ bibunt, ſed eis nō nocebit. Qui quoties proximos in fide vel bono opere infirmari cōſpiciunt, dum eis tota virtute cōcurrunt, & exēplo ſuę bonę operationis illorū vitam roborāt: vel aīas infirmas ſuis orationibus ſanāt, & deo recōciliāt, [ſup ęgros manus imponunt vt bene habeāt.] Quæ nimirum miracula tātò maiora ſunt quantò ſpiritualiora, & quantò per hęc nō corpora: ſed aīæ ſuſcitantur. In hoc etiā inſtruimur, vt qđ verbis pręedicamus, bonis operibus cōfirmemus. Itē dæmonia eijciunt, q dæmonū tētationes fide & ſigno crucis repellūt.

L.

Linguis loquuntur nouis, qui dei laudes & verba ſacra narrant, dimiſsis friuolis & otioſis. Serpētes tollūt, qui detractores efficaciter repręhēdunt. Mortiferū bibunt, ſed eis nō nocet, qui perſuaſiones peſtiferas ſeu amara cōuitia audiunt, ſed ſurda aure trāſeunt, & pro nihilo ducunt. Sup ęgros manus imponunt, & bene habebunt, q per bona verba & opera alios à peccatis retrahunt, & in bonis cōfirmant. Et hæc ſimiliter ſigna ſpiritualia tātò ſunt corporibus meliora, quantū quæ ſunt aīę corporalibus præferuntur. Et dixit eis: [Vos aūt] ſpecialiter [eſtis, id eſt, eritis, [teſtes horum:] .ſ. quæ vidiſtis & audiſtis, & quę locutus & operatus ſum in medio veſtri: vel horum, ſuperius deſcriptorū, quantū ad Chriſti incarnationem, pręedicationē, paſsionē, & reſurrectionē. Et ne turbati cogitarēt quomodo nos hoīes idiotæ teſtimoniū perhibebimus gētibus & Iudæis, qui te occiderunt, ſubiungit: [Et ego mitto,] id eſt, mittā

Pręſens ꝓ futuro.

citò & de propinquo (ponēdo præſens pro futuro, & ratione certitudinis, & ratione ꝓximi tēporis)

M

Promiſsio ſpiritus.

[promiſſum] vobis auxiliū [patris mei in vos:] id eſt, ſpiritū ſanctū in ſigno viſibili: vt ſufficiatis ad teſtandū & ad pręedicandū cōſtanter vbiq; veritatē euangelij. Pater eñ promiſit, cùm dixit. Effundam de ſpiritu meo ſup omnē carnē: & qa filius ꝓmiſit,

Ioël 2.

dicens: Cùm venerit paraclet⁹ quē ego mittā vobis à patre: ideo & pater ꝓmiſit, cùm opera trinitatis ſint indiuiſa.

Ioan. 15.

Qui licèt procedit ab vtroq;: eſt tñ patris, autoritate ſpirationis.

Spiritus patris.

Et ne impfecti pręedicare præſumerēt, adiūxit: [Vos autē,] q debetis eſſe teſtes mei, [ſedete] & manete hîc [ī ciuitate] Hieruſalē, [quoadusq; īduamini,] .ſ. vndiq; tanq̄ armatura ſpūali, [virtute:] nō humana, ſed cœleſti, id eſt, ſpirituſſancti gr̄a ex alto, id eſt, de cœlo. Hoc idē tāgitur in actibus, cùm dicit: Et cōueſcēs, id eſt, ſimul

Acto. 1.

cū diſcipulis comedēs p̄cepit eis, ab Hieroſolymis ne diſcederēt: ſed expectarēt promiſsionem patris: quaſi diceret: hîc & ibi, nō eſtis ſufficiētes ad pręedicandū cōſtanter veritatē euāgelij, donec cōfirmati

fueritis



Fueritis per donū ſpirituſſancti: vt ſtetis ante reges

A

& præſides intrepidi. Vnde Chryſo. Sicut milites, inuaſuros multos, nemo ſinit exire donec armati ſint: ſic & diſcipulos, ante ſpirituſſancti deſcenſum ad cōflictū egredi nō permittit.

Spiritus cur nō ſtatim miſſus.

Cur autē nō Chriſto præſente, vel eo diſcedēte, ſtatim ſpiritus venit? Decebat enim eos fieri cupidos rei, & deinde recipere gratiā. Tunc enim magis ad deū erigimur, cū incumbit neceſsitas. Dicit autē, [donec induamini virtute ex alto:] nec expreſsit quādo, vt ſint iugiter vigiles. Quid igitur miraris, ſi diē nouiſsimū non pandit: vbi diē hunc proximū pādere noluit? Hæc Chryſo.

Pręedicāti neceſſaria

Licèt ergo Chriſtus dediſſet diſcipulis ſcripturarū intellectū, & cōmiſiſſet prædicationis officium: tamē diſtulit executionē pręedicandi, vſq; ad ſpirituſſancti receptionē in ſigno viſibili: per hoc inſinuans, quòd prædicās actu, prius debet habere ſufficientē ſacræ ſcripturæ notitiā, & gratiā ſpirituſſancti per cōiecturā: ſcilicet quòd nō ſit cōſcius

B

ſibi de peccato mortali. Debēt quippe prædicatores ſedere in ciuitate: id eſt, in clauſtro: vbi debet eſſe ciuiū vnitas, vacādo ibi ſtudio & contēplationi: vt ibi hauriāt, quod poſtmodū in prædicatiōe alijs effundant.

Doctorū ignorantia.

Vnde Hiero. Nihil nobis rectū videatur niſi quod diſcimus, vt poſt multū ſilentiū de diſcipulis magiſtri efficiamur: docemus autē homines in eccleſijs, quod neſcimus: omnes alias artes abſq; doctore nō diſcimus: ſola hæc tā vilis & tā facilis eſt, vt præceptore vel doctore nō egeat. Vnde & ſecundū Greg. notandū eſt, quia ſunt quos à prædicationis officio vel imperfectio vel ætas prohibet, & tamē præcipitatio impellit: quia admonendi ſunt, ne dū ſibi tāti onus officij præcipitatione arrogāt, viā ſibi ſubſequentis vitæ melioris abſcidāt. Et vt cōſiderēt, quòd ipſa veritas, quæ repētè quos vellet roborare potuiſſet: vt exemplum ſequētibus daret, ne imperfecti prædicare pręſumerēt. Poſtquā plenè diſcipulos de virtute prædicationis, inſtruxit, illicò adiunxit: [Vos autē ſedete in ciuitate, quoad

Sedere in ciuitate: quid ſit.

uſq; induamini virtute ex alto.] In ciuitate quippe ſedemus, ſi intra mentiū noſtrarū nos clauſtra cōſtringimus: ne loquēdo exterius euagemur: vt cū

C

virtute diuina perfectè induemur, tūc quaſi à nobiſmetipſis foras etiā alios inſtruētes exeam⁹. Hęc Greg. Comedūt igitur & gaudēt diſcipuli, propter præſentiā dñi ſui: ſed nihilominus propter diſceſſum turbati. Tanta enim amoris teneritudine eū diligebāt, quòd etiā verba diſceſsionis ſuę æquo animo ſuſtinere nō poterant. Cumq; comediſſent, [eduxit omnes:] verbo ſcilicet, nō manu: [foras,] id eſt extra ciuitatē, [in Bethaniā,] id eſt, verſus Bethaniā: quia mōs Oliueti, ad quē exierūt, eſt in via verſus Bethaniā, & Bethania in latere mōtis Oliueti eſt ſita.

Eductio apoſtolorū.

[Eduxit eos foras,] vt viderēt eū aſcendētem: per hoc inſinuans, ꝙ ciuitas tumultuoſa nō eſt locus aptus ad diuinorū contemplationē. Prius eduxit eos foras extra ciuitatē, vt ſignificaret non habere nos hîc manentem ciuitatem: deinde in Bethaniam, quæ interpretatur domus obedientiæ: vt qui ex obedientia deſcendit, & humiliatus eſt ad mortem, oſtendatur ex merito obedientiæ aſcendiſſe: & exaltatus in cœlum, ſecundū illud: Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſq; ad mortē: propter

Philipp. 2.

quod & deus exaltauit illū: & vt ſignet per obediē-

D

tię opera eos trāſituros ad cœleſtia, & quòd non eſt aſcenſus in cœlū, niſi per obedientiæ meritū. Sicut ergo inobedientia hominē de paradiſo eiecit: ſic obedientia introducit. Item, ſecundū Bedā: Eduxit eos in Bethaniā, propter ſitum eiuſdem villæ, quæ in latere montis Oliuarum poſita eſt: quia videlicet obedientis eccleſiæ domus, in ipſius ſummi mōtis, id eſt, Chriſti latere: fidei, ſpei dilectioniſq; ſua fundamēta locauit. Poſtquam ergo eos foras duxiſſet: tunc dixit eis, quòd in montem Oliueti tranſirent, & inde eum in cœlū aſcendentem viderent. Quia inde aſcendere volebat in cœlum. Et tunc diſparuit, & euanuit ab oculis eorū.

Mons Oliueti.

Per montem, intelligitur eminentia ſpiritus in contemplatione: per oliuas autē, pinguiſsimi ſpiritus deuotio. Vlterius verò poſt iſta non reſtat, niſi ſalus animæ in cœlum. Igitur apoſtoli vndecim, cum matre domini ac alijs diſcipulis & mulieribus vnanimiter ſtatim venerunt in montē Oliueti, & ibidem iterum domi-

E

nus eis apparuit.

Contemplatio.

Ecce quomodo habes hodie duas apparitiones. Conſpice nunc bene eos, & cūcta quę fiunt. Conſidera nihilominus ſanctos patres ibidē inuiſibiliter exiſtentes, quomodo libenter & reuerenter intuentur dominā, & affectuoſè benedicūt per quam tantum aſſecuti ſunt beneficium: quomodo etiam intuentur illos excelſos pugiles & duces diuini exercitus, quos inter omnes ad expugnandum & vincendum vniuerſum mundū elegit dominus. Tunc quidā ex his qui conuenerant, cœperunt eū interrogare, dicētes: Domine ſi in tempore hoc reſtitues regnū Iſraël?

Acto. 1.

Reſtitutio regni Iſraël.

Quidā imperiti & carnaliter ſapientes, vidētes alienigenā regnare, & Iudæos ſub præſide eſſe: deſiderabāt ꝙ regnū ipſum nationi Iudaicæ redderetur, & quærebāt de reſtitutione regni Iſraël tēporalis: & ſi rex Iudæis daretur hoc tēpore, putātes tūc à domino regnū reſtituendum: & à domino alienigenarum, ſcilicet gentilium qui Iudæis dominabantur liberandū: ſicut & duo diſcipuli putabāt, dicētes: nos autē ſperabamus quia ipſe eſſet redēpturus Iſraël. Ac ſi iſti interrogantes eum dicerent: Nunquid hoc tempore regna-

F

bis, ſicut Dauid, & Salomon dominaberis nationibus? Alij verò magis inſtructi, ſcientes reſtitutionē illam non niſi finaliter futurā, ſcilicet circa tempora iudicij, quærebāt de reſtitutione regni Iſraël ſpiritualis: ſcilicet de liberatione & dilatatione eccleſiæ: ac ſi dicerent: Nunquid hoc tēpore facies quod promiſiſti eccleſiæ? Vnde Aug. Ergo diſcipuli Chriſti deducturi aſpectu aſcenſurum Chriſtū, interrogauerunt eum, & dixerunt ei: Domine ſi in hoc tēpore præſentaberis: & quādo regnū Iſraël? Quod regnum? De quo dicimus: Adueniat regnū tuum:

Matth. 6.

quādo regnum tuum? Quando regnum tuorū? quādo regnum humilium? quamdiu typus ſuperborū? Quando venturum ſit, quid ad te? Sic viue quaſi hodie venturum ſit, & non timebis cùm venerit. Hæc Aug. Dominus autem ſemper hoc non certificauit eos: ex quodā tamē, in reſponſione eius poſito, poſſent intelligere reſtitutionem illam multis temporibus differendam. [Non eſt, inquit, ve-

ſtrum

ſtrum noſſe tempora, vel momenta,quæ pater po-
G ſuit in ſua poteſtate:]id eſt,numerũ tẽporũ & mo-
mentorũ vſq; ad finẽ ſeculi,quę tantum patri ſcien
tię patris mei.Non eſt quippe aliquorũ noſſe tem
pora vltra quod reuelatur vel traditur per ſcriptu-
ras:quia hoc eſt pręſumptionis:ſed ſecundũ ſcriptu
ras noſſe,eſt eruditiõis:ac ſi diceret:Ad vos nõ per-
tinet ſcire futura, quæ in ſola dei diſpoſitione ſunt
poſita:de quorũ numero eſt regni Iudaici reſtitu-
tio.Nam ipſum reſtituendũ non eſt carnaliter, ſed
ſpiritualiter:quando circa finẽ ſeculi Iudæi credẽt
in Chriſtũ,qui fuit rex eorũ:& quãdo regnabit in
domo Iacob:verè ſine fine ſeculi inæternũ . Nihil,
inquã,ad vos quęrere de ſecretis huiuſmodi,nec ad
ea percipienda eſtis idonei:ſed de his quę ad vos ſpe
ctant eſtote ſoliciti:quia reuera: [accipietis virtu-
tem ſancti ſpiritus,ſuperuenientis in vos,]cuius vir-
tute purificati & roborati vt poſſitis mea verba lo-
qui,& doctrinã meã ferre[eritis mihi teſtes,]con-
H uerſationis & doctrinæ , mortis & reſurrectionis
meæ:primò, [in Hieruſalẽ:] ſecundò, [in Iudæa:]
poſtea[in Samaria:]tandẽ[vſque ad vltimũ terrę:]
ac ſi tacitè diceret:Ante regni illi' reſtitutionẽ nõ
ſolum Hieroſolymã , ſed & oẽs fines Iudeæ & Sa-
marię:ac etiã mundi terminos per circuitũ euãge-
Prędicatio vſq; ad vltimũ terrę.
lij fama percurret. Primò ſiquidẽ prędicatum eſt
euangeliũ in Hieruſalẽ:ſed propter lapidationẽ Ste
phani,& mortẽ Iacobi,gladio occiſi,egreſsi ſunt de
Hieruſalẽ,prædicãtes in finibus Iudeæ:poſtea tran
ſierũt ad Samaritanos:& inde proceſſerũt per mũ-
dum ad alios.Vbi Aug.Quo autẽ pacto ab apoſto-
lis eſt prædicatio iſta cõpleta,quando adhuc vſque
ſunt gẽtes in quibus modò cœperit:& in quibus nõ
dum inceperit impleri?Nõ vtique hoc ſic à dño mã
datum eſt apoſtolis, tanquã ipſi ſoli quibus tũc lo-
Matth.28.
quebatur tantũ munus fuerint impleturi : ſed ſicut
eis ſolis videtur dixiſſe:Ecce ego vobiſcũ ſum vſq;
ad conſummationẽ ſeculi: quod tamẽ eũ vniuerſæ
eccleſiæ promiſiſſe,quæ alijs morientibus,alijs naſcẽ
I tibus hîc vſq; in ſeculi cõſummatiõe futura eſt,quis
nõ intelligat?Hæc Aug.Et qa euãgeliũ primò prę
dicatũ eſt in Hieruſalẽ:inde eſt ꝙ audita pronũtia
Cõuerſio ad Oriẽtẽ dũ euãgeliũ dicitur
tione euãgelij,vertimur ad Oriẽtẽ,quaſi ad Hieru-
ſalẽ:gratias agẽtes,& dicẽtes: Gloria tibi dñe:qa in
Eſaiæ 2.
de venit ad nos euãgeliũ.Vñ ſcriptũ eſt:De Siõ exi-
bit lex,& verbũ dñi de Hieruſalẽ. Vnde & Auguſt.
Cœpit enim eccleſia ab Hieruſalẽ iſta terrena, vt
gaudeat in deo in illa Hieruſalẽ cœleſti:ab hac eſt
incipit,ad illã terminat.In illa tota eccleſia erit,ab
Cõuerſio ad Aquilonem.
iſta exordiũ fidei ſumpſit.Hęc Aug. Sed verba euã
gelij leuita prænũtiaturus,vertit faciẽ cõtra Aqui
lonẽ,vt oſtendat verbũ dei dirigi cõtra eũ, qui per
Eſaiæ 14.
Aquilonẽ deſignatur:ſcilicet cõtra diabolũ,qui di-
cebat in corde ſuo:ſedebo in latere Aquilõis,& ero
ſimilis altiſsimo [Et dominus Ieſus poſtquã locu-
tus eſt eis,]quę ad eruditionẽ ſuę pertinebãt cõſola
tionis,vnumquenque oſculatus eſt in intimo amo-
re cordis.Quia ſecundum Ambroſiũ,Apoſtolis re
liquit oſcula paſsis:deinde valedicens eis, [eleuatis
manibus,]vt ſuos patri offerret,[benedixit eis:]ſci
licet bona optãdo,promittendo,conferendo, vt eos
cõtra hoſtẽ muniret,vt bonis cœleſtibus augeret.

Et,vt dicit Theophilus,forte in hac benedictione
vim cõſeruatiuã eis influxit, vſque ad ſpiritus ſan- K
Benedictionis di dę inſtitutio.
cti aduentũ.Ex loco iſto duxit eccleſia in cõſuetu-
dinẽ,quòd epiſcopi in fine miſſæ dent benedictio-
nẽ.Vbi Origenes:Quòd autẽ eleuatis manibus be-
nedixit eos, ſignificat quòd deceat benedicentẽ cui
quã ornatũ eſſe varijs operibus & arduis, reſpectu
aliorũ:ſic enim manus tolluntur in altũ.HęcOrig.
Benedict. di cauſæ.
In receſſu ſuo benedixit Chriſtus diſcipulis , ſicut
pater recedẽs à filijs benedixit eis: & hoc fecit pri-
mò propter maiorẽ eorũ neceſsitatem,ſecundũ il-
lud: Cũ eſſem cũ eis,ego ſeruabã eos:& cætera. vbi
petit eos poſt receſſum ſuum ſeruari à malo.Secũ-
dò,ad oſtendendũ finalẽ & perſeuerantẽ erga eos
ſuã dilectionẽ:ſecundũ illud:Cùm dilexiſſet ſuos q
erãt in mũdo,in finẽ dilexit eos. Inſtruxit etiã per
hoc ſuperiores in eccleſia,vt recedẽtes à ſubditis,be
nedictionibus eos deo cõmendet.His finitis ad Ori
Aſcenſio domini. L
entem verſa facie, vt dicit Damaſcenus , cœpit ſua
propria virtute nõ aliena eleuari ab eis,& aſcende-
re videntibus illis,quos ſcilicet tãta viſione digna-
batur,& vidẽdo deducentibus: vt ſcilicet deſideriũ
veniẽdi ad ipſum in eis excitaretur,& triũphaliter
proprio motu per dotẽ agilitatis in cœlũ ſupremũ
vnde venerat ferebatur. Tũc mater & omnes alij
aſpicientes eũ in cœlũ eleuari , procidcrũt in terrã
adorantes:& propter diſceſſum lachrymas cõtine-
re nõ poterãt:multũ tamẽ gaudebant , ꝙ ipſum ſic
Cur Maria non ſimul aſſumpta ſit.
glorioſè cœlũ petere cernebãt.O quàm libẽter ma
ter cũ filio de hoc mũdo receſsiſſet : ſed eã ad tẽpus
hîc manere dominus voluit,quia propter cõfirmã-
dos credẽtes vtile & expediens fuit.Noſtræ etiam
fidei neceſſariũ erat:quia ipſa poſt aſcenſionẽ domi
ni inter apoſtolos cõuerſando, multa eis reuelauit,
quę de myſterijs illius cognouerat . Vnde Anſel-
mus: ſed ò bone Ieſu iſtius tuæ dulciſsimę matris
pijſsime fili,quomodo pati potuiſti vt te in regnũ
gloriæ tuæ remeantẽ , illã quaſi orbatã in miſerijs
mundi relinqueres,& nõ eam ſtatim regnaturã aſ-
ſumeres?Erat,vt mihi videtur,neceſſaria noſtrę fi-
dei cõuerſatio ſua poſt aſcẽſionẽ domini inter apo- M
ſtolos eius,quia licet ipſi per reuelationem ſpiritus
ſancti edocti fuerint omnẽ veritatẽ , incõparabili-
ter tamẽ manifeſtius ac eminentius ipſa per eundẽ
ſpiritũ ipſius veritatis intelligebat profunditatẽ:ac
per hoc multa eis per illam reuelabantur,quę in ſe
non ſolum ſimplici ſcientia,ſed & ipſo effectu, &
ipſo experimento cognouerat de myſterijs eiuſdẽ
domini noſtri Ieſu Chriſti.Nec dilatio ſuæ aſſum-
ptionis quomodo iacturam inferre valebat immẽ-
ſitati amoris & gaudij ſui:quoniam ipſa perfectio
amoris & gaudij , ita illam reficiebat plenitudine
ſui,vt hoc ipſum ei ad augmentũ amoris & gaudij
magnopere fieret,ꝙ illic ſe eſſe videbat vbi deum,
quem præ cunctis amabat, velle magis ſciebat.Igi
tur vbicunque erat, & ipſa in deo,& deus in ea iu-
cundabatur: quia ipſa iucunditate fœlix, hoc præ
cæteris vbiq; fieri cupiebat, quod ſapientię dei po-
tiſsimum placere intelligebat . Hæc Anſelmus.
Et eſt notabile, ꝙ dominus ſuos primò de ciui-
Myſterium aſcẽſionis.
tate eduxit . Secundò , eos in Bethaniam duxit.
Tertiò,eis benedixit.Quartò, aſcendit: in quo da-
tur intelligi,



tur intelligi, quòd peccatorẽ primò educit de pec-
A cato:ſecundò ipſum in Bethaniã: id eſt, in domum
obedientiæ ducit,ſtatũ eius mutando: tertiò ei be-
nedicit,gratia replẽdo:quartò aſcẽdit,id eſt,aſcen-
dere facit,ad ſuperiora trãsferendo.Et aſcendẽs do
Ieſus duxit ſecũ illã multitudinẽ nobilẽ:ſcilicet ca-
ptiuã captiuitatem,id eſt,captiuos à captiuitate in-
ferni,quos ſecũ victor eduxerat,& cœli aperta iam
porta pandens iter ante eos:ſe ſequẽtes, vt Micheas
propheta dixerat: Exules introduxit in regnũ pa-
tris ſui:conciues illos faciens angelorũ & domeſti-
cos dei:quatenus & ruinas angelicas reſtauraret,&
æterni patris honorem cumularet: & ſe triũphato
rem oſtẽderet,& dominũ exercituum cõprobaret.
Dominus itaq; glorioſus, candidus & rubicundus,
ſplendidus & gaudioſus, præcedebat eos, viam eis
oſtẽdens:& ipſi ſequebantur eum cantantes & iu-
bilantes.Iterum autẽ Michaël præpoſitus paradiſi,
B pergẽs ad patriã cœlicam, nũtiauit quod dominus
Spiritum cœleſtiũ occurſus.
aſcenderet ad eam.Et ecce omnes beatorum ſpiri-
tũ ordines occurrerũt eidẽ decẽter & ſeriatim per
acies ſuas.Vnus ex eis nõ remãſit, qui domino ſuo
obuiã non veniret . Et inclinãtes ſe cũ omni reue-
rentia,qua poterant,eum cũ hymnis & canticis in-
effabilibus deducebant.Quis enim poſſet cantus &
iubilos qui ab ipſis fiebãt explicare , & quis poſſet
hoc gaudium enarrare ? ſed & illud gaudium quis
dicere poſſet, quod tam beatiſsimi patres habuerũt,
quàm ſanctiſsimi, cũ ſibi adinuicẽ occur
rerũt. Omnes iubilabãt & pſallebãt: nã iuxta pro-
Pſal.46.
phetã:Aſcendit deus in iubilatione: quod maximè
refertur ad vocẽ iucunditatis redẽptorum , cũ ipſo
aſcendentium,qui prius voce lachrymabili clama-
uerũt in partibus inferni : Aduenisti deſiderabilis,
quẽ expectabamus in tenebris:& dominus in voce
tubæ,quod refertur ad ſonũ prædicationis apoſto-
Marci 16.
lorũ,qui tũc fuit eis iniunctus domino dicẽte:Eun
tes in mundũ vniuerſum,prędicate euangelium o
Pſal.18.
mni creaturę:& tunc enim : In omnẽ terrã exiuit
ſonus eorũ:tamen poſt ſpiritusſancti receptionem.
C Cumq; pſallerẽt tã angeli quàm animæ beatæ,do-
minus iunctis manibus deuotè & ſurſum ante pe-
ctus erectis,& nubecula ſub pedibus aſcendit,& o-
mnes beati ſimili modo iũctis manibus cũ domino
aſcenderunt.Domino autẽ aſcendẽte quidã chori
angelorũ ipſum præcedebant, quidã ſequebantur:
alij à dextris,& alij à ſiniſtris,cũ ipſo comitabãtur
ſimul,& cũ beatis animabus. Aſcendebat verò do-
minus planè & moroſè propter conſolationẽ ma-
tris & diſcipulorũ quouſque poterãt videre eũ. Ex
tunc autẽ[nubes]lucida & candida,[ſuſcepit eũ ab
oculis eorũ,]carnalibus:quia claritate nubis circũ-
datus,vlterius nõ eſt viſus : vt qui Chriſtũ ſecundũ
Aſcẽdẽdi forma.
carnem nouerãt, vltrà iã ſic nõ noſcerẽt. Aſcendit
vſq; ad nubes ea forma quã ante paſsionẽ habuit:
ſuſceptus autẽ à nubibus , ea qua in mõte apparuit.
Quaſi in globo baiulæ nubis aſcẽdit, nõ per modũ
vehiculi,& quaſi ad aſcendendũ egeret miniſterio
angelorũ vel nubis : quia ſua propria virtute fere-
batur:ſed per modũ obſtaculi,vt ab oculis mortaliũ
nõ videretur.Et vt per hoc oſtẽderetur,quia omnis
creatura parata eſt obſequi ſuo creatori : nubes eñ

quę ſubtraxit eũ ab oculis inſipientiũ,& angeli aſ-
ſiſtentes ibi oſtẽdebãt,quòd creatura corporalis & D
ſpiritualis ſubiecta eſt obſequio Chriſti. Et tũc in
momẽto cũ omnibus angelis & patribus ſanctis e-
rat in patria cœleſtis beatitudinis. Aſcendit ergo
Chriſtus & per nubẽ cœlos penetrãs aſſumptus eſt
in cœlũ ęthereũ,ſeu empyreũ nõ virtute aliena,ſed
propria:tũ ratione deitatis,quæ omnia poteſt,tum
ratione humanitatis glorioſæ:quia corpus glorio-
ſum obedit ad nutũ animę, quantũ ad motũ localẽ
per dotẽ agilitatis,quę eſt in tali corpore .Vnde nõ
curru,nõ angelis ſubleuatus legitur: quia qui fece-
rat oĩa,ſuper omnia ſua virtute ferebatur. Enoch Gene.5.
verò ab angelis trãslatus eſt,& Helias curru ſubue 4.Reg.2.
ctus eſt in cœlum aëreũ,nõ virtute propria:quia ho
mines puri erãt,& virtute indigebãt aliena,& quia
eorũ corpora nondũ ſunt glorificata.Stabãt autem
mater & diſcipuli,& Magdalena,& alij intuẽtes in
cœlũ euntẽ illũ:quãdiu apparebat oculis eorũ . Vñ E
Ambro.Stabãt beati apoſtoli toto ſuſpẽſi corpore,
& aſcendentẽ ad cœlũ dominũ(quia inceſſu nõ po-
terãt)oculis ſequebantur. Et licet ad deducendum
ſaluatorẽ viſio humana defecerit,fidei tamẽ deuo-
tio hõ deficit.Vſq; ad nubẽ enim deducunt Chriſtũ
oculis,vſque ad cœlos autẽ cũ Chriſto fidei deuotio
ne comitãtur.Vnde ait Apoſtolus,ſciẽs fidẽ noſtrã Philipp.3.
in cœlis eſſe cũ domino. Noſtra autẽ cõuerſatio in
cœlis eſt.Hęc Ambro. O quid erat videre dominũ
ſic glorioſè aſcendentem ? Et ſi quis , potuiſſet au-
dire & videre illos beatiſsimos ſpiritus, & animas
ſanctas cum eo pariter incedẽtes,forte præ gaudio
anima illius à corpore ſeparata fuiſſet, & cum eis
etiam pariter aſcendiſſet. [Cumq;] iam dñs ſubtra
ctus eſſet ab oculis & conſpectu eorũ , adhuc tamẽ
ſuſpenſis vultibus,[intuebantur in cœlũ.] Propter
ea[duo] angeli in forma virorum, [ſteterũt iuxta
illos in veſtibus albis,] vt gratulatio monſtraretur
ex ipſis indumentis.[& dixerunt eis:Viri Galilæi,
quid ſtatis hîc aſpicientes in cœlũ?]Galilęa apoſto
lorũ patria fuit:vnde & viri Galilæi dicuntur:ac ſi
decerent:Statis hîc & in cœlũ aſpicitis,quaſi obliti
quid facere debeatis.Redite in ciuitatẽ,& expecta F
te promiſsionẽ patris,ſicut dictũ eſt vobis.Recedi-
te,nec expectate Ieſum vt modò redeat:ſed in fine
temporũ, [ſic veniet quẽadmodũ vidiſtis eũ euntẽ
in cœlũ.]Id eſt,ſicut baiulis nubibus vidiſtis eũ in
cœlũ aſcendentẽ,ſic baiulis nubibus videbitis eũ in
aëre ad iudicium deſcendentẽ:& [quẽadmodũ vidi
ſtis eum aſcendentem in cœlum,]in forma huma-
na:cui competit videri oculis corporalibus,& mo-
ueri de loco ad locũ:[ita veniet,] in eadẽ forma &
carnis ſubſtantia ad iudiciũ:quia ſicut fuit, iudica-
tus in forma humana,ſic veniet ad iudicandũ mun
dum:veruntamen iudicatus fuit in forma humana
paſsibili:aſcendit autem in cœlum, & veniet ad iu
dicium in forma humana, glorioſa & impaſsibi-
li.Vnde Augu. Sic veniet quemadmodum vidiſtis
Vẽturus eſt Chriſtus in forma humana.
eum euntem in cœlum : id eſt, in forma humana
in qua iudicatus eſt,iudicabit : vt etiam illud pro-
pheticũ impleatur: Videbunt in quẽ pupugerunt. Zacha.12.
Et iterum : Itaq; ſi rediturum eum credimus, nos
expectare debemus ne ſic nos cõprehendat aduẽtus
illius,

illius,nō ſuſpicātes:ſicut cōprehendit nunc caſtigatio delinquentes:coērcito namq; præſentiū,imaginē habet in ſe futurorū.Cauendū eſt ergo,ne ſi in præſenti verbere non corrigimur,futura ſeueritate dānemur.Hęc Aug.Cōſidera hic,quomodo dominus Ieſus de ſuis ſolicitus fuit. Nā ſtatim cū euanuit ab oculis eorū,miſit angelos ſuos:tū vt mœſtos de abſentia domini cōſolarentur & confortarent, tū vt eum verè aſcendiſſe in cœlū,ſcilicet in regionē angelorū demonſtrarēt:nō ſicut Enoch & Helias qui tranſlati ſunt in paradiſum terreſtrē: qui licèt eminens ſit,tum tantum pertingit ſublunarē regionē, tum ne diutius ibi morarentur & nimium ibi ſtantes fatigarentur: ſed potius recedentes promiſſum patris expectarent. Angelis itaque diſparentibus, ipſi in loco vbi ſteterunt nouiſſimè pedes eius, adorantes Chriſtū:ſcilicet deū & hominē,vt deo perſonaliter vnitū,[reuerſi ſunt à mōte qui vocatur Oliueti,]propter copiā oliuarū, [ſabbati habens iter,]

Sabbati iter.

id eſt,itinere ſabbati: ſcilicet ſpatio milliarij diſtās ab Hieruſalem,quia nō ampliori ſpatio licebat Iudæis progredi in ſabbato de villa vel ciuitate in qua erāt:ſed circa per mille paſſus deambulare poterant. Vetus editio habet à mōte trium luminū. Sic autē dictus eſt mons Oliueti, quia de nocte ex parte Occidētis illuminabatur igne tēpli, vbi erat ignis iugis in altari,mane à patre Orietis primò excipiebat radios ſolis anteq̄uā illuſtraret ciuitatem: habebat etiā copiam olei,quod eſt luminis fomentum.[Et regreſsi ſunt in Hieruſalē cū gaudio magno,]quia omnia myſteria erant impleta in Chriſto,lætātes de dei & domini ſui glorificatione,quēpoſt triumphū reſurrectionis etiā cœlos cognouerāt penetraſſe:de humani generis cōpleta redeptione,de reſtauratione ruinæ angelorū,& de deiectione demonū:de cōfuſione Iudæorū infideliū,de ſpiritusſancti promiſsione,de humanę naturę exaltatione,de certa ſpe generalis reſurrectionis & aſcēſionis futurę. Ex quo enim caput reſurrexerat & aſcēderat,idē & de mēbris pro certo ſperare poterāt.Hāc autē vltimā proceſsionem diſcipulorū poſt Ieſum:qui vnanimiter ſunt egreſsi, & poſtea vnanimiter ſunt regreſsi: repræſentat eccleſia domini cis diebus egrediēdo de eccleſia, & redeūdo ad eā: quaſi de Hieruſalē,rediēs in Hieruſalē. Vnde in eo quòd de eccleſia egredimur crucē dāi præferēdo, repręſentamus quòd illi egreſsi ſunt præeunte crucifixo:in eo autē quòd cū cruce dāi redimus, licèt illi ſine crucifixo redierint repręſentamus, quod ait:Vobiſcum ſum vſque ad cōſummationē ſeculi: quia licèt non redierit crucifixus cū eis præſentia corporali,redijt tamē cū eis præſentia ſpirituali.In primitiua autem eccleſia huiuſmodi repreſentatio fiebat quinta feria, quæ tūc ſolēnis erat pro veneratione aſcēſionis ſicut prima feria,ſcilicet dies dominica pro reuerētia reſurrectiōis.Sed quia ſuperuenerunt feſta ſanctorū,& celebrare tot feſta erat quaſi oneroſum:ideo ſolēnitas quintæ feriæ eſt ſublata,& proceſsio ad dominicā tranſlata. De loco autē aſcēſionis dicit Sulpitius epiſcopus Hieroſolymitanus,quod cū ibi poſtea ædificata eſſet eccleſia, locus ille in quo ſteterūt Chriſti aſcendentis veſtigia,nunquā potuit ſterni pauimēto poſtmodū,imò reſiliebāt marmora in ora collocantiū.Calcati etiā à domino pulueris hoc dicit eſſe documentū, quòd veſtigia impreſſa cernuntur ibidē, & eandē adhuc ſpeciē velut impreſſis veſtigijs terra cuſtodit.Et,vt ait Beda:Cū terra eadē à credentibus quotidie minuatur,tamē eadē veſtigia priſtinū ſtatū continuò recipiūt.Nec ſummū eccleſiæ cacumē propter dominici corpus meatū cōtegi potuit, ſed à terra trāſitus Chriſti vſq; ad cœlū patet. Adhuc eſt ibi eccleſia in qua ſolebāt eſſe nigri monachi cū abbate, & eſt ibi ſanctæ Egyptiacæ ſepulchrū, & locus vbi apoſtoli compoſuerunt ſymbolū. Tunc deſcenderunt apoſtoli cum matre domini, & alijs mulieribus ac diſcipulis in cœnaculum mōtis Sion, & ibi morabantur expectātes promiſsionē prout à dño erat eis mandatū:ibi eſt locus vbi beatus Matthias inter aſcenſionē & pentecoſten fuit loco Iudæ in apoſtolatū electus. [Et erāt omnes vnanimiter in oratione perſeuerantes,]& aſsiduè debitis oris ſine intermiſsione orātes, & per orationē ad receptionē ſpiritusſancti ſe præparātes quotidie, vt promiſſum mererētur accipere. Et quāuis dictū ſit,quòd erāt perſeuerātes in oratione & nō ſit additū, in ieiunio:quid? tamen à feſto aſcenſionis vſq; ad pentecoſten ieiunāt exēplo apoſtolorū, quos aiunt ieiunaſſe in ſpatio illo: quia dictū eſt in euangelio: Venient dies in quibus auferetur ſponſus ab eis,& tūc ieiunabūt.Orabāt ergo & ieiunabāt:quia Chriſtus ſponſus ab eis ablatus carne receſsit. [Et erant ſemper,]id eſt,cōmuniter vel frequēter [in tēplo,] quod eſt locus orationis,[laudantes] deum de beneficijs ſuis,[& benedicentes,] id eſt,magnificātes de promiſsis diuinis, & orantes deuotè pro recipiēdis ſpiritusſancti donis: vel laudantes[deum,] de propria ſua bonitate in ſe, ac pro domini ſui glorificatione & aſcenſione,[& benedicētes,] id eſt,gratias agentes de bonorū ſuorū communicatione, ac pro ſpiritusſancti promiſsione:& eorū per angelos factā conſolatione.Non aliquo mundano distrahuntur: ſed omnibus contemptis iugiter diuinis laudibus inſiſtunt, vt in loca orationis & inter laudum deuotiones promiſſum ſancti ſpiritus aduentum promptis & paratis per omnia cordibus expectēt. Viciſsim quidem habitabant modò in templo ad orationem,modò in cœnaculo ad quietem. Vnde hoc aduerbium ſemper, dicit ibi frequentiam & opportunitatem,non more ſuo durationem continuam.Quos nos imitantes, in ſacra vita ſemper degamus laudātes deum & benedicentes. Sic enim & nos quotidiana illius merebimur benedictione ſublimari,ſi quotidie triumphalis illius in cœlum aſcēſionis memores, laudantes & benedicētes deū in Hieruſalē:id eſt,ſupernę pacis,ſperata ad deſiderata viſione quieſcimus: & orantes vt dona ipſius recipere poſsimus, ſimiles hominibus expectantibus dominū ſuū quādo reuertatur à nuptijs. Vnde Beda: Et ſemper & in loco hoc maximè fratres charisſimi,meminiſſe nos decet ſermonis domini quo diſcipulos glorificans: Beati, inquit, oculi qui vident quæ vos videtis: quis etenim dicere, quis dignè valeat cogitare, quàm beata compunctione oculos

Margin notes: G · Mons triū luminum. · H · Lætitia diſcipulorū. · I · Proceſsio diſcipulorum. · Matth.28. · Proceſsio eccleſię feria quinta · K · Veſtigia vū Chriſti aſcēdētis · L · Ieiuniū apoſtolorū · Lucæ 5. · M · Orationes & laudes diſcipulorum. · Lucæ 12.



A oculos ad terrā defluxerunt,quibus ipſum quē adorabant cœli regem deuicta mortalitate, quā aſſumpſerat,ad paternæ claritatis ſolium iam redire cōſpexerant.Quàm dulces lachrymas, quanta ſpe & lætitia feruētes pro ingreſſu cœleſtis patriæ fuderunt,quò deū ac dominum ſuum partē ſuæ naturæ iam ferre cernebant. Meritò ergo tali ſpectaculo refecti, poſtquam adorauerunt vbi ſteterunt pedes eius: poſtquā veſtigia quæ nouiſsimè fixit lachrymis rigauere profuſis:confeſtim rediere Hieroſolymam,vbi aduentū ſancti ſpiritus expectare ſunt iuſsi. Et vt digni cœleſtibus promiſsis exiſterent, erant ſemper in tēplo laudātes & benedicētes deū: ſcientes certiſsimè quia illa ſolūmodo corda ſpiritusſancti inuiſere & inhabitare dignatur, quæ locū orationis frequētantia, quæ laudi & benedictioni diuinæ viderit eſſe dedita. Vnde & in actibus eorū legitur de ipſis: [Hi omnes erant vnanimiter perſeuerātes in oratione.] Quod nobis eſt teſtimoniū operis apoſtolici ſolerter imitandū, videlicet vt qui cœleſtia promiſſa habemus,qui pro his accipiendis

B ſedulò ſupplicare præcipimur:& omnes ad adorādum conueniamus, & in oratione perſiſtamus, & vnanimi dominū deuotione prædicemus. Nec dubitandum eſt,ꝙ ſic nobis orantibus pius cōditor auditum accōmodare, & ſpiritus ſui gratiam noſtris quoq; cordibus infundere dignabitur:quòd noſtros quoque beatos faciet oculos: & ſi nō vt apoſtolorū qui cōmorantem in mundo dominū,qui docentem & miracula facientē:qui poſt triūphum mortis reſurrexiſſe,atq; ad cœlos redeuntē videre meruerūt: certè vt eorū de quibus Thomæ apoſtolo dicit: Quia vidiſti me,credidiſti: beati qui nō viderunt & crediderunt.Cunctis etenim credētibus,ſiue illis qui incarnationis eius tēpora naſcendo præceſſerunt:ſiue his qui in carne eum viderunt, ſiue nobis qui poſt eius aſcenſionē credimus, cōmunis eſt eius hilariſsima promiſsio,qua dicit:Beati mūdo corde, quoniam ipſi deū videbunt. Hæc Beda.Dominus ergo Ieſus cū vniuerſa prędicta fœlici multitudine aperiens ianuas paradiſi,vſq; tūc humano generi clau-

C ſas,intrauit triūphaliter & gaudenter in eas. Aſcēdit autem in cœlū empyreū ſuper oēs alios cœlos: imò ſuper omnem ſpiritū beatum,& omnē creaturam:& ſupra id quod nominatur in hoc ſeculo, vel in futuro. Et nota, ꝙ triplex eſſe cœlum inſinuat apoſtolus, vbi fatetur ſe raptū vſq; ad tertiū cœlū. Inter quos cœlos,ſecūdum Auguſtinū,primum eſt corporale:ſole,luna,& ſtellis ornatum. Secundū eſt ſpirituale,ſpiritibus angelicis deputatum. Tertium eſt ſuperintellectuale, ſoli diuinitati appropriatū. Ad hoc tertium raptus fuit Paulus:quia non ad viſionem corporum cœleſtium,nec ad cognitionem cœleſtium ſpirituū,ſed ad contēplationem nudam diuinæ eſſentiæ raptus fuit. ſecundū Auguſtinū,& in hoc cœlū aſcendit Chriſtus. [Et ſedet à dextris dei,] non ꝙ ſeſsio dei intelligatur corporaliter: vt Chriſtus homo ſedeat à dextris,& pater à ſiniſtris: ſed dicitur ſedere, propter iudiciariam poteſtatem quam à patre accepit: quia ſedere iudicātis eſt. Sedere autē à dextris, ſi referatur ad Chriſtū ratione deitatis,ſic iſta ſeſsio importat æqualitatem cū patre: quia conregnat patri in æqualitate maieſtatis ſecundum deitatem, ſecundum quā filius eſt patri

D ęqualis.Si autem referatur ad Chriſtū ratione humanitatis:hoc pōt eſſe dupliciter. Vno modo, inquantum eſt vnita actualiter ipſi deo,& ſic iſta ſeſſio importat quandam aſſociationem honoris:quia eadem veneratione veneratur humanitas, inquantum vnita verbo cū ipſa deitate, ſicut veſtis regia cum ipſo rege,quando eſt ea actualiter indutus: & ſic Chriſtum in dextera dei patris ſedere,eſt humanitatē in gloria diuinitatis requieſcere. Alio modo ſecundum ſe,& ſic ſedere à dextris patris, deſignat eſſe in potioribus eius bonis: ſicut dextera eſt pars nobilior,& potior corporis. Meritò Chriſtus dicitur ſedere ad dexterā dei:ſedere quidē,quia laborauit. Ad dexteram autē, quia in ſiniſtra aduerſitatis diu fuit. Dei verò dicitur: quia poſt abiectionē meritò gloria ſequitur. Dicitur ergo ſedere:quia æqualis eſt patri in poteſtate iudicandi. Dicitur & ſtare, qui ſuos iuuat in militia præſenti: nos credimus Chriſtum à dextris patris ſedentē, quia credimus

E eum regnantem,& quieſcentem, quę notantur per ſeſsionem. Stephanus autē vidit eum à dextris dei ſtantē, quia in tribulatione poſitus habuit eū propugnatōrem & ſuſceptorem: quæ notātur per ſtationem.Sicut enim ſedere quieſcētis eſt & iudicātis,ita ſtare pugnātis & adiuuantis.Sedens ergo ad dexteram patris iugiter vultui benigniſsimi patris apparet:& vulnerū quæ pro nobis pertulit cicatrices oſtendit,ad interpellādum pro nobis. Oēs verò ſancti patres,& beatiſsimi ſpiritus iubilabant corā deo laudes.Si enim Moyſes & filij Iſraël poſt trāſitum maris rubri cecinerūt carmē domino, & Maria propheiſſa ſoror eius:& reliquæ mulieres eam ſequentes canebāt domino in tympanis & choris: quantò magis modò oēs hoc faciunt omnibus aduerſitatibus ſuperatis? Oēs igitur ibi cōſtituti pſallunt,oēs cantant,omnes exultant,oēs lætantur, oēs gaudent,omnes iubilant,oēs manibus plaudunt,oēs tripudiāt, omnes iucundātur. Verè nūc in ſuperna Hieruſalem auditur canticū lætitiæ,& per omnes vicos eius ab vniuerſis dicitur hallelu ia. Nūquam

F ab origine mundi tale feſtum,& tā ſolenne paſcha celebratum eſt in patria: nec vnquā erit, niſi fortè poſt diē iudicij, cùm omnes ibi cū corporibus glorioſis præſentabimur electi. Magnū itaq; & ſolenne eſt hoc feſtum.Nam quicquid deus vſque modò fecit,fecit vt ad hunc diē perueniret. Cœlū & terra,& omnia quę in his ſunt,facta ſunt propter hominem:homo autem propter gloriā cœleſtem habendam:ad quam vſque nunc pertingere poſt peccatum nō poterat, quantumcunq; iuſtus eſſet. Quia ergo omnia cōpleta ſunt in aſcenſione,magnificus valde eſt dies iſte. Hodiernus quippe dies propriè eſt feſtum ſolenniſsimum domini noſtri Ieſu:quia hodie incepit ſedere ad dexterā patris,& requiem capere à labore ſuæ peregrinationis. Eſt etiā propriè feſtum omniū ſupernorū ſpirituū,quia de dño ſuo quē antè ibi in humanitatis forma nō viderāt, nouum ſuſcipiunt gaudiū:& quia hodie primò incipiunt reſtaurari ruinę ipſorū:in tāta multitudine beatorum, & cognoſcūt numerum ſuum per peccatum

Margin notes: Acto.1. Orādum, & nobis. · Matth.5. · Aſcendit ad cœlum empyreū. Cœlū triplex. · Seſsio Chriſti à dextris dei. · Statio Chriſti. Acto.7. · Exod.15. · Aſcenſionis ſolennitas eſt magna.

catum diminutum,per dominũ Ieſum reintegran-
G dum.Si ergo gaudium eſt in cœlo corã angelis dei
ſuper vno peccatore pœnitentiã agente: quale pu-
tamus gaudium eorum fuiſſe,quãdo tot millia ani-
marum ſanctarum ad ſuum viderunt conſortium
tranſire?Etiam propriè eſt feſtum patriarcharum,
prophetarũ,& aliarum animarũ ſanctarum: quia
ad ſupernam patriã hodie primitus intrauerunt. Si
ergo feſtum facimus de aliquo ſancto ad cœlos
migrante: quantò magis de tot militibus, & quãtò
magis de ſancto ſanctorũ? Eſt etiã feſtum dominæ
noſtræ,quę filiũ ſuum vnigenitũ in ea carne quam
de ſe aſſumptam nouerat, totã oculis ſuis glorioſè
ſic vidit tanquam deum verũ ſuper excelſa cõſcen-
dere:& omnes cœlos dominandi iure penetrare:ac
Feſtũ noſtrum. in dei patris conſeſſum aſcendendo pertingere. Eſt
etiam nihilominus propriè feſtum noſtrũ:quia hu-
mana natura hodie ſuper cœlos eſt exaltata,& ho-
mo perditus ad regna cœleſtia, & ad ſocietatẽ an-
gelorum per dominũ Ieſum eſt reuocatus: ipſe eñ
H dei filius,qui exiuit à patre,nõ per loci mutationẽ,
ſed per æternam generationem,& perſonalem di-
ſtinctionẽ hodie reliquit mundum,quãtum ad præ
ſentiam corporalem,& iuit ad patrẽ, faciendo na-
turam mortalem paternæ gloriæ conſortẽ. Igitur
valde ſolennis eſt dies iſte:& anima quę dominum
Ieſum bene diligeret,meritò hodie exultaret.Si di-
ligeritis me,inquit,gauderetis vtique:quia vado ad
patrem. Vnde Leo papa,dicit quidẽ dominus Ieſus
Ioan.14. diſcipulis ſuis:Si diligeretis me, gauderetis vtique,
quia vado ad patrẽ. Vobis enim hęc præſtatur aſcẽ
ſio:& ſuper omnes cœlos ad patris dexterã collo-
canda, veſtra in me humilitas eleuatur. Vniui eñ
vos mihi, & factus ſum filius hominis: vt vos filij
dei eſſe poſsitis. Quia igitur Chriſti aſcẽſio noſtra
prouectio eſt:& quò pceſsit gloria capitis, eò ſpes
vocatur & corporis: dignis dilectiſsimi exultemus
gaudijs, & pia gratiarum actione lætemur. Hodie
enim nõ ſolum paradiſi poſſeſſores firmati ſumus:
ſed etiam cœlorum in Chriſto ſuperna penetraui-
mus,ampliora adepti per ineffabilẽ Chriſti gratiã,
I quàm per diaboli amiſeramus inuidiam. Nã quos
virulẽtus inimicus primi habitaculi fœlicitate de-
iecit,eos ibi cõcorporatos dei filius ad patris dexte-
ram collocauit.vnde & Augu.Hodie,ſicut audiſtis
Cor noſtrum aſcẽdat cum Chriſto. fratres,dñs Ieſus Chriſtus aſcendit in cœlũ:aſcẽdat
cum illo & cor noſtrum. Sicut enim ille aſcendit,
nec receſsit à nobis: ſic & nos cum illo iam ſimus,
quãuis nondum in corpore noſtro iam factum ſit
qđ promittitur nobis. Cùm aſcẽdit in cœlũ,nos ab
illo nõ ſeparamur.Nõ nobis inuidet cœlũ: ſed quo-
dammodo clamat,mea mẽbra eſtote, ſi aſcendere
vultis in cœlum.In hoc ergo omnes interim robo-
remur,in hoc votis omnibus æſtuemus,in hoc me-
ditemur in terris,ꝙ cõputemur in cœlis. Tũc exu
turi carnem mortalitatis,nũc exuamur animę ve-
tuſtate. Facilè corpus leuabitur in alta cœlorum,ſi
non premat ſpiritum ſarcina peccatorũ. Et iterũ:
Quia verò tẽporali Chriſti præſentia viduati ſu-
mus,ad æternam eius viſionẽ tota intentione feſti-
Pſal.26. nemus,eiq; dicamus:Tibi dixit cor meum,quæſiui
vultum tuum, vultum tuum domine requirã: tota
namq; diſpenſatio humanitatis Chriſti, nihil aliud
fecit,niſi vt intentionem noſtrã ad ſuperna dirige- K
ret:& ex tẽpore noſtræ mortalitatis ad manifeſtã
viſionem ſui perduceret, ac perductos æterna vul-
tus ſui gloria ſatiaret. Et iterum, Hęc quippe ſolẽ-
nitatis huius eſt ratio: vt Chriſtum ad dexterã pa-
tris iam regnare credamus,: & interim eum quaſi
geminis virtutũ alis, charitatis ſcilicet & ſpei ſub-
ſequamur: vt cùm tradiderit regnũ deo patri, ſine
fine cum eo regnemus. Aſcendamus cum Chriſto
interim corde,vt cum dies promiſſus aduenerit,ſe-
quamur & corpore.hæc Aug. Vnde etiam Grego.
Vnde fratres chariſsimi oportet vt illuc ſequamur
corde,vbi eũ corpore aſcendiſſe credimus:deſideria
terrena fugiamus: nihil iã nos delectet in infimis,
qui patrem habemus in cœlis: & ſi adhuc hîc tene-
mur in infirmitate corporis, ſequamur tamẽ eum
paſsibus amoris:nõ autẽ deſerit deſiderium noſtrũ,
ipſe qui dedit Ieſus Chriſtus dominus noſter. hæc
Greg. Aſcendit ergo Chriſtus,vt corporali præſen
tia ſubtracta prouocet affectũ mundi, & toto cor-
de eum deſideremus. Et ideo quæ ſurſum ſunt quę L
ramus,quoad vim intellectiuã: quę ſurſum ſunt ſa-
piamus,quoad vim affectiuam. Sic aſcendit corde Militis exemplum.
miles quidam, qui in partibus vltramarinis omnia
loca in quibus ſaluator noſter fuerat ſolicitè cũ la-
chrymis viſitauit: & dũ omnia ſancta loca deuotè
perquiſiuiſſet, vltimò venit in montẽ Oliueti vnde
dominus aſcendit, vbi poſt longam orationẽ cum
lachrymis dixit: Ecce domine vbiq; quæſiui te di-
ligenter: vnde dũ venerim ad locũ vbi cœlos aſcen-
diſti: neſcio vbi amplius te requirã: iube ergo ſpiri-
tum meum ſuſcipi, vt ad dexterã patris videam te
reſidentem in gloria: & his dictis ſpiritum ſuũ ſine
dolore reddidit: Sic & nos dominũ per ſingula ſua
opera & virtutum exercitia quæramus, vt tandem
ad eum aſcendere valeamus. Aſcẽſio domini olim Aſcenſionis figura.
in ſcala Iacob præfigurata fuit, quæ vna extremi-
tate terram,& alia cœlũ tangebat:& angeli per eã Gene.28.
deſcendebant,& aſcendebant: ſic Chriſtus de cœlo
deſcendit,& reaſcendit: quando cœleſtia, & terre-
ſtria reuenire voluit: oportebat enim ꝙ mediator M
dei & hominum deus & homo eſſet: quia aliter pa-
cem inter deum & hominem reformare nõ poſſet:
deus enim altiſsimus eſt, & homo infimus erat:&
ideo Chriſtus inter cœlum & terrã ſcalã faciebat.
Deſcendunt autem angeli per illã,nobis gratiã ap-
portando:& reaſcendũt, animas noſtras in cœlum
reportando: hanc etiã aſcẽſionem Chriſtus præno-
tauit,quando parabolam de vna oue ex centũ per-
dita & inuenta prædicauit. Ouis vna perdita eſt,
quando homo mandatum dei tranſgreſſus eſt:deus
autem nonagintanouem,id eſt, nouẽ choros ange-
lorum in cœlo dimiſit:& veniens in hunc mundũ,
hominem perditũ per trigintatres annos quæſiuit:
& intantum ſe fatigauit, quòd de toto corpore ſuo
ſudor ſanguinis emanauit. Inuentam autem ouem
ſuper humeros poſuit,& portauit, quando crucem
pro peccatis noſtris, proprijs humeris baiulauit:
amicos ad congratulandum ſibi inuitauit, quan-
do cum homine aſcendit, & omnem cœli curiam
lætificauit. Hæc etiam aſcenſio domini olim fuit
in tranſlatione



4.Reg.2. in tranſlatione Heliæ præfigurata. Helias legem
A dei in Iudæa prædicauit,& tranſgreſſores legis au-
dacter increpauit: propter quod magnã ſuſtinuit à
Iudæis perſecutionẽ,ſed apud deum meruit in pa-
radiſum tranſlationẽ. Ita Chriſtus in Iudæa viam
veritatis docuit, & propter hoc à Iudæis multas
Philip.2. perſecutiões ſuſtinuit: ſed deus illum ſuper omnes
cœlos exaltauit,& nomen quod eſt ſuper omne no
Lucę 24. men illi dedit. Oportebat enim pati Chriſtum, &
ita intrare in gloriã ſuam: & multò magis oportet
nos tolerare propter vitam æternam.

## ORATIO.

O Ieſu corona celſior,qui reſurgens à mortuis
ad patris aſcendiſti dexterã:trahe ad te men
tem meam,vt te ſolum ardenter deſiderẽ &
inquiram. Da quæſo toto deſiderio meo & ſtudio
tendere,quò te credo aſcẽdiſſe:vt in præſenti qui-
dem miſeria ſolo tenear corpore: tecũ autem ſim
cogitatione & auiditate,vt ibi ſit cor meum,vbi tu
ſis theſaurus meus deſiderabilis & amabilis. Trahe
B me poſt te:vt per tuam gratiam de virtute in virtu
tem aſcendens,te deum deorum videre merear in
Sion. Amen.

## De ſcripturæ euangelicæ,ac fidei fine & vtilitate. Caput lxxxiii.

Ioan.21. Dicta & facta Chriſti ſcribi nequeunt ad plenũ nec à nobis intelligi.

SVnt & multa alia ſigna & facta, in
multitudine incomprehenſibili exi-
ſtentia,pręter ea quę ab euangeliſtis
ſunt ſcripta,[quæ fecit Ieſus]in terra
in ſe & in alijs, tam actibus cordis,
quàm oris & operis ante ſuam reſurrectionem,&
poſt eandẽ.[quæ]prę multitudine ſua[nõ ſunt ſcri
pta. Quæ ſi ſcribãtur per ſingula,]quoad facta par
ticularia, & conditiones virtutemq; eorũ:[nec ip-
ſum arbitror mundũ:]id eſt,homines huius mũdi,
[capere poſſe libros qui eſſent ſcribendi.] Non eñ
ſpatio locorũ credendum eſt mundum capere non
poſſe: quia in eo ſcribi nõ poſſent, ſi ſcripta nõ fer-
rent: ſed capacitate intellectus legentium & audien
tium,& quoad incredulitatẽ infideliũ,& quoad my
ſteria & ſenſum cõprehendi fortaſſe non poſſent.
Facta enim & verba Chriſti nõ ſunt hominis tan-
tum,ſed & dei: quia illa humanitas erat organũ di-
C uinitatis:& ideo nõ poſſunt ad plenũ ab hominibus
explicari,vel etiã comprehẽdi: quod patet ex hoc,
ꝙ à principio eccleſiæ cœperunt ſancti doctores li
bros ſcribere ad explicationẽ verborum & factorũ
Chriſti,& adhuc ad plenũ non ſunt elucidata: imò
ſi mundus duraret per mille millia annorũ,& ſem
per libri ſcriberẽtur, nunquam ad plenũ elucida-
rentur: quia ſicut dictũ eſt, facta ſunt & dicta dei,
quæ ſunt nobis incõprehenſibilia, propter eorum
excellentiã,reſpectu intellectus noſtri: & ideo de-
bemus ſubiugare,& captiuare intellectũ noſtrum
in obſequiũ Chriſti,vt ei aſſentientes per fidẽ,quæ
eſt in ænigmate,tandẽ veniamus ad contẽplandam
faciẽ ad faciẽ. Vnde ſecundũ Chryſ. Nec Ioannes,
nec alij euãgeliſtæ omnia dixerunt: ſed quæ erant
ſufficientia attrahere ad fidẽ audiẽtes. Quoniã qui
non credit his quæ dicta ſunt,neq; pluribus atten-
det: qui vero hæc ſuſcipit,nulla indigebit alia in fi-
de ratione. Tantum enim cõſcripſerunt, quantum
ad fidem credentium ſufficere poſſe cognouerunt: D
& ideo pauca de pluribus elegerunt,facilius vt in-
telligantur,diligentius quærantur, fide credantur,
& memoriæ tradantur. Vnde Auguſt. Cùm mul-
ta feciſſet dominus Ieſus, non omnia ſcripta ſunt:
electa ſunt autẽ quæ ſcriberentur, quæ ſaluti cre-
dentium ſufficere videbantur. Hęc Augu. Materia
quidem euãgelij & omniũ euangeliſtarum eſt ea-
dem: ſcilicet ſanctæ trinitatis myſteriũ. Chriſtus
ſecundum diuinã & humanam naturã dicta & fa-
cta eius,aliorumq; dicta & facta ad ipſum: omnes
enim agunt de iſtis,& materia iſtorũ. Intentio ve- Finis & intentio ſcripturarum
rò & finis omniũ eſt,per Chriſti geſta & doctrinã,
fidem de eo aſtruere quod ex fine libri Ioãnis per-
penditur. Vbi dicitur: Hæc aũt ſcripta ſunt,vt cre-
datis: ſcilicet fide formata charitate: quia Ieſus eſt
Chriſtus filius dei: ſcilicet naturalis,in potentia ſi-
bi æqualis,& per cõſequens idẽ in deitate: quia na-
tura diuina eſt indiuiſibilis. Credatis inquã,corde ad Roma.10.
iuſtitiam,& ore cõfitemini ad ſalutẽ: opere oſten- E
dentes ad fructũ vitæ: quia fides ſine operibus mor Iacob.2.
tua eſt. Ecce ſcripturæ vtilitas: ſcilicet, effectus fi- Scripturæ
dei: ad hoc enim ordinatur tota ſcriptura noui & vtilitas.
veteris teſtamenti. Quã autem vtilitatẽ ex hac cre
dulitate cõſequamur, manifeſtatur cùm ſubiũgi-
tur: Et vt credẽtes vitam,ſcilicet æternã: in qua cla
rè videbis quod nunc creditur: habeatis nũc in ſpe,
& in futuro in re: vel vt credẽtes vitã habeatis: hîc
vitã iuſtitiæ,quæ habetur per fidẽ: iuſtus enim ex Habacuc 2.
fide viuit:& in futuro vitã ſpei, quæ habetur per
gloriã: & hoc in nomine eius,id eſt,per fidẽ nomi-
nis Chriſti: quia nõ eſt aliud nomen ſub cœlo datũ
hominibus,in quo oporteat nos ſaluos fieri: virtute
ergo nominis Chriſti & ſaluatoris,habetur vita æ-
terna. Vnde Ioãnes: Hæc eſt vita æterna: vt cogno- Ioan.17.
ſcant te verũ deum,& quẽ miſiſti Ieſum Chriſtum.
Finis itaq;,id eſt,finalis cauſa euangelij,eſt ſanè cre Cauſa finalis euangelij.
dere,perfectè diligere,ſacramẽtis inſigniri: & ho
rum triũ finalis cauſa eſt vita æterna. Ad hæc quip
pe adipiſcẽda fuit intentio ſcribere, & prædicare
euangelia. Veteris quidem teſtamenti intentio eſt Veteris teſtamenti intentio.
nouum figuris & ænigmatibus demõſtrare: euange
lij aũt,ad æternę beatitudinis gloriã mentes huma
nas accendere. Fides ergo catholica,id eſt,vniuerſa F
lis,omnibus eſt neceſſaria ad vitã, & ſalutem æter-
nam. Fidei ſuccedit ſpes,& ſpei ſuccedit beatitudo
charitas aũt etiam fide & ſpe decedẽtibus,perma-
net & augebitur: & ideo maior his eſſe dicitur.
Quæ vero credenda ſunt, ex ſimbolo haberi poſ Credenda Symbolũ apoſtolorum.
ſunt. Eſt enim ſymbolũ, compendioſa collectio o-
mnium ad ſalutẽ ſpectantiũ. Sunt autem tria ſym
bola. Primũ,apoſtolorum. Secundũ, Niceni conci Symbola tria.
lij. Tertium,Athanaſij. Primũ factum eſt, ad fidei
inſtructionẽ. Secundum, ad fidei explanationem.
Tertiũ,ad fidei defenſionẽ. De primo ergo, in quo
eſt fidei fundamentũ,hîc videamus ſolũ: quia hoc
magis eſt ad propoſitũ. Vbi ſciendum eſt, ꝙ ſi re- Articulorum fidei numerus.
ſpectus habeatur ad eos qui ediderunt hoc ſymbo
lum,tunc articuli ſunt duodecim,ſecundum nume
rum duodecim apoſtolorum. Si autem conſidere-
mus quæ radicaliter ſunt credenda: tunc articuli
ſunt quatuordecim: quorũ ſeptem ſpectant ad diui
nitatem

nitatem,& ſeptem ad humanitatem: & hęc ſigna-
G ta ſunt in ſeptē ſtellis,& in ſeptem candelabris au-
reis,in quorum medio ambulabat filius hominis.

Articuli ſeptem ad diuinitatē ſpectantes.

Sunt igitur ſeptē articuli fidei,qui pertinent ad di-
uinitatē. Primus eſt,vnū deum eſſe:qui notatur ibi,
Credo in vnū deum. Credere deū,eſt credere deum
eſſe:ſcilicet quia eſt:credere deo,eſt credere verbis
eius,& ſacris ſcripturis:credere in deū,eſt creden-
do deum fide & affectione, ſeu fide per dilectionē
operante,in ipſum tendere & ire,ac membris eius
incorporari. Secundus eſt,patrē eſſe deum: qui no-
tatur ibi,patrē:quod hîc perſonaliter tenetur: pa-

Paternitas multiplex.

ter verò eſſentialiter tenet, vbi agitur de paternita
te adoptiõis,qua paternitate ipſa trinitas pater eſt
bonorū, vel creatiõis: qua paternitate tota trinitas
pater eſt tā bonorū q̃ malorū. Omnipotētem : ap-
propriatè,quãuis & filius ſit omnipotens , & ſpiri-
tus ſanctus: quia potentia appropriatè attribuitur
patri,ſicut ſapiētia filio,& bonitas ſpiritui ſancto.

Creatio potentiā ſonat.

H Creatorē cœli & terræ:vbi per cœlum & terram,
intelligitur tam ſpiritualis quàm corporalis crea-
tura. Creare quippe,ſeu creatorē eſſe, potius ſonat
potentiam, quàm ſapientiā,vel bonitatem: quia o-
peratio egreditur à potentia : & ideo appropriatè
attribuitur creare hîc patri:ſicut potētia : cùm ta-
men creet omnia pater per filiū,cooperãte ſpiritu
ſancto:quia indiuiſa ſunt opera trinitatis, & totæ
tres perſonæ vnus ſunt creator. Tertius eſt, filium
eſſe deum:qui notatur ibi,& in Ieſum Chriſtum:
quæ duo nomina frequenter cõiunguntur in nouo
teſtamento:quia vnū,ſcilicet Ieſus,quod interpreta
tur ſaluator,exprimit eius diuinitatē: nam inquan
tum deus,ſaluator eſt:reliquum, ſcilicet Chriſtus,
quod interpretatur vnctus,exprimit eius humani
tatem:quia inquantū homo,vnctus eſt præ cõſorti
bus ſuis.filiū eius vnicū: id eſt,naturalem , nõ adop-
tiuum:vel vnicū dicit,quia non eſt filius vnus in-
quantum deus,& alius inquantum homo: ſed vnus
I Chriſtus in duabus naturis,ſcilicet deitate & huma
nitate,& tribus ſubſtantijs: ſcilicet deitate, anima,
& carne vnicus eſt filius.dominū noſtrū:ſicut enim
pater dominus eſt omniū & omnipotens,ita & fi-
lius:quod intelligatur ſecundū deitatem:quia quã-
uis humanitati Chriſti collata ſit omniū ſcientia,
non tamen omnipotētia. Quartus eſt, ſpiritū ſan-
ctum eſſe deū:qui notatur ibi,Credo in ſpiritū ſan
ctum:& circũloquitur hæc vox , ſpiritus ſanctus,
quando tenetur dictionaliter , tertiā perſonam in
trinitate:quando aũt in vi rationis tenetur,eſſen-
tialiter ſumitur,& cõuenit trinitati. Sic ergo patet,
ꝙ prædicti quatuor articuli ſunt de diuinæ eſſen-
tiæ vnitate,& perſonarum trinitate. Quintus eſt,
credere remiſſionē peccatorum his qui ſunt in ec-
cleſia:qui notatur ibi,Sanctā eccleſiam catholicā,
ſanctorum cõmunionem:id eſt,credo ſanctam ec-
cleſiam catholicā,ſiue militantē,ſiue triumphan-
tem,eſſe cõmunionem,id eſt,congregationē vel ſo
cietatem ſanctorū. Vel ſic, credo ſanctā eccleſiam
adhuc in terris militantē:& credo ſanctorū com-

Eccleſiæ ſanctæ diuiſio.

munionem,id eſt,aſſociationē in cœlo,ſcilicet eſſe
eccleſiam triumphantem:quaſi diceret,credo vtrã-
que eccleſiam. Eſt autem ſancta eccleſia in tres di-
uiſa:vna eſt in mundo,quæ eſt adhuc in timore &
K expectatione:alia eſt in cœlo,quæ eſt ſine timore
expectatione:tertia eſt in purgatorio, quæ medio
modo ſe habet:quia eſt in expectatiõe,cùm adhuc
gloriam præſentē non habeant : & tamen ſine ti-
more,quia habent liberū arbitrium in bono confir

Catholicō

matum. Catholicon, Grecè, Latinè ſonat vniuerſa-
le. Et dicitur vniuerſalis duabus de cauſis : ſcilicet
quia vniuerſaliter prædicata per quatuor partes
terræ:& quia articulos habet veros vniuerſaliter,
quibus nullū falſum poteſt ſubeſſe. Remiſſionem
peccatorū:id eſt,credo remiſſionē peccatorum fie-
ri,ſcilicet per deū in baptiſmo triplici:ſcilicet flu-
minis, & flaminis , & ſanguinis : ſiue poſt baptiſ-
mum in pœnitentia . Sextus eſt , credere reſurre-
ctionem mortuorū:qui notatur ibi, carnis reſurre-
ctionem. In qua reſurrectione credendū eſt idem
corpus quod per mortem cecidit,ad eundem ſpiri-
tum,id eſt,ad eandem animam rediturum. Septi-
mus eſt,bonorum remuneratio,ſub quo cõprehen-
ditur & malorū punitio:qui notatur ibi, vitam æ L
ternam:quaſi diceret,Credo vitam æternam,præ-
mium bonorū:& mortem æternam,ſupplicium ma-
lorū. Et iſti tres vltimi articuli ad diuinitatē perti-
nent:quia per virtutem diuinitatis fit peccatorum
remiſſio:quæ eſt animæ viuificatio , & corporum
reſurrectio,atque corporum ſimul & animæ glo-

Articuli ſeptem ad humanitatem Chriſti ſpectantes.

rificatio. Alij ſeptē ſunt articuli , qui pertinent ad
humanitatem Chriſti. Primus eſt, credere filiū dei
conceptum de ſpiritu ſancto : qui notatur ibi , qui
conceptus eſt de ſpiritu ſancto , id eſt, operatione
ſpiritus ſancti. Vno enim eodemq; momēto ſegre-
gata fuit illa caro aſſumpta à reliqua carne virgi-
nis,operatiõe ſpiritus ſancti:& animata anima ra-

De.

tionali:& deitas vnita ei. Vnde ly,de, non denotat
ſubſtantiā cauſæ materialis,ſed potius efficientis.
Quamuis enim incarnatio filij ſit opus totius tri-
nitatis:quia quod operatur vna perſona, operātur
M omnes,eo ꝙ ſunt indiuiſa opera trinitatis : tamen
ipſa gratia mediante qua natura humana vnitur di
uinæ,eſt donū appropriatum ſpiritui ſancto: quia
hæc gratia appropriatè procedit à charitate,ſiue à
benignitate dei, quæ ſpiritui ſancto approbatur:
non enim deus,inquantū potens, vel inquantū ſa-
piens,ſed inquantū bonus & benignus noſtram re-
demptionem operatus eſt per incarnationē. Et tan
gitur hîc natiuitas Chriſti in vtero:ſcilicet qua na
tus eſt de ſpiritu ſancto. Secundus eſt , filiū dei natū
ex Maria virgine:qui notatur ibi,natus ex Maria
virgine:ſcilicet natiuitate ex vtero. Tertius eſt, fi-
lium dei pro nobis mortuum in cruce: qui notatur
ibi,paſſus ſub Pontio Pilato:id eſt,ſub poteſtate Pi-
lati Pontij genere:crucifixus,ad diſtinguendū paſ
ſionē eius à paſſionibus aliorū,qui in patibulis ſu-
ſpendũtur & citius moriũtur:mortuus vera morte
per diſſolutionē aīę à corpore, diuinitate tñ ſemper
coniūcta vtriq;:& ſepultus,nõ tamen vt alij corru-
ptus & incineratus. Quartus,filiū dei deſcēdiſſe ad
inferos,ſcdm animā:qui notatur ibi , deſcendit ad
inferna:deſcēdit tantū in anima deitate vnita:quia
corpus in ſepulchro quieuit,deitate etiam ei vnita.
Quintus, filium dei reſurrexiſſe : qui notatur ibi,
tertia



tertia die reſurrexit à mortuis:vt per ſynecdochē
A pars ponatur pro toto:vt videlicet pars illius para-
ſceues,qua mortuus eſt, cõputetur pro die vna: &
nox ſequens cum die ſabbati ſequentis,pro alia:&
nox ſequentis dominicæ,cuius mane ſurrexit, pro
tertia. Iſti duo articuli dicunt totū , quod Chriſtus
nobis meruit per mortē ſuam:hoc aũt eſt redēptio
in anima , quæ cõpleta eſt per fracturā inferni,in
deſcenſu ad inferos:& redēptio in corpore,quæ cõ
pleta eſt in reſurrectione, per gloriā corporis ſui.
Sextus, eundē aſcendiſſe ad patris æqualitatē:qui
notatur ibi. Aſcēdit ad cœlos: ſcilicet inquantū ho
mo,& ſecundū humanitatē:quia vbiq; eſt ſecundū
diuinitatem. Sedet ad dexterā dei patris omnipo-
tentis,conregnans patri in æqualitate, ſecundum
deitatē:& fruens potiſſimis bonis patris, ſecūdum
humanitatem:pacificè gloriatur, & omnia quietè
cum patre iudicat & diſponit. Septimus, filium dei
iudicaturū bonos & malos:qui notatur ibi, Inde vē
turus eſt iudicare viuos & mortuos. Inde, id eſt,
poſtmodū:vel inde, id eſt, de cœlis, quos aſcendit:
B venturus in die iudicij iudicare viuos & mortuos:
ad literā,quia tunc viui & mortui reperiuntur iu-
dicandi. Illi tamen viui morientur: ſed ſtatim in
momento reſurgent,iudiciū cum reſuſcitatis rece

Articulorum conditores.

pturi. Iſti quatuordecim articuli colligũtur de ſym
bolo,quod apoſtoli condiderũt. Articulū primum
& ſecundum de diuinitate,poſuit Petrus: Andreas
tertium, Bartholomæus quartū, Simon quintum,
Thadæus ſextum, Matthias ſeptimum. Item pri-
mum & ſecundū articulū de Chriſti humanitate,
poſuit Iacobus maior : Ioannes tertium , Thomas
quartum, Matthæus quintū, Iacobus minor ſextū,

Credenda extra ſymbolū quæ ſint.

Philippus ſeptimū. Si autem quæratur, an tenea-
mur aliqua credere, quæ nõ ſunt articuli? dicendū
eſt,ꝙ ſic. Oportet enim credere deo: quod eſt cre-
dere verbis eius,& ſacræ ſcripturæ. Sanè eſt circa
hoc ſciendum quod pars diuinæ ſcripturæ,quæ eſt
teſtimonialis & euangelica , in librorum quater-
nario continetur:ſunt enim quatuor euangeliſtæ,
quaſi quatuor teſtes,ꝙ homo ille qui dictus eſt Ie-
C ſus,fuit Chriſtus in lege ꝓmiſſus , rex & dominus

Euangeliſtarum differētiæ & intentiones.

omnium,ſaluator hominū, filius dei. Diuiduntur
ergo inter ſe libri quatuor euangeliſtarū:quia Mat
thæus intendit principaliter declarare illum homi
nem fuiſſe Chriſtū:& ideo in principio dicens, Li-
ber generationis Ieſu Chriſti:nõ expreſſit,filij dei:
ſed,filij Dauid,filij Abraham. Et in ſequētibus ſub
dit, Generatio Chriſti ſic erat. Hinc eſt, ꝙ figura
hominis inter quatuor animalia,euãgeliſtas reprę
ſentantia,deſignat Matthæū:quia maximè immo
ratur circa hominē Chriſtum oſtendendo Ieſum
fuiſſe illum,qui promiſſus fuerat in tota ſerie ſcri-
pturarum. Vnde quaſi de homine exorſus eſt ſcri-
bere,dicens: Liber generationis Ieſu Chriſti, &c.
Marcus verò principaliter intēdit declarare illum
hominem fuiſſe rege & dominū omnium: ſicut in

Daniel. 6. & 7.

Daniele habetur,ꝙ in diebus quatuor regnorum,
ſuſcitabit deus cœli regnum quintum : quod non
corrumpetur, cuius poteſtas erit poteſtas æterna.
Hinc eſt,ꝙ Marcus deſignatur per leonem,qui eſt
rex & dominus aliorū animalium. Vnde & in eo
auditur vox leonis,in deſerto rugientis, & claman
tis. Hinc eſt etiā,ꝙ maximè circa miracula immo D
ratur,& circa reſurrectionē,& parum ponit de do
ctrina Chriſti:quia principaliter intendit poteſta
tem eius,& dñm,& virtutem explicare: quæ in re
ſurrectione & miraculis maximè eluceſcunt. Lu-
cas verò intendit principaliter declarare, illum ho
minem fuiſſe ſaluatorē hominum:& ideo in prin-
cipio introducit Gabrielē,dicentem. Vocabis no-
men eius Ieſum, ipſe enim ſaluū faciet populū ſuū
à peccatis eorum:& in ſecundo capitulo ſubdit ver
bum angeli ad paſtores. Natus eſt vobis hodie ſalua
tor in ciuitate Dauid. Hinc eſt, ꝙ maximè immo
ratur circa geſta & facta Chriſti,quæ ſonāt in cle
mentiā & ſalutem, & in remiſſionē peccatorum.
Et propter hoc inferendo paſſionē, maximè expli
cauit verba dulcia & clementia Chriſti: vt eſt illud:
Pater dimitte eis,quia neſciunt quid faciunt, & il
lud: Hodie mecū eris in paradiſo. & illud: Pater in
manus tuas cõmendo ſpiritum meum:& ipſe ſolus
refert quomodo factus eſt ſudor eius tanquā guttę
ſanguinis decurrentis in terrā:quaſi in ſignum bal E
nei ſalutaris,& medicinalis. Hinc etiam eſt,ꝙ per
figurā vituli,qui aptus eſt ad immolandū,deſigna-
tur. Vnde & à Zacharia ſacerdote initiū ſumpſiſſe
legitur. Ioannes verò principaliter intendit decla-
rare,illum hominē fuiſſe dei filium,& verū deum.
Et quod hæc ſit concluſio, quā ipſe intendit, ipſe-
met explicat circa finem ſui euangelij:vbi ait, Hęc
autē ſcripta ſunt, vt credatis quoniā Ieſus eſt Chri
ſtus filius dei:& vt credentes vitā habeatis in nomi
ne eius. Hinc eſt,ꝙ incipit à Chriſti deitate,dicen-
do: In principio erat verbū:& ferè in quolibet euan
gelij capitulo , ſemper infert illum hominē fuiſſe
filium dei. Hinc eſt etiā,ꝙ per aquilam figuratur:
quia aſſumptis pennis aquilæ,ad altiora volans,de

Intentio rurſus euāgeliſtarū.

verbo dei diſputat & philoſophatur. Sic igitur qua
tuor libri euangeliorū habent pro ſubiecto idem:
ſcilicet hominē Ieſum:& de illo ſubiecto quatuor
declarare intendunt. Matthæus quidē,ꝙ fuit Chri
ſtus in lege promiſſus. Ioannes verò, ꝙ eſt verus
deus,& dei filius. Lucas autē, ꝙ eſt verus ſaluator F
hominū. Marcus verò,ꝙ eſt rex,& etiam impera-
tor omniū. Et hoc probant per facta & dicta, quæ
teſtificantur illum hominē fuiſſe in conſpectu di-
ſcipulorū ſuorum,& multitudinis Iudæorum. Et
ſic quatuor euangelia diſtinguũtur, non penes qua
tuor ſubiecta,ſed penes prædicata de eodem ſubie
cto. Et ordinantur ſecundū ordinem editionis li-
brorum:non ſecundū ordinem originis, vel digni-
tatis materiæ. Incipit ergo Matthæus partem teſti
monialem ſcripturæ diuinæ,& probat hominem
Ieſum Meſsiā,& Chriſtū,in ſcripturis promiſſum
fuiſſe. Et hoc ſibi maximè congruebat:quia in Iu-
dæa Hebræo ſermone & fratribus Iudæis ad Chri
ſtum cõuerſis ſcribebat. Intēdit ergo minorē vnius

Matthæus de Chriſto probat, ꝙ fuit Meſsias.

rationis probare:ac ſi ita velit arguere : Ille homo
in quem concordant voces omnium prophetarum
quantū ad omnia quæ prophetata fuerunt de illo
qui dicebatur Meſsias & Chriſtus: ille inquam
homo fuit verè Chriſtus. Non enim eſt poſsibile,
quòd omnia cõcurrant in aliquam perſonam: quæ

 de Chri-

de Chriſto dicta ſunt, quin illa perſona ſit Chriſtus. G Quamuis ergo duæ vel tres cõditiones prædictæ in prophetis, poſſent alicui perſonę conuenire, non tamen oẽs: alioquin vana & abſq; vlla vtilitate reuelatio prophetica præceſsiſſet: in nullo enim nos introduxiſſet ad Chriſtũ, ſed potius errandi materiam præbuiſſet. Propter quod ſaluator dicebat, ꝙ

Lucæ 24.

neceſſe eſt impleri omnia quę ſcripta ſunt in lege, prophetis & pſalmis de me. Ex quibus patet, ꝙ ille verè debet dici Chriſtus, in quẽ conſonant omniũ prophetarum voces. Sed modò ſic eſt, ꝙ in illum ſacrum hominẽ, qui dictus eſt Ieſus, concordauerunt voces omniũ prophetarum, quantũ ad concurſum omniũ conditionum, quas de Chriſto prædixerãt: ergo homo ille fuit Chriſtus. Hanc autẽ minorem intendit probare euangeliſta Matthæus, quantum ad viginti & duas cõditiones in genere, quas de futuro Chriſto prædixerũt prophetæ: & intendit ſic arguere.

Signa venturi Chriſti in Chriſto viſa.

In illo homine qui dictus eſt Ieſus, teſtis ſum ego ꝙ omnia cõcurrerũt, quæ prophetæ prædixerant futura eſſe in vero Chriſto: ſiue quantum ad propagationẽ regiam, & Dauidicam: ſiue quan- H tum ad grauidationem & gignitionẽ virgineam: ſiue quantum ad apparitionẽ ſydereã, & adorationem regiam: ſiue quantum ad nominationem floridam & nazaræam: ſiue quantum ad acclamationem præcurſoris præuiã: ſiue quantũ ad obſequiũ angelorum & miniſtrationẽ ſedulã: ſiue quantum ad conuerſationem primariã in Galilæa, & in terra Zabulon & Neptalim: ſiue quantum ad expoſitionem decalogi, & legiſlationem authenticã & nouam: ſiue quantum ad multiplicẽ operationem deificam, & miraculorũ coruſcationẽ mirificam: ſiue quantum ad conuerſationem pacificam & humillimam: ſiue quantũ ad eruditionem parabolicã & doctrinam figuratiuã: ſiue quantum ad nutritionem prouidam & benignam, ex panibus multiplicatis: ſiue quantũ ad deteſtationem veridicã omnis hypocriſis & ceremoniarũ: ſiue quantum ad colligationem geminã duarum naturarũ, diuinæ ſcilicet & humanæ in vno homine, ſiue quantum ad ec- I cleſiaſticam diſpoſitionem & hierarchiam ordinationem vnius noui regni eccleſiæ: ſiue quantum ad oſtentationẽ pauperrimam, & ſeſsionem ſuper pullum aſinæ: ſiue quantũ ad excæcatione Iudaicam, quoad phariſæos & populi ſeniores: ſiue quantũ ad reſerationẽ prophetię arcanorũ & futurorum: ſiue quantum ad inſtitutionẽ mirabilem & inſolitam nouorum ſacramentorum: ſiue quantum ad tolerantiam amaræ & ſalutiferæ paſsionis: ſiue quantum ad ſuſcitationem magnificam, & reſurrectionem ſtupidã: ſiue quantum ad conuocationẽ multimodam omniũ gentiũ, linguarũ & populorũ. Hęc enim vtiq; verificata ſunt in hoc homine ſacro Ieſu, quæ prophetæ prædixerãt de Chriſto: ergo ipſe eſt verus Chriſtus, nec eſt alius expectandus.

Marcus de Chriſto probat, ꝙ erat rex omnium.

Marcus verò, apoſtoli Petri diſcipulus, qui in Italia euãgelium Græcè ſcripſit: probat de illo fœlici homine, qui dictus eſt Ieſus, quòd fuit rex & dominus omnium: & excedens verè in poteſtate & virtute omnem hominem, & omnem creaturam: quod patet, quia non tractat niſi de præcipuis & excellentioribus miraculis eius: & ferè in quolibet capitulo cõcludit magnitudinem potentiæ & virtutis in K eo: & iſtam concluſionẽ ſemper infert in toto euãgelio: finitq; dei euangelium, in aſcenſione eius in cœlũ, & ſeſsione à dextris dei: & ꝙ diſcipuli profecti prædicauerunt vbiq; domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Sic ergo patet, ꝙ eſt concluſio quam Marcus in euangelio ſuo intendit: hominem ſcilicet Ieſum eſſe & fuiſſe virtutũ dominũ, & imperatorẽ, & regem omniũ. Nam in hac concluſione finit euangeliũ: & ipſam interſerit in ſuo proceſſu quaſi per totum. Hanc autem concluſionẽ ſuo teſtimonio probat, narrando facta illius hominis, & intendendo vnũ talem ſyllogiſmũ: Ille homo cuius virtutẽ ac poteſtatem extendi vidimus ad omnem ſpiritũ creatum & increatum: ſcilicet ad ſpiritum propheticum, & diuinum, & angelicum, & apoſtaticũ: & quam extendi vidimus ad lãguores & infirmitates corporũ: & quam extẽdi vidimus ad remiſsionẽ peccatorum & ad infirmitates animarum: & quam extendi vidimus ad totam legem Moſaïcam, & ſabbatũ immutandum, & quam extẽdi vidimus ad transferen- L dum virtutem & poteſtatem in alterum, vt & ille ſimiliter operetur virtuoſè: & quam extendi vidimus ſuper mare & ventum, & ſuper aquæ & aëris elementũ: & quam extendi vidimus ad mortis vinculum, & quorumcunq; viuentium, ſiue hominum ſiue brutorum: & quam extendi vidimus ad multiplicandum corporalem cibum, & alimenta panum: & quam extendi vidimus ad diſpenſandũ ſuper omnem ſtatum humanũ: & quam extendi vidimus ad reſtituendũ auditum, & loquelæ inſtrumentum: & quam extendi vidimus ad illuminandum tam ſpiritualem quàm corporalẽ viſum: & quam extendi vidimus ad naturam paſsibilem & impaſsibilem cõmutandum: & quam extendi vidimus nõ ſolum in propinquũ, ſed etiam ad omnem diſtantem locum, dum tamen inueniret fidelem hominem & credulũ: & quam extendi vidimus ad interpretandũ mandata legalia, & ſuperaddendũ perfectionis conſilia: & quam extendi vidimus ad M regnum & tronum Dauid obtinendũ, iuxta miraculoſum clamorem populi, & iuxta teſtimonium quod fuerat per prophetas prædictũ: & quam extendi vidimus ad conuincendum potentiam, & omnem aduerſariorum aſtutiã & machinationẽ: & quã extendi vidimus ad præcognoſcendũ omnem futurorũ euentum, & totũ ſeculi decurſum vſq; in finem: & quã extendi vidimus ad tolerandũ ſummè, fortiter, & magnanimiter omne aduerſum, & præcipuè mortem amariſsimã, quæ eſt vltimum terribiliũ: & quã extendi vidimus ad reuoluendũ proprium monumentũ, & inde egrediendũ, cùm tamẽ verè mortuus fuiſſet: & quã extendi vidimus ad aperiendũ cœlum, & ad ſedendũ ſuper regale & generale gloriæ ſoliũ, & ad dexterã patris. Ille vtique homo verè fuit rex virtuoſiſsimus & dñs omnium. Sed homo ille qui dictus eſt Ieſus, habuit cõditiones prędictas, igitur ipſe fuit omniũ dñs, & rex virtuoſus. Hanc minorẽ ſeriosè Marcus deducit, & quantũ ad viginti cõditiones eius, in euangelio ſuo



A lio ſuo probat.

Lucas de Chriſto probat, ꝙ ſaluator hominum fuit.

Lucas autem, apoſtoli pauli diſcipulus, qui in Achaiæ, Bithiniæq; partibus euangeliũ Græcè condidit, intendit iſtã concluſionẽ, ſcilicet ꝙ homo ille qui dictus eſt Ieſus, fuit ſaluator hominum, & medicus animarũ: quod congruebat, quia erat arte medicus, vt dicit Hiero. Hinc eſt, quòd in primo capitulo introducit angelũ dicentem: Vocabis nomen eius Ieſum: id eſt, ſaluatorẽ: & Zachariã

Luc.1.& 2

ei dicentem, Salutẽ ex inimicis noſtris, & de manu omnium qui oderunt nos, & angelũ euangelizantem. Natus eſt nobis hodie ſaluator: & Simeonem dicentẽ, Viderunt oculi mei ſalutare tuũ: & vbiq; per totum euangeliũ ſemper agit de illo homine, ſub ratione qua ſaluator eſt & medicus animarũ. Vnde ſolus ipſe narrat de Maria Magdalena, & ſolus ipſe ponit multas parabolas ad pietatẽ, & miſericordiã, & remiſsionẽ peccatorũ pertinentes: per quod patet, ꝙ ſua intentio principalis fuit probare concluſionẽ prædictã. Intẽdit igitur probare eam per talem rationẽ & ſyllogiſmũ: Homo ille cuius B ingreſſus & introductio, cuius etiã conuictus & cõuerſatio, cuius conatus & recollectio, cuius affatus & eruditio, cuius diſceſſus per mortẽ & cõſummatio, cuius regreſſus à mortuis, & reſurrectio fuit per modũ cuiuſdã ſpiritualis antidoti, & medicinæ ſalutaris omnium hominũ: vtiq; homo iſte cenſendus eſt ſaluator hominũ, & medicus animarũ. Sed ita fuit de illo homine, qui dictus eſt Ieſus: Ergo ipſe fuit ſpiritualis hominũ medicus & ſaluator. Minorẽ iſtius, quantũ ad ſex cõditiones poſitas in maiori, intendit Lucas deducere in ſuo euangelio, & probare. Primò enim probat, ꝙ huius hominis introductio & ingreſſus fuit per modũ cuiuſdam ſaluatoris mundi, & medici ſpiritualis: & tractat de triplici introductiõe iſtius hominis. Prima quidem, in vterũ maternum, per conceptũ. Secunda, in mundũ per natiuitatẽ & ortũ. Tertia ad totum populũ, circa annũ triceſimum. Secundò probat, ꝙ huius hominis conuerſatio, & conuictus cum hominibus, fuit per modum veri ſaluatoris: & oſtendit qualiter iſte homo per ſui conuerſationẽ & con- C uictum exemplarem, niſus eſt homines medicare & ſaluare: deſcribens eum fuiſſe exemplar omnis pœnitentiæ, exemplar omnis deuotionis & latriæ exẽplar mititatis & patientiæ, exemplar liberalitatis & beneficentiæ, explar humilitatis & beneuolentiæ, exẽplar veritatis & exiſtẽtiæ, contra omnẽ hypocriſim: exẽplar omnis perfectionis & ſuperexcellentis vitæ, exẽplar cõpaſsionis & miſericordiæ atq; clementiæ: & ex his octo cõditionibus patet, qualiter ſua cõuerſatio & cõuictus fuit ad medicandũ & ſaluandum mundum. Tertiò probat, ꝙ illius hominis totalis conatus & recollectio fuit ad ſaluandum homines, & tribuendũ eis ſpiritualem medicinam: & oſtendit qualiter homo ille conatus eſt ad ſalutẽ vocare & reducere homines per ſeipſum, & per alios, ſcilicet per duodecim apoſtolos & ſeptuagintaduos diſcipulos. Quartò probat, ꝙ hominis huius affectus & eruditio oſtendit ipſum fuiſſe omnium hominum ſaluatorẽ: quia tota ſua eruditio ordinabatur ad pellendũ peccata & morbos animarum: & ponit plures morales eruditiones ſummè accõmodè ad hominum ſalutem, & curationem, ſeu remotionẽ à vitijs, pertinẽtes. Quin- D tò probat, quòd illius hominis diſceſſus & conſummatio per mortem, fuit verè medicinalis, & veri ſaluatoris mundi. Vnde introducit eum dicentem:

Lucæ 22.

Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur: & hic eſt ſanguis meus, qui pro vobis fundetur: & plura alia verba clementiæ ſuperius dicta. Sextò probat, ꝙ iſti9 hominis regreſſus ad nos & reſurrectio fuit veri ſaluatoris mundi. Vnde oſtendendo quòd ipſe erat verè iſte qui omniũ gentiũ erat medicus & ſaluator, inducit quod, ſicut ſcriptum eſt, oportebat pati & reſurgere Chriſtũ à mortuis tertia die,

Lucæ 24

& prædicare in nomine eius pœnitentiã & remiſſionem omnium peccatorũ in omnes gentes.

Ioannes probat Chriſtum dei filium

Ioannes verò, qui in Aſia euangeliũ Græcè ſcripſit, introducit iſtam concluſionẽ: quòd homo ille, qui dictus eſt Ieſus, fuit verè filius dei: quod nõ debet intelligi quòd ſit filius dei per adoptionẽ & gratiam habens humanã naturam: imò habens in ſe verè illũ, qui ab æterno fuit filius à patre genitus, in ſub- E ſtantia diuina: nec debet etiã intelligi, quòd ſit homo ille filius dei, per conuerſionẽ deitatis in carnẽ: ſed debet intelligi per aſſumptionem carnis à filio dei. Hanc concluſionẽ probat multipliciter & deducit, & intendens rationem vnam & vnicum ſyllogiſmum ad eam probandã, ſic arguit: Homo ille qui eſt verè media perſona intrinſeca in trinitate: & eſt deo æqualis in autoritate: & eſt deo æqualis in efficacia & ſalubritate, reſpectu hominũ: & eſt deo æqualis in illapſu & immenſitate: & eſt deo æqualis in modo operandi, & actiuitate: & eſt deo æqualis in reficiendo mentẽ, & in cordis ſocietate & gratia: & eſt deo æqualis in inſtruendo, & in veræ doctrinæ claritate: & eſt deo æqualis in duratione & æternitate: & eſt deo æqualis in honore & gloria, ac cultu, ſeu latriæ, & adorationis dignitate: & eſt deo æqualis imò idẽ cum patre in eſſentia & maieſtate: & eſt deo æqualis in beneuolentia ad homines & pietate: & eſt deo æqualis in dño & regni ſolennitate: & eſt deo æqualis in amicitia & charitate: & eſt deo æqualis in inſiſtẽtia mutua in F ſeinuicem, & intimitate: & eſt deo æqualis in conferenda gratia hominibus, & influenda ſanctitate: & eſt deo æqualis in ſapientia, & ſcientiæ luminoſitate: & eſt deo æqualis in beatitudine, & æterna fœlicitate: & eſt deo æqualis in patientia & longanimitate: & eſt patri æqualis in producendo ſpiritum, & inſpiratiua fœcũditate: ille vtiq; homo eſt verè filius dei. Nam iſtæ decẽ & ſeptem conditiones intermediæ, probãt ipſum eſſe verũ deũ: prima verò conditio & vltima, oſtendunt ipſum eſſe verum deum qui eſt filius dei: quia hæ duæ proprietates competunt filio. Sed homo iſte, qui dictus eſt Ieſus, habuit ſupradictas decem & nouem conditiones, vt manifeſta experientia Ioannem & alios diſcipulos edocuit: Ergo ipſe verè eſt filius dei. Probat ergo Ioannes iſtas decem & nouem conditiones fuiſſe in homine, qui dictus eſt Ieſus, ſecundum quòd ipſe verè expertus eſt: & cæteri diſcipuli qui fuerunt cum eo. Tandem concluſionem diffusè probatam infert, recolligit, & cõcludit, dicens:

Ioan. vlti.

 Hæc au-

Hæc autem ſcripta ſunt, vt & vos credatis:quia Ie
G ſus eſt Chriſtus filius dei viui: & ponit vlteriorem
finẽ,ad quem ordinatur iſta concluſio,ſubdens: &
Ioãnes ſungitur officio & more notarij & tabellionis. vt credentes vitã habeatis in nomine eius. Vltimò
verò,tanquã tabellio & notarius publicus,cõcludit
ꝙ ipſe [eſt diſcipulus ille qui teſtimoniũ perhibet
de his,& ſcripſit hæc: & ſcimus quia verũ eſt teſti
moniũ eius.]Ponitq; conditionẽ ſuam de familia-
ritate:quia recubuerat[in ſinu eius in cœna,]illius
hominis: & idcirco multa ſecreta didicerat, vnde
prædicta probantur,& notarius ille authẽticus red
ditur & ſolẽnis. Ad hanc partẽ ſacræ ſcripturæ te
ſtimonialẽ & euangelicã,aſcendendũ eſt per aſcen
ſum ſcalarẽ & cœlicum.Sunt enim euangelia ſca-
la Iacob,quæ eis innititur dñs,& ibi reperitur: ibiq;
videntur angeli aſcendentes,& deſcendentes: quia
diuina opera,quibus voluit nobis cõdeſcendere,&
nos in cœlũ erigere, ibi per euangeliſtas quaſi per
vera quatuor cherubim,ſecundum Hiero.differun
Gene.28. tur.De quo aſcenſu ſcriptum eſt in Geneſi,ꝙ vidit
H Iacob in ſomnis ſcalam, & cacumen eius tangens
cœlum:& angelos dei aſcendentes & deſcẽdentes,
& dñm ipſi ſcalæ innixum.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte, qui nos per ſcripturam
& doctrinam euangelicam, vocare dignatus
es ad fidem catholicam: vt credentes vitam
habeamus æternam,nunc quidem in ſpe, & in fu-
turo in re:& hoc in nomine tuo, & per fidem no-
Acto.4. minis tui:quia non eſt aliud nomen ſub cœlo datũ
hominibus,in quo oporteat nos ſaluos fieri:pręſtat
mihi immerito & omniũ infimo,vt corde credam
ad iuſtitiam,& ore confitear ad ſalutem, ac opere
oſtendam ad vitæ fructum & vtilitatem:quatenus
te miſerãte ad æternæ beatitudinis gloriam nunc
mente accendar: & tandem re ipſa peruenire me-
rear,Ieſu mundi ſaluator. Amen.

De Pentecoſte. Caput lxxxiiii.

Acto.2. DIe verò Pentecoſtes,id eſt, quinqua-
geſima à reſurrectione, ſed decima
I ab aſcenſione domini, narrat domi-
nus Ieſus patri de promiſſo ſuo,quod
diſcipulis fecerat de ſpiritu ſancto
mittendo. Patre ergo gratũ hoc habente, mittunt
ſpiritumſanctum,vt ad diſcipulos deſcendat, eosq;
repleat & conſoletur:roboret ac inſtruat,ac cumu
lum virtutum & gaudiorum eis conferat. Et ſta-
tim paratus ſpirituſſanctus ſubitò venit, & ſuper
Spiritus idem à patre procedit,& à filio mittitur. eos deſcendit. Notandum autem,ſecundũ Bedam,
ꝙ dominus Ieſus eundem ſpiritum veritatis, & à
ſe mittendũ eſſe prædixit:& eundem mox à patre
procedere ſubiungit:non quia idem ſpiritus aliter
à patre procedat,quàm à filio mittitur: aut alio tẽ
pore à patre procedat, quàm cùm à filio mittitur:
ſed ideo filius eum à ſe mitti,& à patre dicit proce
dere:vt aliam patris,aliã eſſe ſuã perſonã deſignat,
atq; in eadẽ diſtinctione perſonarũ vnam eſſe ope
rationem:ac voluntatem ſuam cum patris volun-
tate & operatione denuntiet. Cùm enim eiuſdem
ſpiritus gratia datur hominibus,mittitur profectò
ſpiritus à patre:mittitur & à filio.procedit à patre
procedit & à filio:quia & eius miſsio eſt ipſa pro-
ceſsio,qua ex patre procedit & filio. Venit & ſuã
ſponte:quia ſicut coæqualis eſt patri & filio,ſic ean K
dem habet voluntatem cõmunẽ cum patre & filio.
Hęc Beda. Penticoſti interpretatur quinquaginta,
& eſt Græcum vocabulum,ſicut Paraſceyi,& Sci- Pentecoſte.
nopigia. Iudæi enim admixti Græcis, qui inter
eos ſicut cæteræ nationes conuerſabantur,Græcis
crebrò vocabulis vtebantur. Eſt autem Pentecoſte Feſta tria ſeptẽ dierum.
æquiuocum ad quinquagenã,& eius ſolennitatem
ſeptem diebus protelatam. Tria enim erant feſta
diebus ſeptem durantia:ſcilicet paſcha,pentecoſte,
& ſcenophegia.[Cùm ergo cõplerẽtur dies pẽteco
ſtes,]id eſt,quinquagenæ à reſurrectiõe:& inchoa
rentur dies pentecoſtes,id eſt,illius ſolennitatis ſe-
ptem diebus protelandæ:erant pariter in cœnacu-
lo montis Sion, vbi cœna facta fuerat, diſcipuli fe
rè centũ viginti,vtriuſq; ſexus,cõgregati in oratio
ne perſeuerantes,& promiſsionẽ ſancti ſpiritus ex-
pectãtes. Duodenarius ille apoſtolorum numerus
iam erat deculpatus. Et hora diei tertia[factus eſt
repẽtè de cœlo,]id eſt,de aëre,[ſonus:]quia fragor L
quidã inſonuit,[tanquã aduenientis ſpiritus,]id eſt,
flatus[vehementis:]vt,tanquã, ſit nota ſimilitudi-
nis:ac ſi diceretur,venit ſpiritus in ſimilitudine vẽ
ti vehementis:vel,tanquã ſpiriritusſancti vehemẽ- Spiritus vehemens.
tis:vt,tanquam,ſit expreſsiuum veritatis:quia ve-
rè ſpirituſſanctus dicitur vehemens, quaſi vehens
nos à mente,& à mẽtis affectibus alienãs:vel,qua-
ſi væ adimens:id eſt,æternã damnationẽ auferens.
Poteſt ergo ad ſonum & ad ſpiritũ ſanctum refer
ri,quod dictum eſt,[tanquã aduenientis ſpiritus ve
hementis:]quia æquiuocum eſt ad vtrunq;. Venit
in ſono,ad terrendũ rebelles:& in flatu,qui ab inte
riori procedit,ad viuificandum deuotorũ affectus.
[Et repleuit] ſonus ille vel ſpirituſſanctus, totam
domum vbi erant ſedentes,]id eſt,omnes in domo
ſedentes,implentes quod dictum fuerat eis à dño:
Sedete in ciuitate,quoaduſq; induamini virtute ex Lucæ 24.
alto. Hæc enim dona non niſi in vnum congrega-
tis per conſenſum, & ad ſuperiora ſubleuatis per
deſiderium, venire potuerunt. Et linguæ diuiſæ M
ſunt velut ignis, [& apparuerunt illis diſpertitæ Linguæ ignitæ.
linguæ tanquam ignis:] id eſt, radij ignei in mo-
dum linguarum inſidentes capitibus ſingulorũ,vt
ait Gregorius: Bene in igne ſpiritus apparuit:quia
ab omni corde quod replet, torporem frigoris ex-
cutit:& hoc in deſiderio ſuæ æternitatis accendit.
Vnde & Origenes: Deus noſter ignis conſumens Deute.5.
eſt quamdiu in nobis ſunt quæ cõſumi digna ſunt:
cùm autem conſumpta fuerint, iam non erit ignis
conſumens: ſed illuminans. Vnde etiam Hiero-
nymus: Ignis duplicem naturam habet, quoniam Spirituſſanctus igni aſsimilatur.
& lucet & vrit: ſic & deus lucet iuſtis, & pecca-
tores incendit. Inſuper & ſeptem dona ſpirituſſan
cti congruè demonſtrantur in igne. Spiritus enim Ignis effectus.
ſanctus inſtar ignis: primò purgat, per donum
timoris: ſecundò liquefacit, per donum pietatis,
tertiò decorat:per donum ſcientiæ:quartò conſo-
lidat, per donum fortitudinis: quintò eleuat, per
donum conſilij: ſextò illuminat,per donum intel-
lectus: ſeptimò dulcorat, per donum ſapientiæ.
Primus effectus ignis patet in veſte ſalamandræ:
ſecundus



ſecundus in cera,tertius in metallis,quartus in late
A ribus,quintus in vaporibus,ſextus in lucernis,ſepti
mus in cibis.[Et]ſic repleti ſunt omnes ſpiritu ſan
cto:& deinde[cœperunt loqui varijs linguis,]ſecũ
dum impetum eiuſdẽ ſpirituſſancti,& ]prout ipſe
ſpirituſſanctus dabat]eis pronuntiare,& [eloqui:]
qui diuidens ſingulis prout vult,& ſpirãs vbi vult,
quando vult,quantũ vult,quomodo vult,& quibus
vult,radioſo lumine ſcientiæ omnẽ eos veritatem
edocuit: & inextinguibili charitatis ardore, ad o-
mnem dilectionẽ accendit,& inuincibili vi fortitu
dinis in omni virtute firmauit,inſpirãs illis omniũ
linguarũ notitiã: iuxta quod legitur in ſapientia.
Sapien.1. Spiritus domini repleuit orbem terrarum, & hoc
quod cõtinet omnia:ſcilicet homo conuenientiam
habens cũ omni creatura: & propter quem facta
eſt omnis creatura,ſcientiã habet vocis:id eſt, lin-
guarũ. Ac ſi diceretur:Spirituſſanctus replens orbẽ
terrarum,dedit diſcipulis ſcientiã linguarũ,vt lin-
B guis omniũ gentium loquerentur. Tunc enim ec-
cleſia in vna gente erat:cumq; loquerentur linguis
omnium,ſignificabatur,ꝙ eccleſia creſcẽdo per o-
mnes gẽtes linguis omniũ locutura eſſet: quia iam
eccleſia linguas omniũ habet. Vbi ergo iam omnes
linguę loquebãtur,omnes linguæ credituræ oſten-
Species effectui congruit. debantur. Ipſa aũt ſpecies creaturæ in qua ſpirituſ-
ſanctus viſibiliter deſcẽdit,ad quem vſum tunc in
apoſtolos deſcenderit expreſſit:vt ſcilicet ori ver-
bum,intellectui lucẽ, & affectui ardorẽ, & cordi
robur miniſtraret. Lingua enim verba explicat,
ignis verò illuminat,calefacit,& teſtã roborat. Sed
ad aliũ vſum, ſcilicet ad relaxandũ peccata datus
fuit,quando poſt reſurrectionẽ ſuam dominus apo
Ioan.20. ſtolis inſufflauit,& dixit: Accipite ſpiritũ ſanctum
quorũ remiſeritis peccata,remittũtur eis: & quo-
Spiritus ſanctus bis miſſus ſuper Chriſtum,& toties ſuper diſcipulos rum retinueritis,retenta erũt. Vbi notandũ, quòd
ſpiritus ſanctus bis miſſus eſt ſuper Chriſtũ, & bis
ſuper diſcipulos. Super Chriſtũ quidem & in ſpe-
cie colũbæ in baptiſmo,& in ſpecie nubis in tranſ-
figuratione:quia gratia Chriſti,quæ datur per ſpi-
ritum ſanctũ,deriuanda erat ad nos per propaga-
tionẽ gratiæ in ſacramentis:& ſic deſcẽdit in ſpe-
C cie columbæ,quæ eſt animal fœcundũ: & per do-
Marci 9. ctrinã,& ſic deſcendit in nube lucida. Vnde & ibi
oſtenditur doctor: ipſum,inquit,audite. Super apo-
ſtolos autẽ primò deſcendit in flatu,ad ſignifican-
dum propagationẽ gratiæ in ſacramentis,cuius ip
ſi miniſtri erãt. vnde dicitur:quorũ remiſeritis pec
cata,remittuntur eis:ſecundo,in linguis igneis: ad
ſignificandũ propagationem gratiæ per doctrinã.
Vnde poſtquã[repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto,]
ſtatim[cœperunt loqui varijs linguis.]Bis ergo,ſe-
cundum Grego. ſcriptũ legimus apoſtolos manife
ſta donatione ſpiritũ ſanctum accepiſſe: primùm
domino conſiſtẽte in terra,per inſufflationẽ: poſt-
modum pręſidente in cœlo, in varijs linguis per
ignem: quia charitas, quæ in cordibus per ſpiri-
tum ſanctum diffunditur, duobus præceptis ſci-
licet dilectione dei & proximi impletur. In terra
datur ſpiritus,vt diligatur proximus:è cœlo datur
ſpiritus,vt diligatur deus. Et ſicut vna eſt charitas
& duo pręcepta:ita vnus ſpiritus,& duo data. Et
quia per dilectionem proximi,peruenitur ad dile-
ctionẽ dei:rectè primò datur ſpiritus in terra, & D
poſtmodũ è cœlo. Sicut enim ait Ioãnes: Qui non 1.Ioan.4.
diligit fratrẽ ſuum quẽ videt, deum quẽ non videt
quomodo diligere poteſt? Inſuper etiã datus eſt a-
poſtolis ſpiritus ſanctus ante paſsionẽ ad purgan-
dum quãdo fuerunt baptizati,& ad faciendũ mira
cula quãdo ad prædicandũ ſunt miſſi: & dictũ eſt
eis: ægros ſanate,& dæmones eijcite, mortuos ſu- Marc. vlt.
ſcitate. Vnde Hiero. Ego quidẽ audacter pronun-
tio,apoſtolos ex eo tẽpore quo crediderũt domino
ſemper ſpiritũ ſanctum habuiſſe,nec abſq; eius gra
tia ſigna facere potuiſſe:ſed eũ pro modulo atque
mẽſura recepiſſe. Primò aũt die reſurrectiõis eius
acceperũt gratiã ſancti ſpiritus,qua peccata dimit
terent & baptizarẽt,ac ſpiritũ adoptionis credenti
bus traderẽt. Die verò pentecoſtes eis amplius re-
promiſſum eſt:videlicet ꝙ virtutẽ ex alto recipe-
rent,qua & euangeliũ Chriſti cũctis gentibus prę- E
dicarent. Vnde Leo papa:Non igitur ambigamus,
Spiritus ſanctus nõ nunc primùm datus. ꝙ cum in die pentecoſtes impleuit diſcipulos do-
mini ſpiritus ſanctus,nõ fuit huius inchoatio mu-
neris,ſed adiectio largitatis. Nã & patriarchæ, &
prophetæ,& ſacerdotes,omneſq; priorũ temporũ
ſancti ſunt eiuſdẽ ſpiritus ſancti ſanctificatione ve
getati:& ſine hac gratia nulla vnquã ſunt inſtitu-
ta ſacramenta,nullaq; celebrata myſteria, vt eadẽ
ſemper fuerit virtus chariſmatũ,quamuis non ea-
dem fuerit menſura donorũ. Hæc Leo. Et ſciendũ Spiritus ſancti miſſio duplex
ꝙ ſpiritus ſanctus datur,ſeu mittitur viſibiliter &
inuiſibiliter. Viſibiliter,cùm in aliquo ſigno viſibi Species in quibus apparuit quinque.
li demõſtratur. Eſt aũt in quintuplici ſpecie demõ
ſtratus. Primò,in ſpecie columbæ ſuper Chriſtum
baptizatũ. Secundò,in ſpecie nubis lucidæ, ſuper
Chriſtum transfiguratum. Tertiò, in ſpecie flatus,
quando inſufflauit & dedit ſpiritum ſanctum ipſo Matth.3.
die paſchæ. Quartò, in ſpecie ignis & linguæ: in Marci 17.
qua duplici ſpecie apparuit hodierna die. Inuiſibi- Ioan.2.
liter aũt mittitur,cùm ad ſanctificandũ creaturam Acto.2.
mentibus caſtis illabitur. Vnde dicitur: Spiritus vbi Ioan.3.
vult ſpirat,& vocẽ eius audis. Sed neſcis vnde ve
niat,aut quo vadat. Nec mirũ: quia dicit Bernard. F
De verbo inuiſibili per oculos non intrauit, quia Verbi diuini ingreſſio.
non eſt coloratũ:ſed neq; per aures,quia non inſo-
nuit:neque per nares,quia non aëri miſcetur, ſed
menti:neque per fauces,quia non eſt manſum, id
eſt comeſtum vel hauſtum:nec tactu comperi illud
quia palpabile non eſt. Quæres igitur cùm ſint in-
ueſtigabiles viæ eius,vnde illud adeſſe nouerim?
Nempe ex motu cordis,intellexi præſentiã eius:&
ex fuga vitiorum carnaliumq; compreſsione affe-
ctuum,aduerti potentiã virtutis eius:& ex diſcuſ-
ſione ſiue redargutione occultorum meorum,admi
ratus ſum profunditatẽ ſapientiæ eius:& ex quan
tulacunque emendatione morum meorum, exper
tus ſum bonitatem manſuetudinis eius: & ex re-
formatione & renouatione ſpiritus mentis meæ,
percepi vtrunque ſpeciem decoris eius: & ex con-
tuitu omnium horum ſimul, expaui multitudi-
nem magnitudinis eius. Hæc Bernardus. Vnde &
Chryſoſtomus:Si quando boni aliquid cogitamus,
ſciamus quia ſpiritus ſanctus habitat in nobis:

 ſi verò

ſi verò aliquid mali,ſignum eſt quòd ſpiritus ſan-
G ctus receſsit à nobis. Vnde etiam Auguſt. Primus temporibus cadebat ſuper credentes ſpiritus ſanctus,& loquebantur linguis quas non didicerant, quomodo ſpiritus ſanctus dabat eis pronũtiare,Signa erãt tẽpore opportuno. Oportebat enim ita ſignificare in omnibus linguis ſpiritũ ſanctum,quia euangelium dei per omnes linguas curſurũ erat toto orbe terrarũ. Significatũ eſt illud,& tranſijt. Si ergo per hæc miracula nõ fiat modò teſtimonium præſentiæ ſpiritus ſancti,vude fit: vnde cognoſcit quiſque accepiſſe ſe ſpiritum ſanctum. Interroget cor ſuum, ſi diligit fratrem, manet ſpiritus dei in illo. Videat, probet ſeipſum coram oculis dei. Videat ſi eſt in illo dilectio pacis & vnitatis,& dilectio eccleſiæ toto terrarũ orbe diffuſæ. Nõ attendat eum ſolũ diligerefratrem,quẽ attendit ante ſe. Multos enim fratres noſtros nõ videmus,&in vnitate ſpiritus illis copulamur. Quid mirũ: quia no-

Spiritus ſancti pręſentię ſigna.

H biſcum non ſunt?in vno corpore ſumus, vnũ caput habemus in cœlo: ergo ſi vis noſſe quia accepiſti ſpiritum ſanctũ, interroga cor tuũ ſi eſt tibi dilectio fratris: ſecurus eſto, non poteſt eſſe dilectio ſine ſpiritu dei:quia Paulus clamat, Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris,per ſpiritũ ſanctum, qui datus eſt nobis. Hæc Aug. Miſsio ergo ſpiritus ſancti inuiſibilis fit in habitatione creaturę rationalis,ſed miſsio viſibilis fit ad inhabitationem demonſtrandam alijs. Et notãdum, quòd ſpiritũ ſanctum alicui ineſſe certitudinaliter ſcire nõ poſſumus:quia ſpiritus vbi vult ſpirat,& neſcisvnde veniat,aut quò vadat. Coniecturaliter tamen poſſumur colligere aliqua ſigna per effectus, ex quibus vtcunq; conijcere poſſumus ſpiritũ ſanctum alicui adeſſe vel ineſſe:& hoc differenter, ſecũdum triplicem ſtatũ:ſcilicet incipientiũ,proficiẽtium,& perfectorum Nam ſecũdum cuiuſlibet ſtatus exigentiam, ſpiritus ſanctus diuerſimodè in hominibus operatur:& ſecundũ hoc diuerſimodè ſigna accipiuntur. Nã ſpiritus ſanctus ſpirat,inhabitat,& re-

Roma.5.

Signa pręſentię ſancti ſpiritus

I plet. Spirat,quoad incipiẽtes:inhabitat,quoad proficientes:& replet,quoad perfectos. Signa aũt ſpiritus ſancti quibus ſpirat,quoad incipientes,ſecundum Bernar. tria ſunt. Primum, eſt dolor de culpa præterita:quia ſpiritus ſanctus odit ſordes,nec habitare poteſt in corpore ſubdito peccatis. Secundũ eſt firmũ propoſitum cauendi futura cum effectu: quod nullatenus haberi poteſt conatu proprio,ſine ſpiritu ſancto per gratiã aſsiſtente,& infirmitatem noſtrã adiuuante. Tertiũ,eſt promptitudo boni:q̃a ſecũdum Grego. amor dei qui eſt ſpiritus ſanctus, nunquam eſt otioſus:operatur enim magna, ſi eſt. Quoad proficiẽtesvero ſunt tria alia ſigna,quibus conijcitur ſpiritũ ſanctum eos inhabitare. Primũ, eſt frequens & iuſta cõſcientiæ examinatio,nõ ſolum de peccatis mortalibus,imò de venialibus: q̃a ſicut ſpiritus ſanctus opponitur peccato mortali, ita feruor charitatis,qui eſt à ſpiritu ſancto, opponitur peccato veniali,vt ipſum ab anima expellat, ne ſpiritui ſancto diſpliceat. Secũdum ſignũ,eſt concupiſcentia diminutio:quantò enim in proficiente charitas ſemper augetur,tantò cor à temporalibus elongatur. Vnde dicit Augu. Quòd charitas vene-

K num,eſt concupiſcentia tẽporalium:& nutrimentum charitatis,eſt diminutio cupiditatis. Tertium ſignum,eſt ſtudioſa mandatorum obſeruatio:quia obſeruatio mandatorũ ſine vera dilectione eſſe nõ poteſt. Et ponit de hoc exemplũ Auguſt. Quis eſt, inquit,qui dicit diligo imperatorẽ:ſed odio legem ſuam? Si ergo te dicis diligere deũ,mãdata eius obſerua. Quoad perfectos aũt ſunt alia tria ſigna,ex quibus cõiecturatur ſpiritus ſanctus eos repleuiſſe. Primũ eſt,diuinæ veritatis manifeſtatio: cùm enĩ ſpiritus ſanctus,ſit ſpiritus veritatis:propriũ eſt ſibi docere omnẽ veritatem:& ideo in quocunq; fuerit ſpiritus ſanctus,per aliquas reuelationes diuinorum ſecretorũ ſe pandit,& ei tanquam amico ſecreto cõmunicat. Secũdum ſignum eſt,nihil timere niſi ſolum deũ:perfecta enim charitas foras mittit timorẽ:hæc enim nihil pœnale habet,timor autem pœnã habet. Vnde apoſtolus, Vbi ſpiritus do-

2.Cor.3.

L mini,ibi libertas:libertas autẽ non ſtat cum timore ſeruili. Tertiũ ſignum eſt,deſiderium diſſolutionis:vt videlicet homo ex vehementia diuini amoris cupiat diſſolui & eſſe cũ Chriſto: quia ſpiritus ſanctus leuat mentẽ ad deſiderium ſupernorum. Fœlix ergo anima,quæ cupit diſſolui & eſſe cum Chriſto:quoniã certiſsimum habet ſignum quòd ſpiritusſanctus eã repleuerit. Præter prædicta autem ſigna ſunt alia tria,per quæ quis poteſt conijcere ſe ſpiritũ ſanctum habere. Ideo enim ſpiritus ſanctus in triplici ſigno apparuit:ſcilicet in ſpecie nubis,ſuper Chriſtũ transfiguratum: in ſpecie columbæ,ſuper Chriſtũ baptizatũ:& in ſpecie ignis, ſuper apoſtolorũ collegium congregatũ. Primum ergo ſignum,eſt abundantia lachrymarũ: & ideo apparuit in ſpecie nubis: ſicut enim adueniẽte Auſtro nubes reſoluuntur in pluuias, ſic adueniẽte ſpiritu ſancto mẽtes reſoluuntur in lachrymas. Secundum ſignũ,eſt dimiſsio iniuriarum: ideo apparuit in ſpecie columbæ,quę ſelle caret. Tertiũ ſignum,

Philip.1.

Signa alia

M eſt deſiderium ſupernorum:ideo apparuit in ſpecie ignis:ſicut enim ignis ſurſum tẽdit, ſic ſpiritus ſanctus corda ſurſum eleuare facit. [Erant aũt Iudęi viri religioſi in Hieruſalem,& in Iudæa habitantes,]& præter illos multi alij,fere[ex omni natione quæ ſub cœlo eſt,]ſuperueniẽtes:quia multis captiuitatibus Iudæi diſperſi fuerant, & modò ordinante deo ad diem feſtũ omnes conuenerant. Audito ergo fragore & ſono venti,qui ſupra cœnaculũ in aëre ſonuerat:intantũ quòd per totã ciuitatem audiri poterat,cõuenerunt omnes ad diſcipulos:& mirati ſunt[quia audiebat vnuſquiſque lingua ſua illos loquẽtes.]Alij autem irridebãt eos, dicentes: quia muſto pleni eſſent:id eſt,vehemẽter ebrij: q̃a vehementior eſt ebrietas de muſto, quàm de vino defecatò. Et quamuis hoc irridendo dicerent, tamen verum erat:quia non vinoveteri(quod in nuptijs fuit)ſed muſto gratiæ ſpiritualis erant impleti. De quo dicitur alibi: Nemo mittit vinum nouum in vtres veteres. Tunc ſurrexit Petrus cum vndecim,oſtendens eos non ebrios,cùm eſſet hora diei tertia, & nondum eſſet tempus comedendi,nec ſolebant inebriari ieiuni: ſed potius ſpiritu ſancto

Muſti ebriatio.

Mar.2.d. & Lucę 5.



Ioël 2.

tu ſancto repletos,& propheratum eſſe à Ioël ſpiri-
A tusſancti aduentum ſuper homines:tũc ergo Chriſtus qui aſcenderat dedit dona,id eſt, ſpiritũ ſanctũ hominibus: q̃a omnia noſtra bona de ſurſum ſunt, quò ipſe aſcendit. Tũc impleuit quod ante paſsionem promiſerat:dicẽs:Si ego nõ abiero, paracletus non veniet ad vos:ſi autem abiero, mittã eũ ad vos. Si carni carnaliter adhæſeretis,capaces ſpiritus nõ eritis. Senſus eſt: Nõ poteſtis plenè capere ſpiritũ, quamdiu ſecundũ carnem ſum vobiſcum. Vnde ille qui iam ceperat ſpiritum, ait: Et ſi noueramus ſecundum carnẽ Chriſtũ: ſed nunc iam nõ nouimus. Vbi attendant carnalibus deſiderijs & delectationibus dediti,verbum Bernardi, dicẽtis:Si Apoſtoli carni adhuc dominicæ adhærẽtes,quę ſola ſancta: quia ſancti ſanctorum erat: ſpiritu ſancto repleri nequiuerant, donec tolleretur ab eis: tu carni tuæ, quę ſordida eſt,& diuerſarum ſpurcitiarum phantaſijs repleta,aſtrictus & cõglutinatus, illum veraciſsimum ſpiritũ te poſſe putas ſuſcipere: niſi iſtis carnalibus conſolationibus funditus renũtiare ten-

Ioan.16.

Carnales non ſunt ſpiritusſancti capaces.

2.Corin.5.

B taueris? Reuera cùm ĩceperis triſtitia implebit cor tuũ:ſed ſi perſeueraueris, triſtitia tua conuertetur in gaudiũ. Tunc enim purgabitur affectus, & voluntas renouabitur: vel noua creabitur: & erit vt quæ prius difficilia, imò impoſsibilia videbantur, cum multa percurrant dulcedine & auiditate. hæc Bernar. Si ergo delectationes ſpiritus deſideras,delectationes carnis reſpuere debes:quia vt ait Greg. Si carni quodlibet abſcindimus:mox in ſpiritu, q̃d delectat inuenimus. Sed heu pauci ſunt ſpirituales hodie,& delectationes ſpiritus delectationibus carnis præferentes: licèt multi deferãt habitum ſpiritualem. Poſſunt autẽ ſpirituales & carnales cognoſci,ex verbis Apoſtoli,dicẽtis: Qui ſecũdum carnẽ ſunt,quæ carnis ſunt ſapiunt:qui verò ſecundũ ſpiritum,quæ ſpiritus ſunt ſentiunt. Specialiter tamẽ ex quibuſdã probatur homo verè ſpiritualis: videlicet,ſi tam citò & tãtum fugit locũ vbi lędi põt in ſpiritu,ſicut vbi offendi põt in corpore:& ſi tã libẽter ſtudet medicari ſpiritui,ſicut corpori:quãto di-

Roma.8.

Spiritualis hominis ſigna.

C gnior eſt ſpiritus corpore, tãtò magis cauẽdum eſt ſpiritui,quàm corpori à læſione. Itẽ ſi cibus ſpiritualis,ſiue ſit oratio,ſiue prædicatio,ſcriptura,ſiue lectio, ſiue corpus Chriſti, ſiue diuinum officium, tantum delectat & confortat ſpiritũ, ſicut corporalis cibus corpus:& ſi tã inuitus negligit tẽpus cibi ſpiritualis,ſicut tẽpus cibi corporalis. Itẽ ſi tam diligens eſt circa ſpiritum: ſicut homo carnalis circa carnem. Soliciti enim ſunt homines carnales, vt in ſingulis tẽporibus habeant neceſsitates corporis in victu & veſtitu,hyeme & æſtate cõpetentibus: ita ſpiritualis homo ſolicitari debet qua gratia indigeat in aduerſitate, & qua in ꝓſperitate: qua egeat ad amicos,& qua ad inimicos, quomodo habeat ſe ſolus cum deo,& quomodo inter homines conuerſando:& ſic de cæteris. Sed quis eſt hic,& laudabimus eum? quãuis enim aliqui huius tẽporis viri bona operentur,dimidij tamen operis ſunt. Quia alij largitatis gratiã ſunt adepti, ſed carnis incõtinẽtia ſunt lubrici. Alij verò corpore quidẽ ſunt caſti, ſed auaritiæ æſtibus ſunt cupidi. Alij autẽ gratiã lenitatis habentes, ſed rãcore animi ſunt puſillanimes. Alij verò nõ recordãdo iniurias ſuas citò ignoſcũt,

D ſed minus cautè cor cuſtodiendo citiusq; iraſcẽdo rixas prouocant. Alij quod deus ſingulis largiẽdo donauit,in hoc quaſi proprio labore acquirẽtes gloriantur. Alij corpus in abſtinentia affligunt: ſed ſuperbiam,auaritiã,inuidiã,& alia nephanda admittunt:vel detrahendo proximo, quaſi carnes illius cum ſanguine comedũt. Et ſic in multis hodie,qui optimus in eis eſt,quaſi paliurꝰ:& rectus, quaſi ſpina de ſepe. Sciẽdum autem ꝙ plura ſunt neceſſaria homini volenti proficere, & in vita ſpirituali deo ſeruire. Primũ eſt clara & perfecta notitia ſuorum defectuum & infirmitatum. Secũdum eſt,ira magna & feruens cõtra ſuas naturales malas inclinationes & volũtates. Tertiũ eſt, timor magnus, quẽ debet habere de offenſis hactenus cõtra deũ factis. Quia nõ eſt certus,an bene ſatisfecerit,& ſi cũ deo pacem fecerit. Quartum eſt,magnus timor & tremor,qui debet eſſe in ipſo, ne per ſuã fragilitatem relabatur iterũ in ſimilibus,vel maioribꝰ peccatis.

Mich.7.

Spirituali homini neceſſaria ſunt plura.

E Quintum eſt,fortis diſciplina, aſpera correctio ad regẽdum quinq; ſenſus corporales, & totum ſuum corpus ſubiugandum in obſequium Ieſu Chriſti. Sextũ eſt,vitare virtuoſè omnẽ perſonã, & omnẽ aliam creaturã,quæ impellit eum non ſolũ ad peccatum,ſed etiã ad aliquã imperfectionẽ ſpiritualis vitæ,ſicut vnum dęmonẽ infernalem. Septimũ eſt, dulcis & cõtinua recordatio beneficiorum dei,quę hactenus recepit,& quotidie recipit à domino Ieſu Chriſto,cum gratiarũ actione. Octauum eſt, nocte & dei ſtare in oratione. Nonũ eſt,ꝙ portet ſuper ſe crucem Chriſti,quę quatuor habet brachia: quorum primum eſt, mortificatio mortaliũ vitiorum:ſecũdum, derelictio omnium bonorũ tẽporalium:tertium, præciſio omnium affectuũ carnaliũ amicorum:quartum,ſuijpſius contẽptus & abominatio & annihilatio. Diſcipuli itaq; ſpiritus ſancti virtute docti & illuminati,accenſi & adiuti, cõfortati & roborati, conſolati & omni gaudio repleti, cùm pauci eſſent & ſimplices, totũ mundum concuſſerunt,& pro magna parte ſubiecerũt:partimq;

Spiritusſancti efficacia.

F verbis ignitis,partim perfectis exẽplis,partim mirandis prodigijs,per totum mundum eccleſiã plantauerunt: quæ & eiuſdẽ ſpiritusſancti virtute purgata,illuminata atque perfecta, amabilis facta eſt ſponſo,eiuſque paranymphis: vt ſpecioſa nimis miraq; varietate circundata: Satanæ verò & angelis eius, terribilis vt caſtrorum acies ordinata. [Profecti] quidem ſunt,nõ tam paſsibus pedum,quàm paſsibus virtutum,ſecundum ſupra dictum Chriſti mandatum: nõ immediatè poſt aſcenſionẽ,ſed poſt ſancti ſpiritus acceptionem:nec ſtatim accepto ſpiritu ſancto diuiſi ſunt per mundum:ſed perdurauerunt adhuc circiter duodecim annis in Iudæa: & deinde ſolennis diuiſio eorũ facta eſt,per orbẽ vniuerſum,cùm eatenus tãtum in Iudæa prędicaſſent: ſicq; [profecti] & diuiſi: [prædicauerunt] intelligenda,credenda,agenda, & appetenda: [vbiq;] per vrbẽ vniuerſum: [dño,] ſine quo nihil facere poterant, [cooperãte:] hoc eſt,virtutẽ operis miniſtrãte: [& ſermonẽ confirmãte,ſequentibus ſignis:] vt

Mar. vlti.

in virtute nominis Ieſu Chriſti imperarent omnibus creaturis & morbis. Nã vt prædicationis eorũ doctrina credibilis fieret & firma: adhibita ſunt ſigna & miracula: ſermo enim qui ſuper naturã & rationem eſt, nõ niſi ſignis cõfirmari põt. vñ Greg. Præceptum obedientia ſequitur, obedientiã ſigna comitantur. Sicut verò tunc cõfirmata eſt prædicatio ſignis: ita nunc quẽlibet prædicatorem ſermonem confirmare oportet ſignis bonæ operationis. vnde Theoph. Sciẽdum autẽ eſt & hoc, ꝙ nũc ſermo per opera cõfirmatur, ſicut in apoſtolis tũc opera cõfirmabant ſermonem ſequentibus ſignis. Fiat autem ô Chriſte, vt noſtri ſermones quos de virtute dicimus, per opera cõfirmentur & actus: vt tandem ſimus perfecti te cooperãte in oĩbus verbis & operibus: quia te decet ſermonum & operũ gloria, cùm ſis virtus dei, & ſapientia in ſecula ſeculorum. hęc Theoph. Et tũc impleta eſt prophetia, quę ait:

Pſal.18.

In omnem terrã exiuit ſonus eorũ: & in fines orbis terræ verba eorum. Seminauit quidẽ igneus, ac ſanctificus ſpiritus in apoſtolorũ corda ſermones,

H

& vt ſapiens adinuẽtor duodecim tibias fidei in organo poſitas nouo flatu impleuit: diuerſiſq; ſpiritualibus currẽs in fiſtulis apoſtolicis cunctis verba diuinæ virtutis ſparſit, oẽs gentes delectabilẽ inuitauit ad ſonum, & trinitatis prædicauit myſteriũ.

Pentecoſtes ſolennitas.

Igitur effectus & fructus nõ modicus ex hoc ſubſecutus, oſtẽdit quàm magna veneratione ſit digna ſolennitas hodierna. vnde Greg. Pẽſate fratres chariſſimi, poſt incarnationẽ vnigeniti filij dei, qualis ſit hodierna ſolennitas de aduẽtu ſpiritus ſancti. Sicut enim illa, ita quoque & hæc eſt honorabilis. In illa quippe deus in ſe permanens ſuſcepit hominẽ, in iſta verò hoĩes venientẽ deſuper ſuſceperunt deum. In illa deus naturaliter factus eſt homo: in iſta homines facti ſunt per adoptionem dij. Pẽſate quãta ſit iſta ſolẽnitas, habere in cordis hoſpitio aduentum dei. Tergat ergo ſordes praui operis: ꝗ deo præparat domũ mentis. hęc Grego.

Miſſio ſancti ſpirit⁹ cur dilata.

Et notãdum ꝙ non ſtatim poſt aſcenſionẽ: ſed poſt decẽ dies miſit ſpiritum ſanctũ. Primò, vt apoſtoli ieiunijs & orationibus ſe aptos eius aduentui præpararẽt.

I

Secundò, ꝙ hi ſpiritũ ſanctum perciperẽt, qui decem præcepta explerent.

Cur quinquageſimo die facta.

Miſit autem quinquageſimo die à reſurrectione: vt ſicut populus Iudæorũ poſt liberationem ſuã ab Aegypto, quinquageſimo die accepit legẽ timoris: ita populus fidelium poſt liberationem ſuã à mundo, quinquageſimo die acciperet legem amoris.

Iubileus.

In iubileo etiã, id eſt, in quinquageſimo anno recepit populus Iudęorũ libertatẽ amiſſam & hęreditatẽ, ita hac die recepit populus Chriſtianus libertatẽ amiſſam, & paradiſi hæreditatẽ. Dies ergo Pentecoſtes erat apud Iudæos celebris: quia tunc deſcendit dñs ſuper montẽ Sinai in flãma ignis, & cunctis audiẽtibus dedit legem eis.

Legalia Pentecoſtes myſteria.

Ita quinquageſimo die à Paſcha ſpirit⁹ ſanctus in mõte Sion, ſuper diſcipulos in linguis igneis deſcẽdit: & legem nouã gratiæ ſpiritualis eorum mentibus impreſſit. vnde Beda. Hæc nimirũ ſolẽnitas nõ tantum chariſmatibus cõſecrata eſt euãgelicis: verùm etiam legalibus iam olim eſt pręſignata myſterijs: ac domino iubente per oẽs annos ſacris obſeruata ceremonijs.

K

Liberati quippe ab Aegyptiaca ſeruitute filij Iſraël, per immolationẽ agni paſchalis exierunt in deſertum, vt venirent ad terrã repromiſſionis: perueneruntq; ad montẽ Sinai: & deſcẽdens dñs in igne ſuper montem quinquageſima die paſchæ peracta, legis decalogum eis diſpoſuit: atq; in memoriã datę legis ſtatuit eo die per annos ſingulos ſacrificium ſibi de frugibus eiuſdem anni ad altare deferri: quæ autẽ ſit agni paſchalis immolatio, quæ Aegyptiacæ ſeruitutis abſolutio, cũctis legentibus liquet: quia videlicet paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus: & ipſe verus eſt agnus, ꝗ abſtulit peccata mundi: qui ſui ſanguinis pretio nos à peccatorum ſeruitute redemit: ſuæ reſurrectionis exemplo nobis ſpẽ vitæ & perpetuę libertatis oſtẽdit. Quinquageſimo ergo die poſt occiſionẽ agni data eſt lex, deſcẽdente dño ſuper mõtem in igne: & quinquageſimo æquè die poſt reſurrectionẽ noſtri redẽptoris, data eſt gratia ſpiritus ſancti diſcipulis in cœnaculo conſtitutis. Et hîc autẽ altitudo cœnaculi, & ibi cacumen montis ſublimitatẽ pręceptorum, & donorũ indicat cœleſtiũ: & quia nemo infimis adhuc deſiderijs inhærens, vel diuinis obtẽperare mãdatis, vel ſupernis poſſit dignus exiſtere donis.

L

hęc Beda. Sic ergo ſpiritus ſancti miſſio fuit in legiſdatione præfigurata, & feſtũ Pentecoſtes, quod modò peragitur ab eccleſia, olim quaſi figuraliter peragebatur à ſynagoga. Quinquageſima ergo die, poſtquã Iudæi de Aegypto exierunt, decem præcepta in monte à dño receperũt: ita quinquageſima die poſtquã nos fuimus ab inferno liberati, receperunt diſcipuli gratiam ſpiritus ſancti.

Figura. 3.Reg.17.

Iſtud etiã præfiguratũ fuit in ſuperabundãtia olei, quod datũ eſt pauperculę viduę per preces Helizei: qui miſericordia motus ſuper pauperculã, impetrauit ei à dño olei abundãtiam. Per viduam iſtã deſignatur ſancta eccleſia, quæ ablato ſponſo ſuo Chriſto videbatur tanquam vidua: ſed dñs miſericordia motus dedit ei olei abũdantiã: hoc eſt ſpiritus ſancti gratiã, & linguarum intelligẽtiam.

Gene.11.

Iſtud miraculũ de intelligentia linguarum, quaſi per figuram deus prẽmõſtrauit in eo ꝙ in ædificatione turris Babel,

M

diuerſas linguas creauit. Tunc enim vnã linguã in diuerſas mutauit: modò vnicuique intelligentiam omnium illarũ dedit. Nec miraculũ iſtud nunc feciſſet: ſi diuiſionem linguarũ tunc non præmiſiſſet. Et ſicut tunc per linguas cõfudit ædificãtes: ita nũc per linguas cõfudit Iudęos: qui multum cõfuſi fuerunt, quando tam grande miraculum audiuerunt.

Exultatio noſtra.

In hac ergo ſolennitate laudemus totis viribus dominum: exultemus & lętemur in ea: quia inde fructum non modicum, nos qui ad fidẽ venimus, cõſecuti ſumus. Non ſolum autẽ hominibus gaudiũ in hac ſolennitate prouenit: ſed & beatæ virginis gaudium inde crementum accepit.

Exultatio Mariæ.

de qua Anſelmus ſic ait: Sed & gaudiorum ſuorum magnitudo non nihil incrementi accepit, cùm veniẽte ſuper diſcipulos ſpiritu ſancto, mox ad prædicationẽ illorum fidem filij ſui, tãta hominũ multitudo ſuſcepit. Ibi namque excepto gaudio, quod de ſalute generis humani in iſtorum conuerſione concipiebat, intellexit filium ſuum non fuiſſe gratis, id eſt, fru-

ſtra mortuum:



ſtra mortuũ: cũ tam efficaciter videbat operari fidẽ

A

mortis eius, etiã in eis qui actores illius extiterãt. Genus humanũ ad ſalutẽ vocari videbat, cuius rei gratia filiũ de ſe incorporatũ, & in cruce paſſum, antè intellexerat: quapropter lætabatur quòd ſpes quam antè conceperat, iam in rem veram tranſibat. Gaudebãt & gaudẽt homines: quia quod amiſerunt, centuplicati pretij fœnore recipiunt: corruerunt ſerui, reſurgunt fratres & filij. Hęc Anſel.

Laudãdus deus ſemper.

Et quanuis pręcipuè & ſpecialiter in ſolẽnitatibus: nihilominus tamen ſemper & momentis omnibus deũ laudare debemus. Nã (vt dicit Gregorius) Mirum eſt, quod homo ſemper deũ non laudat: quia quælibet creatura ad deũ laudandũ nos inuitat. Ad hoc autem nobis valde eſt neceſſaria ſpiritus ſancti gratia. Vnde Bernardus: Si quos torpet de dei laude: certiſſimũ habet in ſe experimentum, quòd nõ habeat in ſe ſpiritũ ſanctũ: quia vbi ſpiritus ſanctus inhabitat, laudẽ dei excitat. Inuocantes ergo ſpiritum ſanctũ, ſemper laudemus deũ: ad hoc enim facti ſumus,

B

vt deum ſine fine laudemus, ſicut ſuperni ciues ſemper deũ laudãt: & continuè vbi ſemper ſunt dies lætitię, & nunquã deeſt ſolennitas, & gratiarũ actio, & vox laudis. Scriptũ eſt enĩ:

Pſal.83.

Beati qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Hoc maximè veri monachi faciunt, qui die ac nocte pſallunt. Vnde Hiero. Monachi debent habere puritatem martyrũ: ſiquidẽ & ipſi martyres ſunt. Quod enim faciunt angeli in cœlis hoc monachi pſallentes die ac nocte faciunt in terris. Hæc Hieronymus.

Monachorũ eſt deũ laudare.

Et maximè aſsimilat nos cœleſtibus, quãuis adhuc in terris peregrini ſimus. Vnde Bernardus: Nihil ita propriè quendam terris reprẽſentat cœleſtis habitationis ſtatum, ſicut alacritas laudantiũ deũ, dicẽte ſcriptura:

Pſal.83.

Beati qui habitant in domo tua domine: in ſecula ſeculorũ laudabunt te. Hæc Bernardus.

Cœlũ deſiderare.

Feſtinemus igitur & nos ingredi in illam requiẽ, vbi tanta ſuperabũdat indeſinenter lætitia: & ad patriã noſtrã totis conatibus ſuſpiremus. Mœſti in ſeculo, quia peregrinamur à domino: qui enim non peregrinatur à corpore ſuo, peregrinatur à domino.

C

Multò autẽ melius eſt, diſſolui à corpore, & adhęrere deo. Odiam⁹ ergo huius miſeri & putridi corporis noſtri cõpagem, & ei curã in deſiderijs non faciamus: quod hîc nos detinet carceratos & peregrinos, à tãto bono.

Philip.1.

quia ſecundũ Apoſtolũ. Quandiu in hoc corpore ſumus, peregrinamur à dño: dicamuſq; cũ eodẽ Apoſtolo. Cupio diſſolui, & eſſe cũ Chriſto. Et iterũ:

Rom.7.

Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Deſideremus eius diſſolutionẽ, & eã cõtinuè à domino poſtulemus: quia per nos eã conſequi non valem⁹. Et interim ſaltẽ moriamur mũdo, & põpis, ac cõcupiſcentijs eius: & abſtrahamus nos corde forti & perſeuerãti ab his rebus caducis: & à miſerijs breuibus & leuibus harũ rerũ viſibiliũ ſolatiunculis, quę animas noſtras vitijs inficiũt. & virtutes à nobis excludunt: quia ſecundũ Gregoriũ, cõcupiſcens viſibilia inuiſibiles virtutes amittit.

Voluptas vitãda.

Et ſecundũ Chryſo. Nulla res ſic præpedit virtutẽ: ſicut voluptas corporalis. Vnde & Leo papa: Hoc maximè interiora hominis corrũpit, quod exteriora delectat: & tãtò rationalis anima purgatior quãtò fuerit ſubſtãtia carnis afflictior.

D

Et breuiter (vt ait Auguſt.) cætera creatura vileſcat, vt ſolus creator in corde dulceſcat. Nã ſecundũ Apoſtolũ,

Rom.8.

Vanitati creatura ſubiecta eſt: & ideo amatores ſuos facit vanos, & multos decipit incautos. O quã fœlix, quẽ miſera mũdi vanitas nõ ſeduxit: quę nunc præcipuè mulieres illudit. Vnde Chryſo. Sẽper quidem, ſed nunc pręcipuè cõpetenter dicitur vanitas vanitatũ, & omnia vanitas.

Eccleſiaſtes 1.

Hunc verſiculũ ſi ſæpe ferẽt, qui in potẽtia verſantur, in parietibus omnibus & veſtibus ſuis ſcriberẽt: in domo, in ianuis, in ingreſsibus: & ante omnia in cõſciẽtijs ſuis, vt ſemper eũ oculis cernerẽt & corde ſentirent. Quoniã quidem multę ſunt facies, multę imagines falſę, quæ decipiũt incautos. Iſtud oportet quotidie recitare carmẽ: & in prãdijs, & in cœnis, & in omniũ cõuentu vnũquenq; proximo ſuo canere: à proximo ſuo libẽter audire: quia vanitas vanitatũ eſt, & oĩa vanitas. Hæc Chryſo.

Amanda cœleſtia.

Amorem ergo rerũ deficientiũ, ad incorruptibilia trãſferamus: & ad ſublimia vocati cœleſtibus delectemur.

E

Vt ſancti gaudẽt, inde gaudeamus: horũ diuitias cõcupiſcẽtes: per bonam æmulationẽ ad ipſos tẽdamus. Cũ quibus nobis fuerit cõſortiũ deuotionis, erit & cõmunio dignitatis. Mentẽ noſtrã ſemper in cœlis habeamus, & ad dominũ multipharie nos vocante toto corde, & deſiderio tẽdamus.

Pſal.18.

Quia (vt ait Auguſt.) Exultauit vt gigas ad currendã viã: nõ enim tardauit, ſed cucurrit clamãs dictis, factis, morte, vita, deſcenſu, aſcẽſu vt redeamus ad eũ: & diſceſsit ab oculis, vt redeam⁹ ad cor, & inueniamus eũ. Ad ipſum quoque aſpiciẽtes, & eũ ſemper in corde retinẽtes, pugnemus viriliter: quia tota hæc præſens vita militia eſt, ac cõflictus, & pugna. Nã proſpera & aduerſa, feruor & tepiditas, refectio & inedia, ſopor & vigilia, ſolicitudo & pigritia: fletus & lætitia, quies & labor, ſalus & infirmitas, afflictio & voluptas: & quęcũq; in hoc mũdo ſunt pugnãt cõtra nos, & inſidiãtur nobis.

Aduerſarius non deeſt.

Et quia nunquã deeſt aduerſarius nobis inſidiã, ſit ſemper paratus noſter animus reſiſtẽdo: quia certamẽ noſtrũ breue eſt, prẽmiũ verò ęternũ. Nec vnq̃ à pugna ceſſemus quia quãtumcũq; vicerimus

F

ſemper tamẽ reſtat quod vincamus. Vnde Leo papa: Donet licẽt ſanctis ſuis quotidianã gratia diuina victoriã: nõ aufert tamẽ dimicãdi materiã: quia & hoc ipſum de miſericordia protegẽtis eſt, ꝙ naturę mutabili, ne de cõfecto prẽlio ſuperbiret, ſemper voluit ſupereſſe quod vinceret. Vñ & Chryſo. Sãcti & ſi à carne vinci nõ poſſunt, quaſi iã ſpiritales: tamẽ percuti poſſunt, quaſi adhuc carnales. Hęc Chryſoſtomus. Igitur quicquid delectamenti, vel cruciatus tranſitorij occurrit: ſtatim hoc tanquam præteritũ reputemus: & ad id quod ſemper manet mẽtis oculos dirigamus. Nã omnia quæ in mundo ſunt, velut vmbra velociter trãſeunt: ita vt præterita ſunt, nec fuiſſe putẽtur. Et ideo momẽtaneũ eſt, & citò trãſit qđ hîc delectat & cruciat: ſed æternũ eſt & ſine fine manet, quod ibi cruciat, vel delectat. Nec tamen digna facere, vel pati hîc poſſumus ad ea, quæ ibi conſequi, vel euadere ſperamus. Vnde Bernardus: Non ſunt condignæ paſſiones huius

Rom.8.

nes huius tēporis,ad peccata quę cōmiſimus, ad be-
G neficia quę accepimus, ad pœnas inferni quas euaſimus,ad præmia æterna quæ expectamus . Hæc Bernardus.Tanta quippe eſt præeminētia æternæ gloriæ,ad tēporales & trāſitorias paſsiones,vt diligēs perſpector deberet potius eligere multis annis in fornace ignis ardentis velle torqueri , & multa mala pati,quā minimo pręmio in futuro ſibi reſeruato,velle priuari:quia labor eſt cū fine,& merces ſine fine. Vnde Augu. O anima mea ſi quotidie oporteret nos pati tormenta , & perferre pœnas: ſi ipſam gehennā longo tēpore tolerare,vt Chriſtum in gloria ſua poſſemus videre, & ſanctis eius aſſociari:nōne eſſet dignū pati omne quod triſte eſt,vt tāti boni tantęq; gloriæ participes haberemur?Inſidientur ergo dæmones parēt ſuas tētationes:frāgant corpus ieiunia,premāt veſtimēta,labores grauēt,vigiliæ exiccēt,inclamet me iſte,inquietet me ille,frigus incuruet,cōſciētia murmuret,calor vrat caput doleat,pectus ardeat,infletur ſtomachus, pallescat vultus,infirmer totus: deficiat in dolore vita

Gloriæ cœleſtis præeminentia.

Tolerāda omnia ob gloriam cœleſtem.

H mea,& anni mei in gemitibus: ingrediatur putredo in oſsibus meis,& ſubter me ſcateat:vt requiſcā in die tribulationis, & aſcendā ad populū accinctū noſtrū.Vnde & Chryſo. Omnia agamus,vt non à gloria excidamus.Nequaquā eñ difficile,ſi voluerimus:nequaquā oneroſum,ſi attenderimus. Si eñ ſuſtinuerimus,& conregnabimus. Quid eſt ſi ſuſtinuerimus?Si tribulatiōes ferimus,ſi perſecutiones, ſi arctā ambulauerimus viā: arcta eñ via eſt & laborioſa,optione verò noſtra leuior fit ſpe futurorū. Tranſponamus igitur oculos in cœlū , & ſemper illa imaginemur & videamus.Si eñ in illis ſemper conſeruabimur,nō à voluptuoſis,quæ hîc ſunt, patiemur quid:neque triſtia vt grauia portabimus: hæc & his ſimilia deridebimus: & nihil neque nos ſubijcere,neque eleuare poterit, ſolū ſi deſiderium illuc tēderimus,ſi ad amorē illū aſpiciem⁹.Et quid dico?quoniā non dolebimus in præſentibus verſutijs.Neque eñ videre ea putabimus de reliquo: ta-

2.Tim.2.

I le eñ eſt amor ſpiritualis. Eos deniq; qui non præſentes ſunt nobiſcū,ſed abſunt:diligūtur autē:ſecūdum vnāquanque imaginamur diē:magna enim amoris tyrannis:ab omnibus enim deſiſtit,& ei qui diligit alligat animā. Si ita Chriſtū amauerimus: omnia quæ hîc ſunt vmbra,omnia imago videbūtur & ſomniū.Et dicemus & nos:Quis nos ſeparabit ab amore Chriſti?Tribulatio,vel arctatio?Non dixit,pecunię,vel diuitię,vel pulchritudo:hęc enim valde vilia & deriſibilia : ſed quæ videbantur eſſe grauia,poſuit:fames,perſecutiones,mortes: deinde ille quidem & hæc, vt nihil exiſtentia expuit.Hęc igitur omnia excogitantes, & voluptatem voluptati comparantes,eligamus quæ meliora ſunt , vt & futuris fruamur bonis.Hæc Chryſoſtomus.

Rom.8.

ORATIO.

TE ſu largitor donorum omniū, qui in ignis ſpecie ſuper diſcipulos tuos miſiſti ſpiritū ſanctum precor & obſecro pijſsime, vt hæc dona quę diſcipuli tui de tua ſumpſerunt largitate , licèt indignus ſumā ad ſalutē meam, te largiente : & mitte ſuper nos ſeruos tuos ſpiritū tuę charitatis,dilectionis,& pacis:qui corda noſtra viſitet, à vitijs purget virtutibus illuſtret , in vinculo dilectionis aſtrin-

K gat , lumine tuæ cognitionis illuſtret , & ardore tuæ dilectionis inflammet:condona nobis peccata & dona vitam æternam. Amen.

De laude diuina. Caput lxxxv.

ET quia dictū eſt de laude diuina , qua ſemper deū laudare debemus: idcirco conſequenter de ea aliquantulum latius videamus.Immenſa quippe creatoris,& conditoris tui beneficia, quæ tibi ô anima mea ab eo,cū te ex nihilo creauit & cōdidit collata ſunt,ad debitū cōtinuæ dilectionis, ac gratiarū actiōis & laudis iugiter reddendū te aſtringunt. Ad hoc eñ cū non eſſes, ſola & gratuita bonitate illius creata , & ad ſimilitudinē dei facta es,vt eū diligendo ſemper & ſine fine collaudes.Vñ Anſelmus:Euigila anima mea,euigila:adhęre diuinis bonis:intende ſempiternis, tēporalibus derelictis.Conſidera in ipſo creationis exordio, quid ſublimitatis,quid dignitatis cōditor tibi contulerit:

Laudis diuinæ commendatio.

Beneficia diuina ad laudandū inuitant.

L & perpende quo amore:qua veneratione colendus ſit.Certè cū vniuerſitatē rerū viſibiliū & inuiſibilium,creans,& ordinans humanā naturā facere diſpoſuiſſet:ſummo conſilio de tuæ cōditionis dignitate tractauit: vtpote quā cæteris creaturis, quę in mundo ſunt,altius honorare diſpoſuit.Vide igitur ſublimitatē tuæ creationis, & retracta debitū reddendi amoris. Faciamus(ait deus)hominē ad imaginē & ſimilitudinē noſtrā. Attende igitur diligenter quid ſit , ad imaginē & ſimilitudinē dei te eſſe creatā. Agnoſce aliud eſſe ſimilitudinē: aliud imaginē.verbi gratia: Poteſt habere ſimilitudinē quādam cū homine equus,bos,& cæteræ ſimiles creaturæ:imaginem verò hominis non habet,niſi alter homo.Manducat homo ,mādu cat & equus . Ecce quædam ſimilitudo, ac cōmunis inter naturas diuerſas:imaginē verò hominis non imitatur,niſi alter homo eiuſdē naturæ cuius imago eſt. Dignior igitur eſt imago,quā ſimilitudo. Similitudinē ita-

Gen.1.

Similitudo & imago dei.

M que ad deū,hoc modo habere poterimus : ſi eū eſſe bonū cōſiderātes,nos boni eſſe ſtuduerimus: ſi eum iuſtū eſſe cognoſcentes,nos iuſti eſſe contendamus ſi miſericordiam contēplantes , nos miſericordiæ operam demus.Quomodo autē ad imaginē ſuam, attende . Deus ſemper meminit ſui, intellegit ſe, amat ſe.Et tu ergo ſi pro modulo tuo infatigabiliter memor fueris dei,intellexeris deum, amaueris deū:eris ad imaginē eius : quia hoc facere niteris, quod ſemper facit deus.Ad memorandū & intelligendum atque amandum ſummū bonū: totum debet homo referre quod viuit . Ad hoc omnis cogitatio, omnis voluntas cordis retorqueatur, arceatur,confirmetur,vt infatigabili affectu ſis memor dei:intelligas deum,ames deum, & tuæ creationis dignitatem: qua ad imaginem dei creata es ſaluberiter exprimis. Vt quid te deus tam præclaro conditionis priuilegio ſublimaret, niſi te ſuis laudibus indeſinenter intendere vellet? Ad laudandum igitur conditorem tuum creata es: vt eius laudibus vacans,& hic iuſtitiæ merito in illum ſemper proficias,& in futuro beatè viuas: laus enim eius & hîc iuſti-

Officium hominis.

Laudando deo creati ſumus.



hîc iuſtitiam,& ibi beatitudinē tribuit. Sed ſi lau-

A das,ex toto corde lauda:diligēdo lauda.Hæc eſt eñ ſanctis laudandi propoſita regula : de omni corde ſuo laudauit dominū, & dilexit deū qui fecit illū. Lauda ergo ex toto corde:lauda,& quę laudas dilige:quia ad hoc facta es,vt laudes & diligas.Laudat nāq;: ſed ex toto corde non laudat,quem ad benedicendū deū proſpera demulcent , ſed à benedicendi munere aduerſa reſtringūt. Laudat quoque, ſed nō diligit:qui in dei laudibus aliud quā ipſum laudando requirit.Lauda igitur, & dignè lauda: vt nulla in te cura,nulla intentio,nulla cogitatio,nulla ſolicitudo mentis,inquantū tibi virtus ſuppetit, à laude dei ſit vacua. Ab eius laude nulla de huius vitæ proſperitas reuocet:nulla cōpeſcat aduerſitas. Sic enim ex toto corde laudabis dominū. Sed cū ex toto corde eū laudaueris,& diligēs lauda, nil aliud ab eo quā ipſum expetens:vt ipſe ſit finis deſiderij tui ipſe pręmiū laboris , ipſe ſolatiū huius vmbratilis vitæ,ipſe poſſeſsio illius beatæ vitæ.Ad hoc itaque

Regnum ſanctorū Eccleſiaſtici 47.

B facta es,vt eū ſine fine collaudes:quod tūc vtiq; intelliges plenius,cū eius beata viſione ſublimata,videbis te ſola & gratuita bonitate illius, cū nō eſſes, de nihilo tam beatā,& ad tam ineffabilē beatitudinem creatā,vocatā,iuſtificatam,glorificatā . Talis namque cōtemplatio infatigabilē tibi amorē dabit eum ſine fine laudādi,ex quo,& per quē,& in quo tantus,& tam immutabilibus bonis te beatificatam gaudebis.Hæc Anſel.Non ſolū autē hęc pręmiſſa: ſed maxima quoque redēptoris & ſaluatoris tui beneficia,quibus te cū perdita eſſes redemit & ſaluauit,ac multipharię multiſque modis viſitauit & ſublimauit,ad laudandū deum te prouocant multipliciter,& obligant . Exerce ergo te in laude diuina: quia ad hoc tibi mēbra ſunt data, vt deo laudes canas, & gratias ei referas.Vnde Chryſo.Nā & oculos,& os,& auditū propterea in nobis poſuit deus, vt omnia ipſi membra ſeruirent:vt quę ipſius ſunt audiam⁹,quę ipſius ſunt loquamur, quę ipſius ſunt operemur:eique laudes canam⁹ aſsiduas,& gratias per cuncta referamus,per quę hęc omnia cōſcien-

Membra ideo data, vt deū laudemus.

C tiæ noſtræ ſecreta mundemus.Hæc Chryſo. Vt autem melius in laude diuina te văleas exercere,prius humilia te deo valde:& dic ex intimis præcordijs tuis humiliter & deuotè: O pater miſericordiarū, ſcio & verè cognoſco , quòd me peccatorē miſerū magis deceret corā te iacere proſtratum,& cū fletu ac gemitu peccatorum veniā flagitare, quàm te ore polluto laudare.Sed tamen de tua pijſsima bonitate & ingenita dulcedine,omnibusq; mortalib⁹ promulgata virtute,cōfiſus, te laudare cupio ex intimis præcordijs: obſecrans viſcera miſerationum tuarū, vt me vermē immundū, canem mortuū, & cadauer putridū non deſpicias,domine deus meus. Nempe virtutes cœlorum te condignè laudare nequeunt:quātominus homo fragilis,putredo & vermis?Bonorum quidem meorū non indiges: ſed tuā ſuperexcellentem bonitatē tantò nobis manifeſtā facis,quantò infirmitatibus noſtris magis miſerādo condeſcendis,& gratiā gratis ex ſola liberalitate largiris. Vmbram quidē nititur apprehēdere, & ſequitur ventū,qui ſe ex cōdigno laudare te exiſtimat.Impoſsibile attentat , qui te ad plenū laudare

Humiliandus, qui deum laudat.

Humilian diforma.

D laborat.Nec tamē ideo à laude ceſſandum eſt : ſed mihi pariterque omnibus creaturis laudare conuenit ſuum creatorē:quiā nulla creatura eſt,quę opificem ſuum non laudet, vel ſaltē laudabilē reddat. Nō ignoro dictū propheticū: quia videlicet rectos decet collaudatio:& quia nō eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris:& ideo væ mihi,quia quid dicā non habeo,aut quid reſpondebo mihi cū ipſe fecerim ? Si enim iuſtificare me voluero,os meum condēnabit me.Sed nunquid ideo te non laudabo: quia immundum me eſſe cognoſco?Nōne & vermes,& ranę immundæ,ex putredine generatę,coagitantes in paludibus,te ſuū creatorē laudare cupiunt,prout ſciūt & poſſunt?Nam & ſi velut alaudula & philomena dulciter cantare neſciūt,ſed nec velut homo rationalis te cognoſcere poſſunt:ſaltē hoc faciunt, quòd te cognoſcentibus materiā tuę laudis tribuūt.O vtinam cuncta ſuauia inſtrumēta muſicalia, cœleſtes quoque harmoniæ,ac terreſtres melodiæ de corde

Pſal.32.

Eccleſiaſtici 15.

E ſuo ſurſum procederent, & condignas laudes tam dulciter perſonarent , vt oculis diuinæ maieſtatis tuæ gratæ fierēt:ac totam cœleſtē curiā,nouo quodam & ineffabili gaudio lætificarent. Sed quid dicam?Memetipſum domine tua laude indignū eſſe cognoſco:quāobrem precor,vt ſaltē cæteræ creaturæ nobilitate præclaræ imperfectū meū dignētur ſupplere.Igitur opto,& ex toto corde deſidero, vt orbes planetarū,ac cœlum ſydereū,lympidiſsimo lumine radioſum:florifera quoque germina , vernali decore conſpicua,pulchriſque coloribus adornata: necnon & omnia ignitæ charitatis deſideria, de cordibus te vehementiſsimo amore diligentium procedentia,te laudāt & benedicāt in ſecula. Optarem etiā ex intimis præcordijs meis , vt ſi iuuētus celerius cōſummata,annoſitatē Mathuſalē coæquaſſet:quod vnuſquiſque annus, tā lōgæui tēporis prædicti,& vnuſquiſque menſis annorū eorundem, & vnaquæque hebdomada horū menſiū , & quilibet dies hebdomadarū, & quælibet hora ipſorū dierū,

Omnes creaturas deum laudare optat

F & quodlibet minutū horarū prædicti tēporis,te ex perſona mea collaudarent,tam deuotè & affectuoſè,quantū vnquā aliquis de numero beatorū ſpirituū in ſplendoribus ſanctorū te laudare in tāta duratio potuiſſet:ac ſi hæc omnia in propria perſona cōpleuiſſem:& quòd huius laudis frequēs innouatio,in ſua infinitate omnes excederet ſpecies numerorū.Quid plura?Fac de me hoc quod tibi placuerit : quia quandiu eſt halitus in naribus meis, à tuæ laudis præconijs non ceſſabo. Sed & cū virtus loquendi mortis hora defecerit,& meū Ieſum amplius præ debilitate proferre non valebo peto vt ſaltē nutus oculorum,vel extenſio digitorum ſit innouatio & confirmatio omniū deſiderabilium affectuum & verborum atque operū præteritorum & futurorum,quæ vſque ad extremum iudicij diem tibi cum deuoto famulatu offerre vellem, ſi tandiu viuere poſſem.Inſuper dilecte hoc adijcio, deſiderans corde affectuoſo,vt quando corpus meum fuerit in pulueres minutiſsimos redactum , & lapide clauſum , quòd de qualibet particula minutiſsima vox amœna laudis & gloriæ tuæ exurgat,quæ duriſsimum

riſsimum lapidem penetrans, cœlorũ altitudinem G tranſcendat,& vſque ad extremã iudicij diem viuę laudis præconiũ extollat: donec in reſurrectione beata corpus & anima pariter vnita, in tuæ laudis glorificatione æternaliter copulentur. Sanè quandiu adhuc ſum in hoc corporis ergaſtulo, à laude Auicula laudis. tua nõ tacebo. Nimirũ videmus quòd plerunque inter dulciſsimas nemoris auiculas, & cintinnãtes philomenas, corui quoque crocitãtes aſſunt, in hoc eodem modico quod acceperunt creatori ſuo ſubſeruientes. Sic & ego peccator cùm ſim, cantũ ad manus habeo peccatorum: & prout poſſum, deum meum per ipſum laudo & glorifico in æternũ. Siquidem aliud de deo dulcius canere neſcio, niſi hoc Pſal. 114. videlicet, quoniam ſuauis eſt dominus vniuerſis: & quòd miſericordia eius, ſuper omnia opera eius. O deus meus miſericordia mea. In hoc lætatur anima mea: exhilaratur conſcientia, & gaudio immẽſo irrigãtur omnia oſſa mea. Hoc ſuaue canticum H anima mea vſque in ſeculũ, inter ſpirituale genus auium cũ læto corde dulci canit carmine. Quotieſcunque etenim mente reuoluo, qualis aliquãdo fui: qualia diſcrimina euaſi: à quantis periculis me protexiſti: & à quibus malis me eripuiſti: dirupiſti vincula mea: ſanaſti vulnera putrida, & laqueos periculoſos contriuiſti, & me dulciter ac paternè liberaſti. Cũ hæc (inquã) & ſimilia bona à te mihi exhibita pertracto, mirum eſt quòd in horum omniũ affectuoſa recordatione meipſum præ amore portare valeo: ardentiſsimis ſiquidẽ amoris ignibus incandeſco. O deus meus quandiu peccatorẽ, tibi recalcitrantẽ, patienter expectaſti: quoties & quã paternè, nunc quidẽ dulciter, nunc verò durè me admonuiſti: neſcientẽ in benedictionibus dulcedinis præueniſti: filio prodigo & peccatis prægrauato, & gratijs nudato, in occurſum veniens paternè occurriſti: ab iterante vias prauas miſericordem faciem non auertiſti, ſed ſemper & vbique pius & miſericors fuiſti? Et quod his omnibus maius eſt, quòd his omnibus bonis tam multiplicibus ingratus I ſempur extiti, nec tu ſumma bonitas, propter hoc deſtitiſti, donec tandem me dulciter ad te traxiſti. Ah ſumma & ineſtimabilis pietas: nũquid in his omnibus meipſum à laude cõtinere potero? Nequaquã: Deus meus, miſericordia mea, pro his omnibus & alijs innumeris beneficijs opto & deſidero, vt talis tanquã iucunda laudatio ſit tibi ex me, qualis fuit beatorũ ſpirituũ laus, tunc cũ in primo aſpectu tuæ diuiniſsimę maieſtatis gaudebãt ſe æternaliter in tua laude confirmatos: malos verò à te ſine fine detruſos. Itẽq; tã magna tamq; iucunda ſit illa laudatio, quãta eſt animarũ ſanctarũ, cùm à carcere purgatorij ereptæ vultui gloriæ tuę primo pręſentantur, vt tuã iucundã faciẽ intueantur: & quãta erit laus in plateis cœleſtis Hieruſalem poſt finalem omniũ reſurrectionẽ, quando electi à malis ſegregati deum iucundo corde laudabunt, ac de ſua ſaluatione æternaliter gloriabuntur. O amantiſsima ſapientia, bonitas immenſa, te præcor vt omni mane diluculò cùm ad te ſurrexero, & oculos aperuero, ſimul quoque cor meũ in tua laude aperiatur, ac quodã lucifero ſplendore, & flãmeo ardore laudis tuę facula immenſa ex eo ſimul exurgat. Et peto vt hæc laus tã blãdè & ſuauiter reſonet in cor K de tuo paterno, ſicut ſonare conſueuit ſuo modo omnium citharędorũ, ac muſicaliũ inſtrumentorũ ſuauis modulatio, in corde iucundo, ſtatu iuuẽtutis florido. Et in hac laudis facula ſimul aſcendat tuæ Facula laudis. laudis tã odorifera fumi virgula: tã gratioſa, ac ſi eſſet cõpoſita ex omnibus aromatibus myrrhę & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij: tã ſpecioſa ſicut cũ vernali tẽpore flores herbarũ pullulant in cãpis, coloribus pulchris, & arbores ſtãt frondibus ornatis, gratis odoribus. Sitq; laudis huius facula, tã amoroſa & delitioſa, vt in ea oculi tui delectabiliter ferãtur, totaq; cœleſtis aula reſultet: & hęc iugiter, ſine intermiſsione, feruidiſsimo æſtu, & rapidiſsimo colore tui amoris exurgat: ex corde, per deuotam meditationem: ex labijs, per feruidam locutionem: & ex omnibus operibus meis, per ſanctam ac cœleſtem conuerſationem. Et hęc laudis facula ſua virtute omnes inimicos repellat, gratiam augeat, finem beatum obtineat, & gloriã æternæ bea L titudinis acquirat: vt finis huius temporalis laudis, ſit initium æternæ laudis patriæ cœleſtis. Vt autẽ ad dei laudem magis prouoceris, abſtrahe quæſo mentem tuam à terrenis, & leua eam ad cœleſtia, toto conatu quo poteris: ac conſidera quomodo illius cœleſtis curiæ ciues delectantur, iubilãt, & exultant in deo continuè: ſingulorumq; gaudia rememorans, tandem prout poteris, & permitteris, ipſis lętantibus & iubilantibus te ingere, & immiſce. Exclama ergo corde toto, & dic ex intimis cũ Anſelmo: Deus meus, quid melius, quid amabilius te æſtimaui ſuper terram: vt abſtraherem cor meum à te, ad concupiſcendum quicquam in mundo abſque te? Cur amaui? quare concupiui in omni vita mea quicquam, præter te Ieſum deum meum? Quare diſtuli? cur intermiſi vllo tempore te Ieſu veriare in corde: te tota mente amplecti & delectari in tua dulcedine? Cur non omnia deſideria mea ad te conuerti? quò abierunt, quando te ſolum non adierunt, omnia interiora ſpiritus mei? Vbi eram, quãdo tecum mente non erã? Quò defluxerũt M quãdo non tę ſolum habuerunt deſideria mea? Iam ex hoc, nunc omnia deſideria mea incaleſcite & affluite in dominũ Ieſum currite, quia ſatis hactenus tardaſtis: properate, quò pergitis: quærite, quẽ quęritis: Ieſum quæritis Nazarenum, crucifixum. Aſcendit in cœlum, non eſt hîc. Amantiſsimus domini habitat confidenter, & flagellum non appropin- Pſal. 90. quabit tabernaculo eius. Super altitudinem cœlorum, ſuper omnem excellentiam angelorum, propria virtute aſcendit: ſuper ſolium ſingularis gloriæ, in dextera patris tui, coæternus & cõſubſtantialis ſedet: & diuino amictus lumine, coronatus gloria & honore, vt decet vnigenitum dei, ſerenus in lætitia, plenus omnipotentatu, dominus in cœlo & in terra. Ibi adorant eum omnes angeli domini, & vniuerſa multitudo ciuium cœleſtis Sion. In ipſo vnanimiter lætantur omnium corda: in eius deſiderabili facie paſcuntur omnium oculi beatorum: in ipſum vndique confluunt deſideria omnium ſanctorũ. Ipſi iubilat, ipſi applaudit, ipſum

magnificat



magnificat tota vranica ciuitas glorioſa, per omnẽ A modum in ſplendoribus eius. Exulta & lauda habitatio Siõ: quia magnus in medio tui ſanctus Iſraël. Per ipſum centena decies millies millena aſsiſtunt in ſanctuario vranici templi, intendentes vultũ maieſtatis claro & inflexibili viſu: ac perſonãtes harmoniam inceſſabilis hymni, in gloriã trinę & ſimplæ diuinitatis. Per ipſum millia milliũ ad cõplenda patris myſteria alacri diſcurſu iugiter meãt inter cœlum & terrã, quaſi apes negotioſæ inter aluearia & flores, diſponentes oĩa ſuauiter: populus accinctus, neſciens labẽ, vel inobedientię morã. Per hos quippe ſumma noſtræ ſalutis adminiſtrantur negotia, ſummáque ſuperni conſilij ad nos deferũtur arcana: per hos ſanitates mortaliũ procreãtur, per hos conſiſtunt regna, & imperia mundi. Inter quos præcipuum nouimus Michaëlem ſigniferum nobilẽ cœli ciuem, qui ſtat pro acie dei viuẽtis: extendens romphæam propugnationis, ac voce terrifica intonans, quis vt deus, ſuper eos qui ex aduerſo ſunt. Exultate in nobili filio veſtro vos illuſtres pa- B triarchæ: quia impleta eſt in eo omnis expectatio veſtra: & ipſe ſublimis eſt valde, & benedicentur in ipſo veſtro videlicet ſemine omnes gentes: ſic enim pollicitus eſt ſermo diuinus. Gaudete in Ieſu propheta magno, vos prophetæ viri veraces: quia mirificè & glorioſè impleta videtis oĩa, quæ de ipſo annuntiaſtis in ſpiritu ſancto: & fideles inuẽti eſtis per ipſum in cunctis ſermonibus veſtris. Gaudete in domino Ieſu meo, magiſtro veſtro, vos incliti proceres cœli, beati Apoſtoli: gaudete in Chriſto ipſo: & iterum dico gaudete cũ Chriſto, familiari lætitia. Ecce eũ quem vidiſtis in medio veſtri eſuriẽtem, & ſitientẽ, fatigatũ, & his ſimilia carnis infirma tolerantem, ab oĩbus reprobari, & cũ ſceleratis reputari: quomodo vicit, quomodo regnat, quomodo ei omnia ſub pedibus ſunt: quàm glorioſus in ſuo diuino lumine fulget: & ſui gaudij ſuęq; ineffabilis glorię nunc vos ſocios habet, qui olim permãſiſtis cum ipſo in tẽtationibus ſuis, & vexationum eius conſortes fuiſtis. Adorate nunc dulcia illa ge- C nua, quę ſe curuauerũt ante vos vſq; ad terrã, ſedẽ- Adorãda membra Chriſti. tibus vobis ad ſacratiſsimam cœnã. Adorate nunc ſacroſanctas illas manus, quibus puluerem pedum veſtrorum rex regũ lauare, & extergere dignatus eſt. Gaudete in Ieſu principe militiæ veſtræ vos martyres glorioſi, quia ipſum pro quo tradidiſtis in mortem animas veſtras, ipſum (inquã) Ieſum filium dei poſsidetis, præmiũ certaminis veſtri. Gaudete in Ieſu, ſummo doctore veritatis, ô venerandi confeſſores & doctores: quia quẽ olim doctrinis ſacris, & operibus iuſtis cõfeſsi eſtis corã hominibus, nunc confitetur vos corã patre ſuo, & ſanctis angelis eius. Gaudete in Ieſu virgine, & virginũ ſanctificatore vos paradiſicolæ virgines, vos angelis ſimiles: quia ecce quẽ amaſtis, quẽ optaſtis, quẽ ardentibus deſiderijs expetiſtis: pro cuius amore terrenos ſponſos, & omnẽ ornatũ ſeculi contẽpſiſtis, ſummi regis filium nunc videtis, nunc tenetis, nũc in eius caſtis amplexibus quieſcitis, & diuelli à vobis nulla inſidiatoris fraudulencia põt. Verùm autẽ inter omnes cœlicolas vberrimũ tibi gaudium ſit ô Maria virginum virgo ſingularis: roſa cœlicę amœnitatis, prælucidũ ſidus, inter primæuas lucernas di- D uini luminis ſuſceptiuas, in Ieſu tuo dulciſsimo filio: ſola prę oĩbus gaude gaudio magno: quia quem vt hominẽ peperiſti, & proprijs vberibus enutriſti: ipſum cũ angelis & vniuerſis ciuibus cœli adoras, vt deum viuum & verũ. Gaude fœlix mater: quia quẽ vidiſti in ligno crucis pendentẽ, vides in cœlo regnantẽ cũ gloria magna: vides omnẽ altitudinẽ, cœleſtium, terreſtriũ, & infernorũ maieſtati eius inclinatam, & omne robur inimicorũ eius attritũ. Gaudia gaudiorũ ſint tibi oĩs pulchritudo ſanctorum. Beata Hieruſalẽ mater noſtra, quę ſurſum es feſtiuitatẽ age lętabundã, & indeficientẽ in viſione pacifica tui Ieſu, libertatis tui autoris. Et tu nunc rurſum eleuare aĩa mea, quali potes conatu, & ſacris te ingere millibus lætantium in domino Ieſu. Illuc fidei & ſpei vehiculo perge, ibi per charitatis ardorem cõuerſare, vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens. Intende mentis oculũ in lumine vultus eius: luſtra ac deoſculare gratulabunda deuotione ſingula loca fœlicium plagarum eius: de quibus egreſsi E ſunt pretioſi illi liquores ſanguinis ſacri, quo te appretiauit vnigenitus dei, & ſanctificauit in vitam æternam. hæc Anſelmus.

## ORATIO.

GRatias & laudes tibi ago domine deus meus, miſericordia mea, qui me dignatus es creare & redimere: atq; ad tui cognitionem perducere, & per ſacri baptiſmatis ablutionẽ inter filios adoptionis aggregare. Te laudo, te glorifico, qui me ſæpe per multa defluẽtem vitia ad emendationem expectaſti: ac de tribulationibus & periculis multis liberaſti: tibi gratias ago pro inceptis in me gratię tuæ donis, quæ deprecor vt miſericorditer perficias, meq; in viam ſalutis æternæ dirigas, & ad tuam viſionem fœliciter perducas. Amen.

## De aſſumptione, & laude beatæ virginis. Caput lxxxvi.

PErmanſit autem beata virgo, quãdiu Marię vacatio. vixit, in monte Sion prædicto: vbi eſt cella in qua poſt aſcenſionem filij F ſui morabatur orationi vacãdo, & ea quę cognouerat reuoluendo. Eſt etiã ibi alia cella beati Ioannis euãgeliſtę, quæ fuit prima eccleſia mũdi: in qua celebrauit primã miſſam in conſpectu beatæ virginis: & quamdiu ipſa vixit poſt aſcenſionem filij. Quo quidẽ tempore quantis doloris & amoris ardoribus æſtuauerit, teſtatur Hieronymus, qui de ea ſic ait: Cæterum rogo cogitate attentius, & perpendite diligentius, quibus afficiebatur beata & intemerata virgo doloribus, poſt Chriſti aſcenſum ad cœlos, expletis omnibus quæ de ipſo erãt ab angelis prædicata, & à prophetis multiphariè multiſq; modis præſignata: diuinis declarata oraculis: virtutibus exhibita: & quę humanitatis ſunt oſtenſa pręſagijs. Quęſo, ſi qua ſunt in vobis viſcera pietatis, conſiderate quo cruciabatur amore: quóue deſiderio æſtuauit hæc virgo, dum reuolueret animo cuncta quæ audierat, quæ viderat, quæ cognouerat. Puto quòd quicquid cordis eſt, quicquid mentis, quicquid virtutis hu-

manæ, ſi

manæ,ſi totum adhibeas, non ſufficiet vt cogitare
G valeas, quantò indeſinenter cruciabatur ardore pij
amoris:quãtis mouebatur votis repleta ſpiritu ſan-
cto:quantis cœleſtium ſecretorum trãſportabatur
incitamentis.Fortaſſe ergo præ nimio amore in lo
co quo ſepultus dicitur, interdum eã habitaſſe cre-
dimus,quatenus pijs paſceretur internus amor ob-
tutibus. Sic nãque locus medius eſt hincinde conſti
tutus,vt adire poſſet eius aſcenſionis veſtigia,& lo-
cum ſepulturæ ac reſurrectionis, ſeu oĩa in quibus
paſſus eſt,loca inuiſere, non ꝙ iam viuentẽ quęre-
ret cum mortuis:ſed vt ſuis ſolaretur aſpectibus.Et
ideo quàm ſæpe locorũ recreabatur viſitationibus,
& quem genuerat fideli ſpiritu,mentis cõplexaba-
tur amplexibus. Et iterum, quã ſanè angelus Ga-
briel intactã cuſtodiuit, & Ioãnes virgo virginem
ſeruauit,ſuiſq; deſeruiuit obſequijs:non ꝙ eximius
ille ſanctorum chorus apoſtolorũ eam deſeruerit,
inter quos poſt reſurrectionẽ intrans & exiens, fa-
miliarius contulit de Chriſti incarnatione: & ad
H exemplum humanæ vitę cõuerſatio eius poſt aſcẽ-
ſionem Chriſti generaliter cũ apoſtolis, fuit quo-
uſque diſperſi ſunt.hæc Hierony.Eſt autẽ in mõte
Sion magna & deuota eccleſia,in qua ſolebant eſſe
Cella Mariæ.
cum abbate canonici regulares, ſecũdum regulam
beati Auguſtini domino ſeruientes:intra quam eſt
cella in qua habitauit beata virgo diebus vitæ ſuæ:
poſt aſcenſionem filij ſui: & prope illã cellã eſt &
alia cella,in qua migrauit ad cœlũ, per angelos aſ-
ſumpta. Cuius dormitioni omnes apoſtoli dicũtur
interfuiſſe, & in vallis Ioſaphat medio eã ſepeliſſe.
Ibi enim ſepulchrum eius multum venerabile oſtẽ
ditur,quod in maxima reuerentia etiã apud ſarra-
Vallis Ioſaphat.
cenos habetur.Hęc autẽ vallis,licèt adhuc ſit valde
profunda multum tamen eſt impleta. Sepulchrum
enim virginis glorioſæ,tũc erat in ſuperficie ipſius
vallis,nunc eſt lõgè ſub terra,iuxtã etiam ec-
cleſia eiuſdẽ,cùm ſit valde alta,& teſtudinata,cum
ipſo ſepulchro penit⁹ ſit ſub terra,& vallis deſuper
tota plana.In ſuperficie tamen vallis eſt ædificium
modicum,quaſi vnius capellę:quod poſtquam quis
I intrauerit,deſcenditur per gradus quinquaginta in
eccleſiã ad ſepulchrum, vbi eſt pulcherrimũ altare
marmoreũ & cripta, ac deſuper ædificata eccleſia
pulcherrima rotunda, & tabulatu lapideo diſcreta
in honore ipſius beatę virginis dedicata:cuius in ſu
perioribus quatuor habentur altaria,& in inferio-
ribus vnum in Orientali plaga: & ad dexterã mo-
numentum vacuum cernitur: in quo ſancta Maria
aliquando pauſaſſe dicitur,ſed à quo vel quando ſit
ablata,neſcitur.Hanc eccleſiã intrantes, vident ad
dexteram inſertam parieti petrã, in qua dominus
nocte,qua tradebatur orauit veſtigijs genuũ, quaſi
ceræ molli impreſsis. Et ſolebant in ea eſſe mona-
chi nigri cum abbate: ſecũdum regulã beati Bene-
dicti domino ſeruientes.Sed quo ordine beata vir-
go hinc ad ſuperna trãſierit regna, nulla catholica
narrat hiſtoria. Nec inuenitur apud Latinos aliq̃s
tractatorum de eius morte aliquid apertè dixiſſe,
cùm nec ipſe qui hanc ante crucẽ domini accepit in
ſuam,id eſt, Ioannes euãgeliſta,de hoc poſteris ali-
quid retinendum ſcriptis legitur mandaſſe. Nullus
enim hoc fidelibus narrare potuit,ſi illud deus ma-
nifeſtare voluiſſet,quàm ille vtiq, qui hanc nutriẽ- K
dam ſuſcepit. Reſtat ergo,vt homo mendaciter nõ
fingat apertum, quod deus voluit manere occultũ.
vnde Hieronymus: Mõſtratur autem ſepulchrum
eius cernentibus nobis,vſq; ad præſens in vallis Io-
ſaphat medio:quæ vallis eſt inter montem Sion,&
montẽ Oliueti poſita, vbi in eius honore fabricata
eſt eccleſia miro tabulatu lapideo, in quo ſepulta
fuiſſe ab omnibus ibidem prædicatur:ſed nunc va-
cuum cernentibus oſtẽditur. Hæc idcirco dixerim, Dubitatur an cũ corpore aſſumpta ſit.
quia multi noſtrorum dubitant vtrũ aſſumpta fue
rit ſimul cum corpore, an obierit relicto corpore.
Quomodo autem,vel quo tẽpore,aut à quibus per-
ſonis ſanctiſsimum corpus eius inde ablatũ fuerit,
vel vbi tranſpoſitũ, vtrúmue ſurrexerit, neſcitur:
quãuis nonnulli aſtruere velint eam iã reſuſcitatã:
& beata cum Chriſto immortalitate in cœleſtibus
veſtiri. Veruntamen quid horum verius cenſeatur,
ambigimus. Melius tamẽ deo,cui nihil impoſsibile
eſt,cõmittimus,quàm aliquid temerè diffinire ve-
limus autoritate noſtra quod probamus.hęc Hier. L
De hoc Auguſtinus in quodã ſermone longo inter
cætera ſic dicit,non tamẽ aſſerẽdo: De ſanctiſsimo
corpore perpetuæ virginis Mariæ eiuſq; ſacrę ani-
mæ aſſumptione loqui ſuſcipientes, hoc ipſum di-
cimus,ꝙ in ſcripturis poſtquã dominus eã in cruce
diſcipulo cõmendauit,nihil de ea reperitur: præter
quod Lucas in Actibus cõmemorat, dicens: Hi oẽs Lucę 1.
erãt perſeuerãtes vnanimiter in oratione cũ Maria
matre Ieſu. Quid ergo de morte,q̃d de aſſumptio-
ne eius dicendum eſt. vnde ſcriptura nihil cõmen-
dat: niſi quærendũ ratione,quod cõſentiat veritati.
Fiat ergo ipſa veritas, ſine qua nec valet autoritas.
Memores igitur conditionis humanæ:mortẽ illam
beatiſsimæ temporalem dicere nõ metuimus:ſed ſi
eam dicimus reſolutam in cõmunem putredinem,
vermem,ac cinerẽ:deliberandum eſt,ſi tantæ con-
ueniat ſanctitati,tantæ aulæ dei prærogatiuę. Sci-
mus enim dictum primo parenti quia puluis es, & Gene.3.
in puluerem ibis.Hanc cõditionẽ caro Chriſti eua-
ſit:quę corruptionem nõ ſuſtinuit. Excipitur ergo M
ab illa generali ſentẽtia,de virgine ſumpta natura.
Mulieri quoque dixit deus. Multiplicabo ęrumnas Ibidem
tuas:in dolore paries. Aerumnã ſancta Maria ſuſti-
nuit,cuius animã doloris gladius pertranſiuit: ſed
ſine dolore genuit.Maria ergo excipitur à quibuſ-
dam generalibus,quã tanta attulit dignitatis, prę-
rogatiua.Si ergo eã dicimus mortẽ ſubiſſe, nec ta-
men vinculis retineri:nunquid impium erit?Si vo-
luit dominus integram matrẽ virginitatis ſeruare
pudorem:& cur non velit incorruptam ſeruare à pu-
tredinis fœtore?Nunquid non pertinet ad benigni-
tatem domini,matris ſeruare honorem:qui legem
ſoluere nõ venerat,ſed adimplere.Qui enim in vi-
ta prę cęteris illam gratia ſui conceptus honora-
uit:pium eſt credere,eam in morte ſingulari ſalua-
tione,& ſpeciali gratia honoraſſe. Putredo & ver-
mis,humanę eſt opprobrium conditionis. Ab hoc
opprobrio cùm Ieſus ſit alienus, natura ſanctæ
Marię virginis excipitur, quem Ieſus de ea ſum-
pſiſſe probatur. Caro enim Ieſu Chriſti: caro eſt
ſanctæ



ſanctæ virginis Mariæ,quam ſupra aſtra tranſue-
A xit,honorans omnem humanam naturã, & multò
magis maternã.Si natura matris eſt filius: conſe-
quens eſt vt ſit & filij mater:non quantum ad vni-
tatem perſonæ,ſed quantũ ad vnitatem corporalis
Aſſumpta creditur cum corpore.
naturæ. Quantũ igitur intelligo, quantumq́; cre-
do,ſanctæ Mariæ anima excellentiori quadã prę-
rogatiua à filio honoratur:poſsidens corpus ſuum
quod genuit glorificatũ.Et quare nõ ſuũ:per quod
genuit:ſi non obuiauerit nec dum tanta perſpecta
autoritas. Verè credo,& per quod genuit:quia ſan
ctificatio dignior eſt cœlo,quàm terra. Tam pre-
tioſum theſaurũ dignius eſt cœlum ſeruare, quàm
terra. Tantã integritatem meritò incorruptibili
tas,nõ putredinis vlla reſolutio ſequitur. Illud ſa-
cratiſsimũ corpus in eſcam vermibus traditũ, quia
ſentire nõ valeo,dicere pertimeſco:quã ęſtimatio-
nem procul propellit incõparabilis gratiæ munus:
quod me dicere multarũ ſcripturarum cõſideratio
inuitat.Confitendũ igitur cenſeo,Mariam ad æter
B nitatis gaudia aſſumptã,benignitate Chriſti,hono
rabiliuſq; ſuſceptã cæteris,quam gratia honorauit
præ cæteris: atque ad cõmunem humanitatẽ non
eſſe adductam poſt mortẽ putredinis:videlicet ver-
mis & pulueris,quæ ſuũ & omnium genuit ſalua-
Daniel.3.
torem.Si elegit diuina voluntas inter igniũ flam-
mas puerorum veſtimẽta ſeruare illęſa:cur abnuat
Ionę.2.
in matre propria quod elegit in veſte aliena? Ionã
Daniel.
ſeruare in ventre ceti incorruptũ voluit ſola miſe-
ricordia,Mariam incorruptã non ſeruabit gratia?
Seruatus eſt Daniel intẽperantiſsima fame leonũ:
non ſeruanda Maria tantis dotata meritis virtutũ?
Hæc ergo cuncta quæ diximus,quia naturã ſeruaſ
ſe cognoſcimus:in integritate quoque Mariæ plus
gratiam quàm naturã potuiſſe nõ dubitamus. Er-
go lętari facit Mariã anima & corpore in proprio
filio,nec vllam ſequi corruptionis ęrumnã, quam
nulla ſecuta eſt tantũ pariendo filium integritatis
corruptio.vt ſit ſemper incorrupta,quã tanta per-
fudit gratia:ſic integriter viuens,quæ omniũ inte-
gram genuit vitam.Si ergo dixi,vt debui,approba
Chriſte,& tui.Si verò non vt debui: ignoſce obſe-
C cro tu,& tui.Hæc Auguſt.Sic ergo nõ eſt creden-
dum ꝙ Maria mortua nõ fuerit:ſed mortua eſt: ac
Aſſumpta eſt ſuper omnes choros angelorum.
tamen caro eius non cõputruit. Anima coniuncta
eſt iteratò corpori mortuo: & ita aſſumpta eſt in
cœlum cũ corpore glorificato.Vera aũt & indubi-
tata de eius aſſumptione ſententia hæc eſſe proba-
tur,vt ſecundũ apoſtolum,ſiue in corpore,ſiue ex-
tra corpus,ignorãtes aſſumptã, tamen & exaltatã
ſuper omnes choros angelorũ credamus.Vnde Hie
rony.Hæc eſt dies pręclara, in qua vſq; ad throni
celſitudinẽ intemerata mater & virgo proceſsit,at
que in regni ſolio ſublimata poſt Chriſtũ glorioſa
reſedit.Sic itaq; vbiq; confidẽter de illa ſancta dei
canit eccleſia,quod de nullo alio ſanctorum fas eſt
credere:vt vltra angelorũ vel archangelorũ merita
tranſcenderit:quia etſi ſimilitudo promittitur,ſan
Exequias Mariæ celebrarũt angeli.
ctis veritas denegatur.Ad cuius profectò exequias
quantum fas eſt credere, famulabantur angeli, &
vniuerſæ cœli congratulabantur curiæ: quia cre-
dendum eſt militiam cœlorum cum ſuis agmini-
bus feſtiuè obuiam veniſſe genitrici dei:eamq́; in-
genti lumine circunfulſiſſe,& vſq; ad thronũ,olim D
ſibi etiã ante conſtitutionẽ mundi paratũ, cum lau
dibus & canticis ſpiritualibus perduxiſſe.Nulli du
bium omnẽ illam cœleſtẽ Hieruſalem,tunc exul-
taſſe ineffabili lętitia:tunc iucundatã eſſe ineſtima
bili charitate:tuncq́; cũ omni gratulatiõe iubilaſſe.
Quoniã feſtiuitas hęc quę nobis reuoluitur annua,
illis omnib⁹ facta eſt cõtinua.Nec immeritò.Cre- Saluator matri occurrit.
ditur enim ꝙ ſaluator omniũ ipſe,quantum datur
intelligi,per ſe totus feſtiuus occurrit,& cũ gaudio
eam ſecũ in throno collocauit:ꝙ ſi gaudiũ fit in cœ
lis de quolibet peccatore cõuerſo: multò magis pu
tandum eſt,pro tantæ virginis exaltatione & glo-
ria,ꝙ exultatio fit in ſupernis.Cuius nimirũ feſti-
uitas omniũ ſupernorum eſt gloriatio, cœlicola-
rumq́; congratulatio:præſertim quia eius celebri-
tas,laus & fauor eſt ſaluatoris.vnde credimus,vt ſu
prà dictũ eſt ꝙ non hunc tantũ diem ſolennem du
cunt pro eius amore annuũ:verùm continuum etiã
& æternũ iucunditatis & lætitię,venerationis ob-
ſequio,cũ omni tripudio amoris & gaudij. Nec im E
meritò omnis illa cœleſtis ciuitas cõgratulatur & Matrem Ieſu curia cœleſtis honorat.
veneratur matrẽ,cuius ſemper adorat filiũ regem:
ante quẽ tremunt poteſtates, & curuatur omne ge
nu. Quã ſi diligenter aſpicias,nihil virtutis eſt,ni-
hil ſpecioſitatis,nihil ſplẽdoris & gloriæ, quod nõ
in ea reſplẽdeat. Et ideo ſi placet talis & tanta vir
go,placeat & opus virtutis:cuius vita omniũ diſci-
plina eſt,cuius mores inſtituta ſunt omniũ eccleſia
rum:quæ præcellit cunctis,ſupereminet vniuerſis:
propterea quęcũq; virgo ſibi ab ipſa optat pręmiũ
& implorat auxilium,debet imitari exemplũ.Hęc
Hiero.vnde Bernard.Pretioſum hodie munus ter-
ra noſtra direxit in cœlũ: vt dando & accipiendo Maria dona demittit de cœlo.
fœlici amicitiarũ fœdere copulentur humana di-
uinis. Illicò eñ aſcẽdit fructus terræ ſublimis, vn-
de data optima deſcendunt.Aſcẽdens in altũ virgo
ſancta Maria:dabit ipſa quoq; dona hominib⁹. Si-
quidem nec facultas ei deeſſe poteſt,nec voluntas.
Regina cœlorũ eſt,miſericors eſt,mater vnigeniti
filij dei.Nihil eñ ſic poteſt poteſtatis eius, ſeu pie-
tatis magnitudinẽ commendare:niſi fortè aut non
creditur dei filius honorare matrẽ:aut dubitare q̃s F
poteſt omnino in affectũ charitatis trãſiſſe Mariæ
viſcera, in quibus ipſa quæ ex deo eſt charitas no-
uem menſibus corporaliter requieuit.Et hæc qui-
dem propter vos dixerim fratres: vt tamẽ interim
ſileam beneficia,quæ pro ipſius glorificatione con
ſequimur:ſi eã diligimus,gaudebimus vtiq;,quia va
dit ad filiũ:niſi fortè(quod abſit)inuentrici gratiæ
omnimodis inueniamur ingrati: quẽ enim in ca-
ſtellum huius mundi intrantẽ prius ipſa ſuſceperat:
ab eo ſuſcipitur hodie ſanctã ingrediens ciuitatẽ.
Sed cũ quanto putas honore,cum quanta exultatio
ne,cum quanta gloria? Nec in terris locus dignior
virginalis vteri templo,in quo dei filium Maria ſu
ſcepit:nec in cœlis regali ſolio,quo beatã Mariam
hodie filius dei ſublimauit. Fœlix nimirũ vtraq;
ſuſceptio,ineffabilis vtraque,quia vtraque inexco
gitabilis eſt. Vt quid eñ hodie ea in eccleſijs Chri-
ſti euangelica lectio recitatur in qua mulier bene-

dicta in mulieribus excepiſſe legitur ſaluatorem? G Credo vt hæc quã celebramus, ex illa ſuſceptione aliquatenus æſtimetur: imò vt iuxta illius ineſtimabilem gloriã, ineſtimabilis cognoſcatur & iſta. Prerogatiuæ Mariæ Quis enim ſi linguis hominum & angelorũ loquatur: explicare valeat quemadmodum ſuperueniẽte ſpiritu, obumbrante virtute altiſsimi, caro factum ſit verbũ dei, per quod facta ſunt omnia: & dominus maieſtatis, quẽ non capit vniuerſitas creaturę, intra virginea ſeſe clauſerit viſcera factus homo? Sed & illud quis excogitare ſufficiat, quàm glorioſa regina mũdi hodie proceſſerit: & quãto deuotionis affectu tota in eius occurſum cœleſtiũ legionũ prodierit multitudo? quis explicare queat, quib⁹ ad thronũ gloriæ cãticis ſit deducta? quàm placido vultu, quàm ſerena facie, quàm lætis amplexibus ſuſcepta à filio, & ſuper omnẽ exaltata ſit creaturã: cũ eo honore, quo tanta mater digna fuit: cũ ea gloria, quæ tantũ decuit filiũ? Fœlicia prorſus oſcula labijs impreſſa lactẽtis: cui virgineo mater applaudebat in gremio. Verùm nũquid nõ fœliciora cenſebimus, quę ab ore ſedẽtis in dextera patris hodie H in beata ſalutatiõe ſuſcepit: cùm aſcẽderet ad thronum gloriæ, epithalamiũ canens & dicẽs: Cant. 1. oſculetur me oſculo oris ſui? Chriſti generationẽ, Marię aſſumptionẽ, quis enarrabit? Quantũ enim gratiæ in terris eſt adepta præ cæteris: tantũ & in cœlis obtinet gloriæ ſingularis. 1. Cor. 2. Quòd ſi oculus nõ vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non aſcendit, quę preparauit deus diligẽtibus ſe: quod preparauit gignẽti ſe, & quod de omnibus certũ eſt, diligẽti prę omnib⁹, quis loquetur? Fœlix planè Maria, & multipliciter fœlix: ſiue cùm excipit ſaluatorem, ſiue cùm à ſaluatore ſuſcipitur. Hæc Bernard. vnde etiã Anſel. Cùm Chriſtus matrẽ in regnũ ſuũ aſſumeret: & ei magnificentiã glorię decreuiſſet oſtẽdere: cuius precor dignitatis & honoris apparatibus intẽdebat tota curia angelorũ? Quibus vocibus exultationis atq; ſalutis reſonabant vniuerſa tabernacula antiquorũ patrũ, ipſi curię tunc nuper aſſociatorũ? Occurſus cœleſtiũ. Certè crediderim oẽs illius patriæ ciues feſtiuiori ſolitò, & ſublimioris decoris nitore ad aduentũ matris dñi ſui præparari: ac noua quadã & ineffabili I iucũditatis gratia, pro tãtæ rei expectatiõe cõiubilare. Occurſus Chriſti. Et quid mirũ: Ipſe Ieſus, deus & dñs omniũ, filius ipſius caſtiſsimę virginis, & dñe rerũ: ipſe ei ſicut vnicę ſuę matri, totus feſtiuus occurrere volebat: ne & aliqs de familiarib⁹ ſuis ſe à tanti gaudij immẽſitate ſubtraheret. Vtique moris inter hoïes eſſe ſcitur, vnũquenq; bonũ ſeruũ cuiuſq; prępotentis dñi, eo maiori gaudio in aduẽtu amici ſui exultare, quo ipſum dñm ſuũ cognoſcit aduentantẽ amicum magis amare. Cùm verò de aduẽtu parentum dñi ſui agitur, de quorum ſpeciali dilectiõe nullus vlla dubitatiõe tenetur: ille nimirũ magis fœlicem ſe æſtimat, qui maiori iubilo & feſtiuiori occurſu lætitiæ frena relaxat. Si ergo hęc ita ſe habẽt apud hoïes, quibus ſi qua bonitas eſt, longè tamẽ ſupernorũ ciuiũ bonitati impar eſt. Contẽpletur animo qui poteſt, quo gaudio, qua feſtiuitate, quibus concentibus iubilãt oẽs beatorũ ſpirituũ ordines: quando & vnicã matrem dñi ſui aduentare, & ipſum dominum deũ ſuum ei videbant omni gloria ſua decoratum velle occurrere. K Comitiua Chriſti. Sipatus itaq; mille millibus, imò innumerabiliũ angelorum agminibus, deus ipſe huic piiſsimæ matri ſuę de hoc mũdo migranti occurrit: eamq; ſuper omnes cœlos exaltatam, cunctæ ſecũ creaturæ perẽni iure dominaturam in throno gloriæ collocauit. O dies tãti occurſus glorioſa, & fœlix dies tam præclaræ exaltationis. Beata & celebris dies, tam ſublimis glorificationis feſtiua, & omni ſeculo admirabilis. Dies enim illa nõ ſolum te domina ineffabiliter ſublimauit: ſed cœlũ ipſum quod penetraſti, necnõ cuncta quę in eo ſunt noua & inæſtimabili gratia decorauit. Noua quidẽ gratia cœlũ decorauit: quia priorẽ gloriam eius ex preſentia tua vltrà quàm dici poſſit aut cogitari, magnificauit. Nã tu domina illuc aſcẽdens, noua illud ac præcellenti virtutũ tuarũ dignitate irradias: immenſaq; miſerationũ & gratiarum luce perluſtras. Eadẽ quoq; dies tui aſcẽſus, eos qui ciues cœli ab initio creaturæ eſſe meruerũt, ſolitò feſtiuiori exultationis gaudio induit. Quia namq; per glorioſum fructũ fœcũdæ virginitatis tuæ, vident ſemirutã ciuitatẽ ſuã reintegrari: verè in tuo L aduentu, per quẽ tantum bonũ meruerunt, gaudij ſui magnitudo iure debuit augmentari. Terram etiã dies exaltationis tuæ, ó beatiſsima fœminarũ, mira gratia irrigauit: quia dum te, quã de ſe & in ſe aliorũ hominum lege progenitã nouit, vſque ad creatoris omniũ thronum exaltari recognoſcit, antiquæ maledictionis pœnã, quã in peccato primorum filiorũ ſuorũ ſe meritò excepiſſe ſciebat, iam per tantæ benedictiõis tuę abundantiã, ſeſe euadere indubitãter credebat. Quid amplius dicere poſſum domina? Laus Mariæ exuperat ſenſum & linguã. Immenſitatẽ quippe gratiæ & glorię tuę cõſiderare cupiẽti ſenſus deficit, lingua fatiſcit. Quemadmodũ enim omnia quæ in cœlo ſunt, per glorificationẽ tuã ineffabiliter decorantur: ita per eandem glorificationẽ cuncta quæ in terra ſubſiſtunt, ineffabiliter ſublimãtur. Singula nẽpe in immẽſæ dignitatis decus profecerũt, cùm per tuã beatam & integerrimã virginitatẽ deũ ſuum (quẽ nõ cognouerãt) agnoſcere, & agnitũ colere, atq; amare meruerũt: quando oẽs cœlos tranſcendere, ac in dextera dei ſui benedicti filij tui exaltari cognouerunt. M In eo etiã didicerunt ſe eidẽ deo ſuũ totũ debere quod ſunt, quãdo tu quæ inter illa, & de illis vna fuiſti, tantã dignitatis eminentiã meruiſti. Nihil igitur aut idolis homines, aut vllæ aliæ rerum ſpecies idolorũ cultoribus ſe debere intellexerunt, vbi & ſingularẽ autorẽ ſui ex caſtiſſimo vtero tuo ad reſtitutionẽ primæ creationis ſuæ progenitum ſuſceperũt: & te, per quã amiſſam dignitatẽ ſuã recuperauerũt, omni creaturę tam ſublimiter pręponi inſpexerũt. Laudes Mariæ. Quas igitur laudes, quáſve gratiarũ actiones, non ſolũ humana, ſed etiã omnis creatura huic ſacratiſsimę virgini debet? Puriſsima nãq; ſanctitas, ac ſanctiſsima puritas, piiſsimi pectoris eius, omnẽ omnis creaturæ puritatẽ, ſeu ſanctitatẽ incõparabili ſublimitate tranſcẽdens, hoc promeruit: vt reparatrix perditi orbis digniſsimè fieret. Vnde quid laudis ꝑ tam ineffabili bono ipſe per eã reparatus mundus ei iure debeat, cor alicuius ſub carne mortali



mortali viuentis, æſtimare nullatenus ſufficit: vtiq; A cuncta quæ deus fecit, & vtiliter bona in eo ſtatu quo cõdita fuerunt eſſe deſtiterunt: & per hanc beatiſsimã virginem in ſtatũ priſtinum reſtituta ſunt. Sicut ergo deus, ſua potẽtia cuncta patrando, pater eſt & dñs omniũ: ita beata Maria ſuis meritis cuncta reparãdo, mater eſt & domina rerum. Deus eſt enim dñs omniũ, ſingula in ſua natura propria iuſſione cõſtituendo: & Maria eſt domina rerũ, ſingula cõgenitæ dignitati, per illam quã meruit gratiã reſtituẽdo: & quemadmodũ deus ex ſua ſubſtantia genuit eum, per quem cunctis originem dedit: ita Maria de ſua carne peperit illũ, qui in decorẽ primæ creationis omniũ, cuncta reſtituit. Item nulla rerum ſpecies, niſi per dei filium facta ſubſtitit: ita lex debitæ damnationis neminẽ deſerit, niſi quem ab ea filius Mariæ abſoluit. Quis igitur iſta rectò ſenſu & corde ſyncero perpendens plenè percipere queat excellentiã dominæ huius: per quã tam ineffabili gratia, & tam inæſtimabili electione erectus B eſt mundus? Quis inquam, mirã & omni rei præter hanc inauditã mulieris iſtius gratiã oculis mentis aſpiciens, non obſtupeſcat: & nõ modò elinguis, verumetiã tantæ rei cõprehenſione prorſus immunis fiat? Quapropter ea quę nobis ſunt impenetrabilia intermittentes: precibus impetrare nitamur, vt quę intellectu capere nequimus, ſalutari effectu obtinere mereamur. Damnari nequit, ꝑ quo Maria intercedit. Per has ergo rationes impoſsibile eſt, vt aliquis homo ad eam cõuerſus, & ab ea reſpectus, damnetur. Namq; ipſa genuit eum, per quem mortua reuiuunt: per quẽ homines ex peccato ſaluantur: quia non eſt iuſtificatio, niſi quã ipſa in vtero fouit: non eſt ſalus, niſi quã ipſa peperit. Ipſa eſt ergo mater iuſtificãtis & iuſtificatorũ: ipſa eſt mater ſaluãtis & ſaluatorũ. Igitur mater dei, qui ſolus damnat, qui ſolus ſaluat, quẽ ſolũ timemus, in quo ſolo ſperamus, eſt mater noſtra. Iudex & ſaluator noſter, eſt frater noſter. Quomodo ergo deſperemus, cùm ſalus, ſiue dãnatio noſtra, ex boni fratris, & piæ matris pendeat arbitrio? Nunquid ſuſtinebit bonus frater puniri fratres ſuos, quos redemit? C bona mater damnari filios ſuos, quorũ ipſa redemptorem genuit? dulcis mater rogabit dulcẽ filium, ſuum, pium fratrẽ noſtrũ, filium pro filijs, vnigenitum pro adoptatis. Pius filius libẽter audiet matrẽ pro filijs: vnigenitus, pro his quos adoptauit: dñs pro his quos liberauit. Hæc Anſel. Exultemus igitur & nos miſeri cum cœlicolis, & creaturis vniuerſis, prout poſſumus: ac talẽ & tantam virginẽ pro noſtro modulo laudare ſtudeamus. Vnde Hierony. ad hæc nos prouocans & inuitãs, inter cætera ſic ait: Pſal. vlti. Idcirco lætamini & laudate: quia ſi deum ore prophetico in ſuis ſanctis laudare iubemur: multò magis eũ in hac celebritate beatæ virginis, matris eius oportet cum hymnis & canticis diligentius extollere, & dignis deo iubilare præconijs, ac myſticis honorare muneribus. Laus matris ad filium refertur. Nulli dubiũ quin totũ ad gloriam laudis eius pertineat, quicquid dignè genitrici ſuę impenſum fuerit ac ſolẽniter. Profectò quicquid humanis poteſt dici verbis, minus eſt à laude cœli, qua diuinis eſt & angelicis excellentijs prædicata, & laudata præconijs: A prophetis quidem prænuntiata: à patriarchis figuris & ænigmatibus præſignata: ab euangeliſtis exhibita & monſtrata: D ab angelo venerabiliter atq; officioſiſsimè ſalutata. Tamen & ſi ad hæc nemo idoneus inuenitur, votis omnibus ceſſare non debet etiã quilibet peccator à laudibus: quãuis explere nõ queat quod ſentitur. Vñ & ſermo diuinus, cùm de peccatore ageret, in Pſal. Pſal. 49. Sacrificiũ, inquit, laudis honorificabit me: & illic iter quo oſtendã illi ſalutare dei. Ac ſi patenter dicat: Illic iter eſt laudis, ad laudẽ ſine fine mãſuram: ſed nemo apprehẽdit illud, niſi ego præmonſtrauero. Propterea quia iter ſalutis noſtræ in laudib⁹ eſt ſaluatoris hortor vos & cõmoneo, in hac ſacra ſolennitate genitricis dei Mariæ, nolite ceſſare à laudibus. Et quãuis ſpecioſa laus nõ ſit in ore peccatoris, noli ceſſare: quia inde promittitur tibi venia, vnde & omnibus vt laudes. Alioquin niſi iuxta modulum ingenij noſtri deũ laudare in ſanctis ſuis ſtudeamus: quo eum iuxta multitudinem magnitudinis eius laudare poterimus? Omnino hoc prætermittẽdum nõ eſt, quod impleturi ſumus quãdoq; ſcdm ꝙ E Pſal. 83. dicitur: Beati qui habitant in domo tua dñe: in ſecula ſeculorũ laudabunt te. Interim verò quia immenſus eſt: quod voce nõ poſſumus, nec facũdia valemus, exequamur votis & medullis cordis. Hæc Hiero. Figura. Aſſumptio beatæ virginis fuit olim præfigurata, quãdo arca dñi in domum regis Dauid eſt tranſlata. 2. Reg. 6. Arca domini. Rex Dauid corã arca citharizauit: & eã cum magno iubilo in domũ ſuam adduxit. In arca manna cœli cõtinebatur: & conuenienter per eam beata virgo deſignatur: quia panẽ angelorũ, quem homo mãducauit, ipſa generauit. Arca de ligno cethim imputribili erat facta: figurãs ꝙ Maria in putredinẽ non eſt redacta. Rex Dauid, qui corã arca ſubſiliendo citharizauit, regẽ cœli & terræ Chriſtum præfigurauit: qui (vt creditur) matri ſuæ perſonaliter occurrit: & eam cum magno iubilo in domũ ſuã introduxit. Aſſumptio etiã Mariæ olim fuit Ioãni in Pathmos inſula præfigurata: Apoc. 12. Nam mulierem quandã admirabilem in cœlo videbat: quæ ſole amicta erat, & Maria circũdata diuinitate in cœlũ aſcẽdebat. F Luna ſub pedibus eius eſſe videbatur: per qđ perpetua ſtabilitas Mariæ deſignatur. Luna enim inſtabilis eſt, & nõ diu manet plena: & deſignat mundũ, & omnia terrena. Hæc inſtabilia Maria contẽnens, ſub pedibus cõculcauit: & ad cœlum vbi omnia ſtabilia ſunt, anhelauit. Coronã etiã in capite ſuo mulier habebat, quæ in ſe ſtellas duodecim continebat. Corona conſueuit eſſe honoris ſignũ: & ſignat honorẽ glorioſæ virgini cõdignum. Per duodecim ſtellas apoſtoli intelliguntur: qui in diſceſſu Mariæ oẽs affuiſſe dicuntur. Mulieri ſunt datæ alæ ad volandũ: per quas intelligitur aſſũptio tam corporis ꝙ̃ animæ. Feſtiuitas autem huius ſanctæ aſſumptionis, figurata fuit olim in matre Salomonis. 3. Reg. 2. Salomon enim rex in throno gloriæ reſidebat: & matri ſuæ thronũ ad dexterã poni faciebat. In quẽ ipſam à dextris ſuis locauit: & quæcũq; petierat, ſibi nõ negauit. Sic & Chriſtus matrẽ ſuã à dextris ſuis locauit, & oĩa quæcũq; voluerit ab eo ĩpetrabit. Fœlicitas Mariæ. O fœlix Maria & omni laude digniſsima O virgo Maria, dei genitrix glorioſa. O ſublimis

puerpera,quæ deum,autorem cœli & terræ,quem G omnis creatura non capit, tuo immaculato vtero clauſum geſtaſti?Quid nos tantili,quid actione puſilli,quid in tuis laudibus referemus,cùm etiã ſi omniũ noſtrũ membra verterẽtur in linguas,te laudare nullus ſufficeret?Quid dicam pauper ingenio cùm de te quicquid dixero minor laus eſt,quã dignitas tua mereatur.Quid ergo de te dignũ dicã: quid referã,cùm nõ ſufficiat lingua carnis tuas enarrare virtutes?O Maria tui recordatio nominis melle dulcior,nectare ſuauior,feſſos recreat, mœſtos lætificat,oppreſſos releuat,errãtes ad viã ſalutis reuocat: & peccatores ne deſperẽt,ſuæ ſuauitatis odore confortat.Sicut enim tpe vernali,cùm ad alta cœli ſol incipit aſcendere:& terris fœcundã radiorũ ſuorũ luminoſitatem infundere,vegetabilia cuncta hyemali glacie cõſtricta incipiunt reuiuiſcere:animantia quoq; & volatilia,in antris & ſpecubꝰ,ac diuerſis quibuſq; latibulis abſcondita,ad tantæ lucis nouitatem reſpirare incipiunt, ac vires reſumere: & H cordis lætitiã cantibus, & plauſibus lætabundis oſtendere:homines quoq; ſenes cum iunioribus eius in aduentu exhilarantur: & tota ſuperficies terræ decore induitur,& applaudit,ac cõgratulatur. Sic nobis accidit,cùm ſole amicta virgo fœcunda,regina cœli prælecta,vt ſol fines cordis noſtri ingreditur,& memoria eius mẽtibus noſtris rutilantibus abſq; nube infunditur:cõtinuò nãq; duricies omnis ad tantę lucis immenſitatẽ reſoluitur:arida cuncta rore cœleſtis gratiæ irrigantur,fugantur tenebræ, lumen nouum exoritur & gaudiorum nobis materia immẽſa cumulatur.

*Nomen Mariæ.*

O nomen admirabile,ô nomen delectabile:ô nomen grauidũ ſacramentis, & diuinis plenũ myſterijs:ô nomen glorioſum, ô nomen celeberrimũ:ô nomen ſublime,ante tempora vniuerſa in dei prædeſtinatione cõpoſitum : & in tempore dignæ perſonæ,ſecundũ rem,conuenienter impoſitum.O nomen quod nominatur ſæpius & frequẽtatur dulcius in concilio & congregatione iuſtorũ:& quod verſatur clementius in ore peccatorum.Quis enim vnquã criminũ veniam petijt niſi mediante Maria? Omnes Mariam inuocant. I Omnes Mariam nominant.Mariam præ omnibus amant.Omnis ætas,ſexus,& profeſsio, Mariã ſtudioſè reclamat.Cùm enim ſummũ regem peccando perdimus,cùm angelos, & ſanctos oẽs offendimus:cùm etiã nobiſipſis graues ſumus, & omnino neſcimus quid agere debeamus:hoc ſolũ reſtat miſeris,vt oculos cordis & corporis ad te leuemus,conſilium quærẽtes,& petentes auxiliũ. Vnde Anſel.

*Marię pręſens auxilium.*

Nihil certè vtilius poſt deum,memoria matris dei: nihil ſalubrius meditatione pij amoris, quo feruebat in memoria & contemplatione filij ſui:nihil iucundius ſapore pertracti gaudij eius,quo multipliciter paſcebatur in eodẽ,& per eundem filiũ ſuum. Sæpe quidem vidimus & audiuimus plurimos hominum in ſuis periculis recordari nominis ipſius beatæ Mariæ virginis:& illicò omnis periculi malum euaſiſſe.

*Mariæ inuocatio interdum citiꝰ auxiliatur,q̃ Ieſu*

Velociter eſt enim nonnunquã ſalus memorato nomine eius, quàm inuocato nomine domini Ieſu vnici filij eius. Et id quidem non ideo fit, quòd ipſa maior eo ſit aut potentior : nec enim ipſe magnus aut potens eſt per illam,ſed illa per ipſum. K Quare ergo ſalus promptior in recordatione eius,quàm filij ſui,ſæpe percipiatur,dicã quod ſentio:Filius quidẽ eius dñs eſt,& iudex omniũ,diſcernens merita ſingulorũ. Dum igitur ipſe à quouis ſuo nomine inuocatus,nõ ſtatim exaudit,profectò iuſto iudicio id facit. Inuocato autem nomine matris ſuæ:etſi merita inuocantis non merentur, merita matris intercedunt vt exaudiatur. Hæc deniq; humanus vſus quotidie probat,cùm quis propoſito amici nomine,ab alio impetrat efficaciter,qđ ſimpliciter ſua prece nequaquam impetrare valebat. Itaq; ſi tam vtilis eſt,in ſubueniendo, memoria nominis matris dei:nõ mirum ſi magis affert fructũ frequens meditatio ſancti amoris eius,ſi plenam iucunditatem dabit dulci ſtudio cogitata & recogitata immenſitas gaudij eius.Hæc Anſel.

*Autor ad Mariam.*

Tibi ergo ô ſpes noſtra,gaudiũ & lætitia cordis noſtri, ego peccator in vocem ſalutationis & laudis cupiens prorumpere:teq; ex intimo cordis cum gemitu & lachrymis,& deuota cordis genuflectione affectuoſiſ L ſimè matrẽ gratiæ ſalutare,& laudare:cùm mente pertracto viros illuſtres qui te ab initio laudauerũt præ ſtupore deficio,& vltrà ſpiritũ non habeo.Sed cùm ad meipſum redeo:hæc intrà me reuoluo, dicens.Salue ô pia mater dei,& virgo,quã laudat orbis terræ,& plenitudo eius:cœli cœlorũ, & omnis virtus eorũ:quicquid de præconio tuo lingua dicere potui,calamus ſcribere valuit,cor potuit cogitare,omnibus illis ſimul collectis & conſcriptis,& in vnũ manipulũ congeſtis centuplicata, & infinities multiplicata,corde deuoto,aureo cum decore, melliſluo ſapore, & odore aromatico, tibi porrigo ad laudandũ & glorificandũ te virgo beata nunc & in æternum.

*De laude Mariæ diuina eloquia.*

Vnde Aug.Accipe itaq; quaſcunq; meritis tuis impares gratiarũ actiones & laudes:& cùm ſuſceperis vota,culpas noſtra orãdo excuſa. Admitte noſtras preces intra ſacrarium pię exauditionis, & reporta nobis antidotum recõciliationis.Sit per te excuſabile,quod per te ingerimus:fiat impetrabile,quod fida mẽte poſcimus:accipe quod offerimus M impetra quod rogamus, excuſa qđ timemus: quia nec potiorẽ meritis inuenimus, ad placandũ iram iudicis,quàm te:quæ meruiſti mater exiſtere eiuſdem redemptoris & iudicis.Succurre ergo miſeris, iuua puſillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero,intercede pro monachorũ choro, exora pro deuoto fœmineo ſexu. Sentiant omnes tuum iuuamen, quicunque deuotè celebrant tuam aſſumptionẽ. Sit tibi compaſsio ſuper afflictis,ſit pius affectus ſuper cœlorum peregrinis.Et cùm te ſemper lætantem aſpicis, fletus quoq; noſtros ad deum ipſa admittas:cumq́ue, vt proprium filium,pro nobis interpelles,præcamur.Nos enim adhuc in hac terra affligimur, iniurijs laceſsimur, opprobrijs afficimur: eſurimus, ſitimus, ſomnum patimur, in carcere retinemur.Tu verò in cœleſtibus regnis prælata es cunctis virginum choris.Tu agnum quocunq; perrexerit ſequeris: tu virgineos choros,& ab incẽtiuæ carnis illęcebris alienos,per albentia lilia roſaſq; vernantes ad fontem perennis vitæ potandos inuitas.Tu in illa beatorum fœliciſ

ſima re



ſima regna,primi ordinis dignitate indempta:plan A tis roſcidis oberrans, inter paradiſi amœnitatẽ gramineoſq́; & crocos,tenero poplite pergis : fœliciq́; palma violas immarceſsibiles carpis. Tu conciuis ſine fine choris cõiuncta angelicis, archangelicisq́; ſociata,indefeſſa voce ſanctus clamare non ceſſas. Tu in cubiculo regis beatitudine,gemmis, ac margaritis ornata exiſtis. Tibi thronus ab angelis eſt collocatus in aula regis æterni:teq́; ipſe rex regum vt matrem verã,& decoram ſponſam præ omnibus diligens,amoris amplexu aſſociat. Nec mirũ ſi dignetur tibi adgaudere deus regnãs in cœlis : quem tu paruulũ ex te hominem natũ toties oſculata es in terris.Has ergo tuas fœlicitates poſsidens, conuertere ad noſtrarum miſeriarũ ſalutem.Inter hęc fratres chariſsimi,toto mentis affectu beatiſsimæ virginis interceſsionibus nos cõmittamus. Omnes patrocinia omni niſu imploremus: vt dum nos ſupplici eam obſequio frequentamus in terris,ipſa nos ſedula prece cõmendare dignetur in cœlis. Neque B enim dubium eſt eam, quæ meruit pro liberandis proferre pretiũ:poſſe plus ſanctis omnibus liberatis impẽdere ſuffragiũ. Sed quid nobis prodeſt hãc interpellare vocibus,niſi etiã humilitatis eius exẽpla teneamus?Curemus ergo, dilectiſsimi fratres, vt cùm huius diei feſtiuitati intereſſe cupimus: veſtimẽtis humilitatis atq; charitatis induti appareamus.Non nos inuidia alienæ fœlicitatis torqueat. Non ira vſq; ad diuiſionẽ dilaniet.Non cupiditas à nobis Chriſtũ excludat.Non ſeculi nos triſtitia exurat.Non proſperitas eius incautè decipiat.Nõ luxuria inquinet.Nõ immũditia polluat. Nõ elatio corrumpat.Non ſuperbia inflet:vt cùm nos virtutibus ornatos,charitate coniunctos,humilitate fundatos, beata dei genitrix Maria ſuæ nos intereſſe feſtiuitati perſpexerit,ardentius ſubuenire feſtinet apud filium:& dominũ ſuum Ieſum Chriſtum,deum ſaluatorem noſtrum,qui coronis perennis regni clarificat ſanctos ſuos : & eſt æterna laus & expectatio C omnibus electis ſuis.Hæc Auguſt. Vnde & Anſel.

*Anſelmi ad Mariã pulchra deprecatio.*

Rogamus ergo te domina,per ipſam gratiam qua te pius & omnipotens deus ſic exaltauit, & omnia tecum poſsibilia donauit : quatenus id apud ipſum nobis obtineas,vt plenitudo gratiæ quam meruiſti in nobis ſic operetur,quòd participium beati præmij eius nobis miſericorditer quãdoq; donetur.Ad hoc quippe deus noſter per te factus eſt frater noſter:vt quemadmodum ipſe dignatus eſt cõſors fieri noſtræ humanitatis:ſic nos mereamur conſortes fieri ſuæ diuinitatis. Intende ergo pijſsima dominã vt nobis ad effectum proueniat,propter quod deus noſter ex tuo caſtiſsimo vtero factus homo inter homines venit.Nec ſis quæſumus exoratu difficilis:quia proculdubio idem benigniſsimus filius tuus erit ad concedendum,quicquid voles, promptus & exaudibilis. Tantummodo itaq; velis ſalutem noſtram: & verè nequaquã ſalui eſſe non poterimus. Quid ergo ſtringes larga viſcera miſericordiæ tuę contra nos domina:vt nolis ſaluari nos?

*Pſal.84.*

Certè deus noſter (teſte propheta) miſericordia noſtra eſt: tu eiuſdem dei noſtri:abſq; dubio,vera mater es.Si tu ergo quæ deles,& reuera miſericordiæ mater denegas nobis effectum miſericordiæ,cuius tam mirabiliter facta es mater: quid faciemus cùm idem fi- D lius tuus aduenerit,cunctos æquo iudicio iudicaturus?Siquidem licèt ipſe filius tuus ſit per te factus frater noſter : vtiq; tamen vbi voluntatẽ tuam ſuæ videlicet dulciſsimæ matris magis porrectam aduerterit:illuc ſeruata æquitatis ratiõe,à qua te nullatenus diſcrepare velle videbit, iudicij ſui ſententiam,ſiue ad miſericordiam inflectendo,ſiue ad iuſtitiam intendendo promulgabit.Subueni ergo nobis domina, & non cõſiderata peccatorum noſtrorum multitudine, velle tuum ad miſerandũ nobis inflecte. Cogita quæſumus, & recogita apud te: quia non ad damnandum,ſed ſaluãdum peccatores cõditor noſter factus eſt homo ex te.Cur itaq; non iuuabis nos peccatores, quæ in tantã celſitudinem es propter nos eleuata:vt te dominã habeat, & veneretur tota pariter creatura?An ideo vtrum pereamus amplius non curabis : quia quicquid de nobis miſeris vltra eueniat,gloriæ tuæ nulla iactura inde proueniat?Et hoc quidem fortaſsis aliquo mo- E do bona domina poſſes:ſi pro tui ſolius exaltatione & vtilitate mater dei facta fuiſſes. Sed vtiq; deus, qui hominẽ aſſumpſit ex tua caſtiſsima carne, hoc fecit pro tua & noſtra communi ſalute.Si ergo tu, quæ plena ſalute es potita,nõ intendis vt eadem ſalus pro modulo noſtro etiam ad nos vſq; pertingat: iam tuorum ſufficiens commodorum, noſtrorum negligens eſſe videberis:quæ pro totius mundi ſaluatione meruiſti fieri mater altiſsimi:cũ nos poſtpoſueris quos obuoluit funus ſeculi. Quid ergo quæſo proderit nobis tua fœlix & glorioſa exaltatio:& quã inde habemus,dulcis & affectuoſa exultatio? Vt ergo filium tuum totius mundi ſaluatorem, & te eius reconciliatricem veraciter eſſe ſentiamus:eò nos propenſiori ſtudio iuua precamur & foue : quò in fecibus munda natos & alitos potiori leuamine perſpicis indigere. Ab initio denique renouationis humanæ, omnibus ſub tuum præſidium confugientibus, hucuſque ſuccurriſti: & idcirco præ omni creatura, omni laude digniſſima dici & eſſe meruiſti. Eia ſuccurre nobis, & oramus vt laus quam pro tot ſecula poſſediſti, con F tinua tibi duret in gratia ipſa, qua mundo ſubueniſti. Tibi ergo nos commendamus: tu procura ne pereamus. Effice potius vt ſalus noſtra de die in diem multiplicetur : & filio tuo, domino Ieſu Chriſto,vita noſtra iugi deuotione famuletur.Hęc Anſelmus.

## ORATIO.

Deus dator gaudij, largitor ſolatij, luctus releuator, mœroris effugator, qui beatam virginem Mariam, matrem tuam, maieſtatis ſpeculum,angelorum ſolatium,tuæ bonitatis imaginem,noſtræ ſalutis originem, multiplici gaudio in terris & in cœlis lætificaſti : concede mihi ſupplici tuo,vt qui ad eam quaſi ad fontem gaudij in doloribus meis fiducialiter recurrere præſumo,valeam ipſius meritis & interceſsione præſentis & perpetui gaudij effectum ſentire, & ad illud ineffabile gaudium, quo aſſumpta tecũ gaudet in cœlis, fœliciter peruenire.Amen.

G De finali iudicio. Caput lxxxvii.

Iudicium finale.

POſt prædicta, quæ iam cōpleta ſunt, reſtat vt de finali iudicio,& quibuſdā alijs nondum impletis,aliquid videamus. Finale itaq; iudicium quædam ſunt antecedentia:ſcilicet pœna purgatorij, eccleſiæ ſuffragia, & Antichriſti perſecutio:quædā concomitantia.ſ. cōflagratio mundi,& corporum reſurrectio:& quædā ſequentia,ſcilicet pœna infernalis,& gloria cœleſtis.

Iudicium antecedentia,concomitantia, & ſequentia.

De purgatorio ſciendum,quòd in eo duplex pœna eſt:vna damni, de carentia diuinæ viſionis alia ſenſus de afflictione caloris aut frigoris, vel pœnæ alterius generis: & quantum ad vtrunque,minor pœna purgatorij, maior eſt quàm maxima pœna huius mundi. Ber. Sola dies purgatorij,ſuperat paſsiones ſanctorum.

Purgatorij duplex pœna.

Purgatorij pœna.

Ratio autem acerbitatis pœnæ purgatorij eſt iſta: quia cùm deus plus quærat emendā, quàm pœnā: plus pōderat in pœnitentia virtutē bonæ voluntatis,quàm pœnā afflictionis. vnde plus pōderat deus H modicā pœnam voluntariā in præſenti:quàm multam non ita voluntariam in futuro:ſicut plus valet modicū auri,quàm multū plumbi. Vnde ſecūdum Aug. Vna gutta aquæ lachrymarū, tantū facit hìc pro emenda, quantū decem anni in purgatorio. Et oportet,vt quod ibi deficit in voluntate,ſuppleatur in acerbitate. Neceſſe eſt aūt( vt ait Augu.) ꝙ tantum vrat dolor,quantum inhæſerat amor. Tantò enim quiſquis torquetur diutius: quantò affectus eius venialibus inhærebat fortius. Vnde tandiu differtur quis à gloria,quouſq; fiet ſine omni macula, ſicut erat in baptiſmo. Noli ergo contēnere venialia,pro quibus tanta pœna eſt expectanda.

Pœnitentiæ præſentis,& volūtariæ valor.

Venialia abluenda.

Cur autem anima incorporea corporalibus pœnis teneatur,declarat Aug. dicēs: Animæ quę in corporibus viuentes,per dilectionē rerum viſibiliū corporalibus imaginibus afficiūtur:à corporibus exeūtes in eiſdē imaginib⁹ tormēta patiūtur. Propterea enim corporalibus paſsionibus ibi teneri poſſunt, quia à corruptione corporaliū affectionū hìc mūdatæ nō fuerunt:quā corpulentiā de corporis delectatione I traxerūt. Et iterum: Si enim anima à corruptione corporalium affectionū hìc non mundatur,corpore exuta corporalibus tenetur paſsionibus. Studeat ergo in hac vita ſe ab huiuſmodi petulantia mundare:quatenus cùm hinc exierit nihil corporeum ſecum trahat, & à corporis paſsione immunis exiſtat. Hæc Aug.

Suffragia generalia.

Suffragiorum autem ſunt quatuor modi generales,ad quos omnes alij reducuntur, ſcilicet oratio, ieiuniū: eleemoſyna & ſacramentum altaris. Hæc ſuffragia proſunt defunctis,ſecundum magis & minus, pro diuerſitate meritorū in mortuis,vel pro charitate viuorū,qui magis ſolicitātur pro mortuis aliquibus quàm alijs.

Suffragia peculiariter facta.

Illa enim ſuffragia quæ ſpecialiter fiunt pro aliquibus,plus valent illis quàm alijs:licet etiam alijs aliquo modo communicentur. Suffragia verò quæ cōmuniter fiunt pro defunctis: quamuis omnibus pro modulo ſuo proſint:illis tamē amplius, qui dum eſſent in ſtatu viæ,magis meruerūt vt ſibi prodeſſent. Vnde Grego. Illis ſacræ victimæ mortuis proſunt,qui hìc viuendo obtinuerunt vt eas etiam poſt mortem bona adiuuent,quæ hìc pro ipſis ab alijs fiunt. Inter hoc K autem penſandū eſt,ꝙ tutior via ſit, vt bonū quod quiſq; poſt mortem ſuam ſperat agi per alios,agat dum ipſe viuit per ſe. Beatius quippe eſt liberū exire, quā poſt vincula libertatē quærere. Tunc ergo verè pro nobis deo hoſtia accepta erit, cùm noſipſos hoſtiā ſalutari poſt mortē non indigebimus,ſi ante mortē deo hoſtia ipſi fuerimus. Hæc Greg.

Bona ante mortem per ſe agēda.

Inſuper ne aliquid bonum pereat, illa bona quæ quis peccando operatur,mortificata,alijs ſaluandis dabūtur. Sicut quando corporali morte quis moritur, fratres & propinqui in bonis eius ſuccedūt.

Antichriſti arma quatuor.

Antichriſtus verò quatuor modis ſubuertēdi homines armabitur: ſcilicet callida perſuaſione, miraculorū operatiōe, bonorum largitione,tormentorū exhibitione. Prædictis quatuor modis multos ad ſe trahet. Trahet autē multos per munera,bonos per tormenta,ſimplices per prædicationem & miracula. Habebit ſecum magos & maleficos:reges quoq; & principes. Vnde in Apocalypſi: Vidi de mari beſtiā aſcendentem:id eſt, Antichriſtū habentem capita ſeptem:id eſt,principes vniuerſos:& cornua decē,id eſt, illos qui impugnant decalogū. (Apoc.13.) L

Antichriſti parētes,& malicia.

Hic ex parētibus ſenibus cōcipietur, & naſcetur in Babylone,de tribu Dan. Et ſicut in Chriſto omnis plenitudo diuinitatis inhabitauit,ita in Antichriſto omnis plenitudo iniquitatis inhabitabit:quia in ipſo erit ſpiritus malignus,caput omniū malorum,propter quod & filius perditionis vocabitur.

Heliæ & Enoch aduentus in terram. Zacha. Apoc.11.

Inter occultū aduentum Antichriſti,qui eſt per natiuitatē:& manifeſtum, qui erit per prædicationē,& apertam perſecutionē:venient Helias & Enoch,vt ipſi repugnēt,& errātes ad viam veritatis reducant,qui vtrique per Zachariam duæ oliuæ,id eſt,ſpiritu ſancto vncti: & per Ioannē duo candelabra,id eſt lumē dantes alijs nominantur:& pędicabunt diebus mille ducētis ſexaginta,id eſt tribus annis & dimidio,ſicut & Chriſtus prædicauit:amicti ſaccis,id eſt, pœnitentiā prędicantes,& exēplo ſui oſtēdentes. Et oēs qui cognoſcere & cōfiteri verū deum volūt, hos duos ſenes & M veraces teſtes ſubſequūtur,iniquum errorē deſerētes:quoniā ipſi in magnis,& coram deo,& corā populo fulgebūt:vicos & ciuitates & plateas atq; alia loca vbicūq; filius perditionis contrariā doctrinam ſuam efflauerit,percurrentes:ac in eis multa ſigna in ſpiritu ſancto faciētes:ita vt omnis populus qui ea viderit in maximā admirationē ducatur. Idcirco autem hæc magna ſigna, ſupra firmā petram ſolidata,illis dabuntur:quatenus illa contraria,& falſa ſigna abijciantur.

Heliæ & Enoch cædes.

Tandem Antichriſtus occidet eos in Hieruſalem: & iacebunt corpora eorum in plateis tribus diebus & noctibus & dimidio: quia nullus audebit corpora eorū ſepelire, propter metum Antichriſti: vt quicunque viderint, timeant eis conformari. Poſt tres autem dies & dimidium reſurgent,& in cœlū in nube aſcendent. Antichriſtus verò quindecim diebus regnabit poſt mortem illorum. Regnabit autem tribus annis & dimidio:

Antichriſti cædes.

& poſt dominus poteſtate ſua occidet eum: ſiue per ſe, ſiue per Michaëlem archangelum. Occidetur autem in monte Oliueti in papilione: & in ſolio ſuo



lio ſuo in loco illo vnde dominus aſcendit: ſcilicet A in præfati mōtis vertice,qui dicitur inclytus:quia ex eo ſaluator aſcendit ad patrē:ibi nāq; peribit,vnde dńs aſcēdit. Quo interfecto nō ſtatim veniet dominus ad iudiciū:ſed cōcedentur quadragintaquinque dies ad refrigeriū ſanctorū, & ad pœnitentiā ſubuerſorū. Quarum aūt ſit ſpatiū inter illos quadragintaquinq; dies,& finē mūdi,nemo ſcit.

Iudæorum conuerſio.

Iudęi tunc ad prędicationē Enoch & Helię cōuertentur ad fidē,& ſancta eccleſia vſq; in finē mundi pacifica quieſcet:q̃a extūc fraudulētia & ſęuitia diaboli penitus deficiet.

Conflagratio mundi.

Circa cōflagrationē mundi ſciendū eſt,ꝙ ignis permaximus aduentū iudicis pręueniet & faciē eius pręcedet: quia virtute diuina nō ſolū ignis qui eſt in ſphera ſua:ſed etiā omnes ignes, & qui in terra,& ſuper terrā ſunt,ad mundi cōflagrationē concurrent. Per iſtū ignē quaſi ſimul fiet purgatio iuſtorū,& punitio malorū: incineratio corporū,& cōſumptio terræ naſcentiū.

Ignis conflagrationis quatuor officia.

Habebit enim iſte ignis officiū quatuor igniū:videlicet ignis infernalis,ad reproborum punitionē:ignis purgatorij,ad bonorū à venialibus purgationē:ignis,terreſtris,ad vegetabiliū & ſenſibilium conſumptionē, B & corporū incinerationē:& ignis elementaris, ad elementorū ſubtiliationē,& innouationis eorū diſpoſitionē. Per hunc ergo ignē ita facies terrę exuretur,ꝙ figura huius mundi peribit: ſicut & olim per diluuiū factum fuit.

Iudicium per aquā & per ignem. Reſurrectio vniuerſalis.

Et meritò primū dei iudicium fuit in aqua,contra ardorē luxuriæ, quæ tūc viguit:vltimū verò iudiciū erit in igne,cōtra teporem charitatis,quæ tunc ſeneſcēte quaſi mūdo refrigeſcet. Quo facto,ſtatim erit reſurrectio mortuorū corporū,cū aduentu iudicis ad iudicium: & tunc inflāmabitur totus mūdus per circuitū. Quia enim homo meruit & demeruit,in anima ſimul & corpore punietur,& pręmiabitur in vtroq;:& ideo in eiſdē oportet eū reſurgere. Reſurgēt aūt omnes tam boni quàm mali, nulla in eis exiſtēte differētia,quantū ad ordinē temporis:ſed quantū ad ordinem dignitatis. Nā mali ſurgēt deformes & paſſibiles,imò tam ignominioſum erit corpus pecca- C toris,ꝙ anima reſumēs ipſum ſtupebit quando illud videbit,& ipſum videre abhorrebit:& vellet potius habere tale corpus quale erat,quādo dimidium comeſtū fuit à vermibus. In bonis aūt natura ſeruabitur,& vitia detrahētur: & erit corpus ſepties clarius quàm ſol ſit modò.

Corpus bonorum ſecundū merita ſumet claritatis augmenta.

Quātò fuerint crimina malorū abominabiliora,tantò erūt corpora eorū deformiora. Et quātò fuerint merita iuſtorū plura & maiora: tanto erūt corpora eorū pulchriora & clariora. Corp⁹ minimi pueri ſeptipliciter clarius ſole erit. Si alius fuerit in decuplo eo ſanctior, illius corpus in decuplo erit illo clari⁹: & ſimiliter intellige de cēties & milleſies. Et ſicut Chriſtus infinities eſt omnibus ſanctis ſanctior: ita eſt infinities corpus eius omnibus ſanctis clarius.

Menſurā ſuā quiſq; habebit, non communem omnibus.

Omnes autem tam boni quàm mali reſurgēt incorrupti & integri corpore:videlicet ſine aliqua mēbrorum diminutione,in debita ſtatura, ſecūdum menſurā ætatis plenitudinis Chriſti:ſed boni tantū in gloriam immortalitatis immutabuntur. Vnde Augu. Sed ſi Chriſtus in ea mēſura corporis in qua mortuus eſt reſurrexit: nephas eſt dicere, cùm reſurrectionis omnium tēpus venerit, acceſſurā corpori eius eam D magnitudinē quam nō habuit,vt longiſsimus poſſit fieri æqualis. Si aūt dixerimus,ad dominici corporis modū etiam minorū maiorumq; corpora redigenda:peribit de multorū corporibus perplurimum,cùm ipſe nec capillū periturū eſſe promiſerit. (Matth.10.) Reſtat ergo vt quiſq; recipiat ſuā menſuram quā vel habuit in iuuētute,ſi ſenex eſt mortuus:vel fuerat habiturus,ſi eſt antè defunctus. Et ideo non eſt dictū ab apoſtolo,in menſurā ſtaturę:ſed,in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, (Ephe.4.) quia reſurgent corpora mortuorū in iuuenili ætate & robore, ad quam Chriſtū perueniſſe cognouimus. Hæc Aug.

Reſurrectio tria corriget in natura & erit integra.

Reſurrectio ergo tria corriget in natura: ſcilicet defectū,ſicut in pueris & mutilatis,ſiue in diminuta natura mēbrorum ſuperfluū.ſ. vnguiū, crinium & huiuſmodi,errorē,ſicut eſt in mōſtruoſitate mēbrorū. Reſurgēt quoq; corpora eorū,numero eadē quæ prius,ex eodē puluere in quē redacta fuerant: ita ꝙ in quaſcūq; auras vel ſinus puluis ille fuerit diſperſus,ad eandē animā redeat,quæ ipſum primitus vt viueret & creſceret animauit. Nec ſolū reſurgēt corpora quantū ad membra principalia:ſed E etiā ſaluis capillis,& cęteris mēbris ad decorē facientibus. Reſurgēt enim hoīes quantum ad eſſe, & quantū ad integrū eſſe, & quantū ad decorū eſſe.

Reſurrectio fiet in momēto.

Et hoc in momēto,id eſt,breuiſsimo & anguſtiſsimo ſpatio tēporis,in ictu oculi, tranſuolat media, & trāſijt ad remota: in nouiſsima tuba, id eſt, per vocem magnā & manifeſtā,poſt quā non erit alia. Hæc tuba clamor ille intelligitur,de quo in euāgelio dicitur: Media nocte clamor factus eſt,ecce ſpōſus venit,exite obuiā ei. (Matth.25.) Non eñ tunc veniet cùm ſperatur:ſed media nocte, id eſt , occultè valde & inſperatè.

Tuba quid.

Tubę noīe aliquod euidēs & pręclarū ſignum accipitur,quod nutu diuino dabitur quod archāgeli vox,& tuba dei alibi,& etiā vox filij dei in euāgelio dicitur: Et bene dicitur tuba dei:quia quaſi ad bellū contra inimicos veniet, & efficaciā dabit ei,ꝙ per illā mortui reſurgēt. Vox ergo tubæ,ſecundū quoſdā,eſt imperiū Chriſti reſurgere impe- F rantis:ſecundū alios verò,eſt manifeſta Chriſti apparitio:poſt reſurrectionē verò ſtatim erit iudiciū.

Vallis Ioſaphat locus iudicij.

Erit aūt in valle Ioſaphat,quę ſita eſt ad Orientē, inter Hieruſalē & montē Oliueti,q̃a Hieruſalē & terra adiacēs eſt locus medius cōmunis oībus nationibus, ac famoſiſsimus & publicus propter opera noſtræ redēptionis. Ioſaphat aūt interpretatur iudiciū domini. Ad iudiciū ergo dñi congregabūtur oēs impij,vt dānentur:iuſti verò nō deſcendent in vallē iudicij vt dānentur,ſed in nubibus obuiā Chriſto eleuabūtur. Chriſtus enim nō deſcendet in terram ad iudiciū,ſed in aëre ſedebit cōtra locū montis Oliueti,ex quo aſcēdit, ſtipatus agminib⁹ & virtutibus cœlorū.

Iudicij horribilitas.

Et erit iudicium illud horribile ex omni parte. Suprà,erit iudex iratus:ſubtus, patens infernus:intus,cōſcientia remordēs:extrà,mundus ardēs,à dextris,peccata accuſantia:à ſiniſtris, infinita dęmonia terrētia:circà,boni angeli in infernū pellētes, & mali ad ipſum trahētes. Ibi erūt etiam oēs ſancti ſententiā iudicis approbantes,& omnes

mali cum bonis peccata damnatorum cognoſcen-
G tes. Et tunc Chriſtus blãdus iuſtis,& terribilis ap-
parebit iniuſtis. Adeo quidẽ iratus reprobis videbi
tur,vt dicãt montibus & petris,cadite ſuper nos:&
abſcõdite nos à facie ſedẽtis ſuper thronũ,& ab ira
agni. Stigmata quoq; mõſtrabit,& paſsionis inſi-
gnia.ſ.crucẽ,clauos,lanceam,coronam,& flagella.
Tota quippe trinitas in iudicio futuro iudicabit au
toritatiuè & iuriſdictione ordinaria: ſed Chriſtus
inquantũ homo,iudicabit executiuè & iuriſdictio
ne delegata:quia iudex debet eſſe manifeſtus omni
bus iudicãdis. Deus aũt pater vel filius,ſecundũ di-
uinam naturã,non videbitur ab omnibus in iudi-
cio:quia tunc oẽs eſſent beati:cùm in viſione conſi
ſtat beatitudo:& ideo executio iudicij data eſt à pa
tre Chriſto homini,qui poterit ab omnibus videri.

Stigmatũ vulnerum Chriſti apparitio.

Diuina natura nõ videbitur dãnandis.

Vnde poteſtatẽ dedit ei iudiciũ facere,ſcilicet exe
cutiuè:quia filius hominis eſt ab omnibus viſibilis,
bonis & malis. Nõ apparebit in forma dei,quia ſo
lis mũdis corde promittitur viſio formę dei:ſed in
forma ſerui,vt poſsit ab omnibus videri iuſtè iudi
caturus in ea forma,in qua iniuſtè iudicatus eſt. vñ
Augu. Forma illa erit iudex,quę ſtetit ſub iudice.
H Illa iudicabit,quæ iudicata eſt. Nam ſi iudiciũ non
fieret niſi inter ſolos iuſtos,appareret tanquã iuſtis
forma dei. Quia verò iudiciũ futurum eſt iuſtorũ
& iniquorũ:nec licet vt iniqui videant deũ:talis ap
parebit iudex,qualis videri poſsit,& ab eis quos co
ronaturus eſt,& ab eis quos dãnaturus eſt. Hęc Au
guſt. Ordines aũt quatuor erũt in iudicio: quorum
duo erũt electorũ,& à dextris:duo reproborũ,& à
ſiniſtris. Ex parte electorũ quidam nõ iudicabun-
tur,ſed iudicabũt & ſaluabuntur: vt quorũ merita
bona ſunt impermixta malis: ſicut perfectorũ pau
perum Chriſti,qui hîc ſeipſos iudicauerũt:qui pre
cepta legis, perfectionis virtute tranſcẽdunt: & o-
mnia relinquẽtes,nudi nudũ Chriſtum ſecuti ſunt:
quibus voce dominica dicitur: Vos qui reliquiſtis
omnia,& ſecuti eſtis me, cùm ſederit filius homi-
nis in ſede maieſtatis ſuæ,ſedebitis & vos ſuper ſe
des duodecim iudicãtes duodecim tribus Iſrael. Di
cuntur aũt iudicare,id eſt,iudicãti aſsiſtere:quia cũ
I iudice tanquã aſſeſſores eminentius ſedebũt:non ꝙ
ipſi ſententiã ferant,quia hoc ſolius iudicis erit:ſed
ꝙ approbẽt & confirmẽt. Sedebit enim Chriſtus in
eminẽtiori loco cũ ſanctis:mali verò ſtabũt ſubtus
in terra quã dilexerunt: Quidã verò iudicabuntur
& ſaluabũtur:vt quorũ merita bona ſunt aliquibus
malis venialibus permixta:qui vitę maculas lachry
mis tergũt,qui mala pręcedẽtia ſequẽtibus factis &
miſericordiæ operibus redimẽtes,quicquid illicitũ
aliquãdo fecerunt, ab oculis iudicis bonorũ operũ
ſuperinductione cooperiũt: quibus iudex veniẽs di
cit: Eſuriui,& dediſtis mihi mãducare:ſitiui, & de
diſtis mihi bibere: hoſpes erã,& collegiſtis me:nu-
dus,& operuiſtis me:infirmus, & viſitaſtis me: in
carcere,& veniſtis ad me. Ex parte reproborũ qui-
dam iudicabũtur & damnabũtur,vt quorũ merita
damnabilia permixta ſunt aliquibus bonis: ſicut il
lorũ qui Chriſtianæ fidei initiati myſterijs, opera
fidei exercere contẽnunt:& fidẽ ſine operibus ha-
bent:quibus in clamatione dominica dicitur: Eſuri

Forma qua iudicatus, iudicabit Chriſtus.

Ordines in iudicio quatuor.

Matth.19.

Matth.25.

Ibidem.

ui,& non dediſtis mihi mãducare:ſitiui,& non de-
diſtis mihi bibere:hoſpes erã,& non collegiſtis me: K
nudus,& nõ operuiſtis me:infirmus,& in carcere,
& nõ viſitaſtis me. Quidã verò nõ iudicabũtur,ſed
dãnabũtur, vt quorũ mala merita omnino imper-
mixta ſunt bonis:vt qui fidẽ recipere noluerũt, &
fundamẽto fidei caruerũt: vel qui ſuſceptã fidem
quaſi per apoſtaſiã reiecerunt:de quibus dñs dicit,
Qui nõ credit,iam iudicatus eſt: Et de quibus Pau Ioan.3.
lus ait: Qui ſine lege peccauerũt,ſine lege peribũt. Roma.2.
De quibus etiã Pſal. ait, Non reſurgẽt impij in iu- Pſal.1.
dicio. Reſurgẽt quippe etiã omnes infideles: ſed ad
tormentũ,non ad iudicium. Vnde Petrus Cantor,
Qui nõ credit,nõ habens ſcilicet characterẽ fidei,
iam iudicatus eſt. Nõ enim fiet cũ tali diſcuſsio &
examinatio,cùm caruerit charactere & dominio
regis,& cõſtet curiæ talẽ eſſe de reprobis nec de fa
milia dei:vnde ſine ſentẽtia rapietur in ignẽ ęter-
num. Habens aũt characterẽ regis,& ſignũ quo ab
alijs ſeparatus erat,citabitur vt homo regius:ſed &
quæ diſcuſsio & diſceptatio cũ eo? Eſuriui, & non
dediſtis mihi mãducare,&c. Tandemq; pro nõ ſer
uato charactere, & dominio regis, fiet ſentẽtia in
eum damnandũ. Grego. Nam & princeps terrenã L
rempublicã regens,aliter punit ciuẽ interius delin
quentẽ,atq; aliter hoſtẽ exterius rebellantẽ. In illo
enim iura ſua cõſulit:contra hoſtẽ verò bellũ mo-
uet,& de pœna eius quid lex habeat non requirit.
Hęc Greg. Perfecti ergo iudicabũt,& nõ iudicabũ
tur:alij fideles facta diſcuſsiõe euãgelica, de operi
bus miſericordię iudicabũtur:quidã ad gloriã,qui-
dã ad pœnã:infideles aũt iam iudicati ſunt. Vbi nõ
putat ꝑ tractũ & morã tẽporis ſingulorũ examina
tio:ſed ſimul merita ſingulorũ diſcutiet, & diſcuſ-
ſa iudicabit. Tunc enim libri cõſcientiarũ panden-
tur:& ipſe liber aperietur, qui dicitur liber vitæ:
quo fiet vt ſimul omniũ omnia ſecreta omnib' tan
ta certitudinis claritate pateſcãt,vt cõtra teſtimo-
nium veritatis loquẽtis in Chriſto,& cõſcientię cu
iuſq; pariter cõteſtantis,nulla inficiãdi, defendẽdi,
vel excuſandi ſeu ſubterfugiẽdi pateat ſemita,quin
recipiat vnuſquiſq; ſecundũ merita ſua. Augu. Fiet M
enim virtute diuina,vt cuiq; opera ſua vel bona,vel
mala cũcta in memoriã reuocẽtur:& mẽtis intui-
tu mira celeritate cernãtur:vt accuſet, vel excuſet
conſciẽtia conſcientiã. Hæc Aug. Tũc aperta erit
ſeparatio ſicut morũ, ſic & vitæ ſingulorũ. Dicit
autẽ Aug. ꝙ tot homines ſaluabũtur,quot dæmo-
nes ceciderũt. Sed Greg. dicit, ꝙ tot homines ſalua
buntur,quot angeli perſtiterũt. Dixerũt etiã qui-
dam, ꝙ duo parietes erũt in cœlo:ſcilicet vnus ho-
minum,& alter angelorũ:& ꝙ ruina angelorũ re-
ſtaurabitur per virgines:& de alio pariete tot erũt
ſaluãdi,quot in alio pariete ſunt virgines & angeli.
Bonũ eſſet & vtile de hoc iudicio frequẽter cogita-
re:vt cogitatio tãtę anguſtiæ nobis timorẽ incute-
ret, & timor incuſſus à nobis peccatũ perpetratũ
expelleret,& nos à perpetrando arceret, exemplo
Hiero. dicẽtis: Siue comedã, ſiue bibã, ſiue aliquid
aliud faciã,ſemper videtur in auribus meis ſonare
illa vox terribilis, Surgite mortui, & venite ad iu-
dicium. Gregor. Si qua eſt pręſentis tẽporis lętitia

Iudicandi forma.

Saluandorum numerus.

Iudicij recordatio vtilis eſt.

ita agenda



ita agenda eſt, vt nunquam amaritudo ſequẽtis iu-
A dicij à memoria recedat. Anſ. In matutino:id eſt,
in contẽplatione extremi iudicij: quod nocti præ-
ſentis tãquam lux matutina ſuccedit, interfice oẽs
peccatores terræ:id eſt, delicta atq; peccata cõuer-
ſationis terrenæ: vt diſperdas de ciuitate domini
quam in te illi ędificare debes,omnes operãtes ini-
quitatẽ:id eſt,diabolicas ſuggeſtiones,odibiles deo
delectationes,mortiferos conſenſus, & opera per-
uerſa. Ab omnibus his (tãquam ciuitas dei) debes
emundari, vt placitam in te manſionẽ ſibi creator
inueniat,obtineat,& poſsideat. hæc Anſel. Hęc er-
go omnia penſantes,euigilemus totis viribus:& vo
luntati dei obtemperãtes,remedia quęramus:bene-
ficiaq; dei circa nos cogitantes aſsiduè peccata ſtu-
deamus pro poſſe vitare, vt iudicio illi terribili me
reamur ſecuri aſsiſtere. Ad quod bene hortatur nos
Augu. dicens: Melius eſt hîc paruã amaritudinem
ſuſtinere,& poſtea ad ęternã dulcedinẽ peruenire:
quàm hîc habere falſum gaudiũ, & illic ſuſcipere
ſine fine ſuppliciũ. Et iterum: Certũ eſt,fratres cha
B riſsimi, ꝙ ſi ſemper beneficia dei noſtri,quæ nobis
nullis præcedentibus meritis noſtris collata ſunt,
aſsiduè cogitamus: peccata nobis aut non dominã-
tur:aut ſi fortè ſurrepſerint, citò per pœnitentiam
corriguntur. Quis enim vel mente cõcipere,nõ di-
cam verbis poſsit exponere, quanta circa nos ſunt
beneficia dei noſtri? Fecit enim nos, cùm non eſſe-
mus:reparauit nos poſtea, cùm periſſemus. Mortẽ
ſuſcepit,pretioſo nos ſanguine liberauit. Ad infer-
na deſcẽdit,de faucibus nos æternę mortis eripuit,
cœlorum nobis etiã præmia promiſit. Hæc omnia
fratres dilectiſsimi pio & benigno animo cogitã-
tes,quãtum poſſumus cũ ipſius adiutorio beneficijs
ſuis vicem repẽdere feſtinemus. Nõ reddamus ma-
la pro bonis:ſed quantũ poſſumus,volũtati illius ob
temperare fideliter ſtudeamus:totis viribus innitẽ-
tes,vt pręcepta ipſius magis nobis pariant de ſequa
citate remediũ, quàm de tranſgreſsione iudicium.
Nam quid faciemus, chariſsimi, in illo metuendo
iudicij die,cùm tremẽte mundo dominus præcinẽ-
C tibus angelorũ buccinis,in illo maieſtatis ſuę thro-
no,circũdatus cœleſtis militiæ luce,cõſederit:ibiq;
de terræ gremio & antiquo puluere ſuſcitato hu-
mano genere,aſtãte teſtimonio conſcientiæ ſingu-
lorum,poſitis in cõſpectu peccatorum pœnis,iuſto
rumq; præmijs rationẽ vitæ cœperit poſtulare: &
plus iam iuſtus quàm miſericors,ſeueritate iudicis
contemptæ miſericordię reos cœperit accuſare,&
dicere: Ego te,ó homo,de limo manibus meis feci:
ego terrenis artubus infudi ſpiritum:ego tibi ima-
ginem noſtrã ſimilitudinẽq; cõferre dignatus ſum:
ego te inter paradiſi delitias collocaui. Tu vitalia
mandata cõtemnens,deceptorẽ ſequi,quàm domi-
num maluiſti. Cùm expulſus de paradiſo,iure pec-
cati mortalis vinculis tenereris: virginalẽ vterum,
ſine diſpẽdio virginitatis, pariẽdus introij. In præ-
ſepio expoſitus, & pãnis obuolutus,iacui. Infantiæ
contumelias humanoſq; dolores,quibus tibi ſimilis
fierem,ad hoc ſcilicet vt te mihi ſimilẽ facerẽ,per-
tuli. irridentiũ palmas & ſputa ſuſcepi:acetũ cum
felle bibi: flagellis cæſus, vepribus coronatus, affi-

Mala hîc toleranda ſunt.

Exprobratio beneficiorũ dei in nos.

xus cruci,perfoſſus vulnere: vt tu eripereris mor-
ti,animã in tormentis dimiſi. En clauorũ veſtigia, D
quibus affixus pẽpẽdi: en perfoſſum vulneribus la-
tus. Suſcepi dolores tuos:vt tibi gloriã meam darẽ.
Suſcepi mortẽ tuam,vt tu in ęternum viueres. Cõ-
ditus iacui in ſepulchro, vt te reſurgeres in cœlo.
Cur quod pro te pertuli perdidiſti? Cur ingrate re-
demptionis tuæ munera renuiſti? Non tibi ego de
morte mea queror. Redde mihi vitam tuam, pro
qua meam dedi. Redde mihi vitã tuam,quã vulne-
ribus peccatorum indeſinenter occîdis. Cur habi-
taculum,qđ in te ſacrauerã, luxuriæ ſordibus pol-
luiſti? Cur corpus iam meũ,illecebrarũ turpitudine
maculaſti? Cur me grauiore criminum tuorũ cru-
ce,quàm illa in qua quondã perpenderã afflixiſti?
Grauior enim apud me peccatorum tuorum crux
eſt,in qua vinctus pendeo, quàm illa in qua tui mi-
ſertus mortẽ tuã occiſurus aſcendi. Cùm eſſem im-
paſsibilis,pro te pati dignatus ſum. Sed tu deſpexi-
ſti in homine deum,in inferno ſalutẽ:in via reditũ,
in iudice veniã, in cruce vitã, in ſupplicijs medici-
nam. Et quia poſt omnia mala tua ad medicamẽta E
pœnitentiæ confugere noluiſti: ab auditu mala nõ
mereberis liberari. hæc Aug. Terminato iudicio,
tota caliditas illius ignis permaximi, de quo dictũ
eſt,exequetur iudicis ſententiã:inuoluet enim pec-
catores & trahet in infernum. Et ita patet, ꝙ ille
ignis aduẽtum iudicis & præcedet,& cócomitabi-
tur,& ſequetur. vnde Greg. Ille etiã ignis,qui cœ-
lum aëreum & terrã concremabit,peccatores pro-
culdubio conſtringet in pœna ſuæ dãnationis. Ipſe
enim redemptor noſter in ſuo tunc terrore videbi-
tur,eiq; ignis iudicij in reproborũ vindictã famu-
labitur. Et iterum: Extremi iudicij die, æterno tũc
iudice terribiliter apparente,aſtantibus legionibus
angelorum, aſsiſtẽte cuncto cœleſtium miniſterio
poteſtatem,atq; omnibus electis ad hoc ſpectaculũ
deductis, antiquus hoſtis diabolus, belua videlicet
crudelis & fortis, in medium captiuus deducetur,
& cum ſuo corpore: id eſt, cum reprobis omnibus
æternæ gehennę incendijs mãcipabitur:cùm à do-
mino dicetur: Diſcedite à me maledicti in ignem
æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. F
O quale erit illud ſpectaculũ, quando hæc imma-
niſsima belua electorum oculis oſtẽdetur:quæ hoc
belli tẽpore nimis eos terrere poterat,ſi videretur.
Sed occulto ac miro dei cõſilio agitur, vt & nunc
per eius gratiam à pugnantibus nõ viſa vincatur:
& tunc a lætis victoribus iã captiua videatur. Tũc
autẽ iuſti diuino adiutorio, quãtum debitores ſint,
plenius recognoſcunt, quando tã fortem beluã vi-
derint:quam nunc infirmi vicerũt, & in hoſtis ſui
conſpiciunt immanitate,quantũ debeãt defenſoris
ſui gratiæ. hęc Greg. Vnde & Aug. Poſt iudicium
perget hinc,ducetq; ſecum corpus,cui caput eſt,&
offeret regnũ:id eſt,redẽptos ſanguine ſuo,deo pa-
tri. Tunc planè videbitur forma illa dei,quę nõ po-
tuit videri ab iniquis: quorum viſioni forma ſerui
exhibẽda erat. vnde etiã Anſel. Sublatis aũt impijs,
ne videãt gloriã dei:de iuſtis ſingulis, ſecundũ gra-
dum ſuum & meritũ, angelicis ordinibus inſertis,
fiet illa glorioſa ꝓceſsio, Chriſto pręcedẽte capite

Peccatum grauiſsimũ Chriſto eſt.

Ignis pręcedet, concomitabitur iudiciũ, & ſequetur.

Matth.25.

Diaboli viſio.

Dei viſio aperta.

noſtro:omnibusq; mēbris ſuis ſequētibus:& trade-
G tur regnū deo patri:vt ipſe regnet in eis , & ipſi in
eo regnum illud percipientes , quod paratū eſt illis
Mūdi innouatio. ab origine mundi. Poſt prædicta ſtatim erit mūdi
innouatio,quæ non cōplebitur quādiu peccator eſt
in mundo:id eſt,quouſq; detrudatur in infernum.
Sic enim ignis ille permaximus elemēta purgabit,
cùm habeat virtutem formę extrinſecè expulſiuā:
Purgatio, & inuouatio, quomodo differunt. ſic mundum innouabit , cùm habeat virtutē ſubti-
liatiuam. Vnde differētia eſt inter purgationem,&
innouationem: quia purgatio erit pœnalium qua-
litatum detractio, & elementorum ab impuritate,
quam ex cōmixtione habent, ad puritatē mutatio:
ſed innouatio , erit pulchrioris formæ inductio.
Elemētorum purgationes. Sic autem purgabuntur elementa,ꝙ pręcidetur ab
igne vis combuſtibilis, ab aëre obſcuritas, ab aqua
glacialis frigiditas,à terra pōderoſitas & opacitas:
quia de omnibus elemētis quod ignobile eſt , tēdet
deorſum & ad locum pœnarū : ſcilicet ad cloacam
infernalē cum omnibus rerū immunditijs cōfluet,
& ibi horrorem carceris multiplicabit. Rerū ergo
H mutabilitas:ſcilicet frigus,ęſt⁹,grādines,turbines,
fulgura,tonitrua,& alię incōmoditates penitus in-
teribunt:elementa verò purgata permanebunt. In-
nouabūtur etiā, qnia terra tota erit ſicut paradiſus
& planabitur:& aër erit clarior,nec habebit ipreſ-
ſiones,quas habet modò : perſpicuū quoq; in aqua,
& lux in igne manebunt:& ſicut ignis & aqua pu-
riores. Orbes quoq; cœleſtes , propter impermix-
tionem nullam impuritatē habentes,nulla indige-
bunt purgatione,ſicut elemēta:ſed tantūmodo ceſ-
Cœleſtis motus ceſſatio. ſatione motus:& ideo innouabuntur,ſed nō purga-
buntur. Innouatio verò eorum, eſt à ſtatu veteri in
ſtatum nouum cōmutatio. Et requirit in illis duo:
Innouatio dictorum. ſcilicet motus ceſſationē , & claritatis ſplendorem
ampliorē:quando ſol ſtabit in Oriente , & luna in
Occidēte,vbi creata ſunt: & ibi ſine fine manebūt.
Huius ratio eſt iſta: Quia corpora ſuperiora facta
ſunt ad vſum hominis dupliciter: Vno modo,ꝑpter
neceſsitatē corporis:ſcilicet , ſtatū generationis &
corruptionis : & ideo ceſſante illo ſtatu , ceſſat &
I motus. Motus enim cœli,& trāſmutatio,in elemē-
tis ordinata ſunt ad complendū numerū electorū.
Et ideo ipſo numero cōpleto, in iudicio ceſſabunt:
Tēporis ceſſatio. ſicut ea quę ſunt ad finē,habito fine ceſſant. Ceſſan-
te autem motu cœli, ceſſabit & tēpus: quod ſequi-
tur motum cœli:quia ſecūdum Apocalypſim,tem
pus non erit amplius. Ex hoc patet,ꝙ dies reſurre-
ctionis generalis erit dies nouiſsimus. vnde Iob di-
Iob 19. cit: Et in nouiſsimo die,de terra reſurrecturus ſum.
Alio modo facta ſunt,propter delectationē & pul-
chritudinem creaturæ : & propter cognitionē dei
in illis:& ideo lux eorū non ceſſabit,ſed augebitur.
Deniq; cœlū,ſol,luna,& ſtellæ quæ nunc feſtinant
curſu irretardabili: quaſi cupiētes in meliorē ſtatū
mutari,tunc fixa immobiliter manēt & quieta, &
mirabili glorificatione immutata. Nā cœlum glo-
riam ſolis induet:ſol,luna,& ſtellę veſtiētur ineffa-
bili ſplendore. vndę Haymo: Tunc etiā cōplebitur
Eſaiæ 30. id quondam per Eſaiam prædictū, Erit lux lunæ,
ſicut lux ſolis;& lux ſolis ſeptipliciter,ſicut lux ſe-
ptem dierum . Hoc enim poſt illū extremi iudicij
diem erit: cùm ſcilicet cœlū nouum ac terra noua
fuerit. Omnia nāq; quę per ſpatiū ſex dierū opera- K
tus eſt deus,propter hominem facta ſunt:& in eius
lapſu omnia elementa detrimēta ſuſtinuerunt. Nā
antea terra ſpinas & tribulos non proferebat : nec
aër iſte tantæ craſsitudinis vt nūc , ſed purior erat.
Sic etiā ſol,& luna,& ſydera ſui luminis ſuſtinue-
runt detrimenta. In die verò iudicij terminato illo
Elementorum deterioratio ex lapſu Adæ.
examine,cùm fuerint oēs reprobi vnà cum diabo-
lo concluſi in infernū , ſuſtollet ſe dñs Ieſus pariter
cum corpore ſuo, quod oēs electi ſunt in cœlū. Et
tunc ſibi luna ſplendorē ſolis mutuabit,ſol verò ſe-
ptempliciter quàm modò lucebit: recipietq; ſplen-
dorem,quē homine peccante amiſit. hæc Haymo.
Patet ergo,ꝙ cœlum & terra tranſibunt , quātum
ad formam:ſed non quātum ad ſubſtantiā. Auguſt.
Transitio cœli & terræ.
Elementa,id eſt,cœlū & terrā non credamus abo-
lenda:ſed in melius cōmutāda:figurā mundi,id eſt,
imaginem,non ſubſtātiam periturā. Greg. Cœlum
& terra per eā quā nunc habent imaginē tranſeūt:
ſed tamen per eſſentiā ſine fine ſubſiſtunt. Cœlum L
igitur,& terra,& trāſit,& erit: quoniā ab ea quam
nūc habet ſpeciē,per ignē tergitur, & tamē in ſua
ſemper natura ſeruatur. Vnde ꝑ Pſalmiſtā dicitur:
Mutabis ea,& mutabuntur. hęc Greg. Mundū autē
Pſal. 101. Mundi innouandi rationes.
innouari:id eſt,pulchriorē induere debere:oſtendi-
tur triplici ratione. Primò, quia ſicut dignum fuit
ꝙ elementa purgarētur,pro eo ꝙ infecta erāt pro-
pter peccatum hominis: ita dignum erit vt mūdus
innouetur , propter glorificationē hominis & ho-
norem beatorū:vt homine glorificato,cūcta etiam
creatura innouetur cū eo. Secundò, vt creaturę re-
munerētur pro labore quo homini ſeruierūt. Ter-
tiò,vt totus mūdus per hoc ſpeculū deū cognoſcat.
Vnde oportet in futuro ſpeculum purgari , & me-
liorari : quia in pulchritudine creaturarū amplius
reſultat ſpecies creatoris. Hoc autē non erit ad ne-
ceſsitatem, vt deus per creaturas videatur ſicut mo-
dò:ſed ad iucunditatem,vt videlicet iucunditati vi-
ſionis intellectualis addatur delectatio viſionis
ſenſibilis.

## ORATIO.

BEnigniſsime Ieſu,qui per immenſam bonita- M
tis tuæ patientiā ad emēdationē me expectas:
da mihi miſero vt in præſenti me diſcutiente
dijudicer : ac omnia quæ tibi diſplicent vitare , &
quę tibi placent implere valeam:ſicq; tibi placitus
& gratus fiam , quatenus in futuro iudicio cū ele-
ctis tuis à dextris poſitus,te propiciū, & placatū in
ueniens paratū eis regnū percipiā: tua deſiderabili
ad quā ſuſpiro perenniter fruiturus pręſentia, Ieſu
clemens,meum deſideriū, præmiū & vita. Amen.

## De pœna infernali,& gloria cœleſti.

### Caput lxxxviii.

FInale verò iudiciū ſequūtur pœna in
ferni,& gloria cœli. De pœna infer-
nali eſt ſciendum , ꝙ cùm in dānatis
ſit diuerſitas peccatorū , erit diuerſi-
tas pœnarum. Cùm eñi in peccato ſit
Pœna inferni diuerſa erit.
auerſio à creatore,& cōuerſio ad creaturā. ſ. ad bo-
num cōmutabile, ſpreto bono incōmutabili. ſ. deo,
& deordinatio volūtatis cōtra inſtinctū rōnis, me-
ritò pœna variabitur ꝑpter iſta. Vñ ꝑpter auerſio-
Auerſionis à deo pœna.





nem erit carētia viſionis dei:ſed ꝑpter cōuerſionē,
A erit pœna meterialis ignis,vel incēdij:propter inor
Conuerſionis ad creaturas pœnæ plurimæ. dinationē autē rationis & volūtatis,erit pœna vni
uerſi:quę cōſiſtit in afflictiōe varia,acerba, & ęter
na. Ibi eñ erit calor ignis,rigor frigoris, tenebræ,
fumus,lachrymę interiores,aſpectus dæmonū,cla
mor in perpetuū, *mallei percutientiū, ſerpentes
*aliâs,clamor, improperiū. & dracones, ariditas ſitis,fœtor ſulphuris, vermis
cōſciētiæ,vincula,carcer,timor,dolor,pudor,& cō
fuſio peccatorū omnibus patentiū: inuidia, rācor,
triſtitia,carētia diuinæ viſionis,ablatio ſpei omnis
ſalutis. Ipſum etiā eſſe,quod omnis creatura appe-
tit,pœna eis eſt:quia quærēt mortē naturalē,& nō
Pœnarū æternarū cauſa. inueniēt. Nam quia homo in ſuo ęterno peccauit:
id eſt,quādiu vixit:nec volūtas eius finē peccādi ha
buit:ideo iuſtè in ęterno dei, & æternaliter punie
tur. Vnde Greg. Ad diſtricti iudicij ſententiā per-
tinet,vt nunquā careāt ſupplicio,quorū mēs in hac
vita nunquā voluit carere peccato: & nullus detur
iniquo terminus vltionis,qui quādiu valuit habere
noluit terminū criminis. Et iterū: Iniqui cum fine
B deliquerunt:quia cū fine vixerūt . Nam voluiſſent
vtiq;(ſi potuiſſent)ſine fine viuere , vt poſſent ſine
fine peccare. Oſtendunt enim quia in peccato ſem
per viuere cupiunt,qui nunquā deſinūt peccare dū
viuunt . Iuſtum eſt igitur,vt nunquā careant ſup-
plicio,qui nunquā voluerunt carere peccato. Hæc
Greg. Vnde & Aug. Factus eſt autem homo malo
dignus æterno,qui hoc in ſe peremit bonum quod
eſſe poſsit æternū. Et vt ait Bernar. Iuſtè profecto
ſi peccat patitur qđ nolit , qui nō peccat niſi velit.
Videbunt ſe dānati. Videbūt etiā dānati ſeinuicē: nō vt inde cōſolētur,
ſed magis torqueantur. Vnde Greg. Quanuis illis
ignis ad cōſolationē nō lucet,tamē ad aliquid(ſcili
cet vt magis torqueat)lucet. Eos quippe quos re-
probi nūc inordinatè diligūt. ſecū tūc in tormētis
videbūt:vt pœnam propriæ punitionis,exaggeret
carnalis cognitio autori prœpoſita, pari ante ocu-
Vis doloris. los vltione dānata. Vnde & Iſidorus: Ignis gehēnę
lucebit miſeris ad miſeriæ augmentū,vt videāt vñ
doleāt:nō ad cōſolationē , vt videāt vnde gaudeāt.
C Et breuiter,ſecundū Hiero. tāta erit in inferno vis
doloris, ꝙ mens ad aliud dirigi non poteſt,niſi ad
quod vis doloris impellit. Et ſi ſingulis diebus qui
bus erūt dānati in inferno vnā lachrymā materia
lem emitterēt:plus exiret aquæ per proceſſum tē-
poris ab vno dānato,ꝗ omnia vaſa huius mūdi ca-
Aeterni ſupplicij horror. perēt:imò plus ꝗ omnia maria aquæ cōtineant. O
pia corda illud interminabile & crudele,illud ęter
nū ſuppliciū reſpicite,lugete & flete. Heu heu cur
nō hæc maxima futura nobis mala pręuenim⁹,cū
robur adeſt,& tēpus opportunū. Vtinā & de tēpo-
re toto inutiliter expenſo, ſupereſſet tūc nobis vel
vna horula tātæ pœnæ in remediū cōceſſa:ſed heu
ſentētiante diuina iuſtitia præcluditur nobis ſalu-
tis via,negatur miſericordia:ſpes omnis eſt ablata.
O dolores & miſerię,& inæternū permanſurę an
guſtiæ in terra hac obliuionis:vbi nullus ordo, ſed
ſempiternus horror inhabitat . Quid plura ? Nos
miſeri & miſerabiles tantū tunc affligimur, & do
lemus de illo væ æterno : vt qualiſcunq; terminus
excogitatus,dūmodo finitus,eſſet nobis ſolatioſus:
vnde poſito,per impoſsibile , ꝙ eſſet aliquis lapis
molaris adeo magnus,ꝙ vbiq; circunferentiā cœli G
cōtingeret:& quòd aliqua auicula minimę quātita
tis,poſt centū millia annos veniēs de lapide prędi-
cto,ſolūmodo per roſtrū ſuū euelleret quātū eſt de
cima pars milij, & iterū poſt centū millia annorū
curricula ſicut prius ageret : ſcilicet vnā particulā
de decem,& ſic per partes euelleret: ita quòd in de
cies cētenis millib⁹ annis nō plus diminueretur quā
titas lapidis,niſi quantū habet in magnitudine gra
num vnius milij:en prohdolor nos miſeri multum
grati eſſemus,quòd poſt tā longā & plenā conſum
ptionē totius lapidis finem haberet ſentētia noſtrę
ęternæ dānationis. Sed heu hæc eadē cōſolatio mi
ſeris à diuina iuſtitia penitus eſt negata. Supra oēs
Viſionis diuinę carentia. autem pœnas inferni,eſt carētia viſionis dei: quia
mali nō tantū dolebūt de ipſo tormēto, quā quòd
repellētur à tali cōſortio. Vnde Chryſoſt. Nōnulli
imperitorū putabāt ſibi eſſe ſatis & optabile videri
ſi gehēna tantūmodo carerēt: ego autē multò gra-
uiores ꝗ gehennæ dico eſſe cruciatus,remoueri &
abijci ab illa gloria. Excludi ab omnib⁹ bonis quæ
præparata ſunt ſanctis,tātū generat cruciatū & tā E
tum dolorē,vt etiā ſi nulla pœna extrinſecus tor-
queret,hæc ſola ſufficeret:omnes igitur gehēnę ſu
perat cruciatus. Et videtur quidē vna tantūmodo
pœna eſſe cōburi:ſi verò aliquis diligenter expen-
dat,duplex hoc inuenit eſſe ſuppliciū. Qui in gehē
na vritur,cœlorū regnū prorſus amittit: quæ cer-
tè pœna maior eſt,quā cruciatus ille flāmarū. No-
ui autē quia plurimi ſolā pertimeſcāt gehēnā: ego
tamē illius glorię amiſsionē multò amarius,quàm
ipſius gehēnę dico eſſe ſuppliciū. Intolerabilis qui-
dē res eſt gehēna,& ſuppliciū eius horribile. Tamē
ſi mille aliquis ponat gehennas, nihil tale dicturus
eſt quale eſt à beatæ illius gloriæ honore propelli,
exoſumq; eſſe Chriſto, & audire ab illo, non noui
vos:atq; vultū illū māſuetudinis pietatiſq; plenū,
nos tamē auerſantē,videre:& illos totius trāquilli
tatis oculos,nequāꝗ nos aſpicere ſuſtinētes. Sed ne
quāꝗ iſtud patiamur , ô vnigenite fili dei:neq; ex-
periamur intolerabile illud horrendūq; ſuppliciū. F
Hęc Chryſo. Vnde & Aug. A regnò dei exulari à
ciuitate dei alienari, à vita cadere,tā grauis eſt pœ
na,vt ei nulla poſsint tormēta quæ nouimus cōpa-
rari. Vnde & Greg. Nazianzenus. His ergo qui re
gno cœlorū indigni reperiētur, erit etiā cū cęteris
maior pœna,ꝙ à deo proijcientur, & pudor & cō
fuſio cōſcientiæ,cuius finis ac remedium nuſquam
erit. Hæc Greg. Si pœna dāni eſt grauiſsima: ergo
Pœna dāni an ſit grauiſsima. paruuli puniuntur pœna grauiſsima: quod eſt con
tra Aug. ſecundum quē pœna eorū eſt mitiſsima.
Dicendum,ꝙ pœna dāni poteſt conſiderari,vel vt
eſt ſubtractio tanti boni,cum ſenſu & merito ſub-
tractiōis,& ſic eſt grauiſsima:vel ſine ſenſu & me-
rito, & ſic eſt mitiſsima . Væ nobis qui de malis
non cogitamus:ſed quaſi ſecuri torpētes,& animæ
curam negligentes,ad hæc ſine ceſſatione propera
De gloria paradiſi. mus. Poſtremò de gloria cœli ſciendum eſt, ꝙ tot
& tanta ſunt in cœlis gaudia,ꝙ omnes arithmeti-
ci huius mundi nō poſſent ea numerare:& omnes
geometrici non poſſent ea menſurare,omnes grā-

matici,dialectici,rhetorici nõ poſſent ea ſermoni-
G bus explicare:quia oculus non vidit,nec auris audi
1.Cor.2. uit,nec in cor hominis aſcẽderunt quæ preparauit
Gaudium deus diligentibus ſe. Gaudebunt quippe ſancti ſu-
ſanctorũ pra ſe,de dei viſione infra ſe,de cœli & aliarũ crea
vndique turarũ corporaliũ pulchritudine:intra ſe,de corpo
procedẽs. ris & animę glorificatione:iuxta ſe,de angelorum
Gaudium & hominum aſſociatione. Intantũ nãq; gaudebit
de alterius quiſq; de bono alterius,quantum de bono proprio:
gaudio. quod tamẽ intelligendũ eſt nõ de gaudij intẽſione,
ſed de gaudiorũ numero. Ibi etiã ſinguli à ſingulis
cognoſcentur,& videbit vnuſquiſque cogitationes
alterius prout vult:quia,vt ait Greg. Vniuſcuiuſ-
que mentẽ ab alterius oculis corpulẽtia nõ abſcon
det.Videbũt itaq; iuſtos,vt gaudeãt:videbũt quoq;
pœnas reproborũ,vt de periculorum euaſione gra
tias agãt.Videbimus ibi deũ in ſe,deumq́; in nobis,
& nos in deo:& deum in creaturis,& creaturas in
1.Cor.15. deo.Ibi erit deus omnia in omnibus:id eſt,ſecundũ
Augu.erunt quæcunq; ab omnibus deſiderantur:
& vita,ſalus,& copia, & honor, & pax, & omnia
H bona.Qui,ſecundũ Gregoriũ,tã inæſtimabilis pul
chritudinis eſt, vt angeli qui ſolem ſeptempliciter
ſua vincunt pulchritudine,iugiter in eũ deſiderent
inſatiabiliter proſpicere.Ibi etiã:ſecundũ Aug.ſen
ſus hominis interior reficitur, in contemplatione
diuinitatis:& ſenſus exterior in contẽplatione hu-
manitatis:quia propterea deus homo factus eſt, vt
totũ hominẽ in ſe beatificaret. Deus omnes ſenſus
ſpirituali & ineffabili delectatione reficiet,cũ ipſe
obiectũ omniũ ſenſuum ſit futurus.Erit nãq; deus
ſpeculũ viſui,cithara auditui, mel guſtui, balſamũ
olfactui,flos tactui. Ibi erit candor lucis æſtiualis,
amœnitas vernalis,abundãtia autumnalis,requies
Beatitudinis obiecta. hyemalis.Illa beatitudo,ſecundũ Augu.in duobus
cõſiſtit:ſcilicet in neceſſaria pręſentia omnis boni,
& in neceſſaria abſcatia omnis mali. Et breuiter,
ſecundũ Aug. & Greg.tãta eſt ibi pulchritudo iu-
ſtitiæ,tãta iucũditas lucis æternę:vt etiã ſi nõ lice-
ret in ea amplius viuere ſeu manere quã vnius diei
I mora,propter hoc ſolũ innumerabiles huius vitæ
dies pleni delicijs & affluẽtia tẽporaliũ bonorũ, re
ctè meritoq; contẽnerẽtur.Nũ eñ falſo aut paruo
Pſal.83. affectu dictũ eſt:Quia melior eſt dies vna in atrijs
tuis ſuper millia.Hæc etiã vita æterna, cõſiſtit in
Stola animæ. ſtola animæ & corporis.Stola animę,cõſiſtit in tri
bus dotib⁹ eius:ſcilicet in manifeſta cognitiõe ſum
mæ trinitatis,quæ ſuccedit fidei : in perfecta eius
fruitiõe, quę ſuccedit ſpei:in perfecta eius dilectio
ne,quia nõ euacuabitur, ſed perficietur charitas ip
Stola corporis. ſius dei.Stola autẽ corporis in quatuordotibus eius
cõſiſtit:ſcilicet in claritate,impaſſibilitate, ſubtili-
Cognitio & viſio dei. tate,& agilitate.Dotes animę,ſunt de pręmio ſub-
ſtãtiali:dotes corporis, de præmio accidẽtali.Pri-
ma ergo dos animæ,eſt cognitio quæ & viſio dici-
tur:qua diuina eſſentia videbitur ab omnibus tota,
ſed nõ totaliter,prout eſt infinita. Videbitur tamẽ
eſſentia diuina limpidius ab vno,quã ab alio,inquã
tũ vnus magis erit perfectus lumine glorię q̃ alter.
Et ſic iſta differentia erit ex parte vidẽtis:quia idẽ
Cognitio trium. erit viſum ex parte,cuius(cũ ſit ſimpliciſſimũ)nul
la poteſt eſſe diuerſitas. Tribus autẽ modis cogno-
ſcitur:ſcilicet ꝙ eſt,vel ſicut eſt,vel quid eſt.Primò
modò cognoſcitur deus in via,etiã à malis.Secũdò K
videbitur in patria à bonis.Vnde Ioãnes:Similes ei 1.Ioan.3.
erimus,quoniã videbimus eũ ſicuti eſt: id eſt,maie
ſtatẽ,claritatẽ,bonitatẽ,&c.Tertio modo neque à
bonis videbitur,neq; à malis,neq; in via,neq; in pa
tria:quia finitũ nunquã capiet infinitũ.Secũda dos
Dilectio virtus. animæ,eſt dilectio:ſed inter dilectionẽ virtutẽ, &
inter dilectionẽ dotẽ eſt differẽtia: quia virtus pro
priè eſt illud,quod trãſit de ſtatu gratiæ,in ſtatum
Dilectio dos. glorię:dos autẽ,quòd ſupra meritũ datur in ductio
ne ſponſæ.Fides & ſpes,ſecundũ rẽ,euacuabuntur
in patria:charitas verò neq; ſecundũ rẽ,neq; ſecun-
dum actũ eius euacuabitur: ſed ſolũmodo ſecundũ
modũ:quia imperfectio tolletur.Vnde dicit Aug.
ꝙ fidei ſuccedet ſpes,quã videbimus : ſpei ſuccedet
beatitudo,ad quã peruẽturi ſumus:ſed charitati ni
Comprehenſio. hil ſuccedet:quia potius augebitur.Tertia dos ani
mæ,eſt cõprehẽſio, quæ eſt tẽtio viſi & amati: &
ſumitur hîc cõprehendere pro cõtingere,& circũ-
L plecti diuinã maieſtatẽ vel immenſitatẽ.Hæc etiã
Inhęſio & fruitio. à quibuſdã appellatur inhęſio,à quibuſdã verò frui
tio.Sunt ergo iſtæ tres beatorũ perfectiones præci
Dotes animæ. puæ:ſcilicet,viſio inobfuſcabilis, dilectio infaſtidi
bilis, tẽtio inamiſſbilis.Prima dos corporis,eſt cla
Dotes corporis. ritas.Sed dicitur aliquid clarũ dupliciter: aut quia
Clarificatio. peruiũ,ſicut dicitur vitrũ clarũ:aut quia lucidũ,ſi-
cut dicitur ſtella clara.Corpus autẽ, glorificatũ &
erit peruiũ & lucidũ, & ideo vtroq; modo erit cla
rũ. Et erit corpus clarificatũ ſepties tã clarũ ſicut
modò eſt ſol,& anima ſepties clarior corpore erit,
quę corpus velut veſtimẽtũ ſuũ reinduẽs, ꝑ omnia
mẽbra corporis,velut ſol per criſtallũ,lucebit. Sed
corpora ſanctorum non æqualiter erũt clara:quia
Impoſſibilitas. melior anima, corpus lucidius habebit.Secũda dos
corporis, eſt impaſſibilitas,quæ reſultat ex virtu-
te animæ ſuum corpus potenter continentis,ita vt
M à nullo exteriori agente valeat immutari.Vnde ſi
etiam corpus glorificatum poneretur in inferno,
Subtilitas. non ſentiret ex hoc læſionem in aliquo. Tertia
dos corporis, eſt ſubtilitas,quæ eſt ex perfecta vi-
ctoriæ forma ſuper materiam, & aufert groſſiciẽ
corporis, quæ eſt ex compoſitione elementarium
qualitatum.Et ſciendum,ꝙ ſicut duo corpora non
glorificata, non poſſunt eſſe ſimul in eodem loco:
ſic nec duo corpora glorificata:alioquin in vno cor
pore glorificato eſſet potentia agendi & intrandi
partes corporis alterius:in alio verò eſſet impoten
Penetratio dimenſionum. tia reſiſtendi.Corpus verò glorioſum poteſt ſimul
eſſe in eodẽ loco cum corpore nõ glorificato:quia
poteſt illud penetrãdo ſubintrare,manente diſtin-
ctione dimenſionũ corporis vtriuſq;. Quarta dos
Agilitas. corporis,eſt agilitas,quæ ſecundum Aug.tãta erit,
quòd vbi volet ſpiritus, ibi protinus erit & corpus.
Natura eñ totaliter erit ſubdita volũtati :& ideo
mouebitur corpus ad imperiũ ſpiritus . Verunta-
mẽ ſicut melior anima corpus habebit lucidius,ſic
& agilius:ita tamen ꝙ voluntas ſanctorum erit o-
mnino coniuncta rationi:& ideo voluntas eorum
nunquã appetit quod non debet: quia, vt ait Aug.
nec volet aliquid ſpiritus, quod nec ſpiritũ poſſet
decere,nec corpus.Quidam ſancti inſuper ſpecia
liter ha-



liter habebunt aureolã,quæ eſt mẽtis ſpeciale gau
A diũ & corporis ſingularis decor, veniens ex opere
Aureola. præcellenti & priuilegiato:ſcilicet martyrio, vir-
ginitate,& prædicatione:vt ſic aureola nõ tantum
principaliter ſit in mẽte,ſed per quandã redundã-
tiam fulgeat etiã in carne. Aureola etiã diminuti-
uè dicitur, in cõparatione ad auream, & ideo nota
quòd inter aureã,& aureolam,& palmã, eſt diffe-
Aurea. rentia.Aurea enim eſt pręmiũ ſubſtantiale, quod
metaphoricè dicitur corona:tum ex parte meriti,
quia nõ reſpõdet gratia operi,ſed radici charitatis
tum ex parte præmij,quia per hoc efficitur homo
particeps deitatis:& per cõſequẽs regiæ poteſtatis:
tum ratione perfectionis,quod ſignificat figura cir
Aureola. cularis . Aureola verò eſt præmiũ accidentale: nõ
tamen quodlibet accidẽtale, ſed illud quod reſpon
det operi excellenti,ſcilicet martyrio,virginitati,
& prædicationi.Palma autẽ eſt pręmium acciden
Palma. tale,quod nec radici nec operi debetur,ſed volunta
ti.Tale præmium habuit ſanctus Martinus,& mul
B ti alij,qui deſiderauerũt martyrium, licèt opus nõ
fuerit ſubſecutũ:quia & ſi gladio perſecutoris oc-
ciſi non ſunt,palmã tamẽ martyrij nõ amiſerunt.
Hæc autẽ palma nec aurea dici debet,nec aureola:
patet ergo quòd martyribus ac virginibus & præ-
dicatoribus debetur aureola.Vnde verſus ſunt iſti:
Aureolam ſi ferre volã,fore virgo ſtudebo.Marty
riũmve ſubibo pium,populóſve docebo. Et iterum
Aureolam martyr,doctor,virgoq́, meretur . An-
ſelmus verò ponit ſeptẽ bona corporis: & ſeptem
Bona corporis ſeptem. bona animę,quæ habebũt electi in cœleſtis patriæ
beatitudine . Et primò ponit bona corporis:quæ
ſunt pulchritudo,velocitas,fortitudo, libertas,ſani
tas,voluptas,æternitas:dicẽs, In illa igiẽ vita pul
chritudo iuſtorũ ſolis pulchritudini, quę ſeptẽpli-
citer quàm modò ſit,ſpecioſior erit, adęquabitur:
Matth.13. queadmodũ diuina ſcriptura teſtatur: fulgebũt iu
ſti,inquiens,ſicut ſol in cõſpectu dei.Velocitas nos
tãta comitabitur, vt ipſis angelis dei ęquè celeres
ſimus,qui à cœlis ad terras, & à terris ad cœlũ di-
cto citius dilabuntur.Huius quoq; velocitatis exẽ-
plũ in radio ſolis licet intueri, qui ſtatim orto ſole
C in plaga orientali,pertingit in vltimo plagæ occi-
dentalis:vt in eo perpẽdamus nõ eſſe impoſſibile,
quod de noſtra dicimus futura velocitate: pręſer
tim cũ reb⁹ animatis ſoleat ineſſe maior velocitas
quàm inanimatis. Præſtabunt viribus, quicunque
meruerint ſupernis ciuibus aſſociari : intantum vt
nullatenus illis obſiſtere quicquã valeat,vel ſi mo-
uẽdo aut euertẽdo voluerint quid à ſuo ſtatu quo-
modocunq; diuertere,non illicò cędat . Nec in eo
quod dicimus maiori conatu laborabũt,quàm nos
modò in motu oculorũ noſtrorũ . Ne quæſo exci-
dat animo,quã adipiſcemur,angelorũ ſimilitudo:
quatenus ſi hîc aut his quę dicturi ſumus aliud ex
emplũ nõ occurrit, ipſa occurrat: atque in quibus
angelos valere cõſtiterit,etiã nos ęquè valere pro-
bet & aſſerat . Quicũque igitur angelorũ fuerint
ſimilitudinẽ aſſecuti: eorũ quoq; libertatẽ neceſſa-
riò aſſequẽtur.Itaq; ſicut angelis nihil obſiſtit: nec
aliquid eos impedire,vel cõſtringere poteſt , quin
pro velle ſuo cuncta liberrimè penetret:ita nõ erit
obſtaculũ vllũ quod nos retardet,nec clauſura quæ
nos detineat:nec elementũ quod nobis ad velle pa- D
rum obſiſtat.De ſanitate quid melius dici poterit, Pſal.36.
quã quod Pſalmiſta canit:ſalus,inquiens, iuſtorũ à
domino. Quibus autẽ fuerit à domino vera ſani-
tas , quæ ſurrepere poterit infirmitas ? Credere &
incũctanter aſtruere licet,ſanitatẽ vitæ futuræ ita
iugẽ & incõmutabilẽ ac inuiolabilẽ fore, vt ineffa
bili quadã atq; ſenſibili ſuauitatis dulcedine totum
hominẽ repleat:& omne quod alicuius in ſe viciſ-
ſitudinis,mutabilitatis, aut lęſionis ſuſpitiones pręe
tendere queat,procul arceat atq; repellat.In illa fu
tura vita inæſtimabilis delectatio quędã bonos ine
briabit:& dulcedine ſui totos eos inæſtimabili ex-
undãtia ſatiabit. Quid dixi totos oculos,aures,na-
res,os,manus,pedes,guttur,cor,iecur,pulmo, oſſa,
medullæ,extra etiã ipſa & cuncta ſigillatim, ſingu
laq; mẽbra eorũ in cõmune tã mirabili delectatio-
nis & dulcedinis ſenſu cõplebũtur, vt ferè totus ho
mo torrẽte voluptatis dei potetur , & ab vbertate
domus eius inebrietur. Qui ergo hæc bona fuerit E
adeptus,nõ intelligo ad quid pro cõmodo corporis
ſui vlterius porrigatur affectus:ſolummodo aſſit ei
(quã cũctos appetere diximus)diuturnitas vitę:ſed
iſta illi minimè deerit,quia iuſti in perpetuum vi Bona animę beatæ ſeptem.
uẽt. Sũt etiã alia quę quidẽ his quę digeſſimus nõ
minus amãtur,ſed ad animã ſicut illa ad corpus re
ferũtur:quę nihilominus in ſeptenario numero cõ
ſtituta,nõ modicũ placẽt mẽti,quę ipſorũ fuerit ſa
pore imbuta.Sunt autẽ hæc:ſapiẽtia,amicitia, con Sapientia.
cordia,poteſtas,honor,ſecuritas,gaudiũ . Sapiẽtia
igitur tãta in futura vita bonis erit: vt eorũ quę ſci
re voluerint nihil ſit quod ignorẽt. Sciẽt eñ cũcta
quæ ſcienda fecit deus:tã ea quę præterita,quã quę
huius ſeculi ſunt futura.Ibi à ſingulis omnes, & ab
omnibus ſinguli cognoſcẽtur: nec quenquã omni-
no latebit qua patria,qua gẽte , qua ſtirpe quis edi Amicitia
tus fuerit:vel quid in vita fecerit.Amicitia intan-
tũ ſingulorũ intima erga ſingulos ſuo feruore cõ-
plebit,vt amor cuiuſq; in quenq; ſufficiat cuiq;:pręe
ſertim cũ omnes vnũ corpus ſint Chriſti: & Chri-
ſtus,qui eſt pax ipſa,ſit omniũ caput:nec minori ſe
affectu cõplectantur,quã mẽbra vnius corporis ſi- F
bijnuicem copulãtur.Amabis igitur omnes, vt te-
metipſum:& amaberis ab omnibus, vt ipſi à ſe.Pu
tas abundãs eris in dilectione,quando hoc tibi fue-
rit in poſſeſſione.Attamẽ iſta trãſi, & contẽplare
ipſum per quẽ hæc bona tibi prouenere : & perci-
pies quia ille plus quã tu teipſum, & q̃ omnes alij
incõparabiliter amabit te:& tu ſuper teipſum inef Cõcordia.
fabili quadã ſuauitate illũ amabis . Si itaq; tãta in
cũctis eſt concordia,vt in nullo ſentias aliquẽ diſ-
crepare ab eo quod te cõſtiterit velle : corpus vnũ
erimus,eccleſia vna erimus,ſponſa Chriſti erimus,
quicũque ibi erimus.Nõ ergo maior inter nos di-
ſcordia erit,quã nunc eſt inter vnius corporis mẽ-
bra. Verũ ſicut vides in motu oculorũ, quòd illuc
quò vnus vertitur,mox alius ſequitur: ita quocũq;
tuũ velle cõuerteris,velle omniũ ſine diſcreptatio-
ne illicò pręſto habebis.Quid dixi omniũ?Ipſa dei
volũtas nõ erit à tua diuerſa,ſed ſicut tu quod ille,
ita & ille in cũctis quod tu. Caput nãque à ſuo cor
pore

pore quomodo diſcreparet? Cùm itaq; deum & omnes voluntati tui concordes habueris, profectò

G Poteſtas.

nihil voles quod non poſsis. Omnipotẽs igitur eris tuæ volũtatis, quoniã ipſum omnipotentẽ habebis in omnibus concordantẽ tuæ voluntati.

Honor.

Itaq; cùm hæc tibi tãta poteſtas affuerit, honor cõdecens poteſtati minimè deerit. Igitur dũ poſſeſsione horũ bonorũ quæ digeſsimus fœlix fueris: nunquid ſufficiens tibi videberis? Maximè inquis.

Securitas.

Itaq; cũ tua vita perpetuò duret, in illa vita & hæc omnia tibi habent: ſecuritas quoq; ea amplius nõ perdẽdi certò arriſerit, obſecro quid exiſtimas tibi erit? Securus igitur tantorũ bonorũ perpetuò eris, nec alicuius tibi aduerſari volẽtis incurſum timebis. Poteſt ne ergo illius gaudij modus à quoquã homine penetrari: cũ vltra mille millia, & decies cẽtena millia innumerabiles ibi ſint, & omnes eadẽ beatitudine perfruantur: nec vllus eorũ ſit qui non tantũ de bono alterius gaudet, quantũ de ſuo. Præterea vidẽtes deũ ipſum ſuprà, quã ipſi ſupra ſe amabũt ipſos amantẽ: & intelligẽtes ſe inenarrabiliter, pluſquã

H Damnatorũ contraria mala.

ſemetipſos illũ amantẽ, in gloria eius mirabili & ineffabili exultatione exultabũt. Cùm igitur iuſti fuerint tãta fœlicitate beati: reſtat vt iniuſti p cõtrariũ ſint ineſtimabili quadã infœlicitate miſeri. Sicut enim iſtos mira pulchritudo, velocitas: fortitudo, libertas, ſanitas, voluptas, alacres faciet & iubilantes: ita illos immanis & inæſtimabilis fœditas, tarditas, imbecillitas, ſeruitus, languor atq; dolor mœrentes reddet & eiulantes. Sanè diuturnitatẽ vitæ, quã iſti pro fruendis bonis ſummo amore cõplectentur, illi pro interminabili pœna qua torquebũtur (quoniã inerit illis) ſummo odio execrabũtur. De ſapiẽtia verò quid dicã nõ inuenio, niſi quia ſicut iuſtis erit in gaudiũ & honorẽ, ita iniuſtis quicquid ſcient in mœrorẽ & cõfuſionẽ. Amicitia autẽ qua adinuicẽ pij ſumma iucunditate copulabũtur, ſi qua impijs erit, in tormentũ eis erit. Quò enim magis quoſque amabũt, eo grauius in eorũ pœna dolebut. Diſcordiã habebũt cum omni creatura, & omnis creatura diſcordabit ab illis.

I Hinc ergo pro poteſtate bonorũ tanta impotentia eos ſequetur: vt omnino nihil eorũ quę voluerint poſsint: & quicquid habuerint, nolint. Igitur pro honore ſanctorũ obtinebũt perhẽne opprobriũ. Et hæc quo fine claudẽtur? Vere ſicut amici dei ſecuri erũt ſe nunquã amiſſuros bona ſua: ita iſti inimici dei omnino deſperabũt ſe iã amplius euaſuros hæc mala. Pro æterno ergo & ineffabili gaudeo beatorũ, hæreditabũt incogitabilẽ triſtitiã, omnes q pro impœnitudine reatus ſui trãſituri ſunt in ſocietatẽ dæmoniorũ. Hęc Anſel.

Mãſiones in inferno diuerſæ.

Sunt etiã in inferno, ſicut & in cœlo, diuerſę mãſiones, meritis ſingulorũ correſpondẽtes. Vnde Chryſo. Sicut in regno cœleſti mãſiones multæ ſunt: id eſt, differẽtiæ præmiorũ: ſic & in gehẽna diuerſæ ſunt mãſiones: id eſt, differentiæ ſuppliciorũ: omnes tamẽ pœnã æternã ſuſtinebunt, ſicut omnes electi denariũ eundem habebunt, quem paterfamiliâs dabit omnibus: qui, ſcilicet in vinea operati ſunt. Nomine quippe denarij, aliquid omnibus electis cõmune intelligitur: ſcilicet vita æterna: deus ipſe, quo omnes quidẽ cõmuniter, ſed impariter fruetur.

K 1.Cor.15.

Nã ſicut differens erit clarificatio corporũ, ita differẽs erit gloria animarũ. Stella enim à ſtella, id eſt, electus ab electo differt in vtraq; videlicet mẽtis & corporis claritate. Alij nimirũ alijs vẽcinius clarius'q; ſpeciẽ dei cõtemplabuntur: & ipſa cõtẽplandi differentia, mãſionum diuerſitas vocatur. Vna igitur eſt domus, id eſt, denarius: ſed diuerſitas eſt ibi mãſionũ: id eſt, differentia claritatis, in beatitudine, quę vnum eſt ac ſummum bonum, & vita omnium. Hæc Chryſoſt.

Mãſiones electorum diuerſæ.

Vnde & Auguſt. Quòd autem ibi futuri ſunt pro meritis præmiorum, etiam gradus honorũ atque gloriarum: nullatenus eſt ambigendũ. Atque id & beata illa ciuitas magnum in ſe bonum videbit, quòd nulli ſuperiori nullus inferior inuidebit: tã nollet vnuſquiſque eſſe quod non accepit, quàm nec in corpore vult eſſe oculus qui eſt digitus. Sic itaque habebit hoc donum illius alio minus, vt hoc quoque donum habeat nec velit amplius. Hæc Auguſtinus.

L Poſſumus etiam diuerſas manſiones omnium electorum ſumere, ſecundum choros angelorum, ad quorum ruinam reſtaurandam homo eſt creatus. Quia enim de ſingulis choris aliqui angeli ceciderunt, & in tanto numero quòd vnũ chorum per ſe feciſſent: ideo dicitur decimus chorus cecidiſſe: & ideo ruina cuiuslibet chori debet per electos homines reparari.

## ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, mihi fragili concede, vt inter diuerſas huius vitæ dulcedines corpore viuens, mente in infernum deſcendam, & pœnas peccatoribus paratas conſiderans, & meditans, magis ſolicitè à peccatis caueam: ne moriens illuc deſcendere, & pœnas ipſas experiri, cõpellar. Da etiam mihi domine inter multas huius vitæ amaritudines diuinæ dulcedini inhiare, & ad æternam beatitudinem ſuſpirare: illuq; mentem tenere, & fac vt ſemper tibi adhæream, nihil præter te diligam, nihil quæram, nihil etiam cogitare concupiſcam: & tandem ad te deum & dominum meum perueniam. Amen.

## Concluſio libri, & ſignatio eius. M

## Caput lxxxix.

Concluſio libri, & peroratio autoris.

Habes igitur ex prędictis vitã domini noſtri Ieſu Chriſti, qualitercũq; de libris ſcriptã, & pro magna parte meditationibus tibi traditã: in qua, & p quã nos miſeros mirificè cõſolando refouet, & ſpẽ nobis peccatoribus magnã præbet. Nã p peccatoribus eſt incarnatus, & cũ peccatoribus libẽter cõuerſatus: pro ipſis etiã mortẽ preces fundere, & tandẽ pro talibus mori non eſt dedignatus. Habes quippe meditationũ ſpiritualium ſeminarium, ex quibus diuini amoris fructus vberior oriatur & creſcat: vt meditatio affectum excitet, affectus deſideriũ pariat, deſiderium lachrymas extorqueat: vt ſint tibi lachrymæ tuæ panes die ac nocte, donec appareas in conſpectu domini Ieſu, & ſuſcipiaris ab amplexibus eius: dicasq; illud quod ſcriptum eſt in Canticis: Dilectus meus mihi, & ego illi: inter vbera mea, id eſt, inter affectiones meas commorabitur.

Canti.2.

Vnde Bernardus: Sit dulcis & ſuauis



& ſuauis affectui, dominus Ieſus contra malè vtiq;

A dulces vitæ carnalis illecebras: & vincat dulcedinẽ dulcedo, quemadmodum clauum clauus expellit.

Meditatio vitę Chriſti amplexanda.

hæc Bernar. Suſcipe itaq; reuerenter & gaudenter prędicta, & in eis verſari nõ pigriteris ſolicitudine & deuotione tota: quia hæc eſt via & vita tua: hoc eſt fundamentum ſuper quod poteris magnũ ædificium conſtruere: & ab hoc te oportet incipere, ſi ad ſubliniora vis cõſcendere. Nã hæc vitæ Chriſti meditatio, non ſolum per ſe dulciter paſcit: ſed etiã per maiorem cibum tranſmittit. Hæc eñ ſunt quę dominus Ieſus geſsit in carne: ſed longè ſublimius eſt eum in ſpiritu intueri, ad quod per hanc ſcalam poteris peruenire: ſed in hac interim oportet immorari. Nec tamẽ qui ad maiorẽ cõtẽplationem aſcendunt, hãc dimittere debẽt pro loco & tẽpore: quin hoc eſſet magnæ præſumptionis & ſuperbiæ. vnde Bernar. Qui cõtemplator altiſsimus fuit, hãc nunquã dimiſit: prout ſuprà in prologo videre quis poterit. Hæc quippe dulcius ſapit, ac fiducia, & cõ-

B ſolationem magis tribuit.

Dulcedo Chriſti nominis.

vnde Anſelm. Ieſu bone quàm dulcis es in corde cogitãtis de te, & diligẽtis te. Et certè neſcio, quia nec plenè cõprehendere valeo: vnde eſt hoc ꝙ dulcior es in corde diligentis te in eo ꝙ caro es, quàm in eo ꝙ verbũ: dulcior in eo, ꝙ humilis, quàm in eo ꝙ ſublimis. Siquidem lõgè dulcius eſt memorię diligentis te, videre te ex matre virgine in tẽpore natum: quàm in ſplendoribus ante luciferum à patre genitũ. Temetipſum exinaniſſe, ſeruiq; formam accepiſſe: quàm in forma dei æqualem te deo eſſe. Dulcius te videre corã Iudeis mori in ligno, quàm dominari ſup angelos in cœlo. Intueri te ſuper omnia ſubiectũ, quàm ſuper oĩa prælatum. Hominẽ humana pertuliſſe, quàm deũ diuina geſsiſſe. Redemptorẽ eſſe pereũtium, quàm conditorẽ eſſe non exiſtentium.

Meditatio incarnationis, & cæterorũ ad eã ſpectantium.

O quàm dulce eſt bone Ieſu in ſecreto cordis, ad memoriã reuocare, te pro nobis de virgine abſq; pollutione conceptũ, abſque læſione virginitatis eius natũ, pannis inuolutum, in præſepio reclinatum, ſuſtinentẽ cõuitia, tacentem ad opprobria pedes diſcipulorum lauan-

C tem, lintheo tergentem, de nocte prolixius orantẽ, ſudorem ſanguinis emittentẽ, triginta argẽteis vẽditum, oſculo traditum, cum gladijs & fuſtibus captum, ligatũ, iudicatum, flagellatũ, coronatũ, damnatum, ad occiſionẽ vt agnus innocens ductum, os tuum cùm malè tractareris nõ aperientẽ, cùm accuſareris in multis non reſpondentẽ, colaphizatũ, alapas patientẽ, deriſu adoratum, arundine capite percuſſum, in veſte alba illuſum, ad mortem, condẽnatum, crucem tuã baiulantẽ, & in ea affixum, pro crucifixoribus orantẽ, aceto potatũ, felle cibatum, à latrone cõuitiatum, ſanguinẽ tuum per quinque vulnera corporis tui effundentẽ, caput inclinantẽ, ſpiritũ emittentẽ: dilectam animã tuam in manus patris commendantẽ: & hæc omnia pro nobis ſuſtinentem. Hæc omnia formãt & adaugent magis ac magis exultationem, fiduciã & conſolationẽ, amorem & deſideriũ. Quis enim non lætetur & exultet, quis non ſupra modũ iucũdetur & gratuletur, videns conditorẽ ſuum, nõ ſolũ pro ſe hominẽ eſſe: ſed tam dura tãq; indigna ſuſtinuiſſe. Quid in mẽte ſuauius eſſe ruminatur; quid dulcius guſtatur; quid lætius excogitatur? Quis mihi auferet locũ in re-

D gno: vbi is omnipotens eſt, qui caro mea & frater eſt? Quis mihi euentus aliquã ingeret deſolationẽ, cui ſpes tanta tãtam confert certitudinẽ? Quomodo aliqua triſtitia aliquẽ locum habere põt in eo, in quo indeſinẽter verſatur iſta cogitatio? hęc Anſ.

Vita Chriſti memorię cõmendanda.

Libenter itaq; cõuerſeris cum domino Ieſu, & vitã ipſius tanquã euangeliũ in corde ſtudeas inſeparabiliter collocare: quia in eo ſolo pax & requies eſt. Ieſus enim eſt iucunditas mœrẽtium, æternitas viuentium, ſuauitas dolentiũ, vbertas egẽtium, ſanitas languentiũ: quod ſignificãt quinq; literæ huius nominis Ieſus.

Pax in ſolo Ieſu.

vnde Bernũ. Gira & regira, verſa & reuerſa: & non inuenies pacẽ & requiẽ, niſi in ſolo Ieſu. Quapropter ſi quieſcere vis, pone Ieſum vt ſignaculum ſuper cor tuũ: quia tranquillus ipſe, trãquillat omnia. hæc Bernar. Ama ergo eũ qui te tãtum amauit: redde ei vicem qui te in benedictionibus dulcedinis ſuæ preuenit: qa ſi hoc feceris: ſemper in gaudio & delitijs magnis eris. vnde Anſel.

E Ieſus amãti præſtat omnia dulcia.

Ieſu qui nõ amat te, anathema ſit. Qui te nõ amat, amaritudinibus repleatur. Caſtus eſt amor tuus domine: & nihil impuritatis admittit. Sobrius eſt ſapor nominis tui, & nullã mentem alienatã recto. Suauis eſt amor tuus, & nihil habet amari. Nam & quę amara ſunt mũdi, indulcat: & dulcia ei reddit amara. Inter anguſtias non arctatur, inter preſſuras non opprimitur, nõ perit ſub inopia, nõ mœrore contrahitur. In laboribus manet æquanimis, inter minas ſecurus, inter blandimẽta incorruptus, inter tormenta perſeuerat inuictus, in morte ſemper eſt viuus. Sicut in theſauro cupidus gaudet, & ſicut in amore vnici filij delectatur mater, ita gaudium & delectatio eſt grata in charitate tua: dulcis Ieſu aĩæ amãti te. Dulcedo mellis, ſuauitas lactis, vini ſapor inebrians, cũctęq; delitię nõ ſic oblectãt fauces guſtantiũ ſe, vt amor tuus mentes diligentium te. hæc Anſel.

Signatio libri.

Et vt magis ad hæc oĩa prouoceris, & vt hic liber in nomine ipſius domini Ieſu, qui eſt liber ſignatus, cõcludatur & ſignetur: attẽde quòd de hoc ſalutari nomine Ieſu, Bernardus ſup hoc verbo, Oleũ effuſum nomen tuũ, ſcribit, dicẽs:

F Cantic.1. Nomen Ieſu. Olei virtus.

Eſt proculdubio inter oleũ & nomen ſponſi ſimilitudo: nec otioſè ſpiritus ſanctus alterutrũ cõparauit. Ego autem dico in triplici quadã qualitate olei quod lucet, paſcit, vngit: ſi vos melius nõ habetis, fouet ignẽ, nutrit carnẽ, lenit dolorẽ. Lux, cibus, medicina. Vide idẽ nunc, & de ſponſi Ieſu noĩe, Lucet prædicatum, paſcit recogitatũ, inuocatum lenit & vngit. Et percurramus ſingula, vnde putatis in toto orbe tanta & tam ſubita lux fidei: niſi de prędicato noĩe Ieſu? Nõnne in huius noĩs luce, deus nos vocauit in admirabile lumen ſuũ: quibus illuminatis, & in lumine iſto vidẽtibus lumen dicat meritò Paulus: Fuiſtis aliquãdo tenebræ, nunc autẽ lux in dño.

Ephe.5.

Nec tãtum lux eſt nomẽ Ieſu, ſed & cibus. An non toties confortaris, quoties recordaris? Quid æquè mentem cogitantis impinguat? Quid ita excitatos reparat ſenſus, virtutes roborat, vegetat mores & actus bonos atq; honeſtos, caſtas fouet affectiones? Aridus eſt omnis animæ cibus, ſi non iſto oleo infunditur:

funditur: inſipidus eſt, ſi non hoc ſale conditur. Si
G ſcribas, non ſapit mihi, niſi legero ibi Ieſum: ſi di-
ſputes aut conferas, nõ ſapit mihi, niſi ſonuerit ibi
Ieſus. Ieſus mel in ore, in aure melos, in corde iubi
lus. Sed eſt & medicina. Triſtatur aliquis veſtrum,
veniat in cor Ieſus, & inde ſaliat in os: & ecce ad
exortum nominis lumen, nubilum omne diffugit,
redit ſerenũ. Labitur quis in crimẽ, currit inſuper
ad laqueũ mortis deſperãdo: nónne ſi inuocet nomẽ
vitæ, confeſtim reſpirabit ad vitã? Cui aliquãdo ſte
tit ante faciẽ ſalutaris nominis, duritia (vt aſſolet)
cordis, ignauiæ torpor, rancor animæ, languor a-
cediæ? Cuius fons fortè ſiccatus lachrymarũ, inuo-
cato Ieſu non continuò erupit vberior, fluxit ſua-
uior? Cui in periculis palpitãti & trepidanti, inuo-
catum virtutis nomẽ non ſtatim fiduciã præſtitit,
depulit metũ? Cui, quæſo, in dubijs æſtuanti & flu-
ctuanti, non ſubitò ad inuocationem clari nominis
emicuit certitudo? Cui in aduerſis diffidenti, iam
iamq́; deficienti, ſi nomen adiutorij ſonuit, defuit
H fortitudo? Nimirũ morbi & languores animæ iſti
Pſal.17. ſunt, illud medicina. Deniq; & probare licet: Inuo-
ca me (inquit) in die tribulationis, eruã te & ho-
noricabis me. Nihil ita iræ impetũ cohibet, ſuper-
biæ tumorẽ ſedat: ſanat liuoris vulnus, reſtringit lu
xuriæ fluxum, extinguit libidinis flammã, ſitim tẽ
perat: auaritiæ ac totius indecoris fugat pruriginẽ.
Siquidem cùm nomino Ieſum, hominẽ mihi pro-
pono mitem & humilem, corde benignum, ſobriũ,
caſtum, miſericordẽ, & omni deniq; honeſtate ac
ſanctitate conſpicuum: eundẽq; ipſum deũ omnipo
tentem, qui ſuo me exẽplo ſanet, & roboret adiu-
torio. Hæc oĩa mihi ſimul ſonant, cùm inſonuerit
Ieſus. Sumo itaq; mihi exempla de homine, & au-
xilium à potẽte. Illa tãquam pigmentarias ſpecies,
hoc tãquam vnde acuã eas: & facio cõfectionẽ, cui
ſimilem medicorum nemo facere poſuit. Hoc tibi
electuariũ habes, ó aĩa mea, reconditum in vaſculo
vocabuli huius qđ eſt Ieſus: ſalutiferũ certè, quodq́;
nulli vnquã peſti tuę inueniatur inefficax. Semper
I tibi in ſinu ſit, ſemꝑ in manu, quo tui oẽs in Ieſum
& ſenſus dirigantur, & actus. Denique & innitaris
Cantic.8. ſuper eo. Pone me, inquit, vt ſignaculum in corde
tuo: ſignaculum in brachio tuo. Sed hoc aliàs. Nũc
verò habes vnde & brachio medearis & cordi. Ha-
bes, inquã, in nomine Ieſu vnde actus tuos vel pra-
uos corrigas, vel minus perfectos adimpleas. Itẽq;
vnde tuos ſenſus aut ſerues ne corrumpantur: aut ſi
De nomine Ieſu. corrumpuntur, ſanes. De hoc etiã dulci noĩe Ieſu,
idẽ Bernar. Alibi quaſi iubilãdo ſic dicit: Ieſu dul-
cis memoria, dans vera cordis gaudia: ſed ſuꝑ mel
& omnia, eius dulcis præſentia. Nihil canitur ſua-
uius, auditur nil iucundius: nil cogitatur dulcius,
quàm Ieſus dei filius. Ieſu ſpes pœnitẽtibus, quàm
pius es petentibus: quàm bonus te quærentibus, ſed
quid inuenientibus! Ieſu dulcedo cordiũ, fons viuus,
lumen mentium: excedis omne gaudiũ, & omne de-
ſiderium. Nec lingua valet dicere, nec litera expri-
mere: expertus põt noſcere, qđ Ieſum ſit diligere.
Ieſum quęrã in lectulo, clauſo cordis cubiculo: pri-
uatim, & in publico, quærã amore ſedulo. Cũ Ma-
ria diluculò Ieſum, quærã in tumulo: clamore cor-
dis querulo, mente quærã nõ * oculo. Tumbã per- * aliàs &,
fundam fletibus, locum replẽs gemitibus: Ieſu pro- K
uoluar pedibus, ſtrictis hærẽs amplexibus. Ieſu rex
admirabilis, & triumphator nobilis: dulcedo ineffa
bili, totus deſiderabilis. Mane nobiſcum dñe, & nos
illuſtra lumine: pulſa mentis caligine, mundum re-
ple dulcedine. Quando cor noſtrum viſitas, tũc lu-
cet ei veritas: mũdi vileſcit vanitas, & intus feruet
charitas. Amor Ieſu dulciſsimus, & verè ſuauiſsi-
mus: plus milies gratiſsimus, quàm dicere ſuffici-
mus. Hoc probat eius paſsio, hoc ſanguinis effuſio:
per quam nobis redẽptio, datur & dei viſio. Ieſum
omnes cognoſcite, amorẽ eius poſcite: Ieſum ardẽ-
ter quærite, quærendo inardeſcite. Sic amantẽ di-
ligite, amoris vicẽ reddite: in hunc odorẽ currite,
& vota votis reddite. Ieſu autor clementiæ, totius
ſpes lætitię: dulcoris fons & gratiæ, verę cordis de-
litię. Ieſu mi bone ſentiam, tui dulcoris copiam: da
mihi per pręſentiã, tuam videre gloriã. Cùm dignè
loqui nequeam, de te tamen non ſileam: amor facit
vt audeã, cùm ſolũ de te gaudeã. Tua Ieſu dilectio, L
grata mẽtis refectio: replet ſine faſtidio, dans famẽ
deſiderio. Qui te guſtant eſuriunt, qui bibũt adhuc
ſitiunt: deſiderare neſciũt niſi Ieſum quẽ diligunt.
Quem tuus amor ebriat, nouit quid Ieſus ſapiat:
quàm fœlix eſt quẽ ſatiat, non eſt vltrà qđ cupiat.
Ieſu decus angelicum, in aure dulce canticũ: in ore
mel mirificum, in corde nectar cœlicũ. Deſidero te
milies, Ieſu mi quando venies: me lætum quando
facies, me de te quãdo ſaties. Amor tuus cõtinuus,
mihi lãguor aſsiduus: mihi Ieſu mellifluus, fructus
vitę perpetuus. Ieſu ſumma benignitas, mira cor-
dis iucunditas: incõprehenſa bonitas, tua me ſtrin-
git charitas. Bonum mihi diligere, Ieſum nil vltrà
quærere: mihi prorſus deficere, vt illi queã viuere.
O Ieſu mi dulciſsime, ſpes ſuſpirantis aĩæ: te quæ-
runt pię lachrymę, & clamor mẽtis intimę. Quo-
cunque loco fuero, meũ Ieſum deſidero: quàm læ-
tus cùm inuenero, quàm fœlix cùm tenuero. Tunc
amplexus, tunc oſcula, quæ vincunt mellis pocula:
tunc fœlix Chriſti copula, ſed in his parua moru- M
la. Iam quod quæſiui video, quod concupiui teneo:
amore Ieſu langueo, & corde totus ardeo. Ieſus
cùm ſic diligitur, hic amor non extinguitur: non
tepeſcit nec moritur, plus creſcit & accenditur.
Hic amor ardet dulciter, dulceſcit mirabiliter: ſa-
pit delectabiliter, delectat & fœliciter. Hîc amor
miſſus cœlitus, hæret mihi medullitus: mentem
incendit penitus, hoc delectatur ſpiritus. O bea-
tum incendium, ó ardens deſiderium, ó dulce re-
frigerium, amare dei filium. Ieſu flos matris vir-
ginis, amor noſtræ dulcedinis: tibi laus honor nu-
minis, regnum beatitudinis. Ieſu ſole ſerenior, &
balſamo ſuauior: omni dulcore dulcior, præ cun-
ctis amabilior. Cuius guſtus ſic afficit, cuius odor
ſic reficit: in qua mens mea deficit, ſolus amanti
ſufficit. Tu mentis delectatio, amoris conſumma-
tio: tu mea gloriatio. Ieſu mundi ſaluatio. Sequar
quocunque ieris, mihi tolli nõ poteris: cùm meum
cor abſtuleris, Ieſu laus noſtri generis. Dilecte mi
reuertere, conſors paternæ dexteræ: hoſtem viciſti
proſperè, iam cœli regno fruere. Cœli ciues occur-
rite, portas



rite, portas veſtras attollite: triumphatori dicite,
A ſalue Ieſu rex inclite. Rex virtutũ, rex gloriæ, rex
inſignis victoriæ: Ieſu largitor gratiæ, honor cœle
ſtis curiæ. Tu verę lumen patrię, tu fons miſericor
diæ: pelle nubẽ triſtitię, nobis dans lucẽ gloriæ. Te
cœli chorus prædicat, & tuas laudes replicat: Ieſus
orbem lætificat, & nos deo pacificat. Ieſus in pace
imperat, quæ omnem ſenſum ſuperat: hunc mens
mea deſiderat, & illo frui properat. Ieſus ad patrẽ
rediit, cœleſte regnũ ſubijt: cor meum à me trãſijt,
poſt Ieſum ſimul abijt. Iam proſequamur laudibus
Ieſum, hymnis & precibus: vt nos donet cœleſti-
bus, cum ipſo frui ſedibus. Amen.

ORATIO.

O Ieſu Chriſte, fili dei viui, pro his & omnibus
quæ de te piè credimus & credere debemus,
tibi gratias (licèt indignas) referimus: & per
ea te ſuppliciter exoramus, vt teipſum ex parte o-
mnium cœleſtiũ, terreſtrium & infernorũ deo pa-
tri offeras, in dignã laudem omniũ, in quibus ſum-
mam trinitatẽ laudabilem recognoſcis: & in plenã
gratiarum actionẽ pro quolibet beneficio à ſingu-
B lis debitã creaturis: atq; in veram emendationem
omnium malorũ ab origine mundi cõmiſſorum,
& inſufficientẽ perſolutionem omniũ bonorum
vnquam omiſſorũ: & in ſuppletionem quoq; meri-
ti omnium beatificatorũ, & gratiæ omnium iuſti-
ficatorum, ac emendationis omniũ peccatorum:
refrigerijq́; omniũ purgandorum, necnon in rele-
uationem omnis indigentiæ corporis & animæ
ſingulorum. Amen.

Finit ſecunda & vltima pars huius
libri, vitæ Chriſti.

# VITA GLORIO-
## SISSIMAE MATRIS ANNAE

Chriſtiparæ virginis Mariæ geni-
C tricis: ab Aſcẽſio in compendium
redacta, ex hiſtoria ſuauiſsima
eiuſdẽ matris Annę: ab reli-
gioſiſsimo viro F. Petro
Dorlando ordinis Car
thuſienſis in Zelem
Theutonicè prius
edita.

### De diuæ Annæ parentibus, & eorum nuptijs. Caput I.

APpropinquante plenitudi
ne temporis, quo per filiũ
ſuum deus humanũ ge-
nus redempturus erat, ſe-
ptuagintaſeptẽ (vt diuus
Cyrillus Carmelita ait)
ante diuini verbi incarna
tionẽ annis floruit in Iu-
dæa virgo quædam gene
roſiſsima ex Dauid ſtirpe nata: diues admodum,
mireq́; formoſa, optimè morata, valideq́; cordata,
ac ſpei de redẽptione Iſraël refertiſsima: quæ cum
parentum venia, filios prophetarum in Carmelo vi
ſitare ſolita: ab eiſdem moribus & prudentia, ac ſan D
ctitate plurimũ illuſtrabatur, donec iam matura vi
ro iam plenis nubilis annis, matrimonio ad gene-
ris propagationẽ à parẽtibus optimis & prudentiſ-
ſimis ex veteri inſtituto addiceretur. Quibus tamẽ
virgo, caſtis colloqijs imbuta, virginaliq́; vitę aſſue
ta, animoq́; deſtinata, primùm refragata, rẽ ad Car
melitas retulit. Qui in ieiunio, & oratione deũ con
ſuluerũt: donec eorũ tres in ſpiritu rapti, radicẽ vi-
dere pulcherrimã, geminã ex ſe arborẽ emittentẽ:
è quarũ altera natus eſt ramus ſpecioſiſsimus, tria
diffundẽs ramalia: è quorũ primo longè decẽtiſsi-
mo, natus eſt flos puriſsimus atq; fragrantiſsimus,
odore cœlũ ac terrã perfundẽs optimo: Ex reliquis
quoq; prioris arboris ramalibus flores nati ſunt, ſi
ſeorſum ſpectẽtur pulcherrimi: ſed ad primi floris
cõparationẽ nihili. Ex altera verò arbore orta eſt
virga ſanè pulchra, pulchriorẽ ꝓducẽs florẽ: nec tñ
primo cõparabilem. Hac radice ſic viſa, audita eſt
ſimul vox dicẽs: Hæc radix eſt Emerentia noſtra,
magnę propagationi deſtinata. Qua re intellecta,
virgo deo & parentibus obediens, Stolano viro iu-
ſto & deum timenti nupſit. E

### De natiuitate duarum Emerentiæ filiarum. Caput II.

PEracto matrimonio, & legitimè cõſum
mato, Emerẽtia concepit & peperit filiã
Iſmeriam nomine, quæ ſuo tẽpore ma-
trimonio data, genuit filiũ Eliud, & fi-
liam Elizabeth. Eliud autem Emyn genuit, patrẽ
Nemeciæ, è qua ſanctus Seruatius genitus eſt. Eli-
zabeth aũt Ioannẽ Baptiſtã, pręcurſorem dñi, in ſe-
nectute ſua enixa eſt. Concepit pręterea & peperit
Emerẽtia alterã filiã: cui Annę, id eſt, gratię dei no
men indidit: quę verè gratia dei: quia ex eius filia
proceſsit ſaluator mundi, vti docebunt ſequentia.

### De Diuæ matris Annæ coniugio, & eleemoſynis. Caput III.

CReſcente autem & moribus & ætate, de
qua nobis eſt ſermo Anna, habitãteq́; in
ciuitate Dauid, Bethlehẽ nomine, placi-
tum eſt parentibus matrimonio dedere: F
nupſitq́; viro optimo de ciuitate Galilęæ cui nomẽ
Nazareth, nomine Ioachim. Quo cũ honeſtiſsimè
in timore dei & ſpe certiſsima conuerſata eſt: hoc
(vt Hiero. atteſtatur) inſtituto, vt bona ſua tripha-
riam diuiderẽt: partemq́; vnã templo dei & eius mi
niſtris, hoc eſt clero, darẽt. Secundã, peregrinis &
cęteris pauperibus: tertiã, ſuis ſuorũmq́; neceſsitati
bus. Quo pacto diu, & (vt pluresvolũt) ad vigeſimũ
vixerũt annũ ſine ꝓle: ꝓ qua tñ ſępe p̃ces fuderãt.

### De ſterilitate & rubore, quem ob eam paſsi ſunt. Caput IIII.

VErùm licèt (deo ita ordinãte) diu ſteri-
les eſſent, non tamen ipſi minus ſeruie-
rũt: nec eleemoſynas minores fecerũt:
ſed potius maiores: in ſpe firma ipſum
rogantes, vt opprobriũ ſterilitatis auferre dignare
tur. Cùm aũt ſolennitatũ & ceremoniarũ obſeruã
tiſsimi eſſent, accidit vt in feſto tabernaculorũ Ioa-
chim more ſolito cũ fœcũdis oblationẽ in tẽplum

offerret:quē cùm Iſachar ſummus pōtifex & Ru-
G bem ſcriba cōſpicerent,cū ſummo opprobrio eius
munera reiecerūt,ipſumq́; contumelioſè exploſe-
runt,dicētes:Quis te tam audacē ac temerariū fe-
cit,hominū inutiliſsime: vt cū fœcundis audeas ad
altare dñi offerre munera tua:cùm ſis ipſe ſterilis
& maledictus à dño in lege? Exi igitur quāprimùm
ſciens nec te, nec munus tuū gratum dño. Niſi eñ
te contēneret,ſterilē nō pateretur. Caue autē poſt-
hac tēplum oblaturus ingredi. Quo audito cū ru-
bore ſummo,ſed ſine murmuratiōe exijt de tēplo,
(ignorāte id Anna cōiuge) ad paſtores pecoris ſui
in agro,vbi in loco ſecreto ſeſe in lachrymas pro-
fudit dicēs:Omnipotēs ac miſericors deus, qui o-
mnia vides & intelligis,ſcis quia ambulaui corā te
in veritate & fide nō ficta:in mādatis tuis,quę dile
xi nimis:quocirca clemētiſsime deus precor maie-
ſtatem tuā,aufer opprobriū domus meæ:& cōcede
coniugi meæ caſtiſsimę atq; fideliſsimę fœcūdita-
tem,vt me prole lętificet:quā ſi dederis, tuo perpe-
tuo mācipauero famulatui. Quo cū lachrymis di-
H cto,ecce archāgelus Gabriel cū lumine inęſtimabi
li adeſt,dicēs:Ioachim amice dei omnipotētis, ego
ſum Gabriēl archangelus,ad te à deo miſſus, vt ſi-
gnificē tibi ꝙ preces tuæ exauditę ſunt à dño,q vi
dit ruborē tuum immeritū. Non eñ vltor eſt deus
naturæ:ſed peccati. Permittit aūt interdū ſterilita
tem,vt donet fœcunditatem cū gratia: ſciaturq́; ꝙ
proles nō ex carnis volūtate atq; lubricitate,ſed dei
ſit dono cōceſſa. Recordare quomodo Sara,Rebec
ca,Rachel,& Anna Samuēlis mater, ſteriles fue-
runt quantū ad naturam:ſed ex gratia patriarchas
pepererunt & prophetas. Noris ergo ꝙ proles diu
deſiderata,ſemper fuit cum gratia data. Quocirca
cōiunx tua Anna cōcipiet & pariet tibi filiā,nomi
ne Mariā. Quam,vt vouiſti deo,dicabis in templo:
nā ex ea mirabile facturus eſt deus myſteriū. Ne
quid aūt dubites,vade in domū tuā, & habebis ob-
uiam cōiugem tuā in porta aurea,quę de aduentu
tuo plurimū lętabitur. Quo dicto diſparuit ange-
lus:ſed ad Annam redeat narratio. Ea neſciēs quò
I maritus ſuus Ioachim deuenerat,qui quinq; mēſi-
bus abſens fuerat,nullo accepto commeatu,nulloq́;
diſceſsiōis facto indicio,mira cōfecta eſt triſtitia,
verita ne ob ſuā ſterilitatē vir diſceſſerit. Cùm aūt
in lachrymas ſeſe diffunderet,acceſsit vna ancilla-
rum ad eā dicēs:Noli flere dña, ſed magis exulta:
quia hodie dies eſt dñi,exultemus & lętemur in ea.
Cùm aūt conſolationē nō reciperet:diceretq́; vt ad
opus ſuū iret,nec de ſe ſolicita eſſet:illa indignata:
cur,inquit,mihi improperas peccata tua? quid ego
poſſum ſi ſterilis es:vtra peccauit, egône, an verius
tu,ꝙ ſic ſterilitate occluſa es? Quā contumeliā hu-
militer & modeſtè in ſe accepit, nihil obmurmu-
rans:ſed profundè in corde gemēs in pomariū ſuū
ſeceſsit:vt lachrymis dolorē mitigaret. Et genua
ponēs corā altiſsimo deo,ad quē oculos leuauit, ſic
precata eſt:Dñe deus omnipotēs,deus Iſraēl,fortiſ
ſime ſpirituū:quia etiā in aduerſitatibus tibi gra-
tias agi vis,ego laudo te,tibiq́; gratias ago,ꝙ ſteri-
lem me perpeſſus es,maritumq́; à me alienari per-
miſiſti:qa certò ſcio quicquid patior peccata mea
meruerunt. Qua confeſſione facta, cecidit in fa-
ciem ſuā,& fudit animā ſuam corā oculis dei in o- K
mni afflictiōe. Et paulò pòſt oculos erigēs,atq; in
cœlum ſuſpiciēs,vidit paſſerē pullos ſuos in arbore
nutrientē,& ſuſpirās ait:Omnipotēs deus qui vni-
uerſas creaturas fœcūda prole lætificas, me tū an-
cillam tuā nullo tali dono dignatus es:laudo & be-
nedico diuinā prouidentiā tuā,qua ſcis quid vtile ſit
nobis:precorq́; vt ſic cū ſalute id fieri poteſt,ne ex-
cludas me ab hac gratia,etiā auiculis cōceſſa. Scis
enim intimū cordis mei votū:quia nō vt voluptati
carnis inſeruiā,ſed vt quā dederis prolē, tuo famu-
latui mancipē,eandē requiro. Quibus precibus fu-
ſis,ecce idē Gabriēl cum ſumma claritate,dixit ad
eā: Ne timeas Anna,amica dei altiſsimi: exauditæ
enim ſunt preces tuę,& fructus vētris tui gratus in
oculis dei. Ex te enim naſcetur virgo admirabilis,
in qua totus lætabitur mūdus. Surge igitur & abi
in Hieruſalem,vbi in aurea porta obuium habebis
maritum tuum Ioachim.

## De conceptione ac natiuitate Diuæ virginis Mariæ. Caput V.

Conuenerūt ergo:iuxta verbū angeli, ad L
portā auream cū ſumma exultatiōe pro
miſsionē ſibi factā renuntiātes: vñ gra-
tulabūdi ſeſe in tēplum contulerūt, atq;
illinc domū: vbi, præmiſsis precibus, operā liberis
procreādis dantes,nō libidine carnali,ſed bono ma
trimoniali,puellā genuerunt omniū & ſpecioſiſsi-
mam & beatiſsimā:quippe ad hoc ab ęterno deſti-
natā,vt vnigeniti dei,ſine virili ſemine,ſed myſti-
ce ſpiramine,mater eſſet in terris. Fœlices profe-
ctò,& perbeati parētes,qui talē progignere merue
runt. Pręcipuè verò fœlix mater,quę tam dulci pō
dere ſe grauidā ſentiens,deū magnificare nō ceſſa-
uit,iamq́; maturo partu reginā cœli & terræ (ta-
metſi id fortè nōdū agnouerat) enixa eſt. Quis ver
bis explicet,quāto gaudio nō ſolū domus,ſed & vi-
cinia tota perfuſa eſt? Quādo ex ea quā ſterilē fle-
uerāt,tam læta frōte,tam ſereno vultu, tamq́; de-
center formato corpuſculo lepidiſsimā iam recens
natā conſpexere puellā. Facile creditu eſt, parētes
& qui myſteria nouerāt, iam tum egregiā de tali M
prole cōcepiſſe ſpem. Nō enim ſine magno ſacra-
mēto,aut tantū dilata,aut tam ſolerter pręnūtiata
viſa eſt talis virgunculæ cōceptio. Verūtamen non
cōtinuò dixero quid in virgine latuerit parētes a-
gnouiſſe:alioquin nō turbata fuiſſet in ſalutatione
Gabriēlis,ſi ſe à parētibus ad id natā cognouiſſet.
Magnū tamen aliquid in ea furtū ſperauere, nec
ſpes fefellit eos:vt ſequentium docebit ſeries.

## De vita Mariæ vſque ad annuntiationem dominicam. Caput VI.

Nata igitur ineffabili ſpe & gaudio Ma-
ria:id nomen myſterio congruēs,quod
ab angelo priuſquam conciperetur prę
nuntiatū eſt legitimo tēpore ſuſcepit.
Et à matre ſanctiſsima decenter lactata & educa-
ta,atq; quantū infantilis ętas tulit, ad diuinas lau-
des inſtituta:vltraq́; naturā ad id à ſancto ſpiritu,à
quo ne in originali culpa conciperetur,miſericor-
diter fuerat pręuenta,mirū in modū adiuta,creuit
in omni



in omni decentia & honeſtate:tum morū,tum mē-
A brorum:ita vt vix quintum attigerat annum, dum
iam diuino famulatui viſa matura: eidem manci-
cipanda à parentibus,qui eam deuouerant,in tem-
plum præſentatur:vbi ad nubiles vſq; annos moris
erat honeſtorū parentū filias opificio muliebri, &
diuinis canticis erudiri. Nec ſine miraculo ſtupen-
do hæc facta memoratur præſentatio: nam vt ven
tum eſt ad quindecim gradus, quibus in templum
aſcendendū erat:dubitantibus parentibus, quonam
pacto eam portare poſſent:ipſa ſolius ſpiritusſancti
ope adiuta,hilaris,ac celeris ſtupētibus cūctis aſcen
dit. Quo facto meruit honorificentius à pontifice
ſuſcipi,& diligentius erudienda cōmendari:ſperan
te videlicet deum aliquid magni in ea operaturū.
Nec fefellit eum ſpes. Supergreſſa eſt enim vniuer
ſas:tam in opere textrili,quàm in canticis,ac hym
nis::omnibusq́; quæ ad talem ſtatū pertinent:quip-
pe quam gratia ſpiritusſancti à primò cōceptionis
inſtanti peculiariter ſemper repleuerat:& in omni
incepto adiuuerat. His itaq; moribus,hisq́; dotibus
B ornata,ad nubiles excreuit annos. Veruntamē,niſi
deus aliter diſponeret, nubendi reiecerat animum.
Nam diuinis contemplationibus, & angelicis con-
uerſationibus aſſueta,angelicā in cœlibatu decreue
rat degere vitā. Verùm defuncto iam (vt dictus fra
ter Petrus Dorlādus aſſerit) patre (Nam Baptiſta
Mantuanus, etiam filiæ nuptias vidiſſe eum canit
quod propter ſecundas & tertias Annæ nuptias nō
vero ſimile eſt.) Anna ſeniorū, & præcipuè pontifi
cis conſilio, cœpit filiā ad nuptias cohortari,iuxta
legis inſtitutū:ſed voto eius intellecto, rem ad pon
tificē detulit: qui nouo voti genere ſtupefactus, ex
prudentum cōſilio deum conſulendū decreuit. Ad
quam rem totus cōgregatur clerus,ieiunijs & ora-
tionibus vacans. At virgo interim vt votis ſuis an-
nueret,deum precari nō deſtitit:dum Gabriēl eidē
apparens, ait: Ne timeas Maria ſponſi caſti ſubire
thalamū:nam virginitatis nō patieris detrimentū.
Qua ſic conſolata, vox diuina ex propiciatorio ad
pontificē audita eſt:iubens oēs viros cœlibes de ſan
C guine Mariæ:& ſtirpe Dauid poſtridie ad tēplum
conuenturos,cum virga arida: quæ in cuius mani-
bus florere inciperet,eū virgini ſpōſum declararet.
Interea Agabus caſto virginis amore captus,euen-
tum magica arte ſciſcitans:nihil ſcire potuit,præ-
terquam magnū in virgine latere ſacramentū:quo
circa,repulſam paſſus,ad Carmelitas ſe cōtulit, vbi
ſanctā vitam vixit,vſq; ad apoſtolorū prædicatio-
nem:qua illis (vt eorū atteſtantur actus) cōiunctus
eſt. Cōuenietib⁹ autē poſtridie omnibus ad nuptias
idoneis:ſolius Ioſeph viri caſti, qui in cœlibatu vi-
tam degere decreuerat, virga floruit:quo circa vir-
gini ſponſus datus:& ab angelo, ne eam continge-
ret,admonitus, eā diuinis vacare permiſit. Dumq́;
(vt quidā non futiles autores volūt) illud Eſaiæ:Ec
ce virgo concipiet & pariet filium, legiſſet: atq; in
eius virginis exaltatione mirificè inflāmata eſſet:
diemq́; illam fœlicem aduentare precaretur: Miſ-
ſus eſt angelus Gabriel à deo. Et reliqua quæ in vi-
ta Chriſti advngue ſunt pertractata,vbi annuntia-
tio,viſitatio,& reliqua diuæ virginis ſolēnia: quin
etiā ipſius aſſumptio,graphicè deſcribūtur. Reſtat
ergo vt reliquā diuę Annæ hiſtoriam paucis per- D
curramus.

## De reliqua diuæ Annæ vita & migratiōe. Cap. VII.

Vt verò reliquā diuæ matris Annæ
hiſtoriā paucis percurrā:memineri-
mus Ioachim virū ſanctiſsimū,dum
à filiæ ſuæ in templū,vt vouerat,pręſentatione lætus redierat: paulò pòſt
vita defunctū eſſe:migraſſeq́; ad patres ſuos,ſpei de
redēptione generis humani plenū. Nā de filia præ-
ter eius annūtiationem, & pręſentationē mirificā:
indolemq́; non humanā,ſed planè diuinā, ex reue-
latione ſpem maximam cōceperat:ex illa videlicet
orituram redēptionis autorē. Vbi igitur in hac ſpe
fœliciter requieuerat, & ab Anna coniuge honori
ficè ſepultus erat:ipſa ſeſe ad filiam trāſtulit,ea ſpe
vt cum Anna vidua illa,cuius in purificationis euā
gelio Lucas meminit, cæterisq́; ſanctis mulieribus
in templo deo reliquam vitā dedicaret: ſed mox à
deo in ſpiritu admonita ad ſecūdas nuptias trāſire:
domū reuerſa,Cleophæ nupſit:ex quo filiā genuit: E
quā amore primę etiā Mariā nuncupandā cenſuit.
Qua nōdum bimula,Cleophas diē obijt: & Anna
ſe tēplo iā dedicādam autumans,ad tertias nuptias
diuino oraculo reuocatur. Nubit ergo viro optimo
Salome. Vnde & tertia genita Maria:à patre Ma-
ria Salome dicta:& à marito Maria Zebedęi. Quo
circa poſt nuptias Mariæ, matris Ieſu Chriſti ſal-
uatoris noſtri:quē de ſpiritu ſancto cōcepit:Mariā
Cleophæ matrimonio iunxit, viro tali cōiuge di-
gno,Alphæo nomine:qui ex ea genuit Iacobū mi-
norem:Ioſeph iuſtum:Simonē Cananæū: & Iudā
Thadęum. Et deinde Mariam tertiā Salome filiā
Zebedæo, qui ex ea genuit Iacobum maiorem, &
Ioannē euangeliſtā:vt non inanis cenſeatur ad ter-
tias nuptias diuæ Annæ trāſitio. Ad quas (vt ſan-
ctæmoniali ac veſtali virgini Colettæ reuelauit)
tranſiuit dei iuſſu,nō carnis inſtinctu. Itaq; non eſt
eius obedientia in nuptijs vituperanda,ſed fœcūdi-
tas cœlitus data nobis veneranda: quā cœlitus datā
ambigere non pōt,qui hiſtoriā recolit: ſi enim vi-
gintiquinque annos cū Ioachim vixerat: & iā ſte- F
rilis reputata erat dum matrē domini genuerat:nō
potuit tertiā filiam ſine dei dono cōcipere. Neque
verò ſola prolis fœcunditate refulſit, ſed & multò
magis virtutū præſtantia: qua dei filiū ex filia ſua
incarnatū agnoſcere amplecti, atque adorare me-
ruit: vnde & eccleſia olim iā eius recoluit memo-
riam:quia ad nouum teſtamentū idcirco pertinere
viſa eſt, ꝙ iam præſentem agnouit Chriſtū ſalua-
torem. Creditur tamē Ioſeph, gener eius,ante paſ-
ſionem Chriſti in ſinum Abrahæ deſcēdiſſe. Vnde
poſt reſurrectionē cum cæteris ſanctis educta, &
in die aſcenſionis dominicæ cum Chriſto in cœlos
aſſumpta:illinc nos deſpectat, & ſibi famulantibus
præſentia impetrat auxilia: vt notiſsima & pluri-
ma ipſius atteſtātur miracula: à dicto Carthuſiano
fideliter pſcripta. Quia verò rubore immerito ob
ſterilitatē fuerat affecta:cōtra ruborē immeritū fi-
dele & frequēs pręſtat patrociniū: quo voto & nos
quoq; dānauit. Hæc ſunt q̄ de diua matrona, oīsq;

honeſtatis,ac ſanctitatis ſpecimine,diua Anna,ha-
G buimus annotanda. ORATIO.

Omnipotens ſempiternæ deus : qui Ioachim atq; Annam glorioſiſsimæ matris tuæ ſanctiſsimos progenitores,ob infœcunditatem diuturnam immerito rubore cõcuti in eorum ſalutis augmentum permiſiſti: cõcede propitius,vt eorum meritis & interceſsione ab omni rubore & infamia liberari,ad cœleſtem gloriam perduci mereamur. Per te Ieſu Chriſte , ſaluator mundi,qui cum patre & ſpiritu ſancto viuis & regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorum.Amen.

Iodoci Badij Gandenſis Tetraſtichon,de ſancta Anna.

Anna decus mundi,mater genitricis Ieſu,
Pro natæ meritis det tuus aſtra nepos.
Primitias noſtræ pariens ſancta Anna ſalutis,
Nos cum prole tua,cumq; nepote iuua.

H IODOCI BEISSELLII PATRIcij Aquenſis,Roſarium de ſancta Anna, ad reuerendũ patrem, dominum Ioannem Tritemiũ,abbatem Spanhemenſem,ordinis diui patris Benedicti.

Quiſquis hoc Roſarium, ad honorem beatiſsimæ matris Annæ pro deuotione legere voluerit præmittat orationem dominicam, cum ſalutatione ſanctæ Annæ:quam ſemper poſt duos verſus repetat,quæ quidẽ ſalutatio eſt, vt ſequitur.

Aue dei genitricis mater venerabilis Anna:ſanctæ trinitati gratiſsima: præ cunctis mulieribus honorata:benedicta tu à domino,&benedicta proles vteri tui:proliſq; virgineus natus Ieſus Chriſtus.Amen.

Pater noſter.Aue dei.

Anna tuas liceat miſero mihi promere laudes,
Nam tibi(ſi pateris)ſerta roſaſq; feram. Aue.
Anna nitens regum Iudæ veneranda propago,
Atq; etiam Ioachim coniuge clara pio. Aue.
I Anna diu ſteriles fleuiſti in coniuge amores
Vnica nuptarum gloria,& vnus honor. Aue.
Anna piam ſobolem,nec vanos quæris in vſus,
Sed colat vt ſancta poſteritate deum. Aue.
Anna tibi æthera celer aſtans nuntius aula,
Gaude,ait,en ſobolẽ mater habebis ouãs. Aue.
Anna feres ſobolem tanta virtute beatam,
Vt cum virgineo mater honore micet. Aue.
Anna feres gnatam,cuius quem non capit orbis,
Ipſe libens ſubeat viſcera caſta deus. Aue.
Anna tuo tandem ſurget de ſanguine ſanguis,
Qui fuſus miſeris ſpem ferat vſq; reis. Aue.
Anna tuum decuit tanta expectatio partum
Haud facile eſt,matrẽ matris habere dei. Aue.
Anna tuæ ſobolis laudes ſuper aſtra volabunt
Te quoq; fœlicem ſecula cuncta ferent. Aue.

Pater noſter.Aue dei.

Anna mali puram tu concepiſſe Mariam
Crederis,& ſanctam mox habuiſſe deo. Aue.
Anna aluo geſtas,quam ſignauere figuræ
Venturam:ſancti quam cecinere patres. Aue.
Anna geris clauſam paradiſum,ex arbore vitæ
Fœlicem,& cuncto ruris honore ſacram. Aue.
Anna grauis geſtas hortum, quem flammeus enſis K
Cuſtodit,cherubin nocte dieq; calens. Aue.
Anna geris florem,qui candida lilia vincat:
Et violas humiles coccineamq; roſam. Aue
Anna Moſaïca per te deprehenditur arca,
Aetherei panis aurea & vrna iacet. Aue.
Anna geris ſponſam veri Salomonis,& omni
Gemma exornatam intus & exterius. Aue.
Anna geris templum,cuius penetralia dulces
Impleuere ſoni muſica & omnis ouans. Aue.
Anna geris velum pulchra ſub imagine:patrum
In ſe geſta tenens:quod tegat alta dei. Aue.
Anna geris ſobolem,cuius Phœbi aurea veſtit
Flamma caput,niueos candida luna pedes. Aue.

Pater noſter.Aue dei.

Anna exoptatæ compos iam facta Mariæ,
Pectore vix toto gaudia orbata capis. Aue.
Anna recens natæ plauſerunt cuncta Mariæ
Sydera,& inſolitum fluxit ab axe iubar. Aue.
Anna tui fœtus natalem credere fas eſt.
Te circũ angelicos concelebraſſe choros. Aue. L
Anna tuum partum manes ſenſere profundi
Lux noua tunc ſtygios terruit ipſa lacus. Aue.
Anna parens dubitas manibus cõtingere gnatam,
Sole magis rutilam luminibuſq; poli. Aue.
Anna quid ætheream metuis tractare puellam?
Arridet matri,triſtitia nulla facit. Aue.
Anna capeſſe animos,en lactea ad vbera tendit
Gnata manus teneras:& tua colla petit. Aue.
Anna moras rumpis: mammas & pectora nudans
Excipis in tenero membra tenella ſinu. Aue.
Anna foues gnatam:dulceſq; à pectore ſuccos
Ore trahit roſeo,murmura grata ſonans. Aue.
Anna feret quantos ſi ſcires gnata dolores,
Quotq; ferat mortes,tu modò nulla fores. Aue.

Pater noſter.Aue dei.

Anna tibi eſt cordi gnatam exornare probatis
Moribus:& ſummo compoſuiſſe deo. Aue.
Anna pars celſo gnatam importare delubro
Sponte,ſed ad ſuperũ pertigit alma gradũ. Aue. M
Anna citam lento ſequeris greſſu atq; labore,
Solatur feſſam promptula virgo ſenem. Aue.
Anna quid in tenera miraris virgine robur?
Non humana vides,ſed pia ſigna dei. Aue.
Anna ſoles inopi,& ſacris munera templis:
Nunc das quo mulier plus nihil vlla dedit. Aue.
Anna vbi ſacratam voluiſti degere gnatam,
Clauſtra libens ſubijt,virgineãq; domum. Aue.
Anna piam miſſura,genas & lumina fletu
Conficis:immotam ſe tenet altus amor. Aue.
Anna domum repetas,gnatam dimitte tonanti:
Nihil niſi venturum cogitet illa Ieſum. Aue.
Anna per æthereos volitet tua nata receſſus
Occupet hãc ſummo culmine miſſus amor.Aue
Anna duas ſatis eſt tibi deſeruire Marias,
Hæ quoq; non modica te pietate colent. Aue.

Pater noſter.Aue dei.

Anna tuo fletu docta es ſuccurrere flenti:
Hic miſerũm votis tu quoq; prõpta faues. Aue.
Anna ſoles fixas naturæ vertere leges:
Sicq; voles,ſterilis ſit modò læta parens. Aue.





Anna etiam fluxæ fortunæ munera ſiſtis.
A Ne fugiant noſtros lapſa repente ſinus. Aue.
Anna fugas dedecus,das pulchræ munera famæ,
Tu luctus releuas:& tibi cedit amor. Aue.
Anna iuuas,ſeu quem terret vis hoſtica,ſeu quem.
Carceris obſcuri vincula ſæua tenent. Aue
Anna leuamen ades fidum mortalibus ægris,
Te duce languenti perdita vita redit. Aue.
Anna parens tumido te inclamat nauita fluctu,
Si iactant laceram flatus & vnda ratem. Aue.
Anna parens nigro es ſemper metuenda tyranno:
Vt glacies ignem,te fugit ille nocens. Aue.
Anna abs te nequeant mortalia pectora fruſtra
Poſcere:quodq; voles,gnata deuſq; volet. Aue.
Anna igitur meritis & tanta prole beata,
Anna parens noſtras reſpice magna preces. Aue.

Oratio poſt roſarium dicenda.

Omnipotens ac pijſsime deus,qui beatam Annam in genitricis filij tui matrem eligere dignatus es: cõcede propicius, vt qui memoriam eius fideli deuotione percolimus, eius
B meritis & precibus æternæ vitæ ſuffragia conſequamur.Per eundem dominum noſtrum.

FINIS.

De diuo Ioachim patriarcha,& auo Ieſu Chriſti, carmen Aſclepiadeum Gliconium , conditum à magiſtro Iodoco Clichtoueo Neoportuenſi:ſicut eſt,Sanctorũ meritis inclyta gaudia.

Plectrum Phœbe tuum ſume ſonorius,
Et leni citharam pollice perſona:
Nec deſint comites carmina condere
Doctę Caſtalides deę.
Non mens eſt ſuperum prælia ſcribere,
Aut immiſſa feris tela gigantibus:
Præclarum Ioachim præſta ad æthera
Dignis tollere laudibus.
Ignorata diu,nocteq; condita
Tanti clara viri gloria ſeculo
Tandem conſpicuo lumine cognita,
(Vt par eſt)celebrabitur.
C Vt Phœbus radium fundere lucidum,
Expulſo Borea,nubibus incipit:
Sicut gemma latens eruta puluere.
Terræ,clarius enitet.
Vt claris ſoboles orta parentibus.
Maiorum celebris ſtemmate redditur:
Sic nati probitas & generoſitas.
Patris gloria creditur.
Quòd clara Mariam ſtirpe creauerit.
Ex qua vera ſalus prodijt omnibus:
Quis dignum celebri laude negauerit,
Quem laudare parauimus?
Magnis digna dei mater honoribus,
Ex diuo Ioachim duxit originem:
Qua natus puer eſt ille ſalutifer.
Et ſpes vnica gentium.
Matrem ſumma decet gloria candidam,
Nato ſummus honor debet haberier,
Ingens huius auum laus decet,& patrem
Illius veneratio.
Si patri fuerit gloria præſtita,
Hæc natis etiam præſtita noſcitur:
Illis laus eadem debita creditur,
Nec diſpar reuerentia. D
Hic iunctam thalami fœdere duxerat
Annam,non meritis coniugis imparem.
Par illis probitas,æquáque largitas,
Et par cura dei fuit.
Horum præcipuè munificentia
Inſignis memori laude reponitur,
Producunt ſiquidem diuitias tribus
Diuiſiſſe ſuis modis,
Templo prima fuit debita portio
Rerum, pauperibus pars fuit altera
Deſignata,domum tertia nutrijt
Vſu commoda proprio.
At longo ſterilis tempore ſæpius
Multas Annas preces anxia fuderat,
Vt(quæ ſacra deo munera deferat)
Eſſet prole puerpera.
Nam contempta ſui munera coniugis
In templo fuerant,quòd ſobolis foret
Expers:in ſterilis numina pontifex
Iraſci thalamos ait. E
Aedes ille ſuas tectaq; deſerens,
Ne triſtis fieret fabula cæteris,
Agris delituit:dulcia præferens
Charis arua penatibus.
Sed ſummi pietas numinis optima
Solatrix hominum,ſedibus angelum
Demiſit ſuperis,optima nuntia
Qui prolis referat nouæ.
Aſſiſtens Ioachim nuntius æthere
Miſſus:triſtitia deſine confici,
Dixit:namq; ſalus optima ſeculi
Naſcetur tibi filia.
Hæc ſperata diu gaudia proferet,
Confringetq; ſuis tartara viribus.
Hæc Euæ genitos ſanguine,lucidas
In cœli reuehet domos.
Tum ſancti monitis credulus,angeli
Promiſſo Ioachim munere lætior,
Voti compos erat:ſuſtulit vt ſua
Natam coniuge filiam. F
O clarum meritis,ô memorabilem,&
Dignum grandiloqui quem tuba perſonet
Vatis Meonij:nos tibi deditos
Summum ducat in æthera. Amen.

Feſtum principale ſancti Ioachim eſt decimaſexta die Septembris.Commemoratio verò eius ſolennis,eſt nona die Decembris.

Hymnus ſaphicus,beato patriarchę Ioachim Nazareno, decantatus à fratre Iacobo Keimolano Carmelita Gandenſi.

O Pater patrum Ioachim beatę,
Vt tibi gratos modulemur hymnos,
Tu foue dulci modo nos clientes
Nectare cœli.
Non enim quicquam ſumus irrigati
Rore quem dicunt,neque per ſoporem,
Sed nec imbuti ſumus aut vel vllo
Nectare cœli.

Qui viros claros cecinere quondam,
G Hi relibutos licèt æſtimarint
Eſſe ſe(falsò tamen hoc putarunt)
Nectare cœli.
Te ſacer tantum chorus angelorum
Si ſatis dignè celebrare poſsit.
Nos tibi laudes reſonemus abſq;
Nectare cœli.
Hinc tuum nobis petimus iuuamen
Sancte ſanctorum Ioachim parentum,
O pater patrum nimium referte
Nectare cœli.
Qui quòd in partes tua diuidendo
Erogas iuſtè miſeris,& aræ:
Nónne cantamus bene te refertum
Nectare cœli?
Et quòd in templo patiens ferebas
Quæ tibi probro dederat ſacerdos,
Nónne cantamus bene te refertum
H Nectare cœli?
Quôdque te dignum deus eſſe duxit
Angelo ſancto,reuelare triſtem:
Nónne cantamus bene te refertum
Nectare cœli?
Tu(quod eſt magnum)fueras maritus
Illius ſanctæ venerandus Annæ,
Quam modò plenam canit omnis orbis
Nectare cœli.
Tu(quod eſt maius)genitor beatæ
Dignũs inuentus fueras Mariæ,
Quam quidem ſcimus magis eſſe plenam
Nectare cœli.
Tu(quod excedit)nouitate Chriſti
Solus è cunctis auus es vocatus,
Qui ſuper plenus ſuper effluitq;
Nectare cœli.
O potens ergo Ioachim ſacrate
Sic tuam nobis modò ferto dextram,
Ne ſacro tandem careamus illo
Nectare cœli.
I Nunc deo laudès pariter canamus
Qui ſuo nato Ioachim colendum
Hunc auum ſumpſit,mediante ſacro
Nectare cœli. Amen.

Eiuſdem in eiuſdem patriarchę laudem carmen:cuius primę literę habent,Iacobi Keimolani Carmelitę Gandenſis carmen ſaphicum.

IAm preces ſummo meritas parenti
Ante ſacratas reſonemus aras,
Corde deuoto ſimul & vocemus
O Ioachime.
O tuum ſanctum Ioachime nomen
Blandius quanuis ſonet hoc Hebręis
Id magis deinceps placeat rogamus
O Ioachimę.
China(vt Grecè loquar & Latinè)
Et philos quare facias vetuſto
Iure ſint,vt panta philon ta china.
O Ioachimę.
Multa cùm cœlo tibi ſit poteſtas
Ob tuum ne nos patiare fructum
Laude prædignum tenebras adire.
O Ioachime. K
Aſtra ſi ſurſum videamus omnes,
Non tamen mens eſt vaga ſemper illic:
Ipſe opem præſtes,opus & neceſſe eſt
O Ioachime.
Carne qui quondam fueris grauatus
Arce iam ſumma poſitus,fauere
Rebus humanis melius valebis.
O Ioachime.
Miſſa quæ poſcis,faciet quidem non
Ille qui ternus deus eſt,ſacrata
Luce nos ergo petimus fruamur
O Ioachime.
Inter aulares qui haberis almos
Tu patrum cœtus magis eleuatus,
Eſt ne id indignè tibi corrogatum.
O Ioachime.
Grata nam multum tua vita cunctis
Adeo primam meruit ſalutem: L
Nec tuis tantum,ſed & vniuerſis,
O Ioachime.
Debuit dignè chorus ille diuûm
Eſſe ſuppoſtus tibi,quin & exin
Ne quidem ceſſat celebrare dicens
O Ioachime.
Sic magiſtratus tuus hic beato
In polis non eſt oneroſus vlli,
Sed magis tecum iubilant feruntq;
O Ioachime.
Cùm nouos cuncti meditentur hymnos
Ad tui laudem ſuperi frequenter,
Ritè terreni tibi quid ſonabunt
O Ioachime.
Magna cùm magnum tua dona carmen
Exigant,& non valeamus:ipſum
Noſtrum hoc acceptes modò qualecunq; eſt,
O Ioachime.
Sancte tu nobis Ioachime ſeruis
Ab tuo Chriſto veniam nepote
Poſce peccatis,tibi ſupplicamus: M
O Ioachime.
Patriarcharum decus es priorum,
Hinc herus ſanctę peramandus Annæ,
Inde tu dignus pater es Mariæ:
O Ioachime.
Cuius(vt tandem ſileant miſelli)
Verus & clemens auus es:ſit illi
Mira laus,ſummæ quoq; trinitati:
O Ioachime. Amen.

Sequentia octo epigrammata condidit frater Gulielmus Bibaucius,ſacri ordinis,Carthuſienſis.

LVdite Pieridum redolentia carmina fontes:
Nunc Ioachim iuuenes ludite,voſq; ſenes.
(Magna decēt magnos) ſuaui cōdita lepore,
Carmina diuino nunc Ioachim canite.
Si dicis,Ioachim quis hic eſt?pater ille ſupernæ.
Reginę eſt:igitur regulus eſt ſuperum.
Multiplici ſanctum Ioachim pulſate precatu
Chriſticolæ fœdi,crimine multiplici.
Stelliferos auus eſt regis qui condidit orbes:
Et patriar-



Et patriarchalis gloria prima chori.
A Ergo poteſt facilem veniam impetrare reatus:
Virtutis nitidam ferre poteſtq; viam.
Laudibus intactam celebras quicunque puellam,
Inde Ieſu Chriſto gratior eſſe ſtudens.
Virginis haud graue ſit Ioachim coluiſſe parentē,
Quem proprium voluit ipſe redemptor auum.
Virtutes cuius ſi tollis in æthera laude,
Gratus eris Mariæ:gratus eriſq; Ieſu.
Virginis eximiæ patrem celebrate fideles:
Quem laus illuſtrem multiplicata facit.
Qui cum prole ſua commune meretur habere,
Nomen:dum Chriſti dignus habetur auus.
Hoc duce quæ cupimus facile impetrare licebit,
Si puro nitidas fundimus ore preces.
Salue Chriſtiferæ Ioachim,pater alme Mariæ,
Quæ ſemper niuea virginitate nitet:
Inter fœmineas virgo nitidiſsima turmas,
B Egregio nomen ditat honore tuum.
Maiori tamen ipſe Ieſus patris inclyta proles
Aeterni:natæ ſtirps benedicta tuæ
Illius es genitor,auus huius & ipſe probaris,
Ergo tua miſeros conciliato prece.
Quiſquis es & varijs immergeris vndique pœnis
Creſcit & aſsiduò plaga,dolorq; tuus.
Intrepidis Ioachim precibus tentes patriarcham
Qui potis eſt ſubitam ferre ſalutis opem.
Diue pater Ioachim Anna cum coniuge ſalue,
Et Mariæ ſalue caſte marite Ioſeph.
Protinus afflicti maculas expellite cordis,
Vt tua ſtirps Chriſtus det mihi regna poli.
Anna dei matris genitrix,Ioachim pater,alme
Ioſeph:poſt trinum numina trina deum,
Cernite continuas lachrymaſq;, preceſq; benigni
Et facitote Ieſus det mihi regna poli.

Carmen ſaphicum eiuſdem Gulielmi, ad eundem patriarcham.

C QVando te ſummum ſpecimen decuſq;
Et Ieſu matris Ioachim parens es,
Omnium famam ſuperans vetuſtam
Tertius nemo tibi,nec ſecundus,
Dum magis Phœbę facie coruſcas
Aulicos inter ſuperi tonantis:
Qui quaſi ſtellæ tibi ſunt minores
Cædit in primis patriarcha quiſque
Te ſimul vates reuerenter omnes
Ter,quater patres:reliquiq; ciues
Cœlici,caſtæ pariter puellæ.
Nam licèt virtus animoſa in illis
Splenduit ſolis radiantis inſtar,
Non tamen ſedes ſuperas adiſſent,
Ianuas celſi:niſi prole cœli
Peruias cunctis Maria dediſſes.
Quæ tulit natam ſine labe ſummi
Principis,toti dominantis orbi
Lance qui iuſta,trutinaq; recta
Præmium vitæ meritis coæquat D
(O decus vatum ſuperumq; vates
Et pater magnis titulis colende
Atque præclaris numeris canende)
Hunc precor tandem rogites vt altis
Gaudeam regnis:celebremq; viuus
Et patris nomen,geniti,ſacriq;
Numinis,compar quibus eſt poteſtas
Et vigor idem.

Robertus Gaguinus fratri Arnoldo Boſtio.

MIlle licèt ſtudeas Ioachim præconia linguis
Dicere,nec muſis inferiora canas:
Contendes fruſtra titulos expromere diui:
Alter ab extremo feruet adeſſe gradus.
Quis ſatis accumulet præclara laude parentem
Virginis:vnde ſalus perdita grata datur?
Si fructu infœlix fuit arbos illa ſciendi
Qua ruit in miſeram noſtra propago necem. E
Quàm iuſtè extollas toto conamine germen
Vnde parens magni prodijt alma dei?
Principium Ioachim ſanè eſt & ianua lucis
Quam reducem terris eius alumna tulit.

Idem Robertus Gaguinus,miniſter generalis ſacri ordinis ſanctæ Trinitatis.

DVm petis attolli vocali pſalte parentem
Chriſtiferę matris:me quid ad iſta vocas?
Vis ne lyrā pulſet cōtracto pollice mancus?
Vis ſimulet cigni cantica coruus hebes?
Hoc agat excelſa gnarus cantare Sophocles
Vel quos inſtituit dulcis Apollo modis.
Sed quis tantus erit,laudes qui promat abundè
Verbigenæ Chriſti magni potentis aui?
Hæc laudum ſumma eſt,fœcunda prole ſalutem
Reddere proſcriptis,exulibuſq; focis.
Nónne fores nobis cœlorum peſtifer Adam F
Clauſerat,hic fœlix germine fudit opem?
Namq; thoro iunctus matronæ nobilis Annæ,
Denique mirifica claruit & ſobole.
Enixa eſt coniunx melioris nuntia mundi.
Gnatam:quæ genuit integra virgo deum.
Inde luem mortis,& tartara dira,beato
Deſpicimus fine:dum ſcelus omne vacat.
Eſt igitur Ioachim fidei primaria planta,
Cuius fœtura eſt Ieſus & ipſe nepos.
Quem ſi fidus amas,ſi corde vereris:oportet
Pronus auum ſancta religione colas.
Si quis enim vitij nōnunquàm & criminis expers
Hunc nullo credas deſipuiſſe malo
Non potuit vitio lædi tam viuida radix,
Flos vnde & fructus fert ſuper aſtra comas.
Vnde poli ſedes & diuûm tecta replentur,
Vnde animi paſtum fœmina,virq; ferat,

FINIS.

## Index Chartularum.

aa bb cc dd ee. abcdefghiklmnopqrstvxyz. ABCDEFGH IKLMNOPQRSTVXYZ. AA BB CC DD. Omnes ſunt quaterniones,præter e e, & D D, qui ſunt duerni.


TERREBO
SI NŌ PER
CVSSERO.